Digitized by Google

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XXX
G
1
NAPOLI

ed by Google

Digitized by Google

XXX
G.
1. – 2.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΙΑΤΡΩΝ

ΚΟΡΥΦΑΙΟΥ ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

MAGNI

HIPPOCRATIS


MEDICORVM OMNIVM

FACILE PRINCIPIS, OPERA

OMNIA QVÆ EXTANT.

Digitized by Google

HIPPOCRATES.



ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΙΑΤΡΩΝ

ΚΟΡΥΦΑΙΟΥ ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

MAGNI

HIPPOCRATIS

MEDICORVM OMNIVM FACILE PRINCIPIS, OPERA

OMNIA QVÆ EXTANT:

In VIII. SECTIONES ex Erotiani mente diſtributa.

NVNC DENVO LATINA INTERPRETATIONE
& Annotationibus illuſtrata,

ANVTIO FOESIO MEDIOMATRICO MEDICO AVTHORE.

Adiecta ſunt ad VI. Sectionem Palladij Scholia Græca in librum περὶ ἀγμῶν, & ſua Latinitate donata.

HIS PRÆTEREA ACCESSERE VARIÆ IN OMNES HIPPOCR. LIBB. LECTIONES Græcæ, ex reconditiſſimis manuſcriptis exemplaribus ſummâ diligentiâ collectæ, antea quidem partim Frobeniano Codici, partim verò ipſiſſimis Galeni Commentariis: nunc autem ipſiſſimis textus paginis ac lineis ſummo cum labore applicatæ: necnon etiam quorundam doctiſs. virorum in aliquot Hippocr. libros Obſeruationes.

HVIC NOVISSIMÆ OMNIVMQVE EMENDATISSIMÆ EDITIONI ACCESSERVNT, Hippocratis libri de Medicamentis purgantibus cum Commentariis Ioannis Heurnij & de Structura hominis. Item Erotiani & dictionum Herodoti Lexica cum Galeni Gloſſarum Hippocratis explicatione: & denique gemino Indice eorum qui in Hippocratis ſcripta commentati ſunt, vel eum quauis alia ratione illuſtrarunt: vt fuſius patebit in Epiſtola ad Lectorem.

Cum INDICE QVADRVPLICI longe ampliſſimo & vtiliſſimo.



BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

GENEVÆ,
Typis & Sumptibus Samuelis Chouët.

M. DC. LVII.

XXX G 1

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISS. PRINCIPI

CAROLO LOTHARINGIO CARDINALI AMPLISS. LEGATO PONTIFICIO ET

Mediomatricum Epiſcopo, &c.

HIPPOCRATIS *Medicorum Principis, vt autoris vetuſtiſsimi & grauiſsimi, ita certè obſcuriſsimi Latinam interpretationem mihi longa animi reputatione meditanti, (Princeps Clariß.) exiſtimaui me veſtibula nimirum honeſta aditusq́ ad cauſam illuſtres facturum, ſi quæ ingeniorum noſtrorum curſum ſua difficultate retardabant, ea primum adhibita diligentia ſuperarem. Statuebam nanque hunc eſſe ampliſsimum laudis campum, in quo virtus noſtra excurrere poſſet, ſi ad Hippocratem Medicinæ parentem vertendum & explicandum omnem ingenij aciem intenderem, eumq́ denſiſsimis ignorantiæ tenebris oppreſſum, velut ex diuturna perturbatione valetudinis, ad aſpiciendam lucem reuocarem. Quam ad cauſam obtinendam cùm curam omnem & diligentiam adhibendam mihi proponerem, in eo primùm elaborandum eſſe ſentiebam, quod cùm propter abſtruſam rei difficultatem, & à communi hominum opinione remotam intelligentiam, longè à ſe omnium conatus ſubduceret, tum verò ob reconditam & admirabilem autoris doctrinam nobiliſsima ingenia deterreret, id explanatum, in communem vſum & in omnes omnium manus veniret, acutorumq́ hominum admirationem aſſenſionemq́ commoueret. Qua ſtudiorum progreſsione, me magnam à noſtris hominibus initurum gratiam ſperabam, ſi deliteſcentem, iam dudum optimi Medicinæ parentis operam, in apricum & apertum deducerem, eamq́ ex obſcuriſsimis doctrinæ vmbraculis, in publicum Medicinæ Candidatis proponerem. Feci igitur (Princeps Clariß.) vt primum quam apud me habebam ſepoſitam Hippocraticæ dictionis ſupellectilem, ſub Oeconomiæ nomine non ingratiis in publicum ederem & ſuperioribus aliquot annis noſtros in ſecundum huius etiam autoris de Morbis Vulgaribus librum Commentarios, Auguſtiß. Principis & parentis tui auſpiciis euulgarem. Qua veluti aggreſsione ac velitatione ecquodnam curriculum habitura eſſet noſtra induſtria mihi proponerem, & ad iſtius operis deſignationem conficiendam non inanem mihi relictam eſſe ſpem, non [illegible]bia voluntatis confirmatione oſtenderem. Ad quod munus perſequendum cùm ea[illegible]ſtitutam mihi initio ſcribendi rationem viderem, vt non prius integram huius o[illegible] interpretationem attingerem, quàm multis in Hippocratem noſtrum conſumptis lucubrationibus, tanquam ſalebroſa anguſtiarum voragine ſuperata, difficilimisq́ exantlatis laboribus, portum cernerem. Ex eo certè quod primum fecimus laborum noſtrorum periculum, me bonis omnibus iſtam noſtram cauſam ſatis probaſſe confido, eóque rem deduxiſſe videor, vt omnes intelligant ad iſtas reliquias perſequendas, non tam mihi animum quàm conſilium defuiſſe. Conſtitueram certè aliquot Hippocratis libros, velut*

[illegible] quædam cum noſtris Annotationibus editos, in publicam iſtam cauſæ cognitionem adducere, in idq́ incubuiſſem, niſi me repente quædam fortunæ commutatio, vel potius ingenij æſtus, in tam vaſto mari periclitantem, procul à terra abripuiſſet, atque in altum à conſpectu penè omnium abduxiſſet. Nam cùm plerique acuto ingenio homines, nec ſtulti alieni artificij exiſtimatores, curſum noſtrum quem cum periculo inſtitueramus reuocarent, ſuis ſanè rationibus effecerunt, vt importuniſſimis fluctibus iactatam nauem, non tamen afflictam, in firmam ſtationem deducerem, tandemq́ ad littus applicarem. Quo in portu recreatis animis ac velut redintegratis viribus, ad reliquarum fortunarum ſubeundum naufragium erectior, & ad abſoluendam nauigationem futurus videbar paratior. Ad eámque rationem eò faciliùs conſilia noſtra ſubduximus, quòd exiſtimabam nauigationis noſtræ curſum, non tam interrumpi quàm intermitti ſolere. Ac quod ferè in longa operis continuatione & verborum perpetuitate fieri aſſolet, vt ex liberali otio atque animi relaxatione eam mentis aciem contendamus, quæ poſſit & cogitando & ſcribendo promptam ingenij celeritatem explere: ſi ex hac honeſta laborum vacatione & quiete, non tam extinctum quàm repreſſum, aut ipſa cunctatione maturatum ſtudiorum noſtrorum ardorem exiſtimaui. Impetrarunt igitur illi ipſi efflagitatores aſſidui atque acres, vt quoniam iam pridem magna operis parte defuncti eramus, noſtrum ſtylum ad integrum opus traducerem, & de exiſtimationis alea potius in toto Hippocrate interpretando, quàm in quibuſdam libris explicandis periclitarer. Exiſtimabant enim ſi me ad id adiungerem, & communem vtilitatem cumulatiorem fore, & arti noſtræ ſplendorem acceſſurum longe maximum, quod facultatis noſtræ præſidia ad autorem vt grauiſſimum ita artis complexione digniſſimum contuliſſem. Qua in re qui mihi optimè conſultum eſſe cupiebant, ij non tam otij aut mearum virium, quàm publicæ vtilitatis initam rationem videri volunt. Quam in cauſam etſi propenſiore animo incubuimus, veritus tamen ſum maximè, ne ingenij noſtri tarditatem aut tenuitatem arti ſaluberrimæ prætenderem, quàm non niſi quis ab omni ingenij laude felicior, et ab omni denique diſciplinarum cultura inſtructior, rectè verbis exornare, & mentis acumine comprehendere aut complecti queat. At verò cùm mediocriter nos à doctrina comparatos, anguſtiùs etiam à natura ſentiamus, næ illi alienarum laudum profuſi iactatores exiſtimari debent, qui virium integritatis tantum ratione habita, colorem, ſuccum, & ſanguinem negligunt & de totius exiſtimationis iudicio aut famæ periculo decernere nos cupiunt. Ac veluti in ſanitatis ratione non ſatis eſt integritatis, valetudinis, firmitatis & neruorum corporis curam habere, neque tam metuendum eſt ne vitioſum ſanguinem colligas, quàm vt verum & incorruptum, in quo naturalis ineſt non fucatus nitor, deperdas: ſic in hac ſtudiorum moderatione non vſque adeo aliorum de te exiſtimationi innitendùm eſt, vt non adhibeas in conſilium mentis tuæ aciem, tuámque ingenij commendationem leui alienæ laudis obtentu in ſuſpicionem venire patiare. Subductis igitur rationibus omnibus, ſummam cogitationum noſtrarum fecimus, vt nos ad excellentium virorum voluntatem aggregaremus. Malui enim cùm eorum ſtudio ſim obſecutus, deſiderari ab iis prudentiam meam, quàm ſi id non facerem, bene[illegible]tiam. Etſi autem me in hanc cauſæ quæſtionem non leuia rationum momenta impulerunt, imprimis tamen me plurimum mouit publicæ ſalutis ratio, quæ me ad artis comprehenſionem velut ad quandam doctrinæ vſurpationem reuocat, quam non aliunde melius quàm ex Hippocratis limpidiſſimis fontibus haurias. Quo in negotio hoc à me facilè paſſus ſum extorqueri, vt velut commutatis velis inhiberemus, neque tam rei fruſtrationem, quàm temporis commutationem faceremus. Et nunc quidem iam quocunque feremur, danda nimirum vela ſunt, & via quamuis in lubrico poſita ingredienda, in qua certè inſiſtenda, ad nominis noſtri exiſtimationem commendabilius videtur, mihi intentatam famæ cauſam de hoc loco dicere, quàm publicam ſtudioſorum

vtilitatem

vtilitatem non ſolum deſerere verumetiam prodere. Quia in mentis aſſenſione, quem mihi ad laudem, quæ non ſolum acuere, ſed etiam alere ingenium poſſet, aditum ſperabam ampliſsimum, cum mihi dicendi penè ieiunitate, & ſentiendi tenuitate interclusum eſſe ſentiebam, & verò multorum doctorum virorum prærepta gloria occupatum. In eóque negotio non tam depellendo quàm cunctatione morando, penè animo deficiebar, niſi ad ſtylum prehendendum quodammodo factus eſſem animoſior, méque iſta oblectatione recreaſſem, quòd cum à natura ad dicendum non ſatis ſolutus eſſem aut expeditus, ad obtinendam tamen iſtam cauſam, curam etiam & ſtudium adhiberem maximum, aut conſideratam ingenij noſtri tarditatem, experiendis conficiendiſque rebus vincendam, aut ſubtilitate ſuperandam eſſe exiſtimarem. His tot tantiſque cauſis appetitus, rem ipſam aggredior (Princeps Clariſs.) Hippocratémque noſtrum Latinum in exiſtimantium arbitrium ſub tuis auſpiciis venire permitto. Qua in publicatione etſi fui aliquando faſtidioſior, quod profectò voluntatem nunc tibi facilè emetiar, rem ipſam adhuc potuiſſe non videar, id vt ignoſcas poſtulo. Nam & ſuſcipere tantam rem, quantam non modò facultate conſequi difficile eſſet, ſed etiam cogitatione complecti, vix arbitrabar eius eſſe qui vereretur reprehenſionem doctorum atque prudentium. Et hoc eorum eſſe munus videbatur, qui non ingenium modò acuiſſent exercitatione ſcribendi, ſed & ipſam aſsiduitatem locupletauiſſent grauiorum artium inſtrumento, & iiſdem artibus decus omne virtutis, cum ſumma rei Medicæ laude coniunxiſſent. Verùm cum ab iis Medicis qui totam ſcribendi facultatem ad Hippocr. transferrent, magna eſſet in foro iſto literario ſolitudo, non verendum mihi fuit exiſtimatorum doctorum & intelligentium iudicium, in eo præſertim opere, quod & in Clariſs. Principis nomine appareret, & ſuo ſplendore lætabile quoddam aut glorioſum ſcribendi genus pareret, tandémque ſua inexplicabili obſcuritate omnium in ſe fauorem converteret. Neque verò rei difficultas ſtudia noſtra tardauit, neque nos deſperatione debilitati id experiri noluimus, quod me aſſequi poſſe diffiderem, cùm etſi natura nos noſtra, aut illa præſtantis ingenij vis deficeret, præclarum tamen exiſtimauerim eum tenere curſum quem poſſemus, & prima ſequentem in ſecundis tertiiſque conſiſtere. Nam cùm neque illud ipſum quod eſt optimum deſperandum eſt, & in præſtantibus rebus magna ſunt ea quæ optimis proxima, tum verò id melius eſt quod ſplendidius & magnificentius, & in bonis omnia quæ ſumma ſunt iure laudantur. Quò ſanè æquius eſt (Princeps Clariſs.) nos ampliſsimi nominis tui dignitatem imbecillitati noſtræ prætendere, quod hæc tota tractatio, quam tibi iampridem ex longa animi reputatione deuouimus vaſtiſsimas habet ſolitudines, quæ omnium veniam merentur, & abrupta multa præcipitia, ex quibus tuo ductu, præclariſsimæq; familiæ veſtræ ſplendore nos emergere poſſe confidimus. Speramus enim te Hippocratem iſtum Medicinæ parentem, ea qua doctos omnes complecteris beneuolentia & fauore proſecuturum, tuáque ampliſsimi nominis dignitate aduerſus maledicentium calumnias defenſurum ac vindicaturum. Quam etiam ad hanc noſtram cauſam eò lubentius adiungimus, quod rei nouitas, operis difficultas, tractationis obſcuritas, in ſpeciem quidem honeſta, nobis certè ad obtrectationem & calumniam quàm ad gloriam procliuior videtur. Huius verò patrocinium eò æquiore animo tibi ſuſcipiendum videtur, quòd nobiliſsima Academia veſtra Muſsipontana, & per vos feliciter inſtituta, & ampliſsimis muneribus & honoribus aucta, tum demum ad æternam nominis celebritatem ſit peruentura, cùm ad eam quam ſibi comparauit ex omnium artium excellentiſsimis vndique profeſſoribus dignationem, etiam Medicinæ & Mathematum autoritatem veſtra liberalitate adiunxeritis. Cùm igitur omnem ſtudiorum rationem ita moderati ſimus (Princeps Clariſs.) vt quantamcunque in his progreſsionem fecimus, eam ſemper ad Ampliſs. veſtræ familiæ ornamentum contulimus, æquum eſt ſanè te totius iſtius operis, quod tibi ſanctiſsimis votis nuncupamus, dedicationem

iſtam, tanquam non ingratam, ſed officij pleniſſimam, memoris erga te animi teſtificationem à nobis repetere, & lucubrationes noſtras, quæ quoniam de nomine & fama periclitaturæ videntur, in tui nominis ſplendore ſibi, vt & doctis omnibus, conſtitutum eſſe patrocinium ſentiunt, veſtra familiæ amplitudine protegere. Quæ & generis claritate illuſtris, & egregia ſtirpis propagatione, nominis antiquitatem tam ſanctè tuetur, vt tanquam in vnam arborem plura genera, ſic in iſtam veſtram domum multum inſitam atque illuminatam nobilitatem cernere poſſimus. Cuius fauore tecti, non dubitamus quin iſtam, quam tibi dicamus operam maleuolentiſſimas hominum obtrectationes integris fortunis facilè effugere ſentiamus. A te certè hanc habebunt gratiam Medicinæ ſtudioſi, quòd ad Hippocratis reconditam doctrinam vſurpatione recolendam, cognitione renouandam, exercitatione reuocandam, & in vulgus enunciandam, facultatem omnem noſtram Medicam quam toto ætatis noſtræ decurſu magna ſtudiorum contentione ad eam augendam contulimus, ſub tui nominis auſpiciis gratiſſima animi propenſione accepturi ſunt. Quibus vt reſpondeamus, nos ad id toto corpore & animo ſemper incumbemus, nec vllis vnquam laboribus neque vigiliis parcemus. Tibi verò debebunt (Princeps clariſſ.) qui nobis hanc cauſam impoſuerunt, quod hanc editionem etiamſi minus noſtra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari neceſſe eſt. Quibus cum hoc mihi tamen commune eſſe volo, vt ſi ſuſtinere tantam cauſam non potuero, iniuſti oneris impoſiti eorum culpa ſit, mea recepti, in quo tamen iudicij noſtri errorem laus tibi oblati muneris compenſabit. Ex Mediomatricibus ipſis Non. Sextil. Anno 1594.

AMPLIS-

AMPLISSIMO AC CONSVLTISSIMO, MEDICORVM PARISIENSIVM ordini & Collegio.

ANVTIVS FOESIVS. S.

CVM Oeconomiam noſtram adornarem, (PATRES AMPLISSIMI) tum nihil de Hippocrate publicando cogitabam, quòd & ingenij noſtri viribus diffiderem, & ætatem noſtram iam nutantem & penè affectam, huic oneri minimè ſufficere poſſe exiſtimarem. Tantum tamen valuit apud me amicorum authoritas, vt ad id quod ſemper pudore, aut ingenua quadam timiditate defugeram, me publicæ vtilitatis cauſa tandem contulerim. Qua in cauſa verſanda, cùm me publici commodi ſpe ſuſtento, mei conſilij rationes (quæſo) accipite. Hippocratem ipſum ſummum Medicinæ principem ac veluti Deum, omnium Medicorum manibus teri, & per publica Medicorum theatra perſonare, non ſolùm nobis glorioſum, ſed & maximè vtile, & omnium noſtrûm ſalutis intereſſe ſemper exiſtimaui. Ideóque ex quo me veſtræ ſalubris militiæ, hoc eſt Medicæ, ſacramento addixi, omnes meorum ſtudiorum rationes ad Hippocratem ipſum verſandum, pertractandum & explicandum adiunxi, in eóque tanquam vitæ meæ tabernaculum conſtitui, vt Hippocrates per ſe preſſus & ſubobſcurus, Galeni copia & liberalitate peruius & detritus in noſtris omniũ manibus verſaretur. Ad eámque cauſam in multos eius libros ad Galeni exundantiſſimos fontes & profluentem copiam, noſtra qualiacunque ſcripta, hoc eſt, ieiunitatem noſtram appoſuimus. Quod cùm in meum ipſius vſum mihi compararem, ac mihi (vt dicitur) canerem, effecit importuna amicorum efflagitatio, vt me ad Hippocratem conuertendum applicarem, & quod mihi deſtinaram, ad publicam omnium vtilitatem non ingratiis proferrem. In quo vellem non ſolum coloris & ſanguinis vt aliptæ, ſed vt optimi etiam Medici, virium & facultatum noſtrarum rationem habuiſſent. Quod igitur experiundi magis ſpe, quàm perficiundi voluntate à me attentatum eſt, ſi minus vobis probabitur, veſtrum erit, vt aut maius opus quàm à me perfici potuerit inſtitutum putetis, aut dum amicis rogantibus voluerim obſequi, me verecundia negandi, ſcribendi impudentiam ſuſcepiſſe, in eóque impoſiti oneris amicorum culpam eſſe, meam ſuſcepti. Cùm igitur totum corpus Hippocraticum per ſe vaſtum admodum & confuſum, multorum animis tenebras offunderet, & ſpectatores à ſe auerteret, feci quod in mercibus explicandis fieri ſolet, vt eas in ſpeciem omnium ingeniis exponerem, & in ordinem ex Erotiani vetuſtiſſimi authoris mẽte redigerem, aut in ſectiones, quò faciliùs perferri & pertractari poſſent diſponerem, Primo igitur loco τὰ τεχνικά, ἢ τὰ εἰς τὸν περὶ τέχνης συντείνοντα λόγον, hoc eſt, quæ ad artem ſpectant, conſtitui, quod non inauſpicatè ab artis tractatione tanti operis auguria duci viderentur. Secundo loco σημειωτικά, quod πάσης αἰτιολογίας καὶ θεραπείας προηγεῖσθαι ὀφείλει σημείωσις, vt loquitur Erotianus. Tertio, φυσικά τε καὶ αἰτιολογικά. Quarto, διαιτητικά. Quinto, θεραπευτικά. Sexto, χειρουργούμενα. Septimo, ἐπίμικτα ἢ πολυειδῆ μικτά. Octauo, τὰ ἔξω ἢ ἐξωτικά. In quibus omnibus cum ſexaginta (vt vocat Manardus) Hippocratis opera, quæ nobis ex tanto naufragio reſtant, comprehenderim, & in ſeriem ex Erotiani conſilio coegerim, in omnibus tamen eum me non eſſe ſecutum præ me fero. Neque certè hoc loco mihi de librorum Hippocratis dignatione & authoritate dicendum aliquid exiſtimo, tum quod in eo Galeni optimi Hippocratis interpretis iudicium & cenſuram interponendam eſſe cenſeam, vt aliàs à nobis ea de re ſcriptum ſit, tum etiam quod ea de cauſa à magnis huius tempeſtatis Medicinæ dictatoribus, in Claſſes & Centurias ſint diſtributi. Qua in recenſione etſi multa ſunt arbitraria, multa diligenti trutina examinanda. In Hippocratis tamen ſcriptis recenſendis, vt veluti bonorum publicationem fieri non probo, ita Galeni iudicio & cenſura firmiter nitendum ſtatuo. Et vt aliorum de Hippocratis ſcriptis trutinam minimè conuello, verùm etiam maximè probo, ita certè quidem hunc à nobis ſeruatum ordinem, & in ſectiones diſtributionem, ad eam quam nimis, nunquam tamen ſatis, ambitioſè quærimus publici commodi cauſam, vel maximè accommodatam exiſtimo. Prompta enim & expedita hoc modo Hippocratis opera, quæ omnium manibus atterantur, & quóuis gentium circumferantur, ſe offerunt, vt his non ſolùm in vmbram, ſed etiam in Solem & puluerem, hoc eſt ægrorum tri-

clinia deductis, eorum autoritate & conſilio nitamur, ex eorum præſcripto res ægrorum procuremus, & medicinam faciamus, nobíſque ex his tantum non ad cognoſcendum, verùm etiam ad agendum vbique arma ſuppetant. Et certè mea ſemper fuit opinio, quam me viuo nunquam etiam eripi mihi patiar, in Medicina facienda, non aliam adhibendam eſſe quàm Hippocratis cynoſuram, quod etiam locupletiſſimis ſcriptis confirmauit Galenus, qui eum nobis omnium bonorum ducem & authorem, πάντων τῶν καλῶν ἡμῖν ἡγεμόνα toties ſuis reſcriptis clamat, & ad nominis æternitatem * commendat & conſecrat. Ad eam igitur tanti nominis celebritatem, ſi omnes noſtras rationes, omnes ingenij noſtri facultates aggregauimus, vt eum omnibus viæ ducem proponerem, cuius veſtigiis inſiſtentes, huius vitæ vſum nō tam promptè & expeditè quàm ſalubriter hauriemus; magna certè ab omnibus nobis ineunda eſt gratia, quòd noſtris lucubrationibus omnium tum publicæ, tum priuatæ vtilitati proſpexerim. In quo ſi quod ſpero conſecutus ſum, id totum vobis acceptum ferent & gratias habebunt, qui ex noſtris laboribus fructum reportabunt, meóque exemplo veſtrum ampliſſimum nomen ſeculorum immortalitati cōſecrabunt. Sin minùs, me tamen ad publicæ ſalutis commodum omnes noſtras rationes aggregaſſe ſemper præ me feram, eáque me ſpecula conſolabor, nobis in ſcribendo nunquam in publicum promerendi voluntatem defuiſſe. Quam vobis conſultiſſimis Medicinæ Patribus, velut ex vberrimis veſtris fontibus hauſtam, & in veſtro gremio auctam & altam, pleniſſimis vlnis remetior, dedico conſecróque, petóque ab omnibus vt in nominis veſtri ampliſſimi commendatione conquieſcat. At verò Hippocratem ipſum ſuo nomine & vetuſtate ſatis commendabilem, poſt omnes omnium laudationes, non alia apud vos præcipuè, dignatione afficiam, quàm quod in Græcia olim omnis philoſophiæ parente & alumna, illi diuini honores exhibiti fuerint, eúmque M. Tullius † locupletiſſimus author, Æſculapio adæquarit, & cum eo contulerit. Reliquas eius laudes ab omnibus nunquam ſatis decantatas, & ex veſtris ſuggeſtis alternante ſæculorum memoria ſæpiſſimè ab excellentiſſimis ingeniis proclamatas, eas ne ingenij noſtri culpa detererere videar, vobis præcipuè ex hoc loco in animi notione non reponam. Satis erit ſi quod ad inſtituti noſtri cauſam facit vobis aperuero, me ad hanc Hippocratis verſionem multorum manu ſcriptorum codicum fidem adhibuiſſe, imprimíſque membranas Vaticanas quibus etiam ſe vſum Fabius Caluus ſubſcripſerat ante annos quinquaginta perluſtraſſe, deinde etiam ex Bibliotheca Regia Fontanobellæa tres manu ſcriptos codices ad noſtrarum rationum conſilium adiunxiſſe. Quod cum D. Hollerij & D. Goupyli cura mihi procuratum fuiſſet, me etiam lectionum ex his codicibus à me deſcriptarum ante annos quadraginta D. Hollerio copiam feciſſe. Quorum piis manibus hac parentatione meritam gratiam repono, vobis verò vt auguſtiſſ. Patribus, ex quorum ſinu & diſciplina hæc hauſta ſunt & delibata, noſtram Hippocratis verſionem, gratiſſimi erga vos animi teſtimonium, perpetua officij obſeruantia deuoueo, dedico & offero. Quam ſi minus noſtra commendatione, certè quidem nominis veſtri amplitudine ſartam tectam in publicum exire vòlo, vt illius patrimonium dignitatis ne ab aliquo nefario prædone diripiatur, quaſi parentes boni & fideles tutores defendatis, eiúſque patrocinium ſuſcipiatis. Ex Mediomatricibus ipſis Idib. Mart. 1594.

* *Lib. ad Glauc. initio, & lib. 1. de Venæ ſect. aduerſ. Eraſiſtr.* † *Lib. 3. de Nat. Deor.*

Lectori

LectoriCandido.

CVM eſſet in procinctu noſtra Hippocratis editio, & iamiam prælo ſubmittenda (Lector Candide) ecce commodùm Lutetia duo Hippocrat. exemplaria ad nos allata ſunt, vnum Aldinum Alberti Feurei Medici celeberrimi, alterum Frobenianum Ludouici Seruini Iuriſconſulti clariſſ. & in ampliſſimo Senatu Pariſienſi fiſci Regij patroni, in quibus variæ ex manuſcriptis membranis lectiones tam diligenter erant adſcriptæ, vt mihi inſperato & nil tale cogitanti contigerit, quod me vel votis omnibus conſequi poſſe per ætatem diffiderem, ſcil. vt vnico aſpectu tot bibliothecas perluſtrarem tot membranarum veteramenta, hoc eſt clariſſimorum virorum monumenta perlegerem. In quibus recenſendis hoc me ſummo Dei Opt. beneficio conſecutum gaudeo, vt reconditiſſimas Bibliothecæ Regiæ Fontanobelleæ gazas, quas ante annos quadraginta conquiſitas oculis auidè deuorauerani potiùs quàm decerpſeram, nunc demum agnoſcerem, & iam tandem velut incudi redditas, ſuo ſplendori ac nitori reſtitutas, in lucem ponerem, & per ætatis maturitatem recoctas, iucundiſſima quadam temporis recordatione ad polituram & repumicationem reuocarem. Quo in negotio cùm doctiſſ. & excellentiſſ. virorum arculas omnes & pigmenta quibus hanc noſtram Hippocratis editionem colorari voluerunt conſumpſerim, opéſque quas ex ſuis ſelectiſſimis κειμηλίοις prolixiſſimè pro ſua liberalitate in vſum publicum contulerunt omnes exhauſerim, noſtri conſilij (quæſo) rationem accipe. In Feurei exemplari cùm multa ſint ex Scholiis Græcis diligentiſſimè adſcripta, marginibus & lineis interiecta, explicationibus & gloſſematis quibuſdam referta, ea tantum ſelegimus, quæ ad Hippocrat. literam facerent, pauca & cum delectu quodam ex Scholiis adiecimus, eáque potiſſimum quæ ad ſenſus Hippocratici cognitionem mihi plurimum facere videbantur, multa neglreximus, quaſdam etiam lectiones, vt in veteribus membranis, parum integras reiecimus. In Seruini verò exemplari, præterquam quod ad codices Regios accuratè mihi efformatum videtur, etiam M. Cordæi Medici excellentiſſ. manuſcripti exemplaris lectione eximiè locupletatum eſt, ita me geſſi, vt lectionem veterem ſedulò ac diligenter apponerem, varias lectiones ex Galeni quamplurimis locis ſtudioſiſſimè appoſitas, vt cuiuis peruias, relinquerem, multas etiam ex Hippocrate ipſo locorum explicationes fideliſſimè annotatas omitterem, coniecturas (quas pro mentis acumine habet plurimas) omnino paucas adſcriberem, eáſque tantum quæ mihi ad Hippocrat. ſenſum appoſitiſſimè accommodatæ eſſe viderentur, ne vel excellentiſſimi viri ingenio meo iudicio præiudicium aliquod afferrem, vel eum merita laude defraudarem. Has igitur doctiſsimorum virorum lucubrationes & vigilias, bona fide quoad licuit expreſſas, ad cuiuſque ſectionis calcem appoſuimus, eáſque liberaliter acceptas ad hanc Hippocrat. editionem colluſtrandam liberaliſsimè contulimus, & fideliſsimè repræſentauimus. At verò de librorum Hippocraticorum ordine te admonitum volumus, non vnum & eundem in omnibus membranis eſſe, immò verò in Vaticanis quas ante annos ſex & quadraginta iam pridem vidimus, longè varium & diuerſum, præcipuéque in his quas ſe ſecutum eſſe M. Fabius Caluus ex ſcripto teſtatus eſt. Sic enim ad calcem exemplaris cuiuſdam Vaticani adſcriptum legimus. ἐγράφη τῷ ἔτει ἰνδ. περὶ φαιβ. φαλλίνρ. α. φ. ιϛ. Præterquam quod etiam alium longè ordinem in ſua interpretatione ſecutus videtur. Alium quoque eſſe eorundem librorum ordinem apparet in altero etiam exemplari Vaticano accuratiſſimè & elegantiſsimis literis Græcis deſcripto. Quinetiam M. Cordæi quondam doctiſſ. exemplar (cuius crebram ſuis ſcriptis mentionem facit, atque etiam antea meminimus) aliam & ordinis, & in multis inſcriptionis rationem ſequitur, vt Seruini codex teſtatur. De quibus cum neque certi aliquid ſtatuere, neque rectè iudicare poſſimus te tantum admonere æquum nobis viſum eſt. Quodſi Capellani Archiatri quondam Regij & viri excellentiſſ. exemplar Medicæum quo eum vſum audio, nobis videre licuiſſet, de eo etiam aliquid addidiſſemus, & fortaſſe ſententiam tuliſſemus, etſi iſtud eſſe quod à Cordæo celebratur, non vana mentis aſſenſione auguror. Verùm te hac noſtra quantulacunque diligentia, & tot veterum exemplarium lectione, quibus nec toto fortaſſe peragrato orbe, aut plura, aut puriora inuenias, pro tua æquanimitate contentum eſſe par eſt, noſtræque iam ingraueſcenti propéque affectæ ætati ignoſcere, cùm præſertim poſſint iſta ab excellentiſſimis ingeniis, quorum Dei Opt. Max. beneficio his quantumuis exulceratiſſimis temporibus adhuc magna fœtura eſt, noua in dies acceſsione ſplendeſcere & augeri, plurimáque tenebricoſa & obſcura (in quibus nec mihi ipſe ſatisfacio) meliorem lucem accipere. Ad hanc autem Hippocratis editionem acceſſerunt Ioan. Martini Medici Pariſienſis celeberrimi & doctiſs. in Hippocrat. libros Obſeruationes, quas ipſe viua voce & publica profeſsione cum Hippocrat. Interpretatione aliquot annis (vt audio) teſtatus eſt. Eas cùm pro ſua humanitate ad hanc noſtram operam liberaliſſimè contulerit, ad cuiuſque lectionis calcem cum variis lectionibus appoſuimus. Acceſsit etiam Palladij cuiuſdam (etſi non admodum vetuſti, non tamen, opinor, aſpernandi authoris) Commentarius Græcus in lib. περὶ ἀγμῶν Hippocrat. nunquam antea editus, & ex Medicæa Bibliotheca à D. Petro Laphilæo Pariſienſ. Medico viro humaniſsimo & doctiſsimo, mihique à primis Medicinæ incunabulis familiariſsimo, deſcriptus, & ad huius operis dignitatem amplificandam magno animi candore & publicæ

vtilitatis ſtudio ad nos non ita pridem miſſus. Quem à Iacobo Santalbino in hoc publico medendi munere Collega noſtro, viro etiam doctiſſ. Latina interpretatione donatum, in Sectionem huius operis ſextam (hoc eſt ſuum locum) repoſuimus. Additæ ſunt etiam variæ lectiones & correctiones quædam ex Mediceo codice ab eodem D. Laphilæo iam pridem collectæ, & ad hunc apparatum quem tibi proponimus liberaliter tranſmiſſæ. Reliquum eſt igitur, Lector Candide, vt his humaniſſimis viris & excellentiſs. ingeniis quorum hîc tibi memoriam recolimus, quorúmque opera & beneficio hæc noſtra Hippocratis editio plurimum dignitatis & acceſſionis accepit, quam debes, & tuo, & noſtro nomine gratiam referas, eámque perpetua grati animi recordatione, atque officio deuinctus ſempiterno. Bene vale. Ex Mediomatricibus ipſis VIII. Calend. Nouemb. CIↃ IↃ. XCIV.

Typographus Lectori.

CVM poſtremæ Hippocratis editionis exemplaria, pridem vbique deſiderari accepiſſem: nec quenquam interea qui nouæ adornandæ curam in ſe reciperet viderem: pro eo quo ſum, & ſemper fui in rem literariam affectu, id onus, δυσβάστακτον licet, lubens ſuſcepi: eóque faciliùs quod non pœnitenda regiorum characterum ſupellectile τυπογραφείων inſtructum haberem: atque ideo præclarum opus, quod hactenus negligenter ſatis acceptũ fuerat, literis minimè fugientibus, ac ignorabilibus, edere me poſſe ſperarem. Verùm cùm ea quæ per ſe vtilia & grata ſunt, noua aliqua acceſſione gratiora fieri non ignorarem: nullum laborem vel ſumptus refugi, quo & menda quæ operarum incuria irrepſerunt tollerentur, & φιλιάτροι via proniore ad Hippocratis lectionem ferri poſſent: quoniam porrò plerumque voces vel obſoletæ vel poëticæ quę paſſiuitus apud hunc authorem occurrunt ἐπιγέγονεν αὐτῷ Ὁμηρικὴν τὴν φράσιν, vt loquitur Erotianus, lectoribus in hac palæſtra minus ſubactis, moram iniicere poſſunt, operæ me pretium facturum exiſtimaui, ſi ea quæ Foeſij œconomiæ vicem, aliquatenus ſupplere valent adtexerem, cuiuſmodi ſunt Erotiani & Herodoti Lexica, cum Galeni gloſſarum Hippocratis explicatione: horum enim ope ad omnia ferme grauiſſimi ſcriptoris obſcuriora aditus pateſcit. Ne autem eadem in hac editione quæ in præcedentibus deſiderarentur, libros de Medicamentis purgantibus Græcè & Latinè cum Commentariis Ioannis Heurnij, & de ſtructura hominis Latinè tantum, quod Græcum exemplar mihi ad manum non eſſet adieci: ac denique mantiſſæ loco geminum indicem eorum qui ſiue commentariis, ſiue notis quibuſcunque, ſiue verſionibus ἐμμέτροις vel καταλογάδην, ſiue indicibus, ſiue quauis alia ratione Hippocratem illuſtrarunt, quantum quidem mihi innoteſcere potuerunt conſtruendum & editioni præfigendum curaui. Hæc ſi tibi Lector accepta fuiſſe intellexerim, meliora in poſterum te ſperare iubeo: interea bene vale, & qualecunque eſt quod impræſentiarum tibi offertur æqui bonique conſule.

CL. PRÆ-

CL. PRÆSTANTISSIMOQVE

V.D. ANVTIO FOESIO DOCTORI

MEDICO MEDIOMATRICO, D. PLVRIMVM OBSERVANDO,

ÆMILIVS PORTVS, FRANCISCI PORTI, Cretenſis F. S. P. D.

AVREVM illud (Cl. V.) Hippocrateæ OEconomiæ maxima cum laude nuper à te conſcriptum, typiſque mandatum opus, ad accuratiorem Hippocratis lectionem me vehementer inuitauit, à qua propter incredibilem grauiſſimorum errorum multitudinem, ac obſcuritatem inde manantem, ego medicinæ Studioſus, non mediocriter ante deterrebar: ſed fauente Deo, tuis auſpiciis, ductuque per denſiſſimas Hippocrateorum librorum tenebras ad ſatis claram intelligentiæ lucem haud infeliciter euaſi. Quare quod tuum eſt, tibi iure debetur. Ex alienis enim laboribus gloriam captare nolo. Si quid tamen & ego in iſta corruptiſſimi codicis emendatione præſtitiſſe videor, id ita demum ab aliis admiſſum iri confidam, ſi tu doctiſſimus, artiſque Medicæ peritiſſimus vir hoc ipſum tuo iudicio, ſententiaque comprobaueris. Equidem has meas animaduerſiones domi ſeruare, nec euulgare decreueram: ſed typographus, qui totum Hippocratem pulcherrimo veſtis Latinæ cultu recens à te exornatum, erudiſſimiſque commentariis illuſtratum excudit, ſimul ac ab amicis admonitus, intellexit, quot, quantiſque mendis ſcateret Baſilienſis ille codex, quem in editione ſequendum ſibi propoſuerat, ſtatim pro ea familiaritate, quæ ipſi mecum intercedit, ad me ſcribit, ſuam mentem aperit, petit vt Hippocrati præter expectationem grauiter laboranti, Medicinam aliquam facere ne grauater, ſi quam in præſentia paratam haberem, quod ipſa morbi grauitas diuturniorem dilationis moram non pateretur. Honeſtis igitur amici poſtulatis, votiſque ſatisfacere ſum conatus. Quoniam autem (Cl. V.) in hac Hippocratis laborioſa, difficilique curatione bonam pharmacorum partem ex præſtantiſſimis Oeconomiæ tuæ theſauris deprompſi, ne quis me beneficiorum acceptorum immemorem, ingratumque meritò vocaret, quin etiam vt omnem malæ fidei ſuſpicionem vitarem, vtque meæ mentis integritatem, animique candorem cuncti mortales meliùs cognoſcerent, autores ſyncerè laudaui, quorum ſcriptis, & autoritate ſum vſus. Inter hos tu, Medicæ facultatis columen, & ornamentum, ſine controuerſia principem obtines locum. Quamobrem etiam has iucundorum fructuum, quos ex Hippocratis lectione percepi, primitias nomini tuo (Cl. V.) cenſui dicandas. Hoc perexiguum honoris, quo tuas eximias virtutes proſequor, pignus alacriter accipies, & in eorum numero me pones, qui te omnibus felicitatis humanæ partibus auctum, ornatúmque cupiunt. Vale præſtantiſſimorum Medicorum decus. Datum Heidelbergæ Calend. Septembris cIↃ. IↃ. XCV.

ΑἸΜΙΛΙΟΥ ΠΌΡΤΟΥ,
ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ ΠΟΡΤΟΥ ΤΟΥ
κρητὸς ἐπίγραμμα εἰς τὴν Ἀνουτίου
Φοησίου ὀνομασίαν, καὶ
σημασίαν.

Κλεινὸν ἐπαφροδίσιος ὅδ' Ἀνούτιος ἔργον ἀνύσσας.
Κτήσατ' ἀειμνήστου κῦδος ἀγλαΐην.
Οὕνεκα δ' Ἱπποκράτει τὸ φάος ὁ Φοήσιος ἤδη
Ἤλυθε τῷ ζοφερῷ, τοὔνομα τοῦτο φέρει.
Τοὔνομα τοῦτο φέρει, τεκμήριον οὐρανομήκους
Δῆλον ἐπιστήμης, ἣ πρέπε θεσπεσίως.

Τοῦ αὐτοῦ ἄλλο.

Δέλτον ὀτραλέως διζήμενος ἱπποκρατείαν,
Ὅπερ ἔχειν ἐπόθει, νῦν κλαρυμὸν ἔχει.
Πᾶσαν τὴν σκοτίην ὁ Φοήσιος ἔνθεν ἀπώσας,
Λαμπρὸν φῶς φορέων. φωσφόρος οὖν καλεῖ.
Σοὶ χαίρει Ἱπποκράτης οἷς πλείστην οἶδεν, ἰδ' ἕξει,
Νῦν αὐτοῦ δύναμιν, ἀεὶ πέρας ἀθανάτων.

RVDOLPHVS MAGISTER MEDICVS REGIVS CAMPANVS
AD D. ANVTIVM FOESIVM EGREGIVM PHILOSOPHVM, & diligentiſſimum Hippocratis interpretem, Carmen.

Stelliferum Hippocrates ſcriptis æquarat Olympum,
Quem nuper detruſit in Orcum
Demens barbaries, doctrinæ inimica priori,
Et virtutis neſcia veræ.
Ipſum, at reſtituis, Princeps aſſertor Anuti
Antiquæ & vindex Medicinæ.
Tu explanas ſalebras, nodos & ſoluis acutè
Difficiles, & ſorde repurgas:
Nunc demum vt totus nobis appareat Author
Pulchrè antiquo, purus, honore
Splendeſcens: miræq; tuæ hoc debebitur arti
Olim ſic vt laude nepotes
Te exornent, atque Hippocratis dignentur honore,
Quem tu interpres reſtituiſti.

ΕΡΩΤΙΑΝΟΥ ΤΩΝ ΠΑΡ

Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγή.

ΤΟ ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΤΗΝ Ἱπποκράτους πραγματείαν, ἀρχίατρε Ἀνδρόμαχε, οὐκ ὀλίγα συμβαλλομένην πᾶσιν ἀνθρώποις ὁρῶν, ὅσοι λογικῆς ἀντιποιοῦνται παιδείας, καὶ τούτων ἐξαιρέτως τοῖς ἰατροῖς, οἳ δὴ τὴν ἀρχαίαν ἱστορίαν ἀποπεριΐθυσι τῆς τέχνης. φιλοτίμως δὲ καὶ σφόδρα ἐπιπόνως ἅ, τι οὐκ ἴσασι, μαθεῖν ἐπιθυμοῦσιν, ἃ δὲ καὶ ἤδη μεμαθήκασι, κρίνειν σπουδάζουσι τὸ μὲν ἀδίδακτον, ὡς ἐσθλὸς, τὸ δὲ ἄκριτον, ὡς ἄπιστοι, παρασκευάσαντες εἰκότως ἐβουλήθην τὰς ἐμφερομένας αὐτοῦ τοῖς συγγράμμασιν ἀσαφεῖς καὶ κατὰ πολὺ τῆς κοινῆς ἀποκεχωρηκυίας ὁμιλίας ἐξηγήσασθαι λέξεις· αἱ δὴ ἀγνοούμεναι μὲν, ἱκανῶς ἀμαυροῦσι τῆς διανοίας τὸ πρὸς ἐπίστασιν ἕτοιμον· ἐξαπλωθεῖσαι δὲ καὶ ἐπὶ τὸ τηλαυγέστερον ἀχθεῖσαι, πολὺ παρέξονται φῶς πρὸς τὸ διασταλτικὸν τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ συνθέσεως. καὶ μάλιστα ἐπεὶ πολλοὶ τῶν ἐκ τοῦ ῥᾷστου πάντα γινώσκειν ἐθελόντων ἰατρῶν οἱ μὲν οὐδ᾽ ὅλως μετὰ χεῖρας ἔχοντες σπουδάζουσι, τὴν πραγματείαν πρὸς χλεύης ποιοῦντες, ὡς ἐπετήδευσεν Ἱπποκράτης ἀσαφὴς φανῆναι, καὶ διὰ τοῦτο ἀποκεχωρηκυίας διαπορῆσαι λέξεις σπουδάσαι· καὶ ταῦτα, μακρὰν μὲν τὴν τέχνην, βραχὺν δὲ τὸν βίον οἰόμενος, διὰ τὸ σαφῆ ποιῆσαι τὴν ὁμιλίαν καὶ πᾶσι φανεράν. δέδοται γὰρ ἡμῖν ὑπὸ τῆς φύσεως λόγος πρὸς τὸ τὰς κατὰ διάνοιαν γεννηθείσας φαντασίας τοῖς πέλας ἐκφαίνειν. λελήθασι δὲ οἱ ταῦτα περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐπὶ τῶν μειρακίων φλυαροῦντες, ὡς οὐ μᾶλλον καὶ Ἱπποκράτους ταῦτα, ὅσον τὴν αὐτῶν ἀμαθίαν εἰς ὕπαιθρον ἄγουσιν. εἰ μὲν γὰρ μόνος ἢ πρῶτος ἐπλάττε τὰς φωνὰς, ἴσως ἂν τὸ περίεργον ἐμέμψατο ἄν τις· ἐπεὶ δὲ πάλαι αἱ συνήθεις ταύτῃ κέχρηνται τῇ περὶ τὴν διάλεκτον φορᾷ (ἐξ ὧν οἵ τε περὶ τὴν ἀρχαίαν κωμῳδίαν κατανοούμενοι ἐμφαίνουσι καὶ τῶν μὲν φιλοσόφων, Δημόκριτος, τῶν δὲ ἱστορικῶν, Θουκυδίδης καὶ Ἡρόδοτος, καὶ σχεδὸν ὁ σύμπας τῶν ἀρχαίων χορὸς συγγραφέων) τί δήποτε τὸ πᾶσι τοῖς ἀρχαίοις εἰρημένον συμβέβηκεν, τοῦτο καθ᾽ Ἱπποκράτους κεκομίκασι μόνως; διαχθεῖσα γὰρ ἐν τῇ κατὰ μέρος ἐξηγήσει τὸ περὶ τὴν τοιαύτην ὁμιλίαν τῶν ἀρχαίων ὁμονοοῦν, ἐπεὶ γέγονεν ἀνὴρ Ὁμηρικὸς τὴν φράσιν, καὶ τὴν ὀνοματοποιΐαν δεξιός· περιγράψαι καὶ διάνοιαν ἱκανὸς, καὶ τῆς κοινῆς καὶ εἰς πολλοὺς πιπτούσης λέξεως ἐκλέξασθαι τὴν μεσαιτέραν ἣν καθάπερ τινὲς τύποι καὶ σφραγῖδες αἱ τὴν ἑρμηνείαν πεπιστευμέναι τιθέασι λέξεις. παρὰ ταύτην γέ τοι τὴν αἰτίαν πολλοὶ τῶν ἐλλογίμων οὐκ ἰατρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ γραμματικῶν, ἐσπούδασαν ἐξηγήσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ τὰς λέξεις ἐπὶ τὸ κοινότερον τῆς ὁμιλίας ἀγαγεῖν. Ξενόκριτος γὰρ ὁ Κῷος, γραμματικὸς ὢν, ὥς φησιν ὁ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης, πρῶτος ἐξελάβετο τὰς τοιαύτας ἐξαπλοῦν φωνάς· ὡς δὲ καὶ ὁ Κιτιεὺς Ἀπολλώνιος ἱστορεῖ, καὶ Καλλίμαχος ὁ ἀπὸ τῆς Ἡροφίλου οἰκίας. μεθ᾽ ὃν φασὶ τὸν Ταναγραῖον Βακχεῖον ἐπιβαλεῖν τῇ πραγματείᾳ, καὶ διὰ τριῶν συντάξεων πληρῶσαι τὴν προθεσμίαν, πολλὰς παραθέμενον εἰς τοῦτο μαρτυρίας ποιητῶν. ᾧ δὴ τὸν ἐμπειρικὸν συγχρονίσαντα Φιλῖνον ἐξ ἑξαβίβλου πραγματείας ἀντειπεῖν, καὶ παρεμπολδίσου κρατῆσαι ἐπιθεμένου τὰς Βακχείου λέξεις διὰ συντάξεων, Ἀπολλωνίου τε τοῦ Ὄφεως τοῦτο ποιήσαντος, καὶ Διοσκορίδου τοῦ Φακᾶ πᾶσι τούτοις ἀντειπόντος δι᾽ ἑπτὰ βιβλίων, Ἀπολλωνίου τε τοῦ Κιτιέως ὀκτωκαίδεκα πρὸς τὰ τοῦ Ταραντίνου τρία πρὸς Βακχεῖον διαγράψαντος καὶ Γλαυκίου τοῦ ἐμπειρικοῦ δι᾽ ἑνὸς πολυστίχου πάνυ καὶ κατὰ στοιχεῖον πεποιημένου τοῦτο ἐπιτηδεύσαντος· πρός τε τούτοις Λυσιμάχου τοῦ Κῴου καὶ βιβλίον εἰσπονήσαντος πραγματείαν, μετὰ τοῦ τὰ τρία μὲν γράψαι πρὸς Κυδίαν τὸν Ἡροφίλειον, τρία δὲ πρὸς Δημήτριον. καὶ γὰρ ὁ ἀναλεξάμενος αὐτὸν Εὐφορίων, πᾶσαν ἐσπούδασε λέξιν ἐξηγήσασθαι διὰ βιβλίων ἕξ. τῶν δὲ γραμματικῶν οὐκ ἔστιν ὅστις ἐλλόγιμος φανεὶς παρῆλθε τὸν ἄνδρα. ἔτι δὲ Ἀρίσταρχος, περὶ ὧν γεγράφασιν Ἀριστοκλῆς καὶ Ἀριστέας οἱ Ῥόδιοι, καὶ μετὰ πάντας Ἀντίγονος καὶ Δίδυμος οἱ Ἀλεξανδρεῖς. ὅθεν ἐπεὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων οὐκ ἀποδοχῆς ἀλλὰ μέμψεως ἀξιοῦσι, δι᾽ αὐτὸ τοῦτο μετὰ τοὺς ἄλλους, καὶ αὐτοὶ τετολμήκαμεν περὶ τοῦ ἀνδρὸς συντάξαι. εὔλογον οὖν ἡγοῦμαι προειπεῖν τοῦτο, ὅτι πολλαὶ τῶν ἐπὶ τὰς γραφὰς ὁρμησάντων γεγόνασιν ὑπολήψεις. οἱ γὰρ ὅσα τινὲς ἔγραψαν, ἐσπούδασαν φιλοτίμως ἀναγράψαι, ἢ ὅσα εὑρόντες οὐκ ἐφθόνησαν ἐμφανῆ ποιῆσαι, ταῦτα τινὲς ἐπιδείξαντες, τῆς ἀμείνου μεταδόσεως ἱκανὴν ἀπηνέγκαντο μαρτυρίαν, οἱ καὶ τὰ μὴ συμφέροντα, ἰσορροπήσαντα διορθοῦν ἐσπούδασαν· κατηγορεῖν οὐκ ὀλίγοι πεποίηνται συντάξεως ἀφορμήν. οἷς πάλιν ἀντιπίπτοντες ἕτεροι, σφόδρα που τὸ Ὁμηρικὸν ἐξεπλήρωσαν, Ὁπποῖόν κ᾽ εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ᾽ ἐπακούσαις. ὧν ἀντικατασταζόμενοι τινὲς, ἐμπείρως εἰδότες ἄνδρας ἐπαμύνασθαι ὅτι τις πρότερον χαλεπήνῃ. πολλοὶ καὶ τὰ σποράδην πᾶσιν εἰρημένα ἐφ᾽ ἓν συναγαγόντες, οὐκ ἀκρίτου γραφῆς ἐπιτείας ηὐπόρησαν, καὶ τὰ ἀναποδείκτως ἱστορηθέντα, μετὰ λόγου παραθέμενοι, οἱ δὲ καὶ τὸ σαφὲς λεγόμενον, ἐξαπλῶσαι, καὶ τοῦτο ἐπὶ μακρὸς, συντομώτερον ἀποστεῖλαι, καὶ τὰ ἀμφίβολα ἐκεῖνα ἑρμηνεῦσαι, εὔλογον δόξαν ἀπενεγκαμένους· τῶν δὲ εἰρημένων χαρακτήρων ὡς ἕκαστος εὐλόγου τετύχηκεν ἐπαίνου· πῶς οὐ μεῖζον ἀξιοῦσθαι δικαίως τυγχάνειν τῆς παρούσης γραφῆς ἡ ὑπόσχεσις διὰ πάντων τῶν εἰρημένων ἰδιωμάτων κεχωρηκυῖα. καὶ γὰρ ἀορίστως ἕνεκα πολλοῦ εἰσφέρεται πόνου, καὶ κριτικῶς παρατίθεται τὴν ἐν ταῖς φωναῖς ἀλήθειαν, διορθουμένη τὰ μὴ κατὰ τρόπον ἀναγεγραμμένα, στρογγυλώτερον δὲ ἀπαγγέλλουσα τὰ μακρότερον εἰρημένα, τοῦ σαφοῦς καὶ τεταγμένου πολλοῦ ἔχουσα λόγον μετὰ τοῦ τὰ σποράδην πολλοῖς εἰρημένα, ὑφ᾽ ἓν συναγαγεῖν. τοιαύτης γοῦν συντάξεως καταβαλλόμενοι πλῆθος, οἱ μὲν ἕνεκα ταύτης δικαίως ἰδίαν ἀπηνέγκαντο δόξαν ἐπεὶ προσκοπεῖς ἰδίας πᾶν τὸ πολύ· οἱ δὲ διὰ τὸ ἄγαν ματαίως τὸ εἰκαιότερον ἐξηγούμενοι, τί ἐστι ἥλιος, καὶ τί τὸ πλατύ, καὶ τί τὸ ἀστρονομικὸν, καὶ τί τὸ ἀκρόπολιν, καὶ σκοπὸς, καὶ τὰ ἔτι τούτων φανερώτερα ῥήματα. εἰ γὰρ μέλλομεν τὰς πᾶσι γινωσκομένας ἐξαπλοῦν φωνὰς, ἤτοι πάσας ὀφειλήσομεν ἐξηγήσασθαι, ἢ τινάς. ἀλλὰ πάσας μὲν ἀδύνατον, τινὰς δὲ ἄδικον. ἢ γὰρ διὰ συνήθειαν ἐξαπλώσομεν αὐτὰς ῥημάτων, ἢ διὰ τὴν μὴ συνήθειαν. ἀλλ᾽ αἱ μὲν ἀσυνήθεις εἰς τοῦτο ἀφυεῖς φαίνονται (δυνατὸν γὰρ τὰ ἧττον γινωσκόμενα διὰ τῶν μᾶλλον γινωσκομένων ἐξαπλοῦν) αἱ δὲ συνήθεις τὸ ἐπίσης εἶναι φανεραὶ, πρὸς τὸ δηλωτικὸν τῆς ἑρμηνείας, οὐκ ἔσονται, ὥς φησιν Ἐπίκουρος. ὑπαλλάττεται γὰρ ἰδίως τῆς ἑρμηνείας τὸ φανερὸν, ὥσθ᾽ ὑπὸ λόγου καθάπερ τινὸς οἰκείου μαγγανεύεται φαρμάκου. τῶν δὲ ἄλλων Ἐπικλῆς μὲν ὁ κατὰ στοιχεῖον πεποιημένος τὴν ἀναγραφὴν ματαίου συντομίας ἐγένετο ζηλωτής. πρὸς τὰς γὰρ μὴ πάσας ἐξηγήσασθαι, ἔτι καὶ τὰ συντάγματα, ἐν οἷς αὐτῶν ἕκαστος κατατέτακται, οὐκ ἔστιν ἱκανῆς αἴτιος ἐγένετο τοῖς ἀναγινώσκουσι. πάλιν γὰρ ἀδύνατον καθ᾽ ἑκάστην γραφὴν ἐξηγεῖσθαι μὴ τὴν ἀνάγνωσιν, εἰ τοιαύτη τίς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὴν λέξιν, εἰ κατατέτακται. Γλαυκίας τε ὁμοίως τὸ κατὰ στοιχεῖον ζηλώσας, μακρότερος ἐφάνη, καθ᾽ ἑκάστην φωνὴν παρατιθέμενος τὰς ἐν οἷς καταγεγραμ-

μὲν ἐν

μθύαι τυγχάνουσιν αἱ γλῶτται συντάξεις. διόπερ ἡμεῖς καθ' ἑκάστην γραφὴν ἐκλεξάμενοι τὰς καταγεγραμμένας λέξεις, διὰ μὲν τοῦ συγγράμματος δηλώσομεν ὁποῖαι τυγχάνουσι κείμεναι, ἐν ὅσαις τε βίβλοις ἱστοροῦνται αἱ μὴ συνήθεις· διὰ δὲ τῆς ἐξαπλώσεως ἐμφανίσομεν τί σημαίνουσι, μιμνησκόμενοι καὶ τῶν ἅπαξ εἰρημένων, καὶ τὰς ἀναγκαίας Διδύμου ποιούμενοι μαρτυρίας· τὰς δὲ οὐχ οὕτως ἀσαφεῖς εἰς τὸ καθ' ἑνὸς δηλουμένας, ὑπάρχοντας. προεξαπλοῦντες δὲ καὶ τὰς παρὰ τοῖς ἄλλοις τίλλοις παραλελειμμένας. τό, τε γὰρ ἄρθρον τοῦ πάθους οὐδεὶς αὐτῶν ἐξηγεῖται, καὶ τὰς αἰθόλικας, καὶ τὸ καρχνοῦδες, καὶ τὰς τερμινθους, τό, τε θηριῶδες, καὶ τὸ σπορδίτημα, καὶ τὸ πυρρὸν, καὶ τὴν ἐκνύστην μήτραν, καὶ τὸ ἐπηλυγάζεσθαι, τό τε αἱμόρραχα. καὶ τὸ φολλικῶδες, καὶ τὸ ἔναιμον γοῦρον, καὶ τὸ ἴκταρ, καὶ ἄλλας πλείους λέξεις, ὑπὲρ ὧν ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἐροῦμεν. ὅθεν καὶ ἐπεὶ τῶν ἀληθῶν νομιζομένων συνταγμάτων ἔστι μὲν ἃ σημειωτικά, ἃ δέ, φυσικά καὶ αἰτιολογικά· ἔνια δ' εἰς τὸν περὶ τέχνης συντείνοντα λόγον· καὶ τῶν θεραπευτικῶν, ἃ μὲν διαιτητικά, ἃ δὲ χειρουργούμενα, καὶ ταῦτα πάντα δίκαιον ἡγοῦμαι, προϊστορήσας τὸν τῶν βιβλίων ἀριθμόν, πηνικαῦτα ἐπὶ τὴν τῶν λέξεων ἀνάπλωσιν ἥκειν. σημειωτικὰ μὲν οὖν ἐστι ταῦτα· Προγνωστικόν, Προρρητικόν, α καὶ β, ὡς οὐκ ἔστιν Ἱπποκράτους, ἐν ἄλλοις δείξομεν. Περὶ χυμῶν. αἰτιολογικὰ δὲ καὶ φυσικά, Περὶ φυσῶν, Περὶ φύσιος ἀνθρώπου, Περὶ ἱερῆς νούσου, Περὶ φύσιος παιδίου, Περὶ τόπων καὶ ὡρῶν. θεραπευτικὰ δὲ τῶν μὲν εἰς χειρουργίαν ἀνηκόντων, Περὶ ἀγμῶν, Περὶ ἄρθρων, Περὶ ἑλκῶν, Περὶ τραυμάτων καὶ βελῶν, Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων, Κατ' ἰητρεῖον, Μοχλικόν, Περὶ αἱμορροΐδων καὶ συρίγγων. Εἰς δίαιταν, Περὶ νούσων α, β, Περὶ πτισάνης, Περὶ τόπων τῶν κατὰ ἄνθρωπον, Γυναικείων α, β, Περὶ τροφῆς, Περὶ ἀφόρων, Περὶ ὑδάτων. ἐπίμικτα δὲ ἐστι ταῦτα, Ἀφορισμοί, Ἐπιδημίαι ζ. τῶν δὲ εἰς τὸν περὶ τέχνης τεινόντων λόγον, Ὅρκος, Νόμος, Περὶ τέχνης, Περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς. Πρεσβευτικὸς γὰρ καὶ Ἐπιβώμιος φιλόπατριν μᾶλλον ἢ ἰατρὸν ἐμφαίνουσι τὸν ἄνδρα. ὥστ' ἐπὶ ταύταις ταῖς βιβλίοις Ἱπποκράτους λεγομένων διδασκαλίας, εὐσημοτέραν. ἀρχὴν οὖν ἂν εἴη ἀπὸ τῶν σημειωτικῶν, ἐπειδὴ πάσης αἰτιολογίας καὶ θεραπείας προηγεῖσθαι ὀφείλει σημείωσις. λοιπὸν ἀρξώμεθα ἀπὸ τοῦ Προγνωστικοῦ.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Α.

Ἀλυσμόν.] ἀπορίαν, ἀμηχανίαν· ὡς καὶ Ὅμηρος ἐν τῷ ε τῆς Ἰλιάδος, ἐπὶ τῆς Ἀφροδίτης τετρωμένης φησίν, Ἡ μὲν ἄρ' ἀλύουσ' ἀπεβήσατο. ἀντὶ τοῦ ἀπορήσασα καὶ ῥιπταζομένη. Βακχεῖος μέντοι ἐν τῷ πρώτῳ τῶν λέξεων φησί, τὸ Ἀλύειν, ἀδυνατεῖν. πλανᾶσθαι, ἄχθεσθαι. οὐκ ὀρθῶς· οὐ γὰρ εἴ τις ἄχθεται, πλανᾶται, ἢ ἀδυνατεῖ πάντως καὶ ἀλύει. οἱ γοῦν ἀλύοντες, ἄχθονται μὲν ἐν τῷ ὀδυνᾶσθαι· οὐκ ἀλύουσι δὲ οἱ πλανώμενοι, ἀλλ' ὡς εἰκός, ἐπλανήθη αὐτὸν Ἡρόφιλος, συνώνυμον θεὶς τὸ ἀλύειν τῷ πλανᾶσθαι. κεῖται ἐν τῷ τετάρτῳ Ἐπιδημιῶν, καὶ ἐν πρώτῳ Γυναικείων, καὶ ἐν Ἀφορισμοῖς. ¶ Ἀπεδεξάμην.] ἐποιησάμην. ¶ Ἄλλη κοιλίη.] ἀντὶ τοῦ ἡ λοιπή. πολλαχοῦ γὰρ αὐτὸς τὸ Ἄλλο ἐπὶ τοῦ λοιποῦ τίθησιν, ὡς καὶ ἐν τῷ Περὶ ἄρθρων. ¶ Ἀτρεκέως.] Βακχεῖος μὲν ἐν τῷ α φησίν, ἀληθῶς, αὐτάρκως, ἀκριβῶς· Φιλῖνος δὲ μόνον ἀκριβῶς· Ἐπικλῆς δέ, σαφῶς, εἰλικρινῶς. ὁ μέντοι Ἱπποκράτης οὐ καθ' ἑνὸς σημαινομένου φαίνεται τεθεικὼς τὴν λέξιν, ἀλλὰ πλειστάκις μὲν ἐπὶ τοῦ ἀκριβῶς, σπανιάκις δὲ ἐπὶ τοῦ ἀληθῶς, λέγων, Οὐ δύναται ἄλλῃσι ἡμέρῃσι τουτέων οὐδὲν ἀριθμεῖσθαι ἀτρεκέως. ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς. ὁμοίως καὶ τῷ Περὶ ἄρθρων, ὅταν λέγῃ, Ἄλλως δὲ κατανοῆσαι, ἢν μὲν ἀτρεκέως ἀποκεκλασμένον, εὐκατανόητον ἐστίν· ἢν δὲ παρὰ βραχὺ κέως, δυσκατανοητότερον. νῦν γὰρ τὴν ῥαφανηδὸν ἐξάρθρησιν καὶ τὴν καυληδὸν τῇ ῥαφανηδὸν ἀντιτάξας; τὸ ἀτρεκὲς ἐπὶ τοῦ διὰ παντὸς καὶ πρὸς ἀκρίβειαν διῃρημένου ὀστέου τίθησιν· ὡς καὶ τῷ Περὶ ἀρχαίας ἰατρικῆς φησί, Χαλεπόν, μὴ τοιαύτης ἀκριβείης ἐούσης περὶ τὴν τέχνην, τυγχάνειν τοῦ ἀτρεκέος αἰεί. πολλὰ οὖν εἴδεα κατ' ἰητρικὴν ἐστιν ἐς τοσαύτην ἀκριβείην,

ὁμοίως καὶ ταῦτα τῷ ἀληθεῖ ἀντὶ σαφεῖ λέλεκται. μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, λέγων, Ἐλθόντ' ἐς κλισίην Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο; Πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγόρευσον. καὶ πάλιν, — πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγόρευσον. καὶ Εὐριπίδης ἐν Κλεισὶ φησίν, Ἥκω ζαθέοις ναοὺς προλιπών, οὓς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δοκοὺς Χαλύβοις παρέχει χαλκοῦ πελέκεις. καὶ ταυρείῳ κόλλῃ θείσας, ἀτρεκεῖς ἁρμαί. οὐκ εἶπεν ἀληθεῖς ἁρμαί, ἀλλ' ἀτρεκεῖς. ἐν δὲ τῷ Περὶ τόπων τῶν κατὰ ἄνθρωπον, καὶ ἐν Γυναικείων πρώτῳ, ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς χρῆται τῇ λέξει. ¶ Ἀλλοφάσσοντες.] ἀπορούμενοι καὶ τι θορυβούμενοι, ὥς φησι Βακχεῖος. Ξενοκράτης δὲ ὁ αὐτός φησι παρὰ τοῖς Ἴωσι λέγεσθαι τὸ Ἀλλοφάσσειν ἐπὶ τοῦ τῆς διανοίας παραφέρεσθαι· πιθανῶς ἱστορῶν παρὰ τὸ ἀλλοφάσσειν καὶ ἀλλοφρονεῖν. ¶ Ἀραιά.] Βακχεῖος μὲν ἤκουσε τὰ λεπτά· τινὲς δὲ τὰ πυκνὰ καὶ στενά, ὡς παρ' Ὁμήρῳ, — ἀραιὴ δ' εἴσοδος ἐστι. καί, Λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσι μέλαν ὕδωρ. ἀγνοοῦσι δὲ οἱ ταῦτα λέγοντες, ὅτι ἡ λέξις οὐχ ἓν δηλοῖ παρὰ τῷ ἀνδρί, ἀλλ' ἐνθάδε μὲν καὶ ἐν α Ἐπιδημιῶν, ἀραιὸν λέγει τὸ ἐκ διαστήματος καὶ μὴ ἐπιτεταχυσμένον· καὶ ἐνθάδε μὲν ἄλγημα σημαίνει, ὅπου δὲ πνεῦμα. ἐν δὲ τῷ Περὶ ἄρθρων φησὶν ἀραιὰ ὀστᾶ, τὰ διεστῶτα ἀλλήλων. ἐν δὲ α τῶν Γυναικείων, καὶ τῷ Περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, φησὶ σώματα ἀραιὰ καὶ δῦμα. ¶ Ἀλυς.] ἀπορούντες. ¶ Ἀπολελαμμένη.] Βακχεῖος μὲν ἐν δυσίν, οἱ πλείους ὄντες ὁ δ' Ἐπικλῆς, ξηρῆς γέμουσα· ἢ καθαιρομένη, ἢ ἀπειλημμένη. φαίνεται δὲ ἡ λέξις οὐχ ἓν δηλοῦσα, ἀλλ' ἐνθάδε μὲν καὶ ἐν α Γυναικείων, ὅταν εἴπῃ ἀπολελαμμένη κοιλίη, ἐν ἴσῳ τῷ ἀπειλημμένη καὶ ἐστηριγμένη· ἐν δὲ τῷ Περὶ ἄρθρων, ὅταν ἐπὶ τοῦ σφονδύλου τάττων εἴπῃ τὸ ἀπολελαμμένον, ἀντὶ τοῦ ἀπειλημμένον καὶ ἐσφηνωμένον. ¶ Ἀχλυώδεα.] Ἀχλὺς λέγεται ποιά τις ἀμαύρωσις καὶ σκοτία περὶ τοὺς ὀφθαλμούς, ὡς καὶ Ὅμηρος ἐν τῇ ε τῆς Ἰλιάδος φησίν, Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν. ¶ Ἀσήμως ῥαστωνήσαντα.] ἀντὶ τοῦ, χωρὶς φανερᾶς ἐπικουρίας εἰς τὸ βέλτιον ἀποκλίναντα. ¶ Ἀπυρεῖδες.] λίπη ἀ ἐλαιώδη, ὡς ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς τῶν ἀδηφάγων παιδίων διαχωρήμασιν εὑρισκόμενα. οἱ γὰρ ἐλλογιμώτατοι τῶν συγγραφέων εἶδος αὐτὰ σκωλήκων ἱστοροῦσι τῶν ἐπὶ τοῖς σπλάγχνοις ὑδάσιν ἀπογεννωμένων. ¶ Ἀπαρτί.] ἀντὶ τοῦ ἀπηρτισμένως καὶ παντελείως καὶ ὁλοκλήρως. ¶ Αὐασμόν.] ξηρασμόν. καὶ Αὖον λέγεται τὸ ξηρόν. ὡς Ὅμηρος, — ξύλον αὖον ὅσον τ' ὀργυιά. ¶ Αἴρεται.] ἐπαίρεται. Ἀλκή.] βοτάνης ὄνομα. ¶ Αἰκουσιν.] οὐ βούλονται. ¶ Ἀνθεῖν.] ἀκμάζειν. ¶ Ἀρκτοῦρος.] ὅν τινες Ἀρκτοφύλακα προσαγορεύουσιν. Οὖρος γὰρ οἱ φύλακες καλοῦνται. ἔστι δὲ οὗτος λαμπρὸς ἀστὴρ ἐν τῇ ζώνῃ τοῦ Βοώτου κείμενος. ¶ Ἀρχαίη φύσις.] ἡ πρὸ τοῦ νοσεῖν καὶ κατὰ φύσιν οὖσα. ¶ Ἀμβροτολίην.] τὴν τῶν ἁμαρτημάτων εἴδησιν. ¶ Ἀλύκη.] ἀπορία μετὰ χάσμης. ¶ Ἄφθαι.] λέγεται ἐξανθημάτων εἶδος περὶ τὰ τῶν παιδίων στόματα μάλιστα γινομένων. ¶ Ἄναυδος.] ἄφωνος. Αὐδὴ γὰρ ἡ φωνή. ὡς Ὅμηρός φησιν, Αὐδήεσσαν δ' ἔθηκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη. ¶ Ἀντικαὶ.] ἀντὶ τοῦ αὐτίκα. σύγκειται γὰρ ἐκ τοῦ ἄνω καὶ τοῦ ἱκὰς ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιδάλῳ φησίν, ὁ μηχανοποιός, ὁπότε βούλει τὸν τροχὸν ἰσχύσας, λέγε, χαῖρε φέγγος ἡλίου. ¶ Αἱμόρραχα.] τὰ μετὰ τοῦ αἵματος καὶ κατάξηρα. Κάρχαρ γὰρ ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι τὸ ξηρόν. ¶ Ἀκαλαστότατον.] ἀνυπόστατον. ¶ Ἀναπλάσσειν.] τὸ κουφίζειν καὶ ἐγείρειν χρείας τινά. ¶ Ἀποξέει.] τὰ ἀπόξηρα καὶ ἀποκεκαυμένα, λεγόμενα ἐκ πλάτους εἰς στενὸν ἠγμένα. ¶ Ἀκμὴ πυρετοῦ.] ἡ τὸ μέγεθος δηλούντων σημείων παρουσία. ¶ Ἀπαυδήσαι.] ἀδύνατον γενέσθαι. ¶ Ἀμφιδέξιος.] Βακχεῖός φησιν ἀμφοτεροδέξιος, ὡς Αἰσχύλος, ὁ ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένος. σαφῶς δ' αὐτὸ ποιεῖ ὁ Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ, λέγων ἀμφιδέξιον σίδηρον, ἀντὶ τοῦ ἑκατέρωθεν τέμνοντα. ὁ δὲ Ἱπποκράτης οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀμφήκους, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ δυναμένου τίθεται κατὰ ἀμφότερα τὰ μέρη. διδάσκει δὲ καὶ ὁ ποιητής, τὸ μὴ καθ' ἓν μόνον μέρος δυνατόν, ἀμφιδέξιον λέγων, Ἥρως Ἀστεροπαῖος, ἐπεὶ περιδέξιος ἦεν. ὁμοίως καὶ ὁ Ἱππῶναξ φησίν, Ἀμφιδέξιος γάρ εἰμι, κοὐχ ἁμαρτάνω κόπτων. μέμνηται δὲ καὶ Ἡρό-

Si enim pranſi fuerint, quibus prandere non conducit, ij continuo graues totoq; corpore & mēte ſegnes euadunt, cum oſcitatione, ſomnolentia, multaque ſiti. Quod ſi inſuper etiam cœnauerint, & flatus & tormina excitantur, & venter erumpit. Ac multis magni morbi origo fuit, ſi cibos quos ſemel abſumere conſueuerant, bis aſſumpſiſſent, nec quicquam amplius. Ad hæc ſi quis prandēre conſuetus, atq; cui prandēre conducat, non prandeat, protinus vbi tempus præterit, ſtatim grauis impotentia exoritur, tremor, & animi defectio, ad hæc oculi pallidiores fiūt, vrina craſſa & calida redditur, os amarulentum euadit, viſcera ei pendere videntur, tenebricoſa vertigine corripitur, vehementer iraſcitur & mœret. Iſta vero omnia cœnare volenti cōtingūt, neq; cibos quos priore cœna aſſumpſit, qui prandere conſueuit, cōficere poteſt, ſed cum torminib. & ſtrepitu deſcendūt & aluum concludunt, ipſi vero nocte inquietā agunt, & inſomniis perturbatis ac tumultuoſis vexantur, quod pleriſq; etiam morbi initium extitit. Quæ quas ob cauſas his accidunt, cōſiderāda ſunt. Nēpe quod is opinor, qui ſemel tantū cibū aſſumere cōſueuit, nō expectauerit idoneū tempus, dum venter heſternos cibos plane cōfecerit, ſuperauerit, emollitus fuerit, ac conquieuerit, ſed in ipſum feruentē & fermentatum recentes ingeſſerit. At huiuſmodi ventres multo tardius concoquunt, maioreq; ocio & quiete opus habent. Qui vero prandēre cōſueuit, quoniam, vbi quāprimum alimēto corpus indiguit, prioribus cibis cōſumptis, nec habuit amplius quo frueretur, nō ſtatim ipſi nouū alimētū adfuit, ideoq; fame imminuitur & contabeſcit. Quæcunq; enim eiuſmodi hominibus accidunt, ad famem referenda cenſeo. Quinetiā iis omnibus qui duos aut tres dies ſine cibo tranſierint, eadem contingere dico, quæ de his, qui minime prādent, diximus. Ac eiuſmodi naturas, quæ celeriter ac vehementer ſuorum delictorum incommoda percipiunt, equidem reliquis imbecilliores eſſe cenſeo. Qui vero imbecillus eſt, proxime ad eum, qui ægrotat, accedit, eſtque imbecillior qui ægrotat, multoque grauius afficitur, ſi quid intempeſtiue fecerit. Cum autem eiuſmodi exacta diligentia in arte Medica adhibenda ſit, quod eſt certiſſimum ſemper aſſequi difficile eſt. Multa tamen in re Medica, tam exactā diligentiam obtinent, de quib. dicetur. Neq; ſane priſcam artem Medicam ideo quod omniū exactā diligentiā non habeat, quaſi ars nulla ſit, aut non recte inueſtigata, reiiciendam cenſeo: verum cum prope ad veritatē accedere liceat, ſimulq; eo ratiocinando peruenire, multo magis admiranda veniunt quæ ſunt ex magna ignoratione eruta, velut probe & recte, non autem fortuito inuenta. At vero nunc ad eos, qui noua quadam ratione artem ex propoſita materia inueſtigant, noſtra reuertatur oratio. Siquidem eſt calidum, aut frigidum, aut ſiccum, aut humidum quod hominē lædit, & eum, qui recte mederi volet, oportet calido per frigidum, frigido per calidum, ſicco per humidum, & humido per ſiccum opitulari. Exhibeatur mihi aliquis natura non admodum robuſta, ſed imbecilliore, qui triticum crudum, & inelaboratum edat, quale ex area ſuſtulit, & carnes crudas, & aquam bibat. Ex qua victus ratione non dubiū eſt quin multa & grauia ſit perpeſſurus. Nam & dolorib. cōflictabitur, & imbecillo erit corpore, & ventriculus corrūpetur, neq; diu vitā tolerare poterit. Quodnā igitur ita affecto præſidiū comparandū?

Οἱ μὲν γὰρ ἢν ἀριστήσωσι μὴ ξυμφέροντος αὐτέοισιν, εὐθὺς βαρέες, καὶ νωθροὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν γνώμην, χάσμης τε καὶ νυσταγμοῦ καὶ δίψης πλήρεες. ἢν δὲ ἐπιδειπνήσωσι, καὶ φῦσα, καὶ στρόφος, καὶ ἡ κοιλίη καταρρήγνυται. καὶ πολλοῖσιν ἀρχὴ νούσου αὕτη μεγάλης ἐγένετο, ἢν τὰ αὐτὰ σιτία, ἃ μεμαθήκασιν ἅπαξ ἀναλίσκειν, δὶς προσενέγκωνται καὶ μηδὲν ἔτι πλέον. τοῦτο δὲ εἰ ἀριστᾶν μεμαθηκώς τις, καὶ οὕτως αὐτέῳ ξυμφέρει, μὴ ἀριστήσῃ, ὅταν τάχιστα παρέλθῃ ἡ ὥρη, εὐθέως ἀδυναμίη δεινή, τρόμος, ἀψυχίη· ἐπὶ τούτοισιν, ὀφθαλμοὶ χλωρότεροι, οὖρον παχὺ καὶ θερμόν, στόμα πικρόν. καὶ τὰ σπλάγχνα οἱ δοκέει κρεμᾶσθαι· σκοτοδινίη, δυσοργίη, δυσθυμίη. ταῦτα δὲ πάντα, ὅταν δειπνεῖν ἐπιχειρέῃ. ἀναλίσκειν δὲ οὐ δυνατὸς ὁ ἀριστιζόμενος, ἃ πρότερον ἐδείπνει. ταῦτα δὲ αὐτὰ μετὰ στρόφου τε καὶ ψόφου καταβαρύνοντα, συγκλείει τὴν κοιλίην· δυσκοιτέουσί τε καὶ ἐνυπνιάζονται τεταραγμένα καὶ θορυβώδεα. πολλοῖσι δὲ καὶ τουτέων, αὕτη ἀρχὴ νούσου ἐγένετο. σκέψασθαι δὲ χρὴ διὰ τίνας προφάσιας αὐτέοισι ταῦτα ξυνέβη. τῷ μὲν, οἶμαι, μεμαθηκότι μονοσιτέειν, ὅτι οὐκ ἀνέμεινε τὸν χρόνον ἱκανὸν μέχρις αὐτέου ἡ κοιλίη τῶν τῇ προτεραίῃ προσενηνεγμένων σιτίων ἀπολαύσῃ τελέως, καὶ ἐπικρατήσῃ, καὶ λαπαχθῇ τε καὶ ἡσυχάσῃ, ἀλλ' ἐπὶ ζέουσάν τε καὶ ζυμουμένην καινὰ ἐπεσηνέγκατο. αἱ δὲ τοιαῦται κοιλίαι, πολλῷ τε βραδύτερον πέσσουσι, καὶ πλέονος δέονται ἀναπαύσιός τε καὶ ἡσυχίης. ὁ δὲ μεμαθηκὼς ἀριστίζεσθαι, ὅτι οὐκ ἐπεὶ τάχιστα ἐδεήθη τροφῆς τὸ σῶμα, καὶ τὰ πρότερα κατηναλώθη, καὶ οὐκ εἶχεν οὐδεμίαν ἀπόλαυσιν, εὐθέως αὐτέῳ παρεγένετο καινὴ τροφή. φθίνει δὲ καὶ συντήκεται ὑπὸ λιμοῦ. πάντα γὰρ, ἃ λέγω πάσχειν τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, λιμῷ ἀνατίθημι. φημὶ δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἅπαντας, οἵτινες ἂν ἄσιτοι δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας γένωνται, ταὐτὰ πείσεσθαι, οἷα περὶ τῶν ἀναρίστων γενομένων εἴρηκα. τὰς δὲ τοιαύτας φύσιας ἔγωγέ φημι, ταχέως τε καὶ ἰσχυρῶς τῶν ἁμαρτημάτων ἀπολαυούσας, ἀσθενεστέρας εἶναι τῶν ἑτέρων. ἐγγύτατα δὲ τοῦ ἀσθενέοντός ἐστιν ὁ ἀσθενής· ἔστι δὲ ἀσθενέστερος ὁ ἀσθενέων, καὶ μᾶλλον αὐτῷ προσήκει, ἢν τοῦ καιροῦ ἀποτυγχάνῃ, πονέειν. χαλεποῦ δὲ τοιαύτης ἀκριβείης ἐούσης περὶ τὴν τέχνην, τυγχάνειν αἰεὶ τοῦ ἀτρεκεστάτου. πολλὰ δὲ εἴδεα κατ' ἰητρικὴν ἐς τοσαύτην ἀκριβείην ἥκει, περὶ ὧν εἰρήσεται. οὔ φημι δὴ διὰ τοῦτο δεῖν τὴν τέχνην ὡς οὐκ ἐοῦσαν, οὐδὲ καλῶς ζητεομένην τὴν ἀρχαίην ἀποβαλέσθαι, εἰ μὴ ἔχει περὶ πάντα ἀκριβείην, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ ἀτρεκεστάτου οἶμαι δύνασθαι ἥκειν λογισμῷ, ἐκ πολλῆς ἀγνωσίης, θαυμάζειν τὰ ἐξευρημένα, ὡς καλῶς καὶ ὀρθῶς ἐξεύρηται, καὶ οὐκ ἀπὸ τύχης. ἐπὶ δὲ τὸν τῶν καινῷ τρόπῳ τὴν τέχνην ἐξ ὑποθέσιος ζητεόντων λόγον ἐπανελθεῖν βούλομαι. εἰ γάρ ἐστι θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν, τὸ λυμαινόμενον τὸν ἄνθρωπον, καὶ δεῖ τὸν ὀρθῶς ἰητρεύοντα βοηθεῖν, τῷ μὲν θερμῷ ἐπὶ τὸ ψυχρὸν, τῷ δὲ ψυχρῷ ἐπὶ τὸ θερμόν, τῷ δὲ ξηρῷ ἐπὶ τὸ ὑγρὸν, τῷ δ' ὑγρῷ ἐπὶ τὸ ξηρόν. ἔστω μοι ἄνθρωπος, μὴ τῶν ἰσχυρῶν φύσει, ἀλλὰ τῶν ἀσθενεστέρων. οὗτος δὲ πυροὺς ἐσθιέτω, οὓς ἂν ἀπὸ τῆς ἅλω ἀνέλῃ, ὠμοὺς καὶ ἀργούς, καὶ κρέα ὠμὰ καὶ πινέτω ὕδωρ. ταύτῃ χρεώμενος τῇ διαίτῃ, εὖ οἶδ' ὅτι πείσεται πολλὰ καὶ δεινά. καὶ γὰρ πόνους πονήσει, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὲς ἔσται, καὶ ἡ κοιλίη φθαρήσεται, καὶ ζῆν πολὺν χρόνον οὐ δυνήσεται. τί δὴ δεῖ βοήθημα πρὸς ταῦτα παρεσκευάσθαι ὧδ' ἔχοντι;

θερμὸν

θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρόν; ἀπορέω γὰρ δὴ τούτων τί. Εἰ γὰρ τὸ λυμαινόμενον αὐτὸν ἐστὶ τούτων τὸ ἕτερον, τὸν ὑπεναντίον προσήκει λύειν, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος ἔχει. Τὸ μὲν γὰρ βεβαιότατόν τε καὶ προφανέστατον φάρμακον, ἀφελόντα τὰ διαιτήματα, οἷσιν ἐχρῆτο· ἀντὶ μὲν τῶν πυρῶν, ἄρτον διδόναι· ἀντὶ δὲ τῶν ὠμῶν κρεῶν, ἑφθά· πίνειν τε ἐπὶ τούτοισιν οἶνον. ταῦτα μεταβάλλοντα οὐχ οἷόν τε μὴ ὑγιέα γενέσθαι, ἤν γε μὴ παντάπασιν ᾖ διεφθαρμένος ὑπὸ χρόνου τε καὶ τῆς διαίτης. Τί δὴ φήσομεν; πότερον αὐτῷ ὑπὸ ψυχροῦ κακοπαθέοντι θερμὰ ταῦτα προσενεγκάμενοι ὠφέλησαν, ἢ τἀναντία; οἶμαι γὰρ ἔγωγε πολλὴν ἀπορίην ἐρωτηθέντι παρασχεῖν. ὁ γὰρ τὸν ἄρτον σκευάζων τῶν πυρῶν τὸ θερμὸν, ἢ τὸ ψυχρὸν, ἢ τὸ ξηρὸν, ἢ τὸ ὑγρὸν ἀφείλετο; ὁ γὰρ καὶ πυρὶ καὶ ὕδατι δέδοται καὶ πολλοῖσιν ἄλλοισιν εἴργασται, ὧν ἕκαστον ἰδίην δύναμιν καὶ φύσιν ἔχει. καὶ τὰ μὲν τῶν ὑπαρχόντων ἀποβέβληκε, τοῖσι δὲ κέκρηται καὶ μέμικται. οἶδα μὲν γὰρ καὶ τάδε δήπου, ὅτι διαφέρει ἐς τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου καθαρὸς ἄρτος ἢ συγκομιστὸς, ἢ ἀπτίστων πυρῶν, ἢ ἐπτισμένων, ἢ πολλῷ ὕδατι πεφυρημένος, ἢ ἀφύρητος, ἢ ἔξοπτος, ἢ ὠμός, ἄλλα τε πρὸς τουτέοισι μυρία. ὡς δ' αὔτως καὶ περὶ μάζης. καὶ αἱ δυνάμιες δὲ μεγάλαι τε ἑκάστου, καὶ οὐδὲν ἡ ἑτέρη τῇ ἑτέρῃ ἐοικυῖα. ὅστις δὲ ταῦτα μὴ σκέπτεται, ἢ σκεπτόμενος οὐκ οἶδε, πῶς ἄν τι οὗτος δύναιτο τῶν κατὰ τὸν ἄνθρωπον παθημάτων εἰδέναι; ὑπὸ γὰρ ἑνὸς ἑκάστου τουτέων πάσχει τε καὶ ἑτεροιοῦται ὥνθρωπος, ἢ τοῖον, ἢ τοῖον. καὶ διὰ τουτέων πᾶς ὁ βίος καὶ ὑγιαίνοντι καὶ ἐκ νούσου ἀνατρεφομένῳ καὶ κάμνοντι. οὐκ ἂν οὖν ἕτερα τουτέων χρησιμώτερα, οὐδ' ἀναγκαιότερα εἴη εἰδέναι δήπου. ὡς δὲ καλῶς καὶ λογισμῷ προσήκοντι ζητήσαντες πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν εὗρον αὐτὰ οἱ πρῶτοι εὑρόντες, καὶ ᾠήθησαν ἀξίην τὴν τέχνην θεῷ προσθεῖναι, ὡς καὶ νομίζεται. οὐ γὰρ τὸ ξηρὸν οὐδὲ τὸ ὑγρὸν οὐδὲ τὸ θερμὸν, οὐδὲ τὸ ψυχρὸν, οὐδ' ἄλλο τουτέων οὐδὲν ἡγησάμενοι, οὔτε λυμαίνεσθαι, οὔτε προσδέεσθαι οὐδενὸς τουτέων τὸν ἄνθρωπον· ἀλλὰ τὸ ἰσχυρὸν ἑκάστου, καὶ τὸ κρέσσον τῆς φύσιος τῆς ἀνθρωπίνης, οὗ μὴ ἠδύνατο κρατέειν, τοῦτο βλάπτειν ἡγήσαντο, καὶ τοῦτο ἐζήτησαν ἀφελεῖν. ἰσχυρότατον δέ ἐστι, τοῦ μὲν γλυκέος, τὸ γλυκύτατον, τοῦ δὲ πικροῦ, τὸ πικρότατον, τοῦ δὲ ὀξέος, τὸ ὀξύτατον, ἑκάστου δὲ πάντων τῶν ἐόντων, ἡ ἀκμή. ταῦτα γὰρ ἑώρων καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐνεόντα, καὶ λυμαινόμενα τὸν ἄνθρωπον. ἔνι γὰρ ἀνθρώπῳ καὶ πικρὸν, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ ὀξὺ, καὶ στρυφνὸν, καὶ πλαδαρὸν, καὶ ἄλλα μυρία παντοίας δυνάμιας ἔχοντα, πλῆθός τε καὶ ἰσχύν. ταῦτα μὲν μεμιγμένα καὶ κεκρημένα ἀλλήλοισιν, οὔτε φανερά ἐστιν, οὔτε λυπεῖ τὸν ἄνθρωπον. ὅταν δέ τι τουτέων ἀποκριθῇ, καὶ αὐτὸ ἐφ' ἑωυτοῦ γένηται, τότε καὶ φανερόν ἐστι, καὶ λυπεῖ τὸν ἄνθρωπον. τοῦτο δὲ τῶν βρωμάτων ὅσα ἡμῖν ἀνεπιτήδειά ἐστι καὶ λυμαίνεται τὸν ἄνθρωπον ἐμπεσόντα, τουτέων ἕκαστον, ἢ πικρόν τι καὶ ἄκρητόν ἐστιν, ἢ ἁλμυρὸν, ἢ ὀξὺ, ἢ ἄλλο τι ἄκρητόν τε καὶ ἰσχυρὸν, καὶ διὰ τοῦτο ταρακτικά ἐστιν, ὥσπερ καὶ ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ σώματος ἀποκρινομένων. πάντα δὲ ὅσα ὥνθρωπος ἐσθίει ἢ πίνει, τὰ τοιαῦτα βρώματα ἥκιστα τοιούτου χυμοῦ ἀκρήτου τε καὶ διαφέροντος, δῆλά ἐστι μετέχοντα, οἷον ἄρτος τε καὶ μάζα, καὶ τὰ ἑπόμενα τουτέοισιν, οἷσιν εἴθισται ὥνθρωπος πλείστοισί τε καὶ αἰεὶ χρέεσθαι, ἔξω τῶν πρὸς ἡδονήν τε καὶ κόρον ἠρτυμένων τε καὶ ἐσκευασμένων.

calidumne, an frigidum, an ſiccum, an humidum: ſi quidem horum quodq; ſimplex eſt. Namque ſi quod lædit ab his ipſis eſt diuerſum, contrario diſſoluere conuenit, velut ipſi fatentur. Eſt enim certiſſima & euidentiſſima medela, ſublatis quibus vtebatur cibis, pro tritico panem exhibere, & pro crudis carnibus, coctas, & inſuper vinum propinare. Neque fieri poteſt quin his commutatis conualeſcat, niſi diuturniore iſta victus ratione prorſus fuerit corruptus. Quid ergo dicemus? Num ei à frigido malè affecto, calida hæc exhibita profuerunt, an cōtraria? Equidem quid ad interrogata reſpondere debeat, multum dubitaturum exiſtimo. Qui enim panem ex tritico apparat, calidum, aut frigidum, aut ſiccum, aut humidum tollit. Quod namq; in ignem & aquam mittatur, multiſque aliis modis confectus ſit, quorum ſingula propriam facultatem & naturam obtinent, eorum quidem quæ natura exiſtunt, quædam reiiciuntur, aliis vero temperantur & commiſcentur. Nam & hoc ſane noui plurimum referre, vtaturne quis pane puro, aut non puro, aut ex tritico cortice non repurgato, aut purgato, aut copioſa aqua ſubacto, aut nullo modo ſubacto, aut excocto, aut crudiore, aliiſque prætera innumeris. Similiter quoque de maza. Quorum cuiuſque magnæ ſunt facultates, ac nihil inter ſe ſimiles. At qui hæc ſubducta ſecum ratione non reputat, quonam modo is affectum vllum, quo quis detinetur, cognoſcere poterit? Cum ab eorum quoq; hoc vel illo modo afficiatur & immutetur, atq; ex his & bene valentium omnium, & ex morbo conualeſcentium, & ægrotorum vita conſtet. ex quo ſane efficitur, vt nihil neque ad cognitionem vtilius, neq; magis neceſſarium exiſtat. Vt recte conuenienterq; ratiocinando inueſtigaſſe mihi videantur, & ad hominum naturam accommodate primi iſta inueniſſe, artemque dignam iudicaſſe, quæ ad Deum authorem ex maiorum inſtitutis referretur. Nam neque ſicco, neque humido, neque calido, neque frigido, neque horum quoquam hominē lædi exiſtimauerunt, neq; horum aliquo ei opus eſſe. Sed quod in vnoquoque potentius eſſet, & ſupra naturam humanam adeo vt ab ea ſuperari non poſſet, id lędere conſueuerunt, & tollere conati ſunt. Eſt autem valentiſſimum inter dulcia dulciſſimum, inter amara amariſſimum, inter acida acidiſſimum, & quod in re quaque ſummum eſt. Hæc enim in homine ineſſe, eique nocere videbant. In homine namque ineſt & amarum, & ſalſum, & dulce, & acidum, & acerbum, & inſipidum, aliaque ſexcenta, quæ pro copia & viribus, varias habent facultates. Et hæc quidem mixtione & mutua inter ſe contemperatione, neque cernuntur, neque quenquam moleſtia afficiunt. At vbi horum quidpiam ſecretum fuerit, & per ſe extiterit, tunc & conſpicuum fit, & hominem moleſtia afficit. Quinetiam ex cibariis, quæ minime nobis conueniunt, quæque in corpus ingeſta homini ſunt noxia, eorum quodque aut amarum eſt, & minime temperatum, aut ſalſum, aut acidum, aut alio quodam modo intemperatum & vehemens, ideoque perturbationem in corpore efficiunt, non ſecus ac ea, quæ ex corpore excernuntur. At edulia, quæ homo nunc edit aut bibit, ea huius intemperati & præſtantis ſucci minimam partem habere conſtat, panem dico & mazam, atque his finitima, quibus homines copioſe & ſemper vti conſueuere, præter ea, quæ ad voluptatem & ſatietatem condiuntur, & apparantur.

by Google

Ex quibus quamuis magna copia ingerantur, turbatio & facultatum corporis ſecretio minime contingit, ſed robur, incrementum, & alimentum, idque nullam aliam ob cauſam, quam quod probe contemperata, nihil habent intemperati neque vehementis, ſed omnia vnum fiunt, & ſimplex, & validum. Neque vero mihi ſatis compertum eſt, qui hac oratione vtuntur, & artem Medicam ab iſta via ad materiam propoſitam abducunt, quonam tandem modo homines ex materia propoſita curaturi ſint. Neque enim (opinor) ipſis eſt inuentum quidnam ſit per ſe calidum, aut frigidum, aut ſiccum, aut humidum, ac nullius alterius particeps. Verum vt ſentio, iidem apud illos potus & cibi exiſtunt, & ij quibus omnes vtimur, ſed huic calidi, illi frigidi, huic ſicci, illi humidi nomen apponunt. Quandoquidem illud dubitationem habet, ſi Medicus vt aliquid calidum ægro offeratur imperet, cum ſi protinus quæratur quodnam illud ſit, vel nugari cogatur, vel ad horum aliquid confugere. Quod ſi ſit calidum quoddam acerbum, aliud vero calidum inſipidum, aliud quoque calidum turbulentam in corpore motionem excitans (ſunt enim & alia calida, quæ contrarias inter ſe facultates habent) quodnam eorum offerri debeat, anne calidum & acerbum, vel calidum & inſipidum, an frigidum ſimul & acerbum (tale namque quoddam eſt) an frigidum & inſipidum? Namque equidem noui plane contrarium in eorum quoque euenire, neque in homine ſolum, verumetiam in corio & ligno cæteriſque pleriſque homine longe hebetiorem ſenſum habentibus. Neque enim calidum eſt, quod magnam vim habet, verum acerbum & inſipidum, cæteraque de quibus dixi, tum in homine, tum extra hominem, in iis, quæ eduntur aut bibuntur, vel foris illinuntur, vel quacunque forma corpori admouentur. Frigidum quidem & calidum inter omnes facultates, minimum in corpore poſſe has ob cauſas exiſtimo. Quandiu enim calidum & frigidum inter ſe permixta fuerint, moleſtia neutiquam afficiunt. Contemperationem enim & commoderationem habet frigidum à calido, & calidum à frigido. At vbi alterum ab altero ſeiunctum fuerit, tunc offendit. Quo itaque tempore frigus innaſcetur & hominem affligit, primum ex eo ipſo calidum indidem ex homine præſto eſt, ſine vllo præſidio atque apparatu, idque tum in ſanis, tum in ægrotantibus efficit. Quod ſi quis ſanus hyeme ſiue lotione frigida, ſiue quouis alio modo corpus refrigerare volet, quo plus id fecerit, ſi plane corpus non congelarit, is vbi veſtimenta ſumpſerit, & ſub tectum ſe receperit, eo magis & vehementius corpore incaleſcet. At vero ſi multum calefieri, vel balneo calido, vel copioſo igne cupiat, moxque cum eadem veſte, eodem loco quo quis perfrigeratus fuerat, commorari, is multo frigidior, atque alias magis inhorreſcere conſpicietur. Aut qui in magno æſtu ventulo per flabellum excitato, hoc modo ſibi frigus conciliare parat, is decuplo maiorem ardorem & æſtum ſentiet, quam qui horum nihil fecerit. Atque iſtis ſane ſunt multo maiora, quæ qui per niues,

καὶ ἀπὸ τουτέων πλεῖστα ἔνεστι τῷ ἀνθρώπῳ, ταράχῃ τε καὶ ἀπόκρισις τῶν ἀμφὶ τὸ σῶμα δυναμίων, ἥκιστα γίνεται, ἰσχύς τε καὶ αὔξησις, καὶ τροφὴ μάλιστα δι' οὐδὲν ἕτερον γίνεται, ἢ ὅτι εὖ τε συγκέκρηται, καὶ οὐδὲν ἔχει ἄκρητον, οὐδὲ ἰσχυρόν. ἀλλ' ὅλον ἕν τε γέγονε, καὶ ἁπλόον, καὶ ἰσχυρόν. ἀπορέω δ' ἔγωγε, οἱ τὸν λόγον ἐκεῖνον λέγοντες καὶ ἀπάγοντες ἐκ ταύτης τῆς ὁδοῦ ἐπὶ ὑπόθεσιν τὴν τέχνην, τίνα ποτὲ τρόπον θεραπεύσουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὥσπερ ὑποτίθενται. οὐ γάρ ἐστιν αὐτέοισιν, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ἐξευρημένον αὐτό τι ἐφ' ἑωυτοῦ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν, μηδενὶ ἄλλῳ εἴδει κεκοινωνέον. ἀλλ' οἶμαι ἔγωγε ταὐτὰ πόματα καὶ βρώματα αὐτέοισιν ὑπάρχειν, οἷσι πάντες χρεόμεθα. προστιθέασι δὲ τῷ μὲν, εἶναι θερμῷ· τῷ δὲ, ψυχρῷ· τῷ δὲ, ξηρῷ· τῷ δὲ, ὑγρῷ. ἐπεὶ ἐκεῖνό γε ἄπορον προστάξαι τῷ κάμνοντι, θερμόν τι προσενέγκασθαι. εὐθὺς γὰρ ἐρωτήσει τί ἐστιν, ὥστε ληρεῖν ἀνάγκη, ἢ ἐς τουτέων τι τῶν γινωσκομένων καταφεύγειν. εἰ δὲ δὴ τυγχάνει τὸ μὲν θερμὸν ἐὸν στρυφνόν· ἄλλο δὲ θερμὸν, πλαδαρόν· ἄλλο δὲ θερμὸν, ἄραδον ἔχον. ἔστι γὰρ καὶ ἄλλα τε θερμὰ, καὶ ἄλλας δυνάμιας ὑπεναντίας ἑωυτοῖσιν ἔχοντα, δεήσει δέ τι αὐτέων προσενεγκεῖν, ἢ τὸ θερμὸν καὶ στρυφνόν· ἢ τὸ θερμὸν καὶ πλαδαρόν· ἢ ἅμα τὸ ψυχρὸν καὶ στρυφνόν. ἔστι γὰρ καὶ τοιοῦτο, καὶ τὸ ψυχρόν τε καὶ πλαδαρόν. ὡς μὲν γὰρ ἔγωγε οἶδα, πᾶν τοὐναντίον ἀφ' ἑκατέρου αὐτέων ἀποβαίνει· καὶ οὐ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν σκύτει, καὶ ἐν ξύλῳ, καὶ ἐν ἄλλοισι πολλοῖσιν, ἅ ἐστιν ἀνθρώπου ἀναισθητότερα. οὐ γὰρ τὸ θερμόν ἐστι τὸ τὴν μεγάλην δύναμιν ἔχον, ἀλλὰ τὸ στρυφνὸν καὶ πλαδαρὸν, καὶ τἄλλα ὅσα μοι εἴρηται, καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἔξω τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα, καὶ ἔξωθεν ἐπιχριόμενά τε καὶ προσπλασσόμενα. ψυχρότητα δ' ἔγωγε καὶ θερμότητα πασέων ἥκιστα τῶν δυναμίων νομίζω δυναστεύειν ἐν τῷ σώματι, διὰ τάσδε τὰς προφάσιας. ὃν μὲν ἂν χρόνον μεμιγμένα αὐτὰ αὐτέοισιν ἅμα τὸ ψυχρὸν καὶ θερμὸν ᾖ, οὐ λυπέει. κρῆσις γὰρ καὶ μετριότης, τῷ μὲν ψυχρῷ, γίνεται ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, τῷ δὲ θερμῷ, ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. ὅταν δ' ἀποκριθῇ χωρὶς ἑκάτερον, τότε λυπέει. ἐν δὲ δὴ τουτέῳ τῷ καιρῷ, ὅταν τὸ ψυχρὸν ἐπιγένηται, καὶ λυπήσῃ τὸν ἄνθρωπον, διὰ τάχεος, πρῶτον δι' αὐτὸ τοῦτο πάρεστι τὸ θερμὸν αὐτόθεν ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, οὐδεμιῆς βοηθείης, οὐδὲ παρασκευῆς δεόμενον. καὶ ταῦτα καὶ ἐν ὑγιαίνουσι τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἀπεργάζεται καὶ ἐν κάμνουσι. τοῦτο μὲν, εἴ τις θέλει ὑγιαίνων χειμῶνος διαψύξαι τὸ σῶμα, ἢ λουσάμενος ψυχρῷ, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ, ὅσῳ ἂν αὐτὸ ἐπιπλεῖον ποιήσῃ, καὶ ἤν γε μὴ παντάπασι παγῇ τὸ σῶμα, ὅταν εἵματα λάβῃ καὶ ἔλθῃ ἐς τὴν σκέπην, μᾶλλον καὶ ἐπὶ πλέον θερμαίνεται τὸ σῶμα. τοῦτο δὲ, εἰ θέλει ἐκθερμανθῆναι σφοδρῶς, ἢ λουτρῷ θερμῷ, ἢ πολλῷ πυρὶ, ἐκ δὲ τουτέου, τὸ αὐτὸ εἷμα ἔχων ἐν τῷ αὐτέῳ χωρίῳ τὴν διατριβὴν ποιέεσθαι, ὥσπερ ὁ διεψυγμένος, πολὺ φανεῖται καὶ ψυχρότερος, καὶ ἄλλως φρικαλεώτερος, ἢ ῥιπιζόμενός τις ὑπὸ πνίγεος καὶ παρασκευάζων αὐτὸς ἑωυτῷ ψῦχος ἐκ τουτέου τοῦ τρόπου διαπαύσαιτο. τῷ τοῦτο ποιέοντι δεκαπλάσιον παρέσται τὸ καῦμα καὶ τὸ πνῖγος, ἢ τῷ μηδὲν τουτέων ποιέοντι. τάδε δὴ καὶ πολὺ μέζω, ὅσοι ἂν διὰ χιόνος

ἢ ἄλλης

ἢ ἄλλως ψύξιος βαδίσαντες, ῥιγώσωσι διαφερόντως πόδας, ἢ χεῖρας, ἢ κεφαλὴν, οἷα πάσχουσιν ἐς τὴν νύκτα, ὅταν περισταλέωσί τε καὶ ἐν ἀλέῃ γένωνται ὑπὸ κνύματος καὶ κνησμοῦ, καὶ ἔστιν οἷσι φλυκταῖναι ἀνίστανται ὡς ἀπὸ πυρὸς κατακεκαυμένοισι· καὶ οὐ πρότερον τοῦτο πάσχουσιν, πρὶν ἢ θερμανθῶσιν. οὕτως ἑτοίμως ἑκάτερον αὐτέων ἐπὶ θάτερα παραγίνεται. μυρία δ' ἂν καὶ ἕτερα ἔχοιμι εἰπεῖν. τὰ δὲ κατὰ τοὺς νοσέοντας, οὐχ οἷσιν ἂν ῥῖγος γένηται, τουτέοισιν ὀξύτατος ὁ πυρετὸς ἐκλάμπει; καὶ οὐχ οὕτως ἰσχυρὸς, ἀλλὰ καὶ παυόμενος δι' ὀλίγου, καὶ ἄλλως τὰ πολλὰ ἀσινὴς, καὶ ὅσον ἂν χρόνον παρῇ διάθερμος, καὶ διεξιὼν διὰ παντὸς τελευτᾷ ἐς τοὺς πόδας μάλιστα, οὗπερ τὸ ῥῖγος καὶ ἡ ψύξις νεηνικωτάτη, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐχρόνισε. πάλιν δὲ ὅταν ἱδρώσῃ καὶ ἀπαλλαγῇ ὁ πυρετὸς, πολὺ μᾶλλον ἐψύξατο, ἢ εἰ μὴ ἔλαβε τὴν ἀρχήν. ὅτῳ διαταχέως οὕτω παραγίνεται τὸ ἐναντιώτατόν τε καὶ ἀφελόμενον τὴν δύναμιν ἀπὸ ταὐτομάτου, τί ἂν ἀπὸ τουτέου μέγα ἢ δεινὸν γένοιτο; ἢ τίνος δεῖ πολλῆς ἐπὶ τουτέῳ βοηθείας; εἴποι ἄν τις· ἀλλ' οἱ πυρεταίνοντες, ἴσοι καυσοῖσί τε καὶ περιπλευμονίῃσι, καὶ ἄλλοισιν ἰσχυροῖσι νουσήμασιν, οὐ ταχέως ἐκ τῆς θέρμης ἀπαλλάσσονται, οὐδὲ πάρεστιν ἐνταῦθα τὸ θερμὸν ἐπὶ τὸ ψυχρόν. ἐγὼ δὲ τοῦτό μοι μέγιστον τεκμήριον ἡγεῦμαι εἶναι, ὅτι οὐ διὰ τὸ θερμὸν ἁπλῶς πυρεταίνουσιν οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲ τοῦτ' εἴη τὸ αἴτιον τῆς κακώσιος μοῦνον· ἀλλ' ἔστι καὶ πικρὸν, καὶ θερμὸν τὸ αὐτὸ, καὶ θερμὸν καὶ ὀξὺ, καὶ ἁλμυρὸν καὶ θερμὸν, καὶ ἄλλα μυρία· καὶ πάλιν γε ψυχρὸν μετὰ δυναμίων ἑτέρων. τὰ μὲν οὖν λυμαινόμενα, ταῦτά ἐστι. συμπάρεστι δὲ καὶ τὸ θερμὸν, ῥώμης μετέχον, ὡς ἂν τὸ ἡγεύμενον, καὶ παροξυνόμενον, καὶ αὐξανόμενον ἅμα κείνῳ. δύναμιν δὲ οὐδεμίαν πλείω τῆς προσηκούσης δηλαδή. ὅτι δ' ὧδε ἔχει, ἐπὶ τῶνδε σημείων, πρῶτον μὲν ἐπὶ φανερώτατα, ὧν πάντες ἔμπειροι πολλάκις ἤδη ἐσμέν τε καὶ ἐσόμεθα. τοῦτο μὲν ὅσοισιν ἂν ἡμέων κόρυζα ἐγγένηται, καὶ ῥεῦμα κινηθῇ διὰ τῶν ῥινέων, τοῦτο ὡς πολὺ δριμύτερον τοῦ πρότερον γενομένου τε καὶ ἰόντος ἐκ τῶν ῥινῶν καθ' ἑκάστην ἡμέρην, καὶ οἰδέειν μὲν ποιέει τὴν ῥῖνα, καὶ συγκαίει θερμήν τε καὶ διάπυρον ἐσχάτως. ἢν δὲ τὴν χεῖρα προσφέρῃς, καὶ πλείω χρόνον παρῇ, καὶ ἐξελκοῦται τὸ χωρίον, ἄσαρκόν τε καὶ σκληρὸν ἐόν. παύεται δέ πως τὸ καῦμα ἐκ τῆς ῥινὸς, οὐχ ὅταν τὸ ῥεῦμα γίνηται, καὶ ἡ φλεγμονὴ ᾖ, ἀλλ' ἐπειδὰν παχύτερόν τε καὶ ἧσσον δριμὺ, πέπον τε καὶ μεμιγμένον μᾶλλον τῷ προτέρῳ γενομένῳ, τότ' ἤδη καὶ τὸ καῦμα πέπαυται. ἀλλ' οἷσι δὲ ὑπὸ ψύχεος φανερῶς αὐτοῦ μόνου γίνεται, μηδενὸς ἄλλου ξυμπαραγινομένου, πᾶσι δὲ αὕτη ἡ ἀπαλλαγὴ, ἐκ μὲν τῆς ψύξιος διαθερμανθῆναι, ἐκ δὲ τοῦ καύματος διαψυχθῆναι· καὶ ταῦτα ταχέως παραγίνεται, καὶ πέψιος οὐδεμιῆς προσδέεται. τὰ δ' ἄλλα πάντα, ὅσα διὰ χυμῶν δριμύτητας καὶ ἀκρησίας φημὶ ἔγωγε γίνεσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀποκαθίσταταί τε κρηθέντα, καὶ πεφθέντα. ὅσα τ' αὖ ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τρέπεται τῶν ῥευμάτων, ὡς ἰσχυρὰς καὶ παντοίας δριμύτητας ἔχοντα, ἑλκοῖ μὲν βλέφαρα, κατεσθίει δὲ ἐνίων γνάθους τε καὶ τὰ ὑπὸ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς, ἐφ' ὅ τι ἂν ἐπιρρυῇ, ῥήγνυσί τε καὶ διεσθίει τὸν ἀμφὶ τὴν ὄψιν χιτῶνα. ὀδύναι δὲ καὶ καῦμα καὶ φλεγμὸς ἔσχατος κατέχει μέχρι τινὸς, μέχρις ἂν τὰ ῥεύματα πεφθῇ, καὶ γένηται παχύτερα, καὶ λήμη ἀπ' αὐτέων εἴη.

aut alia frigora itinere facto, ſupra modum pedibus vel manibus, vel capite perfrigerati, noctu patiuntur, cum veſtibus contecti, & loco calido ſe continentes, pruritu & ardore diuexantur, quibuſdam etiam puſtulæ velut igne ambuſtis attolluntur, neque id iis ſine caloris ſenſu accidit. Tam facile eorum alteri alterum ſuccedit. Quibus & ſexcenta alia adiicere poſſem, verum quæ circa ægrotos accidunt, ſpectemus. An non quibus rigor exoritur, iis acutiſſima febris inſtar flammæ emicat? Et quæ non adeo vehementer affligit, ſed intra breue tempus quieſcit, & alioqui fere innoxia, quæque quandiu adfuerit, calore totum corpus peruadit, ea maxime in pedes deſinit, in quibus rigor & frigus vehementiſſimum diutiſſime perdurarunt. Rurſus vbi ſudor eruperit, & febris deceſſerit, multo vehementius perfrigeſcit, quam ſi per initia non prehendiſſet. Ab eone igitur, quid magnum aut graue expectes, aut cuiuſnam magni præſidij indigeat, cui contrarium tam cito ſuccedit, quod eius vires ſponte aufert? At obiiciat aliquis febre ardẽte, aut pulmonum inflammatione, vel aliis vehementibus morbis detentos, qui neque calore cito liberantur, neque frigori calor ſuccedit. Illud vero mihi magno argumento eſſe videtur, quod neque calidum ſimpliciter febricitantium, neque ipſum ſolum affectionis cauſa ſit, ſed eſt & amarum & calidum idem, & calidum & acutum, & ſalſum & calidum, aliaque innumera, ac rurſus frigidum aliis facultatibus coniunctum. Hæc ſunt igitur, à quibus noxa prouenit, ſed & calidum adiunctum eſt, robur ac veluti principatum habens, quod incitat, & vna cum eo, cui coniunctum eſt, auget, nullam tamen peculiarem vim, quam conueniat, maiorem obtinet. Atque iſta ad hunc modum ſe habent. Ad hæc vero accedunt indicia imprimis quidem manifeſtiſſima, quorum iampridem omnes ſæpius vſum accepimus, & in dies periclitationem percipimus. Siquidem vbi nobis grauedo exoritur, & ex naribus humor effluit, qui priore, & eo, qui quotidie per nares fertur, cum longe ſit acrior, naſum non modo in tumorem attollit, & calentem ſummeque feruentem exurit. Quod ſi longiore tempore perſeuerauerit, & manum admoueas, etiam locus exulceratur minime carnoſus & durus. At vero narium ardor tum ſedatur, non cum fluxio fit, & inflammatio adeſt, ſed cum humor craſſior, & minùs acris extiterit, ac concoctus, eique, qui prius aderat, magis permixtus. Quibuſdam vero ex ſola frigiditate, & nullius alterius acceſſione, hic affectus plane excitatur. Qui omnes liberantur, ſi ex frigore quidem percaleſcant, ex ardore vero perfrigeſcant, quæ celeriter contingunt, & nullius concoctionis indigent. Reliqua autem omnia, quæ ex humorum acrimonia & incommoderatione oriri aſſero, eodem modo ſedantur, commoderata & concocta. At fluxiones in oculos irruentes ex vehementi & cuiuſuis humorum acrimonia, palpebras quidem exulcerant, & quibuſdam genas, ſubiectáſque oculis partes, ad quas confluxerint, erodunt, tunicam etiam pupillam ambientem rumpunt & exedunt. Dolor autem & ardor ſummaque inflammatio tandiu detinet, dum fluxio concocta fuerit, & craſſior euaſerit, lemæque ab iis redditæ fuerint.

Concoquitur vero vbi mutua fuerit permixtio, contemperatio & cum aliis coctio. Quinetiam quæ in fauces feruntur, ex quibus raucedines oriuntur, anginæ, eryſipelata, & pulmonũ inflammationes, hęc omnia primũ quidẽ ſalſa, humida & acria demittunt, & in his morbi confirmantur. At vero vbi craſſiora & magis cocta fuerint, omnemq; acrimoniã depoſuerint, tum iam & febres, & quæ moleſtia afficiebant, deſinunt. Eas vero rei cuiuſq; cauſas exiſtimare oportet, quæ quidẽ cum adſunt, hoc modo prouenire neceſſe eſt, & quib. in aliud temperamentũ cõmutatis, ceſſare. Quando igitur ab ipſa pauca caliditate & frigiditate, nulliuſq; alterius facultatis participe, hæc cõtigerint, hac ratione ceſſabunt, ſi ex frigido in calidũ, & ex calido in frigidũ cõmutata fuerint. Cõmutantur verò ad eum, quẽ dixi modũ. Præter hæc quæcunq; hominem malè afficiunt, ea omnia ex facultatib. oriuntur. Veluti quidẽ, ſi amarus humor aliquis, quẽ bilem flauam nuncupare ſolemus, effuſus fuerit, quænam anxietates, æſtus & impotentiæ detinent? Quib interdũ liberati vel ſpontanea purgatione, vel medicamẽto, ſi quid horum tempeſtiuè cõtingat, doloribus planè & calore defungũtur. At quãdiu iſta ſublata, incocta & minime cõtemperata fuerint, nulla arte neq; dolores neq; febres finiẽtur. Et quibus quidẽ acuti, acres & æruginoſi humores inſtant, quinam furores, & viſcerũ ac thoracis lancinationes, animiq; abiectio inde oriuntur? Neq; prius hæc quieſcunt, quã emaciati, deiecti, & aliis permixti fuerint. Multis autem variiſq; modis concoqui, permutari, tenuari, & in humorũ naturam craſſeſcere poſſunt. Ideoq; in iſtis, & iudicationes, & temporum numeri, magnum pondus habere mihi videntur. At nihil iſtorũ ſine calido aut frigido contingere ſolet, cùm neq; putreſcere, neque incraſſari poſſit. Quid vero hoc ipſum eſſe dicemus? Nempe eorum contemperationem eſſe, verum ea cum mutuo inter ſe fiat, tum vim habere. Quandoquidem calidum nullius alterius permixtione, quam frigidi calidum eſſe deſinet, neque contra frigidũm, quã calidi. At reliqua omnia, quæ in homine inſunt, quo plurib. permiſcentur, eo mitiora & meliora euadũt. Iſque tum demum optime affectus eſt, vbi concoquit, & quietem agit, nihilque in eo exiſtit, quod propria facultate præpolleat. Ac de his quidẽ abunde mihi dixiſſe videor. At vero Medici quidam & ſophiſtæ fieri non poſſe dicunt, vt quis artem Medicam cognoſcat, niſi idem nouerit quid ſit homo, & quænam eius prima generatio & compoſitio. Equidẽ quæ ab his de natura vel dicta vel ſcripta ſunt, non tam ad artẽ Medicam, quam ad pictoriam ſpectare exiſtimo. At manifeſtam naturæ cognitionem non aliunde quam ex arte Medica haberi cenſeo, quam is facile percipiet, qui vniuerſam artem Medicam probe complexus fuerit. Quo quidem plærique mihi perueniſſe videntur, & iſtorum notitiam habuiſſe, vt quid ſit homo, quænam eius ortus cauſæ, reliquaque certe cognoſcerent. Quandoquidem naturæ cognitio mihi Medico eſſe neceſſaria videtur, iſque omni ſtudio contendere debet (ſi modo quid recte præſtare volet) vt intelligat, quonam modo quis ad ea, quæ comeduntur & bibuntur ſe habeat, & quidnam cuiq; ex ſingulis eueniat, neq; ſimpliciter tantum exiſtimet caſeum malum eſſe edulium, quòd qui ſe eo ingurgitat, dolorem ſentiat, ſed noſcat quemnam dolorem, & quaſnam ob cauſas inferat, & cuinam eius vſus minime ſit accommodatus.

τὸ δὲ πεφθῆναι, γίγνεται ἐκ τοῦ μιχθῆναι, κρηθῆναί τε ἀλλήλοις καὶ συνεψηθῆναι. ὅσα δὲ ἐς τὴν φάρυγγα, ἀφ' ὧν βράγχοι γίνονται, κυνάγχαι, ἐρυσιπέλατα, περιπλευμονίαι, πάντα ταῦτα τὸ μὲν πρῶτον ἁλμυρά τε καὶ ὑγρὰ, καὶ δριμέα ἀφίει, καὶ ἐν τοῖσι τοιούτοισιν ἐρρώσται τὰ νοσήματα. ὅταν δὲ παχύτερα καὶ πεπαίτερα γένηται, καὶ πάσης δριμύτητος ἀπηλλαγμένα, τότ' ἤδη καὶ οἱ πυρετοὶ λύονται, καὶ τἆλλα τὰ λυπέοντα τὸν ἄνθρωπον. δεῖ δὲ δήπου ταῦτα αἴτια ἑκάστου ἡγεῖσθαι, ὧν παρεόντων μὲν, τοιουτότροπον ἀνάγκη γίνεσθαι, μεταβαλλόντων δὲ ἐς ἄλλην κρῆσιν, παύεσθαι. ὁκόσα οὖν ἀπὸ αὐτῆς τῆς θέρμης εἰλικρινέος ἢ ψύξιος γίνεται, καὶ μὴ μετέχει ἄλλης δυνάμεως μηδεμιῆς, οὕτω παύοιτ' ἄν, ὅταν μεταβάλλῃ ἐκ τοῦ ψυχροῦ ἐς τὸ θερμὸν καὶ ἐκ τοῦ θερμοῦ ἐς τὸ ψυχρὸν. μεταβάλλει δὲ ὅν μοι προείρηται τρόπον. ἔτι τοίνυν τἆλλα ὅσα κακοπαθεῖ ὁ ἄνθρωπος, πάντα ἀπὸ δυναμίων γίνεται. τοῦτο μὲν, ὅταν πικρότης τις ἀποχυθῇ, ἣν δὴ χολὴν ξανθὴν καλέομεν, οἷαι ἄσαι, καὶ καῦμα, καὶ ἀδυναμίαι κατέχουσιν; ἀπαλλασσόμενοί τε τούτου ἐνίοτε, καὶ καθαιρόμενοι, ἢ αὐτόματοι, ἢ ὑπὸ φαρμάκου, ἢν ἐν καιρῷ τι αὐτέων γένηται, φανερῶς καὶ τῶν πόνων καὶ τῆς θέρμης ἀπαλλάσσονται. ὅσον δ' ἂν χρόνον ταῦτα μετέωρα ᾖ καὶ ἄπεπτα καὶ ἄκρητα, μηχανὴ οὐδεμίη, οὔτε τῶν πόνων παύσασθαι, οὔτε τῶν πυρετῶν. καὶ οἷσι μὲν ὀξύτητες προσίστανται δριμεῖαί τε καὶ ἰώδεες, οἷαι λύσσαι, καὶ δήξιες σπλάγχνων καὶ θώρηκος καὶ ἀπορίη; οὐ παύεται τούτου πρότερον πρὶν ἀποκαθαρθῇ τε καὶ καταστορεσθῇ, καὶ μιχθῇ τοῖσιν ἄλλοισι. πέσσεσθαι δὲ καὶ μεταβάλλειν, καὶ λεπτύνεσθαι καὶ παχύνεσθαι ἐς χυμῶν εἶδος, διὰ πολλῶν εἰδέων καὶ παντοίων. διὸ καὶ αἱ κρίσιες καὶ οἱ ἀριθμοὶ τῶν χρόνων, ἐν τοῖσι τοιούτοισι μέγα δύνανται. πάντων δὴ τουτέων, ἥκιστα προσήκει θερμῷ ἢ ψυχρῷ πάσχειν. οὔτε γὰρ ἂν τοῦτό γε σαπῇ, οὔτε παχυνθῇ. τί δὴ αὖ αὐτὸ φαίημεν εἶναι; κρῆσις τι αὐτέων ἐστὶ, πλείω πρὸς ἄλληλα ἔχουσα δύναμιν. ἐπεὶ ἄλλῳ γε οὐδενὶ τὸ θερμὸν μιχθὲν παύσεται τῆς θέρμης, ἢ τῷ ψυχρῷ· οὐδέ γε πάλιν τὸ ψυχρὸν, ἢ τῷ θερμῷ. τὰ δ' ἄλλα περὶ τὸν ἄνθρωπον, ὅσῳ ἂν πλείοσι μίσγηται, τοσούτῳ ἠπιώτερα καὶ βελτίονα. πάντων δὲ ἄριστα διάκειται ὁ ἄνθρωπος, ὅταν πέσσηται καὶ ἐν ἡσυχίῃ ᾖ, μηδεμίαν δύναμιν ἰδίην ἀποδεικνύμενος. περὶ μὲν οὖν τουτέων, ἱκανῶς μοι ἡγεῦμαι ἐπιδεδεῖχθαι. λέγουσι δέ τινες καὶ ἰητροὶ, καὶ σοφισταὶ, ὡς οὐκ ἔνι δυνατὸν ἰητρικὴν εἰδέναι, ὅστις μὴ οἶδεν ὅ, τί ἐστιν ἄνθρωπος καὶ ὅπως ἐγένετο πρῶτον, καὶ ὅπως συνεπάγη. ἐγὼ δὲ τουτέων μὲν ὅσα τινὶ εἴρηται σοφιστῇ ἢ ἰητρῷ, ἢ γέγραπται περὶ φύσιος, ἧσσον νομίζω τῇ ἰητρικῇ τέχνῃ προσήκειν, ἢ τῇ γραφικῇ. νομίζω δὲ ὅτι περὶ φύσιος γνῶναί τι σαφὲς, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἐστὶ, ἢ ἐξ ἰητρικῆς. τοῦτο δὲ οἷόν τε καταμαθεῖν, ὅταν αὐτήν τις τὴν ἰητρικὴν ὀρθῶς πᾶσαν περιλάβῃ. μέχρι δὲ τούτου πολλοῦ μοι δοκεῖ δεῖν. λέγω δὲ τὴν ἱστορίην ταύτην εἰδέναι, ἄνθρωπος τί ἐστι, καὶ δι' οἵας αἰτίας γίνεται, καὶ τἆλλα ἀκριβέως. ἐπεί τοί γέ μοι δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι παντὶ ἰητρῷ, περὶ φύσιος εἰδέναι, καὶ πάνυ σπουδάσαι ὡς εἴσεται, εἴπερ τι μέλλει τῶν δεόντων ποιήσειν, ὅ, τι ἐστὶν ἄνθρωπος πρὸς τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα. καὶ ὅ, τι ἀφ' ἑκάστου ἑκάστῳ συμβήσεται. καὶ μὴ ἁπλῶς οὕτω δοκεῖν, ὅτι πονηρὸν βρῶμα τυρός. πόνον γὰρ φέρει τῷ πληρωθέντι αὐτέου·

ἀλλὰ

ἀλλά τινα τὰ πότον, καὶ ὅ τι, καὶ τίνι τῶν ἀνθρώπων ἐόντων ἀνεπιτήδειος. ἔστι γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ βρώματα καὶ πόματα φύσει πονηρὰ, καὶ διατιθέντα τὸν ἄνθρωπον, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον. οὕτως οὖν μοι ἔχει ὁ λόγος. οἷον οἶνος ἄκρητος πολὺς ποθεὶς, διατίθησί πως τὸν ἄνθρωπον, ἀσθενέα. καὶ ἅπαντες ἂν ἰδόντες, τοῦτο γνοίησαν, ὅτι αὕτη ἡ δύναμις οἴνου, καὶ αὐτὸς ἐστιν αἴτιος. καὶ οἷσί γε τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοῦτο μάλιστά γε δύναται, οἴδαμεν. τοιαύτην δὴ βούλομαι ἀληθείην καὶ περὶ τῶν ἄλλων φανῆναι. τυρὸς γὰρ, ἐπειδὴ τούτῳ σημείῳ ἐχρησάμην, οὐ πάντας ἀνθρώπους λυμαίνεται, ἀλλ᾽ εἰσὶν οἵτινες αὐτοῦ πληρεύμενοι, οὐδ᾽ ὁτιοῦν βλάπτονται, ἀλλὰ καὶ ἰσχὺν οἷσιν ἂν ξυμφέρῃ θαυμασίως παρέχεται. εἰσὶ δ᾽ οἳ χαλεπῶς ἀπαλλάσσουσι. διαφέρουσιν οὖν τούτων αἱ φύσιες. διαφέρουσι δὲ κατὰ τοῦτο, ὅπερ ἐν τῷ σώματι ἔνεστι πολέμιον τυρῷ, καὶ ὑπὸ τούτου ἐγείρεταί τε καὶ κινέεται. οἷσιν ὁ τοιοῦτος χυμὸς τυγχάνει πλείων ἐνεὼν, καὶ μᾶλλον ἐνδυναστεύων ἐν τῷ σώματι, τούτους μᾶλλον καὶ κακοπαθέειν εἰκός. εἰ δὲ πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἦν κακὸν, πάντας ἂν ἐλυμαίνετο. ταῦτα δ᾽ εἴ τις εἰδείη, οὐκ ἂν πάσχοι. τὰ δ᾽ ἐν τῇσιν ἀνακομιδῇσι, τῇσιν ἐκ τῶν νούσων, ἔτι δὲ καὶ ἐν τῇσι νούσοισι τῇσι μακρῇσι γίνονται πολλαὶ συνταράξιες, αἱ μὲν, ἀπὸ ταὐτομάτου, αἱ δὲ, καὶ ἀπὸ τῶν προσενεχθέντων τῶν τυχόντων. οἶδα δὲ τοὺς ἰητροὺς τοὺς πολλοὺς, ὡς τοὺς ἰδιώτας, ἢν τύχωσι περὶ τὴν ἡμέρην ταύτην τι κεκαινουργηκότες, ὡς λουσάμενοι, ἢ περιπατήσαντες, ἢ φαγόντες τι ἑτεροῖον, ταῦτα δὲ πάντα βέλτιω, προσενηνεγμένα ἢ μὴ, οὐδὲν ἧσσον τὴν αἰτίην τουτέων τινὶ ἀνατιθέντας, τὸ μὲν αἴτιον ἀγνοοῦντας, τὸ δὲ συμφορώτατον, ἢν οὕτω τύχῃ, ἀφαιρέοντας. δεῖ δὲ οὔ· ἀλλ᾽ εἰδέναι τί λουτρὸν ἀκαίρως προσγενόμενον ἐργάσεται, καὶ τί κόπος. οὐδέποτε γὰρ ἡ αὐτὴ κακοπαθείη τουτέων, οὐδ᾽ ἑτέρου, οὐδέ γε ἀπὸ πληρώσιος, οὐδέ γε ἀπὸ βρώματος τοίου ἢ τοίου. ὅστις οὖν ταῦτα μὴ εἴσεται ὡς ἕκαστα ἔχει πρὸς τὸν ἄνθρωπον, οὔτε γινώσκειν τὰ γινόμενα ἀπ᾽ αὐτέων δυνήσεται, οὔτε χρέεσθαι ὀρθῶς. δεῖ δέ μοι δοκέει καὶ ταῦτ᾽ εἰδέναι, ὅσα τῷ ἀνθρώπῳ παθήματα ἀπὸ δυναμίων γίγνεται, καὶ ὅσα ἀπὸ σχημάτων. λέγω δὲ τί τοῦτο; δύναμιν μὲν εἶναι, τῶν χυμῶν εἰδέναι τὰς ἀκρότητάς τε καὶ ἰσχύν. σχήματα δὲ λέγω, ὅσα ἔνεστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. τὰ μὲν γὰρ, κοῖλά τε καὶ ἐξ εὐρέος ἐς στενὸν ξυνηγμένα· τὰ δὲ, καὶ ἐκπεπταμένα· τὰ δὲ, στερεά τε καὶ στρογγύλα· τὰ δὲ, πλατέα καὶ ἐπικρεμάμενα· τὰ δὲ, διατεταμένα· τὰ δὲ, μακρά· τὰ δὲ, πυκνά· τὰ δὲ, μανά τε καὶ τεθηλότα· τὰ δὲ, σπογγοειδέα, καὶ ἀραιά. τοῦτο μὲν ἕλκειν ἐφ᾽ ἑωυτὸ, καὶ ἐπισπᾶσθαι ὑγρότητα ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος, πότερον τὰ κοῖλά τε καὶ ἐκπεπταμένα, ἢ τὰ στερεά τε καὶ στρογγύλα, ἢ τὰ κοῖλά τε καὶ ἐς στενὸν ἐξ εὐρέος συνηγμένα, δύναιτ᾽ ἂν μάλιστα; οἶμαι μὲν τὰ τοιαῦτα ἐς στενὸν συνηγμένα ἐκ κοίλου τε καὶ εὐρέος. καταμανθάνειν δὲ δεῖ αὐτὰ ἔξωθεν ἐκ τῶν φανερῶν. τοῦτο μὲν γὰρ, τῷ στόματι κεχηνὼς, ὑγρὸν οὐδὲν ἀνασπάσεις· προμυλλήνας δὲ καὶ συστείλας, πιέσας τε τὰ χείλεα, ἔτι τε αὐλὸν προσθέμενος, ῥηιδίως ἀνασπάσαις ἂν ὅ τι θέλεις. τοῦτο δὲ, αἱ σικύαι προσβαλλόμεναι ἐξ εὐρέος εἰς στενότερον ξυνηγμέναι, πρὸς τοῦτο τετεχνέαται, πρὸς τὸ ἕλκειν ἀπὸ τῆς σαρ-

Cum enim alij plærique ſint, tum cibi, tum potus, natura praui, non tamen eodem modo hominem afficiunt. Quod ita ſe habere hac oratione veluti exemplo confirmo. Vinum merum copioſius epotum hominem quadam imbecillitate afficit, idque qui vident, omnes nouerunt eas eſſe vini vires, & in ipſum noxiam referunt, ſed & quaſnam hominis partes præcipue afficiat, nouimus. Quod & in reliquis ita plane conſtat. Caſeus ſiquidem (quoniam hoc in medium protulimus) non omnibus eſt noxius, ſed ſunt nonnulli, qui vbi eo ſe expleuerint, ne tantillum quidem offenduntur, quinetiam gracilibus mirum in modum conferre perhibetur, quidam etiam non niſi cum moleſtia degunt. Horum autem naturæ hac ratione inter ſe differunt. Quod in corpore caſeo eſt inimicum, ab eo excitatur & commouetur, in quibus eiuſmodi humor plurimus in corpore redundat, quoque maiorem dominatum in corpore habuerit, eo grauius affici æquum eſt. Quod ſi vniuerſæ hominum naturæ infeſtus eſſet, omnibus vtique noceret. Quæ ſi quis nouerit, nullo modo ab eis offendatur. In iis vero, qui ex morbis conualeſcunt, ac præterea longis morbis conflictantur, multi velut inſtructa acie conflictus fiunt, partim ſponte, partim ex iis, quæ ſine delectu offeruntur. Pleroſque autem Medicos noui, qui non ſecus ac idiotæ, ſi quid forte eadem die innouaſſent, lauando videlicet, aut deambulando, vel alienum aliquem cibum edendo, quæ omnia etſi adhibuiſſe quam omiſiſſe præſtiterat, nihilominus tamen in eorum aliquod cauſam reiecerunt, cum quidem cauſam non agnoſcerent, & id fortaſſe quod forte maxime erat commodum prorſus extinguerent. Quod certe minime facere conuenit, ſed nouiſſe oportet quid balnei vſus intempeſtiui efficiat; quid item defatigatio. Neque enim iſta eodem modo malè afficiunt, neque quicquam aliud, vt neque repletio, neque hic vel ille cibus. Qui igitur hæc ſingula quemadmodum ſe ad hominem habeant, ignorat, is neque, quæ ab iis proueniunt, cognoſcet, neque iis recte vti poterit. At vero mihi etiam cognoſcendæ affectiones videntur, quæ homini tum à facultatibus, tum à figuris proueniunt. Facultatem quidem intelligo, extremas humorum qualitates & vires noſſe; figuras vero, ea quæ in homine inſunt. Quædam enim caua ſunt, & ex latitudine in anguſtum coacta; quædam etiam expaſſa, alia ſolida & rotunda, alia lata & pendentia, alia diſtenta, alia longa; alia denſa, alia rara & florida, alia vero ſpongioſa & laxa. Videndum certe quodnam ex his humorem ex reliquo corpore ad ſe attrahat & pelliciat, num quæ caua & expaſſa, an ſolida & rotunda, an quæ caua & ex latitudine in anguſtum contracta ſunt, id maxime efficere poſſint. Ac mea quidem ſententia, quæ ex cauo & lato in anguſtum contracta ſunt. Iſta vero ex rebus externis manifeſtè percipere licet. Veluti quidem ſi ore hiante fueris, nullum humorem attraxeris, vbi verò protenſis labris conſtrinxeris ac compreſſeris, præterea & fiſtulã admoueris, quicquid libuerit, attrahes. Hoc vero quæ admouentur cucurbitulæ ex latitudine in anguſtũ contractæ declarant, quæ cum in vſum fabricatæ ſunt, vt ex car-

ne trahant & auellant, aliaq; id genus permulta. Eſt autem earum, quæ intra hominem ſunt, partium natura & figura eiuſmodi, veſicæ, capitis, & vteri in mulieribus, eæq; maxime attrahere, & ſemper attracto humore refertæ conſpiciuntur. Quæ vero caua ſunt & expaſſa, ea affluentem quidem humorem omnium maxime recipiunt. Verum non perinde attrahunt. At ſolida & rotunda neque attrahunt, neque affluentem humorem recipiunt, qui certè circum elabitur, cum ſedem in qua permaneat, non habeat. Spongioſa autem & rara, velut lien, pulmo & mammæ, prope admota maxime exugunt, eaq; præcipue accedente humore indureſcunt & augentur. Neque enim, ſi in ventriculo humor inſit, eumq; foris contineat, & ſingulis dieb. euacuetur, verum cum eum in ſeipſo receperit, eumq; vacua & rara, ac parua penitus imbiberint, pro raro & molli durus & denſus euadit, neque concoquit, neq; emittit. Iſtaque illi ex figuræ natura contingunt. Quæ vero flatus eorumq; conuolutiones in corpore efficiunt, ea in cauitatibus ac laxioribus ſpaciis, velut ventre & thorace, ſtrepitum & ſonitum excitare æquũ eſt. Cum enim non ſic impleant, vt cõſiſtant, ſed mutationes & motiones habeant, ab ipſis ſtrepitum & euidẽtes motiones fieri neceſſe eſt. Quę vero tum carnoſa, tum mollia, in iis ſtupores & repletiones quales iugulatis fiunt. Quod ſi in latum & renitens incurrat, eiq; aliquid reſiſtat, quod natura neq; ſit adeo robuſtum, vt vim eius ſuſtinere, neque ab eo male affici queat, neq; ita molle & rarum, vt in ſe recipiat & cedat, ſed tenerum, floridum, ſanguine præditum, & denſum velut hepar, ob denſitatem quidẽ & latitudinem renititur, neq; cedit, flatus vero ſubiẽs increſcit, robuſtior efficitur, & impetu in id, quod obluctatur, fertur; verum quia tenerum & ſanguine præditum, doloris expers eſſe non poteſt. Eaſque ob cauſas tum grauiſſimi creberrimique dolores eo in loco excitantur, tum ſuppurationes & tubercula quã plurima. Quæ etiam circa ſeptum tranſuerſum, ſed longe minore vi contingunt. Septi enim tranſuerſi natura in latum protenſa & renitens, cumque ſit neruoſior & robuſtior, ideo doloribus minus opportuna. In his tamen & dolores & tubercula exoriuntur. Permultæ præterea tum intra, tum extra corpus exiſtunt figurarum formæ, quæ pro affectuum ratione magnopere differunt, tam in ægris, quam in bene valẽtibus, velut capita parua aut magna, ceruices graciles aut craſſæ, longæ aut breues, ventres longi aut rotundi, thoracis & coſtarũ latitudo aut anguſtia, atq; alia ſexcenta, quorũ omnium differentias nouiſſe oportet, quo cognita cuiuſq; cauſa, eas recte obſeruare poſſis. De humorum autem facultatibus, quemadmodũ etiam antea dictum eſt, quid eorũ quiſq; in homine efficere poſſit, conſiderandũ, quaſq; inter ſe cognationes habeant. Quod eſt, ſi dulcis humor in aliã formã mutetur, non per alterius contemperationẽ, ſed ab aliis ſeparatus qualis nam plurimũ futurus ſit, amarus, an ſalſus, an acerbus, an acidus. Certe omniũ humorum, qui aſſumuntur, acidus minime accommodatus fuerit, ſiquidẽ dulcis omnium maxime accommodatus exiſtit. Ad hunc modum ſi quis rerum externarum naturam inueſtigando aſſequi poſſit, is ſemper ex omnibus quod melius eſt facile eliget. Optimum vero id eſt, quod lõgiſſime abeſt ab eo, quod humanæ naturæ minime eſt accommodatum.

χὸς καὶ ἐπισπᾶσθαι, ἄλλα τε πολλὰ τοιουτότροπα. τῶν δὲ ἔσω τοῦ ἀνθρώπου, φύσις καὶ σχῆμα τοιοῦτον κύστις τε καὶ κεφαλὴ, καὶ ὑστέρα γυναιξί. καὶ φανερῶς ταῦτα μάλιστα ἕλκει, καὶ πλήρεά ἐστιν ἐπακτοῦ ὑγρότητος αἰεί. τὰ δὲ κοῖλα καὶ ἐκπεπταμένα, ἐπιῤῥυεῖσαν μὲν ἂν ὑγρότητα μάλιστα δέξαιτο πάντων. ἐπισπάσαιτο δ' ἂν, οὐχ ὁμοίως. τὰ δέ γε στερεὰ καὶ στρογγύλα, οὔτ' ἂν ἐπισπάσαιτο, οὔτ' ἂν ἐπιῤῥυεῖσαν δέξαιτο. περιολισθάνοι τε γὰρ ἂν, καὶ οὐκ ἔχοι ἕδρην, ἐφ' ἧς μένοι. τὰ δὲ σπογγοειδέα τε καὶ ἀραιὰ, οἷον σπλὴν, πνεύμων, καὶ μαζοὶ, προσκατακείμενα μάλιστα ἀναπίοι, καὶ σκληρυνθείη καὶ αὐξηθείη ὑγρότητος προσγενομένης ταῦτα μάλιστα. οὐ γὰρ ἂν ἐν κοιλίῃ ἐνῇ τὸ ὑγρὸν, ἔξω τε περιέχῃ αὐτὴν ἡ κοιλίη τοιαύτη, καὶ διαχέοιτ' ἂν καθ' ἑκάστην ἡμέρην. ἀλλ' ὅταν πίῃ καὶ δέξηται αὐτὸς ἐς ἑωυτὸν τὸ ὑγρὸν τὰ κενὰ καὶ ἀραιὰ, καὶ τὰ σμικρὰ πάντα. καὶ ἀντὶ ἀραιοῦ τε καὶ μαλθακοῦ, σκληρός τε καὶ πυκνὸς ἐγένετο. καὶ οὔτ' ἐκπέσσει, οὔτ' ἀφίησι. ταῦτα δὲ πάσχει διὰ τὴν φύσιν τοῦ σχήματος. ὅσα δὲ φύσας τε καὶ εἰλήματα ἐνεργάζονται ἐν τῷ σώματι, προσήκει ἐν μὲν τοῖσι κοίλοισί τε καὶ εὐρυχωρέουσι, οἷον κοιλίῃ τε καὶ θώρηκι, ψόφον τε καὶ πάταγον ἐμποιέειν. ὅκου γὰρ ἂν μὴ ἀποπληρώσῃ οὕτως ὥστε στῆναι, ἀλλ' ἔχῃ μεταβολάς τε καὶ κινήσεις, ἀνάγκη ὑπ' αὐτέων καὶ ψόφον καὶ καταφανέας κινήσιας γίνεσθαι. ὅσα δὲ σαρκώδεά τε καὶ μαλθακὰ, ἐν τοῖσι τοιούτοισι νάρκαι τε καὶ πληρώματα, οἷα ἐν τοῖσιν ἀποσφαγεῖσι γίνεται. ὅταν δὲ ἐγκύρσῃ πλατεῖ τε καὶ ἀντικειμένῳ, καὶ τι πρὸς αὐτὸ ἀντιπέσῃ, καὶ φύσει τοῦτο τύχῃ μήτε ἰσχυρὸν ἐὸν, ὥστε δύνασθαι ἀντέχεσθαι τῆς βίης, καὶ μηδὲν κακὸν παθεῖν, μήτε μαλθακόν τε καὶ ἀραιὸν, ὥστ' ἐνδέξασθαί τε καὶ ὑπεῖξαι, ἁπαλὸν δὲ καὶ τεθηλὸς, ἔναιμόν τε καὶ πυκνὸν, οἷον ἧπαρ, διὰ μὲν τὴν πυκνότητα καὶ πλατύτητα, ἀντερείδει τε καὶ οὐχ ὑπείκει. φῦσα δὲ ἐπιφερομένη, αὔξεταί τε καὶ ἰσχυροτέρη γίνεται. καὶ ὁρμᾷ μάλιστα πρὸς τὸ ἀντιπαῖον. διὰ δὲ τὴν ἁπαλότητα καὶ τὴν ἐναιμότητα, οὐ δύναται αὐτὸ ἄπονον εἶναι. καὶ διὰ ταύτας τὰς προφάσιας, ὀδύναι τε ὀξύταται καὶ πυκνόταται πρὸς τοῦτο τὸ χωρίον γίνονται, ἐμπυήματά τε καὶ φύματα πλεῖστα. γίνεται δὲ καὶ ὑπὸ φρένας ἰσχυρῶς, ἧσσον δὲ πολλόν. διάτασις μὲν γὰρ φρενῶν πλατεῖη καὶ ἀντικειμένη. φύσις δὲ νευρωδεστέρη τε καὶ ἰσχυροτέρη. διὸ ἧσσον ἐπώδυνά ἐστι. γίνονται δὲ καὶ περὶ ταῦτα, καὶ πόνοι καὶ φύματα. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα καὶ ἔσω καὶ ἔξω τοῦ σώματος εἴδεα σχημάτων, ἃ μεγάλα ἀλλήλων διαφέρει πρὸς τὰ παθήματα καὶ νοσέουσι καὶ ὑγιαίνουσι. οἷον κεφαλαὶ σμικραὶ ἢ μεγάλαι. τράχηλοι λεπτοὶ ἢ παχέες. μακροὶ ἢ βραχέες. κοιλίαι μακραὶ ἢ στρογγύλαι. θώρηκος καὶ πλευρέων πλατύτητες ἢ στενότητες. καὶ ἄλλα μυρία, ἃ δεῖ πάντα εἰδέναι ᾗ διαφέρει, ὅπως τὰ αἴτια ἑκάστων εἰδὼς, ὀρθῶς τηρέῃς. περὶ δὲ δυναμίων χυμῶν, αὐτέων τε ἕκαστος ὅ, τι δύναται ποιέειν τὸν ἄνθρωπον ἐσκέφθαι, ὡς καὶ πρότερον εἴρηται, καὶ τὰς ξυγγενείας ὡς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους. λέγω δὲ τὸ τοιοῦτον· εἰ γλυκὺς χυμὸς μεταβάλλοι ἐς ἄλλο εἶδος, μὴ ἀπὸ ξυγκρήσιος, ἀλλ' αὐτὸς ἐξιστάμενος, ποῖός τις πρῶτος γένοιτο, πικρὸς ἢ ἁλμυρὸς ἢ στρυφνὸς ἢ ὀξύς. ἄρα ὀξὺς χυμὸς ἀνεπιτήδειος προσφέρειν ἂν τῶν λοιπῶν μάλιστα εἴη. εἴπερ ὁ γλυκύς γε πάντων ἐπιτηδειότατος. οὕτως εἴ τις δύναιτο ζητέων ἔξωθεν ἐπιτυγχάνειν, δύναιτ' ἂν πάντων ἐκλέγεσθαι αἰεὶ τὸ βέλτιον. βέλτιον δέ ἐστι, τὸ προσωτάτω τοῦ ἀνεπιτηδείου ἀπέχον.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΙΗΤΡΟΥ.

HIPPOCRATIS DE MEDICO, LIBER.

Τὸ μὲν [illegible]

HOc ſcripto Medico imperamus & dicimus quomodo officinam Medicam inſtruere debeat. Ad eius quidem authoritatem mihi pertinere videtur, vt perſpiciat, quoad eius natura feret, bene colorato & optime habito ſit corpore. Qui enim bona non ſunt corporis habitudine, vulgo exiſtimantur cæterorum curam non recte habere poſſe. Deinde eius cultus mundus eſto, veſtis ſit decora, & vnguentis vtatur beneolentibus, citra omnem odoris ſuſpicionem. Iſtud enim iucundum eſſe ægrotantibus ſolet. Eum quoque ſpectare oportet, vt animi temperantiam excolat, non taciturnitate ſolum, verumetiam reliqua totius vitæ moderatione. Quod ad illi comparandam gloriam plurimùm adfert adiumenti. Bonis etiam ac honeſtis ſit moribus, vnaq́; grauitatem cum humanitate coniunctam habeat. Temeraria nanque procliuitas & promptitudo, quãuis valde ſit vtilis deſpectui eſt. At conſiderandum quando his vti liceat. Eadem enim apud eoſdem, cũ rara ſunt, æſtimantur. Quòd ad geſtum attinet, vultu ſit ad prudentiam compoſito, non aſpero tamen, ne ſuperbus, & inhumanus videatur. Qui vero in riſum effuſus eſt, & ſupra modum hilaris, moleſtus habetur, quòd vel imprimis vitandum eſt. Æquum autem in omni vitæ conſuetudine ſe præſtare debet. Nam cum omnibus in rebus multum ſit in iuſtitia præſidij, tum verò Medico cum ægris non parum eſt commercij. Ij enim ſe huic tractandos ſummittunt, iſq; nunquam non ferè cum mulieribus virginibus conuerſatur, reſque magni pretij contrectat, à quibus omnibus ſibi temperare debet. Atque his tum animi, tum corporis virtutibus, eum præſtare oportet. Quę verò ad artem Medicam præcepta pertinent, ex quibus artifex habendus eſt, & à quibus diſcendi initia ſumi debent, ab initio nobis breuiter ob oculos ponenda. Quæ ergo in officina Medica curantur, ea propemodum diſcenda ſunt. Ac primum quidem domus locus tam commodus habeatur, vt neque accedens ventus moleſtiam afferat, neque ſol aut ſplendor grauis ſit. Lucis enim ſplendor; vt non ſit curantibus moleſtus, non item tamen iis, qui curantur. Is ergo prorſus vitandus eſt, per quem oculos offendi contingit. Atque hoc quidem de lumine præcipitur. Deinde verò vt nequaquam ſplendori facies ſit aduerſa. Oculorum enim aciem debilem moleſtia afficit, cùm quæuis occaſio debiles oculos perturbare poſſit. Atque hic luminis vſus eſto. Sellæ quo ad eius fieri poteſt, altitudine ſint æquales, vt illis ſeſe accommodent. Æris præterquam in inſtrumentis, nullus vſus eſto. Talis enim ſupellectilis vſus, apparatus quidam moleſtus eſſe mihi videtur. Aqua iis, qui curantur, potui commoda & pura exhiberi debet. Deterſoriis puris & mollibus vtendum, ad oculos quidem, linteis; ad vulnera vero ſpongiis. Hæc enim per ſe magno auxilio eſſe videntur. Inſtrumenta autem omnia ad vſum aptè comparata eſſe oportet conuenienti magnitudine, grauitate & tenuitate. Quæ vero admouentur, omnia quidem vt conſerant attendendum, potiſſimumque ſi ad laborantem partem diutius adhæreſcere debeant, cuiuſmodi ſunt vincula, medicamenta, & ad vlcus adhibita lintea & cata-

Digitized by Google

plaſinata, quæ diutiſſimè in affectis partibus commorantur. At verò, quæ poſtea conſequuntur, horum ablatio, refrigeratio item, & perpurgatio, & aquæ perfuſio, parui cuiuſdam ſunt temporis. In quibus, ſi quid faciendum, magiſne an minus adhibendum ſit diligenter attendere oportet. Permagni enim intereſt, an his tempeſtiuè vſus fueris, an verò ea neglexeris. Eſt autem Medicinæ accommodata deligatio, ex qua, qui curatur vtilitatem percipit. Hæc autem duo, quibus vtendum eſt, maximè iuuát, comprimere vbi expedit, & remiſsè deligare. Quòd ad anni tempora videndum, quando contegere oporteat necne, ſimúlque ne imbecillitatis ignarus, vtro horum vtendum ſit hæreas. Deligationes autem concinnæ, & ad ſpeciem comparatæ, quæque nihil proſunt, repudiandæ. Sunt enim eiuſcemodi moleſtæ & omnino ad oſtentationem factæ, ac plærunque ei, qui curatur, noxiam afferunt, qui non tam ornatum quàm vtilitatem requirit. At verò in iis, quæ manus operam poſtulant, & ſectione aut vſtione efficitur, celeritas ac tarditas ex æquo cõmendantur, cùm vtraque opus ſit. Nam quibus quidem vna ſectione manus opera perficitur, ea celeriter fieri debet. Nam cùm ſine dolore ſectio minimè contingat, debet id quod dolorem facit quàm minimo tempore adeſſe, quod fiet celeriter adminiſtrata ſectione. At vbi multas fieri ſectiones neceſſe eſt, tarda manuum opera vtendum. Qui enim celeriter ſectionem adhibet, continentem multúmque dolorem infert. At qui intermittit, alleuationem quandam iis, qui curantur, exhibet. Quod de inſtrumentis etiam dicatur. Gladiolis enim acutis & latis vt vtendum, ita non in omnibus id ex æquo fieri edicimus. Quædam namque corporis partes velocem habent ſanguinis impetum, quem continere non eſt facile, cuiuſmodi ſunt varices, & aliæ quædam venæ, quarum anguſtas ſectiones eſſe oportet. Sic enim nunquam fiet immodica profuſio, ab his tamen ſanguinem interdum detrahere confert. In his verò partibus, in quibus nihil ineſt periculi, & quæ tenuem ſanguinem minimè continent, latioribus gladiolis vtendum, alioqui ſanguis nequaquam profluet. Eſt autem turpiſſimum per manus operam non aſſequi quod cupias. At verò cucurbitulæ duobus modis vtiliter admoueri poſſunt. Cùm enim procul ab exteriore carne fluxio conſtiterit, eius circulum paruum eſſe oportet, ipſa verò ventrem minimè amplum habeat, ſed qua parte manu apprehenditur, prominens ſit, & minimè grauis. Quæ enim eſt eiuſcemodi, in directum trahit, & procul diſtantes ſeroſos humores ad carnem probè reuellit. At dolore per carnis magnitudinem diſperſo, in reliquo quidem ſimilis, ſed circulus magnus ſit. Hoc enim pacto, quod dolorem mouet, ex plurimis partibus quo oportet adducere comperies. Neque enim circulus magnus eſſe poteſt, quin caro ex pluribus locis contrahatur. Quæ verò grauis eſt, ad ſuperiores partes vergit, ab inferioribus tamen magis detrahit, ita vt plerunque morbos minimè attingat. Inſtantibus igitur fluxionibus, proculque à ſuperioribus partibus poſitis, lati circuli multa ſimul & reliqua carne attrahunt. Quod facit vt inde tracta humiditas, ad ſeroſum humorem, in inferioribus partibus collectum apponatur, & ea quidem, quæ moleſtiam afferunt, relinquantur, quæ verò nihil nocent, detrahantur.

πλάσματα. πλεῖστον γὰρ χρόνον ταῦτα περὶ τὰ νοσέοντά ἐστι μέρεα. ἡ δὲ μετὰ ταῦτα, ἀφαίρεσις τούτων, ἀνάψυξίς τε καὶ περικάθαρσις, καὶ τὴν ὑδάτων κατάντλησις, ὀλίγου τινός ἐστι χρόνου. καὶ ἐν οἷσι ποιητέον, ὅπου χρὴ μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον ἐσκέφθαι δεῖ. τούτων γὰρ ἀμφοτέρων ἡ χρῆσις ἐπικαιρός τε καὶ μὴ γινομένων, μεγάλην ἔχει διαφορήν. ἔστι δὲ οἰκείη ἐπίδεσις τῆς ἰητρικῆς, ἀφ᾽ ἧς ὠφελεῖσθαι τὸν θεραπευόμενον. μέγιστα δὲ ὠφελεῖ δύο ταῦτα, οἷς ἐστι χρηστέον, πιέσαι ὅκου δεῖ, καὶ ἀνειμένως ἐπιδῆσαι. πρὸς δὲ τὸν χρόνον τῆς ὥρης, πότε δεῖ σκεπαστικῶς καὶ μὴ, συνορᾶν, ὅκως μηδὲ ἀσθενῆ λεληθότως πότερον τούτων ἑκάστου χρηστέον. εὐρύθμους δὲ ἐπιδέσιας καὶ θεατρικὰς μηδὲν ὠφελούσας, ἀπογινώσκειν. φορτικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον καὶ παντελῶς ἀλαζονικόν. πολλάκις τε βλάβην οἴσον τῷ θεραπευομένῳ. ζητεῖται ὁ νοσέων, οὐ καλλωπισμὸν, ἀλλὰ τὸ συμφέρον. ἐπὶ δὲ τῶν χειρουργιῶν ὅσαι διὰ τομῆς εἰσιν ἢ καύσιος, τὸ ταχέως ἢ βραδέως ὁμοίως ἐπαινεῖται. χρῆσις γάρ ἐστιν ἀμφοτέρων. ἐν οἷς μὲν γάρ ἐστι διὰ μιῆς τομῆς ἡ χειρουργία, χρὴ ποιέεσθαι ταχεῖαν τὴν διαίρεσιν. ἐπεὶ γὰρ συμβαίνει τῶν τεμνομένων πονέειν μὲν τὸ λυπέον, ὡς ἐλάχιστον χρόνον δεῖ παρεῖναι. τοῦτο δὲ ἔσται, ταχείης τῆς τομῆς γινομένης. ὅπου δὲ πολλὰς ἀναγκαῖον γίνεσθαι τὰς τομὰς, βραδείῃ χρηστέον τῇ χειρουργίᾳ. ὁ μὲν γὰρ ταχὺς, ξυνεχῆ ποιεῖ τὸν πόνον καὶ πολλόν. ὁ δὲ διαλείπων, ἀνάπαυσιν ἔχει τινὰ τούτων τοῖς θεραπευομένοις. τὸ δ᾽ αὐτὸ ἐπὶ τῶν ὀργάνων λέγοιτ᾽ ἄν. τοῖς δὲ μαχαιρίοις, ὀξέσι δεῖ χρῆσθαι καὶ πλατέσιν, οὐκ ἐπὶ πάντων ὁμοίως παραγγέλλεμεν. μέρη γὰρ τινά ἐστι τοῦ σώματος, ἃ ἐν τάχει μὲν ἔχει τὴν ῥύμην τοῦ αἵματος, καὶ ἐπισχεῖν ἐστιν οὐ ῥηΐδιον. ταῦτα δέ ἐστιν, οἵ τε κιρσοὶ, καὶ τινες ἄλλαι φλέβες. τὰς μὲν τομὰς χρὴ εἶναι τῶν τοιούτων στενάς. οὐ γὰρ οἷόν τε τὴν ῥύσιν γίνεσθαι καταχορῆ. ξυμφέρει δὲ ποτε ἀπὸ τῶν τοιούτων, αἵματος ἀφαίρεσιν ποιέεσθαι. πρὸς δὲ τοὺς ἀκινδύνους τόπους, καὶ περὶ οὓς μὴ λεπτόν ἐστι τὸ αἷμα, πλατυτέροις χρῆσθαι τοῖς μαχαιρίοισι. τὸ γὰρ αἷμα, προθέοιτ᾽ ἄν. ἄλλως δὲ, οὐδαμῶς. πάνυ δὴ ἐστιν αἰσχρὸς μὴ ξυμβαίνειν ἀπὸ τῆς χειρουργίης ὃ ἂν θέλῃ. σικύας δὲ δύο τρόπους εἶναι χρησίμους. ὅτε μὲν γὰρ ῥεῦμα ξυνεστηκὸς πόῤῥω τῆς ἐπιφαινομένης σαρκὸς, τὸν μὲν κύκλον αὐτῆς εἶναι δεῖ βραχύν. αὐτὴν δὲ μὴ γαστρώδη, προμήκη δὲ πρὸς τὴν χεῖρα μέρος, μὴ βαρεῖαν. οἵην γὰρ οὖσαν, ἑλκτικὴ ἰθὺ ξυμβαίνει, καὶ τὰς ἀφεστώσας ἰχῶρας καλῶς ἀνασπᾶσθαι πρὸς τὴν σάρκα. τοῦ δὲ πόνου πλείονος κατεσκεδασμένου τῆς σαρκὸς. τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίην, τὸν δὲ κύκλον μέγαν. οὕτω γὰρ ἐκ πλείστων μερέων εὑρήσεις ἀγαγοῦσαν ἐς ὃ δεῖ τὸ λυποῦν ἐπὶ τόπον. οὐ γὰρ οἷόν τε μέγαν εἶναι τὸν κύκλον, μὴ συναγομένης τῆς σαρκὸς ἐκ πλείονος τόπου. βαρεῖα δὴ οὖσα ῥέπει καὶ ἐς τοὺς ἄνω τόπους. κάτω δὲ μᾶλλον τὴν ἀφαίρεσιν. καὶ πολλάκις ὑπολείπεσθαι τὰ νοσέοντα. τοῖσι μὲν οὖν ἐφεστῶσι ῥεύμασι καὶ μακρὰν ἀπέχουσιν ἀπὸ τῶν ἄνω τόπων, οἱ πλατεῖς κύκλοι, πολλὰ ξυνεπισπῶνται παρὰ τῆς ἄλλης σαρκός. ἐπιτηδεύειν οὖν ξυμβαίνει τὴν ἐντεῦθεν εἱλκυσμένην ἰκμάδα τῷ ξυναγομένῳ κάτωθεν ἰχῶρι. καὶ τὰ μὲν ἐνοχλέοντα, ὑπολείπεσθαι· τὰ δ᾽ οὐδὲν λυπέοντα ἀφαιρεῖσθαι.

[illegible]

Quin & de cucurbitulæ magnitudine, vt partibus quibus admoueri debet, ſit vſui, coniectura capienda eſt. Cum vero pertundere voles, altius ſcalpellum adigere oportet. Sanguis enim ex locis manus opera diſſectis conſpicuus profluere debet. Alioqui ne circulum quidem attractum pertundere oportet. Laborantis namq; loci caro contenta magis eſt. Gladiolis autem recuruis, in ſummo non valde acutis vtendū. Prodeunt enim quandoq; humores ſeroſi, glutinoſi & craſſi, qui in inciſuris, ſi anguſtæ fuerint, ne ſubſiſtant, periculum eſt. Ac vero brachiorum venæ vinculis comprehenſæ detinendæ. Quæ enim eas integit caro, in multis non probè venæ coaptata eſt. Quę cum lubrica exiſtat, vtrorumq; ſectiones ſibi inuicē reſpondentes fieri nequeunt. Vena enim cōtecta intumeſcit & ſanguis fluxus impeditur, ob idq; in multis pus colligitur. Ac ſane duplici de cauſa eiuſmodi manus opera noxia videtur, tum quòd ei, qui ſecatur dolorē, tum vero ei, qui ſecat dedecus adfert. Quòd ipſum in omnibus fieri præcipitur. Atq; ea ſunt in officina Medica inſtrumenta, quib. artificiosè vti eum, qui diſcit, neceſſe eſt. Volſellis enim quibus tum dētes, tum columellæ comprehenduntur, quemlibet vti licet, cum ſimplex earum vſus eſſe videatur. De tuberculis autē & vlceribus, quæ inter maiores morbos recenſentur, iſtud tenendū eſt. Tubercula quidē coërcere ac diſſoluere poſſe, eorumq; concretiones prohibere, maximè ad artem pertinere. Deinde verò ea in locū conſpicuum & quam breuiſſimum cōtrahere ipſamq; concretionem æquabilem per totum reddere. Niſi enim æquabile fuerit, vt rumpatur & vlcus ægrè curabile euadat, periculū eſt. Æquabile itaq; reddere, & ex æquo omne concoquere oportet, ac neq; ante tempus aperire, neq; vt ſponte rumpatur ſinere. Quę verò æquabilem habent cōcoquendi vim, alibi dicta ſunt. At verò vlcera quatuor progrediendi modos mihi habere videntur. Vnum quidem in profundum, cuiuſmodi ſunt fiſtuloſa, cicatrice obducta, & intus caua. Alterum quo ad ſuperiora tendunt, velut quę ſuperexcreſcentem carnem habent. Tertium in latum, qualia quæ ſerpentia dicuntur. Quartus modus eſt, qui ſolus ſecundum naturam motus videtur. Atque ea quidem ſunt carnis calamitates, quæ omnes communem habent vtilitatis rationem. Quorum quidem ſigna alibi demonſtrata ſunt, & quænam curatio adhibenda ſit. Quanam autem ratione quòd coaluit, diſſolui poſſit, & quod impletum eſt, aut cauum redditum, aut quod in latitudinem progreſſionem fecit, de eorum ſignis in aliis libris quantum conueniebat, dictum eſt. De iis verò, quæ in cataplaſmate adhibentur, ſic habeto. Quo in morbo imponendorum linamentorum accuratus vſus eſſe videtur, ipſi vlceri accommodatum linamentum adhibeto, quod verò cataplaſmate apponitur, ad vlceris ambitum vtitor. Hic enim cataplaſmatis vſus multum habet artis, plurimumq; vtilitatis præſtat. Siquidem quod vlceri circumponitur, iuuandi facultatem habere videtur, & linamentum continere. Partes verò vlceris exteriores cataplaſma iuuat. Ac eorum quidem vſum talem eſſe conuenit. Quòd ad tempora attinet, quibus horum ſingulis vtendum ſit, & quemadmodum eorum, quæ ſcripta ſunt, facultates addiſcere oporteat, hæc à nobis prætermittuntur, quandoquidem maiorem artis Medicæ diligentiam exigunt, & ad eum pertinent, qui magnos iam in arte progreſſus fecerit.

Ad hæc verò conſequitur vulnerum in militia acceptorum tractatio, quo ad telorum extractionem cuius in vrbium commerciis paruus vſus exiſtit. Quàndoquidem ciuiles & hoſtiles expeditiones raræ ferè ſunt, quæ ſæpiſſimè aſſiduéque circa externa bella contingere ſolent. Is igitur, qui hanc manus operam exercere volet, vt externos exercitus ſequatur, oportet. Hac enim ratione ad eam vſum exercitationem ſibi comparabit. Ac de his quod maximè ad artem mihi pertinere videtur, hoc dixiſſe ſatis eſt. Quod artis & eius, quæ huc ſpectat manus operæ non minimum munus eſt, tela in corpus ſubeuntia certis notis deprehendere. Ex quo efficitur vt ignorari non poſſit, quando is, qui vulnus acceperit, minimè conuenientem manus operam expertus fuerit. Qui autem ſignorum cognitionem habuerit, is ſolus ritè ad curationem aggredietur. At de his omnibus in aliis libris ſcriptum eſt.

ἐχόμενον δὲ τούτων ἐστὶ καὶ τῶν στρατειῶν γινομένων περὶ τὴν χειρουργίην περὶ τὴν ἐξαίρεσιν τῶν βελέων. ἐν τῇσι κατὰ πόλιν διατελέουσι βραχεῖα τίς ἐστιν τουτέων ἡ χρῆσις. ὀλιγάκις γὰρ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ γίνονται πολιτικαὶ στρατιαὶ καὶ πολεμικαί. ξυμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα πλειστάκις καὶ ξυνεχέστατα περὶ τὰς ξενικὰς στρατιὰς γίνεσθαι. τὸν μὲν οὖν μέλλοντα χειρουργεῖν, στρατεύεσθαι δεῖ καὶ παρηκολουθηκέναι στρατεύμασι ξενικοῖς. οὕτω γὰρ ἂν εἴη γεγυμνασμένος περὶ ταύτην τὴν χρείαν. ὃ δὲ ἐστὶ δοκεῖ περὶ ταύτην τεχνικώτερον, εἰρῆσθαι. τῶν γὰρ ὅπλων ἐνόντων καὶ σημεῖα πεποιῆσθαι, τέχνης ἐστὶ πλεῖστον μέρος καὶ τῆς πρὸς ταύτην χειρουργίας. τούτου γὰρ ὑπαρξάντος, οὐκ ἂν παραλίποιτο τρώματα ἀγνοηθείς, ὅταν χειρουργῆται μὴ προσηκόντως. μόνος δὴ ἂν ὁ τῶν σημείων ἔμπειρος εἰκότως ἐπιχειρεῖν. περὶ δὲ τουτέων ἁπάντων ἐν ἑτέροις γεγραμμένοι εἰσίν.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΥΣΧΗμοσύνης.

HIPPOCRATIS LIBER, DE DECENTI HABITV, AVT DECORO.

QVi ſapientiam iſtam, quæ in vitæ communione verſatur, ad multa eſſe vtilẽ allegant, ij mihi nõ temere facere videntur. Multę nanq; ad ambitioſam quandam operam comparatæ videntur, eę videlicet, quę de nulla re vtili quęſtiones agitant. Harũ tamen partes ad illas referri poſſunt, cũ nulla ocioſitas, neq; verò improbitas adſit. Quod enim ocioſum eſt, nihilq; agit, ad improbitatẽ viam affectat, ad eamq; tẽdit. Vigilantia verò & ad aliquid mentis cõtentio earum diſputationes ad nullam vtilitatẽ ſpectantes, ad ſe pertrahit, & ad vitæ honeſtatem refert. Maiorẽ enim apud aliũ ſibi gratiã conciliat, ſi ad artem traducatur, eiq; decus & gloriã comparat. Quęcunq; nanque neque ad turpem quęſtum ſunt comparatæ, neq; illiberales, ex via quadã artificiali opus ſuũ efficiunt, quod niſi extra culpam ſit, publicatur. Adoleſcentes enim iis ſeſe cõmittunt, vbi verò adoleuerint, prę pudore, eorum conſpectum ſine ſudore non ſuſtinent. At ſenes effecti, propter amarulentiã, eas publica legum ſanctione vrbib. expellunt. Ii enim cõuentu facto, ambitioſa & quęſtuoſa ſua profeſſione decipientes, in vrbium circulis verſantur. Quos ex veſtitu & cæteris ornamentis quis cognoſcere poterit. Quinetiam quo ſumptuoſius ornati fuerint, eò maiore odio auerſandi, & ab eis, qui eos conſpexerint, fugiendi. Ex vſu autem fuerit contrarium in his ſpectare, quibus non ineſt exquiſitus neque curioſus ornatus, qui ſeſe ex cultus venuſtate & frugalitate, non tam ad ſuperfluam curioſitatem, quàm ad optimam exiſtimationem, prudẽtiam, & animi moderationem cõpararunt. Ad inceſſum verò eo ſemper ſunt habitu, minimè diffluentes aut ſuperflui, in hominum concurſibus graues, ad reſpondendum appoſiti, aduerſus altercantes difficiles, in ſimilium familiaritatibus contrahendis proſpicientes, erga omnes moderati, ad emotiones taciturni, ad reſpondendum arguti & tolerantes, in occaſione prudenter capienda appoſiti & accommodati, in victu frugales & paucis contenti, ad ſuſtentandam occaſionem tolerantes, oratione efficaces, qui quicquid doctrina acceperunt, in medium proferunt, & facultate dicendi vtuntur,

ΟΥΚ ἀλόγως, οἱ προβαλλόμενοι τὴν σοφίην πρὸς πολλὰ εἶναι χρησίμην, ταύτην δὴ τὴν ἐν τῷ βίῳ. αἱ γὰρ πολλαὶ πρὸς περιεργίην φαίνονται γεγενημέναι. λέγω δὲ αὗται, αἱ μηδὲν χρέος τῶν πρὸς ἃ διαλέγονται. ληφθείη δ᾽ ἂν τουτέων μέρεα ἐς ἐκεῖνα· οὐ γὰρ ἀργίην, οὐ δὲ μὴν κακίην· τὸ γὰρ σχολάζον καὶ ἄπρηκτον, ζητεῖ ἐς κακίην καὶ ἀφέλκεται. τὸ δὲ ἐγρήγορος καὶ πρός τι τὴν διάνοιαν ἐντεταμένον, ἐφελκύσαι τό τε τῶν πρὸς κοσμιότητα βίον τεινόντων ἑαυτοῦ. τουτέων τὰς μηδὲν ἐς χρέος πεποιημένας διαλέξιας. χαριεστέρη γὰρ καὶ πρὸς ἑτέρην μεθοδευομένη ἐς τέχνην πεποιημένη· τέχνη δὲ πρὸς εὐσχημοσύνην καὶ δόξαν. πᾶσαι γὰρ αἱ μὴ μετ᾽ αἰσχροκερδείης καὶ ἀσχημοσύνης καλαὶ ἤν, μέθοδός τις ἐοῦσα τεχνικὴ ἐργάζεται. ἀλλ᾽ εἴ γε μὴ, πρὸς αἰσχύνην δημεύονται. νέοι τε γὰρ αὐτέοισιν ἐμπίπτουσιν. ἀκμάζοντες δὲ ἐν ἐξοπίῃ, ἱδρῶτα ἄχθονται βλέποντες. παριόντας δὲ διὰ πικρίην, νομοθεσίῃ ἄγονται ἀναίρεσιν ἐκ τῶν πολίων. καὶ γὰρ ἀγορὴν ἐργαζόμενοι οὗτοι, μετὰ βαναυσίης ἀπατέοντες καὶ ἐν πόλεσιν ἀνακυκλέοντες οἱ αὐτοί. ἴδοι δὲ τίς καὶ ἐπ᾽ ἐσθῆτος, καὶ τῇσιν ἄλλῃσι περιγραφῇσι. κἢν γὰρ ἔωσιν ὑπερηφανέως κεκοσμημένοι, πολὺ μᾶλλον φευκτέοι καὶ μισητέοι τοῖσι θεωμένοισιν εἰσί. τὴν δὲ ἐναντίην χρειώδεα σκεπτέοι ἐς τὴν διδακτικὴν κατασκευήν, οὐδὲ περιεργίην. ἔκ τε γὰρ περιβολῆς καὶ τῆς ἐν ταύτῃ εὐσχημοσύνης, καὶ ἀφελείης, οὐ πρὸς περιεργίην πεφυκυίης, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς εὐδοξίην, τό τε σύννουν καὶ τὸ ἐν ἑωυτῷ πρὸς ἑωυτοὺς διακεῖσθαι, πρός τε τῷ περιπάτῳ, οἵ τε ἐκ τοῦ σχήματος τοιοῦτοι. ἀδιάχυτοι, ἀπερίεργοι, πικροὶ πρὸς τὰς συναντήσιας, εὔθετοι πρὸς τὰς ἀποκρίσιας, χαλεποὶ πρὸς τὰς ἀντιπτώσιας, πρὸς τὰς ὁμοιότητας εὔστοχοι καὶ ὁμιλητικοί, εὔκρητοι πρὸς ἅπαντας, πρὸς τὰς ἀναστάσιας σιγηλοί, πρὸς τὰς ἀποσιγήσιας ἐνθυμηματικοὶ καὶ καρτερικοί, πρὸς τὸν καιρὸν εὔθετοι καὶ ληψιματικοί, πρὸς τὰς τροφὰς εὐχρηστοι καὶ αὐτάρκεες, ὑπομενητικοὶ πρὸς καιρὸν τῆς ὑπομονῆς, πρὸς λόγους ἀνυστικοί, πᾶν τὸ ἀποδειχθὲν ἐκφέροντες, εὐεπείῃ χρεώμενοι,

χάριτι

χάριν δὲ ἐθελόμενοι δόξῃ τῇ ἐκ τουτέων διαγωνιζόμενοι ἐς ἀλήθειαν πρὸς τὸ ἀποδεῖξαι, ἀποτελματιζόμενοι. ἡγεμονικώτατον μὲν οὖν τουτέων ἁπάντων τῶν προειρημένων, ἡ φύσις. καὶ γὰρ ἔστιν ἐν τεχναίοισι ἣν προσείη αὐτέοισι τοῦτο, διὰ πάντων τουτέων προσαρμόζεται τῶν προειρημένων. ἀδίδακτοι γὰρ ὁ χρόνος ἔν τε σοφίῃ καὶ ἐν τῇ τέχνῃ προσγενομένη διδαχθῇ, εἰς ὃ ἀρχὴν λαβεῖν. ἡ δὲ φύσις καταρρέει καὶ κέχυται τῇ δὲ σοφίῃ, ἐς τὸ εἰδῆσαι τὰ ἀπ' αὐτέης τῆς φύσιος ποιεύμενα. καὶ γὰρ ἐν ἀμφοτέροισι λόγοισι πολλοὶ κρατηθέντες, οὐδαμῆ σὺν ἀμφοτέροισιν ἐχρήσαντο τοῖσι πρήγμασιν ἐς δεῖξιν. ἐπὴν οὖν τις αὐτέων διεπάζῃ τε πρὸς ἀλήθειαν τὴν ἐν ῥήσει λελεγμένην, οὐδαμῶς τὰ πρὸς φύσιν αὐτέοισι χωρέει. διελέγχοντες γοῦν οὗτοι τὴν ἀπληστίην ὁδοὶ ἐκείνοισι πεπορευμένοι. διὸ δὴ ἀπογυμνούμενοι τὴν πᾶσαν ἀμφιέννυνται κακίην καὶ ἀτιμίην. καλὸν γὰρ ἐκ τοῦ διδαχθέντος ἔργου λόγος. πᾶν γὰρ τὸ ποιηθὲν τεχνικῶς, ἐκ λόγου ἀνενεχθέν. τὸ δὲ ῥηθὲν τεχνικῶς, μὴ ποιηθὲν δὲ, μεθόδου ἀτέχνου διδακτικὴν ἐμήνυθη. τὸ γὰρ οἴεσθαι μὲν, μὴ πρήσσειν δὲ, ἀμαθίης καὶ ἀτεχνίης σημεῖον ἐστίν. οἴησις γὰρ μάλιστα ἐν ἰητρικῇ αἰτίην μὲν τοῖσι κεχρημένοισι, ὄλεθρον δὲ τοῖσι χρεομένοισιν ἐπιφέρει. καὶ γὰρ ἢν ἑωυτοὺς ἐν λόγοισι πείσαντες, οἴηθῶσιν εἰδέναι ἔργον τὸ ἐκ μαθήσιος, καθάπερ χρυσὸς φαῦλος ἐν πυρὶ κριθεὶς, τοιούτους αὐτοὺς ἀπέδειξε. καίτοι γε τοιαύτη ἡ προείρησις ἀπηγόρηται εἰς σύνεσιν ὁμολογίῃσιν ὡς ἐστὶ σύνολον. ὃ περὶ ἐδήλωσε γνῶσις. τῶν δ' ὁ χρόνος, καὶ τὴν τέχνην ὁδὸν κατέστησεν, ἢ τοῖσιν ἐς τὴν παραπλησίην οἶμον ἐμπίπτουσι τὰς ἀφορμὰς δήλους ἐποίησε. διὸ δεῖ ἀναλαμβάνοντα τουτέων τῶν προειρημένων ἕκαστα, μετάγειν τὴν σοφίην ἐς τὴν ἰητρικὴν, καὶ τὴν ἰητρικὴν ἐς τὴν σοφίην. ἰητρὸς γὰρ φιλόσοφος, ἰσόθεος. πολλὴ γὰρ διαφορὴ ἐπὶ τὰ ἕτερα. καὶ ἔνι τὰ πρὸς σοφίην, ἐν ἰητρικῇ πάντα. ἀφιλαργυρίη. ἐντροπή. ἐρυθρίησις. καταστολή. δόξα. κρίσις. ἡσυχίη. ἀπάντησις. καθαρειότης. γνωμολογίη. εἴδησις τῶν πρὸς βίον χρηστῶν καὶ ἀναγκαίων καθαρσίων. ἀπεριπόλησις. ἀδεισιδαιμονίη. ὑπεροχὴ θείη. ἔχουσι γὰρ ἃ ἔχουσι πρὸς ἀκρασίην, πρὸς βαναυσίην, πρὸς ἀπληστίην, πρὸς ἐπιθυμίην, πρὸς ἀφαίρεσιν, πρὸς ἀναιδείην ἔνδειξιν. αὕτη γὰρ γνῶσις τῶν προσιόντων, καὶ χρῆσις τῶν πρὸς φιλίην, καὶ ὡς ὁκοίως τε πρὸς τέκνα, πρὸς χρήματα. ταύτῃ μὲν οὖν ἐπικοινωνός σοφίη τις. ὅτι καὶ τουτέων τὰ πλεῖστα ὁ ἰητρὸς ἔχει. καὶ γὰρ μάλιστα ἡ περὶ θεῶν εἴδησις ἐν νόῳ αὐτῇ ἐμπλέκεται. ἐν γὰρ τοῖσιν ἄλλοισι πάθεσι καὶ ἐν συμπτώμασιν εὑρίσκεται τὰ πολλὰ πρὸς θεῶν ἐντίμως κείμενα ἡ ἰητρική. οἱ δὲ ἰητροὶ θεοῖσι παρακεχωρήκασιν. οὐ γὰρ ἔνι περιττὸν ἐν αὐτῇ τὸ δυναστεῦον. καὶ γὰρ οὗτοι πολλὰ μὲν μεταχειρέονται, πολλὰ δὲ καὶ κατορθοῦται αὐτέοισι δι' ἑωυτέων. ἃ δὲ κατὰ πλεονεκτεῖ νῦν ἡ ἰητρική, ἐντεῦθεν ἐλέγξει. τίς γὰρ ὁδὸς τῆς ἐν σοφίῃ ὧδε. καὶ γὰρ αὐτέοισιν ἐκείνοισιν, οὕτω δ' οὐκ οἴονται ὁμολογέουσιν ἤδη, τὰ περὶ σώματα προσγινόμενα. ἃ δὴ διὰ πάσης αὐτῆς πεπόρευται, μετασχηματιζόμενα ἢ μεταποιεύμενα. ἃ δὲ μετὰ χειρουργίης ἰώμενα. ἃ δὲ βοηθεύμενα, θεραπευόμενα ἢ διαιτώμενα.

ad gratiam comparati, & pro gloria quæ inde prouenit, decertare parati, doctrinam ſuam ad veritatis lucem repurgantes. Ad hæc igitur prædicta omnia præcipuè dux eſt natura. Etenim ſi adfuerit his, qui artibus inſtructi ſunt, ad prædicta omnia aditus erit ampliſſimus. Vſus nanque, qui tum in ſapientia, tũ in arte ei adiuncta doceri nequit, in doctrinã cadet, vt inde initiũ ducatur. Defluit autem natura & ſapientiæ permiſcetur, vt cognoſcantur, quæ ab ipſa natura facta ſunt. Multi enim in vtriſq; rationibus ſuperati, neutiquã vtriſq; ad rerum demonſtrationẽ vſi ſunt. Si quis igitur eorum aliquid, quæ ratione proponũtur ad veritatem expenderit, nequaquam iis ſuppeditabuntur, quæ à natura inſunt. Iſti itaq; conſimili cum illis via progreſſi deprehenduntur. Quapropter veritate nudati omnem improbitatem atq; ignominiam induunt. Præclara enim res eſt, quæ ex opere quod quis didicit proficiſcitur oratio. Quicquid enim artificioſè factum eſt, à ratione profectum eſt. Quicquid autem artificioſè dictũ eſt, non autem factum, viam & rationem artis expertem arguit. Opinabile ſiquidẽ ſine actione, inſcientiæ & nullius artis indiciũ eſt. Opinatio enim cùm præcipuè in arte Medica, ea quidem vtentibus crimini vertitur, his verò qui ea indigent exitium adfert. Si nanq; ſuis verbis perſuaſi, exiſtimant ſe opus ex ſcientia profectũ noviſſe, quẽadmodum aurũ adulterinũ igni probatur, tales ſeipſi etiam produnt. Quanquam eiuſmodi prædictio iis qui cognatam habent naturã, ad intelligentiam nullius eſt ſolatij, quòd finis quàm rectus ſit cognitio indicet. At horũ arti tempus expeditã viã conſtituit, aut his qui ſimili via inſiſtunt, facultates manifeſtò ſuppeditat. Quapropter prædicta ſingula colligere oportet, & ſapientiam ad Medicinã traducere & Medicinã ad ſapientiã. Medicus enim Philoſophus Deo æqualis habetur. Nam neq; multum inter ſe differunt, & quæ ad ſapientiã requiruntur, in Medicina inſunt omnia, pecuniæ cõtemptio, pudor, verecundia, modeſtia in veſtitu, exiſtimatio, iudiciũ, lenitas, occurſatio, mundicies, ſententiarũ elocutio, vtilium ac neceſſariarũ in vita purgationũ cognitio, earumq; liberatio, ſuperſtitioſi Deorum metus auerſatio, præſtantia diuina. Habent enim quæ faciunt ad demonſtrandam incontinentiam, quæſtuoſam & ſordidam profeſſionem, inexplebilem habendi ſitim, cupiditatem, detractionem, impudentiam. Siquidem iſta ſpectant ad eorum cognitionem cum quibus cõuerſantur, & ad vſum eorum quę ad contrahendam amicitiam pertinẽt, quoq; animo erga liberos & pecunias eſſe oporteat. Hactenus igitur cum ſapientia communionẽ, eorumq; etiam plurima habet Medicus. Nam & Deorum cognitionem ipſe potiſſimũ animo complectitur, cumq; aliis in affectib. & caſibus Medicina multùm Deos colere comperitur, tum verò medici Diis plurimùm concedunt. Neque enim ipſa ſuperuacaneam potentiam ſibi arrogat, cum ſiquidem ipſi multa aggrẽdiuntur, in multis verò ab iis ſuperantur. In quibus autem Medicina nunc ſuperior exiſtit, hinc manifeſtũ erit. Nam & via eius quædam ſecundum ſapientiam ſe habet hoc modo. Etenim illis ipſis (quod tamen non exiſtimant) pro confeſſo ita ſe habere concedunt, quæ circa corpora obueniunt, quæ ſanè per totam ipſam procedunt, dum transformantur aut permutantur, partim quidem per manus operam ſanantur, partim verò per auxilia aut victus rationem curationem accipiunt

Præcipuum verò omnium caput eſt, vt horum cognitio habeatur. Cum igitur prædicta omnia ita ſe habeant, Medicum vrbanitaté quandam ſibi adiunctam habere conuenit. Auſteritas enim tum ſanis, tú ægris difficilem acceſſum præbet. Obſeruare autem eum maximè oportet, vt ne multas corporis partes nudet, neq; cum plebeiis de rebus multis, ſed tátum neceſſariis, cõfabuletur. Hoc enim vis quædam ad eliciendam curationem eſſe ſolet. Horum verò nihil neq; nimis curioſè, neq; ex opinione agat. In iſtis auté omnib. videndum vt hæc tibi ſint ad facultaté vt decet præparata, alioqui cum opus fuerit, inopia ſemper aderit. Horũ verò omniũ diligens in re Medica cura habenda eſt, cum omni habitu demiſſo, quę ad frictioné, illitioné, & perfuſioné pertinent, vt cum concinna manuum tractatione adhibeantur. Quò ad linamenta concerpta, ſplenia, vincula, ea quæ ex téporis conditione petuntur, medicamenta tum ad vulnera, tum ad oculos comparata, & ex his quæ ad genus quodq; referũtur, vti tibi ſint accõmodata, inſtrumenta, machinæ, ferramenta deniq;. Horũ nanq; penuria mentis inopiá & detrimentum affert. Alter verò tibi ſit apparatus ſimplicior, quo ad manus operáv taris, ad peregrinationes accõmodatus. Promptiſſimus auté eſt, qui via quadá & ratione comparatur. Neq; enim fieri poteſt vt omnia Medicus enumeret. Medicamenta auté, tũ eorum ſimplices facultates, tũ ſi quæ deſcriptæ ſunt, probè tibi memoria teneantur. In animi etiá notione reponantur quæ ad morborũ curationé pertinét, eorumq; modi, quot, & quo modo in ſingulis ſe habeant. Hoc enim in re Medica principiũ, mediũ & finé obtinet. Malagmatum quoq; genera ad ſingulos vſus præparata habeas, potiones ité incidédi facultate præditas, ex deſcriptione præparatas, cuiq; generi accõmodatas. Ad manũ etiá ſint quæ ad medicamentorũ purgationes faciũt, ex locis cõuenientibus deſumpta, eo quo decet modo pro ſuo quæq; genere & magnitudine præparata, tum quæ ad vetuſtaté diligenter ſunt repoſita, tũ quę recentia pro téporis occaſione in vſum veniunt, reliquaq; ad eandé rationem, vt his adornatis, cùm ad ęgrotũ ingreſſus fueris, nequaquá animo hæreas, cùm ſingula habeas ad id quod fieri debeat appoſitè accommodata. Prius quàm vero ad ęgrum ingrediaris, fac cognitum habeas quid agendum ſit. Pleraq; enim non ratiocinatione, ſed auxilio indigent. Euenta igitur per experientiam cognita, prædicenda. Id enim gloriam adfert, & cognitu eſt facile. In egreſſu autem te meminiſſe conuenit ſeſſionis, demiſſi habitus, veſtitus grauitatis, breuiloquentiæ, vt ne quid perturbato animo facias, vt ægro aſſideas, in omnibus diligentiam adhibeas, vt ad ea quæ obiiciuntur reſpondeas, & ad omnes perturbationes animi conſtantiam adferas, tumultus verbis caſtiges, & ad omnia ſubminiſtranda te promptum exhibeas. Ad hęc primum apparatum te memoria tenere oportet, ſin minus, videndum vt in reliquis, quæ vt in promptu ſint præcipiuntur, opinione tua minimè excidas. Crebrò ægrũ inuiſe, diligentem conſiderationem adhibeas, vt iis qui decepti ſunt per mutationes occurras. Facilior enim tibi cognitio ſuppetet, ſimúlque te promtius expedies. Inſtabiliter enim mouẽtur quæ in humidis conſiſtunt, ideoq; facilem cum à natura tũ à fortuna mutationẽ habent. Quæ niſi in tempore cũ ſubminiſtrari oportet percipiantur, ſuo impetu præoccupant & interimunt, cũ non adſit quod opem afferre poſſit.

τὸ δὲ κεφαλαιωδέστατον ἔστω, εἰς τὴν τουτέων εἴδησιν. ὄντων οὖν τουτέων, τῶν προειρημένων ἁπάντων, χρὴ τὸν ἰητρὸν ἔχειν τινὰ εὐτραπελίην παρακειμένην. τὸ γὰρ αὐστηρὸν, δυσπρόσιτον καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι, καὶ τοῖσι νοσέουσι. τηρεῖν δὲ χρὴ ἑωυτὸν ὅτι μάλιστα, μὴ πολλὰ φαίνοντα τῶν τοῦ σώματος μερέων. μὴ δὲ πολλὰ λεσχηνευόμενον τοῖσιν ἰδιώτῃσιν, ἀλλὰ τ' ἀναγκαῖα. νομίζει γὰρ τοῦτο βίην εἶναι ἐς πρόσκλησιν θεραπείης. ποιέειν δὲ καὶ πάντα μηδὲν περιέργως αὐτέων, μὴ δὲ μετὰ φαντασίης. ἐσκέφθω δέ σοι πάντα ὅκως ᾖσι προκατηρτισμένα εἰς τὴν εὐπορείην, ὡς δεῖ. εἰ δὲ μὴ, ἐπὶ τοῦ χρέους, ἀπορεῖν αἰεὶ δεῖ. μελετᾶν δὲ χρὴ ἐν ἰητρικῇ ταῦτα, μετὰ πάσης καταστολῆς. περὶ ψηλαφίης, καὶ ἐγχρίσιος, καὶ ἐγκαταντλήσιος πρὸς τὴν εὐρυθμίην τῶν χειρέων. περὶ τιλμάτων. περὶ σπληνῶν. περὶ ἐπιδέσμων. περὶ τῶν ἐκ καταστάσιος. περὶ φαρμάκων, ἐς τρώματα, καὶ ὀφθαλμικά. καὶ τουτέων πρὸς τὰ γένεα. ὅπως ᾖ σοι προκατηρτισμένα, ὄργανά τε καὶ μηχαναὶ, καὶ σίδηρος ὁ ἑξῆς. ἡ γὰρ ἐν τουτέοισιν ἀπορίη, ἀμηχανίη καὶ βλάβη ἐστίν. ἔστω δέ σοι ἑτέρη παρέξοδος ἡ λιτοτέρη πρὸς τὰς ἐπιδημίας, ἡ διὰ χειρέων. ἡ δ' εὐχερεστάτη, διὰ μεθόδων. οὐ γὰρ οἷόν τε διέρχεσθαι πάντα τὸν ἰητρόν. ἔστω δέ σοι εὐμνημόνευτα, φαρμακά τε καὶ δυνάμιες ἁπλαῖ, καὶ ἀναγεγραμμέναι, εἴπερ ἄρα ἐστὶν ἐν νόῳ καὶ τὰ περὶ νούσων ἰήσιος, καὶ τὸ τουτέων τρόποι, ὁσαχῶς. καὶ ὃν τρόπον περὶ ἑκάστων ἔχουσιν. αὕτη γὰρ ἀρχὴ ἐν ἰητρικῇ, καὶ μέσα, καὶ τέλος. προκατασκευάσθω δέ σοι, καὶ μαλαγμάτων γένεα. πρὸς τὰς ἑκάστων χρήσιας. ποτήματα τέμνειν δυνάμενα, ἐξ ἀναγραφῆς ἐσκευασμένα πρὸς τὰ γένεα. προητοιμάσθω δὲ καὶ τὰ πρὸς φαρμακίην ἐς τὰς καθάρσιας εἰλημμένα, ἀπὸ τόπων τῶν καθηκόντων, ἐσκευασμένα, εἰς ὃν δεῖ τρόπον πρὸς τὰ γένεα καὶ τὰ μεγέθεα ἐς παλαίωσιν μεμελετημένα, τὰ δὲ πρόσφατα ὑπὸ τὸν καιρὸν, καὶ τἄλλα κατὰ λόγον. ἐπὴν δὲ ἐσίῃς πρὸς τὸν νοσέοντα, τουτέων σοι ἀπηρτισμένων, ἵνα μὴ ἀπορῇς, εὐθέτως ἔχων ἕκαστα πρὸς ὃ ποιησόμενος. ἴσθι δὲ γινώσκων, ὃ χρὴ ποιέειν πρὶν ἐσελθεῖν. πολλὰ γὰρ οὐδὲν συλλογισμοῦ, ἀλλὰ βοηθείης δέεται τῶν πρηγμάτων. προδιαστέλλεσθαι οὖν χρὴ τὸ ἐκβησόμενον ἐκ τῆς ἐμπειρίης. ἔνδοξον γὰρ καὶ εὐμαθές. ἐν δὲ εἰσόδῳ μεμνῆσθαι καὶ καθέδρης· καὶ καταστολῆς· περιστολῆς· ἀνακυριώσιος· βραχυλογίης· ἀταρακτοποιΐης· προσεδρίης· ἐπιμελείης· ἀντιλέξιος πρὸς τὰ ἀπαντώμενα. πρὸς τοὺς ὄχλους τοὺς ἐπιγινομένους, εὐσταθίης τῆς ἐν ἑωυτῷ. πρὸς τοὺς θορύβους ἐπιπλήξιος. πρὸς τὰς ὑπουργίας, ἑτοιμασίης· ἐπὶ τουτέοισι μέμνησο παρασκευῆς τῆς πρώτης. εἰ δὲ μὴ τὰ κατ' ἄλλα ἀδιάπτωτον, ἐξ ὧν παραγγέλλεται εἰς ἑτοιμασίην. ἐσόδῳ χρέο πυκνῶς, ἐπισκέπτεο ἐπιμελέστερον, τοῖσιν ἀπατεομένοισιν, ἐπὶ τὰς μεταβολὰς ἀπαντῶν. ῥᾷον γὰρ εἴσῃ, ἅμα δὲ καὶ εὐμαθέστερος ἔσῃ. ἄστατα γὰρ τὰ ἐν ὑγροῖσι. διὸ καὶ εὐμετάποιητα ὑπὸ φύσιος καὶ ὑπὸ τύχης. ἀβλεπτηθέντα γάρ τι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ὑπουργίης, ἔφθασαν ὁρμήσαντα καὶ ἀνελόντα. οὐ γὰρ ἦν ὃ ἐπικουρήσει.

πολλὰ

πολλὰ γὰρ ἅμα τὰ ποιέοντα ἢ χαλεπόν. τὸ γὰρ καθ' ἓν καὶ ἐπακολουθῆσαι εὐθετώτερον καὶ ἐμπειρότερον. ἐπιτηρεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ἁμαρτίας τῶν καμνόντων, δι' ὧν πολλοὶ πολλάκις διεψεύσαντο, ἐν τοῖσι προσάγμασι τῶν προσφερομένων. ἐπεὶ τὰ μισητὰ πόματα μὴ λαμβάνοντες, ἢ φαρμακευόμενοι, ἢ θεραπευόμενοι, ἀπέθανον. καὶ αὐτὸ μὲν οὐχ ὡς ὁμολογίαν τρέπει τὸ ποιηθὲν, τῷ δὲ ἰητρῷ τὴν αἰτίην προσῆψαν. ἐπισκέπτεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὰ περὶ ἀνακλίσεων. ἃ μὲν αὐτέων πρὸς τὴν ὥρην, ἃ δὲ πρὸς τὰ γένεα. ὧν μὲν γὰρ αὐτέων, ἐς θρόνους. τῶν δὲ, ἐς καταγείους καὶ σκοτεινούς. τούς τε τὰ ἀπὸ ψόφων καὶ ὀσμῶν, μάλιστα δὲ ἀπὸ οἴνου, χειροτέρη γὰρ αὕτη. φεύγειν δὲ καὶ μετατιθέναι. πρήσσειν δὲ ἅπαντα ταῦτα ἡσυχῇ, εὐσταλέως. μεθ' ὑπουργίης τὰ πολλά. τὸν νοσέοντα ὑποκρυπτόμενον, ὧδε χρὴ ἐπιλαβόντα ἱλαρῶς καὶ εὐδιεινῶς. σφέτερα δὲ ἀποτρεπόμενον, ἅμα μὲν ἐπιπλήσσοντα μετὰ πικρίης καὶ ἐντάσιος, ἅμα δὲ παραμυθεόμενον μετ' ἐπιστροφῆς καὶ ὑποδεξίως, μηδὲν ὑποδεικνύντα τῶν ἐσομένων, ἢ ἐνεστώτων αὐτέοισι. πολλοὶ γὰρ δι' αἰτίην ταύτην, ἐφ' ἑκάτερα ἀπώσθησαν, διὰ τὴν πρόρρησιν τῶν προειρημένων τῶν ἐνεστώτων, ἢ ἐπεσομένων. τῶν δὲ μανθανόντων ἔστω τις ὁ ἐφεστὼς, ὅκως τοῖσι παραγγέλμασιν οὐ πικρῶς χρήσηται. ποιήσῃ δὲ ὑπουργίην τὸ προσταχθέν. ἐκλέγεσθαι δὲ ἀπ' αὐτέων ἤδη τοὺς ἐς τὰ τῆς τέχνης εἰλημμένους, προσδοῦναί τι τῶν ἐς τὸ χρέος, ἢ ἀσφαλέως προσενεγκεῖν. ὅκως τε ἐν διαστήμασι μηδὲν λανθάνῃ σε. ἐπιτροπὴν δὲ τοῖσιν ἰδιώτῃσι μηδέποτε διδοὺς περὶ μηδενός. εἰ δὲ μὴ, τὸ κακῶς πρηχθὲν, εἰς σὲ χωρήσει τὸν ψόγον. ἐάν ποτ' ἀμφιβόλως ἔχῃ, ἐξ ὧν τὸ μεθοδευθὲν χωρήσει, καὶ οὐ σοὶ τὸν ψόγον περιάψει, καὶ τυχθὲν δὲ πρὸς τὸ κλέος ἔσται. προλέγειν οὖν ταῦτα πάντα ἐπὶ τῶν ποιευμένων, οἷς καὶ τὸ ἐπιγνῶναι προσήκει. τούτων οὖν ἐόντων, τὴν πρὸς εὐδοξίην καὶ εὐσχημοσύνην, τὴν ἐν τῇ σοφίῃ καὶ ἰητρικῇ, καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσι τέχνῃσι, χρὴ τὸν ἰητρὸν διειληφότα τὰ μέρεα περὶ ὧν εἰρήκαμεν, περιειλημμένον πάντοτε τὴν ἑτέρην διατηρέοντα φυλάσσειν, καὶ παραδιδόντα ποιέεσθαι. εὔκλεα γὰρ ἐόντα πᾶσιν ἀνθρώποισι, διαφυλάσσεται, οἵ τε δι' αὐτέων ὁδεύσαντες, δοξασθεῖεν πρός τε γονέων καὶ τέκνων. κἢν τινες αὐτέων μὴ πολλὰ γινώσκωσιν, ὑπ' αὐτέων τῶν πρηγμάτων ἐς σύνεσιν καθίστανται.

Multa enim ſimul concurrunt, quæ moleſtia afficiũt. At quod ſigillatim ſe conſequitur, promptum quidẽ magis & ad experientiam accommodatũ. Obſeruandi ſunt autem ægrotorũ errores, ex quibus multi fruſtrati ſunt in oblatis aſſumendis, quandoquidẽ ex oſis ſumptis potionibus, aut medicationibus, aut curationibus, è medio ſublati ſunt. Quod quidem ſe feciſſe minime fatentur, ſed culpam in Medicum conferũt. In conſiderationem vero etiam adhibendi ſunt corũ decubitus, partim quidem pro anni tempeſtate, partim vero pro ſuo quique genere. Quidam enim in ſublimibus, alij vero in ſubterraneis & obſcuris locis decumbunt. Strepitus quoque & odores, viniq; præcipue (hic enim deterrimus eſt) fugiendi & permutandi. Quæ omnia placide & ſuccinctè facienda, ita vt plærumque in ipſa adminiſtratione ægrum celet, hilari & ſereno vultu eſſe iubeat, eumque à ſuis cupiditatibus deterreat, & ſimul quidem cum amarulentia vehementer increpet, ſimulque cum commonefaciendo & blande excipiendo conſoletur, neq; quicquam eorum quæ inſtant aut facta ſunt ipſis indicet. Iccirco enim multi ob commemoratam inſtantium aut poſt futurorum prædictionem, ad extremorum alterutrum detruſi ſunt. Adſit autem ex diſcipulis aliquis qui præſit, quo præceptionibus citra amarulentiam vtatur, & quod imperatum eſt ſubminiſtretur. Ex his vero deligendi qui iam in arte prouecti ſunt, vt ea quę ſunt vſui exhibere, vel ſecure offerre ſciant, neque in interuallis quicquam te lateat. Nullius vero rei curam plebeijs vnquam committas, alioqui eius quod malefactum eſt reprehenſio ad te redundabit. Quod ſi minime fuerit ambiguum, ex quibus quod via & ratione tractatum eſt procedat, neque tibi vituperationem comparabit, & rei euentus ad genus referetur. Quamobrem iſta omnia dum fiunt iis qui ad iſtorum cognitionem incumbunt, prædicito. Cum igitur hæc ad comparandam exiſtimationem & venuſtatem, tum in ſapientia, tum in Medicina, tum in reliquis artibus valeant, Medicus eas de quibus diximus partes complecti debet, & ſemper alteram ſibiipſi ſuperimponere, obſeruare ac cuſtodire, & in opere ipſo cum cæteris communicare. Hæc enim ab omnibus propter nominis ſplendorem obſeruantur, quique hac via incedunt, gloriam tum apud maiores, tum apud poſteros ſibi comparabunt. Qui etſi non multarum rerum cognitionem habent, earum tamen vſu aſſiduo prudentiam aſſequuntur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΑΡΑΓΓΕΛΙΑΙ.

HIPPOCRATIS PRÆCEPTIONES.

Χρόνος ἐστὶν, ἐν ᾧ καιρός. καὶ καιρὸς, ἐν ᾧ χρόνος οὐ πολύς. ἄκεσις χρόνῳ. ἔστι δὲ ἥτις καὶ καιρῷ. δεῖ γε μὴν τὸν εἰδότα, μὴ λογισμῷ πρότερον πιθανῷ προσέχοντα ἰητρεύειν, ἀλλὰ τριβῇ μετὰ λόγου. ὁ γὰρ λογισμὸς, μνήμη τίς ἐστι ξυνθετικὴ τῶν μετ' αἰσθήσιος ληφθέντων. ἐφαντασιώθη γὰρ ἐναργέως. ἡ αἴσθησις προπαθὴς καὶ ἀναπομπὸς ἐοῦσα εἰς διάνοιαν τῶν ὑποκειμένων. ἡ δὲ παραδεξαμένη πολλάκις, οἷς, ὅτε καὶ ὁμοίως τοῦ τηρῆσαι καὶ ἐς ἑωυτὴν κατατιθεμένη, ἐμνημόνευσε. ξυγκατατίθεμαι μὲν οὖν καὶ τῷ λογισμῷ,

Tempus dicendum eſt, in quo occaſio conſiſtit. Occaſio autem, in qua tempus non multũ. Medicatio in tẽpore fit, aliquando etiam occaſionẽ requirit. Qui igitur iſta norit, ad curationẽ aggredi debet, neq; prius ad ratiocinationis perſuaſionẽ, quam ad vſum cum ratione coniunctũ animum adhibere. Ratiocinatio enim in eorũ quæ ſenſu cõprehenduntur recordatione quadã conſiſtit. Senſus namq; euidenti imaginatione cõceptus, primã eorum quæ ſubiecta ſunt perpeſſionẽ ſuſcipit, & ad cogitationẽ trãſmittit. Hæc vero vbi receperit, frequẽterq; quib. quãdo & qualiter cõuenit iſta cõſeruarit, in ſeſe reponit & recordatur. Ratiocinationẽ igitur plurimũ laudo;

ſiquidem ex fortuita occaſione initium ducat, & ipſam delationem ex apparentibus via quadam perſequatur. Ex his enim quæ manifeſto perficiuntur, ſi ratiocinatio initium duxerit, in mentis poteſtate, quæ ab aliis ſingula recipit, eſſe deprehendetur. Quamobrem exiſtimandū eſt naturam à multis & cuiuſlibet generis rebus vi quadā cogēte moueri ac doceri. Mēs autē vbi ab ea acceperit, quemadmodū ante dixi, poſtea ad veritatem deducit. Quod ſi non ex euidēti incurſione, verum ex probabili rationis fictione initiū ducatur, plærunque grauem & moleſtam infert affectionem. Ij vero nulla via rem ipſam aggrediuntur. Quidnam enim mali contingat, ſi mercedem auferāt qui Medica opera publice malè exercent? At nunc ægrotis ipſis, cum ſint extra culpam, non ſatis eſſe vis morbi viſa eſt, niſi etiā Medici imperitia accederet. Ac de his quidem hæc ſatis dicta ſunt, niſi quod nullum ex his quæ ſola ratione concluduntur fructum percipere licet, verum ex his quæ operis demonſtrationem habēt. Fallax enim & ad errorem procliuis aſſeueratio, quę eſt cum garrulitate coniuncta. Quocirca his quæ fiunt in vniuerſum inſiſtere oportet, & circa ea vel maxime verſari, ſi quis facilem & cum extra culpam habitum, quem certe Medicinam vocamus, ſibi comparare velit. Maximam enim vtilitatem tum ægrotis, tum iis qui illorum res adminiſtrant cōparabit. Neque vero pigeat ex plebeiis ſciſcitari, ſi quid ad curandi opportunitatē conferre videatur. Sic enim cenſeo artem vniuerſam commonſtratam fuiſſe, quod ſingula ex fine obſeruata, & ad eadē aggregata fuerint. Animum igitur adhibere oportet fortuitæ occaſioni, quæ plærunque ſe offert, quæq; cum vtilitate & lenitudine potius coniuncta eſt, quam cū pollicitatione & facti defenſione. Vtile vero etiā eorum quæ ægro offeruntur varietatū conſtituere. Neq; enim aſſeuerare oportet quod vnum aliquod exhibitum remedium profuturum ſit. Affectiones etenim omnes ob várias caſuū attributiones & mutationes, diuturniore quadam mora aſſident. Quin & iſtud vt conſideretur admonitione indiget. Si nanque a mercede initiū duxeris (quod ad totum negotiū aliquid confert) ægroto quidē iſtam inicies opinionē, te eo relicto non diſceſſurum. Quod niſi cum eo conueneris, quod & eum neglecturus ſis, neque de quibuſdam ad rem præſentem neceſſariis ſis admoniturus. De mercede igitur conſtituenda curam habere oportet. Eiuſmodi enim animi inductionem ægro inutilē eſſe exiſtimamus, idque multo magis in morbo acuto. Morbi enim celeritas, cum nullā ad reuerſionem occaſionē exhibeat, bonum Medicum minime impellit, vt ſuam vtilitatē quærat, verum vt potiorem ſuæ exiſtimationis rationē habeat. Itaq; longe ſatius eſt à morbo ſeruatis exprobrare, quā pernicioſe habentes emungere. Quanquā ægroti nonnulli hoſpitij ius aut notitiam quandam præponendam exiſtimāt, qui negligentia quidem digni ſunt, nō tamen pœna puniēdum iudicant. Quocirca his inconſtātiæ fluctibus agitatis, ſicuti decet te oppones. Qui enim genuinus eſt Medicus, is medius fidus fide magis quā duritate in medēdo vtetur. Quare ab initio de toto affectu diligēter inquirere, & quædā ad curationē conferentia ſubminiſtrare oportet, ægrumq; percurare & minime negligere. Neq; vero exigendæ mercedis cupiditate duci oportet, niſi vt ad artē ediſcendā tuos inſtruas, ſuadeoq; ne in eo inhumaniter nimis te geras, ſed & opum affluentiam & facultates reſpicias, interdumq;

ἢν ἀπὸ ἐκ περιπτώσιος ποιῆται τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν καταφορίην ἐκ τῶν φαινομένων μεθοδεύῃ. ἐκ γὰρ τῶν ἐναργέως ἐπιτελεομένων, ἢν τὴν ἀρχὴν ποιήσηται ὁ λογισμὸς, ἐν διανοίης δυνάμει ὑπάρχων εὑρίσκεται, παραδεχομένης αὐτῆς ἕκαστα παρ' ἄλλων. ὑποληπτέον οὖν τὴν φύσιν ὑπὸ τῶν πολλῶν καὶ παντοίων πρηγμάτων κινηθῆναί τε καὶ διδαχθῆναι, βίης ὑπεούσης. ἡ δὲ διάνοια παρ' αὐτῆς λαβοῦσα ὡς προεῖπον, ὕστερον εἰς ἀλήθειαν ἤγαγεν. εἰ δὲ μὴ ἐξ ἐναργέος ἐφόδου, ἐκ δὲ πιθανῆς ἀναπλάσιος λόγου, πολλάκις βαρεῖαν καὶ ἀνιαρὴν ἐπήνεγκε διάθεσιν. οὗτοι δὲ ἀνοδίην χρηΐζουσι. τί γὰρ ἂν ἦν κακὸν, ἢν τὰ ἐπίχειρα ἐκομίζοντο, ὧν τὰ τῆς ἰητρικῆς ἔργα κακῶς δημιουργέοντες; νῦν δὲ τοῖσιν ἀναιτίοισιν ἐοῦσι τῶν καμνόντων, ὁκόσοισιν οὐχ ἱκανὴ ἐφαίνετο ἐοῦσα τοῦ νοσέειν βίη, εἰ μὴ ξυνέλθοι τῇ τοῦ ἰητροῦ ἀπειρίῃ. περὶ μὲν οὖν τουτέων, ἅλις ἔστω διειλεγμένα. τῷ δὴ ὡς λόγου μόνου ξυμπεραινομένῳ, μὴ εἴη ἐπαυρέσθαι, τῷ δὲ ὡς ἔργου ἐνδείξιος. σφαλερὴ γὰρ καὶ εὔπταιστος ἡ μετ' ἀδολεσχίης ἰσχύρισις. διὸ καὶ καθόλου δεῖ ἔχεσθαι τῶν γινομένων, καὶ περὶ ταῦτα μὴ ἐλαχίστως γίγνεσθαι, ἢν μέλλῃ ἕξειν ῥηϊδίην καὶ ἀναμάρτητον ἕξιν, ἣν δὴ ἰητρικὴν προσαγορεύομεν. κάρτα γὰρ μεγάλην ὠφελίην περιποιήσει τοῖσί γε νοσέουσι, καὶ τοῖσι τουτέων δημιουργοῖσιν. μὴ ὀκνέειν δὲ παρὰ ἰδιωτέων ἱστορέειν, ἤν τι δοκέῃ ξυμφέρειν εἰς καιρὸν θεραπείης. οὕτω γὰρ δοκέω τὴν ξύμπασαν τέχνην ἀναδειχθῆναι, διὰ τὸ ἐξ ἑκάστου τοῦ τέλεος τηρηθῆναι, καὶ εἰς ταὐτὸ ξυναλισθῆναι. προσέχειν οὖν δεῖ περιπτώσει τῇ ὡς ἐπιτοπολύ, καὶ μετ' ὠφελίης καὶ ἠπιότητος μᾶλλον, ἢ ἐπαγγελίης καὶ ἀπολογίης τῆς μετὰ πρήξιος. χρήσιμος δὲ καὶ ποικίλος τῶν προσφερομένων τῷ νοσέοντι, καὶ ὁ προορισμὸς, ὅτι μοῦνόν τι προσενεχθὲν ὠφελήσει. οὐ γὰρ ἰσχυρίσιος δεῖ. πάντα γὰρ τὰ πάθη διὰ πολλὰς περιστάσιας καὶ μεταβολὰς μονῇ τινι προσκαρτερέει ἐμπαγέντα, διὸ ἂν καὶ τοῦτο ἐπιδεηθείη τῆς θεωρίης. εἰ γὰρ ἄρξαιο περὶ μισθαρίων, ξυμβάλλεται γάρ τι καὶ τῷ ξύμπαντι, τῷ μὲν ἀλγέοντι τοιαύτην διάνοιαν ἐμποιήσεις, τὴν ὅτι σε ἀπολιπὼν αὐτὸν πορεύσῃ, μὴ ξυνθέμενος, καὶ ὅτι ἀμελήσεις, καὶ οὐχ ὑποθήσεις τινὰ τῷ παρεόντι. ἐπιμελεῖσθαι δεῖ οὖν περὶ στάσιος μισθοῦ. ἄχρηστον γὰρ ἡγεύμεθα ἐνθύμησιν ὀχλεομένου τὴν τοιαύτην, πολὺ δὲ μᾶλλον ἐν ὀξεῖ νοσήματι. νόσου γὰρ ταχυτὴς καιρὸν μὴ διδοῦσα ἐς ἀναστροφήν, οὐκ ἐποτρύνει τὸν καλῶς ἰητρεύοντα ζητεῖν τὸ λυσιτελὲς, ἔχεσθαι δὲ δόξης μᾶλλον. κρέσσον οὖν σεσωσμένοισιν ὀνειδίζειν, ἢ ὀλεθρίως ἔχοντας προμύσσειν. καὶ τοι ἔνιοι νοσέοντες ἀξιοῦσι τὸ ξενοπρεπὲς καὶ τὸ ἄδηλον προκρίνοντες, ἄξιοι μὲν ἀμελίης, οὐ μέντοι γε κολάσιος προκρίνοντες. διὸ τυγχάνουσιν ἀντιπάξει εἰκότως μεταβολῆς ἐπὶ σάλου πορθμευόμενοι. τίς γὰρ ὦ πρὸς θεῶν, ἠδελφισμένος ἰητρὸς, ἰητρεύει πικρῶς ἢ ἀτεραμνίῃ ὥστ' ἐν ἀρχῇ ἀνακρίνοντα τὸ πάθος, μὴ ὑποθέσθαι τινὰ ξυμφέροντα ἐς θεραπείην, ἀποθεραπεῦσαί τε τὸν νοσέοντα καὶ μὴ παριδεῖν; τῆς δὴ ἐπικαρπίης μὴ αὐθ' τῆς ἐπισκευαζούσης πρὸς μάθησιν ἐπιθυμίης. παρακελεύομαι δὲ μὴ λίην ἀπανθρωπίην εἰσάγειν, ἀλλ' ἀποβλέπειν

ἔς τε

ἔς τε προσδοκίην καὶ ὁσίην. ὅτε δὲ προῖκα, ἀναφέρων μνήμην εὐχαριστίης προτέρην, ἢ παρεοῦσαν εὐδοκίην. ἢν δὲ καιρὸς εἴη χορηγίης ξένῳ τε ἐόντι καὶ ἀπορέοντι, μάλιστα ἐπαρκέειν τοῖσι τοιουτέοισιν. ἢν γὰρ παρῇ φιλανθρωπίη, πάρεστι καὶ φιλοτεχνίη. ἔνιοι γὰρ νοσέοντες, ᾐσθημένοι τὸ περὶ ἑωυτοὺς πάθος μὴ ἐὸν ἐν ἀσφαλείῃ, καὶ τῇ τοῦ ἰητροῦ ἐπιεικείῃ εὐδοκιμέουσι, μεταλλάσσοντες ἐς ὑγιείην. εὖ δὲ ἔχει νοσεόντων μὲν ἐπιστατέειν, ἕνεκεν ὑγιείης, ὑγιαινόντων δὲ φροντίζειν, ἕνεκεν ἀνοσίης. φροντίζειν καὶ ὑγιαινόντων, ἕνεκεν εὐσχημοσύνης. οἱ μὲν οὖν ἐόντες ἐν βυθῷ ἀτεχνίης, τῶν προλελεγμένων οὐκ ἂν αἰσθάνοιντο, καὶ γὰρ οὗτοι ἀνίητροι ἐόντες, ἐξ ἑτοίμου καὶ παιδὸς ὑψούμενοι, τύχης γε μὴν δεόμενοι, ὑπό τινων εὐπόρων καὶ σταθέντες ἔνδοξον ἀναλαμβάνονται. ἑκάτερα ἐπὶ τὸ χεῖρον εὐδοκιμέοντες καὶ διαπίπτοντες ἐπὶ τὸ χρέος, καταχλιδῶσι καταμεμεληκότες τὰ τῆς τέχνης ἀνυπεύθυνα. ἐφ' οἷς ἂν ἰητρὸς ἀγαθὸς ἀκμάζοι ὁμότεχνος καλεόμενος. ὁ δὲ τὰς ἀκέσιας ἀναμαρτήτως ῥηϊδίως ἐπιτελέων, οὐδὲν τουτέων παραβαίη, οὐ πάμπαν ἀπιστίῃ τοῦ δύνασθαι. οὐ γὰρ ἄπιστός ἐστιν ὡς ἐν ἀδικίῃ. πρὸς γὰρ θεραπείην οὐ γίνονται σκεπτέοντες, διαθέσιν, φθεγγόμενα φυλασσόμενοι, ἑτέρων ἰητρῶν ἐπεισαγωγήν. αἰνέοντες ἐν μισοπονηρίῃ βοηθήσιος. εἴτε νοσέοντες ἀνιώμενοι, νήχονται ἐπὶ ἑκατέρῃ μοχθηρίῃ, μὴ ἐγκεχειρικότες ἑωυτοὺς ἕως τέλεος τῇ ἐν τῇ τέχνῃ πλείονι θεραπείῃ. ἄνεσις γὰρ νούσου τινὸς καμνοντι παρέχει μεγάλην ἀπεωρίην. διὸ δεόμενοι τῆς ὑγιείης διαθέσιος, οὐκ ἐθέλουσι τῆς αὐτῆς χρῆσιν αἰεὶ προσδέχεσθαι, ὁμονοοῦντες ἰητροῦ ποικιλίην. πολυτελείης γὰρ ἀπορέουσιν οἱ νοσέοντες, κακοῦ ἐπὶ τὴν προσκυνεῦντες ἀγαρεστέοντες ξυντυχεῖν, δυνατοὶ δὴ ἐόντες, εὐπορέειν, διαπειλίζονται. περὶ μισθαρνίων ἀπρεπέως ἐθέλοντες ὑγιέες εἶναι εἵνεκεν ἐργασίης τόκων, ἢ γεωργίης, ἀφροντιστέοντες περὶ αὐτέων λαμβάνειν. περὶ δὲ παρασημασίης τοιαύτης ἅλις ἔστω. ἄνεσις γὰρ καὶ ἐπίτασις νοσέοντος, ἐπινέμουσιν ἰητρικὴν κακίην. οὐκ ἀσχήμον δὲ, οὐδ' ἤν τις ἰητρὸς στενοχωρέων τῷ παρεόντι ἐπί τινι νοσέοντι καὶ ἐπισκοτεόμενος τῇ ἀπειρίῃ, κελεύῃ καὶ ἑτέρους εἰσάγειν, εἵνεκα τοῦ ἐκ κοινολογίης ἱστορῆσαι τὰ περὶ τὸν νοσέοντα, καὶ συνεργοὺς γενέσθαι ἐς εὐπορίην βοηθήσιος. ἐν γὰρ κακοπαθίῃ παρεδρίης ἐπιτεινούσης τοῦ πάθεος δι' ἀπορίην τὰ πλεῖστα ἐκκλίνουσι τῷ παρεόντι. θαρρητέον οὖν ἐν καιρῷ τοιουτέῳ. οὐδέποτε γὰρ ἀξιῶ τὸ τοιοῦτο ὁρίσασθαι, ὅτι ἡ τέχνη κέκρικε, περὶ τουτέων μηδέποτε φιλονεικεῖν, προσκυρέοντας ἑωυτοῖσι καταγελᾶν. ὅρκῳ γὰρ ἂν μᾶλλον ὀμνὺς ἐρέω. οὐδέποτε ἰητροῦ λογισμὸς φθονήσειεν ἂν ἑτέρῳ, ἀκιδνὸς γὰρ ἂν φανείη. ἀλλὰ μᾶλλον οἱ ἀγχιστεύοντες ἀγοραίης ἐργασίης προσποιέονται τοῦτ' εὐμαρέως. καίτοι γε οὐδὲ ψευδέως κατανενόηται. πάσῃ γὰρ εὐπορίῃ ἀπορίη ἔνεστι. μετὰ τουτέων δὲ πάντων, μέγα ἂν τεκμήριον φανείη συνουσίῃ τῆς τέχνης, εἴ τις καλῶς ἰητρεύων, προσαγορεύοι τοιαύτης μὴ ἀποστῆναι. κελεύειν τοῖσι νοσέουσι μηδὲν ὀχλέεσθαι κατὰ διάνοιαν, ἐν τῷ σπεύδειν ἀφικέσθαι εἰς καιρὸν σωτηρίης. ἡγεύμεθα γὰρ ἀγεννησίην τε προσποιεύμενος γε οὐ διαμαρτήσεται. αὐτοὶ μὲν γὰρ οἱ νοσέοντες διὰ τὴν ἀλγεινὴν διάθεσιν ἀπαυδέοντες, ἑωυτούς τε μεταλλάσσουσι τῆς ζωῆς. ὁ δὲ ἐγκεχειρισμένος τὸν νοσέοντα, ἐὰν ἀποδείξῃ τὰ τῆς τέχνης ἐξευρέματα, σώζων οὐκ ἀλλοίην φύσιν, ἀποίσει τὴν παρεοῦσαν ἐπικαρπίην, ἢ τὴν παραυτίκα. ἀπιστίην γὰρ τοῦ ἀνθρώπου εὐεξίην, ἣ φύσις

gratis cures, ita vt memoris gratitudinis potiorẽ quã præſentis exiſtimationis rationẽ habeas. Quod ſi vel hoſpiti, vel egeno largiendi occaſio ſe offerat, his vel maximè ſuccurrẽdũ eſt. Qui enim erga homines humanum ſe exhibuerit, is artis amore teneri cenſetur. Multi nanq; ægri cũ ſciãt ſe morbo minimè ſalutari teneri, etiã medici probitate ſanitati reſtitutos eſſe celebrari gaudẽt. Sanitatis autẽ cauſa ægris quidẽ pręeſſe præclarũ eſt, & bene valentiũ curã gerere vt ne ęgrotẽt. Quin & ſanorum quoq; cura venuſtatis cauſa ſuſcipiẽda eſt. Qui igitur in ignorãtiæ profundo ſubmerſi ſunt, ij prædicta minimè percipiunt, cũ medici nomine indigni, re ipſa cõprobent, quã repentè euecti ſint, fortunæ tamen egẽtes, per diuites quoſdã ex anguſtiis emergũt, vtriq; ex euẽtu nominis celebritatẽ adepti, & in peius ruẽtes, luxu diffluũt, & quę in arte nulli rationi reddẽdæ ſunt obnoxia negligũt, quibus bonus Medicus viget, & ipſius artis opifex nũcupatur. Qui medelas inculpatas facilè perficiens, nihil horum peccat, ne in ſumma quidẽ opũ penuria. Neq; enim infidus eſt, velut qui iniuſtè ſe gerũt. Qui certè ad curationẽ non accedũt, vbi vidẽt miſerabilẽ eſſe affectionẽ & eiulatibus plenã, aliorũ Medicorũ congreſſum fugiũt, & improbos laudant, quod improbũ auxiliũ deteſtẽtur. Ægroti verò dolore conflictati in vtraq; improbitate natant, cũ ſeſe pleniori in arte curationi ad finẽ vſq; nõ commiſerint. Morbi nẽpe cuiuſdã remiſſio, magnũ affert ægro ſolatiũ. Quapropter cũ ſanitatẽ maximè cupiãt, eundẽ ſemper remediorũ vſum recipere recuſant. Medici varietatẽ imitantes. Sumptuũ quidẽ magnificentia cũ ægroti carcãt, morum improbitatẽ venerantur, & ingrati euadunt, vtq; facultatũ copiam conſequi poſſint, de mercede plurimũ laborãt, cùm verò ſani eſſe velint, quæſtũ tamen ex fœnore & agricultura percipere negligũt. Atque de tã inſigni admonitione iſta ſatis ſint. Ægroti enim remiſſio & intẽſio, medici adminiſtrationi moderantur. Neq; ſanè indecorũ fuerit, ſi Medicus in rei præſentis anguſtia circa ægrũ verſatur, imperitię etiã tenebris circũfuſus, alios quoq; accerſiri iubeat, quo cõmuni conſilio quæ in rẽ ægri ſunt diſquirantur, & illi ad præſidiorum facultatem operas ſuas conferãt. Vbi enim aſſiduè vrget affectio, morbuſq; increſcit, plurima in animi anguſtia ad rem præſentem opportuna elabuntur. Tunc igitur confidenti animo eſſe oportet. Neq; enim vnquam tale quid definio, cùm id ad artem pertinere cenſeatur, de eo minimè ambitioſe contendere, ſeipſos ludibrio exponere. Hoc namq; iureiurando affirmare audeam, Medicum ratione vtentem, alterum nunquam inuidioſè calumniaturũ. Sic enim animi impotẽtiam prodet. Verum id promptius faciunt, qui forenſem quæſtũ ſectantur. Quanquam neque hoc perperam excogitatũ videtur, cum in omni copia inopia inſit. Præter hæc autem omnia magnum fuerit exiſtentis artis argumentũ, ſi quis rectam curationem inſtituens, compellando ægros cohortari non deſinat, ne nimium animo perturbentur, dum ſalutis tempus præuertere ſtudent. Hoc nempe inutile eſſe cenſemus, neq; ſi id imperarit, peccabit. Ipſi enim ęgri ob affectionem doloris plenam animũ deſpondẽtes, vitam cum morte commutant. Cui vero ægri cura commiſſa eſt, ſi ea quæ ad artis inuẽtionem faciant demonſtrauerit, quod naturã conſeruare, non alienam inducere debeat, præſentem fructum reportabit, aut ei ſtatim nulla fides adhibebitur. Eſt enim hominis bona habitudo, natura quædam arte ſingulari à natura comparata, motũ non alienum ad-

lubens, ſed valde concinna, tum ſpiritu, tum calore, tum humorum concoctione, & in vniuerſum ex omni victus ratione, reliquiſque omnibus comparata, niſi aliquod aborta aut initio erratum adfuerit. Quod tamen ſi adfuerit, ſiquidem exile ſit, conandum vt ad priorem naturam reducatur. Præter naturam enim cenſetur, quod imminutum eſt, etiam quod temporis ſpatio contigit. Vitanda autem etiam frictio per ſudaria, propter medendi authoritatem odorq; ambitioſè affectatus. Vt enim peregrinus cultus immodicus calumniam, ita modicus venuſtatem tibi comparabit. Eſt namque in parte dolor modicus, in toto multus. Neque vero gratiam qua tibi homines demereatis ſubtraho, cum ſit Medici præſtantia digna. Eorum autem quæ per inſtrumenta adhibentur, & demonſtrationis eorum quæ ſignificant, reliquorumque eiuſmodi memoriam adeſſe oportet. Quod ſi vulgi tibi audientiam comparare voles, id non valde glorioſè inſtituas, neque tamen cum oſtentatione poetica fiat. Induſtriæ enim impotentiam arguit. Neque certè probo induſtriam multo labore partam in alium vſum transferri, quod per ſe ſola vt eligatur grata ſit. Inanem enim fuci laborem cum ambitioſa oſtentatione tibi impones. Optabilis autem diſpoſitio qua quis longe abſit, vt grandis natu ad diſcendú acceſſiſſe videatur. Quod quidem nihil præſentium perficit, abſentium vero memoria toleranda eſt. Incidit igitur omne genus infortunij cum vehementi pernicie, quod decorum negligit, tum in definitionibus & denunciatione, tum maximis iuramentis Deorum cauſa interpoſitis, dum medicus morbo præeſt, cum aſſidua lectione, & plebeiorum tumultuantium inſtructione, & priuſquam in morbo quid agat incertus ſit, congregati ſunt. Huiuſmodi igitur vbi præeſſem non tamen de curandi ratione cum illis conferrem, verum vt auxilium ferrent audacter peterem. Venuſtæ enim cognitionis intelligentia, apud iſtos ſparſa eſt. Cum igitur hi ex neceſſitate indocti exiſtant, eos ad vtilem exercitationem cohortor, vbi præceptorum cognitione deſtituuntur. Quis enim varie diffuſam præceptorum cognitionem habere exactè cupiat, citra exercitationis manuum ſecuritatem? Quare hoc vnum ſuadeo, vt eorum verbis quidem animum aduertant, opus autem in ſubtrahenda victus ratione interpellent, neque eam diutius inſtituant. Ægri enim diuturnam appetentiam erigit indulgentia, quæ interdum morbum fouet. Si quis ægro quantum opus eſt morem gerat, is velut res horrenda vitari debet, & gratia vitanda per quam vnitas deperit. Aeris repentina turbatio vitanda eſt. In ætatis vigore omnia gratiora ſunt, in deſinente vero ætate, contra. Linguæ obſcuritas aut propter affectionem contingit, aut propter aures, vt ſi altera ſuperinferat priuſquam priora enunciarit, aut ſi antequam id quod mente conceptum eſt eloquatur, aliud inſuper animo concipiat. Hoc quidem his qui artium ſtudio tenentur præcipue contingit, citra viſioni ſubiectam appellatam affectionem. Ætatis cum paruum ſubiectum exiſtat, valde magna interdum eſt facultas. In morbo non perturbari diuturnitatem indicat, iudicatio vero morbi diſſolutio eſt. Parua cauſa curationibus ſoluitur, niſi quis præcipuus locus affectus ſit. Quandoquidem ex dolore per conſenſionem exortus affectus affligit, quidam per alterius conſenſionem vexantur. Vociferatio dolore afficit. Præ laboris vehementia indulgens conceſſio, locus amœnus vtilitatem affert.

21 ὁ δὲ ἐγκεχειρισμένος] Huius obſcuri loci hic mihi videtur eſſe ſenſus. Medicus verò cui ægri cura cõmiſſa eſt, ſi demõſtrauerit ſui eſſe muneris, naturã conſeruare, non alienã inducere aut immutare, quod eſt ex artis præcepto, is præſentem fructũ percipiet, omniũ ſua cõſolatione efficiet, vt illi fides adhibeatur, & promiſſam aſſore ſanitatem æger alacriore animo ſperet. Alioqui continget vt ei fides derogetur, ſubitoq; ei diffidat æger, & eius exiſtimationi plurimum detrahat, adeoque animũ deſpondeat. Exemplaria porrò omnia σώζειν τὴν ἀλλοίην φύσιν habent, ſed Cornarius τὴν ἄλλοιον legiſſe videtur.

22 φύσις ἀποπεπλανημένη] Sic diſtinguũt & legunt omnia exemplaria quæ ſecuti ſumus. Caluus & Cornarius ἀποπεπλανημένην ἀλλοίην τὴν ἀνακεχωρηκυῖαν legunt.

23 ὅπερ γὰρ φύσει πεπονθυῖα] Mihi iſtud ſic accipiendum videtur, vt innuat illud vitium & erratum quod ſpatio temporis contigit, non ab ortu aut prima natura, etiam præter naturam cenſeri, quod certè meliorem fortunam nactum eſt, ideoque vt reſtituatur omni ope conandum eſt.

24 περὶ δὲ εὐκαταφρονήτου] Hunc etiam locum in noſtra OEconomia aperuimus.

25 ἀχρήστου παιδείης] Quid ſit ἀχρήστου παιδείης oſtendimus in noſtra OEconomia.

26 ἰδιωματικήν] Iſtam etiam vocem in noſtra OEconomia expoſuimus.

27 ἀπαγγέλλοντες ξυντυχίας] Sic legunt omnia exemplaria. Caluus verò ἀγνώστους legiſſe videtur.

28 ἰδιωτέων φιλαλυσίων] φιλαλυτέων aut φιλαλύτων legiſſe videtur Cornarius. Caluus vero φιλαλυτῶν aut φιλαλυπαιῶν, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi iſtam dictionem expoſuimus. Sunt autem hæc mirè perturbata, varieque exemplaribus ſcripta & diſtincta.

29 διεζευγμένων] Sic legunt exemplaria omnia, tum ſcripta, tum publicata, ſed διεζευγμένων, vt ξυνηθροισμένων legendum aut διεζευγμένων & ξυνηθροισμένων, quemadmodum legimus cum Zuinggero, qui etiam ἀγυρτείην legit, vt & Cornarius, aliter autem Caluus.

30 βιοθέλην] Sic legunt exemplaria omnia vitioſè tamẽ, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, poſt βιοθνῆς aut βιοθνέων, præſertim cum lib. περὶ ἀσχημοσύνης, βιοθέλην ευλλογισμὸν coniungat. Caluus verò βίλην legiſſe videtur.

31 ἀγρυπνίην δὲ πολυσχιδίην] πολυσχιδίην lego, hoc eſt, multifidam præceptorum diuiſionẽ, aut variè diffuſam cognitionem.

32 μετὰ χειρουργίης ἀσφαλείης] χειρουργίης ἀσφαλείην operis & experientiæ medicæ firmitatem ac certitudinem intelligit. Exemplaria manuſcripta Regia quædam ἀσφαλείην legũt, quędam etiam ἀσφαλείῃ. 33 ἐγκαταλείψει ξυνισταμένους δίαιτας. Hanc lectionẽ ex codicũ pluralitate ſecutus ſum, eo ſenſu, vt eorum opus in ſubtrahenda victus ratione Medicus interdũ interpellat, eorumq; actiones in peruersè inſtituenda victus ratione præpediat. Poteſt etiã dici, vt ab opere interdũ eos interpellãdo auocet, neq; in ſubtrahẽda victus ratione diutius inſiſtat.

34 τῶν ἀγωνιστέων χρησίην] Hoc ſenſu iſtud mihi ſumi rectè poſſe videtur, etſi ſcio aliam eſſe interpretibus notionem.

35 ἄκεσιν λύει] Sic legunt omnia exemplaria, quod efficit vt curationem exoluit aut impedit, ſumpſerint quidam ἄκεσιν tamen Caluus & Cornarius legiſſe videntur, quemadmodũ etiã legimus in noſtra OEconomia, & ἄκεσιν ἰάσεως ab Erotiano expoſitum adduximus. Etſi vero mihi magis eſt ſimile, hunc librum neq; ab Erotiano, neq; à Galeno lectum eſſe, & ἄκεσιν legiſſe Erotianum ex lib. de rat. vict. in morb. acut. pro ἄκεσιν mihi perſuadeo, cum inter dictiones illius libri accenſeatur.

36 ἐμπαίγνιον] Hunc locum in OEconomia noſtra expreſſimus & expoſuimus. 37 ἀλλοῖόν τινα] Et hunc etiam locum in OEconomia noſtra aperuimus.

HIPPOCRATIS COI MEDICORVM PRINCIPIS OPERVM OMNIVM,

Sectio II.

Τὰ σημειωτικά, hoc eſt, ea quæ de ſignis agunt, LIB. VI. continens.

Omnia interpretatione Latina, tum breuibus notis, tum Annotationibus donata,

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico authore.

Hac Sectione continentur,

Προγνωστικόν, *Prænotionum, Lib.* I.
Περὶ χυμῶν, *De humoribus, Lib.* I.
Περὶ κρισίων, *De indicationibus, Lib.* I.
Περὶ κρισίμων, *De diebus indicatoriis, Lib.* I.
Προῤῥητικῶν, *Prædictorum, Lib.* II.
Κωακαὶ Προγνώσεις, *Coacæ Prænotiones in breues ſententias diſtinctæ.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΟΝ.

HIPPOCRATIS PRÆNOTIONVM, LIBER.

OPERÆPRETIVM mihi facturus Medicus videtur, ſi ad prouidentiam ſibi comparandam omne ſtudium adhibeat. Cum namque præſenſerit & prædixerit apud ægrotos, tum præſentia, tum præterita, tum futura, quæq; ægri omittunt expoſuerit, res vtiq; ægrotãtium magis agnoſcere credetur, adeo vt maiore cũ fiducia ſeſe homines medico committere audeant. Curandi verò rationẽ optimè molietur, ſi ex præſentibus affectionib. futura prænouerit. Neq; enim fieri poteſt vt omnes ægroti ſanitatẽ aſſequantur. Hoc nempe longe præſtantius foret, quã futurorũ conſecutionẽ prænoſcere. Quandoquidem vero quidã vi morbi intereunt prius quã Medicum accerſant, quidã etiam vocato Medico cõfeſtim, partim quidẽ vnum diem, partim etiã paulo diutius vitã trahentes mortui sũt, prius quã Medicus arte ſua ſingulis morbis viriliter ſe opponere poſſit. Proinde vbi taliũ affectionũ naturam, quantã ſcilicet vires corporis ſuperant, cognouerit, ſimulq; & ſi quid diuini in morbis ineſt, huius quoq; prouidentiam ediſcere oportet. Hac enim ratione, merito ſibi admirationẽ, & boni Medici exiſtimationẽ cõciliauerit. Qui namq; morbo ſuperiores eſſe poſſunt, eos vtiq; longe rectiꝰ cõſeruauerit, ex lõgo antea interuallo ad ſingula cõſilium dirigens, tum etiam morituros, tum euaſuros vbi prænouerit & prædixerit, extra culpã poſitus erit. In morbis autem acutis imprimis quidem ęgroti facies ſic in cõſiderationẽ adhibenda, ſitne beneualentium, præcipueq; ſui ipſius ſimilis. Ita enim optima exiſtimanda, quæ vero ab eo plurimum recedit, grauiſſimum periculum portendit. Qualis fuerit naſus acutus, oculi concaui, collapſa tempora, aures frigidæ & cõtractę, imiſque ſuis fibris inuerſæ, cutis circa frontem dura, intenta & reſiccata, & totius faciei color ex viridi palleſcens, aut etiã niger, aut liuidus,

ΤΟΝ ἰητρὸν, δοκεῖ μοι ἄριστον τὴν πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν. προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι, τά τε παρεόντα, καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ὁκόσα τε παραλείπουσιν οἱ ἀσθενέοντες, ἐκδιηγεύμενος, πιστεύοιτ᾽ ἂν μᾶλλον γινώσκειν τὰ τῶν νοσεόντων πρήγματα, ὥστε τολμᾶν ἐπιτρέπειν τοὺς ἀνθρώπους σφέας ἑωυτοὺς τῷ ἰητρῷ. τὴν δὲ θεραπείην ἄριστα ἂν ποιέοιτο προειδὼς τὰ ἐσόμενα τῶν παθημάτων. ὑγιέας μὲν γὰρ ποιέειν ἅπαντας τοὺς ἀσθενέοντας, ἀδύνατον. τοῦτο γὰρ τοῦ προγινώσκειν τὰ μέλλοντα ἀποβήσεσθαι, κρέσσον ἂν ἦν. ἐπειδὴ δὲ οἱ ἄνθρωποι ἀποθνήσκουσιν, οἱ μὲν πρὶν καλέσαι τὸν ἰητρὸν, ὑπὸ ἰσχύος τῆς νούσου. οἱ δὲ, καὶ ἐσκαλεσάμενοι, παραχρῆμα ἐτελεύτησαν. οἱ μὲν, ἡμέρην μίην ζήσαντες. οἱ δὲ, ὀλίγῳ πλέονα χρόνον, πρὶν ἢ τὸν ἰητρὸν τῇ τέχνῃ πρὸς ἕκαστον νόσημα ἀνταγωνίσασθαι. γνῶναι οὖν χρὴ τῶν παθέων τῶν τοιουτέων τὰς φύσιας, ὁκόσον ὑπὲρ τὴν δύναμίν εἰσι τῶν σωμάτων. ἅμα δὲ καὶ εἴ τι θεῖον ἔνεστιν ἐν τῇσι νούσοισι, καὶ τούτου τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν. οὕτω γὰρ ἂν θαυμάζοιτό τε δικαίως, καὶ ἰητρὸς ἀγαθὸς ἂν εἴη. καὶ γὰρ οὓς οἷόν τε περιγίνεσθαι, τούτους ἔτι μᾶλλον δύναιτ᾽ ἂν ὀρθῶς διαφυλάσσειν, ἐκ πλείστου χρόνου προβουλευόμενος πρὸς ἕκαστα. καὶ τοὺς ἀποθανουμένους τε καὶ σωθησομένους προγινώσκων τε καὶ προαγορεύων, ἀναίτιος ἂν εἴη. Σκέπτεσθαι δὲ χρὴ ὧδε ἐν τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασι, πρῶτον μὲν τὸ πρόσωπον τοῦ νοσέοντος, εἰ ὅμοιόν ἐστι τοῖσι τῶν ὑγιαινόντων. μάλιστα δὲ, εἰ αὐτὸ ἑωυτῷ. οὕτω γὰρ ἂν εἴη ἄριστον, τὸ δ᾽ ἐναντιώτατον τοῦ ὁμοίου, δεινότατον. εἴη δ᾽ ἂν τὸ τοιόνδε. ῥὶς ὀξεῖα. ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι ξυμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ, καὶ ξυνεσταλμένα. καὶ οἱ λοβοὶ τῶν ὤτων ἀπεστραμμένοι. καὶ τὸ δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον, σκληρόν τε καὶ περιτεταμένον, καὶ καρφαλέον ἐόν. καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν τε, ἢ καὶ μέλαν ἐὸν, ἢ πελιὸν ἢ μολι-

ἢ μολιβδῶδες. ἢν μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ τῆς νούσου τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ, καὶ μήπω οἷόν τε ᾖ τοῖσιν ἄλλοισι σημείοισι ξυντεκμαίρεσθαι, ἐπανερέσθαι χρὴ, μὴ ἠγρύπνησεν ὁ ἄνθρωπος, ἢ τὰ τῆς κοιλίης ἐξυγρασμένα ᾖ ἰσχυρῶς, ἢ λιμῶδές τι ἔχῃ αὐτόν. κἢν μέν τι τουτέων ὁμολογῇ, ἧσσον νομίζειν δεινὸν εἶναι. κρίνεται δὲ τὰ τοιαῦτα, ἐν ἡμέρῃ τε καὶ νυκτὶ, ἢν διὰ ταύτας τὰς προφάσιας, τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ. ἢν δὲ μηδὲν τουτέων φῇσιν εἶναι, μηδὲ ἐν τῷ χρόνῳ τῷ προειρημένῳ καταστῇ, εἰδέναι χρὴ, ἐγγὺς ἐόντα τοῦ θανάτου. ἢν δὲ καὶ παλαιοτέρου ἐόντος τοῦ νοσήματος, ἢ τριταίου, ἢ τεταρταίου, τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ, περὶ τουτέων ἐπανερέσθαι, περὶ ὧν καὶ πρότερον ἐκέλευσα. καὶ τ' ἄλλα σημεῖα σκέπτεσθαι, τά τε ἐν τῷ ξύμπαντι προσώπῳ, τά τε ἐν τῷ σώματι. Καὶ τὰ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν. ἢν γὰρ τὴν αὐγὴν φεύγωσιν. ἢ δακρύωσιν ἀπροαιρέτως, ἢ διαστρέφωνται. ἢ ὁ ἕτερος θατέρου ἐλάσσων γίνηται. ἢ τὰ λευκὰ ἐρυθρὰ ἴσχωσιν, ἢ πελιὰ βλέφαρα. ἢ φλέβια μέλανα ἐν αὐτοῖσιν ἔχωσιν. ἢ λῆμαι φαίνωνται περὶ τὰς ὄψιας. ἢ καὶ ἐναιωρεύμενοι. ἢ ἐξίσχοντες. ἢ ἔγκοιλοι ἰσχυρῶς γινόμενοι. ἢ αἱ ὄψιες αὐχμῶσαι καὶ ἀλαμπέες. ἢ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου ἠλλοιωμένον ᾖ, ταῦτα πάντα κακὰ νομίζειν, καὶ ὀλέθρια εἶναι. σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται τοῦ λευκοῦ, τῶν βλεφάρων μὴ ξυμβαλλομένων, μὴ ἐκ διαῤῥοίης ἢ φαρμακοποσίης ἐόντι, ἢ μὴ εἰθισμένῳ οὕτω καθεύδειν, φλαῦρον τὸ σημεῖον, καὶ θανατῶδες λίην. ἢν δὲ καμπύλον, ἢ ῥικνὸν γένηται, ἢ πελιὸν, ἢ ὠχρὸν βλέφαρον, ἢ χεῖλος, ἢ ῥὶς, μετά τινος τῶν ἄλλων σημείων, εἰδέναι χρὴ, ἐγγὺς ἐόντα θανάτου. Θανατώδεα δὲ καὶ χείλεα ἀπολυόμενα, καὶ κρεμάμενα, καὶ ψυχρὰ, καὶ ἔκλευκα γινόμενα. Κεκλιμένον δὲ χρὴ καταλαμβάνεσθαι τὸν νοσέοντα ὑπὸ τοῦ ἰητροῦ, ἐπὶ τὸ πλευρὸν τὸ δεξιὸν, ἢ τὸ ἀριστερόν. καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὸν τράχηλον καὶ τὰ σκέλεα ὀλίγον ἐπικεκαμμένα ἔχοντα. καὶ τὸ ξύμπαν σῶμα ὑγρὸν κείμενον. οὕτω γὰρ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν ὑγιαινόντων κατακλίνονται. ἄρισται δέ εἰσι τῶν κατακλισίων, αἱ ὅμοιαι τῇσι τῶν ὑγιαινόντων. ὕπτιον δὲ κεῖσθαι καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὰ σκέλεα ἐκτεταμένα ἔχοντα, ἧσσον ἀγαθόν. Εἰ δὲ καὶ προπετὴς γένοιτο, καὶ καταῤῥέοι ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ πόδας, δεινότερόν ἐστι. Εἰ δὲ καὶ γυμνοὺς τοὺς πόδας εὑρίσκοιτο ἔχων, μὴ θερμοὺς κάρτα ἐόντας, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὰ σκέλεα ἀνωμάλως διεῤῥιμμένα, καὶ γυμνὰ, κακόν. ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει. Θανατῶδες δὲ καὶ τὸ κεχηνότα καθεύδειν αἰεί. καὶ τὰ σκέλεα ὕπτιον κειμένου ξυγκεκαμμένα εἶναι ἰσχυρῶς, καὶ διαπεπλεγμένα. ἐπὶ γαστέρα δὲ κεῖσθαι ᾧ μὴ σύνηθές ἐστι καὶ ὑγιαίνοντι οὕτω κοιμᾶσθαι, παραφροσύνην τινὰ σημαίνει, ἢ ὀδύνην τῶν ἀμφὶ τὴν κοιλίην τόπων. ἀνακαθίζειν δὲ βούλεσθαι τὸν νοσέοντα, τῆς νόσου ἀκμαζούσης, πονηρὸν μὲν ἐν πᾶσι τοῖς ὀξέσι νουσήμασι, κάκιστον δὲ, ἐν τοῖσι περιπλευμονικοῖσιν. Ὀδόντας δὲ πρίειν ἐν πυρετοῖσιν, ὁκόσοισι μὴ ξύνηθές ἐστιν ἀπὸ παίδων, μανικὸν καὶ θανατῶδες, ἀλλὰ προλέγειν ἀπ' ἀμφοῖν κίνδυνον ἐσόμενον. ἢν δὲ καὶ παραφρονέων τοῦτο ποιῇ, ὀλέθριον γίνεται κάρτα ἤδη. Ἕλκος δὲ ἢν τι καὶ προγεγονὸς τύχῃ ἔχων, ἢν τε καὶ ἐν τῇ νούσῳ γένηται, καταμανθάνειν δεῖ. ἢν γὰρ μέλλῃ ἀπόλλυσθαι ὁ ἄνθρωπος, πρὸ τοῦ θανάτου, πελιδνόν τε καὶ ξηρὸν ἔσται, ἢ ὠχρόν τε καὶ ξηρόν.

aut plumbeus. Itaque ſi per initia morbi eiuſmodi facies fuerit, neque adhuc ex aliis ſignis conÿcere potueris, interrogare conuenit, num æger vigilauerit, aut aluus admodum liquida fuerit, aut cum inedia aliqua oppreſſerit. Quòd ſi quid horum fateatur, minùs formidandum eſſe exiſtimandum. Diiudicantur autem iſta die ac nocte, ſi ex his cauſis eiuſmodi facies fuerit. At ſi nihil horum præceſſiſſe dixerit, neq; intra dictum tempus ad priſtinum ſtatum redierit, in propinquo mortem eſſe ſciendum eſt. Si verò vetuſtiore iam morbo, aut triduo, aut quatriduo, talis facies extiterit, inquirenda ea ſunt de quib. antea præcepi, & reliqua ſigna, tum ex vniuerſa facie, tũ ex corpore, & oculis, in cõſiderationẽ adhibenda. Si namq; lucem refugiunt, aut illachrymant præter voluntatẽ, aut peruertuntur, aut alter ex iis minor fit, aut quæ in iis alba eſſe debent rubeſcunt, aut in iiſdem venulæ liueſcunt, aut nigricant, aut lippientium oculorũ ſordes circa eorum aciem appareant, aut etiam aſſiduè mobiles, aut tumidi, aut vehemẽter caui fuerint, aut eorum aſpectus ſqualidus & minimè lucidus, aut totius faciei color immutatus, hæc omnia mala pernicioſaq; exiſtimanda. Quinetiam per ſomnum an ex oculis aliquid ſubappareat ſpectare oportet. Vbi namq; non commiſſis palpebris ex albo quid ſubappareat, id ſi neq; alui profluuium, neque medicamentum purgans expreſſit, neq; ita dormire conſueuerit æger, prauum eſt indicium & lethale admodũ. Quòd ſi peruertatur aut corrugetur palpebra, aut liueſcat, aut palleſcat, itemq; labrum, aut naſus, cum alio aliquo ſigno, mortem in propinquo eſſe ſciendum eſt. Lethale quoq; labra reſoluta, pendentia, frigida, & exalbida eſſe. At ægrum à Medico in latus dextrum aut ſiniſtrum recumbentem deprehendi oportet, manibusq; & ceruice, ac cruribus paulùm reductis, totoq; corpore molliter poſito. Hic enim ferè ſani iacentis eſt habitus. Is autem habetur optimus decubitus, qui bene valentium ſimilis eſt. Supinum verò iacere, manibus, ceruice, & cruribus porrectis, minus bonum. Quòd ſi pronus ad pedes de lecto delabatur, magis formidandum. Vbi verò pedes nudos, neque admodum calidos habere comperietur, & manus, ceruicem, & crura inæqualiter diſperſa & nuda, malum anxietatem enim indicat. Lethale quoq; & hianti ore aſſiduè dormire, & vbi ſupinus iacet cruribus valde contortis & implexis. At in ventrem iacere ei qui per bonam valetudinem ita dormire minimè conſueuit, delirium aut partium circa ventrem dolorem indicat. Ægrum verò reſidere velle in ipſo morbi impetu, prauum quidem in omnibus morbis acutis, & pulmonum inflammatione laborantibus peſſimum. In febribus autem dentibus ſtridere, quibus à puero minimè eſt conſuetum, inſaniam & mortem ſignificat. Verùm ex vtriſque periculum prædicendum. Quòd ſi etiam deliranti id accidat, exitiale admodum iam eſt. Vlcus quoque ſiue ante morbum, ſiue in morbo natum ſit, noſſe oportet. Nam ſi periturus æger eſt, ante mortem liuidum & ſiccum, aut pallidum & ſiccum erit.

De manuum verò motione ita cenſeo. In febribus acutis, aut pulmonum inflammationibus, aut phrenitide, aut capitis doloribus, quibus ante faciem feruntur, & aliquid fruſtra venantur, & feſtucas colligunt, aut floccos è veſtibus euellunt, & ex pariete paleas carpunt, ex his omnibus malum & mortem portendi. Spiritus frequens dolorem aut inflammationem in locis ſepto tranſuerſo ſuperioribus indicat. Qui verò magnus inſpiratur & ex magno interuallo, delirium. At frigidus ex naribus & ore expiratus, exitialis admodum iam eſt. Facilè autem ſpirare, valde magnum ad ſalutem momentum exiſtimandum, cùm in omnibus morbis acutis, quibus febris coniuncta eſt, tum in his qui intra dies quadraginta iudicantur. Sudores optimi quidem per omnes morbos acutos, qui diebus iudicatoriis contingunt, & penitus febre liberant. Boni verò, quicunque toto corpore oriuntur, faciúntque vt æger morbum faciliùs ferre videatur. At qui nihil tale efficiunt, minimè ſunt vtiles. Peſſimi autem frigidi, quique circa caput tantummodò, faciem & ceruicem exoriuntur. Ii namque cum acuta febre mortem, cum mitiore verò morbi longitudinem prænunciant. Quique per totum corpus eodem modo atque ex capite fiunt. Qui verò milii formam referunt, & circa ceruicem tantùm oboriuntur, praui, boni autem qui guttatim & cum exhalatione fiunt. Atque hoc in totum de ſudoribus animaduertere oportet, quòd nonnulli quidem ex corporis diſſolutione, quidam etiam ex inflammationis vehementia contingunt. Præcordia optima quidem quæ dolore vacant, mollia ſunt & æqualia, tum dextra, tum ſiniſtra parte. Incenſa verò, aut dolentia, aut intenta, aut inæqualiter affecta dextra parte ad ſiniſtram, hæc omnia animaduertenda ſunt. Quòd ſi etiam pulſus in præcordiis inſit, perturbationem aut delirium indicat. Verùm etiam eorum oculos intueri oportet. Si námque oculi crebrò moueantur, inſania expectanda eſt. At tumor in præcordiis durus & dolens, peſſimus quidem vbi tota præcordia occuparit. Sin verò altera parte ſit, minore cum periculo ſiniſtra. Huiuſmodi autem tumores, circa principia quidem mortem breui affore indicant. Quòd ſi neque intra vigeſimum diem febris quieſcat, neque tumor ſubſidat, ad ſuppurationem res vertitur. His autem primo circuitu etiam ſanguinis è naribus fluxus contingit, valdéque iuuat. Verum eos interrogare oportet, num capite doleant, aut obtuſam oculorum aciem ſentiant. Quòd ſi quid ex his accidat, eò rem tendere ſciendum. In iunioribus tamen neque dum trigeſimum quintum annum attingentibus, ſanguinis eruptio magis expectanda eſt. Molles autem tumores & doloris expertes digitiſque cedentes, longiores iudicationes faciunt, illiſque minùs graues ſunt. Quòd ſi intra dies ſexaginta, neque febris ceſſet, neque tumor ſubſidat, fore ſuppurationem hoc loco, & reliquo ventre eodem modo ſignificat. Itaque tumores dolentes, duri & magni, periculum mortis intra paucos dies affore ſignificant. Molles verò & minimè dolentes, quique digito preſſi cedunt, illis diuturniores eſſe ſolent.

Περὶ δὲ χειρῶν φορῆς, τάδε γινώσκω. ὁκόσοισιν ἐν πυρετοῖσιν ὀξέσιν, ἢ περιπλευμονίῃσιν, ἢ φρενίτισιν, ἢ ἐν κεφαλαλγίῃσι, πρὸ τοῦ προσώπου φερομένας καὶ θηρευούσας διὰ κενῆς, καὶ ἀποκαρφολογεούσας, καὶ κροκύδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτιλλούσας, καὶ ἀπὸ τοῦ τοίχου ἄχυρα ἀποσπώσας, πάσας εἶναι κακὰς, καὶ θανατώδεας. Πνεῦμα δὲ πυκνὸν μὲν ἐὸν, πόνον σημαίνει, ἢ φλεγμονὴν, ἐν τοῖσιν ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοισι. μέγα δὲ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, παραφροσύνην δηλοῖ. ψυχρὸν δὲ ἐκπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος, ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται. εὔπνοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν εἰς σωτηρίην ἐν ἅπασι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν, ὅσα ξὺν πυρετοῖσίν ἐστι, καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται. Οἱ δὲ ἱδρῶτες, ἄριστοι μὲν εἰσὶν ἐν πᾶσι τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν, ὁκόσοι ἐν ἡμέρῃσί τε κρισίμοισι γίνονται, καὶ τελείως τὸν πυρετὸν ἀπαλλάττουσιν, ἀγαθοὶ δὲ καὶ ὁκόσοι διὰ παντὸς τοῦ σώματος γινόμενοι, ἀπέδειξαν τὸν ἄνθρωπον εὐπετέστερον φέροντα τὸ νόσημα. οἳ δ' ἂν μὴ τοιοῦτόν τι ἐργάσωνται, οὐ λυσιτελέες. κάκιστοι δὲ, οἱ ψυχροί τε καὶ μοῦνοι περὶ τὴν κεφαλήν τε καὶ τὸ πρόσωπον γινόμενοι καὶ τὸν αὐχένα. οὗτοι γὰρ ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ θάνατον προσημαίνουσι. ξὺν δὲ πρηϋτέρῳ, μῆκος νούσου, καὶ οἱ κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ὡσαύτως γινόμενοι, τοῖσι περὶ τὴν κεφαλήν. οἱ δὲ κεγχροειδέες καὶ μοῦνοι περὶ τὸν τράχηλον γινόμενοι, πονηροί. οἱ δὲ μετὰ σταλαγμῶν καὶ ἀτμίζοντες, ἀγαθοί. κατανοεῖν δὲ χρὴ τὸ σύνολον τῶν ἱδρώτων. γίνονται γὰρ οἱ μὲν δι' ἔκλυσιν σωμάτων, οἱ δὲ, διὰ συντονίην φλεγμονῆς. Ὑποχόνδριον δὲ, ἄριστον μὲν, ἀνώδυνόν τε ἐὸν, καὶ μαλθακὸν, καὶ ὁμαλὸν, καὶ ἐπὶ δεξιὰ καὶ ἐπ' ἀριστερά. φλεγμαῖνον δὲ, ἢ ὀδύνην παρέχον, ἢ ἐντεταμένον, ἢ ἀνωμάλως διακείμενα τὰ δεξιὰ πρὸς τὰ ἀριστερὰ, ταῦτα πάντα φυλάσσεσθαι χρή. εἰ δὲ καὶ σφυγμὸς ἐνείη ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, θόρυβον σημαίνει, ἢ παραφροσύνην, ἀλλὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπικατιδεῖν τῶν τοιούτων. ἢν γὰρ αἱ ὄψιες πυκνὰ κινέωνται, μανῆναι τούτους ἐλπίς. οἴδημα δὲ ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ σκληρόν τε ἐὸν, καὶ ἐπώδυνον, κάκιστον μὲν, εἰ παρ' ἅπαν εἴη τὸ ὑποχόνδριον. εἰ δὲ εἴη ἐν ἑτέρῳ μέρει, ἀκινδυνότερόν ἐστιν ἐν τῷ ἐπ' ἀριστερά. σημαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα οἰδήματα ἐν ἀρχῇ μὲν θάνατον ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι. ἢν δὲ ὑπερβάλλῃ εἴκοσιν ἡμέρας ὅ, τε πυρετὸς ἔχων καὶ τὸ οἴδημα μὴ καθιστάμενον, ἐς διαπύησιν τρέπεται. γίνεται δὲ τουτέοισιν ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ, καὶ αἵματος ῥῆξις ἐκ τῶν ῥινῶν, καὶ κάρτα ὠφελέει. ἀλλ' ἐπανερέσθαι χρὴ, εἰ τὴν κεφαλὴν ἀλγέουσιν, ἢ ἀμβλυώσσουσιν. ἢν γάρ τι τοιοῦτον εἴη, ἐνταῦθα ῥέποι. μᾶλλον δὲ τοῖσι νεωτέροισι πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων, τὴν τοῦ αἵματος ῥῆξιν προσδέχεσθαι χρή. τὰ δὲ μαλθακὰ τῶν οἰδημάτων, καὶ ἀνώδυνα " καὶ τῷ δακτύλῳ ὑπείκοντα, χρονιωτέρας τὰς κρίσιας ποιέεται, καὶ ἧσσον ἐκείνων δεινότερά ἐστι. εἰ δὲ ὑπερβάλλοι ἑξήκοντα ἡμέρας ὅ, τε πυρετὸς ἔχων καὶ τὸ οἴδημα μὴ καθίσταται, ἔμπυον ἔσεσθαι σημαίνει." καὶ τοῦτο καὶ τὸ ἐν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ κατὰ ταὐτά. ὁκόσα μὲν οὖν ἐπώδυνά τέ ἐστι, καὶ σκληρὰ καὶ μεγάλα σημαίνει κίνδυνον θανάτου ὀλιγοχρονίου. ὁκόσα δὲ μαλθακά τε καὶ ἀνώδυνα καὶ τῷ δακτύλῳ πιεζόμενα ὑπείκει, χρονιώτερα ἐκείνων.

Τὰ δὲ

τὰς δὲ ἀποστάσιας ποιεῖ τὰ ἐν τῇ γαστρὶ οἰδήματα ποιέει ἢ τῶν ἐν τοῖσιν ὑποχονδρίοισιν. ἥκιστα δὲ τὰ ὑποκάτω τοῦ ὀμφαλοῦ ἐς ἐκπύησιν τρέπεται. αἵματος δὲ ῥῆξιν ἐκ τῶν ἄνω τόπων μάλιστα προσδέχεσθαι. ἀπάντων δὲ χρὴ τῶν οἰδημάτων χρονιζόντων περὶ ταῦτα τὰ χωρία, ὑποσκέπτεσθαι τὰς ἐκπυήσιας. τὰ δὲ διαπυήματα ὧδε δεῖ σκέπτεσθαι τὰ ἐντεῦθεν. ὁκόσα μὲν ἔξω τρέπεται, ἄριστά ἐστι. μικρά τε ἐόντα. καὶ ὡς μάλιστα ἐκκλίνοντα ἔξω. καὶ ἐς ὀξὺ ἀποκορυφούμενα. τὰ δὲ μεγάλα τε ἐόντα καὶ πλατέα, καὶ ἥκιστα ἐς ὀξὺ ἀποκορυφούμενα, κάκιστα. ὅσα δὲ εἴσω ῥήγνυται, ἄριστά ἐστιν, ἃ μηδὲν τῷ ἔξω χωρίῳ ἐπικοινωνεῖ, ἀλλ' ἐστὶ προσεσταλμένα τε, καὶ ἀνώδυνα. καὶ πᾶν τὸ ἔξω χωρίον, ὁμόχροον φαίνεται. Τὸ δὲ πῦον, ἄριστον λευκόν τε εἶναι, καὶ ὁμαλὸν, καὶ λεῖον, καὶ ὡς ἥκιστα δυσῶδες. τὸ δὲ ἐναντίον τουτέου, κάκιστον. Οἱ δὲ ὕδρωπες, οἱ ἐκ τῶν ὀξέων νουσημάτων πάντες κακοί. οὔτε γὰρ τοῦ πυρετοῦ ἀπαλλάσσουσι. ἐπώδυνοί τε εἰσὶ κάρτα καὶ θανατώδεες. ἄρχονται δὲ οἱ πλεῖστοι, ἀπὸ τῶν κενεώνων, καὶ τῆς ὀσφύος. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος. οἷσι μὲν οὖν ἀπὸ τῶν κενεώνων, καὶ τῆς ὀσφύος αἱ ἀρχαὶ γίνονται, οἵ τε πόδες οἰδέουσι, καὶ διάρροιαι πολυχρόνιοι ἔχουσι, οὔτε τὰς ὀδύνας λύουσαι τὰς ἐκ τῶν κενεώνων, καὶ τῆς ὀσφύος, οὔτε τὴν γαστέρα λαπάσσουσι. ὁκόσοισι δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος ὕδρωπες γίνονται, βηχές τε καὶ θυμὸς τούτοισιν ἐγγίνεται. καὶ οὐδὲν τι ἀποπτύουσιν ἄξιον λόγου. καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι. καὶ ἡ γαστὴρ οὐ διαχωρέει. εἰ μὴ σκληρά τε καὶ πρὸς ἀνάγκην. καὶ περὶ τὴν κοιλίην γίνονται οἰδήματα, τὰ μὲν ἐπὶ δεξιὰ, τὰ δ' ἐπ' ἀριστερὰ, ἱστάμενά τε, καὶ καταπαυόμενα. κεφαλὴ δὲ καὶ χεῖρες καὶ πόδες, ψυχρὰ ἐόντα, κακόν. τῆς τε κοιλίης καὶ τῶν πλευρῶν θερμῶν ἐόντων. ἄριστον δὲ καὶ ὅλον τὸ σῶμα, θερμόν τε εἶναι καὶ μαλθακόν. στρέφεσθαι δὲ χρὴ ῥηϊδίως τὸν ἀλγέοντα καὶ ἐν τοῖσι μετεωρισμοῖσιν ἐλαφρὸν εἶναι. Εἰ δὲ βαρὺς ἐὼν φαίνοιτο, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, ἐπικινδυνότερον. Εἰ δὲ πρὸς τῷ βάρει καὶ οἱ ὄνυχες καὶ οἱ δάκτυλοι πελιδνοὶ γίνονται, προσδόκιμος ὁ θάνατος παραυτίκα. μελανόμενοι δὲ παντελῶς οἱ δάκτυλοι, καὶ οἱ πόδες, ἧσσον ὀλέθριοι τῶν πελιδνῶν εἰσίν. ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα σκέπτεσθαι χρή. ἢν γὰρ εὐπετέως φέρων φαίνηται τὸ κακὸν, καὶ ἄλλο τι τῶν περιεστηκότων πρὸς τουτέοισι τῶν σημείων ὑποδεικνύει, ἐς ἀπόστασιν τραπῆναι ἐλπίς. ὥστε τὸν μὲν ἄνθρωπον περιγενέσθαι, τὰ δὲ μελανθέντα τοῦ σώματος ἀποπεσεῖν. ὄρχιες δὲ καὶ αἰδοῖα ἀνεσπασμένα, πόνους ἰσχυροὺς σημαίνει, καὶ κινδύνους θανατώδεα. Περὶ δὲ ὕπνων ὥσπερ κατὰ φύσιν συνήθης ἡμῖν ἐστι, τὴν μὲν ἡμέρην, ἐγρηγορέναι χρή. τὴν δὲ νύκτα, καθεύδειν. ἢν δὲ εἴη τοῦτο μεταβεβλημένον, κάκιον. ἥκιστα δ' ἂν λυπέοιτο, εἰ κοιμῷτο τὸ πρωῒ ἐς τὸ τρίτον μέρος τῆς ἡμέρης. οἱ δὲ ἀπὸ τουτέου τοῦ χρόνου ὕπνοι, πονηρότεροι εἰσί. κάκιστον δὲ μὴ κοιμᾶσθαι, μήτε τῆς νυκτὸς, μήτε τῆς ἡμέρης. ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνου ἀγρυπνέει, ἢ παραφροσύνη ἔσται ἀπὸ τουτέου τοῦ σημείου. Διαχώρημα δὲ ἐστὶν ἄριστον, τὸ μαλθακόν τε καὶ ξυνεστηκὸς. καὶ τὴν ὥρην ἥνπερ καὶ ὑγιαίνοντι ὑποχωρέει. πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν ἰσιόντων. τοιαύτης γὰρ ἐούσης τῆς διεξόδου, ἡ κάτω κοιλίη ὑγιαίνοι ἄν.

Ac ventris tumores minùs abſcedere nati ſunt, quàm qui in præcordiis oriuntur, minimè verò qui infra vmbilicum in pus vertuntur. Sed ex ſuperioribus locis ſanguinis eruptio maximè expectanda eſt. Longorum verò omnium in his regionibus tumorum, ſuppurationes in conſiderationem adhibendæ. Suppurationum autem quæ inde proueniunt, ea obſeruatio facienda eſt. Quæ quidem foras vertuntur, optimæ ſunt, vbi paruæ ſunt, & quàm maximè foras feruntur, & in acutum tendunt. Peſſimæ verò quæ magnæ ſunt & latæ, minimeq; in mucronem attolluntur. At quæ intrò rumpuntur optimæ, vbi nihil cum externa ſede communicant, in ſeſe contrahuntur, nullo dolore afficiunt, totaq; regio externa vnius coloris apparet. Pus verò optimum eſt album, æquale & læue, & quàm minimum graueolens, huic autem contrarium peſſimum. Aqua inter cutem quæ ex acutis morbis oritur, mala. Nam neq; febre liberat, vehementeſq; dolores excitat, & lethalis eſt. Oritur autem ferè ex laterum inanitate, & lumbis, partimq; ex iecore. Quibus igitur ex laterum inanitate & lumbis, initia ducuntur, iis pedes intumeſcunt, & longa alui profluuia detinent, quæ neq; dolores ex laterũ inanitate ac lumbis tollunt, neq; ventrem molliorẽ efficiunt. A quibus à iecore aqua inter cutem ortum ducit, his tuſſis & tuſſiendi cupiditas ineſt, ſed nihil effatu dignum expuunt, pedeſq; intumeſcunt, ac venter non niſi dura ægreq; egerit, & circa aluum tumores fiunt, qui partim dextra, partim ſiniſtra parte oriuntur & deſinunt. Caput autem & manus, & pedes frigere, ventre & lateribus calentibus, malum denunciat. At corpus totum æqualiter calidum eſſe ac molle, optimum. Ægrum quoque facilè conuerti oportet, & cùm ſeſe attollit leuem eſſe. Quòd ſi grauis eſſe videatur, cum reliquo corpore, tum manibus & pedibus, maiori cum periculo eſt. Præter grauitatem verò, ſi vngues & digiti liueſcant, mors confeſtim expectanda eſt. At omninò nigri tum digiti, tum pedes, minùs quàm liuentes pernicioſi ſunt. Sed alia quoque ſigna in conſiderationem adhibenda. Etenim ſi facilè malum ferre videatur, & præter hæc aliud quoddam ex ſalutaribus ſignis adfuerit, morbum ad abſceſſum conuerti ſperandum, ita vt æger quidem morbo ſupereſſe, & partes corporis denigratæ decidere debeant. Teſtes autem & pudenda vbi ſurſum contrahuntur, vehementes dolores & mortis periculum denunciant. Quòd ad ſomni rationem attinet, quemadmodum à natura nobis eſt conſuetum, interdiu quidem vigilandum, noctu verò dormiendum. Quòd ſi iſtud immutatum fuerit, deterius exiſtimandum. At minimùm offenditur æger, ſi prima luce dormiat ad tertiam diei partem. Qui verò poſtea ſomnus contingit, deterior eſt. Peſſimum autem ſi neque noctu, neque interdiu dormiat. Nam aut ob dolorem inſania adeſt, aut delirij affuturi hæc nota eſt. Alui deiectio optima eſt, ſi mollis eſt & conſiſtat, eoq; tempore quo per ſanitatem deiici ſoleat, copia verò ciborum ingeſtorum rationi reſponderit Talis enim exitus inferiorem aluum bene valere declarat.

At liquida alui egeſtio ex vſu eſt, ſi neq; ſtridet, neq; crebrò, neq; ex breuibus interuallis excernitur. Frequens n. deſidendi labor ægrũ fatigat, eiq; inſomniã adfert. Quòd ſi affatim & ſæpe deijcit, periculum eſt ne animus deficiat. Verùm pro ingeſtorum ciborum copia, bis aut ter interdiu, & noctu ſemel, deiici debet, plus tamẽ prima luce, pro hominis conſuetudine. Craſſiorem autẽ fieri deiectionem oportet, morbo ad iudicationẽ procedente. Sit etiam ſubfulua, neq; admodum graueolens. Lumbricos quoq; rotundos cum alui excretione prodire, morbo in iudicationem tendente expedit. In omni verò morbo ventrem mollẽ eſſe, & mediocriter extumeſcere conuenit. At valde aquoſum, aut album, aut ex viridi pallidũ, aut vehementer rubrum, aut ſpumans deiici, hæc omnia mala ſunt. Præter hæc quoq; malum eſt, quod exiguum, glutinoſum, candidũ, ex viridi ſubpallidũ & læue exiſtit. His verò magis lethalia ſunt nigra, aut pinguia, aut liuida, aut æruginoſa aut fœtida. Varia autem his quidẽ ſunt diuturniora, nihilo tamẽ minus exitialia. Huiuſmodi ſunt ſtrigmentoſa, bilioſa, cruenta, porracea & nigra, modò ſimul inter ſe mixta, modo per vices prodeuntia. Flatum autem ſine ſonitu quidem ac crepitu exire optimum. Præſtat tamen cum ſtrepitu prodire, quàm iſthic reuolui. Atqui eo modo prodit, ægrum aliquo dolore vexari, aut delirare indicat, niſi æger ſua ſponte hoc modo flatum emiſerit. At præcordiorũ dolores & tumores, recentes quidẽ & ſine inflammatione, murmur ſoluit circa præcordia exortum, idq; potiſſimùm ſi cum ſtercore, vrina & flatu prodierit, aliòqui vbi ipſum per ſe tranſmiſſum fuerit, iuuat, idq; magis ſi ad inferiores ſedes deſcenderit. Vrina optima eſt, in qua per omne tempus, quoad morbus iudicatus fuerit, ſubſidet album, læue & æquale. Securitatem enim breuemq; morbum fore ſignificat. Quòd ſi intermittat, & interdum quidem pura meiatur, interdum etiam ſubſidet album & læue, diuturnior & minus ſecurus morbus euadit. At vrina ſubrubra, ſimileq; quod ſubſidet, & lęue, hęc longè quidem diuturnior quàm prima ſit, valde tamen ſalutaris. Sedimenta autem in vrinis craſſiores hordei toſti non exacte moliti partes referentia, praua ſunt, hiſq; peiora laminis ſimilia. Alba vero & tenuia, valde praua, atq; his etiam deteriora furfuracea. Nubeculæ quæ per vrinas feruntur, albæ quidem, bonæ; nigræ verò, malæ ſunt. Quoad autem vrina fulua fuerit & tenuis, crudum eſſe morbum indicat. Quòd ſi diutiùs talis vrina perſeueret, periculum eſt ne non poſſit æger ſufficere, quoad vrina concoquatur. At exitioſiores ſunt vrinæ fœtidæ, & aquoſæ, & nigræ, & craſſæ. Ad hæc in viris quidem & mulieribus vrinæ nigræ, in pueris aquoſæ, deterrimæ. Quibus vrinæ tenues & crudæ multo tempore redduntur, ſi reliqua ſigna ſalutaria ſint, in iis abſceſſus ad loca infra ſeptum tranſuerſum expectari debet. Quinetiam pinguedines ſupra innatantes araneorũ telas referẽtes, damnare oportet, colliquationẽ namq; ſignificant. In vrinis autem quæ nubeculas habent, conſiderandum venit, an ſupernè, an infernè ferantur, & quoſnam habeant colores. Et quæ quidẽ deorſum feruntur, cum dictis coloribus, bonæ cenſendæ & cõmendandæ, at quæ ſurſum feruntur, malæ & vituperãdæ.

Εἰ δὲ εἴη ὑγρὸν τὸ διαχώρημα, ξυμφέρει [15] μήτε τρύζειν, μήτε πυκνόν τε εἶναι, καὶ κατ' ὀλίγον ὑποχωρέειν. κοπιῶν γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ὑπὸ τῆς ξυνεχέος διαναστάσιος, καὶ ἀγρυπνοίη ἄν. Εἰ δὲ ἀθρόον πολλάκις διαχωρέει, κίνδυνος λειποθυμῆσαι. ἀλλὰ χρὴ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν εἰσιόντων, ἢ δὶς, ἢ τρὶς τῆς ἡμέρης ὑποχωρέειν. τῆς δὲ νυκτὸς, ἅπαξ. [16] πλεῖονα δ' ἐπὶ τὸ πρωῒ, ὥσπερ συνήθης ἐστὶ τῷ ἀνθρώπῳ. παχύνεσθαι δὲ χρὴ τὸ διαχώρημα, ἰούσης πρὸς κρίσιν τῆς νόσου. ὑπόπυρρον δὲ ἔστω, καὶ μὴ λίην δυσῶδες. [17] ἐπιτήδειον δὲ καὶ ἕλμινθας στρογγύλας διεξιέναι μετὰ τοῦ διαχωρήματος, πρὸς κρίσιν ἰούσης τῆς νόσου. δεῖ δὲ ἐν παντὶ τῷ νοσήματι, λαπαρήν τὴν κοιλίην εἶναι, καὶ εὔογκον. ὑδαρὲς δὲ κάρτα ἢ λευκὸν, ἢ χλωρὸν, ἢ ἐρυθρὸν ἰσχυρῶς, ἢ ἀφρῶδες διαχωρέειν, πονηρὰ ταῦτα πάντα. ἔτι δὲ πονηρὸν, καὶ σμικρὸν τε ἐὸν, καὶ γλίσχρον, καὶ λευκὸν, καὶ ὑπόχλωρον, καὶ λεῖον. τουτέων δὲ θανατωδέστερα ἂν εἴη, τὰ μέλανα, ἢ λιπαρὰ, ἢ πελιὰ, ἢ ἰώδεα, ἢ κάκοδμα. τὰ δὲ ποικίλα, χρονιώτερα μὲν τουτέων, ὀλέθρια δὲ οὐδὲν ἧσσον. ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα, ξυσματώδεα. καὶ χολώδεα, καὶ πρασοειδέα, καὶ μέλανα. ποτὲ μὲν ὁμοῦ διεξερχόμενα ἀλλήλοισι. ποτὲ δὲ κατὰ μέρος. φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου καὶ πορδῆς διεξιέναι, ἄριστον. κρέσσον καὶ σὺν ψόφῳ διελθεῖν, [18] ἢ αὐτοῦ ἀνειλέεσθαι. καὶ οὕτω διελθοῦσα σημαίνει ἢ πονέειν τι τὸν ἄνθρωπον, ἢ παραφρονέειν. ἢν μὴ ἑκὼν ὁ ἄνθρωπος οὕτω τὴν ἄφεσιν τῆς φύσης ποιήσηται. Τοὺς δὲ ἐκ τῶν ὑποχονδρίων πόνους τε καὶ κυρτώματα, ἢν ᾖ νεαρὰ καὶ μὴ ξὺν φλεγμονῇ, λύει βορβορυγμὸς ἐγγινόμενος ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ. καὶ μάλιστα μὲν διεξιὼν, ξὺν κόπρῳ τε καὶ οὔρῳ καὶ φύσῃ, ἢν δὲ μὴ, [19] καὶ αὐτὸς δὴ περαιωθεὶς, ὠφελέει. ὠφελέει δὲ καὶ ὑποκαταβὰς ἐς τὰ κάτω χωρία. Τὸ δὲ οὖρον ἄριστόν ἐστι, ὅταν εἴη λευκή τε ἡ ὑπόστασις, καὶ λείη, καὶ ὁμαλὴ παρὰ πάντα τὸν χρόνον, ἔστ' ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος. σημαίνει γὰρ ἀσφάλειάν τε καὶ νόσημα ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι. Εἰ δὲ διαλείποι, καὶ ποτὲ μὲν καθαρὸν οὐρέοιτο, ποτὲ δὲ ὑφίσταται τὸ λευκὸν, καὶ λεῖον, χρονιωτέρα γίνεται ἡ νοῦσος, καὶ ἧσσον ἀσφαλής. εἰ δὲ εἴη τό, τε οὖρον ὑπέρυθρον, καὶ ἡ ὑπόστασις αὐτοῦ ὁμοίη, καὶ λείη, πολυχρονιώτερον μὲν τοῦτο τοῦ πρώτου γίνεται, σωτήριον δὲ κάρτα. κριμνώδεες δὲ ἐν τοῖσιν οὔροισιν αἱ ὑποστάσιες, πονηραί. τουτέων δ' ἔτι κακίους, αἱ πεταλώδεες. αἱ λευκαὶ δὲ καὶ λεπταὶ, κάρτα φλαῦραι. τουτέων δὴ ἔτι κακίους εἰσὶν, αἱ πιτυρώδεες. [30] νεφέλαι ἐμφερόμεναι τοῖσιν οὔροισι, λευκαὶ μὲν ἀγαθαί. μέλαιναι δὲ φλαῦραι. [31] ἔστ' ἂν δὲ πυῤῥόν τε εἴη τὸ οὖρον καὶ λεπτὸν, σημαίνει τὸ νόσημα ἄπεπτον εἶναι. [32] ἢν δὲ καὶ πολυχρόνιον εἴη τοιοῦτον ἐὸν, κίνδυνος μὴ οὐ δυνήσεται ὁ ἄνθρωπος διαρκέσαι, [33] ἔστ' ἂν πεπανθῇ τὸ οὖρον. θανατωδέστερα δὲ τῶν οὔρων, τάδε δυσώδεα, καὶ ὑδατώδεα, καὶ μέλανα καὶ παχέα. ἔτι δὲ τοῖσι μὲν ἀνδράσι καὶ τῇσι γυναιξὶ, τὰ μέλανα τῶν οὔρων, κάκιστα. τοῖσι δὲ παιδίοισι, τὰ ὑδατώδεα. [34] ὁκόσοι δ' ἂν οὖρα λεπτὰ καὶ ὠμὰ οὐρέωσι πουλὺν χρόνον, ἢν τἄλλα ὡς περιεσομένοισι σημεῖα ᾖ, τουτέοισιν ἀπόστασιν δεῖ προσδέχεσθαι ἐς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς [35] ἄνω ὑφισταμένας ἀραχνοειδέας μέμφεσθαι. συντήξιος γὰρ σημεῖα. σκοπεῖν δὲ χρὴ τῶν οὔρων ἐν οἷσι αἱ νεφέλαι ἤν τε ἄνω, ἤν τε κάτω ἔωσι, καὶ τὰ χρώματα ὁκοῖα ἴσχουσι. καὶ τὰς μὲν κάτω φερομένας ξὺν τοῖς χρώμασιν, οἷσιν εἴρηται, ἀγαθὰς εἶναι νομίζειν, καὶ ἐπαινέειν. τὰς δὲ ἄνω ξὺν τοῖσι χρώμασιν, οἷσιν εἴρηται, κακὰς εἶναι, καὶ μέμφεσθαι τὰς τοιάσδε,

μὴ ἐξα-

μὴ ἐξαπατάτω δέ σε, ἤν γε ἡ κύστις τι νόσημα ἔχουσα, τῶν οὔρων τὰ τοιαῦτα ἀποδιδῷ. οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σώματός σημεῖόν ἐστιν, ἀλλ' αὐτῆς καθ' ἑαυτῆς. Ἔμετος δὲ ὠφελιμώτατος, [16] ὁ φλέγματος καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένος, καὶ μὴ παχὺς κάρτα, μηδὲ πολύς, ὡς μάλιστα. οἱ γὰρ ἀκρητέστεροι, κακίους εἰσίν. εἰ δὲ εἴη τὸ ἐμεόμενον πρασοειδές, ἢ πελιδνόν, ἢ μέλαν, ὅ,τι ἂν ᾖ τουτέων τῶν χρωμάτων, νομίζειν χρὴ πονηρὸν εἶναι. εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἐμέει, κάρτα ὀλέθριον τοῦτο γίγνεται. τάχιστα γὰρ θάνατον σημαίνει τὸ πέλιον τῶν ἐμεσμάτων, εἰ ὄζει δυσῶδες. πᾶσαι δὲ αἱ ὑποσαπρόταται καὶ δυσώδεες ὀσμαί, κακαὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖσιν ἐμεομένοισιν. [17] Πτύελον χρὴ ἐπὶ πᾶσι τοῖσιν ἀλγήμασι, τοῖσι περὶ τὸν πλεύμονα καὶ τὰς πλευράς, ταχέως τε ἀναπτύεσθαι, καὶ εὐπετέως. ξυμμεμιγμένον τε φαίνεσθαι τὸ ξανθὸν, ἰσχυρῶς τῷ πτυέλῳ. εἰ γὰρ πολλῷ ὕστερον μετὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ὀδύνης ἀναπτύοιτο, ξανθὸν ἐὸν, ἢ πυῤῥὸν, ἢ πολλὴν βῆχα παρέχον, καὶ μὴ ἰσχυρῶς ξυμμεμιγμένον, κάκιον γίγνεται. τό, τε γὰρ ξανθὸν ἄκρητον ἐὸν, κινδυνῶδες. τὸ δὲ λευκὸν καὶ γλίσχρον καὶ στρογγύλον, ἀλυσιτελές. κακὸν δὲ καὶ τὸ χλωρὸν ἐὸν κάρτα καὶ τὸ ἀφρῶδες. εἰ δὲ εἴη οὕτως ἄκρητον, ὥστε καὶ μέλαν φαίνεσθαι, δεινότερόν ἐστι τοῦτο ἐκείνων. κακὸν δὲ καὶ ἢν μηδὲν ἀνακαθαίρηται, μηδὲ προΐη ὁ πλεύμων, ἀλλὰ πλήρης ἐὼν, ζέῃ ἐν τῇ φάρυγγι. κορύζας δὲ καὶ πταρμοὺς ἐπὶ πᾶσι τοῖσι περὶ τὸν πλεύμονα νοσήμασι, προγεγενῆσθαι, ἢ ἐπιγενέσθαι κακόν. ἀλλ' ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν νοσήμασι τοῖς θανατωδεστάτοισιν, οἱ πταρμοὶ λυσιτελέουσιν. αἵματι δὲ ξυμμεμιγμένον μὴ πολλῷ πτύελον ξανθὸν, ἐν τοῖσι περιπλευμονικοῖσιν, ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς νούσου πτυόμενον, περιεστηκὸν καὶ κάρτα ὠφελέει. ἑβδομαίῳ δὲ, ἐόντι καὶ παλαιοτέρῳ, ἧσσον ἀσφαλές. πάντα δὲ πτύελα πονηρά ἐστι, ὁκόσα ἂν τὴν ὀδύνην μὴ παύῃ. κάκιστα δὲ τὰ μέλανα, ὡς διαγέγραπται. τὰ δὲ παύοντα ὀδύνην, πάντων ἀμείνω ἀναπτυόμενα. ὁκόσα δὲ τῶν ἀλγημάτων ἐκ τουτέων τῶν χωρίων μὴ παύηται, μήτε πρὸς τὰς τῶν πτυέλων καθάρσιας, μήτε πρὸς τὴν τῆς κοιλίης ἐκκόπρωσιν, μήτε πρὸς τὰς φλεβοτομίας τε, καὶ φαρμακείας, καὶ διαίτας, εἰδέναι δεῖ ἐκπυήσοντα. [18] τῶν δὲ ἐκπυημάτων ὁκόσα μὲν ἔτι χολώδεος ἐόντος τοῦ πτυέλου ἐκπυΐσκεται, ὀλέθρια κάρτα, ἤν τε ἐν μέρει τὸ χολῶδες τῷ πύῳ ἀναπτύοιτο, ἤν τε ὁμοῦ. μάλιστα δὲ ἢν ἄρξηται χωρέειν τὸ ἐμπύημα, ἀπὸ τουτέου τοῦ πτυέλου, ἑβδομαίου ἐόντος τοῦ νοσήματος. ἐλπὶς δὲ τὸν τὰ τοιαῦτα πτύοντα, ἀποθανεῖσθαι τεσσαρεσκαιδεκαταῖον, ἢν μή τι αὐτέῳ ἐπιγένηται ἀγαθόν. ἔστι δὲ τὰ μὲν ἀγαθὰ, τάδε. εὐπετέως, φέρειν τὸ νόσημα, εὔπνοον εἶναι. τῆς ὀδύνης ἀπηλλάχθαι. τό, τε πτύελον, ῥηϊδίως ἀναβήσσειν. τό, τε σῶμα ὁμαλῶς φαίνεσθαι θερμόν τε εἶναι καὶ μαλθακόν. καὶ δίψαν μὴ ἔχειν. οὖρα τε καὶ διαχωρήματα καὶ ὕπνους καὶ ἱδρῶτας, ὡς διαγέγραπται ἕκαστα εἰδέναι ἀγαθὰ ἐόντα ἐπιγίνεσθαι. οὕτω μὲν γὰρ ἁπάντων τουτέων ἐπιγενομένων, οὐκ ἂν ἀποθάνοι ὁ ἄνθρωπος. ἢν δὲ τὰ μέν τοι αὐτέων ἐπιγίνοιτο, τὰ δὲ μὴ, οὐ πλείονα χρόνον ζήσεται ἢ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας, ἀπόλοιτ' ἂν ὁ ἄνθρωπος. κακὰ δὲ τὰ ἐναντία τουτέων, δυσπετέως φέρειν τὴν νοῦσον. πνεῦμα μέγα καὶ πυκνὸν εἶναι. τὴν ὀδύνην μὴ παύεσθαι. τὸ πτύελον μόλις ἀναβήσσειν. διψῆν κάρτα. τό, τε σῶμα ὑπὸ πυρὸς ἀνωμάλως ἔχεσθαι. καὶ τὴν μὲν κοιλίην καὶ τὰς πλευρὰς θερμὰς εἶναι ἰσχυρῶς. τὸ δὲ μέτωπον καὶ τὰς χεῖρας

Neq; verò tibi imponat veſica quoquo modo affecta, ſi huiuſmodi vrinas reddiderit. Non enim totius corporis, ſed ipſius per ſe indicium eſt. Vomitus perquam eſt vtilis, qui bilem pituitæ quàm maximè permixtam habet, ac neq; admodum craſſus eſt, neque multus. Qui enim ſinceriores, peiores ſunt. Si verò quod vomitione reiicitur porrum colore referat, aut liuidum, aut nigrum fuerit, quiſquis horum colorum adfuerit, prauus exiſtimandus eſt. Quod ſi eodem vomitu omnes hi colores reiiciantur, id exitiale eſt admodum. At liuidus vomitus, ſi grauiter olet, celerrimam mortem denunciat. Omneſq; ſubputres & graues odores, in omnibus vomitionibus mali. In omnibus pulmonis & laterum doloribus, ſputū celeriter promteq; expui cōuenit, ſputoq; flauū valde permixtum apparere. Etenim ſi multò poſt doloris initium, quod flauum eſt, aut fuluum, aut multam tuſſim exhibeat, neq; valde permixtū expuatur, deterius eſt. Flauum quippe ſi ſincerum fuerit, periculum ſubeſſe teſtatur, album autem & viſcidum, & rotundum, inutile. Malū quoq; valde viride, aut pallidū, itemq; ſpumans. At ſi adeò ſincerum fuerit, vt etiam nigrū appareat, id illis deterius eſt. Malum quoq; vbi nil expurgatur, neque ipſum proiicit pulmo, ſed propter multitudinem feruet in gutture. In omnibus pulmonis morbis grauedines & ſternutationes, tum præire, tum ſubſequi, malum. Verùm in aliis maximè lethalibus morbis, ſternutamenta vtilitate non carent. At in pulmonis inflammationibus ſi inter initia morbi ſputum excernitur flauum non multo permixtū ſanguine, ſalutare eſt & confert admodū. Septimo verò die ac tardius non adeò ſecurum. Omnia autē ſputa mala ſunt, quæ dolorem non ſedant, peſſima etiam nigra, velut prius ſcriptum eſt. At omnium quæ excreantur optima, quæ dolorem ſedant. Horum verò locorū dolores, qui neq; per ſputorum purgationes, neq; fæcum alui deiectionē, neq; venæ ſectionē, aut medicamenta purgantia, & victus rationē ſedantur, eos ad ſuppurationem tendere ſciendum eſt. Ex ſuppurationibus autem admodū exitiales ſunt, quæ ſputo adhuc quidem bilioſo exiſtente ſuppurantur, ſiue bilioſum illud ſeparatim, ſiue vnà cum pure expuatur. Idq; potiſſimum, ſi ab huiuſmodi ſputo ſuppuratio procedere cœperit, cùm morbus ad diem ſeptimum peruenerit. Qui verò talia ſpuit, ne decimo quarto die moriatur metus eſt, niſi quid boni acceſſerit. At in bonis quidem ſignis hæc numerantur, facilè morbum ſuſtinere, bene ſpirare, dolore leuari, ſputū ſine difficultate reiicere, corpus æqualiter calidū & molle videri, ſine ſiti eſſe, vrinas etiā & alui excrementa, & ſomnos, & ſudores, velut deſcriptū eſt, ſingula ſuperuenire, bona exiſtimanda ſunt. His enim omnib. ſic contingentibus, haudquaquam æger morietur, Quòd ſi ex his quædā quidē contingant, quædā minimè, non vltra decimum quartum diem æger vitam producet. Contra verò, morbum ægrè ſuſtinere, ſpirationem magnam & denſam eſſe, dolorem minimè ſedari, ſputum ægrè reiicere, vehementem ſitim eſſe, corpus à febre inæqualiter detineri, aluum quidem & latera vehementer calere, fronte, manibus,

& pedibus frigidis, vrinas verò & alui excrementa, & ſomnos, & ſudores, vnaquæq; qualiá deſcripta ſunt, mala eſſe noſſe conuenit. Si quid enim ex his ſputo ſuperuenerit, morietur æger priùs quam ad decimum quartum diem perueniat, aut nono aut vndecimo die. Sic igitur cõiicere oportet, quòd cùm ſputum iſtud valde lethale ſit, neq; etiã ad decimũquartum diem perducit. Ex his verò, tùm malorum, tum bonorum ſubducta ratione, prædictiones facere oportet. Sic enim quis potiſſimùm verum aſſequatur. Reliquæ verò ſuppurationes magna ex parte rumpuntur, partim quidem vigeſimo die, partim etiam trigeſimo, quædam quoque quadrageſimo, aliquæ etiam ad ſexageſimum diem deueniunt. Suppurationis autem initium fore ratione comprehendere oportet, ab eo die quo primùm æger febricitauit, aut etiam primùm rigor prehendit, & ſi pro dolore, ſibi pondus ineſſe in eo loco qui dolore affligebatur, dixerit. Iſta namque circa ſuppurationum initia fieri ſolent. Ex hoc igitur tempore ſuppurationum ruptionem fore intra prædicta tempore expectandum eſt. Quod ſi in altero tantum latere ſuppuratio fuerit, tum vertere, tum ediſcere ad hæc conuenit, num dolor aliquis alterum latus detineat, & num altero calidius fuerit, atq; vbi in latus ſanum decubuerit, interrogare ſi quod ei pondus deſuper impendere videatur. Sic enim altero latere, in quo pondus extiterit, ſuppuratio eſt. At purulẽtos omnes his ſignis dignoſcere oportet. Primùm quidem ſi febris non demittit, verum interdiu leuior quidem, noctu verò maior detinet, & ſudores multi oboriuntur, tuſſéſq; & tuſſiendi cupiditas ipſis ineſt, nihil tamen effatu dignũ expuunt, oculiq; caui redduntur, malæ ruborem cõtrahunt, & vngues quidem in manibus adunci fiunt, digiti verò maximéq; ſummi incaleſcunt, & in pedibus tumores fiunt, cibos minimè appetunt, & puſtulæ toto corpore oriuntur. Diuturnæ igitur ſuppurationes, his indicantur ſignis, quibus multa fides habenda eſt. Quæ verò breue habent ſpatium ſic indicantur, ſi quid eorum appareat, quæ inter initia fiunt, ſimulq; ſi etiam aliquantò difficiliùs ſpiret æger. At ex his quæ citiùs aut tardiùs rumpuntur, ſic deprehendere licet. Si quidem dolor inter initia oriatur, & ſpirandi difficultas, ac tuſſis ſputatióque perſeuerant & ad vigeſimum diem extenduntur, intra hoc tempus, aut adhuc priùs ruptionem expectato. Quòd ſi mitior dolor fuerit, iiſque cætera omnia pro huius ratione reſpondeant, tardiùs ruptionem ſperato. At ante puris eruptionem dolorẽ oboriri, & ſpirandi difficultatem, & ſputi excretionem neceſſe eſt. Superſunt autem ex morbo hi potiſſimũ, quos febris eodem poſt ruptionem die dimiſit, quiq; cibos celeriter expetiuerint, & ſiti liberantur, venterq; tum exigua, tum coacta deiicit, & ſi pus album & læue, eiuſdémque coloris fuerit, & à pituita liberum, citraq; dolorem aut tuſſim vehementem educatur. Sic quidem optimè & celerrimè liberantur, ſin minùs, qui ad iſta proximè accedent. Moriuntur verò, quos febris non dimiſerit, aut cùm dimiſiſſe videatur, iterum accenditur, & ſiti quidem vexantur, cibos verò non expetiuerint, & ſi aluus liquida deiecerit, puſq; ex viridi pallidum & liuidum, aut pituita permixtum & ſpumoſum expuerint. Si hæc

καὶ τοὺς πόδας ψυχρούς. οὖρα δὲ καὶ διαχωρήματα καὶ ὕπνους καὶ ἱδρῶτας ὡς διαγέγραπται ἕκαστα εἰδέναι, κακὰ ἐόντα. οὕτως γὰρ εἰ ἐπιγένοιτό τι τῷ πτυέλῳ τουτέῳ, ἀπόλλοιτο ἂν ὁ ἄνθρωπος, πρὶν ἢ ἐς τὰς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας ἀφικέσθαι, ἢ ἐνναταῖος, ἢ ἑνδεκαταῖος. οὕτως οὖν ξυμβάλλεσθαι χρή, ὡς τοῦ πτυέλου τουτέου θανατώδεος ἐόντος μάλα, καὶ οὐ περιάγοντος ἐς τὰς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας. τὰ δὲ ἐπιγενόμενά τε κακὰ καὶ ἀγαθὰ ξυλλογιζόμενον ἐκ τουτέων, χρὴ τὰς προρρήσιας προλέγειν. οὕτω γὰρ ἄν τις ἀληθεύοι μάλιστα. αἱ δὲ ἄλλαι ἐκπυήσιες, ῥήγνυνται αἱ πλεῖσται. αἱ μὲν εἰκοσταῖαι. αἱ δὲ τριηκοσταῖαι. αἱ δὲ τεσσαρακονθήμεροι. αἱ δὲ πρὸς τὰς ἑξήκοντα ἡμέρας ἀφικνέονται. ἐπισκέπτεσθαι δὲ χρὴ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἐμπυήματος ἔσεσθαι λογιζόμενον ἀπὸ τῆς ἡμέρης, ᾗ τὸ πρῶτον ὁ ἄνθρωπος ἐπύρεξεν, ἢ εἴ ποτε αὐτὸν πρῶτον ῥῖγος ἔλαβε. καὶ εἰ φαίη ἀντὶ τῆς ὀδύνης αὐτῷ βάρος γεγενῆσθαι ἐν τῷ τόπῳ ἐν ᾧ ἤλγεε. ταῦτα γὰρ ἐν ἀρχῇσι γίνεται τῶν ἐμπυημάτων. ἐξ οὖν τουτέων τῶν χρόνων τὴν ῥῆξιν χρὴ προσδέχεσθαι τοῦ ἐμπυήματος ἔσεσθαι, ἐς τοὺς χρόνους τοὺς προειρημένους. εἰ δὲ εἴη τὸ ἐμπύημα ἐπὶ θάτερα μοῦνον, στρέφειν τε καὶ καταμανθάνειν χρὴ ἐπὶ τουτέοισι, μή τι ἔχῃ ἄλγημα ἐν τῷ ἑτέρῳ πλευρῷ. καὶ ἢν θερμότερον ᾖ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου, κατακλινομένου ἐπὶ τὸ ὑγιαῖνον πλευρόν, ἐρωτᾶν εἴ τι αὐτῷ δοκέει βάρος ἐκκρέμασθαι ἐκ τοῦ ἄνωθεν. εἰ γὰρ εἴη τοῦτο, ἐπὶ θάτερόν ἐστι τὸ ἐμπύημα, ἐπὶ ὁκοῖον ἂν πλευρὸν τὸ βάρος γίνηται. τοὺς δὲ ξυμπάντας ἐμπύους γινώσκειν χρή, τοῖσι δὴ τοῖσι σημείοισι. πρῶτον μὲν εἰ ὁ πυρετὸς οὐκ ἀφίησιν, ἀλλὰ τὴν μὲν ἡμέρην λεπτὸς ἴσχει, τὴν δὲ νύκτα πλείων. καὶ ἱδρῶτες πολλοὶ ἐπιγίνονται. βῆχές τε καὶ θυμὸς ἐγγίνεται αὐτέοισιν. καὶ ἀποπτύουσιν οὐδὲν ἄξιον λόγου. καὶ οἱ μὲν ὀφθαλμοί, ἔγκοιλοι γίνονται. αἱ δὲ γνάθοι, ἐρυθήματα ἴσχουσι. καὶ οἱ μὲν ὄνυχες τῶν χειρῶν, γρυποῦνται. οἱ δὲ δάκτυλοι, θερμαίνονται. καὶ μάλιστα ἄκροι. καὶ ἐν τοῖσι ποσίν, οἰδήματα γίνεται. καὶ σιτίων οὐκ ἐπιθυμέουσι. καὶ φλύκταιναι γίνονται ἀνὰ τὸ σῶμα. ὁκόσα μὲν οὖν ἐγχρονίζει τῶν ἐμπυημάτων, ἔχει τὰ σημεῖα ταῦτα. καὶ πιστεύειν αὐτέοισι χρὴ κάρτα. ὁκόσα δὲ ὀλιγοχρόνιά ἐστι, σημαίνεσθαι τουτέων, ἤν τι ἐπιφαίνηται, οἷα καὶ τοῖσιν ἐν ἀρχῇσι γινομένοισιν. ἅμα δὲ καὶ ἤν τι δυσπνούστερος ᾖ ὁ ἄνθρωπος. τὰ δὲ ταχύτερον αὐτέων καὶ βραδύτερον ῥηγνύμενα, τοῖσδε γινώσκειν χρή. ἢν μὲν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇσι γίνηται, καὶ ἡ δύσπνοια καὶ ἡ βὴξ, καὶ ὁ πτυαλισμὸς διατείνῃ, ἐς τὰς εἴκοσιν ἡμέρας ἔχων, προσδέχεσθαι τὴν ῥῆξιν, ἢ καὶ ἔτι πρόσθεν. ἢν δὲ ἡσυχαίτερος ὁ πόνος ᾖ, καὶ τ' ἄλλα πάντα τουτέοισι κατὰ λόγον τούτου, προσδέχεσθαι τὴν ῥῆξιν, ἐς ὕστερον. γίνεσθαι δὲ ἀνάγκη καὶ πόνον, καὶ δύσπνοιαν, καὶ πτυελισμὸν πρὸ τῆς τοῦ πύου ῥήξιος. περιγίνονται δὲ τουτέων μάλιστα μὲν οὓς ἂν ἀφῇ ὁ πυρετὸς αὐθημερὸν μετὰ τὴν ῥῆξιν. καὶ σιτίων ταχέως ἐπιθυμέωσι. καὶ δίψης ἀπηλλαγμένοι ἔωσι. καὶ ἡ γαστὴρ σμικρά τε καὶ ξυνεστηκότα ὑποχωρέῃ. καὶ τὸ πύον λευκόν τε καὶ λεῖον καὶ ὁμόχροον ᾖ καὶ φλέγματος ἀπηλλαγμένον. καὶ ἄτερ πόνου τε καὶ βηχὸς ἰσχυρῆς ἀνακαθαίρηται. ἄριστα μὲν οὕτως καὶ τάχιστα ἀπαλλάσσουσιν. ἢν δὲ μή, οἷσιν ἂν ἐγγυτάτω τουτέων γίνηται. ἀπόλλυνται δὲ οὓς ἂν ὅ τε πυρετὸς μὴ ἀφίῃ, ἢ δοκέων αὐτοὺς ἀφιέναι, αὖθις φαίνηται ἀναθερμαινόμενος. καὶ δίψαν μὲν ἔχωσι, σιτίων δὲ μὴ ἐπιθυμέωσι καὶ ἡ κοιλίη ὑγρὴ ᾖ καὶ τὸ πύον χλωρὸν καὶ πελιδνὸν πτύῃ, ἢ φλεγματῶδες καὶ ἀφρῶδες. ἢν ταῦτα

πάντα γίγνηται, ἀπόλλυνται, ὁκόσοισι δ' ἂν τουτέων τὰ μὲν ἐπιγένηται, τὰ δὲ μή, οἱ μὲν αὐτέων ἀπόλλυνται, οἱ δὲ ἐν πολλῷ χρόνῳ περιγίγνονται. ἀλλ' ἐκ πάντων τῶν τεκμηρίων τῶν ἐόντων ἐν τουτέοισι, σημαίνεσθαι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι πᾶσιν. [44] ὁκόσοισι δὲ ἀποστάσιες γίγνονται ἐκ τῶν περιπλευμονικῶν νοσημάτων, παρὰ τὰ ὦτα, καὶ ἐμπυοῦσιν ἐς τὰ κάτω χωρία, καὶ συριγγοῦνται. οὗτοι δὲ περιγίγνονται. ἐπισκέπτεσθαι δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα, ὧδε, ἢν ὅ τε πυρετὸς ἔχῃ, καὶ ἡ ὀδύνη μὴ παύηται, καὶ τὸ πτύελον μὴ ἐκχωρέῃ κατὰ λόγον. μηδὲ χολώδεες αἱ τῆς κοιλίης διαχωρήσιες, μηδὲ εὔλυτοί τε καὶ ἄκρητοι γίγνοιντο, καὶ μηδὲ τὸ οὖρον πουλύ τε κάρτα, καὶ πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον, [45] ὑπηρετῆται δὲ περιεστικῶς ὑπὸ τῶν λοιπῶν πάντων τῶν περιεστικῶν σημείων, τουτέοισι χρὴ τὰς τοιαύτας ἀποστάσιας ἐλπίζειν ἔσεσθαι. γίγνονται δὲ αἱ μὲν ἐς τὰ κάτω χωρία, οἷσιν ἂν περὶ τὰ ὑποχόνδρια τοῦ φλέγματός τι ἐγγένηται. [46] αἱ δὲ ἄνω, οἷσι τὸ ὑποχόνδριον λαπαρόν τε καὶ ἀνώδυνον διατελέει. δύσπνοοι δέ τινα χρόνον γενόμενοι, παύσονται, ἄτερ φανερῆς προφάσιος ἄλλης. Αἱ δὲ ἀποστάσιες αἱ ἐς τὰ σκέλεα ἐν τῇσι περιπλευμονίῃσι τῇσιν ἰσχυρῇσί τε καὶ ἐπικινδύνοισι, λυσιτελέες μὲν πᾶσαι. ἄρισται δὲ αἱ τοῦ πτυέλου ἐν μεταβολῇ ἐόντος γιγνόμεναι. Εἰ γὰρ τὸ οἴδημα καὶ ἡ ὀδύνη γίγνοιτο, τοῦ πτυέλου ἀντὶ ξανθοῦ πυώδεος γιγνομένου, καὶ ἐκχωρέοντος ἔξω, οὕτως ἂν ἀσφαλέστατα ὅ, τι ἄνθρωπος περιγίγνοιτο, καὶ ἡ ἀπόστασις ἀνώδυνος τάχιστα παύεται. Εἰ δὲ τὸ πτύελον μὴ ἐκχωρέῃ καλῶς, μηδὲ τὸ οὖρον ὑπόστασιν ἀγαθὴν ἔχον φαίνοιτο, κίνδυνος χωλὸν γενέσθαι τὸ ἄρθρον, ἢ πολλὰ πρήγματα παρασχεῖν. ἢν δὲ ἀφανίζωνται καὶ παλινδρομέωσιν αἱ ἀποστάσιες τοῦ πτυέλου μὴ ἐκχωρέοντος, καὶ τοῦ πυρετοῦ ἔχοντος, δεινόν. κίνδυνος γὰρ μὴ παραφρονήσῃ, καὶ ἀποθάνῃ ὁ ἄνθρωπος. [47] τῶν δὲ ἐμπύων, τῶν ἀπὸ τῶν περιπλευμονικῶν, οἱ γεραίτεροι μᾶλλον ἀπόλλυνται. ἐκ δὲ τῶν ἄλλων ἐμπυημάτων, οἱ νεώτεροι μᾶλλον ἀποθνήσκουσιν. αἱ δὲ ξὺν πυρετῷ γιγνόμεναι ὀδύναι περὶ τὴν ὀσφύν τε καὶ τὰ κάτω χωρία, ἢν τῶν φρενῶν ἅπτωνται τὰ κάτω ἐκλείπουσαι, ὀλέθριαι κάρτα. προσέχειν οὖν δεῖ, τὸν νόον τοῖσιν ἄλλοισι σημείοισιν, ὡς ἤν τι καὶ τῶν ἄλλων σημείων ἐπιφαίνηταί τι πονηρόν, ἀνέλπιστος ὁ ἄνθρωπος. [48] ὁκόσοι δὲ τῶν ἐμπύων καίονται, οἷσιν ἂν καθαρὸν μὲν τὸ πῦον ᾖ καὶ λευκόν, καὶ μὴ δυσῶδες, σώζονται. οἷσι δὲ ὕφαιμόν τε καὶ βορβορῶδες, ἀπόλλυνται. [49] Ἢν δὲ ἀναΐσσοντος τοῦ νοσήματος ὡς πρὸς τὰς φρένας, τἄλλα σημεῖα μὴ πονηρὰ ἐπιγίγνηται, ἔμπυοι ἔσονται, τούτων πολλαὶ ἐλπίδες. Κύστιες δὲ σκληραί τε καὶ ἐπώδυνοι, δειναὶ μὲν παντελῶς καὶ ὀλέθριαι. ὀλεθριώταται δὲ ὁκόσαι ξὺν πυρετῷ συνεχεῖ γίγνονται. καὶ γὰρ οἱ ἀπ' αὐτέων τῶν κύστεων πόνοι, ἱκανοὶ ἀποκτεῖναι. καὶ αἱ κοιλίαι οὐ διαχωρέουσιν ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ, εἰ μὴ σκληρά τε καὶ πρὸς ἀνάγκην. λύει δὲ οὖρον πυῶδες οὐρηθέν, λευκὴν καὶ λείην ἔχον τὴν ὑπόστασιν. [50] ἢν δὲ μήτε τὸ οὖρον μηδὲν ἐνδιδῷ ὁ πόνος, μήτε ἡ κύστις μαλάσσοιτο, ὅ, τι πυρετὸς ξυνεχὴς ᾖ, ἐν τῇσι πρώτῃσι περιόδοισι τοῦ νοσήματος, ἐλπὶς τὸν ἀλγέοντα ἀπολέσθαι. ὁ δὲ τρόπος οὗτος ἅπτεται τῶν παιδίων μάλιστα τῶν ἑπταετέων, ἕως ἂν ἐς τὰ πεντεκαιδεκαέτεα ἀφίκωνται. Οἱ δὲ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσιν αὐτέῃσιν ἡμέρῃσι τὸν ἀριθμόν, ἐξ ὧν τε περιγίγνονται οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐξ ὧν ἀπόλλυνται. οἵ τε γὰρ εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν, καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων βεβῶτες, τεταρταῖοι παύονται, ἢ πρόσθεν.

omnia contigerint, moriuntur. At quibus eorum partim quædam contigerint, partim minimè, ex his nonnulli quidam intereunt, quidam etiam ex longo temporis interuallo ſuperſunt. Sed ex omnibus his ſignis exiſtentibus, tum in his, tum in reliquis omnibus coniecturá facito. Quibus ex morbis pulmonis ad aures abſceſſus oboriuntur, & ad inferiores ſedes ſuppurant, & fiſtula facta aperiuntur, iis ſecunda valetudo contingere ſolet. Iſta vero hunc in modum conſideranda ſunt. Si febris detinet, neque dolor conquieſcit, neque ſputum ex ratione procedit, neque bilioſæ ſunt alui egeſtiones, neque bene ſolutæ ac ſinceræ, neque vrina admodum multa, & copioſum habet ſedimentū, ſuffragantur verò ad ſalutem reliqua omnia ſalutaria ſigna, in his huiuſmodi fore abſceſſus expectato. Ac hi oriuntur quidem in locis inferioribus, quibus circa præcordia inflammationis aliquid ſubeſt, illi autem in ſuperioribus, quibus præcordia mollia & doloris expertia perſeuerant, cumque difficultate ſpirandi aliquandiu vexatus fuerit, quæ citra vllam aliam euidentem occaſionem quieuerit. In vehementibus & periculo proximis pulmonum inflammationibus, abſceſſus ad crura omnes ſane vtiles. Optimi vero qui fiunt ſputo mutationem ſubeunte. Si namque tumor & dolor ſuboriatur, ſputo pro flauo in pus verſo, & foras prodeunte, hoc modo tum ſecuriſſime ęger ſuperſtes futurus eſt, tum citiſſime citra dolorem abſceſſus conquieſcet. Quod ſi neque ſputum recte excernatur, neque vrina bonam ſubſidentiam habere videatur, periculum eſt ne articulo claudicet æger, aut ei multum negotij exhibeatur. Si verò diſpareant abſceſſus & intro recurrant, ſputo non prodeunte, & detinente febre grauis morbi periculum, & delirij, & mortis, ægro imminet. Ex ſuppuratis autem quos pulmonum morbi concitarunt, fere ſeniores moriuntur, at ex cæteris ſuppurationibus, iuniores [illegible]tius intereunt. At lumborum & inferiorum pa[illegible]um dolores, qui cum febre affligunt, ſi relictis inferioribus ad ſeptum tranſuerſum tranſeant; exitiales ſunt admodum. Ad alia igitur ſigna animum adhibere oportet. Si quidem ex prauis ſignis quippiam apparuerit, omni ſpe deſtitutus eſt æger. Cùm vero ſuppurati vruntur, quibus purum quidem pus eſt & album, & minime fœtidum, ij ſeruantur, at quibus ſubcruentum & cœnoſum, moriuntur. Quod ſi irruente ad ſeptum tranſuerſum morbo, reliqua ſigna minime praua ſe oſtenderint, hunc ſuppuratum fore magna ſpes eſt. At veſicæ tum duræ, tum dolentes, graue prorſus & exitiale periculum minantur. Maxime autem exitiales quæ cum febre aſſidua fiunt. Nam & ipſarum veſicarum dolores, ad mortem inferendam ſatis ſunt, neque alui hoc tempore excernunt, niſi durum quiddam & coactum. Soluit autem purulenta micta vrina album & læue habens ſedimentum. Quod ſi neque cum vrina quicquam dolor remiſerit, neque mollior veſica reddatur, febriſque aſſidua fuerit, laborantem intra primos morbi circuitus moriturum ſperandum eſt. Hoc autem modo potiſſimum tentantur pueri à ſeptimo anno ad decimumquintum. Febrium iudicationes iiſdem numerantur diebus, quibus & euadunt, & moriuntur homines. Nam & mitiſſimæ febres, & quæ ſecuriſſimis fulciuntur ſignis, die quarto aut ante definunt.

Maxime vero malignæ & quæ cum grauiſſimis ſignis fiunt, quarto vel prius interficiunt. Primus itaque earum inſultus ad hunc modum deſinit, ſecundus ad ſeptimum deducitur, tertius ad vndecimum, quartus ad decimum quartum, quintus ad decimum ſeptimum, ſextus ad vigeſimum. Hi igitur circuitus ex acutiſſimis morbis per quatuor facta acceſſione, ad vigeſimum terminantur. Neque vero horum quicquam integris diebus exacte numerari poteſt, cum neque annus etiam, neque menſes, integris menſibus numerari ſoleant. Poſt hæc autem eadem ratione iuxta eandem adiectionem, primus circuitus eſt quatuor & triginta dierum, ſecundus quadraginta, tertius ſexaginta. At inter horum initia perquam difficile eſt dignoſcere quinam longo temporis ſpatio iudicari debeant, quod ſimillima ſint eorum principia. Verum à primo die aduertere animum oportet, & pro ſingulorum quaternariorum additione conſiderationem adhibere, nec latebit quonam ſe vertat morbus. Quartanarum quoque conditio eundem ſeruat ordinem. Qui vero intra breuiſſimum temporis ſpatium iudicationem ſunt ſubituri, facilius dignoſcuntur, cũ maxime inter ſe ab initio diſſideant. Qui enim ex morbo ſuperfuturi ſunt, facile ſpirant, dolore vacant, noctu dormiunt, aliaque ſecuriſſima ſigna habent. At perituri, difficultate ſpirandi vexantur, delirant, vigilant, cæteraque peſſima ſigna habent. His igitur ſic ſe habentibus, de morbis ad iudicationem tendentibus, tum ex tempore, tum ex vnaquaque adiectione coniectura facienda eſt. Ad eandem quoque rationem & mulieribus iudicationes ex partu contingunt. Capitis dolores vehementes ac continentes cum febre, aliquo quidem ex ſignis accedente, admodum exitiales. Quod ſi ſine ſignis eiuſmodi, dolor vigeſimum diem ſuperet, & febris detineat, ſanguinis ex naribus eruptionem, aut alium quendam abſceſſum ad inferiores ſedes ſuſpectari oportet. Verum quoad dolor recens fuerit, eodem modo ſanguinis ex naribus eruptionem aut ſuperationem exſpectare conuenit, cum alias, tum ſi dolor circa tempora & frontem aſſuerit. At ſanguinis eruptio magis exſpectanda venit in his qui nondum quintum & trigeſimum annum attigerunt, in ſenioribus vero ſuppuratio. Auris dolor acutus cum febre continua & vehementi grauis. Periculum enim delirij & mortis ægro adfert. Cum igitur his modus ſit lubricus, celeriter à primo die ad omnia ſigna animum adhibere oportet. Moriuntur autem ex hoc morbo, iuniores quidem homines ſeptimo die aut etiam citius, ſenes vero multo tardius. Nam & febres & deliria minus eis ſuboriuntur, aureſque eam ob cauſam ſuppuratio præoccupat. Verum his quidem ætatibus ſuccedentes morbi reuerſiones plurimos interficiunt, iuniores vero prius quam auris ſuppuret, intereunt. Quandoquidem ſi pus album ex aure fluxerit, iuniorem ſuperfuturum ſpes eſt, ſi quidem aliud quoddam ei bonum ſignum ſuperuenerit.

οἵ, τε δὴ κακοηθέστατοι καὶ ἐπὶ σημείων δεινοτάτων γινόμενοι τεταρταῖοι, κτείνουσιν, ἢ πρόσθεν. ἡ μὲν οὖν πρώτη ἔφοδος αὐτέων οὕτω τελευτᾷ. ἡ δὲ δευτέρη, ἐς τὴν ἑβδόμην περιάγεται. ἡ δὲ τρίτη, ἐς τὴν ἑνδεκάτην. ἡ δὲ τετάρτη, ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην. ἡ δὲ πέμπτη, ἐς τὴν ἑπτακαιδεκάτην. ἡ δὲ ἕκτη, ἐς τὴν εἰκοστήν. [12] αὗται μὲν οὖν ἐκ τῶν ὀξυτάτων νοσημάτων διὰ τεσσάρων ἐς τὰς εἴκοσιν, ἐκ προσθέσιος τελευτῶσιν. οὐ δύναται δὲ ὅλῃσιν ἡμέρῃσιν οὐδὲν τουτέων [13] ἀριθμεῖσθαι ἀτρεκέως. οὐδὲ γὰρ ὁ ἐνιαυτός τε καὶ οἱ μῆνες ὅλῃσιν ἡμέρῃσιν πεφύκασιν ἀριθμεῖσθαι. [14] μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῷ αὐτέῳ τρόπῳ κατὰ τὴν αὐτὴν πρόσθεσιν ἡ πρώτη περίοδος τεσσάρων καὶ τριήκοντα ἡμερέων. ἡ δὲ β' τεσσαράκοντα ἡμερέων. ἡ δὲ τρίτη ἑξήκοντα ἡμερέων. τουτέων δ' ἐν ἀρχῇσιν ἐστὶ χαλεπώτατον διαγινώσκειν, τὰ μέλλοντα ἐν πλείστῳ χρόνῳ κρίνεσθαι. ὁμοιόταται γὰρ αἱ ἀρχαί εἰσιν αὐτέων. ἀλλὰ χρὴ ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρης ἐνθυμέεσθαι. καὶ καθ' ἑκάστην τετράδα προστιθεμένην σκέπτεσθαι. καὶ οὐ λήσεται ὅπῃ τρέψεται τὸ νόσημα. γίνεται δὲ ἡ τῶν τεταρταίων κατάστασις, [15] ἐκ τοῦ τοιούτου κόσμου. τὰ δὲ ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ μέλλοντα κρίνεσθαι, εὐπετέστερα γινώσκεσθαι. μέγιστα γὰρ τὰ διαφέροντα ἀπ' ἀρχῆς αὐτέων ἐστί. οἱ μὲν γὰρ περιεσόμενοι, εὔπνοοί τε καὶ ἀνώδυνοί εἰσι. καὶ κοιμῶνται τὰς νύκτας· τά τε ἄλλα σημεῖα ἔχουσιν ἀσφαλέστατα. οἱ δὲ ἀπολλύμενοι, δύσπνοοι γίνονται. [16] ἀλλοφάσσοντες. ἀγρυπνέοντες. τά τε ἄλλα σημεῖα κάκιστα ἔχοντες. ὡς οὖν τουτέων οὕτω γινομένων, ξυμβάλλεσθαι χρὴ κατά τε τὸν χρόνον, κατά τε τὴν πρόσθεσιν ἑκάστην ἐπὶ τὴν κρίσιν ἰόντων τῶν νοσημάτων. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ τῇσι γυναιξὶν αἱ κρίσιες ἐκ τῶν τόκων γίνονται. κεφαλῆς δὲ ὀδύναι ἰσχυραί τε καὶ ξυνεχέες, ξὺν πυρετῷ. ἢν μέν τι τῶν θανατωδέων σημείων προσγίνοιτο, ὀλέθριον κάρτα. εἰ δὲ ἄτερ τῶν τοιούτων σημείων ἡ ὀδύνη ὑπερβάλλοι εἴκοσιν ἡμέρας, [17] ὅ, τε πυρετὸς ἔχοι, ὑποσκέπτεσθαι χρὴ αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν. ἢ ἄλλην τινὰ ἀπόστασιν, ἐς τὰ κάτω χωρία. [18] ἔστ' ἂν δὲ καὶ ἡ ὀδύνη ᾖ νεαρά, προσδέχεσθαι χρὴ ὡσαύτως, αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν, ἢ ἐκπύησιν. ἄλλως τε ἢν ἡ ὀδύνη περὶ τοὺς κροτάφους καὶ τὸ μέτωπον ᾖ. μᾶλλον δὲ χρὴ προσδέχεσθαι τὴν μὲν αἵματος τὴν ῥῆξιν τοῖσι νεωτέροισι, πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων. τοῖσι δὲ γεραιτέροισι, τὴν ἐκπύησιν. ὠτὸς δὲ ὀξεῖα ὀδύνη ξὺν πυρετῷ ξυνεχεῖ τε καὶ ἰσχυρῷ, δεινόν. κίνδυνος γὰρ παραφρονῆσαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀπολέσθαι. ὡς οὖν τουτέου τοῦ τρόπου σφαλεροῦ ἐόντος ταχέως δεῖ προσέχειν τὸν νόον τοῖσι σημείοισι πᾶσιν, ἀπὸ πρώτης ἡμέρης. ἀπόλλυνται δὲ οἱ μὲν νεώτεροι τῶν ἀνθρώπων, ἑβδομαῖοι, καὶ ἔτι θᾶσσον ὑπὸ τουτέου τοῦ νοσήματος. οἱ δὲ γέροντες, πολλῷ βραδύτερον. [19] οἵ τε γὰρ πυρετοὶ καὶ αἱ παραφροσύναι, ἧσσον αὐτέοισιν ἐπιγίνονται. καὶ τὰ ὦτα διὰ τοῦτο φθάνει ἐκπυΐσκεσθαι. ἀλλὰ ταύτῃσι μὲν τῇσιν ἡλικίῃσιν ὑποστροφαὶ τοῦ νοσήματος ἐπιγινόμεναι, ἀποκτείνουσι τοὺς πλείστους. οἱ δὲ νεώτεροι, πρὶν ἐκπυῆσαι τὸ οὖς, ἀπόλλυνται. ἐπήν γε ῥυῇ πῦον λευκὸν ἐκ τοῦ ὠτός, ἐλπὶς τῷ νεωτέρῳ περιγενέσθαι, ἤν γε καὶ ἄλλο τι αὐτέῳ ἐπιγένηται χρηστὸν σημεῖον.

φάρυγξ

φάρυγξ δ' ἑλκουμένη, σὺν πυρετῷ, δεινόν· ἀλλ' ἢν ἄλλο τι σημεῖον ἐπιγένηται τῶν προκεκριμένων πονηρῶν εἶναι, προλέγειν ὡς ἐν κινδύνῳ ἐόντος τοῦ ἀνθρώπου. Αἱ δὲ κυνάγχαι, δεινόταται μέν εἰσι καὶ τάχιστα ἀναιρέουσιν, ὁκόσαι μήτε ἐν τῇ φάρυγγι μηδὲν ἔκδηλον ποιέουσι, μήτε ἐν τῷ αὐχένι. πλεῖστον δὲ πόνον παρέχουσι καὶ ὀρθόπνοιαν. αὗται γὰρ καὶ αὐθημερὸν ἀποπνίγουσι, καὶ δευτεραῖαι καὶ τριταῖαι, καὶ τεταρταῖαι. ὅσαι δὲ τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίως πόνον παρέχουσιν, ἐπαείρονται δὲ, καὶ ἐρυθήματα ἐν τῇ φάρυγγι ποιέουσιν, ὀλέθριαι μὲν κάρτα. χρονιώτεραι δὲ μᾶλλον τῶν πρόσθεν, ἢν τὸ ἐρύθημα μέγα γένηται. ὁκόσοισι δὲ ξυνεξερυθαίνει ἡ φάρυγξ καὶ ὁ αὐχὴν, αὗται δὴ χρονιώτεραι. καὶ μάλιστα ἐξ αὐτέων τινὲς περιφεύγουσιν, ἢν ὅ, τε αὐχὴν καὶ τὸ στῆθος ἐρύθημα ἔχῃ καὶ μὴ παλινδρομέῃ τὸ ἐρυσίπελας εἴσω. ἢν δὲ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν ἀφανίζηται τὸ ἐρυσίπελας, μήτε φύματος ξυστραφέντος ἐν τῷ ἔξω χωρίῳ, μήτε πῦον ἀποβήσσῃ, ῥηιδίως τε καὶ ἀπόνως ἔχειν δοκέῃ, θάνατον σημαίνει, ἢ ὑποστροφὴν τοῦ ἐρυθήματος. ἀσφαλέστερον δὲ τὸ οἴδημα καὶ τὸ ἐρύθημα ὡς μάλιστα ἔξω τρέπεσθαι. ἢν δὲ ἐς τὸν πλεύμονα τραπείη, παράνοιάν τε ποιέει καὶ ἔμπυοι ἐξ αὐτέων τινὲς ὡς τὰ πολλὰ γίνονται. Οἱ δὲ γαργαρεῶνες, ἐπικίνδυνοι, καὶ ἀποτάμνεσθαι, καὶ ἀποσχάζεσθαι, ἔστ' ἂν ἐρυθροί τε ὦσι καὶ μεγάλοι. καὶ γὰρ φλεγμοναὶ ἐπιγίνονται τουτέοισι καὶ αἱμορραγίαι. ἀλλὰ χρὴ τὰ τοιαῦτα τοῖσιν ἄλλοισι μηχανήμασι πειρῆσθαι κατισχναίνειν ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ. ὁπόταν δὲ ἀποκριθῇ ἤδη πᾶν, ὃ δὴ σταφυλὴν καλέουσι, καὶ γένηται τὸ μὲν ἄκρον τοῦ γαργαρεῶνος μεῖζόν τε καὶ περιφερὲς, τὸ δὲ ἀνώτερον, λεπτότερον ἐν τουτέῳ τῷ καιρῷ, ἀσφαλὲς διαχειρίζειν. ἄμεινον δὲ καὶ τὴν κοιλίην ὑποκενώσαντα χειρουργίῃ χρῆσθαι, ἢν ὅ, τε χρόνος ξυγχωρέῃ, καὶ μὴ ἀποπνίγηται ὁ ἄνθρωπος. Ὁκόσοισι δ' ἂν οἱ πυρετοὶ παύωνται, μήτε σημείων γενομένων λυτηρίων, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν, ὑποστροφὴν προσδέχεσθαι χρὴ τουτέοισιν. Ὅστις δ' ἂν τῶν πυρετῶν μηκύνῃ περιεστηκῶς διακειμένου τοῦ ἀνθρώπου, μήτε ὀδύνης ἐχούσης διὰ φλεγμονήν τινα, μήτε διὰ πρόφασιν ἄλλην μηδεμίην ἐμφανέα, τουτέῳ προσδέχεσθαι ἀπόστασιν μετ' οἰδήματός τε καὶ ὀδύνης ἔς τι τῶν ἄρθρων καὶ οὐχ ἧσσον ἐν τοῖσι κάτω. μᾶλλον δὲ γίνονται καὶ ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ αἱ τοιαῦται ἀποστάσιες, τοῖσι νεωτέροισι τριήκοντα ἐτέων. ὑποσκέπτεσθαι δὲ χρὴ εὐθέως τὰ περὶ τῆς ἀποστάσιος, ἢν εἴκοσιν ἡμέρας ὁ πυρετὸς ἔχων ὑπερβάλλῃ. τοῖσι δὲ γεραιτέροισιν ἧσσον γίνεται πολυχρονιωτέρου ἐόντος τοῦ πυρετοῦ. χρὴ δὲ τὴν μὲν τοιαύτην ἀπόστασιν προσδέχεσθαι, συνεχέος ἐόντος τοῦ πυρετοῦ. ἐς δὲ τεταρταῖον καταστήσεσθαι, ἢν διαλείπῃ τε καὶ καταλαμβάνῃ πεπλανημένον τρόπον. καὶ ταῦτα ποιέων τῷ φθινοπώρῳ προσπελάσῃ. ὥσπερ δὲ τοῖσι νεωτέροισι τῶν τριήκοντα ἐτέων αἱ ἀποστάσιες γίνονται, οὕτως οἱ τεταρταῖοι μᾶλλον τοῖσι τριήκοντα ἐτέων, καὶ γεραιτέροισι. τὰς δὲ ἀποστάσιας εἰδέναι χρὴ, τοῦ χειμῶνος μᾶλλον γινομένας χρονιωτέρας τε παυομένας, ἧσσον δὲ παλινδρομεούσας. Ὅστις δ' ἂν ἐν πυρετῷ μὴ θανατώδει φῇ τὴν κεφαλὴν ἀλγέειν, ἢ καὶ ὀρφνῶδές τι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνεσθαι,

Fauces exulceratæ cum febre, graue aliquid portendunt. At ſi aliud aliquod etiam ſignum adfuerit, ex his quæ ante praua eſſe cenſuimus, ægrum in periculo verſari denunciandum eſt. Angina grauiſſima quidem eſt & celerrime interimit, quæ neq; in faucibus, neque in ceruice quicquam conſpicuum facit, plurimum vero dolorem exhibet, & difficultatem ſpirandi, quæ erecta ceruice obitur, inducit. Hæc enim eodem etiam die, & ſecundo, & tertio, & quarto ſtrangulat. At quæ in reliquis quidem ſimiliter dolorem exhibet, in faucibus vero tumorem ac rubores excitat, admodum quidem exitialis eſt, priore tamen diuturnior, ſi ingens rubor fuerit. Hæc vero diuturnior, cum non ſolum fauces, ſed ceruicem quoque rubor occupat, ex eaque præcipue euadunt, ſi ceruicem & pectus rubor detineat, neque ad interna eryſipelas reuertatur. Quod ſi neque diebus iudicatoriis diſpareat eryſipelas, neque tuberculum ad exteriorem ſedem ſe vertat, neque pus per tuſſim reiiciat, facileque ac ſine dolore habere videatur, mortem indicat, aut ruboris reuerſionem. At ſecurius eſt tumorem & ruborem ad externa conuerti. Quod ſi ad pulmonem ſe vertat, dementiam excitat, & ex his nonnulli ſuppurati plærumque euadunt. Curculio, quoad rubor & tumor occupat, non ſine periculo reſecatur aut pertunditur. Inflammationes enim & ſanguinis profluuia ei ſuccedunt. Verum talia vt extenuentur aliis rationibus eo tempore tentanda ſunt. Vbi vero id totum, quod σταφυλὴν Græci, hoc eſt vuam nominant, iam ſecretum fuerit, & ſumma curculionis pars maior & rotunda, ſuperior autem tenuior extiterit, per id tempus manum admouere tutum eſt. Præſtat tamen vbi aluum ſubduxeris, manus operam adhibere, ſi per tempus liceat, neque ſuffocetur æger. Quibus febres ceſſant neque apparentibus ſolutionis ſignis, neque diebus iudicatoriis, iis recidiua exſpectanda eſt. In longa febre, ſalutariter tamen affecto ægro, ſi neque ob inflammationem aliquam, neque ob vllam aliam euidentem occaſionem dolor detinet, in hoc abſceſſus cum tumore aut dolore ad articulum aliquem expectandus, maximeque in inferioribus locis. Magis tamen & breuiori tempore huiuſmodi abſceſſus contingere ſolent iis qui trigeſimum annum non attigerunt. At ſtatim in conſiderationem adhibenda ſunt quæ ad abſceſſum ſpectant, ſi vltra vigeſimum diem febris detinet, quæ tamen per longiores febres, ſenioribus minus contingunt. Huiuſmodi autem abſceſſum expectare conuenit ſi febris continua fuerit, in quartanam vero firmari debere, vbi intermiſerit, & errabundum in modum prehenderit, & ita ad autumnum deducatur. Vt vero abſceſſus oriuntur in his qui triginta annis minores ſunt, ita quartanæ potius annum agentibus trigeſimum, aut ſenioribus. Scire autem conuenit abſceſſus hyeme magis contingere, & tardius deſinere & minus intro recurrere. Si quis in febre non lethali dixerit caput dolere, aut tenebricoſum quiddam ante oculos obuerſari,

ſi etiam oris ventriculi morſus acceſſerit, bilioſa vomitio aderit. Quod ſi quoq; rigor ſubortus fuerit, & inferiores præcordiorum partes frigidas habuerit, adhuc citius vomitio aderit. Si vero ſub id tempus biberit quidpiam aut ederit, id quam celerrime euomitur. Inter hos autem quibus primo die dolor cœpit, ij quarto & quinto die potiſſimum affliguntur, at ſeptimo liberantur. Quinetiam eorum pluriq; tertio die dolore vexari incipiunt, cōflictantur autem maxime quinto, verum nono aut vndecimo periculo defunguntur. Qui vero quinto die dolore affligi cœperint, & reliqua pro ratione prioribus reſpondeant, ad decimumquartum diem iudicatur morbus. Iſta autem viris quidem & mulieribus, in tertianis præcipue contingunt. Iunioribus vero, cum in iis ipſis, tum etiam magis in febribus peraſſiduis, & legitimis tertianis. At quibus per huiuſmodi febrem caput dolet, & pro tenebris ante oculos apparentibus viſus hebetudo contingit, vibranteſq; ſplendores obuerſari videntur, & pro oris ventriculi morſu, in præcordiis dextra aut ſiniſtra parte contentio quædam, neque cum dolore, neq; cum inflammatione ſuboritur, iis pro vomitu ſanguinem è naribus profluxurū exſpectandum eſt. Potius tamen & eo caſu in iuuenibus ſanguinis fluorem exſpectato. Iis vero qui trigeſimū annum attingunt, & ſenioribus minus, ſed in his vomitiones exſpectabis. Pueris conuulſiones accidunt, ſi febris acuta fuerit, venter non deiiciat, ſi vigilent, perterreantur, plorent aſſidue, & color immutetur, & ex viridi pallidus, aut liuidus, aut rubor contrahatur. Hæc autem pueris quidem recens natis ad ſeptimum vſq; annum promptiſſime eueniunt. At grandiores pueri & viri non adeo per febres cōuulſionibus prehenduntur, niſi vehementiſſimum & peſſimū quoddam ſignum, ex his quæ in phrenitide fieri ſolent, affuerit. Morituros autem & ſuperfuturos tum pueros, tum alios, ex omnibus ſignis cōiicies, velut in ſingulis ſingula deſcripta ſunt. Atque hæc à me & de morbis acutis, & de his qui ab iis oriuntur dicuntur. Qui vero ſuperfuturos ex morbo, & morituros, eoſq; quibus pluribus diebus, & quibus paucioribus perſeuerabit morbus, recte prænoſcere volet, is intelligentia comprehenſam omnium ſignorum doctrinam, æſtimare debet, & eorum vires inter ſe collatas ratione expendere, velut ſcriptum eſt, cum in aliis, tum in vrinis & ſputis, vbi vna & pus & bilis tuſſi reiecta fuerint. Quinetiam morborum ſemper vulgariter graſſantium impetum, & tempeſtatis conditionem cito animo concipere oportet. Atqui quod ad proprias cuiuſq; rei notas & reliqua ſigna attinet, probe noſſe minimeq; ignorare conuenit, quod quouis anno, & quouis anni tempore, mala malum, & bona bonum denunciant. Quandoquidem & in Libya, & in Delo, & in Scythia, prædicta ſigna vera eſſe comprobantur. Ex quibus ſcire licet quod non difficile eſt in iiſdem regionibus, vt quis longe plurima ex ipſis aſſequatur, ſi ea cognitione complexus, recta mentis acie diiudicare & perpendere nouerit. Neque vero eſt quod vllius morbi nomen, quod hic adſcriptum non ſit, deſideres. Omnes etenim qui prædictis temporibus iudicantur, ex iiſdem ſignis cognoſces.

ἢ καρδιωγμὸς τουτέῳ προσγένηται, χολῶδες ἔμετος παρέσται. ἢν δὲ καὶ ῥῖγος προσγένηται καὶ τὰ κάτω μέρη τοῦ ὑποχονδρίου ψυχρὰ ἔχῃ, καὶ θᾶσσον ἔτι ὁ ἔμετος παρέσται. ἢν δέ τι πίῃ ἢ φάγῃ ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον, κάρτα τοῦτο ταχέως ἐμεῖται. τουτέων δὲ οἷσιν ἂν ἄρξηται ὁ πόνος τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ γίνεσθαι, [71] τεταρταῖοι πιέζονται μάλιστα καὶ πεμπταῖοι. ἐς δὲ τὴν ἑβδόμην ἀπαλλάσσονται. οἱ μέντοι πλείονες αὐτέων, ἄρχονται μὲν πονέεσθαι, τριταῖοι. χειμάζονται δὲ μάλιστα, πεμπταῖοι. ἀπαλλάσσονται δὲ ἐνναταῖοι, ἢ ἑνδεκαταῖοι. οἷσι δ᾽ ἂν ἄρξωνται πεμπταῖοι πονέεσθαι, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ λόγον αὐτέοισι τῶν πρόσθεν γίνηται, [72] ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην κρίνεται ἡ νοῦσος. γίνεται δὲ ταῦτα, τοῖσι μὲν ἀνδράσι, καὶ τῇσι γυναιξὶν, ἐν τοῖσι τριταίοισι μάλιστα. τοῖσι δὲ νεωτέροισι, γίνεται μὲν καὶ ἐν τούτοισι. μᾶλλον δὲ ἐν τοῖσι ξυνεχεστέροισι πυρετοῖσιν, καὶ ἐν τοῖσι γνησίοισι τριταίοισι. οἷσι δ᾽ ἂν ἐν τοιουτοτρόπῳ πυρετῷ κεφαλὴν ἀλγέουσιν, ἀντὶ μὲν τοῦ ὀρφνῶδές τι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνεσθαι, ἀμβλυωγμὸς γίνηται, [73] ἢ μαρμαρυγαὶ προφαίνονται. ἀντὶ δὲ τοῦ καρδιώσσειν, ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ ἐπὶ δεξιὰ ἢ ἐπ᾽ ἀριστερὰ, ξυντείνεταί τι, μήτε ξὺν ὀδύνῃ, μήτε ξὺν φλεγμονῇ, αἷμα διὰ τῶν ῥινῶν τούτοισι ῥυῆναι προσδόκιμον, ἀντὶ τοῦ ἐμέτου. μᾶλλον δὲ καὶ ἐνταῦθα τοῖσι νέοισι τοῦ αἵματος τὴν ῥῆξιν προσδέχεσθαι, τοῖσι δὲ τριηκοντα ἔτεσι καὶ γεραιτέροισιν, ἧσσον, ἀλλὰ τοὺς ἐμέτους τούτοις προσδέχεσθαι. [74] τοῖσι δὲ παιδίοισι σπασμοὶ γίνονται, ἢν ὁ πυρετὸς ὀξὺς ᾖ, καὶ ἡ γαστὴρ μὴ διαχωρέῃ, καὶ ἀγρυπνέωσί τε καὶ ἐκπλαγέωσι, καὶ κλαυθμυρίζωσι, καὶ τὸ χρῶμα μεταβάλλωσι, καὶ χλωρὸν ἢ πελιὸν, ἢ ἐρυθρὸν ἴσχωσι. γίνεται δὲ ταῦτα ἐξ ἑτοιμοτάτου μὲν τοῖσι παιδίοισι, τοῖσι νεωτάτοισιν, ἐς τὰ ἑπτὰ ἔτεα. τὰ δὲ πρεσβύτερα τῶν παιδίων καὶ οἱ ἄνδρες, οὐκ ἔτι ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ὑπὸ τῶν σπασμῶν ἁλίσκονται, ἢν μή τι τῶν σημείων προσγένηται τῶν ἰσχυροτάτων τε καὶ κακίστων, οἷά περ ἐν τῇσι φρενίτισι γίνεται. τοὺς δὲ ἀπολουμένους τε καὶ περιεσομένους τῶν παιδίων τε καὶ τῶν ἄλλων, τεκμαίρεσθαι, τοῖς ξύμπασι σημείοισιν ὡς ἐφ᾽ ἑκάστοισιν ἕκαστα διαγέγραπται. ταῦτα δὲ λέγω, περί τε τῶν ὀξέων νοσημάτων, καὶ ὅσα ἐκ τουτέων γίνεται. [75] χρὴ δὲ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς προγινώσκειν τούς τε περιεσομένους καὶ τοὺς ἀποθανουμένους, ὅσοισί τε ἂν μέλλῃ πλέονας ἡμέρας παραμένειν τὸ νόσημα, καὶ ὅσοισιν ἂν ἐλάσσονας, τὰ σημεῖα ἐκμανθάνοντα πάντα δύνασθαι κρίνειν, λογιζόμενον τὰς δυνάμιας αὐτέων πρὸς ἀλλήλας, ὥσπερ διαγέγραπται, περί τε τῶν ἄλλων, καὶ τῶν οὔρων, καὶ τῶν πτυέλων. ὅταν ὁμοῦ πῦόν τε ἀναβήσσῃ καὶ χολήν. [76] χρὴ δὲ καὶ τὰς φορὰς τῶν νοσημάτων αἰεὶ ἐπιδημεόντων, ταχέως ἐνθυμεῖσθαι, μή τε τὴν ὥρης κατάστασιν. εὖ μέντοι χρὴ εἰδέναι περὶ τῶν τεκμηρίων, καὶ τῶν ἄλλων σημείων, καὶ μὴ λανθάνειν ὅτι ἐν παντὶ ἔτει καὶ πάσῃ ὥρῃ, τά τε κακὰ κακόν τι σημαίνει, καὶ τὰ χρηστὰ ἀγαθόν. [77] ἐπεὶ καὶ ἐν Λιβύῃ, καὶ ἐν Δήλῳ, καὶ ἐν Σκυθίῃ φαίνεται τὰ προγεγραμμένα ἀληθεύοντα σημεῖα. [78] εὖ οὖν χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἐν τῇσιν αὐτῇσι χωρίοισιν, οὐδὲν δεινὸν, τὰ πολλαπλάσια αὐτέων ἐπιτυγχάνειν. ἢν ἐκμαθὼν αὐτὰ κρίνειν τε καὶ λογίζεσθαι ὀρθῶς ἐπίστηται. ποθέειν δὲ χρὴ οὐδενὸς νοσήματος ὄνομα, ὅ, τι μὴ τυγχάνῃ ἐνθάδε γεγραμμένον. πάντα γὰρ ὁκόσα ἐν τοῖσι χρόνοισι τοῖσι προειρημένοισι κρίνεται, γνώσῃ τοῖσι σημείοισι.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΧΥΜΩΝ.

HIPPOCRATIS DE HVMORIBVS, LIBER.

[1] Τὸ χρῶμα τῶν χυμῶν, [2] ὅκου μὴ ἄμπωτίς ἐστι τῶν χυμῶν, ὥσπερ ἀνθέων. [3] ἀκτέα ᾗ ῥέπει διὰ τῶν συμφερόντων χωρίων, πλὴν ὧν οἱ πεπασμοὶ ἐν τῷ χρόνῳ. οἱ πεπασμοὶ ἔξω, ἢ εἴσω ῥέπουσιν, ἢ ἄλλῃ ὅπῃ δεῖ. [4] εὐλαβείη. ἀπειρίη. δυσπειρίη. μαδαρότης, σπλάγχνων κενότητες. τοῖσι κάτω, πλήρωσις. τοῖσιν ἄνω, τροφή. ἀναρροπίη. καταρροπίη. τὰ αὐτόματα ἄνω καὶ κάτω, ἃ ὠφελέει καὶ βλάπτει. συγγενὲς εἶδος. χώρη. ἔθος. ἡλικίη. ὥρη. κατάστασις νούσου. ὑπερβολή. ἔλλειψις. οἷσιν ὁκόσον λείπεται, ἢ οὔ. [5] ἄκη. [6] ἔκκλισις. [7] παροχέτευσις ἐς κεφαλὴν ἐς τὰ πλάγια, ᾗ μάλιστα ῥέπει. ἢ ἀντίσπασις. ἐπὶ τοῖσιν ἄνω, κάτω. ἄνω, ἐπὶ τοῖσι κάτω. [8] ἢ ξυρῶσαι. ἢ οἷσι τὰ κάτω. ἢ οἷσι τὰ ἄνω. ἢ ἐκπλύνεται. ἢ οἷσι πρηΰνεται. [9] μὴ τὰ ἐκκεχυμωμένα εἰς τὸ εἴσω ἀπολαμβάνειν, ἀλλὰ τὰς ἀφόδους ξηραίνειν. τάραξις. κατάκλεισις. διάνιψις. οἷσιν ἀποστήσεται πρὸς ἕδρην, [10] ὅθεν ἀμέλγεται. ἢ φαρμακεύειν. ἢ ἕλκος. ἢ χυμὸς τις συνεστηκώς. ἢ βλάστημα, ἢ φῦσα, ἢ σῖτος, [11] ἢ θηρίον, ἢ καῦμα. ἢ ἄλλο τι πάθος. σκεπτέα ταῦτα. τὰ αὐτόματα λήγοντα. ἢ οἷα αἱ ἀπὸ καυμάτων ἐπιγενόμεναι φλύκταιναι ἐφ' οἷσιν οἷα βλάπτεται, ἢ ὠφελέει. σχήματα. κίνησις μετεωρισμοί. παλινίδρυσις, ὕπνος, [12] ἐγρήγορσις, ἅτε ποιητέα ἢ κωλυτέα φθάσαι. [13] παίδευσις ἐμέτου. κάτω δι' ἐξόδου. ἢ πτυάλου. μύξης. βηχός, ἐρυγμοῦ, λυγμοῦ. [14] φύσης. οὔρου. πταρμοῦ. δακρύων. κνησμῶν. τιλμῶν. ψαυσίων. δίψης. λιμοῦ. [15] πλησμονῆς. ὕπνων. πόνων. ἀπονίης. σώματος. γνώμης. μαθήσιος. [16] μνήμης. φωνῆς. σιγῆς. [17] τῇ ὑστερικῇ καθάρσεις, τὰ ἄνωθεν καταρρηγνύμενα καὶ στροφοῦντα. λιπαρὰ. ἄκρητα. ἀφρώδεα. θερμά. δάκνοντα. ἰώδεα. ποικίλα. ξυσματώδεα. τρυγώδεα, αἱματώδεα. ἄφυσα. ὠμὰ. ἐφθά. αὖα. ὅσα περιρρέει. εὐφορέειν καθαρτικόν. δυσφορέειν, πρὶν κίνδυνον ἰέναι. [18] οἷα οὐ δεῖ παύειν. πεπασμός. κατάβασις τῶν κάτω. ἐπιπόλασις τῶν ἄνω. καὶ τὰ ἐξ ὑστερέων. [19] καὶ ἐν ὠσὶ ῥύπος. [20] ὀργασμός. ἄνοιξις. κένωσις. θάλψις. ψύξις. ἔσωθεν. ἔξωθεν. τῶν μὲν, [21] τῶν δ' οὔ. ὁκόταν ἔῃ κάτωθεν ὀμφαλοῦ ὁ στρόφος, βραδὺς. μαλθακὸς ὁ ψόφος. ἐς τοὐναντίον. τὰ διαχωρέοντα, ᾗ ῥέπει. ἄναφρα. πέπονα. ὠμά. ψυχρά. δυσώδεα, ξηρά. ὑγρά. ὀδμὴν κακώδεα. δίψα πρόσθεν μὴ ἐνεοῦσα. μὴ δὲ καῦμα, μηδὲ ἄλλη πρόφασις οὔρου. ῥινὸς ὑγρασμός, [22] τὴν ἔρριψιν, [23] καὶ τὸν ἀνασμὸν, καὶ τὸ ἀσύμπτωτον [24] καὶ τὸ θολερὸν πνεῦμα. ὑποχόνδριον. ἄκρεα. ὄμματα [illegible]. χρώματος μεταβολή. σφυγμοί. ψύξις. παλμοί. σκληρυσμὸς δέρματος. νεύρων. ἄρθρων. φωνῆς. γνώμης. σχήματα ἑκούσια. τρίχες. ὄνυχες. τὸ εὐφορεῖν ἢ μή. οἷα δεῖ. σημεῖα ταῦτα. ὀδμὴ χρωτὸς. στόματος. διαχωρήματος. ὠτὸς. φύσης. οὔρου. ἕλκεος. ἱδρῶτος. πτυάλου. ῥινὸς χρὼς ἁλμυρός. ἢ πτύαλον. ἢ ῥίς. ἢ δάκρυον. ἢ ἄλλοι χυμοί. πάντη ὅμοια τὰ ὠφελεῦντα. τὰ βλάπτοντα. ἐνύπνια, οἷα ἂν ὁρῇ. καὶ ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, οἷα ἂν ποιῇ. ἢν ἀκούῃ ὀξύ.

HVMORVM color, niſi ij ad profunda corporis ſe receperint, velut in cute efflorescens conſpicitur. Ducere oportet quam in partem momento feruntur, per loca accommodata, niſi quorum maturationes progreſſu temporis contingunt, quæ vel foras, vel intro, vel alio quo expedit tendunt. Cautio, imperitia, experiendi difficultas, glabrities, viſcerum vacuitas, inferioribus repletio, ſuperioribus nutritio, ſurſum inclinatio, deorſum inclinatio, quæ ſua ſponte ſurſum aut deorſum tendunt, quæ iuuant aut nocent, connata forma, regio, conſuetudo, ætas, anni tempeſtas, morbi conſtitutio, exuperantia, defectio, quibus quantum linquitur, aut non, purgatio, euacuatio, remedia, declinatio, deriuatio in caput, in latera, qua præcipue tendit, aut reuulſio, in ſuperioribus deorſum, ſurſum in infernis, aut exiccare, aut quibuſdam inferiora, aut quibuſdam ſuperiora, aut eluitur, aut quibuſdam lenietur. Humores ex vaſis effuſos, intro ne intercipito, ſed aditus exiccato. Conturbatio, perfuſio, abluitio, quibus ad ſedem aliquid abſcedit, vnde emulgetur, aut medicamentum, aut vlcus, aut humor aliquis concretus, aut pullulatio, aut flatus, aut cibi recrementum, aut animalculum, aut æſtus aliáve quæpiam affectio. Hæc diligenter conſideranda quę ſua ſponte deſinunt, an velut puſtulæ ab ardoribus excitatæ, in quibus quęnam nocent aut iuuant. Figuræ, motio in tumorem ſublatio, ac rurſum depreſſio, ſomnus, vigilia, quæque fieri aut prohiberi debent, præuertito. Vomitionis inſtitutio, eorum quæ per inferiora ſubducuntur, aut ſputi, muci, tuſſis, ructus, ſingultus, flatus, vrinæ, ſternutamenti, lachrymarum, prurituum, vellicationum, contactuum, ſitis, famis, repletionis, ſomnorum, laborum, ocij, corporis, mentis, diſciplinæ, memoriæ, vocis, ſilentij. Mulieri vteri affectibus laboranti, purgationes, ſupra prorumpentia, & interna torquent, pinguia, meraca, ſpumantia, calida, mordacia, æruginoſa, varia, ramentoſa, fæculenta, cruenta, flatu carentia, cruda, cocta, ſicca, quæcunque vndique confluunt tolerandi leuitas ſpectanda & moleſtia prius quàm in periculum incidatur, quęque ſedare minime oportet. Maturatio, eorum quæ infra ſunt per inferiora demiſſio, fluitatio eorum quæ ſupra ſunt, & quæ ex vteris exeunt, & ſordes quæ eſt in auribus, emollitio, adaperitio, vacuatio, calefactio, refrigeratio, intra, extra, horum quidem, horum vero minime. Vbi infra vmbilicum fuerit quod inteſtina torquet, tardus & leuis eſt inteſtinorum cruciatus, vice verſa, contra. Quæ per aluum ſecedunt, qua tendunt, minime ſpumantia, cocta, cruda, frigida, fœtida, ſicca, humida, malum odorem ſpirantia, Sitis non prius exiſtens, neque æſtus, neque alia occaſio, vrina, naſi humectatio. Proiectionem & ſiccitatem, corporis molem in ſe non ſubſidentem, ſpiritum turbidum, præcordia, extremitates, oculos male affectos ſpectabis. Coloris mutatio, pulſus, refrigeratio, palpitationes, cutis duritiès, neruorum, articulorum, vocis, mentis, figura voluntaria, pili, vngues, tolerandi leuitas, aut ſecus, & qualia oportet conſideranda. Signa ſunt hæc, corporis odores, oris, egeſtionis alui, auris, flatus, vrinæ, vlceris, ſudoris, ſputi, naris. Corpus ſalſum, aut ſputum, aut naſus, aut lachryma, aut alij humores, omnino ſimilia quæ iuuant, quæ nocent. Inſomnia qualiaquis cernat ſpectanda, & in ſomnis quæ faciat, an acutè audiat,

& prompto animo obediat, an quæ commoda ſunt & ſalutem adferunt, reliquis plura ſint & valentiora, an erga omnia omnibus ſenſibus vigeant, & ferant, velut odores, ſermones, veſtitus, figuras, atque hæc facile, quæ etiam cum ſponte apparent, iuuant, & quando eiuſmodi iudicationem afferunt, & tot, & talia, velut flatus, vrina, qualis, & quanta, & quando. Quæ vero contraria ſunt, auertere iiſque aduerſari oportet. Quæ propinqua & communia ſunt, affectionibus, ea prima & maxime vitiantur. Conſtitutionem autem ſpectato, ex his quæ prima incipiunt, quicquid tandem excernatur, ex vrinis quænam ſint, & quænam ſit corporis concidentia, coloris immutatio, ſpiritus imminutio, reliquæque cum his victus rationes. Id quidem ſciendum, num quæ prodeunt ſint ſimilia, tranſitus, vrinę, per vteros, ſputa, per nares, oculi, ſudor. ex tuberculis, ex vulneribus, puſtulis quæ ſua ſponte, quę per artem. Quod ſimilia ſunt inter ſe omnia quæ iudicationem faciunt, quęq; proſunt, quęq; nocent, & quę tollunt, vt illa quidem euitans, auertat, hæc vero prouocans admoueat ac ſuſcipiat. Aliaq; etiam eodem modo, in cute, extremis partibus, præcordiis, articulis, oculo, ore, figuris, ſomnis, quænam iudicationem denunciant, & quando eiuſmodi omni ratione moliri oportet. Adhæc vero quinam huiuſmodi abſceſſus oriuntur, quænam iuuant, cibis, potionibus, odoribus, viſis, auditionibus, notionibus, ſeceſſibus, humoribus, calefactione, refrigeratione, ſiccitatibus, humectando, ſiccando, inunctionibus, illitionibus, iis quæ in cataplaſmate apponuntur, emplaſtris, iis quę inſperguntur, & iis quę imponuntur. Figurę, frictio, medela, labor, otium, ſomnus, vigilię. Spiritibus, ſupra, infra, communibus, propriis, arte comparatis. In acceſſionibus nec pręſentibus, nec futuris, neq; dū pedes refrigerantur, ſed cū morbus inclinat. In acceſſionib⁹ quę per circuitus repetūt, nulla alimēta offerenda, neq; adurgenda, ſed ante iudicationes de his quę apponūtur auferendū. Quę iudicationē faciunt, aut perfecte iudicata ſunt, neq; mouere neque vllo modo innouare, ſiue medicamentis, ſiue aliis irritamentis, ſed ſinere oportet. Concocta medicamentis purgantib. agitanda, nō cruda, neq; in principiis, niſi impetu ſuo ad excretionē ferantur, plerūq; vero minime ad exitū feſtinant. Quę ducenda ſunt, quo maxime vergunt, eo per loca cōuenientia ducere oportet. Quæ prodeunt, copia minime ſunt æſtimāda, ſed quādiu prodeant qualia oportet, & æger facile ferat. Vbi vero virium debilitatem, aut animi defectionem iudicare oportet, quandiu hoc feceris, alio vertendū, aut ſiccandū, aut humectandū, aut refellendū cuius gratia id fit, ſi ſufficere æger poſſit. Quod ex iis eſt coniectandū, ſicca quidem calida erūt, humida vero frigida, aluum autem deiiciētia, plerumq; contraria. Hæc imparibus dieb. ſupra fiunt, ſi & circuitus, & cōſtitutio ex ipſis acceſſionibus talis extiterit. Plurima autē diebus paribus infra contingunt. Sic enim etiā quæ ſpōte eueniunt iuuant, niſi circuitus acceſſiones diebus paribus faciant. In talibus autem, paribus diebus, ſupra, imparibus vero infra fiunt. Paucæ autem ſunt eiuſmodi, taleſque conſtitutiones difficiliorem habent iudicationem. Quin etiā quæ vltra tempore procedunt, ſic cōtingere neceſſe eſt, velut quę ad diē decimumtertium & ad decimumquartum perueniunt decimotertio quidem infra, decimoquarto vero ſupra fiunt. Sic enim ad iudicationem confert.

καὶ πείθεσθαι προθυμέηται ἐν τῷ λογισμῷ. μέζω ἰσχυρότερα τὰ πλείω. ἐπίσκεψις τὰ σώζοντα τῶν ἑτέρων, ἢν αἰσθάνωνται πάσῃ αἰσθήσει, πάντων καὶ φέρωσιν. ὁκοῖον ὀδμαὶ. λόγοι. εἵματα. σχήματα. τοιαῦτα εὐφόρως, ἅπερ καὶ αὐτόματα ἐπιφαινόμενα ὠφελέει. καὶ ὁκότε κρίσιν τὰ τοιαῦτα ἐποίεε. καὶ τοσαῦτα, καὶ τοιαῦτα οἷον φῦσαι. οὖρον. οἷον καὶ ὁκόσον καὶ ὁκότε. ὁκόσα δὲ τἀναντία, ἀποτρέπειν μάχεσθαι αὐτοῖσι. [25] τὰ ἐγγὺς καὶ τὰ κοινὰ τοῖσι παθήμασι πρῶτα καὶ μάλιστα κακοῦνται. κατάστασιν δὲ ἐκ τῶν πρώτων ἀρχομένων, ὅ,τι ἂν ἐκκρίνηται ἐκ τῶν οὔρων. ὁκοῖα ἂν ἔῃ. καὶ οἵη τις σύμπτωσις. χροιῆς ἀπαλλαξις, πνεύματος μινύθησις. καὶ τἄλλα μετὰ τούτων τὰ διαιτήματα. τὸ μὲν εἰ ὅμοια τὰ ἀπιόντα δεῖ εἰδέναι. διέξοδοι. οὖρα καθ' ὑστέρας, πτύαλα κατὰ ῥῖνας. ὄμματα. ἱδρὼς ἐκ φυμάτων. ἐκ τραυμάτων. ἐξανθημάτων. ὁκόσα αὐτόματα. ὁκόσα τέχνῃσιν. οἷα ὅμοια ἀλλήλοισι, πάντα τὰ κρίνοντα, καὶ τὰ ὠφελέοντα, καὶ τὰ βλάπτοντα, καὶ τὰ ἀπολλύοντα. ὡς τὰ μὲν προφθάνων ἀποτρέπῃ. τὰ δὲ προσκαλέων, καὶ ἄγῃ καὶ δέχηται. καὶ τἄλλα δὲ οὕτω. δέρματος. ἀκρέων. ὑποχονδρίων. ἄρθρων. ὄμματος, στόματος. σχημάτων, ὕπνων. οἷα κρίνει, καὶ ὅ,τι τὰ τοιοῦτα μηχανᾶσθαι· καὶ ἔτι ὅσαι τοιαῦται ἀποστάσιες γίνονται. [26] οἷαι ὠφελέουσι, βρώμασι. πόμασιν. ὀδμῇσιν. ὁράμασιν. ἀκούσμασιν. ἐννοήμασιν. ἀφόδοισιν. ὑγροῖσιν. θάλψει. ψύξει, ξηροῖσιν. ὑγρῆναι ξηρῆναι. χρίσμασι. ἐγχρίσμασιν. ἐπιπλάστοισιν. ἐμπλάστοισιν. ἐπιπάστοισιν. ἐπὶ δὲ τοῖσιν ἐπιθέτοισι. σχήματα. ἀνάτριψις. ἴησις. πόνος. ἀργίη. ὕπνος. ἀγρυπνίη. πνεύμασιν ἄνωθεν, κάτωθεν. κοινοῖσιν. ἰδίοισιν. τεχνητοῖσιν. ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσι μήτε ἐοῦσι, μήτε μέλλουσι. μήτε ποδῶν ψύξει, ἀλλ' ἐν καταρρόπῳ τῆς νούσου. [27] τοῖσιν ἐν τοῖσι περιόδοισι παροξυσμοῖσι, τὰ προσάρματα μὴ διδόναι μηδὲ ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων, πρὸ τῶν κρισίων. τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα, [28] ἀρτίως μὴ κινέειν, μήτε νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακίοισι, μήτε ἄλλοις ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ' ἐᾶν. [29] πέπονα φαρμακεύειν, καὶ κινέειν μὴ ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, εἰ μὴ ὀργᾷ. τὰ δὲ πολλὰ οὐκ ὀργᾷ. [30] ἃ δεῖ ἄγειν, ὅπη ἂν μάλιστα ῥέπῃ διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων, ταύτῃ ἄγειν. τὰ χωρέοντα, μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ἕως ἂν χωρέῃ, οἷα δεῖ, καὶ φέρῃ εὐφόρως. [31] ὅκου δὲ δεῖ γνῶσαι, ἢ λειποθυμῆσαι ἕως ἂν τοῦτο ποιήσῃς, ἔστ' ἄλλῃ ῥέψαι, ἢ ξηρῆναι, ἢ ὑγρῆναι, ἢ ἀντισπάσαι, οὗ εἵνεκα τοῦτο ποιέεται, ἢν ἐξαρκέῃ ὁ νοσέων, τούτοισι τεκμαίρεσθαι. τὰ μὲν ξηρὰ, θερμὰ ἔσται, τὰ δὲ ὑγρὰ ψυχρά. διαχωρητικὰ δὲ τἀναντία ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ταῦτα τῇσι περιττῇσιν ἄνω, ἢν καὶ αἱ περίοδοι [32] καὶ ἡ κατάστασις τοιαύτη ἔῃ τῶν παροξυσμῶν. γίνεται δὲ τὰ πλεῖστα τῇσιν ἀρτίῃσι κάτω. οὕτω γὰρ καὶ αὐτόματα ὠφελέει, ἢν μὴ αἱ περίοδοι τῶν παροξυσμῶν ἐν τῇσιν ἀρτίῃσι ποιέωνται. ἐν δὲ τοῖσι τοιούτοισιν, ἐν μὲν ἀρτίῃσιν ἄνω· ἐν δὲ τῇσι περιττῇσι, κάτω. ὀλίγαι δὲ τοιαῦται. αἱ δὲ τοιαῦται, καὶ δυσκριτώτεραι καταστάσιες. ἅπερ καὶ τὰ πρόσω χρόνου προήκοντα ἀνάγκη οὕτως. οἷον τρισκαιδεκαταῖα. τεσσαρεσκαιδεκαταῖα. τρισκαιδεκάτῃ μὲν κάτω. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ δὲ ἄνω. πρὸς γὰρ τὸ κρίσιμον, οὕτω ξυμφέρει.

καὶ ὁκόσα εἰκοσταῖα. πλὴν ὁκόσα κάτω, πολλὰ δὲ δεῖ καθαίρειν. [13] τὴν δὲ ἐγγὺς οὕτω κρίσιος, ἀλλὰ προσωτέρω. δεῖ δὲ ὀλιγάκις ὀξέσι, πολλὰ ἄγειν. τοῖσι κοπώδεσι τὸ σύμπαν, [14] ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν εἰς ἄρθρα, καὶ παρὰ γνάθους μάλιστα ἀποστάσιες γίνονται ἐγγὺς τῶν πόνων ἑκάστου, ἐπὶ τὸ ἄνω μᾶλλον καὶ τὸ σύμπαν. ἢν δὲ ἀργὴς ἡ νοῦσος ἔῃ καὶ καταρρέπῃ, κάτω καὶ ἀποστάσιες. μάλιστα δὲ πόδες θερμοὶ κάτω σημαίνουσι. ψυχροὶ δὲ ἄνω. οἷσι δὲ ἀνισταμένοισιν ἐκ τῶν νούσων, αὐτίκα δὴ ἐν χερσὶν ἢ ποσὶ πονέουσί τι, ἐν τούτοισιν ἀφίστανται. ἀτὰρ καὶ ἤν τι πεπονηκὸς ᾖ, πρὶν ἢ νοσέειν ἐς τοῦτο ἀποστηρίζεται. οἷα καὶ τοῖσιν ἐν Περίνθῳ βηχώδεσι καὶ κυναγχικοῖσιν. ποιέουσι γὰρ αἱ βῆχες τὰς ἀποστάσιας, ὥσπερ οἱ πυρετοὶ τοιαύτας. κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον συμβαίνει ἢ ἀπὸ χυμῶν ἢ σώματος συντήξιος [16] καὶ ψυχῆς. τοὺς μὲν οὖν χυμοὺς εἰδέναι ἐν ᾗσιν ὥρῃσιν ἀνθέουσι, καὶ οἷα ἐν ἑκάστοισι νοσήματα ποιέουσι. καὶ οἷα ἐν ἑκάστῳ νοσήματι παθήματα. τὸ δὲ σῶμα τὸ ἄλλο, ἐς ὅ, τι μάλιστα νόσημα ἡ φύσις ῥέπει. οἷον τι, σπλὴν οἰδέων ποιέει, τούτων τι καὶ ἡ φύσις. σχεδόν τι καὶ χρώματα κακίω. [17] καὶ σώματα στερεοί, καὶ εἴ τι ἄλλο, τοῦ διαγεγυμνάσθαι. [18] ψυχῆς ἀκρασίη ποτῶν καὶ βρωμάτων, ὕπνου, ἐγρηγόρσιος, ἢ δι' ἔρωτάς τινας, οἷον κύβων, ἢ διὰ τέχνας, ἢ δι' ἀνάγκας καρτερίη πόνων, καὶ ὧν τεταγμένη, ἢ ἄτακτος. [19] αἱ μεταβολαὶ ἐξ οἵων εἰς οἷα. ἐκ τῶν ἠθέων φιλοπονίη ψυχῆς. [40] ἢ ζητέων, ἢ μελετέων, ἢ ὁρέων, ἢ λέγων, ἢ εἴ τι ἄλλο, οἷον λῦπαι, δυσοργησίαι, ἐπιθυμίαι, τὰ ἀπὸ συγκυρίης, λυπήματα γνώμης, ἢ διὰ τῶν ὀμμάτων, ἢ διὰ τῆς ἀκοῆς, οἷα τὰ σώματα. μύλης μὲν τριφθείσης πρὸς ἑωυτήν, ὀδόντες ἡμωδίησαν. [41] παρά τε χάσμα παριόντι, σκέλεα τρέμει· ὅταν δὲ τῇσι χερσὶν ὧν δεῖται ἄρῃ, αὗται τρέμουσιν. [42] ὄφις ἐξαίφνης ὀφθεὶς, χλωρότητα ἐποίησεν, καὶ φόβοι, οἷον αἰσχύνη, λύπη, ἡδονή, ὀργή, τ' ἄλλα τοιαῦτα [43] οὕτως ὑπακούει. ἑκάστῳ γὰρ τὸ προσῆκον τοῦ σώματος τῇ πρήξει, ἐν τούτοισιν ὑπακούει, ἱδρῶτες, καρδίης παλμός, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν δυναμίων τὰ ἔξωθεν ὠφελέοντα, ἢ βλάπτοντα, ἄλειψις, κατάχυσις, κατάχρισις, κατάπλασις, ἐπίδεσις ἐρίων καὶ τῶν τοιούτων, καὶ τὰ ἔνδοθεν ὑπακούει τῶν τοιούτων, οὐ μόνον ὥσπερ τὰ ἔξω τῶν εἴσω προσφερομένων, ἀτὰρ καὶ τάδε [44] ἐν ἐρίοισι κοίτη κνισώδεσι, [45] καὶ τὸ παρὰ βασιλεῖ λεγόμενον κύμινον ὁρῶσιν. ὀσφραινομένοισιν [46] ὅσα κεφαλῆς ἀγωγά, ταρακτικά· λόγοι, φωνή, καὶ τὰ τοιαῦτα, μαζοί, γονή, ὑστέρη, σημεῖα τά τε ἐν τῇσιν ἡλικίῃσι. καὶ ἐν τοῖσι πνιγμοῖσι, καὶ βηξί, τὰ πρὸς ὄρχιν. [47] ὥσπερ τοῖσι δενδρέοισιν ἡ γῆ, οὕτω τοῖσι ζώοισιν ἡ γαστήρ. καὶ τρέφει, καὶ θερμαίνει, καὶ ψύχει. ψύχει μὲν κενουμένη, θερμαίνει δὲ πληρευμένη, [48] ὥσπερ γῆ κοπρευομένη, χειμῶνος θερμή, οὕτω καὶ ἡ κοιλίη. δένδρεα φλοιὸν λεπτὸν ξηρὸν ἔχει. ἔσωθεν δὲ ξηρόσαρκα, ὑγιηρά, ἄσηπτα, χρόνια, καὶ ζώων, οἷον χελῶναι, καὶ ὅ, τι τοιοῦτον, ἡλικίῃσιν, ὥρῃσιν, ἐνιαυτοῖσιν ὅμοια. τὰ ζῶντα οὐ τρίβεται χρωμένοισι μετρίως βελτίω, [49] ὥσπερ ὑδρίον νέον διαπηδᾷ, παλαιούμενον στέγει. οὕτω καὶ ἡ γαστὴρ, δέχεται τὴν τροφήν,

Et quæ ad vigeſimum diem pertingunt, præter quam quæ infra feruntur, plærumque purgare oportet, eaq; non prope iudicationem ſed longius. In acutis autem raro multa ducenda ſunt, in his vero qui laſsitudinis ſenſim habent totum. In febribus ad articulos & ad maxillas præcipue abſceſſus contingunt, in vicinia dolorum cuiuſque, ad ſuperiorem partē magis, & in totum. Si tardus fuerit morbus & deorſum feratur, infra etiam abſceſſus contingent. Maximeque pedes calidi, infra futurum abſceſſum, frigidi vero ſupra, denunciant. Iis qui ex morbis conualeſcunt, ſi ſtatim in manibus & pedibus dolores contingunt, in his abſceſſus oriuntur. Quinetiam ſi quæ pars ante morbum laborarit, ibi morbi ſedes erit, velut iis contingit qui in Perintho tuſsi & angina laborarunt. Tuſſes enim non ſecus ac febres, abſceſſus excitant. Simili etiam ratione contingit vel ab humoribus, vel corporis colliquatione & animi. Humores igitur quibus anni temporibus efflorcſcunt, noſſe oportet, & quales in ſingulis morbos efficiant, & qualnam in vnoquoque morbo affectiones pariant. Reliquum quoque corpus, quem ad morbum natura præcipuè inclinat, quale quid lien in tumorē ſublatus facit. Quorum quiddam etiam natura facit, fereque colores deteriores ſunt, & corpora areſacit. Et ſi quid ſit aliud, in his te exercitatum eſſe oportet, velut ſi quis animi intemperantia ducatur ad cibos & potiones, ſomnum & vigilias, vel amore quodam vt alearum, vel arte, vel neceſsitate labores toleret, iique vel certo, vel non certo ordine contingunt. Mutationes ex quibus ad quænam fiant, conſiderandæ. Ex moribus animi induſtria, vel ſi quid inueſtiget, vel cogitet, vel videat, vel dicat, vel aliud quid faciat, velut dolores, iracundiæ cupiditates, quæ ex caſu accidunt, mentis moleſtiæ, quę per viſionem aut auditionem contrahuntur, quales corporum affectiones. Molæ quidem in ſeſe attritu, dentium ſtupor oboritur. Iuxta foueam tranſeuntem, crurum tremor occupat. Cum quis ea quibus opus habet manibus ſuſtulerit, eas tremor corripit. Serpens de repente conſpectus, pallorem inducit. Metus, velut pudor, dolor, lætitia, ira atque reliqua huiuſmodi ſic afficiunt. Quod autem in corpore ad actionem pertinet, horum vnicuiq; morem gerit. Sudores, cordis palpitatio, atque id genus facultates. Quæ foris iuuant aut nocent, vnctio, perfuſio, illitus, quæ in cataplaſmate adhibentur. Lanarum & eorum quæ ſunt eiuſmodi deligatio. Interna etiam talibus afficiuntur, non ſolum velut externa ab his quæ intro aſſumuntur. Quinetiam quæ in lanis ouium ſorde inquinatis admouentur, & quod Regium dictum eſt cuminum videntibus, olfacientibus. Quæ ex capite deducunt, perturbationem adferunt ſermones, vox & talia Mammæ, genitale ſemen, vterus, ſigna quæque in ætatibus, & in ſuffocationibus, & tuſsibus, quæ ad teſtes perueniunt. Vt ſe habet terra in arboribus ita in animantibus venter, alit, calefacit & refrigerat. Refrigerat quidem dum vacuatur, calefacit verò cū impletur. Non ſecus ac ſtercorata terra hyeme calida eſt, ita etiā ventriculus. Arbores corticem tenuem ſiccum habent, intrinſecus autē carne ſunt ſicca, ſanæ, imputres, diuturnæ. Et ex animantibus velut teſtudines, & quicquid eſt eiuſcemodi. Ætatibus, anni temporibus, annis ſimilia. Quæ viuunt non atteruntur, & quib. moderatè vtuntur, melius habent. Quemadmodū hydria parua recens tranſmittit, inueterata continet, ita & ventriculus alimentum tranſmittit,

& ſubſidens retrimentum retinet velut conceptaculum quoddam. Morborum formæ diuerſæ ſunt, cùm partim quidam ſint congeniti, de quibus percontãdo licet cognoſcere, partim quidam ex regionibus oriũtur, cũ multis ſint familiares, & plærique ipſos norint, partim verò ex corpore, & vitæ inſtitutis, & morbi conſtitutione, vel ex anni temporibus. Regiones autem ad anni tempora malè affectę, cuius tẽporis ſimilitudinem habẽt, eiuſmodi morbos pariũt. Verbi gratia inæqualis calor & frigus, ſi eadẽ die contigerint, autumnales morbos in regione creabũt, & in reliquis anni temporibus eadem ratio ſeruabitur. Alij quidem ab odoribus cœnoſis aut paluſtribus, alij verò ab aquis, calculoſi, lienoſi, alij à ventis, tũ bonis, tum malis originem ducunt. Quales vero futuri ſunt anni tẽporis morbi, tales etiam ex his conſtitutiones ducentur. Si anni tempora tempeſtiuã & ordine procedentem temperiem habuerint, iudicatu faciles morbos pariunt. Familiares autem anni temporibus morbi, mutationes indicant. Pro anni autem temporis varietate, ſimiles aut diſſimiles erunt morbi, qui hoc tẽpore oriũtur. Quod ſi ſimiliter procedat, aut eiuſmodi morbi erunt, aut ad tale quid deducentur, velut ad morbum regium autumnalem, cũ frigora caloribus, & calor frigori ſuccedit. Si vero æſtas biliosa extiterit, biliſque increſcens intus remanſerit, etiã aliquantulum lienoſi erunt. Cùm igitur ver quoque hoc modo proceſſerit, vere etiam morbi regij oriuntur. Ad hãc enim formam hic motus anni tempori proximus eſt. At vbi æſtas veri ſimilis extiterit, ſudores in febribus, eæque faciles, neque peracutæ erunt, neque linguas vehementer aridas habebunt. Cum vero ver hybernũ fuerit, & extremæ hyemis frigora ſenſerit, hyberni etiã morbi fient, & tuſſes, & pulmonum inflammationes, & anginæ. Et autumnus ſi non ſuo tempore, ac de repente ad hyemis naturam vergat, nõ continenter tales morbos facit, propterea quod nõ ſuo tempore incepit, ſed inæqualiter fit. Quapropter etiã anni tempora iudicatione carent, & inſtabilia fiunt, quemadmodum morbi quoque, ſi ante tempus erumpant, aut excerni anticipẽt, aut intus relinquantur. Anni enim tẽpora morborum reuerſiones plærunque afferre ſolent, ſicut & eiuſmodi morbos facere. Illud præterea ſpectandum eſt, quomodo affecta ſint corpora, cum ab anni temporibus excipiuntur. Auſtri auditus grauitatem afferunt, oculis caliginem offundunt, capitis grauitatem inducunt, membrorum torporem ac langorem faciunt. Cum hic inualuerit, eiuſcemodi in morbis contingunt, vlcera madentia, os præſertim, pudendũ, aliaſque partes occupant. Quod ſi aquilonia fuerit tempeſtas, tuſſes fiunt, faucium aſperitates, alui duriores, vrinæ difficultates, horrores, laterum & pectoris dolores. Hac præualente, eiuſmodi morbi maximè expectãdi ſunt. Quod ſi magis redundarit, magnas ſiccitates febres conſequuntur, itemque imbres, qualeſcunque humorum redundantiæ contigerint, & quomodocunque affecta corpora ex alio anni tempore exceperint, & quicunque tandem humor in corpore præualuerit. Quinetiam ſiccitates Auſtrinæ ſunt & Aquilonales. Differunt enim & alia ad hunc modum. Nam & hoc magnum eſt. Et alius in alio anni tempore & regione magnus eſt. Velut ęſtas bilem gignit, Ver ſanguinem, & alia tempora, vt ſingulorum fert natura. Mutationes potiſſimum morbos pariunt, eæque præcipuè maximæ. Et in anni temporibus magnæ mutationes, itemque in aliis. Quædam ſenſim acceſſione facta fiunt, eaque anni tempora ſunt ſecuriſſima, non ſecus ac victus rationes, & frigus, & calor, maxime ſi paulatim ex additione progrediantur, itemque ætates ad hunc modum immutatæ. Naturæ quod ad

καὶ ὑποστάθμην ἴσχει ὥσπερ ἀγγεῖον, οἱ τρόποι τῶν νούσων, τὰ μὲν συγγενικὰ ἐστὶν εἰδέναι πυθόμενον, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς χώρης. οἰκέονται γὰρ διὰ πλειόνων, καὶ πολλοὶ ἴσασι. τὰ δὲ ἐκ τοῦ σώματος καὶ τῆς διαίτης,[10] καὶ καταστάσιος τῆς νούσου, ἢ ἀπὸ ὡρέων. αἱ δὲ χῶραι πρὸς τὰς ὥρας κακῶς διακείμεναι, τοιαῦτα τίκτουσι νουσήματα, ὁκοίῃ ἂν ὥρῃ ὅμοιαι ἔωσιν. οἷον[11] ἀνώμαλον θάλπος, ἢ ψῦχος τῆς αὐτῆς ἡμέρης, ὅταν τοιαῦτα ποιέῃ φθινοπωρινὰ ἐν τῇ χώρῃ τὰ νουσήματα. καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ὥρῃσι κατὰ λόγον.[12] τὰ μὲν ἀπὸ ὀδμέων βορβορωδέων, ἢ ἑλωδέων. τὰ δὲ ἀπὸ ὑδάτων, λιθιῶντα, σπληνώδεα, τὰ δὲ ἀπὸ πνευμάτων χρηστῶν τε καὶ κακῶν ἄρχονται.[13] ὥρης δὲ οἷα ἔσονται νοῦσοι, καὶ καταστάσιες ἐκ τῶνδε. ἢν αἱ ὧραι ὡραίως, εὐτάκτως, εὐκρινέας νούσους ποιέουσιν. αἱ δὲ ἐπιχώριοι τῇσιν ὥρῃσι νοῦσοι, δηλοῦσι τοὺς τρόπους. ὅ,τι δ' ἂν ἐξαλλάξῃ ἡ ὥρη, ὅμοια ἢ ἀνόμοια ἔσται τὰ νουσήματα, οἷα ἐν τῇ ὥρῃ ταύτῃ γίνεται. ἢν δ' ὁμοίως ἄγῃ, ἢ τοιουτότροπα καὶ ἐπὶ τοιοῦτο εἰλκυσμένα, οἷον ἴκτερον φθινοπωρινόν. ψύχεα γὰρ ἐκ θαλπέων, καὶ θάλπος ἐκ ψύχεος. καὶ ἢν τὸ θερινὸν χολῶδες γένηται, καὶ αὐξηθὲν ἐγκαταλειφθῇ, καὶ ὑπόσπληνοι.[14] ὅταν οὖν καὶ ὁ ἦρ οὕτως ἀγάγῃ, καὶ ἦρος γίνονται ἴκτεροι. ἐγγυτάτω γὰρ αὕτη ἡ κίνησις τῇ ὥρῃ κατὰ τοῦτο τὸ εἶδός ἐστι. ὅταν δὲ θέρος γένηται ἦρι ὅμοιον, ἱδρῶτες ἐν τοῖσι πυρετοῖσι. καὶ εὔτροποι, καὶ οὐ κατόξεες, οὐδὲ καταξηρέες γλώσσῃσιν. ὅταν δὲ χειμέριον γένηται ἦρ[15] καὶ ὀπισθοχειμὼν, χειμεριναὶ καὶ αἱ νοῦσοι. καὶ βηχώδεες. καὶ περιπνευμονικαὶ καὶ κυναγχικαί.[16] καὶ φθινόπωρον, ἢν μὴ ἐν ὥρῃ καὶ ἐξαίφνης χειμάσῃ, μὴ συνεχῶς τοιαύτας νούσους ποιεῖ, διὰ τὸ μὴ ἐν ὥρῃ ἤρξασθαι, ἀλλὰ ἀνωμάλως γίνεσθαι. διόπερ καὶ αἱ ὧραι ἄκριτοι καὶ ἀκατάστατοι γίνονται, ὥσπερ καὶ αἱ νοῦσοι,[17] ἐὰν προεκρηγνύωνται, ἢ προεκκρίνωνται, ἢ ἐγκαταλείπωνται. φιλυπόστροφοι γὰρ καὶ αἱ ὧραι γίνονται, ὥσπερ αἱ τοιαῦται νοῦσοι ποιέουσι. προσλογιστέον οὖν, ὁκοίως ἂν ἔχοντα τὰ σώματα, αἱ ὧραι παραλαμβάνωσι.[18] νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοί, νωθροί, διαλυτικοί, ὅταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιουτότροπα ἐν τῇσι νούσοισι πάσχουσι. ἕλκεα μαδαρὰ, μάλιστα στόμα, αἰδοῖον, καὶ τὰ ἄλλα. ἢν δὲ βόρειον, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληρότεραι, δυσουρίαι, φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων, ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα προσδέχεσθαι μᾶλλον τὰ νουσήματα.[19] ἢν μᾶλλον πλεονάζῃ, αὐχμοῖσιν οἱ πυρετοὶ ἕπονται. καὶ ὄμβροισιν ἐξ ὁκοίων ἂν οἱ πλεονασμοὶ μεταπέσωσι. καὶ ὅκως ἂν ἔχοντα τὰ σώματα παραλάβωσιν ἐκ τῆς ἑτέρης ὥρης. καὶ ὁκοίου τινὸς οὖν χυμοῦ δυναστεύοντος ἐν τῷ σώματι. ἀτὰρ ἀνυδρίαι νότιαι, βόρειαι. διαφέρει γὰρ καὶ τ' ἄλλα οὕτω. μέγα γὰρ καὶ τοῦτο. ἄλλος γὰρ ἐν ἄλλῃ ὥρῃ καὶ χώρῃ μέγας. οἷον τὸ θέρος χολοποιὸν, ἦρ ἔναιμον, τ' ἄλλα ὡς ἕκαστα.[20] αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τίκτουσι νουσήματα. καὶ αἱ μέγισται μάλιστα, καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ, καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισι. τὰ δὲ ἐκ προσαγωγῆς γίνεται. αἱ ὧραι αὗται ἀσφαλέσταται, ὥσπερ καὶ δίαιται, καὶ ψῦχος καὶ θάλπος μάλιστα ἐκ προσαγωγῆς. καὶ ἡλικίαι οὕτω μεταβαλλόμεναι. φύσιες δὲ ὡς πρὸς τὰς

ὥρας

ὥρας. αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ, πρὸς χειμῶνα εὖ καὶ κακῶς πεφύκασιν. αἱ δὲ πρὸς χώρας. καὶ ἡλικίας. καὶ διαίτας. [61] καὶ τὰς ἄλλας καταστάσιας τῶν νούσων, ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ καὶ κακῶς πεφύκασι. καὶ ἡλικίαι πρὸς ὥρας, καὶ χώρας, καὶ διαίτας, [62] καὶ πρὸς καταστάσιας νούσων. καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσι, δίαιται, καὶ σιτία, καὶ ποτὰ, οἷα ὅτι ὁ μὲν χειμὼν, ἀργὸς ἔργων, καὶ πέπονα τὰ εἰσιόντα καὶ ἁπλᾶ. μέγα γὰρ καὶ τοῦτο. αἱ ὀπῶραι δὲ, ἐργάσιμοι, ἡλιώσιες, τὰ πινόμενα πυκνὰ, ἀκατάστατα σιτία, οἶνοι, ἀκρόδρυα. ὥσπερ δὲ ἐκ τῶν ὡρέων τὰς νούσους ἔστι τεκμαίρεσθαι, ἔστι ποτὲ καὶ ἐκ τῶν νούσων, [63] ὕδατα, καὶ ἀνέμους, καὶ αὐχμοὺς προγινώσκειν. οἷον βόρεια, νότια. ἔστι γὰρ εὖ μαθόντι καὶ ὀρθῶς ὅθεν σκεπτέα. οἷον καὶ λέπραι τινὲς, καὶ περὶ τὰ ἄρθρα πόνοι, ὕδατα ὁπόταν μέλλει, κνησμώδεες εἰσὶ καὶ ἄλλα τοιαῦτα. καὶ τῶν ὑσμάτων εἴτε ἢ διὰ τρίτης, ἢ ἑκάστης, ἢ ἄλλῃ περιόδῳ ἄλλων. καὶ τὰ συνεχέα. καὶ ἄνεμοι οἱ μὲν, πολυήμεροι πνέουσι, καὶ ἀντιπνέουσιν ἀλλήλοισιν· ἄλλοι δὲ, διὰ βραχυτέρων. οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ, κατὰ περίοδον. ταῦτ' ἔχει τινὰς καταστάσεων, ὁμοιότητας. ἐπὶ βραχύτερον δὲ τὰ τοιαῦτα. [64] ἢν μὲν ἐπὶ πλέον τὸ ἔτος τοιοῦτο ἐὸν οἵην κατάστασιν ἐποίησεν, ἐπὶ πλεῖον καὶ τὰ νουσήματα τοιαῦτα. καὶ ἢν μᾶλλον ἰσχυρότερα, καὶ μέγιστα νουσήματα οὕτως ἐγίνετο καὶ κοινότατα, καὶ ἐπὶ πλεῖστον χρόνον. ἐκ τῶν πρώτων ὑδάτων, ὅταν ἐξ αὐχμοῦ πολλοῦ μέλλῃ ὕδωρ ἔσεσθαι, ἔστι περὶ ὑδρώπων προειπεῖν. καὶ ὁκόταν τ' ἄλλα σμικρὰ σημεῖα φανῇ ἐν νηνεμίῃ, ἐν μεταβολῇ. συνακτέον οὖν, ὅσαι μὲν ἐφ' οἵοισιν ὕδασιν ἢ ἀνέμοισιν αἱ νοῦσοι ἐπισημαίνουσι, καὶ ἀκυρέον εἴ τις οἶδεν [65] ὅτι τοιούτου χειμῶνος προγενομένου, τοῖον ἦρ ἢ θέρος ἔσται. τὰ χρώματα οὐχ ὅμοια ἐν τῇσιν ὥρῃσιν, οὐδὲ ἐν βορείοισι καὶ νοτίοισιν, οὐδ' ἐν τῇσιν ἡλικίῃσιν, αὐτὸς πρὸς ἑωυτόν. οὐδ' ἄλλος ἄλλῳ οὐδέν. σκεπτέον δὲ ἐξ ὧν ἴσμεν καὶ παρεόντων καὶ ἀτρεμεόντων, περὶ χροιῶν. καὶ ὅτι αἱ ἡλικίαι τῇσιν ὥρῃσιν ἐμφερέες εἰσὶ καὶ χροιῇ, καὶ τρόπῳ. [66] οἱ αἱμορροΐδας ἔχοντες, οὔτε πλευρίτιδι, οὔτε περιπνευμονίῃ, οὔτε φαγεδαίνῃ, οὔτε δοθιῆσιν, οὔτε τερμίνθοισιν ἁλίσκονται. [67] ἴσως δὲ οὐδὲ λέπρῃσιν. ἴσως δὲ οὐδὲ ἀλφοῖσιν. ἰητρευθέντες γε μὴν ἀκαίρως, [68] συχνοὶ τοῖσι τοιούτοισιν οὐ βραδέως ἥλωσαν. καὶ ὀλέθρια οὕτως. [69] καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀποστάσιες, οἷον σύριγγες ἑτέρων ἄκος. [70] ὅσα πέφυκεν ἐπιφαινόμενα παύειν. ῥύεται τούτων προγενόμενα κωλύματα ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι. [71] οἱ ὑπόπτοι τόποι, ὑποδεχόμενοι πόνῳ, ἢ βάρει, ἢ ἄλλῳ τινὶ, ῥύονται. [72] ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι διὰ τὴν ῥοπὴν, οὐκ ἔτι αἷμα ἔρχεται, ἀλλὰ κατὰ τοῦ χυμοῦ τὴν συγγένειαν τοιαῦτα πτύουσιν. ἔστιν οἷσιν αἷμα ἀφιέναι ἐν καιρῷ, ἐπὶ τοῖσι τοιούτοισιν. ἔστιν ἄλλοισι δὲ ὥσπερ ἐπὶ τούτοισιν, τοῦτ' οὐκ εἰκός. [73] κώλυσις. ἐπὶ τοῖσι δὲ δὴ αἱματώδεα πτύουσιν. ὥρη, πλευρῖτις, χολή. [74] τὰ παθήματα δὲ οἷσιν αὖ ἀμφὶ κρίσιν γινόμενα, ἢν μὴ ἐκπυήσῃ, τούτου ἀπαλλασσομένου ὑποστροφὴ γίνεται. καὶ κατὰ λόγον τῶν ὑποστροφέων τῆς ὑποστροφῆς κρινόμενα,

anni tempora attinet, aliæ ad æſtatem, aliæ ad hyemem bene aut malè affectæ ſunt, quædá verò ad regiones, & ætates, victus rationẽ, & alias aeris conditiones. Morbi alij ad alia anni tempora bene vel malè ſe habent, ætates quoq; ad tempora, & regiones, & victus genera, & morborũ conſtitutiones. Atq; in anni temporibus, victus genera, cibi & potiones quales ſint videndũ, quod hyems quidem ab operibus ceſſans, quæ ingeruntur cocta & ſimilia poſtulat. Id enim permagni etiam refert. Autumnus autẽ laboribus ditatus eſt, inſolatus habet, crebros potus, cibos inſtabiles, vina & arboreos fructus. Ac quemadmodum ex anni temporibus de morbis coniecturam facere licet, ita quandoq; ex morbis aquas, ventos, & ſiccitates cognoſcere licet, velut aquilonales & auſtrinos ſtatus. Hoc enim ei erit integrum, qui probè & rectè nouerit, vnde hæc ſpectanda ſint. Velut etiam lepræ quædam, & circa articulos dolores. Vbi aquæ futuræ ſunt, prurituͫ excitant, aliaq; eiuſcemodi. Et quæ pluuiæ aut tertio quoq; die, aut ſingulis diebus, aut per alios circuitus, aut continenter contingunt. Et venti quidam per multos dies, & inter ſe aduerſi ſpirant, aliiq; per pauciores dies, iidemq; per circuitum. Atque hæc ſimilitudines habent cum temporum conſtitutionibus, eiuſmodi tamen breuiores. Quod ſi annus magna ex parte talis eſſe pergat, eiuſmodi quoque morbi magna ex parte erunt, & quo magis inualuerint, ſic quoq; maximi morbi maximéq; communes erunt, & longiſſimo tempore perdurabunt. Ex primis aquis, cum poſt multam ſiccitatem aqua futura eſt, licet aquam inter cutem prædicere, & cùm alia parua ſigna in ventorum ceſſatione & aeris mutatione apparuerint. Colligendum igitur qui quidẽ morbi, qualibus aquis aut ventis de ſe ſignificationẽ præbeát, neq; negligendus eſt, qui cuiuſmodi hyems præceſſerit, tale ver aut æſtatem fore nouerit. Colores neq; in anni temporibus, neq; in aquilonibus, neque in auſtralibus conſtitutionibus ſimiles ſunt, neque in ætatibus, neq; cùm ſibi quiſpiam, neq; cùm alter ad alterum confertur. Spectandi autem colores ſunt ex his quæ præſentia & quieſcẽtia eſſe nouimus, quodq; ætates anni temporibus, & colore, & modo, ſimiles ſunt. Qui ſanguinẽ per ora venarũ quæ in ano ſunt profundere ſolent, ij neq; lateris dolore, neque pulmonis inflammatione, neq; vlcere exedẽte (phagedænam vocant) neq; furunculis corripiuntur, neque tuberculis, quę à ciceris ſimilitudine therminthi dicuntur, ac fortè ne lepra quidẽ; fortaſſis verò, neq; vitiliginibus. Intempeſtiuè tamen curati multi, non ita multò poſt huiuſmodi morbis correpti ſunt, neq; ita pernicioſè habuerunt. Quod in reliquis abſceſſibus cõtingit, velut fiſtulis quæ aliorum medela ſunt, Quæ ſedare ſolent, cum poſtea apparent, ea ſi prius fiant, impedimenta, ab iis liberát. Cum aliis communionem habent ſuſpecta ad excipiendum loca, aut ob dolorem, aut ob grauitatem, aut ob aliud quippiam, & liberant. Quæ cum aliis communionem habent, iis ob inclinationem non amplius ſanguis prodit, ſed iuxta humoris cognationem talia expuunt. Interdum in talibus tempeſtiuè ſanguis mitti poteſt, in aliis verò, perinde atque his minimè conſentaneum. Impedimento eſt iis qui cruenta expuunt, anni tempus, lateris dolor, bilis. Quibus ſub iudicationis tempus, iuxta aures exorta tubercula minimè ſuppurarint, iis ſubſidentibus, morbi reuerſionem fieri contingit. Factaque pro recidiuarum ratione iudicatione,

ruſſus attolluntur & permanent, non ſecus ac febriũ reuerſiones, eodem circuitu. In his aliquid ad articulos abſcedere poſſe ſperandum eſt. Vrina craſſa, alba, qualis Archigenis puero aderat, in febribus cum laſſitudinis ſenſu quarto die interdum prodit, abſceſſuque liberat, idque ſi præter hæc ſanguis è naribus abundè & copioſè profluat. Qui articulari morbo dotentus, inteſtini dolore dextra parte vexabatur, quietior erat, hoc autem curato, magis dolebat.

αὖτις αἴρεται καὶ παραμένει, ὥσπερ αἱ τῶν πυρετῶν ὑποστροφαί, ἐν ὁμοίῃ περιόδῳ. ἐπὶ τούτοισιν ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι. οὖρον παχὺ, λευκὸν, οἷον τὸ τοῦ Ἀρχιγένεος. ἐπὶ τοῖσι κοπιώδεσι τεταρταίοισιν ἔστιν ὅτε ἔρχεται, καὶ ῥύεται τῆς ἀποστάσιος. ἢν δὲ πρὸς τοῦτο καὶ αἱμορραγήσῃ, ἀπὸ ῥινῶν ἰσχυρῶς[71] καὶ πάνυ. καὶ[76] ᾧ τὸ ἔντερον ἐπὶ δεξιὰ ἀρθριτικῷ πάθει ἐγένετο, ἀπονώτερος. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἰητρεύθη, ἐπιπονώτερος.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ Κρισίων.

HIPPOCRATIS DE IVDICATIONIBVS, LIBER.

IVDICATIONVM quæ breui meliorem fore ſtatum portendunt, eadem ferè quæ ſanitatis ſigna ſunt. Sudores enim optimi & citiſſimè febrem ſedare cenſentur, qui decernentibus diebus contingunt, & febrẽ ex toto finiunt. Boni etiam æſtimandi, qui ex toto corpore proueniunt, & leuiorem morbum reddũt. Qui verò horum nihil præſtant, inutiles ſi cõtingant. Morbo autem ad iudicationem tendente, deiectionẽ craſſiorem reddi oportet, ſubfulua vero nec admodũ graueolens eſto. Lumbricos etiam ſub iudicationem exire commodum eſt. Vrina optima eſt quæ per totum morbi tempus, quoad iudicationem ſubierit, albiſſimum læue & æquale habet ſedimentum. Securum enim ac breuem fore morbum indicat. Si ſuborto ſudore morbus ceſſet, & vrina fulua cũ ſedimẽto albo conſpiciatur, iis eodem die febris reuertitur, quæ quinto die ſine periculo iudicatur. Qui pauciſſimo tempore ſani futuri ſunt, iis in totum maxima ſigna contingunt. Ij enim citra dolorem & periculum perſeuerant, noctu dormiunt, cæteraq; ſecuritatis ſigna præ ſe ferunt. Quibus in febre minimè lethali, capitis dolor eſt, aliaque ſigna circumſiſtunt, in his bilis ſuperat. Qui primis diebus dolore vexati, quarto & quinto die magis vrgentur, hi ſub ſeptimum diem febre liberãtur. Febrium verò iudicationes iiſdem numero diebus contingunt, quibus homines moriũtur, & quibus ſuperſtites euadunt. Leuiſſimæ enim febres & cum ſecuriſſimis ſignis, quarto die aut prius finiũt. Maximè verò lethales, & quæ cum periculoſiſſimis ſignis contingunt, quarto die aut prius interficiunt. Primus igitur earum impetus ſic finitur, alter ad ſeptimum deducit, tertius ad vndecimum, quartus ad decimumquartum, quintus ad decimum ſeptimum, ſextus ad vigeſimum. Hæ igitur in acutiſſimis morbis acceſſiones per quatuor fiunt, & ad viginti dies producuntur. Fieri verò non poteſt vt horum quicquam integris exactè diebus numeretur. Neque enim anni, neque menſes integris diebus conſtare ſolent. In febribus ardentibus bona ſigna, ſi qualia in ſanis ſcripta ſunt exiſtant, minora quidem tertio die remiſſionem fore indicant, craſſiora verò in craſtinum omnino, ſed craſſa eodem die. Febribus ardentibus ſi poſt ſeptimum diem morbus regius ſuccedat, ſudoris indicium eſt. Neque enim exudare morbus, neque alias vſquam abſceſſum facere conſueuit, ſed ſaneſcit. Cùm calor diſceſſerit & humiditatem ad ſe attraxerit, febri iudicationem fieri neceſſe eſt,

ΠΕΡΙ κρισίων ξυντόμως ἐπὶ τὸ ἄμεινον, τὰ μὲν πλεῖστα ταῦτ' ἐστὶν, ἅπερ ὑγιείης σημεῖα. ἱδρῶτες γὰρ ἄριστοί εἰσιν, καὶ τάχιστα πυρετὸν παύοντες, οἱ ἐν τῇσι κρισίμῃσιν ἡμέρῃσιν γινόμενοι, καὶ τελέως τὸν πυρετὸν ἀπαλλάσσοντες. ἀγαθοὶ δὲ καὶ ὅσοι, διὰ παντὸς τοῦ σώματος γινόμενοι, ἀπονεστέρως τὸ νόσημα φέρειν ποιέουσιν. οἱ δὲ ἂν τουτέων τι μὴ ἐργάσωνται, οὐ λυσιτελέουσι γινόμενοι. παχύνεσθαι δὲ χρὴ τὸ διαχώρημα, πρὸς τὴν κρίσιν ἰούσης τῆς νούσου. ἔστω δὲ τὸ ὑπόπυρρον, καὶ μὴ σφόδρα δυσῶδες. ἐπιτήδειον δὲ καὶ ἕλμινθας ἐξιέναι πρὸς τὴν κρίσιν. οὖρον δὲ ἄριστόν ἐστιν, ὃ ἂν ἔχῃ λευκότατον ὑπόστημα καὶ λεῖον καὶ ὁμαλὸν παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἕως ἂν κριθῇ τὸ νόσημα. σημαίνει γὰρ ἀσφαλέα καὶ ὀλιγοχρονίην τὴν νοῦσον ἔσεσθαι. ἢν ἱδρῶτος ἐγγινομένου ἡ νοῦσος ἐκλίπῃ, καὶ τὸ οὖρον πυρρὸν θεωρηθῇ λευκὴν ὑπόστασιν ἔχον, τουτέοισιν αὐθημερὸν ὑποστροφὴ τοῦ πυρετοῦ γίνεται, οὗτος καὶ ἐν πέντε ἀκινδύνως κρίνεται. τοῖσιν ἐν ταχίστῳ χρόνῳ μέλλουσιν ὑγιάζεσθαι μέγιστα σημεῖα ἅπαντα γίνεται. ἀπονώτεροι γὰρ διατελοῦσι, καὶ ἀκίνδυνοι, καὶ τὰς νύκτας κοιμῶνται, καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα προσφέρουσιν ἀσφαλέα. οἷς ἐν πυρετῷ μὴ θανατώδει, κεφαλῆς ἄλγημα καὶ τὰ ἄλλα παρέστηκε σημεῖα, χολὴ τουτέων κρατεῖ. οἷς ἂν ἄρξηται ὁ πόνος τῇσι πρώτῃσιν ἡμέρῃσιν, τεταρταῖοι τε μᾶλλον, καὶ πεμπταῖοι πιέζονται. ἐς δὲ τὴν ἑβδόμην, ἀπαλλάσσονται τοῦ πυρετοῦ. οἱ δὲ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσιν αὐτῇσιν ἡμέρῃσιν τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ὧν ἀπόλλυνταί οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐξ ὧν περιγίνονται. οἵ τε γὰρ εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν, καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων, τεταρταῖοι παύονται, ἢ πρόσθεν. οἵ τε φονικώτατοι καὶ ἐπὶ σημείων δεινοτάτων γινόμενοι, τεταρταῖοι κτείνουσι, ἢ πρόσθεν. ἡ μὲν οὖν πρώτη ἔφοδος οὕτως τελευτᾷ. ἡ δὲ ἑτέρη, ἐς ἑπτὰ περιάγει. ἡ δὲ τρίτη, ἐς τὴν ἑνδεκάτην. ἡ δὲ τετάρτη, ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην. ἡ δὲ πέμπτη, ἐς τὴν ἑπτακαιδεκάτην. ἡ δὲ ἕκτη, ἐς τὴν εἰκοστήν. αὗται μὲν οὖν ἐπὶ τῶν ὀξυτάτων διὰ τεσσάρων ἐς τὰς εἴκοσι προσθέσιες. οὐ δύναται δὲ ὅλαις ἡμέραις οὐδὲν τουτέων ἀριθμεῖσθαι ἀτρεκέως. οὐδὲ γὰρ οἱ ἐνιαυτοί τε καὶ μῆνες ὅλαις ἡμέραις πεφύκασιν, οὐδὲ ξυνεστήκασιν. ἐν τοῖσι καύσοισι τὰ ἀγαθὰ σημεῖα γινόμενα, οἷα ἐν τοῖσιν ὑγιαίνουσι γέγραπται. μείονα μὲν ἐόντα, ἐς τρίτην ἄνεσιν δηλοῖ. παχύτερα δὲ αὔριον πάνυ, παχέα δὲ αὐθημερόν. ἐν τοῖσι καύσοισιν ἢν ἑβδομαίοισιν ὕστερον ἐπιλήψεται ἴκτερος δῆλον ἱδρῶτος, τὸ γὰρ νόσημα οὐ φιλέει ἐξιδροῦν, οὐδὲ ἄλλῃ ἀφίστασθαι οὐδαμῇ, ἀλλὰ ὑγιὲς γίνεται. ἀνάγκη τοῦ θερμοῦ ἀπιόντος ἐφ' ἑωυτὸ τὸ ὑγρὸν ἑλκύσαντος, τοῦ πυρετοῦ κρίσιν γίνεσθαι.

καὶ τα

καὶ τὰ οὖρα τὰ ἀποχωρέοντα ἢ καὶ τὰ διαχωρήματα τὰ κοιλίης, ἢ αἵματος ἐκ τῶν ῥινέων ῥύσιν, ἢ οὔρησιν πολλὴν, ἢ διὰ ὑγρασίην ἰσχυρὴν, ἱδρῶτα ἢ ἔμετον. γυναιξὶ δὲ καὶ ἐπιμηνίων ὁδόν. μάλιστα μὲν οὖν, ταῦτα ποιέει κρίσιν, ἢ ὅ, τι ἂν τούτων ἐγγὺς ᾖ. ποιέει δὲ καὶ ἑτέρας κρίσιας, ἧσσον μὲν τούτων. ἴκτερος δὲ ἢν ἑβδομαίῳ ἐπιγένηται, ἢ ὕστερον ἐν καύσῳ καὶ δυσφορία, πάλιν πολλὴ ἀποχώρησις, ἔν τε τοῖς καυσώδεσι πυρετοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις, ἢν μηδενὸς τούτων τῶν σημείων γινομένων, ἀφίῃ ὁ πυρετὸς, ἀνάγκη τὰς τοιάσδε κρίσιας ἀντὶ τουτέων γενέσθαι. ἢ φυμάτων μεγάλων ἀπόστασιν. ἢ ὀδύνας ἰσχυρὰς ἀπὸ τῆς ἀποστάσιος ἢ τηκεδόνας τῶν ὑγρῶν ἐκ τοῦ θερμοῦ. κρίσιες δὲ καὶ ἀφέσιες τῶν καῦσον σημαινόντων, μακρότεραι ἢ νοῦσος. τῶν δὲ ἰσχυρῶν, θάνατος ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ. οἱ δὲ λοιποὶ ἀσφαλέες παύονται καῦσοι, ἑβδομαῖοι ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι. φιλέει δὲ καὶ ἐς λιπυρίην μεθίστασθαι. καὶ λαμβάνει μάλιστα τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ ἐς ἠπίαλον τελευτᾷ. καὶ ἡ λιπυρίη τῆς αὐτῆς ἡμέρης, λαμβάνει τε καὶ μεθίησι. γίνεται δὲ καὶ τῆς κεφαλῆς ὀδύνη. ἐὰν δὲ μὴ μεθίῃ αὐτὸν ἡ λιπυρίη ἐν τῇσι τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ἀλλ' αὔξῃ, καὶ ὀδύνη ἔχῃ τὴν κεφαλὴν, καὶ παραληρέῃ, ἐπικαθαίρεσθαι αὐτόν. λήγοντος δὲ καύσου αἱ ἐπιγινόμεναι ἴκτεροι, οὐ φιλέει ἔτι ἱδροῦν, [10] οὐδ' ἄλλη ἐφίστασθαι οὐδαμῇ, ἀλλ' ὑγιὴς γίνεται. [11] τριταῖος κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισιν, ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ. [12] ὁκόσοισιν ἐν ἀφορήτοις πυρετοῖς τῇ ἑβδόμῃ, ἢ τῇ ἐνάτῃ, ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἴκτεροι γίνεται, ἀγαθὸν, ἐὰν μὴ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν γένηται. εἰ δὲ μὴ, ἐνδοιαστόν. [13] τὰ ὀξέα νοσήματα κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσιν ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ. [14] ἱδρῶτες πυρεταίνοντι ἢν γίνωνται τριταίοις καὶ πεμπταίοις, καὶ ἑβδομαίοις, καὶ ἐναταίοις, καὶ ἑνδεκαταίοις, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταίοις, καὶ μιῇ καὶ εἰκοσταίοις, καὶ τριηκοσταίοις, οὗτοι οἱ ἱδρῶτες νούσους κρίνουσιν. οἱ δὲ μὴ οὕτως γινόμενοι, πόνους σημαίνουσιν. αἱ πεπάνσιες τῶν οὔρων κατὰ μικρὸν ἐκπεπαινόμεναι ἐν τοῖς κρισίμοις ἐὰν πεπανθῶσιν, λύουσι τὴν νοῦσον. [15] τὸ διάδημα διὰ τῶν οὔρων τὰ ἕλκεα ποιέεσθαι. τά τε γὰρ ἕλκεα, ἢν μὲν ἀνακαθαίρῃ πύον λευκὸν, ταχείην θεραπείην δηλοῖ. ἐὰν δὲ μεταβάλλῃ ἐς τοὺς ἰχῶρας, κακοήθεα γίνεται. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ οὖρα σημαίνει. ἐὰν ἐκ πόνου λεπτὰ γένηται, ἀπὸ τῆς προφάσιος δεῖ λογίζεσθαι. [16] ἢν τὸ νόσημα παρεχόμενον, καὶ ταύτην ὁρᾷν ἐπιπαύεται, ὡς ταύτης ἐπιλειπομένης, τῶν ἄλλων σημείων ἐπιγινομένων οἵων δεῖ, οὐκ ἔστιν ἀπαλλαγὴν τῇ νούσῳ οἰητέον. ἐὰν ἀλγέῃ ἡ κεφαλὴ, καὶ ἀπὸ τούτου πυρετὸς ἐπιγένηται, τούτου μὴ καταπαύσηται, μηδὲ τῆς ὀδύνης παυομένης, οὐ κρίσιμος ὁ πυρετός. κρίσεως μακρῆς ἔτι ἐπὶ τὸ ἄμεινον, πλεῖστα ταῦτ' ἐστὶ, καὶ ἐπὶ τούτων ἄγει ἐς ὑγιείην ἐόντα. [17] ἐν τοῖσιν ὑποχονδρίοισιν οἰδήματα μαλθακὰ καὶ ἀνώδυνα καὶ ὑπείκοντα ἐπὶ δα-γένης αἰτίου, χρονιωτέρας μὲν τὰς κρίσιας ποιέει. ἧσσον δὲ φοβερὰς τῶν ἐναντίων τοιούτων φυμάτων. ὡσαύτως δὲ ἔχει καὶ τὰ τῶν ἐν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ φυμάτων. οὖρον δὲ ἢν τὸ μὲν οὐρηθὲν, [18] μὴ καθαρὸν ᾖ. τὸ δὲ ὑπόστημα λευκόν τε καὶ λεῖον ἔχῃ, χρονιωτέρη ἡ κρίσις. ἢ καὶ ἧσσον ἀσφαλὴς τοῦ βελτίστου οὔρου. ἢν δέ ποτε ὑπέρυθρον οὖρον καὶ τὸ ὑπόστημα ὑπέρυθρον καὶ λεῖον, πουλυχρονιώτερον μὲν τοῦτο, τοῦ προτέρου. σωτήριον δὲ κάρτα.

& vrinas aut etiam alui egeſtiones procedere, aut ſanguinis ex naribus fluxionem, vel copioſam mictionem, aut ob humiditatem vehementem, ſudorem aut vomitum. Mulieri vero etiam menſium via pateſit. Hæc igitur præcipuè iudicationem faciunt, aut quodcunque ad hæc proximè accedit. Subit autem & alias iudicationes, minùs quidem quàm has. At ſi morbus regius in febre ardente ſeptimo die aut poſtea contingat, ægreq; multum ſputum procedat, tã in ardentibus quàm in aliis febribus, ſi nullis ex his ſignis contingentibus febris dimittat, has iudicationes pro illis fieri neceſſe eſt, aut maiorum tuberculorum abſceſſus contingere, vel dolores vehementes ex abſceſſu, aut humorum ex calore colliquationes. Eorum quę febrem ardentem denunciant, iudicationes & remiſſiones longiorem morbum oſtendunt. Si verò vehementia fuerint, fere mortem afferunt. Reliquæ febres ardentes ſecuræ, ſeptimo aut decimoquarto finiunt. Solet autem in lipyriam tranſire, fereq; quadraginta diebus occupat, & in epialum hoc eſt febrem algidam deſinit. Et lipyria eodem die prehendit & dimittit, capitis etiam dolor oritur. Quod ſi eum lipyria febris per quadraginta dies non dimiſerit, ſed longius deducta fuerit, dolorque caput detinuerit, ac delirauerit, eum purgato. At febre ardente finiente ſi morbus regius ſuccedat, non ſolet amplius ſudare, neq; alibi vſquam abſceſſum facere, ſed ſanus euadit. Tertiana vt plurimum ſeptem circuitibus iudicatur. Quibus in moleſtis febribus ſeptimo, nono, aut decimo quarto die morbi regii oriuntur, bonum eſt, niſi dextra præcordia obduruerint, ſin minùs, res in dubium venit. Acuti morbi intra dies quatuordecim ferè iudicantur. Sudores febricitanti ſi tertio, quinto, ſeptimo, nono, vndecimo, decimo quarto, vigeſimo primo & trigeſimo die contingunt, huiuſmodi ſudores morbos iudicant. Qui verò non ſic contingunt, labores portendunt. Vrinarum concoctiones paulatim matureſcentes, ſi diebus iudicatoriis concoctæ fuerint, morbum ſoluunt. Vrinas cum vlceribus conferre oportet. Vlcera namque, ſi repurgando pus album reiiciant, celerem curationem denunciant, ſed ſi ad ſanioſos humores conuertantur, maligna euadunt. Ad eundem etiam modum vrinæ prænunciant, ſi ex dolore tenues euadunt, occaſionem ex qua morbus adeſt ratione colligere oportet, eamque inſpicere cùm ſedatur. Si enim hæc deficiat, aliáque ſigna qualia oportet accedant, nullam eſſe morbi ſolutionem eſt exiſtimandum. Si capitis dolor adſit, ex quo febris ſuccedat, neque hæc ſedetur, dolore non ceſſante, febris iudicatione non finitur. Plurima ſanè eiuſmodi ſunt iudicationis longæ ad melius tendentis, quæ etiam cernuntur in his quæ ad ſanitatem tendunt. Præcordiorum tumores molles, doloris expertes, & tactui cedentes, longiores quidem, ſed minùs formidandas, quàm his contraria tubercula, iudicationes faciunt. Ad eundem ſe habent modum reliqua ventris tubercula. Ex vrinis ſi partim quidem reddita pura ſit, partim verò ſubſidentiam albam & læuem habeat, longiorem iudicationem, aut minorem quàm optima vrina ſecuritatem portendit. Quod ſi quandoque vrina ſubrubra fuerit, ſubſidentiamque ſubrubram ac læuem habeat, longè quidem diuturniorem quàm prior hæc morbum ſignificat, admodum tamen ſalutarem.

Quibus pedum dolores contingunt, ij citra inflámationem diebus quadraginta deſinunt, in his pleraq; longa iudicatione in melius tendunt. Quæ ad mortẽ inclinant, intra diem & noctẽ iudicantur, quæ debilitatis ſigna ſunt, velut epoto medicamẽto, aluo ſurſum & deorſum exturbata, anxietudine, & aliis id genus. Horum igitur ſigna ſi die ac nocte ſoluuntur, ſatis eſt, alioqui lethalia reputanda ſunt. Sudores peſſimi frigidi quiq; circa ceruicem oboriuntur, hi enim mortem & morborũ longitudinem prænunciant. Alui deiectiones variæ, nigris aliiſq; exitialibus deiectionibus diuturniores quidem, nihilò tamen minus pernicioſæ. Cuiuſmodi ſunt ramentis ſimiles, bilioſæ, cruentæ, porri colorem referentes, nigræ, eæq; interdum ſimul quidem omnes, interdum etiam ſingulæ per ſe deiiciuntur. Vrina quandoq; quidẽ pura reddita, quandoq; vero ſedimentũ album & læue habens. tardiorem minoremq; ſecuritatem quam optima vrina portendit, ſi per multum tempus vrina fulua & tenuis fuerit, periculum eſt ne quoad concocta fuerit æger ſufficere non poſſit. Quod ſi alioqui ſalutaria ſigna fuerint, his abſceſſum fore in locis ſepto tranſuerſo inferioribus expecta. In febribus ſi vrina mutationes habeat, tẽporis longitudinẽ indicat, ægrumq; tũ ad deteriora, tum in alterã partem neceſſario commutari. Si vrinæ primis minimè ſimiles, ſed ex craſſis tenues euadant, & omnino tenues, eæ difficilẽ & minimè certam iudicationẽ faciunt. Sudores frigidi cũ acuta quidẽ febre lethales, cum mitiore verò, morbi longitudinem denunciant. Et quacunque corporis parte calor aut frigus ineſt, ibi morbus eſt, eique celeres in toto corpore mutationes contingunt. Quod ſi corpus perfrigeſcat, aut rurſus incaleſcat, colorq; ſubinde mutetur, iſta morbi longitudinem portendunt. Si febricitanti ſudor ſuccedat, neq; febris deſinat, malo eſt, producitur enim morbus, & humiditatem ſignificat. Febricitanti ſudores frigidi contingentes, febrem longam denunciant. Sano ſudor copioſus immodicè contingens, morbum portendit, æſtate quidem minorem, frigore vero maiorẽ. Quæ eodem concedunt, ſi conſiſtere permiſeris, veluti ramẽta ſubſident, ſi parum, paruus eſt morbus, ſi multum, magnus, his aluum ſubluere confert. Quibus in inferiore per aluum deiectione bilis atræ quid ſubeſt, ſi copioſius, maior eſt morbus, ſi parcius, minor. Si venæ pulſent, & facies bene habita fuerit, præcordia minimè mollia, ſed ſublata, diuturnus morbus ſignificatur, neque ſine conuulſione, aut copioſa ex naribus ſanguinis profuſione, aut vehementi dolore ſoluitur. In manibus etiam palpitationes, admodum longã febrem, aut breuem in peius tendentẽ, iudicationem indicant, prætereaq; plurima quæ ad mortẽ inclinant. His qui breui perituri ſunt, maxima ſigna per initia contingunt. Nam & difficilẽ habent ſpirationẽ, neque noctu dormiunt, & periculi plena ſigna oſtentant. In febre continente, qui quarto & ſeptimo die laborat, neque vndecima die iudicationem ſubierit, is plerumq; pernicioſe habet. Qui diſtentione (tetanos dicitur) corripiuntur, intra quatuor dies pereunt, quos ſi effugerint, conualeſcunt. In febribus ardentibus, ſi morbus regius & ſingultus quinto die contingat, lethalis eſt. Morborum reuerſionibus tentantur, quibus citra febrem vehementes vigiliæ,

[19] ὁκόσα δὲ ποδαγρικὰ νοσήματα γίνεται, ταῦτα ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀφλεγμάντως καθίσταται. κρίσιος μακρῆς ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἐπιτείνει τὰ πλεῖστα ἐστίν. ἃ δ' ἐς θάνατον ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ κρίνεται. ἃ δ' ἀσθενείης σημεῖα, οἷον φαρμακοποσίης, κοιλίης ἐκταράξιος καὶ ἄνω καὶ κάτω, ἄσης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιουτέων. ἢν μὲν οὖν ἀπαλλάσσηται τούτων τὰ σημεῖα ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτί. εἰ δὲ μή, θανατώδη νομίζειν εἶναι. [20] τῶν ἱδρώτων κάκιστοί εἰσιν, οἱ ψυχροί τε, καὶ περὶ τὸν αὐχένα γινόμενοι, οὗτοι γὰρ θανάτους, καὶ μήκεις νούσων προσημαίνουσι. τὰ ποικίλα ὑποχωρήματα, χρονιώτερα μὲν τῶν μελάνων, καὶ τῶν ἄλλων θανασίμων ὑποχωρημάτων. οὐδὲν δὲ ἧσσον, ὀλέθρια. ἐστὶ δὲ τοιάδε, ξυσματώδεα, χολώδεα, αἱματώδεα, πρασώδεα, μέλανα, καὶ τοτὲ μὲν ὁμοῦ, πάντα διαχωρέει. τοτὲ δὲ κατὰ μέρος ἕκαστον. [21] οὖρον δὲ ἐὰν τοτὲ μὲν καθαρὸν οὐρηθῇ. τοτὲ δὲ ὑπόστημα ἔχον λευκόν τε καὶ λεῖον, χρονιώτερα καὶ ἧσσον ἀσφαλ[illegible] ἐστί, οὐ βελτίστου οὔρου. ἐὰν πυρρὸν, καὶ λεπτὸν ᾖ τὸ οὖρον πολλὸν χρόνον, κίνδυνος μὴ οὐ δύνηται διαρκέσαι ὁ ἄνθρωπος, ἕως ἂν πεπανθῇ τὸ οὖρον, καὶ ἢν ἄλλως περιεσομένου σημεῖα ᾖ, προσδέχου τούτοις ἀπόστασιν προσεσομένην ἐς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία. [22] ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἐὰν μεταβολὰς ἔχῃ τὸ οὖρον, χρόνον τε σημαίνει, καὶ ἀνάγκη τῷ ἀσθενέοντι μεταβάλλειν καὶ ἐπὶ τὰ χείρω, καὶ ἐπιθάτερα. ἢν δ' ἀρχόμενα οὖρα μὴ ὅμοια ᾖ, ἀλλὰ γίνηται παχέα ἐκ λεπτῶν, καὶ παντελῶς λεπτὰ, δύσκριτα καὶ ἀβέβαια τὰ τοιαῦτα. [23] ψυχροὶ ἱδρῶτες ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ, θανάσιμοι, ξὺν δὲ πρηϋτέρῳ, μῆκος σημαίνουσι τῆς νούσου. καὶ ὅκου τοῦ σώματος θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ὅπου τοῦτο ἔνι, ἐνταῦθα ἡ νοῦσος. [24] καὶ τοῖσιν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, μεταβολαὶ ὀξεῖαι γίνονται. καὶ ἢν τὸ σῶμα ψύχηται, ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ τὸ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου μεταβάλληται μῆκος νούσου σημαίνουσι. [25] κἢν πυρέσσοντι, ἱδρὼς ἐπιγίνηται μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κακόν. μηκύνει γὰρ ἡ νοῦσος, καὶ ὑγρασίην σημαίνει. πυρέσσοντι ψυχροὶ ἱδρῶτες ἐπιγινόμενοι, μακρὸν τὸν πυρετὸν σημαίνουσι. ἱδρὼς πουλὺς ἀκρίτως γινόμενος [26] ὑγιαίνοντι νόσον σημαίνει. θέρεος μὲν μείω. χειμῶνος δὲ πλείω. [27] ἐς τὸ αὐτὸ χωρέοντα, ἐὰν ἐάσῃς ξυστῆναι, ὑφίσταται ὁκοῖον ξύσματα. ἢν ὀλίγα, ὀλίγη ἡ νοῦσος. ἢν πολλὰ, πολλή. τουτέοισι ξυμφέρει τὴν κοιλίην ἐπικλύζειν. [28] ὁκόσοισι δὲ ἐν τῇ κάτω ὑποχωρήσει χολῆς μελαίνης ὕπεστιν, ἢν πλεῖον, πλείων ἡ νοῦσος. ἢν ἐλάσσων, ἐλάσσων. [29] ἐὰν αἱ φλέβες σφύζωσι, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρρωμένον ᾖ, καὶ τὰ ὑποχόνδρια μὴ λαπαρὰ, ἀλλὰ ἐπηρμένα, χρονίη ἡ νοῦσος, καὶ ἄνευ σπασμοῦ οὐ λύεται, ἢ αἵματος πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινέων ῥύσιος, ἢ ὀδύνης ἰσχυρῆς. καὶ οἱ παλμοὶ ἐν τῇσι χερσὶν πουλυχρονίου πυρετοῦ σημεῖον, ἢ κρίσιος ξυντόμου ἐπὶ τὸ κάκιον. καὶ ἐπὶ τούτων τὰ πλεῖστα ἀπ' ἐς θάνατον. τοῖσιν ἐλαχίστῳ χρόνῳ μέλλουσιν ἀπόλλυσθαι, μέγιστα σημεῖα ἀπ' ἀρχῆς γίνεται. δυσπνοέοντες γάρ εἰσι, καὶ οὐ κοιμέονται τὰς νύκτας, καὶ τὰ σημεῖα προσφαίνουσι ἐπικίνδυνα. ξυνεχέος δὲ πυρετοῦ ἐὰν τεταρταῖος πονέηται καὶ ἑβδομαῖος, καὶ μὴ κριθῇ ἑνδεκαταῖος, ὀλέθριος ὡς τὰ πολλά. [30] ὅσοι ὑπὸ τετάνου ἁλίσκονται, ἐν τῇσι τέσσαρσιν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται. ἢν δὲ ταύτας ἀποφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται. ἐν τοῖσι καύσοισιν ἐὰν ἐπιγίνηται ἴκτερος καὶ λύγξ πεμπταίῳ ἐόντι, θανατώδης. ὑποστροφαὶ λαμβάνονται. οἷς ἂν ἀπυρέτοισιν γιγνομένοισιν, ἀγρυπνίαι ἐρρωμέναι προσγίνονται,

ἢ ὕπνοι

ἢ ὕπνοι ταραχώδεες, ἢ ῥώμη τοῦ σώματος, ἢ ἀλγήματα ἑνὸς ἑκάστου τῶν μελέων. καὶ ὅσοις αἱ (4) πυρετοὶ παύσονται, [31] μήτε σημείων γινομένων λυτηρίων, μήτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι. καὶ ἐὰν ἐκλελοιπότος τοῦ πυρετοῦ καὶ ἱδρῶτος ἐπιγινομένου πυῤῥὸν οὖρον οὐρήσῃ, λευκὴν ὑπόστασιν ἔχον, προσδέχου τούτοις ὑποστροφὴν πυρετοῦ αὐθημερόν. [32] αὗται δὲ καὶ ὑποστροφαὶ, πεμπταῖαι κρίνονται ἀκίνδυνοι. καὶ ἢν κρίσιος ἐκγινομένης οὖρον ἐρυθρὸν οὐρήσει ὑπόστασιν ἔχον ἐρυθρὴν, καὶ τουτέοις ὑποστροφὴ γίνεται τοῦ πυρετοῦ αὐθημερόν, καὶ ὀλίγοι ἐκ ταύτης σώζονται. ὅταν ὑποστρέφῃ ὁ καῦσος, τὰ πολλὰ καὶ ἐξιδροῖ. [33] καὶ ἢν ἡμέρας λάβῃ ὑποστρέψας ὅσας τὸ πρότερον, ὑποτροπιάζει δὲ καὶ τοῖς πυρετοῖς ἢν μὴ περισσῇ ἡμέρῃ ἀφῇ ὑποτροπιάζεται τὰ πολλὰ ἐὰν ἀπέπτων ἐόντων τῶν οὔρων, καὶ τῶν ἄλλων σημείων μὴ κατὰ λόγον ἐόντων. [34] ἡ νοῦσος κρισίμῃ ἡμέρῃ ὑποτροπιάζει. [35] ὅταν δὲ ὑποστρέφει ἐν κρισίμῃ ἡμέρῃ τουτέων καταλειπομένων τοιούτων. [36] τὰ παρ' οὖς εἰς ἀμφὶ κρίσιν γινόμενα μὴ ἐκπυήσῃ, τουτέων ἀπαλλασσομένων, ὑποστροφὴ γίνεται κατὰ λόγον τῶν ὑποστροφῶν, ὁμοία περιόδῳ ἐπὶ τουτέοις ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι. [37] ἢν οὖρον παχὺ, οἷον τὸ λευκὸν, ἐπὶ τοῖς κοπιώδεσι τεταρταίοισι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος. ἐνίοις δὲ τουτέων, καὶ αἱμοῤῥαγίαι γίνονται ἐκ τῶν ῥινέων, [38] ἥτις τεταρταῖος, οὐ λύουσι. καὶ τοῖς πύα ἀποχωρέοντα ὑγιάζειν νούσοις. [39] τοῖς μελαγχολικοῖς καὶ φρενιτικοῖς ἐχομένοις, αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγινόμεναι ἀγαθόν. [40] ὅσοι μαίνονται, ἢ αὐτόματοι ἀπαλλασσόμενοι ἐκ τῆς νούσου, τουτέοις τὴν μανίην, ὀδύνη ἐς τοὺς πόδας εἰσελθοῦσα, ἢ ἐς στῆθος, ἢ βὴξ ἰσχυρὴ γινομένη λύει. ἐὰν τουτέων μηδὲν γίνηται λυομένης τῆς μανίης, στέρησις τοῦ ὀφθαλμοῦ γίνεται. [41] ὁκόσοι ἐν τῇ γλώσσῃ παφλάζουσι τῶν χειλέων μὴ κρατέοντες, ἐὰν ταῦτα παύσηται, ἔμπυοι γίνονται. [42] ἡ ὀδύνη ἰσχυρὴ ἐν τοῖς κάτω χωρίοις λύει. ἢ κωφότης. ἢ αἷμα πολὺ ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυέν. [43] ἡ μανίη τοῦ μεγάλου νοσήματος, ἐν ἔθει γινομένου λύσις. [44] ὅσοις ἐν τοῖσι καύσοισιν ἰσχίων ὀδύνη. ὀφθαλμῶν διαστροφὴ, ἢ τύφλωσις. ἢ ὀρχίων οἰδήσεις. ἢ τιτθῶν ἄρσις. καῦσον λύει ἢ καὶ αἵματος ἐκ ῥινῶν ῥύσις. ἐν καύσῳ ἐὰν ἐπιλάβῃ ῥῖγος, φιλεῖ ἐξιδροῦν. [45] ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ, ῥίγεος ἐπιγινομένου λύσις. [46] ὅσοις ἐν τοῖσι καύσοισι τρόμοι ἐγγίνονται, παρακοπὴ λύει. [47] ὅσοις αἱ ἐν τοῖς πυρετοῖς τὰ ὦτα κωφωθῇ τουτέοισι μὴ λυθέντος τοῦ πυρετοῦ, μανῆναι ἀνάγκη. λύει δὲ ἐκ τῶν ῥινῶν αἷμα ῥυὲν, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα χολώδεα. ἢ δυσεντερίη ἐπιγινομένη ἢ ὀδύνη ἰσχίων, ἢ γονάτων. ὅσοισι πυρετοῖσι ῥῖγος ἐπιγίνηται, ὁ πυρετὸς λύεται. [48] ὅσοισιν ὀδύναι γίνονται ἐξαπίνης, τὸ ὑποχόνδριον ἀπήρτηται ἄνω. καὶ ἐὰν περὶ τὴν νόθον πλευρὴν περισκελέες αἱ ὀδύναι γίνονται τουτέοισι λύσις φλεβοτομίη, καὶ κάθαρσις κάτω. οὐ γὰρ λαμβάνει πυρετὸς ἰσχυρὸς ἀδύνατα τόπων τῶν χωρίων. [49] ὑπὸ ὑδρώπος ἐχομένων κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κύστιν ἢ κοιλίην ὑδατώδεος ῥυέντος, λύσις. [50] ἢν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγίνηται ἰσχυρὴ, λύσις. [51] ὅσοι ὑπὸ διαῤῥοίης πολὺν χρόνον λαμβάνονται ξὺν βηχὶ, οὐκ ἀπαλλάσσονται, ἐὰν μὴ ὀδύναι ἰσχυραὶ ἐν τοῖς ποσὶν ἐμπίπτωσι.

aut turbulenti ſomni adueniūt, aut corporis robur ſoluitur, aut ſingulorum membrorum dolores adſunt, & quibus febres, non accedentibus ſolutionis ſignis, neque diebus iudicatoriis quieſcunt. Quòd ſi deficiēte febre & accedente ſudore, vrinam fuluam albam ſubſidentiam continentem reddiderint, his eodem die febris reuerſionem ſperato. Eiuſmodi verò reuerſiones quinto die citra periculum iudicantur. At ſi iudicatione facta, vrina rubra ſubſidentiam rubram continens reddita fuerit, his quoque febris reuerſio eodem die cōtingit, ex eaq; pauci ſeruantur. Febris ardens cùm reuerſionem facit, plærunq; etiam ſudorem profundit, præſertim ſi poſt reuerſionem tot diebus quot priùs detineat. Tertiò etiam febris reuertitur, niſi poſt reuerſionē die impari dimiſerit, & plærunq; ſi non coctæ fuerint vrinæ, neq; alia ſigna ſecundum rationem proceſſerint, morbus iudicatorio die reuertitur, interdum verò his eiuſmodi relictis etiam die iudicatorio reuerſionem facit. Quib. iudicationis tempore exorta ad aures tubercula non ſuppurantur, his ſolutis morbi reuerſio pro recidiuarum ratione ſimili circuitu contingit. In his ad articulos aliquid abſcedere poſſe ſperandū eſt. Si vrina craſſa fuerit, qualis alba in morbis cum laſſitudinis ſenſu quarto die accidit, ab abſceſſu liberat, horum verò quibuſdam etiam ſanguinis ex naribus profluuia contingunt, quæ quarto die minimè liberant, neque morbos quos pus prodiens ſanat. Atra bile vexatis & phrenitide detentis, ſanguinis profluuium per ora venarum quæ in ano ſunt, bonum eſt. Qui inſania corripiuntur, aut per ſe à morbis liberantur, iis dolor ad pedes aut pectus ſubiens, aut vehemens tuſſis oborta, inſaniam ſoluit. Quòd ſi ſoluta inſania nihil ex his accidit, cæcitas ſequitur. Qui inter loquendum hæſitant ac balbutiunt, vt nec labris moderari queant, ſi hæc ceſſent, purulenti euadunt. Vehementem in locis inferioribus dolorem, ſurditas ſoluit, aut copioſus ex naribus ſanguis profluens. Inſania magnum morbum inuadendi conſuetudine iam familiarem ſoluit. Quibus in febribus ardentibus coxendicum dolor eſt, oculorum peruerſio aut cæcitas, aut teſtium tumores, aut mammarum eleuatio, hæc febrem ardentem ſoluunt, aut etiam ſanguinis ex naribus profluuium. In febre ardente ſi rigor corripiat, ſudorem euocare ſolet. In febre ardente detento, rigore ſuccedente ſolutio contingit. Tremores in febribus delirium ſoluit. Quibus in febribus aures obſurduerunt, his niſi febris ſoluatur, furorem contingere neceſſe eſt. Soluit autem ſanguis ex naribus effluens, aut aluus bilioſa effundens, aut inteſtinorum difficultas, aut coxendicum aut genuum dolor ſuccedens. Febribus ſi rigor ſuccedat, febris ſoluitur. Quibus dolores derepente oriuntur, præcordia ſurſum attolluntur, ſi dolores vehementes ad notham coſtam contingant, his venæ ſectio & deorſum purgatio ſolutionem adfert. Neque enim locis inualidis vehemens febris inuadit. In aqua intercute detentis, ſi aquoſus humor per venas in aluum aut veſicam effluat, ſolutio contingit. Si pituita alba detento, vehemens alui profluuium ſuccedat, ſolutio contingit. Qui alui profluuio diutius cum tuſſi detinentur, non liberantur, niſi dolores vehementes ad pedes contigerint,

ſi velit naturæ peruerſio fieri, vbi nullū ampliùs alui profluuiū adfuerit, aut inanis alui egeſtio corripuerit. flatus enim foris exiſtentes ſuperueniūt. Manifeſtum igitur nullum humorē habent, vt proinde quæ ita habēti adhibētur, tuta eſſe noſcas. Si tenuioris inteſtini morbus ſuperueniat, vinū frigidum copioſum, meracū, paulatim propinato, quoad ſomnus aut crurum dolor oboriatur, quem etiam febris inteſtinorū difficultas ſoluit. Capitis morbo vehemēter affecto, ſi pus per aures aut nares effluxerit, morbum ſoluit. Quibus per ſanitatem derepente capitis dolores obueniunt, confeſtimq́; vox deficit, ac ſtertunt, intra dies ſeptem pereunt, niſi febris prehenderit. Ex capite vehementer dolenti, quicunque ex ſuperioribus locis afficiatur, cucurbitulam admoueto. Coxendicum & genuum dolor, & crebra ſpiratio, quicquid horum contigerit ſoluit. Lippitudine laboranti, alui profluuio detineri bonum. Conuulſione aut corporis diſtentione vexato, ſi febris ſuperueniat morbum ſoluit. Si febre detentum conuulſio prehenderit, febris eodem die, aut poſtero, aut tertio deſinit.

εἰ βούλεται διαστροφὴ γίνεσθαι φύσιος ἐπειδὰν μὴ διαρροίην ἢ κενὴν διαχώρησιν πρὸς παχὺ λάβῃ. ἐπιγίνονται γὰρ φῦσαι ἔξωθεν οὖσαι. δῆλον τοίνυν οὐκ ἔχουσι οὐδὲν ὑγρὸν, ὥστε προσφέρειν εἰδὼς τὰ ἀσφαλῶς ὧδε ὅπως ἔχοντα. εἰ λεπτοῦ ἐπιγένοιτο, οἶνον ψυχρὸν δίδου πίνειν πουλὺν ἄκρατον κατ' ὀλίγον ἕως ὕπνος, ἢ σκελέων ὀδύνη γένηται. λύει δὲ καὶ πυρετὸς ἡ δυσεντερίη. κεφαλὴν περιωδυνέοντι, καὶ νοσέοντι πύος ῥέοντος ἢ κατὰ τὰ ὦτα, ἢ κατὰ τὰς ῥῖνας, λύει τὸ νόσημα. ὁκόσοισιν ὑγιαίνουσιν ἐξαπίνης ὀδύναι γίνονται ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ ῥέγκουσιν, ἀπόλλυνται ἐν ἑπτὰ ἡμέραις, ἐὰν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ. κεφαλὴν περιωδυνέοντι, ὅτι ἂν τῶν ἄνω χωρίων πονήσῃ, σικύην προσβάλλειν. ἰσχίων ὀδύνη καὶ γονάτων καὶ ἆσθμα, ὅ τι ἂν τούτων γίνηται. ὀφθαλμιῶντι ὑπὸ διαρροίης ληφθῆναι, ἀγαθόν. ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐχομένῳ, πυρετὸς ἐπιγενόμενος, λύει τὸ νόσημα. ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ σπασμὸς ἢν λάβῃ, παύεται ὁ πυρετὸς αὐθημερὸν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τρίτῃ. ὁπόταν ξυντεταμένους τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας μαρίλην ἐμποιέουσι. ἢν αἱ φλέβες σφύζωσιν αἱ ἐν ταῖς χερσὶ, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρρωμένον ᾖ, καὶ τὰ ὑποχόνδρια μὴ μαλακὰ, ἀλλὰ ἐπηρμένα ᾖ, χρονίη ἡ νοῦσος αὕτη τοῦ σπασμοῦ.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΚΡΙΣΙΜΩΝ.

HIPPOCRATIS DE DIEBVS IVDICATORIIS, LIBER.

ARTIS magnam partem eſſe duco, poſſe quę rectè ſcripta ſunt ſpeculari. Qui enim hæc nouerit, iiſq́; vtitur, is mihi in arte non multū falli videtur. Vnamquanq; ſanè tempeſtatum anni & morborum conditionem exactè addiſcere oportet, & quiſnam morbus bonus, quis periculo cōiunctus, aut in temporis conditione, aut in morbo, quinā morbus lōgus ſit, & lethalis, longus quinam ſalutaris, acutus quinā lethalis, acutus quinam ſalutaris. Ex quibus tum iudicatoriorum dierū ſeries contemplanda eſt, tum etiam prædicendi facultas ſuppetit. Prætereaq́; ex his, quibus, & quando, & quamnam victus rationem præſcribere oporteat, cognoſcere licet. Maximū igitur in ægris qui ſuperſtites futuri ſunt ſignū eſt, ſi febris ardens, cæteriq́; morbi eodem modo, præter naturam non fuerint. Nihil enim in his quæ ſunt ſecundum naturā, neq; formidandum, neq; lethale contingit. Secundum verò ſi ipſa etiam anni tempeſtas: vnà cum morbo minimè repugnet. Neq; enim ferè contingit, vt humana natura vniuerſi vim ſuperet. Deinde ſi faciei partes extenuentur, & venæ quæ in manibus ſunt, & oculorum angulis, ac ſuperciliis quieſcant, cum antea minimè quieſcerent. Huic ſi vox remiſſior & exilior, ſpiratióque rarior & tenuior fuerit, in ſequentem diem morbi remiſſio contingit. Hæc igitur ad iudicationem in conſiderationem adhibenda ſunt, & ſi linguæ biſurculum velut ſaliua alba obducitur, ſiq́; in ſumma lingua hoc idem contigerit, minùs tamen. Siquidem igitur parua hæc extiterint, ad tertium diem morbi remiſſio expectanda eſt. ſi verò aliquantò craſſius, in craſtinum, ſi autem adhuc craſſius, eodem ipſo die. Quinetiam oculorū alba per initia quidem morbi nigreſcere neceſſe eſt, ſi morbus inualuerit. Hæc igitur ſi pura exiſtant, perfectam ſanitatem, remiſsè quidem, tardiùs, vehementer verò, citiùs contingere denotant.

ΜΕΓΑ μέρος ἡγέομαι τῆς τέχνης εἶναι, τὸ δύνασθαι κατασκοπέεσθαι περὶ τῶν γεγραμμένων ὀρθῶς. ὁ γὰρ γνοὺς καὶ χρεώμενος τούτοισι, οὐκ ἄν μοι δοκέει μέγα σφάλλεσθαι κατὰ τὴν τέχνην. δεῖ δὴ καταμανθάνειν τὴν κατάστασιν τῶν ὡρέων ἀκριβῶς, καὶ τῆς νούσου. ἑκάστη ὅ, τι νόσημα ἀγαθὸν, καὶ ὅ, τι κινδυνῶδες, ἢ ἐν τῇ καταστάσει, ἢ ἐν τῇ νούσῳ. μακρὴ, ὅ, τι νόσημα καὶ θανάσιμον. μακρὴ, ὅ, τι περιεστικόν. ὀξὺ, ὅ, τι θανάσιμον. ὀξὺ, ὅ, τι περιεστικόν. τάξιν τῶν κρισίμων ἐκ τουτέων σκοπεῖσθαι, καὶ τὸ προλέγειν ἐκ τούτων εὐπορέεται. εἰδέναι δὲ ἀπὸ τούτων ἐστὶν οἷς, ὅτε, καὶ ὡς δεῖ διαιτῆν. μέγιστον τοίνυν σημεῖον ἐν τοῖσι μέλλουσι τῶν καμνόντων βιώσεσθαι, ἐὰν μὴ παρὰ φύσιν ᾖ ὁ καῦσος καὶ τ' ἄλλα δὲ νουσήματα ὡσαύτως. οὐδὲ γὰρ δεινὸν τὸ κατὰ φύσιν γίνεται, οὐδὲ θανατῶδες. δεύτερον δὲ ἐὰν αὐτή τε ἡ ὥρη τῷ νουσήματι ξυμμαχήσῃ. ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ οὐ νικᾷ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις τὴν τοῦ ὅλου δύναμιν. ἔπειτα δὲ ἢν τὰ περὶ τὸ πρόσωπον ἰσχναίνηται, καὶ αἱ φλέβες αἱ ἐν τῇσι χερσὶ, καὶ ἐν τοῖσι κανθοῖσι, καὶ ἐπὶ τῇσιν ὀφρύσιν, ἡσυχίην ἔχωσι, πρότερον μὴ ἡσυχάζουσαι. τούτῳ δὲ ἢν ἡ φωνὴ ἀσθενεστέρη, καὶ λειοτέρη γένηται, καὶ τὸ πνεῦμα μανότερον, καὶ λεπτότερον, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέρην ἄνεσις τῆς νούσου. ταῦτα οὖν χρὴ σκοπεῖν, πρὸς τὰς κρίσιας, καὶ ἐς τὸ παραδιαιρέεσθαι τῆς γλώττης ὥσπερ σιάλῳ λευκῷ ἐπαλείφεται, καὶ ἐν ἄκρῃ τῇ γλώττῃ, ταὐτὸ τοῦτο γεγένηται. ἧσσον δὲ εἰ μὴ οὖν σμικρὰ ταῦτα εἴη, ἐς τὴν τρίτην ἄνεσις τῆς νούσου. ἢν δὲ τι παχύτερον, αὔριον. ἢν δὲ παχύτερον αὐθημερόν. τοῦτο δὲ ὁκόταν τῶν ὀφθαλμῶν τὰ λευκὰ ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς νούσου, ἀνάγκη μελαίνεσθαι, ἐὰν ἰσχύῃ ἡ νόσος. ταῦτα οὖν καθαρὰ γενόμενα, τελείην ὑγείην δηλοῖ. ἀτρέμα μὲν βραδύτερον. σφόδρα δὲ γενόμενοι, θᾶσσον,

Τὰ

Τὰ δὲ ὀξέα τῶν νοσημάτων γίνεται ἀπὸ χολῆς, ὁκόταν ἐπὶ τὸ ἧπαρ ἐπιρρυῇ, καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν καταστῇ. Πάσχει δὲ ὧδε. τὸ ἧπαρ οἰδέει καὶ ἀναπτύσσεται πρὸς τὰς φρένας ὑπὸ τοῦ οἰδήματος. καὶ εὐθὺς ἐς τὴν κεφαλὴν ὀδύνη ἐμπίπτει. μάλιστα δὲ ἐς τοὺς κροτάφους, καὶ τοῖσι τε ὠσὶν οὐκ ὀξὺ ἀκούει. πολλάκις δὲ καὶ τοῖσι ὀφθαλμοῖσιν οὐχ ὁρῇ. καὶ φρίκη καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει. Ταῦτα μὲν οὖν κατ' ἀρχὰς τοῦ νοσήματος αὐτέῳ γίνεται διαλιμπάνοντα. τοτὲ μὲν σφόδρα. τοτὲ δὲ ἧσσον. ὁκόσῳ δ' ἂν ὁ χρόνος τῆς νούσου προΐῃ, ὁ πόνος πλείων ἐν τῷ σώματι, καὶ αἱ κόραι σκίδνανται τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ σκιαυγέει. καὶ ἢν προσφέρῃς τὸν δάκτυλον πρὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς, οὐκ αἰσθάνεται διὰ τὸ μὴ ὁρῇν. τοῦτο δ' ἂν γνοίης ὅτι οὐχ ὁρῇ, οὐ γὰρ σκαρδαμύσσει προσφερομένου τοῦ δακτύλου. καὶ τὰς κροκίδας ἀφαιρέει ἀπὸ τῶν ἱματίων, ἢν περ ἴδῃ, δοκέων φθεῖρας εἶναι. καὶ ὁκόταν τὸ ἧπαρ μᾶλλον ἀναπτυχθῇ πρὸς τὰς φρένας, παραφρονέει. καὶ προσφέρεσθαι δοκέει πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἑρπετὰ καὶ ἄλλα παντοδαπὰ θηρία. καὶ ὁπλίτας μαχομένους, καὶ αὐτὸς τούτοις δοκέει μάχεσθαι. καὶ τοιαῦτα λέγει ὡς ὁρέων, καὶ ἐπέρχεται, καὶ ἀπειλεῖ, ἢν μή τις αὐτὸν ἐᾷ ἐξιέναι. καὶ ἢν ἀναστῇ, οὐ δύναται αἴρειν τὰ σκέλεα, ἀλλὰ πίπτει. καὶ οἱ πόδες δὲ γίνονται αἰεὶ ψυχροί. καὶ ὁκόταν καθεύδῃ, ἀναΐσσει ἀπὸ τοῦ ὕπνου, καὶ ἐνύπνια ὁρῇ φοβερά. τοῦτο δὲ γινώσκομεν ὅτι ἀπὸ ἐνυπνίων ἀναΐσσει καὶ φοβέεται, ὅταν ἔννοος γένηται. ἀφηγέεται γὰρ τὰ ἐνύπνια τοιαῦτα ὁκοῖά περ καὶ τῷ σώματι ἔπρησσε, καὶ τῇ γλώσσῃ ἔλεγε. Ταῦτα μὲν οὖν ὧδε πάσχει. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἄφωνος γίνεται ὅλην τὴν ἡμέρην. καὶ τὴν νύκτα ἀναπνέων πουλὺ, ἀθρόον πνεῦμα. ὅταν δὲ παύσηται παραφρονέων, εὐθὺς ἔννοος γίνεται. καὶ ἢν ἐρωτᾷ τις αὐτὸν, ὀρθῶς ἀποκρίνεται. καὶ γινώσκει πάντα τὰ λεγόμενα, εἶτα πάλιν ὀλίγῳ ὕστερον, ἐν τοῖσιν αὐτοῖσιν ἄλγεσι κεῖται. αὕτη ἡ νοῦσος προσπίπτει μάλιστα ἐν ἀποδημίῃ. καὶ ἤν που ἐρήμην ὁδὸν βαδίσῃ. λαμβάνει δὲ καὶ ἄλλως. Τέτανοι δύο ἢ τρεῖς. ἢν μὲν ἐπὶ τρώματι γένηται, πάσχει τάδε. αἱ γνάθοι πήγνυνται ὥσπερ ξύλα. καὶ τὸ στόμα διοίγειν οὐ δύναται. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσι θαμινὰ καὶ ἕλκονται. καὶ τὸ μετάφρενον πέπηγε. καὶ τὰ σκέλεα οὐ δύναται ξυγκάμπτειν, οὐδὲ τὰς χεῖρας, οὐδὲ τὴν ῥάχιν. ὁκόταν δὲ θανατώδης ᾖ, τὸ ποτὸν καὶ τὰ βρώματα ἃ πρότερον ἐσεβεβρώκεεν ἀνὰ τὰς ῥῖνας ἐνίοτε ἔρχεται. Ὁ δὲ ὀπισθότονος τὰ μὲν ἄλλα πάσχει διὰ πάντα ταὐτά. γίνεται δὲ ὁκόταν τὰ ἐν τῷ αὐχένι τένοντα τὰ ὄπισθεν νοσήσῃ. γίνεται δὲ ἢ ἀπὸ συνάγχης, ἢ ἀπὸ σταφυλῆς, ἢ τῶν ἀμφὶ βράγχια ἐμπύων γενομένων, ἐνίοισι δὲ καὶ ἀπὸ κεφαλῆς πυρετῶν ἐπιγενομένων, σπασμὸς ἐπιγίνεται. ἤδη δὲ καὶ ὑπὸ τρωμάτων ἐς τὸ ὄπισθεν ἕλκεται ἐς τοὐπίσω. καὶ ὑπὸ τῆς ὀδύνης τὸ μετάφρενον πέπηγε. καὶ τὰ στήθεα οἰμώζει. ἐξανίσταται σφόδρα, ὥστε μόλις κατέχεσθαι ὑπὸ τῶν παρεόντων, μὴ ἐκ τῆς κλίνης ἐκπίπτειν. ὁ δὲ τέτανος ἧσσον θανατώδης τῶν προειρημένων. γίνεται δὲ ἀπὸ τῶν αὐτέων, καὶ σπᾶται πᾶν τὸ σῶμα ὁμοίως. Καῦσος δὲ τοῖσι προειρημένοισιν οὐχ ὁμοίως γίνεται. φύσει γὰρ ἅπαξ, ὡς ἀνάγκη θαι πυρεσσέσθαι. δίψα μὲν οὖν πολλὴ ἔχει, καὶ δεῖται πόνος, καὶ πυρετὸς σφοδρός. γλῶσσα δὲ ῥήγνυται, τρηχυνομένη, καὶ ξηρὴ γίνεται. καὶ τὸ χρῶμα αὐτῆς, τὸ μὲν πρῶτον ὠχρόν ἐστιν, ὥσπερ εἴωθε. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, μελαίνεται. καὶ ἢν μὲν ἐν ἀρχῇσι μελαίνηται, θάσσους αἱ κρίσιες εἰσίν. ἢν δὲ ὕστερον, χρονιώτεραι.

At verò acuti morbi ex bile oriuntur, cùm ad iecur confluxerit, & ad caput peruenerit. Sic verò afficitur, iecur intumeſcit, & propter tumorem ad ſeptum tranſuerſum expanditur, ſtatimq́; ad caput, præcipuè verò ad tempora dolor ingruit, neq; auribus acutè audit, ſæpè verò oculis non videt horrorq; & febris inuadit. Hæc igitur per morbi initia ei contingunt, & quandoq; valde quidem, quandoq; etiam minus intermittunt, quoq; magis morbi tempus proceſſerit, eò corporis dolor maior eſt, oculorũ pupillæ diſſipantur, eorumq́; acies hebeſcit, ſiq; digitum ad oculos admoueris, non percipiet, eò quòd non videat. Iſtud autem quod non videat hinc cognoſces, quòd admoto digito non nictatur, & floccos ex veſtibus ſtragulis detrahit, ſi quos videat, pediculos eſſe ratus. Cumq; iecur ad ſeptum tráſuerſum magis explicatũ fuerit, delirat, ſibiq; ante oculos reptilia, & varias cuiuſuis generis feras ferri exiſtimat, & homines armatos cum quibus pugnare videtur, & tanquam videat eiuſmodi loquitur, irruit minaturq; ſi quis eum exire non permittat. Et ſi ſurrexerit, crura attollere nequit, ſed cadit, pedeſq; perpetuò ſunt frigidi, cũq; dormit ex ſomno exilit, horrendaq; inſomnia videt. Quòd autem per ſomnos exiliat & terreatur, cognoſcimus, cum ad mentem redierit. Inſomnia enim eiuſmodi exponit & quæ corpore geſſit, quæq́; lingua locutus eſt. Itaq; eiuſmodi patitur, interdum verò per totum diem ac noctem voce priuatur, cum multa & cõferta reſpiratione, cum deliriũ ceſſauit, ſtatim ad mentem redit, & ſi quis eum interroget, rectè reſpondet & omnia quæ dicuntur intelligit. deinde rurſus paulò poſt iiſdem proſtratus doloribus decumbit. Hic morbus potiſſimum in peregrinatione contingit, & ſi quando per deſerta loca quis iter fecerit, etſi etiam aliter inuadit. Neruorum diſtentiones duæ vel tres. Siquidem ex vulnere neruorum diſtentio contingit, ſic æger afficitur, maxillæ velut ligna rigeſcunt, os aperire non poteſt, oculi frequenter illachrymantur & contrahuntur, dorſum rigidum eſt, neq; crura, neque manus, neque ſpinam inflectere poteſt. Cùm verò lethalis fuerit, potus & edulia quæ priùs deuorauit, per nares interdum exeunt. In diſtentione ad poſteriora (opiſthotono dicta) in reliquis eodem vt plurimum modo afficitur æger. Oritur autem cùm ad poſteriores ceruicis tendones, aut ex angina, aut vua, aut locis ad tonſillas purulentis affectus fuerit. Quibuſdam etiam ex capite, cum febres ſuperuenerint, conuulſio contingit. Iam verò etiam ex vulneribus in poſteriora diſtrahitur, & præ dolore dorſum & pectus rigeſcit, & lamentatur. Is vehementer conuellitur, vt vix ab iis qui adſunt contineatur, quin è lecto excidat. Alia neruorum diſtentio minus eſt prioribus lethalis, ex iiſdem autem oritur, eodémque modo totum corpus conuellitur. At febris ardens non ſimiliter vt prædicta oritur. Semel enim natura ſua prehendit, vt accendi neceſſe ſit. Sitis igitur multa, & vehemens febris hominem detinet. Lingua autem exaſperata finditur, & reſiccatur, coloréque primùm quidem pallida eſt, vti conſueuit, procedente verò tempore nigreſcit. Quòd ſiquidem per initia nigreſcat, celeriores iudicationes cõtingunt, ſi poſtea tardiores.

Coxendicum morbi plærique ex his potiſſimum cauſis oriuntur, ſi quis diutiùs in ſole verſetur, & coxendices incaluerint, humorque qui in articulis ineſt ab ardore reſiccatus fuerit. Quod autem reſiccetur & concreſcat, id magno eſt indicio. Æger enim articulos præ dolore qui in eis eſt inflectere ac mouere non poteſt, & eò quòd ſpinæ vertebrę cõſtrictæ ſunt. Dolor autem magis eſt ad lumbos & vertebras, quæ ex obliquo coxendicum ſitæ ſunt, & ad genua. Dolor autem acutus & æſtuoſus plurimo tempore in inguinibus, ſed etiam in coxendicibus inſiſtit, & ſi quis eum erigat, non tranſmouetur, ingemiſcit autem quàm maximè poteſt præ dolore. Interdum verò etiam conuulſio, & rigor, & febris ſuperuenit. Oritur autem à bile & pituita, oritur quoque etiam à ſanguine, & dolores ab omnibus morbis ſunt ſimiles, & rigor, & febris leuis interdum prehendit. Morbus regius acutus eſt & qui celeriter necat, color totus mali punici corticem refert, vehementer autem ex viridi palleſcit, & quemadmodum lacerti virides, ſimile ei corpus eſt, in vrina quod ſubſidet velut eruum fuluum, & febris & horror leuis detinet. Interdum verò etiam veſtem ſtragulam habere non ſuſtinet, ſed matutino tempore ieiunus intus mordetur & raditur, deinde vt plurimùm viſcera ſtrepitum edunt, & ſi quis eum erigat aut alloquatur, non ſuſtinet. Hic ferè intra dies quatuordecim moritur, quos ſi effugerit, conualeſcit. In pulmonis inflammatione hæc eueniunt, febris vehemens detinet, crebra eſt & calida reſpiratio, anxietudo & impotentia vexat, & corporis iactatio, dolorque ad ſcapulas, iugulum & mammam, in pectore pondus, & deliria. Interdum verò quoad tuſſis cœperit, ſine dolore eſt, ſed illa longior & moleſtior eſt. Primis diebus ſputum album & ſpumoſum expuit, lingua verò flaua eſt, ſed procedente tempore nigreſcit. Si igitur per initia nigreſcat, celeriores ſunt liberationes, poſtea verò, tardiores. Tandem etiam lingua finditur, & ſi digitum admoueris adhæreſcit. Morbi autem liberationem, non ſecus ac in morbo laterali, lingua denotat. Hæc contingunt diebus, vt minimùm, quatuordecim, vt plurimùm verò, vno & viginti, quo tempore vehementer tuſſit, vnaque cum tuſſi reiicit, primùm quidem copioſa ſputa & ſpumoſa, at ſeptimo ac octauo die cùm febris in vigore, & humida pulmonis inflammatio fuerit, craſſius, alioqui minimè, nono verò & decimo die, aliquantulum ex viridi palleſcens & ſubcruentum, duodecimo autem ad decimumquartum vſque, copioſum & purulentum. Quibus à natura humidæ inſunt corporis affectiones, iis vehementior morbus eſt. At quibus natura & morbi conditio ſicca eſt, hi minùs conflictantur. Atque de iudicatoriis diebus iam quidem etiam antea à me dictum eſt. Iudicantur autem febres quarto die, ſeptimo, vndecimo, decimoquarto, decimoſeptimo, vno & vigeſimo. Ex his verò acutis trigeſimo, deinde quadrageſimo, poſtea ſexageſimo. Vbi verò hos numeros ſuperant, diuturna jam euadit febrium conditio.

[20] Ἰσχιάδες δὲ ἀπὸ τῶνδε μάλιστα γίνονται τοῖσι πολλοῖσιν, ἢν ἔλθῃ ἐν ἡλίῳ πουλὺν χρόνον, καὶ τὰ ἰσχία διαθερμανθῇ, καὶ τὸ ὑγρὸν ἀναξηρανθῇ, τὸ ἐνεὸν τοῖς ἄρθροισιν, ὑπὸ τοῦ καύματος. ὡς δὴ ἀναξηραίνεται, καὶ πήγνυται, τόδε μέγα τεκμήριον. ὁ γὰρ νοσέων, ἐκστρέφεσθαι καὶ κινέειν τὰ ἄρθρα οὐ δύναται ὑπὸ τῆς ἀλγηδόνος τῶν ἄρθρων, καὶ τοῦ ξυμπεπηγέναι τοὺς σπονδύλους. ἀλγέει δὲ μᾶλλον τὴν ὀσφὺν, καὶ τοὺς σπονδύλους, τοὺς ἐκ τοῦ πλαγίου τῶν ἰσχίων, καὶ τὰ γούνατα, ἵσταται δὲ ἡ ὀδύνη πλεῖστον χρόνον ἐν τοῖσι βουβῶσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν, ὀξεῖη καὶ καυματώδης. καὶ ἢν τις αὐτὸν ἀνιστῇ, [21] οὐ μετακινέεται. οἰμώζει δὲ ὑπὸ τῆς ἀλγηδόνος, ὅσον ἂν μέγιστον δύνηται. ἐνίοτε δὲ καὶ σπασμὸς ἐπιγίνεται, καὶ ῥῖγος, καὶ πυρετός. [22] γίνεται δὲ ἀπὸ χολῆς. γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ αἵματος καὶ ὀδύναι παραπλήσιοι ἀπὸ πάντων τῶν νοσημάτων. καὶ ῥῖγος, καὶ πυρετὸς ἐνίοτε δὲ ἐπιλαμβάνει [23] βληχρός. ἀλλὰ χρὴ ὧδε μελετᾶν. [24] Ἴκτερος δὲ ἐστιν ὀξὺς καὶ ταχέως ἀποκτείνων. ἡ χροιὴ δὲ ὅλη σιδιοειδής. σφόδρα δὲ ἐστι χλωροτέρη, καθάπερ καὶ αἱ σαῦραι αἱ χλωρότεραι. παρόμοιος δὲ καὶ ὁ χρὼς, καὶ ἐν τῷ οὔρῳ ὑφίσταται οἷον ὄροβιον πυῤῥόν. καὶ πυρετὸς καὶ φρίκη βληχρὴ ἔχει. ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ ἱμάτιον οὐκ ἀνέχεται ἔχων, ἀλλὰ δάκνεται καὶ ξύεται τὰ ἑωθινὰ, ἄσιτος ἐὼν τὰ ἔνδοθεν. ἔπειτα μύζει τὰ σπλάγχνα ὡς ἐπιτοπολύ. καὶ ὁκόταν ἀνιστῇ τις αὐτὸν ἢ προσδιαλέγηται, οὐκ ἀνέχεται. οὗτος ὡς ἐπιτοπολὺ θνήσκει ἐντὸς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων. ταύτας δὲ διαφυγὼν, ὑγιαίνει. [25] Ἡ δὲ περιπλευμονίη, τοιάδε ποιέει. πυρετός τε ἰσχυρὸς ἴσχει. καὶ πνεῦμα πυκνὸν, καὶ θερμὸν ἀναπνέει. καὶ ἀπορίη καὶ ἀδυναμίη ἔχει. καὶ ῥιπτασμός. καὶ ὀδύναι περὶ τὴν ὠμοπλάτην, καὶ τὴν κληῖδα, καὶ τὴν τιτθὸν. καὶ βάρος ἐν τοῖσι στήθεσι, καὶ παραφρονέουσι. ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀνώδυνός ἐστιν, ἕως ἂν ἄρξηται βήσσειν. πολυχρονιωτέρη δὲ ἐκείνης, καὶ χαλεπωτέρη. τὸ δὲ σίαλον λευκὸν καὶ ἀφρῶδες πτύει τὸ πρῶτον. ἡ δὲ γλῶσσα ξανθὴ, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου μελαίνεται. ἢν μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ μελαίνοιτο, θάσσονες αἱ ἀπαλλαγαί. ἢν δὲ ὕστερον, χρονιώτεραι. [26] τελευτώσης δὲ καὶ ῥήγνυται ἡ γλῶσσα. κἢν προσθῇς τὸν δάκτυλον, ἔχεται. τῆς δὲ ἀπαλλαγῆς τῆς νούσου, σημαίνει ἡ γλῶσσα, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ πλευρίτιδι ὁμοίως. ταῦτα δὲ πάσχει ἡμέρας τεσσαρεσκαίδεκα τὸ ἐλάχιστον. τὸ πλεῖστον δὲ εἴκοσι καὶ μίαν. καὶ βήσσει τοῦτον τὸν χρόνον σφόδρα, καὶ καθαίρεται ἅμα τῇ βηχί. τὸ μὲν πρῶτον, πουλὺ καὶ ἀφρῶδες, σίαλον. ἑβδόμῃ δὲ καὶ ὀγδόῃ, ὅταν ὁ πυρετὸς ἀκμάζῃ, καὶ ὑγρὰ εἴη ἡ περιπλευμονίη, παχύτερον. ἢν δὲ μὴ, οὔ. ἐνάτῃ δὲ καὶ δεκάτῃ, ὑπόχλωρον καὶ ὕφαιμον. δωδεκάτῃ δὲ μέχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης πουλὺ καὶ πυῶδες. οἷσιν ὑγραί εἰσιν αἱ φύσιες καὶ διαθέσιες τοῦ σώματος, καὶ ἡ νοῦσος ἰσχυρή. ὧν δὲ ἥ τε φύσις, καὶ ἡ στάσις τῆς νούσου ξηρὴ, ἧσσον οὗτοι. Περὶ δὲ κρισίμων ἡμερέων, ἤδη μέν μοι καὶ πρόσθεν λέλεκται. Κρίνονται δὲ οἱ πυρετοὶ, τεταρταῖοι. ἑβδομαῖοι. ἑνδεκαταῖοι. τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, ἑπτακαιδεκαταῖοι εἰκοστῇ πρὸς τῇ μιᾷ. ἐκ δὲ τούτων τῶν ὀξέων, τριακοσταῖοι. εἶτα τεσσαρακοσταῖοι. εἶτα ἑξηκοσταῖοι. ὅταν δὲ τούτους τοὺς ἀριθμοὺς ὑπερβάλλῃ, χρονίη ἤδη γίνεται ἡ κατάστασις τῶν πυρετῶν.

IN HIPPOCRATIS PRÆNOTIONVM LIBRVM BREVES NOTÆ.

ΤΟΝ ἰητρὸν]Hunc eſſe germanum Hippocratis fœtum res ipſa clamat, & omnium Medicorum fora & monimenta perſtrepunt, adeò vt in eo docendo minus elaborandum eſſe nobis videatur. Inſcriptio verò in membranis ſcriptis aliquantulum variat. Quædam enim Ἱπποκράτους προγνωστικὸν, aliæ etiam προγνωστικῶν habent. πρόνοιαν autem etſi ἀντὶ τ̃ προγνῶναι hic ſumi palam teſtetur Gal. nos tamen prouidentiam ex M. Tullio vertimus, eamq; mentis ſolertiam intelligimus, qua quæ euentura ſunt longè antè animo prouidentur & proſpiciuntur, vt ea tum πρόγνωσιν, tum Medicorum προῤῥησιν, & omnem præſentiendi, prænoſcendi, ac prædicendi facultatem complectatur. Præuiſionem non malè dixiſſe mihi videtur antiquus interpres.

² προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων]His officiis omnis rectè præſagiẽdi doctrina, totaq; προγνώσεως, hoc eſt, præſciæ ſignificationis diſciplina, optime inſtituitur. Quę adhuc exactiùs his Hip. verbis circumſcribitur lib. 1. epid. λέγειν τὰ προγενόμενα, γινώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα. Vbi etiam huius loci meminit Galen. & initio lib. de præcog. ex pulſibus.

³ Τὰ ἐσόμενα τῶν παθημάτων] Sic leg. ferè omnes codices tum manuſcripti, tum publicati. Gal. τὰ ἐσόμενα ἐκ τῶν παρεόντων παθημάτων legit. Quædam etiam membranæ, τὰ ἐσόμενα ἐκ τῶν παθημάτων habent, aliæ, τὰ ἐσόμενα δὲ παθημάτων ἐκ παρεόντων.

⁴ Πρὶν ὁ ἰητρὸς] In quibuſdam membranis etiam ſcribitur πρὶν ὁ ἰητρὸς τὴν τέχνην πρὸς ἕκαστον νόσημα ἀντιταξάσθαι, h. e. prius quam Medicus vnicuique morbo artem ſuam obiectando opponere poſſit. Codicum autem magna pars, τῇ τέχνῃ legit, eo ſenſuque nostra interpretatione ſecuti ſumus.

⁵ Τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν]Hic quoq; vt antea, τὴν πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν habent M. s. exemplaria quædam, reliqua τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν.

⁶ Μέλαν ἐὸν] μελανὸν etiam ſcribitur in quibuſdã exemplaribus M. s. Regiis. Quod mihi quoq; expreſſiſſe videtur Gal. ἐν γλώσσαις, cum ſcribit, μελανὸν τὸ ἐν τῷ προγνωστικῷ, τοὺς μὲν οὖν ἐν ἀλλήλοις, ἐν ᾧ τὸ μελανοῦν. ἔστι δὲ δηλοῦν, χλωρὸν ἢ μέλαν ἐόν, ἀντὶ τ̃ ἐν.

⁷ ξυντεκμαίρεσθαι] ξυντεκμαίρεσθαι ex hoc loco συσημειοῦσθαι mihi videtur exponere Erotianus. quod eſt per ſigna conicere aut coniecturam facere, vt & ἐπισημαίνεσθαι, imputeat.

⁸ ἡ λιμώδης τῆς γαστρὸς]Hic λιμώδης ἐστὶ τ̃ σιτίων ἐνδείας efferri ſcribit Gal. Com. ad aph. 16. lib. 2. vbi τ̃ ἐνδείας τροφῆς exponit. Erot. quoq; λιμώδης ἀντὶ τ̃ μεγάλης τροφῆς ἐνδείας ſumi ſcribit, vt * Gal. λιμὸς, τὴν σφοδρὰν ἔνδειαν τ̃ σιτίων exponitur. Quod etiã in noſtra OEconomia indicauimus. Varia quoq; eſt huius loci lectio in diuerſis membranis manuſcriptis, vt etiam ex Gal. Com. patet. * aph 6. lib. 2.

⁹ κρίνεται δὲ τὰ τοιαῦτα]Hic κρίνεσθαι ἀπαλλάττεσθαι καὶ ἀναγνωρίζεσθαι exponit Gal. lib. 3. de dieb. decret. Poteſt & λύεται ſignificare, quod vno die finitur, dixit * Celſus. Intra id tẽpus eiuſmodi affectio definit & ceſſat, aut redintegrationem accipit. * Cap. 6. lib. 2.

¹⁰ μὴ δὲ ἐν τῷ χρόνῳ τῷ προειρημένῳ ξυστῇ] Illud ξυστῇ ſatis videmur expoſuiſſe in noſtra OEconomia. Celſus, μηδ' ἐν τῷ χρόνῳ τῷ προειρημένῳ ξυστῇ, diutiùs durans, dixit.

¹¹ ἢ πελιὰ βλέφαρα]Sic legunt publicati & manuſcripti codices cum Vaticanis, vt ſatis ex Caluo patet. Sed nos, ἢ πελιὰ, ἢ μέλανα φλέβια ἐν αὐτοῖσιν ἔχοντα ex Galen. legimus, quam lectionem idem amplectitur Com. 1. in lib. 1. epid.

¹² τὰ ὑποφαινόμενα]ὑποφαίνειν ex hoc loco & aph. 52. lib. 6. exponit apud Hippocr. Erotianus, τὰ ὑποφαινόμενα ὀφθαλμῶν κινήσεις, leuiter ſubapparentes oculorum per ſomnum motiones. Eamq; Hippocrateam phraſim expreſſit Aretæus cap. 5. lib. 1. περὶ ὀξ. ὁ ξυμβάλλουσι τὰ βλέφαρα, ὡς τὰ λευκὰ ὁρᾶσθαι ὑποφαίνεται.

¹³ ἢν δὲ ἀκρατέες]Galenus hic teſtatur ἐμμανέες aut ῥικνὸν legi in quibuſdam exemplaribus, in nonnullis etiam ὑπτιάζουσι tantũ, velut hic legitur, & Comm. 1. in lib. 6. epid. In noſtris omnibus exemp. tũ manuſcriptis, tũ publicatis, ἀκρατέες ἢ ῥικνὸν legitur. Quæ lectio ad Vatic. mẽbranas permanauit, vt ſatis ex Gal. patet. Ex iſtoq; loco mihi ῥικνὸν ſωμα aut potius ῥικνὸν in Exegeſi mihi videtur exponere Gal. Aldinus codex ἀκρατέες ἢ ῥικνὸν habet.

¹⁴ εἰ δὲ προπετὴς γίνεται] Hic προπετὴς, προπεσών, procidnus, qui pronus ad pedes fertur aut delabitur, exponitur Erotiano. At hic iacentis habitus Galeno ὑπτίασις dicitur Comm. 1. in libr. περὶ ἄρθρων, & ἐρρίφθαι ex lib. περὶ χυμῶν, & lib. de tremore & palp. vbi etiam iſtum locum exponit.

¹⁵ ἀλυσμὸς γὰρ σημαίνει] ἀλυσμὸν hic diſertis verbis Galenus δυσφορίαν καὶ ῥιπτασμὸν exponit in Exegeſi, & in Comm. δυσφορίαν ἅμα τοῖς σχήμασι. Erotianus verò, δυσφορίαν & ἀμηχανίαν. Quam per anxietudinem, anxietatem & angorem non malè exprimi poſſe puto, etſi corporis incontinentem iactationem, inquietudinem & æſtuationem hic propriè ſignificat.

¹⁶ καὶ τὸ κεχηνότα καθεύδειν] τὸ κεχηνότα καθεύδειν exponit Galen. lib. 2. de Motu muſculorũ, τὸ χάσκειν κοιμώμενον. Etſi verò id de dormientis habitu potiſſimũ accipitur, immoderatũ tamen ſomnum & eum dormientis habitũ comprehendit Celſus, cum dixit, * Vbi hiat, vbi aſſiduè dormit. Quod etiam expreſſit Gal. Commentario. * Cap. 6 lib. 2.

¹⁷ καὶ διαπεπλεγμένα] Hic vulgatam lectionem ſecutus ſum cùm διαπεπλεγμένα σκέλεα, crura implexa dixi quod ea lectio ſit omnibus codicibus teſtatiſſima. At certum eſt veram & genuinã lectionẽ eſſe διαπεπλιγμένα aut διαπεπληχότα ſicq; legiſſe Galenum in Exegeſi apparet, aut potius διαπεπλιχμένα aut διαπεπλισμένα. Quam etiam vocẽ in noſtra OEconomia ſatis expreſſimus.

¹⁸ ἀπίδεξαι] Hic ἀπίδεξαι etſi propria notione ſumi poteſt, Erot. tamen ἐπιλεῖσαι exponit, itaq; noſtra interpretatione hoc loco expreſſimus, & in noſtra OEconomia, ſimulque codicum Erotiani vitium deteximus, qui ἀπὸ νέξαμεν pro ἀπίδεξαι, & ἐπιλέσαμεν pro ἐπιλεῖσαι habent.

¹⁹ καὶ τῷ δακτύλῳ ὑποπιεζόμενα] καὶ τῷ δακτύλῳ πιεζόμενα καὶ ὑπεῖκον, habent codices quidã tum ſcripti, tũ publicati. Sed libello περὶ κρισίμων, vbi hæc repetuntur, ἀνίδεια καὶ ἐπιλεῖσαι ἐπὶ ζητέειν legitur.

²⁰ καὶ τοῦτο καὶ τὸ ἐν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ]καὶ πᾶν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ κατὰ τωὐτὸ legunt publicata omnia exemplaria. Verùm manuſcripta quædam habent, καὶ τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ κατὰ τωὐτὸ, hoc ſenſu, idq; in reliquo ventre ad eũdem ſe habet modum. Quod certè magis accedit ad lectionem libelli περὶ κρισίμων vbi hoc modo ſcribitur, ὁμοίως δὲ ἔχει καὶ περὶ τ̃ ἐν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ φυμάτων. Hic verò quod legitur καὶ τὸ οἴδημα μὴ καθίστα), μὴ καθισταμένων. leg. Vaticana exempl. & pro ὀλιγοχρόνιος, ὀλιγοχρόνιοι. Et vt ſemel dicam, variæ aliæ huius libri lectiones ex Vaticanis mẽbranis ſunt diligentiſſime à Hieronymo Mercuriali adſcriptæ in ſuo Hipp. quas breuitatis gratia omittimus.

²¹ ὅκόσα δὲ τὰ ὑποχόνδρια] Hunc locum diſertis verbis mihi ſic expreſſiſſe Celſus videtur cap. 7. lib. 2. Cumq; omnis tumor longus ad ſuppurationẽ ſpectet, magis eò tendit is, qui in præcordiis, quam is qui infra eſt.

²² ὁμόχροον φαίνη)]ὁμόχροον ἔξω χροιῇ, externam regionẽ vnius coloris eſſe dixi, vt huiuſmodi tumores, neque tumore, neque dolore, neque colore, vllam de ſe foris ſignificationẽ prodant. Quod eadem in re in coac. præn. dicitur, μήτε ὄγκῳ, μήτε πόνῳ, μήτε χρώματι δῆλον ἔξω ποιῇ. Atq; ea mihi ſimplex & minimè fucata interpretatio videtur, & quæ τ̃ ὁμοχροίας ambiguitatem refugit. Quam etiam appoſitiſſimè mihi Celſus imitatus videtur, cũ iſtum locũ his verbis * expreſſit. Et ex his (ſuppurationibus) quæ intus procedunt, hæ leuiores, quæ contra ſe cutem non afficiunt, eamq; ſine dolore eſſe, & eiuſdem coloris, cuius reliquæ partes ſunt, ſinunt eſſe. Ruſuſque, Ex ſuppurationibus hæ peſſimæ ſunt, quæ intus tendunt, ſic vt exteriorem quoque cutem decolorent. * Cap. 8. lib. 2.

²³ θυμὸς τοῦ βήσσειν ἐγγίνεται[θυμὸς hic tuſſiendi propenſionem ac promptitudinẽ exponit Galenus, nos tuſſiendi voluntatem aut cupiditatẽ ex Celſo diximus. Hunc enim mihi locum diſertiſſimis verbis propriè exprimere videtur. * Idem propoſitũ periculũ eſt, his quibus voluntas tuſſiendi eſt, venter nihil reddit, niſi ægrè & durum, tumor in pedibus eſt. Vbi tamen codices omnes deſidendi voluntatem legunt, ſed nos tuſſiendi voluntatem ex hoc loco legimus, quemadmodũ idem poſtea ad finem eiuſdem capitis, in ſuppuratis ex eodem prog. δόξαι τι θυμὸς ἐγγίνε) αὐτοῖσι, καὶ ἀποβήσσειν οἷόν ἄξιον λόγου, vertit. cupiditas tuſſiendi eſt, & penè nihil in tuſſi excreatur. * Cap. 7 lib. 2.

²⁴ ἱστάμενά τε καὶ καταπαυόμενα]Hæc etſi de tumoribus ventris dicũtur, qui appreſſu ſubſidunt, moxq; attolluntur: malim tamen cum Gal. ad initia generationis tumorũ referre, vbi ferè ſublati tumores ſtatim euaneſcunt, mox attolluntur, iterumq; oriuntur ac repetunt. Quod appoſitiſſimè mihi dixiſſe videtur Celſus. Tumor in pedibus eſt, idemq; modò dextra, modò ſiniſtra parte ventris inuicem oritur atq; finitur. * Idem rurſus. Quibuſdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde deſinunt, deinde ruſus aſſurgunt. * Cap. 8. lib. 2.

²⁵ μήτε πρίζειν]Ex hoc loco πρίζειν exponit Erot. τὸ μετ' ἀσθματος ψόφου διάχυσιν. Idemq; ex Bacchio πρίζειν eſſe ſcribit, τὸ μετὰ τινος ψόφου ὡς ἀναδύσεως καὶ ἀποδυμίας διάχυσιν. Quod ἀντὶ τ̃ πρίω

γίνεσ dici teſtatur, [illegible]) Quibuſdã etiam [illegible] ſcribi aſſeuerat, quod & in Comm. adſcribit Galen.

26 [illegible]] Hic plurimum variant exẽplaria. Vulgata quidem hoc modo legunt. Quædam, [illegible], quod eſt, plurimũ tamẽ prima luce ſubeat, eáq; lectionẽ videtur agnoſcere Gal. qui & πλέον ὑπὸ τὸ πρωῒ etiã adſcribit.

27 [illegible] ἕλμινθας] Hunc de lumbricis locum aliter mihi legiſſe videtur Cælius Aurel. cap. 8. lib. 4. Tard. Paſſionũ, cum quædam attribuit Hippocr. de ægrotantis interfectione, cùm mortui fuerint excluſi lumbrici omnibus in morbis.

28 [illegible]] [illegible] eſt [illegible], ſurſũ volui, aut reuolui & contorqueri, quemadmodũ [illegible] exponit Gal. 29 [illegible]] Hic variant membranæ ſcriptæ & publicatę. Quędã enim legũt, [illegible] ἐς τὰ κάτω χωρία, eoq; modo legit Gal. com. 2. in lib. 6. ep. Reliqua exẽpl. hãc ſequũtur lectionem velut & Vatic. 30 [illegible] ἐμφερόμενα] Hanc lectionẽ publicatã & Gal. conteſtatã ſecuti ſumus, quanquã mẽbranæ quædam Regiæ manuſcriptæ [illegible] pro ἐμφερόμενα, legunt, quã lectionẽ annotare operæ pretiũ viſum eſt, quod eam aſſecutus ſit vetus interpres, cùm nebulam pendentem in vrina dixit.

31 ἔστ᾽ ἂν δὲ πυῤῥόν τι ᾖ] πυῤῥὸν οὖρον fuluam vrinam hic dixit, nõ ſecus ac aph. 5. ſ. 1. lib. 6. ep. ψαμμία πυῤῥά, arenulę fuluę dicũtur, quod πυῤῥὸν Hip. & Gal. omnes colores cõplectatur, qui intra pallidũ & fuluũ aliquid albi & rubri admixtũ habent, excepto cinereo. Qua ratione neq; malè hic rufam vrinam intellexeris, vt rectè omnes vertunt interpretes. Rubram etiam vrinam ex hoc loco dixit * Celſus, qui [illegible] in deiectionibus alui * antea, rufam quoq; vocauit. * *Cap. 6. lib. 2.* * *Cap. 3. lib. 2.*

32 [illegible]] Hic quoq; publicatam lectionem ſecutus ſum, etſi planior mihi Galeni lectio videtur, [illegible].

33 ἔστ᾽ ἂν [illegible]] Et hic quoq; publicatos codices ſecutus ſum. Quædam enim M. S. membranę, [illegible] legunt, quomodo legere videntur Vaticani codices & vetus Interpres Quædam etiam membranæ Regiæ manuſcriptæ, [illegible] legunt, aliæ quoq; vtriuſq; lectionis eadem habent veſtigia, quanquam parum integra. Quædam quoq; [illegible] legunt, eamq; lectionem mihi ſecutus Copus videtur, diligentiſſimus huius lib. interpres.

34 [illegible]] Hunc mihi locũ diſertiſſimis verbis ſic expreſſiſſe videtur * Celſus. Interdum quoq; vrina tenuis & cruda ſic diu fertur, vt alia ſalutaria ſigna ſint, ex eoq; caſu plærunq; infra ſeptum tranſuerſum, (quod διάφραγμα Græci vocant) ſit abſceſſus. * *Cap. 7. lib. 2.*

35 [illegible]] [illegible] cũ melioribus exempl. & Gal. lego, qui bis com. 3. in lib. 3 ep. hanc lectionẽ amplectitur, & libello περὶ μελαίνης χολῆς, [illegible] habet. Idem quoq; in fine ſt. peſt. lib. 3. ep. hunc locũ de alui excrementis accipit, & ægr. 5. lib. 3. epidem. poſt ſt. peſt. [illegible] pro [illegible] legit. Quinetiam membranæ Vaticanæ [illegible] legere videntur, vt & vetus Interpres. At publicati codices [illegible] habent.

36 [illegible] ξυμμεμιγμένος] [illegible] μάλιστα, lego cũ Interpr. & Gal. (etſi idẽ ξυμμεμιγμένος μάλιστα legiſſe videtur poſtea) Iſtamq; lectionẽ mihi ſecutus antiquus interpres videtur, cùm phlegma valde permixtum dixit. At Celſus vulgatam lectionem ſecutus videtur cum * dixit, ſi quis autem incidit vomitus, mixtus eſſe ex bile & pituita debet. * *Cap. 3. lib. 2.*

37 [illegible]] Hunc totum locum exponit Gal. lib. 1. περὶ κρίσεων.

38 [illegible]] Iſtũ totũ locum propriè his mihi verbis exprimere videtur * Celſus. Sputũ etiã bilioſum & purulentũ, ſiue ſeparatim iſta, ſiue mixta proueniant, interitus periculũ oſtendunt. At ſi intra ſeptimum diem tale eſſe cœpit, proximum eſt, vt is circa quartũ decimum diẽ decedat, niſi alia ſigna meliora peioráve acceſſerint: quæ quo leuiora grauioráve ſubſecuta ſunt, eò vel ſeriorẽ mortẽ, vel maturiorẽ denunciãt. * *Cap. 6. l. 2.*

39 αἱ δὲ ἐς τὸ ἔμπυον] Ad hunc locum propriè mihi referri videtur quod ſcribit * Celſus. Quod ſuppurat, ab ea parte quã afficit, dolorem inflammationemq; cõcitat, ipſum calidum eſt, & ſi in partem ſuam aliquis decubuit, onerare eam ex pondere aliquo videtur. Sed apparet locum eſſe corruptum, & partem ſanam ex Hipp. eſſe legendum. * *Cap. 7. lib. 2.*

40 [illegible] ξυμπάντων ἐμπύων] Huc quoq; refertur quod ſcribit Celſus ibidem. Omnis etiã ſuppuratio, quæ nondũ oculis patet, ſic deprehendi poteſt. Si febris non dimittit, eáq; interdiu leuior eſt, noctu increſcit, multus ſudor oritur, cupiditas tuſſiendi eſt & penè nihil in tuſſi excreatur, oculi caui ſunt, malę rubẽt, venę ſub lingua inalbeſcũt, in manib. fiunt adunci vngues, digiti maximeq; ſummi, calẽt, in pedib. tumores ſunt, ſpiritus difficilis trahitur, cibi faſtidium eſt, puſtulæ toto corpore oriuntur.

41 [illegible]] In coac. præn. hæc eadẽ reperiũtur & expeditiorem habent explicationẽ his verbis: [illegible]. 42 [illegible]] [illegible] legũt exẽpl. quædã, tũ ſcripta, tũ publicata, quæ ſecuti ſunt multi interpretes. In Coac. præn. legitur [illegible], quam lectionem etiam ſecuti ſunt quidam, cùm præire dixerunt.

43 [illegible]] Hęc quibuſdã in cod. deſiderãtur, & à quibuſdã interpr. omittuntur. In coac. Præn. breuiorib. verbis repetuntur. Gal. tamẽ legiſſe videtur. Celſus etiam variis & diſperſis locis reddidit cap. 8. lib. 2. 44 [illegible]] Hoc apertiùs repetitur in Coac. Præn. his verbis: [illegible]. Quam lectionẽ hic ſequitur * Gal. & lib. 3. de Criſ. vbi iſta repetit. Nos popularem magis & pluribus codicibus conſtatam lectionem ſecuti ſumus. * *Cap. 11.*

45 [illegible]] In Coac. Prænot, hæc expeditiorẽ habent notionem, [illegible], vt reliqua ſigna ſalutem promittant, quod hic obſcurius dicitur. [illegible], quod eſt, ſuffragentur vero ad ſalutẽ reliqua omnia ſalutaria ſigna, hoc eſt, ſalutem ſuggerãt, ſubminiſtrent ac ſpondeant, aut ab his ſalus indicetur & promittatur. Etſi varia eſt ſcriptio, & [illegible] quædam exemplaria legunt, & [illegible], & [illegible], & [illegible].

46 [illegible]] Apertius in coac. præn. [illegible]] 47 [illegible]] Huc propriè refertur quod ſcribit * Celſus. Atq; ex his quidẽ ſuppurationibus, quas pulmonis morbi concitarunt, ferè ſenes moriuntur, ex cæteris iuniores. * *cap. 8. l. 2.* 48 [illegible]] Iſta omittuntur à quibuſdam interpretibus, ſed in omnibus exemplaribus adſcribuntur, & conſentiunt cum aph. 44. lib. 7.

49 [illegible]] Ex hoc loco [illegible] Exponit Erotianus apud Hipp. [illegible].

50 [illegible]] In Coac. Prænot. vbi iſta repetũtur, aperta eſt & valde expedita lectio, [illegible]. Hic verò ambigua eſt Gal. lectio, quam tamen ex Artemidori & Dioſcoridis exemplaribus comprobat & explicat, eamque videtur ſecutus vetus Interpres.

51 [illegible]] Hic locus repetitur libello περὶ κρισίμων, ſed ibi [illegible] deſideratur, & pro [illegible] ſcribitur. Hunc etiam totũ locum adducit Gal. lib. 2. περὶ κρισίμων ἡμερῶν, vbi pro [illegible] legit. Et lib. 3. περὶ κρίσεων, & Com. 3. in lib. 1. ep. Ex hoc autẽ loco Erot. [illegible] exponũtur.

52 [illegible]] Libello περὶ κρισίμων hoc paulò aliter legitur, [illegible], hoc ſenſu, vt huiuſmodi quaternariorũ circuitũ acceſſiones, in morbis acutis, dies viginti cõficiant, & in eas deſinant. Quæ lectio cũ iſta optimè quadrat. Gal. etiã lib. 2. de dieb. decret. hunc locum ſic legit [illegible]. hoc ſenſu, Hi igitur circuitus in morbis acutiſſimis, per quatuor aucti, acceſſione facta ad vigeſimũ perueniunt. Etſi poſtea lib. 3. [illegible] ſimpliciter legit. Et verò Com. ad aph. 24. lib. 2. [illegible]. 53 [illegible]] Ex hoc loco [illegible] pro [illegible] ſumi ſcribit Erot. vbi tamẽ [illegible] pro [illegible] vitioſè ſcribi diximus in noſtra OEconomia. Hunc etiã locũ integrũ explicat Gal. lib. 3. de dieb. dec. 54 [illegible]] Sic legunt exemplaria omnia. Gal. autẽ lib. 1. de dieb. decret [illegible] legit [illegible] exponens. 55 [illegible]] Hic Erotianum ſecutus ſum, qui [illegible] hoc loco exponit, vt dierum criticorum ſeriem & ordinem intelligerem.

56 [illegible]] Ex hoc loco [illegible] exponũtur Gal. in Exegeſi [illegible]. Erotiano verò [illegible], vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, quas omnes notiones etiã Galenus hic cõprehendit, in huius dictionis explicatione, & nos Galeni mentem maximè ſecuti ſumus, etſi alteram interpretationem nonnulli ſequuntur interpretes.

57 [illegible]] Hæc verba quibuſdã in exemplaribus deſiderantur, neq; adſcribuntur in Coac. Præn. vbi iſta repetuntur, neq; leguntur à Gal. lib. 3. περὶ κρισ. vbi hunc totũ locũ fuſiſſimè exponit. Vbi etiã pro [illegible] ſcribitur.

58 [illegible]] [illegible] ponit in Coac. Præn. quã hic [illegible] vocat. Vtrunq; * Celſus cõſecutus videtur cũ propriè hunc locũ expreſſit. Quicunq; etiam dolorem ingentẽ circa tempora & frontem habebit, is alterutra ratione eum finiet, magiſq; ſi iuuenis erit, per ſanguinis profuſionem. ſi ſenior, per ſuppurationem. Gal. quoq; in Com. [illegible] exponit, quemadmodum quoque [illegible], ſæpe apud Hipp. ſignificat. * *Cap. 7. lib. 2.*

59 αἱ

[59] οἷσι γὰρ πυρετοὶ] Hunc locum diſertiſſimis verbis ſic expreſſit *Celſus. Et ex eo caſu iuniores interdum intra ſeptimum diem moriuntur, ſeniores tardiùs, quoniam neque æquè magnas febres experiuntur, neq; æquè inſaniunt, ita ſuſtinent dum is affectus in pus vertatur. Sic enim lego, cùm [intus verſatur] legatur. *Ibidem.

[60] οἷσι δὲ κυνάγχαι] Multis locis celebratur hic locus Gal. vt lib. 4. de loc. aff. & lib. 3. περὶ δυσπ. & Com. 2. in lib. 3. ep. Repetitur etiam longè aliis verbis in Coac. Præn. Vbi οἰδήματα καὶ ἐρυθήματα legitur, quemadmodum ἀντὶ τοῦ ἐρύθημα tantùm legit etiam Gal.

[61] χρονίζωσι δὲ] Lib. 4. de loc. aff. legitur, χρονιώτεραι δὲ ὀλίγον τῶν ἐπιδημ., & deſiderantur hæc verba, καὶ τὸ ἐρύθημα μέγα γίνεται.

[62] ἐκβαίνει δὲ ξυνεξερευθεῖν] ξυνεξέρχεσθαι pro ξυνεξερευθεῖν habent quædam exemplaria, qua lectione tumor in faucibus & ceruice comprehenditur. Cui ſuffragatur aph. 37. lib. 6. At tumorem & ruborem ſimul comprehendit aph. 49 lib. 7. Vtrunque etiam Celſus ſic expreſſit. Itaque rubore & tumore in præcordiis orto ſcire licet fauces liberari. In Coac. Prænot. vbi iſta repetuntur, καὶ μὴ παλινδρομέῃ τὰ ἐρυθήματα legitur, quòd hic ἐρυσιπέλας dicitur. Et teſtatur Galenus ἐρυθήματα aut ἐρυσιπέλατα in multis exemplaribus legi, cui lectioni ſuffragatur aph. 49. li. 7.
*Cap. 4. lib. 4.

[63] ἢν τι μὴ τι ἐν καιρῷ] Expeditior eſt oratio & apertior lectio in Coac. Præn. ἢν δὲ ἀφανίζηται, μὴ τῷ φύματος συρραγέντος ἔξω, μήτε τῶν ἀποχωρημάτων σημείων καὶ ἄλλων, μήτε ἐν ἡμέρῃ κρισίμῃ, ὀλέθρια γίνεται.

[64] ἢν δὲ ἐς τὸ πλεῖστον στραφῇ] In quibuſdam codicibus hæc verba deſiderantur: neque horum fit mentio in Coac. Prænot. vbi iſta repetuntur, etſi illic adſcribitur, ἄρα γε ἔμπυοι γίνονται;

[65] οἱ δὲ γαγγραινώδεις] Gal. lib 6. compoſ. med. κατὰ τόπους cap 3. hunc locum exponit & his verbis legit, οἱ δὲ γαγγραινώδεις ἐπιδέσιας ἀποτεμνόμενοι καὶ ἐξαιρούμενοι, καὶ ἀποχαλάζοντες, ἐς δὲ ἐρυθρὸν ὅτι καὶ μεγάλοι καὶ γὰρ φλεγμονὴ ἐπιγίνεται τοῖς τοιούτοις ἡ αἱμορραγία. At exemplaria Regia M.S. quædam χαλάζοντες καὶ ἀποχαλάζοντες legunt, pro ἀποτεμνόμενοι καὶ ἀποχαλάζοντες, quædam etiam ἀποχαλάζοντες.

[66] ἐκλείπουσι δ' αὖ οἱ πυρετοὶ] Iſtud multis locis repetitur apud Hipp. tanquam caput in tota diſciplina iudiciorum celeberrimum, præcipuè tamen lib. περὶ κρισίμων. καὶ [ὑποστροφαὶ λαμβάνονται] ὅσοις αὖ οἱ πυρετοὶ παύονται, μήτε σημείων γενομένων λυτηρίων, μήτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι. Et in Coac. Prænot. τῶν πυρετῶν οἱ μήτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι, μήτε μετὰ σημείων λυτηρίων ἀφιέντες, ὑποστρέφουσι. Iſtum verò locum propriè mihi ſic expreſſiſſe *Celſus videtur. Febris autem quæ ſubitò ſine ratione, ſine bonis ſignis finita eſt, ferè revertitur. *Cap. 7. lib. 2.

[67] ἔστι δ' αὖ τῶν πυρετῶν] Hunc totum locum adſcribit & exponit Gal lib. 3. περὶ κρισίμων, & repetitur in Coac. Prænot.

[68] καὶ ὅσοι πείνῃ] Lib. 3. de criſ. legit Galen. ἢ ὅσοι πάντη πείνῃ, τῶν φθινοπώρῳ πλεόνων.

[69] ὅσοι τριταῖοι πέντε] Exemplaria quædā M.S. Regia τοῖσι τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι legūt. & in Coac. Præ. ὅσοι ὑπὲρ τὰ τριάκοντα γηράσκοντα ſcribitur. Gal. autē hîc & li. 3. περὶ κρισ. ὅσοι τριάκοντα ἔτεσι legit.

[70] ὅ καὶ ἐρυθρὸν τι] Hunc totum locū adſcribit & exponit Gal. lib. 3. περὶ κρισ. & Com. 2. in lib. 1. epid. & lib. 1. de loc. aff. Ex hoc etiam loco ἐρυθρὸν ἀντὶ τοῦ exponit Erot. apud Hip. ἐρυθρὸν γὰρ λέγεται ὁ ἐκχοῦς. Exempl. quædam Regia M.S. habent, ἢν δὲ καὶ ῥῖγος ἐπιλάβῃ, quam lectionem ſequitur Gal. libr. de criſ. & ἐκλάβοι legit Com. 2. in lib. 1. epid. Idem etiam ἐμέουσι pro ἐμέτῳ habet.

[71] τεταρταῖοι πίζοντες] τεταρταῖοι πιέζονται μᾶλλον ἢ τριταῖοι legit Gal. Com. in lib. 1. epid. & libr. 3. de criſ. Et exempl. quædam M.S. μᾶλλον καὶ τριταῖοι. Corn. autem priorem lectionem ſecutus videtur.

[72] ἐς τὴν παραρρηχθεῖσαν] Sic legunt exempl. omnia. Gal. tamen Com. 2. in li. 1. ep. legit, ἐς τὴν ἰσχὺν ἀπολλύονται, & lib. de criſ. ἐς παραρρηχθεῖσαν, ſine addito. Idem pro χειμάζοντα πιέζονται legit Com. 2. in lib. 1. epid.

[73] ὁ μαρμαρυγαί] Ex hoc loco μαρμαρυγαὶ exponuntur Erot. λαμπηδόνες πυκναὶ καὶ οἷον ἀστραπαὶ πυκναί, αἰφνίδιοι, πυρώδεις. Quædam ante oculos tanquam imagines obuerſari dixit * Celſus, & Prorrh. 2. vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, vbi & locum iſtum expreſſimus, & dictionem fuſiſſimè expoſuimus. * Cap. 7 lib. 2.

[74] ὅσοι δὲ παιδίοισι] In Coac. Prænot. iſtud paulò obſcurioribus verbis exprimitur. παιδίοισιν ὀξὺς πυρετός, καὶ κοιλίη ἀπόστασις μετὰ ἀγρυπνίης, καὶ τὸ ἐκπλαγῆναι, καὶ τὸ χρῶμα μεταβάλλειν, καὶ ἴσχειν ἐρυθρόν, σπασμῶδες. Vbi ea de re mentē noſtrā aperuimus. Huc verò propriè mihi referri videtur quod ſcribit Celſus. Si in cōtinua febre puero venter nihil reddit, mutaturq; ei color, nec ſomnus accedit, ploratq; is aſſiduè, metuenda neruorum diſtentio eſt. *c. 7. li. 2.

[75] χρὴ δὲ τὸ μέλλοντα] Hunc totum locum explicat Gal. Com. 4. in lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. vbi ἐκλογίζεσθαι legit.

[76] χρὴ δὲ καὶ τὰς φορὰς] Hîc ſecuti ſumus vulgata exemplaria. Interpretes autem omnes Galeni lectionem, quæ eſt, καὶ μὴ λανθάνειν τὴν τῶν ὡρῶν κατάστασιν, quā etiam idem repetit Com. 1. in li. 1. epid.

[77] ὅπη καὶ ἐν Λιβύῃ] Operæpretiū videtur apponere quod ad hūc locum his verbis adſcribit Erotian. Λιβύη, Δῆλος, Σκυθίη. καὶ Ἱπποκράτης ἐν ἄλλοις τρία κλίματα τῆς οἰκουμένης δηλοῦται. Λιβύην μὲν τὸ νότιον, τὴν δὲ ἀνατολὴν Δῆλον, τὴν Εὐρώπην δὲ διὰ τῆς Σκυθίης.

[78] ὡς ἂν χρὴ εἰδέναι] ὡς χρὴ εἰδέναι legit Galenus, & quædam exemplaria, τὰ μὲν ἐν τοῖς πλείστοισιν αὐτῶν ἐπιτυγχάνειν, habent; quam lectionem videtur proximè ſecutus vetus interpres.

IN LIBRVM DE HVMORIBVS.

[1] Τὸ χρῶμα τῶν χυμῶν] Hunc libellum περὶ χυμῶν indicatione apud omnes inſcribi vt conſtans eſt fama, ita multis locis à Galeno Hippocrati attribui, qui tria etiam in eum conſcripſit ὑπομνήματα, idem fatetur Com. 3. in lib. 6. epidem. & initio quarti, quæ an ea ſint quæ non ita pridem in lucem prodierūt, & hominum manibus nunc teruntur, non parua mentis ſpeculatione indiget. Hunc verò libellum Erotianus inter σημειωτικὰ Hippocratis recenſet, quem hac in re ſequimur.

[2] ὅσα μὴ ἄμπωτις ἐστι τῶν χυμῶν] Hunc locum planè expreſſimus & expoſuimus in noſtra Oeconomia, & ad eius intelligentiam alios Galeni locos qui plurimùm conferre videtur accommodauimus. Ex quibus locis apparet Galenū ὥσπερ ἄνθεα legiſſe. In Commentariis verò qui hodie circumferuntur, ὥσπερ αἴθειν legiſſe videtur, vt ad colorem in cute efflorescentem referatur, etſi αἴθειν quoque explicat. [3] ἐκτὸς ὁ ῥόος] Huc accommodatur aph. 21. lib. 1. eumq; adducit Galenus in Comment.

[4] ἄκλυστον] Ante hæc verba apparet alia multa adſcripta fuiſſe in veteribus exemplaribus ex Gal. Com. qui hodie circumferuntur.

[5] ἄκεα] Hunc locum in omnibus codicibus corruptum eſſe apparet. Nam in his Commentariis qui Galeni nomine circumferuntur, ſic legitur, καθάρσεις, κενώσεις. ἄκεα purgatio, vacuatio, remedia. illicq; multa de purgatione & vacuatione ſcribuntur, quæ duo ſane remediorum aut ſanationum generibus corpori humano idoneis comprehenduntur, ſiue à natura, ſiue à Medico adminiſtrentur. ἄκεα autem τὰ ἰάματα ſanationes, medelas exponit Galenus in Exegeſi, hoc fortè ſubindicato loco.

[6] ἐκκλίνοντας] Sic quidem legunt exempl. omnia. Gal. tamen ἐκκλίνοντες legiſſe videtur. [7] παρεγχύσιας] Hunc locū mihi ſubindicare ac explicare videtur Gal. lib. 4. Meth. med. vt etiam in noſtra Oeconomia ſubnotauimus. [8] ὁ ξυρῶσαι] ξηρῶσαι legendum vt legunt Ald. etiam exempl. [9] μὴ τὰ ἐκκεχυμωμένα] Hunc locum expreſſimus & indicauimus in noſtra Oecon. ἀραιὰ autem hic intelligi videntur, ea ſpatia quæ vaſa circumdant, eæque cutis partes in quas ſanguis ex vaſis effunditur & ſecedit, aut carnis laxitates (τὰ τῆς σαρκὸς ἀραιώματα dicuntur) quas quidem modicè calefacere & exiccare conuenit, vt ſugillationes illæ curentur. Aut certè per τὰ ἀραιά, ipſum in has partes ſecedentem & ſecretum ſanguinem intelligit.

[10] ὅσα ἀδιάλυτα] Hunc locum Galeno indicari ſcripſimus in noſtra Oeconomia, cùm ἀδιάλυτα exponit in Exegeſi, ἀλυτα, ἀλεκτα. Sic enim pro ταφῆ legendum illic eſſe monuimus, vbi & plures huius loci expoſitiones ex Erotiano & Heſychio adduximus, alteriusq; Galeni lectionis meminimus.

[11] ὁ θεῖον] Iſtum quoque locum ex Galeno in noſtra Oeconomia indicauimus & expoſuimus.

[12] ἐγχρίμπτοντες] Poſt ἐγχρίμπτοντες apparet Commentarios eos qui Galeni nomine circumferūtur iſta addidiſſe, ἴσα, χάσμη, φρίκη, quorum tamen in noſtris codicibus nulla omninò fit mentio.

[13] παίδευσις ἰδέης] Hunc quoque locum in Oeconomia noſtra expreſſimus & expoſuimus.

[14] φύσις] φύσεις lego cum interpretibus omnibus, etſi φύσις legunt exemplaria omnia tum ſcripta, tum publicata, & Vaticana vt patet ex Caluo.

[15] πλησμονὴ] Poſt πλησμονῆς, κενώσιος videtur legere Galenus, vt & poſt ὕπνος, ἀγρυπνίης aut ἐγρηγόρσιος, quemadmodū etiā poſt πόνων ἀπονίης additur, vt per cōtraria curatio indicetur, cuius rei etiam Commentarij Galeno adſcripti mentionem hîc faciunt.

[16] μνήμης] Poſt μνήμης λήθης videtur legere Caluus. At pro μνήμης γνώμης legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

[17] τῇ ὀσμῇ κάθαρσις.] Sic quidem legunt omnia quæ videre licuit exemplaria. Cornarius tamen τῆς ὀσμῆς καθάρσιος legiſſe videtur & ſuperioribus iunxiſſe.

[18] οἷα ὁ διὰ παίδων] οἷα διὰ παίδων, ὁ ὁ, legit Caluus.

[19] ἢ ἐν ποσὶ ῥύσις] Codices Regij manu ſcripti, καὶ ὁ ἐν ποσὶ ῥύσις legunt. Eſt autem iſta velut ſcoporum medicorum recenſio quædam.

[20] ὀργασμὸς] ὀργασμοὶ vitiosè legunt exemplaria quædā manu ſcripta. Hanc autem dictionem expoſuimus in noſtra Oeco-

nomia, ſimulque hunc locum indicauimus variamq; explicationem adhibuimus, ſiue emollitionem ac ſubactionem, aut veluti præparationem intelligas, ſiue irritationem, aut concitationem, aut irrumpendi impetum, à verbo ὀργᾶν, quod fecerunt omnes interpretes præter Caluum.

[21] ἀλλ' ἢν] Poſt hæc verba multa adſcribuntur de alui egeſtionibus in Commentariis Galeno adſcriptis, quæ tamen in veteribus exemplaribus non leguntur.

[22] πολὺ ἐρρίφθη] Hunc locum expoſuimus & expreſſimus in noſtra Oeconomia. ἐρρίφθη hic explicat Galenus lib. περὶ τρόμου καὶ ῥίγους, τὸ μὲν καταχυθὲν ὑπ' ἀνάγκης ζέοντος πρῶτον, ἀλλὰ κατὰ τὸ ὕδωρ πρὸς ὃ ψυχρὸν σῶμα καταρριφθέν. Sic enim ſcribit. τοῦτο ἐν τῷ περὶ χυμῶν ἐρρίφθη ἐπιτέθεικεν, τὸ καταβληθὲν δίκην ἀψύχου σώματος, ὥσπερ τὸ τῶν πολλῶν ἐκλελυμένον τε καὶ ἀποκεκμηκός. Quæ ferè omnia hic repetuntur in his Commentariis qui Galeni nomine circumferuntur.

[23] καὶ τὸ ἀλεασμὸν] ἀλεασμὸν ἐξοχῆς mὸν ex hoc loco mihi videtur exponere Erotianus, vt & αὐτὸν τὸ ξηρὸν, adducto Homeri teſtimonio, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

[24] καὶ τὸ διαλεροτηνμα] Hanc dictionem ex hoc loco & Prorrhetico expoſuimus in noſtra Oeconomia, vbi de hac dictione eadem ferè quæ in his Commentariis ſcribuntur, ex Comm. 2. in Prorrh. adduximus.

[25] τὰ ἐγγύς] Hunc mihi locum innuere videtur Galenus lib. 11. de vſu partium, cùm rationem reddit cur temporalium muſculorum vulnera ſint admodum noxia, ita ſcribens, ὥσπερ οὖν ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγε, τὰ τε ἐγγὺς, καὶ τὰ κοινὰ, καὶ πρῶτα μάλιστα κινεῖται, ὅτι δὲ ἐγγυτέρω τῶν κροτάφων μυῶν, ἔτι δὲ καὶ ποιοῦντων σπασμῶν ἐγκεφάλῳ, μᾶλλον κακοποιοῦσιν ἑτέρους μῦς. εὔλογον ἐστὶν ἐπὶ τῶν κατ' αὐτοὺς τραυμάτων ὅτι τάχιστα πλεῖ ὦ χεῖρ. Eundem quoq; iſtum mihi locum ſubindicare videtur Galenus Com. 3. in lib. de art. his verbis, quæ vitioſiſſimè ſcribuntur noſtris in codicibus, συμπάσχει δὲ τὰ ὁμόφυα καὶ τὰ πλησίον, ὥσπερ ἐλέγετο κατὰ τὴν συμπάθειαν, τὰ κοινὰ, καὶ μάλιστα κινοῦνται.

[26] οἷα ἀγελαῖα] οἷα ἀγελαῖα lego cum interpretibus omnibus.

[27] ὥσπερ ἐν ὥσπερ ἀεὶ δεῖ] Hæc repetuntur ex aph lib. 1.

[28] ἀρτίως] Sic quidem legunt quotquot nobis videre licuit exemplaria. Commentaria tamen Galeno attributi, & Gal. Com. ad aph 20. lib. 1. hic ἀναρρῇ legunt, quam dictionem in noſtra Oeconomia expoſuimus.

[29] πάντα φαρμακεύειν] Hæc repetuntur ex aph. 22. lib. 1. At verò ante hæc verba Commentarij Galeno attributi hanc ſententiam adſcribunt. τὰ κρινόμενα ἐπὶ τὸ βέλτιον μὴ κινεῖν ἐπιφαρμακεύειν. Quam ſententiam Galenus etiam ex hoc libro profert cap 7. libr. 1. de Criſib. In codicibus tamen Græcis omnibus deſideratur, & ab Hipp. ſcribitur lib. 2. Epid. ſect. 1.

[30] ἃ δεῖ ἄγειν] Hæc melius ſcribuntur aph. 21. lib. 1. Ideoq; ſcribendum videtur, ἐπὶ ἃ μάλιστα ῥέπει διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων, ταύτῃ ἄγειν.

[31] ἐκεῖ δὲ ἀποστομώσιος] γαστρὸς & λειποθυμίας legendum vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, etſi γνώσιος & γνώμης vitioſè ſcribunt exemplaria omnia.

[32] καὶ ὁ κατάστασις ὥσπερ ἐν τῶν παρεξυσμῶν] καὶ αὐτὸ ἐν τῷ παροξυσμῷ legunt exemplaria quædam.

[33] ... ἐγγὺς ἐπικείμενος] ἐγγὺς ὧν ἐπικείμενος lego.

[34] ἐν ὥσπερ πυρετοῖσιν] Hæc ex aph. deſumpta ſunt 31. 32. 33. lib. 4.

[35] ... καὶ ὥσπερ ἐν περίνθῳ] Conſtitutionis in Perintho tuſſiculoſæ & peſtilentis in fine ſect. 7. lib. 6. Epid.

[36] καὶ ψυχῆς] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & Galeno adſcripti Commentarij. ψυχῶν autem pro ψυχῆς legere videntur Cornarius & Caluus. Cæterùm Vaticana exemplaria hunc locum ſic legunt, καὶ τὸ αὐτὸ λόγος συμβαίνει σώματος ἀπὸ χυμῶν συντάξιος.

[37] καὶ σώματος φύσει] οἰδέειν videtur legiſſe Cornarius & Galeno attributus Cõmentarius, vt tumor qui in naturali eſt corporis habitu, reſpõdeat lienis tumori ex morbo. φύσει tamẽ legitur in omnibus exẽplaribus, idq; expoſuimus in noſtra Oeconomia.

[38] ψυχῆς ἀκρασίη] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ψύχεος ἀκρασίῃ legiſſe videtur Caluus.

[39] αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων] Hunc mihi locum ſubindicare videtur Galenus lib. 2. de Temp. cùm ſcribit, ἐπὶ τοῦ ἁμαρτάνουσιν οἱ τὰ περὶ κράσεων ἡμῶν ἀπομνημονεύματα καταλελοιπότες, ἐπὶ δὲ ὡρῶν τούτους, ὅτι μηδὲ μεμνῆσθαι τοῦ πρὸς Ἱπποκράτους ὀρθῶς εἰρημένου, τοῦ δὲ ἐπικινδυνοτάτας τὰς μεταβολὰς τῶν ὡρέων εἰς οἷα γίγνεται. Rurſus Com. in aph. 11. lib. 3. his verbis, εἴρηκε δὲ αὐτὸς, οὐχ ἁπλῶς κατὰ σκοπιὰς τὰς ἐπιστάσεις καταστάσεις, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐξ ὡρῶν εἰς ὥρας αἱ μεταβολαὶ συντελοῦσιν. Similiſque locus eſt ſect. 8. lib. 6. Epid. aph. 18. & 21.

[40] ὁ ζάτιον] Pro ζάτιον ζωμήσιον legunt exemplaria Regia manu ſcripta & Vaticana.

[41] ἀκρῷ τῷ κοίλῳ παρεόντι] Huius loci meminit Galenus Com. 1. in lib. 3. Epid. his verbis, λέλεκται γεγονὼς ὑπὸ περὶ χυμῶν, καὶ ἀκρῷ ἀφαρμόζει παρεῖναι τὰ σκέλεα τρέμειν, διὰ τὸ φόβον ἐνεστηκότα καταβλέποντα πλεῖ ὧν ἄκρων. Vbi etiam eadem ferè de tremore ſcribuntur, quæ in Commentariis iſtis Galeno attributis. Libro quoque de motibus manifeſtis & obſcuris Galeno attributo, cap. 8. hoc exemplum apponitur. Vbi certè pro ἀκρῷ κοίλῳ, ἀκρῷ κρημνῷ etiam mihi interpres legiſſe videtur, cùm incedere ſuper apicem pinnaculi, aut montis excelſi dixerit.

[42] ὄρος ἐξαβαίνει] Hoc exemplum etiam adſcribitur libro de Motibus manifeſtis & obſcuris Galeno attributo.

[43] ὅπως ὑπακούει] ὅπως ὑπακούει aut ἐκὼν videtur legiſſe Galenus & Cornarius.

[44] ἐν ἐρίων κοίτῃ προβάτων] προβάτων ῥυπαρῶν ex hoc loco mihi exponere videtur Erotianus apud Hippocratem. κοίτην autem ouile aut ouium ſordes intelligit.

[45] καὶ τὸ ἀκρῷ βασιλικοῦ κυμίνου] Cuminum Æthiopicum Regium Hippocrati dictum teſtatur Dioſcor. c. 68. lib. 3. & Pl. c. 15. libr. 20. videlicet quia efficacius in Ægypto iudicauit. Cuminum autem potum aut illitum colorem pallidum reddit, vnde pallens dicitur, vt pallentes curæ, quòd pallorem inferant.

[46] ἐκ κεφαλῆς ἀγωγὰ] ἐκ κεφαλῆς ἀγωγὰ videntur legiſſe Galenus & Cornarius, cùm intelligantur ea quæ pituitam euocant, eamque per nares ex capite educunt, aut lachrymas cient, caputque expurgant.

[47] ὥσπερ ἐν διέβρωσεν ἡ γῆ] Hunc locum profert & explicat Galenus lib. 6. de Plac. Hippocr. & Plat.

[48] ὥσπερ γὰρ κοιμηθεῖσιν] Iſtum locum longè aliter mihi videtur legiſſe Caluus.

[49] ὥσπερ ὕδεριν] Hic locus mihi videtur à Galeno ſubindicari in Exegeſi, cùm ὕδερον ἢ μεγάλη ὕδερα ὑποπευστικοὶ, exponitur, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

[50] καὶ καταστάσιος τῆς νόσου] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria, quod etſi tolerari poteſt, vt ex morbi conſtitutione, circumſcriptione, ac veluti quadam ex totius morbi temporibus compoſitione, forma quædam morbi dignoſcatur, veluti peracutúſne ſit, an acutus, an diuturnus. Malim tamen τῆς καταστάσιος τοῦ ὅλου legere, vt aëris nos ambientis temperiem ac conditionem obaudias, vt ex ambientis nos ſtatus natura tum vniuerſali, tum ſingulari, morborum forma & præcognitio ducatur, quod etiam iudicauit Hippoc. lib. 1. epid. ſent. 3. Eamq; mihi lectionem ſecuti videntur ferè Galeni Commentarij & Cornarius.

[51] αὐόμαλον θάλπος] Eadem ferè ſcribuntur aph. 4. lib. 3. Quod ſequitur, καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσι κατὰ λόγον, mihi rectius præcedentia ſpectare videtur.

[52] τοὺς μὲν διὰ τὸ μέσον βορβορυγμοὺς] Sic quidem rectè legunt exẽplaria omnia, etſi quædã Regia manu ſcripta βορβορυσμοὺς habent.

[53] ὥρας δὲ] Hunc locum aliter mihi legiſſe videntur omnes interpretes.

[54] ὅταν αὐτὸ ἔαρ] ὁ ἦρ legunt quædam exemplaria Regia manu ſcripta, vt etiam Vaticana, ἔαρ verò Aldina. Sed πῦρ aut τὸ ἔαρ lego cum Galeno & Cornario.

[55] καὶ ἀποδεχομένη] Hanc dictionem expoſuimus in noſtra Oeconomia, ſimulq; hunc locum expreſſimus.

[56] καὶ φθινοπώρου] Sic quidem legunt omnia exemplaria, ſed φθινόπωρον lego cum omnibus interpretibus.

[57] καὶ περιεργασμένα] Iſtum locum expreſſimus & fuſiſſimè ex Galeni mente expoſuimus in noſtra Oeconomia.

[58] νότοι βαρυήκοοι] Vide aph. 5. lib. 3.

[59] ἢν μᾶλλον πλεονάζῃ] Hic quidem codicum pluralitatem ſecutus ſum, vt ad ſequentia referrem: etſi quædam exemplaria præcedentibus adiungunt. Hæc autem verba idem ſignificare videntur, quod ſcribitur aph. 7. lib. 3. καὶ ἢν μὲν ἐπὶ πλεῖον ᾖ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, οἵην τὴν κατάστασιν ἐποίησεν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι, quibuſcunque etiam redundantibus in corpore excrementis, & quomodocunq; affectis corporibus, aut ex alio anni tempore, aut illo temporis ſtatu, & quocunque in corpore inualeſcente humore.

[60] αἱ μεταβολαὶ] Eadem ferè ſcribuntur aph. 1. lib. 3.

[61] καὶ τὰς ἄλλας καταστάσιας τῶν νόσων] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed τὰς ἄλλας καταστάσιας lego, deinde τῶν ὡρέων ἄλλας πρὸς ἄλλας, vt ὥρας ſubintelligas, quo facilius aph. 3. lib. 3. reſpondeat. Quam lectionem etiam ſequuntur Galeni Commentarij, iidemq; τὰς καταστάσιας aëris ſtatum ac conditionem, & ambientis temperiem exponunt. Ex cuius varietate pro cuiuſque natura morborum genera dependent.

[62] καὶ πρὸς καταστάσιας τῶν ὡρέων] Sic legunt omnia quæ vidimus exẽplaria, iſtamq; vulgatam lectionem ſecuti ſumus. Hæc autem verba ſequentibus iungunt Commentarij Galeno attributi.

[63] ὕδατα καὶ ἀνέμους] Hic ὄμματα pro ὕδατα habent exemplaria quædam, vt etiam paulò pòſt, quam etiam lectionem ſequuntur Galeno attributi Commentarij.

[64] ἢν

[64] καὶ μὴν ἐπὶ πᾶσι Vide aph.7.lib.3.

[65] ἐπὶ πάντα χειμῶνας συγγενομένην] συγγενομένου legunt Aldina exemplaria, & τοῖσιν ἤρ ὅτι διήρθρωται.

[66] εἰ αἱμοῤῥοΐδας ἔχοντες] Hic locus repetitur aph.28. ſect.3.lib. 6.Epid. vbi eum fuſiſſimè expoſuimus, vt & in noſtra Oeconomia.

[67] ἴσως δὲ οὐδὲ ἀλγεῖσιν] οὐδὲ ἄλλοισιν legiſſe Galenum apparet ex Commentariis qui eius nomine circumferuntur, velut etiam libr.6. Epid.

[68] συχνοῖσιν ἐπὶ ἐπιτάσιν] συχνοὶ legiſſe Galenum & Cornarium apparet, quam lectionem etiam ſecuti ſumus ex lib.6.Epid.

[69] καὶ ὅσοι ἄλλαι ἀποστάσιες] Hunc eſſe nobis ſenſum diximus, id eſſe ſpectandum in reliquis abſceſſibus, quemadmodum in hæmorrhoidibus multos intempeſtiuè curatos, ex ſuppreſſa humorum redundantia, multis & pernicioſis morbis corripi ſolere. Quod verò ἰσύριγγας ὅσοι ſcribitur, etſi de reliquis abſceſſibus, qui humorum redundantiam ex toto corpore effundunt, intelligi poteſt, ad fiſtulas tamen proprio quodam modo referunt Galeno attributi Commentarij. ἀποστάσιες autem pro ἀποστάσιος legitur in Epid.& longè aliter.

[70] ὅσα πίρσεως] Hic mihi horum verborum ſenſus eſſe videtur, quæ in omnibus exemplaribus hoc modo leguntur, etſi longè aliter libr.6. Epid. ſcribuntur, & ab Hippocratis interpretibus variè ſcripta & agitata eſſe teſtatur Gal. Commentariis in li.6. Epid.& hoc loco. συγγινόμενα tamen legiſſe Galenum apparet, cùm συγγενόμενα habeant exemplaria omnia. Eadẽ tamen eſt notio, ſiue eadem accedant impedimenta, ſiue ea impedimenta antè fiant, cùm ea ſi prius fiant, morbos præcaueant, eoſque fieri prohibeant. Veriorem tamen ſcripturam eſſe, lib.6. Epid. diximus. Quòd verò in fine ſcribitur, ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι, etſi in codicibus omnibus ſcribitur & Galeno attributis Commentariis, ea tamen valde ſuſpecta ſunt, quod in Epidemiis & à Cornario omittantur, etſi poſſunt ad ſequentia referri, vt fecimus.

[71] οἱ ὑπνώδεις πάντες] ἄλλα πάντα ὑπο λεγόμενα videntur legiſſe Galeno attributi Commentarij & Cornarius, quæ lectio ex lib.6. epid. deſumpta videtur. Cuius magnam eſſe in codicibus varietatem cùm indicent Galeno hic attributi Commentarij, & Galenus Com.in lib.6.Epid. eadem tamen eſt vtrobiq; notio.

[72] ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι] Hic vulgatam ſcripturam & exemplaria omnia ſecuti ſumus cum Caluo, & iſta ſequentibus adiunximus, cuius etiam lectionis meminit Galenus Com.in lib.6. Epid.& Commentariis in hunc locum. Manu verò ſcripta exemplaria quædam ἀλλ' οἷσιν αἱ κοινωνίαι legunt, vt ſcripſimus noſtris in lib.6. Epid. annotat.

[73] καύσους] Hic ſecuti ſumus Galenum & interpretes, idq; ſequentibus adiunximus, etſi iſtius lectionis meminit Galenus Comm.in lib.6. Epid. in fine ſect.3. vbi hæc ſententia repetitur.

[74] τὰ περὶ τὰ οὖς] Hæc eadem ſententia paulò aliter legitur initio ſect.4 lib.6. Epid.& lib. περὶ κρισίων. Vbi autem hic legitur in omnibus codicibus, τῆς ἀποστροφῆς κεκριμένα, τῆς ἀποστροφῆς γενομένης legiſſe videtur Cornarius & Galenus ex lib.6.Epid.

[75] ἢ αἷμα] Hæc verba duplici notione intelligi poſſunt, vt multò magis abſceſſu liberentur, ſi larga & liberalis contingat è naribus ſanguinis profuſio. Aut ſi abundè & copioſè ſanguis ex naribus erumpat, longè certiorem fieri iudicationem, cùm alioqui futura non ſit morbi ſolutio, quomodo ſumpſit Galenus in Commentario. Legitur autem hæc ſent.lib.6.Epid.ſect. 4.& libello περὶ κρισίων paulò aliter. Cæterùm omnia exemplaria hic legunt, ἐφ' ᾧ τὸ οὖς ἀρτιγενόμενον, ſed ἀρχομένου legunt Galeni exemplaria, vt & lib.6. Epid. Caluus verò ἀπογενομένου legit.

[76] ᾧ τὸ ὕστερον] Hæc ſent. etiam aliter legitur lib.6. Epid. ſect. 4.

IN LIB. DE IVDICATIONIBVS.

ΠΕρὶ κρισίων] Huius libelli aliud fuiſſe principiũ Caluo ſatis conſtat, in quo quid Criſis ſit in morbis, & quantum Medico conferat, oſtenditur. Videturq; libellus iſte parum integer, ſed variè ex aphoriſmis, Prognoſtico, & aliis Hipp. locis conſarcinatus. Exemplaria verò quædam ἄτερ ὑγιὴς legunt, quædam etiam ὑγιέως.

[2] ἱδρῶτες γὰρ ἄριστοι εἰσί.] Hæc ex Prognoſtico ſumpta ſunt, eoque referenda.

[3] παχυνόμενα δὲ χρὴ] Hæc quoq; ex Prognoſtico ſumpta ſunt.

[4] δυσκρίτεροι γὰρ διατελέουσι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed δυσκρίτεροι legere malim, cùm paulò poſt iis εὐκρινέστεροι opponat.

[5] οἱ δὲ πυρετοὶ κρίνονται] Iſta ex lib.3. Progn. deſumpta ſunt.

[6] μόνα μὲν ἰόντα] Caluus iſtud de vrinis ſumpſit, & μόνα ἐπὶ ὕδερ legiſſe videtur.

[7] ἀλλ' ὑγιὲς γίνεται] ὑγιὲς legunt Aldina & Vaticana exemplaria.

[8] τῆς θέρμης ἀπιούσης] τῆς θέρμης ἐπανιούσης legunt Aldina exemplaria.

[9] ὁ διὰ ὑγιείην ἰσχυρὴν] Sic quidem legunt publicata omnia exemplaria, ſed Vaticana διὰ ῥιγέων ἰσχυρῶν legunt.

[10] ὁ δ' ἄλλη ἰδίη ποιέει] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἀφίησι lego cum interpretibus.

[11] τριταῖος] Id de tertiana febre dici teſtatur aph 59. lib.4. quanquam Caluus aliter accipit, & τεταρταῖος legere videtur.

[12] ὁκόσοι ἐν ἀφοδίοισι] Hæc ſententia ſumpta eſt ex aph.63. & 64.lib.4.

[13] τὰ ὀξέα νοσήματα] Aph.23. lib.2. & in Coac. Prænot. vbi hæc ſententia repetitur, non additur ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

[14] ἱδρῶτες] Hæc ſententia ſcribitur aph.36.lib.4. ſed trigeſimũ primum diem hic adſcribit Cornarius ex aphoriſmis, cùm τριακοσταῖοι ſcribant exemplaria omnia, vt τριακοσταῖοι Aldina, cùm in eam diem iudicationes cadant ex Hippocratis doctrina, etſi ſeptimus & vigeſimus dies & trigeſimus primus, & trigeſimus quartus rarò per ſudores iudicent; vt ſcribit Galenus.

[15] ἀνδρὸς ἤθος δὲ] Caluus hoc cum negatione legiſſe videtur, contra omnium codicum fidem.

[16] καὶ τὸ νόσημα παραμένει] καὶ lego cum cæteris omnibus exemplaribus, & ἐπὶ πᾶσι.

[17] ἐν τῇσιν ὑποχονδρίοισιν] Hæc ex Prognoſtico deſumpta ſunt.

[18] μὴ καθαρὸν ᾖ] Sic quidem legunt exemplaria omnia: iſtaque lectio retineri poteſt. Verùm cùm iſta ex Prognoſtico ſumpta ſint, nos cum Cornario negationem ſuſtulimus, & ad id quod ſcribitur in Prognoſtico retulimus. εἰ δὲ διαλείποι, καὶ ποτὲ μὲν καθαρὸν οὐρέοιτο, ποτὲ δὲ ὑφίσταιτο τὸ λευκόν τε καὶ λεῖον, χρονιωτέρη γίνεται ἡ νοῦσος, καὶ ἧσσον ἀσφαλής. Quod etiam paulò poſt eadem notione repetitur. Nos tamen in reliquis vulgatam lectionem retinuimus, vt χρονιωτέρη ἡ κρίσις legimus. Aldina verò exemplaria pro κρίσις κίνησις vitioſè legunt.

[19] ὀδύνη δὲ ποδάγρικὴ] Hoc deſumptum eſt ex aph.49.lib.6.

[20] ἐπιδιδόασιν] Id etiam ex Prognoſtico ſumptum eſt.

[21] ἐὰν δὲ ἐπὶ τὰ τοιαῦτα] Iſta ſine ordine repetita tumultuariam huius libelli conſarcinationem arguunt, ſumpta tamen ſunt ex Prognoſtico. Aldina verò exemplaria πολὺ χρόνον, pro πολυχρόνιον legunt.

[22] ἐν τοῖσι πυρετοῖσι] Eadem ſcribuntur lib.4. de rat. vict. in morb. acut. vrinarum variam mutationem morbi diuturnitatem, indicare, quod plures & varias ſubeſſe affectiones neceſſe ſit, vt illic ſcribit Galenus.

[23] ψυχροὶ ἱδρῶτες] Hæc ex Prognoſtic.& aph.37.lib.4. deſumpta ſunt.

[24] καὶ τούτων ἐν ὅλῳ τῷ σώματι] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen aph.39 & 40.lib.4. ſecutus eſt.

[25] κλονώδεις πυρετοὶ] Aph. eſt 56.lib.4.

[26] ὑγιαίνοντι] μὴ ὑγιαίνοντι legunt Aldina exemplaria. ἀκρίτως quoque ſuſpectum eſt, & εὐκρίτως malim.

[27] ἐν τῷ αὐτῷ χωρέουσι] Apparet decerptum eſſe ex apho.69.lib. 7. ideoq; incertum eſt, an de alui egeſtionibus, an de vrinis accipi debeat. Et certè id mihi parum integrum videtur.

[28] ὁκόσοι δὲ ἐν τρικαίοισιν ἀποχωρέεις] Iſtud ſumptum eſſe ex aph. 70. lib.7. apparet, etſi detruncatum videtur.

[29] ἐὰν αἱ φλέβες σφύζωσι] Iſtud de febribus intelligendum, in quibus magna eſt temporum pulſatio, largaque ſanguinis ex naribus profuſio expectanda, ſatis indicant quæ ſcribuntur in Coac. Prænot.& lib.2. Epidem. ſect.6. vbi hæc repetuntur, ibique expoſuimus, etſi vtrobique non ſimiliter ſcribuntur, vt etiam in calce huius libelli. Quod etiam hic ὀδύνης ἰσχυρῆς ſcribitur, illic ὀδύνης ἰσχύει. Hic etiam ſimpliciter venæ pulſare dicuntur, quod de arteriarum in temporibus pulſatione intelligitur in Coac. Prænot. etſi de venarum in manibus pulſatione in huius libri fine & lib.2. Epid. accipitur, de quibus etiam παλμὸς ſequente ſententia ſcribitur.

[30] ὅσοι ὑπὸ τεταίνου] Aphoriſmus eſt 6.lib.5.

[31] μήτε σημαίνει γινόμενα] γινόμενον lego, etſi γινόμενα legunt exemplaria omnia vitioſè.

[32] αὕτη δὲ ἐκ ἀποστροφαί] Vaticana exemplaria αὕτη δὲ αἱ καὶ ἀποστροφαὶ legunt.

[33] καὶ μὴν ἡμέρας λάβῃ] Sic legunt exemplaria omnia publicata. Vaticana verò, καὶ μὴν μίαν ἡμέρας λάβῃ legunt, quæ ſecutus eſt Caluus.

[34] ὁ νοῦσος κενοῖμεν μοίρῃ] ὁ νοῦσος καίριμος legunt exemplaria Aldina.

[35] ὅταν δὲ καὶ ἀποστρέφει] ὅτε δὲ lego cum Cornario.

[36] τὰ περὶ οὖς] Hæc ſumpta ſunt ex ſent.1. ſect.4. lib.6. Epid.& lib. περὶ χυμῶν, vbi paulò aliter leguntur.

[37] *καὶ ὑπὸ παχὺ*] *ἢ ὑπὸ παχὺ* legunt Aldina & Vaticana exẽplaria quæ ſecutus eſt Cornarius, vt id ad præcordia referatur, ex aph.74.lib.4. [38] *ἢν τεταρταῖος*] Siue id ad quartanas referas, vt faciũt Interpretes, ſiue ad iudicationem quæ quarto die cõtingit, certum eſt parum tutam & valde ſuſpectam eſſe indicationem, quæ per ſanguinis ex naribus eruptionem cõtingit, & *τεταρταῖαι αἱμοῤῥαγίαι* Hippocratis reſcriptis multis locis dãnantur, hicque de infi ſa iudicatione & recidiuam faciente agitur. Quod ſequitur, *καὶ τὰς νόσους ἀποχωρέοντα ὑγιάζει νόσους*, valde ſuſpectũ eſt, etſi in eo cõſentiunt omnia exẽplaria. Cornarius *καὶ τὰς διὰ ἀποχωρέοντα ὑγιάζει νόσους* legiſſe videtur, vt ſanguinis profluuia eos morbos qui per alui deiectiones ſanari ſolẽt, nõ ſoluãt. Sed lego, *καὶ τὰς πύου ἀποχωρέοντα ὑγιάζει νόσους*, hoc ſenſu, vt ſanguinis profluuia minimè eos morbos liberẽt, quibus pus prodiẽs ſanitatem confert. [39] *τοῖς μελαγχολικοῖς*] Aphoriſmus eſt 11.lib.6.ſed pro *φρενιτικοῖς νεφριτικοῖς* lubentius legerem. [40] *ὅσοι μαινόμενοι*] *ὅσοι μαίνονται ἐν τῷ σώματι ἀπαλλασσόμενοι*, legiſſe videtur Cornarius, cùm tamen *ὁ σώματι* legant exemplaria omnia. [41] *ἰκόνες ἐν τῇ γλώσσῃ ὑποφλάζουσι*] Hunc locum mihi videtur ſubindicare Galenus in Exegeſi, *ὑποφλάζουσι* exponens & *φλάζουσι*, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, qui etiam repetitur li.2.Epid.vnde ſumptus videtur, vt in eorum altero *φλάζουσι* legiſſe videatur.

[42] *ἢ ὀδύνη ἰσχυρὴ*] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed lectionem libr.2.Epid.ſecutus ſum cum Cornario.

[43] *ὁ μαίη*] *ἡ μαίη* lego cum Cornario ex libr.2. Epid. etſi illic locus iſte parum eſt integer, quem tamen illic abundè noſtris Commentariis expoſuiſſe videmur, atq; etiam expreſſiſſe quinã morbus magnus dicatur *ἐν ἰσθμῷ γνώμης*, vt & in noſtra Oeconomia. Sunt autem hæc omnia iudicationum difficiliũ valdè obſcura exempla, ideoq; etiam parum integra. [44] *ὅσοι ἐν τοῖς καύσοισι*] Hæc ſolutionis febris ardentis exempla repetuntur li.2.Epid.ſect.5. & morbi comitialis ſolutiones eſſe ſcribuntur, vt illic expoſuimus. [45] *ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ*] Aphoriſmus eſt 58.lib.4.qui etiam repetitur in Coac.Præn. [46] *ἴδοις ἐν τοῖς καύσοισι*] Hæc repetuntur ex aphoriſ.26.lib.6.& Coac.Prænot.vbi iſtam ſententiam abunde expoſuimus. [47] *ὅσοις αἱ ἐν τοῖς πυρετοῖς*] Hæc ex aph.60. lib.4. ſunt petita. [48] *ὅκουσιν ὀδύναι γίνονται ἐξαπίνης*] Hæc ſententia mihi videtur ſubobſcura & parum integra, & ex Coac. Prænot. repetenda, vbi illius explicationem attulimus, & *ἢ περὶ σώματα ὀδύναι* pro *περισκελέες ὀδύναι* legendũ diximus, etſi *περισκελέες ὀδύναι* dolores moleſtos & graues ſignificare poſſunt, quòd *περισκελὴς, σκληρὸς, δυσχερὴς* exponitur Heſychio. Quod ſequitur, *ἢ γὰρ λαμβάνει πυρετὸς*, mihi ad ſolutionũ exẽpla referri videtur, cùm dolor ad inferiora ſecedit, velut ad coxẽdices, & crura, aut tibias Neq; enim vehemens febris corripit, niſi præcipua viſcera attententur. [49] *ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένῳ*] Aphor. eſt 14.lib.6.qui etiã repetitur in Coac.Prænot. Illud verò *κατὰ φλέβας* non alium mihi ſenſum habere videtur, quàm quod ſcribitur in aphoriſmis, *ἢν κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κοιλίην ὕδωρ ῥυῇ*, aut quod ſcribitur in Coacis, *κατὰ φλέβας ἐς κοιλίην ῥαγέντος τοῦ ὕδατος*. Siue igitur aquoſa proluuies in venis cõtineatur, ſiue in ſpatiis inanibus & corporis cõceptaculis, ea ſi per venas in veſicã aut aluũ effundatur, ſoluitur morbus, nec aliter depellitur (quod etiam rectè dixit Horatius) niſi cauſa morbi Fugerit venis & aquoſus albo Corpore languor. [50] *καὶ ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος*] Ex aph.29.lib 7. petita eſt ſententia, quæ etiam multoties repetitur apud Hippocratem in Coac.Prænot. & li.1.de morb. [51] *ἴδοις ὑπὸ διαῤῥοίης*] Codices Vaticani ante hãc ſententiã hæc apponũt, *ὑπὸ διαῤῥοίης ἐχομένῳ ἰσχυρῆς, ἔμετος ἐπιγενόμενος λύει τὸ αὐτόματον λύσις*. Quam lectionẽ ſequitur etiam Caluus. Eſt autẽ aph.15. lib.6. lib.1. de Morb.repetitus. Reliqua ſubobſcura & parum integra videntur, vt & Aldina exemplaria, quæ *πολλῷ χεῖρον* legunt. [52] *ἢ λευκὸν ἐπιγινόμενον*] Hic locus ex lib.2.Epid.ſumptus videtur, ſect.6.vbi repetitur, & paulò aliter legitur, quem noſtris in illum locum Commentariis abundè expoſuimus.

[53] *κεφαλῆς περιωδυνωμένῳ*] Aphoriſmus eſt decimus lib.6.

[54] *ἐκλύσιες ὑγιαίνουσιν*] Aphoriſmus eſt 51.libr.6 libr. etiam 2. de Morb. repetitus. [55] *ὀφθαλμιῶντι*] Sumpta eſt hæc ſententia ex aphor.17.lib.6. in Coacis Prænotionibus etiam reperita.

[56] *ὑπὸ στραγγουρίης*] Ex aph.57.li.4.petita eſt hæc ſententia, multis aliis locis apud Hippocratẽ repetita, vt li.1.de Morb. & Coac. Prænot. [57] *ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ*] Hæc ſententia ferè iiſdẽ verbis repetitur in Coac.ſent.157. vbi eam abundè expoſuimus, & ex lib. *περὶ νούσων τῶν κατ᾽ ἄνθρωπον* deſumptam eſſe meliusq; adſcriptam teſtati ſumus. Quod etiam ſatis indicant quæ ſequuntur, *ὅκόταν ξυντεταμένας τὰς χεῖρας ἢ τὰ πόδας μαλλον ἐμπνέουσιν*, quæ illic ſuo ordine adſcribuntur, hîc verò omnia interturbãt nihilque cohæret, vt nec ea quæ ſequuntur de venarũ in manibus pulſatione, quæ iam ſemel hoc libro repetita, vitium manifeſtè arguunt, vt ne addam vitioſam & parum conſtantem exemplarium lectionem. Quare ea omnia cum Cornario omittenda & reſecanda cenſemus. Et certè Vaticana exemplaria defecta eſſe videntur & aliquid deſiderari ſuſpectant, vt etiam ex Galeno patet.

IN LIB. DE DIEBVS IVDICATORIIS.

[1] MEga μέρος] Hic libellus ex variis Hippocratis ſcriptis ferè conſarcinatus, non longè meliore fortuna quàm ſuperior vſus eſt. Et vterq; cùm ad *σημείωσιν* & prædicendi rationẽ pertineat, ab Erotiano eſt prætermitus. Exemplaria autẽ manu ſcripta Regia & Vaticana *μέγα κίρδος* legunt, ſed in Vaticanis ſupra *μέρος* adſcriptũ eſt, quam lectionẽ etiam ſecutus eſt Caluus. Hoc verò principium ex fine lib.3. Epid. hîc adſcriptũ eſt. [2] *ὁ γὰρ γνοὺς*] *ὁ γὰρ νοῦ* legunt exemplaria Vaticana pro *γνοὺς*, ſed vtramq; lectionem appoſuit Caluus. [3] *ἐγὼ ὅ, τι νόσημα ἀγαθὸν*] *ἐάσειεν* videtur legiſſe Cornarius faciliore ſenſu, & ad *νοσήματα* retuliſſe, quemadmódum ſcribitur in fine li.3.Epid. vbi iſta iiſdem verbis repetũtur, & nos ad finem peſt.ſtatus appoſuimus. Poteſt & publicata lectio ferri, vt ſigillatim quinam morbus bonus, quinam periculoſus ſit, aut in temporis conſtitutione, aut in morbo, noſſe oporteat. Poſſumus etiam hîc ſequi lectionem lib.3. Epid. vt communem tempórum cum morbis affectionem & habitudinem reſpiciamus. Quam lectionem etiam noſtris in illum locum Commẽtariis ex melioribus codicibus integram repoſuimus. [4] *ἐὰν αὐτῇ τι ἡ ὥρα*] Aldina exemplaria & Vaticana *ἐὰν μὲν αὐτῇ τι ἡ ὥρα τῷ νοσήματι ξυμμαχέῃ* legunt, quã lectionem cum Interpretibus omnibus ſecuti ſumus, etſi *αὐτῇ τῇ ὥρῃ* vitioſè legunt Aldini codices. Si verò anni tempus cum morbo ægrum oppugnat, & illi copias auxiliares adfert, ſiniſtri augurij non ſuperſtitis futuri ægri ſignum eſt. [5] *ἐπειδὰν δὲ καὶ τὰ περὶ τὸ πρόσωπον*] Id videtur ſumptum ex Coac.Prænot. ſent.15. vbi prædictionis ex facie notæ apponuntur, vbi iſtud etiam expoſuimus. [6] *καὶ τὸ πνεῦμα μανότερον καὶ λεπτότερον*] *λειότερον* videtur legiſſe Caluus cùm leniorem ſpiritum dixit, velut etiam legitur in Coacis Prænot. [7] *καὶ ἐς τὸ ἀνθηρὸν*] Sic legunt exemplaria omnia publicata vitioſè, & manu ſcripta Regia, *ἐν τῷ περιδρομῷ*, nõ magis integrè. Lego autẽ *ἢ ἐν τῷ πέριξ τοῦ ὀδόντων τῆς γλώττης οἷον περ πάλιν λευκὰ ἐπαλείφηται*, velut noſtris in Coac. Præno. Annot. ſcripſimus, vnde totus hic locus ſumptus eſt, eumq; abũdè expoſuimus. Caluus verò *ἐπαλείπηται* pro *ἐπαλείφηται* ex ſcriptis codicibus legiſſe videtur, quemadmodum etiam in Coac. Prænot. *ἐπιπλάττεται* pro *ἐπιπλάσσεται* ex manu ſcriptis codicibus adſcripſimus. [8] *εἰ μὲν οὖν*] *εἰ μὲν οὖν ἐμπροσθεν ἦν* lego cum Cornario, & Caluo. [9] *καὶ ἤν παχύτερον*] Sic vtrobique legunt exemplaria omnia, ſed vltimo loco lego cum Cornario, *καὶ δὲ ἦν παχύτερον*, aut *καὶ ἢν παχύτερον*, ex codicibus ſcriptis, quod etiã fecit Caluus. [10] *τοῦτο δὲ*] Hæc ex ſent.213.Coac.Præno.deſumpta videntur, vbi etiam à nobis explicantur. [11] *τὰ δὲ ὀξέα τῶν νοσημάτων*] In codicibus Regiis manu ſcriptis, *περὶ ὀξέων νοσημάτων* adſcribitur. Quæ verò hoc loco acutis morbis tribuuntur, lib. *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν*, *περὶ παχέων* ſcribuntur, etſi aliquantulũ variant. [12] *καὶ περιφρίσσεται*] *περιφρίσσεται* lego aut *περιφαίνεται*, vt lib. *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν*. [13] *καὶ τελευτᾷ λέγει ὡς ἐρίων*] *ὡς ἐρίων μάχεται καὶ πλάζεται* legitur lib. *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν*. [14] *ἢ καὶ τι ἐρίφιον ὁδὲ ἐσβάδιον*] Hunc locũ aliter legit Cornarius, & lectionem libri *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν* adhibuiſſe videtur. [15] *καὶ μετὰ ... ταράσσεται*] Hic lectionem libri *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν* adhibeo cũ Cornario. [16] *τὸ σῶμα αἰσθάνεται ὀδύνας*] *ὀδυνᾶται* meliùs legitur ex lib. *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν*. [17] *ὁ δὲ πίνων*] Hic mihi ſequẽda fuit lectio libri *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν*, quã hîc vitiatã eſſe apparet, & ex illa deſumptã. [18] *φύσει γὰρ ἅπαξ*] Sic quidẽ legunt exemplaria omnia. Cornarius tamẽ pro *φύσει*, *φλέγει* legiſſe videtur. Hũc autẽ mihi ſenſum hæc verba habere vidẽtur, vt febris ardens ſua natura cùm ſemel inuaſerit, totum corpus accendi neceſſe ſit. [19] *δίψα μὲν οὖν πολλὴ ἴσχει*] *τὸν ἄνθρωπον* lego, iſtaq; deſumpta videntur ex lib.3.de Morb.in febre ardente, vbi iiſdem ferè verbis repetuntur. Hi linguæ in febre ardente ad perniciem tendente gradus, abundè mihi explicati videntur ſentent. 219. Coac.Prænot.vbi etiam iſtum locũ adſcripſimus. [20] *ἐχούσης δὲ*] Hæc repetuntur lib. *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν*, vnde deſumpta videntur. [21] *ὁ μεμηνέναι*] Hic interpretes omnes lectionem libri *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν*, vt puriorem ſecuti ſunt, & *ἴδοις ἂν μέγιστος ὀδυνᾶται* lego. [22] *γίνεται δὲ ἀπὸ χολῆς*] *ἢ φλέγματος* addendum videtur, vt locus ſit integer. [23] *βληχρὸς*] Poſt hæc verba legunt exemplaria omnia, *ἀλλὰ χρὴ ὅλη μαλακῶς*, quæ reiecimus cum Cornario, quod tranſlationem ex lib. *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν* arguant.

[24] *ἴκτερος δὲ ἀεὶ*] Hæc deſumpta ſunt ex lib.3. de Morb. vbi paulò aliter leguntur. [25] *ὁ δὲ περιπλευμονίη*] Hæc quoque ex libr.3. de Morb.repetuntur, & paulò aliter ſcribuntur.

[26] *πλευρῖτις δὲ*] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed *πλευρῖτις* lego vt lib.3. de Morb.

ΠΡΟΡΡΗ-

A

B

ΠΡΟΡΡΗΤΙΚΩΝ HIPPOCRATIS,

Hoc eſt,

C

PRÆDICTORVM, LIBRI DVO,

Quorum vnus poſt iuſtos Galeni Commentarios, noua interpretatione Latina, & breuibus Scholiis eſt illuſtratus, alter verò Latinitate etiam & Annotationibus, quæ vice Commentarij eſſe poſſint, nunc recèns donatus.

ANVTIO FOESIO *Mediomatrico Medico, &c.*

D

IN LIBRVM PRÆDICTORVM HIPPOCRATIS PRÆFATA.

Πρόῤῥησις eorum quæ mentis acie prouidentur aut præſentiuntur prædictio, magnam habet in re Medica celebritatem & nominis auctoritatem, adeoque prænotioni ancillatur, vt eius ſenſa in animi notione recondita, in lucem producat & explicet. Quarum inter ſe tam arcta eſt neceßitas, vt ad tuendam quam ſibi vendicant artis dignationem, mutuas ferant operas. Nam & prænotionis vis animi ſeptis, velut tenebris immerſa, non niſi prædictionis ope enitet, & prædictio, niſi quæ magna artis præceptione ſunt comprehenſa, aut diuturno vſu comprobata, aut denique contenta mentis agitatione

E *longè ante prouiſa, in medium proferat, futilis quædam & inanis loquentia potius quam futura prologuens oratio eſſe videatur. Vnde exiſtit vt prænotioni ferè iuncta prædictio, illuſtres faciat aditus ad totam iudiciorum diſciplinam, quæ & Medico admirabilitatem parit, & præcipuam arti conciliat exiſtimationem. Nam & quod animo informaris aut præſenſeris, in vulgus vt emanet, & in artis præcepta concludas, prædictione opus eſt. Eumq; in modum Medicinæ parens Hippocrates præſagium artificioſè inſtituens,* προγινώσκειν καὶ προλέγειν *Medicum iubet, & apud ægros præterita, præſentia, & futura ex arte enunciare. Et accuratius quodammodo lib. 1. Epid. Medicum velut ad officium reuocans,* λέγειν τὰ προγενόμενα, γινώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα, *eumq; in his exerceri vult. Quæ ſanè totam præſentiendi artem ita concludunt, vt & ex firmißimis artis præceptionibus informata præcognitio, longè ante notatam euen-*

F *torum conſequentiam velut acutè animo cernens ad prædictionem viam muniat ampliſſimam. Quæ tandem erecta mentis acie, velut iiſdem calcatis veſtigiis, ad præſenſionem contendens, artis myſteria tenebris abſtruſa euulgat, enunciat, & in publicum educit, ac temporum vices moderando, tantam arti gratiam accumulat, vt in præſagiendi diſciplina ſola ferè prædictio primas teneat. Hinc prædictorum, prædicendi ac prædictionis exorta Latinis nomina, eademq; Medicis trita,* πρόῤῥησις, προαγόρευσις *aut* προδιαγόρευσις, & προλέγειν. *Vt cùm ad rectè præſagiendum & præſentiendum multum adiumenti aliunde ſuppetat, præcipuum tamen inſtrumentum, velut & præconium, ex prædictione petatur. Quam certè ex arte & dignitate vt exerceas, cùm multa ad præcognoſcendum & præſagitione rectè vtendum ab Hippocrate & Galeno ſcripta ſint, demumq; per totam indicationis tractationem latiſſimè fuſa, prædictionis tamen aperta profeßio ac explicatio his ſolis duobus prædictorum libellis inſignitur. Etſi ſanè quidem illius exacta cognitio ex limpidißimis fontibus &*

G *germaniſſimis parentis fœtibus, aut ex iis quæ per totam Hippocratis Oeconomiam ad prædictionem informandam ſunt ſepoſita, potius quàm ex turbulentis his riuulis haurienda eſt. Quam ad rem plurimum conferet exactiſſima Galeni diligentia totam indicationis diſciplinam multis voluminibus comprehendens, ipſamq; præcognoſcendi & præſagiendi rationem ex fideliſſimis Hippocratis monimentis conteſtatam, velut in medicinæ adytis abſconditam ſuis plurimis commentariis in lucem proferens, & ad eam manu ducens. At certè ea tritiſſima via eſt quæ ad totius præſenſionis amplitudinem retinendam & confirmandam compendium adfert maximum. Eſt tamen in his duobus quiddam quamuis minimè idoneis prædictionis præconibus, quod ita probè artis exiſtimationem tuetur, vt germanitatis ſenſum præ ſe ferat, & ex genuina ſtirpe decerpti ſurculi in Aſclepiadarum familiam rectè inſiti eſſe videantur. Quamuis enim antiquam illam ori-*

H *ginis celebritatem & Aſclepiadarum dignationem ſartam tectam non habent, ex eadem tamen familia, quæ totum orbem nominis fama compleuit, tanquam ex ſchola prodierunt. Siue namq; ad Polybum, ſiue ad Theſſalum, ſiue ad Euryphontem ortum referant, in Aſclepiadarum tamen familiam, quæ numeroſiſſima fuit, velut retro repetitis cognationis ordinibus tranſeunt. Cuius rei ſententiam fert Hippocratici nominis vindex acerrimus Galenus libris de diffic. ſpirandi, qui reliquos Hippocratis libros Polybo aut Theſſalo adſcriptos, velut exauthoratos milites, militiæ ſacramento reſtituit, & in Hippocratis familiam ac diſciplinam cogit, eoq; nomine in populo venditationem habere exiſtimat. Quod ſanè in-*

dicium non temerè ſecuti ſunt antiqui, eos qui paſsim circumferuntur libros, tanquam vnum Medicina corpus in Hippo- A
cratis nomen imponentes. Et certè, ſi his duobus mancipiis qua nunc in libertatem aſſerimus ac velut producimus, præco-
nium facere noſtris ſcriptis fas eſt, eos ſatis locupletes exiſtimamus, qui & nobiliſsima arti grauiſsimum teſtimonium fe-
rant, & ampliſsima dignitatis exiſtimationem tueantur. Ac vt de priore Prædictorum iſtorum libro ſileam, cuius vt enar-
rator ita laudator eſt optimus Galenus, ſatis conſtat ex eo integras ſententias tanquam ſumptiones aut lemmata quadam
ab antiquis artis noſtra magiſtris, Galeno praſertim & Aretao, vſurpari. Et hic quoque verborum pondere, ſententiarum
grauitate, ſtyli magnitudine, & breuitatis circumſcriptione tam facile Hippocratis maieſtatem teſtatur, vt minimè abdi-
cari debeat. Quinetiam doctrinæ genere, & dictionis nouitate, ac tractationis ſerie cum Coacis Praſagiis tam apertè con-
ſpirat, vt ex iiſdem ducantur fontibus & vtriuſque idem auctor eſſe videatur, qui (vt in actionibus perſcribi ſolet) de
re eadem ferè fecerit alio modo. Neque verò ideo eius doctrina in totum reſpuenda eſt, quòd in eo naui plurimi, & vt in B
tumultuario opere ac ad memoria ſubſidium proiecto, voragines quadam ac vaſtitates deprehendantur. Cuius quidem
calamitatis infortunium ex Galeni monimentis ſolandum venit, cuius induſtria hiatus velut aggeſtione facta oppleti,
æquata ſalebra, & miſerabilis vaſtitatis ſpecies depulſa eſt. Qua lamentatio à nobis aliàs id ipſum quiritantibus iam ſa-
pe expreſſa, hoc tempore ſupprimenda eſt, praſertim cùm extra cauſam ſit, & in vnius Galeni diligentia conquieſcat, qui
horum Pradictorum librum primum ſuis Commentariis & laboribus ita complanauit, vt iam in omnium ora veniat. Quo
faciliore opera ideo defuncti ſumus, vt in eundem leues tantùm velitationes noſtras emiſerimus. In altero verſatur no-
ſtra quaſtio, atque eò ſanè maior, quò & deterior illius eſt conditio, & profectò obſcurior cognitio. Ac primùm (vt iam ad
id quod inſtat aggrediamur) in eo nobis magnum eſt propoſitum negotium explicandum, quòd cùm vterque in pradictio- C
nis & nomen & cauſam veniat, tam ſint inter ſe & toto tractationis genere, & ſerie, & ordine, ac dictionis ornatu diſsi-
miles, vt de germanitatis iure contendant. Deinde ea eſt ſtyli varietas, & ſcriptionis, totius habitus & forma tanta diſsimi-
litudo, vt vtriuſque non vnum aut eundem eſſe authorem res ipſa clamet. Certè ſcriptum iſtum librum ab eo apparet, qui
pradictionis Medica dignitatem à maledicentium obtrectationibus tueretur, cùm vaticinationis aut diuinationis nomen
incurreret, ac praſtigiarum potius quàm praſenſionis ſpeciem obtineret. Quod Medicorum quorundam ignauia, ne dicam
ambitione, illis temporibus accidit, qui vt famam in populo quarerent, ad illiberalem quaſtum pradictionis nomine turpi-
ter abutebantur, & ad quiduis potiùs quàm ad artis Medica dignationem obtruderent. Cuiuſmodi ſanè plurima pradi-
ctionum genera hîc conuelluntur, ac tandem quòd longius aberrarint, ad artis ſaluberrima metas flectuntur, demumq; D
quanam pradictionis ſpecie Medicus velut caduceo ornatus per omnium ora hominum clarus obambulet, artiq; ſummam
conciliet gratiam, praclarè oſtenditur. In eoque (quod ſatis apparet) verſatur totius quaſtionis cardo, vt pradictionis
legibus optimè conſtitutis, ad eorum modulum, que ſunt tam ad præcognoſcendum quàm ad rectè praſagiendum in arte
facienda neceſſaria, appoſitiſsimè accommodentur. At verò vt in vtroque rectè omnia ad pradictionis leges examinantur,
& quod palam profitentur, re ipſa ſatis praſtant, tam diſsimilis tamen inter ſe eſt oris habitus, tam varia ſpecies, vt eſſe
eiuſdem parentis fætus mihi in animum inducere nequeam. Cuius rei ſuſpicionem etiam auget Galenus paſsim in vocum
obſcurarum explicatione, hunc librum Prorrheticum maius vocans, & quibuſdam Prorrheticum ſecundum dici ſcribens.
Qua quidem nomenclatura etſi tolerari poteſt, eam tamen cùm in aliorum opinionem confert, minùs probabilem facit, at-
que eò magis quò ſapius vbi mentio huius libri incidit, eum ſemper Prorrheticum maius vocat. Neque verò illi longè E
æquior eſſe videtur Galenus in libello περὶ τοῦ προγινώσκειν, qui multorum Medicorum exiſtimatione hunc librum Hip-
pocratis familia abdicat, quod etiam de vtroque palam fatetur Erotianus, librorum Hippocr. locupletiſsimus & vetuſtiſ-
ſimus cenſor. Qua profectò ſunt grauiſsima quibus hoc tempore premimur praiudicata authoritatis teſtimonia, quaque
nos ab eo inſtituto, in quod iamdudum longa animi cogitatione incumbimus, reuocare facilè poſsint, niſi & publica vtili-
tatis ratio, & cauſa in quam iam pridem ſumus ingreſsi aquitas, ad eum quem tenere cæpimus curſum perſequendum ani-
mos adderent. Imprimis verò nos in hanc cauſam impoſuit Cornelius Celſus, qui multis magnorum Medicorum decretis
oppreſſam huius Prorrhetici ſecundi dignitatem, ita ſuis vigiliis recreauit & ſubleuauit, vt ex eo multa in rem ſuam
medicam tanquam in fundum transfunderet, & ex huius fontibus ſuos hortos irrigaret. Nam cùm caterorum Hippocra-
tis operum, tum verò huius libri tam eſt amulator & mirator eximius, vt integras penè ſententias in ſuum vſum tran-
ſtulerit, & (quod ſolet) liberius paulò Latinè reddiderit. Quorum omnium nihil à nobis eſſe neglectum, tam erit his no- F
ſtris Annotationibus manifeſtum, vt & cuiuſque loci notata ac expreſſa veſtigia, & aptè loco poſita, & verò plurima ad
regulam tanquam in lucem reuocata eſſe videantur. Magna ſanè fateor habenda Celſo gratia pro reddita huic operi ſa-
lute. At certè illi tam cumulatè beneficium reponitur, vt huius opera ex inſanitate & perturbatione quadam ad ſanita-
tem & tranquillitatem, ipſeq; ſibi quodammodo reſtitutus videatur. Hunc igitur nacti tam nobilem iſtius fabula actorem,
non eſt cur ad verbis exaggerandas huius operis laudes, ambitioſè nimis cuiuſquam praconium requiramus. Eſt enim
per ſe ſatis ampla & ferè popularis rerum ac verborum exornatio, doctrina verò cognitio ad eam quam pra ſe fert pra-
dictionis ſcientiam non minimùm accommodata. In qua tamen à Celſo plurima vbi breuitatis ſtudio con-
tractius concluduntur, ea latius aliquantulo & diffuſius nobis dicenda
fuere. Atque iſta nobis ſit ad hos Pradictorum libros
excurſio, velut pramonitio
quadam.

ΙΠΠΟ-

A

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΡΟΡΡΗΤΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

HIPPOCRATIS PRÆDICTORVM LIBER PRIMVS.

B

Οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι γινόμενοι, μετὰ κεφαλῆς, ὀσφύος, ὑποχονδρίου, τραχήλου ὀδύνης, ἀγρυπνέοντες, ἆρά γε φρενιτικοί εἰσι; μυκτὴρ ἐν τουτέοισιν ἀποστάζων ὀλέθριον, ἄλλως τε καὶ ἢν τεταρταίοισιν ἀρχομένοισιν.

QVi inter initia ſopore detenti, capitis, lumborũ, præcordiorum, ceruicis dolore ac inſomnia cõflictantur, eos conſiderare oportet, num ſint phrenitici. In his narium ſtillatio perniciem oſtentat, idq; præcipuè ſi quarto inter initia die contingat.

Galenus in libello περὶ κώματος cap. 6. & 7. hanc ſententiam explicat, eiuſq; ſcriptionis quam ambiguam facit in Commentatio meminit. Hunc verò affectum ex Lethargo & Phrenitide mixtum, quem Typhomaniam dici quibuſdam in Comment. eodẽ

C nomine etiam donari ſcribit libr. περὶ κώματος cap. 4. & imperitis medicis de illius nomine ambigi, cum tamen in Pulſuum Iſagoge & lib. 4. de Cauſ. pulſ. eundem affectum proprio carere nomine fateatur. Hippocrat. κῶμα ἄγρυπνον vocat eodem teſte cap. 4. libr. περὶ κώματος. Typhomaniam etiam vt hic quoque & libris de pulſibus, in Exeg. μικτὸν ἐκ φρενίτιδος καὶ ληθάργου πάθημα exponit Gal. Meminit autem huius ſent. Gal. initio Comment. 2. in lib. 1. Epid. & in ægr. 11. vbi ſententiæ ſecundæ initium primæ extremo etiã annectitur. Quod ex quibuſdam codicibus non rectè feciſſe Caluum etiam apparet. Vitioſa ſunt quoque exemplaria quæ κωματώδεες & ὄρφνιος legunt.

² Κοιλίης περίπλυσις ἐξέρυθρος, κακὸν μὲν ἐν πᾶσι τοῖσι νοσήμασιν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐπὶ τοῖς προειρημένοις.

Alui prærubra proluuies, cùm in omnibus quidẽ morbis, tum verò vel maximè in prædictis, malo eſt.

Hoc præſagium cùm ad præcedens referatur, poteſt tamen diſtingui, quod etiam facit in Cois Præſagiis, vbi etiam περίπλυσις non ſatis vſitatè legitur, quod hic quoque faciunt exemplaria quędam manuſcripta. Nam περίπλυσις κοιλίης antiqua vox Hipp. val-

D dè vſitata, cùm aluus liquidis & tenuibus diffluit, qua etiam vtitur Aretæus cap. 5. lib. 1. περὶ ὀξέων. Hæc autem ſignorum diuerſi generis concurſio, quæ horum Prædictorum authori valdè eſt familiaris, & ad prædictionis iuſtam commentationem non multum adfert adiumenti (vt ſcribit in Com. Gal.) affectionum inter ſe mixtiones facit. Sunt autem αἱ ἐπιπλεκόμεναι ἀλλήλαις διαθέσεις, ἐν ᾧ πλείω τῶν παθημάτων μίξεις, ex Gal. Com. 2. in lib. 3. Epid. Exemplaria porrò quædam manuſcripta ἐν πᾶσι νοσήμασι legunt.

³ Αἱ δασεῖαι γλῶσσαι καὶ κατάξηροι, φρενιτικαί.

Lingua ex reſiccatione denſa & aſpera, phrenitidem portendit.

Δασείας γλώσσας, ex reſiccatione denſam & aſperam diximus, vt vtramq; interpretationem includeremus. Nam δασείας, τραχείας Galenus exponit. Poteſt etiam & ἡ τραχεῖα intelligi, aut quæ σκληρὰ & τραχεῖα in febre ardente dicitur lib. 3. de Morb. vt ſcripſimus in Cois Præſagiis. Dicuntur etiã quibuſdam δασεῖαι γλῶσσαι, αἱ ὑπὸ ξηρότητος πολλῆς ἐπικεχυμέναι, ὡς μὴ ἐξερευνᾶν τὰ λεγόμενα. δασεῖς γὰρ ἔχει καὶ φασὶ δασυπαλίζεται, ὁ πεπαχυμένος τῇ κατὰ τὸ πλεῖον προσφορᾷ ξηρῷ πνεύματι. Ex Scholio quodam.

E ⁴ Τὰ ἐπὶ παραχώδεσιν ἀγρύπνοισιν, οὖρα ἄχροα, μέλανα, ἐναιωρεύμενα ἐφ' ἱδρῶσι, φρενιτικά.

In iis qui præter rationem perturbantur & vigiliis torquentur, vrinæ decolores, nigris ſublimamentis interſperſæ, cum tenuibus ſudoribus circa caput obortis, phrenitidem prænuntiant.

Varia hic eſt lectio in ἐφ' ἱδρῶσι. Galenus ἐφ' ἱδρῶσι & ἰσιδρῶσι legiſſe videtur. Quædam exemplaria ἰσιδρῶσι habent, alia ἰσιδρώτων. Nos dictionis ἰσιδρώτων ſenſum amplexi, tenues circa caput ſudores ex Galeno diximus. Quod in totum hic malè mihi omitti videtur à Caluo. Vitioſa quoq; ſunt exemplaria quæ νυκτερινά legunt. Quæ ſecutus Caluus, ἰσιδρώτων νυκτερινά ſequenti ſententiæ adiunxit.

⁵ Ἐνύπνιά τε ἐν φρενιτικοῖσιν ἐναργῆ.

Quin & quæ in phreniticis manifeſta apparent inſomnia prouidenda ſunt.

F

Hoc præſagium alio quidem ſenſu effertur in Cois Prænotionibus ſent. 90.

⁶ Ἀναχρέμψις πυκνή, ἢν δή τι καὶ ἄλλο σημεῖον προσῇ, φρενιτικόν.

Excreatio frequẽs & irrita, ſiquidem aliud quoddam ſignum affuerit, phrenitidem portendit.

Exemplaria quædam ſcripta ἀνάχρεμψις πυκνή γε legunt. ἀνάχρεμψις πυκνή dicitur in Cois Prænot. vbi etiam φρενιτικόν pro φρενιτικά melius ſonat.

⁷ Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα καύματα ἐν ὑποχονδρίῳ πυρετοῦ περιψυχθέντος, κακόν, ἄλλως τε κἂν ἐφ' ἱδρῶσι.

Relicti in præcordiis æſtus cum febre in qua totius corporis habitus perfrigeratur, malo ſunt, idq; præſertim ſi cum ſudoribus contingat.

Huius Prorrhetici partem cum ſuperiore malè iunxiſſe videtur Caluus, vt ſenſus ſatis indicat. & nulla id teſtentur exemplaria.

G Hoc verò prædictum quodammodo exprimitur ſent. 69. Coacorum Præſagiorum, vt illic ſcripſimus.

⁸ Αἱ παρεξαδυναμησάντων παραφροσύναι, κάκισται, οἷῃ καὶ Θρασύνοντι.

Deſipientiæ quæ iam admodum fractis & debilitatis viribus ſuccedunt, peſſimæ ſunt, non ſecus ac Thraſynonti.

Membranæ Vaticanæ (vt audio) αἱ ἀπαυδησάντων παραφροσύναι legunt, & codices Regij manuſcripti quidam παραπαυδησάντων quę lectio ad veterem ſcriptionẽ propius accedit, & παραπαυδησάντων legi debere teſtatur, quod facit Erotianus vbi hanc dictionem exponit his verbis, παραπαυδησάντων, παρατεταμένων, ἐξ ὧν δηλοῦται τὸ ἐκκεχωρηκὸς τῆς δυνάμεως. φησὶ γὰρ, παραπαυδησάντων παραφροσύναι κάκισται. Quibus verbis vt haud dubiè hic locus ſubnotatur, ita & παρατεταμένων vitioſè, pro παρατεταμένων apud Erot. legi exiſtimo. quòd ἀπαυδῆσαι idẽ Erotianus antea οἷον ἀπειπεῖν ſignificat explicet quod extremã virium defatigationẽ ſignificat, vt & ἀπαυδῆσαι in Epigrammatis feſſum & defatigatum denotat, & ἀπαυδηκὼς confectus & viribus defectus dicitur. Galenus certè, etſi popularẽ &

H vulgatam lectionẽ eſt ſecutus, τοὺς παρεξαδυναμήσαντας, παρακεκμηκότας τῇ δυνάμει alibi explicat, viribus fractos & delaſſatos, ἢ τοὺς μετ' ἐκλύσεως, ἢ ἀσθενείας. Caluus haud dubiè longè aliter legiſſe videtur, velut ἀπαυδησάντων, aut aliud quid tale, contra omnium exemplarium fidem & Galeni intelligentiam, quod item fecit in Thraſynonte, ita tamen vt quoddam germanæ lectionis veſtigium ab eo expreſſum eſſe facilè intelligas. Quòd autem ad ſcriptionẽ attinet, in Erotiani verbis κάμψαι pro ἀπεῖπαι, & καλὸν pro κακὸν ſcriptũ eſſe facilè quis ſuſpicetur, niſi quis illud ἀπεῖπαι ſumat, quemadmodum lethargo phrenitidem ſuccedere bonum eſſe dicimus, &

probat Gal. Com.6.in lib.6.Epid.Solenne eſt autem Hippocrati per ἀφωνίαν neruorum principij offenſam & ſenſus priuationem A
ſumere.

Vehementes phrenitides in tremorem deſinunt.

9 Τὰ φρενιτικὰ μανικῶς, τρομώδεα τελευτᾷ.

Vomitus virulenti & æruginoſi, cũ capitis dolore, ſurditate & inſomnia, promptã inſaniam ſignificant.

10 Τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσιν ἰώδεα ἐμέσματα, μετὰ κωφώσιος ἀγρυπνώδεα, ταχὺ ἐκμαίνει.

Huius præſagij initium cum præcedentis fine coniungit Caluus, velut & μανικῶς τρομώδεα copulat contra Galeni intelligentiã & exemplarium fidem. Hæc quoq; prædicta in Cois Prænot. paulùm immutatis verbis repetita, eandem tamen habent notionem.

Vbi fauces in morbis acutis dolent, graciles ſunt, paruæ & ſuffocantur, atque vbi os hiarit nõ promptè adduci ac claudi poſſit, mentis emotionem portendi oportet. Ex his phrenitis pernicioſa eſt.

11 Τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγγα ὀδυνώδεα, ἰσχνά, σμικρά, πνιγώδεα, ὅτε χάνοι μὴ ῥηϊδίως συνάγοντες καὶ κλείειν τὸ στόμα, παρακρουστικά, ἐκ τούτων φρενιτικοὶ καὶ ὀλέθριοι. B

Caluus hoc Prorrheticum in tres ſententias diſtraxit & valdè obſcurauit. Quod ideo dico quia haud ſcio an hominis ingenio, an verò codicum vitio contigit: vt ne quis exemplaria Italica, quæ ad hanc vſq; diem magnam de ſe opinionem commouerunt, & quibus liberaliter vſus eſſe ille creditur, in hoc negotio plurimùm habere ponderis exiſtimet. Repetitur etiam in Cois præſagiis paulùm commutatis verbis. Vitioſa ſunt autem exemplaria quæ ἀνάγειν pro συνάγειν & ἀκλείειν pro κλείειν habent.

In phreniticis initio moderatum eſſe, ſedatum & facilem, crebrò verò permutari malum eſt. Quin & ſputatio frequens mala eſt.

12 Ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇ τὸ ἐπιεικὲς, πυκνὰ δὲ μεταπίπτειν κακὸν τοῦτο. καὶ πτυελισμὸς κακόν.

ἐν ἀρχῇ videtur legiſſe Caluus vitiato ſenſu. Idem quoque hanc ſententiam ſequenti annectit, cùm vbique ſeparatæ ſint. Repetitur etiam in Cois Prænotionibus hoc Prorrheticum cum ſequente aliquantulum tamen diminutè.

Albicans deiectio in Phreniticis mala eſt, quod Archecrati accidit. Num & in his torpor fit? His ſi rigor contingat peſſimum.

13 Ἐν φρενιτικοῖσι λευκὴ διαχώρησις, κακὸν, ὡς καὶ Ἀρχεκράτει. ἆρά γε ἐπὶ τούτοισι καὶ νωθρότης γίνεται; ῥῖγος ἐπὶ τούτοισι κάκιστον. C

In furioſa & vehementi mentis emotione ſuccedentes tremores malignitatem denunciant.

14 Τοῖσιν ὀξέως μαινομένοισι μελαγχολικῶς, οἷσι τρόμοι ἐπιγίνονται, κακοήθεες.

Quod hîc κακοήθεες in Cois Prænotionibus κακὸν dicitur.

In grauiter & acutè mente emotis, ſi febris iterum repetat cum ſudore, phrenitici euadunt.

15 Οἱ ἐκστάντες ὀξέως, ἐπιπυρέξαντες σὺν ἱδρῶτι, φρενιτικοὶ γίνονται. D

In Cois Prænotionibus etiam paulò aliter repetitur hæc ſententia.

Phrenitici parum bibunt, ex leuibus ſtrepitibus facilè irritantur ac percelluntur, tremuli ſunt.

16 Οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται, ψόφου καταπτοούμενοι, τρομώδεες.

βραχυπόται dicuntur qui rariùs & per multa interualla bibunt, vt explicat Gal. lib.1. περὶ δυσπν. & Com 3. in lib.3. Epid. Quæ vox ſæpe celebratur in phreniticis à Galeno & vſurpatur etiam Aretæo. Dicuntur quoq; ψόφου καταπτοούμενοι, qui ſtrepitum facilè ſentiunt ac percipiunt ab eoque promptè irritantur, aut qui ad quemuis ſtrepitum expaueſcunt, conſternantur & percelluntur. Sic Gal. in Exeg. ψόφου καταπτοούμενοι, ψόφου ῥᾳδίως αἰσθανόμενοι, καὶ μᾶλλον ... explicat, qui ſtrepitum facilè ſentiunt, & animo conſternantur, velut ψοφώδεις, h.e. ad quemuis ſtrepitum expaueſcentes, formidoloſos & meticuloſos, hunc nimirum locum deſignant. Idem καταπτοούμενοι, σφοδρῶς αἰσθανομένους, h.e. valde ſentientes interpretatur. Alia eſt lectio in Cois Prænot. quam illic aperuimus. Celebratur multis in locis hunc in ſenſum hic locus à Gal. ac præcipuè lib. περὶ δυσπν. & lib.5. de loc. aff. Quo magis E
miror Caluum ſatis per ſe alioqui illuſtrem iſtam ſententiam, tam breuiter cum ſuperiore concluſiſſe. vbi etiam βραχύποτοι ψόφου καταπτοούμενοι legiſſe videtur. Hûc porrò locũ de Hydrophobia accipere videtur Cælius Aurel. lib.3. acut. cap.15. his verbis. Ipſe quoque Hippocrates, etſi non principaliter de ipſa paſſione tractans, ſenſu tamen dictorum hanc paſſionem memoraſſe monſtratur, in Prædictiuo libro dicẽs Phreniticos paruibibulos, ſono quolibet pulſatos, tremore affici. Ita hîc βραχυπότας dici exiſtimat quòd modicum biberent ob liquoris timorem. Etſi ſanè mutata quaſi velificatione, id rectè phreniticis non hydrophobis attribui aſſerit. Quos rectè βραχυπότας dici ſcribit, quòd faſtidio pulſi non ſolùm cibum verùm etiam potum refugiunt, vel quòd imaginatione læſa accipiendum potum non exiſtiment, vel ſuſpicione ob delirationem affecti, admixta putent venena liquori. Idem etiã F
phreniticos tremore affici aſſerit ob neruorũ debilitatem, facileq; ad omnem ſonitum cõmoueri, ſcilicet alienationis proprietate.

Vbi poſt vomitum anxioſum vox ſtridula eſt oculi ſqualidi & puluere obſiti, inſania portenditur, non ſecus ac Hermozygæ coniugi accidit, quæ vehementi inſania correpta, voce defecta interiit.

17 Τὰ ἐξ ἐμέτου ἀσώδεος, κλαγγώδης φωνὴ, ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα μανικά, οἷα καὶ ἡ Ἑρμοζύγου ἐκμανεῖσα ὀξέως ἄφωνος ἀπέθανε.

ἐπίχνουν, ἐπίπαχυ, χνοῶδες exponit Gal. in Exeg. concretum, lanuginoſum, vt ſint ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα, oculi concretam quandam lanuginem habentes aut puluere & ſorde obſiti, ſqualidi, quod ex nimia ſiccitate accidit, velut per æſtum iter facientibus. Simile eſt quod in Cois Prænotionibus ... ἀχλυώδες in oculis dicitur, concreta quædam tenuis lanugo ac ſordes. Quod ex nimia ſiccitate & magna imbecillitate accidit. Idemq; quod lib 6. Epid. ſcribitur, τὸ ἐπεξηρασμένον οἷον ἄχνυ. Scribitur ex ſcholio quodã quod tamen non ſatis probatam habet fidem. ὄμμα ἐπίχνουν ... παρὰ τὸ χνοῦν ... διὰ φλεγμονὴν καὶ ξηρασίαν. Quod videtur ſecutus Caluus, cùm obrigeſcere oculos dixit, dictionis Hippocraticæ vim non ſatis aſſecutus. Repetitur etiam hæc ſent. in Cois Prænot. verbis paululum immutatis. G

In febre ardente ſi tinnitus aurium cum viſus hebetudine fiant, & ad nares accedat grauitatis ſenſus, furioſa mentis emotio indicatur.

18 Ἐν πυρετῷ καυσώδει ἦχοι προσγενόμενοι μετὰ ἀμβλυωγμοῦ, καὶ κατὰ τὰς ῥῖνας προσελθόντος βάρεος, ἐξίστανται μελαγχολικῶς.

ἐξίστανται μελαγχολικῶς, vehementem ac furioſam mentis inſaniam cum Galeno diximus, quòd ἐξίστανται, ... σφοδρῶς καὶ μανιωδῶς, aut ... σφοδρῶς eidem ſignificet. Indicat autem vehemens delirium, ex quo in inſaniã erumpunt, & atra bili perciti ἐξίστασθαι μελαγχολικῶς dici videntur, velut de vxore Amphitr. Plautus Amphytr. atra bili percita 'ſt. Nulla res tam delirantes homines concinnat citò. Repetitur hoc præſagium in Cois Prænot. ſed ſanguinis profluuium velut ſignum criticum additur.

Deſipientiæ cum voce ſtridula & linguæ conuulſione tremula, voce quoq; ipſæ tremulæ, mentis vehementem alienationem ſignificant. In his durities aut aſperitas perniciem minatur.

19 Αἱ παρακρούσιες σὺν φωνῇ κλαγγώδει, γλώσσης σπασμοὶ τρομώδεες, καὶ αὐταὶ τρομώδεες γινόμεναι, ἐξίστανται. σκληρυσμὸς τούτοισιν ὀλέθριον. H

Caluus hanc ſententiam tribus membris diſtinxit, cum tamen in omnibus exemplaribus coniunctè legatur, eodemque modo in Cois Prænot. repetatur. Idem quoque omiſit, καὶ αὐταὶ τρομώδεες γινόμεναι.

20 Aἱ

A 20 Αἱ τρομώδεες γλῶσσαι σημεῖον οὐχ ἱδρυμένης γνώμης.

Linguæ tremulæ inſtabilem mentem & à ſede conſtantiæ deturbatam ſignificant.

Repetitur etiam hæc ſententia in Cois Prænot. iiſdem verbis.

21 Ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι ἀκρήτοισι διαχωρήμασι, τὸ ἀφρῶδες ἐπάνθισμα κακόν. ἄλλως τε καὶ ὀσφύϊ προηλγηκυίῃ καὶ παρενεχθέντι.

In biliosis & ſinceris deiectionibus ſpumoſa effloreſcentia malo eſt, iis præſertim quos antea lumborum dolor ac deſipientia vexauit.

Scribitur ex Scholio quodam, ἀφρῶδες ἐπάνθισμα τὸ ποικίλον, αὐτὶ τοῦ καὶ ἄλλα χρώματα τὰ ποικίλα ... (τὸ προμεμηνυμένον). Vbi tamen vitium ſubeſſe videtur, & pro χρώματα διαχωρήματα legendum apparet. Codices manuſcripti ἀκρήτοισι omittunt, vt & Caluus, & in Cois Præſagiis, vbi hæc ſententia repetitur. παρενεχθέντι autem quidam ſumunt de deiectionibus, quæ non eo modò quæ lumbis adhærent, ſed reliqua quoq; inteſtina permeaut, ex Galeni etiam opinione. Nos deſipientiæ vexato ægro attribui poſſe exiſtimamus, quòd eo ferè ſenſu ſemper vſurpetur Hippocrati, tum quòd iſta phrenitidem longè promptius præſagiunt. Quod etiam in totum omiſit Caluus.

B 22 Τὰ ἀραιὰ κατὰ πλευρὸν ἐν τοιούτοισιν ἀλγήματα, παραφροσύνην σημαίνει.

In his leues & per interualla lateris dolores delirium ſignificant.

τὰ ἀραιὰ ἀλγήματα dolores leues & per interualla dicimus, non continuos ſed intermittentes. Sic nanq; Erotianus in dictione ἀραιὸν, ἀραιὰ ἀλγήματα hic ſignificare ſcribit τὰ ἐκ διαστήματος καὶ μὴ ἐπιτεταμένα, dolores qui ex interuallis affligũt neq; cõtinentèr vrgẽt. Illic n. procul omni dubio locũ iſtũ deſignare mihi videtur. Gal. quoq; ἐν ὀλίγω χρόνω exponit & τῷ συνεχεῖ opponit. In Cois Prænotionibus. τὰ δὲ τόποισιν ἀλγήματα; legitur, nec dubiũ quin ex hac ſententia ſit diminuta & vitiata lectio, vt illic adſcripſimus.

23 Αἱ μετὰ λυγμοῦ ἀφωνίαι κάκιστον.

Vocis defectiones cum ſingultu peſſimæ.

C 24 Αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι, κάκιστον.

Vocis defectiones cum viriũ exolutione peſſimæ.

25 Ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα οἷον τοῖσι πνιγομένοισι προσέχεσθαι, πονηρόν. ἆρά γε καὶ παρακρουστικὸν τὸ τοιοῦτον.

In vocis defectione reſpiratio, velut in iis qui ſuffocantur, conſpicuè elata & viſui expoſita, pernicioſa eſt. Num verò etiam delirium prænunciet animaduertere oportet.

Has duas ſententias disiunximus, velut etiam in Cois Præſagiis longo interuallo ſeparantur προσέχεσθαι πονηρόν Caluus iunxit, & Hippocraticæ dictionis vim mirificè Gal. celebratam & explicatã neglexit. Quod etiã vitiũ ad Coacas Prænotiones permanauit.

26 Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασέαι παρακρούσιες θηριώδεές εἰσιν.

Quæ pauco tempore feroces fiunt mentis emotiones, in ferinas euadunt.

D Codices manuſcripti tres Regij ἐν ὀλίγῳ θρασέαι legunt. In Cois etiam Prænotionibus conuulſionis quoque denunciatio additur. Hic verò ἐπ' ὀλίγον eas quæ ſenſim procedunt mentis emotiones ſignificat, neque ſolùm eas quæ paucis interiectis interuallis, vt ſatis patet ex Galeni Commentario. Ex quo vitioſa eſſe exemplaria conſtat quædam quæ huic ſententiæ iſta addunt, καὶ μᾶνον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ σφίσιν .... Nam præterquam quòd ſuperuacanea, ſunt etiam mendoſa. μᾶνον enim potius legendum eſſet: Caluus ſuperioris ſententiæ extremum huic protrhetico annexuit.

27 Αἱ μετὰ καταψύξιος οὐκ ἀπυρέτω ἐφιδρώσιες τῶν ἄνω, δυσφορίαι φρενιτικαὶ ὡς καὶ Ἀρισταγόρῃ, καὶ μάλιστα καὶ ὀλέθριαι.

Corporis iactationes & incontinentiæ in febre cum perfrictione & ſuperiorum partium tenui ſudore, phrenitim denunciant (quod in Ariſtagora expertum eſt) atq; etiam perniciem.

E Meliùs effertur hæc ſententia in Cois Prænotionibus & ad artis præceptiones magis accommodatè. αἱ μετὰ καταψύξιος δυσφορίαι ὀλέθριαι. Incendium enim internum minantur. Codices manuſcripti ἐφιδρώσιες pro ἐφιδρώσιες vitioſè legunt.

28 Τὰ ἐν φρενίτισι πυκνὰ μεταπίπτοντα, σπασμώδεα.

Crebræ in phreniticis permutationes, conuulſiones denunciant.

Repetitur quoque in Cois Prænotionibus hoc præſagium.

29 Τὰ οὐρήματα μὴ ἀπομνησάντων, ὀλέθρια. ἆρά γε τουτέοισιν ὑφίσταται οἷον εἰ τῷ ἀποστάσιν ἀνατεταράξας;

Si quibus vrinæ non recordantibus nec admonitis effluunt, pernicies portenditur. Animaduertendum etiam eſt, num & ab iis tales redduntur quales fiunt vbi ſubſidentiam conturbaueris.

F Huius præſagij luculentiſſimum proponitur exemplum ægro. 4. lib. 1. Epid. Eadem etiam ſententia repetitur in Cois Prænot.

30 Οἱ παλμώδεες δι' ὅλου, ἆρά γε ἀφώνως τελευτῶσι.

Quos palpitationes in totum occupant, num plærumque voce defecti pereunt?

Iiſdem ferè verbis repetitur hoc præſagium in Cois Prænotionibus.

31 Τὰ ἐν τοῖς φρενιτικοῖσι μετὰ καταψύξεως πτυελίζοντα, μέλανα ἀνεμεῖται.

Crebræ in phreniticis ſputationes cũ perfrictione, nõ longè poſtea nigrorũ vomitum affuturũ indicant.

Hîc πτυελίζειν frequentem ſputationem aut crebram oris ſaliuationem ſignificat, vt ſatis ex Galeno patet, & nos copioſiſſimè ſcripſimus in ægr. 12. lib. 1. Epid. quod eſt accommodatiſſimum huic præſagio exemplum. Repetitur etiam in Cois Præſagiis eadem omninò notione.

G 32 Κώφωσις, καὶ οὖρα ἀκατάστατα ἐξέρυθρα, ἐναιωρήματα, παρακρουστικά. τοῖσι τουτέοισιν ἰκτερῶδες κακόν. κακὸν δὲ καὶ ὅτε ἐξ ἰκτερώδεος μώρωσις. τούτοις ἀφώνοις μὲν, αἰσθανομένοισι δὲ συμβαίνει γίνεσθαι. οἶμαι δὲ καὶ κοιλίαι καταρρήγνυνται τουτέοισιν, οἷον ἐγένετο Ἑρμίππῳ, καὶ ἀπέθανεν.

Surditas cum vrinis prærubris, non ſubſidentibus, & ſublimamentis, mentis emotionem minantur. In his morbo regio corripi malum eſt. Quinetiam malo eſt ex morbo regio fatuitas au ſtupiditas. Hos quidem vox deficere ſolet abſq; ſenſuum læſione. Quin & aluus nonnunquam affatim protumpit, quale quid Hermippo contigit, & mortuus eſt.

Ad iſtam ſignorum concurſionem magnam dediſſe occaſionem videtur Hermocratis exemplum lib. 3. Epid. quod eſt huic ſcriptori ſolenni. Meminitq; huius ſententiæ Gal. Com. 1. in lib. 3. Epid. eamq; temerè ad delirij prædictionem à Lyco & cæteris interpretibus commemorari ſcribit. Vbi tamẽ mendoſa eſt Galeni lectio, vt ſatis apparet. ἐναιωρήματα autem οὖρα ἐναιωρήματα dicũtur quæ
H in Epidemiis μὴ καθιστάμενα, & quod ab Hippocrate ſcribitur ἐναιώρημα μετέωρον οὐχ ἱδρυθὲν ægr. 12. & 9. lib. 3. Epid. delirium q; coindicare ſæpiùs animaduertitur & Gal. ſignificat in Com. ἐξέρυθρα etiam οὖρα quæ hic ponit, rectius in Cois Præſagiis ὑπέρυθρα dicuntur, quòd feruorem ſanguinis ſeroſi & exæſtuationem ſignificent, & ad delirij denunciationem potiùs conducant quàm ἐρυθρά, quæ tenuem laborantium indicia præ ſe ferunt. Codices manuſcripti Regij κάρωσις legunt non μώρωσις. Quæ lectio etiam ad Italica exemplaria redundauit, vt ſatis ex Caluo patet. μώρωσιν autem fatuitatem aut ſtupiditatem diximus, quòd ναρκώδεα Gal. explicat in Com. Exemplaria quoq; manuſcripta pro οἶμαι δὲ ... legunt. In Cois Præſagiis repetitur hæc ſententia, ſed diuulsè & diſparatè, quam tamen ex hoc præſagio illic reſtituimus. Iſtius etiam ſententiæ pars adducitur à Gal. Com. ad aph. 51. lib. 6.

In præcipitibus & turbulentibus morbis obueniens ſurditas perniciem minatur.

33 Κώφωσις ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι παρακολουθοῦσα, κακόν. A

Repetitur quoque in Cois præſagiis hæc prædictio.

Dementiæ in quibus tremuli fiunt ægri, obſcurè aut vix quidem deſipere videntur, aut aliquid inueſtigantiũ more ſenſim contrectant & palpant, miro quodam modo phrenitim prænunciant, non ſecus ac Didymarcho in Co contigit.

34 Αἱ τρομώδεες, ἀσαφέες, ψηλαφώδεες παραφροσύνιες πάνυ φρενιτικαὶ, ὡς καὶ τῷ Διδυμάρχῳ ἐν Κῷ.

Repetitur quoque in Cois Prænot. hæc ſententia, ſed aliquantulum diminutè. Codices manuſcripti Regij καὶ ψηλαφώδεες legunt & Διδυμάρχου, quod etiam fecit Caluus, qui tamen huius ſententiæ germanum ſenſum non videtur aſſecutus.

Vbi rigori torpor ſuccedit, mentis alienatio ſignificatur.

35 Αἱ ἐκ ῥίγεος νωθρότητες οὐ πάνυ παρ' ἑωυτοῖσιν. B

In Cois Prænotionibus νωθρώδεα ῥίγεα ἐκλυτικὰ dicuntur.

Dolores circa vmbilicum cum palpitatione, mentis quidem alienatæ ſignificationem quandam præbent. Sub iudicationem verò his plurimus & creber flatus cum ſingulari contenſione prodit. Quin & ad ſuram dolores in his mentis alienationem indicant.

36 Οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες, ἔχουσι μέν τι καὶ γνώμης παραφορῆς, περὶ κρίσιν δὲ τουτέοισι πνεῦμα ἅλις ξὺν τόνῳ διέρχεται, καὶ οἱ κατὰ γαστροκνημίην πόνοι, ἐν τουτέοισι γνώμης παραφορήν.

In Cois Prænot. repetitur hæc ſententia, & φλέγμα ἅλις συχνὸν legitur, quam lectionem agnoſcit Gal. in Com. Codices etiam manuſcripti Regij, παραφέρεται pro παραφορὴν legunt, quos ſecutus videtur Caluus, qui etiam πνεῦμα ἅλις συχνὸν & ξὺν πόνῳ legiſſe videtur vt ſcribitur quoque in Cois Præſagiis. C

Femoris dolore euaneſcente, ſi quid ſublime per vrinam innatet, mentis emotionem expectare oportet, taliaq; qualia circa aurium ſonitus contingunt.

37 Ἢν ἐναιωρηθῇ τι τοῖς οὔροις, τοῦ κατὰ τὸν μηρὸν ἀλγήματος ἀφανισθέντος, παρακρουστικὸν, καὶ οἷα περὶ ἤχους τοιαῦτα.

Caluus in extrema hac ſententia, καὶ οἷα περὶ κώφωσιν τοιαῦτα, videtur legiſſe, atque ἐν πυρετῷ addidiſſe. Cuius lectionis veſtigia agnoſcit Gal. Cuius etiam in codicibus hæc adduntur, ἄλλως τε καὶ ἢν οὔρον ἐναιωρηθῇ, καὶ οἷα ἄλλα κατ' αὐτὸ γίνεται, παρακρουστικὰ σημεῖα, quod eſt præſertimque ſi quid ſublime in vrina innatarit, aut alia quæcumque in ipſa apparere ſolent mentis emotæ indicia. Verùm iſta parum habent ponderis, neque in melioribus codicibus ſcripta extant, videnturque ſuperioris lectionis eſſe quædam interpretamenta.

Vbi aluus humeſcit, æger laſſitudine, capitis dolore, ſiti, vigiliis torquetur, obſcurè loquitur, & admodum eſt impotens, in his caſibus vehementem mentis emotionem expectare oportet.

38 Ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, κοπιώδει, κεφαλαλγικῷ, διψώδει, ἀγρύπνῳ, ἀσαφεῖ, ἀδυνάτῳ, εἰσὶ τὰ τοιαῦτα, ἐλπὶς ἐκστῆναι. D

Bis repetitur in Cois Prænot. hoc præſagium, vtrobique tamen vitioſè, vt illic oſtendimus.

In grauibus malis tenues maximè circa caput ſudores oboriri, & corporis incontinentia quadam iactari, malum indicat: tum verò præcipuè pernicies intenditur, ſi iſta cum vrinis nigris contigerint, & ſpiritus magnus & concitatus adfuerit.

39 Οἱ ἐφιδροῦντες καὶ μάλιστα κεφαλὴν ἐν ὀξέσιν ἀπαρδύσφοροι, κακόν. ἄλλως τε καὶ ἐπ' οὔροισι μέλασι, καὶ τὸ θολερὸν ἐπὶ τουτέοισι πνεῦμα, κακόν. E

Θολερὸν πνεῦμα, dictio eſt huic ſcriptori affectata inter obſcuras repoſita, ac ab interpretibus exagitata. Nos Galenum ſecuti magnum & concitatum ſpiritum diximus, craſſum, halituoſum & flatuoſum ſpiritum, qui in magna expiratione & concitata plurimus emittitur, & exæſtuans incendium denotat, deſignantes, qualis turbulentus & turbidus ſpiritus ab interpretibus dicitur, ac vitalis & animalis facultatis extinctionem aut reſolutionem indicat, cùm lucida & ſimplex ſpiritus natura perturbatur & quodammodo offuſcatur. Θολερὸν enim cœnoſum & turbidum ſignificat, & θολερὸς Heſychio βορβορώδης exponitur, Galenus in Exegeſi vocum Hippocr. θολερὸν πνεῦμα, μέγα καὶ διεζευγμένον exponit, etſi illic quidam δολερὸν legunt. Repetitur autem iiſdem verbis hæc ſententia in Cois Præſagiis.

Quæ præter vacuationem fiunt impotentiæ, neq; vacuatione exiſtente, perniciem intentant.

40 Αἱ παρὰ λόγον κενεαγγικῶν ἀδυναμίαι, μὴ ἐούσης κενεαγγείης, κακόν. F

In Cois Prænot. his verbis repetitur, αἱ παραλόγως, κενεαγγείης μὴ ἐούσης ἀδυναμίαι, κακόν. Quæ eſt iſtius ſententiæ veluti explicatio quædam. Hic verò exemplaria quædam manuſcripta κενεαγγικαὶ legunt, quæ ſecutus videtur Caluus.

Vbi aluus intercepta eſt & arctè concluſa, paruaq; & nigra caprarum ſtercoribus ſimilia, nec niſi coacta emittit: Hoc caſu ſanguis è naribus erumpens periculo eſt.

41 Κοιλίαι ἀπολελαμμέναι, σμικρὰ δὲ μέλανα σπυραθώδεα πρὸς ἀνάγκην χαλῶσαι, μυκτὴρ ἐπὶ τουτέοισι ῥηγνύμενος, κακόν.

Aliis verbis ſcribitur in Cois Prænot. hæc ſententia, eadem tamen notione. Hic autem ἀπολελαμμέναι κοιλίαι, ἀπειλημμέναι καὶ ἐντεταμέναι Erotiano exponuntur, Galeno verò Com. 2. in hunc lib. ἰσχόμεναι.

Si lumborum dolor diu detinet cum æſtu implacido, tenui ſudore circa caput & thoracem oborto, pernicies denuntiatur. Num plærumq; ij tremuli euadunt, & vox velut in rigore cõſpicuè tremula exiſtit?

42 Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα ἐπὶ πολὺ, μετὰ καύματος ἀσώδεος, ἐφιδροῦντες λεπτῷ, κακόν. ἆρά γε τουτέοισι τρομώδεα γίνεται; καὶ φωνὴ δὲ ὡς ἐν ῥίγει ἀσαφής. G

Aliter quoque ſcribitur hoc pronuntiatum in Cois præſagiis, ſed vitioſè & diminutè, quod ibi ſcripſimus.

Celeres extremorum corporis ad vtraq; extrema permutationes, perniciem denuntiant. Quin & ſitis huiuſmodi (hoc eſt celeriter in contraria permutata) malo eſt.

43 Ἄκρεα ἐπ' ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτοντα, κακόν. καὶ δίψα τοιαύτη πονηρόν.

Iiſdem verbis repetitur in Cois Prænot. δίψα τοιαύτη dicitur Galeno ἡ ἐπὶ τἀναντία μεταπίπτουσα ταχὺ, celeriter ad contraria permutata. Quod non eſt aſſecutus Caluus

Ab homine moderato ferox & audax reſponſum, malum portendit.

44 Ἐκ κοσμίου θρασεῖα ἀπόκρισις, κακόν. H

Celebratur hoc pronuntiatum Galeno lib. 1. & 3. περὶ δυσπν. & Com. 3. in lib. 1. Epid. Scribitur etiam lib. 3. Epid. ægr. 16. poſt ſt. peſt inſigne phrenitidis exemplum huic prædictioni valdè conſentiens, quam in notionem etiam à Galeno adducitur libr. 3. περὶ δυσπν. Repetitur quoque in Cois Prædict. ſed vitioſè vt illic admonuimus. Hanc verò ſententiam exprimit Celſus, cùm ſcribit, In-

ſaniam

A ſaniam timendam vbi ſubita loquacitas orta eſt, & hæc ipſa ſolito audacior. κοσμίους autem εὐτάκτους exponit Erotianus, moderatos, modeſtos, & qui compoſitis ſunt moribus.

45 Φωνὴ ὀξεῖα, ὑποχόνδρια τουτέοισιν εἴσω εἰρύαται.

Quibus vox in morbis acuta redditur iis præcordia intro trahuntur & tendunt.

εἰρύεται quidem codices legunt, quod Erotianus apud Hippoc. ἕλκεται exponit. εἰρύαται tamen agnoſcit Galenus quod eſt plurale Ionici præt. perf. quo etiam vſus eſt Homerus Il. α. etſi alia notione.

46 Ὄμμα ἀμαυρούμενον, φλαῦρον, καὶ τὸ πεπηγὸς καὶ ἀχλυῶδες κακόν.

Hebeſcentes oculi & obtuſi improbandi ſunt. Quin & fixi ac caligine obducti malum portendunt.

In Cois Prænot. τὸ πεπηγὸς ἀχλυῶδες legitur. Quam lectionem ſequuntur exemplaria quædam manuſcripta, eamque hîc amplectuntur quidam vt ex Caluo patet. ἀχλυῶδες autem cum Galeno legiſſe videtur Erotianus, quam dictionem exponens ſcribit, ἀχλὺς λέγεται πᾶσα ἀμαύρωσις καὶ σκότος περὶ τοὺς ὀφθαλμούς. ἀχλυώδη quoq; σκοτίαν καὶ ἀορασίαν exponit Heſychius. Scribitur etiam lib. 6. Epid. καὶ τὸ ἀμαυρὸν κακὸν, καὶ οἱ πεπηγότες ὀφθαλμοί.

B

47 Ὀξυφωνίη κλαγγώδης πονηρόν.

Vox acuta & ſtridula malo eſt.

In Cois Præſagiis ὀξυφωνίη κλαυθμώδης legitur. Quam etiam lectionem hîc Gal. agnoſcit, & habent exemplaria manuſcripta, tum regia tum Italica, vt ſatis ex Caluo patet.

48 Ὀδόντων πρίσις ὀλέθριον, οἷσι μὴ σύνηθες καὶ ὑγιαίνουσιν, πνιγμὸς ἐν τούτοισι πάνυ κακόν.

Dentium ſtridor quibus per ſanitatem minimè eſt conſuetus periculum denunciat, ſuffocatio in his valdè praua.

Aliis verbis repetitur in Cois Prænotionibus.

49 Προσώπου εὔχροια, καὶ τὸ λίην σκυθρωπὸν πονηρόν.

Benè colorata facies & valde tetrica ac ſuperciliosa perniciem intentat.

C

Scribitur etiam in Cois Prænot. hoc præſagium aliis verbis. Caluus hîc aliquid de oculorum contractione addidit, contra omnium exemplarium fidem, velut quiddam de frontis contractione ſcribitur in Coacis.

50 Τὰ τελευτῶντα ὑποχωρήματα εἰς ἀφρώδεα, ἄκρητα, παρεξιόντα κακά.

Alui ſecrementa ſi in ſpumoſa & ſincera deſinant, mali incrementum ſignificant.

Repetitur hæc ſententia in Cois Prænot. atque iterum hîc poſtea.

51 Αἱ ἐκ καταψύξιος ἐν ὀξέσι οὔρων ἀπολήψιες κάκισται.

Vrinarum in præcipitibus malis ex perfrictione interceptiones, peſſimæ.

In Cois Prænot. vniuerſaliorem habet notionem hæc ſententia. Caluus ἐκ καταψύξιος non legiſſe videtur.

D

52 Τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαστωνήσαντα, θανάτου σημαίνει.

Quæ perniciem minantur, ea ſi abſque vlla ſignificatione alleuant, mortis periculum denunciant.

Τὰ ἀσήμως ῥαστωνήσαντα] τὰ ἀλόγως & παραλόγως ῥαστωνήσαντα alibi dicuntur, quomodo adducuntur Gal. Com. 3. in Progn. & ἀσήμως ῥαστωνήσαντα, lib. 1. de dieb. decret. eaq; exponit Gal. ὅσα μήτε μετὰ σημείου λυτικοῦ μήτ᾽ ἐν κρισίμοις ἡμέραις ἔδοξε παύσασθαι, Com. 3. in Progn. Sic Prorrhetico 2 ῥαστωνήσαντα dicuntur μήτ᾽ ἐν ἡμέρῃ κρισίμῃ, μήτε σημείων ἀγαθῶν ἐπιφανέντων. τὰ παραλόγως ῥηΐζοντα dicuntur lib. 2. epid. & ἀσήμως ἀπαλλασσόμενα. Cuius generis multa ex Hippocr. adſcripſimus noſtris in lib. 2. Epid. Commentariis. Erotianus τὰ ἀσήμως ῥαστωνήσαντα, χωρὶς φανερᾶς ἐπικουρίας εἰς τὸ βέλτιον ἐπιδόντα hic exponit, quæ citra vllam manifeſtam opem in melius tendunt.

53 Τὰ ἐν ὀξέσι χολώδεα ἔκλευκα, ἀφρώδεα, περίχολα διαχωρήματα, κακόν. κακὸν δὲ καὶ οὖρα τοιαῦτα, ἄρα τουτέοισιν ἧπαρ ἐπώδυνον.

E

In grauibus malis & bilioſis exactè candicantes, ſpumantes, & circumbilioſæ egeſtiones, malo ſunt. Quin & huiuſmodi vrinæ damnantur. In his animaduertendum eſt num iecur affectum ſit.

In Cois Præſagiis bis repetitur hæc ſententia, & aliis quidem verbis. At melius quidem τὰ ἔκλευκα ſeparatè legitur. Caluus χολώδεα omiſiſſe videtur, ac ἐν ὀξέσι tantùm legiſſe, quomodo etiam in Coic. Prænot. ſcribitur.

54 Αἱ ἐν πυρετοῖσι ἀφωνίαι σπασμώδεα τρόπον ἐξίσταται σιγῇ, ὀλέθριον.

Vocis in febribus defectiones, quæ conuulſionis ſpeciem præ ſe ferunt, in vehementem mentis emotionem cum ſilentio vertunt, & perniciem oſtentant.

F

Melius & apertiùs ſcribitur in Cois Prænot. αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι σπασμώδεα τρόπον ἐκστᾶσαι σιγῇ ὀλέθριον. Quidam αἱ pro εἰ legunt, etſi exemplaria ſcripta iſtam lectionem retiuent, eamq; ſcriptionis vetuſtate & interpretum auctoritate côſignatam fatetur Galenus. Hic Caluus σιγῇ omiſit, idq; haud ſcio an exemplaribus Italicis fretus, an quòd eius explicatio plurimum negotij faceſſat. Quod etiam nonnullos feciſſe interpretes fatetur Galenus. Hîc autẽ videntur intellgi quæ aliàs in Cois Prænot ἐκστάσιες σιγῶσαι dicuntur.

55 Αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι, δυσθάνατοι.

Vocis ex dolore defectiones, tandem cum ſummo cruciatu mortem afferunt.

Iiſdem verbis repetitur in Cois Præſagiis.

56 Οἱ δὲ ὑποχονδρίων ἀλγημάτων πυρετοὶ, κακοήθεες.

Ex prçcordiorũ dolorib. obortę febres malignę ſunt.

Hanc quoq; ſententiam velut circumſcriptione vacuam & indefinitam ſugillat Galenus initio Com. 2. in lib. 3. Epid. & Commentariis qui ei attribuuntur in lib. 1. de humor. ad ſent. 10. Quæ etiam iiſdem verbis repetitur in Cois Prænot.

57 Δίψα παραλόγως λυθεῖσα ἐν ὀξέσι, κακόν.

In præcipitibus malis, ſi ſitis temerè ac præter rationem ceſſet, malo eſt.

G

Luculentum eſt huius pronunciati teſtimonium ac celebre exemplum in Hermocrate lib. 3. Epid. vbi & facultatum & caloris natiui extinctio indicari à Galeno ſignificatur, ſi ſitis nullo merito ſedetur, aut ſi febris in maximis morbis præter rationẽ deſinat: παραλόγως autem eſt ἄνευ λυτικῶν σημείων, aut χωρὶς σημείων, ὅσα ἐκκείσεως ἢ πέψεως quod etiam vt hic quoque, exponit Galen. Com. ad aph. 27. lib. 2. ac longè apertiùs lib. 1. de dieb. decret. Repetitur autem hæc ſententia in Cois Prænot.

58 Ἱδρὼς πολὺς ἅμα πυρετῷ ἐν ὀξέσι γενόμενος φλαῦρος.

Sudor in febrib. acutis multus & copioſus dãno eſt.

Hoc præſagium cum aph. 56. lib. 4. magnam habet affinitatem & huic coniunctam ac planè conuenientem habet intelligentiam, & paulò aliter ſcribitur in Cois Prænot.

59 Καὶ οὖρα δὲ ἐπίπονα, πονηρά, καὶ τὰ ἐρυθρὰ ἐκ τουτέων ἐπανθήσματα κατεχόμενα, καὶ τὰ ἰώδεα πονηρά. καὶ τὸ μικρὰ ἐπιφαίνεσθαι, οἷον σταξίας.

H

Quin & laborioſæ vrinæ damnantur, atq; ab his detentæ rubræ quædam efflorescentiæ, & ęruginoſę, paruæq; veluti quædam ſtillæ apparentes.

Exemplaria ſcripta ferè omnia πίονα legunt. Quæ lectio etiam ex codicibus Vaticanis eſt conteſtata, vt ex Caluo ſuſpicari licet. Quam ſuſpicionem augent quæ in Cois Prænotionibus ſcribuntur & aliis verbis efferuntur, ita tamen vt hunc locum vnde petita videntur ſatis apertè referant, quodque hoc loco ſignorum criticorum male decernentium quædam enumeratio facta videatur. Atque hæc certè à me afferuntur, non quò ſcriptorum exemplarium lectionem Galeni explicationi præferam, ſed quòd nec temerè tantum exemplarium conſenſum damnandum exiſtimem, vbi præſertim ad æquitatem cum ratione deflectit opinio

Coius quidem ſententiæ explicatio ex noſtris in Coas Prænot. annotat. petenda eſt, quòd illîc aptiùs loco poſita eſſe videatur. A
Quæ ſequuntur etiam ferè repetuntur in Cois præſagiis, etſi nobis in alium ſenſum ſunt traducta.

Vomitiones quoque variæ malo ſunt, præſertim ſi continenter & aſſiduè prodeant.

60 Καὶ ἔμετοι μετὰ ποικιλίας κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἐπεὶ ἀλλήλων ἰόντων.

Summi totius corporis perfrictiones in diebus iudicationis, cum angore & corporis inquietudine, ſi ſine ſudore fiunt, damno ſunt, præcipuè verò damnantur qui ex his ſuperueniunt rigores.

61 Ὁκόσα ἐν κρισίμοισιν ἀλυσμῷ ἀνίδρωσι περιψύχεται, κακὸν καὶ τὰ ἐπιῤῥιγοῦντα ἐκ τουτέων κακά.

Aliis verbis repetitur hæc ſententia in Cois Prænot.

Vomitiones ſinceræ & cum angore aut incontinenti corporis iactatione, damnandæ ſunt.

62 Ἐμέσματα ἄκρητα, ἀσώδεα, πονηρά.

Aliter etiam ſcribitur in Cois Prænot. hæc ſententia, vbi & multis aliis reſcriptis tum ſinceræ vomitiones, tum quæ cum angore contingunt damnantur. B

Animaduertendum eſt diligenter num profundus & altus ſopor omninò damnari debeat.

63 Τὸ καρῶδες ἆρά γε πάντῃ ταχὺ κακόν.

In Cois Præn. aliter effertur hæc ſententia, καρῶδες autem κατάφορον ἢ κωματῶδες exponit Erotianus, hoc fortaſſe ſubindicato loco.

In rigore familiares non agnoſcere & eorum quę geſta ſunt obliuiſci, malum indicat.

64 Μετὰ ῥῖγος ἄγνοια κακόν. κακὸν δὲ καὶ λήθη.

Iisdem etiam verbis repetitur initio Coarum Prænotionum. Vitioſa eſt autem lectio quorundam ſcriptorum codicum & Aſulani, qui ἄνοια pro ἄγνοια habet, vt ſatis ex Gal. patet.

Ex rigore perfrictiones quæ ad calorem non reuocantur, malæ ſunt.

65 Αἱ ἐκ ῥίγεος καταψύξιες, μὴ ἀναθερμαινόμεναι κακαί. C

Galenus lib. περὶ τρόμου καὶ παλμοῦ etiam rationem reddit cur ex rigore corpus calefiat & ſudores oriantur: Deinde etiam cur extincto calore natiuo perfrictiones permaneant, vbi huius ſententiæ meminit his verbis: ἐπὶ ῥίγει ψύξις μὴ ἀναθερμαινομένη, πονηρόν. At certè quòd hoc pronunciatum cum præcedente illîc ſignificare videatur, manifeſtiſſimum vitiũ ſubeſſe apparet, cùm ſcribit, αἱ ἐκ ῥίγεος ἀφωνίαι μὴ ἀναθερμαινόμεναι, κακαί. Scribendum enim exiſtimo, αἱ ἐκ ῥίγεος ἄγνοιαι καὶ καταψύξιες μὴ ἀναθερμαινόμεναι κακαί. Neq; enim illis verbis vſpiam apud Hippocr. ſcribitur, & certè hæc præſagia ſubiodicari videntur.

Ex perfrictione exudantes ad calorem reuocati periculum denunciant: præſertim verò ſi accedat lateris æſtus cum dolore, & ſubinde rigeant, malum impendet.

66 Οἱ ἐκ καταψύξιος ἱδρώδεες ἀναθερμαινόμενοι κακὸν, ἐπὶ τούτοις ἐν πλευρῇσι καῦμα ὀδυνῶδες, καὶ δ' ἐπιῤῥιγῶσαι κακόν. D

Huius præſagij pars repetitur in Cois Præ. paulò aliter. Cal. vt præſagiũ diſtraxit, ita aliter legit, nec autoris mentẽ eſt aſſecutus.

Rigores cum æſtu nonnihil periculi denunciant, & facies incenſa cum ſudore, in his malum ſignificat. Inſuper poſteriorum partium frigus conuulſionem prouocat.

67 Τὰ καυματώδεα ῥίγεα ὑπόκι ὀλέθρια, καὶ δὲ φλογώδεες ἐν προσώπῳ μεθ' ἱδρῶτος ἐν τούτοις κακὸν, ἐπὶ τούτοις ἡ ψύξις τῶν ὄπισθεν σπασμὸν ἐπικαλέεται.

In Cois Prænotionibus repetitur hæc ſententia, vbi κωματώδεα legitur, quam ſcriptionem etiam agnoſcit Galen. & ſecutus eſt Caluus, qui etiam μεθ' ἱδρῶτι legiſſe videtur.

Ex ſudoribus peruigiles & ad calorem reuocati, malè habere iudicantur.

68 Οἱ ἐφιδροῦντες ἄγρυπνοι, ἀναθερμαινόμενοι κακόν. E

Repetitur etiam iiſdem verbis hæc ſent. in Cois Prænot.

Ex recurſatione dolorum in lumbis, oculi peruerſio & diſtortio malo eſt.

69 Ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς ὀφθαλμοῦ διλλώσεις, κακόν.

Hanc ſententiam ſugillat Gal. Comm. 2. in lib. 3. epid. quæ etiam repetitur in Cois Prænot. vitioſè tamen vt ibi monemus. Vitioſa quoque ſunt exemplaria quæ ἰσχύος pro ὀσφύος & εἴλωσις pro ἴλλωσις legunt. Caluus hoc præſagium malè ſequenti annexuit.

Dolor in pectore fixus cum torpore malum denunciat, Hi ſi ſuborta febre exæſtuent, celeriter mortem oppetunt.

70 Ὀδύνη ἐς στῆθος ἱδρυνθεῖσα σὺν νωθρότητι κακόν. ἐπιπυρετήναντες οὗτοι καυστικοὶ, ὀξέως ἀποθνήσκουσιν. F

Scribitur etiam hoc præſagium in Cois Prænot. paulò aliter. ὀξέως ἀποθνήσκουσιν iunximus ex ſcriptis & publicatis exemplaribus, quæ eſt etiam lectio Coarum Prænotionum.

Qui nigra vomitione refundunt, cibos auerſantur, deſipiunt, ad pubem nonnihil dolent, cũ aſpectu feroci & clauſis oculis, eos medicamentis purgare tutum non eſt. Neq; verò ſubtumidos, aut tenebricoſa vertigine vexatos, at eos qui vel leuiter moti animo deficiunt, aut cibos auerſantur & decolores ſunt, vt nec eos qui in febre exoluti aut fracti decumbunt, ſi ſopore tententur, purgatione aggredi tutum eſt.

71 Οἱ ἐκ ἐμεόντες μέλανα, ἀπόσιτοι, παράφοροι, καθ' ἥβην μικρὰ ὀδυνώδεες, ὄμμα θρασὺ, κεκλεισμένον, τούτοις μὴ φαρμακεύειν, ὀλέθριον γάρ. Μηδὲ τοὺς ἐποιδέοντας, σκοτώδεας, ἐν τῷ πλαδᾶν ἐκλείποντας, ἀποσίτους, ἀχρόους. μηδὲ τοὺς ἐν πυρετῷ, εἰ κωματώδεες, κατακεκλασμένους. ὀλέθριον γάρ. G

Scribuntur hæ ſententiæ in quadam Hippocr. epiſtola ad Democritum de Veratri potione, vt ex hoc Prorrhetico adducuntur, vitioſè tamen, vt ſatis apparet. Vbi etiam quibuſnam medicamentum purgans ex Hippocr. ſuſpectum ſit exponitur, vt & lib. 4. de morb. ac. Quæ omnia effecerunt vt has diſparatas ſententias, cum me horum codicum aſſenſu in vnum præſagium complecterer. Quòd verò ad ſcriptionem attinet Galen. κωματώδεες agnoſcit, quæ lectio eſt publicatorum & M. S. exemplarium, etſi quædam καυματώδεες habent, vt etiam idem ſcribit, & teſtatur Caluus. κατακεκλασμένους etiam habent Galeni exemplaria, cùm omnia, tum publicata, tum ſcripta, κατακεκλασμένους legant. Nos vtranq; lectionem noſtra interpretatione quoad potuimus comprehendimus. ὀλέθριον γὰρ etiam optima habent exemplaria, Gal. ὀλέθρια.

Oris ventriculi dolor cum præcordiorum contenſione, atq; etiam capitis dolor, malignum quidpiam & ſuſpirioſam quandam affectionem indicat. In his certè animaduertendum eſt num de repente moriantur, velut in Dyſode euenit, cui vrinæ valdè fermentatæ & prærubræ aderant.

72 Καρδίης πόνος ἅμα ὑποχονδρίῳ συντόνῳ καὶ κεφαλαλγίῃ κακόηθες, καὶ τι ἀσθματῶδες. ἆρά γε ἐξαίφνης οὗτοι τελευτῶσιν; ὡς ἐν Δυσώδῃ, τούτῳ καὶ οὖρα ἐζυμωμένα, ἐληλύθει βιαίως ἐξέρυθρα. H

Variant

A Variant hic exemplaria. Quædam enim ἅμα ... legunt, & ... quæ tamen vitium præ ſe ferunt. Codices manu ſcripti Regij ... legunt. Caluus ... legiſſe videtur. Gal. ... agnoſcit. & ...

73 Τραχήλου πόνος, κακὸν μὲν ἐν παντὶ πυρετῷ, κάκιστον δ' οἷς ἐκμανῆναι ἐλπίς.

Ceruicis dolor in omni quidem febre malo eſt. In his verò peſſimus in quibus vehementem inſaniam metuimus.

Iiſdem omnino verbis ſcribitur hoc pronunciatum in Cois Prænot.

74 Κωματώδεες, κοπιώδεες, ἀχλυώδεες, ἄγρυπνοι, ἐφιδροῦντες πυρετοὶ κακοήθεες.

Febres quæ ſoporem laſſitudinemve inducunt, aut in quibus caligant ægri, inſomnia ac tenuibus ſudoribus vexantur, malignæ ſunt.

B Repetitur etiam in Cois Prænotionibus hæc ſententia aliis quidem verbis, eadem tamen notione.

75 Ἐκ νώτου φρίκαι πυκναὶ, ὀξέως μεταπίπτουσαι, δύσφοροι, οὔρου ἀπόληψιν ἐπώδυνον σημαίνουσι.

Crebri ex dorſo horrores ſubinde locum commutantes, graues & difficiles, laborioſam vrinæ ſuppreſſionem minantur.

Repetitur hæc ſententia initio Coarum Prænot. iiſdem ferè verbis & vna notione co prehenditur, etſi diſtingui poteſt, vt ex Galeno patet. Caluus tamen aliter quam Galenus hoc præſagium ſeparauit, & ... legiſſe videtur, quomodo etiam alias legitur, in Cois Prænot. Exemplaria etiam quædam Regia manu ſcripta ... legunt.

76 Καὶ ἀσώδεες, ῥιπτασμώδεες, ἀνεμέτως προξυνόμενοι, κακοί.

Quin & corporis æſtuatione & iactatione conflictati, citra vomitum ingraueſcentes, malè habent.

C Scribitur etiam in Cois Prænot. hæc ſententia iiſdem verbis.

77 Κατάψυξις μετὰ σκληρυσμοῦ, σημεῖον ὀλέθριον.

Corporis perfrictio cum rigiditate, perniciem denunciat.

Initio Coacarum Prænotionum iiſdem verbis ſcribitur hoc pronunciatum.

78 Ἀπὸ κοιλίης λεπτὰ μὴ αἰσθανομένως διιέναι, τῷ ὄντι παρ' ἑωυτῷ κακὸν, οἷον τοῖσιν ἡπατικοῖσι.

Tenues ex aluo abſq; mordacitatis ſenſu prodeúntes deiectiones, ei qui ſibi bene conſtat, malum portendunt, velut nonnunquam iocinoroſo contingit.

Illud μὴ αἰσθανομένως de deiectionibus mordacitatis ſenſu carentibus exponimus Galenum ſecuti, non ſecus ac in hepatico, quòd iocinoroſis id nonnunquam vſu venire ſoleat.

79 Τὰ σμικρὰ ἐμέσματα χολώδεα κακὸν, ἄλλως τε D καὶ ἢν ἐπαγρυπνήσωσι. μυκτὴρ ἐν τουτέοισιν ἀποστάζων ὀλέθριον.

Vomitiones exiguæ, bilioſæ, malo ſunt, tum verò potiſſimùm ſi peruigilio conflictentur ægri. In quibus ſtillans naſus perniciem minatur.

In Cois Prænotionibus ſcribitur hæc ſententia, diminutè tamen, vt illic monuimus.

80 Αἷς ἐκ τόκου γάλα λευκὰ ἐπιστάντα μετ' ἅμα πυρετοῦ, κώφωσις, καὶ ἐς πλευρὸν ὀδύνη ὀξείη, ἐξίστανται ὀλεθρίως.

Quibus ex partu purgamenta alba ſubſiſtunt cum febre, & ſurditatem ac acutum lateris dolorem afferunt, eæ in vehementem & pernicioſam mentis emotionem incidunt.

Hoc quoque præſagium repetitur in Cois Prænot. iiſdem penè verbis. Caluus pro ἐπιστάντα ... legiſſe videtur. & contrarium ſenſum aſſiuxit. Conſtat nanque præſagium intelligi de partus purgamentis & iis quæ à partu effluunt temerè ſuppreſſis. Quare melioribus verbis codices ſcripti Regij ἐπιστάντα legunt, vt & in Cois Prænotionibus.

E 81 Ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσι ... διαχωρήμασιν, ὑδατοχόλοις, συχνοῖσιν, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, σημεῖον κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἢν κάτοχοι γένωνται.

In febribus ardentibus cum aliqua ſummi corporis perfrictione, ac egeſtionibus aquæ ſimilibus & crebris, oculorum peruerſio & diſtortio malum ſignificat, tum vero præcipue, ſi alto quodam ſtupore, (quem catochon vocant) deprehenſi detineantur.

Scribitur quoque hæc ſententia in Cois Prænotionibus, ſed (vt apparet) diminutè, ſed adducitur à Gal. Comm. in ægr. II. lib. 3. epid. Vbi tamen vitioſè legitur.

F 82 Τὰ ἐξαίφνης ἀποπληκτικὰ, λελυμένως ἐπιπυρετήνασι χρονίως ὀλέθρια, οἷον ὁ ἐπέπονθει ὁ Νουμηνίου υἱός.

Syderationes quæ repentè contingunt, ſi inſuper febris mediocris accedat, quæ diu trahat, perniciem minantur, quale quid Numenij filio contigit.

Iiſdem penè verbis repetitur in Cois Præſagiis. λελυμένως autem ἐπιπυρετήνασι & χρονίως iunximus Galenum ſecuti, mediocrem & moderatam febrem quæq; diutius trahat intelligentes. Galenus ... vocat, & ... opponit. Omnia tamen exemplaria ἀποπληκτικὰ λελυμένως ſcribunt, vt & de apoplexia intelligatur quæ debilis ſit neq; omnino deſperata, ſed veluti ſolubilis ac ſanabilis. Quædam etiam οἷ ὁ Νουμηνίου υἱός ſimpliciter legunt, alia quoque ... ὁ Νουμηνίου υἱός.

83 Ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομὴ ἐς καρδίην, πυρετώδεες, φρικώδεες, ἀνεμοῦσι ὑδατώδεα, λεπτὰ, G πλέονα, παρενεχθεῖσαι, ἄφωνοι, ἐμέσασαι μέλανα, τελευτῶσι.

Ex lumborum dolore ad os ventriculi recurſationes, cum febre, horrore, multorum tenuium & aquoſorum vomitu, delirio, vocis defectione, eæ in nigrorum vomitionem deſinunt.

Repetitur in Cois Prænotionibus longè melius, vt ex Galeno patet. Etenim illic ... vitatur, quam non animaduertens Caluus iſtud præſagium fœminis attribuit, vt ne addam quod illud παρενεχθεῖσαι minimè aſſecutus eſt, aut aliud quiddam legiſſe videtur.

84 Ὀμμάτων κατάκλασις ἐν ὀξέσι κακόν.

In præcipitibus malis oculi obſeratio aut perfractio, malo eſt.

Nos Galenum ſecuti vtranque lectionem noſtra interpretatione comprehendimus. Caluus ... legiſſe videtur. Antea verò prorrh. 71. ... ægros pernicioſè habere ſignificauit. Quædam etiam exemplaria ἐν ὀξέσι pro ἐν ὀξέσι legunt.

85 Ἀρά γε τοῖς ἀσώδεσιν ἀνεμέτοισιν, ὀσφυαλγέσι, τῶν H θρασέως παρακρουσάντων, ἐλπὶς μέλανα διελθεῖν.

Conſiderandum eſt in æſtuabundis & corporis iactatione citra vomitum & lumborum dolore conflictatis ægris, ſi audacter deſipuerint, num nigra per ſeceſſum proditura ſint.

Repetitur hæc ſententia in Cois Prænotionibus iiſdem penè verbis. Quod efficit vt vitioſa exemplaria exiſtimanda ſint, quæ

iſtud præſagium præcedenti coniungunt. Ceterum exempl. quædam manu ſcripta, ἐπὶ ἰσχύι ἀφωνίης legunt, vt & in Cois Prænot. quod etiam fecit Caluus. A

Dolentes fauces abſq; tumore, cum labore & moleſtia ac ſuffocatione, præceps exitium minantur.

86 Φάρυγξ ἐπώδυνος ἰσχνὴ μετὰ δυσφορίης, πνιγώδης, ὀλέθριον ὀξέως.

Scribitur quoque hoc præſagium in Cois Prænot. paulùm diminutè.

Qui ſpiritum trahunt cum voce ſtrangulabunda, ſi ceruicis vertebra intro ſubſidet, iis ad exitum, velut ex conuulſione, reſpiratio ducitur.

87 Οἷς πνεῦμα ἀνέλκεται, φωνὴ δὲ πνιγώδης, ὁ σπόνδυλος ἐγκάθηται, τουτέοισιν ἐπὶ τῇ τελευτῇ, ὡς σπασθέντος ἴσως τὸ πνεῦμα γίνεται.

Iiſdem quoque verbis repetitur in Cois Prænot. hæc ſententia.

Ex capite dolentes, & alto ſtupore (catochum vocant) detenti ac delirantes cum alui interceptione & ferociente intuitu, floridi, in ſcapulas rigeſcunt ac poſteriorum partium diſtenſione tentantur.

88 Οἱ κεφαλαλγικοὶ, κάτοχοι παραφρονέοντες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, ὄμμα θρασυνόμενοι, ἀνθηροὶ, ὀπισθοτονώδεες γίνονται. B

Repetitur etiam iiſdem verbis in Cois Prænotionibus. Mirum autem ſubit hic Caluum κοιλίην ἀπολελαμμένην ventrem ſolutum dixiſſe, repugnante communi dictionis notione & locutionis proprietate ac Galeni explicatione, ideoque aliam lectionem mihi ſecutus videtur. Quædam exemplaria manu ſcripta ὄμματα θρασυνόμενοι legunt.

Febribus & laſſitudinis ſenſu detento, cum oculorum peruerſione, rigor perniciem minatur. Atque in huiuſmodi caſibus ſoporati, malum denunciant.

89 Ἐπὶ ὄμματος διαστροφῇ, πυρετώδει, κοπιώδει, ῥῖγος ὀλέθριον. καὶ οἱ κωματώδεες ἐν τούτοισι, κακόν. C

Huius præſagij partem adſcribit Gal. lib. de Rigore, & iiſdem omnino verbis repetitur in Cois Prænot. Caluus autem huius ſententiæ prius membrum per ſe legit, velut adducitur à Gal. lib. de Rigore, alterum huic ſententiæ coniungit ſicque legit, [illegible] ῥῖγος ὀλέθριον. καὶ οἱ κωματώδεες ἐν τούτοισι [illegible]. Cuius quidem lectionis ne vllum quidem noſtris in exemplaribus extat veſtigium.

Præcordiorum dolores in febribus cum loquendi impotentia, ſi ſudore non ſoluantur maligni ſunt. In his dolores ad coxendices cum ardente febre, atque aluus affatim prorumpens, perniciem oſtentant.

90 Αἱ ἐν πυρετοῖσι περὶ ὑποχόνδριον ὀδύναι, ἄναυδοι, ἱδρῶτι λυόμεναι, κακοήθεες. τούτοισι ἐς ἰσχία ἀλγήματα ἅμα καυσώδει πυρετῷ, καὶ ἢν κοιλίη καταρραγῇ, ὀλέθριον.

Hæc ſententia bis repetitur in Cois Prænotionibus, vbi ἀνίδρωτι & ἀνίδρωτι legitur, & nos ἀνιδρωτὶ legendum duximus, vt ſit ἄνευ ἱδρῶτος, quod & hic quoque vſurpari poteſt, ſed tum κακοήθεες impropriam habebit notionem, & in malignorum ſignorum ac inſidiorum genere ponetur, vt & poſtea. Sed nos cum interpretibus Galeni expoſitionem ſequi maluimus. Caluus huius præſagij extremum per ſe legit. vt & alias in Cois Prænot. legitur. [illegible] D

Quibus cum febribus voces poſt iudicationem deficiunt, ij tremore & ſopore correpti intereunt.

91 Οἷσι φωναὶ ἅμα πυρετοῖσι ἐκλείπουσι μετὰ κρίσιν, τρομώδεες, καὶ κωματώδεες τελευτῶσι.

Paulò aliter ſcribitur hoc præſagium in Cois Prænot.

Quibus ardore conflictatis, fatuitate & alto ſtupore (quem catochum dicunt) detentis, præcordia variant, & in contrarias ſubinde affectiones tranſmutantur, ac venter in tumorem præter naturam ſublatus eſt cum ciborum interceptione, & tenui circa caput & thoracem oborto ſudore: in his animaduertendum eſt, num, ſi concitatus & magnus ſpiritus, aut genituræ ſimilis excretio accidat, ſingultū prænunciet, aut etiam ex aluo ſpumantia & bilioſa proditura ſint? Eos ſplendeſcens quiddam aut coruſcans per vrinam redditum iuuat, aluus verò in his etiam commouetur.

92 Οἱ ἐκ καυσικῶν, μεμωρωμένοι, κάτοχοι, ποικίλλοντες ὑποχόνδρια, καὶ κοιλίην ἐπηρμένοι, σιτίων ἀπολελαμμένων, ἐφ' ἱδρῶσι, ἆρα τούτοις τὸ θολερὸν πνεῦμα, καὶ τὸ γονοειδὲς ἐπελθὸν, λύγγα σημαίνει; καὶ κοιλίη δὲ ἐπαφρα χολώδεα προσδέχεται; τὸ λαμπρὸν ἐν τούτοισι ὠφελεῖ οὐρηθὲν, κοιλίη δὲ τούτοισι ἐπιταράσσεται. E

Caluus in hac ſententia [illegible] etiam legiſſe videtur. Repetitur quoq; in Coacis Prænot. vbi diſpa- ratè & corruptè legitur. Hic autem τὸ μεμωρωμένοι exponit Gal. [illegible]. In Exegeſi verò [illegible], vt & antea Comm. 1. in hunc lib. [illegible]. Porrò pro σιτίων ἀπολελαμμένων, σιτίων ἀπολελαμμένοι quidam legunt, vt ſatis apparet ex Gal. Comm. alij ἀπολελαμμένοι ſimpliciter, velut in Coacis Prænot. ſicq; legiſſe videtur Erotianus, qui ex Bacchio [illegible] exponit, aut ex Epicle [illegible], aut etiam ἀπολελαμμένους, quam poſteriorem expoſitionem approbare videtur. Gal. etiam in Com. vtramque explicationem includit, cum [illegible] exponit. Hunc quoque locum diſertè mihi ſubindicare videtur Erotianus, cum γονοειδὲς exponit [illegible], & [illegible]. Vbi [illegible] quibuſdam legi innuit, quod exponit, [illegible], vt & Galen. antea Comm. 1. in hunc librum. [illegible] exponit. λαμπρὸν autem hoc loco Erotianum legiſſe apparet, & Bacchium λαμπώδεα, quod ſignificat ex Erotiani mente vrinam ſpumam craſſiorem innatantem habentem, quod λάμπη ſit craſſior ſpuma in aceto ex vino adulterato innatans. F

In ſopore affectis ægris, ſpumantibus prodeuntibus deiectionibus, febris acuta ingraueſcit.

93 Οἷς κῶμα γίνεται ἐπ' ἀφρῶν διεξελθόντων, πυρετὸς προξύνεται ὀξύς. G

Sic legunt exemplaria omnia publicata cum Galeno, & repetitur ea ſententia in Cois Prænotion. his pene verbis, vitioſe tamen ſcripta, vt ſatis apparet. Codices manu ſcripti omnes has ſententias ita legunt & diſtinguunt, [illegible]. Quæ lectio ad Vaticanas membranas peruaſit, vt ex Caluo apparet. Mirum vero eſt quod hic ἐπ' ἀφρῶν habent exemplaria quædam, alia ἐπ' ἄφρων.

In febre cum ſudoribus, vocis ex capitis dolore defectiones, ſi per ſe reſoluuntur ægri ac præter voluntatem excrementa demittunt, malumque remitti videatur, diuturniorem morbum metuere oportet. In his nouus ſubortus rigor damnandus non eſt.

94 Αἱ ἐκ κεφαλαλγίης ἀφωνίαι ἅμα ἱδρῶτι πυρετώδεες χαλῶνται ἐφ' ἑωυτῶν, ἐπιδιδοῦσαι χρονιώτεραι, ἐπιρριγώσαι τούτοισιν οὐ πονηρόν. H

Repetitur hæc ſententia in Cois Prænot. paulum immutatis verbis. Interpretes [illegible] legunt, nos [illegible] ex codicibus ſcriptis cum Galeno retinuimus. Caluus vtrunque legit & ſententiam iſtam perturbauit, & λύουσι pro χαλῶνται legiſſe videtur. Codices manu ſcripti αἱ κεφαλαλγικαὶ legunt [illegible] pro ἐφ' ἑωυτῶν.

Quibus manus ſunt tremulæ, cum capitis & ceruicis

95 Χεῖρες τρομώδεες, κεφαλαλγέες, τραχήλου ὀδυνώδεες

A δεες, ὑπόκωφοι, ὑρέοντες μέλανα δεδασυμένα, οἷσιν τοῦτο ᾖ, μέλανα προσδέχεσθαι ἐξ ἐνὸς ὀλέθριον.

cis dolore, leui aliqua ſurditate affecti, nigricãtes reddunt vrinas & denſas. In his caſibus nigrorum progreſſum expectare & ſuſpectum habere oportet.

Caluus ὑπόκωφοι pro ὑπόκωφοι legit, & τὸ προσδέχεσθαι, neque μέλανα addit. Repetitur autem hæc ſententia in Cois Prænot. Vbi nigrorum vomitus definitur, quod hic ambiguè ponitur.

96 Αἱ μετ' ἐκλύσεως κατόχως ἀφωνίαι, ὀλέθριαι.

Vocis defectiones cum virium exolutione, alto ſtupore (catochon vocant) detentis, perniciem minãtur.

Repetitur iiſdem ferè verbis hæc ſententia in Cois Prænot.

97 Πλευροῦ ἄλγημα ἐπὶ πτύσμασι χολώδεσιν ἀλόγως

B ἀφανισθὲν, ἐξίσταται.

Lateris dolor cum bilioſis ſputis temerè ac præter rationem euaneſcens, ægros in vehementem & furioſam mentis emotionem agit.

Scribitur etiam in Cois Præſagiis hoc prognoſticum, vitioſè tamen, vt illic oſtendimus.

98 Ἐπὶ τραχήλου ἀλγήματι κωματώδει, ἱδρώδει κοιλίη φυσηθεῖσα, εἰ δὲ ἡ πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα, ὑποπεριπλυθεῖσα, ἐκ τουτέων ἄχολα ἐξίσταται, τὰ τοιαῦτα διασωζόμενα μακροτέρως διανοσεῖ. ἆρά γε εἰσὶν ἄχολοι περιπλύσιες ἐπιδέξιαι, καὶ ὁ φυσώδης ὄγκος

C προσωφελέει;

Ex ceruicis dolore cum ſopore & ſudore inflata aluus, ſi quidem ex Medici induſtria liquida demittat cum aliqua proluuie, deinde quæ bilioſa non ſunt reſtitent, huiuſmodi aſſeruata diuturniorem morbum efficient. In his animaduertendum eſt, num proluuies alui non bilioſæ benigniores ſint, ac flatuoſo tumori conducant?

Nos Galeni mentem ſecuti ἱστανται pro ἐξίσταται legimus.

99 Κοιλίης περίτασις πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα, ταχὺ ὀγκουμένη, ἔχει τι σπασμῶδες, οἷον καὶ τῷ Ἀσπασίου υἱῷ, ὁ ἐπιρρηγεὶς τούτοις ὀλέθριον. ἐκ τουτέων σπασμώδεες γενηθεὶς, καὶ ἐμφυσηθεὶς, μακρότερον διανοσήσας, στόματι σηπτὰ χλωρὰ ἐπεξῆλθεν.

Aluus circumtenſa, ex Medici induſtria liquida demittens, celeriter intumeſcens, conuulſionis ſignificationẽ quandam præ ſe fert, quod Aſpaſij filio cõtigit. In his nouus ſubortus rigor perniciem facit. Ex his caſibus cõuulſione tentato ac inflato, vbi diutiùs morbũ traxerit, ex ore putrida & virulenta prodeũt.

Huius ſententiæ initium aliter legitur in Cois Prænot. & cæteris connexum magnam parit obſcuritatem vitiumq; præ ſe fert.

D 100 Τὰ κατ' ὀσφὺν κατὰ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα πρὸς ὑποχόνδριον χειρούμενα ἀποσιτικὰ ἅμα πυρετῷ, τούτοισιν εἰς κεφαλὴν ἄλγημα σύντονον ἐλθὸν κτείνει ὀξέως τρόπῳ σπασμώδει.

Lumborum dolores diuturni qui ſenſim fiunt, circum præcordia inuoluti, cum febre & ciborum faſtidio, ſi intenſum capitis dolorem aduehunt, non ſine conuulſionis ſpecie celeriter interficiunt.

Aliis verbis repetitur hæc ſententia in Cois Prænot. χειρούμενα autem ἀλγήματα, ἐμπλεκόμενα exponit Gal. inuolutos dolores & circum præcordia implicatos & irretitos, ac ſeſe reuoluentes, ἐμπλεκόμενα dicit Gal. in Exeg. Alij eos intelligunt dolores, qui ſenſim & quibuſdam interuallis ad præcordia adducuntur, contrahuntur, & quaſi conuelluntur. Alij eos qui præcordia contingunt, τὰ

E συνεγγίζοντα ἢ συνάπτοντα exponunt, vt Bacchius, quem Scholium quoddam reprehendit, quod πρὸς ὑποχόνδριον χειρούμενα ἀλγήματα, non ſimpliciter ad præcordia pertingentes dolores ſignificent, ſed eos qui quibuſdam inuolucris, aut obſcuris quibuſdam ductibus ac ſinuoſis circumflexibus, aut implicatis conuolutionibus præcordia petunt. Sic enim ſcribitur ex Scholio quodam manu ſcripto, Βακχεῖος ἐν ᾗ φησὶ συνεγγίζοντα ἢ συνάπτοντα, οὐ καλῶς. ἔστι γὰρ οὐ ψιλῶς συνάπτοντα, ἀλλὰ μετ' σκολιότητός τινος. χεῖρον γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸ δικτυωτὸν ἢ σκολιὸν λέγουσι, ἢ χεῖρον τὸ ἁλιευτικὸν δίκτυον, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν πλοκὴν σκολιώσεως, οἷς οὖν ἐστὶ Ἱπποκράτει τὸ σύμπαθες τῶν πόνων, ἐστὶ συνπλεκόμενα σπασμώδη εἶναι. Quam etiam explicationem mihi videtur ſignificare Heſychius, cùm χειρούμενα (χειρούμενα malim) συμπλεκόμενα ἢ σπασμώδη, συμπαθοῦντα exponit, οἱ δὲ ἐγγίζοντα. Idem quoque χειφίδωμα ἐμπλεκόμενα exponit & χειρίδιον. Quod etiam videtur eam notionem reſpicere quam Gal. in Com. ad χειρούμενα ὀδύνας refert. Hanc autem retis piſcatorij tranſlationem ſequitur Galen. in explicatione vocum Hippocrat. quam tamen hic conuellere videtur, etſi notum eſt χεῖρον ſagenam & rete piſcatorium ſignificare. Qua de re plura ſcripſimus in noſtra OEconomia. Cæterùm membranæ manu ſcriptæ, ἐν τῷ πρὸς ὑποχόνδριον χειρούμενα legunt, quam lectionem etiam ſequitur Caluus.

F 101 Τὰ ἐπιρριγοῦντα καὶ ἐς νύκτα μᾶλλον τι παροξυνόμενα, ἄγρυπνα, φλεδονώδεα ὄντα ἐν τοῖς ὕπνοις, ἔστιν ὅτε οὖρα ὑφ' ἑαυτῶν χαλῶντα, ἐς σπασμοὺς ἀποτελευτᾷ κωματώδεας.

Qui ſubinde rigore prehenduntur, & ſub noctem aliquanto grauius habent, peruigiles, in ſomnis nugantes aut delirantes, interdum ſeſe lotio perfundentes, ij in conuulſiones cum ſopore tendunt.

φλεδονώδεα cum Galeno legimus, qui φλυαρώδεα explicat. Sic quoque in expoſitione vocum obſcurarum Hippocr. φλεδονώδεα legit, & φλύαρον exponit. φλεδόνες γὰρ φλυαρίαι. Repetitur verò hæc ſententia initio Coacarum Prænotionum, ſed admodum corruptè, quomodo & hæc dictio vbique vitioſè legitur. Caluus φλεγματώδεα vt in Cois Prænot. legiſſe videtur, vbi huius prognoſtici ſenſum abundè aperuimus & lectionis ac exemplarium varietatem ſubindicauimus, & vulgatæ lectionis notionem expoſuimus. Ac ſanè mirum ſubit quonam Erotiani expoſitio referatur, qui etiam φλεβοδώδεα legit, cuius tamen lectionis ne meminit quidem

G Galenus, alioqui varias huius dictionis ſcriptiones ſedulò adſcribens. Quæ enim φλεβώδεα μετ' πνευματώδεος ταραχῆς ἐκκρινόμενα ſignificari vult, neque loco huic neque Cois Prænot. ſatis congruunt. Quin & φλεβοδώδεα (quam in lectionem tamen inclinat Erotianus, niſi ſi φλεβοδονώδεα potius legendum ſit) huic loco parum quadrare videntur, cum ea dictio eadem quæ φλεβοδονώδεα fere indicet, & de venarum aut arteriarum agitatione, pulſu ac concuſſione dicantur. Et certè iſtum Erotiani locum mendoſum exiſtimo, & pro φλεβοδώδεα φλεδονώδεα vbique ſcribendum ſpondeo, vt abundè docuimus in noſtra OEconomia, vbi de huius vocis obſcuritate & varietate plurima adſcripſimus.

102 Οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐφιδροῦντες, οὖρα πέπονα καυστικοὶ, ἀκρίτως περιψυχόμενοι διὰ ταχέων προσκαέες,

H νωθροὶ, κωματώδεες, σπασμώδεες ὀλέθριοι.

Quibus circa initia tenues ſuboriuntur ſudores, & vrinæ concoctæ emittuntur cum magna totius corporis æſtuatione, ſi præter rationem perfrigeſcant, & rurſus celeriter peruranțur, & torpore, ſopore, aut conuulſione tententur, ij pernicioſè affecti ſunt.

Aliter paulò ſcribitur in Cois Præn. nihil tamen immutata notione. Hic autem ἀκρίτως παραλόγως & ἀσήμως indicare videtur vt in Cois Præſagiis. Galenus autem διὰ ταχέων legiſſe videtur, vt in Cois Præſagiis.

103 Τῇσιν ἐπιφόροισι κεφαλαλγικὰ, καρώδεα μετὰ βάρεος γινόμενα, φλαῦρα, ἴσως δὲ τῇσι τοιῇσι καὶ σπασμώδες τι πάθος ὀφείλει.

Vterum gerentibus capitis dolores cum ſopore & grauitate, malo ſunt. Quin & huiuſmodi naturæ conuulſionibus quibuſdam forte ſunt obnoxiæ.

Bis ſcribitur hæc ſententia in Cois Prænot. vtrobique tamen vitioſè, vt ſatis apparet. Mirum eſt autem Caluum præter Galeni opinionem ἀπόφρας lippitudini & epiphoris attribuiſſe, cùm ſatis ſit tritum ex Cois Prænot. hanc dictionem huic authori de vectum geſtantibus dici. Vitioſa ſunt autem exemplaria ſcripta quæ ὀφθαλῇ, aut ὀφθαλῇ, pro ἰσχαλῇ habent. A

Faucium gracilium dolores ſuffocantes conuulſionẽ minantur, tum verò præcipuè ſi ex capite originẽ ducũt, quale quid Thraſinontis conſobrinæ contigit.

104 Τὰ ἐν φάρυγγι ἰσχνῷ ἀλγήματα πνιγώδεα ἔχει τι σπασμῶδες, ἄλλως τε καὶ ἀπὸ κεφαλῆς ὁρμηθέντα, οἷα καὶ τῇ Θρασίωνος ἀνεψιῇ.

In Cois Prænot. iiſdem propè verbis repetitur hæc ſententia.

Tremoribus quæ conuulſiones accedunt cum ſudoribus, recidiuas minantur. In his iudicationem facit nouus obortus rigor, qui prius ardore circa ventrem oborto prouocatur.

105 Τὰ τρομώδεα σπασμώδεα γινόμενα ἐφ' ἱδρῶσι φιλυπόστροφα, τούτοις ἡ κρίσις ἐπιρριγώσασι. ἢ τοι ἐπιρριγῶσι περὶ κοιλίην καύματι προσκληθέντες. B

Iiſ lem etiam verbis repetitur in Cois Prænot.

Lumborum & capitis ac oris ventriculi dolor, cũ forti excreatione, conuulſionem ſuſpectam facit.

106 Ὀσφύος πόνος, καὶ κεφαλαλγικὸς καὶ καρδιαλγικὸς μετ' ἀναχρέμψιος βιαίης, ἔχει τι σπασμῶδες.

Caluus κεφαλαλγικοῦ καὶ καρδιαλγικοῦ legit, vt habent exemplaria quædam manu ſcripta, & legitur in Cois Prænot. vbi iiſdem verbis repetitur hoc præſagium, ſed deeſt capitis dolor. Idem Caluus διαχωρήσιος pro ἀναχρέμψιος legiſſe videtur.

Quinetiam nonnihil metuendus eſt cum iudicatione rigor.

107 Τὸ ὑπάφωνον ἅμα κρίσει ῥῖγος.

Hoc præſagium ex codicibus manu ſcriptis & Galeno in contextum tranſtulimus. Exemplaria omnia manu ſcripta ὑπάφωνον ἅμα κρίσει ῥῖγος legunt, quam lectionem in Cois Præn. retinuimus, vt ſubabſurdum cum iudicatione rigorem intelligamus. Quam etiam notionem habet Galeni lectio, quæ pro ὑπάφωνον ὑπόφοβον habet, quam hic ſecuti ſumus, ideoq; diſparatum præſagium fecimus, etſi membranæ omnes ſcriptæ ſuperiori ſententiæ coniungunt. Caluus quoq; σπασμῶδες ὑπάφωνον legit, quam ſcriptionem etiam ex vetuſtis exemplaribus agnoſcit Galenus. Mirum certè eſt exemplaria publicata nullam huiuſce lectionis habere notam. C

Ex ventre quæ prodeunt ſubliueſcentia & turbulenta, vrinæ etiam tenues ac dilutæ ſuſpectæ ſunt.

108 Ἀπὸ κοιλίης ὑποπέλια, ταραχώδεα, καὶ οὖρα λεπτά, καὶ ὑδατώδεα, ὕποπτα.

Caluus etiam vrinas turbulentas legit, & τεταραγμένα ex codicibus addidiſſe videtur.

Fauces leuiter exaſperatæ, & aluus ad inanes & irritas exurrectiones obmurmurans, frontis dolores, in ægris palpitantibus, & more inueſtigantium ſenſim contrectãtibus, delaſſatis, & ex ſtragulis aut veſtimẽtis dolentibus, & ſi quæ ex his increſcunt, moleſtiam exhibent. Somnus in his multus conuulſionem minatur, & frõtis dolores graues, ac mictio moleſta eſt.

109 Φάρυγξ τρηχυνθεῖσα ἐπ' ὀλίγον, καὶ κοιλίη διαβορβορύζουσα κεναῖς ἐξαναστάσεσι, καὶ μετώπου ἀλγήματα, ψηλαφώδεες, κοπιώδεες, ἐν στρώμασι καὶ ἱματίοισιν ὀδυνώδεες, τὰ ἐκ τούτων αὐξανόμενα, δύσκολα. ὕπνος πολὺς ἐν τούτοισι σπασμώδης, καὶ τὰ ἐς μέτωπον ἀλγήματα βαρέα, καὶ οὔρησις δυσκολαίνουσα. D

Prima huius præſagij pars iiſdem penè verbis repetitur in Cois Prænot. Extrema verò pars ibidem etiam aliàs ſcribitur. Caluus eam ſequenti ſententiæ iunxit, & hoc præſagium variè diſtraxit.

In iis quibus rigores imminent vrina reſtitat, & in conuulſoriis affectionibus, velut huic mulieri contigit, quæ vbi inhorruit ſudore correpta eſt.

110 Οὔρων ἐπίστασις καὶ οἷσι ῥίγεα ἐπὶ τούτοισι σπασμώδεσι, οἷα καὶ αὕτη φρίξασα ἐφίδρωσεν. E

Duplex elicitur huius præſagij notio, reſtitantes vrinas & rigorem imminentem, & conuulſionem ſuſpectare, quem in ſenſum poſtea ſcribitur Prorrh. 154 & repetitur in Cois Prænot. τὰ μετὰ ῥίγεος ἐπισχόμενα οὖρα πονηρὰ καὶ σπασμώδεα. Quo etiam inclinat Galeni lectio, quæ ἐπὶ τούτοισι σπασμώδεσι habet. Altera eſt notio in rigore imminente & conuulſoriis affectibus vrinas detineri. Rigoris autem impendentis indicium eſſe vrinam reſtitantem ſatis indicat aph. 9. ſect. 2. lib. 6. epid. quem huc profert Gal. & quæ ſcribitur in Cois Prænot. ex hoc præſagio traducta ſententia, οἷσι ῥῖγος οὖρα ἐπίσχει. Conuulſionis etiam ſolutio quæ fit per confertam vrinarum copiam, earum detentionem præ ſe fert. Qua ratione ſcribitur in Cois Prænotion. σπασμὸν λύει οὖρα διεξελθόντα ὑαλοειδέα πολλά. Rurſuſque de conuulſione agens ibidem, λύεται δὲ οὔρων ἐξελθόντων ἀθρόων πολλῶν ὁ θρόνος. Atque ad hanc notionem calculum adfert Galeni explicatio, & quæ eiuſdem indicio melior eſt lectio, οὔρων ἐπίστασις οἷσι ῥίγεα, καὶ ἐπὶ τοῖς σπασμώδεσι. Iſtam enim lectionem ab eo intellectam & probatam indicio eſt quæ huc profertur explicatio, & quod ſcribitur in ſententiam ſequentem. Caluus hanc ſententiam adeò perturbauit, vt nullus inde ſenſus erui poſſit. F

Quæ in ſynceras tendunt vacuationes, omnibus quidem ingraueſcentis mali ſignificationem præbẽt, his vero (ſupradictis) vel maximè. Atque in huiuſmodi caſibus ad aures tubercula exoriri ſolent.

111 Αἱ ἄχρηστοι τελευτῶσαι καθάρσιες, ἐν πᾶσι παροξυντικαί. τούτοισι δὲ καὶ πάνυ ἐκ τούτων καὶ τὰ παρ' οὖς ἀφίστανται.

Repetitur in Cois Prænot. hæc ſententia, & antea quoque (prorrh. 50.) ferè ſimile quiddam effertur. Quod effecit vt hic quoque eas quæ in ſynceras tendunt vacuationes intelligerem, etſi aliter illud τελευτῶσαι capi poteſt, de iis quæ ſynceræ eſſe deſinunt, quod hic de ſynceris tantum agatur, cum ſupra & in Cois præſagiis ſpumantes ſynceris adiungantur: ſpumantes autem deiectiones ingraueſcentis mali ſemper ſignificationem præbeant, vt ſcripſit Gal. antea Comm. in hunc librum. Illud autem τούτοισι quod de conuulſoriis affectibus intelligatur de quibus agitur ſuperiore ſententia, ſatis ex Galeno eſt conſpicuum & Cois Præſagiis, in quibus iſtud hoc modo ſcribitur, τοῖσι δὲ σπασμώδεσι καὶ πάνυ. Quod adſcriptionem attinet, καὶ τὰ παρ' οὖς ἀφίστανται legendum eſt, vt habent meliora exemp. tum ſcripta, tum publicata, & legitur in Cois Præn. G

Turbulentæ & valdè confidentes è ſomno exurrectiones conuulſiones minantur, præſertim verò ſi cum ſudore contingant.

112 Αἱ ταραχώδεες θρασύταται ἐπεγέρσιες σπασμώδεες, ἄλλως τε καὶ μεθ' ἱδρῶτος.

Ceruicis & dorſi perfrictiones, & quæ totum corpus videntur pertingere, inſuper & ſpumantes mictiones, cum animi deliquio, ac oculorum hebetatio, conuulſionem in proximo eſſe ſignificant.

113 Καὶ αἱ τραχήλου καὶ αἱ μεταφρένου καταψύξιες δοκέουσαι, καὶ ὅλου δὲ τοῦ σώματος. ἐν τούτοισι καὶ ἀφρώδεες οὐρήσιες ἅμα λειποψυχίῃ, καὶ ὀμμάτων ἀμαύρωσις, σπασμὸν ἐγγὺς σημαίνει. H

Variè diſtractum eſt hoc præſagium & diuerſa ſcriptione exagitatum. Mihi omnino probanda videtur lectio Coarum Prænotionum, qua hæc ſententia repetitur, & quia conuulſio vtrinque denunciatur hoc præſagium conuulſionis præſenſione cum ſequente connectitur. Quæ etiam eſt Gal. notio in Commentario. Exemplaria ſcripta cum publicatis θρασύταται legunt, alia θρασύνονται. Caluus delirij meminit, vt in Cois Prænot. In reliquis etiam poſt μεταφρένου μετώπου addidit, & frontis perfrictiones ponit. Δοκέουσαι in Cois Prænot. pro δοκέουσαι vitioſè ſcribitur, vt illic monuimus, & Galeni eſt lectio δοκέουσαι δι' ὅλου τοῦ σώματος. Caluus ἀφρώδεες

A & ψαθώδεις ὑμένες, ſimul poſuit. Nos ἀφρώδεις hîc retinuimus Galeni mentem cum interpretibus & exemplarium conſenſum ſecuti: etſi θρομβώδεις, vt in Cois Prænotionibus, huc non inuiti obtrudimus, quamuis etiam aliàs, vbi etiam hæc ſententia adumbratur, κερχνώδεις ὑμένες ponantur. Cuius rei indicium fecimus noſtris in Coac. Prænot. annotationibus. Quod ſequitur ἅμα ἀψυχίῃ ſequentibus iungendum contra publicatorum omnium codicum fidem, & per ſe diſtinguendum eſt, velut his verbis ſcribitur in Cois Prænot. ὀμμάτων ἀμαύρωσις ἅμα ἀψυχίῃ, σπασμώδης σημεῖον. Quæ eſt Galen. aſſenſio quam ſecutus eſt Caluus, qui etiam (etſi extra rem & cauſam) Galeni verba ex Commentario in contextum abripuit.

114 Πήχεος ἀλγήματα μετὰ τραχήλου σπασμώδεα. ἀπὸ προσώπου δὲ ταῦτα καὶ κατὰ φάρυγγα, ἦχοι συχνοὶ σιαλίζοντες. ἐν τούτοισιν ἐν ὕπνοις ἱδρῶτες, ἀγαθοί. ἆρά γε καὶ τῷ ἱδρῶτι κουφίζεσθαι τοῖς πλείστοις οὐ ξυμφέρει; ἢ εἰς τὰ κάτω μέρη πόνοι, τούτοισιν εὔφοροι.

B Cubiti ceruiciſque dolores conuulſionem minantur. Ex facie autem prodeunt iſta, fauciumq́; ſonitus crebri cum ſaliuatione. Iis ſudores in ſomnis boni ſunt. Nempe & ex ſudore leuari plurimos conſentaneum eſt. Quibus ſi dolores inferiores partes occupent, toleratu faciles euadunt.

Variè diſtractum eſt hoc præſagium & perturbatum in Cois Prænot. vbi etiam repetitur. Caluus pro ἦχοι συχνοὶ, ἀχλὺς, ἰσχνοὶ legiſſe videtur, quæ eſt Coacarum Prænotionum lectio & Capitonis authoritate Galen. conteſtata. Idem ψιαλίζοντες pro σιαλίζοντες legit, etſi vtriuſq́; apud Galenum eſt altum ſilentium. Quod ſequitur huic præſagio annexuimus, tum ſcriptorum, tum publicatorum codicum fidem ſecuti, veluti etiam legitur in Cois Prænotionibus. Mirum tamen eſt Caluum iſta diſtraxiſſe.

115 Οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδροῦντες κεφαλαλγέες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, σπασμώδεες.

In febribus tenuiter exudantes, cum capitis dolore & aluo intercepta, ad conuulſiones proni ſunt.

C Iiſdem omninò verbis repetitur in Cois Prænot. hoc præſagium.

116 Τὰ ἀποψαθυρὰ ὑγρὰ διαχωρήματα περιψύχοντα ἐκ ἀπύρως φλαῦρα. τὰ ἐπὶ τούτοισι ῥίγεα, κύστιν καὶ κοιλίην ἐπιλαμβάνοντα, ὀδυνώδεα. ἆρα δὲ κωματώδεες τούτοισιν ἔχει τι σπασμῶδες οὐκ ἂν θαυμάσαιμι.

Quæ inter ſe non cohærent, ſed facilè diſſoluuntur, & aliquantulum friabilia ſunt alui recrementa, liquida, cum ſummi totius corporis perfrictione, non ſine febre, improbanda ſunt. Ac præter hæc, ſi rigores veſicam & ventrem cum dolore inuadant. Proinde in his ex ſopore aliquod conuulſionis periculum impendere, nemini mirum videri debet.

Aliter paulò ſcribitur in Cois Præſagiis, vbi ἀποψάθυρα pro ἀποψαθυρὰ legitur. Sunt autem τὰ ἀποψάθυρα, τραχύτερα Galen. in

D Exegeſi vocum Hipp. Caluus aliud quid legiſſe videtur, vbi ſubalbida vertit. & pro ἀπύρως ἄπυρα.

117 Τὰ ἐν ὀξέσι ἐμετωδέως ἑλκόμενα φλαῦρα, καὶ αἱ λευκαὶ διαχωρήσιες δύσκολοι. ἄγλισχρα ἐκ τούτων διεξελθόντα ὀξέως τε καύματι πολλῷ. ἢ ἐκ τούτων κωματώδεες νωθροὶ, ἀπογίνονται. τὰ ἐκ τοιούτων μακροτέρως ἐπινοσεῖ. ἆρα περὶ κρίσιν τούτοισι ξηρώδεες δύσπνοοι;

In grauibus & præcipitibus malis diſtorqueri velut qui vomitione conflictantur, malum eſt, quin & albæ alui egeſtiones moleſtæ ſunt. Quæ ex his prodeũt nõ viſcoſa, in vehementẽ mentis emotionẽ cum multo ardore agunt, videndumque eſt, num poſtea ſoporati ac torpeſcẽtes euadant. Qui ex his conflictãtur, diutiùs laborant. In his animaduertendũ eſt, num imminente iudicatione areſcentes difficultate ſpirãdi teneãtur.

E Caluus τὰ ἐν ὀξέσιν ἀκατασχέτως ἑλκόμενα legiſſe videtur contra omnium exemplarium fidem. Sunt autem τὰ ἐμετωδέως ἑλκόμενα, qui in Cois Prænotionibus οἱ σπαραττόμενοι ἀσίτως dicuntur, & inani vomitionis auiditate diſtorquentur aut vellicantur. ξηρώδεες etiã tabidi & reſiccati dicuntur vt in Cois Præſagiis, οἱ δύσπνοοι ξηρώδεες. Sed pro ξηρώδεες βηχώδεες aut χολώδεες legiſſe videtur Caluus.

118 Τὰ δὲ ὀσφύος εἰς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα καὶ παραλύσαντα, παραπληκτικὸν τρόπον σπασμώδεα, παρακρουστικά. ἆρά γε καὶ λύεται τὰ τοιαῦτα σπασμῷ; ἐκ τῶν τοιούτων ποικίλως διανοσέουσι καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες.

Quæ ex lumbis in ceruicem & caput redundant, & leuis ſyderationis more reſolutionis ſenſum inducunt, conuulſionem ac mentis emotionem minantur. Videndumq́; eſt, num talia conuulſione ſoluantur. Qui huiuſmodi conflictantur, variè morbum trahunt, atque eadem diutiùs perſeuerant.

F Παραλύσαντα παραπληκτικὸν τρόπον quæ leuis ſyderationis modo reſolutionis ſenſum inferunt diximus, quòd παραπληξία ſit partis alicuius reſolutio aut leuis quædam ſyderatio, qualis eſt ἀποπληξία totius corporis (Sic enim in Galeni Commentario legendum exiſtimo, etſi non animaduertit interpres) vt poſtea hoc in Com. iiſdem verbis repetit Gal. quanquam vitioſè ſcribitur. Paſſim autem apud Hippoc. & Galen. παραπληξία & παραπληγίη idem denotant, & partium reſolutionem ex apoplexia aut epilepſia ſuccedentem ſignificat, vt ſcribit Gal. com. 2. in lib. 1. epid. & comm. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. Vbi etiam qua ratione huiuſmodi affectibus conferat conuulſio eleganter explicatur. Cæterum repetitur quoque hoc præſagium in Cois Prænotionib. 2. vbi huius extremum paulò aliter legitur.

119 Οἱ ἐν ὑστερικοῖσιν ἀπύρως σπασμοὶ εὐχερέες, οἷον καὶ Δορκάδι.

Mulieres quæ ab vtero promptè ſtrangulantur, idque ſine febre, in conuulſiones propenſæ ſunt, quod etiam Dorcadi contigit.

G Hoc præſagium bis repetitur in Cois prænot. etſi paulò aliter legitur.

120 Κύστις ἀποληφθεῖσα, ἄλλως τε καὶ μετὰ κεφαλαλγίης, ἔχει τι σπασμῶδες. τὰ ναρκωδέως ἐν τούτοισιν ἐκλυόμενα δύσκολα, οὐ μὴν ὀλέθρια. ἆρά γε καὶ παρακρουστικὸν δὲ τοιοῦτον;

Veſica intercepta, præſertim cum capitis dolore, conuulſionem minatur. Quæ in his cum torporis ſenſu exoluuntur, moleſtiam exhibent, non tamen perniciem afferunt. Videndumque eſt num tale quid etiam mentem excutiat.

Scribitur quoque hoc præſagium in Cois Prænot. etſi paulùm vitioſè.

121 Ἆρά γε καὶ περὶ κρόταφον ὀστέων διακοπαὶ σπασμὸν

H ἐπικαλέονται; ἢ δὲ μεθύοντι πληγεῖσαι; ἢ δὲ ῥυεῖσαι πολὺ ἐν ἀρχῇσι, εἰ τοῦτο ποιεῖ σπασμώδεα;

Quinetiam conſiderandum eſt num oſſium ad tempora præciſiones conuulſionem prouocent, an verò madido vulnus inflictum, aut circa initia ſanguis magna copia effluens, conuulſionem accerſit?

In Cois Prænotionibus aliter his verbis ſcribitur huius præſagij initium. ὦτα καὶ κατὰ κρόταφον ὀστέων διακοπαὶ σπασμώδεες; Quinetiam aliàs in Cois Præſagiis temporum ſectiones conuulſiones prouocare ſcribitur, vbi temporum vulnera quàm grauia & periculi plena ſint, quamq́; promptè conuulſiones accerſant ex Hipp. propoſuimus. Caluus autem hanc totam ſententiam mirum in modum perturbauit.

122 Ἐν ἱδρῶτι πτύελα παραρρέοντα πυρετώδεϊ ἐόντι,

Febricitanti cum ſudore ſputa defluentia leuia ſunt

& minimè maligna. In quibus videndum eſt num ad aliquot dies alui madeſcant, quod equidem reor. Animaduertendum quoque eſt, num his ad articulos aliquid abſceſſurum ſperes.

ἄηθεα, ἆρά γε τούτοισιν ἐπὶ τινὰς ἡμέρας κοιλίαι ὑγραίνονται; οἴομαι. ἆρά γε τούτοισιν ἐς ἄρθρα ἀπόστημα ἔσεσθαι; A

ἠιῶδεα pro ἀήθεα legimus contra omnium exemplarium fidem, Galeni authoritatem ſecuti, qui ἠιώδεα ἤτοι exponit, etſi vitioſè in omnibus codicibus ἀήθεα legitur. Quod rectè viderunt interpretes. In Cois Prænotionibus etiam repetitur hæc ſententia, etſi tamen vitioſè; vbi ἀήθεα rectè ſcribitur.

Quæ ſenſim feroces fiunt mentis emotiones, in vehementes & melancholicas euadunt. Quod ſi ex muliebrium ſuppreſſione accidat, in ferinas tendunt, qualia ſæpius contingunt. Videndum igitur num fœminæ huiuſmodi conuulſionibus ſint obnoxiæ. Animaduertendum quinetiam eſt, num vocis defectiones cum alto ſopore conuulſionem quoque minentur, qualiter Cerdonis filiæ comparentibus muliebribus purgationibus contingere cœpit.

[112] Τὰ ἐπ' ὀλίγον θρασέως παρακρούοντα, μελαγχολικά. ἢν δὲ ἀπὸ γυναικείων ἢ, θηριώδεα. ἐπὶ πλεῖον δὲ ταῦτα συμπίπτει, ἆρά γε καὶ σπασμώδεες αὗται; ἆρά γε καὶ αἱ μετὰ κάρου ἀφωνίαι, σπασμώδεες αὗται; οἷα τῇ τοῦ Σκυτέως θυγατρὶ ἤρξατο γυναικείων προϊόντων. B

Huius præſagij caput antea quoque (prorrh. 16.) quod etiam ſcribit Galenus repertum, & in Cois Prænotionib. bis ſcriptum. Cuius ſenſum omninò inuertit Caluus. Exemplaria autem ſcripta Regia ἤρξατο γυναικείων παριόντων ſcribunt legunt. vt & Caluus.

Quibus dum conuelluntur oculi fixi & immoti ſplendent, iis mens è ſede conſtantiæ deturbatur, & diutius morbum trahunt.

[114] Οἷσιν ἐν σπασμοῖσιν ὀφθαλμοὶ ἐκλάμπουσιν ἀτενέως, ὅτι παρ' ἑωυτοῖσιν εἰσὶ, διανοσέουσί τε μακροτέρως. C

Scribitur etiam in Cois Prænot. hæc ſententia iiſdem verbis, vitioſè tamen vt illic monuimus.

Quæ ex parte aduerſa & præpoſtere fiunt ſanguinis eruptiones, malo ſunt, velut in lienis tumore, ſi ex nare dextra effluat. Quod & circa præcordia eodem modo ſe habere expectandum eſt. Maius autem malum denunciatur, ſi cum tenui circa frontem & thoracem ſudore iſtud contingat.

[115] Τὰ ἀνάπαλιν αἱμορραγέοντα κακὸν, οἷον ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ δεξιοῦ ῥέει, καὶ τὰ καθ' ὑποχόνδριον ὡσαύτως, ἐφιδροῦντι δὲ κάκιον. D

Celeberrimum eſt hoc præſagium & Hippocratis OEconomia digniſſimum, ad hæmorrhagiæ æſtimationem & quanam ex parte fieri debeat accommodatiſſimum. Cuius paſſim in iudicationis diſciplina & pro dignitate meminit Galenus, vt Comment. 1. in Progn. τὸ κατ' ἴξιν τῷ ἀνάπαλιν opponit, & his verbis explicat: αἱμορραγίας τε ἐν αὐτῷ γίνεσθαι φησὶν ὁ ἰατρὸς, ὁπηλίκας τινὰς ... αὐτῷ, ὅπερ ἐπὶ τῶν κατ' ὅπερ τί γε σπλάγχνα φλεγμονὴν συμβαίνει μάλιστα, ... ἀλλαχοῦ, ἡ μὲν κατ' ἴξιν αἱμορραγοῦσα ἐπαινεῖ, ἡ δὲ ἀνάπαλιν δὲ μέμφεται, διδάσκων αὐτὸς, τί ποτε λέγει τὸ ἀνάπαλιν, οἷον τὸ ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ δεξιοῦ μυκτῆρος ῥέον. Huius quoque præſagij meminit Comment. ad aph. 21. lib. 1. vbi etiam τῷ ἀνάπαλιν, τὸ κατ' ἴξιν ὅπερ ἐστὶ κατ' εὐθὺ τοῦ πεπονθότος μορίου opponit. Et lib. 3. περὶ κρίσεων his verbis: εἰ δὲ τὸ μὲν ἀνάπαλιν αἱμορραγοῦν οὐκ ἀγαθόν ἐστι, τὸ δὲ κατ' ἴξιν ἀγαθὸν, ὡς Ἱπποκράτης λέγει. ... αἱμορραγούντων ... μυκτῆρος, ἀφορμὴ τοῦ αἱμορραγεῖν ... Sunt igitur τὰ ἀνάπαλιν αἱμορραγέοντα, quæ ſanguinem non è directo, ſed ex aduerſa parte, & oppoſito quodam ductu profundunt, non κατ' ἴξιν aut κατ' εὐθυωρίαν, vt voluit Hippocrates qui lib. 6. epidem. omnem naturæ motum in directum tendentem, quod κατ' ἴξιν dicitur, probat. Et quod circa præcordia eodem modo ſpectari debere dicit, id in laterum doloribus ac præcordiorum contenſionibus & tumoribus diligenter animaduertendum monet libr. 6. epid. ſect. 2. aphoriſ. 10. & lib. 2. epid. ſect. 1. Vbi in naturæ motionibus & excretionibus quæ ſolutionem adferunt naturæ ductum & ordinem rectè ſpectandum admonet. Hoc porrò prognoſticum repetitur in Cois Prænot. ferè iiſdem verbis. E

Vbi ſanguis ex naribus effluit cum tenuibus ſudoribus & corporis totius perfrictione, morbi malignitas & pernicies denunciatur.

[116] Ἐκ ῥινῶν μικροῖς ἱδρῶσι περιψυχόμενα, κακοήθεα, μοχθηρά.

Iiſdem omninò verbis bis repetitur hæc ſententia in Cois Præſagiis.

A ſanguinis eruptione nigrarum deiectionum pertranſitus malo eſt. Quin & prærubra damno ſunt, præcipuè vero ſi ſanguinis iſta eruptio quarto die contingat, quod animaduertendum eſt. Quibus iſta contingunt, ij tandem ſopore & conuulſione conflictati moriuntur, ac fortè prægreſſis nigris deiectionibus & ventre in tumorem ſublato.

[117] Μεθ' αἱμορραγίας μελάνων διόδος, κακόν. πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἐξέρυθρα, εἰ δὲ ἆρά γε τεταρταίοισι τῶν αἱμορραγιῶν, κωματώδεες; ἐν τούτοις σπασμῷ τελευτῶσιν. ἆρα μελάνων προδιελθόντων καὶ κοιλίης ἐπαρθείσης; F

Repetitur etiam in Cois Prænotionibus bis hoc præſagium iiſdem verbis. Galenus autem legiſſe videtur, vt ſatis apparet, ἆρά γε τεταρταίοισι τῶν αἱμορραγιῶν. κωματώδεες ἐν τούτοις σπασμῷ τελευτῶσιν. Quem ſecuti ſumus contra omnium codicum fidem. Quædam etiam exemplaria σπασμῷ vitioſè legunt.

Qui ex vulnere cum tenui ſudore ſanguinem fundunt, ij malignè habent, & inter loquendum de repente moriuntur.

[118] Τὰ αἱμορραγέοντα ἐφιδροῦντα τρώματα, κακοήθεα. ἔτι διαλεγόμενοι λειποθυμέοντες ἐξαίφνης τελευτῶσιν. G

Scribitur quoque in Cois Prænot. hoc præſagium, ſed pro ἐφιδροῦντα, ἐκλιπώς ſcribitur.

In præcipitibus malis, quæ poſt paucam ſanguinis eruptionem, aut nigrorum per aluum refuſioné ſurditas obuenit, malum denunciat. In his ſanguinis egeſtio perniciem affert, ſurditatem tamen diſcutit.

[119] Ἡ μεθ' αἱμορραγίας βραχείας ἢ μελάνων διαχώρησιν ἐν ὀξέσι κώφωσις, κακόν. αἵματος διαχώρησις ἐν τούτοισι ὀλέθριον, κώφωσιν δὲ λύει.

Alio ſenſu ſcribitur hoc præſagium in Cois Prænot.

Lumbis dolentibus ſi oris ventriculi dolor acceſſerit, futuræ per hæmorrhoidas vacuationis ſignum eſt, ac fortè etiam eam præceſſiſſe ſignificat.

[120] Ὀσφύϊ ἐπωδύνῳ καρδιαλγίαι προσιοῦσαι σημεῖα αἱμορραγώδεα. οἴομαι δὲ καὶ προγεγενημένων σημεῖον. H

Eodem ſenſu repetitur hæc ſententia in Cois Prænot. etſi paulò aliter legitur.

Qui ſtatis temporibus ſanguinem fundunt, ſi ſiticuloſi ſint, moleſtiam ac virium exolutionem ſentiant, nec ſanguinem effuderint, in morbum comitialem tranſeunt.

[121] Τὰ περιοδικῶς χρόνοισιν αἱμορραγέοντα, διψώδεα, δύσκολα, ἐκλυόμενα, μὴ αἱμορραγήσαντα, ἐπιληπτικὰ τελευτᾷ.

Repetitur quoque eodem penè ſenſu hoc præſagium in Cois Prænot. Exemplaria verò quædam manu ſcripta διψώδεα omittunt, quod fecit Caluus, neque legiſſe videtur Galenus, vt nec ſcribitur in Cois Prænot.

122 Τὰ

A 132 Τὰ ἀλόγως παραχρῆμα, ἄγρυπνα, ἀποστάζοντα, ἑκταῖα κουφισθέντα, νύκτα πονήσαντα, εἰς τὴν αὔριον ἐφιδρώσαντα, κατενεχθέντα, παρακρούσαντα αἱμορραγῆσαι λαύρως. ἆρά γε δ' ὑδατῶδες οὖρον τοιοῦτόν τι σημαίνει;

Qui ſtatim ſine ratione perturbantur, peruigiles ſunt, ſanguinem è naribus ſtillant, ſexto die alleuantur, noctu laborant, ac poſtridie tenui ſudore correpti & in ſomnum delati delirant, iis largam ſanguinis è naribus fluxionem affore ſpes eſt. Ac fortè etiam tale quid diluta vrina ſignificat.

Hæc ſententia integra repetitur in Cois Prænot. & aliàs diminutè. In quibuſdam autem codicibus manuſcriptis huius ſententiæ extremum, ſequenti præſagio adſcribitur. Quibus exemplaria Italica conſentire videntur, (vt ſatis ex Caluo patet) & Coarum Prænot. lectio, idq; ſequenti præſagio adſcribere videtur Gal. Exemplaria etiam quædam ἄλλως pro ἀλόγως legunt, tuncq; modeſti & compoſiti ægri indicantur, qui ſtatim nec-opinantes perturbantur. Caluus quoq; κατενεχθέντα omiſit.

B 133 Οἷσιν αἱμορραγίαι πλείους, προεληλυθότος χρόνου κοιλίαι πονηρεύονται, ἢν μὴ τὰ οὖρα πεπανθῇ.

Quibus ſanguinis fluxus diu perſeuerauit, in his temporis proceſſu aluus malè habet, niſi vrinæ concoctionem præ ſe ferant.

Iiſdem omninò verbis ſcribitur hoc præſagium in Cois Prænot.

134 Ἐν κρισίμοις περιψύξεσι τῶν αἱμορραγιῶν αἱ νεανικαὶ κάκισται.

Sanguinis eruptiones vehementes cum totius corporis perfrictionibus iudicatoriis, peſſimæ ſunt.

Scribitur quoque paulò aliter hæc ſententia in Cois Præſagiis, eamque lectionem ſecutus hîc videtur Caluus.

135 Οἱ καρηβαρικοί, κατὰ βρέγμα ὀδυνώδεες, ἄγρυπνοι, αἱμορραγικοί, ἄλλως τε καὶ ἤν τι ἐν τραχήλῳ

C ἐντείνῃ.

Qui capite grauati, ad ſinciput dolorem ſentiunt, peruigilio torquentur, iis ſanguinis eruptionem fore ſpes eſt, tum verò præſertim ſi aliquis tenſionis ſenſus in ceruice apparet.

In Cois Prænot. repetitur etiam hoc præſagium iiſdem penè verbis.

136 Τὰ ἀγρυπνήσαντα ἐξαίφνης ἀλυσμῷ αἱμορραγεῖ, ἄλλως τε καὶ ἢν μή τι προερρύη, ἆρά γε φρίξαντα;

Qui inſomnia vexantur cum ſubita corporis iactatione & inquietudine, iis ſanguinem erupturum ſperare oportet, idque præſertim ſi non antea quid profluxerit. Animaduertendum verò num id poſt horroris ſenſum contingat.

Bis repetitur hoc præſagium in Cois Prænot. pauloque aliter.

137 Τραχήλου ὀδυνώδεα, ὄμματα ἐξέρυθρα, αἱμορ-

D ραγικά.

Ceruicis dolor, oculi prærubri, ſanguinis eruptionem prænunciant.

Galenus lib. 3. περὶ κρίσεων in propriis hæmorrhagiæ ſignis, oculorum fluxus lachrymationes & rubores, cum genarum & naſi rubore adſcribit. Ceruicis verò dolor & tenſio, ac capitis grauitates annotantur lib. 1. epid ad finem ſect. 2. Quinetiam oculos prærubros ſanguinis ex naribus profluuium denunciare ſcribitur in Cois Prænot. his verbis, ὄμμα ἐξέρυθρον αἱμορραγικόν, quod ex hoc loco traductum videtur.

138 Οἷσι κοιλίης ἐπιστάσιες αἱμορραγίαι, καὶ ἐπιρριγέες, ἆρα κοιλίη λειεντεριώδης, καὶ ἐπίσκληρος, ἢ ἀσκαρίδες,

E ἢ ἀμφότερα.

Qui ſuppreſſa aluo ſanguinem ex naribus fundūt, aut nouo ſubinde oborto rigore corripiuntur, iis fortaſſe aluus inteſtinorum læuitate laborat & obdureſcit, aut tenues lumbrici (aſcarides dicti) infeſtant, aut vtrunque.

Scribitur in Cois Prænot. hoc præſagium paulò aliter. Exemplaria quædam manuſcripta legunt, ἆρά τι αἱμορραγέουσι τούτοισι κοιλίην λειεντεριώδεα ποιεῖ καὶ ἐπίσκληρον, καὶ ἀσκαρίδας, ἢ ἀμφότερα; Quæ lectio ad exemplaria Italica permanauit, & in Cois Prænotionibus (etſi paulò vitioſè) retinetur. Cuius ſcriptionis etiã veſtigia retinet Dioſcoridis lectio Gal. atteſtata, ἆρά γε καὶ πρός τι αἱμορραγέουσι τούτοισι.

139 Οἷσιν ἐξ ὀσφύος ἀναδρομὴ ἐς κεφαλὴν καὶ χεῖρας, ναρκώδεες, καρδιαλγικοί, ἰχωρώδεες, αἱμορραγέουσι

F λάβρως· καὶ κοιλίη δὲ καταρρήγνυται τούτοισι παρακρούσασιν.

Quibus lumborũ dolor in caput & manus recurſat, & torpore affecti, oris ventriculi dolorem ſentiũt, tenuibus ac ſeroſis humoribus abundant, ij liberaliter ſanguinem profundunt. At verò his cum mentis perturbatione aluus effunditur.

In Cois Prænotionibus ſcribitur hoc præſagium paulò aliis verbis & melioribus, eodem tamen ſenſu, ad ſanguinis ex naribus profluentis prædictionem. Caluus hanc ſententiam temerè diſtraxit, & Galeni lectionem ex codicibus ſcriptis ſecutus videtur, cùm pro ἰχωρώδεες χολώδεες legit.

140 Οἷς ἐφ' αἱμορραγίῃ λαύρως πυκνῇ, μελάνων συχνῶν διαχώρησις, ἐπιστάσεις αἱμορραγεῦσιν, οὗτοι, κοιλίης ὀδυνώδεες, ἄλλα δὲ τοῖσι ῥύσει εὐφορεῦσι. ἆρα οὗτοι ψυχροῖς ἐφιδροῦσι πολλοῖς; τὸ δ' ἀνατεταραγμένον ἐν τούτοισιν οὖρον

G οὐ πονηρόν, οὐδὲ τὸ ὑφιστάμενον γονοειδές. ἐπίσυχνον δὲ οὗτοι ὑδατώδεα οὐρέουσι.

Quibus ex frequenti & larga ſanguinis eruptione, nigrorum recrementorum copioſa fit deiectio, cùm alui contenſione, aut ſuppreſſione & dolore ij ſanguinem profundunt, cum aliqua verò fluxione bene habent. Ac fortè hi frigidos, crebros, tenues ſudores emittunt. In his returbida vrina mala non eſt, neque quod in ea ſubſidet genitali ſemini ſimile. Crebrò autem dilutas vrinas reddunt.

Repetitur quoque in Cois Præſagiis hęc ſententia iiſdem ferè verbis. Caluus ex codicibus manuſcriptis, ἄλλα δὲ τῇσι ῥύσεσιν εὐφορεῦσι legiſſe videtur, quę eſt Coarum Pręnotionum lectio. ἐπιστάσεις κοιλίης ferè pleraque habent exemplaria, etſi quædam ἐπίστασις. Nos vtramque lectionem noſtra interpretatione comprehendimus. Quędam etiam ἐφιστάμενον, ſed meliora & plęraque ὑφιστάμενον habent.

141 Οἷς αἱ ἀπὸ ῥινῶν ἐπικώφωσις, καὶ νωθρίη μικρὰ ἡ ἀπόσταξις, ἔχει τι δύσκολον, ἔμετος τούτοις συμφέρει καὶ κοι-

H λίης ταραχή.

Quibus pauca ſanguinis è naribus ſtillatio cum ſurditate & torpore obueniens, moleſtiam quandam exhibet, iis vomitio & alui perturbatio confert.

Bis repetitur in Cois Pręnotion. hoc pręſagium, & meliore ſcriptura, & facili ſenſu. Sic enim hic legi videtur. οἷς αἱ ἀπὸ ῥινῶν ἐπὶ κωφώσει καὶ νωθρίῃ, μικρὰ ἡ ἀπόσταξις ἔχει τι δύσκολον, repugnante tamen omnium exemplarium fide. Alia eſt in quibuſdam lectio, οἷς αἱ ἀπὸ ῥινῶν ἐπὶ κωφώσει καὶ νωθρίῃ, μικρὰ ἡ ἀπόσταξις, ἔχει τι δύσκολον.

Quibus ex rigore febres adſunt, cum laſſitudinis ſenſu, in iis muliebrium profluuium expectare oportet. Quòd ſi ceruicis dolor prehenderit, ſanguinis ex naribus eruptionem fore ſpes eſt.

142 Οἷσιν ἐκ ῥίγεος πυρετοὶ κοπιώδεες γυναικεῖα κατατρέχει, τράχηλος δ' ἐν τούτοις ὀδυνώδης, αἱμορραγικόν. A

Melius in Cois Prænot. ἐκρήγνυται ſcribitur, vbi & iiſdem verbis repetitur hoc præſagium, ſed tunc quoque αὐτέων legitur.

Quinetiam ſanguinis ex naribus eruptionem ſperare oportet in his quæ caput concutiunt, & aurium ſonitus excitant, aut muliebria deturbatum iri ſpes eſt, idq; præſertim ſi ad ſpinam ardor ſentiatur. Forſaſſis autem & inteſtinorũ difficultas expectãda eſt.

143 Καὶ διὰ ῥινῶν αἱμορραγήσειν ἐλπίζειν τὰ σείοντα κεφαλὴν, καὶ τὰ ἠχώδεα αἱμορραγέειν ἢ γυναικεῖα καταβιβάζει· ἄλλως τε καὶ ἢν κατὰ ῥάχιν καῦμα παρακολουθῇ, ἴσως δὲ καὶ δυσεντερικόν.

Iiſdem etiam ferè verbis, ac melioribus repetitur hoc præſagium in Cois Prænot. vitioſa ſunt autem exemplaria quæ αἱμορραγέειν pro αἱμορραγήσειν habent, & αἱμορραγεῖ ἢ γυναικεῖα καταβιβάζει, aut αἱμορραγεῖν ἢ γυναικεῖα καταβιβάζειν legendũ, & ad ἐλπίζειν referendum. Idem quoque vitium eſt vbi δυσεντεριῶδες pro δυσεντερικὸν legitur, aut καὶ δυσεντεριῶδες legendum, vt habent quędam exemplaria, quæ lectio ferri poteſt. B

Quin & quæ contingunt circa ventrem palpitationes, cum præcordiorum contenſione oblonga & intumeſcente, ſanguinis ex naribus profluuium denunciant, idq; quandoq; cum horroris ſenſu.

144 Καὶ οἱ κατὰ κοιλίην παλμοὶ, ὑποχονδρίου ἐντάσιος ὑπομάκρου, ὀγκώδη, αἱμορραγικοὶ, φρικώδεες ἔστιν ὅτε.

Leuiter adumbratur hæc ſententia in Cois Prænot. & aliis verbis ſcribitur. Lib. quoq; 1. epid. inter hæmorrhagiæ ſigna, ὑποχονδρίου ξύντασις annumeratur, qua de re illic plura ſcripſimus. C

Larga, vehemens & multa ſanguinis è naribus eruptio, interdum ad conuulſiones deducit, ex quo venæ ſectio liberat.

145 Ἐκ ῥινῶν λάβρα βίαια πολλὰ ῥυέντα, ἑτοίμως εἰς σπασμοὺς περιΐσταται, φλεβοτομία λύει.

Pro ἑτοίμως, κοτὲ δὲ legit Galenus, & in Cois Prænot. ἔστιν ὅτε legitur, vbi hæc ſententia paulò alia notione repetitur, quam hîc quoq; ſecutus videtur Galenus.

Frequentes deſidendi labores pauca aliquantulũ flaua, glutinoſa excernentes, cum paucis alui recrementis, præcordiorum & lateris dolore, morbum regium prænunciant. Animaduertendum verò num ex iſtorum ſuppreſſione ij exoluantur, aut fortaſſe ſanguinem profundant. In his lumborum tenſio & dolores ſanguinis erupturi fidem faciunt.

146 Αἱ πυκναὶ καὶ κατὰ μικρὰ ἐπαναστάσιες ὑποξάνθου, γλίσχραι, ἔχουσαι μικρὰ κόπρια μεθ' ὑποχονδρίου ἀλγήματος, καὶ πλευροῦ, ἰκτερώδεες. ἆρα δὲ ἐπιστάντων αὐτῶν οὗτοι ἐκλύονται; οἶμαι τι καὶ αἱμορραγέει, τούτοις τάσις ὀσφύος, ἀλγήματα ἐν τούτοισι αἱμορραγικά. D

Repetitur in Cois Prænot. hæc ſententia, vbi pro ἐκλύονται, ἐκχλοιοῦνται legitur, quod alias ſæpius occurrit. & τὸ ἐκχλοιοῦσθαι ἐκλύεσθαι explicat Galenus, vt ſcripſimus noſtris in libr. 1. epidem. Commentariis, quod hîc non eſt aſſecutus Caluus. Exemplaria quędam ὅμως τι pro οἶμαι τι legunt.

Præcordiorum contenſio cum capitis grauitate & ſurditate, adhæc quæ oculorum aciem perturbant, ſanguinis eruptionem ex naribus prænunciant.

147 Ὑποχονδρίου τάσις μετὰ καρηβαρίης καὶ κωφώσιος, καὶ τὰ περὶ τὰς αὐγὰς ὀχλέοντα, αἱμορραγικά.

Repetitur in Cois Prænot. hoc præſagium longè meliore ſcriptione. Ex eo enim loco hîc τὰ περὶ αὐγὰς ὀχλέοντα ſcribendum eſſe ſpondemus, contra tamen omnium exemplarium & interpretum fidem. Sunt autem τὰ περὶ αὐγὰς ὀχλέοντα, quæ τὰ σκοτώδεα περὶ τὰς ὄψιας in hæmorrhagiæ ſignificatione, lib. 1. epid. ab Hippocrate dicuntur, & tenebricoſas viſus caligines, aut offuſas oculis tenebras ſignificant, ac viſus hebetudinem & caliginem, quæ oculis obuerſatur, in ſanguinis profuſionis ſuſpicione. Qui locus hîc à Galeno indicatur. Exemplaria manuſcripta Regia ὑποχονδρίου ἔντασις legunt. E

Sanguinis è naribus ſtillationes quæ vndecimo die contingunt, moleſtiam exhibent, tum verò pręcipuè ſi denuo nares ſtillare cœperint.

148 Ἐνδεκαταίοισι στάξιες δύσκολαι, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπιστάξῃ.

Exemplaria manuſcripta Regia αἱ ἐνδεκαταῖαι legunt. & ἢν πάλιν ἐπιστάξῃ, cætera omnia ἢν ἐπιστάξῃς. Caluus ἢν δὶς ἐπιστάξῃ legiſſe videtur, Galenus ἢν ἐπιστάξῃ quæ melior eſt lectio. In Cois Prænotionibus, vbi hoc præſagium iiſdem verbis repetitur, vtraque lectio apponitur. F

Quibus vbi inhorruerint iudicatorij ſudores ſimul contingunt, poſtridie verò ſi horror repetierit & temerè peruigilent, iis fortè ſanguinem è naribus erupturum ſperare oportet.

149 Τὰ ἐν φρίκῃσιν ἅμα ἱδρῶτα κρίσιμα, εἰς δὲ τὴν αὔριον φρίξαντα, παραλόγως ἀγρυπνέοντα, αἱμορραγήσειν οἴομαι.

Repetitur in Cois Prænot. hoc præſagium, etſi valdè corruptè, vt illic monuimus. Exemplaria omnia tum ſcripta, tum publicata, τὰ πεπεμμένα αἱμορραγεῖν οἴομαι legunt. Quæ fortè lectio naturæ vires iam procurata concoctione ad iudicatorium ſanguinis profluuium contendentes probat. Cùm tamen nulla in Galeni codicibus iſtius concoctionis mentio fiat, illud cum reliquis, interpretibus omiſimus.

Liberalium ab initio ſanguinis eruptionum curſum rigor ſiſtit.

150 Οἷσιν ἐξ ἀρχῆς αἱμορραγίαι λάβροι, ῥῖγος ἵστησι ῥύσιν. G

Similis eſt ferè ſententia quam paulò ante propoſuit & explicauit Gal. αἱ περιψύξεις τῶν παντελῶν αἱμορραγιῶν κρατοῦσι. ἐν γὰρ τῇ μεγάλῃ αἱμορραγίᾳ αἱ περιψύξεις ἐπιγίνονται, καὶ αἱμορραγίας ἱστᾶσιν.

Rigores vbi ſanguinis eruptioni ſuccedunt, diuturni fiunt.

151 Ἐξ αἱμορραγίας ῥῖγος μακρόν.

Exemplaria manuſcripta Regia μικρὰ non μακρὰ legunt. Quæ ſcriptio etiam eſt Italicorum codicum, vt patet ex Caluo. Galen. tamen μακρὰ agnoſcit.

Quibus capitis ac ceruicis dolor, & totius corporis impotentia cum tremore adeſt, ab iis ſanguinis eruptio liberat. Quinetiam iſta tempore diſſoluuntur.

152 Οἷσι κεφαλαλγίαι καὶ τραχήλου πόνοι, καὶ ὅλου δὲ τῆς ἀκρατέα τοῦ σώματος τρομώδης, αἱμορραγικὴ λύουσιν. ἀτὰρ καὶ χρόνῳ οὕτω λύονται. H

Scribitur in Cois Prænot. hoc præſagium iiſdem ferè verbis, niſi quòd quædam de veſicæ interceptione adſcribuntur. Exemplaria quædam manuſcripta νῦν cum publicatis habent, alia χρόνῳ legunt, vt in Cois Prænot.

153 Οὐρέ

A 113 Οὖρα τοῖσι περὶ ὦτα ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα, φλαῦρα. καὶ τὸ καταψύχεσθαι ὧδε πονηρόν.

In his quæ ad aures abſcedunt, vrinæ, quæ celeriter & paruo tempore concoquuntur, damno ſunt. Quin & perfrigerari itidem malum eſt.

Iiſdem etiam omninò verbis hoc præſagium bis repetitur in Cois Prænot.

114 Τὰ ὑποκαρώδεα ἰκτερώδεα οὐ πάνυ αἰσθανόμενα, οἷσι λύγγες, κοιλίη καταρρήγνυται, ἴσως καὶ ἐπίστασις, τοῖσι ἐκλύονται. ἆρα τούτοισι καὶ τὰ παρὰ τὰ ὦτα;

In his qui quodam ſopore aut morbo regio detinentur, nec admodum ſentiunt, & quibus ſingultus adeſt, aluus affatim prorumpit, fortaſſis etiam ſupprimitur, atq; ij exoluuntur. Videndum num abſceſſus ad aures in his expectare oporteat.

Paulò aliter ſcribitur in Cois Prænot. hoc præſagium, vbi fusè eſt à nobis explicatum. Exemplaria manuſcripta Regia, οὐ πάνυ
B αἰσθανόμενα legunt, quam lectionē ex codicibus Vaticanis ſecutus videtur Caluus, & non magnopere culpanda aut noxia ſignificat, cùm tamen antea (prorrh. 32.) ὁ ὀπισθοτόνῳ μόρφωσιν damnetur, vbi & horũ caſuum coitio quædam adumbratur. Codices potiò omnes tum ſcripti, tum publicati, οἷσι λύγγες κοιλίη καταρρήγνυται habent, quæ lectio etiam in Cois Prænot. adſcribitur, eam tamē Galeni exemplaria tacent. Pro ἐκλύονται etiam in Cois Præſagiis ἐκχλοιοῦνται legitur, quod hic in auriginoſis melius quadrat, niſi vocis affinitate ſæpius hoc in ſcriptore, ἐκλύεσθαι pro ἐκλείπειν poneretur, vt aliàs ſcripſimus. Quod autem de tuberculis ad aures temerè hîc adſcribitur, in Cois Præſagiis rectè ſubricetur. Caluus hanc ſententiam omninò perturbauit.

115 Τὰ ἐπισχόμενα μετὰ ῥίγεος οὖρα πονηρά, ἄλλως τε καὶ προκαρωθέντι. τὰ περὶ οὖς ἆρα ἐπὶ τούτοισιν ἐλπίς;

Vrinæ quæ cum rigore reſtitant, damno ſunt, idq; præſertim ſi altus ſopor prægreſſus ſit. Animaduertendum eſt, num in his abſceſſus ad aures ſperare oporteat.

C Scribitur etiam in Cois Prænot. hoc præſagiũ iiſdem ferè verbis, niſi quod conuulſionis etiam mentio iniicitur. Caluus ob prauam ſententiæ diſtinctionem, quæ in omnibus ferè exemplaribus obtinuit alium ſenſum affinxit.

116 Ἐκ στροφώδεος ὑπόστασις ἰλυώδης, ὑπόπελιος, κακόν. ἆρά γε ἐκ τῶν ὑποχονδρίων ὀδυνᾶται, δεξιῷ δέ; ἐκλύονται ἆρα τὰ περὶ ὦτα τούτοισιν ὀδυνώδεα ἐπ' ὀλίγῳ; κοιλίη καταρραγεῖσα τούτοισιν ἐν ἅπασιν ὀλέθριον.

In alui recrementis quæ cum torminibus deiiciũtur, ſedimentum limoſum, ſubliuidum, malo eſt. Ac fortaſſe quidem ad præcordia dextra dolor adeſt, & in his vires exoluuntur. Videndum num abſceſſus ad aures paulò pòſt cum dolore excitentur. In his omnibus aluus affatim prorumpens periculum intentat.

In Cois Prænot. etiã repetitur hæc ſententia, ſed illic θρομβώδεα pro στροφώδεος legitur, & quæ hic στροφώδεα οὖρα ex Dioſcoride explicat
D Gal. ea θρομβώδεα ἐν τῷ γλώσσαις iiſdem verbis eſſe aſſerit. Quod noſtris in Coac. Prænot. annotationibus attigimus. Vt non mirum ſit iſta à Capitone & Dioſcoride vrinis attribui, de quibus etiam in Cois Præſagiis enuntiantur. Quòd ſi quis alui deiectionibus torminoſis, quę depoſitam materiam limoſam & ſubliuidam habent attribuat (quæ videtur eſſe Gal. & cæterorum interpretum opinio) is hepatica alui recrementa intelliget, qualia iecinoroſis ex naturalis facultatis imbecillitate adeſſe ſolent. Quinetiam lienoſis ex torminibus inteſtinorum læuor malo eſt, ex aphor. 43. lib. 6. & 78. lib. 7. Exemplaria autem M. S. ἐκ στροφώδεων legunt, Erotianus verò ἐκ προφανέων, & ἀποδήλων explicat. στροφὰ γὰρ ἡ ἀπόδειξις λέγεται. Et certè Erotiano Coorum Præſagiorum lectio ſuffragatur, & Galenus στροφώδεα οὖρα perinde ac θρομβώδεα hic exponit, incertumq; eſt an iſta ad vrinas, an ad deiectiones retulerit Erotianus. Niſi quis malit iſtam Erotiani explicationem ad Coa Præſagia referre. Caluus verò ἐκ τῆς ἀποστροφῆς legiſſe videtur, & lectionem omninò immutaſſe. Deinde pro ἐκλύονται alium videtur ſecutus ſenſum, & πονέονται legiſſe. Cuius lectionis ne vllum quidem in codicibus
E ſcriptis extat veſtigium. Alia exemplaria ἐκλύεται pro ἐκλύονται legunt. Galenus ἐπ' ὀλίγον, reliqui omnes codices ἐπ' ὀλίγῳ habent, quod διὰ βραχὺ in Cois Præſagiis ſcribitur. Neque mirum eſt ex imbecillitate hepatis, exoluta retentrice aluum affatim poſtea prorumpere & exitio eſſe.

117 Ἐν ἰκτέροισιν ἀσώδεσιν ἀγρυπνίησι τὰ παρ' οὖς μάλιστα.

In priuilegiis quibuſdam quæ cum angore & anxietate fiunt, ad aures abſceſſus maximè obueniunt.

Scribitur quoque hoc præſagium in Cois Prænotionibus iiſdem penè verbis.

118 Ἐπὶ εἰλεοῖσι δυσώδεσι πυρετῷ ὀξεῖ, ὑποχονδρίῳ
F μετεώρῳ χρονιωτέρῳ. τὰ παρ' οὖς ἐπαρθέντα κτείνει.

In tenuioris inteſtini morbis graueolentibus, cum febre acuta, & ex longo interuallo tumeſcentibus præcordiis, qui ad aures oboriuntur abſceſſus mortem adferunt.

Repetitur in Cois Prænotionibus hæc ſententia, ac meliore quidem quàm hîc ſenſu, atq; etiam aliàs aliis verbis ſcribitur. Vitioſa ſunt autem exemplaria, quæ ὑποχόνδρια μετέωρα χρονιώτερα, pro ὑποχονδρίῳ μετεώρῳ χρονιωτέρῳ legunt.

119 Ἐκ κωφώσιος ἐπιεικέως τὰ παρ' ὦτα, ἄλλως τε καὶ ἐὰν ἀσῶδές τι ἐπιγένηται, καὶ τοῖσι κωματώδεσιν, ἐπὶ τούτοισι μᾶλλον.

Ex ſurditate abſceſſus ad aures contingere conſentaneum eſt, præſertim verò ſi implaciditas quædam aut inquies corporis iactatio ſuccedat. Ac inter hos, in iis qui ſopore detinentur, iſta magis ſperare oportet.

Scribuntur eadem in Cois Prænotionibus & iiſdem verbis.

G 120 Τὰ παρ' ὦτα φλαῦρα τοῖσι ὑποπαραπληκτικοῖσι.

In leuiter ſyderatis abſceſſus qui ad aures contingunt, malo ſunt.

Repetitur hoc præſagium in Cois Prænot. iiſdem verbis, niſi quod ὑποπαραπληκτικοῖς pro ὑποπαραπληκτικοῖσι legitur. Caluus has ſententias mirum in modum perturbauit.

121 Τὰ σπασμώδεα τύποισι παρεξηνεγμένα κατόχως, τὰ παρ' οὖς αἴρουσιν.

Quæ conuulſionis in morem affligunt, cum alto ſtupore quem catochon vocant, abſceſſus ad aures excitant.

Iiſdem quoque ferè verbis repetitur hoc præſagium in Cois Prænotionibus, licet alias paulò aliter ibidem ſcribatur.

122 Τὸ σπασμῶδες, τρομῶδες, ἀσῶδες, κατόχως, μι-
H κρὰ παρ' οὖς ἐπιπαρεξῳδήμα.

Conuulſio cum tremore, corporis iactatione, & implaciditate, ac alto ſtupore, quem catochon vocant, paruulorum circa aures obortorum abſceſſuum ſpem facit.

Aliter ac melioribus verbis ſcribitur hoc præſagium in Cois Prænot. Apparet tamen ex Galeno ſuppoſititiam eſſe ſententiam, ac ferè cum ſuperiore conuenire. Vitioſa autem ſunt exemplaria ſcripta, quæ πρὸς οὖς pro παρ' οὖς legunt.

Conſiderandum in quibus ſperamus abſceſſus circa aures futuros, num ex capite doleant, aut ſuperiorum partium tenues ſudores oboriantur, aut nouus inſuper rigor, ac deinde num aluus affatim prorumpat, aut aliquo ſopore detineantur. Videndum quoque num vrinæ dilutæ, cum ſublimibus quibuſdam innatantibus albidis, & quæ variè exalbeſcunt & graueolent, abſceſſus ad aures excitent? Ac fortè quidem quibus huiuſmodi vrinæ adſunt, iis crebra è naribus ſtillatio contingit. An & his quidem lingua læuis eſt (ac minimè aſpera?)

163 Ἆρά γε εἰσὶ τὰ παρ᾽ ὦτα κεφαλαλγικοῖς; ἆρά γε καὶ ἐφιδρῶσι τὰ ἄνω, εἶτα καὶ κοιλίη καταρρήγνυται, καὶ τι κωματώδεες; ἆρά γε καὶ ὑδατώδεα, οὖρα ἐναιωρεύμενα λευκοῖς, καὶ ποικίλως ἔκλευκα, δυσώδεα ποιέει τὰ παρ᾽ οὖς; ἆρά γε εἰσὶ τὰ τοιαῦτα οὖρα, στάξιες πυκναί; ἆρά γε καὶ γλῶσσα τούτοις λείη; A B

Aliter etiam paulo repetitur hæc ſententia in Cois Prænotionibus, ac variè diſtracta eſt in exemplaribus. Quædam enim legunt, ἆρά γε εἰσὶ τὰ παρ᾽ ὦτα κεφαλαλγικοῖσιν, & poſt tenues partium ſuperiorum ſudores, ἆρά γε καὶ ἐπιρρίγωσιν addunt, quod etiam videtur legiſſe Galenus & Caluus ex ſcriptis exemplaribus. Quæ eſt etiam Coarum Prænotionum lectio, repugnantibus omnibus publicatis exemplaribus.

In ſpirituoſis & anhelatoribus morbo regio laborantibus & febre acuta, cum præcordiorum duritie & tumore, ſi corporis ſumma perfrigerentur, magnorum circa aures abſceſſuum exortum fortaſſis expectare oportet.

164 Οἷσι πνευματουμένοισιν ἐοῦσιν ἴκτεροι, καὶ πυρετοὶ ὀξέες μεθ᾽ ὑποχονδρίων σκληρῶν καταψύχονται, εἶτα τὰ παρ᾽ ὦτα μεγάλα ἵστανται. C

Scribitur hæc ſententia etiam in Cois Prænot. melioribus verbis etſi admodum diſparatim, vt ibidem admonuimus. Sunt autem hic πνευματούμενοι, qui πνευματίαι Hippocrati dicuntur, quos Gal. extremo lib. 3. περὶ δυσπν. τοὺς ἀσθματώδεις ἢ τοὺς ἐμπνευματουμένους explicat, quoſque etiam πνευματώδεις dici ſcribit.

Qui ſopore detinentur cum corporis incontinenti iactatione, præcordiorum dolore, & pauca vomitione, in iis tuberculorum ad aures exortum ſperare oportet. Sed & antea quæ circa faciem contingere ſolent in conſiderationem adhibere conuenit.

165 Τὰ κωματώδεα, ἀσώδεα, ὑποχονδρίου ὀδυνώδεα, ἐμετώδεα μικρὰ, ἐν τούτοισι τὰ παρ᾽ οὖς ἐπελπίζειν, προέλθοι δ᾽ ἂν καὶ τὰ περὶ πρόσωπον.

Repetitur in Cois Prænotionibus hoc prognoſticum eodem ſenſu, ſed in fine προέλθοι δ᾽ ἂν τι πρόσωπον ἐπάρματα legitur, quòd faciei tumorem præter naturam ſpectat, quod etiam explicat Gal. in Commentario. Vitioſa ſunt autem exemplaria manuſcripta quæ ὑποχονδριου & αἰμετώδεα legunt. D

Aluo ſtercora nigra demittente, ſi ſopor appareat, tubercula ad aures excitat.

166 Κοιλίης μέλανα κοπρώδεα διείσης, κῶμα ἐπιφανὲν, τὰ παρ᾽ οὖς αἴρει.

In quibuſdam exemplaribus μελανὰ pro μέλανα ſcribitur, & manuſcripti codices Regij χολώδεα habent, quidam etiam κροκώδεα. Quæ ſcriptio ad exemplaria Italica permanauit, vt patet ex Caluo, qui etiam δυσώδεα legiſſe videtur, quod vitium agnoſcit quoque Galenus in exemplaribus peruetuſtis. Repetitur autem hæc ſententia in Cois Prænot. etſi paulum vitioſè.

Tuſſes cum crebra oris ſaliuatione, abſceſſum circa aures emolliunt.

167 Βῆχες μετὰ πτυελισμοῦ ὀξέα, τὰ παρ᾽ οὖς ἀπαλύνουσι.

In Cois Prænot. vbi hæc ſententia repetitur λαπάσσει pro ἀπαλύνουσι ponitur, quod hanc dictionem explicat. Quod effecit vt emollire pro liberare ac vacuare dixerimus. Sic etiam λαπάσσει de abſceſſibus circa aures dicitur initio ſect. 4. lib. 6. epid. Vnde ſatis apparet mendoſum eſſe Galeni locum in Comm. & typographorum incuria deprauatum, vbi legitur ἀπαλυνοῦσι τὰ ὑγρὰ φαίνεται καὶ χαροπὰ δὲ. legendum enim μαλακωτέρας aut κενωτέρας φησὶ audacter ſpondeo, vt ſcribimus in noſtra Hipp. OEconomia. Quod certè non aduertiſſe interpretem conſtat, ideoque aliam lectionem affinxiſſe. Quædam exemplaria ſcripta βηχὲς ἀπαλὰ habent. Caluus hanc ſententiam malè ſuperiori annexuit. Codex Aſulanus μετὰ πτυελισμοῦ etiam vitioſè habet. E

In capitis dolore ſopor & ſurditas aliquem ad aures abſceſſum effundunt.

168 Ἐν κεφαλαλγίῃ κῶμα καὶ κώφωσις παρ᾽ οὖς τι ἐξερεύγεται.

Codices Regij manuſcripti ſic legunt, ἐν κεφαλαλγίῃσι κῶμα, κώφωσις, καὶ φωνῆς ἀμαύρωσις σὺν ἀκαλυδῶν, παρ᾽ οὖς τι ἐξερεύγεται. Quæ videtur etiam Italicorum exemplarium lectio, vt ex Caluo patet, etſi quædam exemplaria corruptè μάρωσις pro ἀμαύρωσις habent. Cuius lectionis tamen altum eſt apud Galenum ſilentium. Et vocis tarditas & obſcuritas aliud quid potius, vt conuulſionem & epilepſiam, quàm parotidas denunciat. F

Præcordiorum contenſio cum ſopore, corporis incontinenti iactatione, & capitis dolore, tubercula ad aures attollit.

169 Ὑποχονδρίου ξύντασις μετὰ κώματος ἀσώδεος καὶ κεφαλαλγίης, τὰ παρ᾽ οὖς ἐπαίρει.

Repetitur iiſdem ferè verbis in Cois Prænot. hoc præſagium. Vitioſa ſunt autem exemplaria quæ σύστασις & καύματος, & κρίσις legunt. Quæ etiam ſecutus videtur Caluus.

Graues aurium abſceſſus qui citra iudicationem ſenſim conquieſcunt & diſſipantur, damno ſunt.

170 Τὰ ἐπώδυνα παρ᾽ οὖς ἀκρίτως καταμωλυνθέντα βλαβερά.

Τὰ καταμωλυνθέντα, τὰ κατὰ βραχὺ λυόμενα, καὶ κατὰ βραχὺ διαφορούμενα καὶ ἀφανιζόμενα ſignificant, & de tumoribus ſecundum aures dicuntur, quæ ſenſim diſparent & euaneſcunt, & ſine vlla ſignorum ſignificatione ſubſident, neque ad ſuppurationem perueniũt. Sic enim vſurpauit Hippocrates lib. 2. epid. de parotidibus ſcribens τὰ καταμωλυνθέντα καὶ μὴ ἐκπυήσαντα. Cuius dictionis notionem pluribus illic expreſſimus, & noſtris in lib. 2. epid. annotat. Hic verò Galenus vniuerſale præſagium facit, nec ad parotidum dolores accommodat, ſed doloribus in vniuerſum qui præter rationem & ſine vlla alleuationis ſignificatione conquieſcunt aut diſſipantur attribuit, & τὰ ἐπώδυνα ſimpliciter legiſſe videtur, eſtque dignum certè artis complexione præſagium. Reliqua omnia exemplaria, tum ſcripta, tum publicata, τὰ ἐπώδυνα παρ᾽ οὖς legunt. G

A

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΡΟΡΡΗΤΙΚΟΝ, ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

HIPPOCRATIS PRÆDICTORVM LIBER SECVNDVS.

B ΤΩΝ ἰητρῶν προρρήσιες ἀπαγγέλλονται συχναί τε καὶ καλαὶ καὶ θαυμασίαι. οἵας ἐγὼ μὲν οὔτ' αὐτὸς προεῖπον, οὔτ' ἄλλου τευ ἤκουσα προλέγοντος. εἰσὶ δ' αὐτέων, αἱ μὲν τοιαίδε. ἄνθρωπον δοκέειν ὀλέθριον εἶναι, καὶ τῷ ἰητρῷ τῷ μελεδαίνοντι αὐτέου, καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν. ἐπεισιόντα δὲ ἰητρὸν ἕτερον εἰπεῖν, ὅτι ὁ μὲν ἄνθρωπος οὐκ ἀπολεῖται, ὀφθαλμῶν δὲ τυφλὸς ἔσται. καὶ παρ' ἕτερον δοκέοντα παγ-
C κάκως ἔχειν, εἰσελθόντα προειπεῖν, τὸν μὲν ἄνθρωπον ἀναστήσεσθαι, χεῖρα δὲ χωλὴν ἕξειν, καὶ ἄλλῳ τῷ δοκέοντι οὐ περιέσεσθαι, εἰπεῖν, αὐτὸν μὲν ὑγιέα ἔσεσθαι, τῶν δὲ ποδῶν τοὺς δακτύλους μελανθέντας, ἀποσαπήσεσθαι. καὶ τἄλλα τοιουτότροπα προρρήματα λέγεται ἐν τουτέῳ τῷ εἴδει. ἕτερος δὲ τρόπος προρρήσιος ὠνεομένοισί τε καὶ διαπρησσομένοισι προειπεῖν. τοῖσι μὲν θανάτους. τοῖσι δὲ μανίας. τοῖσι δὲ ἄλλας νούσους.
D ἐπὶ πᾶσι τοῖσί τε καὶ τοῖσι προτέροισι χρόνοισι, προφητίζειν, καὶ πάντα ἀληθεύειν. ἄλλο δὲ σχῆμα προρρήσιων τόδε λέγεται. τοὺς ἀθλητὰς γινώσκειν καὶ τοὺς τῆς νούσου εἵνεκα γυμναζομένους τε καὶ ταλαιπωρέοντας, ἤν τι ἢ τοῦ σιτίου ἀπολίπωσιν, ἢ ἑτεροῖόν τι φάγωσιν, ἢ ποτῷ πλέονι χρήσωνται, ἢ τοῦ περιπάτου ἀπολίπωσιν, ἢ ἀφροδισίων τι πρήξωσι. τούτων πάντων οὐδὲν λανθάνει, οὐδ' εἰ σμικρόν τι εἴη
E ἀπειθήσας ὥνθρωπος, οὕτως ἐξηκρίβωται. οὗτοι πάντες οἱ τρόποι λέγονται τῶν προρρήσιων. ἐγὼ δὲ τοιαῦτα μὲν οὐ μαντεύσομαι. σημεῖα δὲ γράφω, οἷσι χρὴ τεκμαίρεσθαι τούς τε ὑγιέας ἐσομένους τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς ἀποθανουμένους. τούς τε ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἢ ἐν πολλῷ ὑγιέας ἐσομένους, ἢ ἀπολουμένους. γέγραπται δέ μοι καὶ περὶ ἀπο-
F στασίων, ὡς χρὴ ἐπισκέπτεσθαι ἑκάστας. δοκέω δὲ καὶ τοὺς προειπόντας περί τε τῆς χωλώσιος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιουτέων ἤδη ἀποστηριζομένου τοῦ νοσήματος προειπεῖν, καὶ δήλου ἐόντος ὅτι οὐ παλινδρομήσει ἡ ἀπόστασις εἴσω, τὸν νόον ἔχοι πολὺ μᾶλλον, ἢ πρὶν ἄρχεσθαι τὴν ἀπόστασιν γινομένην. ἐλπίζω δὲ καὶ τἄλλα προρρηθῆναι θανάτους τε καὶ νοσήματα καὶ μανίας. ταῦτα δέ μοι δοκεῖ τοιαῦτα γενέσθαι, καὶ οὐδέν τι δοκεῖ χαλεπὰ εἶναι προειπεῖν
G τῷ βουλομένῳ τὰ τοιάδε διαγωνίζεσθαι. πρῶτον μὲν γὰρ τοὺς ἐφύδρους τε καὶ φθινώδεας τίς οὐκ ἂν γνοίη; ἔπειτα τοὺς παραφρενήσοντας ἔστι μὴ πολὺ λανθάνειν, εἴ τις εἰδείη οἷσι τὸ νόσημα τοῦτο ἢ ξυγγενές ἐστιν, ἢ πρόσθεν ποτ' ἐμάνησαν. εἰ γὰρ οὗτοι οἱ ἄνθρωποι οἰνοφλύγες εἶεν, ἢ κρεηφαγοῖεν, ἢ ἀγρυπνοῖεν, ἢ τῷ ψύχει ἢ τῷ θάλπει ἀλογίστως ὁμιλοῖεν, πολλαὶ ἐλπίδες ἐκ τουτέων τῶν διαιτημάτων, παραφρενῆσαι αὐτούς. τούς τε αἱμορροΐ-
H δας ἔχοντας, εἴ τις ὁρῴη τοῦ χειμῶνος πολυποτέοντάς τε καὶ εὐχρόους ἐόντας, ἔστι προειπεῖν ἀμφὶ τουτέων. ἐς γὰρ τὸ ἔαρ καταρραγῆναι τὸ αἷμα πολλαὶ ἐλπίδες,

PRÆDICTIONES Medicorum referuntur permultæ, tum præclaræ, tum admiratione dignæ, quales neq; equidem prædixi, neque quenquam qui prædiceret audiui. Ex quibus quædam ſunt huiuſmodi, Hominem qui Medico eius curam habenti, & cæteris periclitari videretur, ingreſſum verò alium Medicum de eo pronunciaſſe, hunc nõ peniturũ, verùm oculis captum fore. Et ad alium qui prorſus malè affectus exiſtimabatur, ingreſſum prædixiſſe, cum quidem ex morbo releuaturum, verùm mancum futurum. Et in alio qui ne ſupereſſe quidem poſſe exiſtimabatur, pronunciaſſe ipſum quidẽ ſanum fore, at pedum digitos denigratos putrilaginem cõtracturos. Atq; talia multa id genus prædicta narrantur. Aliud quoq; prædictionis genus ad eos qui in auctione & negociatione verſantur ſpectat, cùm partim quidem mortem, partim verò inſaniã, quibuſdã etiam varios morbos prædicunt, ad hæc omnia quæ inſtant, & retro actis temporibus euenerunt vaticinantur & vera efferunt. Alia præterea prædictionũ forma eſſe dicitur, quæ circa athletas eoſq; qui propter morbos ſe exercent & laboribus fatigant verſatur, & dignoſcit ſi quid in cibo ſit ab his prætermiſſum aut mutatũ, aut potu pleniore vtantur, aut deambulationẽ intermittant, aut quid circa res venereas agitẽt. Quorũ omniũ nihil eos fugit, ne vel ſi puſillũ quidem quis Medico non paruerit, cuius exactã cognitionẽ non habeant. Atq; hæc omnia narrantur prædictionũ genera. Ego autem huiuſmodi vates eſſe nolo, ſigna verò deſcribam ex quibus quis ſanos fore aut morituros homines coniectura cognoſcat, eoſq; qui tum breui, tum lõgiore temporis interuallo ſani ſunt futuri aut morituri. Scriptũ eſt autẽ à nobis de his quæ abſcedũt, & quomodo eorũ quidq; exiſtimare oporteat. Ac eos quidem exiſtimo qui claudicationes & cætera id genus prædicunt, ſi modo quid mentis habuerunt, firmato iam morbo eas prædictiones feciſſe, & cùm manifeſtum foret id quod abſcedere natum eſt, intro recurrere nõ poſſe, idq; longè potiùs quàm antè abſceſſus initia. In ſpem autẽ adducor & alia prædicta eſſe, morteſq; & morbos & inſanias, eaq; mihi vidẽtur ita accidiſſe, nihilque eorum non facilè prædici poſſe videtur, ſi quis modò ad ea mentis acie velit contendere. Imprimis namq; quotusquiſq; eſt qui aqua intercute aut tabe laborantes nõ nouerit? Denique deliraturi ne longè quidẽ latere poſſunt eos qui norint quibus aut innata eſt ac congenita ad hunc morbũ propenſio, aut qui iam antea inſaniuerunt. Si namq; huiuſmodi temulenti fuerint, aut carnib. veſcantur, aut peruigilatione, aut frigore, aut calore incõſultè vtãtur, ex eo vitę genere magna ſpes eſt ipſos deliraturos. Ac eos qui per ora venarũ ſanguinẽ fundere ſunt ſoliti, ſi quis per hyemem liberaliore potu vſos aut benè coloratos cõſpiciat, hic facilè prędixerit, ipſo vere erupturi ſanguinis magnã ſpem affore,

adeò vt ſub æſtatem decolores & aquoſi euadant. Nempe ſic decet eű qui hæc omnia addidicerit prędicere, ſi huiuſmodi contentionum præmium reportare deſiderat. Ex his namq; quæ ſcripta ſunt & mortẽ & inſaniam, & bonum corporis habitum prædicere licet. Quin & alia id genus multa referre poſſem niſi in animo eſſet, quæ ſunt cognitu facillima ſcribere. Quod ſi quis me audiat, is quàm prudentiſſimè & cõſultiſſimè tum in cætera arte, tű in prędictis huiuſmodi ſe geret, probè intelligens, qui prædictionis ſucceſſum cõſecutus ſit, apud prudentem ægrum admirationi fore, qui verò deerrauerit, præter quàm quòd odio grauabitur, eum ne inſaniæ quidem ſuſpicionem effugere poſſe. Quapropter præcipio prædicta tum hæc tùm alia omnia prudenter fieri, etſi ſentio & video quę in arte dicuntur aut fiunt perperam ab hominibus æſtimari & referri.

ὥστ' ἀχρόους τε καὶ ὑδαλέους εἶναι κατὰ τὴν θερείην τούτους εἶναι. A ἀλλὰ χρὴ προλέγειν καταμανθάνοντα πάντα ταῦτα, ὅστις τῶν τοιούτων ἐπιθυμεῖ ἀγωνισμάτων. ἔστι γὰρ ἐκ τῶν γεγραμμένων προειπεῖν, καὶ θάνατον, καὶ μανίην, καὶ εὐεξίην. ἐποίησα δ' ἂν καὶ ἄλλα πάμπολλα τοιαῦτα, ἀλλὰ τὰ διαγνωστότατα ἔδοξέ μοι γράψαι. συμβουλεύω δὲ ὡς σωφρονεστάτους εἶναι, καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ τέχνῃ, καὶ ἐν τοῖσι τοιούτοισι προρρήμασι. γνόντας ὅτι ἐπιτυχὼν μὲν ἄν τις τοῦ προρρήματος, θαυμασθείη ἂν ὑπὸ τοῦ ξυνιέντος ἀλγέοντος. B ἁμαρτὼν δ' ἄν τις, πρὸς τῷ μισεῖσθαι, τάχ' ἂν καὶ μεμηνέναι δόξειεν. ὧν εἵνεκα κελεύω, σωφρόνως τὰ προρρήματα ποιέεσθαι, καὶ τ' ἄλλα πάντα, καὶ ταῦτα. καίτοι γε ἀκούω καὶ ὁρῶ ὅτι κρίνοντας ὀρθῶς ὑπὸ ἀνθρώπων τὰ λεγόμενά τε καὶ ποιούμενα ἐν τῇ τέχνῃ, οὐκ ἀπαγγέλλοντας.

ANNOTATIONES. C

PRÆDICTIONES Medicæ non omnibus ſæculis præclaræ habitæ, etiam Galeni temporibus impoſturæ & præſtigiarum nomen adeptæ ſunt, nec veteribus Medicis ſatis cognitæ fuiſſe exiſtimabantur, vt ſcribitur à Galeno, libello περὶ τοῦ προγινώσκειν. Et vt clara eſt & multa vetuſtate corroborata prædictionis Medicæ exercitatio: ſic non omnis præſenſio laudi habetur, ſed & quædam prædictiones artem ridiculam faciunt, & diuinationis potiùs quàm ſcientiæ genere comprehenduntur, quales hîc multæ ſuggillantur. Quænam autem Prædictionem Medicam circumſcribant, ſcribit Galenus paſſim libris de Criſibus & initio libelli περὶ τοῦ προγινώσκειν. Variant autem hoc loco exemplaria. Nam Aſulanus codex cum ſcriptis quibuſdam καὶ μαλακαί, non καλαί legit. Quę lectio vt nec reiicienda, ita annotanda fuit. Huiuſmodi enim prædictiones vt molles ac ridiculas reiicit. Reliqua exemplaria καλαί habent. Etſi Cornarius aliud quid legiſſe videtur, vt πολλαὶ aut ἄλλαι.

ἔπειτα δὲ πωλεῖται] Id ad mancipiorum auctiones ſpectare videtur. Nam cum mancipium vitioſum aut morboſum redhiberetur, Medici quidam ſuis prædictionibus magnæ erant oſtententioni & quæſtui, dum quibuſdam morbos aut mortes prædicerent, & D ita ab operarum inutilitate auerterent, reliquos, velut integros præſtarent.

ἄλλα δὲ χρῶνται] Codices publicati vitioſè τοῖα pro τίνα habent.

ἐγὼ δὲ καὶ μαντεύσομαι] Talia præſentire ac prædicere, diuinorum & vatum eſſe exiſtimat potiùs quã Medicorum. Et peſſimè olim audiuit prædictionis nomen, adeò vt vatum & diuinorum potiùs quàm Medicorum nomine cenſerentur, vt ſcribit Galenus lib. περὶ τοῦ προγινώσκειν & lib. quòd optimus Medicus idem ſit philoſophus. Atq; eò pertinere videtur quòd Martianus Medicus prædictionis Medicæ ſcientiam huic libello deferens, eam vaticinationis nomine irridet apud Gal. lib. περὶ τοῦ προγινώσκειν. Huc namq; ſpectare ea verba videntur, ἐγὼ δὲ τοσαῦτα μὲν οὐ μαντεύσομαι. Eſt autem operis propoſitio, quonam referri debeant prædictiones Medicę. Quantum autem præſtent prædictiones Medicæ vatum diuinationibus, docet Gal. lib. de Conſtit. artis Medicæ.

γέγραπται δέ μοι] Propoſitis tribus prædictionum generibus ad ſingula quæque reſpondet, & quanam mentis prouiſione in his vti oporteat, medicum exercet, & quàm conſultè fieri debeant prædictiones, edocet.

δοκέω δὲ] Hunc totum locum alioqui ſatis apertum mirè inuoluit Caluus & obſcurat, & περὶ τῶν χωλευόντων καὶ βλαβέντων legiſſe videtur. E Vitium etiam eſt manifeſtum Aſulani codicis ὑποπεπτωκότων pro ὑποπεπτωκότων legentis, quod ne cõmemorandum quidem fuit.

ἐλπίζω δὲ] Hæc ad ſecundum prædictionis genus referuntur, quod certè cæteris eſt pręclarius, magiſq; Medicos attingit. Nam & maximè ad Medicos attinet animi prouiſione longè ante morbos, mortes, deliria, inſanias, aliaq; id genus præſentire. Idq; tű præcipuè artis eſt, cùm collatis inter ſe ſignorum viribus & appenſis ſignificationibus, ac dierum denunciatione æſtimata, totum de morbo iudicium coniectura quadam artificioſa habetur. Quod & ritè fieri poſſe clarum eſt, & exemplis probat, vt diuinationis ſuſpicionem remoueat. Variant autem exemplaria. In ſcripto quodam Regio legitur, ἐλπίζω δὲ καὶ τ' ἄλλα σημεῖα ἀνθρωπίνως μᾶλλον, ἢ ὥσπερ ἀποκρίνεσθαι τι καὶ διαπεπραγμένους προρρήσιας λέγοντα. Quæ lectio videtur eſſe Calui, hac notione, vt his reſpondeat, qui non niſi diuinatione quadam mortes & morbos aut inſanias prædici poſſe exiſtimabant. Multa quidem eſſe præclara Medicorum prædicta, eaq; humanitus præſenſa, magis quidem quàm quæ circunferuntur de his rebus quæ ſunt mancipi, & in auctione & negociatione verſantur. Quod ſecutus etiam eſt Cornarius, preſſius tamen, vt paulò aliam videatur habuiſſe lectionem. Publicati F quidem omnes codices & cæteri ſcripti, nudam iſtam & magis explicatam, quam ſecuti ſumus, habent lectionem.

πρῶτον μὲν δὲ τοὺς ὑδρωπιῶντας] ὑδρωπιῶντας legiſſe videtur Galenus in Exegeſi, & τοὺς ὑδεριῶντας exponit, aqua inter cutem laborantes.

ἃ ξύμφυτα ἐστι] Intelligit connatam ad eum morbum aptitudinem aut habitudinem, & quibus promptè eſt comparata ad eum affectum natura & ingenita quædam propenſio, velut τὸ ξυγγενικὸν φθινῶδες dixit in Epidemiis.

καὶ ὑδαλέους] ὑδαλέους aquoſos diximus, vel eos qui aquoſum & tenuem ac dilutum ſanguinem gignerent, vel qui aquoſis tumoribus eſſent obnoxij, quales ὑδατώδεις dicuntur lib. 6. Epid. & frigidiore ſunt ac humidiore temperamento, refrigerato nimirum toto corpore, nimia ſanguinis per hæmorrhoidas vacuatione. Ex quo plærumq; ſequitur Hydrops, vt ſcribit Gal. lib. 5. loc. aff. cap. 6. & Com. ad aph. 25. lib. 4. Hæmorrhoidum autem non temerè hîc fit mentio, quod delirium melancholicum & præcipuè melancholiam ſanent ex aph. 11. lib. 6. & aph. 23. ſect. 5. lib. 6. Epid.

ἁμαρτὼν δ' ἄν τις] Hæc ſumma eſt in tota præſentiendi facultate prædictionis calamitas, nec verò abſimilis quæ narratur à Gal. initio libelli περὶ τοῦ προγινώσκειν, cum præſtigiarum ac prodigiorum criminatione ab indoctis inceſſuntur prædictiones Medicæ.

Quod autem attinet ad eos qui exercitationib. & laboribus fatigantur, quę quidẽ pro certo aſſeuerantur, vt aſſerűt qui ea narrãt, nec eſſe puto, neq; ſi quis exiſtimet, prohibeo. Etenim quam quis animo conceprit opinionem nullum ſignum, neque bonum neque malum refellit, quo quis fretus, num rectè renűciatű ſit necne poſſit cognoſcere. Alioquin ſane ſuppetit ei qui volet vt credat, nihil enim impedit. Verű exiſtimo ſi quid ex his veri effertur, aut de his qui exercẽtur, aut de illis quos antea ſcripſimus, primű quidem, qui huius cognitionẽ habuit ex ſignis cõiecturã captaſſe, deinde dubiè, & vt refert humana natura

G Ἀμφὶ δὲ τῶν γυμναζομένων καὶ ταλαιπωρεόντων, τὰς μὲν ἀτεχνίας τὰς λεγομένας ὡς λέγουσιν οἱ λέγοντες, οὔτε δοκέω εἶναι, οὔτ' εἴ τις δοκέει, κωλύω δοκέειν. ἀπὸ σημείου μὲν γὰρ οὐδενὸς βλέπεται τὰ ἐπινοήματα, ὅτι καλὸν, ὅτι κακὸν, ᾧ χρὴ πιστεύσαντα εἰδέναι, εἴτε ὀρθῶς ἀπήγγελται, εἴτ' οὔ. ἄλλως δὲ ἐκποιέει τοῖς βουλομένοισι πιστεύειν, οὐ γὰρ ἐμποδὼν ἵσταμαι. δοκέω δὲ αὐτῶν εἴ τι ἀληθὲς λέγεται, ἢ τῶν δὲ τῶν περὶ τοὺς γυμναζομένους, ἢ ἐκείνων τῶν πρόσθεν H γεγραμμένων, πρῶτον μὲν τῶν σημείων τεκμήρασθαι τοὺς γνόντας. ἔπειτα ἐνδοιαστῶς τι καὶ ἀνθρωπίνως προ-

προ-

A προειπεῖν. ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἀπαγγέλλοντας τερατωδεστέρως διηγεῖσθαι ἢ ὡς ἐγένοντο. ἐπεὶ οὐδὲ τῇσι νούσοισιν εὐπετές γινώσκειν τὰ ἁμαρτήματα, καίτοι κατάκεινταί γε οἱ ἄνθρωποι, καὶ διαιτήμασιν ὀλιγοτρόφοισι χρέωνται. ὥστε μὴ πάμπολλα δεῖ ὁρᾶσθαι ὑποσκεπτόμενον τὸν μελεδαίνοντα. οἱ μὲν γὰρ πίνουσι μόνον. οἱ δὲ πρὸς τῷ ποτῷ, ῥόφημα ἢ σιτίον βέλτιστον ἐπιφέρουσιν. ἀνάγκη οὖν ἐν τῷ τοιούτῳ, τοὺς μὲν τῷ ποτῷ πλέονι χρησαμένους, δυσπνοωτέρους γίνεσθαι, καὶ οὐρέοντας πλέον φαίνεσθαι. τοὺς δὲ τῷ ῥοφήματι ἢ τῷ σιτίῳ πλεονά-
B σαντας, διψᾶν τε μᾶλλον καὶ πυρεταίνειν. εἰ δέ τις ἀμφοτέροις καὶ τῷ ποτῷ, καὶ τοῖσι περὶ τὰ σιτία ἀμέτρως χρήσαιτο, πρὸς τῷ πυρεταίνειν, καὶ δυσπνοεῖν, καὶ τὴν γαστέρα περιτεταμένην ἂν καὶ μείζω ἔχειν. ἔξεστι δὲ καὶ ταῦτα πάντα καταβασανίζειν κάλλιστα καὶ τἄλλα. τοῖσιν δοκιμίοισιν, οἷσιν ἐχρεόμην τε καὶ χρεόμεθα ἐν πᾶσι, πρῶτον μὲν γὰρ τῇ γνώμῃ τε καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἄνθρωπον κατακείμενον ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ ἀτρεκέως διαιτώμενον, ῥᾶον ἐστι γνῶναι, ἤν τι ἀπειθήσῃ, ἢ περιοδοιπορέοντα, καὶ πάμπολλα ἐσθίοντα. ἔπειτα τῇσι χερσὶ ψαύσαντα, τῆς γαστρός τε καὶ τῶν φλεβῶν, ἧσσόν ἐστιν ἐξαπατᾶ-
C σθαι, ἢ μὴ ψαύσαντα. αἵ τε ῥῖνες, ἐν μὲν τοῖσι πυρεταίνουσι, πολλά τε καὶ καλῶς σημαίνουσι. αἱ γὰρ ὀδμαὶ, μέγα διαφέρουσιν. ἐν δὲ τοῖσιν ἰσχύουσί τε καὶ ὀρθῶς διαιτωμένοισιν, οὐκ οἶδα τί ἂν χρησαίμην, ὅτι ἐν τούτῳ τῷ δοκιμίῳ. ἔπειτα τοῖς ὠσὶ, τῆς φωνῆς ἀκούσαντα καὶ τοῦ πνεύματος ἔστι διαγινώσκειν, ἃ ἐν τοῖσιν ἰσχύουσιν, οὐχ ὁμοίως ἐστὶ δῆλα. ἀλλ' οἷως πρόσθεν. ἢν τὰ ἤθεα τῶν νοσημάτων τε καὶ τῶν ἀῤῥωστούντων ἐκμάθῃ ὁ ἰητρὸς, οὐ χρὴ προλέγειν οὐδέν. οὐ γὰρ ἂν δυσπνούστερος ὥνθρωπος γένοιτο, ἐπιπλανωμένης τῆς νόσου, καὶ πυρετήνειεν ὀξυτέρῳ πυρί. καὶ ἡ γαστὴρ
D ἐπιταθείη. ὥστε διὰ ταῦτα, οὐκ ἀσφαλὲς προλέγειν πρόσθεν, πρὶν ἂν κατάστασιν λάβῃ τὸ νόσημα. μετὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ὅ, τι ἂν παράλογον γίνηται λέγειν χρή. δῆλα δὲ τὰ διὰ τὴν ἀπειθείην γινόμενα κακά. αἵ τε γὰρ δύσπνοιαι, καὶ τἄλλα ταῦτα, τῇ ὑστεραίῃ παύσονται, ἢν δι' ἁμαρτάδα γίνηται. ἢν οὖν τις ταύτην τὴν κρίσιν προειδὼς λέγῃ, οὐχ ἁμαρτήσεται. ἐγὼ μὲν νῦν τόνδε τὸν τρόπον ἐσηγέομαι τὴν ἐπισκεψίην, καὶ περὶ τῶν οἴκοι μενόντων, οἷα ἐξαμαρτάνουσιν. καὶ περὶ τῶν γυμναζομένων τε
E καὶ τῶν ἄλλων πάντων. τὰς δὲ ἀκριβείας κείνας ἀκούω τε καὶ καταγελῶ τῶν ἀπαγγελλόντων. σμικρὰ μὲν γὰρ ἀπειθούντων τῶν ἀνθρώπων, οὐκ οἶδ' ὅπως ἂν ἐλέγξαιμι εἰ δ' εἴη μείζονα τὰ ἁμαρτήματα, ὅντινα τρόπον ὑποσκέπτεσθαι χρὴ γράφω. χρὴ δὲ πρῶτον μὲν τὸν ἄνθρωπον ἐν ᾧ μέλλει τις γνώσεσθαι τὰ ἀπειθεύμενα, ἁπάσας ἡμέρας ὁρᾷν, ἐν τῷ αὐτῷ τε χωρίῳ, καὶ τὴν αὐτὴν ὥρην, μάλιστα τὴν ἦμος ἥλιος νεωστὶ καταλάμπει. τοῦτον γὰρ τὸν χρόνον ὑποκεκενωμένος ἂν εἴη. καὶ νῆστις ἂν ἔτι ἐστὶ, καὶ τεταλαιπωρηκὼς οὐδὲν, πλὴν τῶν ὀρθρινῶν περιπάτων
F ἐν οἷς ἥκιστα ἀπειθεῖ. ἤν γε ἐπανεγερθεὶς ὥνθρωπος ἐς τὴν περίοδον καταστῇ. ὥστε ἀνάγκη τὸν δικαίως διαιτώμενον μάλιστα ταύτην τὴν ὥρην, ὁμαλῶς ἔχειν τὴν κατάστασιν τοῦ χρώματός τε, καὶ τοῦ ξύμπαντος σώματος, διὸ καὶ ὁ ἐπιμελεύμενος ὀξύτατος τῇ ἂν εἴη καὶ τὸν νόον καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον. ἐνθυμέεσθαι δὲ χρὴ καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὴν γνώμην, τοὺς τρόπους, τοῦ σώματος τὴν δύναμιν.

prædixiſſe, ſimulque eos qui renunciant prodigioſius quam res extitit commemorare. Quando neq; procliue eſt in morbis errata cognoſcere, etiãſi ægri decũbant, & parum nutrientibus cibis vtantur, adeo vt nõ admodũ multa medicum intueri oporteat, qui hæc in conſiderationem adhibere velit. Etenim quidã ſolo potu vtuntur, alij ad potum, vel ſorbitionem, vel optimum cibum adiungunt. Quare tum neceſſe eſt eos qui largiore potu vtũtur difficilius ſpirare, & maiorem vrinæ copiã reddere, eos verò qui ſorbitione aut cibo abundè vſi ſunt, ſiti maiori & febre tentari. Quòd ſi quis ad vtraq; & potum & cibos immoderatè ſe geſſerit, & etiam ad febrem & ſpirandi difficultatem, ventris circumtenſionẽ & magnitudinẽ adiũget. Licet autẽ & in his omnib. optimè periclitandis cæteriſq; eam probationẽ facere, quam in omnibus adhibemus & rectè vtimur. Imprimis quidẽ facile eſt mente ac oculis complecti, eodem loco decumbentem & diligenti victus ratione vtentem, num qua in re aut obambulando, aut multum edendo non obſecutus ſit. Deinde manibus tum ventrem, tum venas attrectantem minus falli conuenit, quàm qui non attrectauit. Nares quoq; in febricitantibus quidẽ multáque & pulchrè denunciant, odores nanq; multum inter ſe differunt. At in valentibus & recta victus ratione vtentibus, non video qua in re hac exploratione vti poſſim. Ad hoc vocem & ſpiritum audiendo licet auribus dignoſcere, quæ in valẽtibus non æquè ſunt manifeſta, verum qualiter antea ſe habent. Quòd ſi morborum & ægrorum naturam medicus cognouerit, nihil neceſſe eſt quicquam prædicere. Nam nec difficilius quis ſpirauerit adhuc inerrante morbo, & grauiore febre tentabitur, venterque intenſior fuerit. Quas ob cauſas, antequam morbus conſiſtat, ſecura non eſt prædictio. Sed hoc elapſo tempore, enunciare oportet quicquid præter rationem euenerit. Neque verò obſcura ſunt quæ ob ægrorum contumaciam mala contingunt. Spirandi nanque difficultas cæteraque id genus, ſi ob erratum contingunt, poſtridie deſinent. Quare qui hanc iudicationem in conſiderationem ad dicendum adhibuerit, non aberrabit. Atque hunc quidem in modum habendam eſſe rationem tum eorum qui domi manent, tum eorum qui exercentur, cæterorumque omnium, in his erratis quæ committunt nunc ſuadeo, exquiſitas autem illas narrationes & audio & derideo. Neq; enim video quanam ratione eos qui parum à medici monitis aberrant deprehendere queam. Quod ſi maiora fuerint errata, quonam modo in conſiderationem venire debeant, ſcriptis complecti eſt animus. Imprimis quidem oportet, ſi quis horum cognitionem habere volet, quę committit æger medicis non auſcultando, cum tota die intueri, & eodem in loco, ac eadem hora, præſertimq; cùm primùm ſol collucet. Tunc enim aliquantum exinanitus fuerit, & adhuc ieiunus eſt, neque vllo labore, præterquam matutinis deambulationibus, feſſus, in quibus minimè medico contradicit, ſi quidem à ſomno experrectus ad deambulandum ſe contulerit. Quare neceſſe eſt eum qui abſoluta victus ratione vtitur, ea hora præcipuè, æquabilem cum coloris tum etiam totius corporis ſtatum nactum eſſe. Ideoque & qui ad hoc negotium incumbit, tunc temporis maximè mentis acumine atque oculorum acie valuerit. Præter hæc in cogitationem etiam adhibere oportet hominis mentem, mores, & corporis vires,

quandoquidem quidam facilius aut difficilius imperata exequuntur. Imprimis igitur qui inediam ſubit, ſi abundantiorem cibum & potum ſumpſerit, his ſe prodet indiciis. Nam & eius corporis moles maior videbitur & plenior, ac melius coloratus fuerit, niſi malè prodierint alui excrementa, eritq́; ad fatigationem alacrior. Videndum quoque eſt num qui eructatione reiecerit, aut flatibus vexetur, quæ fieri aſſolent his qui in eo victus errato hunc in modum ſe habent. Quod ſi vbi pleniorem cibum edere cogitur, aut valéter fatigari, aut cibum non comederit, aut inebriatus fuerit, aut poſt copioſiorem cœnam non deambulauerit, hunc in modum explorare poteris. Cœnam ſiquidem nō ſumpſerit, deambulet autem vti conſueuit, tum aſpectu iucundior fuerit, tum in exercitationibus obeundis acrior & efficacior, ſeceſſus verò & minor & maximè compactus huic contigerit. Quòd ſi cœnam ſumpſerit nec deambulauerit, ructatione & flatibus conflictabitur, neque plenitudo minor videbitur, & in fatigatione magis quàm antea ſudabit, ſpirandique difficultate & grauitate laborabit, & alui ſeceſſus copioſiores & minus glutinoſi his fuerint. Si vero neque cibum abſumpſerit, neque deambulauerit, languidior & turgidior fuerit. Sed ſi inebriatus fuerit, vtique quam prius magis ſudauerit, & difficilius ſpirabit, & ſeipſe grauior & humidior euadet. Quin & alacrior fuerit, niſi caput aliquatenus dolore vexetur. Vxore vero ſemel vſus, & acrior fuerit & magis expeditus. At ſi ſæpius venerem exercuerit, durior euadet cum quodam ſqualore, corpuſque decoloratius erit & maiore laſſitudine tentatum.

ἀλλ' οἱ γὰρ ἅμα ῥηϊδίως ἐπιτελεῦσι τὰ προστασσόμενα, A
καὶ χαλεπῶς. πρῶτον μὲν οὖν ὁ λιμαγχονεόμενος εἰ πλείονα φάγῃ τι καὶ πίῃ, τοῖσδε δῆλος ἔσται, καὶ ὀγκηρότερον αὐτοῦ τὸ σῶμα φαίνεται, καὶ λιπαρώτερον καὶ εὐχροώτερον ἔσται, ἢν μὴ κακῶς διακεχωρήκῃ τὰ ἀπὸ τῆς γαστρὸς αὐτοῦ. ἔσται δὲ καὶ εὐθυμότερος ἐν τῇ ταλαιπωρίῃ. σκεπτέον δὲ καὶ ἤν τι ἐρυγγάνῃ ἢ ὑπὸ φύσης ἔχηται· ταῦτα γὰρ προσγίνεται τοῖσιν ὧδε διαμαρτάνουσιν, ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἁμαρτάδι. ἢν δὲ ἐσθίειν τι ἤδη ἀναγκαζόμενος συχνά, καὶ ταλαιπωρέειν ἰσχυρῶς, ἢ τὸ σιτίον μὴ καταφάγῃ, ἢ μεθυσθῇ, ἢ μὴ περι- B
έλθῃ ἀπὸ τοῦ δείπνου συχνοῦ, ὧδε χρὴ σκέπτεσθαι. τὸ μὲν δεῖπνον εἰ μὴ καταφάγοι, περιπατήσαι δὲ τὰ μεμαθηκότα, ἡδίων τε ἂν προσορᾶσθαι, ὀξύτερός τε καὶ ἐργαστικώτερος ἐν τοῖσι γυμνασίοισι. ὁ δὲ ἀπόπατος σμικρότερός τε καὶ ξυνεστηκὼς μάλιστ' ἂν τούτῳ γένοιτο. ἢν δὲ τὸ δεῖπνον καταφαγὼν μὴ περιπατήσῃ, ἐρυγγάνοι τ' ἄν, καὶ φυσώδης εἴη, καὶ πλῆθος οὐκ ἔλασσον φαίνοιτο. καὶ ἱδρώσειεν ἂν μᾶλλον ἢ πρόσθεν ἐν τῇ ταλαιπωρίῃ καὶ δύσπνοος ἂν εἴη καὶ βαρύς, αἵ τε διέξοδοι τῆς κοιλίης, μέζονές τε καὶ ἧσσον γλίσχραι τούτῳ γένοιντ' ἄν. εἰ δὲ μήτε τὸ σιτίον καταναλώσειε, C
μήτε περιπατήσειε, νωθρότερος ἂν εἴη καὶ ὀγκωδέστερος. εἰ δὲ μεθυσθείη, ἱδρώη τ' ἂν μᾶλλον ἢ πρόσθεν, καὶ δύσπνοος ἂν εἴη, καὶ βαρύτερος αὐτὸς ἑωυτοῦ καὶ ὑγρότερος. εἴη δ' ἂν καὶ εὐθυμότερος, ἢν μή τι αὐτῷ ἡ κεφαλὴ ἀλγῇ. γυναικὶ δὲ χρησάμενος ἅπαξ, ὀξύτερός τ' ἂν εἴη καὶ λελυμένος μᾶλλον. εἰ δὲ πλεονάκις διαπρήξαιτο, σκληρότερος ἂν γένοιτο, καὶ αὐχμηρὸν ἔχοι, καὶ ἀχροώτερός τε καὶ κοπιώδης μᾶλλον.

ὑπονοήματα] ὑπονοήματα ſunt conceptæ animo opiniones, aut de his prædictionibus ſuſpiciones & ſententiæ qualeſcumque ſint, ſiue veræ, ſiue falſæ, quas nullis ſignis lædi, hoc eſt refelli aut refutari ſcribit. Hoc eſt ex nullis ſignis coniecturam duci poſſe, num rectè an ſecus prædictum ſit, ideóque licet cuiuis prout velit exiſtimare. D

ἀσκεῖν δὲ αὐτὸν] Hic locus totus valde eſt apud interpretes (Caluum præſertim) implicatus & inuolutus. περὶ τῶν γεγυμνασμένων autem athletas intelligere videtur.

περιοδεύεις] περιοδεύειν melius, vt in ſcripto quodam exemplari. Quam lectionem ſecuti videntur interpretes. Idem exemplar ὁ ἂν ἐφθῆται habet. Quam lectionem ſecuti ſumus cum Cornario & Aſulano codice.

ἐπεὶ οὐδ' ἐν τῇσι νούσοισι] Caluus mirum in modum hunc locum peruertit. Nam de Medicorum erratis intelligit, quæ ab ægris deprehendi non poſſint, cùm potius ad ægrotorum errores, quos in victu committunt, referri debeat. Ac mihi videtur hic eſſe totius loci ſenſus: Non poſſe Medicum in athletis aut iis qui exercentur & ſani laboribus ſe fatigant prædicere ſi quid in victus ratione prætermittant, aut mutent cum ne in ægris quidem huiuſmodi peccata agnoſcere ſit facile, quantumuis decumbant & paucis cibis vtantur. In quibus ne adeo multa quidem, velut in ſanis, medicum ſpectare oporteat, qui hæc conſiderare velit & hanc de victus ratione prædictionem in medium adhibere. E

ὁ ἀνὴρ βιάζεται] Hanc lectionem ex magno codicum conſenſu retinuimus. Duo ſcripta exemplaria ἐλέγχει habent, quæ ſecuti ſunt interpretes cum Aſulano.

πρὸ δὲ τοῦ ῥοφήματος] In lib. de rat. vict. in morb. acut. quænam incommoda victus rationis mutationem ſequantur apertiſſimè deſcribuntur. Eos qui aut potu aut cibo præter modum diſtenduntur ſcribens ὠδήσιες ἄφυσοι, καὶ βαρέες ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ὀδύναι καὶ ἐμπνεύσιες. Lib. verò περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, καὶ δίψος πολλὴ adſcribit. Febricitare autem non mirum eſt ex ciborum plenitudine & cruditate, quos ὀξυρεγμιώδεας vocat lib. de rat. vict. in morb. acut. Quin etiam ex ventriculi repletione diſtentio, difficultas ſpirandi, & grauitas, & ex ciborum immoderantia ἆσθμα καὶ μετεωρισμὸς aut δυσπνοίη efficitur. Interdum etiam venter adeo grauatur, vt circumtendatur ac maior reddatur, interdum etiam περιβρέχηται, vt ſcribitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, & στρόφοι γίνονται, lib. de rat. vict. in morb. ac.

ἔξεστι δὲ] Etſi non eſt admodum promptum ne in ægris quidem, victus mutationem coniectura cognoſcere, præter eas tamen quas attulit notas, etiam probationem adhibet, quâ explorat quænam in cibis ſit mutatio, & num in victus ratione medico ſint ægri obſequentes necne. Ex pulſu vero facilis eſt coniectura in victus ratione, & ſi quis ventrem attrectauerit promptè diiudicabit ex cibi ingurgitatione diſtenſionem. Venas autem pro arteriis ſolenne eſt antiquis dici ſcriptoribus, vt multis locis teſtatur Gal. & lib. de Cur. rat. per ſang. miſſ. Quod & Latini fecerunt. Sic Tullius lib. 2. de Diuinat. Medici ſigna quædam habent ex venis & ex ſpiritu ægroti, multiſq; ex aliis futura præſentiunt. Atqui ſanè difficilis etiam eſt mutationis pulſus cognitio quæ ex victus mutatione contingit, & multa diſtinctione indiget ad exquiſitam mutationis cognitionem, non ſecus ac ea quæ exercitationem pulſus mutatio conſequitur, quam velut exemplum proponit Gal. lib. 2. de dignoſcendis pulſibus. F

αἵ τε ῥῖνες] Nares febricitantibus multa bona denunciant & febrium tempora facilè diſtinguunt. Et ſpiratio ipſa quæ per os & nares ducitur, putredinem etiam promptè arguit, vt non ſit difficile ſpirandi difficultatem aut febrem, quæ ex ciborum redundantia contingit, internoſcere. Huc enim iſta potiſſimum referri poſſe videntur.

ἐν δὲ τοῖσιν ἰσχνοῖσι] ἰσχυροῖσι legiſſe videtur Caluus, contra omnium codicum fidem. Videtur id tamen ventris circumtenſionem & G
morem reſpicere, quæ in macilentis victus mutationem non prodent. Sed placet ſanè id de valentibus, qui recta vtuntur victus ratione, intelligi, in quibus ne iis quidem notis ciborum abundantiam, aut in victus mutatione peccatum explorare poſſumus, quod & cibos probè conficiant, nec inde vllam ſpirandi difficultatem, aut febrem, aut ventris diſtenſionem contrahant, ſed qualiter ante cibum, eodem etiam modo cibo ſumpto ſe habeant. Quæ in ægris non perinde ſe habent, cùm ea ex cibo mutatio quæ in voce & ſpirandi difficultate contingit, vel ſolis auribus percipi poſſit. Hæc enim mihi videtur iſtius eſſe loci notio, qui magnam alioqui habet obſcuritatis latebram.

A ἢν τι ἄλλο] Redit ad propoſitam quæſtionem, non eſſe facile in ægris leuia in victus ratione errata cognoſcere, ne ſi vi morbi fiant, ob admiſſum erratum contingere credantur. Quare ne talia quidem ante morbi ſtatum prædicenda ſunt.

διὰ τὴν ἀπειρίην] ἀπειρίην legunt publicati omnes codices cum duobus ſcriptis, & ægri inſcitiam aut imperitiam, quâ ſe Medico intractabilem, nec ſatis dicto audientem reddit, reſpiciunt. Duo verò ſcripti vetuſtate probati ἀπειθίην legunt, quem ſenſum ſecuti ſumus cum interpretibus, qui propius ad iſtam quæ in re verſatur quæſtionem ſpectat, & ad ægri inobedientiam ac contumaciam refertur.

ἔχειν τὴν κρίσιν ἀκριβοῦν] ἀκριβοῦν legunt exemplaria quædam manu ſcripta, quæ ſecutus videtur Caluus.

τὰ ἀπόδειπνα] Codices omnes publicati mendum præ ſe ferunt cum quibuſdam ſcriptis, reliqui ἀποδειπνίδια melius legunt.

μάλιστα ἡμέων] Scripti codices duo μάλιστα ἡμέων legunt, quos ſecuti videntur interpretes, vnus etiam peruetuſtus μάλιστα δ' ἡμέων. ἡμέων autem & ἡμῶν Ionica eſt dictio & Homero familiaris.

ἐν οἷς ἕκαστα ἀπειθῇ] ἀπειθῇ legendum vt in manu ſcriptis codicibus. Heſychio ἀπειθῆ ἀπειλεῖ ſignificat, & ἀπειθὴς ἀνυπότακτος exponitur qui dictis non audit, aut paret. Caluus porrò hic alium ſibi ſenſum affinxit.

λιμαγχονούμενος] Vox eſt ex media Hippocratis Oeconomia, & eum qui fame aut inedia cruciatur ſignificat, aut eum qui ex B medici præſcripto inediam ſubit. Sic lib. περὶ ἄρθρων, οἱ ὑπὸ τῆς τέχνης μάλιστα λιμαγχονεόμενοι dicuntur, qui à medicis non rectè fame cruciantur. Caluus locum & dictionem ipſam obſcurauit.

ἢν ἐρυγγάνῃ] Hic ἐρυγγάνειν, vt etiam paulò poſt, de eructatione dici videtur, etſi in Exegeſi vocum Hippocratis Gal. ἐρυγγάνειν ἀποβάλλειν exponit, etſi iſta explicatio in quibuſdam tantum codicibus legitur. ἀφροδισίων δὲ] In exemplari manu ſcripto ἀφροδισίων legitur.

γυναικὶ δὲ χρεώμενος] Veneris etſi iuxta Epicurum & Democritum nullus vſus eſt ſalutaris, magna tamen ſunt moderatæ commoda, vt immoderatæ non paruæ noxiæ quemadmodum ſcribit Gal. lib. Salub. & 6. de loc. affect. & in arte parua, & Paulus lib. 1. cap. 35. & Aetius lib. 3. cap. 8. Tetrab. 1. Moderata igitur venus corpus agilius & ſeipſo leuius reddit, vt immoderata degrauat, pigrum, languidum & effœtum efficit, vires robúrq; exoluit. Celſus quoque lib. 1. cap. 1. breuiter hac de re ſententiam tulit. Concubitus neque nimis concupiſcendus, neque nimis pertimeſcendus eſt. Rarus corpus excitat, frequens ſoluit. Hic igitur λελυμένος dicitur, qui grauitate corporis ſolutus expeditior eſt, & agilior ad actiones obeundas, firmior, valentior & actior, eamque in rem ἐξύτερος accommodatur. ναρκώδεις & δυσκινήτους facit veneris abſtinentia, vt ſcribit Galen. lib. 6. de loc. affect. Siccius autem corpus nimio veneris vſu effici ſcribit Gal. lib. 3. Salub. δεῖ γὰρ ἐξ ἀφροδισίων ἀσθενέστερόν τε καὶ ψυχρότερον ἅμα καὶ ἀδυνατώτερον καὶ ξηρότερον ἀποτελεῖσθαι τὸ σῶμα. Quæ verba Paulus tranſtulit in cap. 37. lib. 1. ἐκλύσεις etiam addit Aëtius, ob caloris natiui penuriam & roboris exolutio- C nem, vnde corporis imbecillitas, grauitas ac veluti laſſitudo quædam contrahitur.

Ἀποπάτους δὲ χρὴ διαχωρέειν τοῖσι ταλαιπωρέουσιν, ἢν ὀλιγοσιτέωσί τε καὶ ὀλιγοποτέωσι, σμικρούς τε καὶ σκληρούς. ἤν τε καθ' ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ τρίτης, ἢ τετάρτης, ἢ διὰ πλείονος χρόνου διαχωρέῃ, κίνδυνος ἢ πυρετὸν ἢ διάρροιαν ἐπιλαβεῖν. ὅσα δὲ ὑγρότερά ἐστι τῶν διαχωρημάτων, ἢ ὥστε ἐντυποῦσθαι ἐν τῇ διεξόδῳ, ταῦτα δὴ πάντα τοῖσι κακίω. τοῖσι δὲ συχνὰ ἐσθίουσιν ἤδη, καὶ πολλὰ ταλαιπωρέουσι, τὴν διέξοδον χρὴ μαλθακὴν ἐοῦσαν, D ξηρὴν εἶναι. πλῆθός τε τῶν εἰσιόντων κατὰ λόγον τῆς ταλαιπωρίης. διαχωρέει δὲ ἀπὸ τῶν ἴσων σιτίων, τοῖσι μὲν ἐλάχιστα ταλαιπωρέουσι, πλεῖστα. τοῖσι δὲ ταλαιπωρέουσι πλεῖστα, σμικρόν, ἢν ὑγιαίνωσί τε καὶ δικαίως διαιτῶνται. ἀλλὰ πρὸς ταῦτα συμβάλλεσθαι. αἱ δὲ ὑγρότεραι τῶν διαχωρησίων καὶ ἄτερ πυρετῶν γινόμεναι, καὶ ἑβδομαῖαι, καὶ θᾶσσον κρινόμεναι, λυσιτελέες, ἐς ἅπαξ πᾶσαι γενόμεναι, καὶ μὴ ὑπο- E στρέψασαι. εἰ δὲ ἐπιπυρεταίνοιεν οἱ ἄνθρωποι, ἢ ὑποστρέφοιεν αἱ διάρροιαι εἰ μακραὶ γίγνοιντο, πάντως πονηραί, εἴτε χολώδεες ἐοῦσαι, εἴτε φλεγματώδεες, εἴτε ὠμαί, καὶ διαιτημάτων τε ἰδίων προσδεόμεναι ἑκάσται, καὶ φαρμακευσίων δῆθεν.

Seceſſus vero neceſſe eſt his qui defatigantur, dũ paruo cibo aut potu contenti ſunt, exiguos & duros procedere, ſiue quotidie, ſiue tertio quoq; aut quarto die, aut lõgiore ex interuallo prodeant. Tuncq; metus eſt ne febris aut alui profluuiũ ipſos prehendat. Quibus tamen peiores ſunt deiectiones omnes, quæ tam ſunt liquidæ, vt in exitu figuratæ eſſe nequeant. Frequentem verò cibum ſumentibus ac multum defatigatis, mollem in trãſitu deiectionẽ ſiccam eſſe oportet, ciborúmq; ingeſtorum copiam pro defatigationis ratione reſpondere. Sumpta autem æquali ciborum copia, his quidem qui minimùm defatigantur, plurimæ; his verò qui plurimùm defatigantur paucæ deiectiones prodeũt, ſi ſani ſint, & proba victus ratione vtantur. (Ea nanq; adhæc conferre exiſtimandũ eſt.) At liquidiores deiectiones, quę citra febrẽ & die ſeptimo aut citius iudicio terminãtur, vtiles, ſi ſemel vniuerſę effluãt, neq; repetãt. Quod ſi febris acceſſerit, aluiq; profluuia repetãt, ſi diu perſeuerẽt, omnino vitioſa, ſiue biliosa fuerint, ſiue pituitoſa, ſiue cruda egẽtq; ſingula cùm propria victus ratione, tũ medicatione.

Ἀποπάτους δὲ χρὴ] Aſulanus codex ad hunc locum aſteriſcum appingit, quod aliàs ſolet in mendi ſuſpicione. Nullum tamen mihi vitium ſubeſſe videtur, hac notione, neq; vlla exemplaria vitij ſuſpicionem iniiciunt. Et Celſus cap. 7. lib. 2. hunc mihi locum quadam ex parte expreſſiſſe videtur. Vbi pluribus diebus non deſcendit aluus, docet aut ſubitam deiectionem, aut febriculam inſtare.

ἢ ὥστε ἐντυποῦσθαι] Ventrem probat Celſus ei qui à periculo tutus eſt, ſi mollia & figurata excernit, cap. 3. & 8. lib. 2. In Prognoſt. F & Coacis Prænot. μαλθακὰ διαχωρήματα καὶ συνεστῶτα vocat Hippocrates deiectionem, quæ eam habet probatam conſiſtentiam, vt humida non diſſluat, ſed ita mollis vt coacta & cohærens maneat.

ξηρὴν] Siccam quatenus liquidæ & humenti ac effuſæ deiectioni repugnet, & aliquo conſiſtat neque diffluat.

ἀλλὰ πρὸς ταῦτα συμβάλλεσθαι] Perplexus eſt horũ verborũ ſenſus. Mihi phraſis apertè indicare videtur, ad eorum cognitionẽ quæ in his qui defatigãtur exquirimus, vt prædictio abſoluta fiat, ſanitatis & victus rationis conditionẽ plurimũ cõferre, alioqui fallax futurum iudiciũ. Nam ſi ob morbũ, aut immoderatã victus rationẽ aliquid contingat, velut multã aut paucam deiectionẽ excerni id laboris & exercitationis rationi tribui nõ debet, ſi prædictionis integritatẽ ſartam & rectã eſſe volumus. Poteſt & alius elici ſenſus, eorum omniũ habendã eſſe rationẽ, eaq; inter ſe cõmittenda, vt ex his rectè coniecturã & prædictionẽ facias. Qui eſt interpretum ſenſus. ἐς ἅπαξ πᾶσαι γενόμεναι] h. e. ἀθρόως, μηδὲ κατ' ὀλίγον, μηδὲ πολλάκις ἐκκρινόμεναι ἀλλὰ διὰ χρόνου πλείονος. In legib. enim deiectionis liquidæ probatur ab Hip. in Progn. quæ neq; ex breuib. interuallis, neq; crebrò excernitur. Quod etiam his verbis ſcribit Gal. Com. 2. τὰ δὲ διὰ χρόνου πλείονος ἀθροώτερα διαχωρηθέντα, πολλάκις ἀγαθῆς ἐκκρίσεως γνωρίσματα ἐστίν, τῆς φύσεως ἀποτιθεμένης τὰ περιττὰ κατὰ πλῆθος ἢ ποιότητα, ἢ τι σῶμα ὅλον, ἢ ἕν τι μόριον αὐτοῦ ἐκκενούσης ἢ καθαιρούσης. Quæ verò multo interiecto tempore confertim deiiciuntur, G ſæpenumero probæ excretionis indicia præ ſe ferunt, cùm natura copiã aut qualitate redundantia deponat, vniuerſum corpus aut aliquam eius partem vacuando aut purgando. Hic autem κρίνεσθαι ſolui, deſinere, terminari, vt aliàs ſæpe ſignificat. Caluus ἐκκρίνεσθαι pro κρινόμεναι non ſatis aptè ſumpſiſſe videtur. εἰ δ' ἐπιπυρεταίνοιεν] Hunc locum his verbis mihi videtur adumbraſſe Celſ. c. 4. lib. 2. Aluus autem mala eſt ex toto ſuppreſſa. Periculoſa etiam quæ inter febres fluens, conquieſcere hominem in cubili non patitur, vtique ſi quod deſcendit eſt perliquidum, aut albidum, aut pallidum, aut ſpumans. His nanque verbis, tam quæ his Prædictis, quàm quæ in Præſagiis ſcribuntur procul omni dubio expreſſit. Et quæ hic dicuntur, εἴτε χολώδεες, εἴτε φλεγματώδεες, εἴτε ὠμαί, quod in Prognoſtico ſcribitur referunt. χλωρὸν ἢ ἐρυθρόν, ἢ λευκόν, ἢ ἀφρῶδες, ἢ ὑδαρὲς κάρτα, quod per crudas deiectiones ſignificatur. τὸ γὰρ ὑδαρὲς ἀπεψίας ἐστὶ σημεῖον, vt ſcribit Gal. in Prognoſt.

Vrinam autem copia potui reſpondétem reddere oportet, & ſemper æqualem, & quam maximè effuſam & ad paulo craſſius inclinantem quàm quod potu ſumptum eſt. Quòd ſi diluta fuerit & copia maior quàm quod potui ſit aſſignatú, hominē dicto non audientem ſignificat, ſed abundantiore vti potu, aut nō poſſe nutritionē accipere, quandiu talis vrina reddetur. Si verò paulatim cū ſtridore vrina emittatur, aut medicamenti potione hominē indigere, aut veſicam quodammodo malè affectam denūciat. At ſanguinis mictus rarus quidē & ſine febre ac dolore, nihil mali indicat, verum laſſitudinum ſenſus ſoluitur. Quod ſi ſæpius mictu reddatur, aut horum aliquid acceſſerit, periculum minatur. At prædicendū eſt, ſiue cum dolore, ſiue cum febre mictu reddatur, pus inſuper per vrinam effluxurum, atq; eo pacto dolores tolli. Vrina verò craſſa, in qua quod ſubſidet album eſt, articulorum dolorem aut tumorem denunciat. Quæ autem ſunt reliqua ſedimenta in vrinis eorum qui exercētur, ea omnia à morbis fiunt qui circa veſicam affligunt. Quod manifeſtum facient dolores qui aderunt & à quibus vix liberari queant. Atq; hæc quidem de his ſcribenda, aliaque id genus dicenda exiſtimaui. Cum his verò qui prædictionum exquiſitas narrationes prædicant, partim ipſe commercium habui, partim cum eorum filiis & diſcipulis diu diſſerui, quorūdam etiam ſcripta nactus ſum, ideoq; cum cuiuſq; ſenſum probe percepiſſem, neq; vſquam exactam diſciplinam cōperiſſem, ad hoc ſcribendū aggreſſus ſum.

Οὖρον δὲ χρὴ κατά τε τὸ τοῦ ποτοῦ πλῆθος διουρέεσθαι, καὶ ἴσον αἰεὶ, καὶ ἀθρόον ὡς μάλιστα καὶ ῥοπῇ ὀλίγον παχύτερον, ἢ οἷ ἐπόθη. Εἰ δὲ εἴη ὑδατῶδές τε, καὶ πλέον τοῦ προσταττομένου πίνεσθαι, σημαίνει μὴ πείθεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ πλέονι ποτῷ χρῆσθαι, ἢ οὐ δύνασθαι ἀναπαφλῶσαι, ἔστ' ἂν τὰ τοιαῦτα ποιέῃ τὸ οὖρον. Εἰ δὲ κατ' ὀλίγον τρύζοι τὸ οὖρον, σημαίνει ἢ φαρμακείης δέεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ νόσημά τι τῶν περὶ κύστιν ἔχειν. αἷμα δὲ οὐρῆσαι, ὀλιγάκις μὲν καὶ ἄτερ πυρετοῦ καὶ ὀδύνης οὐδὲν κακὸν σημαίνει, ἀλλὰ κόπων λύσις γίνεται. Εἰ δὲ πολλάκις οὐρέοι, ἤ τι τούτων προσγένοιτο, δεινόν. ἀλλὰ προλέγειν ἤν τε ξὺν ὀδύνῃσιν οὐρέηται, ἤν τε ξὺν πυρετῷ πύον ἐπιδιουρήσειν, καὶ οὕτω παύεσθαι τῶν ἀλγεόντων. παχὺ δὲ οὖρον λευκὴν ὑπόστασιν ἔχον, σημαίνει περὶ τὰ ἄρθρα τινὰ ὀδύνην καὶ ἔπαρσιν. αἱ δὲ ἄλλαι ὑποστάσιες αἱ ἐν τοῖσιν οὔροισι τῶν γυμναζομένων πᾶσαι ἀπὸ τῶν νοσημάτων γίνονται τῶν περὶ τὴν κύστιν. δῆλον δὲ ποιήσουσι, ξὺν ὀδύνῃσί τε γὰρ ἔσονται, καὶ δυσαπάλλακτοι. καὶ ταῦτα μὲν γράφω περὶ τούτων, καὶ λέγω τοιαῦτα ἕτερα. ὧν δὲ δὴ ἀκριβέστατα κατηγορέονται τῶν προρρήσεων, τοῖσι μὲν αὐτέων, αὐτὸς ξυνεγενόμην, τῶν δὲ παισί τε καὶ μαθητῇσιν ἐπεσχολευσάμην. τῶν δὲ ξυγγράμματα ἔλαβον. ὥς τε εὖ εἰδὼς οἷα ἕκαστος αὐτῶν ἐφρόνεε, καὶ τῆς ἀκριβείας οὐδαμοῦ εὑρὼν, ἐπεχείρησα τάδε γράφειν.

οὖρον δὲ χρὴ] οὖρον cum ſit (vt ſcribit Ariſtot.) ὑγρὸν περίττωμα, potui copia reſpondere oportet. Aëtius quoque cap. 28. lib. 5. in vrina quæ ſecundum naturam eſt, πλῆθος πρὸς τὰ πινόμενα adſcribit. Quæ ſunt in eum librum qui περὶ οὔρων inſcribitur, & malè Galeno attribuitur, tranſlata. Actuarius etiam lib. 1. Meth. cap. 12. vrinæ probatæ notam facit, quæ potus quantitati proportione reſpondeat. ἴσον autem hic æqualem vrinam vocare videtur æquali & eodem tenore ac impetu procedentem, nullatenus reſtitantem aut ſe ſubducentem. Quo etiam ἀθρόον referri debet, vt ſimul omnis & vniuersè effundatur. Eadem quoque craſſitudinem mediocrem habere debet, & vt loquitur Gal. cap. 12. lib. 1. de Criſ. τοῖς ὕδασι πάχους ἔχειν συμμέτρως.

εἰ δ' εἴη ὑδατῶδες] Aquoſa vrina, quæ & diluta dicitur, extremæ cruditatis ſignificationem præ ſe fert, & venoſi generis ſummam imbecillitatem indicat. Quæ ſi copia abundet, aut liberaliorem potum, aut venoſi generis colliquationem & ὕδερον εἰς ἀμίδα denunciat, vt ſcribit Gal. Caluus ἢ οὐ δύνασθαι ἀναπαφλῶσαι legiſſe videtur.

εἰ δὲ κατ' ὀλίγον τρύζοι] Stridor in excrementis flatuum cum tenui humiditate permixtam copiam & meatuum anguſtiam indicat, vt ſcribit Gal lib 1. Criſ & lib. 6. de Sympt. Cauſ. Sic vrina quæ cum ſtridore emittitur meatuum interceptionem, ac vaſorum obſtructionem à craſſis humoribus ſignificat, aut materiæ contumacis & flatulentæ agitationem, & caloris concoquentis imbecillitatem. Aut igitur medicamentis attenuantibus liberandæ ſunt obſtructiones & intercepti aditus reſerandi, & materia propulſanda eſt, aut certè ad veſicam labor eſt, quæ imbecillior reddita, flatuum aut materiæ magnam copiam collegit, ex quo libera vrinæ emiſſio præpeditur, ſed quodammodo ſtridens & obſtrepens redditur. Eſt autem τρύζειν Erotiano, τὸ μεθ' ἤχους ψόφου ἐκχωρεῖν, ex tranſlatione ſumptum, ἀπὸ τῆς τρυγόνος ἐπὶ αἰνίγμασι γογγυστικὸν φθέγγεται. Quod gemere de turture dixit Maro. Dicitur & τρίζειν & τρύζει.

αἷμα δὲ οὐρῆσαι] Sanguinis mictus vt variæ ſunt cauſæ, ita diuerſis ex locis profluit. Eſt vbi ex renum imbecillitate, aut ex meatuū qui ex vena caua ad renes feruntur laxitate & amplitudine, tenuis ſanguis per vrinas effunditur, ſimilis excrementis quæ hepaticorum affectuum initio excernuntur, niſi quòd magis cruentus apparet, vt ſcribit Galenus lib. 6. de loc. aff. Atque hic nullus dolor ſubeſt, aut omnino exiguus, & eiecto lotio leuari melius habent. Sed in corporis extenuationem & emaciationem promptè labūtur. Scriptum quoque eſt ab Archigene quibuſdam per circuitum ſanguinis profluuium ex renibus excerni, quemadmodum per ora venarum in ano ſanguinem fundere ſolita, quas hæmorrhoidas dicunt. Quod teſtatur Aëtius cap. 3. lib. 11. & Paulus lib. 3. cap. 45. Idque vere inclinante contingere & in ætatis vigore, iiſque qui licentius rebus venereis vtuntur, teſtatum eſt. Ex quo ſanguinis profluuio, quod circa initia citra dolorem vllum excernatur, nihil formidandum eſt, & quòd inde plurimum ægri leuentur. Nam ſi cohibeatur vbi pro more excerni conſueuit grauitatem inducit plurimorumque morborum cauſa exiſtit, alio tranſlata multitudine. Quibuſdam nanque articulares morbi, aut vertigines, aut deliria, aut inſaniæ, & oculorum cæcitates contingunt, aliáque id genus quæ cohibitis hæmorrhoidibus fiunt. Huc igitur ſpectare videtur criticum iſtud & per circuitus repetens ſanguinis profluuium, quod ſine febre ac dolore obortum, laſſitudines & corporis grauitates ſoluit. κουφίζονται δὲ ἀποκριθέντος (ſcribit Paulus) ἐφ' ὅσον ἂν ὑπὸ πλήθους τοῦ αἵματος ἐβαρύνοντο. Oribaſius quoque lib. Synopſ. 9. cap. 29. ante ſanguinis excretionē grauitatem in lumbis & humeris percipi ſcribit, ſanguine vero reiecto leuitatem conſequi. Aretæus etiam huius profluuij ſanguinis his verbis meminit cap. 3. lib. 2. [Greek quotation, illegible] Nonnulli per quoſdam circuitus ſanguinē mictu reddūt, qui affectus ſanguinis profluuio qui per ora venarū quæ in ano ſunt effunditur ſimilis eſt: Similis eſt quoq; corporis conſtitutio, cum valde palleſcant, torpidi & ignaui ſint, cibum auerſentur, cruditate laborent. Et cū ſanguis excretus fuerit, languidis ſunt & reſolutis membris, caput verò leuius & agilius euadit. At ſi per circuitum nihil effluxerit, capite dolent, oculorum acies hebeſcit, tenebræ eis obuerſantur, vertigine tentantur. Hinc alij ſexcenti in morbum comitialem incidunt, tumidi, caligine perfuſi, aqua intercute tentatis ſimiles, alij atræ bilis morbo aut neruorum reſolutione conflictantur. Ex conſuetæ enim ſanguinis profuſionis ſuppreſſione, iſta malorum ſoboles prouenit. Hunc autem locum mihi exprimere Celſus videtur cap. 4. lib. 4. cum ſcribit, Neque ignorari oportet, eis quibus fluere ſanguis ſolet, aut quibus ſpina dolet, coxæve, aut poſt curſum vehementem, vel ambulationem, dum febris abſit, non eſſe inutile ſanguinis mediocre profluuium, idque per vrinam redditum, ipſam quoque laſſitudinem ſoluere. Quod ſequitur de renum inflammatione aut abſceſſu intelligendum venit, quo concocto, pus mictu redditum

A tum, laborantem dolore liberat, & vlceris periculum creat, vt ſcribit Gal. lib. 6. de loc. aff. cap. 3. Caluus paulo aliter hunc locum diſtinxiſſe videtur.

παχὺ δ᾽ οὖρον] λευκὸν ὑπόστασιν ἔχει legendum cenſeo, contra tamen omnium exemplarium fidem, quod & fecit Cornarius meliore fortaſſe exemplari vſus. Vrina nanque multa, craſſa & alba prodiens, febres cum laſſitudinis ſenſu alioqui articulorum abſceſſibus obnoxias, abſceſſu liberat, ex aph. 31. & 74. lib. 4. & aph. 2. ſect. 4. lib. 6. Epid. Præterea idem hic author extremo hoc præſagio in articulorum doloribus & tumoribus, λευκὴν ὑπόστασιν in vrina non λεπτὴν ponit, his verbis, ὅσα δὲ περὶ τὰ ἄρθρα ὀδύνας τε ἔχει ἢ ἐπάρσιας, ἐν καταστάσει δὲ ἐν τῷ ὑπολοίπῳ τρόπῳ, σημαίνει τι τὰ σπλάγχνα μεγάλα, ἢ ἐν τῷ οὔρῳ λευκὴν ὑπόστασιν. Celſus quoque cap. 7. lib. 2. hunc locum haud dubiè exprimens, λευκὴν ὑπόστασιν legiſſe videtur cùm ſcribit, Vrina autem craſſa, ex qua quod deſidet album eſt, ſignificat circa articulos, aut circa viſcera dolorem metúmque morbi eſſe. Quem ſecutus Plinius lib. 28. cap. 6. de vrina ſcribit, Mala ſigna rubræ, peſſima nigræ, mala bullantis & craſſæ, in qua quod ſubſidit is album eſt, ſignificat circa articulos aut viſcera dolorem imminere. Quibus omnibus ex locis, vt reſtitutus ſibi locus, ita propè diminutus videretur, niſi vnus eſſet omnium codicum conſenſus. Nam & phraſis illa cum disiunctiua particula diminuti aliquid redolere, & alteram diſiunctiuam deſiderare videtur, quæ hoc modo integra eſſe poſſit. σημαίνει δὲ περὶ τὰ ἄρθρα πόνον ἔσεσθαι ἢ ἐπάρσιν, ἢ περὶ τὰ σπλάγχνα, aut ἢ περὶ τὰ

B σπλάγχνα ἐπάρσιν, aut certe ἢ ἐπάρσιν pro ἢ legendum.

αἱ δ᾽ ἄλλαι] Reliqua ſedimenta intelligit, quæ proprios partium ex quibus excernuntur affectus indicant, non totius corporis, cum qui exercitationibus defatigantur, alioqui ſatis integra valetudine fruantur. Hic verò veſicæ nomine, & renes, & vrinam deferentia vaſa ſubaudiri poſſunt vt in Prognoſtico, quod ſcribit Galenus lib. 1. de Criſ. cap. 7.

ὧν δ᾽ ἀπίστως] Videtur exquiſitas illas prædictionum narrationes intelligere, quas prius in his qui exercebantur & defatigationibus vtebantur irriſit & reprehendit. Hunc autem locum mirum in modum Caluus perturbauit.

ἐλεσχηνευσάμην] Codices manu ſcripti quidam ἐλλεσχηνευσάμην legunt, quos ſecutus eſt Aſulanus, vt λεσχηνεύειν dicatur, ſed λεσχαίνειν & λεσχηνεύειν melius effertur. Et Erotianus apud Hippocratem λεσχηνευσάμην ὁμιλοῦντος exponit, vt ſcripſimos in noſtra Hippocratis Oeconomia & locum ſubindicauimus. Nec cuiquam dubium videri debet quin hîc ſubindicet Galenus in Exegeſi vocum obſcurarum Hipp. cum ἐλεσχηνευσάμην exponit, ἐπὶ πλεῖστον διελέχθην, quod eſt, diu multumque diſſerui. Sic enim legendum eſſe ſatis hic locus & dictio λέσχη indicat (quod etiam poſtea ab Henrico Stephano omnis doctrinæ refertiſſimo penu ſcriptum eſſe animaduerti) cum præpoſterè & vitioſè ἐλεχηνευσάμην paſſim ſcribatur, interdum quoque ἐλεχηνευσάμην. Significat igitur ſe diutius ac longiore confabulatione & otij plena de huiuſmodi prædictionibus cum his fuiſſe collocutum, neque temerè ſe ad iſta ſcribenda contuliſſe.

C Περὶ δὲ ὑδρώπων τε καὶ φθισίων, καὶ τῶν ποδαγρῶν, τῶν τε λαμβανομένων ὑπὸ τῆς ἱερῆς νούσου καλεομένης, τάδε λέγω. κατὰ μὲν ἐς ἅπαντας, τὸ αὐτό. τὸ γὰρ ξυγγενέα, τούτων τῶν νοσημάτων ἐστὶν εἰδέναι δυσαπάλλακτον ἐόντα. τὰ δὲ ἄλλα καθ᾽ ἕκαστον γράψω. χρὴ δὲ τὸν ὑπὸ τοῦ ὕδρωπος ἐχόμενον καὶ μέλλοντα περιέσεσθαι, εὔσπλαγχνόν τε εἶναι, καὶ ἀνατπνέεσθαι, καὶ φύσει ἅμα πέπτεσθαί τε εὐπετέως, εὔπνοόν τε ὄντα, ἀνώδυνον εἶναι καὶ χλιαρὸν ὁμαλῶς πᾶν τὸ σῶμα ἔχειν, καὶ μὴ περιτετηκὸς περὶ

D τὰ ἔσχατα. κρέσσον δὲ ἐπάρματα μᾶλλον ἔχειν ἐν τοῖσιν ἀκρωτηρίοισι. ἄριστον δὲ μηδὲ ἕτερον τούτων, ἀλλὰ μαλακά τε χρὴ καὶ ἰσχνὰ εἶναι τὰ ἀκρωτήρια. καὶ τὴν γαστέρα μαλθακὴν εἶναι ψαυομένην. βῆχα δὲ μὴ προσεῖναι, μηδὲ δίψαν, μηδὲ τὴν γλῶσσαν ἐπιξηραίνεσθαι, ἔν τε τῇ ἄλλῃ χρόνῳ, καὶ μετὰ τὸν ὕπνον. γίνεται δὲ τοῦτο κάρτα. τὰ δὲ σιτία ἡδέως δέχεσθαι. καὶ ἐσθίοντα ἱκανά, μὴ πο-

E νέεσθαι. τὴν δὲ κοιλίην πρὸς μὲν τὰ φάρμακα ὀξέως εἶναι. τὸν δ᾽ ἄλλον χρόνον διαχωρέειν μαλθακὰ ἐκπεπυρωμένα. τὸ δὲ οὖρον φαίνεσθαι περαιούμενον πρὸς τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τῶν οἴνων τὰς μεταβολάς. τὴν δὲ ταλαιπωρίην εὐπετέως φέρειν, καὶ ἄκοπον εἶναι. ἄριστον μὲν οὕτω πάντα διακέεσθαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀσφαλέστατ᾽ ἂν γένοιτο ὑγιής. εἰ δὲ μή, ὡς πλεῖστα τουτέων ἐχέ-

F τω. ἐν ἐλπίδι γὰρ ἔσται περιγενέσθαι. ὃς δ᾽ ἂν μηδὲν τούτων ἔχῃ, ἀλλὰ τὰ ἐναντία, ἀνέλπιστον ἐόντα εἰδέναι. ὃς δ᾽ ἂν τούτων ὀλίγα ἔχῃ, ἅ φημι χρηστὰ εἶναι τῶν ὑδρωπιώντων προσεόντα, ὀλίγαι ἐλπίδες αὐτῷ. ᾧ δ᾽ ἂν αἱμορραγέῃ πολλὸν ἄνω ἢ κάτω, καὶ πυρετὸς ἐπιλάβηται, ὕδατος ἐμπλησθεῖσαι πολλαὶ ἐλπίδες τοῦτον, καὶ τῶν ὑδρώπων, οὗτος ὀλιγοχρονιώτατός τε, καὶ ἐν τοῖσιν ἀφύκτοισιν. ἀγγέλλειν δὲ προσημαίνειν περὶ τούτου. οἷσι δὲ οἰ-

G δήματα μεγάλα γινόμενα καταμβαίνεται, καὶ αὖθις ἐπαείρεται, οὗτοι δὲ μᾶλλον περιγίνονται τῶν ἐκ τῶν αἱμάτων τῆς ἀναρρήξιος ἐμπιπτεομένων. ἐξαπατέουσι δὲ σὺν ἀγγέλοντας οὗτοι οἱ ὕδρωπες, ὡς τὸ ποιέουσιν αὐτοὺς ἀπιόντας τοῖσιν ἰητροῖσιν ἀπόλλυσθαι.

De his vero qui aqua inter cutē & tabe laborant, & podagricis, & morbo ſacro dicto correptis, hæc dicēda exiſtimo, & aliqua quidem ex parte de omnibus idem. Qui nanq; morbos iſtos conniatos habet, cum ab his nō facilè vindicari poſſe cōpertum eſt. Cætera verò in ſingulis ſcribam. Qui aqua inter cutem detentus eſt, & ſeruari volet, cum robuſtis viſceribus & cōtentis viribus eſſe conuenit, ſimulq; ſuapte natura facilè concoquere, ac benè ſpirare, ſine dolore eſſe, totumq; corpus æqualiter calere, neq; extremis partibus eſſe colliquefactum. Præſtat nanq; potius extrema tumefacta eſſe, etſi optimum eſt nihil horū adeſſe. Verùm tū mollia, tum gracilia extrema eſſe oportet, ventrem contactu mollem. At neq; tuſſim neq; ſitim adeſſe conuenit, neq; linguam, cùm aliàs, tum ne à ſomno quidem, quod admodum fieri aſſolet, inareſcere. Cibos autem ſuauiter aſſumere, ac vbi quis abundè comederit, nihil affligi. Ventrem quoq; medicamentis quidem celeriter moueri, aliàs vero mollia & figurata excernere. Vrinam in tranſitu pro inſtituta victus ratione & vinorum mutatione, mutationem ſentire. Defatigationem facilè ſuſtinere, nec laſſitudinem ſentire. Atque ſic quidem in totum hominem ſe gerere, optimum, vt quàm ſecuriſſimè conualeſcat. Sin minus, horum vt plurima habeat. Sic enim ſpem fore vt euadat. In quo vero nihil horum ineſt, ſed contraria ſubſequuntur, in eo ſpem tolli animaduertendū eſt. Et cui ex his quæ in aqua inter cutem laborāte probauimus, pauca affuerint, parum relictum eſſe ſpei. At ne is cui multus ſanguis ſupra infraq; perruperit, prætereaq; febris acceſſerit, aqua impleatur magnus metus eſt. Et huius generis aqua intercus breuiſſimi eſt tēporis & inter ineuitabiles numeranda, idq; alteri denunciare oportet. Quibus autem tumores magni ſuborti deſinunt, rurſusq; aſſurgunt, hi potius ſuperſunt quàm qui ex ſanguinis eruptione complētur. Fallunt tamē ęgros huiuſmodi hydropes, cū eos relictis medicis in exitium præcipitēt.

τὸ γὰρ ξυγγενέα] Noua eſt phraſis ideóque exemplaria quædam manu ſcripta habent, ὃ γὰρ ξυγγενές τι, ἢ ξυγγενέα τούτων τῶν νοσημάτων, quod tamen mendoſum eſt, & videtur cuiuſdam additamentum eſſe.

χρὴ δὲ τὸν ὑπὸ τοῦ ὕδρωπος] Locus valde celebris & à Cornelio Celſo in totum fere expreſſus cap. 8. lib. 2. ex quo ſalutis ſpes ante aquā inter cutem curationem inauguranda eſt. Ergo cū hydrops non niſi vitiato & refrigerato hepate gigni poſſit (vt ſcribit Galenus

cap.1.lib.6 de loc.aff. & Oribaſ. cap.98. lib.4. de loc. aff.cur.& Trallianus cap.3. lib.8.) ſiue id illi propriè , ſiue aliarum partium A
communione contingit, vt lienis, ventriculi, meſenterij, tenuium inteſtinorum, ieiuni, folliculi, fellis, pulmonis, ſepti tranſuerſi,
[illegible]: Eum qui ſeruari volet viſceribus firmis, ac integris & contentis viribus optimaq; natura eſſe præditum oportet. Nam vbi
corrupta, ſyderata aut vitioſa viſcera ſunt, etiamſi ſponte vel arte vacuata ſit materia, malum tamen redit, quod experientia multis
retroactis ſæculis eſt conteſtatum. Neque enim ſanat emiſſus humor, ſed medicinæ locum facit, quàm intus incluſus impedit. Non
temerè igitur Eraſiſtratus iecinori ſuccurrendũ reputauit. Nam & aquam inter cutem iecinoris morbum reputauit. Ideó, ;ita illum
ſanandum, fruſtráq; aquam emitti, quæ viciato illo ſubinde naſcatur. Idem quoq; teſtatur Aretæus imprimis grauis author, hydro-
pis prauitatem in viſcerum intemperie totum corporis habitum corrumpente conſtituens, his verbis, cap.1.lib.2. [illegible]
[illegible] B
[illegible]. Neque enim in inferiore ventre fluctuantem humorem aquam inter cutem nuncupamus, quandoquidem
neq; ea parte affectus reſidet, ſed cum morbum conſequitur tumor, inflatio, color fœdus; iſte habitus in aquam colliqueſcens, hy-
drops & eſt & appellatur. Etenim etiamſi ſponte ſua nonnunquam aquas foras erumpit, aut aliquis præcordia reſcindens effundit,
ſede ſua adhuc perſiſtunt hydropici. Rurſuſq; paulò ante, [illegible]
[illegible]
[illegible]. Aut enim in præcipuo quodam viſcere morbus latitans totum in malum habitum conuertit, aut totum
corpus ingruente peſtilentia in vitioſum ſuccum viſcera permutauit, quando ſibi inuicem vtraq; ad perniciem ſuffragantur, nulla-
que pars eſt noxa carens, quæ vel modicam naturæ afferre opem poſſit. Quibus ex verbis viſcerum impuritatem ac vitium præci-
puam hydropis cauſam conſicias licet, adeo vt ad ſalutem ipſam viſcerum firmitas & robur, ac virium integritas & conſtantia
præcipuè faciant, cùm ſint totius vitalitatis arx & propugnacula. Illud verò [illegible] per ſe lego exemplarium pluralitate fre- C
tus, non vt quidam [illegible], quanquam ſic quoque retineri poteſt. Ac mihi [illegible] contentis eſſe viribus, erectis ac
integris, contráq; obnitentibus ac firmis ſignificare videtur: & [illegible] de contenta natura & viribus ſe ad morbum
propulſandum erigente ac quaſi obnitente, ac velut comparata & excita dici. Celſus id totum per firma viſcera complexus eſt.
Caluus quid per (demittere) intellexerit non ſatis liquet. Vitioſa autem ſunt exemplaria, quæ [illegible] legunt.

[illegible]] Exemplaria quædam ſic legunt [illegible]. Quod feciſſe videtur
Celſus, qui hunc totum verborum ambitum facili notione complexus eſt, cùm dixit. Si ſine calore corpus eſt æqualiterq; in ex-
tremis partibus macrum eſt. Caluus aliud ſequutus eſt cum poſtrema non tumere dixit.

[illegible]] Spem tollit in hydrope tuſſis, vt ſcribit Celſus ex aph.35.lib.6.& 47.lib.7. Tuſſim quoque in aqua inter cu-
tem laborantibus damnat Hipp.lib 2 Epid.ſect.5. Verùm ea inaudienda venit, quæ tumoris & aquæ pulmonum arterias aſperas
prægrauantis ratione contingit, ægrũq; in diſcrimen præcipitat.

[illegible]] Hic [illegible] inſtitutam vitæ rationem hydropicis congruentem, vrinas mouentem, aquaſque educen- D
tem, & cætera quæ ad id præſtandum inſtituuntur, ſignificare videntur. Nam cùm magna curationis ſpes in vrinas mouentibus
medicamentis & aquas deducentibus collocetur, plurima eam in rem ab artis noſtræ dictatoribus conſcribantur, præcipuè à Gal.
lib 9. Comp. med. [illegible] & Paulo lib.3. cap.48. & Aëtio cap.26. lib.10. Hipp. quoque lib.4. de rat.vict. in morb. ac. in hydro-
pis curatione, ſiccorum & acrium eſum imperat, quibus maximè vrina moueatur. Celſus * etiam quamuis quam minimam po-
tionem concedit, eam tamen optimam cenſet, quæ vrinam mouet. Sed idipſum tamen moliri cibo quàm medicamentis melius eſt.
Quæ igitur plurima in hydropicorum victus ratione ad eam rem inſtituuntur tum medicamenta, tum cibi, tum potus, cæteráq; re-
media, hic [illegible] mihi vocare videtur Celſ.cap.8.lib.2. vbi hunc totum locum diſertis verbis exprimit, [illegible] per e-
pota medicamenta quibus vrina mutatur explicat, his verbis, Si vrina & vini mutatione & epotis aliquibus medicamentis mutatur.
Quanquam autem aliæ ſunt inſignes vrinarum in hydropicis mutationes, præcipuè tamen laudatur quæ copioſa redditur, & ſua E
multitudine aquas minuit, ventrem deplet, cum alioqui potionis inopia, victus ratio exiccans & calida, & ſudorum prouocatio,
quæ ſunt hydropicorum conſilia, vrinas minuant. Neque ideo alienum eſt (vt ſcribit Celſ.) metiri potionem & vrinam. Nam ſi
plus humoris excernitur quam aſſumitur, ita demum ſecundæ valetudinis ſpes eſt. Caluus huius loci ſenſum non eſt aſſecutus,
cum lotium perfectum digeſtumve dixit, & [illegible] legiſſe videtur.

* Cap.21.lib.3.

[illegible]] Magna curationis pars in tolerando labore, motu, deambulationibus, exercitationibus, nauigationibus, fri-
ctionibus, ſudationibus, ſole, inunctionibus & illitibus. Communia omnibus hydropis generibus remedia eſſe ſcribit Gal.ex Hipp.
[illegible]. Lib.quoq; [illegible] hydropicorum hæc victus ratio inſtituitur, [illegible]
[illegible]. Multum ambulandum (inquit Celſus) currendum aliquando eſt. Ideóq; facilius in ſeruis hoc morbi genus quàm
in liberis tollitur Quia cùm deſideret famem, ſitim, mille alia tædia, longámq; patientiam, promptius his ſuccurritur qui facilè co- F
guntur, quàm quibus inutilis libertas eſt. Idem quoque hoc exprimens dixit, ſi corpus ſine laſſitudine eſt, & morbum facilè ſuſti-
net, & ſi modò vera ſunt exemplaria, morbum pro motu poſuiſſe videtur. [illegible]] Hunc locum Celſus ſolita breuitate
ſic complexus eſt, Siquidem in quo omnia hæc ſunt, is ex toto tutus eſt, in quo plura ex his ſunt, is in bona ſpe eſt. Et paulo poſt,
At aqua inter cutem ad ſanitatem raro perducitur, vtique ſi contraria his quæ ſupra poſita ſunt ſubſequuntur.

[illegible]] Vna eſt hydropis cauſa & periculi pleniſſima ſanguinis nimium profluuiũ, quod anaſarcam aut leucophleg-
matiam inducit. Nam ex hauſto cum ſanguine ſpiritu & calore, crudi humores & pituitoſi venas ſubeunt, [illegible]
[illegible]) ex placito 76. lib.7. & libris [illegible]. Hic igitur [illegible] aut [illegible] intelligi videtur. Eſt enim (vt ſcribit
Hippocrat.) [illegible]. Etſi libris [illegible] curabilis morbi notas indicet, præcipuéq; nondum ſeneſcentis. Aretæus
etiam, etſi anaſarcam a leucophlegmatia diſtinguit, eam tamen ex hydropum generibus ideo periculoſiſſimam, quod totum cor-
pus noxam ſentiat, & ideo ſit immutandum, his verbis cap.1.lib.2. de ſig. [illegible]
[illegible]. Difficilis autem Tympanias eaq; adhuc difficilior
anaſarca. Hoc enim in morbo totus homo medico eſt immutandus quod certè ne diis quidem ipſis facile fuerit. Celſus quoque G
breuiſſimis hiſce verbis hunc locum complexus eſt. Item ſi ſanguis ſurſum deorſumq; erupit, & aqua medium corpus impleuit.
At alteri denunciandum eſſe perniciem præmonet author, tum ad liberandam medici fidem, tunc etiam ad artis dignitatem &
admirationem conciliandam. Vitioſa ſunt porro exemplaria quæ [illegible] pro [illegible] legunt.

[illegible]] Pulcherrimè hunc locum ita reddidit Celſus. Quibuſdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde deſi-
nunt, deinde rurſus aſſurgunt. Hi quidem tutiores ſunt, quam qui ſupra comprehenſi ſunt, ſi attenduntur, ſed fere fiducia ſecundæ
valetudinis opprimuntur. [illegible] autem de tumoribus dicitur qui euaneſcunt, emarceſcunt, ſubſidunt, remittuntur, & deſi-
nunt aut detumeſcunt, quod eſt [illegible] in Prognoſtico.

[illegible]] Sic habent vulgata exemplaria, verum [illegible] ex melioribus legimus, quod magis ſuperiori lectioni con-
ſentiat, quæ ex ſanguinis profluuio aqua impleri laborantes voluit, etſi eos quoq; incendi non eſt abſurdum, humore circa viſcera
torpeſcente, ideóq; ſalſedinem & putredinem concipiente, vnde & ſitis & febris inaugeſcit. Ferè enim in totum plurimi ex hy-
dropicis febricitant (vt ſcribit Aëtius.) Vtramq; autem lectionem pro codicum varietate complexus eſt Caluus.

[illegible]] Iſtud non videtur aſſecutus Caluus, dum à Medicis necatos ægros dicit. Eſt autem vſu & opere medico tritiſſi- H
mum, vt ſponte, vel arte, materia vacuata & detumeſcente tumore malum redeat, eſtq; ſignum omnino peſſimum, quod cauſa ſit
pertinax & malum viſceribus penitus inhæreſcat. Ideóq; ferè fiducia ſecundæ valetudinis ſeſe in exitium præcipitant, quòd relictis
medicis negligentia ſibi conſulunt. Multi ſanè obſeruantur qui ex alui profluuio, vacuata materia & detumeſcente ventre melius
habuerunt, ſed paucis poſt menſibus ex relicta cauſa repetens morbus, interitum attulit. Adeo non ſatis eſt tutum, hydrope corre-
ptum, aqua in ventrem aut veſicam confluente, à morbo liberari, quod ſcriptum eſt ab Hipp. paſſim, aph.14.lib.6.& 19.lib.7. &
libello [illegible]. Ac de his ſcriptum videtur in Cois Præſagiis, [illegible]

[illegible]

A Περὶ δὲ τῶν φθινόντων, κατὰ μὲν τὸ πτύελον καὶ τὴν βῆχα, ταὐτὰ λέγω, ἅπερ περὶ τῶν ἐμπύων ἔγραψα. χρὴ γὰρ τὸ πτύελον τὸν μέλλοντα καλῶς ἀπαλλάξειν, εὐπετέως τε ἀναβήσσεσθαι, καὶ εἶναι λευκόν τε καὶ ὁμαλὸν καὶ ὁμόχροον καὶ ἀφλέγματον. τὸ δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταρρέον, ἐς τὰς ῥῖνας τρέπεσθαι. πυρετὸς δὲ μὴ λαμβανέτω, ὥστε τὴν σιτίων B μὴ κωλύεσθαι, μηδὲ δίψαν. ἡ δὲ γαστὴρ ὑποχωρείτω πάσης ἡμέρης. καὶ τὸ ὑποχωρέον ἔστω σκληρόν. πλῆθος δὲ κατὰ τὰ εἰσιόντα. τὸν δὲ ἄνθρωπον ὡς ἥκιστα λεπτὸν εἶναι. τὸ δὲ στῆθος ἐπαινεῖν χρὴ, τετράγωνόν τε ἐὸν, καὶ λάσιον, καὶ ὁ χόνδρος αὐτοῦ μικρὸς ἔστω, καὶ σεσαρκωμένος ἰσχυρῶς. ὅστις μὲν γὰρ ταῦτα πάντα ἔχει, περιεσχηκότατος γίνεται. ὃς δὲ αὖ μηδὲν τούτων ἔχει, ὀλεθριώτατος. ὅσοι δὲ αὖ ἔμπυοι γίνονται, νέοι ἐόν- C τες ἐξ ἀποσχήσιος, ἢ σύριγγος, ἢ ἄλλης τινὸς τοιούτου, ἢ ἐκ περιπνευμονίης ἀποστάσιος, οὗ περιγίνονται, ἢν μὴ πολλά κάρτα αὐτοῖσιν ἐπιγένηται τῶν ἀγαθῶν σημείων. ἀπόλλυνται δὲ οἱ ἄνθρωποι οὗτοι, ἐς τὸ φθινόπωρον. ἰσχυρῶς δὲ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων νοσημάτων μακρῶν. ἐς τὴν ὥρην ταύτην τελευτῶσιν οἱ πλεῖστοι. τῶν δὲ ἄλλων ἥκιστα περιγίνονται, αἵ τε παρθένοι καὶ αἱ γυναῖκες, ᾗσιν ἀπὸ λήψιος τῶν ἐπιμηνίων ἡ φθίσις ἦρξατο. εἰ δὲ μέλλει τις περιέσεσθαι τῶν παρθένων, ἢ τῶν D γυναικῶν, τῶν τε ἄλλων σημείων, τῶν τε ἀγαθῶν δεῖ πολλὰ ἐπιγενέσθαι, καὶ τὰ ἐπιμήνια λαμπρῶς τε καὶ καθαρῶς ἐπιφανῆναι, ἢ οὐδεμία ἐλπίς. οἱ δὲ ἐκ τῶν αἱμάτων τῶν ἀναρρήξιος ἔμπυοι γινόμενοι τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν, καὶ τῶν παρθένων, περιγίνονται μᾶλλον οὐχ ἧσσον. χρὴ δὲ σημεῖα χρὴ πάντα ἀναλογιζόμενον τά τε περὶ τῶν ἐμπύων καὶ τῶν φθινόντων προλέγειν, τούς τε περιγινομένους, καὶ τοὺς ἀπολλυμένους. μάλιστα δὲ περιγίνονται, ἐκ τῶν αἱμάτων ἀναρρήξιος, οἷσιν ἂν ἀλγήματα ὑπάρχῃ μελαγχολικὰ, ἔς τε τὴν ὀσφῦν E καὶ ἐς τὸ στῆθος. καὶ κατὰ τὴν ἀνάρρηξιν ἀνωδυνώτεροι γίνονται. βῆχές τε γὰρ οὐ κάρτα ἐπιγίνονται, καὶ πυρετοὶ [illegible] πλεῖστοι [illegible] τελέουσιν ἐόντες, δίψαν εὐπετέως φέροντες. ὑποστροφαὶ δὲ τῆς ἀναρρήξιος μάλιστα γίνονται τούτοισιν, εἰ μὴ ἀποστάσιες ἐπιγένωνται. ἄρισται δὲ τῶν ἀποστασίων, αἱ αἱματώδεα τὰ ἐκ τοῦ στήθεος ἐπιγενόμεναι ... (line partly illegible)

At de ſputo & tuſſi eorum quos tabes malè habeẽ eadem mihi dicenda ſunt quæ de purulentis ſcripſi. Eum nanq; qui probè leuari volet cõuenit ſputũ facilè tuſſi reiicere, eſſeq; albũ & ęquale, vnius coloris, & ſine pituita. Quod à capite defluit ad nares vertatur, neq; febris prehẽdat, vt nec cibos impediat, neq; ſitim faciat. Aluus autẽ quotidie deiiciat, & quod ſecedit durũ eſto, & iis quæ aſſumuntur cõueniẽs. Hominẽ quam minimè tenuẽ eſſe cõuenit. Pectus verò laudandũ quadratũ & hiſpidũ, cuiuſq; cartilago exigua & admodũ carnoſa eſt. In quo nanq; hæc omnia inerunt, is maximè ſuperſtes futurus eſt. Atqui nihil horũ habuerit, exitio maximè eſt affinis. Iuuenes verò qui in pectore pus colligunt ex humorũ decubitu aut fiſtula, aut alio quopiã id genus, aut ex abſceſſus reuerſione, ij, niſi multa admodũ bona ſigna aſſecuti ſint, minimè euadunt. Moriuntur vero eiuſmodi homines ſub autumnũ, valdeq; & ex aliis morbis longis plæriq; ſub hoc tempus pereunt. Ex reliquis autem minimè euadunt, tũ virgines, tum mulieres, quibus ex menſtruorũ ſuppreſſione tabes cõtingit. Quod ſi ex his aliqua ſupereſſe volet, cùm multa laudabilia ſigna accedere, tũ verò menſes luculẽter & manifeſtè cõparere oportet, alioqui nihil ſpei relictũ eſt. At qui ex ſanguinis eruptione pectore pus colligunt, tũ viri, tum mulieres, ac virgines, ij certè haud minus ſuperſunt. Cæterùm omnia ſigna tam ſuppuratorum quam tabeſcentiũ, animo reputantem, tum ſuperfuturũ, tum etiã periturum prædicere oportet. Ex ſanguinis autem eruptione maximè ſuperſunt, quibus in dorſo & pectore dolores adſunt melancholici, & ex ſanguinis eruptione dolore quodammodo leuantur. Neq; enim tuſſes admodũ, neq; febres ſuccedũt, ac plæriq; ſitim ad extremum vſq; facilè tolerãt. Sed recurrunt fere ſanguinis eruptiones, niſi abſceſſus ſuccedant, ex quibus, ij ſunt optimi, qui maximè cruenti. Qui vero in pectore dolores ſentiũt, & temporis tractu extenuantur, tuſſi & difficultate ſpirandi conflictantur, ſi neq; febres prehendant, neq; ſuppurationes ſuccedant, ex iis percontari oportet, ſi quãdo tuſſiunt & difficulter ſpirant, num etiam concretum quiddam & modicè olens per tuſſim reiiciant.

τηρέονται), ὁκόσοι δὲ ἐν τοῖσι στήθεσιν ἀλγήματα ἔχουσι, καὶ διὰ χρόνου λεπτύνονται τε καὶ βήσσουσι, καὶ δύσπνοοι γίνονται, οὔτε πυρετῶν ἐπιλαμβανομένων, οὔτε ἐμπυημάτων ἐπιγινομένων τούτους ἐπερωτᾶσθαι, ὁκόταν βήσσωσί τε καὶ δύσπνοοι ἔωσι, καὶ ξυνεστραμμένον τι καὶ μετρίως ὀδμὴν ἔχον, ἐκβήσσωσι.

F περὶ τῶν ἐμπύων] Videtur Coacas Prænotiones intelligere, in quibus multa de purulentis ac tabeſcentibus ſcribuntur, atque hæc eadem ex Prognoſtico ſumpta repetuntur. Libro quoq; de Morbis primo & ſecundo, & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν multa de cuiuſuis generis ſuppuratis ſcribuntur, vt non temerè περὶ τῶν ἐμπύων inſcribantur.

χρὴ γὰρ τὸ πτύελον] Hæc in Coacis Prænot. ex Prognoſtico repetuntur, & reliquæ adduntur ſalutis purulentorum notæ. Cornelius verò Celſus hunc totum locum eleganter ſic expreſſit cap. 8. lib. 2. At in tabe eius qui ſaluus futurus eſt, ſputum eſſe debet album, æquale totum eiuſdemq; coloris, ſine pituita, eiq; etiam ſimile eſſe oportet ſi quid in nares à capite diſtillat. ἀφλέγματον autẽ cũ Celſo, ſine pituita diximus & pituita vacuum ſignificat, quod ſic in Prognoſtico φλέγματος ἀπηλλαγμένον. Quod etiã in Coacis retinuimus & probauimus. Laudabiles etiam puris in ſuppuratis notas iſtas prædicit Aretæus, his verbis cap. 9. lib. 1. περὶ σημείων χρονίων παθῶν, ἀγαθὸν δὲ περὶ τὸν ἰχῶρα, ὁκόσα δ' λευκὰ, πίονα, λεῖα, στρογγύλα, καὶ αἱ κάθαρσιες ... In ſumma autem de pure dictum ſit, quæcunq; alba feruntur concocta, inodora, læuia, rotunda, & promptè extuſſiuntur, aut per aluum deie- G ctantur, ea ſunt ſalutaria. τὸ δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταρρέον] Celſus ſimile eſſe vult ſputo quod in nares diſtillat, breuitatis ſtudioſus. Sed certè, etſi hoc valde eſt optabile, aliud quid tamẽ hæc verba ſonant. Nam cum maximè periculoſæ ſint tabes, quæ ex capitis diſtillatione oriuntur (vt ſcribitur in Coac. Præſagiis & lib. 1. de Morb.) ad id omni conſilio contendere oportet, vt quod ad thoracẽ confluit, ad nares deriuetur. Quamobrẽ lib. 2. de Morb. medicamenta naribus admoueri iubet, quæ pituitam eiuſmodi educant, his verbis, καὶ ἐπὴν ἐς τὸ στόμα τῆς νυκτὸς αὐτῷ ῥέῃ τὸ ἁλμυρὸν, πρὸς τὰς ῥῖνας αὐτῷ προσθεῖναι [illegible] διὰ [illegible] χρόνου. Cumq; noctu ad os ſalſuginoſus humor concedit, ad nares ei crebriora medicamenta apponito: At ſi nõ confluit, apponito quidem, verùm ex longiore interuallo. Rurſuſq; καὶ ἢν μὲν τὸ σίαλον ἐς τὸ στόμα ἴῃ πολλὸν καὶ ἁλμυρὸν, πρὸς τὰς ῥῖνας προστιθέναι ... Ac ſi ſaliua quidem multa & ſalſugioſa ad os procedat, ad nares apponito quod bilem minimè educat. Si verò fluxio in os non feratur, caput ne apponito. Sic quoq; lib. περὶ παθῶν, in tabe naribus admoueri medicamenta quæ caput vacuent conſuluit. τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτῷ προσθεὶς καθαίρειν, πρὸς τὰς ῥῖνας προσθεὶς φάρμακον.

H πυρετὸς δὲ μὴ λαμβανέτω] In Coacis præſagiis & prædictionibus in ſuppuratorum ſalute febrem abeſſe vult, [illegible]. Celſus, longè optimum eſt febrem omnino non eſſe: ſecundum eſt, tantulam eſſe, vt neq; cibum impediat, neq; crebram ſitim faciat. Idẽ quoque, At in tabe ſputum mixtum purulentum, febris aſſidua, quæ & cibi tempora eripit, & ſiti affligit, in corpore tenui periculum ſubeſſe teſtatur. σιτίον autem cibum diximus, Celſum ſecuti, eamq; in rem ſæpius accipitur. Exemplaria quædam manu ſcripta ὕπνον pro σιτίον legunt, quod etiam ſignificauit Caluus.

ἢ τὰ ὑποχωρέων] Alui profluuia in tabidis exitium minantur, vt ſcribimus in Coacis Præſagiis. Hunc locum ita Celſus exponit, Aluus in hac valetudine ea tuta eſt, quæ quotidie coacta, eaque conuenientia his quæ aſſumuntur reddit. A

τῶν δ' ἀνθρώπων] Sic Celſus hunc locum vertit. Corpus id quod minimè tenue, maximeq; lati pectoris atque ſeroſi eſt, cuiuſque cartilago exigua & carnoſa eſt. Corpus certè minimè extenuatum & tenue, ſed carnoſum eſſe oportet & optimè quadratū, ſi quis exitium effugere volet, cùm in dies extenuatur & à morbo contabeſcat, vt ſcribitur lib. 2. de Morb. & lib. *περὶ τῆς ἱερῆς νούσου*. Et in corpore tenui & longo cauendam eſſe tabem teſtatur Celſus. Sic lib. *περὶ τῆς ἱερῆς νούσου πρὸς τὴν ἐναντίην τοῖσι, οἱ ξυμφέρει λεπτὸν τὸ*. Quo magis mirandum eſt Caluum contra omnium codicum quos adhuc videre licuit fidem, pectoris muſculos non carnoſos probare.

ἴδη δ' αὖ ἔμπυοι] Hunc locum etſi alio ſenſu ſic expreſſit Celſus. Solent etiam in adoleſcentibus ex eo morbo vomicæ fiſtulæq; oriri, quæ non facilè ſaneſcunt, niſi ſi multa ſigna bonæ valetudinis ſubſecuta ſunt.

ἐν τῷ φθινοπώρῳ] Autumnum tabeſcentibus noxium eſſe ſcribitur placito 11. lib. 3. & ferè plæroſq; ad autumnum perire ſcribit Hipp. lib. 1. epid. & lib. 3. Ideoq; *φθινόπωρον φθινώδες* dicitur lib. 6. epid. Ibidemq; aph. 13. ſect. 7. *ὅτι φθίνουσι τὸ φθινόπωρον μάλιστα* ſcribitur. Sic autumno grauiſſimos & maximè exitiales morbos circumferri ſcribit Hipp. lib. 2. Epid. & aph. 9. lib. 3. Eaq; notione *φθινόπωρον θανατῶδες* nuncupatur Hippocrati lib. 2. & 6. Epid. Celſus autumnum longè periculoſiſſimū quiq; multos opprimat dixit cap. 1. lib. 2. Horatius graue tempus autumni vocat, & Iuuenalis lethiferum. Hunc porrò locum Celſus tabidorum exitium indicans ſic expreſſit, Vtiq; ſi tempus autumni eſt, quo ferè qui cætera parte anni traxerunt, reſoluuntur. B

τῶν δὲ ἄλλων ἥκιστα] Celſus hunc locum etſi alia longè notione ſic expreſſit, Et reliquis verò minimè facilè ſanantur virgines, aut hæ mulieres, quibus ſuper tabem menſtrua ſuppreſſa ſunt. Porrò ex menſium ſuppreſſione exitioſiſſimam tabem ſuboriri, & ex qua ſupereſſe nefas ſit, ſcribit Hipp. lib. 1. *περὶ γυναικείων*.

μάλιστα δὲ ἐπίνων] Sic Celſus hunc totum locum exprimere videtur. Super tabem ſi mulieri quoque ſuppreſſa menſtrua fuerint, & circa pectus atq; ſcapulas dolor manſit, ſubitoque ſanguis erupit, leuari morbus ſolet. Nam & tuſſis minuitur, & ſitis atque febriculæ deſinunt. Sed iiſdem ferè, niſi redit ſanguis, vomica erumpit, quæ quò cruentior, eò melior eſt. Verùm Celſus longè alio ſenſu, quæ hic ſanguinis eruptioni in vniuerſum tribuuntur, mulieribus ex menſium mora tabe conflictatis concedit. Dolores verò melancholici hic innui videntur diutius permanentes & pertinaces, nimirum ex humoribus craſſis & crudis ſuborti, quemadmodum apoplexia & conuulſio morborum melancholicorum nomine accenſentur aph. 56. lib. 6. & 40. lib. 7. Quod etiam ſignificare per (dolorem manentem) Celſus videtur, & quòd tandem hi humores tractu temporis in abſceſſus vertuntur. Aut certè eos dolores intelligit, qui ex tumoribus denigratis & liuidis oriuntur, quales in eas partes tranſlato & impacto craſſiore ſanguine fieri ſolent, vnde tandem abſceſſus conſequuntur. *ἀποστάσιες* autem hic ſunt, quæ *ἐμπυήματα* aut *ἐμπύησις* in Prognoſtico dicuntur, vomicas vocat Celſus. C

ἢ πτυέλου] Illud ſuperioribus iunximus, meliora exemplaria & Celſum ſecuti, reliquum membrum per ſe diſtinximus.

ἢ ξυνεστραμμένον τι] *ξυνεστραμμένον τι* quiddam concretū, contortum, compactum aut conglobatum intelligit, veluti concretam quandam pituitam, & grandinimile quiddam & induratum, velut *συστρέφεσθαι* concreſcere & colligi, ac coaceruari denſarique ſignificat Hippocrati aph. 40. lib. 5. quod alibi *συλλέγεσθαι* dicitur. Lib. 2. de Morb. in Phthoe ſcribitur, *ἀναβήσσει τὸ πύον οἷον χάλαζα, καὶ διατριβόμενον ἐν τοῖσι δακτύλοισι σκληρόν καὶ κακὸν ὄζει*. Pus veluti grando tuſſi reiicitur, & digitis attritum durum & graueolens exiſtit. Ex ſputi autem graueolentia quàm exitialis tabis ſigna cenſentur, vt ſatis patet ex aphoriſmis, Coacis Præſagiis & libr. 2. de Morb. Vnde effectum eſt vt Caluus pro *ἐμπίπτοι κακῶς* legiſſe videatur. Etſi enim ea indicia proximam perniciem indicant, exemplarium tamen conſenſum ſequi malim.

At de his qui podagra tentantur iſta nobis dicēda videntur. Qui in ſenectute tofos aut callos in articulis induratos habēt, aut laborioſè vitam tolerant, cū aluo ſicca, ij ſanè omnes (vt ſentio) humana arte ſanari nequeunt. His certè ſuccedentes inteſtinorum difficultates optimè medentur, quin & quæcunq; aliæ colliquationes infernæ, eos valde iuuant. Iuuenis verò cui nec dū circū articulos calli induruerūt, cuiq; victus ratio curæ eſt, ad laborē eſt impiger, aluumq; habet vitæ inſtituto probè cedentem, is ſanè prudentem hactenus medicum, ſanus euadet.

Περὶ δὲ ποδαγριώντων τάδε. ὅσοι μὲν ἢ γέροντες, ἢ περὶ τοῖσιν ἄρθροισιν ἐπιπωρώματα ἔχουσιν, ἢ βίον ταλαίπωρον ζῶσι κοιλίας ξηρὰς ἔχοντες, οὗτοι μὲν πάντες ἀδύνατοι ὑγιέες γενέσθαι ἀνθρωπίνῃ τέχνῃ, ὅσον ἐγὼ οἶδα. ἰῶνται μὲν τούτους, ἄριστα μὲν δυσεντερίαι, ἢν ἐπιγίνωνται, καὶ ἄλλαι ἐκτήξιες ὠφελέουσι κάρτα, αἱ ἐς τὰ κάτω χωρία ῥέπουσαι. ὅστις δὲ νέος ἐστὶ, καὶ ἀμφὶ τοῖσιν ἄρθροισιν οὔπω ἐπιπωρώματα ἔχει, καὶ τὸν βίον ἐστὶν ἐπιμελής τε καὶ φιλόπονος, καὶ κοιλίας ἀγαθὰς ἔχων, ἐπαΐων πρὸς τὰ ἐπιτηδεύματα, ἔτι δ' ἂν ἰητροῦ γνώμην ἔχοντος ἐπιτυχὼν, ὑγιὴς ἂν γένοιτο. D

ὅσοι μὲν ἢ γέροντες] Hunc locum ſic expreſſit Celſus. Articuli verò qui ſic dolent, vt ſuper eos ex callo tubercula quædam innata ſint, nunquam liberantur. Quæque eorum vitia vel in ſenectute cœperunt, vel in ſenectutem ab adoleſcentia peruenerunt, vt aliquando leniri poſſunt, ſic nunquam ex toto finiuntur. *ἐπιπωρώματα* autem vocat, quos alij *πώρους* dicunt, lapidoſas in articulis durities, & tofos aut callos induratos, qui vbi ſemel increuerint, priſtinæ ſanitatis in articulo ſpem tollunt, vt ſcribit Gal. lib. 10. Comp. med. *κατὰ τόπους*. Hos vero Aurelianus inſolenter admodum tranſitus vocat, *πόρους*, cum *πῶροι* dicendi ſint. Vitioſus porro eſt codex Aſulanus, qui pro *ἀδύνατοι ἀδύνατον* legit. E

ἰῶνται μὲν τούτους] Sic Celſus expreſſit & ſequentibus iunxit. Articulorum verò vitia, vt podagræ chiragreq; ſi iuuenes tentarunt, neq; callum induxerunt, ſolui poſſunt, maximeque torminibus leniuntur, & ex quocumq; modo venter fluit. Vbi *ἐκτήξιες αἱ ἐς τὰ κάτω χωρία ῥέπουσαι*, humorum ſeceſſus & eliquationes per aluum effuſæ, ac humorum profluuia, quæ corpus eluunt, exinaniunt & exoluunt intelliguntur. Sic *τῆξιν* apud Theonem gymnaſten pro *λύσιν κενώσεως* accipi ſcribit Galen. lib. 2. Salub. Alui autem ductiones & infernæ purgationes in articulorum vitiis plurimum habent momenti, eaſq; conſulit Hippocrates lib. *περὶ παθῶν*. Quas tamē Eraſiſtratus in podagricis expulit ne in inferiores partes factus curſus pedes repleret, cum tamen euidens ſit omni purgatione, non ſuperiora tantummodo, ſed etiam inferiora exinaniri. Hunc autem locum innuere videtur Aurelianus cap. 1. lib. 5. Chronicon ſcribens vellem inquit Hippocrates iſchiadicis dyſenteriam. Habet enim imitationis quidā recorporationis faciundæ, quanquā plurima vexatione corpus afficere videatur. Vitioſum autem eſt quod in quibuſdam exemplaribus *ἐκτάσιες* pro *ἐκτήξιες* legitur. F

καὶ τὸν βίον ἐστὶν ἐπιμελής] Attentum ac maximè ſolicitum & diligentem in victus ratione, gnauumq; & ad labores impigrum requirit eum qui articulorum vitiis curandis prouidere vult. Celſus quoque, quibus articulorum dolor certis temporibus reuertitur hos ante & curioſo victu cauere vult, ne inutilis materia corpori ſuperſit.

καὶ κοιλίας ἀγαθὰς ἔχων] Aluum pro inſtituto vitæ genere bene reſpondentem, ac vitæ ſtudiis & moribus audientem requirit, hoc eſt liberam & medicamentis facilè parentem, quod magnum eſt in articulorum vitiis præſidium. Idque reſpondet ærumnoſæ vitæ quam ſupra poſuit cum aluo ſicca.

Ex morbo ſacro, quem comitialem dicūt, ægerrimè emergunt, quibuſcum vnà à puero increſcit morbus, & in virilem ætatem ſimul adoleſcit, deinde quibus ætate florēte ortus eſt, nempè poſt annum quintum & vigeſimum, ad quadrageſimū quintum vſque.

Τῶν δ' ἀπὸ τῆς ἱερῆς νούσου λαμβανομένων, χαλεπώτατοι μὲν ἐξίστασθαι, ὁκόσοισι δ' ἂν ἀπὸ παιδὸς, ξυμβαίνῃ καὶ ξυνανδρωθῇ τὸ νόσημα. ἔπειτα δὲ ὅσοισιν ἂν ἄρχηται ἐν ἀκμάζοντι τῷ σώματι τῆς ἡλικίης. Εἰ δ' ἂν ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτέων, ἐς πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἔτεα. G

μα

A μετὰ δὲ τούτους, ὅσοις ἂν λάβηται τὸ νόσημα μηδὲν προσημαινόμενον, ὁκόθεν ἄρχεται τοῦ σώματος. οἷσι δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς δοκέει ἄρχεσθαι, ἢ ἀπὸ τοῦ πλευροῦ, ἢ ἀπὸ τῆς χειρὸς, ἢ ποδὸς, ἀπονώτεροι ἰᾶσθαι. διαφέρει γὰρ καὶ ταῦτα. τὰ γὰρ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, τούτων χαλεπώτατα, ἔπειτα τὰ ἀπὸ τοῦ πλευροῦ. τὰ δὲ ἀπὸ τῶν χειρῶν τε καὶ τῶν ποδῶν μάλιστα οἷά τε ἐξυγιαίνεσθαι. ἐπιχειρέειν δὲ χρὴ τουτέοισι τὸν ἰητρὸν, εἰδότα τὸν τρόπον τῆς ἰήσιος, ἢν ἔωσιν οἱ ἄνθρωποι B νέοι τε καὶ φιλόπονοι. πλὴν ὅσων αἱ φρένες ἢ κακῶς ἔχουσιν, ἢ τοὺς ἀπὸ πληγῆς γένηται, αἱ μὲν γὰρ μελαγχολικαὶ αὗται ἐκστάσιες, οὐ λυσιτελέες. αἱ δὲ ἄλλαι, αἱ ἐς τὰ κάτω τετραμμέναι, πᾶσαι ἀγαθαί. ἄρισται δὲ καὶ ἐνταῦθα πολλῷ, αἱ αἱματηρόταται. ὁπόσοι δὲ γέροντες, ἤρξαντο λαμβάνεσθαι, ἀποθνήσκουσί τε μάλιστα, καὶ ἢν μὴ ἀπόλλωνται, τάχιστα ἀπαλλάσσονται ὑπὸ τοῦ αὐτομάτου. ὑπὸ C δὲ τῆς ἰητρικῆς ἥκιστα ὠφελέονται.

Quos deinceps conſequuntur quibus morbus accidit,neq; ante in corporis partibus aliquis venienti mali ſenſus eſt. Quibus nanq; ex capite initium ducere videtur,aut latere,aut manu,aut pede,ij facilius ſanantur. Hæc tamen etiam inter ſe differunt. Ex his nanq; moleſtiſſimi ſunt qui à capite originem trahunt,deinde ex latere, qui vero à manibus ac pedibus,præcipuè ſanitatem recuperant. His autem manum admouere medicum oportet,qui rectè curationis rationē tenuerit,vbi iuuenes fuerint,& laboribus dediti,niſi ſi cui mens malè ſit affecta,aut quis attonitus fuerit. Eiuſmodi nanq; vehementes mentis emotiones,nihil conducunt. Reliquæ verò omnes naturæ emotiones,quæ ad inferna tendunt,probantur, longeq; optimæ hoc loco cenſendæ ſunt,quæ maximè cruentæ. At ſenes qui corripi cœperunt præcipuè moriuntur,ac niſi pereant,celerrimè ſua ſponte ſeruantur,minimumq; à medicis iuuantur.

ἀπὸ δὲ τῆς ἱερῆς νόσου] Comitialis morbus Græcis ἱερὰ νόσος,dicitur,aut ob magnitudinem,vnde etiam magnus vocatur morbus Hippocrati lib.6. Epid.aliis Herculeus,vt ſcribit Galenus Comment.6 in lib.6.Epid.aut quòd ſacer ſit & à diis immiſſus,(vnde diuinus Apuleio & Aureliano appellatur,quæ tamen opinio exploditur libello de morbo ſacro.Quod etiam teſtatur Gal. Com. in lib.6 Epid.) aut quod ſacram mentis arcem,hoc eſt cerebrum,aut ſacram animam occupet,vt vult Aurelianus & Alexander Trallianus. Eius etiam nomenclaturæ cauſas plurimas affert * Aretæus his verbis, ἀλλὰ καὶ ἄδοξος ἡ ξυμφορή. δοκεῖ γὰρ τοῖσι ἐς τὴν σελήνην ἀλιτροῖσι ἀφικνέεσθαι ἡ νοῦσος. τουτέων ἱερὴν κεκλήκασι τὴν νοῦσον. ἢ τὸ καὶ δι' ἄλλας προφάσιας. ἢ μέγεθος τοῦ κακοῦ. ἱερὸν γὰρ τὸ μέγα. ἢ ἰήσιος οὐκ ἀνθρωπίνης,ἀλλὰ θείης. ἢ δαίμονος δόξης ἐς τὸν ἄνθρωπον εἰσόδου. ἢ ξυμπάντων ὁμοῦ τῶνδε ἐπίκλησιν ἱερήν. Quin & præter opinionem hominum euenit hæc calamitas. Nam & quidam exiſtimant flagitioſis hominibus à Luna immitti,cuius rei cauſa ſacrum hunc morbum nominant. Verùm & alias ob cauſas iſtud nomen fuit impoſitum,aut ob mali magnitudinem (quod enim magnum ſacrum dicitur) aut D quod humana ope minimè tollatur, ſed diuina, aut quod dæmone correptus homo videatur,aut ob hæc omnia ſimul,ſacrum appellatur.

* Cap.4.lib.1. περὶ σημείων χρον. παθ.

οἷσι δὲ ἀπὸ παιδίου] Morbus comitialis ante pubertatem ortus,ætatis mutatione profligatur (ex aphor.45.lib.2.& 7.lib.5.& aph.4.ſect.1.lib.6.Epid.& ante pubertatem ortus,non ægrè finitur,vt ſcribit Celſus. Vbi verò pubertatis tempus exegerit, & ad virilem ætatem adoleuerit,diuturnus eſſe ſolet,velut cæteri morbi,qui neq; pubertate,neque primis coitibus, neque in fœmina primis menſtruis finiti ſunt,ex aphor. 28. lib.3. Quem expreſſit Celſus cap.1. lib. 2. & Plin.cap.4.lib.28.his verbis,Multa genera morborum primo coitu ſoluuntur, primoque fœminarum menſe. Aut ſi non id contingat, longinqua fiunt,maximeq; comitiales, Quod etiam innuit Hippocrates lib.6.Epid.ſect.5.his verbis, τὰς ἐπιδοσίας λαγνείη βλάπτει. Morbos qui ſucceſſu temporis augentur, coitus lædit. Hanc etiam morbi comitialis ſolutionem ex ætatis immutatione eleganter circumſcribit Iſagoges author Hippocratem exprimens,his verbis ἰᾶται δὲ παῖδας ἐπὶ τῶν ἀφήβων παίδων ἡ φύσις ἐκλάμψασα περὶ ἡλικίαν, καὶ ξηραίνουσα τῷ ἐμφύτῳ θερμῷ τὰς αἰτίας κρίνασα τὸ πάθος. Affectum autem ſanat in pueris impuberibus natura circa pubertatem elucens,& calore innato exiccatis E cauſis morbum iudicatione terminans. Sic Aretæus in morbi comitialis curatione,pubertatis profectum per hæc verba intelligit † ἐστὶ γὰρ ἡ τῆς φύσιος ἐς ἄνδρας μεταβολὴ ἀγαθῶν ποιητική. Quandoquidem naturalis in virilitatem mutatio aliquid boni efficit. Ruſuſq; cap.4.lib.1.de ſig.diutur.morb. ἐξελαύνει δὲ κοτὲ τὴν ἀνάγκην, δι' ἀλλαγὴν ἡλικίης μέζονος ὅτε τῷ χρόνῳ συνεξίει τῆς ὥρης. Interdum ſecunda fortuna per ſuccedentem prouectiorem ætatem abigitur,quando ſimul cum ætatis flore euaneſcit.

† Cap.4.lib.1.Cur.diutur.morb.

ἔστιν δὲ ἐξ ὧν] Hunc totum locum ſic expreſſit Celſus cap.8.lib.2. Morbus quoque comitialis poſt annum quintum & vigeſimum ortus ægrè curatur,multoq; ægrius is qui poſt quadrageſimum annum cœpit,adeo vt in ea ætate aliquid in natura ſpei, vix quicquam in medicina ſit. Hippocrat.quoq; aph.7.lib.5.morbum comitialem poſt annum quintum & vigeſimum ortum ferè ad mortem comitari ſcribit. Et Aretæus,* ἢν ὑπερβάλλῃ τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίης, ξυγγηρᾷ τε καὶ ξυναποθνήσκει. Si ætatis vigorem excedit, conſeneſcit cum ægro commoriturque. Hic autem iuuentus ſiue ipſe ætatis flos intelligitur,& ab anno quinto & vigeſimo ad trigeſimū quintum circumſcribitur,vt ſcribit Gal.Com.ad aph.30.lib.3.& 9.lib.5. Et iuuenibus morbos comitiales familiares facit Hippocr. aph.20.lib.3. Virilis quoque ætas quæ iuuentutem ſequitur,& conſtans ætas, ac καθεστηκυῖα Galeno dicta lib. 6. Salub. hic compre-F henditur,quæ à quinto ſeptenario ad ſeptimum & annum 49. extenditur,vt ſcribit Gal.Com.ad aph.30.lib.3.

* Cap.5.lib.1. Cur.ac.

μετὰ δὲ τούτους] Sic Celſus,In eodem morbo ſi ſimul totum corpus afficitur, neq; ante in partibus aliquis venientis mali ſenſus eſt, ſed homo ex improuiſo concidit,cuiuſcumq; is ætatis eſt,vix ſaneſcit. Attingit autem tertium morbi comitialis genus rarum vt ſcribit Galenus lib.3.de loc.affect. noſtris tamen temporibus ſatis frequens, in quo ab vna corporis parte venientis acceſſionis ſenſus incipit,& auræ cuiuſdam venenatæ,aut frigoris notionē in parte quadā ſentiunt,qua deinde cerebrum attentari videtur, vnde caſus & totius corporis concuſſio accidit. Quod in iuuene ex pedis tarſo Trallianus annotauit,multi ex tibia ſuſcitari animaduerterunt. Quibuſdam è pedis pollice aut manus digito quodam mali venientis ſignificatio editur,vnde membri tremor aut torpor,deinde conuulſio & capitis concuſſio. Quæ omnia variè animaduertuntur in opere medico.

οἷσι δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς] Comitiales ex parte aliqua obortos ſine totius corporis concuſſione,ſed ex ſolius partis affectu intelligit, in quibus epilepticæ quædam videntur in parte affecta conuulſiones,& veluti quædam per interualla palpitationes citra perpe-G tuam conuulſionem,vt loquitur Galenus. Atq; id mihi indicare viſus eſt Celſus,cum totum corpus ſimul affici dixit, & hominem ex improuiſo concidere. In capite autem ſolo,citra vllam ſubiectarum partium concuſſionem epilepſiam fieri. ſolo capite cócuſſo,etſi rarum eſt,à quibuſdam tamen eſt annotatum. Celſus quoque hunc locū elegantiſſimè his verbis expreſſit. Item morbus comitialis ante pubertatem ortus,non ægrè finitur. & in quo ab vna parte corporis venientis acceſſionis ſenſus incipit. Optimum eſt à manibus pedibúſve initium fieri,deinde à lateribus,peſſimum inter hæc à capite.

πλὴν ὅσων αἱ φρένες] Celſus etiam hunc locum his verbis adumbrat. Si verò aut mens læſa eſt,aut neruorum facta reſolutio,medicinæ locus non eſt. Aut igitur malè affectam mentem ſimpliciter intelligit,quod in morbo comitiali interdum ea tentetur, vt ſcribit Aretæus. * ἀποτρέπουσι δέ κοτε ἐς τῆς διανοίας ἀνάγκας, ἐς τὸ μῶρον ἀφικνέονται. Aut humorē ventriculorum cerebri obſtructiones committentem,in cerebri ſubſtantiam ſeſe immiſiſſe,& eius temperamentū commutando ei nocere,quod περὶ τὰς διανοίας βλάπτει dicit Hip-H pocrates †,vt ſcribit Galenus. Ex quo efficitur vt epilepſia ſæpe in melancholiam aut furorem tranſeat. ἔστι δέ κοτε καὶ ἐς μανίην ἐμπίπτει vt ſcribit Aretæus,interdum etiā mentem in furorem adegit. Qua de re permulta ſcripſimus noſtris in lib.2. Epid. Commentariis. Apoplexia autem morbo comitiali valde affinis eſt,quod eodem humore & loco affecto conſentiant,vt ſcribit Galenus Comment.ad aphor.45.lib.2.

* Cap.4.lib.1.de ſign.diutur.aff. † Lib.3.de loc.aff.cap.6.

[illegible]] [illegible], vehemens & furioſa mentis emotio Hippocrati crebro dicitur Prorrhetico primo. Hic A
igitur vehementes mentis exceſſus intelliguntur, cùm in melancholiam aut furorem morbus comitialis conuertitur, quæ tantùm non conducibiles exiſtimandæ ſunt, vt etiam morbū deteriorem faciant. Etſi ἔκστασις pro vehementi mentis emotione, quæ magna cauſarum perturbatione & naturæ impetu obſtructiones ventriculorum cerebri leuat, ſumi poteſt, aut quæ lentum humorē [illegible] cerebri meatibus in eius ſubſtantiam & mentem propellit: Qua ratione morbi comitialis impropria quædam ſolutio furor aut inſania dicitur lib. 2. Epid. & libello [illegible]. Eoq; intellectu ἔκστασις vehementem naturæ conatum, exceſſum & perturbationē molientem ad ſolutionem morbi futuram, aut commutationem ac dimotionem quandam ſignificare videtur, velut aphor 5 lib 7. [illegible], interpretatur Philotheus. Sic [illegible] hic dicuntur vehementes naturæ motiones & commutationes, quæ per alui excretiones fiunt, & veluti quadam ſolutione morbi materiam ad infernas partes trāſponunt. Quod ſatis indicat Celſus qui hunc locum diſertis verbis exprimens, hunc humorem depoſitum per deiectiones excerni ſcribit, his verbis, Atq; in his quoq; ea maximè proſunt, quæ per deiectiones excernuntur. Quòd autem [illegible] nomen apoplexiæ tribuatur, id aut ob morbi vehementiam, aut humoris naturam, pertinaciam & craſſitudinem contingere poſſe videtur, vt patet ex aph. 56 lib. 6. & 40. lib 7.

[illegible]] pro [illegible] legit Cornarius. Cuius tamen lectionis in codicibus ſcriptis quos quidem videre licuit, nuſquam extat veſtigium. Verum illum id in eam cauſam impulit, quod hic idem quod ſupra abſceſſibus eſt attributum. Deinde quod B
eiuſmodi naturæ emotiones & commutationes [illegible] deſignant, quæ [illegible] genere cēſentur. Aretæus* in Epilepſiæ curatione alui deiectiones plurimum probat cum ſcribit, [illegible]. Verū hic maximè cruentæ excretiones intelliguntur, cum [illegible] totum corpus veluti per abſceſſum eluit ac expurget.

Cap. 4. lib. 1. de cur. diutur. aff.

[illegible]] Celſus. Multoque ægrius curatur is morbus comitialis qui poſt quadrageſimum annum cœpit, adeo vt in ea ætate aliquid in natura ſpei, vix quicquam in medicina ſit. Aëtius quoque cap. 24. lib. 6. ſenum curationem edocet, & quinam ſenes ab eo morbo vindicentur.

Pueri vero quibus oculi de repente peruertuntur, aut peius affecti ſunt, aut tubercula ſub ceruicem enaſcuntur, aut aliquantulum lingua hæſitant, aut tuſſes ſiccæ trahentes permanent aut vbi adoleuerint, ad ventrem dolor contendit, neque conturbatur, aut iis latera diſtorquentur, aut venæ craſſæ circa ventrē in varices conuertuntur, aut omentum deſcendit, aut teſtis intumuit, aut manus extenuatur & impotens redditur, aut pes & tibia tota citra aliam occaſionem claudicat. In his omnibus animaduertendū eſt, morbum iſta omnia præceſſiſſe. Id quod plærīq; eorum qui pueros educant interrogati fatebuntur, quidam etiam, quod eos lateat, tale quid accidiſſe ſe ſcire negant.

Οἷσι δὲ τῶν παιδίων ἐξαπίνης οἱ ὀφθαλμοὶ διεστράφησαν, ἢ μᾶλλον κακὸν ἔπαθον, ἢ φύματα ὑπὸ τὸν αὐχένα ἔφυν, ἢ ἰσχνοφωνότεροι ἐγένοντο, ἢ βῆχες ξηραὶ χρόνιαι παρέχονται, ἢ ἐς τὴν γαστέρα μείζονι [illegible] ὀδύνη φοιτᾷ, καὶ οὐκ [illegible]. ἢ ἐν τοῖσι πλευροῖσι διαστρέμματα ἔχουσιν, ἢ φλέβας παχείας περὶ τὴν γαστέρα κιρσώδεας, ἢ ἐπίπλοον καταβαίνει, ἢ ὄρχις μέγας γίνεται, ἢ χεὶρ λεπτὴ καὶ ἀκρατής, ἢ πούς, ἢ κνήμη ξύμπασα χωλοῦται, ἄτερ προφάσιος ἄλλης, τούτοισι πᾶσι εἰδέναι ὅτι ἡ νοῦσος προεγένετο πρὸ τούτων ἁπάντων. καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν τρεφόντων τὰ παιδία, ἐρωτώμενοι ὁμολογήσουσι. τοὺς δὲ καὶ λανθάνει. καὶ οὔ φασιν εἰδέναι τοιοῦτον οὐδὲν γενόμενον. C

[illegible]] Hic attingere videtur morbi comitialis depulſiones & ſolutiones, quæ in aliqua corporis parte labem cū quadam impotentia firmant, vt non leuiore quam partis cuiuſdam intertrimento, portentoſi illius morbi liberatio contingat. Has morbi huius veluti ſucceſſiones exprimit Hippocr. lib. 2. Epid. his verbis, [illegible]. Magni morbi quem comitialem dicimus vehementiam ſoluit coxendicum dolor, oculorum peruerſiones, occœcatio, teſtium tumor, & mammarum eleuatio. Et nos fuſioribus verbis ac exemplis probauimus noſtris in eum locum Commentariis, vbi & huius loci autoritatem interpoſuimus. Libro quoq; de Morbo ſacro hæ morbi comitialis reliquiæ, veluti nota quadam ac veſtigio ex labe partibus quibuſdam impreſſo celebrantur. Eamq; notam partibus inuſtam eleganter [illegible], aut [illegible] dicit, quemadmodum eos qui in totum ſine partis cuiuſdam vitio liberantur, [illegible]. Qui locus mirificè hic quadrat & huius authoris ſenſum optimè aperit. [illegible] Pueri quidem parui hoc morbo correpti, vt plurimum moriuntur, ſi nulla fluxio contingat eaq; humida exiſtat. Venæ enim tenues cùm ſint, pituitam propter craſſitudinem ac copiam ſuſcipere nequeunt, verùm ſanguis refrigeratur ac congelatur, ſicque moriuntur. Quod ſi modica exiſtens in vtraſque venas defluat, aut in alteram partem, ſuperſunt, nota tamen ex morbo inuſta. Aut enim os conuellitur, aut oculus, aut ceruix, aut manus, quacunq; quidem parte venula pituita referta extenuata fuerit & euicta. Hanc itaque venam neceſſe eſt infirmiorem eſſe, & hanc corporis partem affectam defectuoſiorem. Vt plurimum verò id in longum tempus prodeſt. Neque enim amplius hoc morbo corripitur ſi ſemel nota inuſta fuerit. Eamq; ob cauſam ex neceſſitate reliquæ venæ affliguntur, ac ex parte ſimul extenuantur, vt aërem quidem capiant, pituitæ autem fluxio non amplius eo modo alliciatur. Venis tamen affectis membra æquè imbecillia eſſe æquum eſt. [illegible]] [illegible] hic lingua hæſitantes & qui inter loquendum hærent intelligit, ex impotentia quadam muſculorum gutturis, & neruorum ad eos perreptantium ſtupore, ab humore frigidiore in illas partes transfuſo, balbutientemq; quandam linguæ impotentiam efficiente, non ſecus ac in naturalis conformationis imbecillitate & frigidiore temperie [illegible] accenſentur & in balborum genere numerantur, vt fuſioribus verbis indicauimus noſtris in lib. 2. epid. Commentariis, vt huius loci mentio iniecta eſt. [illegible]] [illegible] ſunt laterum obliquationes cū latera diſtorquentur & peruertuntur, quod fit aut mole quadam incumbente, aut malo cum quarundam partium conuulſionibus aut peruerſionibus erumpente. Poſſunt hic intelligi tumores quidam in latere decumbentes, quos per [illegible] innuere videtur Hippocr. lib. 2. epid. vt alias diximus. [illegible]] Varices magnorum malorum ſæpe tutiſſima præbent effugia. Varicum in imo ventre meminit Celſus cap. 17. lib. 7. & Paulus lib. 6. cap. 82.

[illegible]] Rupto aut laxato peritonæo omentum in ſcrotum deuoluitur, vnde herniæ nomen inde eorum [illegible] naſcitur. De omenti procidentia agit Celſus cap. 18 lib 7. & Paulus cap. 63. lib. 6. Eſt alius omenti prolapſus vulnerato aut rupto peritonæo cuius meminit Hipp. aph. 58. lib. 4. & Gal 6. Meth. & Celſus cap. 21. lib. 7. & Paulus cap. 51. lib 6.

[illegible]] [illegible] meminit lib. 2. epid. in morbi comitialis depulſione, aut teſtium tumor ille ad protrahentem tuſſim ſiccam & diuturnam refertur ex lib 2. epid. ſect. 1. G

[illegible]] Aretæus cap. [illegible] 1. de ſignis diutur. morb. in morbi comitialis reliquiis [illegible] ponit, [illegible]. Huius autem extenuationis aut exolutionis membrorum cauſa adſcribitur lib. [illegible].

Ta

A Τὸν δὲ περὶ τῶν ἑλκέων μέλλοντα γνώσεσθαι, ὅκως ἕκαστα τελευτήσει, πρῶτον μὲν χρὴ τὰ εἴδεα τῶν ἀνθρώπων ἐξεπίστασθαι, τά τε ἀμείνω πρὸς τὰ ἕλκεα καὶ τὰ κακίω. ἔπειτα τὰς ἡλικίας εἰδέναι, ὁποῖαι ἤδη ἕκαστα τῶν ἑλκέων, δυσαπάλλακτα γίνεται. τά τε χωρία ἐπισκέψασθαι τὰ ἐν τοῖσι σώμασιν, ὅσον διαφέρει θάτερα θατέρων. τά τε ἄλλα ὁκοῖα τὰ ἐφ' ἑκάστοισιν ἐπιγίνεται ἀγαθά τε καὶ κακὰ εἰδέναι. εἰδὼς μὲν γὰρ ἄν τις ταῦτα πάντα εἰδείη ἂν καὶ ὅκως ἕκαστα ἀποβήσεται. μὴ εἰδὼς δὲ ταῦτα, οὐκ ἂν εἰδείη, ὅπως B αἱ τελευταὶ ἔσονται ἀμφὶ τῶν ἑλκέων. εἴδεα μὲν γὰρ ἀγαθά ἐστι τὰ τοιάδε. ἐλαφρά καὶ ξύμμετρα. καὶ εὔσπλαγχνα. καὶ μήτε σαρκώδεα ἰσχυρῶς, μήτε σκληρά. κατὰ δὲ χρῶμα ἔστω λευκόν. ἢ μέλαν. ἢ ἐρυθρόν. ταῦτα γὰρ πάντα ἀγαθά, ἄκρητα ἐόντα. εἰ δ' εἴη μιξόχλωρον, ἢ χλωρόν, ἢ πελιδνὸν τὸ χρῶμα, κάκιον γίνεται. τὰ δὲ εἴδεα ὅσα ἂν τοῖσι προγεγραμμένοισι τἀναντία πέφυκεν, εἰδέναι χρὴ κακίω ἐόντα.

At vlcera qui noſſe volet qualem quæq; exitum habitura ſint, is imprimis quidem hominum naturas animaduertere debet, quænã ad vlcera melius, quęnam etiã deterius affectę ſunt. Deinde ętates in quibus ſua cuiuſq; generis vlcera non facilè profligantur. Locos etiam corporis in conſideratione adhibere, quantum alij aliis præſtent. Ac præcipuè quænam horum cuique bona maláve accedunt, noſſe debet. His ſiquidem omnibus cognitis, quænam cuiuſq; euenta futura ſint facilè aſſequetur. Neq; exiſtimandum eſt eum qui hęc non cognouerit, quinam futuri ſint vlcerum exitus perſpicere poſſe. Corporis autem naturæ probandę ſunt leues, moderatæ, firmis viſceribus præditæ, neq; admodum carnoſæ, neque duræ, tum quæ colore ſunt albo, aut nigro, aut rubro. Hæ etenim omnes probantur ſi puræ ſunt. Deterius eſt, ſi ex pallido mixtum colorem, aut pallidum, aut liuidum habeant. Quæ verò naturæ ſupra poſitis aduerſantur, eas deteriores eſſe conſtat.

τὸν δὲ περὶ τῶν ἑλκέων] Vlcus hic pro vnitatis ſolutione in carnoſa parte ſumitur, quemadmodum apud veteres, vt patet ex Gal. 3. & 6. Meth. Præclarè autem vlcerum prædictio inſtituitur & grauiter. Nam qui probè euenta cognoſcere volet, is hominum naturas, ætates, tum vniuerſalem corporis temperiem, tum particularem partis affectæ naturam, ac vlcerum ſymptomata & differentias in conſiderationem adhibere debet, vt ex Gal. curandorum vlcerum methodo ſatis patet lib. 5. Meth. med.

εἴδεα τῶν ἀνθρώπων] Naturas diximus, hominum formas, ſpecies, ac cuiuſque propriam temperiem aut habitum, quibus inter ſe C præſtant homines, intelligentes. Nam ad vlceris curationem corporis natura æſtimanda eſt, molliſne au laxa ſit aut humida, an dura, ſicca & compacta, vt ſcribit Gal. 3. Meth. Præterea corporis quædam habitudines ad vlcera melius, quędã deterius habent ac peius offenduntur, pro innata cuiuſq; ac proba qualitatum inter ſe temperie. Hic igitur hominum naturæ ſpectandæ docentur tam quæ à prima conformatione ſuſcipiuntur, & innatam cuiuſq; temperiem deſignant, quam quæ adſcititiæ ſunt, & corporum habitudines faciunt, ἕξεις vocat Gal. ex Hipp. lib. 3. de cauſ. pulſ. Atq; eum in modum Hipp. lib. de artic. in articulorum luxationibus, tum hominum naturas, tum etiam corporum habitus ſpectari iubet. ἔπειτα τὰς ἡλικίας] Etſi ad vlcerum curationem, tum ætatum, tum anni temporum & aëris temperiem in conſiderationem adhibere oportet, hic tamen ſua quæq; ætatibus vlcera cõuenientia indicare videtur. Atq; hos vniuerſales ſcopos eleganter his verbis in curationibus iudicium adhibet Celſ. cap. 26. lib. 5. Quin etiam confert aliquid & ætas, & corpus, & vitæ propoſitum, & anni tempus, quia facilius ſaneſcit puer vel adoleſcens, quàm ſenior, valens quàm infirmus, neque nimis tenuis neq; nimis plenus, quàm ſi alterum ex his eſt: integri habitus quàm corrupti, exercitatus, quàm iners, ſobrius & temperans quàm vino venerique deditus. Opportuniſſimũ curationi tempus vernum eſt aut certe neq; feruens, neque frigidum. Siquidem vulnera & nimius calor, & nimium frigus infeſtant, maximè tamen horum varietas, ideoq; pernicioſiſſimus autumnus eſt. τά τε ἄλλα ὁκοῖα τὰ] Locorum corporis natura inter ſe comparanda eſt, vt de vulnerum differentia iudicium fiat, tum ſymptomatum complexus cum vulnere coniunctorum aut ſuperuenientium habenda ratio, vt de D vulneris malignitate & toto curationis euentu æſtiment. Quæ igitur ſingulis corporis locis bona maláve contingunt, ad ſymptomatum complexum & partis cuiuſq; naturam referentur, ex quibus maximè exiſtunt inter ſe vulnerum differentiæ. Poteſt id quoque referri inter eas corporis partes quę ſunt eiuſdem generis, ad occultam quandam partis cuiuſq; temperiem aut ἰδιοσυγκρασίαν, vnde totius curationis exitus pendet, vt de pollice pedis in articulorum genere ſcribit poſtea. Hunc autem locum ita perturbauit Caluus vt inde germana intelligentia erui non poſſit.

εἴδεα μὲν γὰρ] Corporũ naturæ ad vlcera benè habẽt neq; nimis tenues, neq; nimis plenæ (vt loquitur Celſus) ſed moderatæ ac tẽperatæ, neq; admodũ carnoſæ neq; valenter extenuatæ aut durę, dēſę & aſperæ, ſed molli mediocritate ac viſcerũ firmitate prędicę.

εἰ δ' εἴη μιξόχλωρον] Ex cutis colore corporis integritas aut impuritas æſtimatur. Qui viſcerũ aut humorũ corruptelâ prauum habitũ contraxerunt, eumq; vultu & colore produnt, ad vlcera malè habent, quales qui ex vitore palleſcunt, ac luteo ac lurido colore bilis redundantiam ſuccorumq; prauitatem indicant. Quibus pituita aut ſanguis abundat, ij promptius ſanantur.

Περὶ δὲ ἡλικιῶν, φύματα μὲν ἔμπυα γίνεται, καὶ τὰ χοιρώδεα ταῦτα πλεῖστα τῶν παιδίων ἴσχουσι. καὶ ῥᾷστα ἐξ E αὐτέων ἀπαλλάσσεται. τοῖσι δὲ γεραιτέροισί τε τῶν παιδίων, καὶ νεηνίσκοισι, φύεται μὲν ἐλάσσω, χαλεπώτερον δὲ, ἐξ αὐτέων ἀπαλλάσσονται. τοῖσι δὲ ἀνδράσι, τὰ μὲν τοιαῦτα φύματα, οὐ κάρτα ἐπιγίνεται. τὰ δὲ κηρία, δεινά. καὶ οἱ κρυπτοὶ καρκῖνοι οἱ ὑποβρύχιοι. καὶ οἱ ἐκ τῶν ἐπινυκτίδων ἕρπητες ἐς ἂν ἑξήκοντα ἔτεα σχεδὸν ὑπερβάλλωσι. τοῖσι δὲ γέρουσι τῶν μὲν τοιούτων ἐμπύων φυμάτων, οὐδὲν ἐπιγίνεται. οἱ δὲ καρκῖνοι οἱ κρυπτοὶ καὶ οἱ ἀκριτόθοι γίνονται, καὶ ξυναποθνήσκουσι. τῶν δὲ χωρίων, μασχάλαι δυσιητότεραι. καὶ κενεῶνές τε καὶ μηροί. ὑποστάσιές τε γὰρ ἐν αὐτοῖσι γίνονται, F καὶ ὑποστροφαί.

Quod ad ætates autem attinet, tubercula quidem ſuppurantur, atque eadem ſtrumoſa magna ex parte pueros exercent, facileq; ex his leuantur. At iiſdem, vbi paulùm ætate proceſſerint atq; adoleuerint, naſcuntur quidem minus ac difficilius tolluntur. Viris autem id genus tubercula non admodum fiunt, verum faui formidabiles & cancri abditi, demerſi, & ex puſtulis noctu inquietantibus (quas ἐπινυκτίδας vocant) vlcera ſerpentia, quos herpetes nominãt, donec annos ſexaginta longè ſuperarint. Senibus verò ex huiuſcemodi tuberculis nullũ accidit, at cancri latentes quiq; ſumma corporis infeſtant, fiunt, & ad mortem comitantur. Ex locis difficilius ſanantur alę, ac laterum cauitates & femora. In his nanque humores ſubſident & recidiuæ fiunt.

φύματα] φῦμα in vniuerſum tumores omnes in qualibet corporis parte erumpentes ſignificant, qui ſtatim accenduntur & ad ſuppurationem tendunt, quorum plurima eſt in alis & inguinibus propter glandulas generatio, vt ſcribit Gal. Comm. ad aph. 26. lib. 3. Ideoq; propriè φῦμα eſt Galeno glandularum inflammatio ad ſuppurationem ſpectans, lib. 2. ad Glauc. & Paulo lib. 4. cap. 22. Quam in notionem hic ſumi videtur, quod his ſtrumas adiungat, quæ ſunt glandulæ induratæ Paulo cap. 33. lib. 4. & vitioſi ſucci ſoboles in cutem irrumpentis, pueris admodum familiares. Hunc quoq; locum ſic meo iudicio videtur adumbraſſe Celſus cap. 28. lib. 5. de phymate ſcribens. Id autem in pueris & ſæpius naſcitur, & facilius tollitur, in iuuenibus rarius oritur, & difficilius curatur. Vbi ætas indurauit ne naſcitur quidem.

κηρία] κηρίον Græcis dicitur vlceris genus cutem frequentibus foraminibus perrodens, ex quibus humor melli ſimilis effluit, vnde nomen ſumpſit & fauus Latinis vocatur. Plinius cap. 2. lib. 20. ceria vlcera in modum faui concreta vocat, Theodorus Priſcia-

nus Cetiones. Interdum muſculoſas corporis partes afficit, plerunq; verò capitis cutim, vt patet ex lib. 1. κατὰ τόπους & Paulo cap. 3. A
lib. 6. & Aëtio lib. 6. cap. 68. vbi & Meliceris dicitur. Gal. lib. de tumor. præter naturam ἔστι δὲ καὶ ὁ ἀχὼρ ἕλκος μικρὸν ἐν τῷ δέρματι τῆς κεφαλῆς. ἀνίησι δ' αὐτὸ φλίγματος ἁλμυροῦ καὶ νιτρώδους ἰχῶρα ὑπάρχει. ἐκρεῖ γὰρ αὐτοῦ τις ἰχὼρ, οὔθ' ὑδατώδης ἀπλῶς, οὔτ' ἤδη παχὺς ὥσπερ τὸ μέλι, καθάπερ ἐν τοῖς κηρίοις ὀνομαζομένοις. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα σὺν ὄγκῳ τινὶ καὶ συντρήσεσι πλείοσι γίνεται μελιτώδη ἐκρέοντος ἰχῶρος. μικρὸς δὲ καὶ τούτων ὁ ὄγκος, ἀλλ' οὐχ ὅσον τῶν ἀχώρων. Achor eſt vlcus paruū in cute capitis, idq; coniicias pituitæ ſalſæ & nitroſæ eſſe ſobolē. Ex eo igitur ſanies quædā effluit, neq; ſimpliciter aquoſa, neq; iam craſſa vt mel, velut in iis quę κηρία, hoc eſt faui, nominantur. Hæc enim cū tumore quodam & pluribus foraminibus fiunt, mellito effluente humore. Paruus autem horum eſt tumor, neq; tamen tantum quantum qui Achoris eſt. Sic quoque Iſagoges ac Medici author inter capitis affectus κηρίον καὶ μελικηρίδα annumerat. Author verò Medic. Definit. κηρίον in vniuerſum ſic deſcribit κηρίον ἐστὶν ἕλκος συντρήσεις ἔχον κατατετρημένον, ἐξ ὧν μελιτώδης ἰχὼρ ἐκκρίνεται. Ac fauum intelligit qui toto corpore redundat, quemadmodum Paulus de fauo propriè agens cap. 35. lib. 4. & Celſus cap. 28. lib. 5. ſub μελικηρίς comprehendit, ſi modò vera eſt lectio, pro qua tamen μελικηρίς melius audit, & quidam ex codicibus manuſcriptis cerium legunt. μελικηρὶς tamen alia notione in abſceſſuum corporis numero recenſetur, vt ſatis patet ex Gal. libello de tumor. præter naturam. Atque B
hoc loco melius iſta audiuntur, quam quod apud Erotianum ex hoc loco κηρία pro latis vermibus accipiuntur.

οἱ κρυπτοὶ καρκῖνοι] Abditi cancri & occulti dicuntur Galeno qui ſine vlceratione ſunt, aut abſconditi nec apparentes, ſed in corporis profundo demerſi ſunt, quos hic ὑποβρυχίους eleganter vocat, altè demerſos & corporis penetralia exercentes, quibus τοὺς ἀκρωτηριάζοντας poſtea opponit, eos qui extrema corporis occupant ac conſpicui ſunt, τοὺς ἐπιπολῆς vocat Gal. Comm. ad aph. 38. libr. 6. κρυπτοὶ igitur καρκῖνοι οἱ ὑποβρύχιοι hic dicentur cancri, qui ſine vlceratione in profundo corporis ſæuiunt, velut in vtero, inteſtinis, ſede ac palato. Quanquā peculiariter κρυπτοὺς vocabant antiqui (velut Philoxenus) eos qui in vtero ac inteſtinis eſſent, & Paulus veteri cancris Hippocratis aphoriſmum accommodat cap. 67. lib. 3. Poſtea verò κρυπτοὶ καρκῖνοι καὶ οἱ ἀκρωτηριάζοντες vocantur οἱ ἐπιπολῆς καὶ μηδέπω ἡλκωμένοι, vt loquitur Galenus. Ac fortè hoc loco non malè καὶ οἱ ὑποβρύχιοι legatur, vt poſtea καὶ οἱ ἀκρωτηριάζοντες.

αἱ ἐπινυκτίδες] Epinyctidas puſtulas liuidas noctibus inquietantes vocat * Plin. notationem ſecutus. Inde enim Græcis nomen habent quod noctu oriantur vt ait Celſus, aut quod noctu quàm interdiu grauius infeſtent, vt vult Paulus cap. 9. lib. 4. & Aëtius cap. 61. lib. 16. In genere vlcerum aut puſtularum cutim infeſtantium reponuntur, & à Galen. tumoribus præter naturam ad cutim protuberantibus accenſentur. Quare non video cur hic puſtulas oculorum manantes vocarit Caluus, etſi ſecutus Plin. videtur. C
Sed puſtulæ intelligi videntur ſubliuidæ vel ſubnigræ, vt vult Celſus aut vlcuſcula ſponte erumpentia [vt alij,] puſtuloſa, ſubrubra, cutim infeſtantia, peſſima, vehementer inflammantia, & graues dolores inferentia, & bilioſo & feruente ſanguine ſub cutem effuſo orta. Ideoq; hic herpetibus adiungit, quod ex bilioſo & efferueſcente ſanguine vtraq; ortum habeant, & vitioſi ſucci ſint ſoboles, ἕρπητες autem φλυκταινώδεις hic intelligi videntur. Celſus verò herpetas velut cancros maximè in ſenibus fieri ſcribit, vel his quorum corpora mali ſunt habitus, quos hic etiam ad ſexageſimum annum producit.

* *Cap. 6. lib. 20.*

ἀκρωτηριάζοντες] Sic videntur dici qui extremas partes, aut qui etiam corporis ſumma tentant. Id enim vitium (vt ſcribit Celſus) fit maximè in ſuperioribus partibus, circa faciem, nares, aures, labra, mammas fœminarum.

ὑποστάσιες] ὑποστάσιες hic intelliguntur cùm humores intro ſiſtuntur, ſubſiſtunt ac ſubſident, velut humorū quos vacuari oporteret ſtatus ac cōcretiones, cùm intus manent ac remorantur. Cornarius ideo non inelegantèr moras vertit, ſi vim dictionis expreſſiſſet. In his igitur locis velut reconditis ac profundis, humorū craſſitiē altè ſubſidentē & fundum petentem, introq; ſubſiſtētem, qui nec facilè digeri aut educi poſſit intelligit, atq; ideo reciduas faciat. Atq; in eundem ſenſum ὑποστάσιες ſumit Hippocr. lib. περὶ ἄρθρων in auris fractura. ἢν γὰρ ὁ χόνδρος ἄρξηται ψιλοῦσθαι, καὶ ὑποστάσιες ἴσχωσι πυώδεες ἢ μυξώδεες, χαλεπόν. Vbi enim cartilago nudari incipit, in eaque purulenta aut mucoſa ſubſident, id moleſtum eſt. Sic enim legit Gal. contra omnium exemplarium fidem, idemq; ὑποστάσιες exponit τὰ ὑπὸ μονὰς τῶν ὑγρῶν ἐν κοιλότητι ὑπομένοντα. Atq; inde fortè manauit vt ὑπόστασις κοιλίης pro alui ſuppreſſione crebrò vſurpetur apud Hipp. in Coac. Prænot. Caluus autem hic ἀποστάσιες legit, & crebros abſceſſus fieri voluit. Quod etſi experientiæ ſuffragatur, & humorum craſſitudo ac mora, abſceſſus aut recidiuas in iis locis creat: neq; tamen ideo tam temerè ex quibuſdā codicibus vulgata & germana lectio labefactari debuit. Hunc porrò locum his verbis adumbraſſe Celſus videtur. Præter hæc malum vulnus eſt quodcunque in alis vel fœminibus, vel inanibus locis, vel in articulis, vel inter digitos eſt.

In his quæ circum articulos contingunt, in maximum diſcrimen præcipitant pollices, ac præcipuè pedum. Quibus verò ad linguæ latus vlcus fit diuturnum, animaduertendum ex dentibus qui iuxta ſunt num aliquis acutus ſit.

Τῶν δὲ περὶ ἄρθρα ἐπικινδυνώτατοι οἱ μεγάλοι δάκτυλοι, καὶ μᾶλλον οἱ τῶν ποδῶν. οἷσι δὲ τῆς γλώττης ἐν τῷ πλαγίῳ ἕλκος γίνεται πολυχρόνιον, καταμαθεῖν τῶν ὀδόντων, ἤν τις ὀξὺς ᾖ κατ' αὐτό. E

οἱ μεγάλοι δάκτυλοι] Pollicis vulnera, ac præcipuè pedum valde ſuſpecta eſſe indicat Critonis exemplum lib. 1. epid. quem ex pollicis dolore inſania & mors poſtridie ſuſtulit. Harpali quoq; filius lib. 5. & 7. epidemiōn ex pollicis luxatione opiſtothono periit. Q. Æmilius Lepidus iam egrediens incuſſo pollice limini cubiculi exanimatus eſt. C. Aufidius egreſſus cùm in Senatum iret, offenſo pede in comitio, (vt teſtatur Plin. cap. 53. lib. 7) Ac vt in totum dicam, maximos cruciatus exhibent ac conuulſionis periculum minantur, pollicis tum manus, tum pedum fereque extremarum partium vulnera, vt ſummorum digitorum, ſedis, pudendorum, calcanei, oculorum plurimorum moleſtiæ faciunt, chirurgiſque ſuſpecta ſunt, vt ſcripſimus noſtris in lib. 1. epid. annotat. in ægr. 9. F

οἷσι δὲ τῆς γλώττης] Hunc locum haud dubiè æmulatus eſt Celſus cap. 12. lib. 6. Sed quæ in latere linguæ vlcera naſcuntur, diutiſſimè durant. Videndumq; eſt, num contra dens aliquis acutior ſit, qui ſaneſcere ſæpè vlcus eo loco non ſinit, ideoq; limandus eſt. Aſulanus vero codex hic vt paulò antea aſteriſcum apponit, nullo tamen (vt opinor) merito.

Vulnera autem ferè quidem mortem afferūt, quæ magnas venas quę ſunt in collo & inguinib. læſerūt, deinde quę cerebrū & hepar, deinceps quę in inteſtina & veſicā pertingūt. Quę ſanè omnia magnā perniciē afferūt, nō eā tamē, vt (quod quidā exiſtimāt) nemo ex his ſeruari poſſit. Nam & his nominib. prediti loci multū inter ſe differunt, atq; ipſi modi. Nec parū etiā cuiuſq; corporis cōſtitutio differt. Incidit enim interdum vt neq; febre, neq; inflāmatione teneatur ſauciatus, interdū etiā nulla ex cauſa febricitat, nec aliquam corporis partē inflāmatio prorſus occupat. At vbi is qui vlcere infeſtatur delirat, & vuln⁹ facilè perfert, ad vuln⁹ aggredi oportet, quod ex arte medica, & eorum quę cōſequuntur ratione adhibita, ſperatum exitum eſt habiturum. Ex cuiuſuis enim generis vulneribus mori homines contingit. Multæ nanque in corporibus venæ tum tenues tum craſſę, ſi eo

Τὰ δὲ τρώματα θανατωδέστερα μὲν τὰ ἐς τὰς φλέβας τὰς παχείας τὰς ἐν τῷ τραχήλῳ τε καὶ τοῖς βουβῶσιν. ἔπειτα ἐς τὸν ἐγκέφαλον, καὶ ἐς τὸ ἧπαρ· ἔπειτα τὰ ἐς ἔντερον καὶ ἐς κύστιν. ἔστι δὲ ταῦτα πάντα ὀλέθρια ἐόντα ἰσχυρῶς, οὐχ οὕτως ἄφυκτα ὡς δοκεῖ. τά τε γὰρ χωρία ὀνόματα ἔχοντα ταῦτα, μέγα διαφέρει. καὶ οἱ αὐτοὶ τρόποι. πολὺ δὲ διαφέρει, καὶ αὐτοῦ ἀνθρώπου τοῦ σώματος ἡ κατάστασις. ἔστι μὲν γὰρ ὅτε οὔτ' ἂν πυρετήνειεν, οὔτε φλεγμήνειεν τρωθείς. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἄνευ προφάσιος ἐπυρέτηνεν ἄν, καὶ φλεγμήνειεν ἄν τι τοῦ σώματος πάμπαν, ἀλλ' ἢν ὁ τὸ ἕλκος ἔχων παραφρονέῃ, ἀπιστέως τε φέρῃ τὸ τρῶμα, ἐγχειρέειν χρὴ τῷ τρώματι ὡς ἀποβησομένῳ κατὰ λόγον τήν τε ἴησίν τε, καὶ τὴν ἐπιγινομένων. ἀποθνήσκουσι μὲν γὰρ οἱ ἄνθρωποι ἀπὸ τρωμάτων παντοίων. πολλαὶ μὲν γὰρ φλέβες εἰσὶ, καὶ λεπταὶ καὶ παχεῖαι. αἵ τινες αἱμορρα- G H

A αἱμορραγεῦσαι ἀποκτείνουσιν, ἢν αὐταὶ τύχωσιν ὁρμῶσαι. ἃς ἐν ἑτέρῳ καιρῷ διακόπτοντες, ὠφελεῦσι τὰ σώματα. πολλὰ δὲ τῶν τρωμάτων, εὐκαταφρόνητά τε εἶναι δοκέοντα, καὶ οὐδὲν τι δεινὰ φαινόμενα, οὕτως ὀδυνώδεα ἡ πληγὴ, ὥστε μὴ δύνασθαι ἀναπνεῦσαι. ἄλλοι δὲ ὑπὸ τῆς ὀδύνης τοῦ τρώματος, οὐδὲν δή τι ἀξίου ἐόντος, τὸ μὲν πνεῦμα ἀνέσχον, παραφρονήσαντες δὲ καὶ πυρετήναντες ἀπέθανον. ὅσοι γὰρ ἂν ἢ τὸ σῶμα πυρετῶδες ἔχωσιν, ἢ τὰς γνώμας θορυβώδεας, τὰ τοιαῦτα
B πάσχουσιν. ἀλλὰ χρὴ μήτε ταῦτα θαυμάζειν, μήτε ὀρρωδέειν, πρόσθεν εἰδότα, ὅτι αἱ ψυχαί τε καὶ τὰ σώματα πλεῖστον διαφέρουσιν αἱ τῶν ἀνθρώπων, καὶ δύναμιν ἔχουσι μεγίστην. ὅσα μὲν οὖν τῶν τρωμάτων καιροῦ ἔτυχεν, ἢ σώματός τε καὶ γνώμης τοιαύτης, ἢ ὀργῶντος οὕτω τοῦ σώματος, ἢ μέγεθος τοσαῦτα ᾖ, ὥστε μὴ δύνασθαι καταστῆναι τὸν ἄνθρωπον εἰς
C τὴν ἴσην καταφρονέοντα, τούτοισι μὲν ἐξίστασθαι χρὴ ὁποῖα ἂν ᾖ, πλὴν τῶν ἐφημέρων λειποθυμιῶν. τοῖσι δὲ ἄλλοισι πᾶσι ἐπιχειρέειν, νεοτρώτοισιν ἐοῦσιν, ὡς ἂν τούς τε πυρετοὺς διαφεύγωσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὰς αἱμορραγίας τε καὶ τὰς νομὰς, ἀδεέστερα(?)... ἀτρεκέστατα δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖστον χρόνον τὰς φυλακὰς αἰεὶ τῶν δεινοτάτων ποιέεσθαι. ἔστι γὰρ δίκαιον οὕτως.

ſponte ſua ferri contingat, ſanguinis profuſioné intereunt, quæ ſi alio tẽpore pertundãtur, vtilitaté afferunt. Non pauca auté vulnera, quæ in contemnendis locis, ac nulla re formidabilia eſſe vidẽtur, in iis tanto dolore plaga cruciat, vt ægri reſpirare nequeant. Quidá verò præ vulneris dolore, quod nullo merito terreat, ſpiritum quidé traxerũt, delirio tamen ac febre perierunt. Quibus enim aut corpus ad febrem eſt opportunũ, aut mens promptè perturbatur, iis talia contingunt. Sed hæc mirari aut formidare deſinet qui illud in animũ induxerit, quòd & cuiuſq; animi & corpora plurimùm inter ſe differunt & præſtãt. Vulnera igitur quæ talé occaſionem, aut corpus, aut mentem nacta ſunt, aut adeò cõcitatum ſanguiné, aut magnitudinem tantam habent, vt curatione ſenſuũ integritas reſtitui nequeat, ab iis quidem, cuiuſq; modi ſint, præter diarias animi defectiones, abſtinere oportet. Cæteris verò omnibus recẽns illatis manus admouere oportet, quò eos qui ſuperſtites ſunt, à febribus & ſanguinis profuſione, ac depaſcẽtib⁹ vlceribus (nomas vocant) vindices. Diligẽtiſſimè autẽ ac diutiſſimè aduerſus ea quæ maximè terrent munire ſe æquum eſt.

Τὰ δὲ τρώματα] Vulnerum cognitio maximè ad prædictioné medicam facit. In his enim ante omnia ſcire medicus debet, quæ inſanabilia ſint, quæ difficilem curationem habeant, quæ promptiorem. Eſt enim prudentis hominis, primùm eum qui ſeruari non poteſt, non attingere, nec ſubire ſpeciem eius, vt occiſi, quem ſors ipſius peremit. Deinde vbi grauis metus, ſine certa tamen
D deſperatione eſt, indicare neceſſariis periclitantis in difficili rem eſſe, ne ſi victa ars malo fuerit, vel ignoraſſe, vel fefelliſſe videatur. Atqui huiuſmodi prædictiones medicis ſunt ſplendidæ ac glorioſæ, vt ſcribit Hippocr. lib. de art. τὰ δὲ νοσήματα κατὰ τρόπον καὶ ἀπαιτητικά, ὑπὸ τῶν δεδιωκότων, ἃ ἐστιν ἴασιμα, ὧν ἐστι πανταχοῦ, ὧν ἐς τὸ ἄπειρον, τελευτᾷ), ὧν δὲ ἐς τὸ ἀδύνατον. Hic verò vulnera lethalia recenſentur ex partis dignitate & actionis præſtãtia, velut in Coacis Præſagiis & aph. 18. lib. 6. de quibus Celſus fuſiſſimè lib. 5.

ἐς τὰς φλέβας τὰς παχείας] Celſus. Periculoſa etiam vulnera ſunt vbicunque venæ maiores ſunt, quoniam exhaurire hominem profuſione ſanguinis poſſunt. Idque euenit non in alis tantùm atque poplitibus, ſed etiam in his venis quæ ad anum teſticulóſque perueniunt. Idem. Seruari non poteſt, cui circa fauces grandes venæ vel arteriæ præciſæ ſunt.

τὰ ἐς ἔντερον] Tertius eſt vulnerum gradus eorum quæ ventrem attingunt, & inteſtina. Inter quæ tenuius inteſtinum aut ieiunum vulneratum ſpem tollunt. Vixque ad ſanitatem perueniunt (vt ſcribit Celſus) quibus vlla parte vllum inteſtinum vulneratum eſt. Aut τὰ ἐς ἔντερον intelliguntur quæ corporis penetralia ſubeunt vulnera, quòd hic καρδίην καὶ φρένας omiſerit, quæ tamen alibi (in Coac. & aphor.) recenſet, & meritò ſub ſecundo ordine latent.

E τρόποι] Hic τρόποι partis cuiuſque naturam aut eſſentiam ſignificant, quæ in proba cuiuſque primorum corporum temperie conſiſtit, quamque ad vulnerum curationem in conſiderationem adhiberi conuenit, vt ſcribit Galen. cap. 3. lib. 3. Meth. med. Sic τρόπους rei cuiuſque propoſitæ ἰδέαν aut οὐσίαν, naturam, formam, aut differentiam antiquis indicare ſcribit Gal. Comm. 3. in lib. 1. epid. Partium igitur inter ſe dignitatem & præſtantiam ſpectari hic iubet ex nominum differentia, deinde etiam ſingularem partium naturam & formam. Poſſunt & hic τρόποι vulnerum modos, figuras & genera, ac naturam ſignificare. Aliquid enim in vulneris genere figuráque eſt, vt loquitur Celſus. Nam peius eſt quod etiam colliſum, quàm quod tantum diuiſum eſt, adeo vt acuto quoq; quàm retuſo telo vulnerari commodius ſit. Peius etiam vulnus eſt, ex quo aliquid exciſum eſt, ex quóve caro alia parte abſciſſa, alia dependet. Peſſima plaga in orbem eſt, tutiſſima quæ lineæ modo recta eſt. Quò deinde propius huic illive figuræ vulnus eſt, eo vel deterius, vel tolerabilius eſt.

παραφρονήσαντες] Delirium cum febre inter peſſima numeratur vulnerum adiuncta, vt poſtea ſequitur. Quare in contemnendo vul-
F nere, quodque facilem ſucceſſum ſit habiturum, delirium non temerè coniungitur. Vt exiſtimem pro παραφρονήσαντες καταφρονήσαντες legi poſſe, quod καταφρονεῖν hoc eſt paruipendere & deſpicere ſignificat. In leuium autem vulnerum curatione etiam cautionem medico adhibet, vt de his non temerè, nec niſi inter artis opera eorum quæ ſuccedunt ratione adhibita, prædictionem exerceat. Exemplaria quædam manu ſcripta leg. ἄλλος ἐπὶ ἐλάσσω ἔχων, quæ ſequitur Aſulanus codex.

ἀναπνεῦσαι] De ægris ſpiritum trahentibus & ducentibus, vt paulò poſt, intelligitur, aut de his qui dolore reſpirare ac recreari nequirent, veluti reſpirare à metu ac morbo dicitur. Similiſque ferè eſt locutio apud M. Tullium lib. 1. de finib. bonorum & mal. Itaque non ob ea ſolùm incommoda quæ eueniunt improbis fugiendam improbitatem putamus, ſed multò etiam magis, quod cuius in animo verſatur, nunquam ſinit eum reſpirare, nunquam acquieſcere. Quem in ſenſum ἀναπαῦσαι legi poteſt ex codice vno manu ſcripto, quod de doloris ceſſatione & quiete dicitur, vt aphor. 48. lib. 2. & 13. lib. 4. Quam etiam lectionem videtur agnoſcere Caluus.

πνεῦμα ἀνέσχον] πνεῦμα ἀναφέρειν eſt ſpiritum ducere & trahere, de iiſque dicitur, qui ſpiratione intercepta ad eam redeunt
G eamque recipiunt, velut qui viribus defecti eas recipiunt ac reſumunt. ἀναφέρειν πνεῦμα quoque de ſubſultante ac velut intercepta interruptaq; reſpiratione intelligitur, velut ἀναφέρει τὸ ἀπολύζειν ἀναπνεῖν exponit Gal. in Exeg. vocum Hipp. vt ſingultientem ſpiritum aut offenſantem reſpirationem indicet. Aut ἀναφέρειν πνεῦμα de magna expiratione dicitur, quæ vehemens internum incendium & æſtum indicat, neque leue etiam periculum minatur, velut expoſuimus in noſtra Œconomia Hippocr.

ὅσοι γὰρ ἂν] Febris & delirium peſſima ſunt vulnerum ſymptomata. Celſus. Protinuſque ſi mens homini conſiſtit, ſi nulla febris acceſſit, ſcire licet maturè vulnus ſanum fore.

ψυχαί] Solenne eſt Hippocrati (vt & antiquis Philoſophis) cùm de toto homine agit ψυχὴν καὶ σῶμα ponere. Et ψυχὴ facultatum ac naturalium functionum eſſentiam, & natiuam cuiuſque ex primis corporibus temperiem indicat, σῶμα verò corporis habitum. Hic igitur inter ſe plurimùm differre vult cuiuſque ex primis corporibus ortam temperiem, aut corporum habitus, maximamq; in homine aut ſeruando aut perdendo vim præſtare. Videturq; quos priùs τρόπους dixit hic innuere, qui ad animi functiones referuntur. Atque ad hanc cauſam referri vult quod quidam ex leuiſſimis ac contemnendis vulneribus interierunt, alij ex
H grauiſſimis & maximè lethalibus ſeruati ſunt. Quorum exempla ex lib. epid. Hippocr. ac præcipuè ſeptimo peti poſſunt.

καιροῦ ἔτυχε] Incommodam temporis occaſionem intelligit & ἀκαιρίην de qua lib. 1. de morbis.

ὀργῶντος] Exemplaria vulgata & manu ſcripta ferè omnia ὁρμῶντος legũt. Vnum vetuſtate eximium ὀργῶντος habet. Quam lectionem ſecutus eſt Corn. Gliſcentem autem aut ita concitatum ſanguinem intelligit, vt ad exitum feratur & hæmorrhagiam excitet: Impetum ruentis ſanguinis vocat Celſus. Aut ὀργῶν σῶμα plenum & turgidum, aut plenitudine laborans intelligitur. Cæterùm

hic mihi videtur eſſe locus quem in Exegeſi vocum Hippocrat. Galen. indicat, vbi [illegible], hoc eſt, eum qui ſenſuum integritate non fruitur aut ſolutè ac remiſsè ſentientem explicat, & ex hoc Prædictorum lib. adducit. Quem locum etiam Varinus adducit, corruptè tamen. Quonam enim aptiùs referri poſſit non video. Quod in cauſa fuit vt cum ſenſum verſione noſtra exprimerem, eo intellectu, vt curatione ipſa ſenſuum integritas reſtitui non poſſit, aut quod tanta eſſent vulnera, vt curatione ipſa reuocari aut conſtitui integritas ſenſuum nequiret. Vulnus enim quodcunque ſenſu caret, quod non naturaliter ſentit, purum non eſt, vt ſcribit Celſ. cap. 26. lib. 5. Etſi mihi non parum ſuſpecta eſt Gal. lectio, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. A

πλὴν τῶν ἐφημέρων] Diarias animi defectiones, leues, momentaneas & contemnendas vocat. Alioqui deficere animum vel ipſa curatione, vel poſtea, peſſimum omnium eſt, vt ſcribit Celſus cap. 3. lib. 7. Caluus certè alium ſenſum ſecutus eſt.

Nomæ verò maximæ ſunt lethales, quæ putredines altiſſimè deſcendentes habent, ſuntq; nigerrimæ & ſicciſſimæ. Vitioſæ quoque & in periculum præcipitant, quæ ſaniem nigram reddunt. At albæ & mucoſæ putredines, mortem quidem afferunt minùs, ſed potius recidiuas faciunt, & diutius perſeuerant. Herpetes autem ex his quæ depaſcendo ſerpunt, minimum habent periculi, at ſecundum abditos cancros difficilius tolluntur. Ac his omnibus febrem vno die ſuccedere confert. & pus quàm maximè candidum & craſſum. Prodeſt quoque in altè conditis & nigris putredinibus, nerui ſyderatio, aut oſſis, aut amborum. Pus enim multum in ſyderationibus effluit & putredines liberat.

Αἱ δὲ νομαὶ θανατωδέσταται μὲν, ὧν αἱ σηπεδόνες βαθύταται, καὶ μελάνταται, καὶ ξηρόταται. πονηραὶ δὲ καὶ ἐπικίνδυνοι, ὅσαι μέλανα ἰχῶρα ἀναδιδόασι. αἱ δὲ λευκαὶ καὶ μυξώδεες τῶν σηπεδόνων, ἀποκτείνουσι μὲν ἧσσον, ὑποστρέφουσι δὲ μᾶλλον, καὶ χρονιώτεραι γίνονται. Οἱ δὲ ἕρπητες ἀκινδυνότατοι πάντων ἑλκέων ὅσα νέμεται. δυσαπάλλακτοι δὲ μάλιστα, κατά γε τοὺς κρυπτοὺς καρκίνους. ἐπὶ πᾶσι δὲ τοῖσι τοιουτέοισι, πυρετόν τε ἐπιγενέσθαι ξυμφέρει μίαν ἡμέρην, καὶ πῦον ὡς λευκότατον, καὶ παχύτατον. λυσιτελεῖ δὲ καὶ σφακελισμὸς νεύρου, ἢ καὶ ὀστέου, ἢ καὶ ἀμφοῖν, ἐπὶ τῇσι βαθείῃσι σηπεδόσι καὶ μελαίνῃσι. πῦον γὰρ ἐν τοῖσι σφακελισμοῖσι ῥεῖ πουλὺ, καὶ λύει τὰς σηπεδόνας. B C

αἱ δὲ νομαὶ] Nomas paſſim vocat Plinius. Sunt autem vlcera putredinoſa & proſerpendo depaſcentia, quæ vicinas partes erodunt ac putrefaciunt. Eas ſub eryſipelate aut vlcere nigro videtur comprehendere Celſus, quæ ſunt cancri apud eum genera. Curatio autem per medicamenta valentiſſimè deſiccantia, erodentia, & vſtionem inſtituitur, vt patet ex Aetio libr. 14. cap. 49. & Paulo libr. 4. cap. 44.

οἱ δὲ ἕρπητες] Hic locus apertiſſimè teſtatur Corn. Celſum herpetem exedentem aut depaſcentem, *ἐσθιόμενον* Græci dicunt, ſub ignis ſacri altera ſpecie comprehendere. Sic enim locum iſtum expreſſiſſe videtur cap. 28. lib. 5. Omnis autem ſacer ignis, vt minimum periculum habet ex his quæ ſerpunt, ſic propè difficillimè tollitur. Medicamentum eius fortuitum eſt, vno die febris quæ humorem noxium abſumat. Pus quo craſſius & albidius eſt, eo periculi minus eſt. Sic enim poſtrema iſta ſententia legenda eſt, & ex hoc loco commodiſſimè, vt videtur, reſtituenda. Nam quod exemplaria omnia pro [pus] (cuius) legunt, non video quemnam idoneum ſenſum ex illis verbis elicias. Præterea idem Corn. Celſus cap. 26. lib. 5. vbi puris notas exponit. Pus (inquit) craſſiſſimum albiſſimumq; glutinoſius & ſanguine & ſanie. Ibidem quoque, Melius eſt quo minus eſt, quo craſſius, quo albidius. D

κατά γε τοὺς κρυπτοὺς καρκίνους]. Occultos cancros in ſenibus difficulter tolli poſſe iiſque commoueri, antea dixit. Hic vero ſignificat poſt cancros abditos, herpetas difficillimè ſubmoueri. *κατὰ* enim idem quod ſecundum aut poſt innuere videtur. Quomodo dixit M. Tullius Acad. quæſt. 2. quibus ille ſecundùm fratrem plurimùm tribuebat. Interpretes verò quemadmodum verterunt, eadem ferè notione. Celſus quoque corpus ſenile aut mali habitus herpete huiuſmodi tentari ſcribit, vt de cancro prius dixerat. Atque hoc quoque malo ferè corpora ſeniora tentantur, aut quæ mali habitus ſunt, ſed in cruribus maximè. Et propriè magis de herpete exedente. Vtrunque ſicut omnis cancer, fit maximè in ſenibus, vel his quorum corporum mali habitus ſunt.

λυσιτελεῖ δὲ] Id de vlcere nigro quod cancri ſpeciem facit, & putreſcendo intenditur carnemque corruptam habet, exprimere videtur Celſus his verbis. Interdum etiam nerui ac membranæ reſoluuntur, ſpecillumque demiſſum deſcendit, aut in latus, aut deorſum, eoque vitio nonnunquam os quoque afficitur. Idem quoque enixe magis in ſecunda ignis ſacri ſpecie. Prodeſt etiam infra os vlcerum cædi, quo plus puris exeat, & id quod ibi corruptum corpus eſt, extrahat. Sic enim legendum cenſeo. E

Quòd ad vulnera capitis attinet, præcipue mortẽ afferunt (vt antea ſcripſimus) quæ cerebrũ attingunt. quin & huiuſmodi omnia terrent, os inſigne denudatum, os medium deſidens, os diffiſſum. At ſi vlceris oſculum exiguum fuerit, oſſis verò fiſſura longè pertingat, maius periculũ ſubeſt. Quæ omnia magis terrent, vbi iuxta ſuturã contingãt, & in ſumma capitis parte exiſtunt. Percontari autẽ conuenit in omnibus effatu dignis capitis vulneribus, vbi adhuc recentes plagæ ſunt aut ictus, num qui læſus fuit cõciderit, aut profundo ſopore correptus fuerit. Hoc enim in caſu maiore cura opus eſt, nimirũ quòd vulnus cerebrum ſenſerit. Quòd ſi recens plaga non fuerit, alia ſigna in conſideratioñe ac conſilium adhibere oportet. Præſtat igitur eum qui capitis vlcere laborat, neq; febricitare, neq; inſuper ſanguinis profuſionẽ, aut inflammationẽ, aut ſimul dolorem aliquẽ accedere: Aut ſi eorum quippiam appareat, circa initia tutiſſimum eſt fieri, paucoque tempore perſeuerare. Confert quoq; in doloribus, etiam inflammationes, quæ in vlceribus fieri aſſolent, ſuperuenire. In ſanguinis autem profuſionibus pus in venis conſpici. Quæ etiam in morbis acutis febribus conferre ſcripſi, ea in his conducere, bonaq; hic eſſe, vt contraria mala, exiſtimanda ſunt.

Τῶν δὲ ἐν κεφαλῇ τρωμάτων, θανατωδέστατα μὲν, τὰ ἐς τὸν ἐγκέφαλον ὡς καὶ πρόσθεν γέγραπται. δεινὰ δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα. ὀστέον ψιλὸν μέγα. ὀστέον ἐμπεπλασμένον. ὀστέον κατερρωγός. εἰ δὲ καὶ τὸ στόμα τοῦ ἕλκεος σμικρὸν εἴη, ἡ δὲ ῥωγμὴ τοῦ ὀστέου ἐπὶ πολὺ προηγμένη, ἐπικινδυνότερόν ἐστι. ταῦτα δὲ πάντα δεινότερα γίνεται, καὶ κατὰ ῥαφὴν τε ὄντα, καὶ τὸ χωρίον αἰεὶ, τὰ ἐν τοῖσιν ἀνωτάτω τῆς κεφαλῆς. πυνθάνεσθαι δὲ χρὴ ἐπὶ πᾶσι τοῖσιν ἀξίοις λόγου τρώμασιν, ἢν ἔτι νεότρωτοι αἱ πληγαὶ ἐῶσιν, ἢ βλήματα εἴη, ἢ κατέπεσεν ὠσθέντος, ἢ εἰ ἐκαρώθη. ἢν γάρ τι τούτων ᾖ γεγονὸς, φυλακῆς πλείονος δεῖται, ὡς τοῦ ἐγκεφάλου ἐπαισθομένου τοῦ τρώματος. εἰ δὲ μὴ νεότρωτος εἴη, ἐς τἄλλα σημεῖα σκέπτεσθαι καὶ βουλεύεσθαι. ἄριστον μὲν οὖν μήτε πυρετῆναι, τὸν δὲ ἕλκος ἔχοντα ἐν τῇ κεφαλῇ, μήθ' αἷμα ἐπαναρραγῆναι αὐτοῦ, μὴ δὲ φλεγμονὴν, μήθ' ἅμα μηδεμίην ὀδύνην ἐπιγενέσθαι. εἰ δέ τι τούτων ἐπιφαίνοιτο, ἐν ἀρχῇσι τε γίνεσθαι ἀσφαλέστατον, καὶ ὀλίγον χρόνον παραμένειν. ξυμφέρει δὲ ἐν τῇσιν ὀδύνῃσι καὶ τὰς φλεγμονὰς τὰς ἐπὶ τοῖσιν ἕλκεσιν ἐπιγίνεσθαι. τῇσι δ' αἱμορραγίῃσι, πῦον ἐπὶ τῇσι φλεψὶ φαίνεσθαι. τοῖσι δὲ πυρετοῖσιν ἃ ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν ἔγραψα, ξυμφέρει ἐπὶ τούτοισι γίνεσθαι ταῦτα. καὶ ἐνθάδε λέγω ἀγαθὰ εἶναι. τὰ δὲ ἐναντία, κακά. F G H

ἀρξάμ

A ἄρξασθαι δὲ πυρετὸν ἐπὶ κεφαλῆς τρώσει τεταρταῖον, ἢ ἑβδομαῖον, ἢ ἑνδεκαταῖον, θανατώδες μάλα. κρίνεται δὲ τοῖσι πλείστοισιν. ἢν μὲν τεταρταίου ἐόντος τοῦ ἕλκεος πυρετὸς ἄρξηται, ἐς τὴν ἑνδεκάτην. ἢν δὲ ἑβδομαῖος ἐὼν πυρετήνῃ, ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἢ ἑπτακαιδεκάτην. ἢν δὲ τῇ ἑνδεκάτῃ ἄρξηται πυρεταίνειν, ἐς τὴν εἰκοστήν, ὡς ἐν τοῖσι πυρετοῖσι διαγέγραπται, τοῖς ἄνευ προφάσιος ἐμφανέων γινομένοισι. τοῖσι δὲ ἐν ἀρχῇσι τῶν πυρετῶν, ἤν τε παραφροσύνη ἐπιγένηται, ἤν τε ἀπόπληξις τῶν μελέων
B τινός, εἰδέναι τὸν ἄνθρωπον ἀπολλύμενον, ἢν μὴ πάνυ τι τῶν καλλίστων τι σημείων ἐπιγένηται, ἢ σώματος ἀρετὴ ὑπόκειται, ἀλλ' ὑποσκέπτεσθαι τὸν τρόπον. τῷ ἀνθρώπῳ ἔτι γὰρ αὐτῇ ἐλπὶς γίνεται σωτηρίας. χωλὸν δὲ γενέσθαι τὸ ἄρθρον ἐς ὃ ἀπεσκήριξεν, ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἢν ἄρα καὶ περιγένηται ὁ ἄνθρωπος.

At febris in capitis vulnere die quarto, aut ſeptimo aut vndecimo exorta, valde exitialis eſt. Quamplurimis autem iudicationem ſubit, ſi quarto quidē vicerís die febris cœperit, vndecimo. Si verò die ſeptimo febricitarit, decimo quarto aut decimo ſeptimo. Quòd ſi vndecimo febris cœperit, vigeſimo, velut ſcriptum eſt in febribus, quæ ex non euidentibus cauſis originem trahunt. At ſi febrium initiis delirium ſuccedat, aut aliquod membrum ſyderetur, de hominis morte exiſtimatio facienda eſt, niſi aut prorſus optimum aliquod ſignum ſuperuenit, aut corporis virtus ſubſit. Verùm quanam id ratione contingat animaduertendum eſt. Nam & homini ſpes ſalutis adhuc reſtat, ac claudum fieri articulum in quem malum decubuit neceſſe eſt, ſi modò æger ſuperſtes futurus eſt.

τῶν δὲ ἐν κεφαλῇ] De vulneribus capitis quæ lethalia ſunt abunde ſcriptum eſt in Coacis Præſagiis & aphor. 18. lib. 6. enixè verò ac propriè libro de vulneribus capitis ad extremum. In quo inter oſſium offenſiones, ὀστέον ψιλὸν aut ψιλωθὲν τῆς σαρκὸς ponitur, quomodo etiam loquitur libr. de artic. Videndum etiam iubet an os à telo nudatum ſit, & in nudato oſſe, an fiſſum ſit, colliſum, aut
C medium deſidat, quæ per ῥῆγμα, φλάσις, & ἐσφλάσις, aut ἔσω ἐσφλάσις exprimit Hippocr. Atque hæ ſunt præcipuæ oſſium iniuriæ. Ex quo ſane efficitur vt hic ἔσω ἐμπεπλασμένον legendum exiſtimē, vt idem ſignificet quod ἔσω πεπιεσμένον, aut ἐσφλασθὲν ἔσω, quomodo loquitur lib. de vuln. cap. & medium deſidens (vt loquitur Celſus) & depreſſum & intro cedens indicat. Intro reclinatum dixit Caluus. Quidam codices ἐμπεπλασμένον habent, minùs tamen (vt apparet) accommodate, etſi hoc videtur ſecutus Cornarius.

ἢν δὲ τὸ ὀστέον τοῦ ἕλκεος] Os fractum niſi ſuccurſum eſt, grauibus inflammationibus afficit, difficiliſque poſtea tractatur, ideoque ſi nondum ſatis cutis patefacta eſt, latiùs aperienda, donec quicquid læſum in conſpectu ſit. At quia latentes ſæpe rimæ ſunt, ex ægri ſermonibus primùm noxam explorare iubet Hippocrates, deinde ratione & opere citra ſpecillum, denique etiam ſpecilli iudicium adhibet. Igitur vbi fiſſura longiùs permeat quàm vt oculis deprehendi poſſit, ſectione opus eſt. Quod enim hic ῥωγμὴν ἐπὶ πολὺ διήκουσαν longiùs permeantē ac pertingentē rimam dicit, ἐπὶ πολὺ τοῦ ἐρρωγότος ὀστέου lib. de vuln. cap. poſuit: Etſi hic ſubaudiri poteſt quæ diutiùs perdurat & curantem latet. At hæ noxæ grauiores ſunt quò propius ſuturas & ſummam capitis partem ad
D ſinciput attingunt. Nam & ea capitis parte tenuiſſimum & debiliſſimum os eſt, & pauciſſima carne contegitur, & plurimùm cerebri ſubeſt, vt ſcribit Hippocrat. Ad ſuturas quoque impactum vulnus magis terret, quòd ſutura ad reſiſtendū & ictui & telo infirmiſſima eſt, idque vel maximè ſi plaga in ſinciput inflicta ſit, qua parte caput eſt infirmiſſimum, vt his verbis teſtatur Hippocr. lib. de vul. cap. ῥαφὴ δὲ ἐν ἕλκει φανεῖσα ὀστέου ψιλωθέντος, ὅπου ἂν τῆς κεφαλῆς τὸ ἕλκος γένηται, ἀσθενέστατον γίνεται τῷ τρώματι καὶ τῷ βέλει ἀντέχειν, εἰ τύχοι τὸ βέλος ἐς αὐτὴν τὴν ῥαφὴν ἐσπαγέν. μάλιστα δὲ ἢν τὸ βέλος ἐν τῷ βρέγματι γένηται κατὰ τὸ ἀσθενέστατον τῆς κεφαλῆς, καὶ αἱ ῥαφαὶ εἰ τύχωσιν οὖσαι περὶ τὸ ἕλκος, καὶ τὸ βέλος αὐτῶν τύχοι τῶν ῥαφῶν. At vbi nudato oſſe ſutura in vulnere conſpicitur, quacunq; capitis parte vulnus extiterit, minimè omniū vulneri ac telo reſiſtit, ſi forte telū in ipſā ſuturā incubuerit, tumq; vel maximè ſi telū ſincipite, qua parte caput debiliſſimū eſt, exceptum fuerit, ſuturæque in vulnus incurrant, & telum ſuturas ipſas attigerit. Quàm ſint autē cognitu difficillimæ quæ ad ſuturas ſunt capitis fracturæ, abunde nobis dictum eſt in Coacis Præſagiis, citato Hipp. & Celſi teſtimonio.

πυνθάνεσθαι δὲ χρὴ] Hippocrates quoq; lib. de cap. vuln. præter oculorum iudicium, ex ægri quoque ſermonibus grauioris aut leuioris plagæ auguria ſumit, & oculorum caliginem & vertiginem addit. ἀλλὰ χρὴ περὶ τοῦ ἰδέσθαι τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι, ὅ, τι ἄν σοι φαίνηται ἐν τῷ ὀστέῳ, καὶ
E ἐρώτημα ποιεῖσθαι τὸν τετρωμένον. τοῦ γὰρ μᾶλλον τι καὶ ἧσσον πεπονθέναι ταῦτα σημεῖα. καὶ ἢν ὁ πεπονθὼς καρωθῇ, καὶ σκότος περιχυθῇ, καὶ δῖνος, καὶ πέσῃ.
Cæterum præter id quod oculis tuis ſubiicitur, quicquid in oſſe tibi apparere videbitur, etiam ex ægro requirendum. Etenim magis aut minus vulnerati hæc ſunt indicia, tum ſi æger alto ſopore detentus fuerit, aut tenebræ oculis offuſæ, aut ſi vertigo prehenderit, aut ipſe conciderit. Celſus vero cap. 4. lib. 8. de caluariæ curatione agens omnia ſigna ſimul complexus eſt. Igitur vbi ea percuſſa, protinus requirendum eſt, num bilem is homo vomuerit, num oculi eius occæcati ſint, num obmutuerit, num per nares aureſve ſanguis ei effluxerit, num conciderit, num ſine ſenſu quaſi dormiens iacuerit. Hæc enim non niſi fracto oſſe eueniunt. Atque vbi inciderunt, ſcire licet neceſſariam, ſed difficilem curationem eſſe. Si verò etiam torpor acceſſerit, ſi mens non conſtat, ſi neruorum vel reſolutio, vel diſtentio ſecuta eſt, veriſimile eſt etiam cerebri membranam eſſe violatam, eoque in anguſto magis ſpes eſt. Reliqua etiam ſigna ex quibus graues cerebri offenſæ explorantur in Coac. Prænot. dicta ſunt.

F ἐς τὰ ἄλλα σημεῖα] Alia ſunt ſigna quibus oſſis offenſiones ſignificentur, ſi ſub prima curatione febris intenditur, breueſq; ſomni & iidem per ſomnia tumultuoſi ſunt, vlcus madet, neq; alitur, & in ceruicibus glandulæ oriuntur, magni dolores ſunt, cibiq; ſuper hæc faſtidiū increſſit. & quæ in Coacis præſagiis ſcripta ſunt. Verū ea videtur in conſiliū adhibere ſigna, ex quibus in capitis inſignibus vulneribus ægrum interiturum iudices, vt rectè prædictionē inſtituas. Ea verò deſcribit Hipp. lib. de cap. vuln. ad extremū.

μὴ δ' ἅμα μεθιέμεναι ὀδύνῃσι] Sic legunt emendatiores codices. Nam quod illud μὴ δ' ἅμα ſuperiori τὸ ἕλκος ἔχει iungunt exemplaria quædam, id vitioſum eſſe apparet.

οἱ δέ τι τούτων ἐπιφαίνεται] Initiis quidem vulnerum vbi humorum fluxus mouetur, iſta adeſſe præſtat & vulneris ratione. Sic ingentibus doloribus inflammationes ſuperueniunt, alioqui humores in præcipua viſcera ferri neceſſe eſt, & maius creare periculum, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 66. lib. 5. De febre autem ſic ſtatuit Celſus. Ac ne febris quidem terrere debet, ſi in magno vulnere, dum inflammatio eſt, permanet. Illa pernicioſa eſt, quæ vel leui vulneri ſuperuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel delirium mouet, vel ſi neruorum rigor, aut diſtentio, quæ ex vulnere orta eſt, eam non finit. Sanguinis autem in vulnere profuſio
G nem ex putris acrimonia adeſſe præſtat potius quàm ex corporis, aut humorum, aut ſymptomatum occaſione.

ἃ ἐν τούτοισι ξυμφέρει] Quænam hic conducere intelligat & febribus conferre ſcripſerit, valde eſt incertum, quod multis locis pollicitam morborum acutorum ampliſſimam tractationem, velut ſigna & curationem libris de rat. vict. in morb. acut. aut non præſtiterit Hipp. aut iniuria temporum interciderit. Etſi certè referri poſſunt ad eas febrium ſolutiones de quibus agitur in notis lib. de rat. vict. in morb. ac. adiunctis. Id enim potiſſimum hoc loco ſpectare videtur. Aut multa febrium adiuncta, tum bona, tum mala, quæ illic febribus attribuuntur, reſpicere. Illorum enim librorum & horum prædictorum idem ferè author exiſtimandus eſt.

ἄρξασθαι δὲ τὸν πυρετὸν] Lib. de vuln. cap. febris æſtate maturiùs, hyeme tardiùs prehendens, vulneris periculum intendit, aliáque deſcribuntur quædam ſigna ex quibus vulnerati perniciem præſentias. Multa autem ſcribuntur in Prog. de dierum iudicatoriorum circuitu, & libr. 1. ep. & lib. περὶ κρισίμων. At verò hic perperam interdum quaternarii omittuntur, qui in tota iudicatione maxi
H mam habent vim. Febres porrò intelligit, quæ nullam externam euidentem cauſam habent, & eas quæ primam habent ortus ſui cauſam & morbi ſunt, neque ad alia conſequuntur. Quòd ad ſcripturam attinet, pro θανατώδες μάλα, μᾶλλον habent exemplaria quædam manu ſcripta. Hunc autem locum mirè perturbat Caluus.

ἤν τε ἀπόπληξις] Hi caſus quoq; grauia capitis vulnera conſequuntur vt patet ex libr. de vulner. cap. vbi attonitos fieri ex vulnere quoſdam & delirio corripi, breuiq; interire ſcribit. In cerebri quoque grauibus offenſis, partis alicuius ſtuporem in Coac. Præ-

ſagiis adſcripſimus, ex aph.50.lib.6.& lib.de morb.* Celſus quoque eo magis in anguſto ſpem eſſe dicit, ſi torpor acceſſit, ſi mens non conſtat, ſi neruorum vel reſolutio, vel diſtentio ſecuta eſt: Et aph.14. & 24.lib.7. in capitis graui offenſione ἐκστάσιες καὶ παραφροσύναι malum denunciant. A

* *Cap.4. lib.8.*

ὁ σώματος ἐστί] Sunt etiam quidam qui inuicta animi conſtantia & firmitate ac indefeſſo naturæ ac corporis virium robore vel grauiſſima vulnera perferunt. Sunt qui vel à minimis grauiter offenduntur. Robuſtæ enim vires (vt ſcribit Gal.lib.10.Meth.) omnia contemnunt ac tolerant, vt infirmæ abs quouis offenduntur. Et quod ſcripſit Hippocr. lib. de fract. μέγα διαφέρουσι καὶ φύσιες φύσιων τῶν σωμάτων εἰς ἀφορίην.

ἀλλ᾽ ὑπομνησθέντα] Quædam exemplaria ἀλλ᾽ ὑπομνησθέντα τοῦ τρίτου τῷ ἀνθρώπῳ legunt & diſtinguunt. Hunc autem locum ſic mihi expreſſiſſe videtur Celſus cap.4.lib.2. Itemque in prima febre protinus mentem eſſe turbatam, membrumve aliquod eſſe reſolutum. Ex quo caſu quamuis vita redditur, tamen id fere membrum debilitatur.

Magna autem vulnera quæ in articulis fiunt, ſi penitus abſciſſi nerui ſunt qui continebant, abſq; dubio claudos reddent. Sin dubiũ eſt quomodo nerui affecti ſint, ſiquidẽ ex acuto telo recta plaga eſt, ea tranſuerſa melior. Quod ſi graue fuerit & retuſum quod vulnus inflixit, nihil ineſt diſcriminis. Sed & vulneris altitudo aliaq; ſigna huiuſmodi conſiderãda ſunt. Pus ſi ad articulũ accedat, duriorẽ eum reddi neceſſe eſt. Quod ſi etiam tumores ſimul perſeuerarint, neceſſe eſt eum locũ in multum tempus durum eſſe, & ſano quoq; vlcere tumorem permanere, ſimulq; ea inflecti ac extendi, vbi recuruato articulo curatio adhibita eſt. At quibus neruus exciſurus eſſe ſperatur, iis cum maiore fiducia claudicationem prædixeris, idq; tum maxime, ſi quis neruorũ inferiorum exolutus fuerit. Neruus autẽ exciſurus his indiciis deprehenditur, ſi pus album craſſumq; & diuturnum ſub eo effluit, doloreſq; ac inflãmationes ad articulũ circa initia oriũtur. Quæ etiam contingere ſolent, vbi os exciſurũ eſt.

Τὰ δὲ τρώματα τὰ ἐν τοῖσιν ἄρθροισι, μεγάλα μὲν B
ὄντα καὶ τελέως ἀποκόψαντα τὰ νεῦρα τὰ συνέχοντα, εὔδηλον ὅτι χωλοὺς ἀποδείξει. εἰ δὲ ἐνδοιαστὸν εἴη ἀμφὶ τῶν νεύρων, ὅπως ἔχοι, ὀξέος μὲν ἐόντος τοῦ βέλεος τοῦ ποιήσαντος, ὀρθὸν τὸ τρῶμα εἶναι ἄμεινον ἐπικαρσίου. εἰ δ᾽ εἴη βαρύ τε καὶ ἀμβλὺ τὸ τρῶσαν, οὐδὲν διαφέρει. ἀλλ᾽ ἔσται βάθος τι τῆς πληγῆς σκέπτεσθαι, καὶ τἄλλα σημεῖα. ἔστι δὲ τάδε, πῦον ἢν ἐπιγένηται ἐπὶ τὸ ἄρθρον, σκληρότερον ἀνάγκη γίνεσθαι. C
ἢν δὲ καὶ οἰδήματα συμπαραμένῃ, σκληρὸν ἀνάγκη πουλὺν χρόνον τοῦτο τὸ χωρίον γίνεσθαι. καὶ τὸ οἴδημα ὑγιέος ἐόντος τοῦ ἕλκεος παραμένειν ἀνάγκη, συγκάμπτεσθαί τε καὶ ἐκτείνεσθαι ὀκνηρὰ ἂν τοῦ ἄρθρου καμπύλου ἐόντος θεραπεύηται. οἷσι δ᾽ ἂν καὶ νεῦρον δοκέῃ ἐκπεσεῖσθαι, ἀσφαλεστέρως τὰ περὶ τῆς χωλώσιος ἢ προλέγειν, ὅπως τε D
καὶ ἢν τῶν κάτωθεν νεύρων ᾖ τὸ ἐκλυόμενον. γνωστὰ δὲ τοῖσι νεύροισι μέλλουσιν ἐκπίπτειν. πῦον λευκόν τε καὶ παχὺ, καὶ πουλὺν χρόνον ὑπορρέει. ὀδύναι τε καὶ φλεγμοναὶ γίνονται περὶ τὸ ἄρθρον ἐν ἀρχῇσι. τὰ δ᾽ αὐτὰ ταῦτα γίνεται, καὶ ὀστέου μέλλοντος ἐκπεσεῖσθαι.

Τὰ δὲ τρώματα] Celſus* hunc locum ſic disertè vertit. Propriè quædam in articulis viſenda ſunt, in quibus ſi præciſi nerui ſunt qui continebant, debilitas eius partis ſequitur. Si id dubium eſt, & ex acuto telo plaga eſt, ea tranſuerſa commodior eſt: ſi retuſo & graui eſt, nullum in figura diſcrimen eſt. Hic autem νεῦρα τὰ συνέχοντα ligamenta & tendines dicuntur, velut in Coacis Prænot. νεῦρα παχέα vocantur. νεύρων παχέα τιτρωσκομένων ὡς ἐπὶ πολὺ χωλοῦνται, καὶ λοξὰ τιτρωσκόμενα. Nerui quicunque craſſi vulnus accipiunt, vt plurimum claudos reddunt, præcipueque ſi obliquum vulnus fuerit. Neruorum verò tranſuerſa vulnera maiorem conuulſionis E
metum iniiciunt, recta verò & quæ per longitudinem & in directum fiunt, minori periculo patent, ex Gal.cap.3 lib.6. Meth. medendi. Sic in Coacis, θνήσκουσι δὲ καὶ οἱ τὰ ἔσω τὰ νεῦρα, ἤν τε τὰ λεπτὰ τιτρωσκόμενα, ἤν τε τὰ παχέα, ἢν ἐπικάρσιος ὁ τρῶσις γένηται καὶ μεγάλη, ὀρθὴ δὲ μικρὰ καὶ ὀλίγη, διαφεύγουσιν ἔνιοι. Intereunt verò quibus nerui interiores, ſiue tenuis aliquis, ſiue craſſus, vulnus acceperint, ſi plaga tranſuerſa fuerit & magna. Quod ſi parua & recta, nonnulli periculo eximuntur. Caluus pro ὀρθὸν διαφέρει, contrarium ſenſum affinxit, non videns nullum ineſſe ex telo graui aut retuſo in vulneris figura diſcrimen. Vitioſa ſunt autem exemplaria quædam manu ſcripta, quæ pro ἐπικαρσίου ἐπικαρσίως legunt.

* *Cap.26. lib.5.*

ἀλλ᾽ ἔσται] Pro ἔσται ἔστι legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

πῦον ἢν ἐπιγένηται] Vbi neruus nullus præciſus eſt, ſed vulnus telo retuſo & graui inflictum eſt, videndum ad prædictionem ritè F
inſtituendam, num pus in articulum altè ſit reconditum, aut tumor durus diu perſeueret. Vlcus enim tum fore diuturnum, ac tumorem in multum tempus, ſano quoque etiam vlcere, perſeueraturum ſperandum eſt. Atque ideo etſi claudicationis nullus metus eſt, ægrè tamen flecti aut extendi membrum poſſe prædicere poteris. Iſque huius loci ſubobſcuri ſenſus eſſe exiſtimandus eſt, quem ſic expreſſit Celſus. Quamuis autem non abſciſſus neruus eſt, tamen ſi circa tumor durus diu permanet, neceſſe eſt & diuturnum vlcus eſſe, & ſano quoque eo tumorem permanere, futurumque eſt, vt tardè membrum id extendatur vel contrahatur. Maior tamen in extendendo mora eſt, vbi recuruato articulo curatio adhibita eſt, quam in recuruando eo quod rectum continuerimus.

γνωστὰ δὲ τοῖσι] Celſus hunc locum ſic adumbrat, At viſendum eſt pus ſupra articulum an infra naſcatur. Si ſub eo naſcitur, albumque & craſſum diu fertur, neruum præciſum eſſe credibile eſt. Magis quoque, maiores dolores inflammationeſque quo maturius excitatæ ſunt.

τὰ δ᾽ αὐτὰ ταῦτα] Lib.de fract.Hipp. oſſis diſceſſum ſignificari ſcribit, ſi pus multum effluat, & pars vlcerata turgeat, & ad excretionem contendat, quod deprehenditur ex labris vlceris inter ſe nequaquam coaleſcentibus, ſed diſſidentibus & obuerſis, & ſi æger obtuſum quendam motus ſenſum in fundo partis laborantis ſe percipere fateatur, vt ſcribit Gal.Comm.3.in libr.de fract. verba Hipp.ſunt, σημαίνει δὲ τάδε, ἢν μέλλῃ ὀστέον ἀπιέναι ἐπειδὰν ἐν τῷ τρόπῳ τούτῳ τῆς ἰητρείης. πῦον γὰρ συχνὸν ῥεῖ ἐκ τοῦ ἕλκεος, καὶ σφριγᾶν φαίνεται. G
Signum autem hoc erit, ſi in hoc curationis modo oſſium diſceſſio futura eſt, pus copioſum ex vlcere effluit, & turgere videtur.

Quæ in cubitis diſciſſa ſunt, præcipue cum inflammatione, ad ſuppurationem ſectionemque & vſtionem perueniunt. At vero ſi ſpinalis medulla, aut ex caſu, aut aliqua quapiam externa cauſa, aut ſua ſponte laborarit, & crurum impotentiam facit, vt ne tactum quidem percipiat æger & ventris & veſicæ, adeò vt ne primis quidem diebus ſtercus aut vrina niſi coacte reddatur. Quod ſi morbus inueterauerit, &

Τὰ δὲ ἐν τοῖσιν ἀγκῶσι διακόμματα ἐν φλεγμονῇ μάλιστα ἐόντα, ἐς διαπύησιν ἀφικνέεται, καὶ τομάς τε καὶ καύσιας. ὁ δὲ νωτιαῖος μυελὸς ἢν νοσέῃ, ἤν τε ἐκ πτώματος, ἤν τε ἐξ ἄλλης τινὸς προφάσιος, ἤν τε ἀπὸ αὐτομάτου, τῶν τε σκελέων ἀκρατὴς γίνεται ὁ ἄνθρωπος, ὥστε μηδὲ θιγγανόμενος ἐπαΐειν καὶ τῆς γαστρὸς καὶ τῆς κύστιος. ὥστε τοὺς μὲν πρώτους χρόνους, μήτε κόπρον, μήτε οὖρον H
διαχωρέειν, ἢν μὴ πρὸς ἀνάγκην. ὅταν δὲ καὶ παλαιότερον γένηται τὸ νόσημα ἐνεόντι τῷ ἀνθρώπῳ, ἥ τε

κόπρος

A κόπρος διαχωρέει, καὶ τὸ οὖρον. ἀποθνήσκει δὲ μετὰ ταῦτα, οὐ πολλῷ ὕστερον χρόνῳ. ὧν δὲ ἐμπίπλαται αἵματος ἡ φάρυγξ, πολλάκις τῆς ἡμέρης τε καὶ τῆς νυκτὸς ἑκάστης, οὔτε κεφαλῆς προαλγησάσης, οὔτε βηχὸς ἐχούσης, οὔτε ἐμέοντι, οὔτε πυρετοῦ λαμβάνοντος, οὔτε ὀδύνης ἐχούσης, οὔτε τοῦ στήθεος, οὔτε τοῦ μεταφρένου, τούτου κατιδεῖν ἐς τὰς ῥῖνας καὶ τὴν φάρυγγα, ἢ ἕλκος τι ἔχων φαίνεται ἐν τῷ
B χωρίῳ τούτῳ, ἢ βδέλλαν.

ſtercus & vrina ægro inſcio prodit, tandemque non longo poſt interuallo perit. Quibus fauces ſanguine frequenter & noctu & interdiu replentur, dum neque capitis dolor prægreſſus fuerit, neque tuſſis, neque vomitus, neque febris prehenderit, neque pectoris aut dorſi dolor tenuerit, in his nares & fauces inſpiciendæ, num quod vlcus eo in loco, aut hirudo compareat.

Τὸ δὲ ἐν βίῃ ἀγκὼν] διακρίμματα diſſectiones ac præciſiones Hippocrati ſignificant, idemque quod διακοπή, cum vulnus magnum & altè diſciſſum fuerit. Sunt enim διακεκομμένα ἐς τὰ πέρας ἔχοντα διακοπὴν τὴν διαίρεσιν, vt ſcribit Galenus Comment. ad aphor. 19 lib. 6. Sectiones autem atque vſtiones ſupputationes iſtæ poſtulant, tum vt puri via fiat, tum vt pars ipſa confirmetur, deſiccetur & conſtringatur. Sed à ligamentis & neruis abſtinere, & inflammationi ſuperſedere oportet, vt præcipit Hippocrates libro de fracturis.

ὁ δὲ νωτιαῖος μυελὸς] Obliquata ſpina, aut peruerſa, aut gibba facta, ſpinalis medulla contorquetur, inflectitur, ac premitur, [illegible], vt ſcribit Hippocr. libro de artic. Sunt autem ſpinæ affectus quibus conſentire ſpinalem medullam par eſt, κύφωσις, λόρδωσις, σκολίωσις, & σεισις, vt ex libro de articul. colligi poteſt. Sed & ſinuata & intro luxata & obliquata ſpina, crurum imbecillitatem ac motionis impotentiam, vrinæque & ſtercoris ſuppreſ-
C ſionem conſequi, affectis conſortij lege neruis qui ex ſpinali medulla partibus ſenſum & motum præſtant, vero eſt ſimile, & ſcribit Hippocrates libr. de art. Et vero qualiter his caſibus vrinam & ſtercus inuitis profluere contingat, docet Galenus libro ſexto, de loc. affect. capite quarto. Quod etiam adnotauit Hippocrates libro de art. his verbis: [illegible]. Quod ſi euadant, his magis vrina profluit, & crurum impotentia & ſtupore torquentur. Celſus quoque eadem in ſpinæ luxatione apponit capite 14. libro octauo. Si ſub ſepto vertebræ exciderunt, femina reſoluuntur, vrina ſupprimitur, interdum etiam ſine voluntate prorumpit. Idem libro quinto. Medulla vero quæ in ſpina eſt, diſcuſſa, nerui reſoluuntur aut diſtenduntur, ſenſus intercidit, interpoſito tempore aliquo ſine voluntate inferiores partes vel ſemen, vel vrinam, vel etiam ſtercus excernunt. Paulus etiam eadem adſcribit in ſpinalis medullæ compreſſione & ſpinæ peruerſione libro 6. capite 117. Hic autem vt prædictio melius inſtituatur, cauſas quas procatarcticas vocant oculis ſubiicit, quas etiam inſpiciendas monet Galenus. In quibus caſus, aut rei cuiuſdam grauis illapſus aut pondus ab Hippocrate enumerantur, & à Galeno inflicta plaga accenſetur. Internis autem & latentibus cauſis annumerari poſſunt tubercula magna, dura & diuturna ad ſpinam adnata, quæ
D eam interdum ſinuant & propellunt, vt ſcribitur initio lib. 3. de artic. Atque ea ſponte fieri dicuntur, quod nullam ictus ſui euidentem occaſionem indicent.

ὑπὸ τῇ αἰσθήσει] ὑπὸ ἀναισθησίῃ lego, ex duabus membranis ſcriptis, vt ſit ægro inſcio nec percipiente, quod eſt ſine voluntate. Etſi βίῃ, vt habent reliqua omnia exemplaria, ſtare poteſt, quod eſt non cogente, adnitente, aut inſtante ægro & vrgente. Caluus hunc locum miſere peruertit ac perturbauit, nec authoris mentem aſſecutus eſt, cum hoc loco deambulantem ægrum intellexit.

ἀποθνήσκει δὲ] Iis celerrime mors ſuperuenit, quorum in ſpina vertebræ exciderunt, vt ſcribit Celſus. Id enim fieri non poteſt, niſi ex medulla, quæ per medium, & duabus membranulis, quæ per duos à lateribus proceſſus feruntur, & neruis qui continent, ruptis. Ex eiuſmodi luxationibus, vt tardius quam ex capitis, ſic tamen intra triduum homo moritur. Paulus quoque celeriter ægros mori ſcribit, præſertim ſi ſuperiores & ceruicis vertebræ affectum fuerint expertæ.

ὧν δὲ ἐμπίπλαται] Faucium cruentarum cauſas, vt rectè prædictio procedat, exequitur. Quem locum haud dubiè expreſſit Cel-
E ſus capite ſeptimo libri ſecundi. Cui fauces ſanguine & interdiu & noctu replentur, ſic vt neque capitis dolores, neque præcordiorum, neque tuſſis, neque vomitus, neque febricula præceſſerit, huius aut in naribus, aut in faucibus vlcus reperietur. In quibus etſi Celſus hirudinis nihil meminit, Galenus tamen libro quarto de loc. affect. capite ſexto expuitionis ſanguinis cauſas perquirens, ſi ab hirudine contingat, his indiciis prodi ſcribit: [illegible]. Quod ſi pluribus deinceps diebus aliquis cruorem & ſcreauerit & emunxerit, idque citra capitis vel dolorem vel grauitatem, ſiue præſentem, ſiue præteritam, neque plaga eo loco exiſtente, huius & totum per nares meatum, atque eam oris partem qua ad nares perforatur, exactè conſiderare oportet. Iſtud enim aliquando contingere poteſt, hirudine huic loco adhæreſcente, quæ quidem in dies augeri
F ſolet. quamuis enim primis diebus, quòd ſit exigua, latere poteſt, tertio tamen quartove die, haud obſcurè conſpicitur. Quæ etiam repetit Aëtius cap. 59 lib. 8. Eſt & hiſtoria iuuenis, cui ad narium foramen in eo meatu vbi naſus ad oris regionem perforatur, hirudinem latentem conſpexit Galenus, quæ huic loco plurimum addit lucis. Huius porrò loci & autoritatem & vtilitatem prædicat his verbis Galenus in Exegeſi vocum Hippocratis. [illegible], quod eſt hirudinem, in maiore Prorrhetico, à quibuſdam ſecundo inſcripto, varicoſam venam ſic nominatam eſſe Dioſcorides ait. At mihi propriè hæc vox de animali ipſo dici videtur. Etenim fortè aliquando incidi cum illud eo in libro legeretur, & multis hac de re ambigentibus, ſolus ipſa ſcriptione impulſus verum prædixi. Quibus certè verbis hiſtoriam illam quam attingit lib. de loc. aff. innuere mihi videtur Galenus. Verum locus ille vitioſè in omnibus noſtris exemplaribus legitur, vt docuimus in noſtra OEconomia, vbi & huius loci mentionem iniecimus. βδελλῶν meminit Herodotus in Euterpe de Crocodilo verba faciens & de Trochilo aue, qui
G crocodili ad Zephirum hiantis os ingreſſus, affixas ibi hirudines deuorat & illæſus exiit. Quam etiam hiſtoriam Ariſtot. paulo aliter recenſet lib. 9. de hiſt. anim. cap. 6. Ad epotam autem ſanguiſugam remedia habes apud Dioſcoridem lib. 6. Celſum lib. 5. Paulum lib. 5. cap 57. Nicandrum in Alexipharmacis, & in facile parabilibus remediis apud Gal. lib. 3.

Ὀφθαλμοὶ δὲ λημῶντες ἄριστα ἀπαλλάσσουσιν. ἢν τό, τε δάκρυον, καὶ ἡ λήμη, καὶ τὸ οἴδημα ἄρξηται ὁμοῦ γινόμενα. ἢν δὲ τὸ μὲν δάκρυον τῇ λήμῃ μεμιγμένον ᾖ, καὶ μὴ θερμὸν ἰσχυρῶς. ἡ δὲ λήμη λευκή τε ᾖ καὶ μαλθακή, τό, τε οἴδημα ἐλαφρόν τε καὶ λελυμένον. Εἰ
H γὰρ οὕτω ταῦτ' ἔχοι, ξυμπλάσσοιτ' ἂν ὀφθαλμὸς ἐς τὰς νύκτας ὥστε ἀνώδυνος εἶναι, καὶ ἀκινδυνότατον οὕτως ἂν εἴη, καὶ ὀλιγοχρονιώτατον. Εἰ δὲ τὸ δάκρυον χωρέει πουλὺ καὶ θερμὸν ξὺν ὀλιγίστῃ λήμῃ, καὶ σμικρῷ οἰδήματι, εἰ μὲν ἐκ τοῦ ἑτέρου τῶν ὀφθαλμῶν, χρόνιον μὲν κάρ-

Oculi gramioſi optimum habent ſucceſſum, ſi ſimul lachryma & gramia & tumor cœperint. Aut ſi lachryma gramiæ permixta, neque vehementer calida fuerit, gramia vero alba & mollis, & tumor leuis ac ſolutus. His etenim ſic ſe habentibus noctu oculus conglutinabitur, vt dolorem non ſentiat: iſque caſus minime periculoſus, minimeque diuturnus fuerit. At ſi lachryma multa & calida, cum pauciſſima gramia & exiguo tumore, idque ex altero oculo profluat, valde diuturnum id qui-

dem,ſed ſine periculo fit,idq; lippitudinis genus doloris expers eſt. Et in his præcipue iudicatio conſideranda eſt , quæ prima quidẽ fit circa vigeſimum diẽ. Quod tẽpus ſi ſuperat, quadrageſimus dies expectãdus eſt,aut ſi neq; in his deſinit,in ſexaginta dieb.ſoluitur. At toto tẽpore ad gramiã attentũ eſſe oportet, num in digito miſceatur,& alba ac mollis fiat,idque præcipuè ſub iudicationis tempus,tum nanq;vbi finitur,id euenire ſolet.Quòd ſi hæc vtrunq; oculũ inuaſerunt,maius eſt vlcerũ periculũ,ſed breui ſoluentur. Gramiæ autẽ ſiccæ vehemẽtes dolores afferunt,breui tamen ſoluuntur,niſi oculus vulnus acceperit.Tumor vero magnus,doloris expers & ſiccus, ſine periculo eſt. Quod ſi cum dolore eſt,ſiccus quidẽ malus, metuſq; eſt ne oculũ exulceret ac palpebræ coeant. Formidabilis quoq; eſt,vbi cum lachryma coniunctũ dolorẽ habet. Nã ſi lachryma calida & ſalſa profluit, in pupilla & palpebris exulcerationis periculum eſt. At ſi tumor quidem cõſtiterit, lachryma verò multa diutius effunditur,& gramiæ tenent, viris quidẽ palpebrarũ euerſionẽ rectè prædixeris, at mulieribus & pueris exulcerationẽ & palpebrarũ euerſionẽ.Si vero gramiæ pallidæ aut liuidæ fuerint,lachrymaq; multa & calida, caput ardor occupet, ex tẽporibus ad oculũ dolor tendat;inſomniaq; his acceſſerit,vlcus in oculo factũ eſſe neceſſe eſt, ac vt rumpatur metus eſt. Iuuat autem ſuccedens febris , aut dolor in lũbos firmatus.His verò futurorũ prædictionẽ rectè inſtitues, ſi & temporis & eorũ quæ ex oculo fluũt rationẽ inieris, tum etiã grauiſſimorum dolorũ, tum vigiliarũ. Sed vbi oculũ introſpicere licet, ſi quidem ruptũ inueneris,& per rimã pupilla extiterit, maiũ ſignificat, nec facilè reſtituitur.Quod ſi etiã putredo ſubſit,nulli amplius eſt vſui.Reliqua vero vlcerum genera prædicere licet,& locorũ putredines & altitudines intuẽti.Pro vlcerũ magnitudine cicatrices fieri neceſſe eſt. Quibus igitur rumpũtur oculi , poſteaq; adeo extant vt pupilla loco mota eſſe videatur,iis nec vllo tempore,neq; arte,vt videãt,opẽ ferre licet.At paruæ pupillarũ dimotiones reſtitui poſſunt , dum ne quid mali acceſſerit & iuuenis ſit æger. Vlcerũ vero cicatrices, ſi nõ aliud malũ ſubſit,omnes & à tempore & ab arte iuuari poſſe exiſtimandæ ſunt , ac præcipuè quæ recentiſſime & in iuuenum corporibus contractæ ſunt. Ex locis autẽ inſignẽ facit noxiã pupillæ acies ſi exulceretur,ſecundũ eã id quod eſt ſupra ſupercilia,deinde vero quicquid his locis fuerit proximum.Pupillæ quoq; cæſiũ,aut argenteũ, aut cæruleũ colorẽ nactæ, improbãdæ ſunt.His aliquantũ meliores exiſtimãdæ ſunt,quæ aut minores,aut ampliores apparẽt, aut angulos habent,ſiue id ex manifeſta cauſa,ſiue ſpõte cõtingat. Caligines & nubeculæ,& ſubalbicantes cicatrices ægides dictæ,exterũtur ac euaneſcũt,niſi eo in loco vuln⁹ aliquod ſubortũ ſit,aut illic antea cicatricẽ aut vnguem eſſe contigerit.Quod ſi in oculi nigro reſplẽdẽs cicatrix orta ſit,nigri aliquid dealbat,ita vt ſi diuti⁹ perſeueret & aſpera & craſſa,etiã veſtigiũ aliquod poſtea relinquat. Iudicationes verò non ſec⁹ ac in febrib⁹ ſcripſi,ita & hic ſe habent.Sed & obſeruatis ſignis, pro genere quidẽ lippitudinũ, prędictionẽ inſtituas licet.Nẽpe diuturnas lippitudines fore,vbi peſ-

τὰ γίνεται, ἀκίνδυνον δέ. καὶ ἀνώδυνος ἐστὶν ὁ τύπος. ἐν τοῖσι A
μάλιστα τὴν δὲ κρίσιν ἐπισκέπτεσθαι. τὴν μὲν πρώτην, ἐς τὰς εἴκοσιν ἡμέρας. ἢν δὲ ὑπερβάλλῃ τοῦτον τὸν χρόνον, ἐς τὰς τεσσαράκοντα προσδέχεσθαι. ἢν δὲ μηδ' ἐν ταύτῃσι παύηται, ἐν τῇσιν ἑξήκοντα κρίνεται. παρὰ πάντα δὲ τὸν χρόνον τοῦτον, ἐνθυμεῖσθαι τὴν λήμην, ἢν ἐν τῷ δακτύλῳ τε μίσγηται, καὶ λευκή τε καὶ μαλθακὴ γίνηται. μάλιστα δὲ ὑπὸ τοὺς χρόνους τοὺς κρισίμους. ἢν γὰρ μέλλῃ παύεσθαι, ταῦτα ποιέει. εἰ δὲ τὼ ὀφθαλμὼ ἀμφότεροι ταῦτα πάθοιεν, ἐπι- B
κινδυνότεροι γίνονται ἑλκωθῆναι. ἡ δὲ κρίσις ἐλάσσονος χρόνου ἐστί. λῆμαι δὲ ξηραὶ, ἐπώδυνοι κάρτα. κρίνονται δὲ ταχέως, ἢν μὴ τρῶμα λάβῃ ὁ ὀφθαλμός. οἴδημα δὲ ἢν μέγα ᾖ, ἀνώδυνόν τε καὶ ξηρὸν ἀκίνδυνον. εἰ δὲ εἴη ξὺν ὀδύνῃ, κακὸν μὲν ξηρὸν ἐὸν καὶ ἐπικίνδυνον ἑλκῶσαι τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ ξυμφῦσαι. δεινὸν δὲ καὶ ξὺν δακρύῳ τε ὂν καὶ ὀδύνῃ. εἰ γὰρ δάκρυον χωρέει, θερμὸν καὶ ἁλμυρόν. κίνδυνος τῇ τε κόρῃ ἑλκωθῆναι, καὶ τοῖσι βλεφάροισιν. εἰ δὲ τὸ μὲν C
οἴδημα καταστάιη, δάκρυον δὲ πολὺ ἐπιγίνεται πολὺν χρόνον, καὶ λῆμαι ἔωσι, τοῖσι μὲν ἀνδράσι βλεφάρων ἐκτροπὴν προλέγειν. τῇσι δὲ γυναιξὶ, καὶ τοῖσι παιδίοισιν, ἑλκώσιν, καὶ τῶν βλεφάρων ἐκτροπήν. ἢν δὲ λῆμαι χλωραὶ καὶ πελιδναὶ ἔωσι, καὶ δάκρυον πουλὺ καὶ θερμὸν, καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ καῦμα ᾖ, καὶ διὰ τοῦ κροτάφου ὀδύναι ἐς τὸν ὀφθαλμὸν κατασκήψωσι. καὶ ἀγρυπνίη τουτέοισιν ἐπιγένηται, ἕλκος ἀνάγκη γενέσθαι ἐν τῷ ὀφθαλμῷ. ἐλ- D
πὶς δὲ καὶ ῥαγῆναι τὸ τοιοῦτον. ὠφελέει δὲ καὶ πυρετὸς ἐπιγενόμενος ἢ ὀδύνη, ἐς τὴν ὀσφὺν στηρίξασα. προλέγειν δὲ δεῖ τούτοισι τὰ ἐσόμενα, ἐς τε τὸν χρόνον σκεπτόμενον, ἐς τε τὰ ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ ῥέοντα, ἐς τὰς περιωδυνίας τε καὶ ἀγρυπνίας. ἐπὴν δὲ καὶ τὸν ὀφθαλμὸν οἷόν τε ᾖ καθιδεῖν. ἢν μὲν εὑρεθῇ ἐρρωγώς τε καὶ διὰ τῆς ῥωγμῆς ὑπερίσχουσα ἡ ὄψις, πονηρὸν καὶ χαλεπὸν καθιδρῦσαι. εἰ δὲ καὶ ση- E
πεδὼν ὑπῇ τῷ τοιούτῳ, τελέως ἄχρηστος ὁ ὀφθαλμὸς γίνεται. τοὺς δὲ ἄλλους τρόπους τῶν ἑλκέων ἐς τὰ χωρία σκεπτομένους προλέγειν, καὶ τάς τε σηπεδόνας καὶ βαθύτητας. ἀναγκαῖον κατὰ τὴν ἴσην τῶν ἑλκέων τὰς οὐλὰς γίνεσθαι. οἷσι μὲν ἐκραγῶσιν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ μετὰ ταῦτα ὑπερίσχωσιν ὥστε ἔξω τὴν ὄψιν τῆς χώρης εἶναι, ἀδύνατοι ὠφελέεσθαι καὶ F
χρόνῳ καὶ τέχνῃ εἰς τὸ βλέπειν. τὰ δὲ σμικρὰ μετακινήματα τῶν ὄψεων οἷά τε καθιδρύεσθαι, ἢν μήτε κακὸν ἐπιγένηται μηδὲν, ὅ, τε ἄνθρωπος νέος ᾖ. αἱ δὲ ἐκ τῶν ἑλκέων οὐλαὶ, οἷσιν ἂν μὴ κακόν τι ἄλλο προσῇ, πάσας οἴεσθαι ὠφελέεσθαι καὶ ὑπὸ τῶν χρόνων καὶ ὑπὸ τῆς τέχνης. μάλιστα δὲ αἱ νεώταται τε καὶ ἐν τοῖσι νεωτάτοισι τῶν σωμάτων. τῶν δὲ χωρίων, μάλιστα μὲν αἱ ὄψιες βλάπτονται ἑλκούμεναι. ἔπειτα τὸ ὑπεράνω τῶν ὀφρύων. ἔσχατα δὲ καὶ ὅ, τι ἂν ἄγχιστα ᾖ τούτων τῶν τόπων. αἱ δὲ κό- G
ραι γλαυκούμεναι, ἢ ἀργυροειδέες γινόμεναι, ἢ κυάνεαι, οὐδὲν χρηστόν. τουτέων δὲ ὀλίγαι ἀμείνους. ὁκόσαι ἢ σμικρότεραι φαίνονται, ἢ εὐρύτεραι, ἢ γωνίας ἔχουσαι, εἴτ' ἐκ προφασίων τοιαῦται γίνοιατο, εἴτ' αὐτόμαται, ἀχλύες, καὶ νεφέλαι, καὶ αἰγίδες ἐκλεαίνονταί τε καὶ ἀφανίζονται. ἢν μὴ τρῶμά τι ἐπιγένηται ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ. ἢ πρόσθεν τύχῃ οὐλὴν ἔχον ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ, ἢ πτερύγιον. ἢν δὲ παράληψις γένηται H
ἐπὶ λαμπρυνθέντι τοῦ μέλανος μορίῳ ἐόντι, εἰ πουλὺν χρόνον παραμένῃ, καὶ τρηχείη τε καὶ παχείη, καὶ μνημόσυνον ὑποκαταλείπει. αἱ δὲ κρίσιες ὡς ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἔγραψα, οὕτω καὶ ἐνθάδε ἔχουσιν. ἀλλὰ χρὴ τὰ σημεῖα ἐκμανθάνοντα προλέγειν. τὰς μὲν διαφορὰς τῶν ὀφθαλμιῶν, ὅταν τὰ κάκιστα τῶν σημείων ἐπιγένηται, τὰς δὲ πολυχρονίους τῶν ὀφθαλμιῶν, ὡς δια-

A ὡς διαγέγραπται ἐφ' ἑκάστῳ. τὰς δὲ ὀλιγοχρονίας, ὅταν τὰ σημεῖα προφαίνηται τὰ ἄριστα, τότε προλέγειν ἑβδομαίας παύεσθαι, ἢ ἐν ἧσι τουτέων, καὶ δήπως ἀσφαλέως νομίζειν ἔχειν. τὰς δὲ ὑποστροφὰς προσδέχεσθαι, οἷσιν αἱ ῥᾳστῶναι γένωνται, μήτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι, μήτε σημείων ἀγαθῶν ἐπιφανέντων. πάντων δὲ χρὴ μάλιστα τὴν κατάστασιν τοῦ οὔρου, ἐν τοῖσι περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐνθυμέεσθαι. ὁ γὰρ καιρὸς ὀξύς.

ſima ſigna affuerint, velut in ſingulis deſcriptum eſt. Breues verò, vbi optima ſigna comparuerint, caſque ſeptimo die aut proximis diebus finiendas prædicere, ac alioqui in tuto eſſe exiſtimare oportet. Quibus autem leuamentum adfuerit, ſi id neq; iudicatoriis diebus, neque cum bonis ſignis contingat, in iis recidiuæ metuendæ ſunt. Imprimis verò in oculorũ affectibus vrinæ ſtatus in cõſiderationem adhibendus eſt. Occaſio nanque præceps eſt & lubrica.

B ὀφθαλμοὶ δὲ λημῶντες] Lippientium oculorum prædictionem inſtituit, ex tumoris, lachrymarum, ac pituitæ quæ in ipſa lippitudine videntur, tum qualitate, tum quantitate. Idq; eò fit, quod cùm ingentibus & variis caſibus oculi noſtri pateant, iidemq; magnam partem ad vitæ ſimul & vſum & dulcedinem conferant, ſumma cura tuendi ſunt. Hunc autem locum diſertè Celſus totum expreſſit ac in vſum ſuum tranſtulit cap. 6. lib. 6. Protinus autem orta lippitudine, quædam notæ ſunt, ex quibus quid euenturum ſit colligere poſſimus. Nam ſimul ac lachryma, & tumor, & craſſa pituita cœperint, ſi ea pituita lachrymæ mixta eſt, & ea lachryma calida eſt; pituita verò alba & mollis, tumor non durus, longæ valetudinis metus non eſt. Vbi aduertere licet men loſè in omnibus Celſi codicibus legi (& ea lachryma calida eſt) pro, (neque ea lachryma calida eſt) vt ex Græco contextu & ſequentibus ex aduerſo his reſpondentibus manifeſtò patet. Deniq; λήμην, quæ ſordes eſt lippientium oculorum & pituita concreſcens, Celſus pituitam vertit, nos gramiam dicimus, quod ſint gramiæ Nonio oculorum pituitæ, vnde gramioſi oculi dicuntur. Plin. cap. 13. lib. 25. Crethmos agrios gramias tollit oculorum impoſitus. Caluus hic pro ἐπιπλάσσειν ἀπολάσσειν aut ἀπαλλάσσεσθαι, legiſſe videtur ſed ἐπιπλάσσειν hic ſucceſſum & quid euenturum ſit oſtendit.

ἢν δὲ τὸ δάκρυον] Celſus. At ſi lachryma multa & calida, pituitæ paulum, tumor modicus, idque in vno oculo eſt, longum id ſed ſine
C periculo futurum eſt. Idq; lippitudinis genus minimè cum dolore eſt, ſed vix ante vigeſimum diem tollitur, nõnunquam per duos menſes durat, ſed quandoque finitur.

ἀμφὶ παιδὶ δὲ τὸ χρῶμα] Celſus breuiſſimè hoc totum complexus eſt. Si pituita alba & mollis eſſe incipit, lachrymæque miſcetur aut ſi ſimul hæ oculum vtrunq; inuaſerunt, poteſt eſſe breuior, ſed periculum vlcerum eſt. Ex quibus cuiuis patet Celſum ἢν τῷ δακρύῳ τι μίσγηται legiſſe, aut ἢν καὶ τῷ δακρύῳ pro δακτύλῳ. Atque ea mihi germana eſſe lectio videtur, contra tamen omniũ quæ adhuc videre licuit exemplarium fidem. Etſi publicata lectio quodammodo ſtare poteſt, vt ad digiti contactum pituita hæreat ac miſceatur lachrymæ quo exploret an mollis ſit & maturari cœperit. Vitioſus eſt autem Aſulanus codex, qui ἐπικινδυνώτερα pro ἐπικινδυνώτερος legit. Oculos enim indicat vlcerum periculo promptè eſſe expoſitos.

λῆμαι δὲ ξηραὶ] Sic Celſus. Pituita autem ſicca & arida dolorem quidem mouet, ſed maturius deſinit, niſi quid exulcerauit. Tumor magnus ſi ſine dolore eſt & ſiccus, ſine vllo periculo eſt. Si ſiccus quidem, ſed cum dolore eſt, fere exulcerat, & nonnunquam ex eo
D caſu fit vt palpebra cum oculo conglutinetur. Eiuſdem exulcerationis tumor in palpebris pupilliſve eſt vbi ſuper magnum dolorẽ lachrymæ ſalſæ calidæq; eunt, aut etiamſi tumore finito diu lachryma cum pituita profluat. Sic enim legendum cenſeo, non vt vulgata exemplaria habent (tumore infinito.) Hic enim καθιστάμενον οἴδημα tumorem ſubſidentem & finitum vocat Celſus. Fit autẽ palpebrarum euerſio lachrymis calidis, ſalſis, acribus diutius euntibus, pituitaq; ſicca & arida cum tumore & dolore vrgente, & iugi exulceratione prægreſſa, ſupercreſcente carne. Idque vitij genus ἐκτρόπιον Medicis dicitur. De quo agit Paulus lib. 3. & 6. & Aëtius lib. 7. cap. 71. ac Celſus lib. 6. cap. 7.

ἢν δὲ λῆμαι χλωραὶ] Celſus ſic expreſſit. Peius etiamnum eſt, vbi pituita calida aut liuida eſt, lachryma calida aut multa profluit, caput calet, à temporibus ad oculos dolor peruenit nocturna vigilia vrget, Siquidem ſub his oculus plærunq; rumpitur, votumq; eſt, vt tantum exulceretur. Ex quibus manifeſtum vitium apparet, & in omnibus obtinuit exemplaribus. Nam pro calida pituita, haud dubie pallida legenda eſt. Horum autem prædictionem adornant quæ ſcribuntur in Coacis Præſagiis, οἷσιν ὀφθαλμιῶσι κεφαλαλγίη ἐπιγίνεται, καὶ παραμένῃ χρόνον πολλόν, κίνδυνος τυφλωθῆναι.
E Quibus cum lippitudine capitis dolor accedit diuq; perſeuerat cæcitatis metus impendet.

ῥαγέντι δὲ] Celſus, Intus ruptum oculum febricula iuuat. In Coacis etiam, ὀφθαλμιῶντι ὑπὸ ἑαυτοῦ, πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει. Lippitudine affecto seborta febris ſolutionem affert. Qua de re illic ſcripſimus. Firmatus autem in lumbos dolor tranſpoſiti humoris ratione prodeſſe poteſt ſicq; per aluum ſecedere, quomodo in Coacis dixit, αἱ περὶ ὀφθαλμοὺς ἐπαναστάσιες ἐν τῇσιν ἀνακομιδῇσι, κοιλίης περιρρήξιας. Erumpentes circa oculos eminentiæ, dum ægri ex morbo recreantur, proruptturæ alui ſpem faciunt. Vitioſa ſunt autem exemplaria quæ ἰσχίον pro ὀσφὺν legunt. Quædam etiam manuſcripta πιέζων legunt.

ἡ ὄψις δὲ ὄψιν] id quo cernimus indicat & pupillæ foramen quod videndi aciem effundit, & per quod ſpiritus viſorius viam facit, & acies ac videndi facultas proficiſcitur, indeq; pro pupilla ſumitur Tullio libr. 2. de Natura Deorum. Sic Rufo ὄψις κόρη dicitur, & quod in oculo medium cernimus. Idem quoque alias ſcribit, κόρας τὰς ὄψεις dici, vel vt aliis placet, ὄψιν μὲν τὸ βλέπειν.

F ἀναγκαῖον μὲν] Interpretes γὰρ legiſſe videntur, quod optimè quadrat, contra tamen omnium exemplarium fidem.

ἔξω μὲν ἢν ῥήγνυνται] Celſus. Si foras iam ruptus procedit, ſine auxilio eſt.

πάντας ἐπιδοῦναι] εἶναί τι legunt exemplaria duo Regia manuſcripta.

αἱ ὄψιες] Hic pupillæ aciem dixi, pupillæ foramen vnde cernendi potentia & ſpiritus viſorius effunditur, intelligens, ſpeciẽ non ineptè Caluus vertit, eſſeq; videtur quam γλήνην Rufus vocat. Exulceratus autem locus ille inſignem ac præcipuam noxam facit cum omnem videndi potentiam effundat. Exemplaria autem quædam ἑλκούμεναι pro ἑλκούμεναι legunt.

ξύνεσιν τῶν πόνων] Vitioſa ſunt exemplaria manuſcripta quæ πόνων legunt.

αἱ δὲ κόραι γλαυκούμεναι] Hoc loco natiua oculorum temperies non inſtituitur, ſed de offenſionibus oculorum & iniuriis externis agitur, à quibus offenſæ pupillæ glaucèſcunt, aut argenteum colorem, hoc eſt lucidum & albidum aſſumunt, cõdenſato & reſiccato humore cryſtallino, aut eo humoris aquei impuritate & copia obtenebrato, cæruleæ fiunt. Glaucedo igitur eſt humoris cryſtallini in glaucum tranſmutatio, quæ aut illius contractione & denſatione fit, aut humorũ affluxu eius albedine & ſplẽdore obſepto
G & effuſcato. Sic enim recentiores apud Paulum hæc cryſtallini humoris vitia ab humiditate proficiſci ſtatuũt. Quę certè etiã huic loco in quo maxima eſt fluxionis humorum in oculos actio competere videntur. De glaucis verò oculis & eorum attributionibus & cauſis, multa à nobis ex Galeno & Ariſt. dicta ſunt Com. in lib. 2. epid. Hic autẽ pupillæ vitiũ γλαύκωσιν aut γλαύκωμα intelligit. Eſt autem γλαύκωσις τοῦ κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ εἰς λευκὸν καὶ ὑδατώδη χροιὰν μεταβολή, δι' ἣν τὸ βλέπειν κωλύεται, Authori definit. Medicarũ, hoc eſt, humoris cryſtallini in album & aqueum colorem mutatio, à qua viſus impeditur. De ea etiam agit Gal. lib. 10. de vſu partium. De glaucomate vero Paulus lib. 3. & Aëtius lib. 7. & Gal. Com. ad aphor. 31. lib. 3. & nos fuſiſſimè in noſtra OEconomia.

ῥυτίδωσιν δὲ ὀλίγον δυνάμενοι] ὀλίγοι pro ὀλίγον legunt exemplaria publicata. Hoc vero vitium ῥυτίδωσις ὀφθαλμοῦ Græcis dicitur, & inſignia vulnera aut vueæ tunicæ inflammationem ſequitur, vt ſcribit Aëtius lib. 7.

ἀχλύες] Ἀχλὺς autori Iſagoges eſt vitium in nigro oculi & cicatricula à ſuperficiaria exulceratione contracta. Sic enim defini-
H tur, ἀχλύς ἐστι περὶ ὅλον τὸ μέλαν ἀπὸ ἑλκώσεως ἐπιπολαίου οὐλὴ λεπτοτάτη ἀεὶ ἀχλυώδει παραπλησία. Aëtio autem ἀχλύς ἐστιν ἐπιπόλαιος ἕλκωσις ἐπὶ τοῦ μέλανος γενομένη, παραπλησία ἀχλυώδει ἀέρι τῷ χρώματι κυανῷ, πολὺ τόπον ἐπέχουσα τοῦ μέλανος. ὅταν δὲ ἐπὶ τῆς κόρης γένηται, οὐ ῥᾳδίως ὁρῶσι. ἀχλὺς eſt ſuperficiaria vlceratio in oculi nigro orta, aëri caliginoſo aſſinis, colore cæruleo, magnam nigri partem occupans. Cum vero in pupilla extiterit, non facilè vident.

νεφέλαι] νεφέλιον ἐστὶν ἕλκος ἐπιπόλαιον καὶ μικρῷ μεῖζον ἀχλύος καὶ λευκόν Autori Iſagoges, h. e. vlcus ſuperficiale & argemo paulò maius ac albũ. Aëtio vero νεφέλιον ἐστὶν ἕλκος τὸ ἐπὶ τοῦ μέλανος βαθύτερον τῆς ἀχλύος ἔλαττον καὶ μακρότερον, τῇ δὲ χροιᾷ λευκότερον. Nubecula vocatur vlcus in

nigro caligine profundius ac minus, & colore albius. Paulo autem lib. 3. νεφέλιον vt hic quoque inter ſummas & ſuperficiarias o- A
culorum cicatrices accenſetur.

αἰγίδες] αἰγίδες hic dicuntur ſubalbicantes cicatrices ex acrioris in oculos pituitæ affluxu cõtractæ, vt ex Galeno ἐν ταῖς γλώσσαις patet in dictione αἰγλίη, etſi in Coacis aliud quid ſignificant. Qua de re in Coacis Præſagiis plura adſcripſimus, huiuſq; loci mentionem iniecimus. Dicuntur autem αἰγίδες forte παρὰ τὸ αἰγίζειν, quod Heſychio διασπᾷν, dilacerare ſignificat. Cal. hic αἰγίδας ſtillas lucidas fulgentes interpretatur, Varinum fortè ſecutus, qui λαμπάδας τῶν ὀφθαλμῶν eſſe ſcribit. Sed certè hunc locum mirè perturbauit cum illa ſuperioribus iunxit, adeo vt ne germanus authoris ſenſus ex eo erui poſſit.

πτερύγιον] Vnguis, quod πτερύγιον Græci vocant, vt membranula neruoſa oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoq; peruenit, eique officit, vt ſcribit Celſus lib. 7. cap. 7. Author quoque Iſagoges πτερύγιον eſſe dicit, ὅταν ἐπὶ πλεῖον ἑλκωθέντος καὶ ὑπερσαρκώσαντος τοῦ λευκοῦ, ὑμὴν λεπτὸς καὶ νευρώδης ἐπιδράμῃ τῷ ὀφθαλμῷ, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ κανθοῦ, ἕως τοῦ μέλανος καὶ τῆς κόρης ἐφάπτηται. Vnguis eſt in albo oculi vltra modum exulcerato & carne impleto, membranula tenuis & neruoſa ad oculum excurrens, ab angulo exoriens donec ad nigrum & pupillam pertingat. Sic enim κόρης potius quam κορυφῆς legendum exiſtimo, ex Paulo & Aëtio, contra omnium codicum & interpretum fidem. Caluus porrò contrarium planè ſenſum ſibi affinxit. B

ἐπιλάμψιες] Exemplaria omnia tum ſcripta, tum publicata, vitium retinent, cum ἐπιλαμψιες indubitata fide legendum ſit, vt patet ex Gal. ἐν ταῖς γλώσσαις. Illic enim ἐπίλαμψις explicatur ἐν τῷ μέλανι τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπιλάμπουσα οὐλή, διὰ τὸ ἰσχνὴ παχυτέρα εἶναι αἰγίδος, in oculorũ nigro ſplendicans cicatrix, eò quòd paulò craſſior ſit quam quæ ægis dicitur. Neq; enim video cuinam loco aptius accommodari poſſit. Quod etiam rectè vidit Cornarius, non eſt autem aſſecutus Caluus. Celſus vero hunc locum aliqua ex parte ſic expreſſit. Si de nigro aliquid albidum factum eſt, diu manet. At ſi aſperum aut craſſum eſt, etiam poſt curationem veſtigiũ aliquod relinquit. Sic enim legendum eſſe vel ex hoc loco patet. Quod ad literam attinet, ὑπολευκαίνει τι μέλανος μέρος τι, ὁ πολὺν χρόνον ἐπιλάμψιες, &c. lego ex codicibus integrioribus. Quam lectionem etiam ſecutus eſt Cornarius.

τὰ δὲ πολυχρόνια] Integriora exemplaria manuſcripta τὰ πολυχρόνια habent.

ἐπὶ τὸ σμικρὸν] Sic ferè omnia exemplaria tum publicata, tum ſcripta, & hanc lectionem ſecuti ſunt interpretes: τι, τι tamen mihi magis placet ex ſcripto eoq; fideliſſimo codice, quem ſecutus eſt Morelius. C

τὰ δὲ ὑποστρεφεῖ] Caput eſt in tota iudicij diſciplina celeberrimum, quod præcipuè febribus accommodatur ab Hipp. in Progn. aph. & Coac. Præſagiis. τὸ γὰρ ὀλίγον μεταπίπτειν τὸ φιλυπόστροφα. ὅπου δ᾽ ἐπὶ ἔργου ὀλίγου μεταπίπτει λέγετ᾽ αὖ (vt ſcribit Gal. διὰ μὲν μὴ σημεῖον λυτήριον μετὰ ἐν κρισίμοις ἡμέραις ἰδέῃ πονεῖ δὲ. τὰ τοῦ δὲ χρὸ μάλιστα] In oculorum affectibus vrinæ ſtatum adhiberi vult, vt plenior inſtituatur prædictio non ſecus ac in pleuritide & peripneumonia, in Coac. Præſagiis, etſi inde propria affectus cognitio peti non poſſit aut debeat. ἀποστάσιες vero pro μεταστάσιες legunt exemplaria quædam, quod vidit etiam Caluus.

Αἱ δὲ δυσεντερίαι, ξὺν πυρετῷ μὲν ἐὼν ἐπίωσιν, ἢ ποικίλοισί τε διαχωρήμασιν, ἢ ξὺν φλεγμονῇ ἥπατος, ἢ ὑποχονδρίου, ἢ γαστρὸς, ἢ ὅσαι ἐπώδυνοι, ἢ ὅσαι τῶν σιτίων ἀπολαμβάνουσι, δίψαν τε παρέχουσι, καὶ ταῦτα μὲν πᾶσαι πονηραί. καὶ ὃς ἂν πλεῖστα ἔχῃ τούτων τῶν κακῶν, τάχιστα ἀπόλλυται. ᾧ δ᾽ ἂν ἐλάχιστα τῶν τοιούτων προσῇ, πλεῖσται αὐτοῦ ἐλπίδες. ἀποθνήσκουσι δὲ ὑπὸ ταύτης τῆς νόσου μάλιστα παιδία τὰ πενταετέα, καὶ γεραίτερα ἐς τὰ δεκαετέα. αἱ δ᾽ ἄλλαι ἡλικίαι ἧσσον. ὅσαι δὲ τῶν δυσεντεριῶν λειεντερίας, ταῦτα μὲν κακὰ ταῦτα οὐκ ἐμποιέουσιν. αἷμα δὲ καὶ ξύσματα διαχωρέοντα, ἐπαύσατο ἑβδομαῖα, ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταῖα, ἢ εἰκοσταῖα, ἢ τεσσαρακοσθήμερα, ἢ ἐντὸς τούτων τῶν χρόνων. ταῦτα γὰρ διαχωρήματα καὶ ὑπάρχοντα πρόσθεν ἐν τοῖσι σώμασι νοσήματα ὑγιάζει, τὰ μὲν πεπαλαιωμένα, ἐν πλείονι χρόνῳ. τὰ δὲ νεώτερα, δυνατὰ δὲ καὶ ἐν ὀλίγῃσιν ἡμέρῃσιν ἀπαλλάσσειν. ἐπεὶ καὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι καὶ ὅσαι περιγίνονται, μάλιστα ἐς τοὺς τόκους τε καὶ ἐκ τῶν τόκων, τά τε ἔμβρυα διασώζουσιν, αἵματός τε καὶ ξυσμάτων διαχωρεόντων, καὶ πολλοὺς μῆνας, ἐὼν μὴ ὀδύνη αὐτῇσι προσῇ, ἢ ἄλλο τι τῶν πονηρῶν ὧν ἔγραψα σημείων ἐν τῇσι δυσεντερίῃσιν, ἐπιγένηται. εἰ δέ τι κείνων ἐπιφανείη, τῷ τε ἐμβρύῳ ὄλεθρον σημαίνει, καὶ τῇ ἐχούσῃ κίνδυνον, ἐὼν μὴ μετὰ τοῦ ἐμβρύου τὴν ἀπόφυξιν, ἢ τῶν ὑστέρων τὴν ἀπόλυσιν, ἡ δυσεντερίη παύσηται αὐθημερὸν, ἢ μετ᾽ ὀλίγον χρόνον. D E F

At tormina ea quidem omnia mala ſunt, ſi cũ febre quidem inuadunt, aut variis alui recremẽtis, aut iecoris inflãmatione, aut præcordiorum, aut ventris, aut quæcunq; dolorib. cruciant, aut cibos cohibent, ſitimq; inferũt. Ac celerrimè is perit, quem maxima pars horum malorũ occupat. Huic vero plurimũ ineſt ſpei, cui horum pauciſſima adſunt. Iiq; morb. præcipue pueros à quinto anno perimit, & qui cum ſuperãt ad decimum vſq;, cæteræ ætates tutiores ſunt. Vtilia autẽ tormina ſunt quę his malis nõ affligunt. At vbi ſanguis & ſtrigmenta per aluũ reiecta fuerint, ſeptimo die deſinunt, aut decimoquarto, aut vigeſimo, aut quadrageſimo, aut intra hoc tempus. Huiuſmodi nanq; deiectiones etiã eos qui ante fuerunt in corporib. morbos tollunt: inueteratos quidẽ ſpatio temporis maiore, recentes vero etiam paucis diebus leuare poſſunt. Siquidẽ & prægnantes ipſæ etiã plærunq; ad partum ſuperſunt, & ex partu, fœtumq; cõſeruant, etiamſi per multos menſes ſanguis & ſtrigmenta per aluum ſecedant, niſi ſi dolore affligãtur, aut aliquod ex malis ſignis quæ in difficultatib. inteſtinorum adeſſe ſcripta ſunt, acceſſerit. Quod ſi horum aliquod adeſſe viſum fuerit, & fœtui perniciem, ac prægnanti periculũ denunciat, niſi poſt fœtus abſolutionem, aut ſecundarum dimiſſionem, ipſa tormina eodem die, aut non multo poſt, ceſſauerint.

αἱ δὲ δυσεντερίαι] Corn. Celſus hunc locum ſic expreſſit cap. 8. lib. 2. Deiectio [illegible] febris acceſſit, ſi inflammatio iecinoris, aut præcordiorum, aut ventris, ſi immodica ſitis, ſi longius tempus, ſi aluus varia, ſi cum do ore eſt, etiam mortis periculũ ſubeſt, maximeq; ſi inter hæc tormina vetera eſſe cœperunt. Reliqua quæ hic deſiciunt, e [illegible] lib. [illegible] mutuatus eſt. Cæterum tenuibus inteſtinis exulceratis, dolores circa vmbilicum conſiſtunt, biliosa & porracea atque omnino variegata per aluum excernuntur, ſtercori commixta, citra tamen ramentorum complexum, cum torminibus & mordacitate, deſperatione [illegible]: ac exolutione, vt non procul ægri abſint ab animi deliquio, ſiti quoque infeſtantur ac febricitant. Atque ea ſunt pernicioſiſſimæ dyſenteriæ ſigna ex Aëtio. G

ἢ ὅσαι τῶν σιτίων ἀπολαμβάνουσι] Nouè dictum eſt σιτίων ἀπολαμβάνειν, pro ἀποσίτοις & cibos faſtidientibus, velut antea Prorrh. 1. ἀπολελαμμένα σῖτα, intercepti ſibi & cohibiti, & pro iis qui ciborum admotione excluduntur, ponuntur. Sic enim explicat Gal. ἀπολελαμμένον ... Aſitiæ autem & ciborum faſtidia in diuturnis inteſtinorum difficultatibus, præſertim cum febre, peſſima ex aph. 3. lib. 6. Aëtius quoque in ieiuni inteſtini exulceratione, ſitim multam, nauſeam, vomitum, à cibis auerſum animum, ac febres malignas, deniq; præſens periculum adeſſe teſtatur.

ἀποθνήσκουσι δὲ] Celſus. Iſque morbus maximè pueros abſumit vſque ad annum decimum. Cæteræ ætates faciliùs ſuſtinent. Item, prodeſtque in hoc morbo, ſi iam ætate aliquis proceſſit. Aëtius pueros ab vlcere depaſcente ac ſerpente magis opprimi ſcribit, ad ætatis vigorem. Eos autem qui in ætatis vigore ſunt conſtituti, ſanguinis eruptioni magis eſſe obnoxios. Seniores quoque à fluxionibus promptiùs lædi. H

τὰ μὲν πεπαλαιωμένα] Exemplaria manuſcripta duo ἐν πλείονι χρόνῳ legunt, reliqua ἐν πλείονι χρόνῳ. Hic verò agitur de dyſenteria quã

he-

A hepaticam & cruentam vocat Gal. lib. 6. de loc. aff. & Com. 4. in lib. de art. & quæ interdum ſalutariter plurimos indicat morbos. Aut certè id excretionis cruentæ genus ſubindicatur, quod proprio nomine caret, & à Paulo libr. 3. ſub dyſenteria comprehenditur: In quo melancholicus & ſplendeſcens ſanguis reiicitur, (vt ſcribit Galen. libr. 6. de Sympt. Cauſ.) & bile flaua vel atra permixta, propter acrimoniam venarum orificia ſtimulata reſerantur, ac plærunq; iudicatoriè nigra & pici liquidæ ſimilia ſalutariter egeruntur, vt ſcribit Gal. lib. de atra bile & lib. 6. de loc. aff. idque in dies experimur in opere faciundo medico.

ἐπὴν δὲ ἐν γαστρὶ ἔχωσι] Hunc totum locum ſic expreſſit Celſus, Acria tormina quidem periculoſa non ſunt, ſi ſanguis & ſtrigmẽta deſcendunt, dum febris cæteræq; acceſſiones huius morbi abſint, adeo vt etiam grauida mulier non ſolum reſeruari poſſit, ſed etiam partum reſeruare. In quibus verbis vitium mihi ſubeſſe videtur, cùm non agatur hic de veris torminibus aut germana dyſenteria, quæ & prægnanti plurimum officit, atq; etiam ſi ipſa conualuit, fœtum tamen perdit, vt poſtea ſcribit Celſus: neq; aliàs ferè ſoleat acria tormina dyſenteriam vocare, etſi crebra tamen incidit mentio: Tum quòd non videantur acria dici debere tormina, quæ abſq; febre, dolore, cæteriſque grauibus ſymptomatis inuadunt. Legendum igitur exiſtimo, Ac ea tormina, pro acria,

B contra tamen omnium quos videre licuit codicum fidem.

ἢ ἄλλο τι τῶν πονηρῶν] Hæc ſyncera eſt & germana lectio. Vitioſa vero exemplaria cum Aſulano quæ legunt, *ἀλλ' ὅτι τῶν πονηρῶν ἔσχατα σημεῖόν ἐστι ἐν τῇσι δυσεντερίῃσιν ἐπιγίνεσθαι*.

εἰ δέ τι καὶ αὐτὴ διαφύγοι] Celſus ſic de torminibus ac dyſenteria agens. Mulier quoque grauida eiuſmodi caſu rapi poteſt, atq; etiam ipſa ſi conualuit, partum tamen perdit. Et ex aph. 34. lib. 5. Mulieri grauidæ ſine modo fuſa aluus, elidere partum poteſt.

Αἱ δὲ λειεντερίαι, ξυνεχέες μὲν καὶ πολυχρόνιοι, καὶ πᾶσαν ὥρην ξὺν ψόφοισί τε καὶ ἄνευ ψόφων ἐκταρασσό-

C μεναι, καὶ ὁμοίως νυκτός τε καὶ ἡμέρης ἐπικείμεναι, καὶ τὰ διαχωρήματα ἀποδιδοῦσαι, ἢ ὠμὰ ἰσχυρῶς, ἢ μέλανά τε καὶ λεῖα, καὶ δυσώδεα. αὗται μὲν πᾶσαι πονηραί. καὶ γὰρ δίψαν παρέχουσι. καὶ τὸ ποτὸν οὐκ ἐς τὴν κύστιν τρέπουσιν, ὥστε διουρέεσθαι. καὶ τὸ στόμα ἐξελκοῦσι, καὶ ἐρυθήματα ἐξέρυθρον ἐπὶ τοῦ προσώπου ποιέουσι. καὶ ἐφηλίδας παντοῖα χρώματα ἐχούσας. ἅμα δὲ καὶ τὰς γαστέρας ἀποζύμους τε καὶ

D ῥυπώδεας ἀποδεικνύουσι, καὶ ῥυτιδώδεας. ἐκ δὲ τῶν τοιούτων, ἐσθίειν τε ἀδύνατοι γίνονται οἱ ἄνθρωποι, καὶ τῇσι περιόδοισι χρῆσθαι, καὶ τἆλλα τὰ προσταχθέντα ποιέειν. τὸ δὲ νόσημα τοῦτο δεινότατον μὲν τοῖσι πρεσβυτέροισιν. ἰσχυρὸν δὲ καὶ τοῖσιν ἀνδράσιν. τῇσι δὲ ἄλλῃσιν ἡλικίῃσι πολλῷ ἧσσον. ὅστις δὲ μήτε ἐν τῇσιν ἡλικίῃσιν ἐστὶ ταύτῃσιν ἃς φημὶ ὑπὸ τοῦ νοσήματος τούτου κακῶς περιέπε-

E σθαι, ἐλάχιστά τε τῶν σημείων ἔχει τῶν πονηρῶν ἃ γέγραπται, ἀσφαλέστατα διάκειται ἐκ τούτων. θεραπείης δὲ προσδεῖται ἡ νόσος αὕτη, ἔστ' ἂν τό τε οὖρον χωρέηται τοῦ πινομένου κατὰ λόγον, καὶ τὸ σῶμα τῶν σιτίων εἰσιόντων αὔξηται. καὶ τῶν χρωμάτων τῶν πονηρῶν ἀπαλλαχθῇ.

Læuitates autem inteſtinorum, aſſiduæ quidem & multo tempore perſeuerantes, ac omnibus horis, & cũ ſtrepitu, & ſine hoc exturbatæ, & ſimiliter noctu & interdiu affligentes, ſi quod excernitur valde crudum eſt, aut nigrum & læue, ac mali odoris, eę quidẽ omnes malæ ſunt. Nam & ſitim exhibẽt, neq; potionem per vrinam reddunt, quod in veſicam non deſcendat, os exulcerant, & elatum faciei ruborẽ, eiuſque cutis vitia omni colorũ genere diſtincta (ephelidas vocant) excitant, ſimulq; ventrem quaſi fermentatum, ſordidum, ac rugoſum efficiunt. Ex quibus aut cibum capere, aut deambulare ad res obeundas nequeunt. Morbus hic ſeniores grauiſſimè infeſtat, quin & viros vehemẽter affligit, cæteras vero ætates multo minùs. At qui eas ętates quas ab hoc morbo malè affici diximus, non attingit, & pauciſſima ſigna habet quæ mala eſſe ſcripta ſunt, is ſecuriſſimè conſtitutus eſt. Curationem autẽ poſtulat hic morbus, quoad & vrina pro potionis modulo feratur, corpuſque cibos ingeſtos ſentiat, & vitioſum cutis dolorem deponat.

αἱ δὲ λειεντερίαι] Celſus cap. 8. lib. 2 hunc locum ſic expreſſit, vitioſè tamen legitur omnibus in exemplaribus. At inteſtinorum læuitas periculoſior eſt, ſi frequens deiectio eſt: ſi venter omnibus horis & cum ſono, & ſine hoc profluit: ſi ſimiliter noctu & interdiu. Si quod excernitur aut crudum eſt, aut nigrum, & præter id etiam leue & mali odoris ſit: ſi ſitis vrget, ſi poſt potionem vrina non redditur, quod euenit, quia tunc liquor omnis non in veſicam, ſed in inteſtina deſcendit, ſi os exulceretur, ſi rubet facies, & quaſi maculis quibuſdam colorum omnium diſtinguitur, ſi venter eſt quaſi fermentatus, pinguis atque rugoſus, & cibi

F cupiditas non eſt. Inter quæ cum euidens mors ſit, multo euidentior eſt, ſi iam longum quoque id vitium eſt, maximeq; ſi etiam in corpore ſenili eſt.

ἢ ὠμὰ ἰσχυρῶς] In læuitate inteſtinorum cibi ſecedunt inconfecti, liquidi & crudi, & nihil immutati vt ſcribit Galenus, *σιτία ἄπεπτα ὑγρά*, vt ſcribitur lib. *περὶ παθῶν*. Et hic quoque (ſcribit Celſus cap. 6. lib. 4.) inteſtina nihil continere poſſunt, & quicquid aſſumptum eſt imperfectum protinus reddunt. Qua ex cauſa cibum non ſentiunt, & malum corporis habitum acquirunt (Aëtius cap. vltim. lib. 9.

καὶ τὸ ποτὸν οὐκ ἐς τὴν κύστιν] Huius rei cauſam reddit Celſus, quod liquor omnis, non in veſicam, ſed in inteſtina deſcendat. Ventris nanq; humore vna cum ciborum reliquiis exeunte, aluus quidem humidior fit, atque ideo plura deiicit, vrina vero paucior redditur, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 85. lib. 4. Id quoque in Cholera morbo contingere ſcribit Aretæus, *ἀλλ' οὐδ' οὖρον ἀλίζεται ... ἐς ἔντερα τῶν ὑγρῶν μεταχετευομένων*.

γαστέρας ἀποζύμους] Fermentatum ventrem ex Celſo diximus, quod eſt in tumorem ſublatum, aut ſcabie & puſtulis exaſperatum

G corrugatum, quæ omnia ex ſuccorum prauitate & humorum acrimonia contingunt, vnde & atrophia & cacochymia, deinde, etiam corporis totius tabes ac extenuatio, & hydrops, ad inteſtinorum læuitatem ſuccedunt, vt ſcribimus in Coacis Præſagiis. Quin & ſqualidus ac rugoſus venter ex ſcabritie, & aſperitate, aut ſiccitate, propter iam confirmatam cachexiam aut ſuccorum corruptelam redditur, vnde etiam *κνησμὸς* & cutis prurigo ob humorum acrimoniam & morſum in Coacis annotatur. Satis autem patet Celſum *λειώδεας* pro *ῥυπώδεας* malè legiſſe. Ac videtur lectio innouata & inſolens *ἀπόζυμος γαστήρ*, ſic haud ſcio an locus ſit integer, & num rectius *ἀποξύρους* pro *ἀποζύμους*, aut *ἀποξύσμους* rectius legi debere facili lapſu ſuſpicandum ſit, & locum iſtum à Galeno in Exegeſi indicari, cum *ἀποξύρους τὰς γαστέρας* dici hoc in Prorrhetico ſcribit, & *ταπεινοτέρας* aut *συνεσταλμένας* ſignificare, hoc eſt ventres reſiccatos, extenuatos, compreſſos & contractos. Quod ne vſpiam quidem hoc in Prorrhetico aptiùs quam huic loco quadrat. Vbi etiam pro *ἀποξύρους* quidam *ἀποξύους* legunt, vt & *ἀπόξυρα* dicuntur Hippocrati libr. de fract. membrorum partes extremæ in acumen tenuatæ: vbi etiam *ἀπόξυρα* quidam legunt, veluti deraſa, deciſa. Cæterum vitioſa ſunt exemplaria quæ *ῥυπώδεας* pro *ῥυτιδώδεας* legunt.

θεραπείης δὲ προσδεῖται] Celſus. Contra, inteſtinorum læuitas faciliùs à teneris ætatibus depellitur, vtique ſi fieri vrina, & ali cibo corpus incipit. Etſi verò fieri vrina, vt facere vrinam, eleganter & populariter dicitur, ferri tamen pro reddi tolerabilius eſt,

H quod *χωρέηται* hic ponitur. In longis autem & perſeuerantibus inteſtinorum læuitatibus, ex ſuccorum prauitate alimoniam defraudante, corporis extenuatio ac malus habitus ſequitur: vnde ægri cibum non ſentiunt, decolorantur, & tandem tabeſcunt, vt patet ex lib. *περὶ παθῶν* & Coacis Præſagiis.

Reliqua alui profluuia quæ ſine febre ſunt, & paruo tempore durare,& mitia eſſe ſolent. Aut enim elota,aut ſua ſponte deſinent. Ceſſaturum autem alui ſeceſſum denuntiaueris,vbi contrectato manu ventre nullus motus ſuberit, & ad extremam deiectionem flatus prodierit. Sedes autem procidit, viris quidem,quibus ora venarum ſanguinem fundunt (hæmorrhoidas vocant) & alui fluxus corripit, pueris quoq; calculoſis,& in diuturnis ac ſynceris inteſtinorum difficultatibus, ſenibus verò quibus mucoſæ quædam concretiones affixæ ſunt.

Αἱ δὲ ἄλλαι διάρροιαι ὅσαι ἄνευ πυρετοῦ, καὶ ὀλιγοχρόνιοί τε καὶ ἤπιοι. ἢ γὰρ καταπινοθῶσι πεπαύσονται, ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου. προσαγορεύειν δὲ χρὴ παύεσθαι τὰς διεξόδους, ὅταν τῇ χειρὶ ψαύοντι τῆς γαστρὸς μηδεμία κίνησις ἐνῇ, καὶ φῦσα διέλθῃ ἐπὶ τελευτῇ τοῦ διαχωρήματος. Ἕδραι δὲ ἐκτρέπονται, ἀνδράσι μὲν, οἷς ἂν διάρροια λάβῃ ἔχοντας αἱμορροΐδας. παιδίοισι δὲ λιθιῶσί τε καὶ ἐν τῇσι δυσεντερίῃσι τῇσι μακρῇσί τε καὶ ἀκρήτοισι. πρεσβύτῃσι δὲ, οἷς ἂν προσαπτήματα μύξης ἐνῇ. A B

αἱ δὲ ἄλλαι διάρροιαι] Celſus hunc locum ſic exprimit. Ipſa autem deiectio ſine vlla noxa eſt, quæ ſine febre eſt, ſi celeriter deſinit, ſi contacto ventre nullus motus eius ſentitur, ſi extremã aluum ſpiritus ſequitur. Verùm exemplaria vitioſè contracto ventre legunt pro contrectato. Idem quoque cap.19.lib.4. Sed vno die fluere aluum ſæpe pro valetudine eſt, atq; etiam pluribus, dum febris abſit,& intra ſeptimum diem id conquieſcat. Purgatur enim corpus, & quod intus læſurum erat vtiliter effunditur, verùm ſpatium periculoſum eſt. Vitioſa ſunt autem exemplaria manuſcripta quæ *ψαύοντος* pro *ψαύοντι* legunt.

ἢ γὰρ καταπινοθῶσι] Sic legunt omnia quæ adhuc licuit videre exemplaria, & ablutum alui fluxum aut excocto lacte deterſum ac perpurgatum ſignificant. Sic enim alui fluentis curationem edocet lib. *περὶ παθῶν. διάρροιαι δὲ ὑπὸ κοιλίης γάλακτι ἑφθῷ.* Veteres quoque alui fluxione laborantibus lac bubulum ac caprinum recens mulctum & excoctum propinabant, in eoq; fluuiales ſilices ferrique laminas igne candefactas extinguebant, vt ex Philumeno patet apud Aëtium. Eiuſmodi lac *πυρομαχηθὲν γάλα* dicitur lib. 7. Epid. in Eratolai puero, & *γάλα ἑφθὸν* lib. *περὶ παθῶν*, vt & *γαλακτώδης* Cœlio Aureliano. Caluus *καταπινοθῶσι*, aut *καταπινωθῶσι* legiſſe videtur, cùm inedia remoratas fluxiones vertit. Inedia nanque impetum ventris ſiſtit, in eoque non ſolum à cibo, ſed etiam C à potione abſtineri vult Celſus.

ἕδραι δὲ ἐκτρέπονται] Sedes procidit ac extra anum rectum inteſtinum prolabitur, affectis muſculis aut neruis, vt membranis alligantibus. Oritur autem vitium aut laxatis neruoſis corporibus aut imbecillioribus ob nimiam mollitiem & humiditatem, vt in pueris; aut intemperiem aliquam frigidam. Interdum ob magnum adnixum in reddendis alui excrementis, aut iis acrioribus, vt in dyſenteriis & teneimis. Interdum quoque ob inflammationem obortam, vt ſcribitur libello de fiſtulis. Ibidem quoque à pituita aut bile ad rectum inteſtinum decumbente & affixa, hic morbus fieri ſcribitur, quas hic mucoſas concretiones affixas aut agglutinationes vocare videtur, quales in ſenibus frequentes eſſe ſolent. Celſus mucoſo humore circumdatum anum vocat cap.18.lib. 6. Ad anum autem prolabentem ſcribuntur remedia ab Hipp. libr. de fiſtulis & Gal. lib.9. *κατὰ τόπ.* Celſ. cap.18 lib.6. Paulo libr. 3. & Aëtio lib.14. cap.7.

At mulieres quænam magis aut minus vterum geſtare ſint idoneæ, hûc in modum æſtimare licet, imprimis quidem in formas intuendo. Paruæ nanque grandioribus ad conceptum præſtant, tenues craſſis, candidæ rubris, nigræ liuentibus. Præſtant item quibus venæ extant, iis quibus minimè apparent. Quinetiam grandiori natu exuberans carnis moles, malo eſt: mammæ autem turgidæ & magnæ probantur. Atq; iſta quidem viſui ſunt expoſita. At ſciſcitari oportet num menſtrua ſingulis menſibus appareãt, & num ſatis idonea copia, & an boni ſint coloris, equali copia in ſingulis temporibus, & ratis menſium dieb. effluant, quod quidem optimum eſt. Locus verò cõceptui idoneus quem ſanè vterum nominamus, ſanus eſſe, & ſiccus, & mollis debet, ac neque contractus, neq; procliuis, neq; ore diſtorto aut compreſſo, aut diducto. Etenim quicquid horum contigerit conceptum fieri impedit.

Τῶν δὲ γυναικῶν ὅσαι μᾶλλον καὶ ἧσσον ἐν γαστρὶ λαμβάνειν πεφύκασιν ὧδε χρὴ σκοπεῖσθαι. πρῶτον μὲν τὰ εἴδεα. σμικραί τε γὰρ μεζόνων ἀμείνονες ξυλλαμβάνειν. λεπταὶ παχέων, λευκαὶ ἐρυθρέων, μέλαιναι πελιδνῶν. φλέβας ὅσαι ἐμφανέας ἔχουσιν, ἀμείνονες, ἢ ὅσοι μὴ καταφανέοντα. σάρκα δὲ ἐπὶ πρεσβύτερον ἔχειν πρεσβυτικὴν πονηρόν. μαζοὺς δὲ ὀγκηρούς τε καὶ μεγάλους, ἀγαθόν. ταῦτα μὲν πρὸς τὴν ὄψιν δῆλά ἐστι. πυνθάνεσθαι χρὴ καὶ περὶ τῶν καταμηνίων, εἰ πάντας φαίνονται. καὶ εἰ πλῆθος ἱκανόν. καὶ εἰ εὔχροά τε καὶ ἴσα ἐν ἑκάστοισι τῶν χρόνων, καὶ ἐν τῇσιν αὐτῇσιν ἡμέρῃσι τῶν μηνῶν. οὕτω γὰρ ταῦτα γίνεσθαι ἄριστον. τὸ δὲ χωρίον ἐν ᾧ ἡ σύλληψίς ἐστιν, ὃ δὴ μήτρην ὀνομάζομεν, ὑγιές τε χρὴ εἶναι, καὶ ξηρὸν, καὶ μαλθακὸν καὶ μήτε ἀνεσπασμένον ἤτοι, μήτε προπετές, μήτε τὸ στόμα αὐτῆς ἀπεστράφθαι, μήτε ξυμμεμυκέναι, μήτ᾽ ἐκπεπλῆχθαι. ἀμήχανον γὰρ ὅ,τι ἂν ᾖ τῶν τοιούτων κωλυμάτων σύλληψιν γενέσθαι. D E F

τῶν δὲ γυναικῶν] Ad generis propagationem, quæ omnium animos natura duce peruaſit, plurimum conducit fœcunditatis ac ſterilitatis dignotio, ſummaque artis Medicæ pars eſt conceptus procuratio. Vt ergo ad hanc rem rectè inſtituatur prædictio, primum mulieres ad procreandum habiles aut ineptæ præuidendæ ſunt, deinde conceptum impedientes aut remorantes cauſæ auertendæ & expugnandæ. Quod quidem ab Hippocrate diligenter eſt factitatum in tota muliebrium morborum tractatione, & libris *περὶ ἀφόρων*, & *περὶ γυναικείης φύσιος*, & *περὶ ἐπικυήσιος*. Quod autem ad mulierum formas attinet, eæ ad concipiendum idoneæ ſtatuuntur, quæ corporis habent proceritatem moderatam, lumbos latos & ſuperiorem ventrem, nates eminentes, pectus anguſtum, mammas amplas, quæ neq; viragines, neq; corporis habitu denſo, aut duro præditæ ſunt, neq, contra humecto ac languido, neque alui fluxione aſſidua laborant, ſed & recta ratione & læta mente funguntur, vt ſcribit Aëtius.

πυνθάνεσθαι χρὴ] In conceptus ratione magna eſt habenda menſium ratio, num ritè & ſtatis temporibus, num verò abundantius G aut parciùs effluant. Vtraque nanque moderatio conceptus ſpem adimit, vt ſcribit Hippocrat. lib.1. *περὶ γυναικείων*, & lib. *περὶ ἀφόρων*, & *περὶ φύσιος παιδίου* noſq; ea teſtimonia expreſſimus noſtris in lib.2. Epid. Com. Quinetiam vitioſa menſtruorum qualitas conceptum impedit eaque ad illum procurandum prius depellenda eſt, poſteaque liberis ſtudendum. Lib.1. *περὶ γυναικ. ἢν μὲν οὖν ὑγιηρά τε ᾖ καὶ ἀκραιφνέα, ἔξεισι καὶ* (*τὰ ἐπιμήνια*) *οὕτως ἴτω καὶ τὸ αἷμα ἐν ἀρχομένοισι πίεση...*, *λήγουσι δὲ ἐν ...*, *καὶ ...*. Si igitur puri, ſynceri ac cruenti menſes extiterint, ita virum adeat incipientibus menſibus. Optimum autem deſinentibus & adhuc euntibus, potius quam diſparentibus. Sic conceptum procurantia deſinentibus menſtruis danda conſulit libr. *περὶ ἀφόρων*. An verò ad fœtum concipiendum neceſſe ſit menſtruas purgationes apparere, ex Hippocratis & Ariſtot. opinione plurima ſcripſimus noſtris in libr.2. Epid. Com. Quam opinionem ſequitur Gal. lib. de vteri diſſectione, etſi aliter experientia conteſtatum habemus. H

ὃ δὴ μήτρην ὀνομάζομεν] Vterus *μήτρα* Græcis dicitur (vt ſcribit Aëtius) quod ex eo ipſo velut ex matre omnia oriantur animantia, & vt ſcribit Soranus, *ὅτι μήτηρ ἐστὶ τῶν ἐξ αὐτῆς γεννωμένων ἐμβρύων, ἢ ὅτι τὰς ἐχούσας αὐτὴν μητέρας ποιεῖ. κατὰ δὲ τινας ὅτι μέτρον ἐστὶ χρόνου πρὸς τὸ θρέψαι καὶ ἀποτεκεῖν.* Quod autem ad vterum attinet, & quænam eius affectiones conceptum impediant, quaq; arte depelli queant, ſcribit Hippocr. lib. *περὶ γυναικ. φύσιος* & lib. *περὶ γυναικείων* idque ampliſſimè quod hic leuiter tantum attingitur.

A ὑγιέα τε χρὴ εἶναι] Vterum ad conceptum procurandum bene habere oportet, & omni immoderatione vacare, vt ſcribit Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικείων. Quam in rem & toti corpori prius, deinde etiam vtero conſulit vt conceptui habilem reddat. Sic ſiccioris aut humidioris vteri curam habet, iiſq; victus rationem adhibet. αἱ γὰρ ὑπερβολαὶ τούτων οὐκ φυτικαί. lib. 1. περὶ γυναικείων. Neq; enim concipiunt, quæ vteros quam par ſit humidiores aut ſicciores habent, vt ibidem ſcribitur.

μήτε ξυμμεμυκὸς τὸ] ξυμμεμυκὸς τὸ μήτρης ςόμα ſæpe effert Hippocr. vteri os conniuens compreſſum aut concluſum, vt lib. περὶ γυναικείης φύσιος & libr. 2. περὶ γυναικείων, eique remedium adhibet lib. περὶ ἀφόρων. Sic & ἢν ξυμμύωσιν αἱ μῆτραι, medicationem per emollientia & balnea facit ibidem.

μήτ' ἐκπεπλίχθαι] ἐκπεπλίχθαι & διαπεπλίχθαι Hippocrati ſignificat diuaricari, diduci, diſparari aut diductis eſſe cruribus, vnde τὰ διαπεπλιγμένα dicuntur, quæ diſtracta ſunt aut diſiecta, longeque inter ſe diſtantia. Et ἐκπεπλιγμένον tranſl atè quod diductum eſt, diſparatum & digrediens, & velut ἕλκος ἐκπεπλιγμένον lib. de fract. vlcus euerſis labris, diductis & expanſis, metaphora ſumpta à cruribus per greſſum diuaricatis. Vbi tamen ἐκπεπλιγμένον aut ἐκπεπταμένον publicata exemplaria omnia vitioſè legunt. Nã & ἐκπεπλιγμένον ἐκπεπταμένον explicat Galenus in Exegeſi, hunc fortè locum ſubindicans. Quod facit vt rectè interpretes τὸ ἐκπεπλιγ-
B μένον ςόμα os euerſum dixerint: Nos diductum, diſparatum & expanſum quodq; hians eſt intelligimus. Erotianus ἐξεπλιγμένον quod eſt explicatum exponit. Nam lib. 2. περὶ γυναικείων ςόμα διαπεπληχὸς, ἀντὶ ςυγκεκλιμένον extulit lib. περὶ γυναικείης φύσιος. Hanc vero dictionem fuſiùs expoſuimus in noſtra Hipp. OEconomia, vbi & ſuum locum in hac orcheſtra aſſignauimus.

Ὁκόσαι μὲν οὖν τῶν γυναικῶν, μὴ δύνανται ἐν γαστρὶ λαμβάνειν, φαίνονται δὲ χλωραὶ, μήτε πυρετοῦ, μήτε τῶν σπλάγχνων αἰτίων ἐόντων, αὗται φύσει κεφαλὴν ἀλγέειν, καὶ τὰ καταμήνια πονηρῶς τε σφίσι καὶ ἀκρίτως γίνεσθαι. καὶ ὀλίγα δὲ καὶ πολλῷ χρόνῳ ἐν τῇσιν ὑπὸ διαλαμβανομέν-
C ῃσιν ἀφανέα ᾖ, αἱ μῆτραι καθάρσιος ταύτῃσι προσδέονται. ὁκόσαι τε εὔχροοί τε εἰσὶ, καὶ σάρκα πολλήν τε καὶ πιαρὴν ἔχουσι, καὶ φλέβια κεκρυμμένα, ἀνώδυνοί τε εἰσὶ, καὶ τὰ καταμήνια ταύτῃσιν ἢ παντάπασιν οὐ φαίνεται, ἢ ὀλίγα τε καὶ ἀκρίτως γίνεται. τὴν φύσιν ἐστὶν ἐν τοῖσι χαλεπωτάτοισιν ὅτι κατὰ τὴν ἀνάγκην ὡς ἐν γαστρὶ λαμβάνειν. ἢν δὲ ἐπιφαινομένων τῶν καταμηνίων ἀπροφασίστως, τό, τε σῶμα ὧδε διάγηται ἡ γυνὴ, κἂν μὴ συλ-
D λαμβάνῃ, τὸ χωρίον ἐν ᾧ ἡ ὑστέρη, αἴτιον, ὥστε μὴ δύνασθαι γίνεσθαι ἔκγονα. ἢ γὰρ ἀνεσπασμένον ἐστὶν, ἢ ἐκπεπταμένον. τὰ γὰρ ἄλλα κατὰ τὰ χωρία ἐν ταῦτα ξὺν ὀδύνῃσί τε γίνεται, καὶ ἀχροίῃσί τε καὶ τήξεσι.

Mulieres igitur quæ concipere nequeunt, & pallidæ videntur, abſq; febre, neq; aliqua cauſa in viſceribus exiſtente, iis caput dolet, & menſes malè ac ſynceré prodeũt, aut certè pauci, neq; ex lõgo interuallo ſic affectis apparent, & vteri purgatione ndigẽt. At quę tũ bene coloratę ſunt, tum bene carnoſæ & pingues, & venas latentes habent, & doloris expertes ſunt, hiſque menſtrua aut nullo modo prodeunt, aut pauca & ſyncera fluũt: In huiuſmodi naturis difficillimè conceptus procuratur. Quod ſi liberè apparentibus menſtruis, inculpato ſit corpore mulier, neque concipiat, locus in quo vterus continetur in cauſa exiſtimandus eſt, quo minus fœtus tollatur. Aut enim contractus eſt, aut diductus. Reliqua enim quæ huc contingere ſolent, cum dolore, & decoloratione, & colliquatione fiunt.

Ὁκόσαι μὲν οὖν] Celſus. Quibus fœminis menſtrua non proueniunt, neceſſe eſt capitis acerbiſſimi dolores ſint, vel quælibet alia pars morbo infeſtetur. Aliarum vero partium dolores poſtea attinguntur, & ex aph. 57. lib. 5. & lib. 6. de loc. affect. ſatis patent. Hic autem exponuntur conceptus impedimenta, tum quæ ex vtero, tum vero quæ ex toto corpore pendent. Exemplaria quædam manuſcripta pro πολλῷ χρόνῳ, πολυχρόνως legunt, alia πολύχρονοι vitioſè.

ὁκόσαι τε εὔχροοί τε] Sunt quædam præter naturam craſſæ & pingues, ideoque neque concipere idoneæ, de quibus agitur aph. 46. lib. 5. & lib. περὶ ἀφόρων, & περὶ γυναικείης φύσ. Quibus etiam remedium adhibet, & extenuandas docet lib. περὶ ἐπικυήσιος, & libr. περὶ
E ἀφόρων.

τὰ γὰρ ἄλλα] Reliquos vteri præter naturam affectus intelligit, vt duritiem, inflammationem, peruerſionem, obliquationem aut menſtruorum etiam ſuppurationem, & eos quos antè commemorauit, de quibus plurima ſcribuntur ab Hippocrate in libris Muliebribus & de Natura muliebri.

Ἢν δὴ αὖ ἕλκος γένηται ἐν τῇσι μήτρῃσιν, εἴτε ἐκ τόκου, εἴτε ἐκ φύματος, εἴτε ἐξ ἄλλης τινὸς προφάσιος, πυρετούς τε καὶ βουβῶνας ταύτῃσιν ἀνάγκη ἐπιγίνεσθαι, καὶ ὀδύνας ἐν τοῖσι χωρίοισι τουτέοισι. εἰ δὲ καὶ τὰ λοχεῖα συναπολειφθείη τῶν ὑπαρχόντων κακῶν, πάντη ἀκρι-
F τώτερά τε καὶ χρονιώτερα, καὶ πρὸς τοῖσιν ὑποχονδρίων τε καὶ κεφαλῆς ὀδύναι. ἕλκεος δὲ γενομένου, καὶ ξυναλθέντος, τὸ χωρίον τοῦτο ἀνάγκη λειότερόν τε καὶ σκληρότερον γίνεσθαι, καὶ ἧσσον δύνασθαι ἐν γαστρὶ λαμβάνειν. εἰ δὲ μοῦνον ἐν τοῖσιν ἐπ' ἀριστερὰ εἴη τὸ ἕλκος, ἡ δὲ γυνὴ ἐν γαστρὶ λάβοι, εἴτε τὸ ἕλκος ἔτι ἔχουσα, εἴτε λοιπὸν ἤδη ὑγιὴς ἐοῦσα, ἄρσεν μᾶλλον τεκεῖν αὐτὴν ἐλπίς ἐστιν. εἰ δὲ ἐν
G τοῖσιν ἐπὶ δεξιὰ τὸ ἕλκος εἴη, ἡ δὲ γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχοι, θῆλυ μᾶλλον τὸ ἔκγονον χρὴ δοκέειν ἔσεσθαι. ἢν δὲ πυρετὸς λάβῃ τὴν γυναῖκα, καὶ δυναμένην ἐν γαστρὶ λαβεῖν, καὶ λεπτῆς βηχὸς ἐχούσης, σκέπτεσθαι χρὴ, μήτι αἱ μῆτραι ἕλκος ἔχουσιν, ἢ ἄλλο τι τῶν πονηρῶν ὧν ἔγραψα. εἰ γὰρ ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ μηδὲν ὑπεὸν κακὸν, φαίνοιτο αἴτιον τοῦ λεπτυσμοῦ τε καὶ τοῦ μὴ συλλαμβάνειν δύνασθαι, αἷμα ἐμέσαι τὴν γυναῖκα προσδόκιμον. τὰ δὲ καταμήνια τῇ τοιαύτῃ ἠφανίσθαι ἀνάγκη. ἢν δὲ ὁ πυρετὸς λυθῇ ὑπὸ τοῦ ῥήξιος τοῦ
H αἵματος, καὶ τά τε καταμήνια φανῇ, ἐν γαστρὶ λήψεται. ἢν δὲ πρὸ τοῦ τὸ αἷμα ἀναρραγῆναι, ὑγρὰ γένηται πονηρὸν τρόπον, κίνδυνος ἀπολέσθαι τὴν γυναῖκα ἔμπροσθεν, ἢ τὸ αἷμα ἐμέσαι.

Quibus verò vlcus in vtero ortum eſt, ſiue ex partu, ſiue ex tuberculo, aut alia quapiã cauſa, iis febres & inguinum tumores obueniunt, illorumque locorum dolores. Quod ſi partus purgamẽta ſimul quoque reſtiterint, tum ea mala omnino ſunt immoderata & diuturna, acceduntq; & præcordiorũ & capitis dolores. At verò vbi vlcus ſanatum eſt, locus iſte læuior ac durior neceſſariò efficitur, & minus conceptui idoneus. Quod ſi vlcus ſiniſtra tãtum occupet mulierque concipiat, aut vbi adhuc vlcus habet, aut poſtea vbi conualuit, eam marem potius enixuram ſpes eſt. Sed ſi vlcus dextra teneat, & mulier concipiat, fœtus fœmineus magis expectandus eſt. At ſi febris prehendat eam quæ concipere nequit, & tuſſicula detineat, quærendum num vterũ vlcus aliquod occupet, aut ex his malis quæ ſcripſimus aliquid quippiam. Etenim vbi nihil mali eo in loco ſubeſſe conſtiterit, quod extenuationem aut conceptus impedimentum afferat, ſanguinis vomitione refuſi metus impendet. Ei verò mulieri menſtrua ex neceſſitate diſparuerunt. Si verò febris ſanguinis eruptione tollatur, & menſes appareãt, concipiet. Quòd ſi ante ſanguinis eruptionem aluus effuſa fuerit prauum in modum, periculum eſt ne mulier ante ſanguinis eruptionem intereat.

Ἢν δ' αἱ ἕλκεα] Vlcerum vteri vt maxima habenda eſt ratio, quod in parte tenera & exquiſito ſenſu prædita & neruoſa innaſcantur, ita exactiſſima curatio adhiberi debet, cùm ad generis propagationem plurimùm officiant, & perpetuam ſterilitatem adferant. Quod diligenter monet Hippocr. lib. 1. de Morb. mulieb. vbi eorum quoq; cauſas, ſigna & ſanationem exactè profitetur. Aëtius quoq; lib. 16. exulcerationis vteri cauſas ex Archigene & curationem etiam deſcribit. Et de his agit Paulus cap. 66. libr. 3. Celſus porrò hunc locum obſcurè admodum exprimens ſcripſit cap. 7. lib. 2. Sic mulieri ex inguine febricula orta eſt, neq; cauſa apparet, vlcus in vulua eſt. Nam quod Hippocrates febrem, inguinum tumores & dolores. Celſus ex inguine febriculam dixit. Vt non abſurda omnino mihi videatur quorundam exemplarium lectio, quæ ſic apud Celſum legunt. Si mulieri inguen & febricula orta eſt, vt inguen ἀντὶ τοῦ βουβῶνος, & pro inguinum tumore ſumatur. Quæ lectio ex Caſtellani Medici Regij doctiſſimi codice ſumpta eſt, quam non ingratiis mihi non multis ante obitum diebus communicauit Nicolaus Piſo Ducis Lotharingi Medicus primarius. In mulieribus quoq; multa alia vlcerum vteri ſigna addit Hippocrates, vt cauſas quoque, præter eas quæ hic annumerantur, vt abortionem, fœtus corruptionem, puerperij purgamentorum putredinem, & aſſiduum vteri fluxum. A

αἱ δὲ καὶ τὰ λοχεῖα] Significat reſtitantibus & interceptis partus purgamentis, ſæuiora eſſe mala & vehementiora, ac diuturniora. Nam & grauiores vrgent dolores, lumborum, inguinum, inanitatis laterum, imi ventris, augetur quoque odoris & corporis totius grauitas, perfrigeratio ac imbecillitas, crurum tumor, animæ defectio, capitis dolor, febris, ac interdum delirium. Cæteraque accedunt mala plurima, quæ ex puerperij purgamentorum remoratione contingere ſcribit Hippocrates lib. 1. de Mulieb. morb. Hic autem ἀκρητέστερα dicuntur quæ vehementer ſæuiunt, & ſunt immoderata ac ſumma, vt ἄκρατον καῦμα immoderatus æſtus dicitur. Caluus ἀκεστότερα legiſſe videtur, nec ſenſum eſſe aſſecutus. B

ἕλκεα δὲ γενόμενα] Vteri læues à natura, aut ab vlceribus ad cicatricem perductis, conceptum impediunt: Neque enim exceptũ ſemen continent, vt ſcribit Hippocrat. lib. περὶ ἀφόρων, & lib. περὶ γυναικ. φύσ. & Gal. in lib. de Vteri diſſectione, vbi conceptum incipientibus aut deſinentibus menſtruis fieri contendit, quod eo tum tempore illa vteri aſperitas ſemini adhæſum quendam præbeat, nec aliàs ante menſium affluxum contingat. λείη γὰρ (vt ſcribit) ἡ μήτρα πλειστάκις ἀπομεμυκυῖα τῶν ἀγγείων, ἀποσπᾷ τὸ σπέρμα καὶ οὐχ ἱδρύεται τῷ χείλει αὐτῆς. ἐπιλαμβάνεται γὰρ πρὸς σύμφυσιν τὸ τραχὺ τοῦ λείου. Quod autem ſcribitur vlcere ſiniſtra occupante fœtum maſculum proditurum: Id ex ea opinione pendet, quâ vult Hippocrat. mares dextra vteri parte & fœminas ſiniſtra concipi, ex aphor. 38. & 48. lib. 5. C

ἢν δὲ πυρετῶν γένωνται] His innuit quæ præter naturam extenuatæ non concipiunt, aut abortiunt prius quàm corpus reficiatur: aut tandem tabeſcentes conſumuntur. De quibus agitur aphor. 44. lib. 5. & libr. περὶ ἀφόρων. Pro λεπταὶ ἐοῦσαι, λεπτυνόμεναι legiſſe videtur Cornarius.

At quæcunq; ſe concepiſſe exiſtimant, neq; conceperũt, & multis menſibus decipiuntur, quòd menſtrua non compareant, ac venter turgeſcere ac moueri videatur, ex capitis ac ceruicis præcordiorúmque dolore conflictantur, neque lac in ipſarum mammis innaſcitur, niſi paucum quiddam & aquoſum. Cùm verò ventris tumor diſſolutus fuerit, ac molles euaſerint, eæ niſi quid aliud obſtet concipient. Quãdoquidem affectio iſta ad mutationem vtero afferendã valet, adeò vt poſt hoc tempus concipiant. Eæ verò quæ conceperunt, doloribus iſtis non tentantur, niſi conſueti fuerint. His capitis dolores accedũt, & lac in mammis innaſcitur. Quas autem longæ fluxiones exercent, de capitis dolore, lumborum, & imi ventris interrogandæ ſunt. Sciſcitari quoq; oportet, num dentiũ ſtuporem ſentiant, aut viſus hebetudinẽ, aut aurium ſonitum. At quæcunq; ieiunæ multis diebus aliquãtulum bilioſa vomitione reiiciunt, ſi neq; vterum gerunt, neq; febre detinentur, interrogabis num lumbricos rotundos vnà etiam vomitu refundant. Id enim, ni fateantur, ipſis affuturum prædices. Potiſſimùm autem mulieres inuadit hic morbus, deinde etiam virgines, reliquos verò homines minùs.

Ὁκόσαι δὲ ἐν γαστρὶ δοκέουσιν ἔχειν, οὐκ ἔχουσαι, καὶ πολλοὺς μῆνας ἐξαπατῶνται, τῶν καταμηνίων οὐ φαινομένων, καὶ τὰς γαστέρας ὁρῶσιν αὐξανομένας τε καὶ κινεομένας, αὗται κεφαλὴν τε ἀλγέουσι, καὶ τράχηλον, καὶ ὑποχόνδρια. καὶ ἐν τοῖσι τιτθοῖσι γάλα οὐκ ἐγγίνεται σφίσιν, εἰ μὴ ὀλίγον τι καὶ ὑδαρές. ἐπὴν δὲ τὸ κύρτωμα τῆς γαστρὸς ἀπολυθῇ, καὶ λαπαραὶ γίνωνται, αὗται ἐν γαστρὶ λήψονται, ἢν μή τι ἄλλο κώλυμα γίνηται σφίσιν. ἐπεὶ τὸ πάθος γε τοῦτο ἀγαθόν ἐστι, μεταβολὴν ποιῆσαι ἐν τῇ ὑστέρῃ, ὥστε μετὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἐν γαστρὶ λαμβάνειν. τῇσι δὲ ἐχούσῃσιν ἐν γαστρὶ τὰ ἀλγήματα ταῦτα οὐ γίνεται, ἢν μὴ ξυνήθεα ἔωσι, ταύτῃσι κεφαλαλγίαι, καὶ γάλα ἐν τοῖσι τιτθοῖσιν ἐγγίνεται. τὰς δὲ ὑπὸ τῶν ῥόων τῶν πολυχρονίων ἐχομένας ἐρωτᾷν, εἰ κεφαλὴν ἀλγέουσι, καὶ ὀσφὺν, καὶ τὸ κάτω τῆς γαστρός. ἐρωτᾷν δὲ καὶ περὶ αἱμωδίας, καὶ ἀμβλυωσμοῦ, καὶ ἤχων. ὁκόσαι δὲ νήστιες ἐοῦσαι, ὑπόχολα ἐμέουσι πολλὰς ἡμέρας, μήτε ἐν γαστρὶ ἔχουσαι, μήτε πυρεταίνουσαι, τουτέῃσι δὲ ἕλμινθας στρογγύλας εἰ ξυνεμέουσιν. ἢν γὰρ μὴ ὁμολογέωσι, προλέγειν αὐτῇσι τοῦτο ἔσεσθαι. γίνεται δὲ μάλιστα μὲν, τῇσι γυναιξὶ τὸ νόσημα τοῦτο. ἔπειτα δὲ καὶ παρθένοις. τοῖσι δ' ἄλλοισιν ἀνθρώποισιν ἧσσον. D E F

ὁκόσαι δὲ] Incidit ſæpe conceptus fallacia retentis menſtruis, ac ferè omnia prægnantibus habent ſimilia. Nam & oris ventriculi dolore tentantur, & totius corporis grauitatem habent, & ciborum faſtidio ac deſiderio afficiuntur, venter intumeſcit, ad vmbilicum, ceruicem, inguina & lumbos dolor eſt, & multis menſibus ſe prægnantes credunt. Quod etiam ſcribit Hippocrat. lib. 1. de Morb. mulieb. Hic verò quo certior prædictio inſtituatur, ac ne quis in conceptus prædictione fallatur, edocet.

τὰς δὲ ὑπὸ τῶν ῥόων] Alia multa ſigna adſcribuntur in fluxibus lib. 2. de Mulieb. morb. ac inter cætera illapſus humorum in dentes, ac dentium fremitus, oculorum aquoſorum & lippientium gramiæ, hebetudines. Hic vero ſtupor dentium adſcribitur & aurium tinnitus, quæ ſunt frigidiorum humorum, aut iam refrigerati corporis incommoda. ἀμβλυωσμὸς autem ἀμβλυωπίαν & viſus hebetudinem hic indicat, vt in Exegeſi explicat Gal. cùm aliàs abortionem ſignificet. ὁκόσαι δὲ νήστιες] Lumbricorum rotundorum vomitione refuſorum prædictionem inſtituit, in his mulieribus quæ neq; ex fœtu, neq; ex febre, ciborum faſtidio aut etiam vomitu matutino tempore vexantur. Contraque etiam rectò conceptus præſagiri poteſt, ex aph. 61. lib. 5. G

Dolores qui ſine febre inuadunt, ne interficiunt quidem, at plurimum diuturni ſunt, multaſque mutationes ac recurſus habent. Atque horum genera primùm quidem in capitis doloribus ſpectantur, quorum quidam leues ſunt, quidam etiam longè grauiores. Vtrorumque verò ea ſic ineunda eſt ratio. Quibus autem viſus caligat, & rubor quidam in ipſis oculis fit, cum quadam frontis prurigine, eos iuuat ſanguis ſua ſpõte aut ex neceſſitate pro-

Ὅσαις δὲ ἄνευ πυρετῶν ὀδύναι γίνονται, θανατώδεις μὲν οὐκ ἐξεργάζονται. πολυχρόνιοι δὲ αἱ πλείονές εἰσι καὶ πολλὰς μεταστάσιας ἔχουσι καὶ ὑποστροφάς. οἱ δὲ τρόποι περὶ τῶν μὲν, τῶν περὶ τὴν κεφαλὴν ἀλγημάτων. τὰ μὲν εὐήθεα, τὰ δὲ, χαλεπώτερα πολλῷ. χρὴ δὲ ὑποσκέπτεσθαι ἑκάτερα αὐτῶν, ὧδε· ὁκόσοι δὲ αὐτῶν ἀμβλυώσσουσι καὶ ἔρευθός τι ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῖσι γίνεται καὶ κνησμὸς ἔχει τὸ μέτωπον, τουτέοισιν ἀρήγει αἷμα ῥυὲν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου καὶ ἐξ ἀναγ- H

A ἀνάγκης. ἁπλοῦς οὗτος ὁ τρόπος. οἷσι δὲ ὀδύναι περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ μέτωπον, ἔκ τε τῶν ἀνέμων τῶν μεγάλων γίνονται καὶ ἐκ τῶν ψυχέων ὅταν θάλπωσιν, ἰσχυρῶς, τούτους δὲ κόρυζαι μὲν τελείως μάλιστα ἀπαλλάσσουσιν, ὠφελέουσί τε καὶ πταρμοὶ, καὶ βλένναι ἐν τῇσι ῥισὶ γενόμεναι, μᾶλλον μὲν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου. εἰ δὲ μὴ, ἐξ ἀνάγκης. κόρυζαι γίνονται τελέως, ὥστε καὶ βῆχας ἐπιγίνεσθαι. οἵ τε
B πταρμοὶ ἐπιγενόμενοι, τὰς ὀδύνας ἢν μὴ παύωσι, φύματα ἀνάγκη ἐπιγενέσθαι καὶ ἀχροίας τούτοισιν. ὁκόσοισι δὲ ὀδύναι αὗται προφάσιός τε γίνονται καὶ πολυχρόνιοι, καὶ ἐν πάσῃ τῇ κεφαλῇ ἴσχουσι τε ἔτι καὶ ἀμβλυώσσουσι, προσδέχεσθαι τούτοισιν τὸ νόσημα, πολλῷ χαλεπώτερον τοῦ πρόσθεν. ἢν δὲ καὶ ἐς τὸν τράχηλόν τε καὶ ἐς τὸν νῶτον ἡ ὀδύνη καταβαίνῃ τὴν κεφαλὴν ἀπολιποῦσα, καὶ αὖθις πάλιν, παλιν-
C δρομέῃ εἰς τὴν κεφαλὴν, καὶ ἔτι χαλεπώτερον γίνεται. τούτων δὲ πάντων δεινότατον. εἰ ξυντείνοι ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐς τὸν τράχηλόν τε καὶ τὸν νῶτον. τὰς δὲ ὠφελείας τούτοισι προσδέχεσθαι ἐξ ἀποστασίων ἔσεσθαι, ἢ πύον βήξασι, ἢ αἱμορροΐδας ἔχουσι, ἢ ἐξανθήματα ἐν τοῖς σώμασι. λυσιτελεῖ δὲ καὶ πιτυρωθεῖσα ἡ κεφαλή.

fluens. Atque hic modus ſimplex eſt. At quibus dolores capitis & frontis contingunt, tum ex ingentibus ventis, tum ex frigore poſt vehementem æſtum, eos grauedines potiſſimum quidem omninò liberant. Iuuant quoq; & ſternutaméta, & mucoſæ pituitæ in naribus ortæ, præcipue quidem ſponte fluentes, ſin minus vi expreſſæ. Grauedines verò in totũ fiunt adeò vt tuſſes conſequãtur. Et ſternutamenta vbi ſuccedũt; neq; dolores ſedant, iis tubercula & coloris prauitates ex neceſſitate aderũt. Quos verò dolores ſine cauſa & diuturni, & totum caput occupãtes, iam graciles & viribus exhauſtos affligũt, in his attendendũ morbũ priore multo eſſe grauiorẽ. Quòd ſi in ceruicẽ & dorſum relicto capite dolor deſcendit, ruſuſq; in caput recurrit, adhuc grauior exiſtimandus eſt. At omnium maxime terret, ſi à capite ad ceruicem & dorſum peruenit. Eos verò iuuari ſpes eſt, ſi abſceſſus aliquis eruperit, aut pus tuſſi reiectũ fuerit, aut ſanguinẽ per ora venarũ fũdere ſint ſoliti, aut puſtulæ toto corpore pullularint. Ex vſu etiã eſt caput porrigine tẽtari.

ὅσαι δὲ αὐτῶν πυρετοῦ] Capitis dolores varii & grauiſſimi plerunque affligunt, quorum vt prædictionem inſtituat, eorum variam naturam, genera & cauſas aperit. Hic ergo τρόποι (quod antea ſæpe) genera, formas ac differentias ſignificant, & cuiuſque natu-
D ram qua inter ſe differunt.

ἐφ᾽ περὶ αὐτῶν] Exemplaria quædam manu ſcripta vitioſe ἄλλων legunt, pro αὐτῶν, aut ἐκ τῶν ὅλων, aut ἐκ τῶν ἄλ.

ὁκόσοις δὲ αὐτῶν ἀμβλυώσσουσι] Hunc locum his verbis reddidit Celſus cap. 8. lib. 2. At dolores capitis, quibus oculorum caligo & rubor cum quadam frontis prurigine accedunt, ſanguinis profuſione, vel fortuita, vel etiam petita ſummouentur. Quo ex loco lectionis noſtræ ſenſum hauſimus, aliterque literam diſtinximus, contra tamen omnium tum publicatorum, tum reconditorum exemplarium fidem. Nam illud ἐξ ἀνάγκης, τῷ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου opponitur & reſpondet, velut ex his quæ paulò pòſt ſequuntur apparet. Sanguinis igitur è naribus aut ore eruptionẽ, ſponte, aut arte, ac neceſſitate expreſſam intelligimus, quæ capitis dolorem humoris quadam effuſione leuat, velut etiam pus vel aqua, aphoriſm. 10. lib. 6. aut ſputa craſſa & inodora, vlcerumque pullulatio, ac interdum ſomnus & alui fluxus, ex Coac. Prænot. Codices porrò manu ſcripti ἀεὶ habent, quos ſecuti ſunt interpretes, publicati αὐτοῖς vt ad mulieres referatur. Amplior tamen eſt notio, quæ in vniuerſum omnibus attribuitur, & præſagium ex arte illuſtrius fit, cum ſententiæ veritas omnibus ex æquo accommodari poſſit. Atque in hunc fortaſſe ſenſum dicitur eſſe ſimplex hic modus, quod ex-
E peditus ſit & explicatus, & qui omnibus ingenuè conueniat, aut cuius notio aperta eſt & ſimplex, non intorta aut obſcura, vt cæterorum, aut etiam cuius liberatio ſit plenior & magis abſoluta. Codices Regij manu ſcripti ἁπλῶς legunt, alij ἁπλοῦς.

οἷσι δὲ ὀδύναι] Celſus. Si capitis, ac frontis dolores, ex vento, vel frigore, aut æſtu ſunt, grauedine & ſternutamentis finiuntur. Eſt autem βλέννα Hippocrati, quæ & ἀλέννα (vt ſcribit Galenus in Exegeſi) craſſior pituita, quæ per palatum & nares effluit, & μύξα quibuſdam, aliis κόρυζα dicitur. vt ſcribit Galenus extremo lib. 2. de Semine. Hæc per nares fluens, iam coctionis initæ ſigna edit in fluxionibus à cerebro. Quod ſcribit Gal. lib. de temporibus totius morbi. Sternutamenta vero vtilia ſunt in omnibus morbis, in quibus nulla pulmonis eſt affectio, vt ſcribitur in Progn. Salutem enim & coctionem præ ſe ferunt, ac facultatis expultricis robur, flatuoſo ſpiritu vna cum humore per nares excreto.

κόρυζαι γίνονται] Difficilis eſt & implicata lectio. Mihi ſenſus eſſe videtur, In his ſalutaribus dolorum capitis iudicationibus quæ
F per excretiones velut per grauedinem & ſternutamenta fiunt, interdum tantam adeſſe humorum copiam, vt etiam deſtillationem & rheumatiſmum moueat, & in fauces ac aſperam arteriam decumbat, interdum quoque in thoracem, vnde tuſſes conſequi prædicere neceſſe eſt. In quodam codice manu ſcripto, ἐξ ἀνάγκης κόρυζαι γίνονται πλεῖον ſcribitur.

ὁκόσοισι δὲ ὀδύναι] Sic Celſus hunc locum expreſſit. Si ſine cauſa longus dolor capitis eſt, & in ceruices ac ſcapulas tranſit, ruſuſque in caput reuertitur, aut à capite ad ceruices ſcapulaſq; peruenit, pernicioſus eſt, niſi vomicam aliquam excitauit, ſic vt pus extuſſiretur, aut ſanguis ex aliqua parte prorupit, aut niſi in capite multa porrigo, totove corpore puſtulæ ortæ ſunt. Sic enim ex hoc loco emendandus Celſus videtur, cum in omnibus codicibus (prurigo) legatur. Eſt enim πιτυρίασις pilorum morbus, cum caput immenſa pexum porrigine ningit. Copia farris vti frendentibus edita taxis. Porriginem & furfures Latini vocant. Q. Serenus eleganter farream nubem, & de ea agit Celſus. cap. 2. lib. 6.

καὶ ἀμβλυώσσουσι προσφάσεις] Sic omnia exemplaria ferè præter vnum manuſcriptum quod aliter diſtinguit. Quam lectionem ſecutus eſt Cornarius & nos quoque. Nam illud προσφάσεις ad prædictionem retulimus. Caluus ἀμβλυώσσουσι προσφάσεις, viſu non validos dixit. ἀμβλυώσσειν autem ἀδρανεῖν Galeno ſignificat in Exegeſi, & vſurpatur Hippocrati lib. 1. περὶ γυναικείων de bilemque ſignificet, exhauſtum
G viribus & euanidum. Dictio eſt Homero familiaris, vt patet ex Luciano & Odyſſ. x. ſæpe νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα dicuntur.

Νάρκαι δὲ καὶ κνιδώσεις οἷσι διὰ τῆς κεφαλῆς διαΐσσουσι, τοτὲ μὲν δι᾽ ὅλης πάσης, τοτὲ δὲ διὰ μέρεός τινος, πολλάκις δὲ καὶ ψυχρόν τι δοκεῖ αὐτοῖσιν, εἰ διαχωρεῖ διὰ τῆς κεφαλῆς, τούτους ἐπανερέσθαι, εἰ καὶ ἐς τὴν γλῶσσαν ἄκρην ἀφικνεῖται ἡ κνίδωσις· εἰ γὰρ τοῦτο ποιέοι, τέλειον τὸ νόσημα γίνεται, καὶ χαλεπώτερον ἀπαλλάξαι. διαπιστέες δὲ αὐτὸ τοῦτο. τὸ δὲ ὅπως τὴν ὠφελίην ἐξ ἀποστασίων οἷς προγεγράφαται. ἧσσον μέντοι ἐπιγίνονται
H ἀποστάσιες ἐπὶ τούτοισιν ἢ ἐκείνοισιν. ὁκόσοις δὲ ξὺν τῇσιν ὀδύνῃσιν σκοτόδινοι λαμβάνουσι, δυσαπάλλακτοι καὶ μανικοί. γίνονται δὲ οἱ τρόποι οὗτοι μάλιστα γίνεται

Quibus autem torpores & prurigines pungentes, per caput, interdum quidem totum, interdum etiam aliqua in parte percurrunt, ſæpius verò frigoris alicuius ſenſus caput peruagari videtur, ab iis ſciſſitari oportet, num etiam ad ſummam linguam pungens ille pruritus pertingat. Sic enim magnus morbus eſt, & qui ægrè ſoluatur: alioqui verò facilis. Auxilium autem conſequuntur ex abſceſſibus, velut antea ſcriptum eſt. Qui tamen his minus quam illis contingunt. Tenebricoſæ autem vertigines ſi cum doloribus adfuerint, malum in inſaniam erumpit, nec facilè profligatur, & ſenes præcipuè affligit,

K

Reliqui capitis morbi, tum viris tum mulieribus vehementiſſimi ſunt, ac diutius perſeuerant, ac cum ſecuritate. Contingunt autem & iuuenibus & virginibus in ætatis flore, potiſſimúmque circa menſtruorũ exitum. At mulieribus circa capitis dolores, reliqua quidem omnia quæ etiam viris contingunt. Pungentes tamen prurigines & atræ bilis vitia minùs hæ quam viri ſentiunt, niſi menſes penitus euanuerint.

αἱ δὲ ἄλλαι νοῦσοι αἱ ἀμφὶ κεφαλὰς ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶν, ἀσφαλῶς ἰσχυρόταται καὶ πολυχρονιώτεραι. γίνονται δὲ καὶ νεανίσκοισί τε καὶ παρθένοισι τῇσιν ἐν ἡλικίῃ, καὶ μάλιστα περὶ τῶν καταμηνίων ἐς τὴν πρόοδον. τῇσι δὲ γυναιξὶν, ἐν τῇσι κεφαλαλγίῃσι, τὰ μὲν ἄλλα πάντα γίνεται, ἃ καὶ τοῖσιν ἀνδράσιν. αἱ κνιδώσιες δὲ καὶ τὰ μελαγχολικὰ, ταύτῃσιν ἧσσον, ἢ τοῖσιν ἀνδράσιν, ἢν μὴ τὰ καταμήνια τελέως ἠφανισμένα ᾖ. A

κνιδώσιες δὲ] Sic quoque Celſus Æque magnum malum eſt, vbi torpor atque prurigo peruagantur, modo per totum caput, modo in parte, aut ſenſus alicuius ibi quaſi frigoris eſt, eaque ad ſummam quoque linguam perueniunt. Et cum in iiſdem abſceſſibus auxilium ſit, eo difficilior ſanitas eſt, quo minus ſæpe ſub his malis illi ſubſequuntur. κνιδώσιες autem dicuntur pungentes prurigines aut punctura pruriginoſæ, velut vredines ab vrtica, (κνήξεις τινὰς ἐπωδύνους, οἵας καὶ αἱ κνίδαι ποιοῦσι) exponit Galenus in Exegeſi. Vitioſè autem in Aldino codice ἐπαιφηχέαται legitur pro ἐπαιρέαζ. B

Quibus iuuenibus diu coloris fœdatio ineſt, non tamen continenter ad inſtar Regii morbi, ii & viri & fœminæ capitis dolore conflictantur, & lapides ac terram edunt, aut profluuium per ora venarum ſanguinem fundere ſolita patiuntur, hæmorrhoidas Græci dicunt. At colores cum virore pallidi diuturni, abſque vehementi Regio morbo, cætera quidem eadem facere ſolent: verum præcordiorum dolores eos magis vexant quam cæteros, neque tamen lapides aut terram edunt. Qui vero diu pallidi faciem habent tumidam, eos certum eſt, aut capitis, aut viſcerum dolore laborare, aut ſedem internam quodammodo male affectam eſſe. Magna autem ex parte vbi hæc adfuerint, non vnum aliquod malum ineſſe videtur, ſed interdum multa, aut etiam omnia.

Οἷσι δὲ τὰ χρώματα νέοις ἐοῦσι πονηρά ἐστι πολὺν χρόνον, ξυνεχέως δὲ μὴ ἰκτερώδεα ἔησιν, οὗτοι καὶ τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν, κεφαλὴν ἀλγέουσι. καὶ λίθους τε καὶ γῆν τρώγουσι. καὶ αἱμορροΐδας ἔχουσι. τὰ δὲ χλωρὰ χρώματα ὅσα χρόνια εἰσὶ, καὶ μὴ ἰσχυρῶς ἰκτερώδεα εἰσὶ, τὰ μὲν ἄλλα τὰ αὐτὰ ποιέει αὐτοῖσι ξυμβαίνει. ἀντὶ δὲ τῶν λίθων τούτους καὶ τῆς γῆς τρώξιος τὰ ὑποχόνδρια λυπεῖ μᾶλλον ἢ τοὺς ἑτέρους. ὁκόσοι δὲ πολὺν χρόνον ὠχροὶ φαίνονται, καὶ τὰ πρόσωπα ἐπηρμένα ἔχοντες, εἰδέναι χρὴ τούτους τὴν κεφαλὴν ὀδυνωμένους, ἢ περὶ τὰ σπλάγχνα ἀλγήματα ἔχοντας, ἢ ἐν τῇ ἕδρῃ κακόν τι ἐν ἑωυτοῖσι. τοῖσι δὲ πλείστοισι τῶν τοιούτων φαινομένων, οὐχ ἕν τι τούτων τῶν κακῶν φαίνεται, ἀλλ' ἔστιν ὅτε πολλὰ, ἢ καὶ πάντα. C

Οἷσι δὲ τὰ χρώματα] Celſus hunc locum breuiter ſic expreſſit cap. 7. lib. 2. Quibus diu color ſine morbo regio malus eſt, hi vel capitis doloribus conflictantur, vel terram edunt. Hæc autem coloris fœdatio, inſignem cacochymiam, humorum prauitatem ac corruptelam, præcipuorumque viſcerum vitium, magnamque crudi ſucci coaceruationem indicat. Qua humorum prauitate læſo ventriculi oſculo, inordinata huiuſmodi rerum aridiſſimarum, vt terræ lapillorum, aut carbonum appetentia oritur, velut in mulieribus pica laborantibus, vt ſcripſimus in noſtris Coacis Præſagiis, vbi huius quoque loci ſenſum adduximus. D

ἀντὶ δὲ τῶν λίθων τούτους] Exemplaria quædam manu ſcripta legunt, ἀντὶ δὲ τῶν λίθων καὶ τῆς γῆς τρώξιος, περὶ τὰ ὑποχόνδρια λυπέει μᾶλλον. Quæ ſecutus eſt Aſulanus codex. Melior tamen eſt iſta lectio, & plurimorum exemplarium habet aſſenſum.

ὁκόσοι δὲ πολὺν χρόνον] Celſus quoque, Qui diu habent faciem pallidam & tumidam, aut capite, aut viſceribus, aut aluo laborant.

Quos Nyctalopas nuncupamus, qui noctu cernunt hi morbo prehenduntur iuuenes, aut pueri, aut etiam adoleſcentes, & ſponte euadunt, partim quidem quadrageſimo die, partim vero ſeptimo menſe, quibuſdam etiam toto anno perſeuerat. Et tempus quidem æſtimari debet, & magnitudinis morbi, & ægri ætatis ratione adhibita. Hos iuuant quidem ſuperuenientes abſceſſus & ad infernas partes tendentes, qui tamen per iuuentutem non admodum contingunt. At neque mulieres neque virgines quibus menſes apparent hoc morbo tentantur. Qui vero ex diuturno lachrymarum fluxu nyctalopes fiunt, eos interrogare oportet, num quis dolor ante iſtorum indicationem caput occupauerit.

Οἱ δὲ τῆς νυκτὸς ὁρῶντες, οὓς δὴ νυκτάλωπας καλέομεν, οὗτοι ἁλίσκονται ὑπὸ τοῦ νοσήματος νέοι, ἢ παῖδες ἢ καὶ νεανίσκοι. καὶ ἀπαλλάσσονται ὑπὸ τοῦ αὐτομάτου. οἱ μὲν, τεσσαρακονθήμεροι. οἱ δὲ, ἑπτάμηνοι. εἰσὶ δὲ καὶ ἐνιαυτὸν ὅλον παραμένει. σημαίνεσθαι χρὴ περὶ τοῦ χρόνου, ἔς τε τὴν ἰσχὺν τοῦ νοσήματος ὁρῶντα, ἔς τε τὴν ἡλικίην τοῦ νοσέοντος. αἱ δὲ ἀποστάσιες, ὠφελέουσι μὲν τούτους ἐπιφαινόμεναί τε καὶ ἐς τὰ κάτω ῥέπουσαι. ἐπιγίνονται δὲ οὐ κάρτα, διὰ τὴν νεότητα. αἱ δὲ γυναῖκες οὐχ ἁλίσκονται ὑπὸ τοῦ νοσήματος τούτου. οὐδὲ παρθένοι ᾗσι τὰ ἐπιμήνια φαίνονται. οἷσι δὲ ῥεύματα δακρύων πολυχρόνια ᾖ, νυκτάλωπες γίνονται, τούτους ἐπερωτᾶν, ἢν τὴν κεφαλὴν ἢ περιηλγηκότες ἔωσι πρὸ τῶν ἀποκηρυγμάτων τουτέων. E F

Οἱ δὲ τῆς νυκτὸς ὁρῶντες] Νυκτάλωπες dicuntur præcipuo ſignificato, qui nocturna cæcitudine laborant, & noctu nihil cernunt, ſole occiduo obſcurius, vt ſcribunt Paulus & Aetius. Galenus quoque in obſcurarum vocum explicatione idem teſtatur apud Hippocratem intelligi, his verbis, νυκτάλωπες οἱ τῆς νυκτὸς ἀλαοί. Quibuſdam etiam dicuntur νυκτάλωπες qui noctu quidem melius cernunt, interdiu verò deterius, & ſi luna luceat, nihil cernunt. Quod tamen ratum eſt, vt teſtatur Aetius. illud vero frequens & maximè vſitatum, verum ab authore Iſagoges vſurpatum, cum ſcribit, νυκτάλωπας δὲ λέγουσιν, ὅταν ἡμέρας μὲν βλέπωσιν ἀμαυρότερον, δυομένου δὲ ἡλίου λαμπρότερον, νυκτὸς δὲ ἔτι μᾶλλον, ἢ ὑπεναντίως, ἡμέρας μὲν ὀλίγα, ἑσπέρας δὲ ἢ νυκτὸς οὐδ' ὅλως. Idem quoque in Definit. Med. Νυκτάλωψ ἐστὶ πάθος καὶ ἀδυναμία ὀφθαλμῶν δίχα φανερᾶς αἰτίας. συμβαίνει δὲ τοῖς οὕτω διακειμένοις ἡμέρας μὲν μὴ ὁρᾶν, νυκτὸς δὲ βλέπειν. Qva quidem notione, etſi rara, hic νυκτάλωπες indicari videntur. Etſi Caluus priorem ſignificationem, exemplaribus ſuis fretus, ſecutus videatur. & Celſus quoque breuiter hunc locum ſubindicans, cum ſcribit lib. 6. cap. 6. Præter hæc imbecillitas oculorum eſt, ex qua quidem interdiu ſatis, noctu nihil cernunt, quod in fœminam bene reſpondentibus menſtruis non cadit. Accidit autem hoc vitium (vt ſcribit Aetius) propter aliquam capitis imbecillitatem, maximeque viſiui ſpiritus craſſitudinem, & reliquorum oculi humorum ac tunicarum. G

Οἷσι δὲ ῥεύματα] Exemplaria quædam leg. οἷσι δὲ ῥεύματα δακρύων πολυχρόνια, οἱ νυκτάλωπες γίνονται.

Quibus àbſque febre & coloris fœditate frequens adeſt verticis & temporum dolor, ſi plane nullus a-

Ὁκόσοι δὲ μήτε πυρεταίνοντες, μήτε ἄχροοι ἐόντες, ἀλγέουσι πολλάκις τήν τε κορυφὴν καὶ τοὺς κροτάφους. ἢν μὴ τὴν H

A μὴ τὴν ἄλλην φανερὴν ἔχωσιν ἀπόστασιν ἐν τῷ προσώπῳ, ἢ βαρὺ φθέγγωνται, ἢ ὀδόντας ἀλγέωσι, τούτοισιν αἱμορραγίαν διὰ τῶν ῥινῶν προσδέχεσθαι. οἷσι δὲ ἐκ τῶν ῥινῶν αἷμα ῥεῖ, δοκέουσιν οἷοί τε ὑγιαίνειν τ' ἄλλα. τούτους δὲ ἢ σπλῆνα εὑρήσεις ἐπηρμένον ἔχοντας, ἢ τὴν κεφαλὴν ἀλγέοντάς τε καὶ μαρμαρυγῶδές τι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαινόμενον σφίσι. τοῖσι δὲ πλείστοισι τῶν τοιούτων ἅμα
B καὶ τὰ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς οὕτως ἔχοντα φαίνεται, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ σπληνός.

lius adfuerit faciei abſceſſus, aut vocis grauitas, aut dentium dolor, iis ſanguinis ex naribus eruptionem fore ſpes eſt. At quibus ſanguis è naribus profluit, etſi alioqui ſani videntur, iis tamen aut lienem tumidum, aut caput dolere aut ſplendicans quiddam ante oculos obuerſari comperies. Magna vero ex parte vna & caput & lien hunc in modum ſe habere videntur.

ὁκόσοι δὲ μήτε πυρετήνωσιν] Abſolutior eſt in Prognoſtico & Coacis Prænotionibus huius rei doctrina, & hæmorrhagiæ in capitis doloribus prænunciatio. Alium autem manifeſtum abſceſſum addit propter ſuppurationem quæ puris vacuatione per nares aut aures, ſanguinis profluuium auertit, & plerunque capitis dolores ſedat, vt prius diximus, & ſcribitur aph.10. lib.6. & in Coac. præſagiis. Caluus alium dolorem & abſceſſum addit, contra omnium quæ vidimus exemplarium fidem, ſed fortè id ex Prognoſtico repetitur atque additur præcipuè propter frontis & temporum dolorem, qui ſanguinis profluuium prædicit. Hic autem vocis grauitatem dicit, quam βραδυεπῆ in Coacis & φωνὴν ἀδιαλελυμένην vocat ſcilicet inexpeditam & balbutientem ac veluti humore nimio præpeditam linguam, humorum affluxu irriguis neruis, indeque ad ſermocinationem impotentem, velut ἀκρατῆ γλῶσσαν vocat Hippoc. aph.40. lib.7. Poteſt & grauis vox rauca intelligi (quod facit Caluus) ex humorum quoque redundantia & in aſperam arteriam aut fauces affluxu. Hæc autem omnia cum ſint indubitata humeſcentis cerebri indicia, aut apoplexiam, aut paralyſin, aut epilepſiam, aut conuulſiones non temerè minantur.

οἷσι δὲ ἐκ τῶν ῥινῶν] Celſus iſtud ſic exprimit. Quibus ſæpe ex naribus fluit ſanguis, his aut lien tumet, aut capitis dolores ſunt, quos ſequitur, aut quædam ante oculos tanquam imagines obuerſantur. Exacta vero profluuij ſanguinis ex naribus prædictio, ex
C Prognoſtico & lib.1. Epid. & lib.3. de Criſibus petenda eſt.

Οὖλα δὲ πονηρὰ καὶ στόματα δυσώδεα, οἷσι σπλῆνες μεγάλοι. ὁκόσοι δὲ ἔχουσι σπλῆνας μεγάλους, μήτε αἱμορραγίαι γίνονται, μήτε στόμα δυσῶδες, τούτων αἱ κνῆμαι ἕλκεα πονηρὰ ἴσχουσι, καὶ οὐλὰς μέλαινας. ἢν δὲ ἄλλην φανερὴν ἔχωσιν ἀπόστασιν ἐν τῷ προσώπῳ, ἢ βαρὺ φθέγγωνται, ἢ ὀδόντας ἀλγέωσι τουτέοισιν αἱμορραγίην διὰ ῥινῶν
D προσδέχεσθαι. οἷσι δὲ τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπαίρεται ἰσχυρῶς, τούτους σπλῆνας μεγάλους εὑρήσεις ἔχοντας. εἰ δὲ καὶ ἐν τοῖσι ποσὶν οἰδήματα προσγίνονται, καὶ ὕδωρ φανοῦνται ἔχοντες, ἀλλὰ καὶ τὴν γαστέρα καὶ τὴν ὀσφὺν ἐπισκέπτεσθαι.

Quibus lienes magni, iis gingiuæ vitiantur & os graueolet. Quibus autem lienes magni ſunt, neque ſanguinis eruptiones cõtingunt, neq; os graueolet, in tibiis ij mala vlcera habẽt & nigras cicatrices. Quòd ſi manifeſtus quiſpiam adfuerit faciei abſceſſus, aut vox grauis ſit, aut dentiũ dolor, iis ſanguinis eruptionem ex naribus fore ſpes eſt. At qui partes eas quæ ſubſunt oculis vehementer ſublatas habent, magnos habere lienes comperies. Quòd ſi pedum quoq; tumores adſint, ex aqua etiam laborare videbũtur. Sed & ventrem & lumbos præter hæc inſpicere oportet.

οὖλα δὲ πονηρὰ] Quæ hic lienoſis prædicuntur, magnam habent artis commendationem. Quæ ſic Celſus reddidit, At quibus magni lienes ſunt, his gingiuæ malæ ſunt, & os olet, aut ſanguis aliqua parte prorũpit. Quorum ſi nihil euenit, neceſſe eſt in cruribus mala vlcera & ex his nigræ cicatrices fiant. In ſplenicis autem gingiuarum corruptionem, animæ grauitatem, vlcerũ in cruribus malignitatem, & coloris fœditatem adſcribunt primæ notæ Medici, vt Paulus lib.3.cap.49. & Aetius lib.10.cap.11. Celſus quoque
E (cap.9.lib.4.) Vlcera aut omnino non ſaneſcere, aut certè cicatricem vix recipere ſcribit. Cælius Aurelianus lib.3. Tard.Paſſ. cap. 4. lienoſos oris fœtore affici cum gingiuarum putredine ſcribit. Deinde vlcera in cruribus difficile in cicatricem vel indecenter venire Hippocrat.lib.1.Epid.ſect.1. δυσκοιλίας τὰ ἑλκώσιας τῆς ἐπιφανείας, καὶ τὸ δέρμα καταρρηγνυμένον καὶ τὰ χείλεα ſcribit. Idem lib.4.Epid. Lycino Grammatico lienoſo labiorum vlcera adſcribit. Lib. etiam περὶ παθῶν, qui magno ſunt liene ἀναίχεες, καὶ σκληρόκοιλοι, καὶ δυσώδεες ἐκ τοῦ στόματος eſſe traduntur. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. lienoſis ὁ χρὼς πελιὸς γίνεται καὶ ἐρᾶται μέλας, ἰσχνὸς, σπληνώδης, καὶ ἐκ τοῦ στόματος κακὸν ὄζει, καὶ τὰ οὖλα κακὸν ὄζει, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ὀδόντων ἀφίσταται. καὶ ἐν τῇσι κνήμῃσιν ἕλκεα ἐκρήγνυται ὁκοῖάπερ ἐπινυκτίδες. Ibidem quoque ἀμυχαὶ ἐν τῇσι κνήμῃσι καὶ ἕλκεα μεγάλα ἐξ αὐτέων annotantur. Aretæo lienoſi dicuntur πολυελκέες πάντῃ. μάλιστα δὲ ἐς κνήμας. Et στομάτια πελιδνά, κοῖλα, ῥυπαρά, δυσαλθέα τὰ ἕλκεα. Procedente autem tempore aquam inter cutem lienoſis ſuboriri aut tabem tradunt artis noſtræ Dictatores, præcipueque Hippocrat.lib. περὶ παθῶν, & Aretæus, & Paulus, quod & experientia teſtatum facit. Sunt autem quidam qui hoc
F loco Plinij Stomacacen libr.25.cap.1. aut Stomacaxiam Hollandicam depingi exiſtiment. Hoc quoque loco pro καὶ οὐλὰς μέλαινας, ἢ οὐλὰς legunt quidam. Verum καὶ legiſſe Cornelium Celſum apparet.

ἢν δὲ ἄλλην φανερὴν] Hæc etſi videntur inanem habere ſuperiorum repetitionem, ea tamen inducere mihi religio fuit, propter exemplarium omnium conſenſum in quibus adſcribuntur, quanquam iis carere poſſumus & integer alioqui ſenſus ſtare. Quod etiam vidit Cornarius, qui ne adſcripſit quidem, haud ſcio an codicis, an verò melioris mentis fiducia. Iſta autem videntur, humorum ad ſuperiora momento, ſanguinis per nares eruptionem, lienoſis alioqui ſatis ſolennem, prænunciare, cum ſuperiora tantum ſanguinis aliqua ex parte eruptionem indicent. aut eam quæ fit per anum & hæmorrhoidas, aut eam quæ per inteſtina & aluum, vt aphoriſm.41. & 48. libr.6. Cui ſententiæ etiam Celſus adſcribere videtur, qui illic ſanguinem aliqua parte prorumpere vertit.

οἷσι δὲ τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς] Huiuſcemodi oculorum concauitates κοῖλα vocantur, vt ſcribit Medici author. καὶ διὰ τοῦτο τὸ κοιλώδες, τὸ οἴδημα ὀνομάζεται, ὅτι τῆς κοίλης οἴδημά ἐστι, vt ſcribit Rufus. Earum verò partium tumor, inſignis cachexiæ aut cruditatis index eſt, vt hic non mirum ſit ſplenicos arguere. Iſagoges author ſcribit τὰ κοῖλα ἐπαίρεσθαι διὰ νόσους ἐξ ἀπεψίας, ἢ δυσεκρασίας. Rufus
G vero ἐν τοῖς ὕδρωψι, καὶ ἄλλοις πονηροῖς ... ἢ ἐπὶ τι χρονίοις αἱμορροΐσι, καὶ ἐπὶ γυναικῶν χρονίοις ἰχῶσι. ποτὲ δὲ καὶ ὀφθαλμίαις ἀρχομέναις. Libr. etiam 6. Epid. ὑποσπονδεῖ denunciare ſcribitur: Etſi illic de tumore cauitatis ſuperiorum palpebrarum agi videatur. Sed ſuperioris palpebræ cauitas μῆλον Rufo dicitur, vt inferioris ὑπόμηλον.

Τὰ δὲ ἐν τοῖσι προσώποισι διαστρέμματα ἢν μηδενὶ ἄλλῳ τοῦ σώματος ἐπικοινωνέῃ, ταχέως παύεται, καὶ αὐτόματα καὶ πρὸς ἀνάγκης. οἱ δὲ ἄλλοι ἀπόπληκτοι. οἷσι μὲν τῷ μὴ δύνασθαι κινέειν, λε-
H πτύνεται δὲ νενοσηκὸς τοῦ σώματος. οὗτοι ἀδύνατοι εἰς τοῦτο καθίστασθαι. οἷσι δὲ ξυντήξιες μὴ ἐπιγίνωνται, οὗτοι δὴ ἔσονται ὑγιέες. περὶ δὲ τοῦ χρόνου ὁπότε ἔσονται, προλέγειν ἐς τὴν ἰσχὺν τοῦ νοσήματος ὁρῶντα,

Oris peruerſiones quæ nulli corporis parti conſentiunt, celeriter aut ſua ſponte, aut ex neceſſitate ſedantur. In reliquis vero corporis ſyderationibus, quibus præter motionis impotentiam pars corporis affecta extenuatur, ij reſtitui non poſſunt. At quibus colliquationes non ſuccedent, ij profecto ſanitatem conſequentur. Tempus autem quo iſta contingent prædicere licet, ad morbi vim

& tempus, & hominis ætatem, ac anni tempeſtatem attendendo, vbi in animum induxeris vetuſtiſſimos morbos, & peſſimos, & qui ſæpius repetunt, eoſq; qui in corpore ſunt admodum ſenili, non facile cedere. Eſt etiam autumnus & hyems vere & æſtate ad eos morbos tollendos minus accommodatus.

καὶ ἐς τὸν χρόνον, καὶ ἐς τὴν ἡλικίην τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐς τὴν ὥρην, εἰδὼς ὅτι τὰ παλαιότατα τῶν νοσημάτων, καὶ τὰ κάκιστα καὶ κυλινδούμενα. βαρύτατα ἀπαλλάσσεται. καὶ τὰ ἐν τοῖσι γεραιτέροισι τῶν σωμάτων. ἔστι δὲ καὶ ὁ φθινόπωρος τε καὶ ὁ χειμὼν, τοῦ ἦρος τε καὶ τοῦ θέρεος, ἀνεπιτηδειότερος τὰ τοιαῦτα νοσήματα ἀφιέναι. A

τὰ δὲ ἐν τοῖσι προσώποισι] Tranſitus eſt ad neruoſarum partium affectus, in quibus prædictio inſtituitur. Hic autem τὰ ἐν προσώποισι διαστρέμματα dicuntur oris diſtortiones aut perueſiones, cum faciei partes in obliquum diſtorquentur ac contrahuntur. Oris torturam vulgus vocat, conuulſioniſq; genere cenſetur, & σπασμὸς κυνικὸς Græcis dicitur. Eſt autem faciei muſculorum reſolutio, ex qua aut naſus, aut labrum, aut oculus, aut dimidia faciei pars peruertitur. Oris reſolutio Celſo dici videtur. Interdum vero cerebri conſenſum habet, tuncq; corporis partes in communionem labis trahuntur, interdum quoq; nerui qui ad faciem deferuntur. Plerunq; vero faciei pars quædam ſola afficitur, vt ſcribit Galenus libr. 4. de loc. affect. cap. 10. Ac leuius malum eſt quod cæteris corporis partibus reſolutionem non communicat, ac naturæ viribus & ſponte, aut interdum arte ſolicitatis vacuationibus ſedatur. Quod etiam his verbis ſignificauit Celſus. Oris reſolutio etiam aluo citâ finitur. Caluus licenter admodum & indiſtincte τὰ ἐν προσώποισι διαστρέμματα, quæ vultum petunt vertit. B

αἱ δὲ ἄλλαι ἀποπληξίαι] Id rectè ad ſuperiora referri poteſt. Graues nanq; oris diſtortiones, quæ cerebro communicant, & medici diligentiam poſtulant, corporis reſolutiones, aut comitiales morbos, aut apoplexias ſuſpectant. Poteſt etiam corporis reſolutiones de quibus hic agitur reſpicere, & iis corporis ſyderationibus accommodari, quas Græci apoplexias, Celſus paſſim neruorum reſolutiones vocat. Quod feci exemplaria partim publicata, partim manu ſcripta & Celſum etiam ſecutus, qui hunc totum locũ breuiter elegantiſſimis his verbis complexus eſt. *Quacunq; verò parte corporis membrum aliquod reſolutum eſt; ſi neq; mouetur & emacreſcit, in priſtinum habitum non reuertitur, eoq; minus, quo vetuſtius id vitium eſt, & quo magis in corpore ſenili eſt. Omniq; reſolutioni neruorum ad medicinam non idonea tempora ſunt hyems & autumnus, aliquid ſperari poteſt vere & æſtate. Porrò in membrorum reſolutionibus ſi pars affecta graciles͡cit, extenuatur, & colorem immutat, difficilem aut prope nullam redintegrationem ſperare oportet. Non modò enim animales functiones, ſed & naturales ac vitales quodammodo deficere indicantur. Hic autem lego, ἔτι δ' ἂν ἧσσον ἐς τωυτὸ καθίστασθαι, pro ἐς τωυτὸ Hippocrati familiari phraſi, quod eſt in priſtinum ſtatum reſtitui, aut ad integritatem redire. C

* *Cap. 8. lib. 2.*

Humerorum verò dolores, qui ad manus tendũt, torporeſq; & dolores exhibent, abſceſſus certè non conſequuntur, at bilis atræ vomitione ſanantur. Eos autem qui in humeris perdurant, & ad dorſum pertingunt, puris aut atræ bilis vomitione effugiũt, quorum hæc iucunda eſt ratio. facilè quidem ſpirantes & extenuatos vomitione nigram bilẽ effuſuros magis ſperare oportet. At difficultate ſpirandi laborantes, ſi in faciem color ſubruber aut niger, antea non viſus, ſubuehitur, pus expuitione potiꝰ reddituros ſpes eſt. præterea etiam animaduertendum num pedes tumoribus infeſtentur. Hoc enim iis indubitatũ eſt ſignum. Hic autem morbus viris vehementiſſimus accidit à quadrageſimo anno ad ſexageſimũ vſq;. Quã ætatem etiam coxendicum dolores præcipuè vexãt.

Αἱ δὲ ἐν τοῖσι ὤμοισι γινόμεναι ὀδύναι, ὁκόσαι μὲν ἐς τὰς χεῖρας ἐπικαταβαίνουσαι, νάρκας τε καὶ ὀδύνας παρέχουσι, ταύτῃσιν ἀποστάσιες μὲν οὐκ ἐπιγίνονται. ἰῶνται δὲ, μελαίνας χολὰς ἐμέοντες. ὁκόσαι δὲ αὐτοῦ μένουσι ἐν τοῖσι ὤμοισι, ἢ καὶ ἐς τὸ νῶτον ἀφικνέονται, τούτοισι πύον ἐμέσαντες, ἐκφυγγάνουσιν, ἢ μέλαιναν χολήν. καταμανθάνειν δὲ περὶ τουτέων ὧδε. ἢν μὲν γὰρ εὔπνοοι ἔωσι καὶ ἰσχνοί, μέλαιναν χολὴν αὐτοὺς μᾶλλον ἐλπὶς ἐμέσαι. εἰ δὲ αἱ δυσπνοώτεροι, καὶ ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἐπιτρέχει τι αὐτοῖσι χρῶμα, ὃ πρόσθεν οὐκ ἐπεγένετο, ἢ ἐρυθρὸν, εἴτε μέλαν, τούτους πύον ἐλπὶς μᾶλλον πτύσαι. σκέπτεσθαι δὲ πρὸς τούτοισι, καὶ εἰ ἐν τοῖσι ποσὶν οἰδήματα ἔνεστι. καὶ γὰρ τοῦτο τὸ σημεῖον, τούτοισι ὁμολογέον ἐστί. τὸ δὲ νόσημα τοῦτο, τοῖσιν ἀνδράσι προσγίνεται ἰσχυρότατον, τοῖσιν ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐτέων, ἐς τὰ ἑξήκοντα. τὴν ἡλικίην δὲ ταύτην μάλιστα ἰσχιάδες πιέζονται. D E

αἱ δὲ ἐν τοῖσιν ὤμοισι] Celſus breuiſſimis verbis hunc locum ſic expreſſit, Humerorum dolores, qui ad ſcapulas vel ad manus tendunt vomitu atræ bilis ſoluuntur. Idem. Difficil ſæque curatio eſt in eadem ætate, vbi humerorum dolor, vel ad manus peruenit, vel ad ſcapulas tendit, torporemque & dolorem creat, neque bilis vomitu leuatur. Quod autem de abſceſſibus ac puris reiectione dicitur ad ea quæ ſupra ſcripta ſunt in capitis doloribus, ac membrorum torporibus referenda ſunt, vnde leuamentum capiunt, cũ iſta ferè cum illis conſentiant, ac ſint veluti illorum ſoboles. Quamobrem Celſus horum Prædictorum aſſiduus interpres, iſta ferè cum illis coniungit. F

De coxendicum autem doloribus ſic exiſtimandum eſt. Quibus ſenioribus vehementiſſimi torpores adſunt, & lumbi ac crura frigeſcunt, nec pudendum erigere valent, aluuſq; non niſi coacta egerit, & mucoſum alui recremẽtum plurimum prodit, his maxime diuturnum fore, ac prædicendum ex quo morbus cœpit, annum vt minimùm perſeueraturum, iuuamenturnque non niſi aut vere aut æſtate ſperandum. At iuuenibus quidem non minores dolores afferunt coxendicum morbi, ſunt tamen breuiores: etenim quadrageſimo die liberantur. Quin nec vehementes torpores, neq; crurum ac lumborum perfrictiones fiunt. Quos autem morbus iſte in lumbis & cruribus vexat, neq; tamen adeo vt decumbere cogantur, animaduertere oportet, num aliquid vſpiam in coxa concreſcat, percontarique num ad inguen dolor perueniat. Etenim ſi vtraque adfuerint, morbus efficitur diuturnus. Percontandum quoque num

Σκέπτεσθαι δὲ δεῖ ὧδε περὶ ἰσχιάδων. ὁκόσοισι γὰρ τῶν γεραιτέρων αἵ τε νάρκαι ἰσχυρόταται καὶ καταψύξιες τῆς ὀσφύος τε καὶ τῶν σκελέων, καὶ τὸ αἰδοῖον ἐπαίρειν ἀδυνατέουσι, καὶ ἡ γαστὴρ οὐ διαχωρέει, εἰ μὴ πρὸς ἀνάγκην, καὶ κοπρώδης μύξα πολλὴ διεξέρχεται, τουτέοισι χρονιώτατον τὸ νόσημα ἔσται. καὶ προλέγειν ἐνιαυτὸν τὸ ἐλάχιστον, ἀφ' οὗ χρόνου ἤρξατο τὸ νόσημα γίνεσθαι. καὶ τὰς ὠφελείας ἐς τὸ ἔαρ τε καὶ τὸ θέρος προσδέχεσθαι. τοῖσι δὲ νεωτέροισιν, ἐπώδυνοι μὲν οὐχ ἧσσον αἱ ἰσχιάδες, βραχύτεραι δέ. καὶ γὰρ τεσσαρακονθήμεροι ἀπαλλάσσονται. ἀλλ' οὐδὲ αἱ νάρκαι ἐπιγίνονται ἰσχυραὶ. οὔτε αἱ καταψύξιες τῶν σκελέων τε καὶ τῆς ὀσφύος. οἷσι δὲ τὸ νούσημα τοῦτο ἐστὶ μὲν ἐν τῇ ὀσφύϊ καὶ τῷ σκέλει, βιάζεται δὲ οὐχ οὕτως ὥστε κατακεῖσθαι, ξυστρέμματα σκέπτεσθαι μὴ που ἐν τῷ ἰσχίῳ. καὶ ἐπανέρεσθαι, εἰ ἐς τὸν βουβῶνα ἡ ὀδύνη ἀφικνέεται. ἢν γὰρ ταῦτ' ἔχῃ ἀμφω, χρόνιον τὸ νούσημα γίνεται. ἐπανέρεσθαι δὲ καὶ εἰ ἐν τῷ G H

μηρῷ

A μηρῷ νάρκαι ἐγγίνονται, καὶ ἐς τὴν ἰγνύην ἀφικνοῦνται. καὶ ἢν φῇ αὐτῆς ἐρέσθαι, καὶ ἢν διὰ τῆς κνήμης, ἐπὶ τὸν ταρσὸν τοῦ ποδός. ὁκόσοι δ᾽ αὖ τουτέων τὰ πλεῖστα ὁμολογέωσι, εἰπεῖν αὐτοῖσι, ὅτι τὸ σκέλος σφιν τοτὲ μὲν θερμὸν γίνεται, τοτὲ δὲ ψυχρόν. ἡ δὲ νοῦσος αὕτη ὁκόσοισι μὲν τὴν ὀσφὺν ἐκλείπουσα ἐς τὰ κάτω τρέπεται, θαρσεῖν. ὁκόσοισι δὲ τὰ ἰσχία καὶ τὴν ὀσφὺν μὴ ἐκλείπουσα
B εἰς τὰ ἄνω τρέπεται, προλέγειν δεινὰ εἶναι. οἷσι δὲ περὶ τὰ ἄρθρα, ὀδύναι τε γίνονται καὶ ἐκφύσιες καὶ καταπαύονται, οὐκ ἐν τῷ ποδαγρικῷ τρόπῳ, εὑρήσεις πάντε σπλάγχνα μεγάλα, καὶ ἐν τῷ οὔρῳ λευκὴν ὑπόστασιν. καὶ τοὺς κροτάφους ἢν ἐπαίρῃ, φήσει πολλάκις ἀλγέειν. φήσει δὲ καὶ ἱδρῶτας αὐτῷ γίνεσθαι νυκτερινούς. ἢν δὲ μήτε ὑπὸ τῷ οὔρῳ ὑφίσταται ἡ ὑπόστασις αὕτη, μήτε
C οἱ ἱδρῶτες γίνονται, κίνδυνος ἢ χωλωθῆναι τὰ ἄρθρα, ἢ ὃ δὴ μελικηρίδα καλέουσι γενέσθαι ὑπ᾽ αὐτοῖσι. γίνεται δὲ τὸ νόσημα τοῦτο, οἷσιν ἐν τῇ παιδίῃ τε καὶ νεότητι ξυνήθης ἐὸν, αἷμα ῥεῖν ἐκ τῶν ῥινῶν πέπαυται. ἐπανερέσθαι οὖν περὶ τοῦ αἵματος ῥήξιος, εἰ ἐγένετο ἐν τῇ νεότητι. καὶ αἱ κνιδώσιες ἤν τε τοῦ στήθεος καὶ τοῦ μεταφρένου εἰ ἔνεισι. καὶ ὁκόσοις αἱ κοιλίαι ἰσχυρὰς ὀδύνας παρέχουσιν ἄνευ ἐκταραξίων. καὶ ὁκόσοισιν αἱμορροΐδες γίνονται. αὕτη γὰρ ἡ
D ἀρχὴ τῶν νοσημάτων τούτων. ἢν δὲ κακόχροοι οἱ ἄνθρωποι οὕτω φαίνωνται, ἐπανερέσθαι καὶ κεφαλὴν εἰ ὀδυνῶνται. φήσουσι γάρ. τούτων δὲ ὁκόσοισιν αἱ κοιλίαι ἐπώδυνοι, ἔν τε τοῖς δεξιοῖς εἰσι, τὰ ἀλγήματα ἰσχυρότερα γίνεται. καὶ μάλιστα ὅταν πρὸς τῷ ὑποχονδρίῳ κατὰ τὸ ἧπαρ τὸ ὑπόλειμμα τῆς ὀδύνης ᾖ. ὠφελέει δὲ ταύτας τὰς ὀδύνας, ὁ παραυτίκα ψόφος ἐν τῇ γαστρὶ γινόμενος.
E ὁκόταν δὲ ἡ ὀδύνη παύσηται, τὸ οὖρον παχὺ καὶ χλωρὸν οὐρέουσι. ἔστι δὲ θανατώδης μὲν οὐδαμῶς ὁ τρόπος οὗτος. χρόνιος δὲ κάρτα. ὁκόταν δὲ παλαιὸν ἤδη ᾖ τὸ νόσημα, ἀμβλυώσσουσι οἱ ἄνθρωποι ὑπ᾽ αὐτοῦ. ἀλλ᾽ ἐπανερέσθαι περὶ τοῦ αἵματος, εἰ νέῳ ἐόντι ἐρρύη, καὶ περὶ τοῦ ἀμβλυωσμοῦ, καὶ περὶ τοῦ οὔρου τῆς κενώσιος χλωρότητος, καὶ ἀμφὶ τῶν ψόφων εἰ ἐγγίνονταί τε καὶ ὠφελέουσιν ἐπιγινόμενοι. φήσουσι γὰρ πάντα ταῦτα, εἴ τε ἐρυθρόν τι, εἴ μέλαν, τουτέοισι πῦον ἐλπίζειν μᾶλλον ἢ πτύειν. σκέπτεσθαι δὲ τουτέοισι καὶ ἐν τοῖσι ποσὶ
F οἰδήματα. τοῦτο τὸ σημεῖον τουτέοισιν ὁμόλογον ἐστίν.

femur torpores ſentiat, & ad poplitem pertingant. Quo conceſſo rurſus petendum num per tibiam ferantur ad primam ſummi pedis partem, quæ tarſos dicitur. Qui enim iſtorum bonam partem fatentur, his ipſis crus modo calidum, modo frigidum fieri rectè prædixeris. At quibus hic morbus relictis partibus quæ ad lumbos ſunt, infra vergit, eos bene ſperare iubeto. Quibus vero coxendicem & lumbos occupat, & ſupra vergit, iis grauem fore prædicito. Quibus autem ad articulos dolores oriuntur & tumores, deſinuntque ſine podagra, iis & magna viſcera adeſſe comperies, & in vrina quod ſubſidet album. Ac ſi cui tempora attollentur, ea ſæpe dolere fatebitur, & ſibi nocturnos ſudores contingere. Quod ſi neque tale quicquam in vrina ſubſidet, neque ſudores contingunt, metus eſt ne articuli claudicent, aut in his abſceſſus fiat, quem melicerida vocant. Iis autem morbus iſte contingit, quibus pueris aut iuuenibus ex naribus ſanguinis fluor conſuetus deſiit. Ex quibus percontari oportet num in iuuentute ſanguinis fluxus contigerit, & num pungentes prurigines ipſis in pectore aut dorſo inſint. Aut eadem contingunt quibus vehementes alui dolores abſque perturbatione adſunt, aut quibus per ora venarum quæ ſunt in ano ſanguis effunditur. Hinc nanque iſtorum morborum origo petenda eſt. Quod ſi viris huiuſmodi fœdus color appareat, num etiam capitis dolor adſit percontandi ſunt, quod fatebuntur. Ex quibus qui ventris dextra parte dolores ſentiunt, iis vehementes dolores fiunt, idque vel maxime ſi in præcordiis ad hepar dolor reſtiterit. Quibus malis confeſtim leuat ſtrepitus qui in ventre fit. At vbi dolor conquieuit, vrina craſſa & pallida redditur. Atque hoc morbi genus neutiquam letale eſt, ſed valde diuturnum. At vbi iam morbus inueterauerit, homines oculorum caligine vexat. Percontari igitur oportet, num ſanguis in iuuentute fluxerit, aut oculorum caligatio contigerit, aut vrina pallida vacuata fuerit, aut intus excitati ſpiritus & ſuperuenientes iuuamentum attulerint. Iſta namque omnia fatebuntur.

αἰτῆσθαι δ᾽ ἢν ᾖ] Sic Celſus. In coxæ vero doloribus ſi vehemens torpor eſt, frigeſcitque crus & coxa, aluuſque niſi coacta non reddit, idque quod excernitur mucoſum eſt, iamque ætas eius hominis quadrageſimum annum exceſſit, is morbus aut longiſſimus, minimeque annuus, neque finiri poterit niſi vere aut autumno. Atque ex hoc loco lucem a[...]i Celſo manifeſtum eſt. Nam & minimum pro minime legi oportere, & autumnum pro æſtate poſitum, aut pro æſtatis fine quæ in autumnum vergit, liquido conſtat. Sunt autem ad autumnum ἰσχιάδες doloris cruciatu ſæuiſſimæ, vt aph. 22. libr. 3. vt ſcribit Galenus, αἱ δὲ ἰσχιάδες αἱ ἀλγεινὴ ἐπί τι παχύτερα τῶν χυμῶν ἢ τῷ ψύχει μάλιστα γίνεσθαι.

καὶ κοπρώδεα μύξα] Hoc morbum coxarium ex pituitoſo & frigido humore fieri teſtatur. Quamobrem vehementioribus medicamentis, tum infuſo, tum purgatione vtimur.

νοῦσοι δὲ παλαιαί] Celſus quoque his verbis hunc locum exprimit. Eadem ætas prodeſt & in coxæ dolore & humerorum, & in omni reſolutione neruorum. Ex quibus coxa ſi ſine torpore eſt, ſi leuiter friget, quamuis magnos dolores habet, tamen & facilè
G & maturè ſanatur.

ξυστρέμματα] ξυστρέμματα] vocat duras humorum concretiones & collectiones, aut tubercula, & quas συστροφὰς dicunt. Galenus φύματα ἢ πλαδείας explicat. Celſus humoris coitum omnem vocat. fiunt etiam in coxariis tofi ſeu calli, ex humoribus craſſioribus & viſcidis, qui in articulis vbi diutius moram traxerint, eos ne curare quidem poſſe ſperandum eſt, vt ſcribit Gal. libr. 10. Comp[...] phar. ſecundum loc.

ἐπὶ τὸν ταρσὸν] ταρσὸς eſt prima ſummi pedis pars, quatuor oſſibus conſtans, & manus carpo reſpondens. In morbo autem coxario dolor ipſis à natibus inguinibuſque ad genua vſque, in plurimis autem ad ſummum vſque pedem pertinet, vt ſcribit Paulus. Archigenes etiam libr. 2. Compoſ. pharm. ſecundum genera de morbo coxendicum, ſic ſcribit apud Aetium. Antecedit & quaſi auſpicatur hoc malum aliquando quidem vicinorum muſculorum dolor, & maximè lumborum, aliquando verò ab ipſa iunctura initium fit affectionis. Iam vere quandoque etiam contingit vt vertebri dolore fere ſublato, circa poplitem ſolum afflictio hæreat, aliis autem iuxta talum. Quibuſdam vero totum crus æqualiter dolore affligitur: multis item circa inguina dolor figitur, &
H tum ſanè veſica ipſa moleſtiam tranſſumens, vrinæ difficultatem inducit, & tunc maxime totum crus à coxendicibus vſque ad calcaneum dolorem perfert, & non ſolum ſi ipſum crus moueatur, conuulſiones infert, verum ſi etiam aliqua alia corporis pars agitetur. Cælius etiam Aurelianus lib. 5. Chron. cap. 1. hæc fere exprimens ſcribit. Et primo in vertebro dolor ſentitur, dehinc partis ſuæ penetrans loca vſque ad mediam natem, ac ſuperius ad inguen, vel ad ancalen perueniens atque ſuram, dehinc etiam talum & pedis ſummitatem.

εἶτα δὲ καὶ τὰ ἄρθρα] Iſta magnam craſſorum humorum redundantiam & corporis impuritatem arguunt, quæ grauata natura, aut in articulos deponit, aut per veſicam excernit. Eſt vbi etiam flatibus à calore exagitata materia in caput redundat, ibique dolores nonnunquam etiam parotidas aut hæmorrhagiam excitat, quæ reliquorum abſolutionem faciunt, ex aph. 31. & 74. lib. 4. Celſus hunc locum concinna breuitate adumbrat, & tam arctè concludit, vt hinc explicari debeat. Eademque his pericula ſunt, quibus articulorum vitia, dolores, tumoreſque ſine podagra ſimilibuſque morbis oriuntur & deſinunt. Vtique ſi ſæpe tempora illis dolent, noctuque corpora inſudant, frons prurit, lippitudinis metus eſt. A

καὶ ἐν τῷ οὔρῳ] De vrina antea præſagium eſt inſtitutum quod huc referendum eſt itidem ex Celſo expreſſum.

ἢν δὲ μὴ διὰ τῶν οὔρων] Humoris redundantia & craſſitudo ſi neque per vrinas, neque ſudoribus expurgetur, in articulos decumbit, vbi aut claudicationem, aut abſceſſum ex humore melli ſimili contento, melicerida dictum excitabit, pro quibus Celſus graues in articulis exulcerationes vel aliquo morbo debilitari poſuit. μελικηρὶς autem in tumorum genere præter naturam qui abſceſſum faciunt, reponitur Galeno lib. 14. Meth. & lib. de Tumor. præter naturam nomenque ab humore melli ſimili effuſo habet.

γίνεται δὲ τὰ νοσήματα] Celſus paulò aliter ex his capitis dolores prædicit, & hunc locum innuit. Quibus in pueritia ſanguis ex naribus fluxit, dein fluere deſiit, hi vel capitis doloribus conflictentur neceſſe eſt, vel in articulis aliquas exulcerationes graues habeant, vel aliquo morbo etiam debilitentur. B

καὶ τῷ μετώπῳ] Celſus ἐν τῷ μετώπῳ legiſſe videtur cùm dixit, ſi frons prurit. Et Caluus vtrunque appoſuit exemplaribus Italicis fretus.

καὶ ἐκταραχαὶ κοιλίης] Senſus eſſe videtur. Iſtam eſſe morborum horum originem, eaque prædici debere, quibus plurimus crudus, craſſus & flatulentus humor in toto ventris alueo contentus diſtentionem & dolores vehementes excitarit, qui neq; tamen irruptione, velut critica quadam excretione, effuſus fuerit (ſic enim ἐκταραχὴ κοιλίης Hippocrati ſumi ſolet, pro qua Celſus alui reſolutionem poſuit ex aph. 60. lib. 4.) Quæ materia eodem impetu, aut grauitate, aut humorum qualitate hæmorrhoidas tentare poteſt.

ἢν δὲ ἀπολείπῃ] Hæc reliqua ſymptomata, coloris prauitas, capitis, ventris ac hypochondrij dextri dolor, corpus non eſſe integrũ teſtantur, ſed multa craſſa & flatulenta materia diſtentum, præcipueque ſi id circa alui deiectionem & hæmorrhoidum profluuium accidat. Ex quibus malis liberat vrinæ multitudo, maximè ſi craſſa & alba reddatur, & aluus erumpat, per eamque vitium ſtrepitu quodam euoluatur, vt aph. 73. & 74. lib. 4. Hic autem vrina pallida & quæ ad albam proximè accedit intelligendã eſt, non viridis, aut ex virore palleſcens, qua ſignificatione apud veteres χλωρὸς, ὠχρὸν deſignat, vt multis locis ſcribit Gal. Eumque in modum ſcribitur lib. de rat. vict. in morb. ac. in his qui cibum bis capere conſueti, prandium omittunt, χρώματος ἀκολουθεῖ σπλάγχνα ἀντίσπᾳ, καὶ οὖρον θερμὸν καὶ χλωρόν: Alioqui ſanè viridis vrina perniciem intentat, vt ſcribit Gal. & Celſo viſcerum dolorem tumoremque cum aliquo periculo ſubeſſe, aut certè corpus integrum non eſſe minatur. Vbi ſanè quodammodo hunc locum adumbrare videtur. C

ἤ τι ἐρυθρόν] Quædam exemplaria hunc locum aſteriſco notant, & manifeſtum mendum detegunt. Apparet nanque iſta ex ſuperiore loco huc temere irrepſiſſe, quæ expungenda duximus. Quod etiam rectè vidit Cornarius, ſiue huc mentis acie contendens, ſiue codicum meliore fortuna vſus. Ac vt neque huic loco quadrant, ita nec conſtantem habent codicum inter ſe conſenſum. Quidam nanque μᾶλλον πάσχειν legunt, quidam, etiam μᾶλλον ἐπὶ νόσον. Magna eſt tamen atque adeo ſane periculoſa in tam fœdo vitio retinendo codicum quos adhuc videre licuit conſpiratio, vt ne ex Italicis quidem exemplaribus (quæ mihi multis amicorum ſermonibus celebrantur, & magna ſpe deuorantur) huic loco ſalutem afferri poſſe ſperem, cum Caluus ad hos quoque ſcopulos illiſerit. D

Impetigines & lepræ, albicanteſq; vitiligines, ſi iuuenibus quidem aut pueris horum aliquid contingat aut ſenſim ſe prodens, diuturnitate temporis augetur: in iis quidem ex puſtulæ abſceſſus eſſe minime exiſtimandæ ſunt, ſed morbi. At quibus ex his aliquid ſubito multumque contingit, id certe abſceſſus dici poſſit. Oriuntur autem albicantes vitiligines ex maximè quidem lethalibus morbis, velut quæ tabes dicitur. Lepræ vero & impetigines, ex iis qui ab atra bile fiunt. Ex quibus quæ valde iuuenibus contingunt, & recentiſſima quæque ſunt, ea facilius curationem recipiunt, tum quæ in ſumme mollibus & carnoſis corporis partibus naſcuntur.

Λειχῆνες δὲ καὶ λέπραι καὶ λεῦκαι, οἷσι μὲν νέοισιν, ἢ παισὶν ἐοῦσι ἐγένετο τι τούτων, ἢ κατ' ὀλίγον φανὲν, αὔξεται ἐν πολλῷ χρόνῳ, τούτοισι μὲν οὐ χρὴ ἀπόστασιν νομίζειν τὸ ἐξάνθημα, ἀλλὰ νόσημα. οἷσι δὲ ἐγένετο τούτων τι πολύ τε καὶ ἐξαπίνης, τοῦτ' ἂν εἴη ἀπόστασις. γίνονται δὲ λεῦκαι μὲν ἐκ τῶν θανατωδεστάτων νοσημάτων. οἷον καὶ ἡ νοῦσος ἡ φθινὰς καλεομένη. αἱ δὲ λέπραι καὶ οἱ λειχῆνες ἐκ τῶν μελαγχολικῶν. ἰῶνται δὲ τούτων εὐπετέστερα ἐστιν, ὅσα νεωτάτοισί τε γίνεται, καὶ νεώτατά ἐστι, καὶ τοῦ σώματος ἐν τοῖσι μαλθακωτάτοισι, καὶ σαρκωδεστάτοισι φύεται. E

Λειχῆνες] λειχὴν impetigo eſt, ſummæ cutis vitium, vt ψώρα & λέπρα, cum aſperitate & leui pruritu, deterius quidem prurito, pſora autem & lepra leuius. Gignitur Galeno ex ſeroſis, tenuibus & acribus ſuccis, cum craſſis permixtis, eſtque via quædam ad pſoram & lepram, vt ad lichenem pruritus. Cornelius Celſus lichenem papulam vocare videtur, quam reliquus medicorum chorus impetiginem. Lepra vero aſperitas eſt cutis profundior, cum prurito maiore & ſquamis, cuius materia eſt humor melancholicus multus, viſcoſus, craſſus, acris, terreſtris & ſiccus. Ex cuius qualitate & malignitate ſquamæ in ſumma cute oriuntur, quæ illi peculiares ſunt, cum aſperitate cutis profundiore & pruritu. Hæc ad elephantem aditum facit, & in quatuor genera Celſo diſtribuitur, ſola intenſione & remiſſione malignitatis diſtincta. Lepra velut ſquamoſa, ἀπὸ τῆς λεπίδος dici videtur. λεῦκαι autem vitiliginis ſpecies, cutis carniſque ſubiectæ præter naturam albedo. Albicautem vitiliginem dicimus, vt Gaza albuginem. Vitioſa cutis macula eſt, & fœdæ ſcabiei ſoboles, ex malo corporis habitu excitata, & facultatis altricis errore pituitoſum ſanguinem, lentum & viſcoſum gignentis. Leuce quem occupauit, non facile dimittit, eaque cenſetur eſſe quæ vulgo lepra alba dicitur. Sic quæ à Domino lepra curatur in Euangelio, vitiliginoſæ cutis deformitas quibuſdam exiſtimatur, & vitiliginem eam vocat Arnobius de Domini miraculis loquens. Atque hæc cum ſcabiei ſint genera, cutis fœditates & vitia cenſentur potius quam morbi. Quod etiam ſcripſit Hippocrates libr. περὶ παθῶν, αἶσχος μᾶλλον ἢ νουσήματα ea eſſe cenſens. Cuius quoque ſententiam ſequitur Auicennas, Canone primo, cum ſcribit eas affectiones, cum morbi non ſint ſed potius dedecora, morbis tamen annumerari. Atque ea forte notione huius Prorrhetici author has in cutem eruptiones in puſtularum genere reponit, cumque corpus vitioſis humoribus natura expurget, & in cutis ſuperficiem quadam velut excretione deponat, in ἀποστάσεων numero, quæ κατ' ἀπόστασιν fiunt, cenſet, vt & libro ſecundo Epidem. Nemini autem dubium eſt quin hac parte mendoſi ſint codices omnes, cum ἡ νοῦσος ἡ φθινὰς καλεομένη ſcribunt. F G

Nam φθινὰς νόσος ex Galeni Exegeſi procul omni dubio reponendum, vt in noſtra Hippocrat. Oeconomia ſatis teſtatum reliquimus. Sic enim exponitur Galeno ὁ κατὰ φοινίκην καὶ κατὰ τὰ ἄλλα ἀνατολικὰ μέρη πλεονάζων. ἐλέφας δὲ χρὴ ἀκούειν ὁ ἐλεφαντιάσις. Quibus verbis morbum apud Phœnices cæteraſque orientis regiones frequentem intelligit. Indicari autem videtur Elephantiaſis.

Etſi φοινικὸς etiam videtur legiſſe Galenus, vt ſatis ex indicatura in Exegeſi patet, qua voce, ἀπὸ τοῦ χρώματος ἢ ἐκ φοινίκων ἐπιχωριαζόντων, ſuſpicari aliquem poſſe ſcribit, hoc eſt puniceo colore aut palmeo, quo Elephanticorum cutis inficitur. Eſt porro hic Aſulanus codex diminutus & vitioſus, vt ſatis apparet. H

B

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΚΩΑΚΑΙ ΠΡΟΓΝΩΣΕΙΣ.

HIPPOCRATIS COI

C

COACARVM PRÆNOTIONVM LIBER VNVS, IN VARIAS ſententias diſtinctus,

Nunc recens Latina interpretatione, & Annotationibus donatus,

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico, &c.

D

AD COACAS PRÆNOTIONES PRÆFATA.

PRÆDICTORVM *multa cum ſint genera, artificioſum tamen quod longa ſæculorum æternitate, excipiente memoria prodendiſque monumentis artis complexionem eſt adeptum, & euentorum conſequentia notatum ac animaduerſum, præcipuè artem Medicam ſubit: Ex quo exiſtit & illa medicorũ in morbis temporis longinquitate inueterata, artis præceptionibus confirmata & diuturna* E *euentorũ obſeruatione nobilitata præſenſio futurorumq; prædictio, ac velut animi longè ante quæ euentura ſunt acutè cernentis præſagitio. Sagire enim (inquit ille) ſentire acutè eſt, & qui ante ſagit quàm oblata res eſt, dicitur præſagire, id eſt, futura ante ſentire. Vnde etiã ad hominum cõmunionẽ & vſum traducta ſunt medicorum præſagia, velut præſcita quædam, aut eorũ quæ in morbis obuentura ſunt prædictiones aut prænotiones quædã: quæ & artis admirabilitatẽ quandam authori pariunt, & ad cognitionis dignitatẽ illuſtres aditus patefaciunt, medicoſq; vt omni inuidia liberant, ſic etiã ægros ſalutis fiducia & bonorũ ſpe erigunt. Cuius quæſtionis tractatio cum valde eſſet obſcura & difficiles haberet explicatus, ſubtiliter eſt admodũ ab ipſo Hippocrate Medicinæ parẽte multis liberis expreſſa, poſteaq; à Galeno, velut omniũ bonorũ ſecundum Hippocratẽ fonte, mirabiliter ex doctrinæ vmbraculis &* F *ocio, nõ modo in ſolem atq; puluerem, verumetiã in ipſum diſcrimẽ aciemq; perducta. Atq; ad eã ſeſe applicant quæcunq; Prognoſtici aut Prorrhetici nomine ſcripta, prædictionũ aut prænotionũ ſcientiã præ ſe ferunt, & quæ totã κρίσεων diſciplinã cũ decernentiũ dierum cognitione coniunctã amplectuntur, quæq; alia multa ſunt in Hippocratis monimentis ad iudicij denunciationẽ non illiberaliter fuſa, ad eã futurorum præſenſionem referuntur. Cuius magna quidẽ profeſſio, ſicut eſt, quondã à multis claris Medicis illuſtrata, preſſius quidẽ & politius ab Hippocrate tractata, à pleriſq; Galeni ætate exagitata, & longè lateq; peregrinata, abfuit ab ægrorũ tricliniis, tandẽ vero ab vno Galeno ſumma authoritate & ſcientia ſuſtinetur, multis ea de re cõſcriptis voluminibus, & variis ad eã facultatẽ comparandã propoſitis doctrinæ adiumentis. Quo in genere, cũ non paranda ſolũ nobis ea ſit, ſed etiã fruenda ſcientia, præcipua vis eorũ emitet, quæ in parentis Prænotiones & prædictiones à Galeno edita, ampliſſimã huius inſtrumenti materiã atq; vberrimã copiam cõtinet. Ex quibus velut ex puris fontibus prædictionis leges optimè cõſtitutæ haurienda ſunt ad quas velut ad Cynoſurã nauigandi, ita rectè prædicendi* G *curſus dirigatur. Quæ ſanè efficiunt in hoc quæſtionis genere, quod maximè rem cauſamq; cõtinet, vt Galeno, ſicut in cætero medico ornatu, palmarem gloriã concedamus, & huic nos plurimum, & longè lateq; plurimum tribuere velut parenti oporteat, ex quo poſt Hippocratẽ tanquã refertiſſimo doctrinæ penu, cõceptas & ratas prædicendi ac præſagiendi leges accepimus. Cuius ex præceptionibus, vt adulteratã pecuniã, ita fucoſa doctrina lenocinium, & (vt ait Accius) falſaciloquentiã, quæ plerunq; in præſentiendo locũ occupat, probari debere exiſtimamus. At verò vt nec vndecunq; rectè prædicendi integritas peti debet, ſic in tam variè cõparata huius ornatus ſupellectile, delectus quidam eximius habendus eſt, magnaq; adhibenda eſt cautio, ne vitioſum ſanguinẽ pro incorrupto colligamus, & ſuccũ illum in quo naturalis ineſt, nõ fucatus color, deperdamus, aut potius ſiccitates quàm habitus corporis optimos conſectemur. Sed ad eas præceptorum leges quæ à Galeno paſſim ſcripta ſunt in Prognoſtici & Prorrhetici Cõmentariis, rationes noſtræ adiungendæ ſunt, & vt Polycleti Doryphorũ* H *ſibi Lyſippus aiebat, ſic in hac prædictionis exercitatione, Galeni meditationem velut magiſtram adhibebimus. Nam cum magna inſtabilitate referta ſit hæc diſciplina, diligenter animaduertendum eſt, ne ambigua pro veris, infirma pro certis, arbitraria pro ratis: fluxa & caduca pro perpetuis amplectamur: ſed quæ longa ſæculorum perennitate immutabilitatẽ nactæ ſunt, & diuturna temporis obſeruatione æternitatem adepta, quæq; ſemel exiſtentia neceſſariam euentorum efficientiã proponunt, ea prædictorum præceptiones & velut conſectaria concludunt, indiciorumq; noſtrorum limam ſubitura ſunt:*

Diligenterq́ prouidendum eſt ne in ſignorũ recenſione ieiunitatem, aut ſiccitatẽ, & exilitatẽ potius quam plenã & exu- A
berantem cauſarum copiã amplectamur, raramq́ fortuitorum concurſionẽ pro neceſſariis ducamus. Sed adhibenda eſt cum
obruſſa ratio, & omnia ad Galeni trutinã exigenda, pariumq́ rationũ momenta perdiligenter ſunt facienda, vt prædictio-
nis medicæ integritatem ſartam tectam tueamur, eiq́ antiquam exiſtimationem retineamus. Quam certè annitendum eſt
vt domi teneamus ſeptam liberali cuſtodia, & hos ignotos atq; imprudentes procos repudiemus, tueamurq; vt adultam
virginem castè, & ab amatorum impetu quantum poſſumus prohibeamus. Quod profecto commodius præſtabitur ſi poſtu-
latis ſecundum libertatem vindiciis eam Galenus liberali cauſa manu aſſerat, ſuaque rogatione in priſtinum dignitatis
gradum deducat. Neque enim cuiquam, niſi Galeno ductore, in hos campos ingrediendum exiſtimo, ſupernacaneaq; mihi
videtur omnis opera, quæ ad prædictionis leges aut ex Hippocrate eruendas aut explicandas adhibetur, niſi Galeni exerci-
tatio, velut præſultoria quadam diſciplina, noſtræ præſenſionis leges ac iudiciũ totum moderetur. Quò ſanè æquius eſt de- B
curſo toto iudiciorum campo, & emenſis prænotionis ſpatiis, quæ in Præſagiorum & Prædictorũ Cõmentariis latiſſimè pa-
tent, non indiligenter inter ſe collata ſignorũ facultate & æſtimatione habita, ad hanc Prænotionum Coacarum planitiem
deſcendere, magna animi contentione adhibita, ne in breuia & ſyrtes quaſdã deducti, curſum ipſum quem Galeno duce
cepimus, tenere nequeamus, & ad quamcunq; fuerimus diſciplinam quaſi tempeſtate delati, ad eam tanquã ad ſaxũ adhæ-
reſcamus. Neq; enim ad ſpeciem egregiè cõparatis titulis, aut ad faſtũ emendicata indicatura nos duci oportet, neq; ſi pa-
rentis nomen aut clariſſima familiæ genus ſuperbè nimis prætenditur, non ideo ad iudiciorũ leges & præceptorũ formulas
doctrina tota æſtimanda eſt: ſed vt ſenticoſũ & ruderatũ ſolũ ita totus locus perpurgandus eſt, & velut in ſumma luxurie
multa interlucanda, quædam etiam auerruncanda, plurima vero in familiã vnde orta ſunt deducenda. Quotus enim quiſ- C
que eſt qui Coaca hæc Præſagia ad Hippocratis Coi fœtus, aut clariſſimam Aſclepiadarum familiam referat: Cum & multa
ſint toto genere diſſentanea, plurima temere aſſuta, nonnulla dictionis quadam vbertate redundantia, nouata quædã & ipſo
dicendi genere inſolentia: ad ſummã, ex multis genuinis Hippocratis ſcriptis cõſarcinata quædã fartura, & velut ex aduer-
ſariis ac pugillaribus in memoriæ ſubſidiũ comparatis, nullo delectu aut ordine, quaſi in promptuarium quoddam cẽtones
tumultuariè conditi. Nam & in his, vt in pleriſque Hippocratis monimentis, genera etiam falſa ſunt, & velut ad plebem
tranſitiones plurimæ, cũ homines humiliores in alienũ eiuſdem nominis infunduntur genus, quò facilius tãtæ familiæ clari-
tas nobis imponeret, & animorũ noſtrorum aciem nominis ſplendor perſtringeret. Ad hæc non rara rerum ac verborũ inſo-
lentia, ambiguitas, ſcribendi nouitas, tam crebræ fortuitorum euentorum concurſiones, ex quibus tanquam ex obſeruatione D
quadam præſagiorum decreta eruuntur, ac iiſdem de rebus ſæpe quaſi dictata redduntur, vt vel ex iiſdem penè verborum
præſtigiis limata quædam rerũ & verborum tenuitas exiſtat, quæ tantam interdum obſcuritatem parit, vt ſors ipſa penè
ad ſortes referenda ſit. Quo in negocio etſi huic præſagio multa familiæ nomen detrahunt, patriam tamen & ciuitatis ius
plurima aſſignant, tam multa etiam libertatem vendicant, vt penè familiæ erciſcundæ iure teneatur. Et quia iniqua eſt in
omni re accuſanda prætermiſſis bonis malorũ enumeratio vitiorumq; ſelectio, hic quoq; plurima eſſe quæ doctorũ admira-
tionẽ aſſenſionemq; cõmoueant fatendũ eſt, & ad quorũ cognitionẽ diuina illa ingenia transferri oporteat. Imprimis verò
tã inſignis elucet Hippocraticæ doctrinæ cõprehenſio, vt ad eã ipſam rem de qua agitur, totã Hippocratis officinã adhibeat,
& arculas conſumat in quibus ſelecta quædã compendio artis præcepta continentur. Quæ etſi domeſticam Hippocratis bre-
uitate conditã verborum ac rerum circumſcriptionem non retinent, in Hippocratis tamen monimentis egregiè verſatos & E
detritos ita delectant, vt iis meritò videantur digitos ad fontes intendere, ac doctrinã à capite arceſſere, & ea quæ in re di-
ſperſa ſunt atq; infinita, ratione & diſtributione ſub vno aſpectu in omniũ oculis ponere. Ac certè illud eſt in quo vel maxi-
mè cõſueuit hoc in opere iactare ſe noſtra oratio, & ad quod præcipue doctorũ iudiciũ elaborare debeat, vt vno quaſi cõpen-
dio totius artis Hippocraticæ cõprehenſio, ac admirabilis doctrinæ euolutio quædam, vel facili momento tanquam in ocu-
lis, ita in animi notione velut in veſtigio reponatur. Multa equidem fateor ſunt ex obſeruatione nata & malo quodam ex-
emplo in artis præceptiones deducta, verũ tempore immenſo ſunt excepta, & ſignificatione euẽtorũ animaduerſa ac notata.
Nihil eſt autẽ quod non longinquitas temporum excipiente memoria prodendiſq; monumentis efficere atq; aſſequi poſſit.
Qualia multa ſunt à Medicis ſelecta remedia ad morſus beſtiarũ, ad oculorum morbos, ad vulnera, quorum vim atq; natu-
ram ratio nunquam explicauit, vtilitate & iudicio ars eſt probata. Quæ etſi non ſunt ſatis idonea artis prædicendi præ- F
cepta, quod nunquam perfectè veritatem caſus imitetur, in his tamen artibus quæ artificioſa quadã coniectura cõtinentur,
& ſunt opinabiles, vtranq; ferè paginam faciunt, multumq; habent momenti & ponderis. At vero vt eſt obſcura huius præ-
ſagii origo, ita plerunq; tenebras offundit, & rerum ac verborum compreſſione tam breuis eſt interdum hæc tractatio, vt
ob eam ipſam cauſam vel ſæpe ſit ſubobſcura. Neq; nos admodum mouet quòd Erotianus in Hippocrat. ſcriptis veterator
acerrimus, nullam omnino harum Coacarum Prænotionum mentionem faciat. Sed decet ſane timidè ingredientem ad hoc
genus ſermonis, nullo negotio huiuſmodi cauſis reſpondere, & ad eos qui talia proponunt hanc orationem adhibere. Harum
Coacarum Prænotionum etſi Hippocratem ipſum authorẽ iure vendicare non poſſumus, certè ex Hippocratis familia aſſen-
ſorem aliquem aut cognitorem iis attribuimus, eiuſdẽ prope dignitatis ac famæ, qualem Prorrhetico tribuunt nõ iniqui re-
rum æſtimatores. Ac ſanè eandem & nominis & fortunæ aleam vterq; fœtus ſubire poteſt, cum & tractatione & dictionis G
genere tam ſint inter ſe ſimiles, vt penè germanitatis impreſſas notas habeant. Nam & rerum ac verborum continuatione
tam valde interdum conſentiunt, vt eadem ex eodem penu hauſta videantur, nonnunquã etiam quæ in Prorrhetico preſſius
comprehenſa, in hoc præſagio latius fuſa, vberiorem nacta ſunt explicationem. Adeò vt ne his quidem de cauſis de eorũ do-
ctrina iniq; exiſtimari debeat, vt vel inertiſſimæ ſit ſegnitiæ, aut faſtidii delicatiſſimi, ab eorum conſuetudine mentis aciẽ
abducere, quod genuinam Hippocratis ſtirpem non referant. Verum vt nec tam autoritatis quàm rationis momenta quæ-
renda ſunt, ſic nec opinio præiudicata tantũ poſſe debet, vt etiã ſine ratione valeat authoritas. Sint hi ſanè ſubdititi fœtus
& Hippocratis nomẽ falsò prætendant. At ſunt in Aſclepiadarũ familiã multis retroactis ſæculis, ſi quis memoriã tempori
replicare velit, adoptati & aſciti, qualia multa ſunt in Hippocratis monimentis, quæ ſi eo nomine abdicẽtur, quod Hippo-
craticæ ſtirpis ſplendorẽ nõ retineant, aut eius nomini tanquã luminibus obſtruant, verendũ ſanè eſt ne ampliſſimæ fami-
liæ nomẽ in paucorũ ac velut abortiuorũ fœtuũ nomine conſeneſcat, & contabeſcat. Ac velut in clariſſimã familiam ado-
ptionis iure multæ ſtirpes ſunt inſitæ, & libertinorũ greges familiæ nomen maiorũ conſuetudine aſſumunt: ſic in hãc nobi- H
liſſimã Aſclepiadarũ ſtirpem, in qua plures eiuſdẽ gentis nomine fuerunt, multi ſunt cooptati viri celebres & ſumma eru-
ditione clari, qui diſſipatas vndiq́ partis reliquias, ex aduerſariis & ſchedis in vnũ veluti doctrinæ corpus cõponerent.

Ex

A Ex quo exiſtit hæc quæ hodie omniũ manibus teritur abſolutiſſima artis Medicæ encyclopædia, quã ſi ad veræ ſtirpis origi-
nem ad Galenũ reuoces, auguſtiſſima artiũ facultatẽ nudam, inanem, fractam, debilem, & deformem reddideris, cuius ne
decretum quidẽ vllum ſine maximo ſcelere prodi nequit. Ad has igitur Coacas Prænotiones cũ tã illuſtris velut poſtlimi-
nio patefactus ſit aditus, eæ nõ immerito in hanc præclarã familiam, tanquam fugitiua mancipia deducendæ ſunt. Quæ ſi
Hippocraticæ orationis neruos, vires, aut habitũ deſiderant, neq; ſucculentum illum ſanguine diffuſum, ſed potius fuco illi-
tũ eruditionis colorẽ retinent, habent tamẽ plurima quæ in re Medica veteratorem acerrimum obruere neſcio quo ſapore
vernaculo, nec vero ſolum retinere, ſed etiã alere ingeniũ poſſint. Ac veluti in aliquam domum refertiſſimam, ſic in hunc
Prænotionum campum ingreſſo, multa magnifice exculta, multa ſuo loco poſita, & velut tabulæ bene pictæ in bono lumine
B collocata, plurima etiã pleniſſime inſtructa tam auide legentium & diſcentium animos abripiunt, vt ea non quiuis vnus
ex populo, ſed nonniſi exiſtimator doctus & intelligens poſſit cognoſcere. Imprimis vero tam inſignis eſt & copioſa affectuũ
totius corporis in partes velut gradus quoſdã percenſio, vt in hoc veluti Medicinæ cõpendium, quæcunq; ad partium cor-
poris morbos dignoſcendos vbiq; per Hippocratis OEconomiã latè fuſa ſunt, velut in promptuarium quoddam videantur
eſſe ſepoſita. De pleuritide & peripneumonia tam notabiles loci, tam propria ſigna, vt nuſquam alias eius doctrinæ expreſ-
ſa magis extent veſtigia. Iam vero ſpiratio ipſa quantis decretis ſancita, quàm multis ſententiis explicata, vrinarum quoq;
& alui recrementorũ ſpeculatio, quàm altè exaggerata, quàm multis non dicã inſignibus, ſed veluti rogationibus exorna-
ta, quantis etiã plebiſcitis confixa? vt non facile alibi in tota Medicinæ facultate tantam & tam variã huius materiæ ſup-
pellectilem ſuppetere quiuis exiſtimare debeat. Quibus ſi ſatis ingenuũ exiſtimationis præconiũ facere non poſſumus, velut
C iis quæ ad huius facultatis profeſſionẽ tuendam ab Hippocrate ſunt edita, plenamq; huius doctrinæ ſoliditatem continent,
non ideo tamen penitus ſunt abroganda, ſed delectus quidam eſt habendus, atq; is non aurium ſed animi quodam indicio
ponderandus, vt etiamſi germanis Hippocratis fœtibus præiudicium facere nequeant, reliquæ tamen arti aliquem cumulũ
afferre videantur, atq; ita exiſtimationem tueri, vt eam aliquãdo obtineant, etſi id ipſum lacinia (vt inquit ille) teneatur.
Reliquus eſt eorum ſermo qui operis obſcuritatẽ ac difficultatem, & vero inſolens ſcriptionis genus ſatis idoneam cauſam
arbitrantur, cur hæc Coaca Præſagia Medicorũ ſocietate exulent. Et ſanè quidem eam eſſe Coacarũ Prænotionũ obſcurita-
tem, quæ ad confeſſionẽ ignorationis plerunq; vel acutiſſimum adducat, non inficior, quod ambigua quadã & eum icirco
obſcura, quia breuis, tum inſolentia quadã cæcata oratio multis locis tenebras offundit, tũ quod repentè præceps quidã ob-
ſeruationis æſtus nos tã procul à terra abripit, atq; in altũ à conſpectu penè omnium abſtrahit, vt eũ quem inſtituimus cur-
D ſum tenere vix poſſimus. Quinetiã tã importuna eſt perſæpe nauigatio, vt nõniſi multis prætervectis vadis & ſyrtibus, nos
portũ tenere poſſe diffidamus. Ex quo ſanè effectum eſt, vt cum nec vlla ætate vberior Medicorũ fœtura extiterit, maiorem
autem mihi quidẽ omnes iſti videantur ætatis curſum ad ea quæ in re Medica cũ plauſu attrectantur tranſtuliſſe, ab his
vero tanquã ab altiſſimis ſcopulis adeo deflexiſſe, vt fortunarum ſuarũ naufragio deterriti, animum omnem cum ſpe cur-
ſus potiundi abiecerint. Quorũ præclaris exemplis cautiores effecti, poteramus vela contrahere & remos inhibere, ac de his
rebus quas meditabamur aſſenſionẽ totam ſuſtinere, niſi & nos publicæ cauſæ patrocinium longè ante ſuſcepiſſemus (cuius
præuaricatores exiſtimari turpe eſſe ducimus) etiã pridẽ ad huiuſmodi plagas prorſus occalluiſſemus. In his igitur animi
anguſtiis & tanta operis vaſtitate, tanto etiã opinionũ tormento, in hanc tamẽ exercitationẽ incubuimus, vt Prænotionum
Medicarũ adyta quantũ in nobis eſſet pateſaceremus, nec in huius diſciplinæ tractatione, quæ in Medicis omnibus ingenij
E & laudis fructus affert vberrimos, minuti & anguſti, aut omnia prope deſperantes videremur. Cuius rei tantæ tamq; dif-
ficilis facultatẽ conſecutum eſſe me non profiteor, ſecutum eſſe præ me fero. Etſi multis ſentio mirabile videri eam nobis po-
tiſſimum tentatam eſſe Medicinæ partem quæ lumen eriperet, & quaſi noctem quandam rebus offunderet, deſertæq; veluti
diſciplinæ & iam pridem relictæ patrocinium nec opinatum à nobis eſſe ſuſceptum. Sed ſane me cauſæ publicæ ſuſceptione
ſuſtentabam, cum præcipue hac tempeſtate incurrerem in memoriam communium miſeriarum, quorum obliuionem quæ-
rens, me ad ea ſtudia conuerterem, ex quibus laboris noſtri fructum caperem, & ocij non inertis grato atq; honeſto funge-
rer munere, ſi animus moleſtiis hâc potiſſimũ re leuaretur, & prodeſſemus ciuibus noſtris quacũq; re poſſemus: præſertim cũ
maximè mihi laudandus videatur qui hoc tempore ipſo cum liceat in cõmuni noſtro & quaſi fatali bellorũ ciuiliũ malo,
cõſoletur ſe, cũ conſcientia optima mentis, tum etiã vſurpatione & renouatione doctrinæ. Atq; certè eo me minus inſtituti
F noſtri pœnitet, quod facile ſentio quã multorum non modo diſcendi, ſed etiam ſcribendi ſtudia cõmoueam quodq; dum in
his noſtris ſtudiis acquieſcimus, mihi liceat & iſti rei quã nunc in exiſtimantiũ arbitriũ ponimus, & multis vberiorib. atq;
maioribus opera quantũ velim dare. Etſi mihi optimè cõſcius ſum iſtud nec inſtitui poſſe niſi præparato otio, nec exiguo
tẽpore abſolui, eumq; qui ſe ad ſcribẽdũ applicat, ab omni animi impeditione liberũ eſſe oportere, idq; maximè ſi ad grauio-
ra ſtudia mentẽ conuertat, cũ ceſſationẽ liberã atq; otioſam exercitatio iſta poſtulet. Quo magis eniti oportuit ne quid pri-
uatis ſtudiis de opera publica detraheremus, quod quadã rei Medicæ procuratio nos multis officiis implicatos & conſtri-
ctos detinet. Quod ſi cũ fungi munere publico debeamus, nõ modo operã noſtrã nunquã à populari cœtu remouemus, ſed ne
literã quidem vllam facimus niſi medicam, quis reprehendet noſtrũ ocium, qui in eo non modo noſmetipſos hebeſcere &
lãguere nolumus, ſed etiã vt plurimis proſimus enitimur. Atq; iis fortaſſe de cauſis huius Coaci Præſagij difficultatẽ & ob-
ſcuritatẽ abſorbuimus, & lõgi faſtidij nauſeã cũ iiſdẽ de rebus ſæpe quaſi dictata decantentur, animo decoximus. Cui quidẽ
G (vt iam tandẽ omni me inuidia liberẽ) non vllam aliam gloriationem apponã, quam quæ à Galeno adſcribitur, his Coacis
Prænotionibus & Prorrhetico tantũ tribuendũ authoritatis & fidei, quantũ ea quæ ex Aphoriſmis, Prognoſtico & Epide-
miõn libris excepta ſunt repoſcunt; in reliquis autẽ quantũ de authoritatis dignatione, tãtundem etiã de indicij exiſti-
matione detrahi oportere. Cõſtat certè ex multis ſæculorũ obſeruationibus & diuturnis artis præceptionib. in Cô inſula eſſe
decerptas, indeq; fortaſſis denominationẽ traxiſſe, vt κωακαὶ προγνώσεις interdũ etiã à † Galeno κῶακαὶ appellarentur. Et
quoniã ſtyli & dictionis genere cum Prorrhetico cõſentiunt, parẽ & originis & nominis fortunam experiuntur. De exem-
plaribus nil eſt quod mouẽã, me ferè ab his (quod minimè rebar) in vadis eſſe deſertũ, & cũ maximè oportuit, tũ vero vel
minime adiutũ. Etenim quæ plus habebãt vetuſtatis, ea in medio penè opere deficiunt. Quæ vaſtitas tam latè etiã peruaga-
H nit, vt ad exẽplaria Italica redundaſſe quoq; videatur. Cuius rei ſuſpicionẽ mouet Calui verſio prope interrupta, & ad il-
los ſcopulos ad quos cæterorũ eſt afflicta nauis, velut facto naufragio adhæreſcẽs. Quo nos quoq; tẽpeſtate delati, tabellã ap-
pẽdimus, & importuni maris æſtus prætervecti, curſũ tamẽ quẽ cœpimus quib. potuimus remis cõfecimus. Annotationes au-
tẽ noſtras, quas in exiſtimãtiũ arbitriũ nunc tandẽ venire volumus, ita tẽperauimus, vt ſi quæ occurrerent à Galeno qui-
buſdam in locis explicata, ea notatu dunta xat locis indicarentur, ne cum ſummo tædio iiſdẽ de rebus quaſi dictata à nobis

redderentur. Neq; ſanè diffiteor mirum cuidã videri poſſe, quod poſt editos eruditiſſimos Doctoris Hollerij, ac omni varietate & copia redundantes Iacotij Cõmentarios, & Ludouici Dureti accuratiſſimas lucubrationes, noſtras cõmentationes in publicum proponam. Sed is ſciat velim longè ante iſtas à nobis eſſe ſuſceptas & verò elaboratas meditationes. Neq; certè iniquum exiſtimo, vt in rebus per ſe ſubobſcuris & magna occæcatione inuolutis explicandis, omnium liberalitatem proliχiſſimè amplectimur, ita nos & rerum & ingeniorum ſimilitudine in eadem incurrere veſtigia, præſertim quod eo nomine fidem iam pridem in OEconomia noſtra obſtrinximus. Sed iam ſentio me longius eſſe prouectum quàm propoſita ratio poſtularet. Nunc cominus agendum, & Coaca Præſagia nobis cum interprete audienda ſunt. A

Comm. 1. in lib. 3. epid.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΚΩΑΚΑΙ
ΠΡΟΓΝΩΣΕΙΣ.

HIPPOCRATIS COACÆ
PRÆNOTIONES.

QVi ex rigore perfrictione detinentur, cum capitis ac ceruicis dolore, vocis defectione ac tenui ſudore, ij vbi vires reſumpſerint ac ſeſe velut recollegerint, moriuntur.

Οἱ ἐκ ῥίγεος περιψυχόμενοι, κεφαλαλγέες, τραχηλοοδυνώδεες, ἄφωνοι, ἐπιδρωῦντες, ἐπανενέγκαντες, θνήσκουσιν.

EΠανενέγκαντες] Hic ἐπαναφέρειν vires reſumere, ſe recolligere ac recreari, refici, ac animũ recipere ſignificat, vt ſit idem quod ἀναπνεῦσαι aut ἀναλαμβάνεσθαι, non ſecus ac ἀναφέρειν eſt ad vitam redire, vt vertit Celſus ex aphor. 43. lib. 2. c. 8. In hac igitur caſuũ concurſione, cum tanta materiæ copia opprimantur ægri, vt animalium functionum noxiam non mediocrem ſentiant (quod ἀφωνία ipſa indicat) excitata paululum natura, conatum extremum tentauit, ſeſe recollegit, ac vires veluti reſumpſit, languentibus tamen viribus ac defatigatis, exhauſtis ſpiritibus & humorũ copia oppreſſa, tandem manus dedit, ac in eo conatu ſuccubuit, victaq; concidit. Vt in feris videre eſt, quæ vbi accepto magno vulnere ſeſe recollegerint, reſurgunt & velut conatu facto impetũ ſuſtinent aut fugiunt, paulo poſt tamen concidunt. Iſtud vero in dies experimur in his qui ſenſu & motu priuati, voce etiam defecti, velut ſyderati concidunt; Quibus interdum paulo ante exitum vox reſtituitur ac vires reſumuntur, adeo vt non minimam ſalutis futuræ ſpem multitudini iniiciant. Alio vero reſpiciens Caluus dictionẽ hanc de rigoris repetitione intellexit, quod ſit ἐπαναφορά repetitio ac Reductio. Ruſus hic ἐπαναφέρειν ſumendum exiſtimant nonnulli de ſubſultante ac ſingultuoſo ſpiritu, & faucibus eliſo, quod ἀναφέρειν ὑπολύζειν ἀναπνέοντα. de reuocato bis foras ſpiritu aut ſingultiente exponat Gal. in Exeg. vocum Hippocr. Atque vtranq; iſtam expoſitionem ſcriptis ſuis comprehendit Præceptor Hollerius poſtea cum ante annos ſex & triginta primam viua voce Lutetiæ publice profeſſus approbaſſet. Parum autem refert num illud ἐπιδρωῦντες caſuum multitudini, num vero ad finem referamus, quod ſoleant huiuſmodi ægri, velut ex naturæ conflictu, moribundi tenuibus huiuſmodi ſudoribus circa frontem, collum aut thoracem perfundi. C D

Corporis iactationes & incontinentiæ cum perfrictione, peſſimæ.

2 Αἱ μετὰ καταψύξιος δυσφορίαι κάκισται.

Huic ſententiæ (quam fuſioribus verbis extulit Prorrh. 27) etſi expreſſo Ariſtagoræ nomine pondus & authoritatem alias detraxit Prorrhetici author, huiuſmodi tamen corporis implaciditates ac incontinentiæ (quas per δυσφορίας, ῥιπτασμὸν, βληστρισμὸν, ἄλυν, ἀλυσμὸν & ἀπορίας effert Hipp.) cum perfrictione in præcipitibus malis indubitata confeſſione Hippocr. damnantur prog. 2. aph. 48. lib. 4. & aph. 26. & 74. lib. 7. quod internum incendium & inflammationem ſuſpectam habeant. E

Vbi totum corpus ita perfrixit vt obrigeat, perniciem affert.

3 Κατάψυξις μετὰ σκληρυσμοῦ, ὀλέθριον.

Iiſdem verbis reperitur hæc ſententia Prorrh. 77. & illic σπασμὸν additur.

Ex perfrictione metus ac animi abiectio præter occaſionem, in conuulſionem tendit.

4 Ἐκ καταψύξιος φόβος καὶ ἀθυμίη ἄλογος, ἐς σπασμὸν ἀποτελευτᾷ.

ἀθυμίην ἀντὶ τῆς δυσθυμίης ſumpſerunt interpretes. ἀθυμίαν autem animi deſponſionem aut abiectionem dicimus ac velut deſperationem. Quæ cũ melancholiæ ſigna ſint, non ſemper ſuſpectã conuulſionem faciunt. Credibile eſt in mulieribus quibuſdam ex purgamentorum menſtruorum ſuppreſſione, aut ex humorum aſſatione prætenſa animæ euaporatione, ſubortam huiuſmodi caſuum complexionem, interdum conuulſiones attentaſſe, vt ex Hiſtoria ſecunda, vndecima, & decima quarta lib. 3. epid. poſt ſt. peſt. ac etiam ex ægr. octauo lib. 3. epid. conicere licet. Quod quidem vt non neceſſarium, ita valde eſt ὕποπτον, & appetitum cerebrũ humorum quantitate aut qualitate ſignificat, ex cuius veluti conſecutione conuulſiones imminent, præcipuè vbi totum corpus valde perfrixit, & genus neruoſum valde eſt imbecille. Eas autem non neceſſarias probat Euryanactis filiæ hiſtoria lib. 3. epid. in qua conuulſionem nuſquam nominat, vt nec in magna totius corporis, ceruicis & dorſi perfrictione ἀψυχίη καὶ ἱματίων ἀμαύρωσις conuulſionem ſatis ſuſpectant Prorrh. 113. ſed velut ex conſecutione atteſtantur, vt illic ſcribit Galenus. F

Vrinarum ex perfrictione interceptiones peſſimæ.

5 Αἱ ἐκ καταψύξιος οὔρων ἀπολήψιες, κάκιστον.

Repetitur hæc ſententia Prorrh. 51. cum diſtinctione quadam quæ periculum auget. In præcipitibus enim malis vbi totũ corpus ita perfrixit vt veſicæ functio intercepta ſit ac intermortua, magnam calidi natiui extinctionem ac facultatum internecionem ſuſpicari oportet. καταψύξιν verò τῆς κύστεως καταψύξιν expoñit Galen. etſi de totius corporis perfrictione ſumi debeat.

In rigore familiares non agnoſcere malum. malum quoque eorum quæ geſta ſunt obliuiſci.

6 Μετὰ ῥίγεος ἄγνοια κακόν. κακὸν δὲ καὶ λήθη. G

Sententia eſt. 64. in Prorrh. quam cum ea quæ hic ordine tertia præceſſit tranſponunt codices quidam manu ſcripti, & paulo poſt iis adſcribunt quę de rigore mentionem faciunt. Alij etiam μετὰ ῥίγεος habent. ἄγνοιαν autem καὶ λήθην, τὸ μὴ γνωρίζειν τοὺς συνήθεις, καὶ τὸ μὴ μεμνῆσθαι τῶν παραγενομένων, ex Galeno interpretati ſumus.

Rigores cum ſopore nonnihil periculi denunciãt, & facies incenſa cum ſudore malignitatem ſignificat. Inſuper poſteriorum partium frigus, conuulſionem prouocat. Ac omnino poſteriorum partium refrigeratio, conuulſionem minatur.

7 Τὰ κωματώδεα ῥίγεα οὐκ ὀλέθρια. καὶ τὸ φλογῶδες ἐν προσώπῳ μετ᾽ ἱδρῶτος ἐν τούτοισι κακόηθες. ἐπὶ τούτοισι ψύξις τῶν ὄπισθεν, σπασμὸν ἐπικαλέεται. καὶ ὅλως δὲ ψύξις τῶν ὄπισθεν σπασμώδης. H

Paulum immutatis verbis hanc ſententiam repetit Prorrh. 67. Et hic clauſula additur vniuerſitatis notionem comprehendens, quo facilius in artis complexionem ſeſe inſinuet. Non temere enim perfrigeratis poſterioribus corporis partibus, quæ neruoſæ ſunt & frigidæ, conuulſio intenditur. ἡ γὰρ ψύξις σπασμοῦ ποιητική vt ſcribit Galenus.

Cre-

A 8 Αἱ ἐκ νώτου φρῖκαι πυκναὶ, καὶ ὀξέως μεταπίπτουσαι, δύσφοροι. οὔρου γὰρ ἀπόληψιν καὶ ἐπώδυνον σημαίνουσι. τὸ ἐφιδροῦν τούτοισι κάκιστον.

Crebri ex dorſo horrores,ſubinde locũ cõmutantes graues ſunt & difficiles.Laborioſam quippe vrinę ſuppreſſionẽ minãtur.His tenuiter exudare peſſimũ.

Repetitur hæc quoque Prorrh.75.ac paulo etiam aliter.Codices Regij duo manu ſcripti pro ὀξέως μεταπίπτουσαι, ἴσως ἂν μεταπίπτωσι legunt,quam lectionem ſecutus videtur Caluus.In eo quod ſequitur καὶ ἐπώδυνον,καὶ ex vetuſtiſſimis codicib. & Prorrhetico interpunximus.Vbi etiã mirari nõ deſino quomodo illud ἐπώδυνον Caluus omiſerit,cũ manu ſcripti omnes codices illud retineãt, & in Prorrhetico agnouerit,& Galenus retinuerit.Quibus etiam ratio ipſa ſubſcribit.Etenim cũ ſubinde cõmutati horrores, partes ad dorſum velut lumbos,ſpinalẽ medullã,& coxendices peruaſerint,ac veſicæ aut earundem partium inflammationem ſignificarint,nõ poteſt non laborioſa eſſe vrinæ interceptio.Etſi hoc ex coitione empirica non ſatis firmã habet doctrinæ conſtantiam.

B 9 Ῥῖγος ἐν συνεχείᾳ τοῦ σώματος ἀσθενέος ἤδη ἐόντος, θανάσιμον.

Continenter & aſſiduè vexans rigor imbecillo iam corpore lethalis eſt.

ἐν συνεχείᾳ hic dicitur pro ἐν συνεχεῖ quod aph.46.lib.4. πυρετοῦ μὴ διαλείποντος. Huic autem ſententiæ fidem facit locupletem exemplum ægr.11.lib.3.epid.ante ſt.peſt.

10 Οἱ πυκνὰ ἐφιδροῦντες καὶ ἐπιρριγοῦντες, ὀλέθριοι. καὶ ἐπὶ τῇσι τελευτῇσιν ἀναφαίνονται ἐμπύημα ἔχοντες καὶ κοιλίας ταραχώδεας.

Qui crebro tenuiter exudant ac ſubinde rigent,ij perniciosè habent,& tandem ſub mortem ſuppurati & aluum conturbatam habere deprehenduntur.

De ſuppuratis iſta intelligenda eſſe ſatis indicat ſententia Prorrh.66.Sic in purulentorum indiciis multos ſudores & febris crebrã repetitionẽ poſuit in Progn.Hipp In iis verò deſperatis & iam moribundis ἐξέρυθρον ἐπίξηρον adſcripſit aph.12.lib.5.& ῥύσιν aph.16.lib.7. Quæ dictio aluum non mediocriter perturbatam,ſed diffluentem indicat,quod ſæpe ſolet per ταραχώδεας

C κοιλίας efferre Hippocrates,vt aliàs ſcripſimus.Quod quidem ſymptoma cum cauſæ & ſigni malignitatem præ ſe ferat, perniciem in proximo adeſſe denunciat. Libro etiam 7.epid.in Polycratis vxore purulenta,ad extremum κοιλίην ὑγροτέρην adeſſe ſcribit Et lib. 6.epid.ſect.2.aph.31.οἱ ἐν μέλλουσιν ἐμπυοῦν, αἱ κοιλίαι ἐκταράσσονται. Neque ſecus Prorrh.2. ex pure tabeſcentibus deiectiones ſiccas probat,quæ tamen quotidie prodeant.

11 Τὰ ἐκ νώτου ῥίγεα δυσφορώτερα. ὅς δ' ἂν ἑπτακαιδεκάτῃ ῥιγώσας,τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ ἐπιρριγώσῃ,δύσκολον.

Qui rigores ex dorſo proficiſcuntur grauiores ſunt & moleſtiores. Vbi verò quis decimo ſeptimo die rigore correptus, quarto ac vigeſimo die inſuper riguerit,difficulter habet.

Rigores ex dorſo proficiſci ac poſteriores partes peruadere tentatur aph.69.lib.5.qui repetitur lib.2.& 6. epid. Quod ſequitur nempe ὅς δ' ἂν ἑπτακαιδεκάτῃ ῥιγώσας,ſuperiori ſententiæ adiunximus,codicum pluralitatem ſecuti,etſi quidam hic interponunt eã

D ſententiam quam prius ordine ſextam poſuimus,quos ſecutus eſt Caluus.Iſta autẽ de rigore critico intelligi debere vt eſt notiſſimum ita ex obſeruatione empirica non admodũ eſſe rata colligere eſt facile.Quod effecit vt τὸ δύσκολον difficulter habere expreſſerimus. quo ſignificamus morbum nõ ita periculoſum & lethalem,difficillimẽ ſolui aut iudicari. Alioqui τὸ δύσκολον ἀκίνδυνον καὶ ἀκίνδεον ſignificat Gal.Com.3.in Prorrh.ac de exiguis malis & his quæ parui ſunt momenti ſolere efferri ibidem ſcribit.Mirum autem videri poſſit quomodo prius illud membrum, τὰ ἐκ νώτου ῥίγεα omiſerit Aſul.codex contra omnium veterum exempl fidem.

12 Οἱ φρικώδεες κεφαλαλγικοὶ ἐφιδροῦντες κακοήθεες.

Qui ſubinde inhorreſcunt, ex capite laborantes, tenuiter exudantes,ij malignè habent.

φρικώδεες dicuntur qui ſubinde & magna morbi parte,non ſemel inhorreſcunt. Huiuſmodi tamen crebri rigores,cum capitis dolore & tenui ſudore,materiæ crudæ exagitatæ copiam indicant,vnde & morbi malignitas indicatur.

E 13 Οἱ φρικώδεες ἐφιδροῦντες,πολλῷ δύσκολοι.

Qui ſubinde inhorreſcunt,ſæpe tenui ſudore corripiuntur,difficili morbo laborant.

ἐφιδροῦντες πολλῷ] Iſta quoque ἐφίδρωσις naturam materiæ copia grauatam,aut virium imbecillitatem denunciat, ideoq; morbi difficultatem.

14 Τὰ πολλὰ νωθρώδεα ῥίγεα,κακοήθεα.

Rigores multi cum torpore, malignum quiddam denunciant.

Rigores multi cum torpore merito ſuſpecti ſunt,quod refrigeratum principium,& magna frigidæ materiæ copia iam tentatum cerebrum,indeq; ſopitas motiones indicent.Malignitatem verò ex ſumma humorum inæqualitate denunciant, quæ alioqui difficillimos & valde exitiales morbos parit, vt ſæpe alias ſcripſimus.Sic ſuccedentẽ rigori torporẽ dãnat Prorrh.35. αἱ ἐκ ῥίγεος νωθρώδεες,οὐ πάνυ τι ἑωυτῶν Idẽ quoq; ſent.13.phreneticorũ torporẽ & rigorẽ his verbis non leuiter ſuſpectat ῥῖγος τούτοισι κάκιστον.

F 15 Οἷσιν ἐκταίοισι ῥίγεα γίνεται, δύσκριτον.

Rigores qui in ſextum diem incidunt, difficile iudicium adferunt.

Ferè idem ſcribitur aph.29.lib.4.vbi de rigoribus qui in febrem ardentem incidunt agitur, δύσκριτον verò cum Galeno diximus κρίσιν δυσπόριστον, ὅταν καὶ ἐμπίπτει ἄλλην, ἢ οὐ βεβαίαν,quod difficilem ſolutionem facit,ac recidiuas adfert, aut in longum tempus morbum protrahit,aut cum grauibus ſymptomatis iudicium molitur.Sic τὰ ἐκταῖα ῥίγεα δύσκριτα ex Hip.adducit Gal.lib.de Rigore tremore & palp.

16 Ὁκόσοισι φρῖκαι πυκναὶ ὑγιαίνουσιν, τούτοισιν ἐξ αἵματος ῥύσιος ἐκπυΐσκονται. 17 Τὸ φρικῶδες καὶ ὁ δύσπνοον ἐν τοῖσι πόνοισι,σημεῖα φθινώδεα.

Qui per ſanitatem crebro inhorreſcunt, ij ex ſanguinis fluxu purulenti euadunt.

Vbi horror in malis ſubinde incidit cum difficultate ſpirandi, tabes denunciatur.

G Iſta de purulentis intelligi debere ſatis notum eſt,qui collecto in thorace pure ſua acrimonia membranas internas viſcera veſtientes vellicante & pungente,toto corpore inhorreſcunt.Deinde etiam ob materiæ pondus & copiam quæ vias ſpiritales intercipit,difficultate ſpirandi vrgentur,vt ſcribit Galen.Com.ad aph.27.lib.6.Quem locum ſubnotauimus noſtris in lib.1.epid. annotat.vbi φρικώδεας πυρετοὺς tabis in auſtrina conſtitutione factæ comites facit Hippocrates.

18 Ἐξ ἐμπυήσιος πλεύμονος καὶ τὰ κοιλίην ἀλγήματα καὶ κλειδὸς, καὶ τὸ ῥέγχειν ἀσώδεα, σημαίνει πλεῖον πλῆθος ἐν τῷ πλεύμονι.

Ex pulmonis ſuppuratione interdum circa ventrẽ dolores ac clauiculam,& cum incontinenti corporis iactatione aliquantulum ſtertere,ſputi copiam in pulmone indicant.

H πλεύμονος ἐμπύησις hic pro thoracis totius ſuppuratione ſumit,cum materia in pulmones tranſſumitur. In purulentis verò cum actis materiæ fluxio perpetuo vigeat,impetus diuturnitate & humoris acrimonia ventriculi robur læditur,interdum etiã aliquid materiæ præcipuè pars tenuior,ex thorace in ventrem reſudat,ita vt per aluum nonnunquam naturæ veluti miraculo effundatur, vt ſcribit Galen.Comm.ad aphor.40. libr.7. cap.4. libr.6.de loc.affect. nec mirum videatur dolores ad ventrem pertingere. Deinde vero cum corporis totius colliquatione conflictentur,in his ventriculi vis exoluitur,ac aluus & venter malè habent, fereque plurimi alui fluxu moriuntur.Clauicularum autem & iuguli dolor, puris in thorace collecti multitudinem denotat. Pondere namque preſſum mediaſtinum & tunica ſuccingens deorſum propendent, & clauiculæ membranam,quod propius oſſi in-

ſideat detrahunt. Quod etiam in pleuritide contingit. Stertunt etiam purulenti ob materiæ copiam in bronchiis pulmonis cõ- A
cluſam quæ à feruore aut ſpiritu agitata, in anguſtias bronchiorum incidens, ſtrepitum & ſtertorẽ facit. Incontinens quoq; corporis iactatio & anxietas ob æſtum cõtingit & materiæ agitationem, quæ primis venis circa ventrem comprehenditur, interdum quoq; ob oppreſſionem. Hic vero πῦον pro puris copia ſumitur, vt ſputum purulentum ſignificet, quod aliàs ſcribimus.

19 Qui ſubinde inhorreſcunt, ac incontinenti corporis iactatione cum laſſitudinis ſenſu & lumborum dolore conflictantur, iis alui effunduntur.

Οἱ φρικώδεες, ἀσώδεες, κοπιώδεες, ὀσφυαλγέες, κοιλίας καθυγραίνονται.

In febribus acutis quæ ex magna permixtionis humorum inæqualitate fiunt, vbi in viſceribus vrget acrimonia & æſtus, ac natura veluti multitudine grauatur, nil mirum eſt huiuſmodi caſus incidere. In quibus magna laſſitudinis pars in lumbos, ſpinam & renes decumbit ob ingentem materiæ feruorem quæ in inſignibus vaſis illuc perreptantibus commouetur. Interdum verò naturæ robore materia in habitum corporis deturbatur & venis excluditur, ac in lumbos & articulos firmatur. Quod febribus laborioſis B
accidere ſcribit Hipp. aph. 31. & 74. lib. 4. Quas quidem vt vrina multa abſoluit, ſic depoſita interdum ad lumbos ac adiacentia inteſtina materia, ad iudicationem comparatur, & alui profluuio vacuationem molitur. Cal. pro ὀσφυαλγέες etiam ἰσχιαλγέες legiſſe videtur & vtrunque temere addidit. Quam lectionem nulla quæ adhuc videre licuit teſtantur exemplaria.

20 Qui ſubinde rigore prehenduntur, & ſub noctem aliquantò grauius habent, peruigiles, in ſomnis nugãtes ac delirantes, interdum ſeſe lotio perfundentes ij in conuulſionem tendunt.

Τὰ ἐπιρριγέοντα ἐς νύκτα μᾶλλον ἢ παροξυνόμενα, ἄγρυπνα, φλεγματώδεα, ἐν ὕπνοισιν ἔστιν ὅτε οὖρα ἐφ' ἑωυτοὺς χαλῶντα, φλεβοδονώδεα ἐς σπασμὸν ἀποτελευτᾷ.

Hæc ſententia cum lectionum varietate mirum in modum obſcurata ſit & perturbata, ex Prorrh. 101. reponenda eſt & ſe- C
quenti connectenda. Qui φλεγματώδεα retinent iſtud de febribus acutis obaudiunt, quæ plurimam habent pituitam putreſcentem bili permixtam, & ſub noctem grauiores quoque acceſſiones aut exacerbationes, ex pituitæ motu, deinde ex vtriuſq; putrilagine & bilis exagitatione, crebros incidentes rigores. φλεγματώδεα igitur duobus ſumunt modis & de febre pituitoſa intelligunt, quæ ex pituita humore frigido & albo oriuntur, aut de iis quæ incendium aut flammeam caliditatem conceperunt. Qua in notione φλέγμα φλέγμονη apud Hippocr. ſignificat, vt exponit Galen. in Exeg. & pro inflammatione aut igneo præter naturam calore ſumitur in Progn. ἢ διὰ τὸ παρὰ φύσιν θερμασίας τὸ φλογῶδες εἴρηκε τὸ φλέγμα illic ſcribit Galenus, vt φλεγμαίνειν, θερμαίνεσθαι, ἢ φλογοῦσθαι, ἢ πυροῦσθαι plurimùm ſignificare crebrò annotat. In huiuſmodi igitur febribus ardentibus & acutis ex magna putredinis acrimonia, magnum excitatur incendium, ac vehementer exæſtuant ægri, vt nil mirum ſit peruiligium inde oriri, aut in delirium etiam erumpere, tum quia acceſſiones in noctem incidunt, tum quia vapores calidi & acres cerebrum tentant. Ex quo rationis arce oblæſa, inuoluntaria vrinæ perfuſio ſuccedit, quæ & humorum acrimoniam ad inuitam expulſionem veſicam ipſam irritantem cauſam ha- D
bere poteſt. Poſtremò neruorum principio iam affecto, quod ſatis indicant peruigilium, dementia, & vrinæ inuita profuſio, quid mirum eſt conuulſiones, aut ſopores, phrenitidem, aut ἀφωνίας, aut cætera id genus ſuſpectari, & ſcribit Galen. in Prorrh.? Cæterum qui φλεγματώδεα in φλεβοδονώδεα vertunt, qualis eſt plurimorum ac meliorum exemplarium cum Prorrhetico conſenſus, hanc dictionem cum Galeno de venarum ac arteriarum, ex humorum efferueſcentia, ac ſanguinis feruore agitatione ac concuſſione intelligunt. Cuius loco etiam φλεβοτονώδεα cum quibuſdam exemplaribus ſumunt, & de venarum intenſione cum agitantur, ſubſiliunt aut diſtenduntur accipiunt. Quod in intenſis capitis doloribus; qui cum magno ardore fiunt, videre eſt, in quibus diſtentæ arteriæ temporales aut venæ iugulares concutiuntur, ac quodammodo pulſant. Quod eo accuratius in hoc caſu ſpectari debet, quod in nullo genere febrium maior ſit in venis perturbatio, quam in iis quæ pituitam ſalſam cum bile permixtam & putreſcentem fouent. Cuius rei ſignificationem præ ſe ferunt vrinæ conturbatæ & vrinis ſubiugalium, aut longo tempore depoſitis ac reE
turbatis ſimiles, quales ſæpe annotat Hippocr. in Epidemiis & Aphoriſmis. Vt etiam nil mirum ſit in tanta venoſi generis perturbatione, vaporibus cerebrum attentari, & vigiliis, conuulſionibus, aut etiam delirio conflictari. Quod ſane me mouit vt veram & germanam parentis dictionem retinendam putarem, quæ vbique in Hippocratis ſcriptis vitioſè legitur, & haud dubiè ex Galeni Exegeſi emendanda occurrit. φληναφώδεα enim vtrobiq; legendum exiſtimamus (quod aliàs ſcribimus) vt de delirantibus ęgris dictio ſumatur. Sunt enim φλήναφοι, φλυαρίαι, nugæ, ineptiæ, deliramenta, λῆροι, vt explicat Gal. & à Varino ex Hippocrate citatur, ac φληναφῶδες, φλυαρόν, ἢ ληρῶδες explicat Heſychius. Quam in notionem me impulit Galen. qui hanc dictionẽ delirantibus ægris attribuit in Prorrhetico, etſi locus mendoſus eſt. φλεδόνας enim pro φληναφίας paſſim reponendum conſtat. Eoq; modo παραλέγοντα addendum non erit, quod faciunt codices quidam. Atq; adeo etiam minus anxiè verſabimur in varia codicum lectione, quæ nullius eſt momenti. Ex quibus Regius vnus peruetuſtus, φλεβοτομώδεα habet, quẽ Caluus ſecutus videtur, etſi φλεγματώδεα etiã addidit, quod ex ambigua exemplariũ authoritate feciſſe videtur. Alter recentior φλεγμονώδεα manifeſto habet vitio, vt præſtiterit ne meminiſſe quidem. Reliqui φλεβοδονώδεα cum impreſſis retinent, nec φλεγματώδεα addunt, quod nec fecit Aſulanus codex, qui etiã F
φλεβοδονώδεα σπασμὸν ἀποτελευτᾷ vitioſè legit, vt apparet, cõtra omniũ exemplariũ fidẽ. Hanc vero ſententiã Caluus ambigua codicũ lectione mire obſcurauit, vt ne addã quod videtur à ſeipſo in Prorrh. diſſenſiſſe, nec illud ſatis expreſſiſſe, οὖρα ἐφ' ἑωυτοὺς χαλῶντα.

21 Continentes in præcipitibus malis rigores, malo ſunt.

Τὰ ξυνεχέα ῥίγεα ἐν ὀξέσι, πονηρά.

Crebros in febribus rigores quibus indiciis damnet Galenus vide Com. ad aph. 46. lib. 4.

22 Virium exolutiones ex rigore cum capitis dolore perniciẽ denunciãt. Cruentæ in his vrinæ malo ſunt.

Αἱ ἐκ ῥίγεος μετὰ κεφαλαλγίης ἐκλύσιες, ὀλέθριοι. τὰ αἱματώδεα οὖρα ἐν τούτοισι πονηρά.

Ἔκλυσις multis interdictis damnatur in Hippocratis doctrina. Siue enim virium exolutionem & proſtrationem ſignificet, ἀδυναμίας ἢ ἀρρωστίας, velut in Prorrh. exponit Galenus, ſiue animi deliquium & præcipitem virium caſum, vt aph. 41. lib. 2. ſiue membrorũ aut corporis ad motum impotentiam quandam ac exolutionem (quam in notionem ſumit Gal. Comm. 3. in Prorrh.) ſemper me- G
tuenda eſt, eamq; perpetuo in ſymptomatum genere improbat Hippocrates, vt ſatis apparet ex Prorrhetico. Cæterum cruentæ vrinæ quæ prærubras ſignificant Gal. Com. 1. in Prorrh. vt in cõcurſione empirica heterogenei ſunt generis, & renum affectiones indicant. Caluus in hac ſententia ἐκ ῥίγεος non legit, contra omnium quotquot videre licuit exemplarium fidem.

23 Rigor cum poſteriorum partium diſtentione mortem adfert.

Ῥῖγος ὀπισθοτονώδης κτείνει.

Rigor iſte conuulſionem promptiſſimè minatur & mortem, ex partium poſticarum frigoris ſenſu.

24 Quibus vbi inhorruerint iudicatorij ſimul ſudores contingunt, poſtridie vero ſi horror repetierit & temere peruigilent, iis forte ſanguinem erupturum ſperare oportet.

Τὰ φρικώδεα καὶ ἀνιδρώσαντα κρισίμως, ἐς δὲ τὴν αὔριον φρίξαντα παραλόγως, μὴ ἀγρυπνεῦντα, μήτε πεπαινόμενον, αἱμοῤῥαγήσειν οἴομαι.

Obſeruatio eſt empirica aliunde fidem emendicans, quæ quia hic valde vitioſa eſt, ex Prorrhetico 149. repetenda nobis fuit. In quo mirari ſubit quamobrem interpretes tam variè à ſeipſis diſſenſerint. Exemplaria etiam plurimùm variant, vnum cum im- H
preſſis ἀνιδρώσαντα legit. Alterum αἱ ἱδρώσαντα vetuſtiſſimum ἐνιδρώσαντα habet. Nos ἅμα ἱδρώσαντα ex Prorrhetico legimus. Quod ſequitur μὴ ἀγρυπνεῦντα, μήτε πεπαινόμενον, in Prorrh. παραλόγως ἀγρυπνέοντα, τὰ πεπαινόμενα αἱμοῤῥαγήσειν οἴομαι, legitur. Quæ lectio plurimum habet probabilitatis, vt ſudore critico intra motum ſubſiſtente, ſi poſtridie morbus repetierit, natura vacuationem per ſanguinis fluxionem iam procurata cõcoctione ex indicationis legibus tentarit. Quo ſanè τὰ πεπαινόμενα referri arbitror, etſi illud ex

Galeno

A Galeno in Prorrh. ſuſtulimus, vt ne addam exemplarium in hiſce diſſenſionem. Vnum enim ὀλιγοσιτοῦντα, μή τι παραφέρηται, alterum μέτι ἀγρυπνοῦντα, μέτι παραφέρηται habet. Noſtrum vero ἀσθμαλέως ἀγρυπνοῦντα, τὸ σημαινόμενον αἱμορραγέειν οἴομαι. Quæ lectio etſi tolerabilior cæteris videri poteſt, neque tamen genuinam eſſe arbitror. Quare cùm iſtud in concretione empirica ſemel atque iterum obſeruatum ſit, præcognitionis leges refugit, & ex dubitatione, quæ inſeritur, autoritatem labefactat. Aſulanus pro μέτι παραφέρηται, μέτι παραφέρηται legit.

21 Τὰ μετὰ ῥίγεος ἐπισχεθέντα οὖρα, πονηρὰ καὶ σπασμώδεα, ἄλλως τε καὶ προκαρωθέντι. ἐλπὶς δ' ἐπὶ τούτοισι καὶ τὰ παρὰ τὰ ὦτα.

Vrinæ quæ cum rigore reſtitarunt malum & conuulſionem prænunciant, tum verò præcipuè ſi antea alto ſopore æger detentus fuerit. In his autem abſceſſus ad aures ſperare oportet.

B Iiſdem penè verbis repetitur Prorr. 155. ſed tamen dubia magis fide, cùm οἶμαι particulam addat, quò propius concretionis empiricæ indicaturam exprimat. Vbi neque conuulſionis meminit, quam credibile eſt ex materiæ copia oppreſſo neruorum principio & acrimonia irritato excitari.

26 Τριταιοφυέα ῥίγεα ἢν ἐν μέσῳ παροξυνόμενα πυρετοῦ ἀτάκτῳ πάνυ κακοήθεα. τὰ ἀντία δὲ παροξυνόμενα τῶν σπωμένων, τὰ μετὰ ῥίγεος καὶ πυρετοῦ, ὀλέθρια.

Rigores velut in iis febribus quæ propius ad tertianarum naturam accedunt, ſi in medio ingraueſcunt febre nullum ordinem ſeruante, maligni valde ſunt. Quæ verò contra ingraueſcunt, in conuulſione vexatis cum rigore & febre perniciem denunciant.

C Hanc ſententiam expreſſimus noſtris in libr. 1. epid. annotat. ſt. 2. vnde tranſlata videtur, atque de his febribus quæ tertianarum formam & ſpeciem propius referunt, liberalique ſemitertianarum notione comprehenduntur intelligi poſſe diximus. Quod ſi quis propriè ad febres τριταιοφυέας referendum putet, habet ille aſſenſores præcipuos, magnos huius artis dictatores. Semitertianas tamen hic ſuis reſcriptis damnare videri poteſt author, ac de his locus intelligi. Illud enim ἐν μέσῳ παροξυνόμενα, ad propriam ſemitertianarum notionem ſpectare poteſt, hoc eſt inſultus cum horroris ſenſu inſignes, ac acceſſionum ingeminationes, quas ἐπαναλήψεις aut ἐπαναλήψιας vocari ſcribit Gal. lib. de Temporibus morb. & lib. de Typis. Quæ quoniam ex materiæ putreſcentis inæqualitate & vario motu oriuntur, ita plurium & inordinatarum acceſſionum formam exhibent. Quò referri etiam poteſt quod ſequitur, πυρετοῦ ἀτάκτῳ, cuius explicationem his verbis protulit lib. 1. epid. ſt. 2. ῥίγεα δὲ πάντα ἄτακτα καὶ πεπλανημένως ἐγίνετο. Quem in ſenſum illud mihi potius accipiendum videtur, quàm ſi quis huiuſmodi verbis febrium continuitatem interrumpat, ac ideo ſemitertianarum notionem labefactet. Cuius quidem opinionis contentionem ſatis videmur mouiſſe noſtris in lib. 1. epid. annot. Quæ verò ſequuntur τὰ ἀντία παροξυνόμενα, etſi ad rigores referri poſſunt, qui tertianarum febrium typum non ſeruant, eas tamen acceſſiones reſpicere videntur, quæ conuulſiones in febribus & rigores nullo ſeruato aut expectato ordine conuehunt. Quæ ſymptomatum ſignificatio non parum eſt pernicioſa. Ac fortè τὰ ἀντία παροξυνόμενα de iis febribus intelligentur, quæ ἐντεταρτοφυέες dicuntur, & cùm ad tertianarum naturam accedant, contrario modo inuadunt, cùm acceſſiones habeant diebus paribus & in iis ingraueſcant, quas poſtea ἐς ἀρτίας μεταπίπτειν ſcribit. Quæ quòd variam habeant ſuccorum permixtionem & inæqualitatem, autumno ferè graſſantur, & difficillimæ ſunt ac periculi pleniſſimæ. Conuulſiones enim ſæpiſſimè & frequentia animi deliquia inducunt. Ac certè ſi locus eſt integer (quem tamen inordinata oratio [ἢν ἐν μέσῳ παροξυνόμενα] valde ſuſpectum facit) hac potius coniectura in re admodum obſcura mihi nitendum eſſe arbitror quàm ſi παροξυνόμενα τὰ ἀντία τῶν σπωμένων, de contrariis conuulſis acceſſionibus, quales ſunt reſolutiones, intelligamus. Quò magis eas omnibus amplectendam propono, quòd in tam prærupto & vadoſo loco, ab omni ſpe deſtituti, inſuper etiam ſcriptorum codicum toties expertam fidem votis ſolis proſequimur. Neque enim ex his aliquid opis ſperari poteſt, cùm pro σπωμένων, ῥιγέων tres codices Regij manu ſcripti habeant, quos ſecutus eſt Caluus. Alter verò

E ῥιγέων καὶ ῥιγούντων. Caluus autem hanc ſententiam per ſe valde obſcuram, etiam cum ſuperiore temerè confundit.

27 Αἱ ἐκ ῥίγεος ἀφωνίαι, τρόμῳ λύονται. καὶ τὸν ἐπιρριγέοντα τρομώδεα γινόμενα κρίνει.

Quæ ex rigore fiunt vocis defectiones, tremore ſoluuntur, atque eos qui ſubinde nouo rigore corripiuntur, ſuccedentes tremores iudicant.

Hic λύεσθαι καὶ κρίνειν impropriè de humorum tranſpoſitu & μεταπτώσει dici conſtat, quemadmodum aph. 26. lib. 6.

28 Οἱ ἐκ ῥίγεος μετὰ κεφαλαλγίης ἐκλυόμενοι σφαλεροί. τὸ αἱματῶδες οὖρον τούτοισι κακόν.

Qui ex rigore virium exolutiones & capitis dolores ſentiunt, ij in dubium de vita veniunt. In his cruenta vrina malum denunciat.

F Hoc ex vniuerſali placito pendet, quo inſida iudicatio damnatur, vbi decernentia non iudicarint, ideoq; σφαλεροὶ additur, vt lubricam, incertam, ac inſidam iudicationem ſuſpectam habeas, & quæ periculum denunciet. Sic enim legunt meliores codices. Quod ſi σφαλεροὶ cum impreſſis retineas, erratum ac offenſionem, lapſum ac vitium, aut perniciem ex iudicatione fallaci ſignificabit eodémq; recidet. Codices ſcripti duo μετ' ἀσφαλείης addunt, alter verò λυόμενοι habet, quos ſecutus eſt Caluus, ſed non ſine vitio, vt arbitror. Malim enim hic reperi ſuperius poſitam ſententiam 22. velut in tumultuario opere atque hîc ſubinde fieri aſſolet.

29 Οἷσι ῥῖγος, οὔρου ἐπίστασις.

Quibus rigor adeſt, iis vrina reſtitat.

Vrinæ ſuppreſſionem rigoris comitem facit Hippocr. aphor. 9. ſect. 1. libr. 6. epid. & ſæpe repetit author Prorrhetici præcipuè ſent. 110. ex qua videtur hæc deducta. Sic quoque ſent. 155. τὰ ἐπισχεθέντα μετὰ ῥίγεος οὖρα πονηρά, vt hic quoque paulo antea ſcripſit. In quibus ſententiis cùm conuulſionum meminerit, ſunt qui hanc ſententiam ſequenti coniungant. Non neceſſe eſt autem rigori

G adeſſe vrinæ ſuppreſſionem, vt non temere quoque in rigore critico materia in habitum corporis tranſlata & alio velut deducta, lotium reſtitat.

30 Σπασμὸς ἐν πυρετῷ, χειρῶν καὶ ποδῶν πόνοι, κακοήθεες. κακοήθεες δὲ καὶ ἐκ μηροῦ ὁρμαὶ ἀλγήματος, ἀλλ' οὐδὲ γουνάτων πόνος χρηστοί. ἀτὰρ καὶ γαστροκνημιῶν πόνοι, κακοήθεες, καὶ γνώμης παραφορή, ἄλλως τε καὶ οὔρου ἢν ἐναιωρηθῇ.

In febre conuulſio, manuúmque ac pedum dolores malignum quiddam prænunciant. Malignus quoque ex femore doloris impetus. Sed & neq; genuum dolor probari poteſt. Quin & ſurarum quoq; dolores maligni ſunt, ac mentis emotio, tum verò præcipuè ſi ſublime quid in vrina innatet.

H Coitio eſt empirica quæ ex diuerſi generis ſignis coaleſcit, & ex aphoriſmis & Prorrhetico deſumpta eſt. Conuulſionem in morbis acutis multis reſcriptis damnat Hippocrates: præcipuè vero aphoriſ. 66. lib. 4. In Prorrhetico verò (ſent 36. & 37.) ad ſuram dolores cum mentis emotione in flatuum permixtione commemorat. Quin & femoris dolore euaneſcente ſublimamentis per vrinam innatantibus, mentis emotæ ſigna & abſceſſus ad aures colligit. Quæ omnia vt certam doctrinæ complexionem reſpuunt, cùm heterogenei ſint generis, ita flatuum materiam aut crudi humoris impetum portendunt. Quorum in articulos aut partes inferiores tranſpoſitu, abſceſſus oriri non eſt abſonum. Sic quoque partium inferiorum doloribus euaneſcentibus & ad caput ſublatis, conuulſionis aut malignitatis cuiuſdam & delirij metum impendere vero non eſt abſimile. Cuius rei non minimam ſignificationem exhibebit in vrina ſublimamentum diuulſum & χρηστόν. χρηστόν autem Galenus in Exegeſi τὸ ἀγαθὸν exponit. Heſychius quoque ἀγαθόν, ὠφέλιμον, ὑγιές. Sed χρηστόν legit Heſychius, vt & Aſulanus codex cum quibuſdam membranis ſcri-

pris,reliqua omnia exemplaria χρήγυον vt & Homerus Iliad.α (v.106. κρήγυον autem Varinus dici ſcribit περὶ τὸ κὴρ ἐ τὸ ἡδύ, velut A
κηρήδυον & per ſyncopem κρήδυον deinde ſ verſo in γ,κρήγυον, τὸ τῆς ψυχῆς ἡδύνον. Idemque κρήγυον exponit ἀληθὲς, ἐυμφερὲς, ἀγαθὸν,
ὑγιές. Erot. κρήγυον ἀληθὲς, εἰ δ᾽ ἀγαθὸν, apud Hipp.ſignificare ſcribit, & verſum Homericum adducit. Codices quidam manuſcripti
ἢ γνώμης ἀφέξονται legunt ex Prorrhetico.& ad παραφρονητικούς τινας referunt,quam lectionem ſecutus videtur Cornarius. Alter etiam
περὶ γνώμης habet. Nos nihil immutauimus communemque lectionem recepimus.

Ex præcordiorum dolore obortæ febres, malignæ ſunt. In his profundus ac altus ſopor peſſimus.

11 Οἱ δὲ ἀπὸ ὑποχονδρίου ἀλγήματος πυρετοὶ, κακοήθεες· ὁ καρώδης ἐπὶ τούτοισι, κάκιστον.

Celebris eſt hic locus ex Prorrhet.56. ſed qui appoſita circumſcriptione & dioriſmo ad doctrinæ complexionem egeat, qualem adhibuit Galenus in Prorrhetic.& initio Commentar.3 in libr.3.epid.Poſtrema verò ſententiæ pars ex Prorrhetic.63.deſumpta B
videtur.

Qui in febre non intermittente tenuiter & crebrò exudant,cum præcordiorum diſtenſione, ij vt plurimum malignè habent, atque in his dolores in humeri caput ac iugulum affixi, praui ſunt.

12 Οἱ μὴ διαλείποντες ἐφιδρωῦντες πυκνὰ μετ᾽ ὑποχονδρίου ἐντάσιος, ὡς ἐπιτοπολὺ κακοήθεες. καὶ ἐς ἀκρώμιον καὶ κληῖδα στηρίζοντα ἀλγήματα ἐν τούτοισι πονηρά.

In hepatis aut viſceris alicuius inflammatione febris vrget continens & vehemens, non tamen omnino lethalis. In qua ſi crebrò & tenuiter exudant ob magnam virium imbecillitatem malignè habent.Præcipuè vero morbus intenditur,ſi ad ſummum humerum, clauiculas & iugulum dolor pertingat, quod affectionis conſenſione per magnam venam & membranas contingit. Inflammationis namque pondere viſcus propendet,ſurſúmque dettahitur diaphragma, mediaſtinum, totúmque thoracis membranaceum genus.Nam vt ſcribit Aretæus cap.13 lib.1.de morb.diutur. ἐκ διαφράγματος τὸ ἧπαρ ἤρτηται. τὸ δὲ διάφραγμα τὸν ὑπὸ τῇσι πλευρῇσι ὑμένα ἕλκει. ξυνάπτεται γὰρ αὐτέῳ. ὁ δὲ ἐπὶ τὴν κληῖδα καὶ ἄχρι τοῦ ὤμου ἀποτείνεται, ἐς τάδε ξυνεφέλκεται κάτω. Ex ſepto tranſuerſo iecur ſuſpenſum eſt, ſeptum vero tranſuerſum membranam coſtis ſubſtratam degrauat. Ipſum enim illa conſequitur.hæc vero ad iugulum vſque & ad ſummum humerum extenditur,atque hæc omnia vna ad inferiora dettahuntur.Hic igitur ex affectuum ſyndrome obſeruatam fuiſſe viſceris inflammationem ſatis indicat ὑποχόνδριον ἔντασις plurimum apud Hippocr.celebrata. Quod efficit vt μὴ διαλείποντες, pro ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ ſumendum ſit, familiari admodum phraſi.

Febres quæ proximè ad tertianarum naturam accedunt, cum incontinenti corporis iactatione, malignæ ſunt.

13 Οἱ τριταιοφυέες ἀσώδεες πυρετοὶ, κακοήθεες.

Siue veras τριταίους, ſiue ſemitertianas dictas intelligas, febres hæ neque leuiter affligunt, neque ſuſpicione carent, præſertim ſi ſint implacidæ, ac in his anxiè ſe habeant ac variè iactentur ægri,quales celebrat libr.de rat.vict. in morb.acut. Hippocr. & his verbis explicat Galenus: ἀσώδεις εἰσὶ ἐν οἷς ἀκμάζοντι πυρετῷ, ἐν οἷς οἱ κάμνοντες ἀσῶνται καὶ ἀλύουσιν.

In febre mutum eſſe malo eſt.

14 Αἱ ἐν πυρετοῖς ἀναυδίαι, κακόν.

Ἀναυδίαν τὴν ἐν τῷ διαλέγεσθαι ἀδυναμίαν, ſermonis & loquendi impotentiam eſſe,pluribus probauimus noſtris in libr.1.epidem. Comm.& noſtris in ægr.3.lib.3.epid.poſt ſt.peſt. annotat. ἀφωνίαν verò vocis eſſe priuationem & defectum, ex ſenſuum & motionis interceptione, cerebro læſo & offenſo, quò certè maior calamitas ſignificatur, quàm ex ἀναυδίᾳ & ſermonis impotentia, quæ locutionem præpeditam & vocis articulatæ inſtrumentum eſſe reſolutum ſignificat,vt fuſiſſimè explicat Galenus Comm.in ægr. E
3.libr.3.epid.poſt ſt.peſt. Quod effecit vt ἀναύδους mutum diceremus. Quarum vocum explicatio cùm ſit alterius tractationis in OEconomiam noſtram reiicienda eſt,vbi copioſioribus verbis expeditur. κακὸν hic igitur dicit,non ὀλέθριον, vt in ἀφωνίᾳ frequenter in Prorrh. cùm maior pernicies intendatur.

Delaſſati ægri,caligine obducti, peruigiles & ſopore detenti, cum tenui ſudore recaleſcentes, malè habent.

15 Κοπιώδεες, ἀχλυώδεες, ἄγρυπνοι, κωματώδεες, ἐφιδρωῦντες ἀναθερμαινόμενοι, κακόν.

Concuſſio iſta empirica ſymptomatum diuerſi generis enumerationem complectens, in febribus damnatur Prorrhet.74. de quarum vehementia ἀναθερμαινόμενοι dicuntur,hoc eſt ἀνακαιόμενοι, vt exponit Galen. Commen 2. in Prorrh. ἀχλυώδεις verò caligantes ægri dicuntur, quibus tenebræ & caligines oculis offunduntur, cùm ſit oculorum affectio, vt ſcribit Galen. etſi quidam F
hac voce totius corporis perturbationem quandam ex humorum agitatione comprehendant, aut eos quibus faciei & totius corporis nitor obſcuratur. Reliqua ſymptomata ex magna humorum inæqualitate ac permixtione ortum habent, quâ grauatum cerebrum & totius corporis facultates appetitæ ſunt, vt non temerè malum quoddam, ac velut ex incerto concuſſu & vaga obſeruatione phrenitis ſuſpectari debeat,cui ſæpe κῶμα ἄγρυπνον attribuit. Eſt & ſententia in Prorrh.68. quæ huius partem poſteriorem continet & paulò poſt repetitur.

Laſſitudine laborantes cum horrore,iudicij modo leuiter exudantes, celeriter ad calorem reuocati, malè habent, tum verò præſertim ſi iſta inſuper ſanguinem è naribus ſtillarint. Circa hæc aurigine admodum fœdati,& largius colorati moriuntur,iiſque album alui recrementum prodit.

16 Οἱ κοπιώδεες μετὰ φρίκης ἐφιδρώσαντες κρισίμως, ἀναθερμανθέντες ἐν ὀξεῖ, κακοί. ἢν ὡς τι καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν ἐπιστάζωσι. περὶ τούτων ἰκτερώδεες κατακορέες ἀπόλλυνται, λευκὸν διαχώρημα τούτοισι προσδιέρχεται.

Magna iſta caſuum varietas parum aut nihil ad doctrinæ complexionem valet, niſi quod κρισίμως μὴ κριτίμως authoritate fidem emendicant. κρισίμως vero non χρονίως ex meliorum codicum conſenſu & interpretum legimus,quemadmodum illud ἐν ὀξεῖ G
pro ὀξέως ſumpſimus. Codices etiam manuſcripti ἄλλως τι καὶ ἢν αἷμα ἐπιστάζωσι legunt,etſi quidam cum impreſſis conſentiunt.Quod tamen non immutauimus, cum ἐπιστάζειν & ἀποστάζειν & στάζειν plærunque abſolutè ſumat Hippocrates. Quæ etiam ſequuntur ex ſcriptorum codicum conſenſione ſimul iunximus, etſi ab interpretibus ſeparantur. ἰκτερώδεας verò κατακορέας, diximus admodum aurigine fœdatos & impenſius coloratos, quales ſunt qui ex aurigine multa & ſyncera bile ſuffuſi ſunt,non ſecus ac ἰκτερώδεας κατακορέας ex morbo regio largius coloratos dixit[a] Aretæus,aut διακεχρωσμένας κατακορέως χολῇσι,abundè colorata,aut exquiſitè bilioſa vocat Hippocr. & ἰκτερώδεας ἰσχυρῶς explicat Gal.Com.3.in lib. de rat.vict.in morb acutis.

[a] Cap.13 lib.1. de diutur.morb.

Febres ad tertianarum naturam accedentes, vagæ & errantes, vbi in dies pares tranſierint, moleſtiam exhibent.

17 Οἱ τριταιοφυέες πλανώδεες, ἐς ἀρτίας μεταπίπτοντες, δύσκολοι.

Febres quæ prope affecta æſtate ac impendente autumno graſſantur, & tertianarum notharum nomen aſſumunt, vbi tertianos H
habuerunt circuitus,vago quodam & incerto ordine trahunt,ac errantes fiunt tandem in quartanas tranſeunt, ac diu multúmque ægros affligunt,vt in dies experimur. Quod hic ἐς ἀρτίας μεταπίπτειν dicere videtur, vbi febres quæ tertianarum naturam præ ſe ferebant, in dies pares, acceſſiones commutarint & paribus diebus prehenderint.

Qui in diebus iudicatoriis cum angore aut incon-

18 Οἱ ἐν κρισίμοισιν ἀλυσμῷ ἀνιδρωῦντες περιψυχόμενοι,

A μενοι, καὶ ἄνευ δὲ τούτων ἱδρῶτος περιψυχόμενοι ἀκρίτως, κακόν.

tinenti corporis iactatione, abſque ſudore perfrigerantur, atque omnino qui ſine ſudore perfrigerantur citra iudicationem, malè habent.

39 Καὶ οἱ ἐπιρριγώσαντες, ἐκ τούτων ἐμέσαντες ἄκρητα, ἀσώδεες, τρομώδεες ἐν πυρετῷ, κακόν. καὶ φωνὴ δὲ ἐκ ῥίγεος.

Quin & qui ſubinde riguerunt, poſt hæc ſyncera vomitione refuderunt, anxietate vexati, tremuli in febre, malum portendunt. Quinetiam ex rigore vox intercepta perniciem denunciat.

B Hæ duæ ſententiæ ex Prorrh.61. & 62. tranſlatæ videntur, neque tamen magis explanatæ, ſed τῷ κρισίμων μὴ κριθέντων decreto damnatæ. Quidam codices ἀλυσμοὶ ἀνιδρῶτες legunt, quod propius ad Prorrhetici lectionem accedit, ἀλυσμοὶ ἀνιδρῶτι. Sed vt perfrictio omnis, ac inquies corporis iactatio & incontinentia, ſiue cum ſudore ſiue ſine ſudore contingant, malo ſunt, præcipuè tamen iudicium ſubeunte natura perniciem intentant: ita ex rigore perfrictio damnanda eſt, ſiue cum ſudore, ſiue abſque ſudore proueniat. Atque poſt huiuſmodi rigorem ſyncera vomitio, anxietas & tremor damnum intendunt. Quod efficit vt hæ duæ ſententiæ ſimul iungi poſſint, non ſine codicum quorundam aſſenſione, cùm etiam in Prorrh. non hoc modo diſtinguantur. Sed nos pluralitatem & frequentem conſenſum ſecuti ſumus. Quod verò ſequitur, καὶ φωνὴ δὲ ἐκ ῥίγεος, ex omnibus codicibus retinuimus. Quò magis miror à Cornario eſſe prætermiſſum, niſi quia vitium eſſe animaduertit. Nos certè ex præceptoris Hollerij ſententia, quam viua voce & poſtea ſcriptis teſtatus eſt, ἄφωνοι non ingratiis ſubſtituimus, tum quod Vaticani Codices huc inclinare ex Calui lectione videantur. Aut certè φωνὴ ἐκλείπουσα intelligēda venit, quam phraſim vſurpauit Prorrh.91. ὅτι φωναὶ ἐν πυρετοῖσιν ἐκλείπουσι μετὰ κρίσιν, vnde fortè quodammodo expreſſum iſtud videri poſſit. Si quis verò antiquam iſtam & omnibus codicibus con-
C teſtatam lectionem amplectitur, poterit meo iudicio ad tremulam vocem referre, velut in rigore conſpicitur, & qualis ad tremorem conſequi poteſt ex magna neruoſi generis imbecillitate & reſiccatione, nec temerè in tam tumultuaria ſymptomatum congerie eò ſpectare. Atq; iſtud καὶ φωνὴ δὲ ἐκ ῥίγεος eandem habebit notionem, quam habet illud Prorrh.42. καὶ φωναὶ ὡς ἐν ῥίγει ἀσώδεες. Sic nec vno modo tremulam vocem in Prorrh. damnat Hippocrates, cùm inde vehementem mentis emotionem non leuiter ſuſpectet, vt ſent.19. γλῶσσαι ἀσαφεῖ τρομώδεες, καὶ αὗται τρομώδεες [illegible]). Et, αἱ τρομώδεες γλῶσσαι σημεῖον οὐχ ἱδρυμένης γνώμης.

40 Τὰ δὲ ἐκ ῥινῶν μικροῖσιν ἱδρῶσι περιψύχοντα, κακόν.

Qui verò poſt ſanguinis ex naribus eruptionem ex tenuibus ſudoribus perfrigeſcunt, malè habent.

Ἐκ ῥινῶν legunt Interpretes omnes, pro ἐκ ῥιγέων, quæ plauſibilis eſt omnino lectio. Nam περίψυξις à rigore damnatur, præcipuè ſi cum tenuibus & frigidis ſudoribus acciderit, cùm ritè & ordine ægros incaleſcere oporteat, vt multis probat Gal. lib. περὶ ῥίγους,
D & Prorrh.65. οἱ ἐκ ῥίγεος καταψύξιες μὴ ἀναθερμαινόμενοι, κακόν. Quin & poſt ſanguinis è naribus profuſionem huiuſmodi caſus valde ſuſpecti ſunt. ideóque eam lectionem, vulgatam retinuimus ex Prorrh.126. cùm eam etiam agnoſcat Gal. & poſtea repetitur ſent.142. Caluus autem μακροῖσιν ἱδρῶσι, non μικροῖσιν, legit.

41 Οἱ ἐφιδροῦντες ἄγρυπνοι ἀναθερμαινόμενοι, κακόν.

Ex tenuibus ſudoribus peruigiles, ad calorem reuocati, malè habent.

Repetitur iiſdem verbis Prorrh.68. Vbi tamen οἱ ἐφ᾽ ἱδρῶσιν ἄγρυπνοι legimus.

42 Οἱ ἐφιδροῦντες ἐν πυρετῷ, κακοήθεες.

In febre tenuiter exudantes, malignè habent.

Ἐφίδρωσις Hippocrati multis modis damnatur, tum quod naturæ ex humorum multitudine & copia oppreſſionem, tum quod
E virium imbecillitatem indicet. In febribus vero malignitatem denunciat, vt Prorrh.74.& 115.

43 Οἷσι χολώδεος διαχωρήσιος ἐούσης, περὶ στῆθος δῆξις καὶ πικρότης, κακόν.

Quibus prodeunte egeſtione alui biliosa, ad pectus morſus ac amaritudo ſentitur, ij malè habere iudicantur.

Hanc ſententiam à ſuperiore ſeiunximus, codices ſcriptos meliores ſecuti, quod etiam fecerunt interpretes. Hic vero στῆθος ventriculi oſculum ſignificare videtur, vt hac velut partis externæ circumſcriptione, inſigne illud orificium ad humorum acrimoniam & morſum tam promptè expoſitum populariter intelligatur. Neque enim huiuſmodi iniuria in ſterno aut pectore ſentitur, ſed in iis naturis quæ bilioſi humoris copiam gignunt (quales πικρόχολος facit lib. de rat.vict. in morb acut. Hippocrat.) & in ventriculum plærumque redundat cordis morſum & acrimoniam excitans, quod vulgus [mal de poittine] vocat. " Quam in notionem στήθεα πονεῖν in epidemiis commemorat Hippocrates, & περὶ στῆθος πόνος in Prorrhetico, & στήθεα [illegible] dicuntur velut exponit in
F Exegeſi Gal. Quid autem per proruptionem intellexerit Caluus, mihi ſatis notum non eſt, niſi pro δῆξις ῥῆξις legiſſe videtur.

" *Ægin. & 14. lib.*

44 Ἐν πυρετοῖσι κοιλίης ἐμφυσωμένης, πνεῦμα μὴ διεκπίπτον, κακόν.

In febribus, aluo à flatibus diſtenta, flatum non erumpere, malum.

Κοιλίη ἐμφυσωμένη, quæ & φυσώδης in Prorrhetico dicitur, & ἐμπνευματωμένη, καὶ φυσώδης, καὶ πνευματώδης, aluus à flatibus diſtenta dicitur, quemadmodum πνευματοῦσθαι flatu impleri exponit Gal. in lib. de rat.vict. in morb.acut. & πνευματώδεις flatuoſos ibidem vocat Hippocr. καὶ ἐμπνευματουμένους καὶ φυσώδεας. Flatibus igitur diſtenta aluo, flatus non prodire, caloris natiui imbecillitatem & flatuum copiam, craſſitiem & cruditatem denotat, quos ad expulſionem tenuari, concoqui, & præparari oportet.

45 Κοπιώδεες, λυγγώδεες, κάτοχοι, κακοί.

G

Laſſitudine conflictati ægri, ſingultuoſi, & alto ſtupore (quem catochum vocant) detenti, malè habere ſignificantur.

Plena eſt periculi hæc concurſio. λυγγώδεις autem dicuntur qui continenter & aſſiduè ſingultiunt, quamadmodum λυγγώδη πυρετὸν vocat Hippocr. lib. de rat.vict. in morb.ac. febrem in qua ſingultus diutius affligit, aut per totum morbi decurſum exacerbatur. In hepatis quoque inflammatione ſingultus perniciem adfert ex aph.58.lib.5 & aph.17.lib.7. cùm eam inſignem eſſe oporteat, vt ſcribit Galenus. Dicuntur autem κάτοχοι ſtupefacti & alto ſtupore detenti, quem κάτοχον vocant, vbi ægri immoti & omnino fixi manent, diductis palpebris, apertis oculis & obrigeſcentibus membris, vt ſcribit Gal. Comm.2. in Prorrh. Id autem non leuiter appetitum eſſe cerebrum indicat, & ſingultus os ventriculi, vt ideo inſignis noxia eſſe videatur.

46 Ἐκ νώτου πυκινοῖσι καὶ λεπτοῖσι φρίκῃσιν ἐφιδροῦν-
H τες δυσφορέουσι. οὔρου ἀπόληψις ἐπιπόνου σημεῖον. τὸ ἐφιδροῦν τούτοισι κακόν.

In crebris & tenuibus ex dorſo horroribus tenuiter exudantes ægri, moleſtè habent. Laborioſa quippe vrinæ interceptio ſignificatur. In his tenuiter exudare malo eſt.

Hanc ſentētiam codices quidam, vt interpretes, omittunt, quidam etiam diſparant. Verùm quia in optimis codicibus deſcripta eſt, eam ex Prorrh.75. & ſent.8. prius appoſita explanauimus, & coniunximus. ἐκ νώτου etiam retinuimus, cùm ἐς νῶτον multi legant, & οὔρου ἀπόληψις ἐπιπόνου cum melioribus exemplaribus & Aſulano legimus. δυσφορίη verò tam corporis inquietudinem & implacidicatem, quàm morbi difficultatem quā implicatur reſpicit. ἐφίδρωσις autem ſecundo loco poſita, extremam perniciem & mortem in propinquo eſſe ſignificat.

L 2

Præter conſuetudinem aliquid facere, vt verbi gratia aliquid propenſius curare & magno ſtudio eniti prius non conſuetum, aut contra, prauum & delirio proximum.

47 Τὸ παρὰ τὸ ἔθος ποιέειν τι, οἷον προθυμέεσθαί τι πρότερον μὴ εἰθισμένον, ἢ τοὐναντίον, πονηρὸν, καὶ πλησίον παρακοπῆς. A

Ægrorum communem & propriam naturam ita ſpectari vult Hippocr. vt quod contra fit generali quadam notione damnari iubeat. Sic initio Progn. hortatur σκέπτεσθαι τὸ πρόσωπον εἰ ὅμοιόν ἐστι τοῖσι τῶν ὑγιαινόντων, μάλιστα δὲ εἰ αὐτὸ ἑωυτῷ· οὕτω γὰρ ἂν εἴη ἄριστον. τὸ δὲ ἐναντιώτατον τοῦ ὁμοίου, δεινότατον. Et initio libri κατ' ἰητρεῖον generalius quiddam effert. ἢ ὅμοια, ἢ ἀνόμοια ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῶν μεγίστων, ἀπὸ τῶν ῥηΐστων, ἀπὸ τῶν πάντη πάντως γιγνωσκομένων. Quod vniuerſale præceptum cùm multum ad prædictionem conferat, ita ægrorum ἰδέαν τε καὶ ἔθεα καὶ φύσιας ſpectare debet, vt illic explicat Galen. Eodem etiam refertur ἐκ κοσμίου θρασεῖα ἀπόκρισις paulò poſt celebrata ſententia, & ex Prorrhetico deſumta. Hic autem προθυμέεσθαι legimus ex melioribus codicibus, quod eſt propenſo animo aliquid curare, cum ſtudio & cura aliquid inſtituere aut ſuſpicere, anniti, elaborare & affectare, vt animi liberas actiones ex conſilio & electione complectatur. Etſi exemplaria quædam manuſcripta προσέχεσθαι habeant, alia etiam προμηθέεσθαι, quæ videtur ſecutus Caluus, & omnia ſua interpretatione complexus. Et vtramque lectionem etiam alij ſequuntur Interpretes. B

Quæ cum malignis ſignis alleuamentum adferunt, & quæ cum bonis non remittunt, moleſta ſunt & difficilia.

48 Τὰ ἐν πονηροῖσι σημείοισι κουφίζοντα, καὶ τὰ ἐν χρηστοῖσι μὴ ἐνδιδόντα, δύσκολα.

Hæc ſententia totam ferè criſeos doctrinam complectitur, & multis locis ab Hippocr. adumbratur, præcipuéque aph. 27. lib. 2. & Prorrh. 51. & illic à Galeno fuſiſſimè eſt explicata, vnde propriè excerpta videtur. Quam in rem multa ſcripta ſunt noſtris in lib. 2. epid. Commentariis. C

In præcipitibus malis, tenues circa caput maximè ſudores oboriri, & corporis incontinentia quadam iactari, malum indicat, tum verò præcipuè pernicies intenditur, ſi iſta cum vrinis nigris contigerint, & ſpiritus magnus & concitatus adfuerit.

49 Οἱ ἐφιδροῦντες καὶ μάλιστα κεφαλὴν ἐν ὀξέσι ἀποδυσφορέοντες, κακόν. ἄλλως τε καὶ ἐπ' οὔροισι μέλασι. καὶ τὸ θολερὸν ἐπὶ τούτοισι πνεῦμα, κακόν.

Iiſdem omnino verbis repetitur hæc ſententia Prorrh. 39. & à Galeno explicatur, ſimulque ἀποδυσφορέειν quàm variè ab Hippocratis enarratoribus ſumatur, ſcribitur, vt & Prorrh. 92.

Celeres ſummitatum corporis in vtraque extrema permutationes, perniciem denunciant. Quin & ſitis huiuſmodi (hoc eſt, celeriter in contraria permutata) malo eſt.

50 Ἄκρεα ταχὺ ἐπ' ἀμφότερα μεταπίπτοντα, καὶ δίψα ἡ τοιαύτη, πονηρόν. D

Eadem ſcribuntur Prorrh. 43. δίψαν vero τοιαύτην, τὴν ἐπὶ τἀναντία μεταπίπτουσαν ἐν τάχει, παραπλησίως τοῖς ἄκροις, ex Galeno diximus. Quin & ſubitas huiuſmodi corporis inæqualitates, dum modò calet, modò friget, damnat Celſus cap. 5. libr. 2. & Hippocr. aph. 40. lib 4.

In homine moderato ferox & audax reſponſio, & vox acuta, malum portendunt. Iis præcordia intro trahuntur & tendunt.

51 Ἐκ κοσμίου θρασεῖα ἀπόκρισις, φωνὴ ὀξέα, κακόν. ὑποχόνδρια τούτοισι εἴσω εἰρύαται. E

Diſtinguuntur duæ ſententiæ Prorrhetic. 44. & 45. hic autem vniuntur, quod huiuſmodi caſus phreniti
dem prænuncient, & ex diaphragmatis inflammatione, aut ex febrili incendio, reſiccatione quadam & tenſione vox acuitur, & præcordia intro trahuntur aut reuelluntur. Quin & ex membranæ ſuccingentis inflammatione contrahuntur hypochondria & diaphragma, quod etiam affectum ſua vicinia & conſenſione viſcera contrahit, membranis quibus ea veſtiuntur & vinculis connectuntur circumtenſis. Detrahitur etiam pulmo, aſpera arteria & larynx, atque anguſtior fit indéque vox acuitur. Quòd ſi quis has ſententias diſtinguat, velut in Prorrh. de voce quæ in morbis acuitur intelligenda erit poſtrema ſententia, quod facit Gal. atque eiuſmodi acutæ vocis cauſa reſiccatio & anguſtia inſtrumentorum voci deſtinatorum ex incendio interno æſtimabitur, atque inde præcordiorum contractio & tenſio. Quidam verò ad præcordiorum reuulſionem vocem acutam conſequi, non autem contra, intelligunt. Quod voluit etiam Præceptor Hollerius. Exemplar autem vnum Regium manuſcriptum pro εἰρύαται in margine adſcriptum ἕλκονται habet, quæ eſt illius vocis gloſſema & interpretatio, vt ex Gal. in Comm. Prorrh. patet. Erotianus pro εἰρύαται ἐρύεται legit, quod præſens eſt & tertia perſona ſingularis, εἰρύαται vero tertia perſona pluralis Ionica præteriti perfecti, Homero frequens, vt & ἐρύονται, εἰρύαται, & ἐρύαται pro ἕλκονται. εἰρύαται autem etiam Galenus agnoſcit. F

Qui ex ſudoribus perfrigerantur ac celeriter recaleſcunt, malè habere iudicantur.

52 Τὰ ἐκ καταψύξιος ἱδρώδεος ταχὺ ἀναθερμαινόμενα, κακόν.

Hæc ſententia pars eſt Prorrhetici 66. vbi ægris quæ hic morbis attribuit. Sic enim ſcribitur, οἱ ἐκ καταψύξιος ἱδρώδεες ἀναθερμαινόμενοι, κακόν.

Qui in grauibus malis tenuiter exudant, & quadā corporis incontinentia iactantur, malè habent.

53 Οἱ ἐν ὀξέσι ἐφιδροῦντες ἀποδυσφορέοντες, κακόν.

Hæc ſententia ex parte quadam repetita paulò ante Prognoſt. 49. & 11.

Qui temerè ac præter rationem nulla exiſtēte vaſorum inanitione impotentes fiunt, ij malè habent.

54 Οἱ παραλόγως, κενεαγγείης μὴ ἐούσης, ἀδύνατοι, κακόν. G

Hæc ſententia ad præſagiendi & curandi rationem magnum habet momentum, & ſæpe ab Hippocr. adumbratur, & Prorrh. 40. paulò aliis verbis, ſed tamen eadem notione, exprimitur. αἱ παράλογοι κενεαγγείης ἀδυναμίαι, μὴ ἐούσης κενεαγγείης, κακόν. Humorum námq; copiam actiones grauantem, aut inſignem alicuius viſceris intemperiem ſuſpectam facit. Quinetiam μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον συντήκεσθαι, ἀδύναμον σημαίνει, (vt ſcribit Hippocr. aph. 28. libr. 2.) aut humorum tenuitatem & corporis raritatem, quod illic addit Galenus. ideóque neque periculo caret.

In febre diſtractio velut à vomitu, in exſcreationem deſinens, malum portendit.

55 Ἐν πυρετῷ ἕλξις οἷον ἀπὸ ἐμέτου ἐς ἀναχρέμψιν τελευτῶσα, κακόν.

Inuſitata eſt phraſis & inſolens, ideóque obſcura, quales plurimæ in his Prænotionibus & Prorrhetico conſpiciuntur. Videtur autem ἕλξις οἷον ἀπὸ ἐμέτου idem ſignificare quod Prorrhetico 117. τὰ ἐμετώδεα ἐκλύματα, aut qui poſtea ἀσώδεες ἀπορεόμενοι dicuntur. Quibus verbis diſtrahi aut diſtorqueri ſignificantur & conturbari qui vomitione conflictantur ex humorū cacochymia, aut etiam ex inflammatione interna, ventriculo ad nauſeam concitato. Vnde & tractus quidam velut ex vomitu ſignificatur, cùm defluentes in ventriculi cauum humores, aut ex inflammatione reſudantes innatant & vires grauant. Ex quo ad expulſionem irritata natura, oſculum commouet, & nauſea reiectionem molitur, totúmque corpus frequenti concuſſatione conturbat. Id enim H

συντο-

A ἀπὸ γαστρὸς exponit Gal. Atque eo nomine hoc ſymptoma, & cauſæ, & ſigni ratione damnatur. In ſcreatum vero frequenter deſinit, ſi quis ἀνάχρεμψιν pro πτυαλισμῷ & ſputatione ſumat, quod imbecillum ventriculi oſculum exundantem humiditatem ac velut ex phlegmone expreſſam oris ſaliuatione refundat. Quòd ſi ex affecto & humorum copia oppleto cerebro caſus huiuſmodi accidat, malum intendi neceſſe eſt, ac non temerè in febribus ſuſpectam phrenitidem facient πτυαλισμὸς & ἀνάχρεμψις, phreniticis in Prorrhetico attributa, atque ex interna phlegmone certa pernicies ægro conflabitur.

56 Νάρκη ἐς ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτουσα, κακόν.

Torpor in contraria celeriter permutatus, perniciem denotat.

ἐπ' ἀμφότερα, in contraria diximus ex Gal. in Prorrh. 41. Vbi in vtraque extrema permutationem, in contraria ſumit. Sunt & in ægris μεταπτώσεις omnino damnandæ, quæ ex humorum transfluxu & tranſpoſitu fiunt, quales in phreniticis & mente captis conſpiciuntur, quas pluribus verbis explicat & ſugillat Gal. Com. 1. in Prorrh. Sic τὰ ἐν φρενίτισι πυκνὰ μεταπίπτοντα ab Hippocr. damnantur. Torpor quoque ſubitò in contraria permutatus, cùm vagantem materiam & in corpore fluctuantem ſignificet, reſolutionis metum iniicit, aut ne in aliquam principem partem figatur, ſuſpicionem facit. Quin & vbi ſubitò permutatur, animalium
B functionum ac ſenſationum extinctionem mentiſque læſionem portendere non immeritò ſignificatur. Et quomodo δίψα ἐπὶ τὰ ἐναντία μεταπίπτουσα damnatur, ſic νάρκη ἐς ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτουσα, πονηρόν, quæ modò abeſt, modò etiam adeſt, & in contraria celeriter permutatur.

57 Στάξιες αἱ ἐλάχισται, κακαί.

Perpuſillæ ſanguinis è naribus ſtillæ, damnoſæ ſunt.

Sanguinis ſtillas, quas στάξιας aut ἀποστάξιας vocat Hippocr. conſtanti doctrinæ conſenſione pluribus in locis damnat, præſertim ſi craſſus, niger & paucus ſanguis primis diebus & criticis inter initia effundatur, cùm in ſignorum iudicatoriorum legibus receptum ſit ne quid infra modum ſubſiſtat, & in ſanguinis eruptionibus liberalis & larga ad morbi ſolutionem ferè ſemper commendetur. Sic στάξιες ὀλίγαι dicuntur in Prorrh. & pernicioſiſſimæ cenſentur Galeno Comm. 3. in Prorrh. Eaque de re plura ſcripſimus noſtris in lib. 1. epid. Commentariis, & in lib. 2. epid. Com. ſect. 1.

58 Κακὸν δὲ πάντως ἐν ὀξέσι δίψα παραλόγως λυθεῖσα.

Ac penitus quidem in graui morbo ſitim temerè ac præter rationem ceſſare, malum eſt.

C Sententia eſt Prorrhetici 57. Hippocratis doctrinam redolens & illic à Galeno explicata, τῶν κρισίμων doctrinam complexa, & τῶν ἀσήμων φαινομένων nomine comprehenſa. ἐν ὀξέσι verò, quod in Prorrhetico ἐν ὀξέσιν expreſſimus, etſi ὀξέως aut ταχέως ſignificare poteſt. Vtraque enim notione pernicies denotatur, ſiue in præcipiti morbo ſitis temerè ceſſet, ſiue celeriter & citò deſinat. πάντως etiam duplicem habet notionem, ſiue ad κακὸν, ſiue ad δίψα λυθεῖσα referas. πάντως γὰρ κακὸν (vt ſcribit Galen. Comm. 2. in Prorrh.) τὸ παύσασθαι παντελῶς τὴν δίψαν ἐν ὀξέσι νοσήμασι. At Caluus propter codicum varietatem & vitium, duplicem ſibi ſenſum affinxit.

59 Οἱ πρὸς χεῖρα ἀναΐσσοντες, κακοί.

Qui ad manus contactum reſiliunt, malè habere iudicantur.

In ægris quibuſdam iſtud diligenter eſt obſeruandum. Vbi enim manus in carpum mittitur, quodammodo reſiliunt, & cum paruo quodam tremore obniti videntur, aut interdum ad pulſum aſſilire & leuiter aſſurgere. Quod quidem parui tremoris exordium, conuulſionem, delirium, aut etiam phrenitidem prędicit, nec leuiter ſuſpectum eſſe debet, cùm παρακρουστικοὺς ægros faciat. Eóque modo hic ἀναΐσσοντες πρὸς χεῖρα dicuntur, quibus pulſus veluti reſilit, aut quaſi tremebundus ſubſultat, & ad manum apparet exiguus tremor. Alioqui ἀναΐσσοντες intelligi poſſunt, qui iniecta manu exiliunt, & furibundo mentis impetu feruntur, aut irrequietos inſanientium motus præ ſe ferunt, de quibus ἐξαΐσσειν & ἐξαΐσσοντας ſæpe effert Hippocr. cum ἀναΐσσειν ἐξορμᾶν ἢ ἀΐσσειν
D ſignificet & ἀΐσσειν τὸ ὁρμᾶν λέγεται, vt ſcribit Erotianus.

60 Οἷσιν ἅμα πυρετῷ καυσώδει, οἰδήματα σὺν νωθρότητι καὶ καταφορᾷ, ἐς πλευρὸν ὀδύνη ἐπελθοῦσα, παραπληκτικῶς κτείνει.

Quibus in febre ardente tumores cum ſomnolentia & torpore obueniunt, eos lateris dolor accedens, cum leui partis alicuius ſyderatione necat.

Coitio eſt empirica ex diuerſi generis caſibus conflata. Νωθρότης namque cùm cerebri refrigerationem, aut humectationem, aut etiam vtrumque indicet, (vt ſcribit Galenus) & ſymptoma ſit animalium functionum, à craſſis, frigidis, & glutinoſis humoribus grauatarum, non facilè cum febre ardente aut bilioſis ſuccis coit, ac non niſi cum præcipiti periculo in huiuſmodi caſibus cernitur, vt ſcribit Galen. Comm. 1. in Prorrh. Ideoque non temerè ac leuiter νωθρότης ἐν ὀξέσι in Prorrhetico damnatur, vt &
E poſtea his in Præſagiis. At verò quoniam conſtat genus quoddam eſſe febrium ardentium ex multa frigida & inæquali materia, quæ à veris & legitimis deſciſcunt, quales plurimæ inſtante autumno graſſantur, in iis tumores huiuſmodi ex materiæ craſſæ, frigidæ & viſcidæ depoſitu ſuboriri poſſunt, cum ſomnolentia & torpore, atque etiam grauato materiæ copia neruorum principio in latus aliquod transfundi, & tentatis motionis organis, leuis cuiuſdam ſyderationis ſpecies non ſine pernicie induci. Tumores iſtos quidam ad bubones peſtilentes referunt, quos magna ex parte febris ardens, & ſomnolentia, ac torpor ex maligna humorum qualitate & naturæ reſolutione comitatur. Quin & huiuſmodi tumores ad inguina in ſtatu peſtilenti ſubnotauit Hippocr. lib. 3. epid. & cum iis torpidam in ſomnum degrauationem cum pernicie, his verbis damnauit: ἀλλ' οὐδὲ τοῖς κατὰ βουβῶνας ... νωθρῶς ἀπώλλυντο. Sed neque reſolutionis in ſpeciem, ſed ſyncope & præcipiti virium lapſu, velut grauitate oppreſſi pereunt. Quidam etiam iſtud ad aurium tubercula aut parotidas quæ in febre ardente contingunt referunt, quæ ſoporem fere coniunctum habent, & cerebrum humorum copia grauatum.

F 61 Πνιγμὸς ἐν ὀξέσιν ἄνευ οἰδήματος ἰσχναίνουσι, ὀλέθριον.

In præcipitibus malis ſtrangulatus, graciléſcentibus faucibus, perniciem minatur.

Hæc ſententia referri videtur ad celebratiſſimam vbique anginæ ſpeciem, quæ præſentiſſimum periculum creat, & paſſim ab Hippocr. ſugillatur, præcipuè vero in Prognoſtico, libr. de rat. vict. in morb. acut. aphoriſ. 34. lib. 4. & Prorrh. 81. 86. & 104. Hic igitur non leuiter ſuſpecta eſt ſuffocatio & ſtrangulatio, quæ nullo exiſtente aut in faucibus apparente tumore, ſed iis gracileſcentibus & extenuatis inducitur. Quod vniuerſaliori quadam ſententia in Prorrhetico ac poſtea hoc Præſagio repetitur φάρυγξ ἐπώδυνος, ἰσχνή, μετὰ δυσφορίης, πνιγώδης, ὀλέθριον ἰσχυρῶς. πνιγμὸν enim aut πνῖγα ſignificat, quæ eſt ſubita internecio ex ſpirandi defectu, ſitq; ex ſpiritalium inſtrumentorũ anguſtia. Aut certè ὀρθόπνοιαν indicat atq; eam ſpirandi difficultatem, quę nõ niſi arrecto thorace & extento collo obitur, atq; laborantium partiũ reſpirationi deſtinatarum anguſtiam ac præcluſionem denotat, vt ne decubitum quidem abſque ſtrangulatu ferre poſſint. Atq; eam ſpirandi difficultatem Hippocrates in præcipitis anginæ ſpecie in Prognoſt. & libro quarto de rat. vict. in morb. acut. ὀρθόπνοιαν vocat. In Prorrhetico vero πνιγώδεα φάρυγγα, & τὰ κατὰ φάρυγγα πνιγώδεα & τὰ ἐν φάρυγ-
G γι ἀλγήματα πνιγώδεα, eóque modo explicat Galen. Illud quoque ἰσχναίνουσι etſi de extenuatis & gracileſcentibus ægris intelligi poteſt in quibus nullus iuxta fauces tumor apparet, malui tamen propius ad gracileſcentes & nullo tumore conſpicuas fauces referre, quod in ſuperioribus exemplis huiuſmodi anginam abſq; vlla inſigni inflammatione deſcribens Hippocrates, φάρυγξ ἰσχνὴ, aut τὰ κατὰ φάρυγγα ἰσχνὰ expreſſerit, eadem omnino notione qua in aphoriſmis, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι, ſcripſit, aut in Prognoſtico. μή τι ἐν τῇ φάρυγγι μηδὲν ἔκδηλον ποιῶν, μήτ' ἐν τῷ αὐχένι. Quem in ſenſum explicat Gal. Comment. 2. in Prorrh. ἰσχνὸς namq; partibus phlegmone obſeſſis & præter naturam tumentibus opponitur, vt his verbis ſcribit Galen. Comment 4. in lib. de rat. vict. in morb. acutis. τὸ γὰρ ἰσχνὸν εἰώθει λέγεσθαι πρὸς ἀντίθεσιν τῶν παρὰ φύσιν ἐγκειμένων. Hippocrates quoque libro quarto de rat. vict. in morb. acut. periculoſam huiuſmodi anginam commemorans, πνιγμὸν & ἰσχνὸν eadem ſignificatione complectitur, cùm ſcribit, ἢν

[illegible] πνιγμὸς ἐν φάρυγγι, [illegible] φάρυγγα. Quæ omnia effecerunt vt vulgatam lectionem ſcriptis etiam codicibus ſe-tam retineam, qua πνιγμὸς legitur, etſi Regij codices quidam πυρετὸς, pro πνιγμὸς legunt. Quam lectionem etiam ſecutus eſt Caluus. Illud autem ἐν ὀξέσι febrem includit, vt ſit idem quod in aphoriſmis, ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, & libr. de ratione victus in morb. acutis, ἐόντων ἐν πυρετοῖσιν, etſi in febre non adeo intenſa ſtrangulatio contingere poteſt, vt ſcribit Galenus. At verò quonam ἰχθύων refe-ratur non ſatis patet, neque bene admodum quadrat cum ἰχνίων, neque mihi parum ſuſpecta eſt hæc dictio ab omnibus inter-pretibus prætermiſſa. A

Vbi iam pernicies imminet, parui tremores & æruginoſa vomitio, & in quibus inter potandum ſtrepitus quidam percipitur, quique præ ſiccitate murmur quoddam ſentiunt, & qui ob ſpiritum tuſſiculoſum ægre deuorant, in grauibus malis perfrigeratis, pernicioſe habere iudicandi ſunt.

" Ἐπὶ τοῖσιν ἤδη ὀλεθρίοισι τὰ σμικρὰ τρομώδεα, καὶ ἰώδης ἔμετος· οἱ ἐν τῇσι ποσίεσι ἀποψοφέοντες, καὶ ὑποβορβορύζοντες ξηρότητι, καὶ οἱ χαλεπῶς καταβροχθίζοντες πνεύματι βηχώδει, ὀλέθριοι ἐν ὀξέσι κατεψυγμένοισι. B

Obſcuritatis plena eſt hæc ſententia, & cuius ſenſus non niſi ægrè erui poſſit. Dubium eſt enim num iſta ad anginam referantur, in qua ægri magno negotio, ac ne vix quidem deuorant aut deglutiunt. Poteſt & per ſe intelligi & in duas ſententias diuidi, quod facit magna pars exemplarium manuſcriptorum. Vbi igitur iam edita ſunt ſigna lethalia, tremores parui & vomitio virulenta aut æruginoſa, vt in mali acceſſione, perniciem cumulant. Tremores namque neruoſi generis offenſam ac reſolutionem ex intemperie denunciant, interdum quoque conuulſionem accerſunt, præcipuè verò ex virulenta ac maligna humorum vomitione malum geminant, nonnunquam etiam delirium aut tandem phrenitidem ſuſpectant. Quod ſequitur, οἱ ἐν τῇσι ποσίεσι ἀποψοφέοντες habent publicati codices, Regij manuſcripti, οἱ ἐν τῇσι ποσίεσι, velut ex alterius ſententiæ ſenſu, quod quidem æquius videtur. Præcipuè vero Hippocrates cùm vulgo inter lethalia delirij ſigna ſtrepitum deſcendentis potus & murmur ac difficilem deglutitionem annotare ſolet. Fit namq; vbi ex magna æſtuatione aut intenſiſſimo incendio reſiccatur œſophagus aut ſtomachus, vt ſua copia deſcendens potus, velut in cauum quoddam illabens, ſonum edat ac ſtrepitum. Quod ſignum non temerè vulgus præſentiſſimum periculum portendere auguratur, ac in Chartade febre ardente laborante, his verbis annotauit Hippocrates libro ſeptimo Epidemiῶn. [illegible]. Idem quoque in Cydis filio ægr. 7. & in Theodori vxore ægr. 27. celebrat, qui omnes cum delirio perierunt. Difficilis etiam tranſglutitio ex ſtomachi reſolutione & anguſtia, aut ex reſiccatione, aut tumore præter naturam accidit, cum ſpiritu tuſſiculoſo, quandoquidem inter reſpirandum tuſſis mouetur, dum ex potu aliquid in aſperam arteriam redundat, nec fauces peruadit, ac reſpirationi ſpiritus quidam occurſat qui tuſſim mouet. Quæ omnia cùm per ſe peſſima edant exempla, in grauibus etiam morbis & cum perfrictione maximè ſunt lethalia. C

Manuum ac pedum tumores cum rubore, perniciem denunciant.

" Τὰ ἐν χερσὶ καὶ ποσὶν ἐρυθήματα, ὀλέθρια. D

Ἐρυθήματα tumores flammeos vocat, qui interdum temerarij ſunt, interdum etiam affecta natura apparent, periculumque minantur, & ægrum cum maximis doloribus conficiunt. In extremis autem partibus apparentes rubores, deficientis iam natiui caloris ſignificationem exhibent, & morbi victoris velut erecta de illo trophæa oſtentant.

Qui vehementer efflant & reflexis ſunt palpebris, ac per ſomnum leuiter ſuſpiciunt, aurigine admodum fœdati & largius colorati moriuntur. In his album alui recrementum præcedit.

" Οἱ ἐκφυσῶντες καὶ ἀνακεκλασμένοι ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν ὑποβλέποντες, ἰκτερώδεες κατακορέες θνήσκουσι. λευκὸν διαχώρημα τούτοισι προέρχεται.

Coitio eſt empirica ex obſeruatione nata. ἐκφυσῶντες ſumi videntur qui in expiratione vehementer efflant & qui ex incendio interno aut exæſtuante thorace atræ fuliginis multam copiam expirant, magnamque reſpirationem edunt, & πνευματώδεες aut [illegible] & πνευματούμενοι dicuntur lib. περὶ διαίτης. Eſt enim ἐκφύσησις ἀθρόα τοῦ πνεύματος ἔξω φορὰ & violenta quædam reſpiratio, cuius ſunt opifices muſculi intercoſtales cum externis qui ex ſcapulis & dorſo ad thoracem pertingunt, ſuccenturiatis in opus magnis epigaſtrij muſculis. ἀνακεκλασμένοι vero dicuntur qui reflexis ac refractis ſunt palpebris, ex muſculorum qui palpebras claudunt conuulſione. Sic τὰ ὄμματα [illegible] in Prorrhetico celebrat, & in aphoriſmis ac prognoſtico διαστροφὴν, quæ ſunt grauiſſimorum morborum ac febrium aſſiduarum pernicioſa admodum ſymptomata, quæ non niſi appetito neruorum principio & valde affectis viribus contingunt. Quod ſi quis ἀνακεκλασμένους ſimpliciter perfractos, delaſſatos & viribus fractos intelligit, & ad τὰ [illegible] referat, de quibus agit Galenus Comment. ad aphor. 18. lib. 6. epidemiῶn. ſect. prima. is propriè magis languentes ac labantes vires exprimit, nec ægrum periculo eximit, cum nihilo leuioribus caſibus conflictetur, ac frequens ſit in acutis morbis ex continuo incendio & graui humorum agitatione delaſſatio, ac velut confractio. Quod ſequitur de oculorum per ſomnum ſuſpectione, magnam facultatum exolutionem ſignificat, & ab Hippocrate ſugillatur, cum τὰ ὑποφαίνοντα τοῦ λευκοῦ ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, in Prognoſt. & aphoriſmo 52. libr. ſexti. damnat. Eòque magis noſtram περὶ τῶν ἀνακεκλασμένων explicationem, de refractis ac retortis palpebris approbat. Quod eſt reliquum de largius coloratis & admodum aurigine fœdatis, alterius eſt generis, nec hoc loco niſi in malorum acceſſione admodum quadrat, & velut in diuerſa caſuum concurſione ex ſententiæ 36. prius deſcriptæ fine deſumptum eſt, niſi quòd illic [illegible], hic vero προέρχεται legitur. Codex Regius manuſcriptus ἐμφυσώμενοι habet, qua dictione τοὺς πνευματώδεας καὶ πνευματώδεις, inflatos & à flatibus diſtentos, quoſque ἐμπνευματουμένους in Exegeſi explicat Gal. intelligit, quales ferè ſunt ἰκτερώδεες, & qui ex præcipuorum viſcerum obſtructionibus & tumoribus magnam in toto meſenterio & viſcerum cauo flatuum diſtentionem ſentiunt, tandémque fatiſcentibus viribus lenta morte & aquæ inter cutem degrauatione contabeſcunt. Quam in notionem πνευματούμενοι ἰκτερικοὶ dicuntur in Prorrhetico, & φυσώδης ἰκτερώδης Apollonius ab Hippocrat. deſcribitur lib. 3. Epid. ægr. 13. poſt ſt. peſt. illicque ἐμφύσημα [illegible] annotatur, vbi plurima à nobis hanc in rem adſcripta ſunt. Caluus hanc ſententiam, quod ea quæ diuerſi ſunt generis contineret, diſtinxit ſuis exemplaribus fretus, contra tamen omnium quos videre licuit codicum fidem. E F G

In febribus vehementes mentis emotiones cum taciturnitate, in eo qui voce defectus non eſt, perniciem minantur.

" Αἱ ἐν πυρετοῖσι ἐκστάσιες σιγῶσαι μὴ ἀφώνῳ, ὀλέθριαι.

Ἐκστάσιες σιγῶσαι dicuntur inſaniæ ac vehementes mentis emotiones ſilentes & taciturnæ, αἱ μετὰ σιγῆς, qualiter ἐξίσταται σιγῇ dixit Prorrh. 54. vt melancholicas inſanias, quæ οὐ μετὰ θορύβου καὶ κραυγῆς fiunt, indicet, & valde lethales ſunt. Humoris namque bilioſi exaſſationem & ex phrenitide inſaniam portendunt, meritòque damnantur, velut οἱ ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶς in Prorrh. μὴ ἀφώνῳ autem addidit, vt vocis organorum reſolutionem, aut conuulſionem, aut aliam quamuis affectionem excluderet, quam per ἀφωνίαν in Prorrh. intelligit Galenus, eòque magis inſania vehemens ac inſignis mentis læſio denunciaretur, quam geſticulationibus, nutibus, & incompoſitis motionibus aut diſtractionibus ægri ſatis apertè proderent, etſi voce prorſus defecti non eſſent: tum etiam vt huiuſmodi vehementes mentis emotiones cum ſilentio, ab his quæ ἀφωνίαν adiunctam habent, diſtinguantur, de quibus agitur in Prorrh. H

Vbi liuores in febre fiunt, prope affore mors ſignificatur.

" Τὰ πελιδνὰ γινόμενα ἐν πυρετῷ, σύντομον θάνατον σημαίνει.

Τὰ πελιδνὰ ſunt quæ Græcis πελιώματα dicuntur, huiuſmodique liuores ſi in corporis ſummis partibus cōtingant, in breui expe-

A ctanda mors eſt. Extremam namque caloris natiui extinctionem & depopulationem præ ſe ferunt, vt in febrib. continuis ad exitium tendentibus videre eſt νεκροῦντες γὰρ δὴ καὶ σβεννύντες τὸ ἔμφυτον θερμασίας σημαίνει ἡ τῶν ἄκρων ψῦξις τε καὶ πελίωσις ἐν ὀξέσι πυρετοῖς γινομένη, vt ſcribit Gal. Com 2. in lib. 3. Epid. Cur autem eiuſmodi liuores in extremis corporis partibus magis contingant, ab aliis Interpretibus eſt abunde dictum.

67 Οἷσιν ἐν πυρετῷ ἀλγήματος πλευροῦ γινομένου κοιλίης ὑδατόχολα πολλὰ διαδιδούσης, ῥηΐζει· ἀσιτίαι δὲ παρακολουθέουσι καὶ ἱδρῶτες μετ' εὐχροίης, καὶ κοιλίης ὑγρῆς, καὶ ἡ καρδιαλγίης, οὗτοι μακρότερον νοσήσαντες περιπλευμονικῶς τελευτῶσι.

Quibus cum febre lateris dolore accedente, aluus aquoſa multa bile permixta tranſmittens alleuationem adfert, deinde vero cibos auerſantur & ſudoribus diffluunt, cum bene colorata facie ac humeſcente aluo, & dolor aliquis oris ventriculi ſuccedit, ij diutius morbum trahentes pulmonum vitiis laborantium more intereunt.

B Caſuum multorum concurſus iſte ex empirica obſeruatione ductus eſt, atque adeo fortè ex morbo laterali in pulmonum inflammationem verſo. In morbo laterali laborantibus & pulmonicis alui profluuium ſuſpectum eſt ob virium exolutionem. Aluus tamen aquea multa & biliosa exonerans, naturam aliqua ex parte alleuat, non pro ratione tamen, ideoque ad tempus aliquatenus leuantur ægri exonerata materiæ quantitate, ſed non tollitur morbus, ſtatimq; redit ferè. Cuius rei ſignificationē præbet deiecta appetentia & cibi faſtidiū, ſudoreſq; multi irriti aut nihil alleuantes, materiæq; multitudine & virium imbecillitate ferè prouocati. In tanta igitur humorū copia, vbi fatiſcentibus paulatim viribus nullam ſatis idoneam morbi ſolutionē molitur natura, non eſt abſonum diutius morbum trahentes ægros, lenta corporis conſumptione pulmonicorum more contabeſcere, aut μετὰ πνιγμοῦ καὶ ῥεγμοῦ, hoc eſt, cū ſtrangulatu & gutturis ſtridore (ſic enim ῥεγμὸν vertit Aurelianus) vt ſcribitur lib. de rat. vict. in morb. acut. Præſertim cùm ἀσιτίαι huiuſmodi, quas pro ciborū faſtidio & deiecta appetentia ſumimus (quemadmodum frequenter ἀσίτους
C pro ἀνορέκτους ponit Hippocr. naturalium functionū proſtrationem ventriculi offenſam, ac præcipuorū viſcerum nutricationi ſubminiſtrantium intemperiem denuncient. Floridus quoq; & flammeus faciei color cùm non raro ſuſpectus ſit Hippocrati, capitis repletionem & ſanguinis copiam præ ſe fert, ac nonnunquam iecoris ac lienis incommoda ſequitur, ſæpe verò ac ferè ſemper pulmonum vitia præſagit, in iiſq; malarum rubor cernitur. Quibus caſibus qui conflictantur, aſſiduis humoribus diffluunt, aluos ex humorum acrimonia irritatas & fluidas habent, ac ex perpetua in ventriculum humoris degrauatione, & humoris maligna qualitate cardialgia laborant, & de oris ventriculi dolore conqueruntur. Quapropter nihil mirum eſt eos longa in pulmones defluxione tentatos, pulmonicorum more conſumptos lenta corporis tabitudine deficere, aut tandem etiam ſuffocari. Codices quidā hanc ſententiam diuidunt in duo membra, ſed nos exemplarium pluralitatem ſecuti ſumus. Et certè non ſatis mihi videtur huius ſententiæ lectio integra, & malim κοιλίη ὑδατόχολα πολλὰ διαδιδοῦσα ῥηΐζει.

68 Πυρεταίνουσιν ἐν ἀρχῇ μέλαινα χολὴ ἄνω ἢ κάτω
D διελθοῦσα, θανάσιμον.

Febrium initio ſi atra bilis ſurſum aut deorſum prodeat, lethale eſt.

Quod hic de febribus effertur, morbis quibuslibet recentibus tribuitur aph. 22. lib. 4. eamque ſententiam his verbis exprimit Celſus. Et is conſumitur cui protinus in recenti morbo bilis atra, vel infra, vel ſupra ſe oſtendit.

69 Οἱ μετὰ καταψύξιος οὐκ ἀπύρως ἐφιδροῦντες ἄνω, δύσφοροι, φρενιτικοί τε καὶ ὀλέθριοι ἐν ὀξεῖ.

Quibus adſunt ſuperiorum partium tenues ſudores cum perfrictionibus, nec ſine febre, ij corporis incontinentia & phrenitide vexati, præceps periculum denunciant.

Paulò aliter ſcribitur hæc ſententia Prorrh. 27. & Ariſtagoræ nomine, vt in re dubia & ſola obſeruatione nixa inſignitur. Illud verò ἐν ὀξεῖ idem quod ὀξέως ſumimus cum Præceptore Hollerio, vt ſupr. ἐν ὀξεῖ καὶ διαθερμαινόμενοι ſentent. 36. aut vt in Prorrh. 86. ὀξέως
E ὀλέθριον ponitur. Poteſt & ἐν ὀξεῖ periculi indignitatem in grauibus malis ſignificare, vt paſſim & ab interpretibus ſumitur. Eſt autē malignorum ſymptomatum connexio quædam, cuius propè deſignata eſt adumbratio quædam paulò ſupra ſent. 53. Et verò per ἐφιδροῦντες febris ardentis malignæ quædam veſtigia preſſius adumbrantur vt Prorrh. 7. illic enim πυρετῷ ἐπιψυχθέντι, idem quod hoc loco μετὰ καταψύξιος οὐκ ἀπύρως, ſignificat. Codex vnus Regius manuſcriptus recentior tamen, pro ἐφιδροῦντες ἱδρῶντες habet, vitioſè tamen, vt & codex Aſulanus ἱδρώοντες, & αἱ pro οἱ, ſed tunc δύσφοροι leg. eſſet vt in Prorrh.

70 Τὰ ἐπ' ὀλίγον ὀξέα ἀλγήματα εἰς κλεῖδα καὶ τὰ ἄνω πίπτοντα, ὀλέθρια.

Dolores ſenſim ingraueſcentes, ſi ad iugulum & ſuperiores partes tranſeant, perniciem minantur.

In naturæ motibus & motionibus, velut abſceſſibus, effluuiis, & materiæ quodam depoſitu, probatur ſemper impetus qui in inferiora procumbit, vt fuſiſſimè noſtris in lib. 2. Epid. Com. oſtendimus. Sic enim in dolorum aut caſuum concurſu, qui ſuperiora
F corporis petunt, vi morbi & malignitate, non naturæ ſollicitatione fiunt, ideoque damno ſunt τὰ ἐπ' ὀλίγον ὀξέα ἀλγήματα, ſenſim ingraueſcentes dolores diximus, partim vt eorum incrementa, partim verò damnoſæ humorum tranſpoſitionis ſucceſſionem indicaremus. Poſſunt etiam ἐπ' ὀλίγον ὀξέα ἀλγήματα intelligi qui pauco tempore ingraueſcunt dolores, vt viſceris alicuius interni, aut membranæ ſuccingentis non contemnenda phlegmone intelligatur, & dolores acuti, continui & ſtabiles inflammationis magnitudinem ſuſpectent. Quo in caſu ad iugulum & caput appetitur, eoq; ad ſuperiora progreſſu peripneumoniæ in Phrenitidem tranſitus ſuſpectatur.

71 Ἐν μακροῖσιν ὀλεθρίοισιν, ἕδρης ἄλγημα θανάσιμον.

In longis periculis ſedis dolor mortem affert.

Iſtud indiſtinctè admodum prolatum (vt cætera multa) pronunciato fidem abrogat. Neque enim ſedis dolor lethalis eſt, ſed plærumque morbi ſolutionem per hæmorrhoidas procurat. Niſi igitur naturæ procuratione aut iudicationis modo fiat,
G vt in malorum acceſſione, damnandus eſt, non ideo tamen lethalis. Aut certè poſt longum & diu trahentem morbum, iam defectis viribus ſedis inflammationem plærumque ſubortam intelligit, aut in illas partes depoſitam materiam, quæ vt plurimùm exitio eſt.

72 Τοῖσιν ἀσθενέως ἤδη διακειμένοισι, μὴ βλέπειν, ἢ μὴ ἀκούειν, ἢ διαστρέφεσθαι χεῖλος ἢ ὀφθαλμὸν, ἢ ῥῖνα, θανάσιμον.

In his qui propter imbecillitatem non vident, nec audiunt, aut quibus labrum, aut oculus, aut naſus peruertitur, mors denunciatur.

Hæc ſententia ex aph. 49. lib. 4. & Prognoſt. 14. lib. 1. integritatem accipit. Neq; enim ſimpliciter mortem denunciant, ſed tum ſi in febre aſſidua fuerint, & cum aliis indiciis pondus attulerint, ex facultatis animalis ac ſenſilis internecione, mortem in propinquo eſſe ſignificant. Et iſta etiam Celſus * in mortis notis reponit ſi labra & nares, oculique & palpebræ, & ſupercilia, aliquáve ex his peruertuntur, iſque propter imbecillitatem iam non audit, aut non videt.

* *Cap. 6. lib. 2.*

H 73 Ἐν πυρετοῖσι βουβῶνος ἄλγημα, νούσου χρονίου σημεῖον.

In febribus ex glandularum tumoribus dolores morbi diuturnitatem prænunciant.

Glandularum tumores in febribus ſemper ſuſpectam habent originem, cùm viſcerum inflammationem, impuritatem, & magnam humorū corruptelam ac vitium prænuncient, ideoq; non eſt vero abſimile ex abundante & maligno humorum penu, val-

deque affecta corporis [illegible]bitudine, morbi diuturnitati velut alimentum ſubminiſtrari: idq; præcipuè humorum craſſorum & frigidiorum copiam natura in huiuſmodi glandulas, velut ad abſceſſum deponente. Alioqui certè humorum malignitate, magna viſcerum corruptela & inflammatione, non parum ſuſpecti ſunt huiuſmodi bubones, exitiumque minantur. A

Iudicationis ceſſationes in febribus, temporis quidem longinquitatem, non tamen perniciem inducunt.

74 Αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἀκρισίαι, χρονίους μὲν ἐμποιέουσιν, ἀτὰρ οὐχὶ ὀλέθριαι.

Ἀκρισίαι quæ iudicationis ceſſationes dicuntur, & nullam aut certè difficilem ſolutionem ſignificant, malignorum & crudorum humorum ſunt ſoboles, & dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut etiam morborum reuerſiones denunciant, vt ſcribit Hippocrat. lib. 1. Epid. Hæc igitur ſententia indefinita eſt, & ad doctrinæ complexionem niſi adhibitis dioriſmis parum facere videtur. Etſi enim huiuſmodi ἀκρισίαι naturæ robore morborum concoctione procurata, temporis diuturnitate in ſalubritatem verti poſſunt: par eſt tamen ad artis complexionem pronunciatorum vniuerſales notiones in conſilium adhibere, nec ſingularibus aut ſemel atq; iterum obſeruatis caſibus fidei authoritatem credere. ἀκρασίαι autem legimus ex manuſcriptis duobus codicibus, etſi quidam ἀκρισίας cum impreſſis habeant, quidam etiam ἀκρασίας, quam lectionem adhibuiſſe videtur Caluus. ἀκρασία autem Hippocrati victus intemperantiam & incontinentiam ac luxuriam ex multa cruditate, crapula, venere, aliiſque id genus ſignificat, interdum etiam motionis impotentiam quandam ac virium exolutionem. B

Ex vehementibus doloribus obortæ febres, diuturnæ.

75 Οἱ δὲ ἐξ ἀλγημάτων ἰσχυρῶν πυρετοὶ, πολυχρόνιοι.

Hæc quoque ſententia circumſcriptionem aut diſtinctionem requirit. Vehementes enim & acres dolores plærunque è medio ægrum ſuſtulerũt, velut ægr. 9 lib. 1. Epid. Quòd ſi à materia multa, cruda & craſſa, affectis etiam viſceribus originem febres duxerint, ad illius concoctionem temporis diuturnitatem intercedere non temerè exiſtimandum eſt.

Dementiæ in quibus ægri ſunt tremuli, aut aliquid inueſtigantium more ſenſim contrectant aut palpãt, phrenitim prænunciant. Quin & ad ſuram dolores, in his mentem emouent.

76 Αἱ τρομώδεες, ψηλαφώδεες παραφροσύναι, φρενιτικαί. καὶ οἱ κατὰ γαστροκνημίην πόνοι ἐν τούτοισι, γνώμης παραφορέουσι.

Sententia eſt 34. Prorrhetici in qua phrenitidis obſcurum genus quoddam depingitur, pauloq; aliter enunciatur. Quomodo autem phrenitim ſimpliciter, aut etiam eam vehementem prænunciet, explicat Galenus in Prorrhetico. Quod ſequitur de ſuræ doloribus ex ſententia 36. Prorrhetici huc translatum, & prius ſentent. 30. expreſſum, nullam neceſſitatem inuehit. Neque enim delirium portenditur, niſi ex materia relicta ſura caput petat. Caluus hanc ſententiam cum ſuperiore obſcurè admodum coniungit. C

Qui in febre aſſidua voce defecti iacent, & oculis cõniuentibus nictantur, hi euadũt quidem ſi poſt ſanguinis ex naribus fluxum ac vomitum, ad loquelam & ad ſeipſos redeant. Sin verò ſecus accidat, cum ſpirandi difficultate celeriter intereunt.

77 Ὅσοι ἐν ξυνεχεῖ ἄφωνοι κείμενοι, μύοντες σκαρδαμύσσουσιν, ἢν αἵματος ῥυέντος ἐκ ῥινῶν ἐμέσαντες φθέγξωνται, καὶ παρ' αὐτοῖσι γένωνται, σώζονται. μὴ γενομένων δὲ τούτων, δύσπνοοι γενόμενοι ἀποθνήσκουσι συντόμως.

Vocis defectio in febre aſſidua virtutis animalis oppreſſionem ſignificat, occupato à materiæ copia neruorum principio, ex cuius quidem degrauatione oppreſſa natura, motionum efficacitates implicatas habuit, ex eaq; imbecillitate nictationes & oculorum conniuentiæ originem traxerunt, vix ſeſe aperientibus oculis ac ſubinde claudentibus, velut in dormiturientibus ac ſomno depreſſis accidit, vbi ſe continere volunt, neq; tamen præ grauitate poſſunt, ſed ſubinde oculos claudunt & aperiunt. Quod ſi nictationes illas ad continentem genarum motum, quo aſſiduè conniuent oculi, referas, poterit oculorum inſtabilitas, inconſtantia & volubilitas ſubindicari, atque ex humoris cerebrum afficientis qualitate delirium ſignificari. Oculi namque incontinentes & inſtabiles (quales ἀστηρίκτους καὶ ἰλλαινομένους vocant, quique τοῖς παγίοις opponuntur) mentem è ſede conſtantiæ deturbatam portendunt, ex Hippocratis doctrina. Naturæ igitur onere leuato, & per ſanguinis effluuium depleto cerebro, ac vomitione humorum abundantia refuſa, nil mirum eſt morbi ſolutionem ritè atque ordine procuratam, vocemq; expeditam, & mentem eſſe redditam. Alioqui credibile foret humorum copiam in pectus & pulmones illapſam, ſpiritales anguſtias præcluſiſſe, ac ægrum difficultate ſpirandi breui iugulaſſe. Cæterùm cùm μυῶν genarum oculos integentium ſit officium conniuere, vt παρδαμύσσειν nictari ex Plinio diximus. Eſt autem σκαρδαμύσσειν & καρδαμύσσειν (vtrumque enim ſcribitur Erotiano) τὸ συνεχῶς τὰ βλέφαρα κινεῖν. [illegible] Codex vnus manuſcriptus Regius, ἢν αἵματος ῥυέντος ἐκ ῥινῶν ῥύῃ, legit quam lectionem ſequitur Aſulanus, vitioſè tamen. D

Qui acceſſione correpti, poſtero die, grauius habent, iis malum denunciatur.

Οἱ λαβόντες ἐς τὴν αὔριον παροξυνθέντες, κακόν. E

Λαβόντες Hippocrati inſolente phraſi, acceſſione correptos, aut quos febris inuadit, ſignificare videntur, cum λαβὴ ἐπίληψιν, & λῆψις febrium inſultum non inſolenter eidem [a] denotet. Morbi igitur acuti, in quos febrium inſultus cadunt, cum ferè diebus imparibus vexent, & motum naturæ ſubeant, ſi poſtero die ingraneſcunt, aut paribus diebus morbus moueatur, malum aut diuturnitas portenditur. Scribitur namque in aph. τὰ ἐν ἀρτίῃσι κρινόμενα δύσκριτα καὶ φιλυπότροπα. Cornarius λαβόντες tanquam διαλαβόντες ſumit.

[a] *Lib. 1. epid. conſt. 2.*

Quibus tertio die ſubſiſtit acceſſio & quarto ingraueſcit, malum denunciatur. Ac metus eſt ne huiuſmodi acceſſiones phrenitim inducant.

79 Τρίτην ἐπισχόντες τετάρτην παροξυνθέντες, κακόν. ἆρά γε καὶ φρενιτικοὶ οἱ τοιοῦτοι παροξυσμοί.

Ἐπισχόντες dicuntur quibus febrilis acceſſio ſubſiſtit, inhibetur, reprimitur aut differtur, ac intermittit. Quæ ſi quarto die ingraueſcit, morbi incrementum ac malignitatem denuntiat, quod iudicij ſpem opprimat. Neq; tamen neceſſe eſt huiuſmodi acceſſiones in phrenitim incidere. Quidam ἐπισχύοντες legunt (vt volebat Præceptor Hollerius) ac de acceſſionibus inualeſcentibus & vires ſumentibus die tertio intelligunt. Quæ ſi quarto die ingraueſcunt, in ſuperioris ſententiæ notionem cadunt. F

Febres ſi alio die quam iudicatorio deſierint, recidiuam metuere oportet.

80 Ὁκόσοισιν ἐκλείπουσιν οἱ πυρετοὶ μὴ κατὰ κρισίμους, ὑποστροφικόν.

Hæc ſententia quæ dierum indicatoriorum dignitatem commendat, confirmatur à Galeno Com. ad aphor. 61. libr. 4. vbi pro imparibus diebus iudicatorios accipi vult. In Prog. verò ad exactam iudicij diſciplinam, bonæ ſolutionis ſigna etiam requirit. ὁκόσοισιν οἱ πυρετοὶ παύονται, μήτε σημείων γενομένων λυτηρίων, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν, ὑποστροφὴν προσδέχεσθαι χρὴ τουτέοισιν. Quod poſtea hic etiam repetitur. Qua de re plura quoque à nobis ſcripta ſunt Commentariis noſtris in lib. 2. epid. ſect. 5.

Qui circa initia tenuiter febricitantes, ad iudicationem cum capitis pulſatione & vrina tenui ingraueſcunt, eos mentis emotione ac inſuper peruigilio corripi nil mirandum eſt.

81 Οἱ ἐν ἀρχῇ λεπτοὶ μετὰ κεφαλῆς σφυγμοῦ καὶ οὔρου λεπτοῦ, περὶ κρίσιν παροξυνόμενοι, θαῦμα δὲ οὐδὲν εἰ καὶ παρακρουστικοὶ καὶ ἐπ' ἀγρυπνίην ἔλθοιεν.

A Λεπτῶς hic accipimus τοὺς κατὰ λεπτὸν πυρέσσοντας eos qui tenuiter ac leuiter febricitant, non ſecus ac τὰ κατὰ λεπτὸν ἀλγήματα, τὰ ἀσθενῆ explicantur Galeno in Prorrh. hoc eſt tenues aut leues dolores. Eos igitur qui tenui & debili in ſpeciem febre corripiuntur (βληχρὸν ἢ χλιαρὸν πυρετὸν vocat interdum Gal.) ſi poſtea ingraueſcunt cum capitis pulſatione & vrina tenui, nil mirum eſt delirio ac peruigilio vexari. Capitis namq; pulſatio humorum acrium & calidorum in cerebro agitationem ac raptum cum vrina tenui ſignificant, quod in mente emotis quotidie experimur. Ac certè videtur hic febris ea exprimi, quæ ex magna humorũ inæqualitate, & ex crudis craſſis plurimiſq; bilioſis & acribus ſuccis permixtis originē traxit, & deſcribitur lib. 4. de rat. vict. in morb. acut. cũ iiſdem penè caſibus delirium ſuſpectans, niſi quòd illic vertiginis meminit. Quo certè ſententia iſta rectè referri poſſe videtur. Nil autem refert num ἐν ἀγρυπνίῃ cum quibuſdam codicibus legamus, ac mentis emotionem cum peruigilio affuturã intelligamus, nũ verò ἐπ' ἀγρυπνίῃ inſuper etiam peruigilium cum delirio indicet. Quam lectionem cum publicatis retinuimus. Sunt autem qui hic λεπτοὺς τοὺς λελεπτυσμένους ἢ συντετηκότας hoc eſt emaciatos & conſumptos intelligant, non video tamen quonam illud τρεῖς χεῖνε [illegible] referant. Sed ſanè λεπτοὶ οἱ λεπτῶς πυρέσσοντες intelligi videntur, quod de leui febre nec dum incendij ſigna edente dicitur, quæ poſtea ad iudicium commota natura ingraueſcit, tuncq; malignitatem & æſtum prodit. Quod ſatis indicat ὁ τῆς κεφαλῆς σφυγμός. Etſi enim ad vehementes capitis dolores & arteriarum vibratum ex feruidiore materia ſublatis vaporibus refertur: ſolet tamē vulgi more hac nota ſæpe febris antea moderatæ & latentis intenſionem ac motum denotare. Velut lib. 7. epid. crebro per κροτάφων σφυγμὸν febris obſcuræ præſentiam arguit, quæ vix alioqui niſi capitis & temporum pulſatione deprehenderetur, vt in Polycrate, Pythodoro, & Eratolai puero.

B

82 Ἐν ὀξέσι κίνησις, ῥιπτασμὸς, ὕπνος ταραχώδης, σπασμὸν ἐνίοισι σημαίνει.

In præcipitibus malis, corporis motio, iactatio ac turbulentus ſomnus, nonnullis conuulſionem portendit.

Κίνησις hic abſurdam in ægri motionem indicat, vt ῥιπτασμὸς corporis iactationem & incontinentiam, ἀτονίαν ἢ ἀνίαν exponit Galenus in Exegeſi cum ægri ἀσημάντως ἐπιρριπτοῦσι iacent, vt idem ſcribit in Prognoſtico, aut ἀλύουσι, δυσφοροῦσι ἢ ἄλλοτε ἄλλως ἔχουσι, lib. de rat. vict. in morb. acut. Sunt autem ea ſymptomata efferueſcentium & exagitatorum in corporis cauo & ventriculo humorum acrium indicia, & τὴν χάλασιν τοιαύτην ἐπιφέρουσιν δυνάμεως præ ſe ferunt, vt etiam ibidem ſcribit Gal. Ex quibus poteſt delirium induci, poteſt etiam conuulſio ſignificari, ſi materia ad neruos decumbat.

C

83 Αἱ ταραχώδεις θρασύτητι ἐγέρσιες παράφορες, πονηρὴ, καὶ σπασμώδεες. ἄλλως τε καὶ μεθ' ἱδρώτων. σπασμώδεες δὲ καὶ τραχήλου καὶ μεταφρένου ἐκλέουσαι ψύξιες, ἀτὰρ καὶ ὅλου τοῦ σώματος, ἐν τοῖσιν ὑμενώδεες οὐρήσιες.

Turbulentæ cum confidentia expergefactiones, quæ mentem emouent, malo ſunt, ac conuulſiones minantur, præſertim vero ſi cum ſudore contingant. Quin & ceruicis ad dorſi perfrictiones, cõuulſiones portẽdere videntur, ac multo magis quæ totum corpus peruadunt, in quibus mictiones membranularum ſpeciem referunt.

D

Hæc ſententia ex duobus Prorrh. 112. & 113. conflata eſt, neq; tamen maiorem meretur fidem. Tumultuoſæ namq; ac confidentes per ſomnum exurrectiones, ſiue cum ſudore, ſiue citra ſudorem contingant, conuulſionem nulla ex neceſſitate prædicunt. Quam tamen magis ſuſpectant ceruicis & dorſi perfrictiones, ac multò magis quæ totum corpus peruadere videntur (etſi eam neque neceſſariò prænunciant) præſertim verò in quibus pelliculoſæ ac membranaceæ mictiones apparent, quæ crudam multam ac frigidam materiam neruos appetentem ſignificent, interdum verò ſummam corporis colliquationem ac neruoſi generis conſumptionem denotent. Quibus affectibus non temerè conuulſiones ſuccedere in dies videre licet. In eamq; ſignificationem mihi potius ſumi videntur ὑμενώδεες οὐρήσιες, quæ vel neruoſi generis colliquationem, vel materiæ neruos appetentis qualitatem demõſtrent, quàm ſi ex Prorrhetico aut codicibus manuſcriptis ἀφρώδεας τε ἀυτῶδες, aut ὑπώδεες legas. Etſi namq; ὑπώδεες οὐρήσιες quibuſdam crudæ & incoctæ intelliguntur, mihi tamen vero ſit ſimile apud Galenum in Prorrhetico ὑπώδεες pro ὑμενώδεες vitioſè eſſe ſcriptum, cùm ſcribit, ὡς μέσα δ' ἀμφοῖν ὑπώδεα ζητεῖν. ὑμενώδεα enim facili lapſu legendum exiſtimo, ac eam lectionem à Galeno ſignificari auguror, qua ὑμενώδεες οὐρήσιες mediæ coniecturæ inter ἀφρώδεες ac ὑπώδεες ad conuulſionem denotandam ponuntur, eaſq; intelligi quæ craſſam quandam materiam, crudam & flatulentam continentes, returbatæ membranis ſimilia quædã ramenta conuehunt, aut quæ viſcidam & frigidam pituitam membranis ſimilem vacuant. Neq; vero ὑπώδεες οὐρήσιες apud Hippocratem temerè vſpiam reperiuntur, & poſtea hoc præſagio ὑμενώδεα οὖρα conuulſionem denunciare ſcribitur. Quanquam etiam poſtea ſent. 264. vbi eiuſdem ſententiæ pars quædam repetitur, ὑμενώδεες οὐρήσιες ponuntur & à nobis probantur. Ἀλύουσι autem melius ex Prorrhetico quam Ἀλύουσι hic legatur.

E

84 Αἱ ἐν κώμασι παραχρήσιες, σπασμώδεες.

Deſipientiæ cum ſopore conuulſiones minantur.

F Obſcurum deſipientiæ genus ac ἀδιόρατον παρακρούσιες innuuntur, cum graui ſopore & torpore oppreſſi ægri inſaniæ ſpeciem eludunt, & magna in ſomnum degrauatione delirium celant. Quod tranſmutationis genus & periculi plenum, paſſim ab Hippocrate damnatur. Qua de re ſcribit Galen. initio Prorrh. & in fine Com. 1. in Prorrh. & ſatis multa diximus noſtris in lib. 3. epid. annot. Hic enim, vt alibi paſſim, κώματος nomine καταφορὰ intelligenda eſt, vt teſtatur Gal. in Prorrh. & in cap. 4. & 5. libelli περὶ κώματος. Cum igitur eiuſmodi in ſomnum degrauatio magnam habeat materiæ inæqualitatem frigidam nempe putreſcentem ex qua ſopor excitatur, & calidam ac acrem permixtam deſipientiæ cauſam, phrenitis peſſima plærunque, interdum mors non ſine conuulſionis miſerabili ſpecie denunciatur. Codices impreſſi ἐν κώμασι habent, ſed κώμασι cum interpretibus & manuſcriptis Regiis legimus. Quod vitium aliàs apud Hippocratem frequens eſt.

85 Αἱ ἐξ ὀλίγου θρασεῖαι παρακρούσιες, θηριώδεες, καὶ σπασμοὺς δὲ προσημαίνουσιν.

Quæ ſenſim feroces fiunt mentis emotiones, in ferinas euadunt. Quin & conuulſiones quoque prænunciant.

G

Sententia eſt 26. Prorrhetici, in quo conuulſionis nihil meminit. Sed huiuſmodi inſaniæ ac ferinæ deſipientiæ ferè cum conuulſionibus mortem afferunt. Quarum etiam meminit Prorrh. 123. quod etiam iſtius ſententiæ expreſſam habet effigiem, & poſtea repetitur hoc præſagio.

86 Ἐν τοῖσι μακροῖσι κοιλίης ὄγκοι ἐπαρθέντες, σπασμώδεες.

Temerarij ventris tumores in morbis longis conuulſiones afferunt.

Tumores ventris qui præter modum ac præter rationem fiunt, cùm heterogenei ſint generis, nihil habeat cum conuulſionibus commune, ideoque temerè adſcriptum videtur, vt ex hydropicis videre eſt, qui pluribus tumoribus abundant. Videtur verò ex Prorrh. 98. & 99. adumbrata hæc ſententia. ἔπαρμα autem idem quod ὄγκωμα, tumorem omnem præter naturam Hippocrati ſignificat.

87 Τὰ αὐθωρὶ ταραχώδεα, ἄγρυπνα, ὅπισταζόντα ἐκ ῥινῶν, ἑκταῖα καὶ ἐφιδρῶντα νύκτα, ποιέοντα δὲ ἐς τὴν αὔριον, ἐφιδρώσαντα, κατενεχθέντα, παρακρούσαντα, αἱμορραγὴς λάβρως, λύει τὰ πάθεα. τὸ ὑδατῶδες οὖρον τοιούτου σημεῖον.

H

Qui ſtatim ſine ratione perturbãtur, peruigiles ſunt ſanguinē è narib. ſtillãtes, ſexto die noctu alleuãtur, poſtridie vero laborãtes tenui ſudore correpti & in ſomnũ delati delirãt, iis larga ſanguinis è narib. profuſio morbũ ſoluit. Cuius rei indicio eſt diluta vrina.

Concurſio eſt empirica quæ in vnius aut alterius ægri obſeruatione hæmorrhagiæ ſigna plurima ſimul contulit, eamque futuram prædicit. Credibile vero eſt hoc in morbo magnam ineſſe vim craſſioris ſucci melancholici, ad atram bilem accedentis. Ῥεμβώδεις autem ægri dicuntur οἱ ἀλόγως περιπλανώμενοι, quod eſt indicium mentis leuiter oblæſæ, & phrenitidis rudimentum quoddam. Repetitur hæc ſententia Prorrh. 131. A

88 Qui cum his quæ ſupra dicta ſunt furioſa & vehementi mentis emotione tenentur, ij ſi tremuli euadunt, malignè habere iudicantur.

μετὰ τῶν εἰρημένων, τῶν ἐξισταμένων μελαγχολικῶς, οἷς τρομώδεες γινόμενοι, κακοήθεες.

Contingit interdum vt exuſto ab atra bile reſtitante ſanguine, nec dum liberaliter ſatis effuſa per nares materia, ægri in furioſam & vehementem mentis emotionem efferantur, quæ ἔκστασις μελαγχολικὴ, poſteaq; φρενῖτις Hippocrati dicitur. Appetito igitur huiuſmodi humore neruorum principio, atra bile perciti fiunt, ac tremuli euadunt, tuncq; malignè admodum habent, parumque ſperabilis vitæ ſalus eſt. Rectè igitur hæc ſententia ſuperiori iungitur, licet & per ſe efferri poſſit, vt Prorrh. 14. & paulò poſt. Caluus pro κατοχέθεσι περιοχέθεσι aut aliud quid legiſſe videtur. B

89 Deſipientia cum difficultate ſpirandi & ſudore lethalis eſt. Quinetiam cum difficultate ſpirandi & ſingultu, mortem adfert.

Παραφροσύνη ἐν πνεύματι καὶ ἱδρῶτι θανατώδης. θανατώδης δὲ καὶ ἐν πνεύματι καὶ λυγμῷ.

Ἐν πνεύματι ex manuſcriptis codicibus Regiis legimus cum interpretibus. πνεῦμα autem Hippocrati ſimpliciter elatum difficultatem ſpirandi ſignificare teſtatur Galenus lib. 3 περὶ δυσπν. & in Exegeſi, vt πνευματώδεις & πνευματίας anhelatores & ſuſpirioſos vocat, interdum τοὺς πνευματώδεις, hoc eſt, τοὺς μέγα καὶ πυκνὸν ἀναπνέοντας, vt exponit Galen. Com. 3. in Prorrh. Huiuſmodi igitur reſpiratio incendium internum ac inflammationem cùm denunciet, non longè abeſt à periculo, diffluentibus ſudore ægris ex virium imbecillitate. Neq; tamen cuiquam mirum videri debeat, hoc difficultatis ſpirandi genus quo increbreſcit ſpiritus, cum delirio hic iungi, quod delirij magnitudinem inflammationis internæ cauſa ſuperet, ideoq; leui παραφροσύνης appellatione deſipientiam eleuet. Quod multis in locis Hippocrati aliàs familiare eſt, vt ſatis conſtat ex Galeno lib. 3. de diff. ſpirandi, & nos in Epidemiis ſcripſimus. Singultus quoq; in huiuſmodi reſpiratione, quod ad internam phlegmonem inſignem ac præcipuè hepatis conſequatur, ex aph. 58 lib. 5. & aph. 17. lib. 7. non temerè mortem intentat, cùm etiam conuulſionis rudimenta præ ſe ferat, humorum acrimonia & feruore irritato ventriculi oſculo, inſignibus ad ſenſum neruis prædito. Quòd ſi quis communem & publicatam lectionem retineat, de thoracis ſuppuratione intelligenda veniet, quando puris huiuſmodi collectio ex concepto incendio delirium excitabit, & dimanantibus ſudoribus ægrum ad exitum perduxerit. C

90 Quæ in phreniticis manifeſta apparent inſomnia, probanda ſunt.

Ἐνύπνια τὰ ἐν φρενιτικοῖς ἐναργῆ, ἀγαθά. D

Sententia eſt Prorrhetici 5. quæ tamen hic aliam habet notionem. Sunt autem phreniticis inſomnia manifeſta, quæ turbulentis & perturbatis opponuntur. Ea vt variam & confuſam vaporum materiam in cerebrum ſublatorum, ita magnam corporis perturbationem ſignificant. Quæ verò manifeſta ſunt & euidentia, ac veris ſuis formis animæ prætenſa, ea animi firmitudinem ac minorem quoq; perturbationem, tum ſtabilem humorum & ſpirituum ſedationem præ ſe ferunt. Aut certè quæ in phreniticis apparent manifeſta inſomnia ad phrenitidis denunciationem valere exiſtimandum. Eoque ſenſu cum Prorrhetico conſentiet hoc præſagium. Codex vnus manuſcriptus Regius pro ἐναργῆ ἀγαθὰ non ſine mendo legit, cuius lectionis etiam meminiſſe videtur Caluus, qui vtranque lectionem adhibuit.

91 In phrenitide albicans deiectio ac torpor, malum denunciat. His ſuccedens rigor peſſimus.

Ἐν φρενίτιδι διαχωρήσιες λευκαὶ, καὶ νωθρότης κακόν. ῥῖγος τουτέοισι κάκιστον. E

Huius ſententiæ explicatio ex Prorrh. 13. aſſumenda eſt. Illis namq; Actheratis nomine, & particulæ (ἆρα) additione quodammodo in dubium vertitur, & in obſeruatione empirica fidem tuetur. νωθρότης autem quæ eſt animalium functionum ac ſenſationum ſymptoma, cùm ex frigidis, craſſis, glutinoſis, & tardis ſuccis originem ducat, non temerè huiuſmodi caſibus ſuccedit. Præceps namq; vitalitatis exitium, ac calidi natiui omnimodam extinctionem deſultorij huiuſmodi caſus ac tranſmutationes ſignificant, velut ex phrenitide & continuis vigiliis, veternus, ignauia & ſopor. Si. νωθρὰ κωματώδεα in phreniticis lib. 3. Epid. in ſt. peſt. exitium attulit. In his rigor cùm viribus iam confectis accidat, non iudicationis ratione, perniciem denunciat, quod etiam vulgus agnoſcit, & damnatur Prorrh. 35.

92 In Phreniticis cùm omnia circa initia moderatè & ſedatè ſe habeant, ac ſubinde permutentur, malum denunciatur.

Ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇσι τὰ ἐπιεικῶς ἔχοντα, πυκνὰ τε μεταπίπτοντα, κακά. F

Ex Prorrh. 12. videtur hæc petita ſententia & aliquantulum diminuta. Crebras verò in phreniticis permutationes etiam Prorrh. 28. damnat, vbi & quænam hic crebræ permutationes intelligantur, Galenus fuſiſſimè explicat.

93 In vehementi & furioſa mentis emotione accedentes tremores, exitio ſunt.

Τῶν ἐξισταμένων μελαγχολικῶς, οἷς τρόμοι ἐπιγίνονται, κακόν.

Hæc ſententia cum Prorrh. 14 & ſententia 88. paulò antè expreſſa conuenit. In atra enim bile percitis tremores cum neruoſi generis intenſam reſiccationem ac motionis imbecillitatem præ ſe ferant, extremam perniciem denotant. Quare τὸ κακὸν hic exitio eſſe diximus, quod κακοῦ in tanti mali ſignificatione nimis leue eſſe ſcripſerit Gal. & τὸ κακόηθες expoſuerit.

94 Vehementi inſania detenti, tremuli, cum crebra ſputatione, metus eſt ne phrenitici euadant.

Οἱ ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶς, τρομώδεες γινόμενοι καὶ πτυαλίζοντες, ἆρά γε φρενιτικοί. G

Πτυαλισμὸς frequentem ſputationem & crebram oris ſaliuationem ſignificat, quæ ex humidiore ac imbecilliore ventriculo, tunicæ continuitate os humectante, aut ex cerebro in palatum humoris copiam refundente oritur, vt ſcribit Gal. Com. in Prorrh. 1. In phreniticis verò plærunque annotatur ob laborantem mentem, vt ἀνόχευμα πτυάλου, præſertim ſi vtraque ſit inanis & irrita. Etſi interdum etiam ex meningum cerebri inflammatione, tenuis humoris vt ichoris aliquid in palatum & fauces exudare conſpicitur, velut in pleuritide & ophthalmia laborantibus oculis accidit. Cùm igitur libri huius autor diſperſa phreniticorum ſigna temerè colligeret, πτυαλισμὸν ex Prorrh. 13. & 31. huc adſcripſit, etſi vero ſimilius eſt vomitionem ab huiuſmodi crebra oris ſaliuatione quā phrenitidē ſperari oportere. Codices Regij manuſcripti omnes has duas ſententias (vt par eſt) coniungunt, vnamq; hoc modo efficiunt. Οἱ ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶς τρομώδεες γινόμενοι, πτυαλίζοντες, ἆρά γε φρενιτικοί. Quam lectionem ſecutus videtur Caluus.

95 Vehementer & acutè mente emoti, ſi febris iterum repetat, phrenitici euadunt.

Οἱ ἐκστάντες ὀξέως ἐπιπυρέξαντες, φρενιτικοὶ γίνονται. H

Sententia eſt 15. Prorrhetici, vbi ἐπιπυρέξαντες σὺν ἱδρῶτι legitur. Codices manuſcripti duo Regij ἐπιπυρέξαντες ὀξέως legunt, non ſine ratione. Cuius lectionis meminit Gal. in Prorrh.

96 Phrenitici parum bibunt, ex leuibus ſtrepitibus facilè irritantur, tremuli ſunt aut conuulſionibus tentantur.

Οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται, ψόφου καθαπτόμενοι, τρομώδεες ἢ σπασμώδεες.

Βραχυπόται

A βραχυπότῃ ex Prorrh.16.legimus,duobus codicibus manuſcriptis nixi.Quin & Galen.lib.3.περὶ δυσπ. & lib.5.loc.affect. in phrenitidis notione βραχυπότας legit. Aretæus quoq; in Phrenitidis curatione βραχυπότας phreniticos facit, hoc genus phraſis exprimens,etſi alio ferè ſenſu.Cæterùm captæ mentis indicium eſt rara in phreniticis potio,cùm magna linguæ reſiccatio, & affectio calida & ſicca inexplebilem ſitim faciat,cuius extinctio animalium ſenſationum proſtrationē præſagit. Exemplarium bona pars βραχύποτοι legit,quam lectionem vt ſuſpectam aſteriſco ſubſignat Aſulanus,eamq; ſequuntur interpretes & βραχύποτοι ψόφου πτοώδεες φρενιτικοὶ intelligunt,οἱ βραχύποτοι ψόφῳ πτοώδεες,qui vel minimis ſtrepitibus irritantur & percelluntur, quòd ab his vel nullo negocio in furorem agantur,& in totum abalienentur. ἐξαίσσουσι γὰρ ἐπὶ ψόφον καὶ ... φρενιτικοὶ vt ſcribit Aretæus.Galenus quoq; in Prorrhetico τοὺς δὲ βραχύποτας ὑποπτευομένους interpretatur,quod maximè ſint ſuſpicaces & facilè irritabiles,ideoq; vel re leuiſſima ſtatim perturbentur,& quouis ſtrepitu promptè deterreantur.Alias autem vocis huius notationes in Prorrhetico adB ſcripſimus. Sunt qui iſtud etiam ad ſtrepitum qui inter bibendum editur & ſonum qui interlambenduū ex potione auditur referunt,cuius cauſa in ſummam œſophagi reſiccationem reiicienda eſt. Tremoribus autem & conuulſionibus tentantur phrenitici ingraueſcente morbo & prope iam affectis viribus,ex inſuperabili neruoſi generis imbecillitate & reſiccatione.οὐχ ἥκιστα δὲ τῶν ἄλλων τοῖσι φρενιτικοῖσι τὸ σῶμα ... μάλα γάρ τοι ... φρενιτικοί,vt ſcribit Aretæus in phreniti dis curatione.

97 Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι πανικῶς τρομώδεα, θανάσιμα. In intenſa phrenitide tremores lethales.

Tremores in phreniticis multis reſcriptis ſigillantur ab Hippocrate,valdeq; iis affectis accidunt & ad extremam perniciem adductis,vt ſcribit Galenus Comm.1.in Prorrh.in coſq; frequenter deſinunt,vt teſtatur Prorrh.9.ex quo tranſlata eſt hæc ſententia. Mirum tamen ſubit cur contra Galeni mentem πανικῶς τρομώδεα iunxerit Caluus.

C 98 Αἱ περὶ τὰ ἀναγκαῖα παραφροσύναι, κάκισται, αἱ ἐκ τούτων παροξυνόμεναι, ὀλέθριοι. Deſipientiæ quæ circa neceſſaria fiunt peſſimæ, & quæ ex his ingraueſcunt,exitium portendunt.

Mentis error qui fit circa opinabilia & quæ δοξαστὰ aut ἔνδοξα vocant,leuius malum facit,quàm ſi in neceſſariis & his quæ æternitatē à natura nacta ſunt alienatio fiat. Tunc enim planè depoſitam mentem & valde læſam,ac bile occupatam iſta ſignificãt, quæ promptiſſime concepto incendio in atram vertatur, & μανίας ſeu παραφροσύνας aut θρασύτητας inuehat,cùm leues illæ deſipientiæ veluti madidorum aut ægrorum vanæ ſpecies,ex efferueſcente ſuccorum beneuolentia ortæ,momentaneos caſus faciant. Sic ioculares deſipientiæ & quæ cum riſu fiunt minus ſuſpectæ ſunt,quàm quæ graues & ſeriæ,& quæ cum ſtudio fiunt, vt ſcribitur aphor.53.lib.6.Hic ergo ἀναγκαῖα dici videtur τὰ σπουδαῖα. res graues & ſeriæ,aut actiones vitæ neceſſariæ. & quæ vitam tuentur, quarum certe negligentia valdè ſuſpecta eſt. Sunt & ἀναγκαῖα Hippocrati, quæ dicuntur violenta & quibuſvis adhibetur,& ἀναγκαῖα quibus vis omnis continetur,libris de fract.ἀνάγκην etiam Erotianus ... ex Bacchio pon ſcribit. Quę certè nullum hic D habent locum. Non igitur abs re quæ ex his ingraueſcunt deſipientiæ,exitio ſunt,quod in vehementes & furentes mentis emotiones tendant. Quidam codices has ſententias,diſtinguunt,verùm mihi aptè coniungi videntur. Codices Regij manuſcripti,αἱ ἐν τούτοις παροξυνόμεναι legunt,eodem prope ſenſu.

99 Αἱ ἀγριώδεες, φωνῇ κλαγγώδεες, γλώσσῃ σπασμώδεες, καὶ αὐτοὶ τρομώδεες, μετέωροι, ἐξίστανται. σκληρυσμὸς τούτοισι ὀλέθριον. Deſipientiæ cum voce ſtridula,linguę reuulſione, ac ipſi quoque tremuli,vehementem mentis alienationem ſignificant. In his durities aut aſperitas perniciem minatur.

Sententia eſt Prorrh.19.à Galeno explicata,vbi tremor ad linguam & vocem refertur,quæ fit tremula & interciſa,reuulſis præ ſiccitate neruis vocalibus. Intremiſcit vero lingua,ob nimiam ſiccitatem impotenti animali facultate:ac tremori coniuncta eſt conuulſio,reſiccatis muſculis & ad cerebri intemperiem compatientibus.Hic verò tremor ad ægros & totum corpus refertur, E quod ſymptoma phreniticis ob nimiam reſiccationem familiare eſt & paſſim annotatur. Ad quam totius quoque corporis, aut cutis ſcabrities & aſperitas conſequitur. Hicquoque Cornarius lectionem Prorrhetici ſecutus videtur,& γλώσσῃ σπασμώδεες, & αὐτοὶ τρομώδεες γινόμενοι legiſſe.

100 Αἱ προεξαδυναμησάντων παραφροσύναι, κάκισται. Deſipientiæ quæ iam admodum fractis & debilitatis viribus ſuccedunt,peſſimæ ſunt.

Sententia eſt Hippocratis Oeconomiam redolens,ex Prorrh.9.tranſlata, nulla tamen (vt illic) nominis circumſcriptione deformata. Sunt autem οἱ προεξαδυναμοῦντες (vt exponit Gal.Com.3.in Prorrh.) οἱ προκαμόντες τὴν δύναμιν, καὶ οἱ μὴ ἐκλύοντες. Codices manuſcripti Regij in Prorrh. προεξαδυναμοῦντων pro προεξαδυναμησάντων legunt,paulum à genuina deflexa lectione, ex quibus προεξαδυναμησάντων legi debere coniiciendum eſt,non immutata notione,niſi recepta eſſet omnibus codicibus & Galeno poſtrema F lectio.Sunt namq; προεξαδυναμοῦντες iam longè antè defatigati & fracti,velut viribus deficientes,vt ὑπὸ λιμοῦ ἐξαδυναμοῦντες dicuntur fame enecti,confecti,& qui præ fame deficiunt. Et hæc quoque Erotiani eſt lectio,qui προεξαδυναμησάντων alia notione ſumit pro iis qui antea voce defecti ſunt.

101 Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι πυκνὰ μεταπίπτοντα, σπασμώδεα, πονηρά. Crebræ in phreniticis permutationes, conuulſiones denunciant,ac prauæ ſunt.

Sententia eſt Prorrhetici 28.fuſiſſimè à Galeno explicata. Caluus duplicem appoſuit huius præſagij verſionem, parum tamen Hippocratis mentem eſt aſſecutus.

102 Οἱ ἐν φρενιτικοῖσι μετὰ καταψύξιος πυαλίζοντες, μέλανα ἐμέουσιν ἢν δὲ δόσοι. Crebræ in phreniticis cum perfrictione ſputationes,nigrorum vomitionem prænunciant.

G Aliis verbis,eadem tamen notione,effertur Prorrh.31.πτυαλισμοὶ inter vomitionis ſigna accenſentur ab Hippocrate, cùm exonerandæ materiæ in ventriculo ... quod ſeroſius eſt regurgitat,crebraq; ſaliuatione expuitur. κατάψυξις quoq; quæ totius corporis perfrictionem indicat,co... naturam ad motum & noxiorum expulſionem ſignificat, interdum etiam humoris vomitione refuſi qualitatē ... ſe fert,non ſecus ac in vomitionis præſagio præcordiorum frigus adſcribit Hippocr. in Prognoſtico.Nigrorum autem vomitum ... ex ſuccorum aſſatione & aduſtione in phreniticis,nil mirum eſt, in quibus nigra ſæpe refunduntur,ac qualia apparent ſi aquæ atramentum permiſceas.Habes accommodatum huic ſententiæ luculentum exemplum ægr.12.lib.1.Epid.in quo hac de re ſatis multa ſcripſimus.

103 Τοῖσι ποικίλως διανοσέουσι καὶ παρακρούουσι, πυκνὰ κωματώδεσι προσδέχεσθαι λέγε μέλανα ἐμέειν. In his qui variè morbum trahunt & mente mo-H uentur,ſi ſubinde ſopor incidat,pręnuncia expectandam eſſe nigram vomitionem.

Temeraria eſt & ſine ratione obſeruata concurſio. Varia autem morbi & inæqualis materia, varias affectiones & diutius trahentem morbum facit, quique nullam ratam aut propriam conſtitutionem tenet,ſed frequentem habeat caſuum commutationem. In his mentis emotio cum frequenti ſopore nigram vomitionem non neceſſario elicit, niſi phrenitidem prius ſuſpectaueris.

104 Τὰ παροξυνόμενα τρόπον σπασμώδεα, κάτοχα. Quæ conuulſionis in morem affligunt, ea altum ſtuporem(catochum vocant)inducunt.

Aliter effertur hæc ſententia Prorrh. 161. & ad aurium tuberculorum prædictionem facit, ad quam etſi deſultorio quodam modo viam munit hic author,tamen eam ne leuiter quidem hic adumbrauit. Conuulſiones membrorum initiis cùm non temerè ex plenitudine fiant, redundantem magnam in cerebro humorum copiam ſignificant, ex qua neruoſum genus afficitur, &

mentis arce occupata, ſopores & alti ſtupores (catochos dicunt) oriuntur. Quem in ſenſum ſimplex huius ſententiæ notio tra- A
hi poteſt. Quod ſi(vt in Prorrhetico) abſceſſuum ad aures ſignificationem elicere velis, non abs re ex huiuſmodi redundante craſſorum & crudorum ſuccorum in cerebro copia, ad aures tubercula proditura ſperabis, cùm ſcribat Galenus, καὶ πλείω καὶ παχυτέρων ἀθροιζομένων ἐπὶ τοῖς παραμένουσι τοῖς κωματώδεσι χρονίζειν [illegible]. Hoc igitur modo τὰ κάτοχα τὰ [illegible] significant. Quod ſi & redundantis humoris conditionem, & morbi naturam ſpectaueris, poſſunt ſtabiles, firmos, inhærentes aut pertinaces morbos denotare, quod τὰ κάτοχα τὰ βεβαίως ἱδρυμένα καὶ τῷ κατεχόμενα σώματι quibuſdam præ ſe ferant, vt ſcribit Gal. Com. 3. in Prorrh. Codices quidam [illegible] habent. Quam lectionem etſi agnoſcit Gal. in Prorrh. eam tamen ſugillat.

Parui in longis morbis aurium tumores, ſi ſubinde ſanguis è naribus profluat, & tenebricoſa vertigo excitetur, exitio ſunt.

105 Τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα ἐν μακροῖσι μικρὰ, αἱμορραγέα καὶ σκοτώδεα ἐπιφαινόμενα, ὀλέθρια.

In longis morbis cùm magna ſit materiæ frigidæ & craſſæ copia, ſæpe à natura abſceſſus tentantur, quos quidem humorum multitudini reſpondere oportet, alioqui huiuſmodi excretiones & abſceſſus nullum adferent leuamentum. Sic enim lib. 2. Epid. probat Hippocrates [illegible]. Subinde verò ſanguinem profundere, morbi peruicaciam ac naturæ imbecillitatem oſtentat, cùm degrauantem materiæ copiam vno impetu exonerare nequeat. Quin & tenebricoſa vertigine vexati, magnam ſpirituum agitationem ac natiui caloris imbecillitatem ſignificant, qui humores conficere nequeat, ac proinde plurimos in flatus conuertat. Dicuntur autem σκοτώδεες Galeno οἱ ἐν τοῖς κινέεσθαι σκοτούμενοι, qui inter mouendum tenebricoſa vertigine ac caligine rotantur. Qui cum valde affectis ſint viribus, exitium in longis morbis non abs re minantur, quod eas ad morbi diuturnitatem alacriter ſu[ffer]re eſſe oportet. B

Febres vertiginoſæ & cum tenuis inteſtini morbo, & ſine hoc, perniciem intentant.

106 Οἱ λυγγώδεες πυρετοὶ καὶ αὐτοὶ ἰλεῶν καὶ μετ' ἰλεῶν, ὀλέθριοι. C

λυγγώδεις habent exemplaria manuſcripta quædam, quod λυγγώδεες πυρετοὶ dicantur Hippocrati vſitata phraſi, febres in quibus diu ſingultiunt ægri, aut per totum morbi decurſum ſingultus intenditur, vt ſcribit Galenus Comm. in libr. de rat. vict. in morb. acut. Febres igitur huiuſmodi ſingultuoſæ periculi plenæ ſunt, vt ſupra diximus, cùm internam viſcerum phlegmonem, præcipueque hepatis indicent. Quod ſi ἰλιγγώδεες febres retineas, vertiginoſæ febres intelligentur, in quas ſubinde vertigines incidũt, & in quibus ægri perpetuò offuſas menti caligines ac nubes ſentiunt, crebraſq; ſpiritus circumuolutiones ac rotationes, ex pleniore humidi & craſſi ſucci in cerebro à flatibus diſtenti copia. Ac per ſe huiuſmodi caſus ſatis ſuſpecti ſunt, & plærumq; magna inducunt delitia, vt nil neceſſe ſit ad morbi perniciem ileum adiungere, quod ſit alterius naturæ & generis, & vt plurimum ex ſeſe exitialis. At cum ſingultu huiuſmodi ilei eſſe poſſunt, ſed non ſine exitio, vt ſcribitur aph. 10. libr. 7 & ho: Præſagio poſtea repetitur. Exemplaria quædam ἰλεῶν pro ἰλεῶν habent, eamq; lectionem probabat Præceptor Hollerius, & pro ſudoribus accipiebat. Nam & ἰλεὸς ἱδρὼς dicitur, alioqui ἴλη πνῖγος, hoc eſt æſtum præfocantem ſignificat, & ἴλεως πνῖγος exponit Heſychius. Idem ἰλεῶ, ἱδρῶτι, ἀγωνιᾷ, & ἰλέων ἱδρώων explicat. D

In anhelatoribus & ſuſpirioſis febris poſtea acuta, cum præcordiorum contenſione perfrigeratis, magnum circa aures tumorem expectare oportet.

107 Τοῖσι πνευματώδεσιν ἐοῦσι πυρετὸς ὕστερον ὀξὺς μετὰ ὑποχονδρίου ξυντόνου καταψυχθεῖσι, παρ' οὖς μέγα ἔπαρμα.

Sumpta eſt hæc ſententia ex Prorrh. 164. Quos enim illic πνευματώδεας, hic πνευματίας dixit, vt libr. de rat. vict. in morb. acut. τοὺς πυκνὸν ἀναπνέοντας exponit Gal. Eamq; ob cauſam ſententias iſtas coniunximus, non repugnantibus exemplaribus manuſcriptis, quod etiam Caluum feciſſe animaduertimus. Hic igitur ὑποχόνδριον ξύντονον vocat, quod illic ὑποχόνδριον ἐντεταμένον, præcordiorũ diſtentionem cum tumore ſubfrigido, indicans abſceſſuum ſobolẽ potius quam phlegmonem, quæ ſanguinis ex naribus profuſione ſoluitur. Exemplaria quædam manuſcripta πνευματώδεσι pro πνευματίαις habent quod magis eſt Ionicum, reliqua omnia πνευματίαισιν, non ſine mendi ſuſpicione tamen. Nam quos alibi πνευματίας vocat, hic πνευματίας dici non temerè alias reperias, ſed πνευματώδεας potius & πνευματουμένους in Prorrhetico. Ex hac etiam Prognoſi Prorrheticum illud emendare licet. E

Lumborum atq; inferiorum partium dolores quibus febris etiam accedit, ſi relictis inferioribus ſeptũ tranſuerſum appetant, tum verò præſertim exitio ſũt ſi aliquod periculoſum ſignum acceſſerit. Quod ſi reliquorum ſignorum nullum periculum oſtenderit, futuræ ſuppurationis metus eſt.

108 Ὁκόσαι ἐν πυρετοῖσιν ὀδύναι γίνονται περὶ ὀσφὺν καὶ τὰ κάτω χωρία, φρενῶν ἅπτονται, ἐκλείπουσαι τὰ κάτω, ὀλέθρια, ἄλλως τε κἢν ἄλλο τι σημεῖον προσγένηται πονηρὸν. ἢν δὲ ἄλλα σημεῖα μὴ πονηρὰ γένηται, ἐκπύου γενήσεσθαι ἐλπίς. F

Celebratur hæc ſententia in Prognoſtico, quod effecit vt has ſententias temerè diſiunctas in codicibus publicatis coniungeremus, melioribus etiam exemplaribus freti. Eam his verbis explicat Celſus cap 7. lib. 2. Si à coxis & ab inferioribus partibus dolor in pectus tranſit, neq; vllum ſignum malum acceſſit ſuppurationis eo loco periculum eſt. Huiuſmodi quoq; dolorum occurſationes ad ſuperiora, ἀναδρομὰς vocat in Prorrh. & damnat ſent. 69 & 83. Aſulanus ἐκλείπειν vitioſè pro ἐκλείπουσαι legit, & ἐμπύου γενήσεσθαι pro γενήσεσθαι. Caluus hanc verò Hippocraticam ſententiam ita obſcurauit, vt vix quid elicias ſtatuere poſſis.

In pueris febris acuta cum alui ſuppreſſione & peruigilio, calces velut iactare, ac calorem mutare, & ruborem contrahere, conuulſionem minatur.

109 Παιδίοισιν ὀξὺς πυρετὸς καὶ κοιλίης ἐπίστασις μετ' ἀγρυπνίης, καὶ τὸ ἐκπλαγῆναι, καὶ τὸ χρῶμα μεταβάλλειν, καὶ ἴσχειν ἔρευθος, σπασμώδες. G

Ex Prognoſtico quoq; illuſtratur hæc ſententia, vbi de puerorum in febre conuulſionibus [illegible] promptiſſimè tentantur, ob alimenti cruditatem, & ex lactis vitio acrimoniam, tum vero neruoſi totius generis imbecillitatem, vt teſtatur Gal. Comm. ad aph. 25. lib. 3. & Com. 3. in Progn. Hic autem λακτίζειν ponitur, quod eſt calcitrare, calces iactare & cædere, qua dictione materiæ agitationem & feruorem ſubindicat, ac corporis incontinentiam, qua pueri [illegible], & commoti humores neruorum principiũ facilius tentant. Cuius loco in Prognoſtico ἐκπλαγῆναι & κλαυθμυρίζειν poſuit, quod eſt perterreri ac lugere aut plorare, vel (vt Gal. exponit) [illegible]. Quæ cùm ſint pueris familiaria ob rationis infirmitatem, ac humorum ex lactis corruptione os ventriculi grauantiũ vitium, aut cerebrum exhalationum acrimonia replentium, meritò φόβοι in ætatum morbis, pueris adſcripſit Hipp. aph. 24. lib. 3. Nec verò infœliciter λακτίζειν ex voce κλαυθμυρίζειν conſequi aut cogitatione deduci poterit, cùm pueri lugentes aut eiulantes aſſiduè calcitrent aut calcibus impetant, indeque maximè, non corporis contenſione, eiulatus vehementiam prodant. Regia exemplaria manuſcripta quædam λύζειν pro λακτίζειν legunt, quod de vehementi ſingultu dicitur, & cùm ſit conuulſionis velut rudimentum quoddam, eam informare certè poteſt. [Cuius] etiam lectionis veſtigia propè ſubſecutus videtur Caluus, & λύζειν ac [illegible], aut aliud quid tale legiſſe, cùn (ſubluereq; exalb[...] ſcere[...]) dixit, alieno planè ſenſu. Ex quibus ſcriptionibus etſi vitiatis, confidentior aliquis certi aliquid eruere poſſe ſperaus, κλαίειν potius quàm λύζειν legendũ eſſe coniiciat, quod flere & eiulare ſignificat. Et certè Celſus ex Prognoſtico aſſiduè plorare dixit hanc ſententiam dilucidis verbis exprimens. Si in continua febre puero venter nihil reddit, mutatuſq; ei color, nec ſomnus accedit, ploratq; is aſſiduè, metuenda neruorum diſtentio eſt. Nóum quoq; eſt & planè inſolens ἐπίστασις nomen, etſi huic authori non infrequens poſtea, pro alui ſuppreſſione ac retentione, quam in conuulſionis cauſis nõ temerè accenſent Hipp. & Gal. Et aph. 25. lib. 3. ἐπισχέσιες κοιλίης ad conuulſionum in pueris propenſionem adſcribuntur. ἐπιστάσιες quoq; Hippocrati humorum ſubſiſtentias ac collectiones, cum intro ſubſiſtũt ac remorantur, aliàs ſignificant, vt H

A eant, vt Prorrh. 2. & lib. de art. τὰ ὕδατι μετὰ τῆς ὄψεως exponit Gal. vt pluribus aliàs ſcripſimus. Quam tamen vocis obſcuritatem reformidantes quidam, κοιλίας ὑπίσταν legunt, vſitata Hippocrati locutione, qui ὑπίσταν ad alui ſuppreſſionem non rarò accommodat in Prorrh. vt crebertimè ὑπὸ ὑπίστανται, αἱ τῆς ὑπηρεσίας ponit. Colorum porrò variam mutationem, vitioſam plurium humorum qualitatem denotantem, ponit in Prognoſtico, cùm hîc tantùm ſanguinis copiam ex ruboris contractione indicet.

110 Τὰ ἐξ ὀλίγου ταραχώδεα ἄγρυπνα, μέλανα δὲ τὰ συνιστάντα, αἱμόρροά ἔνια.

Qui ſtatim ſine ratione perturbantur, peruigilio torquentur, nigra & compacta ex aluo demittunt, interdum ſanguinem è naribus profundunt.

Coitio eſt empirica ex multis hæmorrhagiæ obſeruationibus temerè inſtituta, ideoq; ambigua. Interdum enim ſanguinem fundere ſcribit, nulla neceſſitate impoſita. In hæmorrhagiæ autem ſignis τὰ ταραχώδεα ac peruigilium paſſim meritò celebrantur, vt antea quoq; ſent. 87. Eſt vbi aluus reſtricta ob materiæ motum deprehenditur, ac nigrorum & compactorum ſeceſſus reſiccata aluo
B & ab ardore vehementi exucta humiditate obſeruatur, qualia hîc μέλανα τὰ συνιστάντα, nigra & colligata aut compacta vocat. Sic in ſanguinis per nares refuſione μελάνων διαχώρησις καὶ ἀλγήματα. καὶ κοιλίας ὑπίσταν, aut κοιλίην ὑπελθεῖν, & τὴν γαστέρα ὑπάγειν appoſuit in Prorrhetico. Et Prorrh. 41. nares ſanguinem ſtillantes ſugillantur, κοιλίης διαταραχθείσης σμικρὰ μέλανα συνεστῶτα τοῖσιν αἱμορραγίαισι χαλάσαι. Codices Regij manu ſcripti quidam συνιστάμενα pro μέλανα δὲ τὰ legunt. Qua voce etſi ſuſpecta, nigra excrementa colligata ſignificare voluit, ac fortè μέλανα συνιστάντα. Huius ſententiæ pars ex Prorrh. 122. deſumpta videtur.

111 Τὰ ἀγρυπνήσαντα ἐξαίφνης δυσφορίῃ, αἱμορροεῖ, ἄλλως τε καὶ ἢν τι προεῤῥυηκῇ. ἆρά γε καὶ μετὰ φρίκης τοῖς ἐπ' ὀλίγον περιψυχθεῖσι;

Qui inſomnia vexantur cum ſubita corporis iactatione & inquietudine, iis ſanguinem è naribus erupturum ſperare oportet, idq; præſertim, ſi quid antea profluxerit. Animaduertendum verò num in modicè perfrigeratis id poſt horroris ſenſum contingat.

C

Nulla hîc certa hæmorrhagiæ ſpes eſt, quòd in ambigua ſententia nulla neceſſaria ad ſanguinis profluuium ſigna deſcribantur. Repetitur tamen Prorrh. 156. etſi non minus confidenter, vbi pro ἢν τι προεῤῥυηκῇ, ἢν μή τι προεῤῥύη, ſcribitur, pugnante quidem ſenſu, eodem tamen recedente ſententia. Nam peræquè profluxurum ſanguinem ſperare oportet, ſiue quid profluxerit, velut hæmorrhagiæ rudimentum tentante primoribus diebus natura, vt tandem certo ad iudicium die vires in ſanguinis profluuium effundat, ſiue nihil priùs experta, collectas vires in firmam iudicij diem cum fœnore reſeruarit. Neq; etiam hæmorrhagiam exprimunt horror aut corporis perfrictio, etſi ſanè materiæ agitationē & naturæ conatū ſignificāt, neq; ideo perfrictionis in Prorrh. meminit.

112 Περὶ δὲ τοὺς παροξυσμοὺς βήσσοντες, καὶ ἐφιδροῦντες
D μικρὰ, κακοήθεες.

At verò qui per acceſſiones tuſſiunt & tenuiter exudant, ij malignè habere iudicandi ſunt.

Codices quidam iſtud cum ſuperioris ſententiæ extremo coniungunt & ſententiā vnam efficiunt, vt ad perfrigeratos & inhorreſcentes referatur. Secutus ſum tamen omnes interpretes qui ſeorſum efferunt. Initiis autem acceſſionū leues tuſſes ſæpe irritantur ex materiæ agitatione, interdum etiam deſtillatione, idq; ſine periculo. In his ſudores intempeſtiuè nulla naturæ promotione procurantur. Codices Regij manu ſcripti quidam pro βήσσοντες δοίσαντες habent, alij etiam βιώσαντες, quos ſecutus videtur Caluus.

113 Ἐς πλευροῦ ὀδύνας καὶ πνιγμοῦ προσγενομένου, οὗτοι ἐμπυοῦνται.

Ad lateris dolorem inſuper accedente ſtrangulatu, ſuppurationis futuræ ſpes eſt.

πνιγμὸς hîc ὀρθόπνοιαν & eam ſpirandi difficultatem indicat, quæ non niſi arrecta ceruice & exporrecto collo obitur, ex ſpiritualium organorum anguſtia & præcluſione, vt antea, cui interdum ſuccedit ſuppuratio, interdum verò ſtrangulatus & ſubita internecio, vt experientia quotidiana conſtat, ex qua, velut ex obſeruatione, ducta eſt hæc ſententia, cùm longè ſint plurima alia & fi-
E da ſuppurationis indicia ex Prognoſtico in animi notione reponenda. Præſagium tamen iſtud locum aliquem habere poteſt in lateris morbo ad ſuppurationem iam tendente.

114 Οἷσιν ἐν συνεχέσι φλυζάκια κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ἐκφύῃ, θανάσιμον, μὴ γενομένης πυώδεος ἀποστήματος. μάλιστα δὲ ἐθίζεται γίνεσθαι τούτοισι παρ' οὖς.

Quibus per febres aſſiduas puſtulæ toto corpore enaſcuntur, lethale eſt, niſi quid purulentum abſcedat. In his verò præcipuè adnaſci ad aures tubercula ſolent.

φλυζάκια φλυκταίνας exponit Galenus Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. acut. & puſtulas ſignificant quæ toto corpore erumpunt, papularum genus & ἐξανθημάτων, quos varos vocant. Ea acrium & efferueſcentium malignorum humorum ſunt ſoboles, vbi à natura in cutis laxitatem & corporis ſuperficiem amandantur, eamque velut excretione lancinant & pungunt. φλυκταινίδες
F dicuntur initio lib. 2. Epid. Galenus verò in Exegeſi, ψυδράκια exponit, etſi non nihil differre videntur. Oriuntur autem huiuſmodi puſtulæ in febribus malignis, verna præcipuè humorum expurgatione & ebullitione, quo tempore ἐξανθήματα ἐαρινὰ ſubnotat Galenus tuncq; ferè ſalutares ſunt. Nam quæ ad autumnum feruntur, humorum ſæuitia & feritate magis infamantur. Cùm igitur huiuſmodi puſtulæ humorum corruptelam expurgent, in ἀποστάσιος κατ' ἀπόστασιν genere non temerè reponuntur, easque naturæ viribus ſolicitari oportet & coqui, alioqui ſi fatiſcente natura curſum remorentur aut ſubſiſtant, periculum creabunt maximum. Quod his verbis mihi innuere videtur huius Præſagij author (μὴ γενομένης πυώδεος ἀποστήματος.) Siue namq; hoc nomine puſtulas donet, ſiue alterius alicuius abſceſſus eruptionem ſignificet, naturæ certè procurationem requirit. In his verò febribus aſſiduis quibus coniunctæ ſunt papulæ huiuſmodi, ferè ſuboriri ad aures tubercula ſolent, quæ non leuiter ſuſpecta eſſe quotidiana experientia docet, in quibus ægerrimè conualeſcunt ægri, ac non niſi magno negotio releuantur. Quò ſanè huius ſententiæ extremum retu-
G limus, etſi aliorſum detorqueri poſſit. Exemplaria Regia omnia manu ſcripta φυζάκια pro φλυζάκια habent. φλυζάκια verò à φλύω & φλύζω deducuntur, quod eſt Heſychio ἀναζέω, vt ſint αἱ ἐπιπολαίως φλύκταιναι, aut τὰ ἐπιπολαίως ἐν σαρκὶ ἀναστάντα, puſtulæ velut ambuſtæ, & in corporis planitiem efferueſcentes aut erumpentes ex humorum acrimonia exortæ, qualia ἐξανθήματα κεγχρώδεα ὑπέρυθρα, ὥσπερ κνησμώδεα, vocat lib. 7. Epidem. & quæ lib 5. Epidem. οἷα τὰ τῶν κωνώπων δήγματα nominat, aut quæ (vt aliàs ſcribit) τὸ χρῶμα τὸ ἀπὸ κωνώπων ἐγκαταλιμπάνουσι, hoc eſt corpus velut à culicibus commorſum & afflictum reddunt. Galenus tamen aliam nominis notationem reſpicere videtur, cùm φλυζάκια βλαστήματα, & φλύειν ἐκζεῖν exponit ex lib. 2. Epid. vt illic reſtituimus. Ea certè omnia in puſtularum genere Celſo cenſentur lib. 5.

115 Ἐν ὀξεῖ τὰ μὲν ἔξωθεν περιψύχεσθαι, τὰ δὲ ἔσωθεν καίεσθαι καὶ διψῆν, κακόν.

In præcipiti morbo, ſi partes externæ perfrigerentur, internæ verò vrantur, ac ſitis vrgeat, malum denunciatur.

H Hæc ſententia ex media Hippocratis Oeconomia hauſta eſt, multisq; in locis repetitur, præcipuè verò aph. 48. lib. 4. & 74. lib. 7. & aph. 1. & 26. lib. 7. & initio lib. 2. Prognoſt. Eamq; ſic expreſſit Celſus. Seruari is non poteſt, cui febre non quieſcente exterior pars friget, interior ſic calet, vt etiam ſitim faciat. Huiuſmodi autem inæqualitas inflammationis internæ ac nobilium viſcerum vehementiam indicat, aut caloris natiui extinctionem, velut in febribus ardentibus exitioſis contingere ſolet.

116 Οἱ συνεχέες διὰ τρίτης ἐπιτείνοντες, ἐπικίνδυνοι.

Febres aſſiduæ, quæ tertio quoque die intenduntur, in periculum ducunt.

117 Οἷσιν ἄν ποτε πυρετὸς διαλείπῃ, ἀκίνδυνοι.

Si quibus aliquando febris intermiſerit, periculum abeſſe ſignificat.

Aphoriſmus eſt 43.lib.4.ex quo deductæ ſunt hæ duæ ſententiæ,quæ ideò,vt illic,coniungi poſſunt. Eas autem febres quæ neq; tertio quoque die leuantur in malis ſignis valetudinis reponit * Celſus,vt neque terrere debere eam febrem ſcribit, quæ eodem die finita eſt,ac ne eam quidem,quæ quamuis longiore tempore euanuit, tamen ante alteram acceſſionem ex toto quieuit, ſic vt corpus integrum (quod εἰλικρινὲς Græci vocant) fieret. † Eæ quoq; febres, quæ certum habent circuitum & ex toto remittuntur, tutiſſimæ ſunt, maximeq; curationes admittunt. A

* Cap.4.lib.2. † Cap.12.lib.3.

In febribus longis, aut tubercula, aut ad articulos dolores proueniunt, quos neque tamen temerè fieri exiſtimandum eſt.

[us] Ἐν μακροῖς πυρετοῖσιν, ἢ φύματα, ἢ ἐς ἄρθρα πόνοι ἐγγίνονται, καὶ οὐ ξύμφωνται οὐκ ἀχρηστοι.

Aphoriſm.eſt 44.lib.4. & 65.lib.7. febres diuturnæ cùm plurimam habeant crudam,frigidam & craſſam materiam, concoctione aut abſceſſu vt plurimùm,interdum etiam excretione liberantur,vt acutæ & præcipites ſudoribus ac iudicatione.Sic li.4.de rat. vict.in morb.acut.in febribus longis abſceſſus ad aures ac collum annotat. Et lib.6. Epid.ſect.4.aph.1. τὰ παρ' οὖς in diu trahentibus febribus adſcribit, ἢ ἐπὶ τύποισιν εἰς ἄρθρα ἀφίκετο. φύματα verò cùm aliàs ſæpe omnes corporis tumores in quamcunq; corporis partem erumpentes ſignificent, hîc certè ea quæ abſcedere nata ſunt denotant, quod indicat Celſus qui hanc ſententiam explicans, abſceſſus vocat,quòd in totum corpus abſcedant,eoq; velut humorum depoſita à febribus vindicent.Verba Celſi ſunt cap. 7.lib.2.Quibus autem longæ febres ſunt,his abſceſſus aliqui,aut articulorum dolores erunt.Quo magis miror Caluum ſecundum aures tubercula dixiſſe,niſi ſi ἐπάρματα legit,aut rei conſecutionem ex Hippocrate lib.de rat.vict.in morb.ac.aut 6.Epid.expreſſiſſe ſibi viſus eſt. Codex Regius vnus manu ſcriptus ἐς ἄρθρον πόνοι habet,eadem ſanè notione, niſi quòd reliqui omnes vno conſenſu εἰς ἄρθρα πόνοι habent,qua locutione humorum in articulos decubitum,aut abſceſſum enixè magis exprimunt, à quibus vindicare poterit vrina multa, craſſa & alba,ex aphor.74.lib.4.& aphor.2. ſect.4. lib.6.Epid. Neque verò iſta temerè fieri exiſtimandum eſt,cùm naturæ procurationem præ ſe ferant, tandemq; concoctione malorum exitum ſolicitent, niſi ſi pleniorem cibum ſuſpectum reddunt,ex aph.45.lib.4.& 66.lib.7. B C

In præcipiti morbo,capitis dolor,& præcordia reuulſa, niſi ſanguis ex naribus profluat, ad phrenitidem deueniunt.

[us] Κεφαλαλγίη ἐν ὀξεῖ, ὑποχόνδριον ἀνασπώμενον, μὴ ῥυέντος αἵματος ἐκ ῥινῶν, ἐς φρενιτικὸν τελευτᾶ.

Duplex eſt lectio. Quædam exemplaria Regia manu ſcripta cum impreſſis, κεφαλαλγίην legunt, vt ſenſus ſit reuulſa præcordia in morbo acuto capitis dolorem, non profluente ex naribus ſanguine, ad phrenitidem deducere, deuoluere,conuertere & immutare. Alia etiam exemplaria manu ſcripta κεφαλαλγίη habent, vt capitis dolorem & ſurſum tractum hypochondrium, niſi ſanguis ex naribus effluat,in phrenitidem cedere ac deuolui,aut deuenire indicent, morbumq; eò tendere ac degenerare. Cæterùm inter communia hæmorrhagiæ ſigna, capitis dolor accenſetur in Prognoſtico & lib.1. Epidem. vbi ξυντείνειν τὸ μετ' ὀδύνης adſcribitur, cum hypochondrium ex nulla propria affectione,intrò retrahitur,aut contrahitur,ſed ſepti tranſuerſi aut cerebri, velut neruorum principij, communione. Interdum namque cerebro ex longo interuallo grauato, ac per febrium incendium plurimis vaporibus, aut biliofis & acribus humoribus oppleto, tandemque ipſa febrium intenſione reſiccato neruorum principio, affectionis conſpirationem ſentit ſeptum tranſuerſum, neruorum communione conſentiens, ac ſiccitatis impendio ſeſe velut contrahens, hypochondrium ipſum intro vellicat ac velut abripit. Ipſum etenim ſeptum tranſuerſum aut phlegmone tentatum,aut reſiccatione contenſum,aut à ſuccingente coſtas membrana retractum,præcordiorum reuulſionis cauſa eſt,vt ſcribit Galenus Com.2.in Prorr. & Comm.2.in lib.3. Epid. Quo in caſu non temerè conuulſionis,aut intenſiſſimi delirij & phrenitidis ſuſpicio oritur. Quod etiam exemplum Philiſtæ libr.3.Epide.comprobat,in quo ῥέπειν εἰς τὸ ἔσω ὑποχόνδριον, hoc eſt, intrò vergere & inclinari potuit Hippocrates,nullo proprio hypochondrij affectu,ſed ex ſepti tranſuerſi affectione intro retracto & reuulſo,vt illic ſcripſimus. Eſt & ἀνασπώμενον ὑποχόνδριον in viſcerum internorum phlegmone,& in plurimis phrenitide tentatis, vt ſcribit Galenus Comment.2. in Prorrhetic. Verùm cùm ad hæmorrhagiæ fidem, materiæ ſurſum motæ momentum prouideri debeat, τὸ ἀνασπώμενον ὑποχόνδριον, nullo proprio ſubſiſtente in præcordiis affectu, ad Hippocratis reſcripta rectè mihi accommodari videtur, idque quodam naturæ nutu & ad ſuperiora contentione fieri dicitur, in qua contractione neque dolor,neque inflammatio ſubeſt. Mirum autem videri non debet ſi ſubſiſtente ſanguinis profluuio, ex facilè putreſcentis ſanguinis corruptela,phrenitis portenditur,quam certè liberalis hæmorrhagia ſubleuaſſet. D E

Febres lipyriæ, non niſi per choleram effuſa bile, ſoluuntur.

[uo] Τὰ λειπυρικὰ, μὴ χολέρας ἐπιγενομένης, οὐ λύεται.

Febris lipyria ex genere continuarum cenſetur, in qua interna ardent, extrema verò frigent, nec niſi ex interno incendio aut viſcerum phlegmone ortum habet,vt ſatis patet ex Gal.Comment.2. in Prognoſt.& Comm. ad aph.48 lib.4. Aëtius verò Tetrab. 2.ſermon.2. cap.89. Lipyriam febrem accendi ab eryſipelate circa ventrem conſiſtente ſcribit. In huiuſmodi ergo viſcerum inflammationibus, in cauum corporis ſeroſis, aut bilioſis & acribus collectis humoribus, choleram gigni non eſt à ratione alienum, ex qua bile effuſa, phlegmones internæ remiſerint aut penitus conſtiterint, indicatione naturæ vi per vomitum & deiectionem bilioſam tentata,quam hîc choleram vocat. Cholera autem ex flaua bile originem ducit, vt ſcribit Galenus Com.ad aph.30.lib.4. Cuius etiam cauſam facit acres,mordaces & bilioſos ſuccos Comment.4.in lib. de rat.vict. in morb.acut.Caluus τὸ λύπησις moleſtantia dixit,ac neſcio an febres lipyrias ab anxietate & moleſtia ſic dictas intellexerit.τὸ λείπειν tamen melius ſcribitur,quòd corporis externa λείπεται πυρὸς vt ſcribit Aëtius,interno exæſtuante foco. F

Morbus regius ſi ante diem ſeptimum acceſſerit, malum ſignificat:ſeptimo autem,nono,vndecimo,ac decimo quarto,iudicationem adfert,dum præcordia non induret. Quod ſi ſecus contingat, res in dubium vertitur.

[uu] Ἴκτερος πρὸ μὲν τῆς ἑβδόμης ἡμέρης ἐπιγενόμενος, κακόν. ἑβδόμῃ δὲ ἢ ἐνάτῃ, ἢ ἑνδεκάτῃ, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, κρίσιμον. μὴ σκληρύνων ὑποχόνδρια. ἢν δὲ μὴ ἐνδοιαστόν. G

Hic morbus regius qui in febribus obuenit inaudiendus eſt,vt aph.63.& 64.lib.4.diſertis verbis ponitur,vnde huc tranſlata eſt hæc ſententia.Cuius explicationem abundè ſcripſimus noſtris in lib.1. Epid.annot. & in Hermocrate lib.3.Epid. Exemplaria autem Regia manu ſcripta omnia hîc ὑποχόνδριον legunt.

Crebræ iiſdem perſeuerantibus caſibus morborum reuerſiones,impendente iudicatione ſanguinem profundentes,nigram vomitionem excitant. Quin etiam tremulos ægros faciunt.

[uu] Αἱ πυκναὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὑποστροφαὶ, περὶ κρίσιν αἱματώδεες, μελάνων ἔμετον παύουσι. γίνονται δὲ καὶ τρομώδεες. H

διὰ τῶν αὐτῶν phraſis eſt Hippocrati valde vſitata,præcipuè libris Epidem.vbi iidem perſeuerant caſus,aut eadem affligunt ſymptomata, velut in Prorrh. διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες dicuntur,quibus eadem perſeuerarunt,vbi morbus diutius traxit. Credibile eſt igitur in diutius trahente morbo, atque iiſdem perſeuerantibus, crebras fieri morborum reuerſiones. Præceptor Hollerius διὰ τῶν αὐτῶν per eadem interualla explicabat, & ad dierum criticorum periodos referebat, vt recidiuæ iiſdem dierum interuallis fierent, velut per quaternarios,vt ſi morbus die ſeptimo deſierit, ac vndecimo repetierit,aut ſi morbus iudicationem die vndecimo ſubierit,recidiuam verò decimoquarto attulerit.Nigram verò vomitionem fieri nihil eſt neceſſe,niſi diminuta & ſubſiſtens ſanguinis profuſio aliqua ex parte vacuata materia, relictos humores torrefecerit, & ex longo morbi tractu cumulato vitio, ac ſubſecuta intemperan-

A perantia plurimi exaſſati ſucci in ventriculum redundarint, ſæpiuſque varios & permixtos vomitus excitarint. Quod in dies ipſa ægrorum obſeruatione experimur. Tremuli fiunt autem ægri, diuturnitate morbi & frequentibus recidiuis imbecilla reddita natura, & affecto genere neruoſo. Caluus περὶ κρίσιν omiſit, quæ verba tamen in omnibus quotquot videre licuit exemplaribus obſeruauimus. Alter etiam ferè reperitur hæc ſententia in his Præſagiis poſtea.

113 Τὰ ἐν τριταίοισι πυρετοῖσι ἀλγήματα προξυνιόμενα τριταιοφυῆ ποιέεται, καὶ θρομβώδεα αἵματα διαχωρέει.

Qui in febribus tertianis ingraueſcunt dolores tertianarum naturam aſſumunt, & ſanguinis grumos per ſeceſſum egerunt.

In febrium tertianarum inſultibus plærunque inuadunt dolores, qui tertiani generis morbum faciunt, & eius naturam præ ſe ferunt, aut tertio quoque die cum febris tertianæ acceſſionibus repetunt. Id quod indicat materiam quodammodo in partes quaſ-
B dam diſceſſionem feciſſe, quæ & cum febris periodo ſæuitiam exercet, & eundem febris typum humorisq; motum retinet. Crebri namq; videntur in tertianis circuitibus laterum dolores, qui ſingulis acceſſionibus irritantur, aliàs verò quieſcunt. Quos ideò tertianarum febrium naturam aſſumere dicit, quòd tertio quoq; circuitu repetant, eſtq; vero ſimile ab eodem humore foueri. Sanguinem autem concretum excerni non admodum eſt neceſſe, idq; ex obſeruatione dependet cuiuſdam ægri lateris dextri dolore affecti, in quo hepate vitiato, grumoſæ per aluum deiectiones effundebantur.

114 Ἐν πυρετοῖσι κατὰ φλέβα τὴν ἐν τῷ τραχήλῳ σφυγμὸς καὶ πόνος, ἐς δυσεντερίην ἀποτελευτᾷ.

In febribus, venæ quæ eſt in ceruice pulſatio & dolor, rem ad inteſtinorum difficultatem deducit.

σφυγμὸν antiquis dici de partium inflammatarum pulſu, deinde ad omnem arteriarum pulſum, earumq; percuſſum violentum & maximè conſpicuum accommodari, ex veterum monimentis aliàs docuimus. In huiuſmodi ergo arteriarum pulſu, vbi & dolor
C humorum collectionem, & naturæ ad ſuperiora motum ac momentum ſignificat, hæmorrhagiam potius quàm inteſtinorum difficultatem præſagias, niſi (quod ſæpe fit) viis interceptis irrita ad ſuperiora naturæ promotio, prouidentia quadam & humorum reuocatione & tranſpoſitu in inteſtinorum alueum aut alias inferiores partes materiam deponat: Quod aliàs multis contigiſſe ſcribit libro primo Epidem. qui ex febre ardente poſt ſanguinis ex naribus eruptiones, ἐς δυσεντεριώδεα κατάστασιν μετέβησαν. Quibus etiam poſt longum morborum tractum, ἐς δυσεντερίην ἐτελεύτα, hoc eſt, res ad inteſtinorum difficultatem deducta eſt, eandem quam hic phraſin vſurpans. Sic libro ſecundo Epidem.* & paulò pòſt in hoc Præſagio (ſent.128.) in euidente & manifeſta humorum ſurſum latione, vbi conſpicua apparebat arteriarum pulſatio, & facies benè habita cum præcordiorum contenſione ac tumore, non abs re liberalem ſanguinis ex naribus profuſionem aut conuulſionem ſuſpectat Hippocrates. Quibus velut ſubſiſtentibus, in coxendicum dolorem morbum demitti ſcribit.

* Sect.6.

D 115 Τὸ μεταβάλλειν πολλάκις χρῶμα καὶ θερμασίην, χρόνιον.

Frequens coloris cum calore mutatio, bono eſt.

Hoc indiſtinctè ſcriptum indicij aſſenſionem pauliſper ſuſtentat.* Etenim in aphoriſmis & libello περὶ κρισίων huiuſmodi inæqualitatem damnat Hippocrates, & vbi corpus modò calidum, modò frigidum eſt, & color alius ex alio fit, longæ valetudinis tractum ſuſpectat. Quod etiam reperit Celſus c.5.lib.2. In Prognoſtico quoque ὁμαλῶς θερμὸν τὸ σῶμα commendatur, huiuſmodi verò inæqualitas damnatur, quòd multiplicem naturæ contentionem, variumq; cum morbo certamen aut affectionum pluralitatem indicet, vnde & longus morbi tractus non abs re expectandus eſt. Quod effecit vt quidam hîc κρίσιμον, non χρόνιον, legendum exiſtimarint, quòd in ea naturæ cum morbo concertatione, velut de tota lite iudicium impendeat, naturaq; ſpirituum calorem contra morbum tanquam ſuccenturiatas copias immittat. Quædam etiam exemplaria κατὰ θερμασίην legunt. Quam lectionem ſecutus videtur Cornarius & Præceptor Hollerius.

* Aphor.40.lib.4.

E 116 Τοῖσι χολώδεσι πνεῦμα μέγα, καὶ πυρετὸς ὀξὺς μετὰ ὑποχονδρίου ἐντάσιος, παρ' οὖς ἀφίστησι.

In bile redundantibus magna ſpiratio cum febre acuta & præcordiorum contenſione, abſceſſum iuxta aures promouet.

Tam ſunt hæmorrhagiæ communia quàm abſceſſuum ad aures ſigna, magna ſpiratio & præcordiorum diſtentio, cùm naturam cum calore ſurſum vehi, & humorum ex inferioribus ſedibus ad ſuperiora momentum & tranſpoſitum ſignificent. Niſi ſi fortè χολώδεσι addidit, quòd ſanguinis profuſio in ſucculenta ſanguinis beneuolentia liberaliùs contingat, abſceſſus verò ad aures materiæ calidæ copiam frigidæ permixtam ad huiuſmodi momentum requirunt.

117 Οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβάνοντες σῖτον, μηδὲν
F ἐπιδιδόντες, ἐπιστρέφουσι κακοήθεις.

Qui ex longa valetudine ſeſe recolligentes cibum bene ſumunt ac nihil proficiunt, ij malignè relabuntur.

Ἀνατροφὴ dicuntur οἱ τροφὴν λαμβάνοντες καὶ ὀρεγόμενοι, vt exponit Galenus Comment. ad aphor.31. & 32. li.2. ex quibus traducta eſt hæc ſententia, vt ſatis apparet. Illic enim de his qui ex morbo conualeſcunt agitur, qui initio cibum appetentes, tandem eum faſtidiunt. Hîc igitur ἐπιστρέφειν, reflecti, relabi, ac conuerti ad inappetentiam ſignificat, quam ἀποσιτίην καὶ ἀνορεξίην vocat. Alioqui ἐπιστρέφειν meliùs de morbi reuerſione ac recurſu diceretur, niſi poſtea quoq; hoc † Præſagio ὑποστροφὰς ... poneretur, quam in notionem pro recidiua ſumpſerunt omnes interpretes. κακοήθεις autem quædam exemplaria legunt non ... .

† Sent.257.

G 118 Οἷσιν ἐν πυρετοῖσι φλέβες αἱ ἐν κροτάφοισι σφυγματώδεες, καὶ πρόσωπον ἐρρωμένον, καὶ ὑποχόνδριον μὴ λαπαρόν, χρόνιον. καὶ οὐ παύσεται χωρὶς αἵματος ῥύσιος ἐκ ῥινῶν πολλῆς, ἢ λυγμοῦ, ἢ σπασμοῦ ἢ ὀδύνης ἰσχίων.

Si venæ temporum in febribus pulſent, & facies bene habita fuerit, abſque præcordiorum mollitie, longum fore morbum ſperare oportet, qui nec ſine liberali ſanguinis ex naribus profuſione, aut ſingultu, aut conuulſione, aut coxendicum dolore, deſinet.

Obſcura eſt hæc ſententia ſed apertioribus verbis ſcripta li.2.Epid.* & lib. περὶ κρισίων repetita, & abundè à nobis explicata noſtris in li.2. Epid. Commentariis. Quod autem hic de temporum arteriis effertur, li. περὶ κρισίων de arteriis ſimpliciter dicitur, quanquam & ibidem de manuum arteriis, vt & lib.2. Epid. repetitur, χρόνιον verò quod totum locum obſcurat, his verbis in ſuperioribus locis explicatur, χρονίη ἡ νοῦσος γίνεται: vt mihi mirum videatur quomodo Caluus χρόνιον ad ὑποχόνδριον retulerit, refragante omninò ſenſu. Exemplaria quædam manu ſcripta χρόνιοι habent, & ad ægros referunt ex literæ conſecutione, quò etiam refertur καὶ οὐ παύ-
H σονται. Quidam etiam codices οὐ παύεται legunt, ad morbum referentes.

* Sect 6.

119 Ἐν καύσῳ κοιλίη καταῤῥαγεῖσα, θανάσιμον.

Aluus in febre ardente affatim prorumpens, mortis periculum adfert.

Iſtud ἀδιορίστως ſcriptũ magna indiget circũſcriptione. Eſt enim vbi morbo euicto in iudicationẽ, & coctione à natura ſuperato, aluus effuſa febris ardentis materiã deponit, vt ex rigore iudicatorio euenire ſcribit Gal. Com. ad aph.58.li.4. Quòd ſi crudo adhuc morbo, aut ægro debili aluus affatim prorumpat, cùm in graui morbo magna ſit virium indigentia, eas proſterni & ægrũ ad internecionem duci metus eſt. Quamnam igitur aluus affatim prorumpens diſtinctionem poſtulet, indicat Galenus Com.2. in Progn.

120 Ἐκ κοιλίης ἀλγήματος ἐπιπόνου πυρετὸς καυσώδης, ὀλέθριον.

Febris ardens ex laborioſo ventris dolore, perniciem minatur.

Ἐπίπονον ἀλγημα laborioſum & vehementem dolorem vocat, qui ex phlegmone aut viſcerum internorum eryſipelate ortum habet velut aphor. 66. lib. 4. πόνου ἐόντος περὶ τὰ σπλάγχνα πόνος ἰσχυρός. Tunc enim valde malignum & incenſum incendium oritur, ac febris A lipyriæ genus eſt, non ſecus ac febrem ardentem in lipyriam tendere ac degenerare ſcripſit Hippocr. libello περὶ κρισίων. In huiuſmodi igitur caſu præſens imminet pernicies propter vehementia & maligna ſymptomata, quæ his febribus ſuccedunt, velut extremorum refrigeratio, ſitis intenſiſſima, cæteraq; huiuſmodi, quæ paſſim in Hippocratis doctrina ſugillantur.

In febre ardente laborantibus, ſi aurium ſonitus cum viſus hebetudine & ad nares grauitate accedant, niſi ſanguis ex naribus profluat, furioſa & vehemens mentis emotio metuenda eſt.

[111] Ἐν τοῖσι καυσώδεσιν ἤχων προσγινομένων μετ' ἀμβλυωγμοῦ, καὶ κατὰ ῥῖνας βάρεος, ἐξίστανται μελαγχολικῶς μὴ αἱμορραγήσαντες.

Signa ſunt hæc hæmorrhagiæ criticæ ex media Hippocratis Oeconomia deſumpta, quæ vt plurimùm febres ardentes ſoluit, ita ſi ſubſiſtat non diſſato ſed computreſcente ſanguine, inſania ac furioſa mentis emotio meritò portenditur. Ex Prorrh. 18. deprom- B pta eſt hæc ſententia, vbi hæmorrhagiæ nulla mentio, & à Galeno explicatur.

In febribus ardentibus tremores delirio ſoluuntur.

[112] Τοὺς ἐν καύσῳ τρόμους, παρακοπὴ λύει.

Placitum eſt 26 lib. 6. aphoriſmorum, quod lib. περὶ κρισίων ab Hippocrate repetitur. Hic autem impropriè verbum λύειν (vt alibi paſſim) de humorum tranſpoſitu ac tranſlatione effertur, cùm penitus ægrum non abſoluat, ſed veluti morbi ſucceſſio quædam potiùs euaſcatur. Quod efficit vt quidam hoc in aphoriſmo λύειν pro ſuccedere capiant. Familiaris tamen admodum eſt huius impropriæ ſolutionis phraſis Hippocrati. * Sic ἰκτερικὸν μανίη ſoluit, & febris ipſa (quod maximè mirum videri poteſt, vt ait Celſus) quibus præſidio eſt ea tollit. Sic conuulſiones, ſi poſtea cœpit, ex toto tollit, aphor. 26. li. 2. & præcordiorum dolores, ſi ſine inflammatione ſint, finit, aph. 40. lib. 6. aut iecinoris vehementem dolorem ſuccedens febris ſoluit aph. 52. lib. 7. & tenuioris inteſtini morbum ex vrinæ difficultate leuat, aph. 44. lib. 6. & τὰ μακρὰ πυρετοῦ ὀξέος ταραχώδεας λύειν, vt poſtea ſcribitur hoc præſagio. Idem C quoque lib. 2. Epidem. † μανίην τῶ μεγάλου νοσέοντος ἐν ἥδει γενομένην λύειν facit. Ibidem etiam comitialis morbi coxendicum dolorem, oculorum peruerſiones, occæcationem, teſtium tumorem & mammarum eleuationem ſolutionem facit. Quæ omnia ſunt ſuccedentium morborum, non integræ ſolutionis exempla. Porrò in hac ſententia haud ambiguo ſenſu tremorem à delirio ſolui ponitur, etſi in aphoriſmis & lib. περὶ κρισίων ex verborum ambiguitate febrem ardentem à tremore & delirio ſolui volunt. Cuius opinionis ſenſum retinet Galenus in aphoriſmi Commentario, & Auicennas lib. 3 fen. 2. c. 11. in eamq; concedit Manardus epiſt. 5. lib. 6. Ambiguitatis quoq; huius notam retinuit Celſus c. 8. lib. 2. cùm ſcripſit. Cui calor & tremor eſt, ſaluti delirium eſt. Ac etiam Auicennas lib. 4. fen. 1. c. 41. dum aliter quàm prius febris ardentis tremorem delirio ſolui ſcripſit.

* *Aph. 5. lib 7.* † *Sect. 5.*

Sanguinis ex naribus fluxus in febre ardente quarto die obueniens, malo eſt, niſi aliud quippiam bene ceciderit. Quod ſi die quinto contingat, minus adfert periculi.

[113] Ἐν καύσῳ ῥύσις ἐκ μυκτήρων τεταρταίῳ, κακόν, ἢν μή τι ἄλλο ἀγαθὸν ξυμπίπτῃ. πεμπταίῳ δὲ ἧσσον κινδυνῶδες. D

Quarto die, cùm ſit ἐπίδηλος ἑβδόμος, ſignificationem aliquam edi, non autem excretiones promoueri oportet, quòd initiis morborum non niſi cruda moueantur, tuncq; funeſtus ſit ſignorum indicatoriorum apparatus. Eamq; in ſententiam ſcripſit lib. 2. Epid. αἱ τεταρταῖαι αἱμορραγίαι δύσκριτοι. Idem quoque libello περὶ κρισίων morborum abſolutionibus hæmorrhagiam accommodans, eam quæ quarto die procuratur damnat, his verbis, ἐόντων δὲ τούτων καὶ αἱμορραγίαι γίνονται ἐκ τῶν ῥινῶν, αἱ τεταρταῖαι οὐ λυτικαί. Etſi aliam eſſe interpretum notionem optimè mihi ſum conſcius. Neque vero ſi quinto die ſanguis profluat prorſus à periculo vindicat, ſed illud quodammodo eleuat aut lenit, quod iudicij aliquam dignationem ſubeat.

In febre ardente laborantibus cum aliqua ſummi corporis perfrictione, egeſtionibus aquæ ſimilibus & crebris, oculis periculum intenditur, tum verò præcipuè, ſi alto ſopore (quem catochon vocant) detineantur.

[114] Οἱ ἐν τοῖσι καυσώδεσιν ὑποπεριψυχόμενοι διαχωρήμασιν ὑδατοχόλοισι, συχνοῖσιν, ὀφθαλμοῖσι κακόν, ἄλλως τε κἢν κατοχώδεες γένωνται. E

Hæc ſcriptio (ſi modò vera eſt) vt plæræq; aliæ in Prorrhetico & Coacis, ſolœciſmum habet & magnam obſcuritatem. Cuius tamen notio ex Prorrh. 81. petenda eſt, eáq; omninò (vt mihi videtur) reponenda. Deſcribitur verò febrium ardentium ſpurium genus quoddam, quod ex magna humorum inæqualitate permixtam multam crudam & frigidam biliosæ materiam habet, vnde huiuſmodi caſus inducuntur. Nam & leuis ſummi totius corporis perfrictio, materiam intrò reuocari, aut leuiter moueri ſignificat ad alui deturbationem, quæ crudis plurimis, perliquidis, acribus ac bilioſis egeſtionibus irritatur. Quòd ſi huiuſmodi materiæ frigidæ magna pars in caput ſubleuetur in eoq; conſiſtat, catochi fiunt, ac peruerſionis aut diſtortionis periculum oculis intenditur, vt ſcribitur in Prorrhetico. Isq; mihi ſenſus optimè quadrare videtur, vt malum illud oculis denuncietur, quod in Prorrhetico diſertis verbis exprimitur, niſi ſi quis hanc minùs aptam verborum conſecutionem, in totum ex Prorrhetico reponendam putet. Neque tamen me latet συχνοῖσιν ὀφθαλμοῖσι multos coniungere, & ad oculos denſos obſcurosq; ex humorum craſſitie, frigore, & impuritate referre, hoc eſt, malè lucentes aut turbulentos, etſi alij per denſos, concretos intelligunt. Malo tamen συχνοῖσι διαχωρήμασι ſimul iunctum ad crebras & frequentes deiectiones accommodare. F

Febrem ardentem ſuccedens rigor ſoluit.

[115] Καύσου ῥίγεος ἐπιγενομένου λύεται.

Placitum eſt 58. lib. 4. aphoriſmorum, quod effertur his verbis, ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ ἐπιγενομένου ῥίγεος, λύσις. Ardente febre correptum rigor ſi ſuperueniat, liberat. Repetitur quoque libello περὶ κρισίων iiſdem etiam verbis, ibidemq; etiam ſcribitur, ὁκόσοισι πυρετοῖσι ῥῖγος ἐπιγίνεται, ὁ πυρετὸς λύεται, vniuerſaliore quadam notione. G

Febres ardentes quæ recurrere ſolent, quatuor diebus de ſe ſignificationem exhibent, deinde exudant. Sin minus die ſeptimo & vndecimo.

[116] Καῦσοι ὑποστρέφειν εἰώθασι, καὶ ἡμέρας τέσσαρας ἐπισημαίνοντες, ἔπειτα ἐφιδροῦσι. Εἰ δὲ μὴ, τῇ ἑβδόμῃ καὶ δεκάτῃ.

Valde perplexus eſt huius ſententiæ ſenſus. Mihi certè accipi poſſe videtur de illegitimo febrium ardentium genere, quod propter inæqualitatis permixtionem, & materiam crudam plurimam & frigidam, non tam liberè ſoluitur, ſed facillimè recurrit. Vbi igitur reuerti ſolet, primis quatuor diebus, & intra primum circuitum huius rei ſignificationem edit, & leuibus quibuſdam ſudoribus remiſſionis alicuius ſenſum adfert, deinde copioſius exudare ſolet. Quòd ſi conatus irriti fuerint, tandem die ſeptimo aut vndecimo reuertuntur. Vult enim Hippoc. morborum reuerſiones diebus criticis procurari, vt ſcribit lib. περὶ κρισίων, ſimul etiam reuerſionum cauſas annectens, iis difficillimis verbis quæ mihi in hanc notionem aptiſſimè cadere videntur, τὰ πολλὰ ἐπὶ ἀπιόντων H ἐόντων τῶν ἱδρώτων, καὶ τῶν ἄλλων σημείων μὴ κατὰ λόγον ἐόντων, ἡ νοῦσος κρίσιμον ἡμέρην ὑποστρέφειν. Quod effecit vt exemplaria ſcripta ſecutus ſim quæ ἑνδεκάτῃ pro δεκάτῃ habent. Reliqua tantùm ſeptimum addunt & decimum omittunt. Quod etiam fecere Caluus & Cornarius. Solere verò exudare in reuerſionibus huiuſmodi febres ardentes plærumq; ex materiæ abundantia ſcribit ibidem Hipp. his verbis, ὅταν ὑποστρέφῃ ὁ καῦσος, τὰ πολλὰ καὶ ἐξιδροῖ. febris ardens ſi recurrat, plærunq; etiam exudat. Sic enim hoc loco ἐφιδροῦσι potiùs quàm ἱδροῦσι conueniat, quæ non temerè aliàs ſudorem huiuſmodi criticum qui febres ardentes abſoluit, deſignat, ſed tenuem ferè totius corporis aut quarundam partium ſudorem, imbecillitatis magis aut malignitatis indicem, ideoq; in malis ſæpiùs annumerandum. Caluus extremis verbis alium ſenſum aſſinxit, dum ſudorem diebus ſeptem attribuit.

A 137 Τὰς καυσώδεας διακρίνουσιν αἱ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι, κουφίζουσαι ἢ ἀναιροῦσαι.

De febre ardente laborantibus dies quatuordecim, aut alleuando, aut perimendo decernunt.

Siue iudiciorum legem, ſiue de toto febrium ardentium ſtatu quatuordecim diebus decidi & decerni poſſe intelligas, ſententia Hippocratis diſciplina digna eſt & ex aph.13.lib.2. pendet.

138 Ἐκ καύσου, μὴ γινομένου πυώδεος παρ' οὖς ἀποστήματος, οὐ πάνυ σώζονται.

Ex febre ardente, niſi qui circa aurem fit abſceſſus ſuppuret, non admodum liberantur.

Cùm plurima alia ſint in febre ardente ſolutionum genera, hic de ſolis paroditibus agere videtur, quæ vt ſunt his febribus, ac nothis præcipuè, admodum familiares, ita & periculoſiſſimas eſſe fereq; lethales experientia eſt cognitum. Iis (vt & cæteris abſ- B ceſſibus) ſuæ leges conſtant, vt non niſi die iudicatorio procurentur, & pro morbi dignitate fiant, nec intrò recurrant, quod vt valde eſt exitioſum, ita vt plurimum occurrit, tuncq; alia plurima ſigna in conſilium adhibenda ſunt. Exeri vt bono eſt, ita ſuppurari & à natura euinci non niſi laudi duci oportet. Ac ea ferè eſt vnica naturæ ad ſalutem via, eaq; admodum ardua & difficilis. Et vt rara eſt huiuſmodi abſceſſuum ſuppuratio, ita neq; ſemper certa ſalutis indicia præ ſe fert. Viſu namq; eſt cognitum diutiſſimè morbum trahere ægreq; conualeſcere quibus huiuſmodi ad aures tubercula pus colligunt. Noſtriſq; in regionibus rara eſt admodum in his abſceſſibus ſuppuratio, fereq; euaneſcunt ac diſcutiuntur huiuſmodi tubercula, nullo periculo, procuratis tamen per ſudores aut alui fluxum vacuationibus, velut anno ſuperiore 1587. ſub æſtatem & autumnum in his febrium ardentium generibus quæ paſſim graſſatæ ſunt, in hac Mediomatricum vrbe celeberrima contigiſſe eſt à nobis obſeruatum.

139 Οἱ ληθαργικοὶ τρομώδεες ἀπὸ χειρῶν, ὑπνώδεες, C δύσχροοι, οἰδηματώδεες, σφυγμοὶ νωθροί, καὶ μετέωρα (τὰ ὑποφθάλμια, καὶ ἱδρῶτες ἐπιγίνονται), καὶ κοιλίας ὑποιδέουσι χολώδεας καὶ ἀκρατέας ἢν καταξήρους ἴσχουσι, οὖρα καὶ διαχωρήματα προΐονται λαθραίως, οὖρα ὑποζυγιώδεα, ποτόν τε οὐκ αἰτέουσιν, οὐδὲ ἄλλο οὐδέν. ἔμφρονες δὲ γινόμενοι, τράχηλον ἐπώδυνον φασὶν ἔχειν, καὶ διὰ τῶν ὤτων ἤχους διαΐσσειν.

Qui lethargo aut veterno conflictantur, ex manibus tremunt, ſomnolenti ſunt, malè colorati, tumidi, pulſus habent tardos & lentos, ac oculorum genas inferiores ſublatas, ſudores ſuperueniunt, aluique ſubtumeſcunt, impotentes ſunt, ac biliosa effundunt. Quòd ſi reſiccatæ fuerint, vrinæ aluique recrementa clam prodeunt, vrinæ quales in veterino genere redduntur, neque potum, neque aliud quicquam poſtulant. Mentis verò compotes facti, de ceruicis dolore conqueruntur, ac incertos ſonitus per aures impetu ferri ſentiunt.

D Hæc ſententia parum ad præſagium compoſita lethargicorum διάγνωσιν continet, totiuſq; morbi theoriam tam aptè per ſumma capita complectitur, vt in plenam ac exactam illius cognitionem deducat. Tremor autem etſi non omnibus veternoſis adſit, multis tamen ita familiaris, vt etiam conuulſionis in his metus ſit, & ab iis his creari periculum ſcribat Aretæus in morbis curandis aut cognoſcendis præcipuè nobilis author, c.2. de Cur. morb. acut. Cùm namque cerebri ſenſationum offenſio ſit, totam ſpinam neruorum velut propaginem affici par eſt, vnde & manus præcipuè ac brachia parteſq; à ceruicis initio neruos deducentes facilè tremoribus tentantur. Idem quoque author τρόμον χειρῶν καὶ κεφαλῆς in lethargicis annotat.

ὑπνώδεες] Somniculoſos eſſe toto morbi tempore lethargicos, ita vt excitari vix queant, teſtatur vſus medicus. In his βαθὺ κῶμα ponit Aretæus, Celſus marcorem & inexpugnabilem penè dormiendi neceſſitatem. Sic Paul. cap. 9. lib. 3. ὑπνώδεις τε διὰ παντός, οἷοί [illegible] δυσέγερτοι. Hipp. lib. 3. de Morb. βὴξ καὶ κῶμα νιν ἔχει.

E δύσχροοι] Malè ſunt colorati lethargici quia pallidi & albicantes, plumbei, liuidi, refrigerati, veluti ſopito, languido & oppreſſo calore natiuo, attonitis proximi. ψύξις γὰρ ἐμφύτου ἡ αἰτίη, vt ſcribit Aretæus. Deinde ob perpetuam ſomnolentiam (ὁ ὕπνος ἀδελφὸς ὢν θανάτου, vt ſcribit Galenus lib. 3. de Cauſ. pulſuum, vt conſanguineum lethi ſoporem vocauit Maro) expalleſcentes ac tumida facie, quales qui plurimam crapulam obdormieruot, aut qui leucophlegmatia laborant, ob plurimam vaporum craſſorum multitudinem ex materia frigida in cerebro concluſa excitatam, tum à febre, tum à calore imbecillo.

σφυγμοὶ νωθροὶ] Lethargicis pulſus ſunt magni, molles, languidi, tardi, rari, vndoſi & fluctuantes, turbulenti ac tumultuantes intermittentes potiùs quàm intercurrentes, vt docet Galenus in Iſagoge pulſuum, quod repetit & explicat li. 4. de Cauſ. pulſ. Paulus quoque, οἱ δὲ σφυγμοὶ τούτοις μεγάλοι τε καὶ ἀραιοί, καὶ κυματώδεις εἰσί, καὶ ἐνίοτε δὲ ἄγαν ἀραιοὶ καὶ ἄτονοι. Sunt igitur pulſus ſegnes, torpidi, tardi & languidi, magni in ſpecie, inflati, vndoſi, ac inæquales.

τὰ ὑποφθάλμια] τὰ ὑποφθάλμια ſunt Rufo ἐν τῷ περὶ ὀνομ. μορ. τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑποκοιλαίνοντα ἔσω, αἱ δὲ [illegible]. Hic genas F inferiores earumq; ſubiectam cauitatem intelligere videtur, quæ alioquin in prauo corporis habitu, & quotidianam crapulam deſpumantibus, aut plurima cruditatis abundantia, ex benigni ſucci inopia, & magna ſpiritus flatuoſi copia, velut in ſanguine defectis, vt plurimùm intumeſcere ſolent. κοῖλα vocat Hippocrates paſſim huiuſmodi cauitates, quæ in longis morborum tractibus, vt pedes quoque, plærumque intumeſcunt & attolluntur, vt libro ſecundo, de Morb. & lib. 2. de Morb. mulieb. in diuturnis ex vtero ſanguinis profluuiis. Prorrhetico autem 2. τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς vocat, & in magnis lienibus plurimùm attolli ſcribit. Author etiam Iſagoges hanc nominis appellationem his verbis agnoſcit, ἑκατέρωθεν δὲ τῆς ῥινός, τὰ μὲν κοῖλα, ἰδίως τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς, κοιλάδες μᾶλλον, ἐξ ὧν λέγονται τινὲς κοῖλοι. διὰ νόσους δὲ ὑπαίρεται ἐξ ἀπεψίας ἢ δυσαρεστήματος. (Sic enim interpungendus hic mihi locus videtur, qui alioqui mendoſus eſt, vt aliàs ſcripſimus.) Ex vtraque autem naſi parte cauitates quidem inſunt, propriè ſub oculis κοῖλα vocantur. vnde & quidam κοῖλοι, velut caui dicuntur. Hæc autem per morbos ex cruditate, aut moroſa ex mala valetudine implacciditate, attolli ſolent. Rufus τὰ κοῖλα καὶ ὑπόκοιλα appellat, harumq; partium tumorem [illegible] dici ſcribit, [illegible]. G Erotianus verò ὑποφθάλμιον τὸ κοῖλον τοῦ ὀφθαλμοῦ exponit, oculi cauitatem.

ἱδρῶτες ἐπιγίνονται] Sudores in lethargicis inualeſcente malo tenues & frigidi, ex materiæ copia & naturæ imbecillitate proueniunt. Ac vtramq; cauſam videtur complexus Paulus, [illegible].

κοιλίας ὑποιδέουσι χολώδεας καὶ ἀκρατέας] Impotentes ac incontinentes aluos, quæ bilioſas egeſtiones effunderent diximus. Quibuſdam namq; lethargicis aluus effluit, magnaq; ex parte liquida demittit, tuncq; parum ſperabilis vitæ ſalus remanet, ſed ſunt apparentis mortis indicia. Quod ſcribit Hipp. lib. 3. de Morbis. καὶ ἢν μὲν [illegible] ὑποχώρημα [illegible] ἔχῃ, τούτῳ ἐλπὶς μὲν [illegible] βραχεῖα σωτηρίας. Humidam etiam aluum Paulus adſcribit, διαχωρεῖ δὲ διὰ γαστρός, οἷς μὲν [illegible]. Bilioſa igitur & liquida cùm interdum aluus effundat, ἀκρατέας κοιλίας quidam ſyncera & meraca deiicientes intelligunt. Nos tamen potius impotentes, aut velut exolutas ac incontinentes accipimus. Etſi namq; in lethargo permixta eſt humorũ inæqualitas quædam, & bilioſi ſucci aliquid redundat, ita vt cum liquidis & crudis bilioſa etiam dimittantur: ſynceras tamen in H his deiectiones rarò videre eſt, cùm contrà vt plurimùm aluus ſicca ſit, nihilq; niſi ſolicitata reddat, & ad excretionem ignaua ſit ac emortua. Quod his verbis ſignificauit Aretæus, ψυχρὸν γὰρ νῆστιν ἔντερον ληθαργικοῖσι, καὶ ἐς ἔκκρισιν νεκρόν. Imum enim inteſtinũ lethargicis frigidum eſt, & ad excretionem emortuum. Ruſuſque, φύσων γὰρ συναγωγὴ λήθαργος, καὶ ἐν τῇσι κοιλίῃσι καὶ ἐν τῷ ὅλῳ σώματι ἀργίη, νωθρίη, καὶ ἀψυχίη. Lethargus namq; flatus colligit, & in ventriculis & in toto corpore ignauia, & ſegnities animæq; defectio. Ex flatibus verò intumeſcere aluum æquum eſt, quibus plurimum abundant Lethargici, vt ex eorum theoria apparet, in qua magna penus medicamentorum quæ flatus educunt ac ſolicitant conſumitur. Quin etiam ſcribit Gal. lib. 4. de cauſ. pulſ. Lethargicis totum corporis habitum [illegible], in eoq; à Catochis differre. οὖρα καὶ διαχωρήματα] Lethargus cùm ſit ſymptoma functionum principum cerebri, ac βλάβη τις τοῦ λογικοῦ, vt ſcribit Paulus, in eo mentem laborare videmus totumq; genus neruoſum, ex quo animales effectiones obeuntur, quarũ exolutione inuitis ac nil ſentiẽtibus egeſtiones prodeũt, quod λαθραίως hic dixit quaſi ἀναισθήτως. Quod etiam accidere poteſt non ſentientibus ſed marceſcentibus iis partibus per quas excretio fit ac velut emortuis & reſolutis.

ϰαὶ τὰ οὖρα ὑπόζυγα] Quas intelligat vrinas veterini generis Hippocrates abundè docuimus noſtris in libr. 1. epid. annotat. ægr. 2. & 4. nempe craſſas, & returbidas ex magna crudorum, flatuoſorum ac bilioſorum humorum agitatione ac perturbatione, quales in Lethargicis ac aliis morbis ex inæquali materiæ permixtione, quæ per ſe admodum exitialis eſt, apparent. Eiuſmodi vrinas annotat Paulus his verbis: ϰαὶ οὐρῶν ὁποῖα τὰ τῶν ὑποζυγίων. & vrinas, quales in veterino genere, reddunt. Bilioſas autem vrinas, ac ex humorum acrimonia laborantē veſicam adſcripſit Aretæus, in medendis & dignoſcendis morbis vir grauiſſimus. ϰύστιν δὲ μέμφεται καὶ τὴν κύστιν ... ϰαὶ ὡς νεῦρον σπᾶται, ϰαὶ ὡς οὔρων ὁδὸν κάμνουσαν. ὑπὸ ϰαὶ τῇ δριμύτητι τῆς χολῆς ἀχθομένην. χολώδεα γὰρ τὰ οὖρα. His quoq; veſica eſt ſonenda, quæ velut neruus patitur, & tanquā vrinæ via laborat, quin etiam humorum acrimonia vexatur. Bilioſæ enim ſunt vrinæ. A

ἐμφυσήματα δὲ ...] Vbi morbus vincitur & ad ſe redeunt lethargici, materia craſſa & frigida tenuata in flatus vertitur, qui cùm aures peruadunt, ſonitum edunt. Collum autem cerebro vicinum cum ſpina, affectionis depulſionem primum ſentiunt. Aretæus quoque βάρος ἐπὶ τὰ κεφαλῆς ϰαὶ ἦχον, ἢ βόμβον adſcribit. B

Qui verò ex Lethargo euadunt, magna ex parte pus intrò colligunt.

[140] Ὁκόσοι δὲ σώζονται τῶν ληθαργικῶν, ἔμπυοι ὡς ἐπιτοπολὺ γίνονται.

Ferè inexpugnabilis eſt Lethargus & ſeptem diebus præcipitium adfert, quos qui ſuperant, ſani euadunt, vt ſcribit Hippocr. lib. 2. de Morb. Verùm libertatis ſpes non niſi pure interno in thoracis cauitate collecto prætenditur, eosq; qui ex hoc præcipitio emergunt purulentos fieri idem ſcribit lib. 3. de Morb. vt non niſi intro concepta putrilagine, ac vitalitatis penetralibus lenta tabitudine confectis, tanta labes depelli queat. ἐμπύους verò dicimus qui pus internum colligunt & ſuppurati fiunt, cùm purulenta illa materia in thoracis cauitate concepta eſt. Sunt enim ἔμπυοι Galeno lib. 4. de cauſ. puls. οἱ ἐν τῇ μεταξὺ διαφράξει τοῦ θώρακος ... χωρίῳ πλῆθος τι πύου ἀθροισθὲν ἔχοντες.

Quos febris detinet, ſi tremor abſq; iudicatione cōquieſcit, iis temporis ſucceſſu abſceſſus cum dolore purulenti ad articulos decumbunt, & veſica dolet.

[141] Ὁκόσοισιν ἐν πυρετοῖσιν ἀκρίτως τὰ ῥιγώδεα παύεται, τουτέοισι χρόνῳ ἐς ἄρθρα ἀποστάσιες ὀδυνώδεες ἐκπύους ..., ϰαὶ κύστις ἐπώδυνος. C

Tranſitus eſt ad ſignorum iudicatoriorum denunciationem, quæ excretiones criticas continent, & ſignorum cauſarumq; ſimul rationem complectuntur, morborumq; ſolutionem expediunt. Quibus igitur in febribus tremores, citra excretionem criticam (id enim ſignificat ἀκρίτως, ἀσήμως & ἀσφαλέως) conquieſcunt, ea materia ad articulos tranſlata abſceſſus facit (quod etiam in diuturnis febribus contingere antea dictum eſt *) vbi à natura euicta in pus vertitur doloresq; facit. Quòd ſi ad veſicam cæteraq; vrinæ effluuia, velut in corporis ſentinam demittatur, iis veſica dolet, quæ vbi acres, bilioſos, mordaces ac tenues humores excepeſit, ab iis irritatur & plærumq; vrinæ ſtillicidium facit, quales ἀποστάσιες ἐπὶ τὰς στραγγουρίας, quæ μετ' ὀδύνης fierent, in febrium continuatarum abſolutione celebrat Hipp. lib. 1. epid. ſt. 2. Atque par eſt in huiuſmodi humorum depoſitione & tranſitu, partes vrinæ deſtinatas, vt renes, vreteres. & veſicam, acrimoniam ipſam experiri, indeq; dolorem conciliari. Interdum etiam contingit, vt velut via facta atque eluuione quadam, abſque vllo partium illarum moleſto ſenſu erumpant, vt exemplo eſt Pythionis hiſtoria lib. 3. epid. Quod dixit Hippocrates lib. 1 epid. ſt. 2. οὐ στραγγουρίῃ, ἀλλὰ πολλὸν ἄλλο ἀντ' ἄλλων. D

* Sent. 118.

Quos febris detinet cum faciei rubore, & capitis vehementi dolore, in iis ſi venæ pulſent, ſanguinis fluxus plærumq; expectandus eſt. Quos verò ſtomachi faſtidia vexant, cum oris ventriculi morſu, & crebra ſputatione, iis vomitio adfutura eſt. Quibus autem ructus adſunt, flatus, ventris ſonitus cum inflatione, iis aluus exturbatur.

[142] Τῶν πυρεσσόντων οἷσι μὲν ἐρυθήματα ἐπὶ προσώπου, ϰαὶ πόνος κεφαλῆς ἰσχυρὸς, ϰαὶ σφυγμὸς φλεβῶν, αἱμάτος ῥύσις τὰ πολλὰ γίνεται. οἷσι δὲ ἄσαι, ϰαὶ καρδιωγμοὶ, ϰαὶ πτυαλισμοὶ, ἔμετος. οἷσι δὲ ἐρυγμοὶ, φῦσαι, ψόφοι κοιλίης, ϰαὶ ἐπάρσιες, ϰαὶ ἐκταραξις κοιλίης. E

Perſequitur excretiones criticas, & primùm hæmorrhagiæ ſigna interſpergit, quæ paſſim per Hippocratis συγγράμματα fuſa ſunt, præcipueq; in Prognoſtico deſcribuntur & repetuntur lib. 1 epid. Sunt autem hæc quæ hic adſcribuntur efferueſcentis ſanguinis & ad ſuperiora delatorum humorum indicia, ex quibus plærumq; ſanguinis fluxum ſequi par eſt. Aſulanus codex huius ſententiæ initium vitioſè ſuperiori ſententiæ coniungit.

οἷσι δὲ ἄσαι] Vomitionis iudicatoriæ ſigna in Progn. deſcribuntur & repetuntur libr. 1. epidem. ſt. 2. in quibus καρδιωγμοὶ & ἄσαι numerantur, quæ ſtomachi faſtidia, & nauſeam, aut ſtomachi anxietatem indicant, vbi ventriculus à vitioſis humoribus, quos natura à corporis cauo & venis expellit, velutiq́ue ad excretionem ſecernit, vellicatur aut grauatur, tuncq́ue ægri nauſeabundi facilè in vomitionem erumpunt. πτυαλισμοὶ verò crebram ſputationem ſignificant & oris ſaliuationem, quæ vomitionem præcedit, ac ex ventriculo in os, ob vtriuſque tunicæ communionem, regurgitat. At inter vomitionis ſigna quæ pleniùs exequitur Galenus libro tertio. de Criſ. τὸ σιέλου πλῆθος adſcribit. Sic πτυαλισμοὶ frequentes apud Hippocratem vomitionem denunciant, vt priùs adſcripſimus. F

οἷσι δὲ ἐρυγμοὶ] ἐρυγμὸς, ἔρευξις & ἐρυγὴ eſt halituoſi ſpiritus & flatus in ventriculo collecti per os excretio, eructatio aut ructus dicitur. Quæ ſi per inteſtina ad ſedem deuoluitur, flatus ſilentes, aut cum ſtrepitu, ſono, & crepitu facit. Quæ omnia cùm ſint ex flatuum genere, abundè à nobis explicata ſunt noſtris in lib. 1. epid. annotat. Vbi quid ſit ἔρευξις, & quid φῦσαι σιγῶσαι ἢ ψοφώδεες ex Hippocratis mente aperuimus.

ϰαὶ ἐπάρσιες] ἐπάρσιες κοιλίης hîc dicuntur ventris inflationes, eleuationes. & intumeſcentiæ à flatibus, quas τῶν ὑποχονδρίων μετεωρίσματα dixit in Prog & οἰδήματα ſignificantq; τὰ μετὰ φύσης ἔχοντα πνευματώδη, Gal. Atque huiuſmodi inflatam aluum ſoluunt murmurilli (quos βορβορυγμοὺς vocant) à flatibus cum humore excitati & ad inferiora tranſmiſſi, eoq; modo deiectionis iudicatoriæ ſpem faciunt, aluumq; conturbant & effundunt. Sic dicuntur Hippocrati ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορυζόμενα, τὰ ἐμπνευματώδεα, & φυσώδη hypochondria ſublata murmurantia, à flatibus diſtenta & flatulenta, in quibus αἱ κοιλίαι ἐκταράσσονται, alui effunduntur. Eſt autem κοιλίης ἐκτάραξις alui exturbatio, cùm magna vi erumpunt, ac ſemel & repente multa profluunt, quæ in inteſtinis continentur, τῷ ταράττειν ῥήματι, οὐ τὴν σύμμετρον ὑποχώρησιν, ἀλλὰ τὴν πλεονάζουσαν δηλοῦντος, verbo ταράττειν non moderatam deiectionem, ſed copioſam declarante, vt ſcribit Gal. Comm. 3. in libr. de rat. victus in morb. acutis. Etſi porò excretionis criticæ per alui profluuium nulla eſſe propria ſigna ſcribit Gal. (extremo lib. 3. de Criſ. & libello de Præcognitione) verùm ipſam præſagiri oportere vbi cæterarum criticarum ſolutionum ſigna nulla adfuerint, non ſunt tamen negligenda iſta perturbationis alui indicia. G

* Aphor. 71.

Quibus febris aſſidua diutiùs cum ſecuritate trahitur, ſi neque ex dolore, neque ex inflammatione, neque ex alia vlla manifeſta cauſa contingat, in iis abſceſſum cum dolore & tumore, præcipueque ad inferiores partes ſperare oportet. Maximè autem in his expectare abſceſſus oportet, qui trigeſimum annum ſuperarunt. Tum verò in his conſiderandi ſunt abſceſſus, vbi febris vigeſimum diem præterierit. Maioribus autem natu

[143] Τοῖσι χρονίζουσιν ἀσφαλέως ἐν πυρετοῖς ξυνεχέσι, χωρὶς πόνου ἢ φλεγμονῆς, ἢ ἄλλης προφάσιος, ἀπόστασιν προσδέχεσθαι, μετὰ πόνου ϰαὶ οἰδήματος, ϰαὶ μᾶλλον ἐς τὰ κάτω χωρία. προσδέχεσθαι δὲ δεῖ τὰς ἀποστάσιας, τοῖσιν ὑπὲρ τριήκοντα ἔτεα μᾶλλον, ὑπονοεῖσθαι δὲ τουτέοισι τὰς ἀποστάσιας, ἢν τὰς εἴκοσιν ἡμέρας πυρετὸς ὑπερβάλλῃ. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι H

ἧσσον

A ὁκόσοι γίνονται, καὶ πολλῷ χείους ἀνωμαλέων τῶν πυρετῶν. Ὁ- δὲ διαλείποντες καὶ λαμβάνοντες πεπλανημένως, φθινοπώρου μάλιστα ἐς τεταρταίους ἐπιεικέως μεθίστανται, καὶ μᾶλλον τοῖσιν ὑπὲρ τὰ τριάκοντα ἔτεα γεγονόσιν. αἱ δὲ ἀποστάσιες τοῦ χειμῶνος γίνονταί τε μᾶλλον, καὶ παύονται βραδύτερον, καὶ ἧσσον παλινδρομέουσι.

minus accidunt, etſi febres longo tempore detinent. Quæ verò febres intermittunt, incertoq; ac vago ordine prehendunt, ex autumno præcipuè in quartanam ferè tranſeunt, idq; in his maximè qui trigeſimum annum ſuperarunt. Per hyemem verò abſceſſus potiùs accidunt, & tardiùs ceſſant, minúſque recurrunt.

B Poſt excretiones criticas abſceſſuum ſigna exequitur, quæ ex Prognoſtico deſumpta ſunt, & illic pleniùs abſoluuntur. Vitioſè autem in quibuſdam exemplaribus huius ſententiæ initium præcedentis ſententiæ extremo annectitur. Illud enim ἢν χρονίζωσιν ἀσφαλέως ἐόντος τοῦ ξυνεχέος, his Prognoſtici verbis reſpondet. ἢν δ' αὖ τοῦ πυρετοῦ μακροῦ ἐόντος ὡς διαφεύξεσθαι τὸν ἄνθρωπον. Quæ febris diutius trahit, ex qua tamen liberari æger poteſt. Febres nanq; quæ protrahuntur & ſalutares ſunt, aut ex quibus ægri ſecuritatem expectant, ad abſceſſus comparatæ ſunt, velut acutiores & præcipites, ad alia excretionum genera promptè ſe habent. Hunc porro totum locum ex Prognoſtico * Celſus (vt eſt limata quadam & rerum & verborum tenuitate) his verbis comprehendit, Nam ſi longæ febres ſine dolore, ſine manifeſta cauſa remanent, in aliquam partem id malum incumbit, in iunioribus tantum: in ſenioribus ex eiuſmodi morbo quartana ferè naſcitur.

*Cap. 1. lib. 2.

C πόνου καὶ οἰδήματος] μὴ πόνου καὶ οἰδήματος lego ex manuſcriptis exemplaribus ac Prognoſtico. Vnde neſcio quid in mentem venerit Caluo, vt diceret potiùs abſceſſum his quam laborem doloremve & tumorem expectandum. Nam qua parte dolor aut labor, in eam facilius materia concedit, ibique abſceſſus firmatur ex aph. 32. & 33. lib. 4.

ἐς τὰ κάτω χωρία] μέρεα pro χωρία legunt omnes membranæ Regiæ manuſcriptæ.

τοῖσιν ὑπὲρ τριάκοντα ἔτεα μᾶλλον] In Prognoſtico ſcribitur τοῖσι νεωτέροισι τριήκοντα ἐτέων. Hic verò eos qui trigeſimum annum ſuperarunt ponit, haud magno cum diſcrimine, cum (vt ſcribit Galen.) ob crebras quæ aliæ aliis inuicem ſuccedunt mutationes, non ſit facile in ætatum ratione certum aliquem ac definitum temporis limitem aut terminum cuiuis præſcribere. Quod effecit vt ætatis vigorem trigeſimo anno circumſcripſerit Hippocrates, quandoq; etiam trigeſimo quinto. Hic igitur ætatem à vigeſimo quinto anno ad trigeſimum quintum comprehendit, in qua humores crudi & contumaces ob intemperantem vitam plurimi coaceruantur, qui naturæ viribus facilè ad abſceſſus propelluntur.

τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισιν ἧσσον γίνεται] Hic πρεσβυτέρους vocat, quos γεραιτέρους in Prognoſtico dixit, habita eorum ratione, qui trigeſimũ

D aut trigeſimum quintum ætatis annum agunt, eoſque intelligit qui ætate florentibus collati, prouectiores ſunt & natu maiores, ac medij ſunt inter ſenes & ætate florentes. ὠμογέροντας qui crudam & viridem ſenectam agunt, ac μεσοπολίους, ſemicanos vocat Galenus, quos γεραιτέρους Hippocrates nominauit. Quidam etiam eos πρεσβύτας intelligunt, qui primum ſenium attigerunt, quamuis Hippocrati πρεσβῦται qui vltimum ſenium agunt & γέροντες dicantur, vt ſcribit Gal. Comment. ad aphor. 31. lib. 3. Illud verò quod ſequitur, καὶ πολλῷ χείους ἀνωμαλέων τῶν πυρετῶν, etſi obſcurum habet ſenſum & à Cornario non ſatis explicatum, his Prognoſtici verbis aperitur. πολυχρονιωτέρους ἐόντας τοὺς πυρετούς.

ἐπιεικέως μεθίσταται] ἐπιεικέως cùm variam habeat pro ſibi adiunctis ſignificationem, hic quomodo ſumi debeat non ſatis eſt expeditum. Interpretes pro leniter & blandè aut moderatè ſumpſerunt, quod huiuſmodi febres vagæ & erraticæ non ſtatim ac repentè, ſed velut ſenſim ac leniter, & ex quodam temporis interuallo, in quartanas tranſeant. Nos [ferè] diximus, ad euentorum & rei conſecutionem reſpicientes, quod plurimùm ac ferè huiuſmodi erraticæ febres in quartanas deſinant. Deinde propter promp-

E tam ad eam rem de qua agimus inclinationem, facilè, promptè, conſentaneè ſignificare poteſt, velut in Prorrh. ἐκ κωφώσιος ἐπιεικέως τὰ παρ' οὖς ex ſurditate abſceſſus ad aures contingere conſentaneum eſſe diximus, cùm iſtud conſentaneum, rei conſecutionem, facilem ac promptam ex ſurditate ad abſceſſus propenſionem ſignificet. Quidam τὸ ἐπιεικέως præter expectationem ac opinionem interpretantur, quod huiuſmodi febres cum aliquot diebus conquieuerint, paulò poſt tamen inopinatè repetant, & quarto quoq; die moleſtiæ ſenſum quodammodo afferant, deinde quartanarũ ſpem confirment. Ac quia id leniter fit & ſenſim, veluti procurata à natura morborum in abſceſſus ſeceſſione, μεθίσταται hic de tranſitione quadam dicitur, in Prognoſtico vero καθίστανται. Lib. autem 2. epid. *πυρετοὶ πλανήτες ἐς τεταρταίους γίνονται. * Sect. 2.

καὶ μᾶλλον τοῖσιν ὑπὲρ τὰ τριάκοντα ἔτεα γεγονόσιν] In Prognoſtico ſcribitur οἱ τεταρταῖοι μᾶλλον τοῖσι τριήκοντα ἐτέων καὶ γεραιτέροισι.

καὶ ἧσσον παλινδρομέουσι] παλινδρομεῖν propriè cùm dicatur Hippocrati de recurrentibus intrò humoribus, & eandem originem repetentibus, hic tamen vt & in Prognoſt. ſimpliciter recurrere, repetere ac reuerti ſignificat, etſi vtraque ſignificatio quodammodo

F includi poteſt.

144 Τοῖσι δὲ πολλάκις ὑποτροπιάζουσιν, ἢν ἑξάμηνον ὑπερβάλλωσιν, ἰσχιαδικὴ φθίσις ἐπιεικέως γίνεται.

Quibus autem ſæpius recidiuæ contingunt, ſi ſextum menſem ſuperauerint, in tabem coxariam ferè incidunt.

Sententia eſt ex ægri obſeruatione nata, in quo multa, craſſa & frigida materia redundans, ægerrimè ad abſceſſum ablegari potuit. Eiuſmodi nanque recidiuarum fomes, in cauſariis corporibus nouas in dies querelas facit, tandemque ferè in marcorem corpus trahit. Quod ſi in coxendicem (vt ferè aſſolet) depoſita materia diutius inhæſerit, coxariam aut coxendicum tabem inuehit. Coxa nanque cum pro articuli magnitudine, neruis, tendinibus, ac ligamentis multis ſcateat, doloris magni & vigiliarũ cauſa eſt, venæque in ea multa materiæ copia refertæ & oppreſſæ, alimentum ad crus tranſmittere nequeunt, indeque graciloſcit ac emarceſcit, quod ſæpe in coxendicum doloribus contingit, eaque tabes coxaria dicitur. φθίσις verò cùm Hippocrati dicatur quælibet corporis atrophia, marcor & extenuatio, quacunq; ex parte illa originem ſumpſerit, inde denominationem accipit. Sic cùm

G plures ſint huiuſmodi tabis apud Hippocratem ſpecies, φθίσις ἰσχιαδικὴ dicitur, quod in coxendice tabis rudimentum factum ſit. Libro quoque 2. de Morbis tabes dorſalis ſcribitur, quæ ex dorſi ſpina oritur, quam νωτιάδα φθίσιν vocat. lib. de Locis in homine. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν corporis tabem quæ ex renum vlcere prouenit, φθίσιν νεφρῖτιν vocat. Ac præter eam quæ ex pulmonis vitio initium ducit, ac verè germana φθίσις dicitur, has omnes tabis ſpecies ex cerebri in partes ſubiectas defluxione ortum habere ſcribit Hippocr. lib. περὶ ἀδένων, vbi αἱ τάβες φθινώδεις dicuntur, atq; etiam huius tabis coxariæ cauſam aperit his verbis: ἄλλη νοῦσος ... κεφαλῆς ... ἐς τὸν νωτιαῖον μυελόν ... ἰσχίον ... καὶ ἢν φθίσιν ποιήσῃ, μαραίνεται ὁ ἄνθρωπος ... Alius morbus per venas in ſpinalem medullam ex capite defluit. Inde autem in os ſacrum irruit, ſpinali medulla eo fluxionem deducente, & in coxendicum acetabula deponente. Et ſi tabem fecerit, homo hoc modo marceſcit, neq; viuere expetit. Statim enim ſcapulæ dolent, ſimulq; & pedes ac crura conſequuntur, & ſemper tandem pereunt multo tempore curati, ac neque voce defecit, & moritur. Eaſdem etiam tabis ſpecies ex fluxione celebrat Hippocrates lib. περὶ

H τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. Quin & ab authore Iſagoges φθίσις ἰσχιαδικὴ & νεφριτικὴ ex Hippocrate celebratur. Sextum autem menſem hic addidiſſe videtur, ad indicandam propriam partis temperiem affectus diuturnitate corruptam, tum etiam morbi & fluxionis pertinaciam. Sic enim ſæpe morbi longi ſexto menſe ſoluuntur, vt morbi æſtiui hyeme, & contra hyberni æſtate, vt ſcribit Hippocr. lib. 3. epid.

145 Ὁκόσα πυρετοῖσιν ἀντιδίδοται, καὶ μὴ ἀποσηματίζει, σημαίνει κακοήθεα.

Quæcunq; febri ex aduerſo reſpondent, niſi abſceſſum faciant, malignitatem denunciant.

Phraſis eſt obſcura & inſolens, vbi ἀντιδίδοται dicitur de ſignis quæ febri inuicem quodammodo reſpondent ac opponuntur, qualia ſunt quæ abſceſſuum ſignificationem præbent, & priùs ac fuſiùs in Progn. deſcripta ſunt, vt morbi ſalutaris diuturnitas, &

A protractio, materiæ qualitas, velut tarditas atq; momentum, vrinarum tenuitas atq; cruditas, & eorum quæ hæmorrhagiam aut excretionem ſignificant priuatio. Ea nanq; cùm velut ex æquabilitate quadam febri reſpódeant, eamq; quaſi compenſent ac rependant ἀντίδοξα dicuntur, etſi iſtud propriè in beneficij ac gratiæ repoſitione vſurpatur. Poſſunt & ἰσα ἀντίδοτα ſignificare ea quę febri ex aduerſo opponuntur, eamq; velut oppugnant, velut eam ſoluentia & liberantia, quæq; aduerſus febrium vehementiam exhibentur eamq; propulſant, qualia ſunt abſceſſum facientia. Quod ſi ἐνδιδόῃ aut ἐνδιδόντα legatur, vt volunt quidam, ea quæ febri cedunt intelligentur, & quæ cùm ſignificationem de ſe ediderunt, remiſſiores aut languidiores habent impetus, in ipſoque curſu, velut ſubſiſtunt aut fatiſcunt. Quæ ergo abſceſſuum ſignificationem oſtentant, ea ſi ſubſiſtant aut remorentur, neq; abſceſſum faciant, communi κανόνων lege damnantur, & materiæ malignitatem quandam, aut naturæ imbecillitatem ſuſpectam faciunt. Sunt qui ἀντιδόντα etiam legant, verum quæcunque videre licuit exemplaria ἀντιδῷ habent.

Febres quæ neq; diebus criticis, neq; poſt apparentes ſolutionis notas dimittunt, repetere ſolent.

146 Τῶν πυρετῶν, οἱ μή τε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι, μή τε μετὰ σημείων λυτηρίων ἀφιέντες ὑποτροπιάζουσι. B

Hoc ex media Hippocratis diſciplina petitum, magnam ad prædictionem addit dignationem, & ex Prognoſtico ſumtum, etiam libello περὶ κρισίων repetitur his verbis: [ὑποστροφαὶ λαμβάνονται] ἢν ὅσοι αἱ οἱ πυρετοὶ παύονται, μήτε σημείων γινομένων λυτηρίων, μήτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι. Sic Prognoſtico 2. in morborum reuerſionibus hanc cauſam adſcribit. καὶ ὑποστροφαὶ [illegible] γίνονται μήτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι, μήτε σημείων ἀγαθῶν [illegible]. Celſus etiam cap. 7. lib. 2. hunc locum cum cæteris qui apud Hippocratem ad hanc rem faciunt, ita expreſſit. Febris quæ ſubito ſine ratione, ſine bonis ſignis finita eſt, ferè reuertitur. Exemplaria quædam μετὰ σημείων λυτηρίων legunt, vt & in Progn. reliqui cum impreſſis conſentiunt.

In præcipitibus morbis iudicatio in quatuordecim diebus expectanda eſt.

147 Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων ἐν ἡμέρῃσι κρίνεται τεσσαρεσκαίδεκα. C

Placitum eſt 23. lib. 2 quod repetitur lib. περὶ κρισίων his verbis: τὰ ὀξέα νοσήματα κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσιν, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Tertiana exacta quinto aut ſeptimo, aut ſummum nono circuitu terminatur.

148 Τριταῖος ἀκριβὴς ἐν πέντε, ἢ ἐν ἑπτὰ περιόδοισιν, ἢ τὸ μακρότατον ἐν ἐννέα κρίνεται.

Aphor. eſt 59. lib. 4. & repetitur lib. περὶ κρισίων his verbis: τριταῖος κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισιν, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Qua de re amplius ſcripſimus noſtris in lib. 1. epid. annotat. Cum autem ſit τριταῖος (vt ſcribit Hippo. [illegible]) ταχυκρίσιμος, nonnunquam etiam ſolutionem quarto circuitu præcurrit, tandem autem & eum ſeptimo perfectè abſoluit, neque poſtea reuertitur, vt ſcribitur lib. 1. epid.

Febricitare incipientibus, ſanguinis ſtillationes cum ſternutatione accedentes, & quod in vrina deſidet album quarto die viſum, ſeptimo ſolutionem afferre denunciant.

149 Οἷσιν ἀρχομένοισι πυρέσσειν αἵματος στάξιες ἐκ ῥινῶν πταρμοῦ γινομένου, λευκὴν ὑπόστασιν δὲ οὖρον ἴσχει ἐν τῇ τετάρτῃ, λύσιν ἐν τῇ ἑβδόμῃ σημαίνει. D

Sanguinis ſtillatio cùm ſæpe ab Hippocr. conuellatur, nihil habet ad prædictionem momenti præſertim ſi circa morborum initia contingat. Quòd ſi ex ſternutatione fiat, vt mali augurium leuat, ita ad ſolutionis denominationem nihil indicat. Sternutamentum verò (vt inquit Celſus ex Hippocrate in Progn.) inter bona indicia eſt, & aliàs, niſi in pulmonis morbis & deſtillatione, ſalutare habetur, quod etiam vulgus annotat. Sed præcipuam ſolutionis ſeptimo die futuræ ſpem oſtentat, coctionis ſignum quarto die emicans, quod in vrina ſubſedit album & laudabile. Nam ſi nubecula quarto die conſpicua, ſeptimo criſim prænunciat, eã prædictionem ſtabiliorem facit multoq; magis confirmabit ſedimentum laudabile die indice viſum, vt ſcribit Gal. Comm. [illegible] ad aph. 71. lib. 4. Cæterùm exemplaria manuſcripta Regia λευκῶ vitiosè pro λευκὴν habent. Quod vitium etiam ad Vaticanas membranas redundauit, quas ſecutus videtur Caluus. E

Morbi verò præcipites & acuti effluente ex naribus ſanguine iudicatione abſoluuntur, idq; die iudicatorio, ac ſudore copioſo exorto, vrinaq; purulenta ac vitrea affatim reddita, in qua quod ſubſidit laudabile ſit, aut abſceſſu effatu digno, & aluo mucoſa & ſanguinea deiiciente, ac de repentè prorumpente, vomitionibuſq; non prauis ſub iudicationem contingentibus.

150 Τὰ δὲ ὀξέα κρίνεται αἵματος ἐκ ῥινῶν ῥυέντος ἐν κρισίμῳ, καὶ ἱδρῶτος πολλοῦ γινομένου, καὶ οὔρου πυώδεος καὶ ὑαλώδεος γινομένου, ὑπόστασιν χρηστὴν ἔχοντος, καὶ ἀθρόου γινομένου. καὶ ἀποστήματος ἀξιολόγου, καὶ κοιλίης μυξώδεος καὶ αἱματώδεος, καὶ ἐξαπίνης καταρραγείσης, καὶ ἐμέτων οὐ μοχθηρῶν κατὰ κρίσιν.

F Morborum abſolutionem per ſigna exequitur, quæ quod ſolutionem prænuncient, λυτήρια dicuntur. Quæ cùm partim ſignorum cauſarumq; ſimul rationem obtineant, partim verò ſigna tantum dicantur, hic ſignorum & cauſarum, quòd præcipuá abſolutionis authoritatem habeant, enumerationem facit. Atq; hæc cùm totam ferè iudiciorum diſciplinam adornent, propriè à Gal. deſcribũtur cap. 14. lib. 1. περὶ κρισίων & cap. 2. lib. 3. Iſta verò vt neq; ante morborum ſtatum certa ſalutis indicia eſſe poſſunt, ſic non niſi die indicatorio oſtentata, ac die indice denunciata, ſtabilem habent iudicij authoritatem.

καὶ οὔρου πυώδεος] Multæ ſunt his in Prænotionibus vt & Prædictionum libro impropriæ & obſcuræ vrinarum appellationes, quæ antiquis expoſitoribus & Galeno non minimum negocium exhibuerunt, & ad germanam Hippocratis doctrinam, qua in Prognoſtico vrinarum cognitionem abſoluit, referendæ ſunt. Ex quarum albo hic purulentæ vrinæ recenſentur & vitreæ quæ morborum abſolutionem iudicatione procurant. Vt enim paſſim à Galeno vrinæ multum profluuium inter iudicatoria ſigna numeratur, ita & vrina bene colorata, in qua ſubſidit album, læue & æquale, certam ſalutis ſpem in coctione habet. Quæ duo cùm hic G diſertis verbis ſub conferta vrinæ copia & laudabili ſubſidentia exprimantur, purulentæ vrinæ obſcuram cognitionem ita faciunt. vt non ſatis propriè ad probam & ab Hippocrate tam bene commendatam in Prognoſt. vrinarum in morbis coctionem, appellatio iſta referri queat. Enimuerò cùm tanta ſit ſubſidentiæ in vrinis cum pure paſſimque à Galeno ac præcipuè Comment. 1. in Progn. & lib. 1. de diff. feb. decantata ſimilitudinis ratio, vt etiam non dubitarit Eraſiſtratus febricitantium in vrinis ſubſidentiam, merum pus eſſe credere, tantaque ſit in puris generatione naturalium functionum benignitas, vt ad exactam totius commendationem non ſit veritus Galenus ſemen puri eſſe ſimile dicere: non temerè cuipiam videbitur ad coctionis probitatem in vrinis ſignificandam, puris notio eſſe expreſſa. Nam quemadmodum apud antiquos, atque in veteribus artis præceptionibus apud Hippocratem putria concoctionem præ ſe ferunt, & σῆψις Galeno πέψεως rationem obtinet: ſic ad puris generationem cùm magna ſit naturæ ad coctionem perficiendam contentio, non infœliciter in vrinis præcipuè quæ coctione ſubſidentiam deponunt, puris nominatione, vrinarum à natura ſubactio ac commendabilis concoctio deſignatur. Sed certè cùm iſta probitatis indicatura in laudabile ſedimentum cadat, mihi videtur hic author per purulentas vrinas alio reſpicere, ac eas vrinas ſubindicare, quæ puri ſimiles, craſſæ, albæ, copioſæ, & cum multo ſedimento morborum materiam ſolutione deponunt, & coctione finiunt. H Nam cùm à natura procurata ſit crudorum & craſſorum ſuccorum concoctio, ac decernendi ratione per vrinæ effluuium emiſſa, ſolutionis cauſa & ſignum in vrinis emicat. Qua ratione eædem ſæpe ab abſceſſibus vindicant, vt in Archigenis puero aph. 2. ſect. 4. lib. 6. epid. & aph. 74. libr. 4. & ex Prognoſt. apparet, præcipuè vero ſi indicij firmitatem diei dignatione ſtabiliterint. Quæ quidem cùm naturæ robur præ ſe ferant, & coctione probitatis notas acceperint, ob ſimilitudinem purulentæ dicuntur. Atque eo quidem mihi ſpectare videtur quod Zeuxis apud Hippocratem τὰ [illegible] καὶ [illegible] ſumat, etſi à Ruſo Epheſio reprehenditur. & quæ Galenus dilucidius explicans in Prorrh. Comm. 3. παχέα καὶ λευκὰ vocat, [illegible]. Sic & vrinæ quæ craſſum & crudum ſuccum coctione deponunt, purulentæ dicuntur, & Gal. Comm. 3. in Prorrh. τὰ πυώδεα οὖρα [illegible] καὶ παχέα οὖρα [illegible] dici ſcribit. Et craſſum illud excrementum & multum quod in vrinis ſano-

rum

A rum deſidem aut ſedentariam vitam agitantium,& plurimo cibo ſe ingurgitantium ex crudorum ſuccorum euictione apparet: ὠμὸν dicitur ab authore eorum quæ extremo libro περὶ φύσιος ἀνθρώπου annexa ſunt,& à Galeno his verbis apertiſſimè declaratur: ἀλλ' οὐδὲ γὰρ αὐτὸ τὸ ὠμὸν ὀνομαζόμενον χυμὸν, ὅπερ πυῶδες, πῶς ἐστὶν ἠγνόησε. ὃ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι γε καὶ ὁ Ἐρασίστρατος τὰ ἐν τοῖς οὔροις ὑφιστάμενα τῶν πυρεττόντων, οὐ τοῦτον εἶναι τὸν χυμὸν, ἀλλὰ πῦον ἡγεῖται, μηδ' ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων τοῖς ἀδηφαγοῦσιν ὑφίσταται [illegible] πολλοὺς τῶν ἀργῶς βιούντων διὰ χρόνου πολλοῦ ἐκκενωθέντας διὰ τῶν οὔρων, τῇ καλουμένῃ μύξῃ παραπλήσια παμπόλλα, καὶ τισιν αὐτῶν [illegible] διεξιόντος, πύῳ παραπλήσιον φαίνεσθαι τὸ ἐκκρινόμενον, καθάπερ γε καὶ τῶν ἀναπνευστικῶν διὰ τὸν πολὺν χρόνον κατακεχρωσμένα πέπονα. (Sic enim legendus mihi videtur locus iſte vitioſè noſtris in exemplaribus exſcriptus.) At hic mihi quidē videtur eū quem crudum humorē appellant, vbi fuerit percoctus, pus eſſe exiſtimare. Et quid dicā? quandoquidē & Eraſiſtratus ea quæ in vrinis febricitantiū ſubſidunt, non hunc humorem, ſed pus eſſe exiſtimat: Neq; in bene valentium vrinis, qui paulò voraciores ſunt, multa huiuſmodi

B ſubſidere ignorat. Permultos igitur vidimus, qui cùm diu in otio vixiſſent, permagnam eorum copiam quæ muco vocato ſunt ſimilia per vrinas excernerent. At cùm quibuſdam tardè permearet id quod excernitur puri ſimili eſſe viſum eſt, non ſecus ac in reſpiratoriis organis, propterea quòd longo tempore tincta ſunt, eiuſmodi cocta eſſe videntur. At certè propriè magis ſuccus crudus dici debet, cùm à pure multis notis diſtinguatur, vt ſcribit Gal. lib. 1. de Aliment. fac. Quæ cùm ita ſint, hic mihi purulenta vrina potius dici videtur craſſa & alba, & quæ concoctione crudioris ſucci craſſum, copioſum & album ſedimentum deponit & iudicatione morbos abſoluere ſæpe videtur, quam ſi quis iſtud referat ad purulentam vrinam, quæ pus admixtum habeat, & veſicæ ac renum, aut etiam ſuperiorum partium miteſcentem coctione inflammationem ſignificari credat. Etſi enim de veſica inflammata in Progn. ſcriptum eſt, λύει δὲ οὖρον πυῶδες οὐρηθὲν, λευκὸν καὶ λεῖον ἔχον τὴν ὑπόστασιν: nihil tamen tale prius attigit, ac ne talium quidem partium ac vomicæ cuiuſquam mentio priùs facta eſt, & hic de iudicationis termino morborum acutorum agitur.

C καὶ ὑαλώδεος ξυρρέοντος] Hic ὑαλῶδες οὖρον, vitrea vrina dicitur, quæ pituitam crudam, vitream, viſcidam & frigidam iudicatione deponit, indeq; vacuata morborum materia ſolutionem facit. Quam poſtea hic author διέξοδον ὑαλώδεα in conuulſionis ſolutione vocat. Neq; enim abſurda eſt morbi illius abſolutio, cùm plurima vitrea & albuminea pituita, frigida & viſcida cruda, compacta, velut morbi fomes magna copia deponitur. Ex quibus conijcitur ὑαλῶδες οὖρον idem ſignificare quod & γονοειδὲς οὖρον, quod eſt Erotiano τὸ λευκὸν καὶ παχύ. Et verò ſæpe γονοειδὲς οὖρον vſurpatur Hippocr. in vrinæ emiſſione, quæ generali ſemini non abſimile quiddam continet grandinoſum, grumoſum, compactum, viſcidum, genitale ſemen conſiſtentia & colore referens, quale quid in pituita vitrea & albuminea apparet, & in ægris ex multa, frigida, cruda & conferta materia laborantibus videtur, in quibus ex magna flatuum permixtione ἐναιωρήματα γονοειδέα ſæpe damnat Hippocrates, vt ægr. 1. lib. 1. epid. & ægr. 3. lib. 3. & ægr. 4. Ac huius explicationis ampliorem notionem facit quod ſcribit Gal. Comm. 2. lib. 6. epid. τὸ γονοειδὲς δὲ οὖρον [illegible] ὑπὸ Πραξαγόρου χυμὸς ὑαλώδης ἐκαλεῖτο. Et quod in fine Comment. 1. in Prorrh. de eo quod γόνῳ εἴκελον διέρχεται, & genituræ ſimile defertur, obſcuriſſimis verbis ſcribit, & quod γονοειδὲς ἐκπλύνον inſinuat in fine Comment. 2. in Prorrh. Quæ omnia exempla, cùm

D ad huius rei notitiam fuſiſſimè congeſſerimus noſtris in lib. 1. epid annotat. non neceſſe hic adſcribere, ὑαλῶδες verò οὖρον idem dici quod γονοειδὲς ſatis probat quod poſtea huius libri author in opiſthotono & poſteriorum partium inflexibili diſtentione, vrinas genituræ ſimiles ſolutionem adferre his verbis ſcribit: [illegible] γονοειδέες οὐρήσιες λύουσι. Quod enim priùs in vniuerſaliori conuulſionis abſolutione ὑαλώδεα διέξοδον dixerat, hic οὐρήσιας γονοειδέας vocat, non ſecus ac in Theodori vxore lib. 7. epid. crebris conuulſionibus appetita, τὸ οὐρηθὲν [illegible] γλίσχρον, γονοειδὲς appoſuit, quibus verbis morbi materiam confertam, viſcidam & frigidam fuiſſe indicat, & quæ feſtucis diducta adhæreſceret. Cui quoq; non eſt abſimile quod in Scopo ſcribitur libr. 2. epid. * qua de re etiam abundè illic diximus. Quomodo verò vrina vitrea excretione ſolutionem morborum faciat, illud Hippocrat. lib. 6. epid. ſect. 2. ſatis apertè indicat, [illegible] τὸ γονοειδὲς, [illegible] Quod etſi valde eſt perplexum, hoc tamen innuere velle videtur Hippocrates, ſolas vrinas genituræ ſimiles iudicatione depoſitas, eos qui ad imum ventrem aut etiam hypochondria ſunt tumores, recentes & ſine inflammatione, leuare poſſe, cum ne copioſis quidem flatibus, aut multo ſter-

E core & viſcoſo demiſſo remitterentur. Eandem penè iudicij cauſam ſubit quod in Prorrh. † Hippocr. circa vmbilicum dolores cum palpitatione ex flatibus multis, per deiectiones genituræ ſimiles cum flatibus erumpentes iudicatione leuatos ſcribit his verbis: οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες, [illegible] γονοειδὲς [illegible] διέρχεται.

* Sect. 3. † Prorrh. 36.

καὶ ἀποστάσιας ἀξιολόγου] ἀπόστημα ἀξιόλογον effatu dignū abſceſſum diximus, & qui morbi magnitudini aut dignitati reſpondeat, vt neque dignitate minor, neq; viribus ſuperior appareat, alioqui in abſceſſuum diſciplina damnationem incurret, & eorum genere, quæ in morbis μὴ κατὰ λόγον καὶ οὐκ ἀξίως fiunt, comprehendetur. Sic eos abſceſſus probat Hippocr. libr. 1. & 2. epid. qui ἀξίως τῆς ἀποβολῆς [illegible] τοῦ νοσήματος fiunt. Quod his verbis ſubmonuit Galen. Com. 3. in Prorrh. [illegible] παρ' Ἱπποκράτους [illegible] ἀξίως τῆς ἀποβολῆς τοῦ νοσήματος [illegible] Ex Hippocrate autem dicente didicimus bonos eſſe abſceſſus, qui pro morbi ratione ad inferiores corporis partes demittuntur. Et Comment. 2. [illegible]

F [illegible] ἀποστάσιας, ἢ μείους, ὡς [illegible], ὡς μηδὲν ὠφελεῖν, ἢ μείζους, ὡς μὴ δύνασθαι φέρειν. Sic nempe in libr. de Morb vulgaribus abſceſſus culpamus, vel minores (vt dixi) tanquam nihil iuuantes, vel maiores, quàm qui ferri poſſint. Eadem quoque notione Galen. cap. 2. lib. 3. de Criſibus ἀξιολόγους ἀποστάσεις vocat, per quæ ſubitam ad ſanitatem conuerſionem fieri conſpicimus, his verbis: [illegible] εἰς ὑγείαν ἐξαίφνης μεταβολὴ [illegible], καὶ γίνεται μὲν [illegible] ἐκκρίσεσιν, ἢ ἀξιολόγοις ἀποστάσεσιν. Sola igitur ſubita ad ſanitatem mutatio ſimpliciter criſis nominatur. Et fit quidem omnino euidentibus quibuſdam excretionibus, aut effatu dignis abſceſſibus. Hinc verò abſceſſuum moderationem his verbis eleganter circumſcribit Hippocr. lib. 1. epid. * ἐπὶ τουτέων ἀποστάσιες ἐγίνοντο, ἢ μείζους ὥστε ὑποφέρειν μὴ δύνασθαι, ἢ μείους, ὥστε μηδὲν ὠφελεῖν. In his abſceſſus fiebant, aut maiores quàm vt ferre poſſent, aut minores, quàm vt iuuarent. Qua de re etiam illic plura ſcripſimus.

* Sect. 2.

καὶ κοιλίης μυξώδεος] Hic ἀποστάσιες κατ' ἔκρουν indicat, cùm corpus integrum per humorum effluuium ac corporis emiſſaria quæq; expurgatur, veluti per vrinas ac alui fuſiones contingere ſæpe ſolet. Mordaces nanq; cumulati humores in corpore, tenueſque ac

G ſuperflui plæruną; & acres, aut pituitoſi, interdum per vrinæ vias, nonnunquam etiam per inteſtinorum inuolucra, aluo ad indicationem erumpente repurgantur, & στραγγουριώδεες καὶ δυσεντεριώδεες ἀποστάσιες obueniunt, quarum non rarò meminit Hippocrates lib. 1. epid. & fuſiùs proſecuti ſumus noſtris in lib. 2. epid. Comment. In huiuſmodi ergo pituitoſorum humorum per aluum elutionibus, mucoſa quædam prodeunt, deinde inualeſcente acrimonia ramentoſæ aut ſtrigmentoſæ egeſtiones fiunt, poſtea tandem cruentæ & in dyſenterias tendunt. Ac videre eſt in quibuſdam ſuperfluam humorum congeriem crebrius naturæ robore in aluum erumpere, & dyſenteriam creare, quam αἱματηρὰν καὶ ἡπατικὴν vocat. Gal. lib. 5. & 6. de loc. aff. cap. 7. & 2. Quæ omnia ſunt valentis naturæ, & in ſalutarem iudicationis ſpem ſeſe erigentis, certiſſima indicia, vt teſtatur Gal. Com. 4. in lib. de artic.

ἢ ἐμέτου ἢ μοχθηροῦ] Quales damnantur in Progn. ſinceræ, aut virulentæ ac æruginoſæ vomitiones, aut qualia ἐμέσματα ἄκρητα, ἰώδεα, πονηρὰ in Prorrh. ſuis decretis confodit Hippocr.

Ὕπνοι βαθέες, μὴ ταραχώδεες, βεβαίας κρίσιας σημαίνουσι· οἱ δὲ ταραχώδεες, μετ' ἀλγήματος σώματος, ἀβέβαιοι.

H Profundi ſomni neque turbulenti, iudicij firmitatem denunciant, turbulenti verò non ſine corporis offenſione, inſtabiles ſunt & infirmi.

Somnus cùm requietem corporibus & medicinam quandam laboris afferat, interdum in morbis repentinam mutationem facit, & coctionis ratione iudicationis dignationem, etſi omnino leuem, habet. Nam quia ſimpliciter criſis ſubitam ad ſanitatem cōuerſionem ſignificat, quæ cum repentinis excretionibus aut effatu dignis abſceſſibus contingit, vt ſcribit Gal. iſta non ſatis aptè ſomno conuenient, etſi in pueris præcipuè, ac verò in nonnullis aliis, profundo & alto ſomno morbos alleuari percipimus. Ac vt huius rei tabellare (vt ita dicam) teſtimonium in medium producamus, id his verbis confirmat. Galen. Comm. 3. in Progn. [illegible]

μεταβολαὶ ὡς ἐπὶ τὸ βέλτιον, ἃς ἔνιοι μὲν ἀξιοῦσι καὶ αὐτὰς ὀνομάζειν κρίσεις, ἔνιοι δ' οὐ συγχωροῦσιν. Edocti autem eſtis quod omnes criſes cum A
quadam euidente euacuatione fiunt, aut abſceſſu. Raró enim pueri ſoli per ſomnum profundiorem ac longiorem, celeres in melius fecerunt mutationes, quas nonnulli quidem etiam iudicationes nominari exiſtimant, alij nequaquam concedunt. Comment. quoq; 2. in Prorrh. ἑώρακα μὲν οὖν ἐπὶ τινῶν ἀῤῥώστων ἐγρηγορότων ἐφεξῆς ἡμέραις τρισὶν ἢ τέτταρσι, δυσδιέγερτον ὕπνον γενόμενον, ὃς ὅλης ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ὠφέλησεν μεγάλως. ἐπὶ δὲ παιδίων εἶδον πολλάκις, οὐ μιᾷ μόνον, ἀλλὰ καὶ δυοῖν ἡμέραιν ἐφεξῆς, ἐπ' ὠφελείᾳ μεγάλῃ γενόμενον τοιοῦτον. Vidi ſiquidem in ægris quibuſdam, qui tribus aut quatuor conſequenter diebus vigilauerant, difficilem excitatu ſomnum exortum, qui tota die aut nocte magnum attulerit adiumentum. In pueris verò ſæpius vidi eiuſmodi ſuperuenientem ſomnum, non vno ſolùm die, ſed duobus ex ordine diebus magno illis fuiſſe adiumento. Quibus verbis quidnam in morbis conferat ſomnus ſatis intelligimus, cuius etiam momentum ac pondus ex Comm. ad aph. 1. lib. 2. facilè excipias. Nam & febres ſomno miteſcere, & dolores leuari, & languores diſſolui, firma ſunt ſalutis indicia, præcipuè ſi neque inter dormiendum perturbatur aut commouetur æger, quiritatur, nugatur, aut delirat, neq; turbulentis inſomniis diuexatur: qui ſunt βαθεῖς καὶ μὴ ταραχώδεες ὕπνοι. Actuarius quoque lib. 2. Meth. med. cap. 2. ſomnos accedentes qui antea deerant, ægrum à languoribus leuare ſcribit, & in phrenitide ſimilibuſque morbis iudicij firmitatem ſtabilire. Quin & ſalutis ſecuritatem ſomnos in ægris confirmare ſcribit Hippocr. libello περὶ κρισίων his verbis: [illegible] B
Τὰ πρὸς ὀλίγον χρόνον μέλλοντα ὑγιάζεσθαι, μέγιστα σημεῖα ἅπαντα γίνεται. ἀνώδυνοι γάρ διατελοῦσι, καὶ ἀκίνδυνοι, καὶ τὰς νύκτας κοιμῶνται, καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα φέρουσιν ἀσφαλέα. His qui breuiſſimo tempore ſani futuri ſunt, maxima in totum ſigna contingunt. Sine dolore enim degunt & extra periculum, & noctu dormiunt, aliaque ſecuritatis ſigna præ ſe ferunt. Hîc autem μετ' ἀλγήματος σώματος dicuntur qui in aphoriſmis πόνον πονέοντες. Minutum eſt, admonendum tamen, quod exemplaria Regia manuſcripta pro μὴ ταραχώδεες, οὐ ταραχώδεες legunt.

Quibus ex naribus fluxiones, quæ ſeptimo, nono, aut decimo quarto die contingũt, vt plurimùm à febribus vindicant. Eodem verò modo & bilioſus alui fluxus, & qualis in inteſtinorum difficultate fieri aſſolet, ac genuum & coxendicum dolor, vrinaq; ſub iudicationem concocta, & verò in muliere menſium profluuium.

152 Ἑβδομαῖοισιν, ἢ ἐναταίοισιν, ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταίοισι ῥύσιες ἐκ ῥινέων λύουσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοὺς πυρετούς. ὁμοίως δὲ καὶ κοιλίης ῥύσις χολώδης, καὶ δυσεντεριώδης, καὶ πόνος γουνάτων, ἢ ἰσχίων, καὶ οὖρον πεπαιθὲν πρὸς τὴν κρίσιν, ἐν γυναιξὶ δὲ καὶ ἐπιμηνίων ῥόσις. C

Hæ alui fluxiones & alluuiones quæ morborum materiam iudicatione ſecernunt, ἀποστάσεων κατ' ἔκρουν genere continentur, quales ſunt κοιλίαι χολώδεις & δυσεντερίαι Hippocrati celebratæ lib. 1. epid. * & ἐκταραχθεῖσαι κοιλίαι. Idem rurſus lib. 1. epidem. ** febres ardentes plurimis in inteſtinorum difficultatem conceſſiſſe ac conſtitiſſe ſcribit, quæ ægros eo veluti humorum depoſitu, periculo exemerit. In mulieribus verò ſæpe profuſam ac liberalem menſium abundantiam febres liberare exemplo eſt Lariſſæa virgo D
ægr. 12. lib. 3. epid. poſt ſt. peſt. idemque multis contigiſſe teſtatur Hippocrates lib. 1. epid. *** Quin & libello περὶ κρισίων menſium abundantiam in febrium ſolutione ponit, ſanguinis è naribus fluxum, alui ſeceſſionem, vrinæ copiam, ſudores & vomitum, his verbis: καὶ τὰ ὥρα ἀποχωρέοντα, ἢ καὶ τὰ διαχωρήματα κοιλίης, ἢ αἵματος ἐκ τῶν ῥινέων ῥύσις, ἢ οὔρησις πολλή, ἢ διὰ ὑγρασίην ἰσχυρήν, ἱδρῶτα ἢ ἔμετον. Codices manuſcripti quidam ἑνδεκαταίοισιν pro ἐναταίοισιν legunt, non magno certè momento, cùm dies vndecimus ſignificationis potius quam iudicij authoritatem habeat.

* *Sectior. 2.* ** *Stat. 3.* *** *Stat. 3.*

Quibus per febres alicunde ſanguis largiter effluxerit, iis dum ſeſe recolligunt, alui humeſcentes effunduntur.

153 Οἱ ἐν πυρετοῖσιν αἱμοῤῥαγήσαντες ἱκανῶς ὁκοθενοῦν, ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι κοιλίας καθυγραίνονται. E

Aphoriſmus eſt 27. lib. 4. qui & poſtea in hoc præſagio aliis verbis repetitur, & ex Prorrh. 133. reſumitur. Codices editi κοιλίας habent, vbi manuſcripti quidam κοιλίαι legunt, eadem notione.

Qui per febres tenuiter exudant, cum capitis dolore & aluo intercepta, ad conuulſiones proni ſunt.

154 Οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδρώοντες, κεφαλαλγέες, κοιλίην ἀπολελαμμένοι, σπασμώδεες.

Hæc ex Prorrh. 115. repetuntur. Sunt autem iſta oppleti & humorum ſarcina grauati cerebri indicia, vnde appetita neruorum origine, propenſiores eſſe ad conuulſiones eſt vero ſimile, neq; tamen neceſſarium. Quam ad rem facit etiam Prorrh. ſent. 88. Sunt verò οἱ κοιλίην ἀπολελαμμένοι, qui aluo ſunt ſuppreſſa, intercluſa & intercepta, familiari admodum Hippocrati locutione, qui κοιλίην ἀπολελαμμένην ἐπεχομένην vocat, vt exponit Galenus. Idemque κοιλίας ἀπολελαμμένας ἐπεχομένας ſignificare ſcribit. Erotianus autem ἴσον τῷ ἀπειλημμένας καὶ ἐστηριγμένας poni vult.

Quæ ſenſim feroces fiunt mentis emotiones, in ferinas euadunt, & conuulſiones portendunt.

155 Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασέως παρακρούσιες, καὶ θηριώδεες καὶ σπασμὸν σημαίνουσι. F

Ex multis Prorrhetici ſententiis nata eſt hæc ſententia. Præcipuè vero ad eius notionem conducit Prorrh. 26. & 123. & antea ſcripta ſent. 85. Deliria in febribus perſæpe ex leuibus initiis magnum faciunt incrementum, & paulatim aduſta materia malignã qualitatem contrahunt, & in furentes, melancholicas ac vehementes mentis emotiones tendunt: in quibus ægri calcitrant, feriunt, mordent, ac contineri nequeunt. Et hæ ſunt θηριώδεις παρακρούσιες, ἐν αἷς καὶ παίουσι καὶ λακτίζουσι, καὶ δάκνουσι καὶ χαλεπαίνουσι, ὡς πολεμίους νομίζοντες, hoc eſt, ferinæ deſipientiæ, in quibus pedibus feriunt, calcitrant, morſibus impetunt, indignantur, & ingredientes pro hoſtibus habent, vt ſcribit Gal. Comm. in Prorrh. Eæque ferè ex atræ bilis incendio oriuntur, idque θηριώδεις παραφροσύνας ſæpe vocat Hippocrates ἐνδείξασθαι δὲ (vt ſcribit Gal. Comm. 3. in Prorrh.) [illegible] Per hanc autem vocem melancholici affectus intenſionem declarauit. Cùm enim prompti ſint ad mala propinquis inferenda qui melancholica deſipientia laborant, vbi ingentia mala perpetrant, eas ferinas deſipientias appellat. G

Conuulſio in febre ſuborta eademq; die deſinens, bono eſt.

156 Σπασμὸς ἐν πυρετῷ γενόμενος, καὶ παυόμενος αὐθημερὸν, ἀγαθόν.

Conuulſio in febre ſuborta, febrem primo die, aut poſtero, aut tertio finit. Quòd ſi horam qua prehendit ſuperet, nec deſinat, malo eſt.

157 Σπασμὸς ἐν πυρετῷ γενόμενος, παύει τὸν πυρετὸν αὐθημερὸν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τρίτῃ. ὑπερβάλλων δὲ τὴν ὥρην ἐν ᾗ ἤρξατο, καὶ μὴ παυόμενος, κακόν.

Hæc conuulſionum placita non ſatis conſentiunt cum Hippocrat. diſciplina, nec authoritatis comminiatam ſatis firmam tuentur. Vulgatum nanque eſt in Hippocr. Œconomia, atque multis reſcriptis teſtatum, præcipuè vero aph. 26. lib. 2. & 57. lib. 4. & 5. & 70. lib. 5. febres conuulſionibus ſubortas, eas diſcutere atque præſtabiliores eſſe, quàm ſi conuulſiones febribus ſuperueniant. Quod eſt alias paſſim etiam ab Hippocrate ſcriptis traditum. Conuulſiones verò in febribus ortas, eas ſoluere, non temerè in parentis monimentis reperias, cùm ne tanti ſit febris vt conuulſione ſanationem accerſas, nec tanto malo leuius dependendum ſit: Niſi ſi quis naturæ impetum & vehementem concuſſionem ac agitationem quæ fit in conuulſione, materiæ morbi depulſionem facere ac febrim ſoluere putet, non ſecùs ac rigor morbum comitialem ſoluit, aut etiam quartana propter rigorem, aut τὰ ἐκ διαλύσιος τεταρταίου ἐπιληπτικὰ πρόσω, σπασμῷ λύεται ſcribitur Prorrh. 113. & poſtea hic repetitur. Vehementi nanque concuſſione, quæ in rigore aut conuulſione contingit, materiæ excretio procuratur, & à venis aliò, vt in habitum corporis aut neruos amandatur, ex eoque motu calor excitatur, qui materiam exagitatam tenuat & in habitum diſſipat & ſudores, & humorum coctionem H
molitur

A molitur. Quæ certiſſima eſt morborum depulſio, vbi excretione & coctione finiuntur, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 70. lib. 5. Aut certè exiſtimandum eſt vehementem cauſarum efficientium impetum ac motum febrem tollere, ὥσπερ οὐδὲ κἂν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι τὰ προδρόματα τῶν νοσημάτων πολλάκις ἀγαθὰ ἐργάζεται, vt ſcribit Gal. Com. ad aphor. 5. lib. 7. Sic enim perſæpe deteriores morborũ ſucceſſiones, quæ veluti noua morbi acceſſione affectionem augere videntur, morbos ſoluere Hippocrati dicuntur, vt vehemens mentis alienatio furorem ſoluit (aph. 5. lib. 7.) & delirium ſuccedentes febribus ardentibus tremores (aphor. 26. libr. 6) aut inſania epilepſiam, vt multis exemplis teſtati ſumus noſtris in lib. 1. epid. Com. Quod autem ad huius ſententiæ notionem attinet ea repetitur lib. περὶ κρισίων his verbis: ἐπὶ πυρετῷ ἰσχυρῷ σπασμὸς ἢν λάβῃ, παύεται ὁ πυρετὸς. αὐθημερὸν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τρίτῃ. Verũ videtur ex libello περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον illic diminute adſcripta, vt ſatis apparet ex iis verbis quæ ſequuntur & mendoſe illuc ſunt tranſpoſita. Rectius igitur ſcribitur lib. de locis in homine, ἀπὸ σπασμοῦ πυρετὸς ἢν ἐπιλάβῃ, παύεται αὐθημερὸν ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ. Quę & in Hippocratis diſciplinam conſpirant, & his quæ poſtea in hoc præſagio de conuulſionibus ſcribentur ſunt valde cõſentanea.

B Etſi ægrotorum obſeruatione eſt exploratum conuulſiones plæraſque febri ſuperuenientes eſſe ſalutares, nempe ſi in motu ſint, neque diu perſeuerent, neque à ſtabili cauſa ortæ ſint, ſed initio morbi accidant, ex repletione non inanitione, translata nimirum materia à venoſo genere in neruos, per concuſſionem & violentum motum quem conuulſio intulit. Sic lib. 1. epidem. ſtatu frigido & humido, conuulſiones pueris multis initio contingebant, idque in febribus ipſis. At certè ſuſpectum magis locum reddit codicum varietas. Nam & exemplaria quædam primam ſententiam cum ſecundæ parte permiſcent & confundunt, vt ex Caluo ſatis apparet

158 Οἱ διαλείποντες, ἀνωμάλως δὲ χλιαινόμενοι, κοιλίης ἐμφυσωμένης, μικρὰ διαδιδούσης, ὀσφυαλγήσαντες μετὰ κρίσιν, τουτέοισι κοιλίαι καταρρήγνυνται. Οἱ δὲ καυσώδεες πρὸς χεῖρα, νωθροὶ, διψώδεες, ἀσώδεες, κοιλίης ἀπειλημμένης βαρυνόμενοι ἐκλύονται. ἔστι δ' ὅτε καὶ τὰ ἐξέρυθρα ἐν ποσὶ κατακαύματα, τὰ αὐτὰ σημαίνει.

C Qui per febres intermittentes, inæqualiter incaleſcentes, aluum habent flatibus diſtentam, pauca tranſmittentem, iis poſt iudicationem lumborũ dolore ſuborto, alui prorumpunt. Qui autem ad manus contactum exardeſcunt, torpore, ſiti ac corporis incontinẽti iactatione vexantur, ij aluo intercepta grauati exoluuntur. Interdum vero etiam prærubra in pedibus ambuſta eadem denunciant.

Eſt hoc ex obſeruatione empirica natum, & per ægrotorum triclinia ſuggeſtum, huc traductum. χλιαινόμενος dicit Hippocrates de his qui intepeſcunt, aut ocioſè ac ſenſim concaleſcunt, & febribus mitioribus ac moderatis detinentur, quales χλιαροὺς vocat [a] Gal. & acutis opponuntur. In his igitur inæqualiter intepeſcentibus & incaleſcentibus, quòd calor modò deſinat, modò etiam repetat, magnam humorum inæqualitatem in corporis habitu ac primis venis ineſſe oportet, ex cuius permixtione, flatuum ſuborta

D copia, aluus diſtenta eſt, tandem verò vtcunque præparata materiã, & ſuccorum acrimonia ſolicitata, naturæ robore ad iudicationem per aluum effuſa, in tranſitu lumborum dolorem attulit. At ſæpe inter ſigna alui erumpentis, lumborum dolorem ſubnotat Hippocrates. Qui verò febribus ardentibus diuexantur, quales vocat καυσώδεας πρὸς χεῖρα, quòd ad manus contactum vehementiſſimus ardor percipiatur, ſi torporis ſenſu tenentur, neruoſi generis ac animalium functionum læſionem ex ſpirituum à calore reſolutione ſentiunt. Quapropter neque mirum eſt eos degrauatos exolui, ac viribus proſtratis ἐκλύεσθαι, quod de virium proſtratione dicitur, vbi totum corpus ad motionum liberas actiones & ſenſationes velut eſt impotens & exolutum. velut etiam τὰ ταρακτικὰ ἐκλυόμενα explicat [b] Gal. in Prorrh. Sic καυσώδεας νωθροὺς iunxit in Prorrh. & καυματώδεας annumerauit. In huiuſmodi autem febribus, ob ardorem aluus ſæpe reſiccatur ac ſupprimitur, vnde & grauitatis ſenſus maior. κατακαύματα porrò, quæ ſunt ambuſta, & incendioſæ quædam puſtulæ aut ambuſtiones in corporis ſummo ab vſtulatione enatæ, quales φῷδας vocat poſtea, cùm

E ex acri & mordaci materia fiant concalfactu lancinante, vnde & æſtuoſi & ſiticuloſi ægri redduntur, huiuſmodi humorum putredinem, aut etiam exurentes febres prænunciare, non alienum abs re videbitur. Quorum in pedes ſeceſſus, naturæ onus deponentis robore ſolicitatus, bono augurio eſt. His ſimiles ſunt quas initio lib. 2. epid. φλυκταινίδας ὥσπερ πυρικαύστους dixit Hippoc. Cæterùm vbi publicata exemplaria διαδιδοῦσαι legũt, Regia exemplaria manuſcripta διδοῦσαι habent. Vitioſa verò ſunt quę ὀφρυαλγήσαντες legunt, quæ tamen ſecutus videtur Caluus, nulla cum huiuſmodi caſibus ſuperciliorum communione, etſi vtranque lectionem adſcripſit.

[a] *Comment. ad aph. 37. lib. 4.* [b] *Prorrh. 102*

159 Οἱ χειμερινοὶ τεταρταῖοι πυρετοὶ, ἐπιεικέως μεθίστανται ἐς τὰς ὀξέας νούσους.

Hybernæ quartanæ ferè in morbos acutos tranſeunt.

Quod in quorundam ægrotorum obſeruatione ſemel atque iterum eſt annotatum, id non rectè in præceptionis exemplum tra-

F hitur. Certum eſt hybernas quartanas eſſe longiſſimas, plurimumque negotij ægris faceſſere, malique diuturnitatem plærunque graui moleſtia dependere: verùm in morbos acutos deſultorio quodam modo tranſire, non ſatis eſt artis vſu comprobatum, niſi externarum cauſarum ope contingat, vt ægri vitio, medici ignorantia, latente interna corporis noxia, grauiſſimis caſibus feneſtra patefacta ſit. Sic enim quandoque ex vitæ intemperantia quartanæ vbi diutius afflixerunt, in continuas tranſeunt, nulla tũc ferè ſperabili ſalute. Hybernas verò quartanas vocat eas quæ hyeme ortę ſunt (quales ſunt rariſſimæ) aut quæ inſtante hyeme cœperunt, quas πρὸς τὸν χειμῶνα συνιστάμενας dixit aph. 25. lib. 2. Hippocr. Mirum autem mihi videtur Caluum febres ſimpliciter dixiſſe, quartanas prætermiſiſſe.

160 Κεφαλῆς πόνος ξύντονος μετ' ὀξέος πυρετοῦ, καὶ ἄλλου σημείου τῶν δυσκόλων, θανάσιμον. ἄνευ δὲ σημείου φαύλου, ὑπερβάλλων τὰς εἴκοσιν ἡμέρας αἵματος ῥύσιν, ἢ πύου ἐκ ῥινὸς, ἢ ἀποστάσιας ἐς τὰ κάτω σημαίνει. μάλιστα μὲν νεωτέροισι τῶν τριήκοντα πέντε, τὰς ῥύσιας· τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι, τὰς ἀποστάσιας προσδέχεσθαι. περὶ μέτωπον δὲ καὶ κροτάφους ὄντος τοῦ πόνου, καὶ συντόνου τὰς ῥύσιας.

G In febre acuta continens capitis dolor, cum grauibus aliis ſignis, mortem minatur. Quòd ſi neq; alia præterea ſigna mala ſunt, & viginti dies ſuperat, aut ſanguinis ex naribus, aut puris effluxum, aut abſceſſus ad inferiores corporis partes denunciat. Pręcipuè quidem in his qui nondum trigeſimum quintum annum attigerunt, fluxiones, in ſenioribus autem abſceſſus ſperare conuenit. Si verò dolor vehemens circa frontem ac tempora affligat, fluxiones expectandæ ſunt.

Tranſitio eſt ad partium corporis affectus primumque capitis dolores attingit, qui aut adiunctam habent febrim, aut ſine ea affligunt. Nunc verò capitis dolores cum febre continua attingit, quos Prognoſt. 3. aliis verbis celebrauit, vnde hæc ſententia hæc eſt traducta, σύντονον πόνον quem hic vocat intenſum dolorem & continentem, ἰσχυρὰ καὶ ξυνεχὴς ὀδύνη Prognoſtico dixit. δύσκο-

H λον verò cum de morbo non periculoſo ac lethali, & de paruis malis neq; magni momenti dicatur (vt ſcribit [c] Gal.) ideoq; ἀκίνδυνον ſignificet, hic de ſignis exitialibus & pernicioſis effert, quæ δεινότατα in Prognoſtico, hic φαῦλα vocat. Poſtremo intenſus ac vehemens dolor circa tempora ac frontem affligens, ſanguinis è naribus fluxionem prædicit, quem hic σύντονον πόνον publicata exemplaria, codices quidam manuſcripti σύντομον, vt priùs, ſcribunt. Hippocrates in Prognoſtico παραυτίκα ὀδύνην dicit, Galenus σφοδρὰν exponit, vehementem & intenſum, quòd recentes dolores plærunque intendantur ac inualeſcant, quemadmodum τόνος apud Hippocratem contentionem ac vehementiam vt plurimum ſignificat. Celſus cap. 7. lib. 2. hos Hippocratis locos latinos faciens ingentem dolorem dixit. Niſi quis σύντομον breuem aut velocem dolorem intelligat, quaſi vehementem, aut qui magis recenti conueniat, quòd morbi qui primis circuitibus iudicium ſubeunt, excretionibus ferè abſoluantur, qui diutiùs protrahuntur, per

abſceſſum finiunt. Monendum etiam ſuccurrit, hic vbi edititij libri ὦτα ἐπαίρει habent, codices manu ſcriptos Regios omnes ὦτα legere, vt ad φωνὴν referatur. A

*** Comm.3.in Prorrh.

161 Qui capitis doloribus & aurium tinnitibus citra febrem, aut tenebricoſa vertigine, & vocis tarditate, manuumq; ſtupore tentantur, in iis aut ſyderationem, aut morbum comitialem, aut etiam obliuionem ſperare conuenit.

Οἱ κεφαλαλγίαι καὶ ἦχοι ἀπυρέτοισι, καὶ σκοτοδίνη, καὶ φωνῆς βραδυτὴς, καὶ ναρκὴ χειρῶν, ἢ ἀποπλήκτους, ἢ ἐπιληπτικοὺς προσδέχου τούτους ἔσεσθαι, ἢ καὶ ἐπιλήσμονας.

Hoc præſagium Hippocratis diſciplina maximè dignum, magnam in cerebro humoris frigidi redundantiam indicat, quæ à languido calore commota, flatus cum tenebricoſa vertigine excitat. Præcipuè verò ſyderationis metus eſt, ſi capitis dolor de repente ac ſine febre contingat, vt ex aph.51.lib.6. ſatis eſt teſtatum. Vertigo etiam morbi comitialis quodammodo eſt prænuncia. B Vocis autem tarditatem (quam βραδυτῆτα vocat Prorrh.2.) inexplicatum ſermonem ac veluti balbutientem linguam vocat, humore nimio irrigatis linguæ muſculis ac neruis. Quæ calamitas in ſyderatorũ aut epilepticorũ denunciatione apparet. Manuum quoq; ſtupor ac torpor ſentitur, neruorum propagine ac ſpina dorſi humoris affluxum ex poſteriore cerebri parte ſentiente, vnde etiam propter imbecillitatem neruorum, contremiſcunt apoplectici & epileptici. Ex eodem etiam fonte memoriæ deprauatio ac obliuio manat, per quam Lethargus ſignificari videtur. Cæterùm hic ſecuti ſumus publicatos codices, ἀπυρέτοισι legunt, quòd febris his malis remedium afferat ex aph.5.lib.5.& 51.lib.6. etſi in quibuſdam ἐμπυρέτοισι legatur, alij etiam ἐν πυρετοῖσι habent. Codices manu ſcripti Regij omnes hanc dictionem omittunt, quod etiam fecit Gal. Vaticanos codices ſecutus.

162 Ex capite dolentes, & alto ſtupore (quem catochũ dicunt) detenti, ac delirantes, cum alui interceptione & ferociente intuitu, floridi, in ſcapulas rigeſcunt, ac poſteriorum partium diſtentione tentantur. C

Οἱ κεφαλαλγέες, κατόχως παραφρονέοντες, κοιλίης ἀπολειφθείσης, ὄμμα θρασυνθέντες, ἀνθηροί, ὀπισθοτονώδεες γίνονται.

Sententia eſt Prorrhetici 88. indeque repetenda eſt & eruenda explicatio.

163 Quæ caput quodammodo cõcutiunt, cum intenſa oculorũ rubedine, ac manifeſto delirio, perniciẽ denunciant. Neq; tamen hoc ad mortem comitatur verum circa aurem tumorem excitat.

Τὰ ὑποσείοντα κεφαλῆς ὄμματα ἐξέρυθρα, παραφρονέοντα σαφῶς, ὀλέθρια. οὐ ξυναποθνήσκει τοῦτο, ἀλλὰ παρ' οὖς οἴδημα ποιέει.

Obſcurum eſt quid per τὰ ὑποσείοντα κεφαλὴν intelligatur, & τὰ σείοντα κεφαλὴν in affectata de induſtria obſcuritate reponit Galenus in Prorrh. Ea tamen intelligi poſſunt quæ aliquo modo caput commouent & concutiunt, qualia ſunt quæ in caput ſubuehuntur & illud tentant. Quo in genere malè habentia caput ſymptomata reponentur. Audiri quoq; poſſunt venarum ac arteriarũ in capite pulſationes, palpitationes ac ſuccuſſiones quædam, aut capitis motiones tremulæ & conquaſſationes ob neruorum ac virtutis imbecillitatem. Oculi verò prærubri meningum cerebri inflammationem, aut ſanguinis ſublati & incenſi copiam denotant. Atque in huiuſmodi redundantiæ copia promptè excitato incendio, deliria manifeſta ac apparentia fiunt, quæ ſunt peſſimè affecti cerebri certiſſima indicia, & perniciem intentant. Ex quibus ſalus etiam ſperari poteſt, ſi ſanguinis ex naribus profluuium incendium reſtinxerit, aut copiam depleuerit, aut ſi humorum ſæuitiam natura concoctione mitigauerit, & per abſceſſum ad aures depoſuerit. ξυναποθνήσκει autem de morbis dicitur, qui cùm diutiùs perdurarint & conſenuerint, mortem tandem adferunt & ad eam concomitantur, vt aphor.59.lib.2.& aph.7.lib.5. συγγηρᾷ exponit * Aretæus, & χρονίζει Gal. aph.28.lib.3. Hic vero τὰ ὑποσείοντα κεφαλὴν lego, familiari Hippocrati phraſi, etſi reliqua exemplaria manuſcripta ὑποσείοντα κεφαλῆς ὄμματα coniungunt, quæ ſecutus etiam videtur Caluus. Quæ lectio de inconſtantibus ac volubiliter motis oculis intelligi poteſt, ac inter phrenitidis & inſaniæ præſagia habetur. Scripti porro codices Regij hic καὶ omittunt. D

* Cap.5.lib.1 de Cur.acut.

164 Dolor capitis cum ſedis ac pudendorum dolore, torporem ac impotentiam adfert, vocemq; exoluit, neq; iſta moleſtiam exhibent. Verùm ex his ſomnolenti ac ſingultuoſi nono menſe euadunt, & voce libera reddita in integrum reſtituuntur.

Κεφαλαλγίαι μεθ' ἕδρης καὶ αἰδοίων ἀλγήματος, καὶ νωθρότητα καὶ ἀχρησίην παρέχει, καὶ φωνὴν παραλύει. ταῦτα οὐ χαλεπά, ὑπνώδεες δὲ καὶ λυγγώδεες γίνονται ἐνάτῳ μηνὶ ἐκ τούτων. φωνῆς λυθείσης ἐς τὸ αὐτὸ καθίστανται.

Coitio eſt ſignorum diuerſi generis, neque enim ſedis aut pudendorum dolor aliquid habent cum capite conſenſionis. Dolor capitis affecto humiditate plurima ac frigiditate neruorum principio, ad motum impotentiam ac ex neruorum imbecillitate torporis ſenſum exhibere poteſt, & increſcente damno atque calamitatem ſentientibus ſextæ & ſeptimæ coniugationis neruis, vocẽ præpedire, vnde & ſingultuoſi fiunt. Sed neq; iſta exiguæ calamitatis ſunt indicia, neq; leue periculum intentãt, impeditis ac quodammodo ſopitis animalibus effectionibus, ex quibus ſomnolenti redduntur. Neque verò vocis exolutio aut ἀφωνία apud Hippocratem exigui eſt momenti, præſertim ſi κεφαλαλγία accedat. Aut enim morbum comitialem, aut apoplexiam, aut ſyderationem aliquam, aut conuulſionem non temerè ſuſpectat. Quorum omnium abſolutionem ac ſenſationum præpeditarum libertatem ac redintegrationem, φωνὴ λυθεῖσα ſignificat, quæ vocem reſtitutam, liberam, expeditam ac explanatam denotat, & φωνῇ παραλυομένῃ opponitur, idemque quod εὐηχεῖν denunciat, quæ ἀφωνίας oppugnat. aph.5.lib.5. Quinetiam Hippocrates libr.2. epid. conuulſionis ac morbi comitialis depulſionem ex vocis libertate reddita fœliciter auguratur his verbis: ἡ φωνὴ λυομένη πάντα λύει. ἢ γὰρ λύσις τῆς ἐπιληψίης. Inconſulta autem eſt & præter rationem in nonum menſem mali dilatio, cùm iſta calamitas non tantas ferat inducias, vt & vitioſa eſt ξυνταξεως ratio κεφαλαλγίαι παρέχει, quales multæ ſunt impropriæ orationes in huius Præſagij ac Prorrhetici authore, niſi ſi huc mendum obrepſit, & κεφαλαλγία legendum quod fecerunt omnes interpretes. Codices manu ſcripti Regij καὶ νωθρότητα καὶ ἀκρασίην παρέχει legunt, non ſatis integra lectione, quam tamen retinuiſſe videtur Caluus & ἀκρασίην legiſſe. Sunt qui etiam ἀκρασίην παρέχει ſcribunt, non ineleganti (vt reor) phraſi quæ ex capitis dolore ac ſenſationum principio, velut ex mali fonte in neruorum riuos deriuatam & quodammodo effuſam motionis impotentiam innuit. Atque hic ἀκρασίη αὐτὸ τὸ ἀκρατίας mihi ſumi videtur, vt ἀκράτειαι θυμοῦ ex Prorrhetico, paulò poſt ἀκρασίην vocat Ionicè, ac debilitatem, impotentiam ac incontinentiam quandam & ἀτονίας ſignificat, velut aph.16.lib.5. νεύρων ἀκράτειαν, neruorum imbecillitatem intelligit. Neque alia notione ἀκρατὴς γλώσσα ** Hippocrati dicitur, ἢ γλῶσσα ἀκρατὴς ὡς μὴ διαρθροῦν δύνασθαι τὴν φωνὴν, ἢ ἀδυνατεῖ τι καὶ παραλυομένη, vt explicat Galenus, Varino verò ἀδιάρθρωτος & ἀκρατὴς ὑπὸ διαστροφῆς. F G

** Aphor.40.lib.7.

165 Lumbricis verò tenuibus & longis (qui aſcarides dicuntur) in capitis dolore vexatis, conſequente ſurditate & ſopore, tubercula ad aures excitantur.

Ἀσκαριδώδεες δὲ γινόμενοι ἐν κεφαλαλγίῃ, κώφωσις καὶ κῶμα παρακολουθοῦντα, τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει. H

Aſcarides qui tenues ſunt lumbrici in inferiore craſſioris inteſtini parte geniti (vt ſcribit Gal. Comment. ad aphor. 26. libr. 3.) nihil habent cum abſceſſibus ad aures commune, nihilque ad eorum præſagium conferunt. Quare huius ſententiæ principium quidam ſuperioris fini connectunt, vt vocẽ in integrum reſtituta verminoſi euadant. At quibus caput pituita & humiditate oppletur cum frigiditate plurima, iis contingit ſopore & ſurditate preſſis, vt tubercula ad aures ſuboriantur. Huc accedit quod eiuſmodi

A modi ſententia ex Prorrhetico repetita, in quo ſæpe ſopor & ſurditas parotidas denunciant, ne minimam quidem aſcaridum ſignificationem præbet. Præcipuè verò ex Prorrh. 168. deſumpta videtur. ἐν κεφαλαλγίῃ κῶμα ἢ κώφωσις παρ' οὐ ξίρηξη. Cui etiam ſubſcribit Prorrh. 159. ἐν κωμώδεσιν ἐπικαί τὰ παρ' ὦτα, ἄλλως τε ἢ ἐν ἀσάδῃ τι ἐπιφέρῃ. ἢ ποιῇ σπαματώδεσι, ἢ δὲ ἦγγον μᾶλλον.

166 Οἱ κεφαλαλγέες, κατόχως ὀδυνώδεες, ὄμμα ἐξέρυθρον, αἱμορροοῦσι. Qui capitis dolore vexatur, ac alto ſtupore (quē catochum vocant) cum dolore detinetur, oculos habēs præ rubros, in iis ſanguinis profluuium ſperādum eſt.

κατόχως ὀδυνώδεες qui alto ſtupore (quem Catochon vocamus & Catalepſin imitatur) detinentur cum dolore dici poſſunt. Nam etſi cataleptici præpeditis ſenſibus non dolent, hic tamen comatoſus quidam affectus catoches in modum, cum capitis dolore intelligitur, in quibus etiam ex humorum abundantia facies prærubra apparet, ideóq; ἐρυθρή, quod idem eſt quod ἐξέρυθρος, nuncupantur.
B Non me latet tamen de fixo, pertinaci, inhærenti & firmo dolore, κατόχως illud explicari poſſe, quod familiare eſt huius Præſagij & Prorrhetici authori: velut τὰ κατόχως παραληρέοντα in Prorrhetico, grauiter & firmiter affligentia, & κατόχως ἀφροσύνης paulò antea, vehementer ac pertinaciter delirantes intelligi poſſunt. Non ſecus ac hîc quoque pertinax ac altè infixus capitis dolor ſanguinis profluuium promouere poteſt. Eſt enim κεφαλαλγίη commune ad parotidas & hæmorrhagiam ſignum. Sed præcipuè ſanguinem profundunt oculi prærubri, vt ex hac Prorrhetici ſententia indicatur, τραχήλου ὀδυνώδεα ὄμματα ἐξέρυθρα, αἱμορραγικά. Eſt vbi interdum neruorum principij, aut meningum aut etiam ventriculi inflammationem oculorum rubedo præ ſe fert, vt ſcribitur aphor. 3. lib. ſeptimi.

167 Τὰ σείοντα κεφαλὴν, καὶ ἠχώδεα αἱμορροεῖ, ἢ γυναικὶ
C τὰ γυναικεῖα, καταβιβάζει, ἄλλως τε καὶ ἢν κατὰ ῥάχιν καῦμα παρακολουθέῃ. ἴσως δὲ καὶ δυσεντερικά. Quæ caput concutiunt, & aurium ſonitus excitant, ſanguinem è naribus profundunt, aut mulieri menſtrua deturbant, idq; præſertim ſi ad ſpinam ardor conſequatur. Fortaſſe etiam difficultas inteſtinorum expectanda eſt.

Deſumpta eſt hæc ſententia ex Prorrh. 143. Quò magis publicatorum codicum vitium apparet, qui hanc ſententiam cum ſuperiore connectunt. τὰ σείοντα κεφαλὴν hic de micantibus & palpitantibus temporum arteriis ſumuntur, vbi ſanguis feruidus & æſtuans, aut vaporoſus vaſa inflat & attollit, vnde palpitationes & aurium ſonitus excitantur, aut ex bilioſi & concalefacti ſanguinis agitatione, hæmorrhagiæ ſpes obiicitur. In mulieribus quoque menſium abundantia per vterum deturbari poteſt, præcipuè verò ſi in maioribus vaſis feruidus ille ſanguis ebullit, & in magna arteria & vena, quæ ſpinæ incumbit, exæſtuat, vnde ad ſpinam ardoris ſenſus commouetur, & παλμὸς conſpicitur, qui Agathino etiam σφυγμὸς dicitur, vt ſcribit Galen. lib. 4. de differ. pulſ. Sic & inter-
D dum humoris tranſpoſitu, vbi materia illa acris & bilioſa in aluum erumpit, ſuaque acrimonia inteſtina lancinat, inteſtinorum difficultas expectari poteſt.

168 Οἱ καρηβαρικοὶ, κατὰ βρέγμα ὀδυνώδεες, ἄγρυπνοι, αἱμορραγέουσι, ἄλλως τε, καὶ ἢν τις ἐς τράχηλον συντείνῃ. Qui capite grauati ad ſinciput dolorem ſentiunt, peruigilio torquentur, iis ſanguinis eruptionem fore ſpes eſt, tum verò præcipuè ſi aliquis contenſionis ſenſus ad ceruicem pertingat.

Repetitur hæc ſententia Prorrh. 135. inter communia hæmorrhagiæ ſigna. Melior autem eſt lectio ἢν τι ἐς τράχηλον συντείνῃ, pro ἢν τις. Quam etiam lectionem ex codicibus Vaticanis mihi ſecutus videtur Caluus, cùm dixit, ſi quid in ceruicem collúmve contendat.

E 169 Τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσιν ἰώδεα ἐμέσματα μετὰ κωφώσιος, ἄγρυπνοισι ταχὺ ἐκμήνῃ. Vomitus virulenti & æruginoſi in capitis doloribus cum ſurditate & inſomnia, promptam inſaniam ſignificant.

Prorrh. 10. repetitur hoc præſagium & illic à Galeno explicatur.

170 Οἷσι κεφαλῆς καὶ τραχήλου πόνος, καὶ ὅλου δὲ τις ἀκρατὴς τρομώδης, αἱμορραγίη λύει. ἀτὰρ καὶ * οὕτω χρόνῳ λύονται. αἱ δὲ κύστιες ἐν τουτέῳ ἀπολαμβάνονται. Quibus capitis & ceruicis dolor, ac totius corporis impotentia quædam cum tremore adeſt, ab his ſanguinis eruptio liberat, fortaſſiſque iſta tandem diſſoluuntur. Verùm interim veſicæ intercipiuntur.

* ἔπι

F Plethorica iſta ſymptomata ac redundantem corporis ſucculentiam, ex qua capitis dolor, ceruicis contenſio, ac tremula quædam corporis impotentia, & ad motiones grauitas impendent, liberalis ſanguinis fluxus ſoluit. Quin & fortaſſis iſta naturæ benignitate ac robore, tempore diſcuti poſſunt, eiuſmodique copia in veſicæ alueum velut depoſitu quodam exonerari & ad effluuium ablegari. Ex quo præ materiæ abundantia veſicæ interceptiones fiant, ac veluti στραγγουριώδεις ἀπολήψιες, tot nominibus ab Hippocrate, in ea quæ κατ' ἀπόστασιν fit abſolutione concelebratæ. Huicque præſagio exemplo eſſe poteſt æger primus lib. 3. epid. Aut certè naturæ ductu, effuſa aliqua per partes ſuperiores euacuatione, inferiores vias intercludi ſolenne eſt. Alioqui ſanè perplexa eſt hic veſicæ interceptio, vt nec Prorrh. 152. (vbi hæc ſententia repetitur) vllo modo expreſſa. Quòd ſi quis veſicam ſuppreſſam ac veluti exolutam, ex neruorum affecto principio, & totius corporis ad motum imbecillitate tremula augurari volet, indeque promptam conuulſionem ſuſpectare, cui ſanguinis eruptio medelam afferat: næ ille me non valde iniquum habebit aſſenſorem, ac proinde ſuæ opinioni ſequentem ſententiam & Prorrh. 120. accommodabit: vbi illud τὰ ἀκρατέα ἐκλυόμενα ob multiplicem ambiguamque ſignificationem, iſtam neruorum imbecillitatem affectamque totius corporis motricem facultatem partim reſpiciet,
G partim verò ad veſicæ ſuppreſſionem non ineptè omnino adaptabitur, ſi τὰ ἐκλυόμενα αὐτῇ τῇ κατοχῇ ἴσχεσθαι obaudias. Sed ſanè iſta mihi ad mali totius abſolutionem potiſſimùm ſpectare videntur. Quidam verò codices λαμβάνονται pro ἀπολαμβάνονται habent. Verùm illam lectionem ſuſpectam facit, tum vſitata Hippocrati phraſis, tum etiam perpetuus in prima lectione retinenda ex pluteo reconditorum codicum conſenſus, ex quibus Regij omnes πόνος pro πόνῳ legunt.

171 Ἐν τῇσιν ὀξείῃσι κεφαλαλγίῃσι, καὶ τῇσιν ναρκώδεσι μετὰ βαρέος, ἔθελει σπασμώδεα γίνεσθαι. In grauibus & acutis capitis doloribus, cum torpore & grauitatis ſenſu, procliues ſunt cōuulſiones.

Hæc ſymptomata ex capitis repletione affectam & oppreſſam neruorum originem præ ſe ferunt, ad quas affectiones animalium functionum noxias, tum verò ſenſationum ac motionum prauitates conſequi eſt conſentaneum, non autem neceſſe, vt ſcribit Gal. Comm. 3. in Prorrh. Sic in capitis dolore cum ſopore ac grauitate, ſuſpectas conuulſiones facit * Prorrhetici author. Illud verò τῇσιν ναρκώδεσι Caluus ad temporum offenſionem retuliſſe videtur & longè aliam habuiſſe lectionem.

* *Prorrh.* 103.

H 172 Κεφαλαλγίην λύει πύον διὰ ῥινῶν, ἢ πτύελα παχέα καὶ ἄοσμα, λύει δὲ καὶ ἑλκέων ἔκθυσις, ποτὲ δὲ καὶ ὕπνος, καὶ κοιλίης ῥύσις. Ex capitis dolore liberat pus è naribus effluens, aut ſputa craſſa & inodora. Liberat quoque & vlcerum eruptio, interdum verò & ſomnus, ac alui fluxus.

Plurima habentur apud Hippocratem ex capitis dolore ſolutionum exempla, humore noxio effuſo, aut aliò tranſlato & depoſito. Præcipuè ad hanc rem facit aphor. 10. lib. 6. qui & libello περὶ χυμῶν & multis locis ab Hippocrate repetitur. Lib. quoque de Morbis Hippocrates in capitis doloribus huiuſmodi ferè ſolutionum meminit. Nam & pus è naribus aut auribus effluens, aut mucus & pituita per nares & os reiecta, aut ſanguis effuſus dolorem huiuſmodi leuant. Hic verò pituitam concoctione ſubactam

per ſputa craſſa & inodora, & quæ nihil putredinis haberet intellexit, ſiue ex pulmonibus tuſſi, ſiue ex oris ſaliuatione reijceretur. Eſt vbi etiam ſomnus capitis dolores benignos & leues diſcutiat, malignos interdum exaſperet. Vlcerum verò eruptio & alui fluxus, humoris tranſpoſiti & alio demiſſi rationem habent. Quæ ferè omnia ſolutionum remedia in capitis doloribus varia ratione adhibentur Prorrh. 2. Qui locus ad huius notionem non minimùm facit: ὁκόσοι δὲ αὐτῶν ἀμβλυώσσουσι καὶ ἐρυθροὶ ... ὁκόσοισι δὲ ἀπόστασις ἐς τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ μέτωπον ... καὶ ἐκ τῆς ψυχῆς ὅταν διαλυθῶσιν ἰσχυρῶς ... ἀπαλλάσσουσιν, ὠφελέει τι καὶ πταρμοὶ καὶ βλέννα ἐκ τῶν ῥινῶν χωρέουσα, μᾶλλον μὲν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, εἰ δὲ μὴ, ἐξ ἀνάγκης ... καὶ βῆχας ἐπιφέρειν ... καὶ πολυχρόνιοι, καὶ ἐν μέσῃ τῇ κεφαλῇ ... τὸ νόσημα ... ἐς τὸν τράχηλον ... τὴν κεφαλὴν ... καὶ αὖθις πάλιν ... ἐς τὴν κεφαλὴν ... γίνεται ... τούτων δὲ τῶν νοσημάτων ... ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐς τὸν τράχηλόν τε καὶ τὸ νῶτον ... ἢ πύον βήξαντι, ἢ αἱμορρόΐδας ἔχουσιν, ἢ ἐξανθήματα ἐν τοῖς σώμασι. λυσιτελέει δὲ καὶ πιτυρώδεα ἡ κεφαλή. Quem certè locum Celſus cum ſuo B
more in vſum ſuum tranſtulerit, eius verſionem apponam ex cap. 8. lib. 2. At dolores capitis, quibus oculorum caligo & rubor cum quadam frontis prurigine accedunt, ſanguinis profuſione vel fortuita, vel etiam petita ſummouentur. Si capitis ac frontis dolores ex vento, vel frigore, aut æſtu ſunt, grauedine & ſternutamento finiuntur. Et rurſus paulò poſt, Si ſine cauſa longus dolor capitis eſt, & in ceruices ac ſcapulas tranſit, rurſúſque in caput reuertitur, aut à capite ad ceruices ſcapuláſque peruenit, pernicioſus eſt, niſi vomicam aliquam excitauit, ſic vt pus excuſſiretur, aut niſi ſanguis ex aliqua parte prorupit, aut niſi in capite multa porrigo, totóve corpore puſtulæ ortæ ſunt. Vbi edititij codices pruriginem pro porrigine manifeſto vitio ponunt, vt ſatis patet ex Hippocrate, & nos admonuimus noſtris in lib. 2. Prorrh. annotat. Hic porrò admonendum eſt Caluum ex quibuſdam codicibus pro ... χία τραχία legiſſe, cùm vtranque lectionem appoſuerit, atque idem ὦμον pro ὤμου legit.

Moderatus capitis dolor cum inexhauſta ſiti, aut ſudore febrem non ſoluente, gingiuarum abſceſſus, aut circa aures tubercula denunciat, niſi aluus erumpat.

173 Κεφαλῆς ἄλγημα μέτριον μετὰ δίψης νηδυώσης, ἢ C
μετὰ ἱδρῶτος μὴ λύοντος τὸν πυρετὸν, ἀποστάσιας ἐν οὔλοισιν, ἢ περὶ οὖς σημαίνει, μὴ κοιλίης ἐκταραχθείσης.

Signa ſunt ἐπιτηδεῦον & minimè neceſſaria. Neque enim ſitis habet aliquid cum gingiuarum abſceſſu aut aurium tuberculis commune, neq; etiamſi inſida eſt ſudorum qui febres non ſoluunt aggreſſio, neceſſaria eſt ad capitis dolorem huiuſmodi abſceſſuum conſecutio. Eſt autem peregrina, vt in opere tumultuario, & alioqui in hoc authore inſolens ſitis appellatio, ac vt mihi de mendo ſuſpecta eſt lectio, ita mirari quidem ſubit, tam conſtantem fuiſſe reconditorum exemplariorum in ea dictione retinenda conſenſum, niſi quod reconditiora νηδυώσης legere videntur nec certè ſatis explicata literatura, quæ tamen lectio mihi præ cæteris amplectenda videtur. Neque ſanè quid Cornarius per [ſitim cibum capientem] indicare voluerit conijcere ſatis licet, etſi mihi videtur aut aliter legiſſe, aut iſtam dictionem alio detorſiſſe, niſi quod νηδὺς dicitur ἡ τῶν σιτίων δεχομένη, ventriculus cibum capiens. Calui paulò æquior eſſe videtur conditio, qui [non peculiarem ſitim] dixit, ſi eam non vulgarem, ſed intenſam intellexit. Verùm hic mihi aliam lectionem ſecutus videtur, ac pro νηδυώσης μὴ ἰδίας οὔσης legiſſe, aut in affectata dictione non temerariam omnino ſignificationem attuliſſe. Nos vt coniecturæ noſtræ calculum ferremus, inexhauſtam diximus, & νηδυώσης ex vetuſtioribus codicibus ponimus, ac νηδυώδη δίψαν quaſi νήδυμον, vſurpata magis dictione intelligimus, ſitim inexhauſtam, intenſam, vehementem, profundam, ac velut altè inſidentem, & ex viſcerum penetralibus exortam, aut quaſi penetralem, & cui ἐπιπόλαιος δίψα opponitur. Siue enim νη priuantis, ſiue intenſionis ſenſum indicat, ex νη & δύω aut δύνω coagmentata eſt dictio, & vt νήδυμον, βαθὺν, ἔσχατον ἐνδυόμενον, καὶ ἄδυμον Heſychio ſignificat. Et quia νηδύια τὰ ἔντερα καὶ ἐντόσθια, τουτέστι τὰ κατὰ νηδὺν σπλάγχνα denotant, in ventriculo ac imis viſcerum penetralibus conceptam ſitim, dictionem iſtam indicare, aliquando cum Præceptore Hollerio exiſtimauimus, vt ſit quaſi ἐν νηδύϊ οὖσα. Cuius opinionis nos necdum pœnitet aut pudet, cùm iſta ſitim intendant & incrementi fidem faciant, ac in prioris dictionis notionem recidant: præſertimque quòd ſciam νηδὺν ventriculum indicare Hippocrati, vt lib. περὶ τέχνης, & lib. περὶ σαρκῶν, inferiorem ventriculum, vt alibi copioſius ſcribimus, & τὰ περὶ τὴν νηδὺν, τὰ περὶ τὴν γαστέρα explicet Gal. Comm. 4. in lib. de rat. vict. in morb. acut. Et ſanè ad ſitim excitandam plurimum habet momenti ventriculus, cuius veluti focus in eo deliteſcit, vt ibidem teſtatur Galenus. At verò quia hic coniecturæ locus eſt, exiſtimaui aliquando ob rei leuitatem & doloris capitis moderationem, ita & placidam ac blandam ſitim ex dictione νηδυώσης intelligi poſſe, vt ſit idem quod νήδυμος, hoc eſt dulcis ac placida, qua notione ſæpe νήδυμον ὕπνον effert Homerus, aut certè pro νηδυώσης, ἠπίας οὔσης legi poſſe, cum non longè remota ſint in codicibus ſcriptis ab hac lectione veſtigia: & alioqui ſolenne ſit Hippocrati ἤπιον, μετρίως, πρᾶον, ... μαλθακὸν, ἐπιεικὲς, ἥμερον ſignificare. Et verò placabilis & moderata, aut benigna ſitis in capitis dolore humorum qualitatem ſatis denotat, ad quam huiuſmodi abſceſſus conſequi non eſt à ratione alienum, cùm in ſiti intenſa præſertim cum febre & capitis dolore, non omnino leue damnum ſit, nec huiuſmodi abſceſſus, ſed ferè hæmorrhagia, aut ſudor conſequatur. Eiuſmodi autem abſceſſus facilius denunciari poteſt, vbi in febre ſitis quæ alioqui antea intenſa fuerat, miteſcit, quod calorem ipſum deferbuiſſe, iamque materiam ipſam ad abſceſſus compoſitam indicat, idq; præcipuè ſi ſudores irriti adfuerint. Nec verò me latet quam parum exquiſita huius dictionis notatio ad rei cognitionem faciat, aut quàm aptè alium in locum amandari queant. Cum tamen ad dictionis notionem ad quam explicandam hoc in authore non ingratiis incumbimus, plurimum habeant ponderis, ea duximus huic loco pro depoſito commandanda. quæ nobis in alium vſum atque aliis etiam reſeruaret. At verò longè poſt noſtras iſtas lucubrationes Opſopœi viri doctiſſimi coniectura vti licuit, qui μὴ ἰδιούσης legendum non abſurda omnino ratione exiſtimat, à verbo ἰδίω, quod ἱδρώω, ſudare ſignificat, vt ſit non ſudantibus: cuius lectionis veſtigia ex manu ſcriptis codicibus expreſſa eſſe voluit.

Capitis dolor cum ſopore & grauitatis ſenſu, quodammodo conuulſionem accerſit.

174 Κεφαλαλγίη καρώδης μετὰ βάρεος, ποιεῖ τι σπασμῶδες.

Ad huius ſententiæ explicationem facit quod antea ſcriptum eſt ſent. 171. Parum autem valet ad artis conſtantiam huiuſmodi G
ambigua ſcriptio qua vtitur huius præſagij ac Prorrhetici author, cum τι addit. Id enim aut rarum, aut leuem rei euentum prædicit. Sic in Prorrh. in eadem pene conuulſionis cauſa dixit, ἴσως δὲ ταύτῃ καὶ σπασμῶδες,* τι παθεῖν ἀφείλει.

* *Prorrh. 104.*

Qui capitis dolore, ſiti, leui peruigilio detinentur, obſcurè loquuntur, ad motum impotentes, humeſcente aluo laſſitudine vexantur. In iis fortaſſe inſania metuenda eſt.

175 Οἱ κεφαλαλγικοὶ, διψώδεες, ὑπάγρυπνοι, ἀσαφέες, ἀδύνατοι, ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ κοπιώδεες; ἆρά γε ἐκμαίνονται;

Prorrh. 38. his verbis hæc ſententia ſcribitur: ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, κοπώδεα, κεφαλαλγικὰ, διψώδεα, ἀγρύπνου, ἀσαφέα, ἀδύνατον, οἷα τὰ βίαια, ἐλπὶς ἐκστῆναι. Ex quo exemplaria omnia manu ſcripta Regia ἄγρυπνοι, non ὑπάγρυπνοι legunt. Sic ἐξίστανται melius legi apparet, H
cum tamen codices omnes, tum publicati, tum reconditi, ἐξανίστανται legant. Quod certè Caluum impulit vt iſtud de frequenti ægrorum exurrectione ſumeret, cui ſæpius ab Hippocrate accommodatur.

Qui capite dolent cum leui aliqua ſurditate, manuum tremore, ceruicis dolore, nigricantes reddentes vrinas & denſas, ij ſi nigra vomitione reſuderint pernicioſè habere ſuſpicandi ſint.

176 Κεφαλαλγέες, ὑπόκωφοι, χεῖρες τρομώδεες, τράχηλοι ὀδυνώδεες, οὐρέοντες μέλανα δεδασυσμένα, ἐμέοντες μέλανα, ὀλέθριοι.

Hoc præſagium Prorrh. 95. lucem affert, vnde deſumptum videtur. Caluus ſententiam iſtam præcedenti antepoſuit.

Tenuiter

A 177 Οἱ κεφαλαλγέες, ἐφιδροῦντες, κοιλίην ἀπειλημμένοι, σπασμώδεες.

Tenuiter exudantes cum capitis dolore & alu interceptа, ad conuulſiones proni ſunt.

Idem paulò ante ſent. 154. de febribus eſt expreſſum, & ex Prorrh. repetitum.

178 Τὸ καρῶδες πάντῃ κακόν.

Sopor profundus & altus omnino damnandus eſt.

Quod Prorrh. 63. hæſitanter nec non niſi ambiguè aſſenſionem ſuſtinens extulit, hic definitè quodammodo pronunciat & vniuerſali decreto configit: vt non dubium ſit τὸ καρῶδες hic κάρον νοσῶδη exprimere, ex cerebri offenſa humore frigido & pituitoſo grauati, qui etiam ſenſationum actiones præpeditas reddit, & κῶμα aut καταφορὰν refert, & δυσδιέγερτος κατάστασις dicitur, ab eo profun-
B do & alto ſopore qui humorum benigna ſucculentia oppletum cerebrum ſignificat non parum differens, quem βαθὺν ἢ δυσδιέγερτον ὕπνον vocat Galenus. Cuius rei coniectura inde etiam petenda eſt, quod decurſis in vniuerſum capitis affectibus ſingulares partium capitis affectiones, vt cerebri, aurium, faciei, ipſius denique oris particulas proſequitur, hic à comate initium faciens. Sed & antea præſagio 31. ad extremum tale aliquid attexuiſſe videtur.

179 Οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι γινόμενοι μετὰ κεφαλῆς, ὀσφύος, τραχήλου, ὑποχονδρίου ὀδύνης, ἀγρυπνέοντες, ἆρά γε φρενιτικοί; μυκτὴρ ἐν τουτέοισιν ἀποστάζων, ὀλέθριον, ἄλλως τε καὶ τεταρταίοισιν ἐοῦσι, ἢ ἀρ-
C χομένοισι. Κακὸν δὲ καὶ κοιλίης περίπλυσις ἐξέρυθρος.

Qui inter initia ſopore detenti, capitis, lumborum, ceruicis, præcordiorum dolore ac inſomnia conflictantur, conſiderandi num phrenitici euadant. In his narium ſtillatio perniciem oſtentat, tum verò vel maximè, ſi quarto die, aut inter initia contingat. Alui quoque prærubra proluuies, malo eſt.

Hæc ſententia deſcripta eſt initio Prorrhetici, vbi & fuſiſſimè à Galeno explicatur, & libello † περὶ κώματος. Quin & ab eodem expenditur Comment. 2. in lib. 3. epid.

† Cap. 6. & 7.

180 Οἱ κωματώδεες ἐξ ἀρχῆς ἐφιδρώσαντες, οὖρα πέπονα, καυστικοί, ἀκρίτως δὲ περιψύχοντες, διὰ ταχέων περικαέες, νωθροί, κωματώδεες, σπασμώδεες, ὀλέθριοι.

Qui ſopore oppreſſi circa initia, tenuiter exudantes, concoctas vrinas emittunt, cum magna corporis æſtuatione, citra iudicationem verò perfrigeſcunt, & rurſum ex breuibus interuallis peruruntur, torpore, ſopore, aut cõulſione tentati, pernicioſè affecti ſunt.

D Concurſus eſt multorum ſymptomatum, quæ ſi ſimul coëant, valde eſt pernicioſus & lethalis, aliter paulò deſcriptus Prorrh. 102. ex quo hoc loco reſtitui poteſt: etſi κῶμα inter initia ex materiæ copia, progreſſo autem morbo, ex virium & ſpirituum exolutione adeſſe poteſt. Magnæ autem humoris abundantiæ cerebrum prægrauantis, & ſenſationum arcem occupantis, inæqualiterque corpus affligentis indicatura hoc præſagio valde ſuſpecta redditur, vnde æſtuantes citra rationem aut iudicationem perfrigerantur (id enim ſignificat, ἀκρίτως, ἀλόγως, aut ἀσήμως) modo etiam ex breuibus interuallis peruruntur, quod διὰ ταχέων περικαέες denotant. διὰ ταχέως tamen in Prorrhetico legitur, quod aliàs intenſionem & celeritatem denotat.

181 Οἱ κωματώδεες ὕπνοι, καὶ αἱ καταψύξιες, ὀλέθριοι.

Somni, quales ſopore oppreſſis, & totius corporis perfrictiones, perniciem oſtentant.

Cum ſit κῶμα εἰς ὕπνον καταφορὰ ἢ δυσδιέγερτος κατάστασις (vt ſcribit Gal.) κωματώδεες ὕπνοι dicuntur, ſomni profundi quique
E cum alto & graui ſopore fiunt, à quibus non facilè excitantur ægri, quod κῶμα βαρὺ dicitur Hippocrati lib. 3. epid. aliquando etiam κῶμα βαθὺ ἢ ὑπνῶδες, cui τὸ ἄγρυπνον κῶμα ἢ οὐχ ὑπνῶδες opponit. Quod cùm eueniat valde refrigerato neruorum principio & ſenſationis arce, accedente etiam humiditate, lethargicæ affectiones fiunt, vt ſcribit Galen. †† quas hic per καταψύξιες innuere videtur, præſertim cùm celebre ſit huius præſagij, vt Prorrhetici authori, per κῶμα lethargum denunciare, vt ſcribit Gal. in fine Prorrh. Alioqui haud minus ſunt lethales perfrictiones, quæ calidi natiui extinctionem conſequuntur.

†† *Comment. 2. in Prorrh. & ad aph. 3. lib. 2.*

182 Κωματώδεας, κοπιώδεας, κεκωφωμένους, κοιλίης καταρρωγυίης, ἐρυθρὰ διελθόντα περὶ κρίσιν, ὠφελέει.

Sopore, laſſitudine ac ſurditate tentatos, aluus erumpens & ad iudicationem rubra demittens, iuuat.

Iſta prægrauati cerebri ſymptomata, tranſmiſſis per aluum humoribus, natura ad iudicationem contendente, non abs re leuantur. ἐρυθρὸν verò ad eum colorem qui ad rufum accedit, extenditur, vt bilis rubra intelligatur, quæ egeſtiones rubras tingit, vnde
F nomenclaturam habet. Poſſunt etiam ſanguineæ deiectiones materiam deturbare, quæ huius coitionis cauſa eſt, vbi à feruidiore ſanguine pendent.

183 Κωματώδεες, ἀσώδεες, ὑποχόνδριον ὀδυνώδεες, σμικρὰ ἐμετώδεες, τὰ παρ' οὖς ἴσχουσι. πρόσθεν δὲ περὶ τὸ πρόσωπον ἐπάρματα μετὰ κώματος.

Qui ſopore detinentur cum incontinenti corporis iactatione, præcordiorum dolore, & parua vomitione, ij tubercula ad aures habent. Sed & antea circa faciem tumores apparent cum ſopore.

Digna artis complexione ſententia ad parotidum denunciationem, quæ paulò aliter ſcribitur Prorrh. 165. & ſatis à Galeno explicatur. Codices quidam manu ſcripti αἱματώδεες pro ἐμετώδεες legunt, quemadmodum etiam in Prorrhetico ſcribitur. In extremo quoque pro μετὰ κώματος, καύματος legunt, quod faciei tumor & rubor non ſine æſtu aut calore ſurſum repentem materiã indicet.

184 Τὰ ἐξαίφνης παρακρούσαντα ῥιγοσμῷ, αἱμορ-
G ραγικά.

Quibus in morbis ſubita fit mentis perculſio, cum inquieta corporis iactatione, iis ſanguinis eruptionem fore ſpes eſt.

Prorrh. 136. & antea ſent. 111. aliter ſcribitur hæc ſententia, nec ita diminutè, & pro παρακρούσαντα ἀγρυπνίῃσι legitur, quod inſomnia ac delirium communia ſint hæmorrhagiæ ſigna.

185 Τὰ κωματώδεα, ἀσώδεα, ὀδυνώδεα ὑποχόνδρια, θαμινὰ σμικρὰ πτύοντα, τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα, κωματώδεες, ἆρά γε καὶ σπασμώδεες.

Qui ſopore, corporis inquietudine, præcordiorum dolore affliguntur, cum frequenti & pauca ſputatione, iis tubercula ad aures exoriuntur, ac fortaſſis ſopore tentati ad aliquam conuulſionem deueniunt.

Communia ſunt hæc ſurſum ad cerebrum repentis humoris ſigna, vnde & ſopor & parotides excitari poſſunt, quinetiam fortaſſe conuulſiones imminere. Quod verò ſcribitur de pauca & frequenti ſputatione, id materiæ vacuatione abſceſſus ad aures emol-
H lit potius quàm excitet, vt ſcribitur Prorrh. 167. Extremam autem huius ſententiæ partem quædam exemplaria diſtinguunt, plurima verò huic annectunt. Aliter etiam diſtinguit Caluus.

186 Κωματώδεα, μεμφρωμένα, κάτοχα, ποικίλλοντα ὑποχόνδρια. καὶ κοιλίην ἐπηρμένοι, ἀπόσιτοι, ἀπολελαμμένοι, ἐφιδροῦντες. ἆρά γε τουτέοισι

Quibus ſopore conflictatis, fatuitate & alto ſopore (quẽ catochon vocant) detentis, præcordia variãt, ac venter in tumorem præter naturã ſublatus eſt, cũ ciborũ faſtidio ac alui interceptione, tenui circa caput & thoracẽ oborto ſudore. In his animaduertẽdũ eſt,

num concitatus & magnus ſpiritus, aut genituræ ſimilis excretio prodiens, ſingultum prænunciet? aluus vero fortaſſis etiam biliosa demittat? Eos ſplendeſcens quiddam per vrinam redditum iuuat, aluus verò in his etiam commouetur.

τὸ θολερὸν πνεῦμα καὶ τὸ γονοειδὲς διϊὸν, λύγγα σημαίνει; κοιλίη δὲ ἦ που χολώδης προσδιέρχεται; τὸ λαμπρῶδες ἐν τουτέοισιν οὔρησιν ὠφελέει. καὶ κοιλίαι δὲ τουτέοισιν ἐπιταράσσονται.

Coitio eſt & multum perplexa concurſio, quæ Prorrh. 92. repetitur, & à Galeno fuſiſſimis verbis explicatur. Ex quo vitioſo interductu diſparata in publicatis codicibus ſententia reponenda eſt ſimulque coniungenda, etſi quidam diſtinctionem eiuſmodi probant. Codices ſcripti καυματώδεα pro κωματώδεα legunt, & Prorrhetico conſentiunt, vbi καυστικὰ ſcribitur, etſi κῶμα cum μωρώσει aptam habet ad communem cauſam cognationem. Hic ἀπαιόντες, ἀπολελαμμένοι, ſcribitur, in Prorrh. οἷον ἀπολελαμμένοι legitur. Atque iſtis verbis vtraque Gal. expoſitio comprehenditur: etſi Galen. eam notionem quæ τοὺς ἐγκεχυμένους περὶ γαστέρα ſignificat magis amplectitur. Atque hic mihi videtur locus diſertis verbis ab Erotiano indicari, cum ſcribit ἀπολελαμμένους Bacchio denotare τοὺς μὴ φωνοῦντας. Epicli verò τροφῆς γινομένης, ἢ ἐγκαθημένους, ἢ ἀπειλημμένους, quam poſtremam explicationem amplectitur, vt ſit idem quod Galenus ſignificat, τοὺς περὶ κοιλίαν ἐγκεχυμένους. Idem quoque Erotianus τὸ γονοειδὲς ad ὄρον refert, & τὸ λευκὸν καὶ παχὺ exponit, & τὸ γονοειδὲς quibuſdam legi innuit, vt ſcripſimus in Prorrh.

Vbi cerebrum ſyderatione periclitatur, quidam tribus diebus, quidam etiam ſeptem moriuntur, quos ſi euaſerint, ſeruantur. Ex quorum numero pereunt quibus per ſectionem os diſparatum apparuerit.

187 Ἐγκεφάλου σφακελίσαντος, οἱ μὲν ἐν τρισὶ τελευτῶσιν ἡμέρῃσιν, οἱ δὲ ἐν τῇσιν ἑβδόμῃσι τελευτῶσι. ταύτας δὲ διαφυγόντες, σώζονται. οἷσι δὲ ἀνατμηθεῖσι τῆς τουτέων διεστηκὸς εὑρεθῇ τὸ ὀστέον, ἀπόλλυνται.

Hic agitur de cerebro ex inflammatione ad ſyderationem & corruptionem tendente. Sic enim σφάκελον ſumi pro nondum confirmata ſyderatione & eo qui ad corruptionem fit progreſſu, ex Galeno indicauimus noſtris in lib. 2. epid. Com. Sumpta autem eſt hæc ſententia ex aph. 50. lib. 7. & libr. de Morb. 2. & 3. Vbi quintum etiam addit diem, & ſectionis viam ac modum aperit. Fit autem ſectio, vt via fiat puri & tetris vaporibus, ac facilius ad locum affectum remedia admoueantur. Dicitur autem διεστηκὸς τὸ ὀστέον os diſparatum aut diſiunctum quia inualeſcente corruptela caluariæ os à membranis quæ oſſi colligantur, præcipuè qua parte ſuturæ ſunt, ſeparatur, & ab iſta vnionis ſolutione mors imminet, maximè vero ſi membranæ iam nigricant, & motus cerebri nullus amplius apparet. Poteſt etiam intelligi os diſiunctum, quod oſſis pars quædam corruptione putreſcens ab integra ſecedat, non æquè tamen vrgente periculo, velut in membranarum ab oſſe ſeparatione. Exemplaria omnia manu ſcripta pro σώζονται, ζῶσι habent, quam etiam lectionem adhibuit Caluus.

Quibus ex poſteriore parte oſſibus fractis, capitis dolor ineſt, vehemens, & craſſa è naribus fluxio malo eſt. Ij dolore antea ad oculum ſuborto, rigore corripiuntur. Quinetiam oſſium ad tempora effracturæ, conuulſiones accerſere ſolent.

188 Τοῖσι κεφαλαλγικοῖσιν ὀστέα ῥαγεῖσιν ἐκ τοῦ ὄπισθεν, ῥύσις ἐκ μυκτήρων λάβρος, παχέα, κακόν. ὀφθαλμὸν προοδυνήσαντες οὗτοι, ῥιγέουσιν. ἦ που αἱ κατὰ κρόταφον ὀστέων διαφθοραὶ σπασμώδεες;

Magnas & inſignes capitis offenſiones attingit. Cùm nanque os capitis poſterius ſit duriſſimum & craſſiſſimum, minórque quàm cæteris partibus cerebri portio illi ſubſit (vt ſcribit Hippocrates) non niſi in validè impactis offenſionibus rumpitur, eæque noxiæ diuturniores eſſe ſolent, promptiúſque periculum effugiunt. Liberalis autem & magna ſanguinis è naribus fluxio, inſigne in poſteriorem capitis partem inflictum eſſe vulnus indicat, ex quo maiores venas, quæ in anteriorem partem feruntur, diruptas eſſe conuenit. Quam in rem in capitis vulneribus ſolemus ægrorum interrogationes adhibere, num ſanguinem è naribus aut ore effuderint, aut velut attoniti conciderint, aut conſopiti fuerint. Quæ lethalium vulnerum indicia adſcribit Hippocrates. Idem quoque in grauibus capitis offenſionibus, rubicundum aut ἐρυσιπελατώδη faciei tumorem, aut amborum oculorum, aut etiam alterius, ex membranarum cerebri affectione annotat, rigorem quoque & febrem, quæ hyeme tardius, æſtate autem celerius occupet. Quibus affectibus medicamento bilem deturbante conſulit. Ac aliàs quoque in oculorum doloribus alui profluuium plærunque moueri ſolet & ſalutare eſſe. * At verò ad grauium capitis offenſionum numerum temporum vulnera meritò adiunguntur, quòd temporum oſſa ſint admodum tenuia & imbecilla, magnúſque ad eum locum ſit venarum, arteriarum ac neruorum concurſus proximaque cerebri vicinia. Quamobrem pericaloſa admodum ſymptomata conuehunt, conuulſiones & ſopores accerſunt, quod (vt ſcribit Hippocr. lib. de art.) ἐν σπασμοῖσι καὶ τετάνοισι τῶν ἀρθρῶν τὰ ἄρθρα ἐπικαιρότατα συντετάχθαι, καὶ ἐπὶ πληγαῖς γνάθων καὶ καρδίας καὶ κροταφῶν γίνονται. Qui locus quoque in eam cauſam pertrahitur Galeno Comm. 3. in Prorrh. Quin & Prorrh. 21. ſuſpectæ ſunt temporum præciſiones, his verbis: ἆρά γε καὶ αἱ κατὰ κρόταφον ὀστέων διακοπαὶ σπασμὸν ἐπιφέρουσι; Hippocrates quoque libello περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων temporum ſectiones cauet, quòd hæ offenſiones conuulſiones accerſant. Quod etiam exemplis quibuſdam docetur lib. 5. epid. Cæterùm quod ad ſcriptionem attinet, reconditi quidam manu ſcripti codices ταχέα pro παχέα legunt, vt larga & celeriter offenſioni ſuccedens ſanguinis fluxio intelligatur, aut quæ celeriter cum impetu aut vehementer decurrat. Quæ lectio non videtur aſpernabilis. Quidam etiam manu ſcriptus codex, ἦ που αἱ κατὰ κρόταφον ὀστέων διαρραγαὶ legit: Aliter quoque Regius codex διαρραγὶς vitioſè, vt & Aſulanus διαρραγαίς.

* *Aphor. 17. lib. 6.*

Auris intenſus dolor cum febre acuta, ac cæteris aliquantò grauioribus ſignis, iuuenes quidem intra ſeptimum diem, aut etiam celeriùs, cum delirio necat, niſi puris copia ex aure, aut ſanguis ex naribus effluat, aut aliud quoddam laudabile ſignum extiterit. Ætate autem prouectiores tardius aut minus tollit. Nam & in his aures ante ſuppurant, & delirium minùs infeſtat. Sed & in hac ætate multis morbus reuertitur, ac proinde interficere ſolet.

189 Ὠτὸς πόνος σύντονος, μετὰ πυρετοῦ ὀξέος, καὶ ἄλλου τινὸς σημείου τῶν ἀποδυσκόλων, τοὺς μὲν νέους ἑβδομαίους κτείνει, καὶ συντομώτερον παραφρονήσαντας, μὴ ῥυέντος πολλοῦ πύου ἐκ τοῦ ὠτὸς, ἢ ἐκ ῥινῶν αἵματος, μηδὲ ἄλλου τοῦ σημείου χρηστοῦ γινομένου· τοὺς δὲ πρεσβυτέρους βραδύτερον καὶ ἧσσον ἀναιρεῖ. τά τε γὰρ ὦτα φθάνει ἐκπυέειν, καὶ παραφρονέουσιν ἧσσον. ὑποστρέφουσι δὲ τοὺς πολλοὺς τουτέων, καὶ οὕτως ἀπόλλυνται.

Hoc præſagium luculentis verbis ab Hipp. in Progn. deſcriptum eſt, paucis quidem immutatis. Sed illic ſanguinis per nares effluentis altum eſt ſilentium. Et hunc locum ex Prognoſtico vertit Celſus cap. 7. lib. 2. his verbis, quæ in omnibus noſtris codicibus vitioſè adſcripta ſunt. Auris dolor acutus cum febre continua vehementique, ſæpe mentem turbat, & ex eo caſu iuniores interdum intra ſeptimum diem moriuntur, ſeniores tardiùs, quoniam neque æquè magnas febres experiuntur, neque æquè inſaniunt. Ita ſuſtinent dum is affectus in pus vertatur. Sic enim legendum eſſe ſatis teſtatur quod hîc ſcribitur, τά τε γὰρ ὦτα φθάνει ἐκπυέειν, & quod in Prognoſtico ἐκπυΐσκεται. Sed publicati omnes codices (intus verſatur) habent, alieno aut propè nullo ſenſu.

In præcipitibus & turbulentis morbis obueniens ſurditas malo eſt. Quin & in longis morbis malum portendit, ac in his ad coxendices labores conuehit.

190 Κώφωσις ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι παρακολουθοῦσα, κακόν. κακὸν δὲ καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν. ἀλλὰ δὲ τουτέοισι καὶ ἐς ἰσχία πόνος.

Huius præſagij prima pars repetitur ex Prorrh. 33. Poſtrema vero ex ſolutionum legibus pendet, ex quibus & ſurditas in febribus abſoluitur, vt ſcribitur libello περὶ κρισίμων. λύει δὲ ἐν τοῖς φρενιτικοῖς αἱμορραγίη, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα χολώδεα, ἢ δυσεντερίη ἐπιγενομένη, ἢ δὲ ὠὸν

ἰσχίων

A ἰκτέρου ἢ γονάτων. Quod etiam comprobat hiſtoria ægri 9 poſt ſt. peſt. libr.3. Epid. quæ ad huius ſententiæ intelligentiam plurimùm mihi facere videtur.

191 Ἐν πυρετοῖσι κώφωσις, κοιλίην ἐφίστησιν.

In febribus enata ſurditas, aluum remoratur & ſiſtit.

Hoc ex materiæ ſurſum repentis motu pendet, ſibiq; inuicem mutuas operas conferunt ſurditas & alui profluuium, vt ex aph. 28. lib. 4. patet. Non ſecus lib. 2. Epid. ἰδ' ὡτῶν ἐν βίοισι κώφου χωρέοντος ἰσχυρῶς κωφώσιες λύει, καὶ αἷμα πολλὸν ἐκ τῆς ῥινός.

192 Ὦτα ψυχρὰ καὶ διαφανέα, καὶ συνεσταλμένα, ὀλέθριον.

Aures frigidæ, pellucidæ contractæq; perniciem minantur.

B In Prognoſtico & poſtea hoc præſagio ὦτα ψυχρὰ καὶ συνεσταλμένα inter lethales faciei notas reponit, ſed hic διαφανέα adduntur; quod aures cartilagineæ, excarnes, & exangues ſiccitate contabeſcant & pelluceant, ideoq; facillimè contrahantur.

193 Βόμβος ἐν ὀξέσι, καὶ ἦχος ἐν ὠσὶ, θανάσιμον.

In præcipitibus morbis murmur edentes ac tinnientes aures, mortem prænunciant.

Hæc ſententia διορισμοῦ indiget ad circumſcriptionem, & in conſilium cætera ſigna adhibenda ſunt. Flatuum enim magna copia ex craſſa & cruda materiæ abundantia denunciatur, qui ad aures conuoluti & agitati, vbi in anguſtiis reuoluuntur, tonitus, tinnitus ac ſtridores faciunt. Quòd ſi in amplitudinem cauam effundantur, & locorum anguſtiis concludantur, murmur reſonans, ſtrepitum & bombos faciunt, quales in apibus aut veſpis inaudiuntur. Eſt igitur vbi natura huiuſmodi materiæ abundantiam ac craſſitudinem ſuperat, ac in ea à calore natiuo ſubagitatione, flatus erumpunt, ac nullius periculi metus eſt. Interdum verò ex magna ſpirituum perturbatione, ac bilis quæ in vaſis feruet concitatione, flatus plurimi in cerebrum feruntur, quibus ſuccenſis C dilirium aut conuulſio, ac tandem pernicies imminet.

194 Ἦχοι μετ' ἀμβλυωσμοῦ, καὶ κατὰ ῥῖνας βάρεος, παρακρουστικὸν, καὶ αἱμορραγεῖ.

Aurium ſonitus cum viſus hebetudine, & ad nares grauitatis ſenſu, mentis exceſſum, ac ſanguinis ex naribus profluuium præſagiunt.

Iſta in febribus ardentibus intelligenda eſſe docet Prorrh. 18. & ſententia 131. huius præſagij ſupra explicata. Hic autem παρακρουστικὸν legitur, quod illic ἐξίσταται μελαγχολικῶς effertur. Quò certè reſpiciunt publicati codices, qui βαρέως παρακρουστικὸν legunt. Sed nos reconditis membranis ac locis annotatis, κατὰ ῥῖνας βάρεος ſcripſimus.

195 Οἷσι κώφωσις μετὰ καρηβαρίης, καὶ ὑποχονδρίου D ἐντάσιος, καὶ πρὸς αὐγὰς ἐνοχλεῖ, αἱμόρροοι.

Qui ſurditate cũ capitis grauitate, ac præcordiorũ contenſione vexantur, ſi oculorũ acies perturbatur, in iis ſanguinis è naribus fluxum ſperare oportet.

Prorrhet. 147. hæc repetitur ſententia, vbi ex hoc loco τὸ πρὸς αὐγὰς ἐνοχλέεται cum Galeno legimus, contra interpretum fidem. Sunt enim quæ τὰ σκοτώδεα περὶ τὰς ὄψιας, hoc eſt, tenebricoſas viſus caligines, aut offuſas oculis tenebras, lib. 1. Epid. protulit Hippocrates, in hæmorrhagiæ ſignis, ac alibi per ἀμβλυωσμὸν denotat. Atque ea verior eſt lectio quam quæ πρὸς αὐτοῖς habet, vt Prorrh. cum etiam manu ſcriptorum codicum fide teſtata ſit. Etſi exemplaria Regia manu ſcripta duo aliter legunt, ex quibus vnum πρὸς αὐτοῖς ἐνοχλεῖ habet, alterum etiam ἐνοχλεῖ ſcribit. Quæ lectio ad ξυντάσιος ὑποχονδρίου μετ' ὀδύνης ſpectat, quam Capitonis ſectatores lib. 1. Epid. adſcripſerunt, eamque reprehendit Galenus. Qua de re pluribus egimus noſtris in eum librum Annotationibus. Quò etiam Caluum reſpexiſſe codicibus manu ſcriptis innixum conſtat, cùm (præcordiorum diſtenſionem quæ vexet) dixit, & illud πρὸς αὐγὰς omiſit. Codices quoque manu ſcripti hic ἔντασις pro ἐντάσιος legunt, eodem omnino ſenſu.

196 Ἐν ὀξεῖ πυρετῷ ὦτα κωφωθῆναι, μανικόν.

In acuta febre aures obtuſæ vehementem inſaniam portendunt.

E Sic rectiùs & cum circumſcriptione libello περὶ κρισίμων, ὅσοις δὲ ἐν τοῖσι πυρετοῖς τὰ ὦτα κωφωθῇ, τουτέοισι ὑπολυθέντος πυρετοῦ, μανῆναι ἀνάγκη, ἢν μὴ ἐκ τῶν ῥινῶν αἷμα ῥυῇ, ἢ κοιλίη ἐκταραχθῇ χολώδεα, ἢ δυσεντερίη ἐπιγένηται, ἢ ὀδύνη ἰσχίου, ἢ γονάτων. Vnde aph. 60. lib. 4. decerptus videtur. Aures autem obſurdeſcentes obtuſas ex Celſo diximus, atq; hic μανικὸν pro vehementi ac furioſa inſania, vt aliàs ſæpe, accipimus, quam certè ſurditas quæ à bile efferueſcente aut ab inflammatione cerebri excitatur, promouere poteſt.

197 Οἱ δύσκωφοι, ἐν τῷ λαμβάνειν τρομώδεες, γλῶσσαν παραλελυμένοι, νωθεῖς, κακόν.

Graui ſurditate tentati, dum aliquid prehendunt tremuli, linguæ reſolutione ac torpore affecti, malè habere iudicantur.

Oportuit in hac concurſione neruorum ac ſenſuum principium valde affectum fuiſſe, vnde ſubiectorum neruorum irrigatio, F imbecillitas, aut obſtructio ſubſecuta, manuum tremores, linguæ reſolutionem, ac torporem attulit. Prorrh. 95. χεῖρες τρομώδεες κεφαλαλγέες, τράχηλος ἐπώδυνος, ὑπόκωφοι. ex eadem cauſa producuntur, ſed coitio illa ex diſſimilis naturæ ſignorum mixtione perturbationem accepit. Sunt autem ἐν τῷ λαμβάνειν τρομώδεες, qui cùm aliquid prehendunt, ſiue cibum intelligas, ſiue quid aliud, tremulas habent manus, velut in Prorrh. χεῖρες τρομώδεες dicuntur.

198 Προϊούσης ἀρρωστίης κώφωσις, καὶ οὖρον ὑπέρυθρον, ἀκατάστατον, ἐναιωρεύμενον, παρακρουστικόν. Ὃ ἰκτερωθῆναι ἐν τούτοισι κακόν. Κακὸν δὲ καὶ ἐπὶ ἰκτέρου G μώρωσις. Τούτους ἀφώνους ἀναισθητουμένους ξυμβαίνει πνίγεσθαι. Τάχα δὲ καὶ κοιλίη πονηρεύεται τούτοισι.

Procedente morbo ſurditas, ac vrina ſubrubra, cũ nullo ſedimento, ſed cum ſublimamentis in medio innatantibus, mentis emotionem prænunciant. In his morbo regio corripi malum eſt. Quinetiam malo eſt ex morbo regio fatuitas. Hos voce defectos, abſque ſenſuum læſione præfocati contingit. Ac fortaſſis etiam in his aluus malè afficitur.

Duas iſtas ſententias in codicibus publicatis diſparatas, ex Prorrh. 32. coniunximus, vnde explicationem mutuare debent. Ac videtur ſignorum iſta concurſio ex Hermocrate lib. 3. Epid. non ſatis prudenter in iſtam vniuerſalem artis complexionem deducta, vt cuiuis facta inter ſe caſuum collatione patebit. Quod quidem Prorrhetici ac huius præſagij authori præter morum ac artis rationem eſt ſolenne, & à Galeno ſæpe reprehenſum. Cuius quidem etiam temeritatis fidem facit in Prorrhetico, cum Hermippi ſubindicato nomine comprehenſionem iſtam integram eleuauit (niſi ſi fortè Hermocratem illum in Epidemiis celebrem ſignificare voluit) quod hic omnino ſilentio ſuppreſſit. Sunt autem ἀκατάστατα οὖρα quæ paſſim Hippocrati ποικίλα καὶ μὴ καθιστάμενα, in genere τῶν ἀκαταστάτων καὶ ταραχωδῶν. Quæ cùm magnam venoſi generis ex flatuum & cruditatis permixtione perturbationem H indicent, exuberantem calidioris materiæ ac ſpirituum copiam ſubleuant, vnde & ſublimamenta per medias vrinas ſuſpenſa feruntur, & capitis dolores ac deliria plærunque imminent, etſi iſta nullam neceſſitatem inuehunt, vt ſcribit Galenus Comment. 3. in lib. 1. Epid. & Comm. 3. in Prorrh. Vnde fit vt apud Hippocratem in Epid. ἐναιώρημα μετέωρον, mentis inconſtantiam ſæpe deſignet. Hic autem quod dicitur ἀκατάστατον οὖρον ἐναιωρεύμενον, Galenus in Prorrhetico τὰ ἀκατάστατα οὖρα ἐν ἐναιωρήμασι ponit, quæ ſublimamenta confuſam ex magna perturbatione humorum agitationẽ denotant. Ac rurſus quæ poſuit in Prorrh. οὖρα ἐξέρυθρα, hic ὑπέρυθρα vocat, quæ cùm crudioris & ſeroſi ſanguinis abundantiam indicent, ex calidiore materia multam ſubuectam exhalationem ſignificant, vnde & ſurditas & delirium, vt ἐξέρυθρον hic meliùs legatur. μώρωσιν verò fatuitatem aut ſtupiditatem intelligimus, quòd ναρκώδεα ex alio Hippocratis loco explicet Galenus in Prorr. μαύρωσις tamen habent exemplaria manu ſcripta, qua etiam ſenſuum hebetatio, extinctio & ſtupiditas intelligitur. μαυρὸς enim μωρὸν & ἀμαυρὸν ſignificat, hebetem & ſtolidum. Quod ſequitur τούτους ἀφώνους αἰσθανομένους ξυμβαίνει πνίγεσθαι legitur in Prorrh. quam lectionem etiam agnoſcit Galenus Comment. ad aph. 51.

lib.6. eamq́ue hic ſecutus eſt Cornarius. Exemplaria tamen manuſcripta πνιγώδης habent & publicatorum codicum fidem atteſtantur. A Quæ etiam conſtare poteſt, dum voce defecta & laryngis muſculis affectis, ſpiritus viæ ita coarctantur vt præfocatio impendeat. Quod verò in Prorrh. κατὰ ῥῆγμα ἀνώδυνος κοιλίης poſuit, hic στρόφώδης dicitur, quod cruciatu & torminibus malè affici aut diffluere ſignificat. στρογγύλους ἀπὸ ῥίγεος exemplaria etiam quædam ſcripta legunt, alia quoque στρογγύλους. Vitioſa autem exemplaria quædam quæ περὶ ὦτα pro ἢ ὦτα habent.

Quæ cum dolore exoriuntur ad aures tubercula, perniciem minantur.

199 Τὰ δ' ὀδυνηρῶς περὶ οὖς ἀνιστάμενα, ὀλέθρια.

Ex inſigni dolore inflammationis vis colligitur, quæ facilè cerebro conſentit, indéq; mors ſæpe conſequitur, tum quod frequenter parotides iam affecto morbo & viribus exhauſto ægro ferè ſuperueniunt, vnde ſymptomatum vehementia ægros ſæpe conficiunt. Alioqui ſalutares abſceſſus in Hippocratis diſciplina parotides annotantur, quas tamen ferè inſalubres his in regionibus experimur. B

In febribus ex prægreſſo dolore rubores ad aures ſubnaſcentes, ignis ſacri in facie ſpem faciunt. Quin & conuulſiones cum vocis priuatione & virium exolutione ad hæc conſequi par eſt.

200 Τὰ περὶ οὖς ἐκ τοῦ ἐμπροσθεν ἀλγήματος ἐρυθήματα ἐν πυρετοῖσι γινόμενα, σημεῖον μὲν ἐρυσιπέλατος ἐπὶ προσώπου ἐσομένου. ἀτὰρ δὲ σπασμοὶ ἐκ τῶν τοιούτων γίνονται μετ' ἀφωνίης καὶ ἐκλύσιος.

Eryſipelatos aut ignis ſacri non ſemper iſta ſpem faciunt, ſed interdum parotidum, interdum etiam hæmorrhagiæ deſignationem. Sunt enim iſta repentis ſurſum materiæ cum calore indicia. Sunt autem hic ἐρυθήματα tumores flammei ac rubores, qui ſublatis in cerebrum cum ſanguinis copia vaporibus in facie apparent, ac inter plethorica cerebri ſymptomata adſcribuntur. Sic antea in abſceſſuum ad aures denunciatione, C ἐρυθήματα, & Prorrh. 165. quæ circa faciem contingere ſolent, in conſilium adhiberi admonet. In quibus τὸ ἐρυθρὸν πρόσωπον, καὶ ὄγκον αὐτοῦ ἔχον annumerat Galenus. Conſentaneum autem eſt cum vocis defectione ac virium exolutione conuulſiones plærunque ad iſtam humorum copiam conſequi, quæ ſunt multitudine grauati ac malè affecti cerebri noxiæ, vt ſcribit Galenus in Prorrh. Quin & in αἱμορραγίαις quos ἀξίως ῥεῖν vocant, ex ſuccorum in cerebrum calore ſublatorum copia, καρηβαρίας & ἐπιδόσεις antea in hoc præſagio, vt & ex Prorrh. 88. annotauimus. † Fieri etiam poteſt vt materia ipſa intrò recurrens relicta ignobili ſede, mentis arcem petat, vbi ſua acrimonia vi neruis illata, conuulſionem acceſſit & vocis defectionem cum virium exolutione. Quod autem de tumoribus flammeis dicimus ad aures ſubnaſcentibus, quidam ad tubercula circa aures exorta referunt, quæ prægreſſo in facie rubore excitentur, & τὰ περὶ οὖς, vſitata Hippocrati locutione, pro tumoribus circa aures ſubortis accipiunt. Quam lectionem ſecutus Caluus videtur. Atque etiam ex tabulis in hanc rem velut à precone teſtes citantur. Nam & membranæ ſcriptæ hanc habent lectionem, τὰ περὶ οὖς ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν ἐρυθήματος ἐν πυρετοῖσι γινόμενα. Et quidam codices etiam manu ſcripti Regij vtranque lectionem addunt & ἀλγήματος ἐρυθήματος habent, vitioſè ex altera effictâ D lectione, cùm alterum tantum aut ἀλγήματος, aut ἐρυθήματος legi debeat. † *Sent.* 162.

In plurimis graueolentibus deiectionibus cum febre acuta: præcordiorum contenſione, ex longo interuallo oborta ad aures tubercula, mortem adferunt.

201 Τὰ περὶ οὖς ἐπὶ πλείστοισι δυσώδεσι, πυρετῷ ὀξεῖ, ὑποχονδρίῳ συντόνῳ, χρονιωτέρως ἐξ ἀρχῆς, κτείνει.

Deiectiones graueolentes magnam putredinem & humorum corruptelam, aut naturæ imbecillitatem denotant. In febre igitur acuta cum viſcerum inflammatione, tardiùs excitati abſceſſus ad aures, vires naturæ fractas ac ſubſiſtentes ſignificant, vnde mors impendet. Etſi verò ad iſtam rerum notionem Præſagij ſenſus accommodari poteſt, ex antiquorum exemplarium in eam lectionem conſentientium præſcripto: Videtur tamen hæc ſententia in Prorrhetico 158. repeti debere, vnde deprompta eſſe poteſt, eademq́; etiam ferè notione, aut meliore lectione ſcribitur poſtea hoc præſagium ſent 292. E

Tubercula ad aures excitata in leuiter ſyderatis malo ſunt.

202 Τὰ περὶ οὖς φαῦλα τοῖσι παραπληκτικοῖσι.

Hoc præſagium repetitur Prorrh. 160. & à Galeno explicatur.

In diuturnis morbis non ſuppurantia aurium tubercula, mortem adferunt. Iis autem alui ferè demittuntur. Quin & in his conſiderandum in quibus ſperamus abſceſſus circa aures futuros, num ex capite doleant, num ſuperiorum partium tenuibus ſudoribus diffluant, nunquid etiam ſubinde nouum rigorem ſentiant, an fortè etiam alui affatim perrumpant, aut aliquo ſopore detineantur. Videndum quoque num & in his vrina diluta cum ſublimibus quibuſdam in medio ſuſpenſis, albidis, & aliquantum variantia, ex albicantia, aut graueolentia appareant.

203 Τὰ περὶ οὖς ἐν μακροῖσι μὴ ἐκπυήσαντα, θανάσιμα. κοιλίαι δὲ τοῖσι τοιούτοισι ταχὺ φέρονται. ἆρά γε οἷσι τὰ περὶ ὦτα κεφαλαλγικοῖσι; ἆρά γε ἐφιδροῦσι τὰ ἄνω; ἆρά γε καὶ ἐπιρριγέουσι; ἆρά γε αἱ κοιλίαι καταρρήγνυνται; F καὶ τοῖσι καὶ κωματώδεες, ἆρα δὲ ὑδατώδεα οὖρα, ἐναιωρήματα λευκοῖσι, δὲ τὰ ὑποποίκιλα, ἔκλευκα, δυσώδεα.

In Epidemiis Hippocrat. τὰ περὶ ὦτα ἐπάρματα μὴ ἐκπυήσαντα, μηδὲ κοιλίης ταραχθείσης ἀποπυησάσης damnat, niſi huiuſmodi materia intrò recurrens, per alui effluuium aut inteſtinorum difficultatem, aut veſicæ alucum, & vrinarum deturbationem, ſolutione deponatur, quod in plurimis nominatim expreſſit. Ac ſæpe in huiuſmodi circa aures tumoribus, materia intrò verſa per aluum diffluentem elabitur. G Quod effecit vt κάτω φέρονται legerint omnes interpretes. Sic enim in chartarum veteramentis reperio: Etſi φέρονται abſolutè poſitum demiſſam aluum ſignificare poteſt. Quæ ſequuntur in quibuſdam codicibus diſtinctionem accipiunt, ac velut Prorrh. 163. ſententiam per ſe complent, vnde explicationem mutuare debent, vt & ottum. Nam, vt ſatis apparet, huius præſagij author, ſignorum coitiones multas per Prorrheticum ac Hippocratis ſcripta diffuſas, temerè collectas, ad doctrinæ complexioné, non bene ſubducta diſciplinæ ratione ſimul cófert. Hic igitur κεφαλαλγικοὶ meliùs, vt in Prorrhetico, retineatur, niſi (quod quibuſdam placet) κεφαλαλγικοὶ εἰσὶν legatur, quòd quibus futuri ad aures abſceſſus ſpes ſit, ij ſæpe capitis dolore tenētur, vnde & κεφαλαλγία & κῶμα paſſim in his annotatur. Hinc etiam ἱδρῶτες ſuperiorum partium pendet, cerebro & ſuperioribus partibus materiæ copia oppreſſis & imbecillitate degrauatis. Rigor quoq; ſubinde monetur ex biliosæ materiæ agitatione & ſubita naturæ commotione vacuationem molientis ac ſæpe fruſtrà tentantis, irrito conamine. Quod effecit, vt ex hoc loco & codicibus ſcriptis & etiam Galeni Commentario, rigoris hoc membrum in Prorrhetico defectum reponendum exiſtimauerimus. Quod ſequitur de vrina aquoſa cum innatantibus in medio ſublimamentis albicantibus, etſi à Galeno ſatis eſt explicatum, ſæpius tamen per Hippocratis OEconomiam H in humorum ad cerebrum raptatione & libramento, ſuſpenſa in vrinis apparent, quæ flatuoſæ & feruentis materiæ copiam ſurſum conuehi ſignificant, vnde & deliria, & capitis dolores impendent: Quemadmodum paulò ante ἐναιωρήματα οὖρα mentis emotæ ſigna poſuit, & in Epidemiis ſæpe ἐναιώρημα μετέωρον mentis inconſtantiam prænunciat. Haud ſecus quoque οὖρα διαφανέα, λευκὰ (quæ ὑδατώδη dicuntur) & omnimodam cruditatem præ ſe ferunt, humores ad cerebrum ferri portendút aph. 72. lib. 4. Et in Epidemiis in tuberculorum ad aures prædictione, οὖρα λευκά, ἄχρωα, ἁπλᾶ καὶ ὑδαρῆ ponuntur. Albicantia verò huiuſmodi ſublimamenta, ex materia pituitoſa, cruda ac flatuoſa permixta videri queant, & in contentorum ratione concoctionem quandam præ ſe ferre. Eamq́ue ſubuectam flatuum aut materiæ copiam eo obnixiùs exemplaria manu ſcripta Regia reſpiciunt, quæ αἰωρηθέντα οὖρα legunt, etſi ἐναιωρήματα magis eſt huic ſcriptori familiare. Huiuſmodi verò ſuſpenſa alba in aquoſa vrina,

A rina, partim coctionem, partim cruditatem indicantia, in longo & ſalutari morbo ad abſceſſum faciliùs inclinant. Reliqua huius præſagij pars poteſt ad deiectiones referri, quòd in maligna huiuſmodi humorum cruditate, varia interdum deiiciantur, vt æruginoſa, biliosa, flauis & albicantibus aut pituitoſis permixta, & graueolentia, putredinem ac ſuccorum corruptelam indicent. In Prorrhetico tamen iſta ambigunt, & inter vrinas & deiectiones hærent. Sunt qui ἐν ὀξέσι pro ἐν μακροῖσι legant, quòd in diuturnis morbis ferè paruæ ſint parotides & quæ vix ſuppurent, ἐν μακροῖσι tamen legunt omnia exemplaria.

* *Lib. 1. ſent. 1. & 2.*

104 Τὰ παρ' οὖς λαπάσσει βῆχία μετὰ πτυαλισμῶν ἰόντα.

Tuſſiculæ quæ cum crebris oris ſputationibus procedunt, tubercula ad aures emolliunt.

Ex Prorrh. 167. repetitur hæc ſententia. Crebra autem oris ſaliuatio ac ſputatio defluente in oris capacitatem tenuiore humore abſceſſuum materiam & fomitem deplent, vnde emolliuntur, vacuantur, ac contrahuntur huiuſmodi tubercula, quòd hîc λαπάσσει

B dicitur, in Prorrh. ἀπαλύνει, eadem omninò notione. Ab huiuſmodi enim abſceſſibus vindicantur & liberantur, cùm emolliti fuerint & vacuati. λαπάσσειν autem in Exegeſi, κενοῦν μὲν τὸ κυριώτατον, δὲ τοῦτο ὃ ἐστι τὸ μαλάσσειν ſignificat, vt aliàs pluribus à nobis explicatur & ex tabulariis in eam ſignificationem teſtes citantur. Caluus ex ambigua Prorrhetici ſcriptione alium ſenſum colligit, cùm tuſſes à tuberculis exortis emolliri vult & conquieſcere. Quod etſi non eſt à vero alienum & aliquando contingere poſſit, hæc tamen notio eſt vniuerſalior & Hippocrati familiarior.

105 Οὖρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα φλαῦρα. καὶ τὸ καταψύχεσθαι ὧδε πονηρόν.

In tumoribus ad aures vrinæ celeriter ac pauco tempore concoctæ damno ſunt. Quin & perfrigerari itidem malum eſt.

Prorrheticum eſt 153. iiſdem verbis expreſſum. πεπαινόμενα autem cùm concoctionem adhuc pendere ac fieri ſignificet, niſi ea-

C dem bonitatis ſignificatio perſeueret, pernicies denunciatur. Idem igitur eſt ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα, quod paruo tempore concoctæ permanentes, & non diu ita perſeuerantes. Eiuſmodi namq; coctionis inæqualitas vitium prodit. Iſtam autem ſententiam ſic cum cæteris interpunximus, quòd in multis cùm publicatis, tum ſcriptis exemplaribus, vitioſè ſuperiori præſagio annectatur. Eadem etiam poſtea iiſdem verbis in hoc præſagio repetitur. *Sent. 587.*

106 Τὰ παρ' οὖς ἐν τοῖσι χρονίοισιν ἐκπυήματα, μὴ λευκοῦ σφόδρα καὶ ἀόδμου κτιτεῦ, καὶ μάλιστα γυναιξὶν.

In diuturnis morbis ſuppurati ad aures tumores, niſi pus admodum album ac ſine odore reddant, exitium, præcipueq; mulieribus, afferunt.

Paulò antè parotidas quæ in longis morbis non ſuppurant damnauimus. At nunc quæ ſuppurant, niſi laudati puris commenda-

D biles notas præ ſe ferant, hoc reſcripto configuntur. Præcipueq; mulieribus exitium imminet ob delicatam & effœminatam corporis mollitiem, ac frigidam naturam. Caluus hanc ſententiam duabus ſuperioribus præpoſuit. In reconditis etiã manu ſcriptis exemplaribus quibuſdam σφόδρα non legitur. Sed hîc σφόδρα λευκὸν non exactæ albedinis (qualis eſt nix) pus eſſe vult, ſed eam quoad puris naturæ fieri poteſt maximè accommodatam ac appoſitam indicari vult, qualem ferè ſemini genitali ſimilem, ac vrinæ ſubſidentiæ facit Galenus. Sic & ἄοδμον dici poteſt, non quod omninò odoris ſit expers, ſed quod quàm minimè fœtet, & ὡς ἥκιστα δυσῶδες, vt ſcribit Hippocrates. Nam cùm puris ortus ex mixta quadam, quæ ſecundum naturam eſt, cauſa, & ex ea quę præter naturam eſt, petatur, ſine odore omninò eſſe non poteſt. Quò reſpexiſſe auguror exemplaria quædam ſcripta, quæ σφόδρα & ἀνώδυνα legunt, eaq; ad tuberculorum magnitudinem & indolentiam referunt, quæ ſunt extincti caloris natiui indicia. Sed certè longè petita videtur illa lectio, hæc verò maximè popularis & multis teſtimoniis conſignata. Hic quoq; (vt antea) ἐν ὀξέσι quidam legunt. Sed ἐν τοῖσι χρονίοισιν leg. omnia exemplaria.

107 Τὰ παρ' οὖς μάλιστα ἐκ τῶν ὀξέων ἐν τοῖσι καυσώδεσι γίνεται, καὶ ἢν μὴ κρίσιν ποιήσῃ καὶ ἐκπεπαίνηται, ἢ ἐκ ῥινῶν αἷμα ῥυῇ ἢ οὖρα ὑπόστασιν παχεῖαν λάβῃ, ἀπόλλυνται. τὰ πολλὰ δὲ τῶν τοιούτων οἰδημάτων προεξαποκαθίσταται. προσεπιθεωρέειν δὲ καὶ τοὺς πυρετοὺς ἢν τε ἐπιτείνωσιν, ἢν τε ἀνιῶσι, καὶ οὕτως ἀποφαίνεσθαι.

E Ex præcipitibus morbis in febribus ardentibus maximè tubercula ad aures exoriũtur, ac niſi iudicatoriè ſoluãtur & matureſcãt, aut ſanguis ex narib. profluxerit, aut craſſũ ſedimentũ vrina acceperit, ægros interimunt. Prius verò huiuſmodi tumores ſubſidũt ac conquieſcunt. Sed & inſuper febres ipſas in conſiderationem adhibere cõuenit, num intendantur aut remittant, atq; ita de tota re ſententiam ferre.

Febres ardentes vt plurimum ſanguinis profluuio iudicantur, interdum quoq; ad aures abſceſſu, atq; præcipuè quæ permixtam

F craſſam & crudam plurimam bilioſis humoribus materiam habent, ex quorum calore in caput aliquid ſubuehitur & in abſceſſus firmatur, vt antea ſentent. 138. & aph. 31. lib. 4. exprimitur. Atq; eæ febres plerumq; iudicatione abſoluuntur, & abſceſſuum maturatione, aut certè ſanguinis ex naribus excretione, aut materiæ à natura euictæ per vrinarum craſſum ſedimentum depoſitione; tuncq; ab abſceſſibus ferè vindicantur, vt ſcribit Hippocrates aphor. 74 lib. 4. Veriſſimum autem eſt & experientia comprobatũ, in moribundis duobus ferè diebus antea abſceſſus ſubſiſtere, conquieſcere, ac velut ſubſidere & euaneſcere, quod προεξαποκαθίστασθαι dicit. Ac iſta ſunt fatiſcentis ac intrò ſubſiſtentis naturæ peſſima auguria. Cornarius rei conſecutione ductus, propulſari dixit, quòd eiuſmodi ſubſidentia velut deponantur. Sed nos videmur cum Caluo & reliquis interpretibus propiùs rei naturam expreſſiſſe. Cæterùm exemplaria quædam Regia manu ſcripta pro καυσώδεσι καυματώδεσι legunt. Vt autem æquiùs de tota re æſtimationem ac prædictionis ſententiam feras, febrium ipſarum intentionem aut remiſſionem in conſilium adhiberi iubet, temerarij iudicij aſſenſionem ſuſtinens, ad artis dignationem & authoramentum. Procedentibus enim ad ſolutionem morbi excretionibus, febrium ſymptomata imminui oportet, vt contra, fruſtrata iudicationis ſpe, omnia intendi & augeri. Quod effecit vt iſtam ſententiam ſu-

G periori coniungerem, contra publicatorum codicum fidem.

108 Ἐπὶ κωφώσει καὶ νωθρείη ἐκ ῥινῶν ἀποστάζειν, ἔχει τι δύσκολον. ἔμετος τουτέοισιν ἁρμόσει, καὶ κοιλίης ταραχή.

In ſurditate ac torpore ex naribus ſubſtillatio moleſtiam quandam exhibet. Iis vomitio ac alui perturbatio conueniet.

Hoc præſagium Prorrh. 141. reſpondet, illique lucem non paruam adfert, vt ex hoc loco non ſit difficile illius genuinam lectionem eruere. Poſtea quoq; repetitur hoc præſagium ſent. 334. Exemplaria quædam non malè ἀποστάζειν habent.

109 Ἐκ κωφώσιος ἐπιεικέως τὰ παρ' ὦτα, ἄλλως τε καὶ

H ἢν ἀσῶδες τι γίνηται, ἀτὰρ καὶ τοῖσι κωματώδεσιν ἐπιτυχοῦσι καὶ μᾶλλον τὰ παρ' ὦτα.

Ex ſurditate tubercula ad aures exoriri conſentaneum eſt, idq; præſertim ſi anxietas quædam contingat. Quinetiam iis qui ſopore detinentur, tumores ad aures ſperare magis oportet.

Eadem ſcribuntur Prorrh. 159. & ad tuberculorum circa aures denunciationem plurimùm conferunt.

110 Κώφωσιν ἐκ πυρετῶν ῥύσις ἐκ ῥινῶν λύει, καὶ κοιλίης ταραχή.

Surditatem in febribus enatam ſanguinis ex naribus profluuium ac alui perturbatio tollit.

Placitum eſt 28. & 60. lib. 4. aphor. ut priùs in eam rem ſententiam ex libello περὶ χυμῶν adduximus.

Facies ex tumida depreſſa, ac vox læuior ac remiſſior euadens, ſpiritus quoq; rarior ac lenior, poſtera die remiſſionem fore denunciat.

211 Πρόσωπον ἐκ μετεώρου πεπτωκὸς, καὶ φωνὴ λειοτέρη καὶ ἀσθενεστέρη γινομένη, καὶ πνεῦμα μανώτερον, ἄνεσιν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν σημαίνει. A

Prædictionis notas ex facie attingens, remiſſionis febrium denunciationem facit, ſi facies ex tumida atque inflammata (qualis eſſe ſolet in ſummis ardoribus, euecta ſurſum cum ſpiritu materia) deprimatur & ſubſidat, ſi vox quoq; ex aſpera & violenta, propter materiã in fauces ac pulmones decumbentem, lenior fiat ac minùs violenta. Spiratio itidem quæ ex materiæ affluxu in thoracem ac pulmones crebrior erat, difficilior, turbulentior & inæqualis, earumq; partium incendium denotabat, ſi rarior, remiſſior, placidior, & æqualis euadat. Iſta namq; febrilem calorem ſubſediſſe ac deſæuiſſe indicant. Eoq; firmior ſpes futura eſt, ſi iſtud die indicatorio & cũ excretione critica contingat. Similis ferè ſcribitur ſententia lib. 2. Epid. ἢν πυρετοῦ ἔχοντος τὰ περὶ τὸ πρόσωπον ἰσχνὰ ἦ ἐν ἡμέρῃ κρισίμῳ, τὴν ἐπιοῦσαν λύσει. Longè verò apertiùs hanc ſententiam explanant quæ ſcripta ſunt in libello περὶ χυμῶν, vnde traducta videtur. [illegible] ἢν τὰ περὶ τὸ πρόσωπον ἰσχναίνηται, καὶ αἱ φλέβες αἱ ἐν τῇσι χερσὶ, καὶ ἐν τοῖσι κροτάφοισι, καὶ [illegible] ἔχοντα [illegible] μὴ εὐοχέωσιν. [illegible] καὶ ἡ φωνὴ ἡ ἀσθενεστέρη καὶ λειοτέρη γίνηται, καὶ τὸ πνεῦμα μανώτερον καὶ λεπτότερον, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέρην ἄνεσις τοῦ πυρετοῦ. B Vbi pro λειότερον λεπτότερον ſcribitur, ex eadem propè rei natura.

Faciei corruptela lethalis eſt, minùs tamẽ ſi ob peruigilium, aut inediam, aut alui perturbationem contingat. Nã quæ ex his cauſis orta eſt corruptelæ ſpecies, vna die aut nocte in integrum reſtituitur. Huiuſmodi autem faciei hæ ſunt notæ, oculi concaui, nares acutæ, collapſa tempora, frigidæ aures cõtractæque, cutis dura, color pallidus aut niger. Ad hęc quoque liueſcens palpebra, aut labrum, aut naſus, mortem in propinquo eſſe ſignificat.

212 Προσώπου διαφθορὴ, θανάσιμον. ἧσσον δὲ εἰ δι' ἀγρυπνίην, ἢ λιμὸν, ἢ κοιλίης ἐκταραχὴν γένηται. καθίσταται δὲ ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ ὁ διὰ ταῦτα διαφθαρείς. ἔστι δὲ αὐτέων, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, ῥὶς ὀξεῖα, κρόταφοι συμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ συνεσταλμένα, δέρμα σκληρὸν, χρῶμα ὠχρὸν ἢ μέλαν. πελιαινόμενον δὲ ἐπὶ τουτέοισι βλέφαρον, ἢ χεῖλος, ἢ ῥὶς, σύντομος θάνατος. C

Iſta ex Prognoſtici initio notam habent originem & explicationem. Hic autem προσώπου διαφθορὴ dicitur, cùm facies à naturali ſanorum habitu recedit, eique valde aduerſatur, cùm ex morbo extabeſcit atq; extenuatur, πρόσωπον νεκρῶδες vocat Galenus in Prognoſt. Atq; ita in morbis iucundam rationem cum benè valentium facie præcipit Hippocrates. Sic quod poſtea dicitur, ὁ διὰ [illegible] διαφθαρεὶς, ad extenuatam & contabeſcentem faciem referri debet. καθίσταται verò eſt in integrum reſtitui & ad priſtinum ſtatum redire, aut ad naturalem ſtatum reduci, quod ἐς κατάστασιν τυγχάνειν exponit Galenus in Progn. Poteſt etiam καθίστασθαι ſignificare, D quod eſt ſedari, conſiſtere, conquieſcere, deſinere, finiri, conſidere, vt in Prognoſtico καθιστάναι dicitur. Exquiſita autem prædictionis ratio & plena iudicij æſtimatio, vt hîc diminutè ſcribitur, ita ex Prædictionibus Hippocratis confirmanda & ſupponenda eſt.

Vultus benè coloratus, tetricus ac ſuperciliosus in morbo acuto, malo eſt. Inſuper frons contracta phrenitidem denunciat.

213 Προσώπου εὔχροια καὶ σκυθρωπότης ἐν ὀξεῖ, κακόν. μετώπου ξυναγωγὴ ἐπὶ τουτέοισι, φρενιτικόν.

Eadem damnatur Prorrh. 49. Eſt autem σκυθρωπὸς qui Scythico eſt vultu, tetrico, ſuperciliosо, auſtero, toruo & inamœno aſpectu, quod eſt triſtium & moroſorum, quibus hilares opponuntur. Quin & μετώπου ξυναγωγὴ frons eſt contracta, corrugata & caperata, ſuperciliosorum & melancholicorum vulgò indicium, vt nil mirum ſit melancholicam inſaniam, & in acutis phrenitidem imminere. Caluus prius huius ſententiæ membrum præterijt, & poſterius antecedenti præſagio annexuit.

Benè colorata facies cum ſudoribus diffluentibus abſque febre, vetuſta ſtercora ſubeſſe, aut inordinatam victus rationem præ ſe fert.

214 Περὶ τὸ πρόσωπον εὔχροια, καὶ ἱδρῶτες ἀπύρετοι, κόπρανα παλαιὰ ὑποκείμενα σημαίνει, ἢ διαίτης ἀταξίας. E

Floridus faciei color (ſic enim πρόσωπον εὔχροον ἀνθηρὸν exponit Galenus) materiæ cum ſpiritu & ſanguine ad ſuperiores partes momentum præ ſe fert, ad quod alui inferioris exiccationem conſequi par eſt, vt & ſudorum copia diffluentis humidi abundantiam indicans, aluum ſiſtit. Vt igitur non temerè vetuſtorum & reſiccatorum ſtercorum denunciatio, aut prægreſſa inordinata victus ratio prætenditur, ita humorum copia vacuatione & purgatione depellenda eſt. Iſta verò conſequi ad hanc ſymptomatum coitionem vt non eſt diſſentaneum, ſic neque eſt neceſſe. Et hanc ſententiæ dignitatem eleuant exemplaria manu ſcripta Regia, iſtóque modo diſtinguunt. περὶ πρόσωπον εὔχροια καὶ ἱδρῶτες ἀπύρετοι, κόπρανα παλαιὰ ὑποκείμενα σημαίνει ἢ δίαιτης ἀταξίας. Quam lectionem ſecutus eſt Caluus, itaq; in duas ſententias diſtinxit. κόπρανα verò dica videntur quaſi oletula quædam, quòd inueterata ſtercora & reſiccata, duri ſcul ac ferè conglobata, aut diſparata eſſe ſoleant, qualia quæ σπυραθώδεα dicuntur. Singularem autem eſſe obF ſeruationem quandam, iſta verba ſonant, ὑποκείμενα σημαίνει.

Narium rubores alui liquidæ & diffluentis ſunt indicia.

215 Τὰ κατὰ ῥῖνας ἐρυθήματα, κοιλίης ὑγραινομένης σημεῖα.

Diſparatam habent iſta naturam & heterogenea ſigna ſunt, neque neceſſe eſt quibus facies rubet aut naſus, aluum diffluere, cùm contra plærumque ſiccescat, & quibus aluus eſt liquida his ferè facies palleat. Poſſunt autem rubores in naribus excitari ex tenui ſanguine, aut vaporibus acribus ſurſum ab intemperatis viſceribus ſublatis. Quibus ſi imbecillitas etiam accedat, aluus liquida effluere poteſt.

Quæ ad præcordia aut pulmonem dolores faciunt, ſi in pus vertuntur, malum denotant.

216 Τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ἢ τὸν πλεύμονα πονέουσιν ἐμπυοῦμενα, κακόν. G

Neq; enim contemnendæ ſunt inflammationes quæ viſcera aut cauum thoracis appetunt, quas ex tumorum præter naturam legibus, reſolui præſtaret, non in pus verti. Eò accedit quòd pus noxas querelas facit & vlcus, ac in thoracis conceptaculo non temerè cohibitum, vt ſtatim emitti debet, ne ſua acrimonia ſinus aut cuniculos agat, ita plærumque metus eſt, ne non ſatis ſint libera ad exitum ſpatia, aut ne rupta vomica, vlcus non facilè coaleſcat, fereq; ad huiuſmodi vlcera tabes, aut hydrops, aut inſignis virium exolutio ſequitur. Nonnulli iſtam ſententiam cum ſuperiore coniungunt, nec malè, etſi etiam per ſe ſubſiſtere poteſt.

Oculorum claritas, ac eorum album ex nigro aut liuido clarum fieri, ad iudicationem confert. Ac quò celeriùs clareſcunt, eò celeriorem iudicationem, at tardiùs tardiorem ſignificant.

217 Ὀφθαλμῶν καθαρότης, καὶ τὰ λευκὰ αὐτέων ἐκ μελάνων ἢ πελίων καθαρὰ γίνεσθαι, κρίσιμον. ταχέως μὲν οὖν καθαιρομένων, ταχεῖαν σημαίνει κρίσιν, βραδέως δὲ H βραδυτέρην.

Ex oculis magna vitæ ac necis ſignificatio ſumitur, & accommodatiſſimum eſt ad prædictionem oculorum lumen, vnde non paruum trahitur ad præſagium momentũ, vt non abs re in Epidemijs ſcripſerit Hippocrates, ὀφθαλμοὶ ὡς ἂν ἰσχύωσιν, οὕτω καὶ γυῖα. Quę igitur per totam Hippocr. Oeconomiam fuſa ſunt oculorum præſagia, huc pleniſſimè congeſta, non omnino temerariam faciunt prædictionem. καθαρότης autem oculorum, eſt lucidus ac luminoſus oculorum ſplẽdor & claror (vt Plautino verbo vtar) qui ex animalis ſpiritus ac humorum puritate prouenit, quòd (vt ſcribit Galenus) [illegible] ψυχικὸν ἐξ ἐγκεφάλου [illegible] εἰς ὀφθαλμοὺς [illegible], κρίσιμον autem ſequutus ſum ex ſcriptorũ exemplarium conſenſu, ob eam quæ ſequitur indicationis æſtimationem, & quòd ea mor-

A ea morbi abſolutionem præ ſe ferat, quod decernere Celſo dicitur. Etſi κρίσιμον retineri etiam iure optimo poteſt, ex optimis etiam codicibus. Eamq; in ſenſus notionem pertrahunt quæ ſcribuntur libello περὶ χυμῶν, & apertè ſententiam iſtam explanant. ἢν δὲ ὀκνῶσιν τῶν ὀφθαλμῶν τὰ λευκὰ ἐν ἀρχῇ ... παλινδρομέειν ἐπὶ τὸ ... ὁδοιπορίην ... θάνατον. Minutum autem eſt quòd pro πλείω πλεῖον legunt ſcripti quidam codices.

Τὸ ἀχλυῶδες τῶν ὀφθαλμῶν, ἢ τὸ λευκὸν ἐρυθραινόμενον, ἢ πελιαινόμενον, ἢ φλεβῶν μελαινῶν πληρεύμενον, οὐκ ἀστεῖον. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ τὴν αὐγὴν φεύγειν, ἢ δακρύειν, ἢ διαστρέφεσθαι, καὶ τὸν ἕτερον ἐλάσσω γίνεσθαι, πονηρόν. καὶ τὸ τὰς ὄψιας πυκνὰ διαῤῥιπτεῖν, ἢ λημία μικρὰ προσίζειν αὐτοῖς, ἢ αἰγίδα λεπτὴν ἴσχειν. ἢ τὸ λευκὸν μεῖζω γίνεσθαι, τὸ δὲ μέλαν ἐλάσσω. ἢ κρύπτεσθαι τὸ μέλαν ὑπὸ τοῦ ἄνω βλεφάρου. πονηρὸν δὲ καὶ κοιλότης ὀμμάτων, καὶ ἔκθλιψις ἔξω σφοδρά, καὶ λαμπηδόνος ἔκθλιψις, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν κόρην ἐκτείνεσθαι. καὶ βλεφαρίδων καμπυλότης, καὶ πῆξις ὀμμάτων, συνεχέως τε μύειν, καὶ χρώματα μεταβάλλειν, καὶ βλέφαρα μὴ συμβαίνειν ἐν τῷ καθεύδειν,
C ὀλέθριον. κακὸν δὲ καὶ ἰλλαίνων ὀφθαλμός.

Caligine obducti oculi, aut eorum album rubeſcens, aut liueſcens, aut nigris venis refertum nihil probi præ ſe fert. Malum quoque eſt & lucem refugere, aut illachrymare, aut peruerti, atq; ex his alterum minorem eſſe perniciem denunciat, & oculos crebrò diſiicere, gramias ac paruas ſordes ipſis adhęreſcere, aut albeſcentem humorem concretum & tenuem (ægida nominant) habere, aut eorum album augeri, nigrum autem imminui, aut nigrum à ſuperiore palpebra contegi. Vitioſa quoque eſt oculorum cauitas, & vehemens oculi foras expreſſio, ac ſplendoris eliſio, adeò vt pupilla extendi nequeat, & cilia retorta, ac fixi oculi ac continenter conniuentes, coloris immutatio, aut palpebras per ſomnum non committere, perniciem oſtentat. Quin & diſtortus oculus malo eſt.

Τὸ ἀχλυῶδες τῶν ὀφθαλμῶν oculorum caliginem ſignificat, cùm quodam craſſamento velut nubecula obducti, obtuſam aciem habent. Eſt enim ἀχλὺς Galeno, θόλωσις ἀέρος, ἐν τῷ μεταξὺ νέφους τε καὶ ὁμίχλης ἔχουσα τὸ πάχος, ὡς ὁμίχλης μὲν μᾶλλον παχύνεσθαι, νέφους δ' ἧττον, aëris turbatio, medium inter nubem & nebulam habens craſſamentum, adeò vt plus quàm nebula concreuerit, minus autem quam nubes. Fit autem huiuſmodi caligo aut propter affectus ſiccitatem & calorem, aut propter ſpiritus animalis à craſſis aut tetris vaporibus offuſionem, aut eius extinctionem & humorum oculi perturbationem. Eſt etiam ἀχλὺς pupillæ affectus, velut ſuperficiaria quædam & eminens tenuis exulceratio, totum oculi nigrum comprehendẽs, aëri caliginoſo perſimilis. Quod his verbis indicat Iſagoges author, ἀχλὺς δέ ἐστι περὶ ὅλον τὸ μέλαν ... ἕλκωσις ... λεπτοτάτη. ὅθεν ἀχλὺς ... ὠνόμασται. Cæterùm quod hic de oculorũ al-
D bo liueſcente dicitur, in Prognoſtico venulis liueſcentibus ac nigricantibus tribuitur. Celſus oculorum venulas pallidas extulit, cap. 6. libr. 2.

Comm. 2. in Prorrh.

οὐκ ἀστεῖον] ἀστεῖον etſi venuſtum, elegans, vrbanum & gratum denotat, hic tamen probum, manſuetum ac laudabile ſignificat, vt ferino & maligno opponatur. οὐκ ἀστεῖον ergo intelligitur quod ſiniſtri aliquid portendit. Poteſt dici quod improbandum eſt, & nullo loco æſtimandum, vt τῷ ἀξίῳ φλαῦρον opponatur. Varinus annotat, τὸ ἀστεῖον λέγεσθαι τὸ δεξιόν, καὶ θαυμάσιον, καὶ θαύματος ἄξιον, καὶ σπουδαῖον.

τὰς ὄψιας πυκνὰ διαῤῥιπτεῖν] In Prognoſtico ἐνσπώμενοι ὀφθαλμοὶ dicuntur, Gal. ἀστηρίκτους καὶ κινουμένους διηνεκῶς exponit. In Prorrh. ἀναπεπταμένους vocat inſtabiles oculos, mobiles ac volubiles ſignificans, quales videre eſt in ea affectione quæ Græcis ἴππος dicitur. In Epidemiis etiam ὀμμάτων ῥίψις damnantur. ἢ αἰγίδα] αἰγίδα quid vocet non ſatis eſt explicatum, quòd vox ſit rara & inſolens. Nos
E albeſcentem humorem concretum vertimus, craſſiuſculum quiddam albicans oculorum pupillam occupans intelligentes, concrementum quoddam excrementoſum ex vapore craſſo ortum, nubeculam quandam aut caliginem referens, quod oculorum aciei prętenditur, eamq; velut offuſo quodam craſſamento obſcurat, leuiſq; cuiuſdam ſuffuſionis ſpecies eſſe videtur. Quod caloris natiui, aut ſpiritus extinctionem, ſummam etiam reſiccationem, aut humorum oculi perturbationem, facultatiſq; naturalis oculum regentis maximam imbecillitatem denotat. Sic Prorrh. 2. in oculorum vlceribus, aut pupillæ vitiis, quæ ex ophthalmia illabente acriore pituita contingunt, αἰγίδας inter ἀχλύας & νεφέλας reponit Hippocrates. Vbi αἰγίδες pro ſubalbicantibus cicatriculis ab autore γλωσσῶν ἐξηγήσεως ſumi videtur. Sic enim ſcribit, ἀχλὺς ἡ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ... οὐλή, ... ἐν τῷ μείζονι περιρρήγνυται, καὶ οἱ λευκαθίζοντες θρόμβοι, ἐν χναυροῖς ... Idem quoq; ἀμαλλάμψις, ἡ ἐν τῷ μέλανι τῶν ὀφθαλμῶν ... οὐλή, διὰ τὸ παχὺ ... αἰγίδες.
Ex quibus huius loci (cuius proculdubio indicatura denunciatur) explicatio haurienda eſt, ac manifeſtum vitium eluendum. Nã hæc dictio ἀχλὺς vitiata eſt, ac pro ea αἰγὶς reponendum eſſe, tum nomenclaturæ ex elementorum ſerie ducta ratio, tũm verò citatorũ te-
F ſtium fides clamat. Neq; enim in Prorrhetico aut his Coacis Præſagiis alius locus eſt qui αἰγίδα nominet, neq; vſquam ἀχλὺς ibi reperitur. Tum etiam quòd ἀμαλλάμψις illic inter vlcerum oculorum cicatrices annumeratur, ac vitioſè ἀμαλάμψις ſcribitur. Quòd ſi quis hic αἰγίδα pro tenui ſubalbicante cicatrice ſumat, quæ ex vlcere propter innatantem acrem in oculis pituitam orta ſit, velut in Prorrhetico ſumitur: næ ille parum Galeni fidem ἐν τῇ γλωσσῶν ἐξηγήσει æſtimat, vnde proculdubio huius dictionis explicatio depromi debet. Atq; αἰγὶς dicetur albicans quædam concretio, quæ ex caliginoſo vapore ac craſſiore quodam excremẽto pupillæ inhæret, eiuſq; lumini obſtruit. Caluus non inſcitè guttam albam ex rei ſimilitudine expreſſit, aut certè non nihil ad nominis notationem reſpexit, cùm craſſius illud excrementum velut turbine quodam agitatum, vi in oculum irruit, & ſuo concremento quaſi guttam paruam imprimit. Quo etiam alludunt qui αἰγίδα oculorum turbinem ac vertiginem accipiunt. τὸ δὲ αἰγὶς (Varino) ... τὸ ὁρμῶν καὶ αἰγὶς ἡ καταιγὶς, καὶ ὁ ὀξέως πνοή, καὶ αἱ ἀποσπίλωψις τῶν ὀφθαλμῶν. Cæterùm exemplaria quædam manu ſcripta λευκὴν pro λεπτὴν habent, cui
G lectioni ſuffragari videtur Exegeſeos explicatio, οἱ λευκαθίζοντες θρόμβοι, hoc eſt albicantes concretiones.

καὶ τὸ λευκὸν μεῖζω γίνεσθαι] Pro λευκὸν λευκὴν vitioſè habent exemplaria quædam Regia manu ſcripta. Oculorum autem album augeri, & nigrum imminui, tenſionis & contractionis ſigna ſunt, & conuulſionem minantur. Reſolutionis verò eſt indicium ac extinctionis nigrum à ſuperiore gena contegi, quod in moribundis & animi deliquiis apparet, & hoc loco poſitum videtur pro eo quod in Prognoſtico ἐνσπωμένους ὀφθαλμοὺς poſuit quos etſi Galenus ἀστηρίκτους καὶ διηνεκῶς κινουμένους capiat, intelligi tamen poſſunt oculi in ſublime retracti, ac velut ſuſpenſi, conuulſis qui ſurſum mouent muſculis, vnde in caput contorqueri videntur.

κοιλότης ὀμμάτων] Hic exprimit quos in Prognoſtico oculos ἐγκοίλους ἰσχυρῶς ἢ ἐξέχοντας vocat, oculos vehemẽter cauos aut exertos & prominulos, Celſus vehementer ſubſidentes, aut tumidiores factos vertit. Eleganter verò pro eminentibus & exertis oculis ἔκθλιψιν ἔξω σφοδρὰν poſuit, quòd vaporum ſublatorum impetu, ac ſpiritus, ſanguinis, aut feruentis materiæ copia oculi intumeſcant & foras exprimantur, ac velut extinguantur. At verò cùm oculi magnam partem ad vitæ ſimul vſum & dulcedinem conferant, ideoque igneum quiddam plurimum habeant, atque in febribus aut internis incendiis tenuati ſpiritus & agitatione incaleſcentes,
H ignem facilè concipiant, λαμπηδόνος ἔκθλιψιν dixit, vbi ignei ſplendores ac fulgores ex oculis emicant, & fit velut quædam luminis eliſio ac eiibratio, quale quid in oculis emiſſitiis qui huc & illuc aciem eiaculantur, cernitur. Quæ omnia ſunt maximi incendij indicia, & in iratorũ aut furioſorum oculis apparent, in quibus fulgores & ſplendores quidam emicant, velut foras emiſſõ aut extruſo cum ſpiritu lumine. Atque in eo ſpirituum & materiæ conferto impetu, tanta contenſionis vis apparet, vt pupilla ipſa ad intendendum viſus aciem ſeſe explicare non queat, ſed ad huiuſmodi ſplendores velut ad ſolares radios contrahatur. Nam quemadmodum contractione viſus acies ſubſiſtit & hebeſcit, ita & contenſione vires exerit, quod dixit τὴν κόρην ἐκτείνεσθαι. Quæ exemplaria λαμπηδόνος ἔκλαμψιν habent, etſi valde enixè oculorum fulgorem & reſplendentiam exprimunt, nullus tamen contenſionis impetus, aut eorum quæ vi foras emittuntur extruſio ac expreſſio tam aptè proponitur, quàm ſi ἔκθλιψιν retineas. Quanquam ἐκλάμπειν de reſplendentibus oculis crebrò ab Hippocrate vſurpatur, & in Prorrh. ἐκλάμποντες ἀτενεῖς ὀφθαλμοὶ dicuntur. Longè tamen alio ſenſu αἱ τῶν γυναικῶν ἐκλάμψιες efferuntur in Epidemiis, etſi venuſtam iſtam tranſlationis elegantiam quodammodo re-

ferre poſſunt. Quidam etiam codices ἐκλάμψιν vitioſè legunt, & vbi ἐκθλίψις ἔξω πρὸς μὲ legitur, in manuſcriptis duobus exemplaribus Regiis ἔξω deſideratur, quam lectionem ſequitur Caluus, qui etiam vtrobique ἔκτηψιν legiſſe videtur, vt & Cornarius λαμπάδος ἔκτηψιν. A

καὶ βλεφαρίδων καμπυλότης] Hic ciliorum curuitas intelligitur. In Prognoſt. βλέφαρον καμπύλον dixit, vt & cilia Plinius palpebras vocat. Caluus ſupercilia dixit, velut ὀφρύες διεστραμμέναι dicuntur aph. 49. lib. 4. & 75. lib. 7.

πῆξις ὀμμάτων] Exemplaria manu ſcripta πλῆξις vitioſè legunt, quam lectionem etiam ſecutus eſt Caluus. πεπηγότες autem ὀφθαλμοὶ intelliguntur, vt in Epidemiis, & πεπηγὸς ὄμμα in Prorrh. & poſtea, oculi fixi & immobiles.

μύσις] μύσις cùm genarum oculos claudentium officium ſit, iſtudq; extremam imbecillitatem virtutis & muſculorum indicet, conniuere potiùs quàm nictari diximus, quod neruorum genarum muſculos mouentium infirmitatem denotat, ſitque nictatio in oculis, quod tremor in reliquis membris.

χρώματα μεταβάλλειν] In Prognoſtico τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου ἐπισκοπεῖν obſeruari iubet, & hîc ad oculos reſtringit, vnde etiam fortaſſis χρώματα dixit, quòd in his plures colorum ſpecies appareant, ac magna humorum ex hac colorum immutatione perturbatio ac inæqualitas deſignetur. B

καὶ βλέφαρα μὴ συμβάλλειν] In Prognoſtico τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν obſeruari præcipit, & aph. 52. lib. 6. quæ extremam virium exolutionem denotant. Sic priùs ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν ὑποβλέποντας in hoc præſagio damnauit. Et huiuſmodi ſuſpectiones valde attendendæ ſunt cùm per ſomnum (vt inquit Celſus) palpebræ non committuntur, ſed inter has ex albo oculorum aliquid apparet, neque id fluens aluus expreſſit.

ἰλλαίνων ὀφθαλμὸς] Quod hîc ἰλλαίνειν ὀφθαλμὸν, antea διεστραμμένον dixit, vt & in Progn. & ex aphoriſmis oculum peruerti Celſus vertit. Quid autem ſit ἰλλαίνων ὀφθαλμὸς fuſius aperuimus noſtris in lib. 3. Epid. Annotationibus & in Oeconomia.

In febre ortus oculorum rubor, diuturnam alui malignitatem præ ſe fert.

219 Ὀφθαλμῶν ἐρυθρότης ἐν πυρετῷ γινόμενον, κοιλίης πονηρίην χρονίην σημαίνει. C

Fieri poteſt vt cerebro humore acri & feruente oppleto (vnde etiam oculorum rubor contingit) dum deorſum deturbatur aluus malè afficiatur, vt in lippitudinibus alui profluuium & procliue eſt, & confert. Neq; tamen iſtud neceſſe eſt, cùm & oculorum rubor aut membranarum cerebri & oſculi ventriculi inflammationem interdum cauſam habeat. πονηρίη autem κοιλίης de maligna ventris afflictione dicitur, cùm aluus acri ac mordente humore irritata cum torminibus & cruciatu diffluit, ac doloris ſenſu pungitur. Ac antea πονηρώδεα κοιλίην dixit, quòd in Prorrh. καταῤῥόγωδες extulit. Et quod aph. 27. lib. 4. κακοχυμώδης κοιλίη ponitur, in Prorrh. πονηρώδης dicitur, quod de alui affectione intelligitur, cùm ex caloris natiui imbecillitate, aut cruditate, aut acidis ructibus affligitur, aut flatibus diſtenditur, aut humorum acrimonia irritata malè habet.

Erumpentes circa oculos eminentiæ, dum ægri ex morbo recreantur, prorumpentis alui ſpem faciunt.

220 Αἱ παρ' ὀφθαλμῶν ἐπαναστάσιες ἐν τῇσιν ἀνακομιδῇσι, κοιλίην καταῤῥηγνύουσιν. D

ἐπαναστάσιες παρ' ὀφθαλμῶν] dicuntur oculorum eminentiæ, aut aſſurgentes in tumorem oculi, intumeſcentibus palpebris & exuberantibus humorum copia membranis, & defluentis ex cerebro humoris redundantia, quæ ſi in aluum redundet, eam effundit. Intelligi poſſunt etiam ἐπαναστάσεις velut ἐπαναστήματα Dioſcoridi puſtularum eruptiones, quæ ex humorum acrimonia in cornea vlcera excitant, velut φλυκταινώδεις ἐπαναστάσεις dicitur. Nos vt vtrunq; aſſequeremur, erumpentes circa oculos eminentias diximus.

Cum oculorum peruerſione, febribus & laſſitudinis ſenſu detento, rigor perniciem minatur. Atque in huiuſmodi caſibus ſoporati, malum denunciant.

221 Ἐπὶ ὀμμάτων διαστροφῇ, κοπιώδει, πυρετώδει, ῥῖγος ὀλέθριον. καὶ οἱ κωματώδεες ἐν τουτέοισι, κακόν.

Hæc ſententia repetitur Prorrh. 89. & adducitur à Galeno libello περὶ ῥίγους. E

Lippitudine affecto ſuborta febris ſolutionem affert. Sin minus, cæcitatis, aut mortis, aut etiam vtriuſque metus eſt.

222 Ὀφθαλμιῶντι αὐτόματος πυρετὸς ἐπιγενόμενος, λύει. Εἰ δὲ μὴ, κίνδυνος τυφλωθῆναι, ἢ ἀπολέσθαι, ἢ ἀμφότερα.

Hoc præſagium temerarium ſine diſtinctione habet aſſenſionem. Plerumq; namq; ex acrium humorum defluxione ſuborta oculorum inflammatio, tantùm nó à febre præſidium, ſed mali acceſſionem habet. Eſt etiam vbi craſſioris ſanguinis aut pituitæ copia lippitudinem facit, & vt interdum vino remedium quæritur, ita febris remedio eſſe poteſt, concoquendo, reſoluendo & tenuando. Quin & Prorrh. 2. Hippocrates in lippitudine ex febre auxilium petit. Et ex illo loco Celſus, intus ruptum oculum febriculam iuuare ſcripſit. ὀφθαλμίαι igitur quamuis ad oculos fluxionem vocat vt libro περὶ ἀδένων, ἐπ' ὀφθαλμοὺς ῥέει. Cùm autem ex oculorum inflammatione, vlcerum, aut ruptionis oculi, aut etiam putredinis metus ſit, cæcitatis aut mortis periculum impendère poteſt, aut vtriuſque, quod tamen non legit Caluus. Videtur enim iſta duo membra, ἢ ἀπολέσθαι, ἢ ἀμφότερα, omiſiſſe. F

Quibus cum lippitudine capitis dolor accedit, & longo tempore perſeuerat, cæcitatis metus impédet.

223 Οἷσιν ὀφθαλμιῶσι κεφαλαλγίη προσγίνεται, καὶ παρακολουθεῖ χρόνον πουλὺν, κίνδυνος τυφλωθῆναι.

Ex capitis dolore perſeuerat in oculos fluxio ac lippitudo, & ex diu trahente inflammatione putredo humorum imminet & ſuppuratio tandem oritur, ſæpè etiam albugo aut ſuffuſio naſcitur, metuſq; eſt etiam ne neruus opticus contabeſcat aut concidat, vnde viſio deperditur. Prorrh. 2. ſcribit Hippocrates, οἱ δὲ καὶ ὑπὸ ἐν ὕστερον τῇ ὀδύνῃ, πλεῖον ἄρχονται ὀφθαλμοὶ γίνονται. Vbi etiam multa hanc in rem ſcribuntur. Caluus hanc ſententiam omninò prætermiſit.

Lippitudine laborantem, ſponte aluus profluens iuuat.

224 Ὀφθαλμιῶντι διάῤῥοια ἀπὸ ταὐτομάτου, χρήσιμον. G

Placitum eſt 17. lib. 6. Aphoriſmorum, & his verbis repetitur libello περὶ χυμῶν, ὀφθαλμιῶντι ὑπὸ διαῤῥοίης ἁλῶναι, ἀγαθόν. Celſus c. 8. lib. 2. Omnis deiectio lippienti prodeſt. ἀπὸ ταὐτομάτου autem χωρὶς τῆς ἔξω αἰτίας, ὃ ἐξαίφνης ſignificat ex aph. 78. lib. 4. Hic verò ſpontaneum impetum magis oſtendit.

Oculi hebeſcentes & obtuſi, concreti ac caligantes malum portendunt.

225 Ὀμμάτων ἀμαύρωσις, καὶ τὸ πεπηγὸς, ἀχλυῶδες, κακόν.

Prorrh. 46. repetitur hæc ſententia. Eſt autem ἀμαύρωσις Galeno, ἡ ἀμυδρὰ τῶν ὀργάνων αἴσθησις, & oculorum hebetudinem, aut obtuſam & elangueſcentem eorum functionem indicat. Authori autem Iſagoges ἀμαύρωσις ἐστὶν ὅταν παντελὴς παραποδισμὸς τοῦ ὁρᾶν χωρὶς φανερᾶς αἰτίας. In morbis autem acutis τὸ ἀμαυρῶδες τοῦ ὄψιος ἀῤῥωστίαν καὶ νέκρωσιν σημαίνει τῆς ὀπτικῆς δυνάμεως, vt ſcribit Galenus. * Sic τὸ ἀμαυρὸν κακὸν, in Epidemiis ſcribitur, & οἱ πεπηγότες ὀφθαλμοὶ, ὅπερ ἐστὶν ἀκίνητοι, καὶ τελευτῶντες ἐνδείκνυνται νέκρωσιν τῆς κατὰ τοὺς μῦς δυνάμεως, ἀφ' ἧς ἐκινοῦντο πρόσθεν ὅτ' εἶχον κατὰ φύσιν. Ἀχλυῶδες autem retinui ex Prorrhetico & manu ſcriptis quibuſdam, quam etiam lectionem agnoſcit Galenus, etſi publicata exemplaria ἀχρῶδες legunt, quam lectionem amplectitur præceptor Hollerius. Sic in Epidemiis de oculis ſcribitur, κακὸν δὲ καὶ ἐπεξηρασμένον τι ἄχνη, cùm præ extrema ariditate & ſumma imbecillitate ſordes in oculis velut lanugo, aut tenuis ſpuma, tenuiſſimaque ramenta concreſcunt. Sic enim τὸ πεπηγὸς iungunt. Cui etiam lectioni ſuffragatur quòd Heſychius τὸ ἀχλυῶδες ἄχνης ὄμματος exponit. Codices manu ſcripti Regij ὄμμα καὶ τὸ πεπηγὸς legunt. Caluus hanc ſententiam Hippocrate dignam prætermiſit. H

* Com. 1. in lib. 6. epid.

226 Ὀμ-

A 116 Ὀμμάτων ἀμαύρωσις ἅμα λειψυχίῃ, σπασμῶδες ξυντόμως.

Oculorũ hebetatio cum animi defectione promptam conuulſionem denunciat.

Hoc præſagium extrema pars eſt Prorrh. 113. Oculorum autem obſcuratio cum animi deliquio, quòd neruorum principium appetitum indicet, non ſimpliciter ac ex neceſſitate conuulſionem acceſſit, ſed velut ex accidenti.

117 Ὀμμάτων ὀρθότης ἐν ὀξεῖ, καὶ κίνησις ὀξείη, καὶ ὕπνος ταραχώδης, ἀγρυπνίη ποτὲ δὲ καὶ στάξιες ἐκ ῥινῶν, οὐδὲν ἀγαθόν.

In præcipiti malo rectus oculorum obtutus ac motus pernicitas, ſomnus turbulentus, peruigilium, interdumq; ſanguinis ex naribus ſtillationes, nihil boni denunciant.

B Vt manifeſtum eſt phreniticorum præſagium, ita non æquè explicata eſt literæ ſcriptio. ὀμμάτων ὀρθότης dici videtur rectus & intentus oculorum obtutus, ὀφθαλμοὶ ἀτενέες interdum vocantur. Quin & ὀμμάτων θράσος & ὄμμα θρασὺ fortaſſis concipi poteſt, ac ferociens aut truculentus oculorum aſpectus in animi notione reponi, cùm ex truci illo obtutu intentam ac velut directam oculorum aciem erigunt ægri. Quæ latè ſparſa ſunt per totam Hippocratis πραγματείαν phreniticorum indicia, cumq; ex ſiccitate tenſionem quandam inducant, conuulſionem promtiſſimè minantur, κίνησις autem ὀξεῖα, ἐνδινευμένους καὶ ἀσταθέας ὀφθαλμοὺς, hoc eſt, inſtabiles ac perniciter motos oculos, inordinateq; proiectos ſignificat. πυκνὴν κίνησιν eandem in Prorrhetico quam hic ὀξεῖαν vocans, cùm ſcribit, ἢν γὰρ αἱ ὄψιες πυκνὰ κινέωνται, μανῆναι τούτους ἐλπίς. Qui affectus etſi penè ſunt inter ſe contrarij, inſaniam tamen prædicunt: vt non temerè videatur hæc ſententia libro ſexto Epidem. exprimi his verbis ὄμματος θράσος παραφροσύνην, καὶ ῥῖψις. At quàm manifeſtè inſaniã prodant ſanguinis ex naribus ſtillationes, multis ex Prorrhetico locis apertè ſatis apparet. In eo verò quod ſequitur magna eſt exemplarium varietas. Quidam codices vnico contextu iſta omnia comprehendunt, quod è phreniticis aut etiam conuulſionibus explicentur. Sunt qui in duas ſententias diſtinguũt, quos etiam cum interpretibus ſecuti ſumus, ac poſt στάξιες ἐκ ῥινῶν οὐκ ἀγαθὸν ex illis

C adſcripſimus, quam etiam lectionem Caluus & Cornarius ſunt ſecuti, etſi κακὸν aut ὀλέθριον malim. In quibuſdam etiam codicibus illis in verbis lacunæ aſteriſcis ſubnotatæ dehiſcunt. Et in tanta varietate nihilò ſanè deterior quàm ex ſalua integritate lectio eruitur, cùm in turbulento huiuſmodi opere ac veluti ſuffarcinato centone, velut ad incitas redacti, rarò nec ſine labore expeditum ac explanatum ſenſum emendicemus. Poterunt ergo iſta aut coniunctè, aut diſparatè legi, & ad phreniticorum prædictionem referri, στάξιες autem, non στάσιες, ſcribendum.

118 Πρὸς τὴν ἀφὴν μὴ περικαέες, φρενιτικοὶ γίνονται, καὶ μᾶλλον ἢν αἷμα ῥυῇ.

Qui in febribus ad tactum nullum ardoris ſenſum præ ſe ferunt, phrenitici fiunt, idq; magis ſi ſanguis fluxerit.

D Πρὸς τὴν ἀφὴν μὴ περικαέες intelliguntur qui febribus ardentibus & malignis detenti, nullum ardoris ſenſum ad manus contactum, aut in attrectando exhibent, ſed in penetralibus concepto intro incendio, vruntur & ardent, corporis autem extrema planities friget. Quæ ex febris peſtilentis & maximè exitialis damnabilis nota, & aphor. 48. lib. 4. ſugillatur. Antea quoq; περικαέες πρὸς χεῖρα eos vocauit. Huiuſmodi autem ſententiæ mihi videntur exprimere quod in Prorrhetico ſcribitur, his verbis, τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα καύματα ἐν ὑποχονδρίῳ, τὸ περὶ τὰ ἄκρα ψυχρόν, κακόν. ... μέλανα ... πρὸς ... ῥηγνύμενα, κακόν. Iſtud namq; καὶ μᾶλλον ἢν αἷμα ῥυῇ ſumunt qui de ſubſiſtente & præparata aut infra modum commota hæmorrhagia accipiant, quod in huiuſmodi incendio interno ac ardentibus febribus præſentiſſimum minatur exitium. Verùm mihi quidem potiùs de ſanguinis fluxu ſumenda videtur, cui ῥυῇ accõmodat Hippocrates, quiq; materiæ ſurſum ſublatæ momentum ac impetum oſtendit, indeq; celeriorem phrenitidis prænotionem conficit. Soletq; in exitialibus huiuſmodi febribus & malignis, ſanguinis profluuiũ etiam liberale, lethali admodum oſtento, nec niſi peſtifera conditione excitari. Ferè enim ſtatim excitato vehementi delirio ægri pereunt, vt in ſtatu peſtilenti videre ſæpe contingit. Ideoq; μᾶλλον καὶ ἢν αἷμα ῥυῇ legit præceptor Hollerius.

E 119 Γλῶσσα δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν πεφρικυῖα, τῷ δὲ χρώματι διαμένουσα, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τραχυνομένη, καὶ πελιαινομένη, καὶ ῥηγνυμένη, θανάσιμον. σφόδρα δὲ μελαινομένη, ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κρίνεσθαι δηλοῖ. χαλεπωτάτη δέ ἐστιν ἡ μέλαινα καὶ χλωρή.

Lingua circa initia quidem horrida, in eodẽ verò colore perſeuerans, procedente verò tempore vbi exaſperatur, liueſcit, finditur, mortem denunciat. Quòd ſi admodum nigreſcat, decimo quarto die iudicationem promittit. Periculi autem maximè plena eſt nigra & ex virore palleſcens.

Lingua cùm rara ſit, fungoſa, & ſpongioſa, inſignibus vaſis plena, promptiſſimè ſuccorum corporis colores imbibit, vt non abs re ſcriptum ſit in Epidemiis, γλῶσσα οὔρων σημαίνει. & γλῶσσα ὁμόχροος τοῖσι προσπίπτουσι, διότι ταύτῃ γινώσκομεν τοὺς χυμούς. Hic autem vide-

F tur deſcribi lingua qualis ſolet eſſe in magno febrium ardentium incendio, primùm horrida, ex reſiccatione denſata & contracta, deinde aſpera, denique rimis dehiſcens. Quibus veluti gradibus ex humiditatis inopia in perniciem itur (vt ſcribit Galenus *) demumque lingua fuliginoſa & nigra, exhalante intus concepto incendio, conſpicitur. Ac videtur hic πεφρικυῖα dici, quàm λευκὴν in Prorrhetic. & paulò pòſt vocat. Horrida ergo lingua eſt, ſiue inæqualitas quædam in motu indicetur ab agitatione humorum ac ſpirituum, ſiue à leui in ſuperficie cutis aſperitate inhorreſcat, cùm humidi inopia (quo ſumma cutis continuitas exæquatur) exaſperatur aut ſtringitur. Non ſecus ac Ouidius † de leui maris agitatione primoq; maris æſtu quo eius planities exaſperatur, æquor exhorreſcere dixit, exigua cùm ſummum ſtringitur aura, quo φρίξ Homeri exprimere videtur, quam primùm leuiter agitato mari ſæpe tribuit, & explicat Galenus Comm. 3. in lib. 6. Epid. vbi φρικώδης exponit de cutis rugoſæ inæqualitate cui τὸ λεῖον opponitur. Qua notione etiam πέφρικε γλῶσσα ſcribitur ab Hippocrate lib. 3. de Morb. in febre ardente. πεφρικυῖα tamen laudo; & huius ſcriptionis coniecturam maximè probo, ſed πεφρυγμένη, aut φρυγανώδης, torrida & arida magis dicitur. Quinetiam χλωρὴ γλῶσσα Hippocrati dicitur

G pallida, & quæ bilis pallidæ colore infecta eſt, quemadmodum γλῶσσαι χλωραί, χολώδεις in Epidemiis notat Hippocrates. Illîc enim (vt teſtatur Gal.) αἱ χλωραὶ γλῶσσαι εἰρήκασιν ... ἀπὸ τῆς ὠχρᾶς χολῆς βαπτόμεναι. Idque ex vulgi conſuetudine qui χλωρὸν pro ὠχρὸν ſæpe vſurpat, quod his verbis teſtatur Galenus, χλωρὰς οὖν γλώσσας εἴρηκεν, ὡς ἐν τῷ βίῳ ... ἄνθρωποι, χλωροὺς ... ὠχρὰ ... χολῆς. Etſi χλωραὶ γλῶσσαι hic verè dicuntur ex virore pallidæ, quæ ex bilis flauæ incendio ac feruore & in bilem æruginoſam mutatione contigerunt in febribus acutis ac deurẽtibus, atq; ideo maximum periculum denunciant. μέλαινα autem γλῶσσα dicitur quæ ex fuliginoſa aduſtione in febribus ardentibus nigricat, & vehementem reſiccationem ſemper coniunctam habet, quemadmodum ex his Galeni verbis apertum eſt, ... ξηραὶ ... ὑπὸ ... τὸ αἷμα ... μέλαιναι ... φαίνονται γλῶσσαι. Quamuis enim μέλαιναι γλῶσσαι ἀπὸ μελαίνης χολῆς καὶ ... fiant, vt ſcribit Hippocrates, quia tamen hoc loco ex linguæ indicatura morborum acutorum ſpecimen facere videtur, præſtat ἀπὸ λιγνυώδεος ἐγκαύσιος nigricantem linguam deduci,

H Quod & facit Galen. lib. 8. de Placitis Hipp. & Platonis, illam Hipp. lib. 6. Epid ſententiam producens. Ac vt magis iſta ad febrium ardentium incendia referri exiſtimes, æquum videtur eorum originem à capite arceſſere, vt & genuitatis indicaturam præ ſe ferant, & ad ſui cognitionem ampliores faciant aditus. Sumpta autem videntur ex libello περὶ κρισίμων atq; in iſtum locum ex his verbis trãſlata ... πυρετὸς ... γλῶσσα δὲ ῥήγνυται τραχυνομένη, καὶ ξηρὴ ... τὸ χρῶμα αὐτῆς ... χρόνου, μελαίνεται ... αἱ κρίσιες ... Quæ ſanè ex lib. 3. περὶ νούσων repetita videntur, vbi hũc in modũ ſcribuntur, ... γλῶσσα πέφρικε ... τὸ χρῶμα αὐτῆς ... ξηρὴ δὲ σφόδρα ... σκληρύνεται, καὶ τραχύνεται ... καὶ ὑπομελαίνεται. ... αἱ κρίσιες γίνονται ... Quod autẽ de lingua nigricante ad celeriorẽ iudicationẽ dicitur, ex eodẽ libro deductũ eſt. Scribit enim in ... ἡ δὲ γλῶσσα ξηρή, ...

ἢ τῷ χρόνῳ μελαίνεται ἢν μὴ οὖν ἐν ἀρχῇ μελαίνηται, θᾶσσον αἱ ἀπαλλαγαί. ἢν ἢ ὑπερξηρὴ, χλωρότερα. τῶν τοιούτων ἢ ἔρρηγνυται ἡ γλῶσσα. ἢ ἢν σφοδρῶς τὸ ἀκόλαστον ἔχωσι. A Quæ etiam repetuntur libello περὶ κρισίμων. Porrò quod ad literam attinet, duo exemplaria Regia manu ſcripta ἐν τῇ παραφροσύνῃ ταύτῃ κρίσιν δηλοῖ legunt. Vbi κρίσις vt aliàs crebrò, tam eam morborum immutationem ex qua pernicies imminet, quàm quæ ſalutis ſpem concipit, innuere videtur.

* *Comm.1.in Prorrh.* † *Lib.4.Metamorph.*

Linguæ biſulcum velut ſaliua alba obductum, febris remiſſionem indicat, eo quidem quod agnatum eſt craſſo exiſtente, eodem die, ſi verò tenuius fuerit, poſtridie, perendie quoque ſi adhuc tenuius fuerit. Eadem etiam ſignificatio eſt, ſi hæc circa ſummam linguam contingant, minùs tamen firma.

210 Γλώσσα περὶ τὸ δίκρουν ὥσπερ σιάλῳ λευκῷ ἐγκαταλείφεσθαι, σημεῖον ἀνέσιος πυρετοῦ, παχέος μὲν ἐόντος τοῦ ἐπιγεννήματος, αὐθήμερον. λεπτοτέρου δὲ ἐς τὴν ὑστεραίην. ἢν λεπτοτέρου τεταρταίην. τὰ δὲ αὐτὰ σημαίνει καὶ ἐπ᾽ ἄκρην τὴν γλῶσσαν γινόμενα. ἧσσον δέ. B

γλῶσσαι λευκαὶ ἀπὸ φλέγματος, vt ſcribit Hippocrates. *Quæ igitur velut ſaliua quadam alba aut pituita obductæ ſunt, remiſſioné febris ſignificant, cùm deſæuiente febrium ardentium feruore iſta appareant, velut reſtincto in corporis penetralibus incendio, ac humectato ventriculo, & humorum in vaſis concoctione procurata, vnde linguæ ariditas & aſperitas infuſo quodam rore demulcetur. Ac quò craſſior huiuſmodi ſaliuatio ex tenui proceſſerit, eò breuiorem fore remiſſionem, ex concocta magis morbi materia ſperandum eſt. Atq; hic λεπτότερον pro minùs craſſo ſumitur, quemadmodum aph.69.lib.4. λεπτὸν οὖρον non ita craſſum lotium dicitur, vt ſatis apparet ex libello περὶ κρισίμων, vbi iſta aliis verbis repetuntur & valde vitioſè ſcriptis in noſtris codicibus, quæ ſic legenda ſunt, ταῦτα σὺν τοῖς σκοπεῖν πρὸς τὰς κρίσιας. ἢ εἰ περὶ τὸ δίκρουν τῆς γλώττης, ὥσπερ σιάλῳ λευκῷ ἐπαλείφεται, ἢ ἐν ἄκρῃ τῇ γλώττῃ ταυτὶ ἧσσον χρὴ προσέχειν. ἢν δὲ εἴη σὺν σμικρὰ τὰ ἐπιόντα, ἐς τὴν τρίτην ἄνεσιν τῆς νούσου. ἢν δὲ τι παχύτερον, αὔριον. ἢν δὲ ἔτι παχύτερον, αὐθημερόν. Hæc igitur ad iudi- C cationes in conſiderationem adhibere oportet, & ſi linguæ bifurculum velut ſaliua alba obducatur, etſi in ſumma lingua hoc idem contigerit, minùs tamen. Siquidem igitur tenuia hæc extiterint, ad tertium diem morbi remiſſio expectanda, ſin verò quid craſſius, in craſtinum, ſi autem adhuc craſſius, eodem ipſo die. δίκρουν autem legit Galenus in Exegeſi, & hunc locum ſubindicans, exponit, τὸ δὲ δίκρανον, ὅπερ καὶ διχηλὲς ὀνομάζουσι, velut biceps & bifidū, δίκρανα verò Erotianus ex lib. περὶ τόπων τῶν κατ᾽ ἄνθρωπον exponit τὰ διηρημένα εἰς δύο, καὶ οἷον δίχηλα, καὶ δισχιδῆ. Sed apud Hipp. δίκραια & δίκραιον legitur, quemadmodum apud Galenum in Exegeſi legendum exiſtimo. Nam quod ſcribitur, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὑδικρον δηλοῖ. pro ὑδικρον, δίκρανον legendum cenſeo, niſi ſi cui ὁ δικρόα placeat. cum δικρόα etiam ſubſtantiuè reperitur. Dicitur autem δίκρανον, bifidum, biſulcum, & δίκρανον, velut δικάρηνον biceps, & τὰ δίκραια ligna bifurcata. Hîc autem variant exemplaria, cùm manu ſcripta καταλάμπεσθαι pro καταλείφεσθαι legant, & ἀνέσιος pro μὲν ἐόντος. Quam lectionem ſecutus eſt Caluus, & ferri poteſt, ſi febrium ardentium tranſitum ſpectes. καταλείφεσθαι tamen malim ex libello περὶ κρισίμων. Vitioſi ſunt etiam publicati codices, qui ſententiam iſtam nullo ſenſu diſparant, cùm coniunctè legenda ſint omnia. * *Lib.6.epid.*

Lingua tremula cum nariū rubore & aluo humecta, ſi reliqua quæ ſunt circa pulmonem nullam iudicationis ſignificationem præ ſe ferant, malo eſt, ac celeres pernicioſas purgationes denunciat.

211 Γλῶσσα τρομώδης μετ᾽ ἐρυθήματος κατὰ ῥῖνας καὶ κοιλίης ὑγρῆς, τὰ δὲ ἄλλα ἀσήμως ἔχοντα κατὰ τὰ πλεύμονα, πονηρὸν, καὶ ὀξείας καθάρσιας ὀλεθρίους σημαίνει. D

Linguæ tremor animalis facultatis ſummam imbecillitatem ac motionum inefficacitatem præ ſe fert, in phreniticis ſiccam cerebri intemperiem referens, interdum etiam ad profuſam humorum abundantiam, cerebri facultates prægrauantem & neruos irrigantem conſequens, non ſecus ac in reliquis membris oppreſſa onere animalis facultas, velut fatiſcentibus viribus, tremebundas actiones obit. Decumbentibus igitur huiuſmodi humoribus in ventris alueum, irritari aluus poteſt, præſertim ſi qualitate aliqua externa vires acquiſierint, nec in pulmonum cauitatem redundarint. Hunc enim in ſenſum accommodari poſſe videntur hæc verba. τὰ δὲ ἄλλα ἀσήμως ἔχοντα κατὰ πλεύμονα, vt in reliquis nulla pulmonis affecti ſignificatio edatur. Poſſunt etiam iſta ad peripneumoniam E lethalem referri, hac notione, ſi in reliquis nulla circa pulmones iudicationis ſignificatio extiterit, vt ἀσήμως ἀκρίτως accipiatur, vt nulla ſalutaris iudicij aut melioris ſpei ſigna ſeſe oſtentent. Grauiſſima autem & maximè lethalis eſt peripneumonia, ad quam cerebri inflammatio velut quædam mali ſit acceſſio. Eoq; ſenſu καθάρσιες ex quæ per ſputa fiunt euacuationes ſumentur, vt aph.8. lib. 5. alioqui de iis quæ per aluum repurgantur intelligi poſſunt.

Lingua præter rationem mollis reddita, ac nauſeabunda, cum ſudore frigido, ab aluo liquida, nigræ vomitionis ſignificationem affert. In his laſſitudinis ſenſus malum denunciat.

212 Γλῶσσα παρὰ λόγον ἀπαλυνθεῖσα, καὶ ἀσώδης μετ᾽ ἱδρῶτος ψυχροῦ ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, μελαίνων ἐμέτων ἐπὶ σημεῖον. τὸ κοπιῶδες ἐν τούτοισι κακόν.

Plena eſt obſcuritatis ſententia, tum ob inſolentes, quibus hic author non raro vtitur, dictiones, tum etiam propter non ſatis artis F legibus accommodatam ſignorum, quæ hic adhibentur, diſciplinam, ſed quæ omnino ambiguam, nullam autem propriam affectuum ſpeciem circumſcribant. Quæ veluti ramenta, quòd in hac tumultuaria opera tam frequenter, quàm non ſine tædio, occurrant, nobis cum ſummo ſtomachi faſtidio conuerrenda fuere, ac niſi quis probet, reuertat licet, vt loquitur paraſitus Plautinus. Mihi igitur accommodatè ſatis ad phreniticos referri videtur hæc ſententia, in quibus non temerè reſiccata lingua & aſpera, mollis ac humeſcens, & tenui ſaliuatione obducta, non longè poſtea vomitionem affuturam prædicit. Adeò vt iſta ſententia mihi Prorrh.31. exprimere videatur. τὰ ἐν τοῖς φρενιτικοῖσι μετὰ καταψύξιος πλαδαρίζοντα, μέλανα ἀνεμεῖται. Sed dictionis inſolentia obſcuritatem parit ἀπαλυνθεῖσα γλῶσσα dicitur quæ lenis eſt & mollis, aut humeſcens, velut aſperæ, duræ, ac præ ſiccitate contractæ repugnans, & quæ humiditatis copia ac ſaliuatione imbuitur & teneteſcit. Quò cùm impendente in phreniticis vomitu repente fiat, παρὰ λόγον ἀπαλυνθεῖσα dici exiſtimanda eſt. Caluus debilitatam ac reſolutam linguam dixit, ob eius mollem laxamq; ſubſtantiā, exoluto calore & ſpiritu, & motionis imbecillitatem, vt mihi videatur aliam ſecutus lectionem, & ἀπαλυθεῖσα potiùs quàm ἀπαλυνθεῖσα legiſſe. ἀσώδης au- G tem lingua, vt nouè dicitur, ſic non temerè ad æſtuabūdos ac nauſeabundos ægros refertur, eaq; intelligi videtur, quæ nauſeæ ſenſum ſentit, & ex ſtomachi redundantia, vnde ventriculi os mordetur, faſtidij plenitudinem, ac reſtagnantem in gulam tenuem ſaliuam cōbibit, indeq; ciborum guſtum non percipit, affectis tertiæ coniugationis neruis & nimio humore perfuſis. Ex coq; humorum morſu os ventriculi ſubuertitur, & in promptam vomitionem refunditur, dum æſtuatione nauſeabunda conflictatur æger, quæ ἄση dicitur. Sudor verò frigidus humoris vomitione refuſi qualitatem indicat, vt & κατάψυξις, ac idem in nigrorum vomitu efficere poteſt. κοιλίη ὑγρὴ τὸ κοπιῶδες, cùm ſint communia morborum ſymptomata, propriam nullam affectuum naturam hic circumſcribunt, ſed planè ambigunt, etſi commota & irritata bile flaua aluus, & laſſitudinis affectio ex mordaci humorum acrimonia orta, ad phrenitidis cauſam aliquid leuiter addit. Fuſis quoq; & liquatis per aluum humoribus, aut in habitum corporis compulſis, & à febre carnoſarum partium humiditate conſumpta iſta oriri poſſunt.

Linguæ tremulæ quibuſdam etiam aluum humectam nonnunquam reddunt. In his autem ſi nigricent, etiam mortem denunciant. Ac fortaſſis lingua tremula inſtabilem mentem & à ſede conſtantiæ deturbatam ſignificat.

213 Αἱ τρομώδεες γλῶσσαι ἐνίοισι καὶ κοιλίην ὑγρὴν ποιέουσι. μελανθεῖσαι δὲ ἐν τούτοισι, ταχὺν θάνατον σημαίνουσι. ἴσως γε τρομώδης γλῶσσα σημαίνει οὐχ ἱδρυμένην γνώμην. H

Sunt hæc phreniticorum ſymptomata, in quibus ob intenſum calorem ac ſiccitatem, affecto neruorum principio, imbecillis reddita animalis facultas, tremulas actiones ac conuulſiones ſentit. Ex eadem incendij intenſione lingua nigricat & mens à ſede conſtantiæ deturbatur. Hic autem meliùs quàm Prorrh. 20. aſſenſionem ſuſtinet, cùm inde tamen tranſlatum videatur. Aluus

A etiam lubrica nihil habet hic commune aut proprium, vt ſuperioribus ſententiis eſt demonſtratum, & quod raritatem euentus habeat ac nullam perpetuitatem (vt his verbis ſatis apertè oſtenditur) ratis prædictionis legibus non comprehenditur. Poteſt quoque ob largam humiditatem & mollitiem linguæ imbecillitas & tremor fieri, vnde humiditate etiam imbutus ventriculus, aluum fluidam reddit, vt in balbutientibus accidit, aph. 32. lib. 6. Quod etiam repetitur in fine huius præſagij.

234 Αἱ δασεῖαι καὶ ξηραὶ, φρενιτικαί.

Linguæ denſæ & peraridæ, phrenitidē portendunt.

Prorrh. 3. repetitur hæc ſententia, & eandem habet explanationem. Siue igitur δασείας γλώσσας, τραχείας accipias ex Galeno, ſiue πορείας vt ſupra, ſiue σκληρὰς aut παχείας, vt in lib. περὶ νούσων, eandem tamen habeat ex reſiccatione originem.

235 Ὀδόντας συνερείδειν ἢ πρίειν, ᾧ μὴ συνήθης ἐκ παιδίου, μανικὸν καὶ θανάσιμον. ἤδη δὲ παραφρονέοντι ἢν ποιέῃ

B τοῦτο, παντελῶς ὀλέθριον. ὀλέθριον δὲ καὶ ξηραίνεσθαι τοὺς ὀδόντας.

Dentium colliſio aut ſtridor, præter conſuetudinem à teneris contractam inſaniam ac mortem denunciat. Quòd ſi iam deliranti iſtud accidat, prorſus exitiale eſt. Quin & dentes reſiccari perniciem denotat.

Habet hæc ſententia ex Prognoſtico repetita artis theorematum communitatem. Nam quæ à conſuetudine aut ſanorum actionibus abſunt, ea præter naturam fieri dicuntur. In febribus autem iſta accidere inaudienda ſunt, quod & in prognoſtico additur. Repetitur etiam in Prorrhetico his verbis, ὀδόντων πρίσις ὀλέθριον, εἰ μὴ συνήθης ἐκ παιδίου. συνερείδειν autem hic paſſim ſcribitur, quod dentes inter ſe committere aut contendere ſignificat, cum συνερείδειν aut ξυνερείδειν ſæpe ſcribat Hippocrates, quod collidere & conſerere dentes ſignificat, indeq; ξυνείροντες ὀδόντας & aliquando ξυνάψει, cum dentes inter ſe conſeruntur, concluduntur, & confirmantur, vt alibi ſcripſimus. Quod autem hic etiam de reſiccatione dentium dicitur, in febribus ſubauditum, caloris intenſionem denotat, velut aph. 53. lib. 4.

C 236 Ὀδόντος σφακελισμὸς ἀπόστημα περὶ τὰ οὖλα γινόμενον λύει.

Dentis ſyderatio abſceſſum ad gingiuas enatum ſoluit.

Fit interdum vt gingiuarum abſceſſus corrupto dente qui exciderit, via puri inde facta, tollatur, idque præſertim ſi is dentis vitio contigerit. Interdum quoq; vſu videtur euenire, vt quamuis dentis vitium abſceſſum non fecerit, tamen dens qui exciderit, leuiorem abſceſſum, velut pure liberatum, faciat, idq; in dies experimur in iis fluxionibus quæ ad dentium dolores conſequuntur.

237 Ἐπὶ ὀδόντος σφακελισμῷ πυρετὸς ἐπιγινόμενος σφοδρὸς, καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον. ἢν δὲ σώζωνται, ἕλκεα ἐκπυΐσκεται καὶ ὀστέα ἀφίσταται.

Ad dentis ſyderationem vehemens accedens febris cum delirio, mortem minatur. Quòd ſi ſeruentur ægri, vlcera pus colligent, & oſſa abſcedent.

D Dentium dolor cum à Galeno lib. pharm. κατὰ τόπ. in intenſiſſimis doloribus numeratur tantam adeſſe febrem, vt delirium aut mortem minetur periculo proximum eſt. Vlcera autem purulenta oſſa corrumpunt, vnde & ſanies emanat, & teſtulæ ac ſquamæ excidunt, indeq; abſceſſum facere dicuntur. Codices manu ſcripti quidam, καὶ ἕλκεα ἐκπυοῦν, ὀστέα ἀφίσταται legunt. Aſulanus ἕλκεα καὶ ἐκπυΐσκ. Eſt autem σφάκελος aut σφακελισμὸς propriè oſſis corruptio, rectéq; in dente ponitur.

238 Οἷσι περὶ τὴν ὑπερῴην ὑγρὸν συστρέφεται, ὡς τὰ πολλὰ πυοῦται.

Quibus ad palatum humor colligitur, plærunque in pus vertitur.

Quæ ad internam oris cauitatem colliguntur & coeunt, ob natiuam oris humiditatem & temperiem, plærunque vel ſine magno negotio in pus vertuntur. Hic autem συνίστασθαι idem quod aliàs συστρέφεσθαι & συλλέγεσθαι ſignificat, vnde etiam συστροφαὶ & σύστρεμμα apud Hippocratem. Sic lib. 2. περὶ νούσων, φλέγμα συστραφὲν ἐς τὴν ὑπερῴην dicitur, quod in tumorem attolli & pus colligere vult.

E 239 Τὰ περὶ γνάθους ἀλγήματα σφοδρὰ, κίνδυνος εἰς ὀστέου ἀνάπλωσιν ἐλθεῖν.

In vehementibus circa maxillas doloribus, periculum eſt vt os fluctuet.

Vt eſt hic author crebrò in obſcuris ac impropriis dictionibus iactatus, ita quid hic ἀνάπλωσιν ὀστέου indicet, non eſt facile explicatu. Maxillā inferior cùm ab Hippocrate inter rara oſſa annumeretur, promptè pure imbuitur, fluitat, ac velut humore exundat, ex quo facilè corrumpitur. Huiuſmodi igitur humoris in os redundantiam velut reſtagnationem, concepta pure ἀνάπλωσις oſſis & fluctuatio ſequitur, quòd veluti fluctuet & enatet pure redundans, aut quod ſubiecta carne corrupta demergatur (vt accipit præceptor Hollerius) ac veluti deſidat, & cauum relinquat. Sic lib. 4. Epid. de vlcere exedente, indeq; corruptis dentibus & tandem excidentibus, οἱ ὀδόντες ἀνέπλωσαν dixit Hippocrates, etſi alij ἀπέπεσον legunt. Cornarius hic ὀστέου ἀνάπλωσιν oſſis eductionem dixit, quod os pure eroſum ac imbutum decidat & deſquametur, ὀστέα λεπιδοῦν & ψιλοῦν vocat Hippocr. lib. de fract. Caluus in os recurrere dixit, tranſlatione ex propria nominis notatione ſumpta. Hic porro ἀλγήματα, vt aliàs ſæpe, pro ea diſpoſitione quæ dolores infert, inaudien-

F da ſunt. Exemplaria manu ſcripta quædam Regia ὀφθ. pro ἐλθεῖν ſcribunt, minus rectè, vt opinor.

240 Χεῖλος συσπώμενον σημαίνει κοιλίης χολώδεος καταρρήξιν.

Contractum labrum biliosæ alui perruptionem denunciat.

Iſta labri inferioris contractio oris ventriculi morſum ex humorum acrimonia denotat, quorum impetu irritata aluus in bilioſam proluuiem prorumpere poteſt. Caluus iſtam labri contractationem ſuperiori ſententiæ connectit & συσπώμενον etiam legiſſe videtur. In exemplari etiam quodam Regio manu ſcripto καταρραγησομένην καὶ καταρρηγνυμένην adſcribitur. Quæ dictiones καταρρήξιν explanant, vt ſatis apparet.

241 Τὰ ἀπὸ οὔλων αἵματα ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, ὀλέθρια.

Sanguis ex gingiuis cum humecta aluo profluens, perniciem minatur.

G Sanguis ex gingiuis facilè & ſæpius profluens, inſignem cacochymiam & ſanguinis vitium, aut oris putredinem denotat, non ſecus ac vitiatas gingiuas & oris fœtorem in lienis tumore annotat Hippocr. Prorrhetic. 2. Aluus verò humorum acrimonia irritata effundi poteſt ſine vllo periculo. Poteſt quoque ad venoſi generis imbecillitatem alui profluuium, velut hepaticum ſymptoma conſequi, & malo eſſe. Caluus ſuperioris ſententiæ partem huic annexuit.

242 Πτυάλου ἀναχρέμψιες ἐν πυρετοῖσι πελιδναὶ, μέλαιναι, χολώδεες, ἐπιστάσαι μὲν κακόν. ἀποχωρέουσαι δὲ κατὰ λόγον, χρήσιμον.

In febre ſputi excreationes liuidæ, nigræ, biliosæ, ſubſiſtentes quidem malæ ſunt, ſi verò pro ratione excernantur, vtiles.

Ex aph. 47. lib. 4. & 71. lib. 7. repetitur hæc ſententia. Ex quibus pro ἐπιστᾶσαι μὲν legunt optimè quidam, etſi tamen hoc modo

H mihi conſtare poſſe ſententia videatur, vt indicentur excreationes quantumuis malæ, ſi ritè & ordine, hoc eſt die critico ac prægreſſis coctionis ſignis, & cum ægri leuamento excernantur, vtiles eſſe & naturæ robur indicare, contra vero ſi ſubſiſtant.

243 Οἷσιν ἁλμυρώδεα πτύελα, καὶ βὴξ ὑφίσταται, τουτέοισι χρὼς ἐρυθραίνεται οἷον ἐξανθίσματα. περὶ δὲ τὴν τελευτὴν τραχύνεται.

Quibus ſalſa ſputa cum tuſſi ſubſiſtunt, iis corpus velut efflorеſcentibus puſtulis rubeſcit, ante obitum verò exaſperatur.

Iſtud cùm valde ſit arbitrarium,& in vno obſeruatum,non rectè ad artis complexionem eſt traductum. Artem verò negabat eſſe vllam Carneades apud M.Tullium,niſi quæ cognitis penituſq; perſpectis,& in vnum exitum ſpectantibus & nunquam fallentibus rebus contineretur.Neque (vt ſcribit Gal.Com.2.in Prorrh.) τῶν ἀσαφῶν, ἀλλὰ τῶν ἐν δηλωτικοῖς, ὃ ἐς τὸ πολὺ γενόμενον εἰς τὴν ἀθροιστικὴν χώραν. Poteſt autem ex humoris acrimonia & ſalſugine in thoracem à capite defluente tuſſis excitari, & huiuſmodi ſputum reiici. Ac deinde inualeſcente ſuccorum acrimonia & corruptela,ſuppreſſo ſputo puſtularum eruptio fieri, ac veluti in cutem effloreſcere,vnde & cacochymia totum corpus occupat, deinde etiam atrophia,macies ac tabes. Ac ferè conuenit hæc ſententia cum ea quæ poſtea in hoc præſagio adſcribitur 443. Poteſt etiam iſtud de faciei colore accipi. Nam ſuppreſſa in pulmonibus materia & concalefacta,vapores in caput plurimi & acres ſuſtolluntur,vnde facies rubet, in eaq; puſtulæ poſtea excitantur & vlcera, quæ ſcabritie quadam ſub mortem exaſperantur. A

Exſcreatio frequens, ſiquidem etiam aliud quoddam ſignum affuerit, phrenitidem portendit.

244 Ἀνάχρεμψις πυκνὴ, ἢν δή τι καὶ ἄλλο σημεῖον προσῇ, φρενιτική. B

Iiſdem planè verbis ſcribitur Prorrh.6. & à Galeno definitis diſtinctionum cancellis circumſcribitur. Niſi quod illic Galenus φρενιτικοὶ agnoſcit,etſi inſolens eſt phraſis & abſurda. Hic autem φρενιτικὴ conſtanter exemplaria omnia retinent.

Vocis defectiones cum virium exolutione peſſimæ.

245 Αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι, κάκισται.

Ex Prorrh.24.& 96. huc eſt traductum.

Quæ breui tempore durant feroces mentis emotiones,malæ ſunt & in ferinas euadunt.

246 Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασέες παρακρούσιες, πονηραὶ καὶ θηριώδεις.

Idem etiam ferè ſcribitur Prorrh.26.

Quos vox cum febre & abſque vlla iudicatione deficit, ij tremuli intereunt.

247 Οἷσι φωνὴ ἅμα πυρετῷ ἐκλείπει μετ' ἀκρισίας, τρομώδεες ἀποθνήσκουσι. C

Ex Prorrh.91. huc eſt tranſlatum hoc præſagium & pauliſper immutatum. Illic nanque μετὰ κρίσιν legitur,quod hic μετ' ἀκρισίας ex perpetuo exemplarium omnium conſenſu retinetur. Ἀκρισίας igitur accipimus iudicationis defectum, aut quam κακὴν κρίσιν interpretatur Galenus, & μετ' ἀκρισίας idem quod ἀκρίτως ſignificat. κῶμα etiam in Prorrh. cum tremore additur, cuius hic altum vbique eſt ſilentium.

Vocis defectiones in febre quæ conuulſionis ſpeciem præ ſe ferunt & in mentis emotionem cum ſilentio deſinunt, perniciem oſtentant.

248 Αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι σπασμώδεα τρόπον, ἐκστᾶσαι σιγῇ, ὀλέθριοι. D

Eadem ſententia repetitur Prorrh.54. iiſdem penè verbis, niſi quod ἐξίστανται pro ἐκστᾶσαι legitur.

Quibus voces cum dolore deficiunt,ij tandem nõ ſine ſummo cruciatu vitam cum morte commutant.

249 Αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι, δυσθάνατοι.

In Prorrhetico vt hic quoque,ad præcedentem ſententiam conſequitur hoc præſagium.

Vocis defectiones cum virium exolutione,ac alto ſopore quem catochon vocant,perniciem minantur.

250 Αἱ μετ' ἐκλύσιος κατόχως ἀφωνίαι, ὀλέθριοι.

Iiſdem omnino verbis repetitur hæc ſententia Prorrh.96. Illud autem κατόχως vt ambiguam habet notionem,ita præſagij ſenſum variat. Poteſt enim ad altè infixam pertinacem, nec facilè eluibilem vocis defectionem referri: poteſt quoque ad propriam catoches notationem, quæ cum virium exolutione & vocis defectione coniungitur, accommodari. Quem in ſenſum accipit Galenus in Prorrhetico,etſi non dubia alterius notionis ſignificatio præſentiri poteſt. E

Confractæ voces poſt medicamenti purgantis potionem, conſiderandæ num prauæ ſint. Horum plæriſque tenues ſudores diffluunt, & alui humectantur.

251 Αἱ κατακεκλασμέναι φωναὶ μετὰ φαρμακείην, ἢ ἐπὶ πονηραί; τουτέων οἱ πλεῖστοι ἐφιδροῦσι, καὶ κοιλίας καθυγραίνονται.

κατίλλαιν de oculis dici ſolenne eſt Hippocrati in Prorrhetico & Epidemiis, pro palpebrarum peruerſione,at de voce cum non ſit ita vſitatum,quid per κατακεκλασμέναι φωναὶ hic intelligatur, non eſt æquè explicatu facile. Quòd ſi quis κατίλλαιν vt & κατίλλωσιν ad diſtortionem ac peruerſionem referat, velut κατιλλωμέναι φωναὶ dictæ ſunt Hippocrati, voces implicatæ, præpeditæ, ac ex diſtillatione in fauces interceptæ, tanquam peruerſæ ac diſtortæ. Sic hoc loco κατακεκλασμέναι φωναὶ ſumi poſſe videntur, voces confractæ, interruptæ, aut omnino peruerſæ, cùm ex humorum defluxione in muſculos laryngis, contentio conuulſiua aut propè reſolutio indicatur,& vox ipſa intercipitur aut deficit. Quod certè non paruam periculi ſpem concipit, idque præcipuè ſi neruorum principium in conſenſionem adducitur. Aut etiam κατακεκλασμέναι φωναὶ intelligi videntur, voces ex ſpiritu in faucibus eliſo interciſæ, velut abruptæ & effractæ, aut quaſi interruptæ, ſubſiſtente videlicet inter reſpirandum & efflandum ſpiritu, idque propter ſummam reſiccationem & muſculoſi generis conuulſionem,qualis in phreniticis apparet,aut etiam ſummam virium imbecillitatem.Sic in fullone phrenitide affecto lib.7.Epid. φωνὴ κεκλασμένη ponitur, & in Nicoxeno febre ardente laborante, φωνὴ κεκλασμένη cum ſumma virium exolutione. Sic enim σῶμα τὸ ἐκλύεται ὅλον additur. Et in Pherecyde cum magnis animi defectionibus φωνὴ κεκλασμένη ſcribitur. Quæ ſanè præſentiſſimam perniciem denotant,& appetitæ mentis,aut inſtantis conuulſionis certiſſima ſunt indicia. Sunt qui hanc dictionem ad querulam & gemebundam, aut ſuſpirioſam vocem referant,velut offenſante ac interſpirante ſpiritu, vt κατακεκλασμέναι φωναὶ, κλαυθμώδεις intelligantur, de quibus tamen paulò poſt agetur. Alij elangueſcentes & obſcuras voces effractas intelligunt, velut quæ vix obaudiantur, ex iiſque ſummam virium exolutionem concipiunt. Quæ certè ſunt indubitatæ perniciei non leuia auguria. Ac ſi quis popularem loquendi vſum interponere cupit, quem Hippocrati valde vſitatum fuiſſe clamat Galenus, poſſunt, κατακεκλασμέναι φωναὶ intelligi voces quaſſatæ & quas vulgus Gallicum non malè quaſſas vocat, quæque ex organorum reſiccatione exaſperantur,ac veluti conuoluto in faucibus ſono refringuntur, vixque nec niſi turbatæ educuntur, & à planis & liquatis vocibus (vt eſt in Hoſtij carmine apud Macrobium) aut claro & defæcato earum ſono deflectunt. Quod ſi à medicamento tanta reſiccatio, aut etiam conuulſionis ſuſpicio contingit,aut etiam tanta virium imbecillitas,vt animales motiones, eæque præcipuè quæ thoracem mouent & ſpiritum concipiunt reſtitent ac veluti earum actiones intercidant ad extrema ventum eſſe, ſummeq; appetitas vitalitatis arces cenſendum eſt. F G

In vocis defectione reſpiratio velut iis qui ſuffocantur conſpicuè elata & viſui expoſita, perniciem minatur. Animaduertendum etiam eſt num delirium prænunciet.

252 Ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα οἷον τοῖσι πνιγομένοισι πρόχειρον, πονηρόν. ἆρά γε καὶ παρακρουστικόν; H

Prorrh.25. repetitum hoc præſagium, atq; illic à Galeno explicatum. Caluus exemplaribus deceptus πρόχειρον πνεύματος genuinam ſignificationem, & mirificè à Galeno multis locis celebratam, corrupit, & πρόχειρον πονηρὸν vitioſè ſimul iunxit, cùm præſens malum dixit, quod etiam Prorrhetico retinuit.

253 Αἱ ἐκ

A 253 Αἱ ἐκ κεφαλαλγίης ἀφωνίαι ἅμα ἱδρῶτι πυρετώδεες, χαλῶντες ἐπ' αὐτοῖς, ἀϊέντες διαχωρέοντες. ἐπιρριγοῦντες τουτέοισιν, οὐ πονηρόν.

In febre cum ſudore, vocis ex capitis dolore defectiones, ſi per ſe reſoluuntur ægri, ac præter voluntatem excrementa demittantur, malúmque remitti videatur, diuturni morbi metus eſt. In his ſubinde obortus rigor damnari non debet.

Paulò aliter ac meliore ſcriptione legitur hæc ſententia Prorrh. 94. Cornarius ἀκούσια pro ἀϊέντες legiſſe videtur, vt & in Prorrh. à Galeno inductus, contra tamē omnium quos videre licuit codicum fidē. Quorum conſenſum ex Galeni etiā ſententia ſecuti ſumus.

254 Αἱ μετ' ἀφωνίης ἐκστάσιες, ὀλέθριαι.

B Vehementes inſaniæ cum vocis defectione, perniciem intentant.

Huiuſmodi vocis defectiones neruorum principium valde appetitum, & calidi extinctionem ſignificant. Exemplaria quædam manu ſcripta regia pro ἐκστάσιες ἀποστάσιες legunt. Quam lectionem ex membranis Vaticanis ſecutus videtur Caluus cùm (conſiſtere) dixit. Melior tamen eſt vulgata lectio. Nam quænam concrementa intelligantur non ſatis eſt expeditum.

255 Αἱ τοῖσιν ἐπιρριγέουσιν ἀφωνίαι, θανάσιμοι. Εἰσὶ δὲ κεφαλαλγέες οἱ τοιοῦτοι ἐπιεικέως.

Vocis defectiones rigore ſubinde correptis lethales, feréque ij capitis dolore conflictari ſolent.

Vocis defectiones quæ ex appetito neruorum principio prodeunt, maximè ſuſpectæ ſunt, præcipuéque in febribus. Capitis igitur dolore conflictari ferè conſentaneum eſt, vnde & origo indicatur, iſtáque potior eſt vocis huius ἐπιεικέως ſignificatio, quàm quæ

C mali moderationem in maxima pernicie deſignet.

256 Αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι, ἐν πυρετῷ ὀξεῖ ἀνιδρῶτι, εἰσὶ μὲν θανάσιμοι, ἧσσον δὲ τῷ ἐφιδροῦντι, χρόνιον δὲ σημαίνει. ἴσως δὲ καὶ οἱ ἐξ ἐπιστροφῆς παθόντες τοῦτον, ἀσφαλέστατοι. ὀλεθριώτατοι δὲ τῶν τοιούτων, οἷσι τὰ ἐκ ῥινῶν, καὶ οἷσι κοιλίαι καθυγραίνονται.

Vocis defectiones cum virium exolutione, in acuta febre ſine ſudore, ſunt quidem lethales, cum ſudore verò minùs, ac temporis diuturnitas ſignificatur. Ac fortaſſe quidem quibus ex morbi reuerſione tale quid contingit, ſecuriſſimè habent. Ex iis autem maximo in periculo verſantur, quibus ſanguis ex naribus perfluit, & alui effunduntur.

D Videtur hæc ſententia conuenire cum ſuperiore 253. eiuſque veluti eſſe explicatio quædam, præſertim ſi χαλῶντες ἐπ' αὐτοῖς αἱ ἐκλύσιες ſumatur, & pro ἀϊέντες ἀκούσια legatur, & τὰ ἐκ ταραχώδεα ποιήματα intelligantur, quam notionem etiam indicat Galenus in Prorrh. Alioqui in acuta febre crudioris ſucci magna copia cum virium exolutione & vocis defectione non minimum ſuſpecta eſt. Sudor autem cùm humoris abundantiam indicet, & iudicationis alacritatem præ ſe ferat, malum non temerè mitigat, & leniendo producit, præſertim affectis iam viribus, naturaq; ad ſolutionis impetum fatiſcente. Qua ex occaſione in morbi reuerſione peſſimè habent, quos planè iam profligatis viribus, ſanguinis ex naribus excretiones, aut alui effuſæ prorſus è medio tollunt. Profluentibus autem ſudoribus & malum pauliſper alleuantibus, in morbi recurſu ſecuriſſimè habuerant. Pro ἀσφαλέστατοι membranæ quædam ſcriptæ ἀφελέστατοι legunt, quas ſecutus eſt Aſulanus, eadem propè notione. Hac enim dictione ſignificantur integerrimè, perfectiſſimè, & valde moderatè ſe gerentes. Cornarius in hac ſententia legiſſe videtur, ἴσως δὲ ὁ τῷ ἐφιδροῦντι, contra omnium quos adhuc videre licuit exemplarium fidem, atque etiam ipſo refragante ſenſu.

E 257 Ἡ ὀξυφωνίη κλαυθμώδης, καὶ ὀμμάτων ἀμαύρωσις, σπασμῶδες. οἱ ἐς τὰ κάτω πόνοι τουτέοισιν εὔφοροι.

Vox acuta eiulabunda, ac oculorū hebetudo, conuulſionem minantur. His dolores ad inferiores partes demiſſi, toleratu ſunt faciles.

Damnatur Prorrh. 47. ὀξυφωνίη κλαγγώδης. vbi & κλαυθμώδης legi annotat Galenus, vnde hæc ſententia deducta videtur. Vox autē acuta obaudienda eſt quæ in febribus ob inſtrumentorum voci deſtinatorum reſiccationem contingit, vnde voces ſtridulæ & eiulabundæ, aut planctum referentes pendent, vt ſcribit Galenus, intenſione ac remiſſione modo diſparatæ. Accedens quoq; oculorum hebetudo periculum auget, ac proſtratam cerebri ſenſationem arguit. Atq; ex his non temerè conuulſiones portendi denunciantur, quas leuiter alleuare poſſint dolores ad inferiora demiſſi, ex μεταστάσεως ratione, quod ex fine Prorrh. 114. huc videtur tranſlatum. & paulò poſt repetitur. Exēplaria quædam ἡ ξυμφωνίη κλαυθμώδης legunt vitioſè, vt apparet ex codicū pluralitate & Galeni authoritate.

258 Ἅμα φωνῇ τρομώδει, λύσις κοιλίης παράλογος,

F ἐν τουτέοισι διεστηκόσι χρονίοισιν ὀλέθριον.

Alui ſolutio quæ præter rationem accidit, cum voce tremula, in his diutius perſeuerante perturbatione pernicies intentatur.

Vox tremula animalis facultatis imbecillitatem ac inſtrumentorum vocem concinnantium intemperiem ſiccam plerunque conſequitur, vnde & phrenitis & conuulſio frequenter imminet. Temeraria autem ventris ſolutio & quæ præter rationem accidit, vt nec malum ſoluit, ita ex Hippocratis diſciplina, communi τῶν παραλόγων, οὐ πιστὰ, οὐ δεινὰ ῥιζόντων decreto conuellitur. Quinetiam quæ diutiùs perſeuerat, velut noua morbi acceſſione, perniciem auget, ægrumque conficit, & alioqui in præcipitibus ac vehementibus malis plærunque ſuſpecta eſt. Illud autem ἐν τουτέοισι διεστηκόσι χρονίοισιν non leuiter mihi ſuſpectum eſt, etſi in eo retinendo magnus eſt omnium codicum conſenſus.

259 Αἱ πυκναὶ καὶ ἀποκαρώδεες ἀφωνίαι ξυστᾶσαι, φθινώδεα προσημαίνουσι.

Crebræ & quæ cum ſopore quodam conſiſtunt vocis defectiones, tabem denunciant.

G Æquius eſt conuulſionem ſuſpectari ex Prorrh. ἆρά γε καὶ αἱ μετὰ κάρου ἀφωνίαι σπασμώδεες αὗται; Etſi magna frigidi atque humidi in cerebro coaceruatio ſoporem inducens, & in demiſſas faucium partes illabens, vocem intercipiens, longa & diuturna deſtuxione thoracem conſumens, tractúq; temporis virium acquirens, tabem creare poteſt.

260 Πνεῦμα πυκνὸν μὲν καὶ σμικρὸν ἐὸν, φλεγμονὴν καὶ πόνον, ἐν τοῖσι καιρίοισι τόποισι σημαίνει. μέγα δὲ καὶ διὰ πολλοῦ, παραφροσύνην ἢ σπασμόν. ψυχρὸν μὲν θανάσιμον. θανάσιμον δὲ καὶ πυρετῶδες καὶ λιγνυῶδες πνεῦμα. ἧσσον δὲ τοῦ ψυχροῦ. καὶ τὸ μέγα ἔξω πνεόμενον. σμικρὸν δὲ εἴσω.

H καὶ τὸ μικρὸν ἔξω, μέγα δὲ εἴσω. κάκιστον δὴ καὶ πλησίον θανάτου. καὶ τὸ ἐκλεῖπον καὶ κατεπεῖγον, καὶ ἀμαυρόν. καὶ διπλῆ εἴσω ἐπανάκλησις ὁποῖον ἐπεισπνεόντων. εὔπνοια δὲ ἐν πᾶσιν, ὁκόσα ἐν πυρετῷ ὀξεῖ, κἢν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται, μεγάλην ἔχει ῥοπὴν ἐς σωτηρίην.

Spiratio frequens quidē & parua, aut inflammationem aut dolorem principaliū partiū indicat, magna verò & ex longis interuallis deliriū aut conuulſionē. Et frigidus quidem ſpiritus lethalis eſt, mortē quoq; affert febriculoſus & fuliginoſus, frigido tamē minùs. Et magnus quoq; foras expiratus, paruus verò intrò, & paruus foras, magnus verò intrò. Peſſimus quidem ad mortemq; proximè accedit, & qui protenſus eſt ac vrgens, & obſcurus, duplicatáq; intrò reuocatio, qualis inſpirationem cōduplicantibus. Facilis autem ſpiratio in omnibus morbis qui cum febre acuta infeſtant, & in quadraginta diebus iudicantur, magnum habere ad ſalutem momentum exiſtimanda eſt.

Ad hanc ſpirationis collectionem quicquid vſquam eſt ab Hippocrate in genuinis eius libris de hac traditum, huc non temerè videtur collatum, & ex Prognoſtico & Epidemiis ſuffarcinata eſt ſententia: vt planè inde mihi videatur huius Præſagij author ingenium prodere, & ex vndique corrogatis ſententiis, hos veluti centones condere. Atque huius ſententiæ initium vt eſt ex Prognoſtico tranſlatum, ita originis fidem non vſquequaque retinet. Nam cùm in Prognoſtico ſpirationis crebræ caput ſolum propoſuiſſet, indéque duplicem coniugationem elici poſſe ſpem faceret Hippocrates, hoc totum in vnam coniecit huius præſagij author & in frequenti & parua ſpiratione ſpectari contendit. At verò Galenus libris περὶ δυσπνοίας iſtam Prognoſtici ſententiam accuratiſſimè explicans, tota mente contendit, crebram & paruam ſpirationem partium thoracem mouentium, aut ei conſenſionis iure confœderatarum, dolorem aut laborem ſignificare, magnam quoque & crebram earundem partium incendium denotare. Nec ideo tamen quæ hic produntur velut ab Hippocratis inſtitutis aut Galeni mente aliena explodenda ſunt, ſed altiùs inueſtiganda, & ad totam de difficultate ſpirandi tractationis normam expendenda ſunt. Itaque quod in Prognoſtico vniuerſali mentis notione de crebra ſpiratione ad magnam & paruam collecta reponitur, id ipſum hoc loco quodammodo ſucciſum, & in vno defectum, in altero ſpirationis membro, alia tamen ratione, ſpectandum exhibet, videtúrque hic author velut fuco facto teſtatiſſimam illam Prognoſtici ſumptionem imitari velle. Et certè iis qui ſunt in tractatione Galeni de ſpirandi difficultate abunde verſati, ſatis eſt vſu cognitum, crebram & paruam ſpirationem partium thoracem mouentium, & ſpirationem ipſam concinnantium laborem & anguſtiam, interdum etiam dolorem denotare. Phlegmonem quoque earundem partium, & laboris ac anguſtiæ ratione ſubindicari, velut in peripneumonia ac pleuritide laborantibus ſatis eſt teſtatum, dum phlegmonem pro tumore præter naturam duro & dolorem inferente obaudiamus, non quemadmodum in Prognoſtico, pro partium incendio & exæſtuatione, quam πύρωσιν aut φλόγωσιν vocat Galenus: ſic nanque magna & crebra ſpiratio induceretur. In hanc ergo crebræ & paruæ ſpirationis ſpeciem variæ affectionum formæ concluduntur, quas τῶν καιρίων τόπων, hoc eſt principalium partium denominatione comprehendit: in Prognoſtico verò earum dignitatem ſepti tranſuerſi limitibus circunſcripſit, & partes ſepto tranſuerſo ſuperiores vocauit. At ſanè videtur earum dignatio longè latéque ſparſa, primùm ad omnes ſpiritus vias redundare, & ad ipſam præcipuè ſpirationis officinam, & quæ ipſam conſtant inſtrumenta, referri, velut ſunt pulmones, aſperæ arteriæ, totus thorax eiuſque capacitas, & quæ ſepto tranſuerſo circunſcribuntur: deinde verò communionis quadam ratione ad eas etiam partes ſpectare, quæ ſpirationis velut ſunt adminiſtræ, & in ſpirandi muniis primis illis partibus quodammodo ancillantur. Quo in numero accenſentur ventriculus eiuſque oſculum, hepar, lien, peritonæos tunica, colon, tenuium inteſtinorum pars ſuprema, & hypochondria contegentes muſculi. Quibus partibus laborantibus crebram & paruam ſpirationem effici ſcribit Gal. multis in locis libris περὶ δυσπνοίας, præcipuè verò lib. 2. vbi de earum quoque inflammatione agit, quem adeò locum ſuis verbis adſcribam: εἰ γὰρ ἤτοι τὸ στέρνον, ἢ τὰς πλευράς, ἢ τὰ περὶ τὰς κλεῖς καὶ τὴν φάρυγγα συμβαίη τινὶ φλεγμαίνειν, καὶ διὰ τοῦτο μικρὸν καὶ πυκνὸν ἐξ ἀνάγκης ἀναπνεῖν, ὡς ἐν τῷ προτέρῳ ἐπιδέδεικται λόγῳ, γράφειν οὐκ ἠξίωσεν Ἱπποκράτης, οὔτε τὸ τῆς δυσπνοίας εἶδος, οὔτε τὴν ἀρχὴν ὅτι δυσπνόως ἔπνεεν. πολὺ γὰρ ἐστὶ τὸ τοιοῦτο τῆς δυσπνοίας εἶδος, ὀλίγου δεῖν σχεδὸν ὁσημέραι ὁρώμενον, ἐπί τε περιπνευμονικῶν καὶ πλευριτικῶν, καὶ συναγχικῶν, καὶ πάντων ἁπλῶς οἷς τι κατὰ τὸν θώρακα καὶ τὸν πνεύμονα φλεγμαίνει. καὶ τοῦ ἥπατος δὲ φλεγμαίνοντος, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ τὰ κυρτά, καὶ τοῦ σπληνός, καὶ τῶν κατὰ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ τοῦ περιτοναίου, τὸ τοιοῦτον εἶδος ἕπεται τῆς δυσπνοίας, ἀλλὰ καὶ οἷς ἡ γαστὴρ φλεγμαίνει, καὶ μᾶλλον εἰ τὸ στόμα τι καὶ ὁ στόμαχος αὐτῆς, καὶ οἷς τῶν ὑμένων τις, ἢ τῶν μυῶν τῶν καθ' ὑποχόνδριον, ἢ αἱ φρένες αὐταί, τούτοις ἅπασι μικρὸν καὶ πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα. πολλάκις δὲ καὶ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ τὴν νῆστιν, καὶ τοῦ κώλου τὰ ἄνω, μειζόνως φλεγμήναντα, δύσπνουν οὕτως ἠνάγκασε τὸν ἄνθρωπον. φλεγμονὴν νῦν ἀκουέσθω, τὸν σκληρὸν καὶ θερμὸν καὶ ὀδυνώδη τὸν ὄγκον, καθάπερ τῷ Ἐρασιστράτῳ καλεῖν ἔθος ἐστὶ καὶ τοῖς νεωτέροις ἰατροῖς πᾶσιν, ἐπεὶ ὅτι γε τὴν φλόγωσιν οὕτως ὠνόμαζον οἱ παλαιοί, σχεδὸν οὐδεὶς ἀγνοεῖ. δέδεικται δ' ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ, καὶ διότι τοῖς ὑδερικοῖς, καὶ τοῖς ὑπερπεπλησμένοις, ἢ πόματος, ἢ σιτίων, καὶ ταῖς κυούσαις, καὶ τοῖς προγάστορσι μικρὸν καὶ πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα, καὶ καθόλου φάναι, πᾶσιν ὅσοις στενοχωρεῖται τι τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων. οὕτω γὰρ καὶ τοῖς ἀσθματικοῖς, καὶ τοῖς πνευματώδεσι, καὶ τοῖς ἐμπύοις, καὶ οἷς ἡ ῥάχις διεστράφη μεγάλως, καὶ οἷς ἀπέπτων φυμάτων σύστασις, ἢ ἐν θώρακι, ἢ ἐν πνεύμονι, καὶ ὅλως ἅπασιν οἷς σκίρρος, ἢ ἄλλος τις ὄγκος ἀξιόλογος ὅτῳ δὴ τῶν προειρημένων μορίων ἐστὶν ἀπέπτων, μικρὸν καὶ πυκνὸν ἀναπνεῖν ἀνάγκη. Nam ſi pectus, aut latera, aut ea quæ ſunt circa iugulũ & fauces, alicui inflammatione tentari contingat, atq; idcirco paruam & crebrã ducere ſpirationem ex neceſſitate, velut priore libro eſt demonſtratum, Hippocrates neq; difficilis reſpirationis genus, neq; prorſus quod difficulter ſpirabat, adſcribendum duxit. Frequens enim eſt hoc difficilis ſpirationis genus, & ferè quotidie cernitur in peripneumonia & pleuritide laborantibus, & in angina, ac in omnibus ferè quibus aliquid circa thoracem & pulmonem inflammatione tentatur. Quin & ad hepatis inflammationẽ, præcipueq; gibbarum partium, & ad lienis, maximeq; ipſius capitis, & peritonæi inflammationem eiuſcemodi difficilis ſpirationis ſpecies conſequitur. Sed & quibus ventriculus inflammatione laborat, magiſq; ſi eius oſculum & ſtomachus, & quibus membrana aliqua, aut ex muſculis qui ſunt circa hypochondria, aut ipſum ſeptum tranſuerſum fuerit inflammatum, iis omnibus parua & crebra fit ſpiratio. Sæpe vero aliquod etiam ex tenuibus inteſtinis, maximeq; ex his quæ circa ieiunum ſunt, & ſupremæ coli inteſtini partes, valde inflammatæ, ita difficilem ſpirationem induxerunt. Phlegmones nomine nunc intellecto duro, calido, & dolente tumore, quemadmodum Eraſiſtratus vocare conſueuit, & recentiores medici omnes, quandoquidem veteres φλόγωσιν hoc nomine donaſſe nemo ferè eſt qui neſciat. Demonſtratum vero eſt ſuperiore libro quam ob cauſam aqua inter cutem laborantibus, aut iis qui ſe potu aut cibis ingurgitarunt, & prægnantibus, iiſque qui ventre ſunt prominulo, parua & frequens inſit ſpiratio, atque in vniuerſum loquendo, iis omnibus qui in reſpirationis inſtrumentis anguſtiam aliquam ſentiunt. Hunc enim in modum & anhelofos & pulmonarios, & ſuppuratos, eóſque quibus ſpina dorſi vehementer diſtorta eſt, aut quibus cruda tubercula, aut in thorace aut in pulmone coaluerunt, ac in totum eos omnes quibus tumor aliquis indolens (ſcirrhum vocant) aut alius aliquis tumor effatu dignus in quacunque prius commemorata particula exiſtit, paruam & crebram ſpirationem ducere neceſſe eſt.

μέγα δὲ καὶ διὰ πολλοῦ] Hoc ex Prognoſtico deſcriptum luculentam habet Galen. explicationem libris de diff. ſpirandi: ſed nec vtrobique conuulſionis vlla eſt mentio. Et cuiuis in hac ſpirandi tractatione vel mediocriter verſato ſatis eſt perſpectum, conuulſioni eam ſpirationem attribui, quæ interciſa, eliſa, offenſans, intro reuocata aut retracta dicitur, & à Gal. abunde iis libris tractata, à nobis etiam ex illius mente lib. 2. epid. & lib. 1. in Philiſco fuſiſſimè explicata. Quin & placitum 68. lib. 4. propriam conuulſionis ſpirationem his verbis ſatis indicat: ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακόν, σπασμὸν γὰρ σημαίνει. Quod etiam multis in difficultatis ſpirandi tractatione docet Galenus. Quod igitur hic ſcribitur magnam & raram ſpirationem delirium indicare id & Hippocratis & Galeni monimentis eſt teſtatum. Quinetiam ſcripſit Celſus, vbi quis rarò & vehementer ſpirat, inſania timenda eſt. Verum conuulſionem ea ſpiratione indicari, neque eſt perpetuum, neque Hippocratis doctrinæ admodum conſentaneum. Vt igitur in hoc incondito & tumultuario opere multa ab authore è germanis Hippocratis fœtibus eruta, non ſatis aptè ſunt collocata, ita & hic conuulſio delirio addita ab eo videtur, quòd ſenſerit Hippocratem in quibus coniunctam delirio conuulſionem ſignificare voluerit, magnæ & raræ ſpirationi πνεῦμα ἀνακαλούμενον ἢ ἀνασπώμενον addidiſſe, vt vtroque affectu paria momenta faciente, ſua cuique peculiaris nota adderetur. Quod in tota Hippocratis theoria & verò Epidemiῶν πραγματείᾳ eſt ſolenne. Hic enim ex tanto ægrotorum numero, in ſolo Philiſco & Dromeadæ coniuge, magnæ & raræ ſpirationi proprio quodam modo delirium denuncianti, huius interciſæ ſpirationis notas addidit, vt vtriſque affectibus per totum morbum inualeſcentibus, eorum per ſpirationis notas ſigna ederentur. Nam etſi conuulſionum in Philiſco altum eſt omnino ſilentium, eas tamen non leuiter ſuſpectari docuimus noſtris in lib. 1. epid. annotationibus. Atque (quod ſemel finiam) vt mihi videtur magna & rara ſpiratio delirij eſſe propria, quod non omni ſed ſoli conueniat, ita ad conuulſionem interciſa ac intro reuocata ſpiratio affecta eſſe videtur. Non enim omnem conuulſionem indicat, cùm multi conuulſionibus tentati, nullum talis ſpirationis ſignum ediderint, vt cuiuis notum eſt ex ægr. 4. & 8. lib. 1. epid. & ægr. 4. lib. 3. & 11. & 14. lib. 3. poſt ſtatum peſtil. Sed quibus eliſa huiuſmodi ſpiratio adfuit, eos conuulſionibus expoſitos fuiſſe eſt credibile, etſi non eſt ſemper ab Hippocrate expreſſum, vt in Philiſco & Lycia ſuſpicari licet.

ψυχρὸν δὲ ἀραιόν] Alterum difficilis ſpirationis genus indicatur, quod parua & rara ſpiratione continetur, vt ſcribit Gal. lib. 3. περὶ δυσπνοίας, vbi hunc locum ex Prognoſtico petitum luculentis verbis explicat.

Θερμὸν δὲ καὶ πυρῶδες] Etſi febrile intus conceptum incendium ſpiratio iſta indicat, tandémque calidi natiui extinctionem affert,

A fert, non ita tamen præſentem perniciem ac frigida ſpiratio præ ſe fert, quæ iam in propinquo exitium adeſſe ſignificat, quod his verbis in Prognoſtico innuit Hippocrates, ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται. vt ſcribit Galenus lib. περὶ δυσπνοίας, febrilem autem & fuliginoſam ſpirationem eam eſſe quæ ex fuliginoſo & craſſo intus incendio ac terreſtri materia exhalat, & flammæ inſtar acris eſt, mordet & exæſtuat, tandemq; calidum natiuum depopulatur, & minus noxiæ quam frigidus ſpiritus affert. Eaq; ſpirationis ſpecies per θερμὸν πνεῦμα in epidemiis denotatur, vtq; frigidæ opponitur, ita magnam, crebram & velocem ſpirationem deſignat. Quæ omnia indicantur à Galeno his verbis lib. 1. περὶ δυσπν. ἃ γὰρ ὡς αἰθαλώδη τινὰ καὶ λιγνυώδη καὶ καπνώδη περιττώματα καλοῦμεν, ἐν τῷ τῆς θερμασίας γένει, γεώδη πάντα, καὶ οἷον ἡμίοπτα πρὸς τὴν ἔμφυτον θερμὴν, καθάπερ καπνὸς πρὸς πῦρ. φαίνεται γὰρ ἐναργῶς ἐπὶ τούτου ἀερώδη καὶ θερμὰ καὶ καπνώδη τῆς ὕλης περιττώματα, ἃ δηλοῖ ὡς ἔσχηκε μὲν εἰς ἑαυτὴν τὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν, οὐ μὴν πάντα ὑπ᾽ αὐτοῦ κεκράτηται. φλὸξ γὰρ ἂν οὕτως ἐγένετο, καὶ οὐκ ἂν ἔτι καπνός. ὅταν οὖν θερμασίας καπνώδης ἐν τοῖς σώμασι τῶν ζώων πλεονάζῃ, τὴν ἐκπνοὴν λέγων μεγάλην τε ἅμα γίνεσθαι καὶ ταχεῖαν, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. δῆλον δὲ ὅτι καὶ τὴν δύναμιν ἐρρῶσθαι χρὴ τηνικαῦτα, καὶ τῶν ὀργάνων μηδὲν πεπονθέναι. Quæ enim velut in fauillas conuerſa, & fuliginoſa, & fumoſa
B excrementa appellamus, in caloris genere, ea omnia terreſtria ſunt ac veluti ſemicocta ad calorem innatum relata, quemadmodum fumus ad ignem. In eo enim manifeſtè apparent aeria omnia, & calida, & fumoſa materiæ recrementa, quæ quidem oſtendunt ſuſceptam eſſe in ſeipſa ignis vim, non tamen omnia ab ipſo eſſe ſuperata. Sic enim flamma euaderet, neque adhuc fumus eſſet. Quare vbi fumoſa caliditas in animantium corporibus redundarit, ſi quis expirationem ſimul magnam & velocem fieri dixerit, non vtique errauerit. Conſtat autem & tunc facultatem integram eſſe oportere, nullumque inſtrumentum male affectum. Caluus pro λιγνυώδης, λυγμώδης etiam & ἀχλυώδης legiſſe videtur, nullo noſtrorum codicum conſenſu.

καὶ τὸ μέγα ἔξω πνεῖσθαι] Hic explicantur complexæ reſpirationis differentiæ, quæ κατὰ διάστημα ſpectantur, vt ſcribit Gal. & inſpiratione & expiratione continentur, & in ſpiritus magnitudine aut paruitate concluduntur. Et hæ quidem ex libris epid. petitæ. hic integræ ſupponuntur, etſi altera parte diminutæ adſcribuntur lib. 2. epid. Verùm illic integritas ex lib. 6. & Gal. lib. 3. de diff. ſpir. repoſuimus. Quibus ex locis huius loci explicatio petenda eſt.

C καὶ τὸ ἐναντίον] Aliæ ſunt reſpirationis differentiæ quæ ad motionem referuntur, & in velocitate ac tarditate ſpectantur, ex lib. 2. epid. tranſlatæ, & illic à nobis ex Galeni ſententia explicatæ. Quod autem in omnibus exemplaribus δι᾽ ἀμαυρὸν adſcribitur, id valde perplexum ſenſum facit. Ad ἐκτεῖνον relatum tardam reſpirationem & protenſam, obſcuram quidem eſſe ſignificabit, ideoque tanquam valde ſuſpectam damnabit, cum ferè huic rara & parua ſpiratio coniuncta ſit, indéque calidi natiui extinctio ſummáque perfrictio denotetur. Quod ſi ad καταπνοὴν referatur, alium habebit notionem, & ad extinctionem progreſſum ſignificabit, & pro vſus neceſſitate præſentiſſimum adeſſe exitium, velut in præfocatis ac ſtrangulabundis, & præcipiti vrium lapſu, aut extrema partium vitalium & caloris natiui refrigeratione moribundis accidit, καὶ ταῖς ἀναλήψεσι ἀπνοίαις, ἢ τῇ ὑστερικῇ πνιγί. in quibus ἄσημον πνεῦμα adeſſe ſcribit Hippocrates & Galenus ἀμαυρὸν καὶ δυσγνωστὸν exponit in fine lib. 3. de diff. ſpir. Atque in hunc modum τὸ ἀμαυρὸν aut obſcuram ſpirationem præ ſe feret, quod (vt ſcribit Galenus) ὅτι μὴ διάστημα σαφὲς πνεύματος, οὐδ᾽ ἔστιν ἰδεῖν κατάδηλον. διὰ τοῦτ᾽ ἄσημα καλοῦσιν οἱ ἑρμηνευταί. eoq; ſpectare videntur exemplaria quæ καὶ ἀμαυρὸν leguntur: aut certè extinctionem & languorem ſignificabit, quo
D in ſenſu ἀμαυρὸν etiam ponitur, & præſentiſſimum exitium denotabit. Caluus ἀμαυρὸν nigricantem ſpiritum dixit, non explicata ſatis ratione, quod ἀμαυρὸν de obſcuro & fuſco dicatur: niſi ſi caliginoſam ac fuliginoſam ideoq; obſcuram & fuſcam ſpirationem intelligit, quæ ex plurimis fuliginoſis incenſis excrementis ducitur, & quæ paulò ante explicata eſt magnumq; & velocem ſpiritum facit. Præceptor Hollerius ἐκτεῖνον πνεῦμα de longo & producto ſpiritu accipit, qui longius protenditur & per quædam media ſuſpiria educitur, vt & ἀμαυρὸν, de obſcuro & adeo paruo, vt ferè nullus appareat. Cæterùm hanc ſcriptionem hoc modo diſtinximus, ac exitij præſentiam huic ſententiæ addiximus, refragantibus reliquis exemplaribus, cum priori ſententiæ tam certò intentata pernicies iure accommodari non poſſit. Etenim quæ magna eſt intrò ſpiratio & foris parua, cùm calidi natiui intenſionem, & fuliginoſi recrementi defectum indicet, vt ſcribit Galenus lib. 1. περὶ δυσπν. tam præſentem mortem intentare nequit. At ſanè cùm tam operoſa ſit harum vocum explicatio, quòd & in epidemiis, vnde ferè cætera deſumpta ſunt, earum ſit altum ſilentium, & verò hoc loco perplexa ſignificatio: per quidem mirum videatur, in ſpirationis tractatione, ex hoc præſagio locos iſtos non fuiſſe à Galeno pertra-
E ctatos, niſi ſi in eam cognitionem reiectos fuiſſe arbitramur, in qua eorum quæ Hippocrati attribuuntur quæſtionem exercere poſſe ſperauerat, quod in his quæ ad difficultatem ſpirandi attinent omninò inſtituerat, vt ſcribit extremo lib. 3. de diff. ſpir.

διπλῆ εἴσω ἐπισπάσει] His verbis altera ſpirationis inæqualitas, quæ interrupta, eliſa ac deſinens dicitur, comprehenditur, & in vtraq; ſpirationis parte ſpectari debet, etſi inſpirationis modò ſcriptor meminerit, vt fuſiſſimè ſcripſimus noſtris in lib. 2. epid. Commentariis, vbi huius loci ex Galeno explicationem attulimus. Quorum verborum ſenſum ad Hippocratis mentem non ſatis aptè mihi videtur accommodaſſe Caluus, cùm duplo maiorem ſpiritum ſi includatur, quam ſi expiretur, dixit. Etenim tam in inſpiratione quàm expiratione eliſionem ac offenſionem illam ſpectari iubet Hippocrates, vt ex Galeno libris περὶ δυσπν. ſatis eſt manifeſtum.

ἔστι δὲ] Hic locus ex Progn. repetitus inde etiam explicationem ſumere debet, & ex Galeno lib. 3. περὶ δυσπν. Meliore autem notione ſcribitur in Prognoſtico, quæ huc referri debet.

F 361 Τράχηλος σκληρὸς καὶ ἐπώδυνος, καὶ γνάθων συνδέσιες, καὶ φλεβῶν σφαγιτίδων παλμὸς ἰσχυρὸς, καὶ τενόντων ξυντάσιες, ὀλέθριον.

Ceruix dura cum dolore, & maxillarum connexio, ac iugularium venarum palpitatio vehemens, cum tendinum diſtenſione, perniciem minantur.

Sunt hæc plethorica ſymptomata, & perniciem ferèque conuulſionem minantur, præcipuè vero ſi iſta affectio neruorum principio contingant, non ex ſingulari aliquo partium affectu, vt ſcribit Gal. Com. 1. in Prorrh. Præcipuè verò ceruicis muſculorum phlegmone denotatur hoc placito, & muſculorum temporalium conuulſio, vnde maxillæ inferioris conſertio fit. παλμὸς autem phlegmonis magnitudinem indicat, ex aſpectabili arteriarum percuſſu, αὐτὸ τὸ σφυγμὸν, vt in Prognoſt. & aphor. 21. lib. 7. Sic enim παλμὸν αὐτὸ τὸ σφυγμὸν apud Hippocratem ſumi ſcribit Galen. in Prorrh. ξυντάσιας autem τενόντων neruoſorum tendinum diſtenſionem intelligit, qui à temporalibus muſculis, à temporum oſſibus deſcendentibus comprehenduntur, cornicemq; inferioris maxillæ cir-
G cumcirca totam circundant. Poſſunt & manducatoriorum muſculorum etiam tendines intelligi. Hos enim neruoſos tendines ex vtriſque maxillæ capitibus oriri ſcribit Hippocrates, ex quibus annexi ſunt muſculi temporales & maſticatorij. Ideoq; quòd vicinia cerebrum afficiant, promptè conuulſiones & ſopores inducunt.

362 Τὰ ἐν φάρυγξι ἰσχνῷ ἀλγήματα πνιγώδεα, ἀπὸ κεφαλῆς ἀλγηδόνος ὁρμώμενα, σπασμώδεα.

Faucium gracilium præfocantes dolores, vbi ex capitis dolore ortū duxerint, conuulſiones adferunt.

Hanc ſententiam ex ægrotorum particularium obſeruatione natam, nec dum perpetuitate conſtantem, oſtendit Prorrh. 104. vbi quibuſdam immutatis verbis ſcribitur, & Thraſynontis conſobrinæ exemplo ambiguitatem facit. Ac in his caſibus conuulſiones ſuſpectas potiùs quàm neceſſarias, hæc Prorrhetici verba ſatis indicant, ἔχει τι σπασμῶδες. Qua phraſi, aut paruas, aut raras eſſe conuulſiones innuit Hippocrates (vt ſcribit Galenus.) Solent autem hi ferè ſub mortem ſtrangulari, etſi apperito neruorum principio poſſunt etiam conuulſiones non immeritò ſuſpectari.

H 363 Αἱ τραχήλου καὶ μεταφρένου ψύξιες δοκέουσαι, καὶ ὅλου δὲ τοῦ σώματος, σπασμώδεες, ἐν τουτέοισι κριμνώδεες οὐρήσιες.

Ceruicis ac dorſi perfrictiones, quæ etiam totum corpus peruadere videntur, conuulſiones denunciāt, in quibus vrinæ hordei toſti non exactè moliti craſſioribus fruſtulis ſimilia continent.

Ex Prorrh. 113. ſcripta eſt hæc ſententia, & antea quoque ab hoc authore in hoc præſagio adumbrata. Vbi κριμνώδεας οὐρήσιας poſuit, & ex Galeno probauimus, cum in † Prorrh. ἀφρώδεις ſcribantur, κριμνώδεις verò vrinæ, quæ hordei toſti negligentiùs moliti craſſioribus fruſtulis ſimilia continent, cùm à nobis ſint ſæpius explicatæ in epidemiis, ſummámque materiæ inæqualitatem & ex febrili materia colliquationem indicent, non abſurdè conuulſiones ſuſpectant, præſertim ſi pàrtium ſolidarum tabitudinem præ ſe

num concitatus & magnus ſpiritus, aut geniturę ſimilis excretio prodiens, ſingultum prænunciet? aluus vero fortaſſis etiam biliosa demittat? Eos ſplendeſcens quiddam per vrinam redditum iuuat, aluus verò in his etiam commouetur.

τὸ θολερὸν πτύσμα καὶ τὸ γονοειδὲς διελθὸν, λύγγα σημαίνει; κοιλίην δὲ ἆρα χολώδης προσδιέρχεται; τὸ λαμπρῶδες ἐν τουτέοισιν οὐρηθὲν ὠφελέει. καὶ κοιλίαι δὲ τουτέοισιν ἐπιταράσσονται. A

Coitio eſt & multum perplexa concurſio, quæ Prorrh. 92. repetitur, & à Galeno fuſiſſimis verbis explicatur. Ex quo vitioſo interductu diſparata in publicatis codicibus ſententia reponenda eſt ſimulque coniungenda, etſi quidam diſtinctionem eiuſmodi probant. Codices ſcripti καυματώδεα pro καυσώδεα legunt, & Prorrhetico conſentiunt, vbi καυστικὰ ſcribitur, etſi καῦμα cum μαρασμῷ aptam habet ad communem cauſam cognationem. Hic ἀπόσιτοι, ἀπολελαμμένοι, ſcribitur, in Prorrh. σῖτον ἀπολελαμμένον legitur. Atque iſtis verbis vtraque Gal. expoſitio comprehenditur: etſi Galen. eam notionem quæ πρὸς ἐπικεχυμένον τὴν γαστέρα ſignificat magis amplectitur. Atque hic mihi videtur locus diſertis verbis ab Erotiano indicari, cum ſcribit ἀπολελαμμένους Bacchio denotare τοὺς φιμωθέντας. Epicli verò τοὺς οὐ χέοντας, ἢ κατεσφηνωμένους, ἢ ἀπειλημμένους, quam poſtremam explicationem amplectitur, vt ſit idem quod Galenus ſignificat, τοὺς τὴν κοιλίαν ἐπικεχυμένον. Idem quoque Erotianus τὸ γονοειδὲς ad οὖρον refert, & τὸ λευκὸν καὶ παχὺ exponit, & τὸ γονοειδὲς quibuſdam legi innuit, vt ſcripſimus in Prorrh. B

Vbi cerebrum ſyderatione periclitatur, quidam tribus diebus, quidam etiam ſeptem moriuntur, quos ſi euaſerint, ſeruantur. Ex quorum numero pereunt quibus per ſectionem os diſparatum apparuerit.

187 Ἐγκεφάλου σφακελίσαντος, οἱ μὲν ἐν τῇσι τρισὶν ἡμέρῃσιν, οἱ δ' ἐν τῇσιν ἑβδόμῃσι τελευτῶσι. ταύτας δὲ διαφυγόντες, σώζονται. οἷσι δὲ ἀνατμηθεῖσι τῶν τουτέων διεστηκὸς εὑρεθῇ τὸ ὀστέον, ἀπόλλυνται.

Hic agitur de cerebro ex inflammatione ad ſyderationem & corruptionem tendente. Sic enim σφάκελον ſumi pro nondum confirmata ſyderatione & eo qui ad corruptionem fit progreſſu, ex Galeno indicauimus noſtris in lib. 2. epid. Com. Sumpta autem eſt hæc ſententia ex aph. 50. lib. 7. & libr. de Morb. 2. & 3. Vbi quintum etiam addit diem, & ſectionis viam ac modum aperit. Fit autem ſectio, vt via fiat puri & tetris vaporibus, ac facilius ad locum affectum remedia admoueantur. Dicitur autem διεστηκὸς τὸ ὀστέον os diſparatum aut diſiunctum quia inualeſcente corrupela caluariæ os à membranis quæ oſſi colligantur, præcipuè qua parte ſuturæ ſunt, ſeparatur, & ab iſta vnionis ſolutione mors imminet, maximè vero ſi membranæ iam nigricant, & motus cerebri nullus amplius apparet. Poteſt etiam intelligi os diſiunctum, quod oſſis pars quædam corruptione putreſcens ab integra ſecedat, non æquè tamen vrgente periculo, velut in membranarum ab oſſe ſeparatione. Exemplaria omnia manu ſcripta pro σώζονται, ζῶσι, habent, quam etiam lectionem adhibuit Caluus. C

Quibus ex poſteriore parte oſſibus fractis, capitis dolor ineſt, vehemens, & craſſa è naribus fluxio malo eſt. Ij dolore antea ad oculum ſuborto, rigore corripiuntur. Quinetiam oſſium ad tempora effracturæ, conuulſiones accerſere ſolent.

188 Τοῖσι κεφαλαλγικοῖσιν ὀστέα ῥαγεῖσιν ἐκ τοῦ ὄπισθεν, ῥύσις ἐκ μυκτήρων λάβρος, παχέα, κακόν. ὀφθαλμοὶ προσαλγήσαντες οὗτοι, ῥιγέουσιν. ἆρα αἱ κατὰ κροτάφους ὀστέων διαφραγαὶ σπασμώδεες; D

Magnas & inſignes capitis offenſiones attingit. Cùm nanque os capitis poſterius ſit duriſſimum & craſſiſſimum, minórque quàm cæteris partibus cerebri portio illi ſubſit (vt ſcribit Hippocrates) non niſi in validè impactis offenſionibus rumpitur, eæque noxiæ diuturniores eſſe ſolent, promptiúſque periculum effugiunt. Liberalis autem & magna ſanguinis è naribus fluxio, inſigne in poſteriorem capitis partem inflictum eſſe vulnus indicat, ex quo maiores venas, quæ in anteriorem partem feruntur, diruptas eſſe conuenit. Quam in rem in capitis vulneribus ſolemus ægrorum interrogationes adhibere, num ſanguinem è naribus aut ore effuderint, aut velut attoniti conciderint, aut conſopiti fuerint. Quæ lethalium vulnerum indicia adſcribit Hippocrates. Idem quoque in grauibus capitis offenſionibus, rubicundum aut ἐρυσιπελατῶδες faciei tumorem, aut amborum oculorum, aut etiam alterius, ex membranarum cerebri affectione annotat, rigorem quoque & febrem, quæ hyeme tardius, æſtate autem celerius occupet. Quibus affectibus medicamento bilem deturbante conſulit. Ac aliàs quoque in oculorum doloribus alui profluuium plærunque moueri ſolet & ſalutare eſſe. * At verò ad grauium capitis offenſionum numerum temporum vulnera meritò adiunguntur, quòd temporum oſſa ſint admodum tenuia & imbecilla, magnúſque ad eum locum ſit venarum, arteriarum ac neruorum concurſus proximáque cerebri vicinia. Quamobrem pericaloſa admodum ſymptomata conuehunt, conuulſiones & ſopores accerſunt, quod (vt ſcribit Hippocr. lib. de art.) ἐν σπασμῷ καὶ τ. τάσει τοῦτο ἀρθρον τὸ ἄρθρον ἐπικαιρότατον συντιθέμενον, καὶ ἐπὶ πλαγαὶ κρίσεως καὶ καρώδεις καὶ κροταφώδεις γίνονται. Qui locus quoque in eam cauſam pertrahitur Galeno Comm. 3. in Prorrh. Quin & Prorrh. 21. ſuſpectæ ſunt temporum præciſiones, his verbis: ἆρά γε καὶ αἱ κατὰ κρόταφον ὀστέων διακοπαὶ σπασμὸν ἐπιφέρουσι; Hippocrates quoque libello περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων temporum ſectiones cauet, quòd hæ offenſiones conuulſiones accerſant. Quod etiam exemplis quibuſdam docetur lib. 5. epid. Cæterùm quod ad ſcriptionem attinet, reconditi quidam manu ſcripti codices ταχέα pro παχέα legunt, vt larga & celeriter offenſioni ſuccedens ſanguinis fluxio intelligatur, aut quæ celeriter cum impetu aut vehementer decurrat. Quæ lectio non videtur aſpernabilis. Quidam etiam manu ſcriptus codex, ἆρα αἱ κατὰ κρόταφον ὀστέων διαφραγαὶ legit: Aliter quoque Regius codex διαφραγαὶς vitioſè, vt & Aſulanus διαφραγαῖς. E

* Aphor. 17. lib. 6.

Auris intenſus dolor cum febre acuta, ac cæteris aliquantò grauioribus ſignis, iuuenes quidem intra ſeptimum diem, aut etiam celeriùs, cum delirio necat, niſi puris copia ex aure, aut ſanguis ex naribus effluat, aut aliud quoddam laudabile ſignum extiterit. Ætate autem prouectiores tardius aut minus tollit. Nam & in his aures ante ſuppurant, & delirium minùs infeſtat. Sed & in hac ætate multis morbus reuertitur, ac proinde interficere ſolet.

189 Ὠτὸς πόνος σύντονος, μετὰ πυρετοῦ ὀξέος, καὶ ἄλλου τοῦ σημείου τῶν ἀποδυσκόλων, τοὺς μὲν νέους ἑβδομαίους κτείνει, καὶ συντομώτερον παραφρονήσαντας, μὴ ῥυέντος πολλοῦ πύου ἐκ τοῦ ὠτὸς, ἢ ἐκ ῥινῶν αἵματος, μηδὲ ἄλλου τοῦ σημείου χρηστοῦ γενομένου· τοὺς δὲ πρεσβυτέρους βραδύτερον καὶ ἧσσον ἀναιρεῖ. τά τε γὰρ ὦτα φθάνει ἐκπυέειν, καὶ παραφρονέουσιν ἧσσον. ὑποστρέφουσι δὲ οἱ πολλοὶ τουτέων, καὶ οὕτως ἀπόλλυνται. G

Hoc præſagium luculentis verbis ab Hipp. in Progn. deſcriptum eſt, paucis quidem immutatis. Sed illic ſanguinis per nares effluentis altum eſt ſilentium. Et hunc locum ex Prognoſtico vertit Celſus cap. 7. lib. 2. his verbis, quæ in omnibus noſtris codicibus vitioſè adſcripta ſunt. Auris dolor acutus cum febre continua vehementique, ſæpe mentem turbat, & ex eo caſu iuniores interdum intra ſeptimum diem moriuntur, ſeniores tardiùs, quoniam neque æquè magnas febres experiuntur, neque æquè inſaniunt. Ita ſuſtinent dum is affectus in pus vertatur. Sic enim legendum eſſe ſatis teſtatur quod hic ſcribitur, τά τε γὰρ ὦτα φθάνει ἐκπυέειν, & quod in Prognoſtico ἐκπυΐσκεσθαι. Sed publicati omnes codices (intus verſatur) habent, alieno aut propè nullo ſenſu. H

In præcipitibus & turbulentis morbis obueniens ſurditas malo eſt. Quin & in longis morbis malum portendit, ac in his ad coxendices labores conuehit.

190 Κώφωσις ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι παρακολουθοῦσα, κακόν. κακὸν δὲ καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν. ἀλλὰ δὲ τουτέοισι καὶ ἐς ἰσχία πόνος.

Huius præſagij prima pars repetitur ex Prorrh. 33. Poſtrema vero ex ſolutionum legibus pendet, ex quibus & ſurditas in febribus abſoluitur, vt ſcribitur libello περὶ κρισίμων. κώφωσις δὲ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι αἷμα ῥυὲν, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα χολώδεα, ἢ δυσεντερίη ἐπιγενομένη, ἢ ἐς τὸ ἰσχίον

A ἰκτερον ἢ γυναῖκα. Quod etiam comprobat hiſtoria ægri 9 poſt ſt. peſt. libr. 3. Epid. quæ ad huius ſententiæ intelligentiam plurimùm mihi facere videntur.

191 Ἐν πυρετοῖσι κώφωσις, κοιλίην ἐφίστησιν.

In febribus enata ſurditas, aluum remoratur & ſiſtit.

Hoc ex materiæ ſurſum repentis motu pendet, ſibiq; inuicem mutuas operas conferunt ſurditas & alui profluuium, vt ex aph. 28 lib. 4. patet. Non ſecus lib. 2. Epid. [illegible], καὶ αἷμα πολλὸν ἐκ τῶν ῥινῶν.

192 Ὦτα ψυχρὰ καὶ διαφανέα, καὶ συνεσταλμένα, ὀλέθριον.

Aures frigidæ, pellucidæ contractæq; perniciem minantur.

B In Prognoſtico & poſtea hoc præſagio ὦτα ψυχρὰ καὶ συνεσταλμένα inter lethales faciei notas reponit, ſed hic διαφανέα adduntur, quod aures cartilagineæ, excarnes, & exangues ſiccitate contabeſcant & pelluceant, ideoq; facillimè contrahantur.

193 Βόμβος ἐν ὀξέσι, καὶ ἦχος ἐν ὠσὶ, θανάσιμον.

In præcipitibus morbis murmur edentes ac tinnientes aures, mortem prænunciant.

Hæc ſententia διορισμοῦ indiget ad circumſcriptionem, & in conſilium cætera ſigna adhibenda ſunt. Flatuum enim magna copia ex craſſa & cruda materiæ abundantia denunciatur, qui ad aures conuoluti & agitati, vbi in anguſtiis reuoluuntur, ſonitus, tinnitus ac ſtridores faciunt. Quòd ſi in amplitudinem cauam effundantur, & locorum anguſtiis concludantur, murmur reſonans, ſtrepitum & bombos faciunt, quales in apibus aut veſpis inaudiuntur. Eſt igitur vbi natura huiuſmodi materiæ abundantiam ac craſſitudinem ſuperat, ac in ea à calore natiuo ſubagitatione, flatus erumpunt, ac nullius periculi metus eſt. Interdum verò ex magna ſpirituum perturbatione, ac bilis quæ in vaſis feruet concitatione, flatus plurimi in cerebrum feruntur, quibus ſuccenſis

C dilirium aut conuulſio, ac tandem pernicies imminet.

194 Ἦχοι μετ' ἀμβλυωσμοῦ, καὶ κατὰ ῥῖνας βάρεος, παρακρουστικὸν, καὶ αἱμορραγές.

Aurium ſonitus cum viſus hebetudine, & ad nares grauitatis ſenſu, mentis exceſſum, ac ſanguinis ex naribus profluuium præſagiunt.

Iſta in febribus ardentibus intelligenda eſſe docet Prorrh. 18. & ſententia 151. huius præſagij ſupra explicata. Hic autem παρακρουστικὸν legitur, quod illic ἐξίστανται μελαγχολικῶς effertur. Quò certè reſpiciunt publicati codices, qui βαρέως παρακρουστικὸν legunt. Sed nos reconditis membranis ac locis annotatis, κατὰ ῥῖνας βάρεος ſcripſimus.

195 Οἷσι κώφωσις μετὰ καρηβαρίης, καὶ ὑποχονδρίου

D ἐντάσιος, καὶ πρὸς αὐγὰς ἐνοχλεῖ, αἱμόρροος.

Qui ſurditate cũ capitis grauitate, ac præcordiorũ contenſione vexantur, ſi oculorũ acies perturbatur, in iis ſanguinis è naribus fluxum ſperare oportet.

Prorrhet. 147. hæc repetitur ſententia, vbi ex hoc loco τὰ πρὸς αὐγὰς ἐνοχλέοντα cum Galeno legimus, contra interpretum fidem. Sunt enim quæ τὰ κατὰ [illegible] τὰς ὄψιας, hoc eſt, tenebricoſas viſus caligines, aut offuſas oculis tenebras, libr. 1. Epid. protulit Hippocrates, in hæmorrhagiæ ſignis, ac alibi per ἀμβλυωγμὸν denotat. Atque ea verior eſt lectio quam quæ πρὸς αὐτὰ habet, vt Prorrh. cum etiam manu ſcriptorum codicum fide teſtata ſit. Etſi exemplaria Regia manu ſcripta duo aliter legunt, ex quibus vnum πρὸς αὐτὰ ἐνοχλεῖ habet, alterum etiam ἐνοχλεῖ ſcribit. Quæ lectio ad ξὺν πόνῳ ὑποχονδρίου μετ' ὀδύνης ſpectat, quam Capitonis ſectatores lib. 1. Epid. adſcripſerunt, eamque reprehendit Galenus. Qua de re pluribus egimus noſtris in eum librum Annotationibus. Quò etiam Caluum reſpexiſſe codicibus manu ſcriptis innixum conſtat, cùm (præcordiorum diſtenſio ‘em quæ vexet) dixit, & illud πρὸς αὐγὰς omiſit. Codices quoque manu ſcripti hic ἔντασις pro ἐντάσιος legunt, eodem omnino ſenſu.

196 Ἐν ὀξεῖ πυρετῷ ὦτα κωφοῦσθαι, μανικόν.

E In acuta febre aures obtuſæ vehementem inſaniam portendunt.

Sic rectiùs & cum circumſcriptione libello περὶ κρισίων, ὅσοισι δὲ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφοῦται, τουτέοισιν ἀπολυθέντος τοῦ πυρετοῦ, μανίας ἀνάγκη λαβεῖν, [illegible]. Vnde aph 60. lib. 4. decerptus videtur. Aures autem obſurdeſcentes obtuſas ex Celſo diximus, atq; hic μανικὸν pro vehementi ac furioſa inſania, vt aliàs ſæpe, accipimus, quam certè ſurditas quæ à bile efferueſcente aut ab inflammatione cerebri excitatur, promouere poteſt.

197 Οἱ δύσκωφοι, ἐν τῷ λαμβάνειν τρομώδεες, γλῶσσαν παραλελυμένοι, ναρκώδεες, κακόν.

Graui ſurditate tentati, dum aliquid prehendunt tremuli, linguæ reſolutione ac torpore affecti, malè habere iudicantur.

Oportuit in hac concurſione neruorum ac ſenſuum principium valde affectum fuiſſe, vnde ſubiectorum neruorum irrigatio-

F imbecillitas, aut obſtructio ſubſecuta, manuum tremores, linguæ reſolutionem, ac torporem attulit. Prorrh. 95. χεῖρες τρομώδεες παραληρεῖν, τράχηλον ἐπώδυνον, ὑπόκωφοι, ex eadem cauſa producuntur, ſed coitio illa ex diſſimilis naturæ ſignorum mixtione perturbationem accepit. Sunt autem ἐν τῷ λαμβάνειν τρομώδεες, qui cùm aliquid prehendunt, ſiue cibum intelligas, ſiue quid aliud, tremulas habent manus, velut in Prorrh. χεῖρες τρομώδεες dicuntur.

198 Προϊούσης ἀρρωστίης κώφωσις, καὶ οὖρον ὑπέρυθρον, ἀκατάστατον, ἐναιωρεύμενον, παρακρουστικόν. Ὃ ἰκτεριοῦσθαι ἐν τούτοισι κακόν. Κακὸν δὲ καὶ ἐπὶ ἰκτέρου

G μώρωσις. Τούτους ἀφώνους αἰσθανομένους ξυμβαίνει πνίγεσθαι. Τάχα δὲ καὶ κοιλίη πονηρεύεται τούτοισι.

Procedente morbo ſurditas, ac vrina ſubrubra, cũ nullo ſedimento, ſed cum ſublimamentis in medio innatantibus, mentis emotionem prænunciant. In his morbo regio corripi malum eſt. Quinetiam malo eſt ex morbo regio fatuitas. Hos voce defectos, abſque ſenſuum læſione præfocari contingit. Ac fortaſſis etiam in his aluus malè afficitur.

Duas iſtas ſententias in codicibus publicatis diſparatas, ex Prorrh. 32. coniunximus, vnde explicationem mutuare debent. Ac videtur ſignorum iſta concurſio ex Hermocrate lib. 3. Epid. non ſatis prudenter in iſtam vniuerſalem artis complexionem deducta, vt cuiuis facta inter ſe caſuum collatione patebit. Quod quidem Prorrhetici ac huius præſagij authori præter morem ac artis rationem eſt ſolenne, & à Galeno ſæpe reprehenſum. Cuius quidem etiam temeritatis fidem facit in Prorrhetico, cum Hermippi ſubindicato nomine comprehenſionem iſtam integram eleuauit (niſi ſi fortè Hermocratem illum in Epidemiis celebrem ſignificare voluit) quod hic omnino ſilentio ſuppreſſit. Sunt autem ἀκατάστατα οὖρα, quæ paſſim Hippocrati ταραχώδεα καὶ ἀδιάστατα [illegible] in genere τῶν ἀκαταστάτων [illegible]. Quæ cùm magnam venoſi generis ex flatuum & cruditatis permixtione perturbationem

H indicent, exuberantem calidioris materiæ ac ſpirituum copiam ſubleuant, vnde & ſublimamenta per medias vrinas ſuſpenſa feruntur, & capitis dolores ac deliria plærunque imminent, etſi iſta nullam neceſſitatem inuehunt, vt ſcribit Galenus Comment. 3. in lib. 1. Epid. & Comm. 3. in Prorrh. Vnde fit vt apud Hippocratem in Epid. ἐναιώρημα μετέωρον, mentis inconſtantiam ſæpe deſignet. Hîc autem quod dicitur ἀκατάστατον οὖρον ἐναιωρεύμενον, Galenus in Prorrhetico τὰ ἀκατάστατα οὖρα ἐν ἐναιωρήματι ponit, quæ ſublimamenta confuſam ex magna perturbatione humorum agitationẽ denotant. Ac rurſus quæ poſuit in Prorrh. οὖρα ὑπέρυθρα, hic ὑπέρυθρα vocat, quæ cùm crudioris & ſeroſi ſanguinis abundantiam indicent, ex calidiore materia multam ſubuectam exhalationem ſignificant, vnde & ſurditas & delirium, vt ὑπέρυθρον hic meliùs legatur. μώρωσιν verò fatuitatem aut ſtupiditatem intelligimus, quòd νωθρότητα ex alio Hippocratis loco explicet Galenus in Prorr. μαύρωσις tamen habent exemplaria manu ſcripta, qua etiam ſenſuum hebetatio, extinctio & ſtupiditas intelligitur. μαυρὸς enim μωρὸς & ἀμαυρὸς ſignificat, hebetem & ſtolidum. Quod ſequitur τούτους ἀφώνους αἰσθανομένους συμβαίνει πνίγεσθαι legitur in Prorrh. quam lectionem etiam agnoſcit Galenus Comment. ad aph. 312

lib.6. eamq́ue his ſecutus eſt Cornarius. Exemplaria tamen manu ſcripta πνιγώδης habent & publicatorum codicum fidem atte- A ſtantur. Quæ etiam conſtare poteſt, dum voce defecta & laryngis muſculis affectis, ſpiritus viæ ita coarctantur vt præfocatio impendeat. Quod verò in Prorrh. καταῤῥόγνωδες κοιλίαι poſuit, hic στροφώδης dicitur, quod cruciatu & torminibus malè affici aut diffluere ſignificat. στρεψώδεις ἀῤῥίγως exemplaria etiam quædam ſcripta legunt, alia quoque στρεφώδεις. Vitioſa autem exemplaria quædam quæ κατ᾽ οὖρον pro ᾗ οὖρον habent.

Quæ cum dolore exoriuntur ad aures tubercula, perniciem minantur.

99 Τὰ ξὺν ὀδύνῃ πρὸς τὰ περὶ οὖς ἀνιστάμενα, ὀλέθρια.

Ex inſigni dolore inflammationis vis colligitur, quæ facilè cerebro conſentit, indéq; mors ſæpe conſequitur, tum quod frequenter parotides iam affecto morbo & viribus exhauſto ægro ferè ſuperueniunt, vnde ſymptomatum vehementia ægros ſæpe conficiunt. Alioqui ſalutares abſceſſus in Hippocratis diſciplina parotides annotantur, quas tamen ferè inſalubres his in regionibus experimur. B

In febribus ex prægreſſo dolore rubores ad aures ſubnaſcentes, ignis ſacri in facie ſpem faciunt. Quin & conuulſiones cum vocis priuatione & virium exolutione ad hæc conſequi par eſt.

100 Τὰ περὶ οὖς ἐκ τοῦ ἐμπροσθεν ἀλγήματος ἐρυθήματα ἐν πυρετοῖσι γινόμενα, σημεῖον μὲν ἐρυσιπέλατος ἐπὶ προσώπου ἐσομένου. ἀτὰρ δὲ σπασμοὶ ἐκ τῶν τοιούτων γίνονται μετὰ ἀφωνίης καὶ ἐκλύσιος.

Eryſipelatos aut ignis ſacri non ſemper iſta ſpem faciunt, ſed interdum parotidum, interdum etiam hæmorrhagiæ deſignationem. Sunt enim iſta repentis ſurſum materiæ cum calore indicia. Sunt autem hic ἐρυθήματα tumores flammei ac rubores, qui ſublatis in cerebrum cum ſanguinis copia vaporibus in facie apparent, ac inter plethorica cerebri ſymptomata adſcribuntur. Sic antea in abſceſſuum ad aures denunciatione, καὶ τὰ προσώπου ἐρυθήματα, & Prorrh. 165. quæ circa faciem contingere ſolent, in conſilium adhiberi admonet. In quibus τὸ ἐρυθρὸν προσώπου, ᾗ ὄγκον αὐτοῦ εἶναι annumerat Galenus. Conſentaneum autem eſt cum vocis defectione ac virium exolutione conuulſiones plærunque ad iſtam humorum copiam conſequi, quæ ſunt multitudine grauati ac malè affecti cerebri noxiæ, vt ſcribit Galenus in Prorrh. Quin & in αἰδοιοῖς quos ὀξύρυθρους vocant, ex ſuccorum in cerebrum calore ſublatorum copia, παραλογίας δὲ ἐπιδόσιον antea in hoc præſagio, vt & ex Prorrh. 88. annotauimus. † Fieri etiam poteſt vt materia ipſa intrò recurrens relicta ignobili ſede, mentis arcem petat, vbi ſua acrimonia vi neruis illata, conuulſionem accerſit & vocis defectionem cum virium exolutione. Quod autem de tumoribus flammeis dicimus ad aures ſubnaſcentibus, quidam ad tubercula circa aures exorta referunt, quæ prægreſſo in facie rubore excitentur, & τὰ παρ᾽ οὖς, vſitata Hippocrati locutione, pro tumoribus circa aures ſubortis accipiunt. Quam lectionem ſecutus Caluus videtur. Atque etiam ex tabulis in hanc rem velut à præcone teſtes citantur. Nam & membranæ ſcriptæ hanc habent lectionem, τὰ παρ᾽ οὖς ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν ἐρυθήματος ἐν πυρετοῖσι γινόμενα. Et quidam codices etiam manu ſcripti Regij vtranque lectionem addunt & ἀλγήματος ἐρυθήματος habent, vitioſè ex altera efficta D lectione, cùm alterum tantum aut ἀλγήματος, aut ἐρυθήματος legi debeat. † Sent. 162.

In plurimis graueolentibus deiectionibus cum febre acuta: præcordiorum contenſione, ex longo interuallo oborta ad aures tubercula, mortem adferunt.

101 Τὰ περὶ οὖς ἐπὶ πλείστοισι δυσώδεσι, πυρετῷ ὀξεῖ, ὑποχονδρίῳ συντόνῳ, χρονιωτέρως ἐξαρθέντα, κτείνει.

Deiectiones graueolentes magnam putredinem & humorum corruptelam, aut naturæ imbecillitatem denotant. In febre igitur acuta cum viſcerum inflammatione, tardiùs excitati abſceſſus ad aures, vires naturæ fractas ac ſubſiſtentes ſignificant, vnde mors impendet. Etſi verò ad iſtam rerum notionem Præſagij ſenſus accommodari poteſt, ex antiquorum exemplarium in eam lectionem conſentientium præſcripto: Videtur tamen hæc ſententia ex Prorrhetico 158. repeti debere, vnde deprompta eſſe poteſt, eademq; etiam ferè notione, aut meliore lectione ſcribitur poſtea hoc præſagium ſent. 192. E

Tubercula ad aures excitata in leuiter ſyderatis malo ſunt.

102 Τὰ περὶ οὖς φαῦλα τοῖσι παραπληκτικοῖσι.

Hoc præſagium repetitur Prorrh. 160. & à Galeno explicatur.

In diuturnis morbis non ſuppurantia aurium tubercula, mortem adferunt. Iis autem alui ferè demittuntur. Quin & in his conſiderandum in quibus ſperamus abſceſſus circa aures futuros, num ex capite doleant, num ſuperiorum partium tenuibus ſudoribus diffluant, nunquid etiam ſubinde nouum rigorem ſentiant, an fortè etiam alui affatim perrumpant, aut aliquo ſopore detineantur. Videndum quoque num & in his vrina diluta cum ſublimibus quibuſdam in medio ſuſpenſis, albidis, & aliquantum variantia, exalbicantia, aut graueolentia appareant.

103 Τὰ περὶ οὖς ἐν μακροῖσι μὴ ἐκπυΐσκοντα θανάσιμα. κοιλίαι δὲ τοῖσι τοιούτοισι τάχα φέρονται. ἆρά γε οἷσι τὰ περὶ ὦτα κεφαλαλγικοῖσιν; ἆρά γε ἐφιδροῦσι τὰ ἄνω; ἆρά γε καὶ ἐπιῤῥιγέουσιν; ἆρά γε αἱ κοιλίαι καταῤῥήγνυνται, καί τι καὶ κωματώδεες, ἆρα δὲ τὸ ὑδατῶδες οὖρον, ἐναιωρήματα λευκοῖσι, δὲ τι ὑποποίκιλα, ἔκλευκα, δυσώδεα. F

In Epidemiis Hippocrat. * τὰ παρ᾽ οὖς ἢν μὴ πεπανθῇ μὴ ἐκπυΐσκοντα, ἢ μαλαχθῇ μήτε ἄλλο ἀποφαίνεται damnat, niſi huiuſmodi materia intrò recurrens, per alui effluuium aut inteſtinorum difficultatem, aut veſicæ alueum, & vrinarum deturbationem, ſolutione deponatur, quod in plurimis nominatim expreſſit. Ac ſæpe in huiuſmodi circa aures tumoribus, materia intrò verſa per aluum diffluentem elabitur. Quod effecit vt κάτω φέρονται legerint omnes interpretes. Sic enim in chartarum veteramentis reperio: Etſi φέρονται abſolutè poſitum demiſſam aluum ſignificare poteſt. Quæ ſequuntur in quibuſdam codicibus diſtinctionem accipiunt, ac G velut Prorrh. 163. ſententiam per ſe complent, vnde explicationem mutuare debent, vt & ortum. Nam, vt ſatis apparet, huius præſagij author, ſignorum coitiones multas per Prorrheticum ac Hippocratis ſcripta diffuſas, temerè collectas, ad doctrinæ complexionē, non benè ſubducta diſciplinæ ratione ſimul cōfert. Hic igitur παραλαγικοὶ meliùs, vt in Prorrhetico, retineatur, niſi (quod quibuſdam placet) κεφαλαλγικοὶ ὦσι legatur, quòd quibus futuri ad aures abſceſſus ſpes ſit, ij ſæpe capitis dolore tentētur, vnde & παραλαγία & κῶμα paſſim in his annotatur. Hinc etiam ἐφιδρώσις ſuperiorum partium pendet, cerebro & ſuperioribus partibus materiæ copia oppreſſis & imbecillitate degrauatis. Rigor quoq; ſubinde mouetur ex bilioſæ materiæ agitatione & ſubita naturæ commotione vacuationem molientis ac ſæpe fruſtrà tentantis, irrito conamine. Quod effecit, vt ex hoc loco & codicibus ſcriptis & etiam Galeni Commentario, rigoris hoc membrum in Prorrhetico defectum reponendum exiſtimauerimus. Quod ſequitur de vrina aquoſa cum innatantibus in medio ſublimamentis albicantibus, etſi à Galeno ſatis eſt explicatum, ſæpius tamen per Hippocratis OEconomiam in humorum ad cerebrum raptatione & libramento, ſuſpenſa in vrinis apparent, quæ flatuoſæ & feruentis materiæ copiam ſurſum conuehi ſignificant, vnde & deliria, & capitis dolores impendent. Quemadmodum paulò ante ἐναιωρούμενα οὖρα mentis emotæ ſigna poſuit, & in Epidemiis ſæpe ἐναιώρημα μετέωρον mentis inconſtantiam prænunciat. Haud ſecus quoque οὖρα ἄπεπτα, λευκὰ (quæ ὑδατώδη dicuntur) & omnimodam cruditatem præ ſe ferunt, humores ad cerebrum ferri portendūt aph. 72. lib. 4. Et in Epidemiis in tuberculorum ad aures prædictione, οὖρα λεπτά, ἄχροα, ἐπίπλεα ᾗ ὑδαρῆ ponuntur. Albicantia verò huiuſmodi ſublimamenta, ex materia pituitoſa, cruda ac flatuoſa permixta videri queant, & in contentorum ratione concoctionem quandam præ ſe ferre. Eamq́ue ſubuectam flatuum aut materiæ copiam eo obnixiùs exemplaria manu ſcripta Regia reſpiciunt, quæ ἐναιωρούμενον οὖρον legunt, etſi ἐναιωρούμενον magis eſt huic ſcriptori familiare. Huiuſmodi verò ſuſpenſa alba in aquoſa vrina,

A rina, partim coctionem, partim cruditatem indicantia, in longo & ſalutari morbo ad abſceſſum faciliùs inclinant. Reliqua huius præſagij pars poteſt ad deiectiones referri, quòd in maligna huiuſmodi humorum cruditate, varia interdum deiiciantur, vt æruginoſa, bilioſis, flauis & albicantibus aut pituitoſis permixta, & grauεolentia, putredinem ac ſuccorum corruptelam indicent. In Prorrhetico tamen iſta ambigunt, & inter vrinas & deiectiones hærent. Sunt qui ἐν ὀξέσι pro ἐν μακροῖσι legant, quòd in diuturnis morbis ferè paruæ ſint parotides & quæ vix ſuppurent, ἐν μακροῖσι tamen legunt omnia exemplaria.

* *Lib. 1. ſent. 1. & 2.*

204 Τὰ παρ' οὖς λαπάσσει βηχία μετὰ πτυαλισμῶν ἰόντα.

Tuſſiculæ quæ cum crebris oris ſputationibus procedunt, tubercula ad aures emolliunt.

Ex Prorrh. 167. repetitur hæc ſententia. Crebra autem oris ſaliuatio ac ſputatio defluente in oris capacitatem tenuiore humore, abſceſſuum materiam & fomitem deplent, vnde emolliuntur, vacuantur, ac contrahuntur huiuſmodi tubercula, quòd hîc λαπάσσει

B dicitur, in Prorrh. ἀπαλλάσσει, eadem omninò notione. Ab huiuſmodi enim abſceſſibus vindicantur & liberantur, cùm emolliti fuerint & vacuati. λαπαχθῆναι autem in Exegeſi, κενῶσαι μὲν τὸ κενωθῆναι, ἔστι ὅτε δὲ καὶ τὸ μαλαχθῆναι ſignificat, vt aliàs pluribus à nobis explicatur & ex tabulariis in eam ſignificationem teſtes citantur. Caluus ex ambigua Prorrhetici ſcriptione alium ſenſum colligit, cùm tuſſes à tuberculis exortis emolliri vult & conquieſcere. Quod etſi non eſt à vero alienum & aliquando contingere poſſit, hæc tamen notio eſt vniuerſalior & Hippocrati familiarior.

205 Οὖρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ καὶ ἐν ὀλίγῳ πεπαινόμενα φλαῦρα, καὶ ὁ καταψύχεσθαι ὧδε πονηρόν.

In tumoribus ad aures vrinæ celeriter ac pauco tempore concoctæ damno ſunt. Quin & perfrigerari itidem malum eſt.

Prorrheticum eſt 151. iiſdem verbis expreſſum. πεπαινόμενα autem cùm concoctionem adhuc pendere ac fieri ſignificet, niſi ea-

C dem bonitatis ſignificatio perſeueret, pernicies denunciatur. Idem igitur eſt ἐν ὀλίγῳ πεπαινόμενα, quod paruo tempore concoctæ permanentes, & non diu ita perſeuerantes. Eiuſmodi namq; coctionis inæqualitas vitium prodit. Iſtam autem ſententiam ſic cum cæteris interpunximus, quòd in multis cùm publicatis, tum ſcriptis exemplaribus, vitioſè ſuperiori præſagio annectatur. Eadem etiam poſtea iiſdem verbis in hoc præſagio repetitur. *Sent. 587.*

206 Τὰ παρ' οὖς ἐν τοῖσι χρονίοισιν ἐκπυϊσκόμενα, μὴ λευκοῦ σφόδρα καὶ ἀόδμου κτεινῆ, καὶ μάλιστα γυναῖκας.

In diuturnis morbis ſuppurati ad aures tumores, niſi pus admodum album ac ſine odore reddant, exitium, præcipueq; mulieribus, afferunt.

Paulò antè parotidas quæ in longis morbis non ſuppurant damnauimus. At nunc quæ ſuppurant, niſi laudati puris commenda-

D biles notas præ ſe ferant, hoc reſcripto configuntur. Præcipueq; mulieribus exitium imminet ob delicatam & effœminatam corporis mollitiem, ac frigidam naturam. Caluus hanc ſententiam duabus ſuperioribus præpoſuit. In reconditis etiā manu ſcriptis exemplaribus quibuſdam σφόδρα non legitur. Sed hîc σφόδρα λευκὸν non exactæ albedinis (qualis eſt nix) pus eſſe vult, ſed eam quoad puris naturæ fieri poteſt maximè accommodatam ac appoſitam indicari vult, qualem ferè ſemini genitali ſimilem, ac vrinarū ſubſidentiæ facit Galenus. Sic & ἄοδμον dici poteſt, non quod omninò odoris ſit expers, ſed quod quàm minimè fœtet, & ὡς ἥκιστα δυσῶδες, vt ſcribit Hippocrates. Nam cùm puris ortus ex mixta quadam, quæ ſecundum naturam eſt, cauſa, & ex ea quę præter naturam eſt, petatur, ſine odore omninò eſſe non poteſt. Quò reſpexiſſe auguror exemplaria quædam ſcripta, quæ σφόδρα & ἀνώδυνα legunt, eaq; ad tuberculorum magnitudinem & indolentiam referunt, quæ ſunt extincti caloris natiui indicia. Sed certè longè periculoſior videtur illa lectio, hæc verò maximè popularis & multis teſtimoniis conſignata. Hic quoq; (vt antea) ἐν ὀξέσι quidam legunt. Sed ἐν τοῖσι χρονίοισι leg. omnia exemplaria.

207 Τὰ παρ' οὖς μάλιστα ἐκ τῶν ὀξέων ἐν τοῖσι καυσώδεσι γίνεται, κἢν μὴ κρίσιν ποιήσῃ καὶ ἐκπεπαίνηται, ἢ ἐκ ῥινῶν αἷμα ῥυῇ, ἢ οὖρα ὑπόστασιν παχεῖαν λάβῃ, ἀπόλλυνται. τὰ πολλὰ δὲ τῶν τοιούτων οἰδημάτων προσαποκαθίσταται. προσεπιθεωρέειν δὲ καὶ τοὺς πυρετοὺς, ἤν τε ἐπιτείνωσιν, ἤν τε ἀνιῶσι, καὶ οὕτως ἀποφαίνεσθαι.

E Ex præcipitibus morbis in febribus ardentibus maximè tubercula ad aures exoriūtur, ac niſi iudicatoriè ſoluātur & matureſcāt, aut ſanguis ex narib. profluxerit, aut craſsū ſedimentū vrina acceperit, ægros interimunt. Prius verò huiuſmodi tumores ſubſidūt ac conquieſcunt. Sed & inſuper febres ipſas in conſiderationem adhibere cōuenit, num intendantur aut remittant, atq; ita de tota re ſententiam ferre.

Febres ardentes vt plurimum ſanguinis profluuio indicantur, interdum quoq; ad aures abſceſſu, atq; præcipuè quæ permixtam

F craſſam & crudam plurimam bilioſis humoribus materiam habent, ex quorum calore in caput aliquid ſubuehitur & in abſceſſus firmatur, vt antea ſentent. 138. & aph. 31. lib. 4. exprimitur. Atq; eæ febres plerumq; iudicatione abſoluuntur, & abſceſſuum maturatione, aut certè ſanguinis ex naribus excretione, aut materiæ à natura euictæ per vrinarum craſſum ſedimentum depoſitione, tuncq; ab abſceſſibus ferè vindicantūr, vt ſcribit Hippocrates aphor. 74 lib. 4. Veriſſimum autem eſt & experientia comprobatū, in moribundis duobus ferè diebus antea abſceſſus ſubſiſtere, conquieſcere, ac velut ſubſidere & euaneſcere, quod προσαποκαθίσταται dicit. Ac iſta ſunt fatiſcentis ac intrò ſubſiſtentis naturæ peſſima auguria. Cornarius rei conſecutione ductus, propulſari dixit, quòd eiuſmodi ſubſidentia velut deponantur. Sed nos videmur cum Caluo & reliquis interpretibus propiùs rei naturam expreſſiſſe. Cæterùm exemplaria quædam Regia manuſcripta pro καυσώδεσι καυματώδεσι legunt. Vt autem æquiùs de tota re æſtimationem ac prædictionis ſententiam feras, febrium ipſarum intentionem aut remiſſionem in conſilium adhiberi iubet, temerarij iudicij aſſenſionem ſuſtinens, ad artis dignationem & authoramentum. Procedentibus enim ad ſolutionem morbi excretionibus, febrium ſymptomata imminui oportet, vt contra, fruſtrata iudicationis ſpe, omnia intendi & augeri. Quod effecit vt iſtam ſententiam ſu-

G periori coniungerem, contra publicatorum codicum fidem.

208 Ἐπὶ κωφώσει καὶ νωθρίῃ ἐκ ῥινῶν ἀποστάζειν, ἐπαχθὲς τι δύσκολον. ἔμετος τουτέοισι ἁρμόσει, καὶ κοιλίης ταραχή.

In ſurditate ac torpore ex naribus ſubſtillatio moleſtiam quandam exhibet. Iis vomitio ac alui perturbatio conueniet.

Hoc præſagium Prorrh. 141. reſpondet, illique lucem non paruam adfert, vt ex hoc loco non ſit difficile illius genuinam lectionem eruere. Poſtea quoq; repetitur hoc præſagium ſent. 334. Exemplaria quædam non malè ἀποστάζειν habent.

209 Ἐκ κωφώσιος ἐπιεικέως τὰ παρ' ὦτα, ἄλλως τε καὶ ἢν ἀσῶδες τι γίνηται, ἀτὰρ καὶ τοῖσι κωματώδεσιν ἐπιτυγχάνοισι καὶ μᾶλλον τὰ παρ' ὦτα.

Ex ſurditate tubercula ad aures exoriri conſentaneum eſt, idq; præſertim ſi anxietas quædam contingat. Quinetiam iis qui ſopore detinentur, tumores ad aures ſperare magis oportet.

H Eadem ſcribuntur Prorrh. 159. & ad tuberculorum circa aures denunciationem plurimùm conferunt.

210 Κώφωσιν ἐκ πυρετῶν ῥύσις ἢ ῥινῶν λύει, καὶ κοιλίης ταραχή.

Surditatem in febribus enatam ſanguinis ex naribus profluuium ac alui perturbatio tollit.

Placitum eſt 28. & 60. lib. 4. aphor. ac priùs in eam rem ſententiam ex libello περὶ χυμῶν adduximus.

Facies ex tumida depreſſa, ac vox læuior ac remiſſior euadens, ſpiritus quoq; rarior ac lenior, poſtera die remiſſionem fore denunciat.

211 Πρόσωπον ἐκ μετεώρου πεπιεσμένον, καὶ φωνὴ λειοτέρη καὶ ἀσθενεστέρη γενομένη, καὶ πνεῦμα μανότερον, ἄνεσιν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν σημαίνει. A

Prædictionis notas ex facie attingens, remiſſionis febrium denunciationem facit, ſi facies ex tumida atque inflammata (qualis eſſe ſolet in ſummis ardoribus, eucta ſurſum cum ſpiritu materia) deprimatur & ſubſidat, ſi vox quoq; ex aſpera & violenta, propter materiã in fauces ac pulmones decumbentem, lenior fiat ac minùs violenta. Spiratio itidem quæ ex materiæ affluxu in thoracem ac pulmones crebrior erat, difficilior, turbulentior & inæqualis, earumq; partium incendium denotabat, ſi rarior, remiſſior, placidior, & æqualis euadat. Iſta namq; febrilem calorem ſubſediſſe ac deſæuiiſſe indicant. Eoq; firmior ſpes futura eſt, ſi iſtud die indicatorio & cũ excretione critica contingat. Similis ferè ſcribitur ſententia lib. 2. Epid. ἢν πυρετὸς ἔχοντος τὸ περὶ τὸ πρόσωπον ἰσχναίνηται ἐν ἡμέρῃ κρισίμῳ, τὴν ἐπιοῦσαν λύει. Longè verò apertiùs hanc ſententiam explanant quæ ſcripta ſunt in libello περὶ κρισίμων, vnde traducta videtur. ἐπίσημον δὲ ἢν τὸ περὶ τὸ πρόσωπον ἰσχναίνηται, καὶ αἱ φλέβες αἱ ἐν τῇσι χερσὶ, καὶ ἐν τῇσι καρδίῃσι, καὶ ἐπὶ τῇσιν ἕδρῃσιν ἡσυχίαν ἔχωσι πρότερον μὴ ἡσυχάζουσαι. τότε γ' ἢν ἡ φωνὴ ἡ ἀσθενεστέρη καὶ λειοτέρη γίνηται. καὶ τὸ πνεῦμα μανότερον καὶ λεπτότερον, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέρην σημαίνει τὴν λύσιν. B Vbi pro λειότερον λεπτότερον ſcribitur, ex eadem prope rei natura.

Faciei corruptela lethalis eſt, minùs tamẽ ſi ob peruigilium, aut inediam, aut alui perturbationem contingat. Nã quæ ex his cauſis orta eſt corruptelæ ſpecies, vna die aut nocte in integrum reſtituitur. Huiuſmodi autem faciei hæ ſunt notæ, oculi concaui, nares acutæ, collapſa tempora, frigidæ aures cõtractæque, cutis dura, color pallidus aut niger. Ad hęc quoque liueſcens palpebra, aut labrum, aut naſus, mortem in propinquo eſſe ſignificat.

212 Προσώπου διαφθορὴ θανάσιμον, ἢν μὴ ἐξ ἀγρυπνίης, ἢ λιμοῦ, ἢ κοιλίης ἐκταράξιος γένηται. καθίσταται δὲ ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ ἡ διὰ ταῦτα διαφθορή. ἔστι δ' αὐτὸ τοιόνδε, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, ῥὶς ὀξεῖα, κρόταφοι συμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ συνεσταλμένα, δέρμα σκληρόν, χρῶμα ὠχρὸν ἢ μέλαν. πελιαινόμενον δὲ ἐπὶ τουτέοισι βλέφαρον, ἢ χεῖλος, ἢ ῥὶς, σὺν τούτοις θανάσιμον. C

Iſta ex Prognoſtici initio notam habent originem & explicationem. Hic autem προσώπου διαφθορὴ dicitur, cùm facies à naturali ſanorum habitu recedit, eique valde aduerſatur, cùm ex morbo extabeſcit atq; extenuatur, πρόσωπον νεκρῶδες vocat Galenus in Prognoſt. Atq; ita in morbis iucundam rationem cum benè valentium facie præcipit Hippocrates. Sic quod poſtea dicitur, τὸ διὰ ταῦτα διαφθαρέν, ad extenuatam & contabeſcentem faciem referri debet. καθίσταται verò eſt in integrum reſtitui & ad priſtinum ſtatum redire, aut ad naturalem ſtatum reduci, quod ἀποκαθίστασθαι τυγχάνειν exponit Galenus in Progn. Poteſt etiam καθίστασθαι ſignificare, D quod eſt ſedari, conſiſtere, conquieſcere, deſinere, finiri, conſidere, vt in Prognoſtico καθιστάναι dicitur. Exquiſita autem prædictionis ratio & plena indicij æſtimatio, vt hîc diminutè ſcribitur, ita ex Prædictionibus Hippocratis confirmanda & ſupponenda eſt.

Vultus benè coloratus, tetricus ac ſuperciliosus in morbo acuto, malo eſt. Inſuper frons contracta phrenitidem denunciat.

213 Προσώπου εὐχροίη καὶ σκυθρωπότης ἐν ὀξεῖ κακόν. μετώπου ξυναγωγὴ ἐπὶ τουτέοισι, φρενιτικόν.

Eadem damnatur Prorrh. 49. Eſt autem σκυθρωπὸς qui Scythico eſt vultu, tetrico, ſupercilioſo, auſtero, toruo & inamœno aſpectu, quod eſt triſtium & moroſorum, quibus hilares opponuntur. Quin & μετώπου ξυναγωγὴ frons eſt contracta, corrugata & caperata, ſupercilioſorum & melancholicorum vulgò indicium, vt nil mirum ſit melancholicam inſaniam, & in acutis phrenitidem imminere. Caluus prius huius ſententiæ membrum præteriit, & poſterius antecedenti præſagio annexuit.

Benè colorata facies cum ſudoribus diffluentibus abſque febre, vetuſta ſtercora ſubeſſe, aut inordinatam victus rationem præ ſe fert.

214 Περὶ πρόσωπον εὐχροίη, καὶ ἱδρῶτες ἀπύρετοι, κόπρανα παλαιὰ ὑπεόντα σημαίνει, ἢ διαίτης ἀταξίαν. E

Floridus faciei color (ſic enim προσώπου εὔχροιαν ἀνθηρὰν exponit Galenus) materiæ cum ſpiritu & ſanguine ad ſuperiores partes momentum præ ſe fert, ad quod alui inferioris exiccationem conſequi par eſt, vt & ſudorum copia diffluentis humidi abundantiam indicans, aluum ſiſtit. Vt igitur non temerè vetuſtorum & reſiccatorum ſtercorum denunciatio, aut prægreſſa inordinata victus ratio prætenditur, ita humorum copia vacuatione & purgatione deplenda eſt. Iſta verò conſequi ad hanc ſymptomatum coitionem vt non eſt diſſentaneum, ſic neque eſt neceſſe. Et hanc ſententiæ dignitatem eleuant exemplaria manu ſcripta Regia, iſtóque modo diſtinguunt. περὶ πρόσωπον εὔχροια καὶ ἱδρῶτες ἀπύρετοι, κακόν. κόπρανα παλαιὰ ὑπεόντα σημαίνει ἢ διαίτης ἀταξίαν. Quam lectionem ſecutus eſt Caluus, itaq; in duas ſententias diſtinxit. κόπρανα verò dici videntur quaſi oletula quædam, quòd inueterata ſtercora & reſiccata, duriuſcula ac ferè conglobata, aut diſparata eſſe ſoleant, qualia quæ σπυραθώδη dicuntur. Singularem autem eſſe obF ſeruationem quandam, iſta verba ſonant, ὑπεόντα σημαίνει.

Narium rubores alui liquidæ & diffluentis ſunt indicia.

215 Τὰ κατὰ ῥῖνας ἐρυθήματα, κοιλίης ὑγραινομένης σημεῖα.

Diſparatam habent iſta naturam & heterogenea ſigna ſunt, neque neceſſe eſt quibus facies rubet aut naſus, aluum diffluere, cùm contra plærumque ſiccicat, & quibus aluus eſt liquida his ferè facies palleat. Poſſunt autem rubores in naribus excitari ex tenui ſanguine, aut vaporibus acribus ſurſum ab intemperatis viſceribus ſublatis. Quibus ſi imbecillitas etiam accedat, aluus liquida effluere poteſt.

Quæ ad præcordia aut pulmonem dolores faciunt, ſi in pus vertuntur, malum denotant.

216 Τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ἢ τὸν πλεύμονα πόνοισι ἐμπυομένοισι, κακόν. G

Neq; enim contemnendæ ſunt inflammationes quæ viſcera aut cauum thoracis appetunt, quas ex tumorum præter naturam legibus, reſolui præſtaret, non in pus verti. Eò accedit quòd pus nouas querelas facit & vlcus, ac in thoracis conceptaculo non temerè cohibitum, vt ſtatim emitti debet, ne ſua acrimonia ſinus aut cuniculos agat, ita plærumque metus eſt, ne non ſatis ſint libera ad exitum ſpatia, aut ne rupta vomica, vlcus non facilè coaleſcat, fereq; ad huiuſmodi vlcera tabes, aut hydrops, aut inſignis virium exolutio ſequitur. Nonnulli iſtam ſententiam cum ſuperiore coniungunt, nec malè, etſi etiam per ſe ſubſiſtere poteſt.

Oculorum claritas, ac eorum album ex nigro aut liuido clarum fieri, ad iudicationem confert. Ac quò celeriùs clareſcunt, eò celeriorem iudicationem, at tardiùs tardiorem ſignificant.

217 Ὀφθαλμῶν καθαρότης καὶ τὰ λευκὰ αὐτῶν ἐκ μελάνων ἢ πελίων καθαρὰ γίνεσθαι, κρίσιμον. ταχέως μὲν οὖν καθαιρομένων, ταχεῖαν σημαίνει κρίσιν, βραδέως δὲ βραδυτέραν. H

Ex oculis magna vitæ ac necis ſignificatio ſumitur, & accommodatiſſimum eſt ad prædictionem oculorum lumen, vnde non paruum trahitur ad præſagium momentũ, vt non abs re in Epidemiis ſcripſerit Hippocrates, ὀφθαλμοὶ ὡς ἂν ἰσχύωσιν, οὕτω καὶ χρώς. Quę igitur per totam Hippocr. Oeconomiam ſparſa ſunt oculorum præſagia, hoc pleniſſimè congeſta, non omninò temerariam faciunt prædictionem. καθαρότης autem oculorum, eſt lucidus ac luminoſus oculorum ſplẽdor & claror (vt Plautino verbo vtar) qui ex animalis ſpiritus ac humorum puritate prouenit, quòd (vt ſcribit Galenus) αὐγοειδὲς πνεῦμα ψυχικὸν ἐξ ἐγκεφάλου πέμπεται εἰς ὀφθαλμούς ὀχετηγούμενον, κρίσιμον autem ſequutus ſum ex ſcriptorũ exemplarium conſenſu, ob eam quæ ſequitur iudicationis æſtimationem, & quod

ea mor-

A ea morbi abſolutionem præ ſe ferat, quòd decernere Celſo dicitur. Etſi χρόνιμον retineri etiam iure optimo poteſt, ex optimis etiam codicibus. Eamq; in ſenſus notionem pertrahunt quæ ſcribuntur libello περὶ χυμῶν, & apertè ſententiam iſtam explanant. [illegible] Minutum autem eſt quòd pro πλείω πλείονα legunt ſcripti quidam codices.

Τὸ ἀχλυῶδες τῶν ὀφθαλμῶν, ἢ τὸ λευκὸν ἐρυθραινόμενον, ἢ πελιαινόμενον, ἢ φλεβῶν μελαινῶν πληρούμενον, οὐκ ἀστεῖον. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ τὴν αὐγὴν φεύγειν, ἢ δακρύειν, ἢ διαστρέφεσθαι, καὶ τὸν ἕτερον ἐλάσσω γίνεσθαι, πονηρόν. καὶ τὸ τὰς ὄψιας πυκνὰ διαρριπτεῖν, ἢ λημία μικρὰ προσεῖναι αὐταῖς, ἢ αἰγίδα λεπτὴν ἴσχειν. ἢ τὸ λευκὸν μέζω γίνεσθαι, τὸ δὲ μέλαν ἐλάσσω. ἢ κρύπτεσθαι τὸ μέλαν ὑπὸ τοῦ ἄνω βλεφάρου. πονηρὸν δὲ καὶ κοιλότης ὀμμάτων, καὶ ἔκθλιψις ἔξω σφοδρά, καὶ λαμπηδόνος ἔκθλιψις, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν κόρην ἐκτείνεσθαι. καὶ βλεφαρίδων καμπυλότης, καὶ πῆξις ὀμμάτων, συνεχέως τε μύειν, καὶ χρώματα
C μεταβάλλειν, καὶ βλέφαρα μὴ συμβαίνειν ἐν τῷ καθεύδειν, ὀλέθριον. κακὸν δὲ καὶ ἰλλαίνων ὀφθαλμός.

Caligine obducti oculi, aut eorum album rubeſcens, aut liueſcens, aut nigris venis refertum nihil probi præ ſe fert. Malum quoque eſt & lucem refugere, aut illachrymare, aut peruerti, atq; ex his alterum minorem eſſe perniciem denunciat, & oculos crebrò diſiicere, gramias ac paruas ſordes ipſis adhæreſcere, aut albeſcentem humorem concretum & tenuem (ægida nominant) habere, aut eorum album augeri, nigrum autem imminui, aut nigrum à ſuperiore palpebra contegi. Vitioſa quoque eſt oculorum cauitas, & vehemens oculi foras expreſſio, ac ſplendoris eliſio, adeò vt pupilla extendi nequeat, & cilia retorta, ac fixi oculi ac continenter conniuentes, coloris immutatio, aut palpebras per ſomnum non committere, perniciem oſtentat. Quin & diſtortus oculus malo eſt.

τὸ ἀχλυῶδες τῶν ὀφθαλμῶν oculorum caliginem ſignificat, cùm quodam craſſamento velut nubecula obducti, obtuſam aciem habent. Eſt enim ἀχλὺς Galeno, [illegible] aëris turbatio, medium inter nubem & nebulam habens craſſamentum, adeò vt plus quàm nebula concreuerit, minus autem quam nubes. Fit autem huiuſmodi caligo aut propter affectus ſiccitatem & calorem, aut propter ſpiritus animalis à craſſis aut tetris vaporibus offuſionem, aut eius extinctionem & humorum oculi perturbationem. Eſt etiam ἀχλὺς pupillæ affectus, velut ſuperficiaria quædam & eminens tenuis exulceratio, totum oculi nigrum comprehendẽs, aëri caliginoſo perſimilis. Quod his verbis indicat Iſagoges author, [illegible]. Cæterùm quod hic de oculorũ al-
D bo liueſcente dicitur, in Prognoſtico venulis liueſcentibus ac nigricantibus tribuitur. Celſus oculorum venulas pallidas extulit, cap. 6. libr. 2.

Comm. 2. in Prorrh.

οὐκ ἀστεῖον] ἀστεῖον etſi venuſtum, elegans, vrbanum & gratum denotat, hîc tamen probum, manſuetum ac laudabile ſignificat, vt ferino & maligno opponatur. οὐκ ἀστεῖον ergo intelligitur quod ſiniſtri aliquid portendit. Poteſt dici quod improbandum eſt, & nullo loco æſtimandum, vt τῷ ἀστείῳ φλαῦρον opponatur. Varinus annotat, τὸ ἀστεῖον λέγεται τὸ δεξιὸν, καὶ θαυμάσιον, καὶ θαύματος ἄξιον, καὶ [illegible].

τὰς ὄψιας πυκνὰ διαρριπτεῖν] In Prognoſtico [illegible] ὀφθαλμοὶ dicuntur, Gal. [illegible] exponit. In Prorrh. [illegible] vocat inſtabiles oculos, mobiles ac volubiles ſignificans, quales videre eſt in ea affectione quæ Græcis [illegible] dicitur. In Epidemiis etiam [illegible] damnantur. ἢ αἰγίδα] αἰγίδα quid vocet non ſatis eſt explicatum, quòd vox ſit rara & inſolens. Nos
E albeſcentem humorem concretum vertimus, craſſiuſculum quiddam albicans oculorum pupillam occupans intelligentes, concrementum quoddam excrementoſum ex vapore craſſo ortum, nubeculam quandam aut caliginem referens, quod oculorum aciei prætenditur, eamq; velut offuſo quodam craſſamento obſcurat, leuiſq; cuiuſdam ſuffuſionis ſpecies eſſe videtur. Quod caloris natiui, aut ſpiritus extinctionem, ſummam etiam reſiccationem, aut humorum oculi perturbationem, facultatiſq; naturalis oculum regentis maximam imbecillitatem denotat. Sic Prorrh. 2. in oculorum vlceribus, aut pupillæ vitiis, quæ ex ophthalmia illabente acriore pituita contingunt, αἰγίδας inter ἀχλύας & νεφέλας reponit Hippocrates. Vbi αἰγίδες pro ſubalbicantibus cicatriculis ab autore [illegible] ſumi videtur. Sic enim ſcribit, [illegible]. Idem quoq; [illegible] αἰγίδες. Ex quibus huius loci (cuius proculdubio indicatura denunciatur) explicatio haurienda eſt, ac manifeſtum vitium eluendum. Nã hæc dictio ἀγλὶν vitiata eſt, ac pro ea αἰγὶς reponendum eſſe, tum nomenclaturæ ex elementorum ſerie ducta ratio, tùm verò citatorũ te-
F ſtium fides clamat. Neq; enim in Prorrhetico aut his Coacis Præſagiis alius locus eſt qui αἰγίδα nominet, neq; vſquam ἀγλὶν ibi reperitur. Tum etiam quòd [illegible] illic inter vlcerum oculorum cicatrices annumeratur, ac vitioſè [illegible] ſcribitur. Quòd ſi quis hic αἰγίδα pro tenui ſubalbicante cicatrice ſumat, quæ ex vlcere propter innatantem acrem in oculis pituitam orta ſit, velut in Prorrhetico ſumitur: næ ille parum Galeni fidem ἐν τῇ γλωσσῶν ἐξηγήσει æſtimat, vnde proculdubio huius dictionis explicatio depromi debet. Atq; αἰγὶς dicetur albicans quædam concretio, quæ ex caliginoſo vapore ac craſſiore quodam excremẽto pupillæ inhæret, eiuſq; lumini obſtruit. Caluus non inſcitè guttam albam ex rei ſimilitudine expreſſit, aut certè non nihil ad nominis notationem, reſpexit, cùm craſſius illud excrementum velut turbine quodam agitatum, vi in oculum irruit, & ſuo concremento quaſi guttam paruam imprimit. Quo etiam alludunt qui αἰγίδα oculorum turbinem ac vertiginem accipiunt. τὸ δὲ αἰγὶς (Varino) [illegible]. Cæterùm exemplaria quædam manu ſcripta λευκὴν pro λεπτὴν habent, cui
G lectioni ſuffragari videtur Exegeſeos explicatio, αἱ λευκανθίζοντες [illegible], hoc eſt albicantes concretiones.

καὶ τὸ λευκὸν μέζω γίνεσθαι] Pro λευκὸν λευκὴν vitioſè habent exemplaria quædam Regia manu ſcripta. Oculorum autem album augeri, & nigrum imminui, tenſionis & contractionis ſigna ſunt, & conuulſionem minantur. Reſolutionis verò eſt indicium ac extinctionis nigrum à ſuperiore gena contegi, quod in moribundis & animi deliquiis apparet, & hoc loco poſitum videtur pro eo quod in Prognoſtico [illegible] ὀφθαλμοὺς poſuit quos etſi Galenus [illegible] capiat, intelligi tamen poſſunt oculi in ſublime retracti, ac velut ſuſpenſi, conuulſis qui ſurſum mouent muſculis, vnde in caput contorqueri videntur.

κοιλότης ὀμμάτων] Hic exprimit quos in Prognoſtico oculos ἐγκοίλους ἰσχυρῶς ἢ ἐξέχοντας vocat, oculos vehemẽter cauos aut exertos & prominulos, Celſus vehementer ſubſidentes, aut tumidiores factos vertit. Eleganter verò pro eminentibus & exertis oculis ἔκθλιψιν ἔξω σφοδρὰν poſuit, quòd vaporum ſublatorum impetu, ac ſpiritus, ſanguinis, aut feruentis materiæ copia oculi intumeſcant & foras exprimantur, ac velut extinguantur. At verò cùm oculi magnam partem ad vitæ ſimul vſum & dulcedinem conferant, ideoque igneum quiddam plurimum habeant, atque in febribus aut internis incendiis tenuati ſpiritus & agitatione incaleſcentes,
H ignem facilè concipiant, λαμπηδόνος ἔκθλιψιν dixit, vbi ignei ſplendores ac fulgores ex oculis emicant, & ſit velut quædam luminis eliſio ac eiibratio, quale quid in oculis emiſſitiis qui huc & illuc aciem eiaculantur, cernitur. Quæ omnia ſunt maximi incendij indicia, & in iratorũ aut furioſorum oculis apparent, in quibus fulgores & ſplendores quidam emicant, velut foras emiſſo aut extruſo cum ſpiritu lumine. Atque in eo ſpirituum & materiæ conferto impetu, tanta contenſionis vis apparet, vt pupilla ipſa ad intendendum viſus aciem ſeſe explicare non queat, ſed ad huiuſmodi ſplendores velut ad ſolares radios contrahatur. Nam quemadmodum contractione viſus acies ſubſiſtit & hebeſcit, ita & contenſione vires exerit, quod dixit τὴν κόρην ἐκτείνεσθαι. Quæ exemplaria λαμπηδόνος ἔκλαμψιν habent, etſi valde enixè oculorum fulgorem & reſplendentiam exprimunt, nullus tamen contenſionis impetus, aut eorum quæ vi foras emittuntur extruſio ac expreſſio tam aptè proponitur, quàm ſi ἔκθλιψιν retineas. Quanquam ἐκλάμπειν de reſplendentibus oculis crebrò ab Hippocrate vſurpatur, & in Prorrh. ἐκλάμποντες [illegible] ὀφθαλμοὶ dicuntur. Longè tamen alio ſenſu αἱ τῶν [illegible] ἐκλάμψιες efferuntur in Epidemiis, etſi venuſtam iſtam tranſlationis elegantiam quodammodo re-

ferre poſſunt. Quidam etiam codices ἐκλάμψῃ vitioſè legunt, & vbi ἐκθλίψῃ ἔξω σφόδρα legitur, in manuſcriptis duobus exemplaribus Regiis ἔξω deſideratur, quam lectionem ſequitur Caluus, qui etiam vtrobique ἐκπέσῃ legiſſe videtur, vt & Cornarius λαμπάδος ἐκπέσῃ. A

καὶ βλεφαρίδων κεκαμμένων] Hic ciliorum curuitas intelligitur. In Prognoſt. βλέφαρον καμπύλον dixit, vt & cilia Plinius palpebras vocat. Caluus ſupercilia dixit, velut ὀφρύες διαστρεφόμεναι dicuntur aph. 49. lib. 4. & 75. lib. 7.

πήξιες ὀμμάτων] Exemplaria manu ſcripta πλῆξις vitioſè legunt, quam lectionem etiam ſecutus eſt Caluus. πεπηγότες autem ὀφθαλμοὶ intelliguntur, vt in Epidemiis, & πεπηγὸς ὄμμα in Prorrh. & poſtea, oculi fixi & immobiles.

μύξ] μύειν cùm genarum oculos claudentium officium ſit, iſtudq́; extremam imbecillitatem virtutis & muſculorum indicet, conniuere potiùs quàm nictari diximus, quod neruorum genarum muſculos mouentium infirmitatem denotat, ſicque nictatio in oculis, quod tremor in reliquis membris.

χρώματα μεταβάλλων] In Prognoſtico τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου ἀλλοιούμενον obſeruari iubet, & hic ad oculos reſtringit, vnde etiam fortaſſis χρώματα dixit, quòd in his plures colorum ſpecies appareant, ac magna humorum ex hac colorum immutatione perturbatio ac inæqualitas deſignetur. B

καὶ ϲλίβοντα μὴ συμβάλλων] In Prognoſtico καὶ ὑποφάσιες τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν obſeruari præcipit, & aph. 52. lib. 6. quæ extremam virium exolutionem denotant. Sic priùs ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν ὑποβλέποντας in hoc præſagio damnauit. Et huiuſmodi ſuſpectiones valde attendendæ ſunt cùm per ſomnum (vt inquit Celſus) palpebræ non committuntur, ſed inter has ex albo oculorum aliquid apparet, neque id fluens aluus expreſſit.

ἰλλαίνων ὀφθαλμοῖς] Quod hic ἰλλαίνειν ὀφθαλμοὺς, antea διαστρέφεσθαι dixit, vt & in Progn. & ex aphoriſmis oculum peruerti Celſus vertit. Quid autem ſit ἰλλαίνων ὀφθαλμοῖς fuſius aperuimus noſtris in lib. 3. Epid. Annotationibus & in Oeconomia.

219 **In febre ortus oculorum rubor, diuturnam alui malignitatem præ ſe fert.**

Ὀφθαλμῶν ἐρυθρὸς ἐν πυρετῷ γινόμενος, κοιλίης πονηρίην χρονίην σημαίνει. C

Fieri poteſt vt cerebro humore acri & feruente oppleto (vnde etiam oculorum rubor contingit) dum deorſum deturbatur aluus malè afficiatur, vt in lippitudinibus alui profluuium & procliue eſt, & confert. Neq; tamen iſtud neceſſe eſt, cùm & oculorum rubor aut membranarum cerebri & oſculi ventriculi inflammationem interdum cauſam habeat. πονηρία autem κοιλίης de maligna ventris afflictione dicitur, cùm aluus acri ac mordente humore irritata cum torminibus & cruciatu diffluit, ac doloris ſenſu pungitur. Ac antea πονηρώδεα κοιλίην dixit, quòd in Prorrh. κακορρόγωδες extulit. Et quod aph. 27. lib. 4. δυσχερῶς κοιλίη ponitur, in Prorrh. πονηρώδες dicitur, quod de alui affectione intelligitur, cùm ex caloris natiui imbecillitate, aut cruditate, aut acidis ructibus affligitur, aut flatibus diſtenditur, aut humorum acrimonia irritata malè habet.

220 **Erumpentes circa oculos eminentiæ, dum ægri ex morbo recreantur, prorumpentis alui ſpem faciunt.**

Αἱ παρ' ὀφθαλμῶν ἐπαναστάσιες ἐν τῇσιν ἀνακομιδῇσι, κοιλίην καταῤῥηγνύουσιν. D

ἐπαναστάσιες παρ' ὀφθαλμῶν] dicuntur oculorum eminentiæ, aut aſſurgentes in tumorem oculi, intumeſcentibus palpebris & exuberantibus humorum copia membranis, & defluentis ex cerebro humoris redundantia, quæ ſi in aluum redundet, eam effundit. Intelligi poſſunt etiam ἐπαναστάσιες velut ἐπαναστήματα Dioſcoridi puſtularum eruptiones, quæ ex humorum acrimonia in cornea vlcera excitant, velut φλυκταινῶδες ἐπανάστασις dicitur. Nos vt vtrunq; aſſequeremur, erumpentes circa oculos eminentias diximus.

221 **Cum oculorum peruerſione, febribus & laſſitudinis ſenſu detento, rigor perniciem minatur. Atque in huiuſmodi caſibus ſoporati, malum denunciant.**

Ἐπὶ ὀμμάτων διαστροφῇ, κοπιώδει, πυρετώδει, ῥῖγος ὀλέθριον. Καὶ οἱ κωματώδεες ἐν τουτέοισι, κακόν.

Hæc ſententia repetitur Prorrh. 89. & adducitur à Galeno libello περὶ ῥίγους. E

222 **Lippitudine affecto ſuborta febris ſolutionem affert. Sin minus, cæcitatis, aut mortis, aut etiam vtriuſque metus eſt.**

Ὀφθαλμιῶντι δὲ εἰ, πυρετὸς ἐπιγενόμενος, λύσις. Εἰ δὲ μὴ, κίνδυνος τυφλωθῆναι, ἢ ἀπολέσθαι, ἢ ἀμφότερα.

Hoc præſagium temerariam ſine diſtinctione habet aſſenſionem. Plærumq; namq; ex acrium humorum defluxione ſuborta oculorum inflammatio, tantùm nō à febre præſidium, ſed mali acceſſionem habet. Eſt etiam vbi craſſioris ſanguinis aut pituitæ copia lippitudinem facit, & vt interdum vino remedium quæritur, ita febris remedio eſſe poteſt, concoquendo, reſoluendo & tenuando. Quin & Prorrh. 2. Hippocrates in lippitudine ex febre auxilium petit. Et ex illo loco Celſus, intus ruptum oculum febriculam iuuare ſcripſit. ὀφθαλμίαν igitur quamuis ad oculos fluxionem vocat vt libro περὶ ὄψιος, ἐπ' ὀφθαλμοὺς ῥόον. Cùm autem ex oculorum inflammatione, vlcerum, aut ruptionis oculi, aut etiam putredinis metus ſit, cæcitatis aut mortis periculum impendēre poteſt, aut vtriuſque, quod tamen non legit Caluus. Videtur enim iſta duo membra, ἢ ἀπολέσθαι, ἢ ἀμφότερα, omiſiſſe. F

223 **Quibus cum lippitudine capitis dolor accedit, & longo tempore perſeuerat, cæcitatis metus impēdet.**

Οἷσιν ὀφθαλμιῶσι κεφαλαλγίη προσγίνεται, καὶ παρακολουθεῖ χρόνον πουλὺν, κίνδυνος τυφλωθῆναι.

Ex capitis dolore perſeuerat in oculos fluxio ac lippitudo, & ex diu trahente inflammatione putredo humorum imminet & ſuppuratio tandem oritur, ſæpè etiam albugo aut ſuffuſio naſcitur, metuſq; eſt etiam ne neruus opticus contabeſcat aut concidat, vnde viſio deperditur. Prorrh. 2. ſcribit Hippocrates, εἰ δὲ καὶ ἐπιπόνως ὑπὸ τοῦ πόνου, πάλιν ἄχρηστος ὀφθαλμὸς γίνεται. Vbi etiam multa hanc in rem ſcribuntur. Caluus hanc ſententiam omninò prætermiſit.

224 **Lippitudine laborantem, ſponte aluus profluens iuuat.**

Ὀφθαλμιῶντι διάῤῥοια ἀπὸ ταὐτομάτου, χρήσιμον. G

Placitum eſt 17. lib. 6. Aphoriſmorum, & his verbis repetitur libello περὶ χυμῶν, ὀφθαλμιῶντι ὑπὸ διαῤῥοίης ἁλῶναι, ἀγαθόν. Celſus c. 8. lib. 2. Omnis deiectio lippienti prodeſt. ἀπὸ ταὐτομάτου autem χωρὶς τῆς ἔξω αἰτίας, ἢ ἐξαίφνης ſignificat ex aph. 78. lib. 4. Hic verò ſpontaneum impetum magis oſtendit.

225 **Oculi hebeſcentes & obtuſi, concreti ac caligantes malum portendunt.**

Ὀμμάτων ἀμαύρωσις, καὶ τὸ πεπηγὸς, ἀχλυῶδες, κακόν.

Prorrh. 46. repetitur hæc ſententia. Eſt autem ἀμαύρωσις Galeno, ἡ ἀμυδρὰ τῶν ὀργάνων αἴσθησις, & oculorum hebetudinem, aut obtuſam & elangueſcentem eorum functionem indicat. Authori autem Iſagoges ἀμαύρωσις ἐστὶν ὅταν παντελὴς παρεμποδισμὸς ᾖ τῇ ὄψει χωρὶς φανερᾶς αἰτίας. In morbis autem acutis τὸ ἀμαυρῶδες καὶ ὄψις ἀμβλεῖα καὶ ἐκλύσιν σημαίνει τῆς ἐνδείας δυνάμεως, vt ſcribit Galenus. * Sic τὸ ἀμαυρὸν κακὸν, in Epidemiis ſcribitur, & οἱ πεπηγότες ὀφθαλμοὶ, ὅπερ ἐστὶν ἀκίνητοι, καὶ τελευταῖον ἐνδείκνυνται νέκρωσιν τῆς τοῦ μὴ δυναμένου, ἀφ' ἧς ἐκινοῦντο προέρχεσθαι ἀρχῆς τῆς φύσεως. ἀχλυώδεες autem retinui ex Prorrhetico & manu ſcriptis quibuſdam, quam etiam lectionem agnoſcit Galenus, etſi publicata exemplaria ἀχρώδεες legunt, quam lectionem amplectitur præceptor Hollerius. Sic in Epidemiis de oculis ſcribitur, κακὸν δὲ καὶ ἐπεξηρασμένον ἀχλὺν ἔχειν, cùm præ extrema ariditate & ſumma imbecillitate ſordes in oculis velut lanugo, aut tenuis ſpuma, tenuiſſimaque ramenta concreſcunt. Sic enim τὸ πεπηγὸς iungunt. Cui etiam lectioni ſuffragatur quòd Heſychius τὸ ἀχλυῶδες ἀχλὺν ἔχον ὄμμα exponit. Codices manu ſcripti Regij ὄμμα καὶ τὸ πεπηγὸς legunt. Caluus hanc ſententiam Hippocrate dignam prætermiſit. H

* Com. 1. in lib. 6. epid.

226 Ὀμ-

A 116 Ὀμμάτων ἀμαύρωσις ἅμα ἀψυχίῃ, σπασμώδης συντόμως.

Oculorũ hebetatio cum animi defectione promptam conuulſionem denunciat.

Hoc præſagium extrema pars eſt Prorrh. 113. Oculorum autem obſcuratio cum animi deliquio, quòd neruorum principium appetitum indicet, non ſimpliciter ac ex neceſſitate conuulſionem accerſit, ſed velut ex accidenti.

117 Ὀμμάτων ὀρθότης ἐν ὀξεῖ, καὶ κίνησις ὀξεῖα, καὶ ὕπνος ταραχώδης, ἀγρυπνίη· ποτὲ δὲ καὶ στάξιες ἐκ ῥινῶν, οὐδὲν ἀγαθόν.

In præcipiti malo rectus oculorum obtutus ac motus pernicitas, ſomnus turbulentus, peruigilium, interdumq́; ſanguinis ex naribus ſtillationes, nihil boni denunciant.

B Vt manifeſtum eſt phreniticorum præſagium, ita non æquè explicata eſt literæ ſcriptio. ὀμμάτων ὀρθότης dici videtur rectus & intentus oculorum obtutus, ὀφθαλμοὶ ἀτενέες interdum vocantur. Quin & ὀμμάτων θράσος & ὄμμα θρασὺ fortaſſis concipi poteſt, ac ferociens aut truculentus oculorum aſpectus in animi notione reponi, cùm ex truci illo obtutu intentam ac velut directam oculorum aciem erigunt ægri. Quæ latè ſparſa ſunt per totam Hippocratis πραγματείαν phreniticorum indicia, cumq́; ex ſiccitate tenſionem quandam inducant, conuulſionem promtiſſimè minantur. κίνησις autem ὀξεῖα, ἐνδινευμένους καὶ ἀπορριπτουμένους ὀφθαλμοὺς, hoc eſt, inſtabiles ac perniciter motos oculos, inordinateq́; proiectos ſignificat. πυκνὴν κίνησιν eandem in Prorrhetico quam hic ὀξεῖαν vocans, cùm ſcribit, ἢν γὰρ αἱ ὄψιες πυκνὰ κινέωνται, μανῆναι τούτους ἐλπίς. Qui affectus etſi penè ſunt inter ſe contrarij, inſaniam tamen prædicunt: vt non temerè videatur hæc ſententi a libro ſexto Epidem. exprimi his verbis ὀμμάτων θράσος ἀτενιζουσῶν, καὶ ῥίψις. At quàm manifeſtè inſaniã prodant ſanguinis ex naribus ſtillationes, multis ex Prorrhetico locis apertè ſatis apparet. In eo verò quod ſequitur magna eſt exemplarium varietas. Quidam codices vnico contextu iſta omnia comprehendunt, quod è phreniticis aut etiam conuulſionibus explicentur. Sunt qui in duas ſententias diſtinguũt, quos etiam cum interpretibus ſecuti ſumus, ac poſt στάξιες ἐκ ῥινῶν οὐκ ἀγαθὸν ex illis

C adſcripſimus, quam etiam lectionem Caluus & Cornarius ſunt ſecuti, etſi κακὸν aut φρενιτικὸν malim. In quibuſdam etiam codicibus illis in verbis lacunæ aſteriſcis ſubnotatæ dehiſcunt. Et in tanta varietate nihilò ſanè deterior quàm ex ſalua integritate lectio eruitur, cùm in turbulento huiuſmodi opere ac veluti ſuffarcinato centone, velut ad incitas redacti, rarò nec ſine labore expeditum ac explanatum ſenſum emendicemus. Poterunt ergo iſta aut coniunctè, aut diſparatè legi, & ad phreniticorum prædictionem referri, στάξιες autem, non στάσεις, ſcribendum.

118 Πρὸς τὴν ἀφὴν μὴ ὀξέα καύσεες, φρενιτικοὶ γίνονται, καὶ μᾶλλον ἢν αἷμα ῥυῇ.

Qui in febribus ad tactum nullum ardoris ſenſum præ ſeferunt, phrenitici fiunt, idq; magis ſi ſanguis fluxerit.

D Πρὸς τὴν ἀφὴν μὴ ὀξέα καύσεες intelliguntur qui febribus ardentibus & malignis detenti, nullum ardoris ſenſum ad manus contactum, aut in attrectando exhibent, ſed in penetralibus concepto intro incendio, vruntur & ardent, corporis autem extrema planities friget. Quæ ex febris peſtilentis & maximè exitialis damnabilis nota, & aphor. 48. lib. 4. ſugillatur. Antea quoq; ἀθερμάντους πρὸς χεῖρα eos vocauit. Huiuſmodi autem ſententiæ mihi videntur exprimere quod in Prorrhetico ſcribitur, his verbis, τὰ ἐγκαταλαμπτικὰ καύματα ἐν ἀποχωρήσει, πυρετῷ περιψυχθέντι, κακόν. & κοιλίας ἀποληλαμένης πυκνὰ δὲ μέλανα παραδιδοῦσα πρὸς αὐγὴν χαλῶσαι, μικρὸν ἐπὶ πυρετοῖς ῥιγοῦσι, κακόν. Iſtud namq; καὶ μᾶλλον ἢν αἷμα ῥυῇ, ſunt qui de ſubſiſtente & præparata aut infra modum commota hæmorrhagia accipiant, quod in huiuſmodi incendio interno ac ardentibus febribus præſentiſſimum minatur exitium. Verùm mihi quidem potius de ſanguinis fluxu ſumendum videtur, cui ῥεῖν accõmodat Hippocrates, quiq; materiæ furſum ſublatæ momentum ac impetum oſtendit, indeq; celeriorem phrenitidis præſenſionem conficit. Soletq; in exitialibus huiuſmodi febribus & malignis, ſanguinis profluuiũ etiam liberale, lethali admodum oſtento, nec niſi peſtifera conditione excitari. Ferè enim ſtatim excitato vehementi delirio ægri pereunt, vt in ſtatu peſtilenti videre ſæpe contingit. Ideoq; μᾶλλον ἢν αἷμα ῥυῇ legit præceptor Hollerius.

E 119 Γλῶσσα δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν πεφρικυῖα, τῷ δὲ χρώματι διαμένουσα, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τρηχυνομένη, καὶ πελιαινομένη, καὶ ῥηγνυμένη, θανάσιμον. σφόδρα δὲ μελαινομένη, ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κρίσιν γενέσθαι δηλοῖ. χαλεπωτάτη δέ ἐστιν ἡ μέλαινα καὶ χλωρή.

Lingua circa initia quidem horrida, in eodẽ verò colore perſeuerans, procedente verò tempore vbi exaſperatur, liueſcit, finditur, mortem denunciat. Quòd ſi admodum nigreſcat, decimo quarto die iudicationem promittit. Periculi autem maximè plena eſt nigra & ex virore palleſcens.

Lingua cùm rara ſit, fungoſa, & ſpongioſa, inſignibus vaſis plena, promptiſſimè ſuccorum corporis colores imbibit, vt non abs re ſcriptum ſit in Epidemiis, γλῶσσα οὔρων σημαίνει. & γλῶσσα ὁμόχροος τοῖσι προσπίνουσι, διότι ταύτῃ γνώσκομεν τοὺς χυμούς. Hic autem vide-

F tur deſcribi lingua qualis ſolet eſſe in magno febrium ardentium incendio, primum horrida, ex reſiccatione denſata & contracta, deinde aſpera, denique rimis dehiſcens. Quibus veluti gradibus ex humiditatis inopia in perniciem itur (vt ſcribit Galenus *) demumque lingua fuliginoſa & nigra, exhalante intus concepto incendio, conſpicitur. Ac videtur hic πεφρικυῖα dici, quàm δασεῖαν in Prorrhetic. & paulò pòſt vocat. Horrida ergo lingua eſt, ſiue inæqualitas quædam in motu indicetur ab agitatione humorum ac ſpirituum, ſiue à leui in ſuperficie cutis aſperitate inhorreſcat, cùm humidi inopia (quo ſumma cutis continuitas exæquatur) exaſperatur aut ſtringitur. Non ſecus ac Ouidius † de leui maris agitatione primoq; maris æſtu quo eius planities exaſperatur, æquor exhorreſcere dixit, exigua cùm ſummum ſtringitur aura, quo φρίξ Homeri exprimere videtur, quam primùm leuiter agitato mari ſæpe tribuit, & explicat Galenus Comm. 3. in lib. 6. Epid. vbi φρικώδης exponit de cutis rugoſæ inæqualitate cui τὸ λεῖον opponitur. Qua notione etiam πέφρικεν ἡ γλῶσσα ſcribitur ab Hippocrate lib. 3. de Morb. in febre ardente. πεφρικυῖα tamen laudo; & huius ſcriptionis

G coniecturam maximè probo, ſed πεφρυγμένη, aut φρυγεῖσα, torrida & arida magis dicitur. Quinetiam χλωρὴ γλῶσσα Hippocrati dicitur pallida, & quæ bilis pallidæ colore infecta eſt, quemadmodum γλῶσσαι χλωραί, χολώδεες in Epidemiis notat Hippocrates. Illic enim (vt teſtatur Gal.) αἱ χλωραὶ γλῶσσαι σύμπτωμα ἐστὶ τῆς ὠχρᾶς, ἀπὸ τῆς ὠχρᾶς χολῆς βαπτόμεναι. Idque ex vulgi conſuetudine qui χλωρὸν pro ὠχρὸν ſæpe vſurpat, quod his verbis teſtatur Galenus, χλωραὶ οὖν γλῶσσαι εἴρηνται. ὡς ἐν τῷ βίῳ συνήθως ὀνομάζουσιν οἱ ἄνθρωποι, χλωροὺς τοὺς ὑπώχρους φάσκοντες, εἰς ὃ ἐπὶ τὸ χολωδέστερον ἡ χροιὰ μεταβάλλει, τῆς ὠχρᾶς δηλονότι χολῆς. Etſi χλωραὶ γλῶσσαι hic verè dicuntur ex virore pallidæ, quæ ex bilis flauæ incendio ac feruore & in bilem æruginoſam mutatione contigerunt in febribus acutis ac deurẽtibus, atq; ideo maximum periculum denunciant. μέλαινα autem γλῶττα dicitur quæ ex fuliginoſa aduſtione in febribus ardentibus nigricat, & vehementem reſiccationem ſemper coniunctam habet, quemadmodum ex his Galeni verbis apertum eſt, καὶ δὲ αὐτὰς ὅταν ἐπὶ ξηραὶ ἰσχυρῶς, ἐν πυρετῷ διακαεῖ, ὃς ἤδη τὸ κατοπτᾷ τὸ αἷμα. λιγνὺν μᾶλλον ἤπερ ἀτμὸν, ἀναθυμιάσεως αἱ διάπυρα ἐργάζεται, διὸ καὶ μέλαιναι πολλάκις ἐξ ὀπτῶν φαίνονται γλῶτται. Quamuis enim μέλαιναι γλῶτται ἀπὸ μελαίνης χολῆς καὶ μακρῶν νούσων fiant, vt ſcribit Hippocrates, quia tamen hoc loco ex linguæ indicatura morborum acutorum ſpecimen facere videtur, præſtat ἀπὸ λιγνυώδους ἐγκαύσεως nigricantem linguam deduci.

H Quod & facit Galen. lib. 8. de Placitis Hipp. & Platonis, illam Hipp. lib. 6. Epid ſententiam producens. Ac vt magis iſta ad febrium ardentium incendia referri exiſtimes, æquum videtur eorum originem à capite arceſſere, vt & genuitatis indicaturam præ ſe ferant, & ad ſui cognitionem ampliores faciant aditus. Sumpta autem videntur ex libello περὶ κρισίμων atq; in iſtum locum ex his verbis trãſlata καῦσος δὲ γίνεται ἐπὴν ἀναξηρανθῶσιν αἱ φλέβες. αὕτη γὰρ ἡ νοῦσος ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ... δίψα μὲν οὖν πολλὴ ἔχει τὸν ἄνθρωπον καὶ πυρετὸς σφοδρός. γλῶσσα δὲ γίνεται τρηχυνομένη, καὶ ξηρὴ ἰσχυρῶς, καὶ τὸ χρῶμα αὐτῆς, τὸ μὲν πρῶτον ὠχρή, ... ὕστερον δὲ τῷ χρόνῳ, μελαίνεται. καὶ ἢν μὲν ἐν ἀρχῇσι μελανθῇ, θᾶσσον αἱ κρίσιες ἀπὸ ἢν δὲ ὕστερον χρονιώτεραι. Quæ ſanè ex lib. 3. περὶ νούσων repetita videntur, vbi hũc in modũ ſcribuntur, ὁ δὲ καῦσος ... ἡ γλῶσσα πέφρικε. τὸ δὲ χρῶμα αὐτῆς, τὸ μὲν πρῶτον ὠχρή, ... ξηρὴ δὲ σφόδρα. ὕστερον δὲ τῷ χρόνῳ σκληρύνεται καὶ τρηχύνεται, καὶ παχύνεται, καὶ ὑπομελαίνεται. ἢν μὲν ἐν ἀρχῇ ταῦτα πάθῃ, θᾶσσον αἱ κρίσιες γίνονται. ἢν δὲ ὕστερον, χρονιώτεραι. Quod autẽ de lingua nigricante ad celeriorẽ iudicationẽ dicitur, ex eodẽ libro deductũ eſt. Scribit enim in ... ἡ δὲ γλῶσσα ξηρή, ...

ἡ τῷ χρόνῳ μελαίνεται· ἣν μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ μελαίνηται, θάνατος αἱ ἀπαλλαγαί. ἢν δ' ὕστερον, χρονιώτεραι. πάντως δὲ ῥήγνυται ἡ γλῶσσα. καὶ ἢν ἀφθώδης ἡ ἀνακλεινῆ ἔχηται. Quæ etiam repetuntur libello περὶ κρισίμων. Porrò quod ad literam attinet, duo exemplaria Regia manu ſcripta A
ἐν τῷ παραφρενιτικῷ ἔχηται κρίσεις δηλοῖ legunt. Vbi κρίσις vt aliàs crebrò, tam eam morborum immutationem ex qua pernicies imminet, quàm quæ ſalutis ſpem concipit, innuere videtur.

* *Comm. 1. in Prorrh.* † *Lib. 4. Metamorph.*

Linguæ biſulcum velut ſaliua alba obductum, febris remiſſionem indicat, eo quidem quod agnatum eſt craſſo exiſtente, eodem die, ſi verò tenuius fuerit, poſtridie, perendie quoque ſi adhuc tenuius fuerit. Eadem etiam ſignificatio eſt, ſi hæc circa ſummam linguam contingant, minùs tamen firma.

230 Γλῶσσα περὶ τὸ δικρόουν ὥσπερ σιάλῳ λευκῷ ἐγκαταλείφεσθαι, σημεῖον ἀφέσιος πυρετοῦ, παχέος μὲν ἐόντος τοῦ ἐπιχρίσματος, αὐθημερόν. λεπτοτέρου δὲ ἐς τὴν ὑστεραίην. ἔτι λεπτοτέρου τριταίην. τὰ δ' αὐτὰ σημαίνει καὶ ἐπ' ἄκρην τὴν γλῶσσαν γινόμενα, ἧσσον δέ. B

γλῶσσαι λευκαὶ ἀπὸ φλέγματος, vt ſcribit Hippocrates. * Quæ igitur velut ſaliua quadam alba aut pituita obductæ ſunt, remiſſioné febris ſignificant, cùm deſæuiente febrium ardentium feruore iſta appareant, velut reſtincto in corporis penetralibus incendio, ac humectato ventriculo, & humorum in vaſis concoctione procurata, vnde linguæ ariditas & aſperitas infuſo quodam rore demulcetur. Ac quò craſſior huiuſmodi ſaliuatio ex tenui proceſſerit, eò breuiorem fore remiſſionem, ex concocta magis morbi materia ſperandum eſt. Atq; hic λεπτότερον pro minùs craſſo ſumitur, quemadmodum aph. 69. lib. 4. λεπτὸν οὖρον non ita craſſum lotium dicitur, vt ſatis apparet ex libello περὶ κρισίμων, vbi iſta aliis verbis repetuntur & valde vitioſè ſcriptis in noſtris codicibus, quæ ſic legenda ſunt, ταῦτα οὖν χρὴ σκοπεῖν πρὸς τὰς κρίσιας. καὶ εἰ περὶ τὸ δικρόουν τῆς γλώττης, ὥσπερ σιάλῳ λευκῷ ἐγκαλύπτηται, καὶ ἐν ἄκρῃ τῇ γλώττῃ ταυτὶ τοῦτο γιγνόμενα ἧσσον δέ. εἰ μὲν οὖν σμικρὰ ταῦτα εἴη, ἐς τὴν τρίτην ἄφεσιν τῆς νόσου. ἢν δέ τι παχύτερον, αὔριον. ἢν δ' ἔτι παχύτερον, αὐθημερινόν. Hæc igitur ad iudicationes in conſiderationem adhibere oportet, & ſi linguæ biſurculum velut ſaliua alba obducatur, etſi in ſumma lingua hoc idem contigerit, minùs tamen. Siquidem igitur tenuia hæc extiterint, ad tertium diem morbi remiſſio expectanda, ſin verò quid craſſius, in craſtinum, ſi autem adhuc craſſius, eodem ipſo die. Δίκρουν autem legit Galenus in Exegeſi, & hunc locum ſubindicans, exponit, τὸ δὲ δίκρανον, ὅπερ καὶ διχηλὲς ὀνομάζουσι, velut biceps & bifidũ, δίκρανα verò Erotianus ex lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον exponit τὰ διῃρημένα εἰς δύο, καὶ οἷον δίχηλα καὶ δικόρυφα. Sed apud Hipp. δίκραια & δίκραιον legitur, quemadmodum apud Galenum in Exegeſi legendum exiſtimo. Nam quod ſcribitur, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ δίκροον δηλοῖ, pro δίκροον, δίκρανον legendum cenſeo, niſi ſi cui ἡ δικρόα placeat. cùm δικρόα etiam ſubſtantiuè reperitur. Dicitur autem δίκρανον, bifidum, biſulcum, & δίκρανον, velut δικέφαλον biceps, & τὰ δίκρανα ligna bifurcata. Hic autem variant exemplaria, cùm manu ſcripta ἐγκαταλείπεσθαι pro ἐγκαταλείφεσθαι legant, & ἀφέντος pro μὲν ἐόντος. Quam lectionem ſecutus eſt Caluus, & ferri poteſt, ſi febrium ardentium tranſitum ſpectes. ἐγκαταλείφεσθαι tamen malim ex libello περὶ κρισίμων. Vitioſi ſunt etiam publicati codices, qui ſententiam iſtam nullo ſenſu diſparant, cùm coniunctè legenda ſint omnia. C

* *Lib. 6. epid.*

Lingua tremula cum nariũ rubore & aluo humecta, ſi reliqua quæ ſunt circa pulmonem nullam iudicationis ſignificationem præ ſe ferant, malo eſt, ac celeres pernicioſas purgationes denunciat.

231 Γλῶσσα τρομώδης μετ' ἐρυθήματος κατὰ ῥῖνας καὶ κοιλίης ὑγρῆς, τὰ δ' ἄλλα ἀσήμως ἔχοντα κατὰ πλεύμονα, πονηρὸν, καὶ ὀξείας καθάρσιας ὀλεθρίους σημαίνει. D

Linguæ tremor animalis facultatis ſummam imbecillitatem ac motionum inefficacitatem præ ſe fert, in phreniticis ſiccam cerebri intemperiem referens, interdum etiam ad profuſam humorum abundantiam, cerebri facultates prægrauantem & neruos irrigantem conſequens, non ſecus ac in reliquis membris oppreſſa onere animalis facultas, velut fatiſcentibus viribus, tremebundas actiones obit. Decumbentibus igitur huiuſmodi humoribus in ventris alueum, irritari aluus poteſt, præſertim ſi qualitate aliqua externa vires acquiſierint, nec in pulmonum cauitatem redundarint. Hunc enim in ſenſum accommodari poſſe videntur hæc verba. τὰ δ' ἄλλα ἀσήμως ἔχοντα κατὰ πλεύμονα, vt in reliquis nulla pulmonis affecti ſignificatio edatur. Poſſunt etiam iſta ad peripneumoniam E lethalem referri, hac notione, ſi in reliquis nulla circa pulmones iudicationis ſignificatio extiterit, vt ἀσήμως ἀκρίτως accipiatur, vt nulla ſalutaris iudicij aut melioris ſpei ſigna ſeſe oſtentent. Grauiſſima autem & maximè lethalis eſt peripneumonia, ad quam cerebri inflammatio velut quædam mali fit acceſſio. Eoq; ſenſu καθάρσιας ex quæ per ſputa fiunt euacuationes ſumentur, vt aph. 8. lib. 5. alioqui de iis quæ per aluum repurgantur intelligi poſſunt.

Lingua præter rationem mollis reddita, ac nauſeabunda, cum ſudore frigido, ab aluo liquida, nigræ vomitionis ſignificationem affert. In his laſſitudinis ſenſus malum denunciat.

232 Γλῶσσα παρὰ λόγον ἀπαλυνομένη, καὶ ἀσώδης μεθ' ἱδρῶτος ψυχροῦ ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, μελαίνων ἐμέτων ἐπίσημον. τὸ κοπιῶδες ἐν τουτέοισι κακόν.

Plena eſt obſcuritatis ſententia, tum ob inſolentes, quibus hic author non raro vtitur, dictiones, tum etiam propter non ſatis artis F legibus accommodatam ſignorum, quæ hic adhibentur, diſciplinam, ſed quæ omnino ambiguam, nullam autem propriam affectuum ſpeciem circumſcribant. Quæ veluti ramenta, quòd in hac tumultuaria opera tam frequenter, quàm non ſine tædio, occurrant, nobis cum ſummo ſtomachi faſtidio conuerrenda fuere, ac niſi quis probet, reuerrat licet, vt loquitur paraſitus Plautinus. Mihi igitur accommodatè ſatis ad phreniticos referri videtur hæc ſententia, in quibus non temerè reſiccata lingua & aſpera, mollis ac humeſcens, & tenui ſaliuatione obducta, non longè poſtea vomitionem affuturam prædicit. Adeò vt iſta ſententia mihi Prorrh. 31. exprimere videatur. τὰ ἐν τοῖς φρενιτικοῖς μετὰ καταψύξιος πτυαλίζοντα, μέλανα ἐμεῖται. Sed dictionis inſolentia obſcuritatem parit ἀπαλυνομένη γλῶσσα dicitur quæ lenis eſt & mollis, aut humeſcens, velut aſperæ, duræ, ac præ ſiccitate contractæ repugnans, & quæ humiditatis copia ac ſaliuatione imbuitur & tenereſcit. Quò cùm impendente in phreniticis vomitu repente fiat, παρὰ λόγον ἀπαλυνομένη dici exiſtimanda eſt. Caluus debilitatam ac reſolutam linguam dixit, ob eius mollem laxamq; ſubſtantiã, exoluto calore & ſpiritu, & motionis imbecillitatem, vt mihi videatur aliam ſecutus lectionem, & ἀπολυομένη potiùs quàm ἀπαλυνομένη legiſſe. ἀσώδης autem lingua, vt nouè dicitur, ſic non temerè ad æſtuabũdos ac nauſeabundos ægros refertur, eaq; intelligi videtur, quæ nauſeæ ſenſum ſentit, & ex ſtomachi redundantia, vnde ventriculi os mordetur, faſtidij plenitudinem, ac reſtagnantem in gulam tenuem ſaliuam cõbibit, indeq; ciborum guſtum non percipit, affectis tertiæ coniugationis neruis & nimio humore perfuſis. Ex eoq; humorum morſu os ventriculi ſubuertitur, & in promptam vomitionem refunditur, dum æſtuatione nauſeabunda conflictatur æger, quæ ἄση dicitur. Sudor verò frigidus humoris vomitione refuſi qualitatem indicat, vt & κατάψυξις, ac idem in nigrorum vomitu efficere poteſt. G
κοιλίη ὑγρὴ & κοπῶδες, cùm ſint communia morborum ſymptomata, propriam nullam affectuum naturam hic circumſcribunt, ſed planè ambigunt, etſi commota & irritata bile flaua aluus, & laſſitudinis affectio ex mordaci humorum acrimonia orta, ad phrenitidis cauſam aliquid leuiter addit. Fuſis quoq; & liquatis per aluum humoribus, aut in habitum corporis compulſis, & à febre carnoſarum partim humiditate conſumpta iſta oriri poſſunt.

Linguæ tremulæ quibuſdam etiam aluum humectam nonnunquam reddunt. In his autem ſi nigricent, etiam mortem denunciant. Ac fortaſſis lingua tremula inſtabilem mentem & à ſede conſtantiæ deturbatam ſignificat.

233 Αἱ τρομώδεες γλῶσσαι ἐνίοισι καὶ κοιλίην ὑγρὴν ποτὲ ποιέουσι. μελανθεῖσαι δ' ἐν τουτέοισι, ταχὺν θάνατον σημαίνουσιν. ἴσως δέ γε τρομώδης γλῶσσα σημαίνει οὐχ ἱδρυμένην γνώμην. H

Sunt hæc phreniticorum ſymptomata, in quibus ob intenſum calorem ac ſiccitatem, affecto neruorum principio, imbecillis reddita animalis facultas, tremulas actiones ac conuulſiones ſentit. Ex eadem incendij intenſione lingua nigricat & mens à ſede conſtantiæ deturbatur. Hic autem meliùs quàm Prorrh. 20. aſſenſionem ſuſtinet, cùm inde tamen tranſlatum videatur. Aluus

etiam

A etiam lubrica nihil habet hic commune aut proprium, vt ſuperioribus ſententiis eſt demonſtratum, & quod raritatem euentus habeat ac nullam perpetuitatem (vt his verbis ſatis apertè oſtenditur) ratis prædictionis legibus non comprehenditur. Poteſt quoque ob largam humiditatem & mollitiem linguæ imbecillitas & tremor fieri, vnde humiditate etiam imbutus ventriculus, aluum fluidam reddit, vt in balbutientibus accidit, aph. 32. lib. 6. Quod etiam repetitur in fine huius præſagij.

234 Αἱ δασεῖαι κατάξηροι, φρενιτικαί. — Linguæ denſæ & peraridæ, phrenitidē portendunt.

Prorrh. 3. repetitur hæc ſententia, & eandem habet explanationem. Siue igitur δασείας γλώσσας, τραχείας accipias ex Galeno, ſiue φρικώδεις vt ſupra, ſiue σκληρὰς aut παχείας, vt in lib. περὶ νούσων, eandem tamen habeat ex reſiccatione originem.

235 Ὀδόντας συμπρίζειν ᾧ μὴ σύνηθες ἐκ παιδίου, μανικὸν καὶ θανάσιμον. ἤδη δὲ παραφρονέοντι ἢν ποιέῃ τοῦτο, παντελῶς ὀλέθριον. ὀλέθριον δὲ καὶ ξηραίνεσθαι τοὺς ὀδόντας. — Dentium colliſio aut ſtridor, præter conſuetudinem à teneris contractam inſaniam ac mortem denunciat. Quòd ſi iam deliranti iſtud accidat, prorſus exitiale eſt. Quin & dentes reſiccari perniciem denotat.

B Habet hæc ſententia ex Prognoſtico repetita artis theorematum communitatem. Nam quæ à conſuetudine aut ſanorum actionibus abſunt, ea præter naturam fieri dicuntur. In febribus autem iſta accidere inaudienda ſunt, quod & in prognoſtico additur. Repetitur etiam in Prorrhetico his verbis, ὀδόντων πρίσις ὀλέθριον, οἷσι μὴ σύνηθες ἐξ ὑγιείης. συμπρίζειν autem hic paſſim ſcribitur, quod dentes inter ſe committere aut contendere ſignificat, cum συμπρίειν aut ξυμπρίειν ſæpe ſcribat Hippocrates, quod collidere & conſerere dentes ſignificat, indeq; ξυμπρίσιες ὀδόντων & aliquando ξυμπρίζειν, cum dentes inter ſe conſeruntur, concluduntur, & confirmantur, vt alibi ſcripſimus. Quod autem hic etiam de reſiccatione dentium dicitur, in febribus ſubauditum, caloris intenſionem denotat, velut aph. 53. lib. 4.

C 236 Ὀδόντος σφακελισμὸς ἀπόστημα παρὰ τὰ οὖλα γενόμενον λύει. — Dentis ſyderatio abſceſſum ad gingiuas enatum ſoluit.

Fit interdum vt gingiuarum abſceſſus corrupto dente qui exciderit, via puri inde facta, tollatur, idque præſertim ſi is dentis vitio contigerit. Interdum quoq; vſu videtur euenire, vt quamuis dentis vitium abſceſſum non fecerit, tamen dens qui exciderit, leuiorem abſceſſum, velut pure liberatum, faciat, idq; in dies experimur in iis fluxionibus quæ ad dentium dolores conſequuntur.

237 Ἐπὶ ὀδόντος σφακελισμῷ πυρετὸς ἐπιγινόμενος σφοδρὸς, καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον. ἢν δὲ σώζωνται, ἕλκεα ἐκπυΐσκεται καὶ ὀστέα ἀφίσταται. — Ad dentis ſyderationem vehemens accedens febris cum delirio, mortem minatur. Quòd ſi ſeruentur ægri, vlcera pus colligent, & oſſa abſcedent.

D Dentium dolor cum à Galeno lib. pharm. κατὰ τόπ. in intenſiſſimis doloribus numeratur tantam adeſſe febrem, vt delirium aut mortem minetur periculo proximum eſt. Vlcera autem purulenta oſſa corrumpunt, vnde & ſanies emanat, & teſtulæ ac ſquamæ excidunt, indeq; abſceſſum facere dicuntur. Cod ces manu ſcripti quidam. καὶ ἕλκεα ἐκπυΐσει, ὀστέα ἀφίσταται legunt. Aſulanus ἕλκεα ἐκπυΐσει. Eſt autem σφάκελος aut σφακελισμὸς propriè oſſis corruptio, rectéq; in dente ponitur.

238 Οἷσι περὶ τὴν ὑπερῴην ὑγρὸν συνίσταται, ὡς τὰ πολλὰ πυοῦται. — Quibus ad palatum humor colligitur, plærunque in pus vertitur.

Quæ ad internam oris cauitatem colliguntur & coeunt, ob natiuam oris humiditatem & temperiem, plærunque vel ſine magno negotio in pus vertuntur. Hîc autem συνίσταται idem quod aliàs συστρέφεται & συλλέγεται ſignificat, vnde etiam συστροφαὶ & σύστρεμμα apud Hippocratem. Sic lib. 2. περὶ νούσων, φλεγμαίνει συστραφὲν ἐς τὴν ὑπερῴην dicitur, quod in tumorem attolli & pus colligere vult.

E 239 Τὰ περὶ γνάθους ἀλγήματα σφοδρὰ, κίνδυνος εἰς ὀστέου ἀπόπλυσιν ἐλθεῖν. — In vehementibus circa maxillas doloribus, periculum eſt vt os fluctuet.

Vt eſt hic author crebrò in obſcuris ac impropriis dictionibus iactatus, ita quid hic ἀπόπλυσιν ὀστέου indicet, non eſt facile explicatu. Maxilla inferior cùm ab Hippocrate inter rara oſſa annumeretur, promptè pure imbuitur, fluitat, ac velut humore exundat, ex quo facilè corrumpitur. Huiuſmodi igitur humoris in os redundantiam velut reſtagnationem, concepta pure ἀπόπλυσιν oſſis & fluctuatio ſequitur, quòd veluti fluctuet & enatet pure redundans, aut quod ſubiecta carne corrupta demergatur (vt accipit præceptor Hollerius) ac veluti deſidat, & cauum relinquat. Sic lib. 4. Epid. de vlcere exedente, indeq; corruptis dentibus & tandem excidentibus, οἱ ὀδόντες ἀπέπλυσαν dixit Hippocrates, etſi alij ἀπέπεσον legunt. Cornarius hic ὀστέου ἀπόπλυσιν oſſis eductionem dixit, quod os pure eroſum ac imbutum decidat & deſquametur, ὀστέου λεπίδωσιν & ψίλωσιν vocat Hippocr. lib. de fract. Caluus in os recurrere dixit, tranſlatione ex propria nominis notatione ſumpta. Hic porro ἀλγήματα, vt aliàs ſæpe, pro ea diſpoſitione quæ dolores infert, inaudienda ſunt. Exemplaria manu ſcripta quædam Regia ὀστέου pro ἐλθεῖν ſcribunt, minus rectè, vt opinor.

F 240 Χεῖλος συσπώμενον σημαίνει κοιλίης χολώδεος καταρρήξιν. — Contractum labrum biliosæ alui perruptionem denunciat.

Iſta labri inferioris contractio oris ventriculi morſum ex humorum acrimonia denotat, quorum impetu irritata aluus in bilioſam proluuiem prorumpere poteſt. Caluus iſtam labri contractationem ſuperiori ſententiæ connectit & συσπώμενον etiam legiſſe videtur. In exemplari etiam quodam Regio manu ſcripto σημαίνει κοιλίην χολώδεα καὶ καταρρηγνυμένην adſcribitur. Quæ dictiones καταρρήξιν explanant, vt ſatis apparet.

241 Τὰ ἀπὸ οὔλων αἵματα ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, ὀλέθρια. — Sanguis ex gingiuis cum humecta aluo profluens, perniciem minatur.

G Sanguis ex gingiuis facilè & ſæpius profluens, inſignem cacochymiam & ſanguinis vitium, aut oris putredinem denotat, non ſecus ac vitiatas gingiuas & oris fœtorem in lienis tumore annotat Hippocr. Prorrhetic. 2. Aluus verò humorum acrimonia irritata effundi poteſt ſine vllo periculo. Poteſt quoque ad venoſi generis imbecillitatem alui profluuium, velut hepaticum ſymptoma conſequi, & malo eſſe. Caluus ſuperioris ſententiæ partem huic annexuit.

242 Πτυάλου ἀναχρέμψιες ἐν πυρετοῖσι πελιδναὶ, μέλαιναι, χολώδεες, ἐφιστάμεναι μὲν κακαί. ἀποχωρέουσαι δὲ κατὰ λόγον, χρήσιμοι. — In febre ſputi excreationes liuidæ, nigræ, bilioſæ, ſubſiſtentes quidem malæ ſunt, ſi verò pro ratione excernantur, vtiles.

Ex aph. 47. lib. 4. & 71. lib. 7. repetitur hæc ſententia. Ex quibus pro ἐφιστάμεναι μὲν legunt optimè quidam, etſi tamen hoc modo

H mihi conſtare poſſe ſententia videatur, vt indicentur excreationes quantumuis malæ, ſi ritè & ordine, hoc eſt die critico ac prægreſſis coctionis ſignis, & cum ægri leuamento excernantur, vtiles eſſe & naturæ robur indicare, contra vero ſi ſubſiſtant.

243 Οἷσιν ἁλμυρὰ πτύελα, καὶ βὴξ ὑφίσταται, τούτοισι χρὼς ἐρυθραίνεται οἷον ἐξανθίσματα. περὶ δὲ τὴν τελευτὴν τραχύνεται. — Quibus ſalſa ſputa cum tuſſi ſubſiſtunt, iis corpus velut eſfloreſcentibus puſtulis rubeſcit, ante obitum verò exaſperatur.

Iſtud cùm valde ſit arbitrarium,& in vno obſeruatum,non rectè ad artis complexionem eſt traductum. Artem verò negabat eſ- A
ſe vllam Carneades apud M.Tullium,niſi quæ cognitis penituſq; perſpectis,& in vnum exitum ſpectantibus & nunquam fallenti-
bus rebus contineretur.Neque (vt ſcribit Gal.Com.2.in Prorrh.) τῶν ἀπάντων, ἀλλὰ τῶν ἐν δηλώσει, ὃ ὡς τὸ πολὺ γινόμενον εἰς τὴν θεω-
ρίας χρήσιμον. Poteſt autem ex humoris acrimonia & ſalſugine in thoracem à capite defluente tuſſis excitari, & huiuſmodi ſputum
reiici. Ac deinde inualeſcente ſuccorum acrimonia & corruptela,ſuppreſſo ſputo puſtularum eruptio fieri,ac veluti in cutem efflo-
reſcere,vnde & cacochymia totum corpus occupat, deinde etiam atrophia,macies ac tabes. Ac ferè conuenit hæc ſententia cum ea
quæ poſtea in hoc præſagio adſcribitur 443. Poteſt etiam iſtud de faciei colore accipi. Nam ſuppreſſa in pulmonibus materia &
concalefacta,vapores in caput plurimi & acres ſuſtolluntur,vnde facies rubet, in eaq; puſtulæ poſtea excitantur & vlcera, quæ ſca-
britie quadam ſub mortem exaſperantur.

Exſcreatio frequens, ſiquidem etiam aliud quod-dam ſignum affuerit, phrenitidem portendit.

244 Ἀναχρέμψιες πυκναί, ἢν δή τι καὶ ἄλλο σύμφορον προσῇ, φρενιτικαί. B

Iiſdem planè verbis ſcribitur Prorrh.6. & à Galeno definitis diſtinctionum cancellis circumſcribitur. Niſi quod illic Galenus
φρενιτικὰ agnoſcit,etſi inſolens eſt phraſis & abſurda. Hic autem φρενιτικὸν conſtanter exemplaria omnia retinent.

Vocis defectiones cum virium exolutione peſſimæ.

245 Αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι, κάκισται.

Ex Prorrh.24.& 96. huc eſt traductum.

Quæ breui tempore durant feroces mentis emotiones,malæ ſunt & in ferinas euadunt.

246 Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασέες παραφροσύναι, πονηρὸν καὶ θηριῶδες.

Idem etiam ferè ſcribitur Prorrh.16.

Quos vox cum febre & abſque vlla iudicatione deficit, ij tremuli intereunt.

247 Οἷσι φωνὴ ἅμα πυρετῷ ἐκλείπει μετ' ἀκρισίας, τρομώδεες ἀποθνήσκουσι. C

Ex Prorrh.91. huc eſt tranſlatum hoc præſagium & pauliſper immutatum. Illic nanque μετ' κρίσιος legitur,quod hic μετ' ἀκρισίας ex
perpetuo exemplarium omnium conſenſu retinetur. Ἀκρισίας igitur accipimus iudicationis defectum, aut quam κακὴν κρίσιν inter-
pretatur Galenus, & μετ' ἀκρισίας idem quod ἀσήμως ſignificat. τρόμου etiam in Prorrh. cum tremore additur, cuius hic altum vbique
eſt ſilentium.

Vocis defectiones in febre quæ conuulſionis ſpeciem præ ſe ferunt & in mentis emotionem cum ſilentio deſinunt, perniciem oſtentant.

248 Αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι σπασμώδεα τρόπον, ἐκστᾶσαι σιγῇ, ὀλέθριοι. D

Eadem ſententia repetitur Prorrh.54. iiſdem penè verbis, niſi quod ἐξίσταται pro ἐκστᾶσαι legitur.

Quibus voces cum dolore deficiunt,ij tandem nõ ſine ſummo cruciatu vitam cum morte commutant.

249 Αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι, δυσθάνατοι.

In Prorrhetico vt hic quoque,ad præcedentem ſententiam conſequitur hoc præſagium.

Vocis defectiones cum virium exolutione,ac alto ſopore quem catochon vocant,perniciem minantur.

250 Αἱ μετ' ἐκλύσιος κατόχως ἀφωνίαι, ὀλέθριοι.

Iiſdem omnino verbis repetitur hæc ſententia Prorrh.96. Illud autem κατόχως vt ambiguam habet notionem,ita præſagij ſenſum
variat. Poteſt enim ad altè infixam pertinacem, nec facilè eluibilem vocis defectionem referri: poteſt quoque ad propriam cato-
ches notationem, quæ cum virium exolutione & vocis defectione coniungitur, accommodari. Quem in ſenſum accipit Galenus in E
Prorrhetico,etſi non dubia alterius notionis ſignificatio præſentiri poteſt.

Confractæ voces poſt medicamenti purgantis potionem, conſiderandæ num prauæ ſint. Horum plæriſque tenues ſudores diffluunt, & alui humectantur.

251 Αἱ κατακεκλασμέναι φωναὶ μετὰ φαρμακείην, ἆρα πονηραί; τουτέων οἱ πλεῖστοι ἐφιδροῦσι, καὶ κοιλίας καθυγραίνονται.

κατάκλασιν de oculis dici ſolenne eſt Hippocrati in Prorrhetico & Epidemiis, pro palpebrarum peruerſione,at de voce cum non
ſit ita vſitatum,quid per κατακεκλασμέναι φωναὶ hic intelligatur, non eſt æquè explicatu facile. Quòd ſi quis κατάκλασιν vt & κατίλλωσιν ad
diſtortionem ac peruerſionem referat, velut κατιλλωμέναι φωναὶ dictæ ſunt Hippocrati, voces implicatæ, præpeditæ, ac ex diſtilla-
tione in fauces interceptæ, tanquam peruerſæ ac diſtortæ. Sic hoc loco κατακεκλασμέναι φωναὶ ſumi poſſe videntur, voces confractæ, F
interruptæ, aut omnino peruerſæ, cùm ex humorum defluxione in muſculos laryngis, contentio conuulſiua aut propè reſolutio
indicatur,& vox ipſa intercipitur aut deficit. Quod certè non paruam periculi ſpem concipit, idque præcipuè ſi neruorum princi-
pium in conſenſionem adducitur. Aut etiam κατακεκλασμέναι φωναὶ intelligi videntur, voces ex ſpiritu in faucibus eliſo interciſæ, velut
abruptæ & effractæ, aut quaſi interruptæ, ſubſiſtente videlicet inter reſpirandum & efflandum ſpiritu, idque propter ſummam re-
ſiccationem & muſculoſi generis conuulſionem,qualis in phreniticis apparet,aut etiam ſummam virium imbecillitatem.Sic in ful-
lone phrenitide affecto lib.7.Epid. φωνὴ κεκλασμένη ponitur, & in Nicoxeno febre ardente laborante, φωνὴ κεκλασμένη cum ſumma
virium exolutione. Sic enim σώματος ἔκλυσις δεινὴ additur. Et in Pherecyde cum magnis animi defectionibus φωνὴ κεκλασμένη ſcri-
bitur. Quæ ſanè præſentiſſimam perniciem denotant,& appetitæ mentis,aut inſtantis conuulſionis certiſſima ſunt indicia. Sunt qui
hanc dictionem ad querulam & gemebundam, aut ſuſpirioſam vocem referant,velut offenſante ac interſpirante ſpiritu, vt κατακεκλα-
σμέναι φωναὶ, κλαυθμώδεες intelligantur, de quibus tamen paulò poſt agetur. Alij elangueſcentes & obſcuras voces effractas intelli-
gunt, velut quæ vix obaudiantur, ex iiſque ſummam virium exolutionem concipiunt. Quæ certè ſunt indubitatæ perniciei non le- G
uia auguria. Ac ſi quis popularem loquendi vſum interponere cupit, quem Hippocrati valde vſitatum fuiſſe clamat Galenus, poſ-
ſunt, κατακεκλασμέναι φωναὶ intelligi voces quaſſatæ & quas vulgus Gallicum non malè quaſſas vocat, quæque ex organorum reſiccatio-
ne exaſperantur,ac veluti conuoluto in faucibus ſono refringuntur, vixque nec niſi turbatæ educuntur, & à planis & liquatis vo-
cibus (vt eſt in Hoſtij carmine apud Macrobium) aut claro & defæcato earum ſono deflectunt. Quod ſi à medicamento tanta re-
ſiccatio, aut etiam conuulſionis ſuſpicio contingit,aut etiam tanta virium imbecillitas,vt animales motiones, eæque præcipuè quæ
thoracem mouent & ſpiritum concipiunt reſtitent ac veluti earum actiones intercidant ad extrema ventum eſſe, ſummeq; appe-
titas vitalitatis arces cenſendum eſt.

In vocis defectione reſpiratio velut iis qui ſuffocantur conſpicuè elata & viſui expoſita, perniciem minatur. Animaduertendum etiam eſt num delirium prænunciet.

252 Ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα οἷον τοῖσι πνιγομένοισι προσεχθὲν, πονηρόν· ἆρά γε καὶ παρακρουστικόν. H

Prorrh.15. repetitum hoc præſagium, atq; illic à Galeno explicatum. Caluus exemplaribus deceptus πρόχειρον πνεύματος genui-
nam ſignificationem, & mirificè à Galeno multis locis celebratam, corrupit, & πρόχειρον πονηρὸν vitioſè ſimul iunxit, cùm præſens
malum dixit, quod etiam Prorrhetico retinuit.

253 Αἱ ἐκ

A 253 Αἱ ἐκ κεφαλαλγίης ἀφωνίαι ἅμα ἱδρῶτι πυρετώδεες, χαλῶντες ἐπ' αὐτοῖς, αἰέντα διαχωρέοντες. ἐπιῤῥιγοῦντι τουτέοισιν, οὐ πονηρόν.

In febre cum ſudore, vocis ex capitis dolore defectiones, ſi per ſe reſoluuntur ægri, ac præter voluntatem excrementa demittantur, malúmque remitti videatur, diuturni morbi metus eſt. In his ſubinde obortus rigor damnari non debet.

Paulò aliter ac meliore ſcriptione legitur hæc ſententia Prorrh. 94. Cornarius ἀνιέντα pro αἰέντα legiſſe videtur, vt & in Prorrh. à Galeno inductus, contra tamē omnium quos videre licuit codicum fidē. Quorum conſenſum ex Galeni etiā ſententia ſecuti ſumus.

254 Αἱ μετ' ἀφωνίης ἐκστάσιες, ὀλέθριαι.

B Vehementes inſaniæ cum vocis defectione, perniciem intentant.

Huiuſmodi vocis defectiones neruorum principium valde appetitum, & calidi extinctionem ſignificant. Exemplaria quædam manu ſcripta regia pro ἐκστάσιες συστάσιες legunt. Quam lectionem ex membranis Vaticanis ſecutus videtur Caluus cùm (conſiſtere) dixit. Melior tamen eſt vulgata lectio. Nam quænam concrementa intelligantur non ſatis eſt expeditum.

255 Αἱ τοῖσιν ἐπιῤῥιγέουσιν ἀφωνίαι, θανάσιμοι. Εἰσὶ δὲ κεφαλαλγέες ἐπὶ τούτοισι ἐπιεικέως.

Vocis defectiones rigore ſubinde correptis lethales, feréque ij capitis dolore conflictari ſolent.

Vocis defectiones quæ ex appetito neruorum principio prodeunt, maximè ſuſpectæ ſunt, præcipuéque in febribus. Capitis igitur dolore conflictari ferè conſentaneum eſt, vnde & origo indicatur, iſtáque potior eſt vocis huius ἐπιεικέως ſignificatio, quàm quæ

C mali moderationem in maxima pernicie deſignet.

256 Αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι, ἐν πυρετῷ ὀξεῖ ἀνιδρωτί, εἰσὶ μὲν θανάσιμοι, ἧσσον δὲ ἐφιδρουμένοισι, χρόνιον δὲ σημαίνει. ἴσως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐξ ἐπιστροφῆς παθόντων τοιοῦτον, ἀσφαλέστατοι. ὀλεθριώτατοι δὲ τῶν τοιούτων, οἷσι τὸ ἐκ ῥινῶν, καὶ οἷσι κοιλίαι καθυγραίνονται.

Vocis defectiones cum virium exolutione, in acuta febre ſine ſudore, ſunt quidem lethales, cum ſudore verò minùs, ac temporis diuturnitas ſignificatur. Ac fortaſſe quidem quibus ex morbi reuerſione tale quid contingit, ſecuriſſimè habent. Ex iis autem maximo in periculo verſantur, quibus ſanguis ex naribus perfluit, & alui effunduntur.

D Videtur hæc ſententia conuenire cum ſuperiore 253. eiuſque veluti eſſe explicatio quædam, præſertim ſi χαλῶντες ἐπ' αὐτοῖς ἀπὸ τῆς ἐκλύσιος ſumatur, & pro ἀιέντα ἀνιέντα legatur, & τὰ ἐκ τῶν ἀποχωρημάτων intelligantur, quam notionem etiam indicat Galenus in Prorrh. Alioqui in acuta febre crudioris ſucci magna copia cum virium exolutione & vocis defectione non minimum ſuſpecta eſt. Sudor autem cùm humoris abundantiam indicet, & iudicationis alacritatem præ ſe ferat, malum non temerè mitigat, & leniendo producit, præſertim affectis iam viribus, naturaq; ad ſolutionis impetum taſceſcente. Qua ex occaſione in morbi reuerſione peſſimè habent, quos planè iam profligatis viribus, ſanguinis ex naribus excretiones, aut alui effuſæ prorſus è medio tollunt. Profluentibus autem ſudoribus & malum pauliſper alleuantibus, in morbi recurſu ſecuriſſimè habuerunt. Pro ἀσφαλέστατοι membranæ quædam ſcriptæ ἀφελέστατοι legunt, quas ſecutus eſt Aſulanus, eadem propè notione. Hac enim dictione ſignificantur integerrimè, perfectiſſimè, & valde moderatè ſe gerentes. Cornarius in hac ſententia legiſſe videtur, ἧσσον δὲ τῷ ἐφιδρουμένῳ, contra omnium quoq; adhuc videre licuit exemplarium fidem, atque etiam ipſo refragante ſenſu.

E 257 Ἡ ὀξυφωνίη κλαυθμώδης, καὶ ὀμμάτων ἀμαύρωσις, σπασμώδες. ἐπὶ τὰ κάτω πόνοι τουτέοισιν εὔφοροι.

Vox acuta eiulabunda, ac oculorū hebetudo, conuulſionem minantur. His dolores ad inferiores partes demiſſi, toleratu ſunt faciles.

Damnatur Prorrh. 47. ὀξυφωνίη κλαγγώδης. vbi & κλαυθμώδης legi annotat Galenus, vnde hæc ſententia deducta videtur. Vox autē acuta obaudienda eſt quæ in febribus ob inſtrumentorum voci deſtinatorum reſiccationem contingit, vnde voces ſtridulæ & eiulabundæ, aut planctum referentes pendent, vt ſcribit Galenus, intenſione ac remiſſione modo diſparatæ. Accedens quoq; oculorum hebetudo periculum auget, ac proſtratam cerebri ſenſationem arguit. Atq; ex his non temerè conuulſiones portendi denunciantur, quas leuiter alleuare poſſunt dolores ad inferiora demiſſi, ex μεταστάσεως ratione, quod ex fine Prorrh. 114. huc videtur translatum, & paulò poſt repetitur. Exēplaria quædam ἡ ξυμφωνίη κλαυθμώδης legunt vitioſè, vt apparet ex codicū pluralitate & Galeni authoritate.

258 Ἅμα φωνῇ τρομώδει, λύσις κοιλίης παράλογος, ἐν τουτέοισι διεστηκόσι χρονίοισιν ὀλέθριον.

F Alui ſolutio quæ præter rationem accidit, cum voce tremula, in his diutius perſeuerante perturbatione pernicies intentatur.

Vox tremula animalis facultatis imbecillitatem ac inſtrumentorum vocem concinnantium intemperiem ſiccam plerunque conſequitur, vnde & phrenitis & conuulſio frequenter imminet. Temeraria autem ventris ſolutio & quæ præter rationem accidit, vt nec malum ſoluit, ita ex Hippocratis diſciplina, communi τῶν παραλόγως, ἢ ἀκρίτως, ἢ ἀσήμως ῥεξάντων decreto conuellitur. Quinetiam quæ diutiùs perſeuerat, velut noua morbi acceſſione, perniciem auget, ægrumque conficit, & alioqui in præcipitibus ac vehementibus malis plærunque ſuſpecta eſt. Illud autem ἐν τουτέοισι διεστηκόσι χρονίοισι non leuiter mihi ſuſpectum eſt, etſi in eo retinendo magnus eſt omnium codicum conſenſus.

259 Αἱ πυκναὶ ὑποκαρώδεες ἀφωνίαι ξυστᾶσαι, φθινώδεα προσσημαίνουσι.

Crebræ & quæ cum ſopore quodam conſiſtunt vocis defectiones, tabem denunciant.

G Æquius eſt conuulſionem ſuſpectari ex Prorrh. ἆρά γε καὶ αἱ μετὰ κάρου ἀφωνίαι σπασμώδεες αὗται; Etſi magna frigidi atque humidi in cerebro coaceruatio ſoporem inducens, & in demiſſas faucium partes illabens, vocem intercipiens, longa & diuturna defluxione thoracem conſumens, tractúq; temporis vitium acquirens, tabem creare poteſt.

260 Πνεῦμα πυκνὸν μὲν καὶ σμικρὸν ἐὸν, φλεγμονὴν καὶ πόνον ἐν τοῖσι καιρίοισι τόποισι σημαίνει. μέγα δὲ καὶ διὰ πολλοῦ, παραφροσύνην ἢ σπασμόν. ψυχρὸν μὲν θανάσιμον. θανάσιμον δὲ καὶ πυρετῶδες καὶ λιγνυῶδες πνεῦμα. ἧσσον δὲ τοῦ ψυχροῦ. καὶ τὸ μέγα ἔξω πνεόμενον, σμικρὸν δὲ εἴσω.

H καὶ τὸ μικρὸν ἔξω, μέγα δὲ εἴσω. κάκιστον δὲ καὶ πλησίον θανάτου. καὶ τὸ ἐκ[illegible] καὶ κατεπεῖγον, καὶ ἀμαυρόν. καὶ διπλῆ εἴσω ἐπανάκλησις ὁποίην ἐπεισπνέουσιν. εὔπνοια δὲ ἐν πᾶσιν, ὁκόσα ἐν πυρετῷ ὀξεῖ, καὶ ἢν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται, μεγάλην ἔχει ῥοπὴν ἐς σωτηρίην.

Spiratio frequens quidē & parua, aut inflammationem aut dolorem principaliū partiū indicat, magna verò & ex longis interuallis deliriū aut conuulſionē. Et frigidus quidem ſpiritus lethalis eſt, mortē quoq; affert febriculoſus & fuliginoſus, frigido tamē minùs. Et magnus quoq; foras expiratus, paruus verò intrò, & paruus foras, magnus verò intrò. Peſſimus quidem ad mortemq; proximè accedit, & qui protenſus eſt ac vrgens, & obſcurus, duplicataq; intrò reuocatio, qualis inſpirationem cōduplicantibus. Facilis autem ſpiratio in omnibus morbis qui cum febre acuta infeſtant, & in quadraginta diebus iudicantur, magnum habere ad ſalutem momentum exiſtimanda eſt.

Ad hanc ſpirationis collectionem quicquid vſquam eſt ab Hippocrate in genuinis eius libris de hac traditum, hue non temerè vi- A detur collatum,& ex Prognoſtico & Epidemiis ſuffarcinata eſt ſententia: vt planè inde mihi videatur huius Præſagij author ingeniū ſuum prodere,& ex vndique corrogatis ſententiis, hos veluti centones condere. Atque huius ſententiæ initium vt eſt ex Prognoſtico tranſlatum, ita originis fidem non vſquequaque retinet. Nam cùm in Prognoſtico ſpirationis crebræ caput ſolum propoſuiſſet, indeque duplicem coniugationem elici poſſe ſpem faceret Hippocrates, hoc totum in vnam conicit huius præſagij author & in frequenti & parua ſpiratione ſpectari contendit. At verò Galenus libris περὶ δυσπνοίας iſtam Prognoſtici ſententiam accuratiſſimè explicans,tota mente contendit,crebram & paruam ſpirationem partium thoracem mouentium, aut ei conſenſionis iure confœderatarum, dolorem aut laborem ſignificare, magnam quoque & crebram earundem partium incendium denotare. Nec ideo tamen quæ hic produntur velut ab Hippocratis inſtitutis aut Galeni mente aliena explodenda ſunt, ſed altiùs inueſtiganda, & ad totam de difficultate ſpirandi tractationis normam expendenda ſunt. Itaque quod in Prognoſtico vniuerſali mentis notione de crebra ſpiratione ad magnam & paruam collecta reponitur, id ipſum hoc loco quodammodo ſucciſum, & in vno defectum, in altero B ſpirationis membro, alia tamen ratione,ſpectandum exhibet, videtúrque hic author velut fuco facto teſtatiſſimam illam Prognoſtici ſumptionem imitari velle. Et certè iis qui ſunt in tractatione Galeni de ſpirandi difficultate abunde verſati, ſatis eſt vſu cognitum,crebram & paruam ſpirationem partium thoracem mouentium, & ſpirationem ipſam concinnantium laborem & anguſtiam, interdum etiam dolorem denotare. Phlegmonem quoque earundem partium, & laboris ac anguſtiæ ratione ſubindicari, velut in peripneumonia ac pleuritide laborantibus ſatis eſt teſtatum, dum phlegmonem pro tumore præter naturam duro & dolorem inferente obaudiamus, non quemadmodum in Prognoſtico, pro partium incendio & exæſtuatione, quam πύρωσιν aut φλόγωσιν vocat Galenus: ſic nanque magna & crebra ſpiratio induceretur. In hanc ergo crebræ & paruæ ſpirationis ſpeciem variæ affectionum formæ concluduntur,quas τῶν καιρίων τόπων, hoc eſt principalium partium denominatione comprehendit: in Prognoſtico verò earum dignitatem ſepti tranſuerſi limitibus circunſcripſit, & partes ſepto tranſuerſo ſuperiores vocauit. At ſanè videtur earum dignatio longè latéque ſparſa, primùm ad omnes ſpiritus vias redundare, & ad ipſam præcipuè ſpirationis officinam,& quæ ipſam C conſtant inſtrumenta, referri, velut ſunt pulmones, aſperæ arteriæ, totus thorax eiuſque capacitas, & quæ ſepto tranſuerſo circunſcribuntur: deinde verò communionis quadam ratione ad eas etiam partes ſpectare, quæ ſpirationis velut ſunt adminiſtræ, & in ſpirandi muniis primis illis partibus quodammodo ancillantur. Quo in numero accenſentur ventriculus eiuſque oſculum, hepar, lien, peritonæos tunica, colon, tenuium inteſtinorum pars ſuprema,& hypochondria contegentes muſculi. Quibus partibus laborantibus crebram & paruam ſpirationem effici ſcribit Gal. multis in locis libris περὶ δυσπνοίας, præcipuè verò lib.2. vbi de earum quoque inflammatione agit, quem adeò locum ſuis verbis adſcribam: εἰ γὰρ ἤτοι τὸ στέρνον, ἢ τὰς πλευράς, ἢ τὰ περὶ τὰς κλεῖς καὶ τὴν φάρυγγα συμβαίνει τινὶ φλεγμαίνειν, καὶ διὰ τοῦτο μικρὸν καὶ πυκνὸν ἐξ ἀνάγκης ἀναπνεῖν, ὡς ἐν τῷ προτέρῳ ὑπ' ἐμοῦ δέδεικται λόγῳ, γράφει ἐν αὐτοῖς Ἱπποκράτης, ὅτι τὸ τῆς δυσπνοίας εἶδος, ὅτι πλὴν ἀρχὴν ἐπὶ δύσπνους ἐγένετο. πολὺ γὰρ δὴ τὸ τοιοῦτον τῆς δυσπνοίας εἶδος, ἐναργῶς γοῦν ἡμέρας ὁρώμενον, ἔν τε περιπνευμονικοῖς καὶ πλευριτικοῖς, καὶ συναγχικοῖς, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς οἷς τι κατὰ τὸν θώρακα καὶ τὸν πνεύμονα φλεγμαίνει. καὶ τοῦ ἥπατος δὲ φλεγμαίνοντος, καὶ μάλιστα τοῖς κατὰ τὰ κυρτά, καὶ τοῖς τοῦ σπληνός, καὶ τοῖς κατὰ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ τοῖς τοῦ περιτοναίου, τὸ τοιοῦτον εἶδος ἕπεται τῆς δυσπνοίας. ἀλλὰ καὶ οἷς ἡ γαστὴρ φλεγμαίνει, καὶ D μᾶλλον εἰ τὸ στόμα τε καὶ ὁ στόμαχος αὐτῆς, καὶ οἷς τῶν ὑμένων τις, ἢ τῶν μυῶν τῶν καθ' ὑποχόνδριον, ἢ αἱ φρένες αὐταί, τούτοις ἅπασι μικρὸν καὶ πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα. πολλάκις δὲ καὶ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ τὴν νῆστιν τι, καὶ τοῦ κώλου τὰ ἄνω, μειζόνως φλεγμήναντα, δύσπνοιαν οὕτως ἀπήγαγε τὸ ἀνθρώπῳ. φλεγμονὴν νῦν ἀκουόντων, τοῦ σκληροῦ καὶ θερμοῦ καὶ ὀδυνῶντος ὄγκου, καθάπερ περ Ἐρασίστρατος ἐκάλει ἰδίως δὴ καὶ τοῖς νεωτέροις ἰατροῖς πᾶσιν, ἐπεὶ ὅτι γε τὴν φλόγωσιν οὕτως ὠνόμαζον οἱ παλαιοί, σχεδὸν οὐδεὶς ἀγνοεῖ. δέδεικται δ' ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ, καὶ διότι τοῖς ὑδερικοῖς, καὶ τοῖς ἐμπεπλησμένοις, ἢ πόμασιν, ἢ σιτίοις, καὶ ταῖς κυούσαις, καὶ τοῖς προγάστορσι μικρὸν καὶ πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα, καὶ καθόλου φάναι, πᾶσιν ὅσοις στενοχωρεῖται τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων. οὕτω γὰρ καὶ τοῖς ἀσθματικοῖς, καὶ τοῖς πνευματώδεσι, καὶ τοῖς ἐμπυϊκοῖς, καὶ οἷς ἡ ῥάχις διέστραπται μεγάλως, καὶ οἷς ἄπεπτοι φύματα συνέστη, ἢ ἐν θώρακι, ἢ ἐν πνεύμονι, καὶ ὅλως ἅπασιν οἷς σκίρρος, ἢ ἄλλος τις ὄγκος ἀξιόλογος ὅτῳ δὴ τῶν προειρημένων μορίων ὑπάρχει, μικρὸν καὶ πυκνὸν ἀναπνεῖν ἀνάγκη. Nam ſi pectus,aut latera,aut ea quæ ſunt circa iugulū & fauces, alicui inflammatione tentari contingat, atque idcirco paruam & crebrā ducere ſpirationem ex neceſſitate,velut priore libro eſt demonſtratum,Hippocrates neq; difficilis reſpirationis genus,neq; prorſus quod difficulter ſpirabat,adſcribendum duxit.Frequens enim eſt hoc difficilis ſpirationis genus,& ferè E quotidie cernitur in peripneumonia & pleuritide laborantibus, & in angina,ac in omnibus ferè quibus aliquid circa thoracem & pulmonem inflammatione tentatur.Quin & ad hepatis inflammationē,præcipueq; gibbarum partium,& ad lienis, maximeq; ipſius capitis,& peritonæi inflammationem eiuſcemodi difficilis ſpirationis ſpecies conſequitur.Sed & quibus ventriculus inflammatione laborat,magiſq; ſi eius oſculum & ſtomachus, & quibus membrana aliqua, aut ex muſculis qui ſunt circa hypochondria, aut ipſum ſeptum tranſuerſum fuerit inflammatum, iis omnibus parua & crebra fit ſpiratio. Sæpe vero aliquod etiam ex tenuibus inteſtinis, maximeq; ex his quæ circa ieiunum ſunt,& ſupremæ coli inteſtini partes,valde inflammatæ, ita difficilem ſpirationem induxerunt. Phlegmones nomine nunc intellecto duro,calido,& dolente tumore, quemadmodum Eraſiſtratus vocare conſueuit, & recentiores medici omnes, quandoquidem veteres φλόγωσιν hoc nomine donaſſe nemo ferè eſt qui neſciat. Demonſtratum vero eſt ſuperiore libro quam ob cauſam aqua inter cutem laborantibus,aut iis qui ſe potu aut cibis ingurgitarunt,& prægnantibus, iiſque qui ventre ſunt prominulo, parua & frequens ſolit ſpiratio,atque in vniuerſum loquendo, iis omnibus qui in reſpirationis inſtrumentis angu- F ſtiam aliquam ſentiunt. Hunc enim in modum & anheloſos & pulmonarios, & ſuppuratos, eóſque quibus ſpina dorſi vehementer diſtorta eſt,aut quibus cruda tubercula,aut in thorace aut in pulmone coaluerunt, ac in totum eos omnes quibus tumor aliquis indolens (ſcirrhum vocant) aut alius aliquis tumor effatu dignus in quacunque prius commemorata particula exiſtit, paruam & crebram ſpirationem ducere neceſſe eſt.

μέγα δὲ καὶ διὰ πολλοῦ] Hoc ex Prognoſtico deſcriptum luculentam habet Galen. explicationem libris de diff. ſpirandi: ſed nec vtrobique conuulſionis vlla eſt mentio. Et cuiuis in hac ſpirandi tractatione vel mediocriter verſato ſatis eſt perſpectum, conuulſioni eam ſpirationem attribui, quæ interciſa,eliſa,offenſans,intro reuocata aut retracta dicitur,& à Gal. abunde iis libris tractata, à nobis etiam ex illius mente lib.2. epid.& lib.1. in Philiſco fuſiſſimè explicata. Quin & placitum 68.lib.4. propriam conuulſionis ſpirationem his verbis ſatis indicat: ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακόν, σπασμὸν γὰρ σημαίνει. Quod etiam multis in difficultatis ſpirandi tractatione docet Galenus. Quod igitur hic ſcribitur magnam & raram ſpirationem delirium indicare id & Hippocratis & Galeni monimentis eſt teſtatum. Quinetiam ſcripſit Celſus, vbi quis raro & vehementer ſpirat,inſania timenda eſt. Verum con- G uulſionem ea ſpiratione indicari, neque eſt perpetuum, neque Hippocratis doctrinæ admodum conſentaneum. Vt igitur in hoc incondito & tumultuario opere multa ab authore è germanis Hippocratis fœtibus eruta, non ſatis aptè ſunt collocata, ita & hic conuulſio delirio addita ab eo videtur, quòd ſenſerit Hippocratem in quibus coniunctam delirio conuulſionem ſignificare voluerit, magnæ & raræ ſpirationi πνεῦμα ἀνακαλεύμενον ἢ εἴσω ἀναστρεφόμενον addidiſſe,vt vtroque affectu paria momenta faciente,ſua cuique peculiaris nota adderetur. Quod in tota Hippocratis theoria & verò Epidemiῶν πραγματείᾳ eſt ſolenne. Illic enim ex tanto ægrorum numero, in ſolo Philiſco & Dromeadæ coniuge, magnæ & raræ ſpirationi proprio quodam modo delirium denuncianti, huius interciſæ ſpirationis notas addidit,vt vtriſque affectibus per totum morbum inualeſcentibus, eorum per ſpirationis notas ſigna ederentur. Nam etſi conuulſionum in Philiſco altum eſt omnino ſilentium, eas tamen non leuiter ſuſpectari docuimus noſtris in lib. 1. epid. annotationibus. Atque (quod ſemel finiam) vt mihi videtur magna & rara ſpiratio delirij eſſe propria, quod non omni ſed H ſoli conueniat,ita ad conuulſionem interciſa ac intro reuocata ſpiratio affecta eſſe videtur. Non enim omnem conuulſionem indicat,cùm multi conuulſionibus tentati, nullum talis ſpirationis ſignum ediderint, vt cuiuis notum eſt ex ægr.4. & 8. lib.1. epid. & ægr.4.lib.3.& 11.& 14.lib.3. poſt ſtatum peſtil. Sed quibus eliſa huiuſmodi ſpiratio adfuit, eos conuulſionibus expoſitos fuiſſe eſt credibile,etſi non eſt ſemper ab Hippocrate expreſſum,vt in Philiſco & Lycia ſuſpicari licet.

ψυχρὸν δὲ θανάσιμον] Alterum difficilis ſpirationis genus indicatur,quod parua & rara ſpiratione continetur, vt ſcribit Gal.lib.3. περὶ δυσπνοίας, vbi hunc locum ex Prognoſtico petitum luculentis verbis explicat.

ἀναπνεόμενον δὲ καὶ πυρετῶδες] Etſi febrile intus conceptum incendium ſpiratio iſta indicat, tandémque calidi natiui extinctionem affert,

A fert, non ita tamen præſentem perniciem ac frigida ſpiratio præ ſe fert, quæ iam in propinquo exitium adeſſe ſignificat, quod his verbis in Prognoſtico innuit Hippocrates, ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται. vt ſcribit Galenus lib. περὶ δυσπνοίας, febrilem autem & fuliginoſam ſpirationem eam eſſe quæ ex fuliginoſo & craſſo intus incendio ac terreſtri materia exhalat, & flāmæ inſtar acris eſt, mordet & exæſtuat, tandemq; calidum natiuum depopulatur, & minus noxiæ quam frigidus ſpiritus affert. Eaq; ſpirationis ſpecies per θερμὸν πνεῦμα in epidemiis denotatur, vtq; frigidæ opponitur, ita magnam, crebram & velocem ſpirationem deſignat. Quæ omnia indicantur à Galeno his verbis lib. 1. περὶ δυσπν. ὃ γὰρ δὴ αἰθαλῶδές τι καὶ λιγνυῶδες καὶ καπνῶδες περιττώματα καλοῦμεν, ἐν τῷ τῆς θερμασίας γένει, ταῦτα πάντα γεώδη καὶ οἷον ἡμίοπτά ἐστι τοῦ συμφύτου θερμοῦ, καθάπερ καπνὸς τοῦ πυρός. φαίνεται γὰρ ἐναργῶς ἐπὶ τούτου δηλοῦντα καὶ θερμὰ καὶ καπνώδη τὰ τῆς ὕλης περιττώματα, οὐδ' ἐκπεπτωκότα μέν, ἀλλὰ ἔχοντα ἐν ἑαυτοῖς τὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν, οὐ μὴν πάντα γε ὑπ' αὐτοῦ κεκρατημένα. φλὸξ γὰρ ἂν οὕτως ἐγεγόνει, καὶ οὐκ ἔτι καπνός. ὥστε εἴ πως θερμασίας καπνώδους ἐν τοῖς σώμασι τῶν ζώων πλεονεκτούσης, τὴν ἐκπνοὴν λέγοι μεγάλην τε ἅμα γίνεσθαι καὶ ταχεῖαν, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. δῆλον δ' ὅτι καὶ τὴν δύναμιν ἐρρῶσθαι χρὴ τηνικαῦτα, καὶ τῶν ὀργάνων μηδὲν πεπονθέναι. Quæ enim velut in fauillas conuerſa, & fuliginoſa, & fumoſa

B excrementa appellamus, in caloris genere, ea omnia terreſtria ſunt ac veluti ſemicocta ad calorem innatum relata, quemadmodum fumus ad ignem. In eo enim manifeſtè apparent acria omnia, & calida, & fumoſa materiæ recrementa, quæ quidem oſtendunt ſuſceptam eſſe in ſeipſa ignis vim, non tamen omnia ab ipſo eſſe ſuperata. Sic enim flamma euaderet, neque adhuc fumus eſſet. Quare vbi fumoſa caliditas in animantium corporibus redundarit, ſi quis expirationem ſimul magnam & velocem fieri dixerit, non vtique errauerit. Conſtat autem & tunc facultatem integram eſſe oportere, nullumque inſtrumentum male affectum. Caluus pro λιγνυώδης, λυγμώδης etiam & ἀχλυώδης legiſſe videtur, nullo noſtrorum codicum conſenſu.

περὶ τὸ μέγα ἢ ξὺν πνεύμων] Hic explicantur complexæ reſpirationis differentiæ, quæ κατὰ διάστημα ſpectantur, vt ſcribit Gal. & inſpiratione & expiratione continentur, & in ſpiritus magnitudine aut paruitate concluduntur. Et hæ quidem ex libris epid. petitæ. hic integræ ſupponuntur, etſi altera parte diminutæ adſcribuntur lib. 2. epid. Verùm illic integritas ex lib. 6. & Gal. lib. 3. de diff. ſpir. repoſuimus. Quibus ex locis huius loci explicatio petenda eſt.

καὶ τὸ ἐκτατὸν] Aliæ ſunt reſpirationis differentiæ quæ ad motionem referuntur, & in velocitate ac tarditate ſpectantur, ex lib. 2.

C epid. tranſlatæ, & illic à nobis ex Galeni ſententia explicatæ. Quod autem in omnibus exemplaribus δι' ἀμαυρὸν adſcribitur, id valde perplexum ſenſum facit. Ad ἐκτατὸν relatum tardam reſpirationem & protenſam, obſcuram quidem eſſe ſignificabit, ideóque tanquam valde ſuſpectam damnabit, cum ferè huic rara & parua ſpiratio coniuncta ſit, indéque calidi natiui extinctio ſummáque perfrictio denotetur. Quod ſi ad κατατεινόμενον referatur, alium habebit notionem, & ad extinctionem progreſſum ſignificabit, & pro vſus neceſſitate præſentiſſimum adeſſe exitium, velut in præfocatis ac ſtrangulabundis, & præcipiti virium lapſu, aut extrema partium vitalium & caloris natiui refrigeratione moribundis accidit, καὶ τοῖς ἐν λιποψυχίαις ἀπνοίαις, ἢ τῆς ὑστερικῆς πνιγί. in quibus ἄσημον πνεῦμα adeſſe ſcribit Hippocrates & Galenus ἀμυδρὸν καὶ διὰ τοῦτ' ἀσαφὲς exponit in fine lib. 3. de diff. ſpir. Atque in hunc modum τὸ ἀμαυρὸν aut obſcuram ſpirationem præ ſe feret, quod (vt ſcribit Galenus) ὅταν μὴ διάστημα σαφὲς ποιῶνται, μηδ' ἔστιν αὐτὸ καταδῆλον, ταῦτ' ἄσημα καλεῖ ὁ Ἱπποκράτης. eoq; ſpectare videntur exemplaria quæ καὶ ἀμαυρὸν legunt: aut certè extinctionem & languorem ſignificabit, quo

D in ſenſu ἀμαυρὸς etiam ponitur, & præſentiſſimum exitium denotabit. Caluus ἀμαυρὸν nigricantem ſpiritum dixit, non explicata ſatis ratione, quod ἀμαυρὸν de obſcuro & fuſco dicatur: niſi ſi caliginoſam ac fuliginoſam ideoq; obſcuram & fuſcam ſpirationem intelligit, quæ ex plurimis fuliginoſis incenſis excrementis ducitur, & quæ paulò ante explicata eſt magnumq; & velocem ſpiritum facit. Præceptor Hollerius ἐκτατὸν πνεῦμα de longo & producto ſpiritu accipit, qui longius protenditur & per quædam media ſuſpiria educitur, vt & ἀμαυρὸν, de obſcuro & adeo paruo, vt ferè nullus appareat. Cæterùm hanc ſcriptionem hoc modo diſtinximus, ac exitij præſentiam huic ſententiæ addiximus, refragantibus reliquis exemplaribus, cum priori ſententiæ tam certò intentata pernicies iure accommodari non poſſit. Etenim quæ magna eſt intrò ſpiratio & foris parua, cùm calidi natiui intenſionem, & fuliginoſi recrementi defectum indicet, vt ſcribit Galenus lib. 1. περὶ δυσπν. tam præſentem mortem intentare nequit. At ſanè cùm tam operoſa ſit harum vocum explicatio, quòd & in epidemiis, vnde ferè cætera deſumpta ſunt, earum ſit altum ſilentium, & verò hoc loco perplexa ſignificatio: per quidem mirum videatur, in ſpirationis tractatione, ex hoc præſagio locos iſtos non fuiſſe à Galeno pertractatos, niſi ſi in eam cognitionem reiectos fuiſſe arbitramur, in qua eorum quæ Hippocrati attribuuntur quæſtionem exercere poſ-

E ſe ſperauerat, quod in his quæ ad difficultatem ſpirandi attinent omninò inſtituerat, vt ſcribit extremo lib. 3. de diff. ſpir.

διπλῆ εἴσω ἐπισπωμένη] His verbis altera ſpirationis inæqualitas, quæ interrupta, eliſa ac deſinens dicitur, comprehenditur, & in vtraq; ſpirationis parte ſpectari debet, etſi inſpirationis modò ſcriptor meminerit, vt fuſiſſimè ſcripſimus noſtris in lib. 2. epid. Commentariis, vbi huius loci ex Galeno explicationem attulimus. Quorum verborum ſenſum ad Hippocratis mentem non ſatis aptè mihi videtur accommodaſſe Caluus, cùm duplo maiorem ſpiritum ſi includatur, quam ſi expiretur, dixit. Etenim tam in inſpiratione quàm expiratione eliſionem ac offenſionem illam ſpectari iubet Hippocrates, vt ex Galeno libris περὶ δυσπν. ſatis eſt manifeſtum.

ἄπνοια δὲ] Hic locus ex Progn. repetitus inde etiam explicationem ſumere debet, & ex Galeno lib. 3. περὶ δυσπν. Meliore autem notione ſcribitur in Prognoſtico, quæ huc referri debet.

F 161 Τράχηλος σκληρὸς καὶ ἐπώδυνος, καὶ γνάθων συνδέσεις, καὶ φλεβῶν σφαγιτίδων παλμὸς ἰσχυρὸς, καὶ τενόντων ξυντάσεις, ὀλέθριον.

Ceruix dura cum dolore, & maxillarum connexio, ac iugularium venarum palpitatio vehemens, cum tendinum diſtenſione, perniciem minantur.

Sunt hæc plethorica ſymptomata, & perniciem ferèque conuulſionem minantur, præcipuè vero ſi iſta affectio neruorum principio contingant, non ex ſingulari aliquo partium affectu, vt ſcribit Gal. Com. 1. in Prorrh. Præcipuè verò ceruicis muſculorum phlegmone denotatur hoc placito, & muſculorum temporalium conuulſio, vnde maxillæ inferioris conſertio fit. παλμὸς autem phlegmonis magnitudinem indicat, ex aſpectabili arteriarum percuſſu, αὐτὸ τὸ σφυγμὸν, vt in Prognoſt. & aphor. 21. lib. 7. Sic enim παλμὸν αὐτὸ τὸ σφυγμὸν apud Hippocratem ſumi ſcribit Galen. in Prorrh. ξυντάσεις autem τενόντων neruoſorum tendinum diſtenſionem intelligit, qui à temporalibus muſculis, à temporum oſſibus deſcendentibus comprehenduntur, cornicemq; inferioris maxillæ cir-

G cumcirca totam circundant. Poſſunt & manducatoriorum muſculorum etiam tendines intelligi. Hos enim neruoſos tendines ex vtriſque maxillæ capitibus oriri ſcribit Hippocrates, ex quibus annexi ſunt muſculi temporales & maſticatorij. Ideóq; quòd vicinia cerebrum afficiant, promptè conuulſiones & ſopores inducunt.

162 Τὰ ἐν φάρυγγι ἰσχνῷ ἀλγήματα πνιγώδεα, ἀπὸ κεφαλῆς ἀλγήματος ὁρμώμενα, σπασμώδεα.

Faucium gracilium præfocantes dolores, vbi ex capitis dolore ortū duxerint, conuulſiones adferunt.

Hanc ſententiam ex ægrotorum particularium obſeruatione natam, nec dum perpetuitate conſtantem, oſtendit Prorrh. 104. vbi quibuſdam immutatis verbis ſcribitur, & Thraſynontis conſobrinæ exemplo ambiguitatem facit. Ac in his caſibus conuulſiones ſuſpectas potiùs quàm neceſſarias, hæc Prorrhetici verba ſatis indicant, ἔχει τι σπασμῶδες. Qua phraſi, aut paruas, aut raras eſſe conuulſiones innuit Hippocrates (vt ſcribit Galenus.) Solent autem hi ferè ſub mortem ſtrangulari, etſi appetito neruorum principio poſſunt etiam conuulſiones non immeritò ſuſpectari.

H 163 Αἱ τραχήλου καὶ μεταφρένου ψύξιες δοκέουσαι, καὶ ὅλου δὲ τοῦ σώματος, σπασμώδεες, ἐν τουτέοισι κριμνώδεες οὐρήσιες.

Ceruicis ac dorſi perfrictiones, quæ etiam totum corpus peruadere videntur, conuulſiones denunciāt, in quibus vrinæ hordei toſti non exactè moliti craſſioribus fruſtulis ſimilia continent.

Ex Prorrh. 113. ſcripta eſt hæc ſententia, & antea quoque ab hoc authore in hoc præſagio adumbrata. Vbi ἀφρώδεας οὔρησιν poſuit, & ex Galeno probauimus, cum in † Prorrh. ἀφρώδεις ſcribantur, κριμνώδεες verò vrinæ, quæ hordei toſti negligentius moliti craſſioribus fruſtulis ſimilia continent, cùm à nobis ſint ſæpius explicatæ in epidemiis, ſummámque materiæ inæqualitatem & ex febrili materia colliquationem indicent, non abſurdè conuulſiones ſuſpectant, præſertim ſi partium ſolidarum tabitudinem præ ſe

ferunt. At verò quia interdum huiuſmodi κεγχρώδεις vrinæ magnam pituitæ vitreæ & crudæ exaſſatæ copiam per vrinas repurgari A indicio ſunt,& ſummæ inæqualitatis & cruditatis ex flatuum permixtione ſuſpicionem augent,quales quæ ὑπόστασιν γονοειδῆ continent, & celebrantur ægr.3.lib.3. epid. nil mirum eſt in tanta flatuum & cruditatis materia, præſertim ſi neruorum principium appetitum fuerit,conuulſiones ſuboriri poſſe. Eamq; cauſarum coniunctionem in ſpumantibus vrinis ſpectari iubet Galenus in Prorrh. atque huc inclinat vt ὑδατώδεας vrinas,velut conuulſionis indices magis probet,vt antea diximus, & cuiuis non mediocriter in Galeni & Hippocratis ſcriptis verſato ſatis apparet,ad quas κεγχρώδεις propiùs accedere & facilè ab iis deflexiſſe videntur. Et profectò mirum eſt in retinenda hac lectione tam conſtantem extare exemplarium omnium conſenſum: vt hinc vel nullo negotio diſcas, in tam inconſtanti & temerario præſagio æquiùs aſſenſionem ſuſtineri poſſe quàm iudicium interponi.

† *Sentent.*83.

Quibus ad fauces irritamenta fiunt, iis moderata aurium tubercula excitantur.

164 Οἷσι κατὰ φάρυγγα ἐρεθισμοὶ, ἐπιεικέως τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα. B

ἐρεθισμὸς cùm vox ſit ambigua & variæ notionis apud Hippocratem, & Galen. quodcunque naturæ irritamentum vires diſſoluens ſignificet, ſiue cauſam habeat prægreſſam,ſiue nullam, (vt ſcripſimus in epid.) hic vellicationem quandam, aut morſum, ac pruriginem ex humoris in fauces illabentis acrimonia ortam,& dolorem prouocantem ſignificare videtur, non ſecus ac aliquando cutis pruritum indicare (vt ſcribit Gal.Comm.2. in lib.de rat.vict.in morb.acut.) & ex cauſticis medicamentis morſum, & ex cucurbitulis offenſionem Archigeni denotat apud †† Galenum. Ex hac igitur faucium irritatione, humoris cerebrum grauantis & in ſubiectas partes demiſſi iudicium ſumitur,vt aph.15.lib.2. & ex iſta humoris defluxione veluti quadam deriuatione,credibile eſt aurium tubercula alleuari. Quam in notionem non malè ἐπιεικέως accommodari videtur. Sunt qui per ἐρεθισμοὺς βῆχας βραχέα ἐρεθιζούσας, hoc eſt tuſſes leuiter irritantes, probabili ex aphoriſmis coniectura intelligant, vt quibus fauces irritantur à tuſſi, iis lenia C circa aures tubercula fiant,ex Prorrh.167. βήχαι μετὰ πτυαλισμοῦ ὄντα, τὰ παρ' οὖς ἀπαλύνει. Aut certè ἐρυθήματα pro rubore, ac faucium flammea quadam incenſione aut leui tumore ſumuntur, qualia ἐρυθήματα in tuberculorum ad aures denunciatione paſſim inculcat Hippocrates,ex ſurium repente ſanguine cum ſpiritu. Atque iis iungi poteſt ἐπιεικέως, vt feciſſe Caluum apparet, aut dubiam euentus (vt ferè fit) ſignificationem indicare.Præceptor Hollerius ἐρυθήματα,& non ſecus ac ἐρυθήματα flammeos tumores indicare non infœliciter augurabatur, ſed dictionis inſolentia non minimum ſuſpecta eſt.

†† *Lib.3.de loc.aff.*

Vehementer dolentes fauces,abſque tumore,cum labore & moleſtia præceps exitium minantur.

165 Φάρυγξ ἐπώδυνος, ἰσχνὴ, μετὰ δυσφορίης, ὀλέθριον ὀξέως.

Repetitur hæc ſententia Prorrh.86. ſed hic πνιγώδης malè omittitur,vt patet ex aph.34.lib.4.

Quibus ſpiritus retrahitur, & vox ſtrangulabunda eſt, iis ceruicis vertebra intro deſidet, & ad exitum velut ex conuulſione quadam reſpiratio ducitur.

166 Οἷσι πνεῦμα ἀνέλκεται, καὶ φωνὴ πνιγμώδης, D σπόνδυλός τε ἐγκάθηται, τουτέοισιν ἐπὶ τῇσι τελευτῇσιν οἷον συσπῶντός τινος τὸ πνεῦμα γίνεται.

Prorrheticum eſt 87. fuſiſſimè à Galeno explicatum, iſtámque ſententiam expoſuimus noſtris in lib.2. epid. comment. Exemplarium magna pars σπόνδυλος ἐγκάθηται τούτοισιν legit, quæ ſecuti ſumus.

Fauces leuiter exaſperatæ,& aluus inanibus exurrectionibus fatigata, frontis dolores in ægris palpantibus & more inueſtigantium ſenſim contrectantibus,aut dolore affectis, ſi quæ ex his increſcunt, moleſtiam exhibent.

167 Φάρυγξ τρηχυνθεῖσα ἐπ' ὀλίγον, καὶ κοιλίη κενεῇσιν ἀναστάσεσι, μετώπου ἀλγήματα, ψηλαφώδεες, ὀδυνώδεες τὰ ἐκ τουτέων αὐξανόμενα, δύσκολα. E

Ex Prorrh.109. videtur deſumpta ſententia, & quibuſdam partibus diminuta, indéque reſtituenda, & quæ ob diuerſi generis caſuum coaceruationem parum ad præſagij doctrinam conferat. Caluus ψηλαφώδεες, ὀδυνώδεες omiſit.

Vehementes faucium dolores aurium tubercula & conuulſiones excitant, itemque ceruicis ac colli dolores.

168 Τὰ κατὰ φάρυγγα ἰσχυρὰ ἀλγήματα, τὸ παρ' οὖς ἔπαρμα καὶ σπασμοὺς ἐργάζεται. τραχήλου καὶ νώτου ἀλγήματα.

In faucium affectibus non neceſſariam eſſe conuulſionem ex ſuperioribus decretis ſatis patere poteſt. At affecto neruorum principio,ad ceruicem ac dorſum (quæ ex ſpinali medulla riguos habent neruorum riuulos) noxiam pertinere æquum eſt, ac inde conuulſiones facilè præſentiri. Quòd ſi foras materia conuertitur,& ad aures diuertit, parotidas facit, ſi ad collum & dorſum ſpectat,ibi F dolores & tumores excitat,ex aphor.37.lib.6. & 49. lib.7. Caluus ceruicis & dorſi dolores in ſequentem ſententiam reiicit, quod etiam faciunt exemplaria nonnulla, ſecuti tamen ſumus pluralitatem & omnes interpretes.

Conuulſiones cum febre acuta perniciem denunciant.

169 Μετὰ πυρετοῦ ὀξέος, σπασμοὶ ὀλέθριοι.

Conuulſiones in febre acuta non parum ſuſpectæ ſunt ex Hippocratis doctrina, vt patet ex aphoriſ.66.lib.4.& 26.lib.ſecundi & 57. lib.quarti,& priùs quoque oſtendimus. Exemplaria quædam hanc ſententiam cum prioris fine connectunt & ſic legunt: καὶ τραχήλου καὶ νώτου ἀλγήματα, μετὰ πυρετοῦ ὀξέος καὶ σπασμοῦ, ὀλέθριον. Quam lectionem ex codicibus Vaticanis videtur ſecutus Caluus.

Ceruicis cubitorumque dolores conuulſiones minantur,ex facie autem ad fauces iſta procedunt.

170 Τραχήλου καὶ πηχέων ἀλγήματα, σπασμώδεα. ἀπὸ προσώπου δὲ ταῦτα, καὶ κατὰ φάρυγγα. G

Conuulſiones meritò denunciãt neruoſarum partium affectiones,ſi conſpirante neruorũ principio contingant, quod hæc verba indicant [ἀπὸ προσώπου δὲ ταῦτα] Galenus nanq; in Prorrh.idẽ quod ἀπὸ κεφαλῆς ſignificare ſcribit,quod etiã Prorrh.104.effertur,ἄλλοτε καὶ ἀπὸ κεφαλῆς ὁρμώμενα. Progreſſum autẽ ex capite & facie,per fauces,in ceruicem,ſcapulas & cubitum iſta denotãt,ex Prorrh.114.

Pallidis,gracilibus & crebra oris ſaliuatione laborantibus, in ſomnis ſudores boni ſunt. Nempe quidem & horum plurimos ſudore leuari non improbandum.Quibus ſi dolores ad inferiora decumbant, toleratu faciles exiſtunt.

171 Ὠχροὶ, ἰσχνοὶ πτυαλίζοντες, ἐν τουτέοισιν ἐν ὕπνοισιν ἱδρῶτες ἀγαθοί. ἤ ἄρα καὶ τῷ ἱδρῶτι κουφίζεσθαι, τοῖσι πλείστοισιν οὐ πονηρόν; ὧν ἐς τὰ κάτω πόνοι τουτέοισιν εὔφορα.

Hæc valde ſunt obſcura,& in Prorrhetico ſuperiori ſententiæ connectuntur,varieq; leguntur. Quin & ex Galeni Commentario H huius lectionis varietatem petas licet,quæ etiam exemplaribus manu ſcriptis conteſtata eſt. Meliùs certè coniungi videntur, & ad conuulſionũ denunciationem (quamuis parum conferant) referri,vt ad Galeni mentem in Prorrhetico accedamus, cùm conuulſiones legitimis ſudoribus iamiam ſuperato morbo ſoluantur, & humorum tranſpoſitu ad inferiores partes leuentur. Caluus hanc ſententiam codicum varietate plurimum conturbauit,& ὄχλοι & ἀχροὶ legit,idemque ſententiæ huius initium ἀπὸ προσώπου fecit.

In dorſi ac pectoris dolore,cruentæ mictionis ſuppreſſio, laborioſum exitum affert.

172 Ἐν ἀλγήματι νώτου καὶ στήθεος αἱματώδης οὔρησις ἐπιστᾶσα, ὀλέθριος ἐπιπόνως.

Hoc

A Hoc præſagium ex obſeruatione quadam enatum obſcuram habet cognitionem,paruamq; doctrinæ complexionem. Cruenta vrina ſi propriè intelligatur,per quam ſanguis demittitur,ea ſi ſubſiſtat,ex ſanguinis grumis,& ex ea putrilagine concepto intus incendio,laborioſum & cum dolore exitium portendi æquum eſt,tuncq; ad febrem attendendum eſt. Quod ſi αἱματῶδες οὖρον dicitur quæ ὑπέρυθρα οὖρα demittit, velut omnibus in confeſſo eſſe teſtatur Galenus,& malè affectos renes & imbecillitate laborantes indicat,vnde & dorſi & pectoris,hoc eſt ventriculi dolor(ſic enim ſæpius apud Hippocratẽ ſumitur) contingere poteſt, huius ſuppreſſio curata intemperie non ita moleſta eſt.Dubiũ vero eſt num hic per dorſi & pectoris dolores, earum partiũ nempe neruoſarũ, membranoſarum & frigidarum perfrictionem aut rigorem indicet, quem vrinæ ſuppreſſio præcedere ſolet,vt ex Hippocrate apparet, (aph.9.ſect.1.lib.6. epid.& Prorrh.110.**.) in quo etiam antea cruentas vrinas damnauit.Atque ad huiuſmodi affectiones promptè conuulſiones ſequuntur,de quibus hic agere videtur. ** *Sentent.*21.

B 273 Τραχήλου πόνος, κακὸν μὲν ἐπὶ πυρετῷ παντί. κάκιστον δὲ ἐν οἷσι καὶ ἐκμανῆναι ἐλπίς.

Ceruicis dolor in omni quidem febre malum. In his vero peſſimum in quibus etiam vehementis inſaniæ metus eſt.

Repetitur iiſdem verbis hæc ſententia Prorrh.73.Hippocrates quoq; libro primo epidemiõn ***,ceruicis dolores & capitis grauitates cum febre valde ſuſpectas habet,& in phreniticis quidem conuulſiones cum æruginoſo vomitu & præceps exitium accerſere ſcribit. *** *Stat.*2.

274 Ἐπὶ στήθεος ἀλγήματι πυρετώδει, ἡ κοιλίη ταραχώδης, ναρκώδης, σημεῖα μελαινέων ὑποχωρησίων.

Pectoris dolor cum febre,& aluus perturbata cum torpore,nigras deiectiones præ ſe fert.

C Quod ſemel eſt in quibuſdam ægris obſeruatum, id malo prædictionis exemplo ad vniuerſi generis naturam refertur. Signorum nanque diuerſi generis complexio,ad cuiuſque proprios fontes deducenda eſt, non temerè ad vniuerſas notionum quæſtiones (ſi rerum vſum quærimus) accommodanda. Hic igitur aluus perturbata & diarrhœa in pleuriticis doloribus & peripneumonicis ſignificatur,quæ vt vires exoluit & hepatis imbecillitatem indicat,ita non neceſſariò nigras deiectiones conuehit, niſi ex bilis aduſtione quæ in atram vertitur. ναρκώδης autem κοιλίη cùm ad varias cauſas referatur,hic ſentiendi facultatem ſopitam ſequi videtur, etſi δακνώδης quidam legunt, vt ad bilioſarum deiectionum morſum ac irritamentum referant, ex ſentent. 83. antea adſcripta.

275 Τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγγα ἰσχνά, μικρά, ὀδυνώδεα, ὅτε χάνοι μὴ ῥηϊδίως συνάγοντα ἰσχνά, παρακρουστικὰ
D ἐκ τουτέων φρενιτικοί, ὀλέθριον.

Vbi fauces in morbis acutis graciles ſunt,paruę ac dolentes,atq; vbi os hiarit,ſi gracile appareat,nec facile contrahi poſſit,mentis emotionem metuere oportet,indeq; ſuccedens phrenitis pernicioſa eſt.

Ex variis colli & faucium affectionibus longo ſententiarum ambitu decurſis,& ad anginam ſenſim irrepentibus, tandem ad anginæ genus pericuoloſum deuenit,quod in Prognoſtico deſcribitur,vbi neque in ceruice,neque in faucibus, alicuius præter naturam affectus ſigna conſpicua eduntur.Et huius ſententiæ explicatio ex Prorrhet.11. (vnde huc tranſlata videtur) peti debet. Quod ſanè me impulit vt μικρὰ. ὀδυνώδεα ad τὰ κατὰ φάρυγγα referrem & diſpararem,non,vt cæteri interpretes,coniungerem. Neque enim in huiuſmodi angina modicus ineſt dolor,cùm ex Hippocr.in Prognoſtico plurimum moleſtiæ & negotij exhibeat. Quin potius his verbis indicatur nullum ſubeſſe in externis colli partibus ad fauces pertingentibus,tumoris aut doloris ſenſum. Nam etſi per φάρυγγα ἰσχνά Hippocrates,vt ſæpe aliàs,fauces minimè tumentes,ſed graciles intelligit, voluit tamen etiam externum colli proſpectum adhibere,vt nullo apparente in his partibus proprio affectu,promptior ex neruorum principio offenſa peteretur, vnde & mentis e-
E motio & phrenitis penderent. Quæ etſi non neceſſariò ad huiuſmodi anginæ genus conſequuntur, præſens tamen exitium denotant,vt ſcribit Galenus. Atque ea verba mihi reſpicere videntur quod in Prognoſtico ſcribitur,ἐκεῖναι μήτε ἐν τῇ φάρυγγι μηδὲν ἔκδηλον ποιῶσι, μήτ' ἐν τῷ αὐχένι.Quin etiam vt externam colli faciem proſpectandam admoneret,adiunxit ὅτε χάνοι μὴ ῥηϊδίως συνάγοντι ἰσχνά, vt ſignificaret ore adaperto nullum ſubapparẽte tumorem aut molem in faucibus,neque tamen os claudi aut adduci poſſe, vt latens quoddam vitium valde ſuſpectum faceret. Ita quæ intus hic adaperto ore præmonſtratur gracilitas,prius illis verbis in externarum colli partium ſpecie in conſiderationem veniret,vbi nullus tumoris,doloris,aut molis ſenſus perciperetur. Etſi in quibuſdam exemplaribus manu ſcriptis, ἰσχνά in his vltimis verbis deſideratur,nec eius veſtigia vlla in Prorrhetico apparent.Quòd ſi quis hoc in præſagio exemplarium aut interpretum authoritatem non dedignatur, & μικρὰ ὀδυνώδεα coniungere velit, is gutturis affectum præfocantem,ac etiam ſine dolore tumorem obaudire poterit,velut aphor.34.lib.4.cauſas eaſdem ex Galeno inducens Caluus pro ἰσχνά σμικρά legiſſe videtur.

F 276 Φάρυγξ ἑλκουμένη ἐν πυρετῷ μετ' ἄλλου σημείου τῶν δυσκόλων, κινδυνῶδες.

Vbi febricitanti fauces exulcerantur,ſi aliud quoque ex grauioribus ſignis affuerit,periculum denunciandum eſt.

Hæc ſententia experientia confirmatam habet veritatem.Febres enim ſunt pericuoloſiſſimæ; in quibus fauces aut exulcerantur, aut inflammantur. Humoris enim malignitatem,feruorem & acrimoniam indicant,ſiue à capite,ſiue aliunde in fauces irruat, vnde & febres creantur grauiſſimæ,& ſæuiſſima inducuntur ſymptomata,crebræ virium exolutiones, ἄσαι & continentes corporis inquietudines,iactationes,quandoq; etiam totius corporis colliquationes,tum demum ita exulceratis faucibus nihil deglutire poſſunt. Quod autem hic σημείου δυσκόλου,μοχθηρόν in Prognoſt.dicitur,vbi his verbis iſta ſententia repetitur. φάρυγξ δὲ ἑλκουμένη σὺν πυρετῷ δεινόν, ἀλλ' ἤν τι καὶ ἄλλο σημεῖον ἐπιγίνηται τῶν προκεκριμένων πονηρῶν εἶναι, προλέγειν ὡς ἐν κινδύνῳ ἐόντος τοῦ ἀνθρώπου.

277 Ἐν πυρετοῖσιν ἐξαπίνης πνίγεσθαι, καὶ καταπίνειν
G μὴ δύνασθαι, χωρὶς οἰδήματος, κακόν.

Per febres repente ſtrangulari, & deuorare non poſſe,citra tumorem,malum eſt.

Eam quoque anginæ ſpeciem hic reſpicere videtur de qua agitur aph.34.lib.4.& 60.lib.7. Et hunc locum propriè quidem mihi reſpexiſſe videtur Celſus cùm ſcribit. Neque is ſeruari poteſt,qui ſine vllo tumore febricitans ſubito ſtrangulatur, aut deuorare ſaliuam ſuam non poteſt.Neque enim alibi difficilis deglutitionis mentio ſubit.

278 Τράχηλον ἐπιστρέφειν μὴ δύνασθαι, μηδὲ καταπίνειν, θανάσιμον ὡς τὰ πολλά.

Collum neque conuerti, neque deuorare poſſe, plærunque lethale.

Quin & alterum anginæ genus ex vertebrarum colli peruerſione attingitur,quod pluribus lib.2.epid.aperuimus, & ex aph. 35. lib.4.& 61.lib.7 deſumitur,& his verbis disertè expreſſit Celſus.Cuive in eodem febris corporiſque habitu ceruix conuertitur, ſic vt deuorare æquè nihil poſſit. Hoc enim præſagium in febre intelligendum venit,etſi eius nulla hic fiat mentio, quod de acutis agatur.Hic verò vt in aphoriſmis tumor non excluditur,vt inde inflammationem colligas,& maiorem neruorum, vicinorum & colli-
H gatorum corporum contractionem coniicias.Quanquam exemplaria quædam iſtas duas ſententias ſimul coniungunt, quod feciſſe Caluum apparet,neque κακόν priori ſententiæ addidiſſe,ſed legiſſe καὶ τράχηλον.

279 Ὑποχόνδριον δὲ χρὴ μαλθακὸν εἶναι, καὶ ἄπονον καὶ ὁμαλές. φλεγμαῖνον δὲ ἢ ἀνωμάλως ἔχον, ἢ ἀλγεύμενον, σημεῖον ἀρρωστίης ἐστὶν οὐκ εὐήθεος.

Præcordia verò ſine vllo doloris ſenſu æqualiter mollia eſſe oportet. At inflammatione tentata,aut inæqualiter affecta,aut dolore vexata, non contemnendæ ægritudinis notas præ ſe ferunt.

Ordine quodam ad præcordia delapſus, eorum affectiones attingit,& ferè ex Prognoſtico repetit.

Præcordia vero tumida, dura ac dolentia, ſi in vniuerſum ſic affecta ſunt, maximũ quidem malũ portendunt: ſi verò altera parte duntaxat, ex ſiniſtra minus periculum impendet. Cæterùm per exordia quidem mortem prope adſore iſta denunciant, vbi verò vigeſimum diem ſuperarunt, & febris detinuerit, in pus vertuntur. Atq; intra primum circuitum iſtud contingit, ac ſanguinis è naribus fluxus plurimũ cõducit. Etenim plærunq; his caput dolet, & oculorum acies hebeſcit: atq; tum ſanguinis eruptio magis expectari debet, idq; circa quintum & trigeſimum ętatis annum. In ſenioribus vero non item.

280 Οἴδημα δὲ ἐν ὑποχονδρίοισι σκληρὸν πᾶν καὶ ἐπώδυνον, κάκιστον μὲν εἰ παρὰ πάντων εἴη τῶν μερέων. τὸ δὲ ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρεος, ἀκινδυνώτερον τὸ ἐκ τῶν ἀριστερῶν. σημαίνει δὲ ἐν ἀρχῇ μὲν τὰ τοιαῦτα θάνατον συντόμως. ὑπερβάλλοντα δὲ τὰς εἴκοσι, τοῦ πυρετοῦ μένοντος, ἐμπυήσει. γίνεται δὲ τούτοισιν ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ ῥῆξις αἵματος διὰ ῥινῶν καὶ κάρτα ὠφελέει. τὰ γὰρ πολλὰ κεφαλὴν οὗτοι πονέουσι, καὶ ὄψις ἀμαυροῦται. καὶ μᾶλλον εἰς τοὺς προσγενέσθαι προσδέχου τὴν ῥῆξιν. ἡλικίῃσι δὲ πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισιν, ἧσσον. A B

Locus ex Prognoſtico notus eſt vnde iſta ſunt petita. *Celſus etiam præcordia inflammata, dolentia, dura, tumida, intenta, ſuſpecta habet, magiſq; ſi hæc dextra parte quam ſiniſtra ſunt. Caluus iſtud εἰ παρὰ πάντων εἴη τῶν μερέων parum expreſſit, & τὸ παρὰ πάντα legiſſe videtur. Meliuſq; ſcribitur in Prognoſtico, ἢν παρ' ἅπαν ᾖ τὸ ὑποχόνδριον. Quod ſequitur τῶν δὲ ῥινῶν, ambiguum eſt quonam referatur. Codices publicati prioribus coniungunt. Nos ad vtrunq; accommodamus, & potiſſimum ad ſanguinis eruptionem ex Prognoſtico retulimus, ex quo etiam melius legatur, γίνεται δὲ τούτοισιν ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ ῥῆξις αἵματος διὰ ῥινῶν, contra tamen omnium codicum fidem. Omnes enim τῶν δὲ ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ legunt, & duo vetuſtiſſimi Regij manu ſcripti hic ſubſiſtunt omninoq; deficiunt, nihil de ſanguinis ex naribus fluore apponentes, etſi locum ex Prognoſtico integrum maximè adſcribi oportuit. Quæ etiam calamitas ad Vaticana exemplaria permanauit, vt ſatis patet ex Caluo, qui hic quoq; Coacarum Prænotionum interpretationi finem impoſuit, nulla hiatus aut vaſtitatis alioqui vel minima iniecta ſuſpicione, quod per ſanè mirum mihi videtur. Nos verò, etſi nihilo ſumus meliore fortuna, omnem tamen aleam ſubire oportet, & reliqua ſpatia emetiri. C

*Cap.4. lib.2.

At verò molles & doloris expertes tumores, longiore ſpatio finiuntur, nec ita graue periculum afferunt. Quòd ſi neque intra ſexaginta dies deſinunt, ac febris detinet, ſuppurationem expectare oportet. Idem verò haud ſecus quàm in præcordiis perpéditur in tumoribus qui circa ventrẽ fiũt, niſi quòd hi quàm illi minùs ſuppurãt, minimùm verò qui ſub vmbilico conſtituuntur. Atq; hi quidem in tunica concluduntur, illi autem ſurſum diffunduntur. Ex quibus etiam mortem magis afferunt, quicunq; intrò rumpuntur. Reliquas autem ſuppurationes quæ quidem foràs erumpunt, maximè ſanè conducit, in quam exiguũ & acutiſſimum locum colligi. Quæ autem intrò vergunt, vt neq; tumore, neq; dolore, neq; colore, manifeſtas foris notas edant. Quod verò contra fit, peſſimum eſt. Harũ autem quædam propter puris craſſitudinem nullam de ſe ſignificationem oſtendunt. At recentes præcordiorum tumores inflammationis expertes, ac dolores qui in ipſis fiunt, murmur circa præcordia exortum ſoluit, ſed potiſſimùm quidem vbi per vrinas ac deiectiones elapſum fuerit, ſin minùs, vbi etiam hoc ipſum tranſmiſſum fuerit. Quin etiam ad infernas ſedes deuolutum iuuat.

281 Τὰ μαλθακὰ δὲ ἀνώδυνα τῶν οἰδημάτων, χρονιώτερα δὲ τὰς κρίσιας ποιέεται, καὶ ἧσσόν ἐστιν ἐπικίνδυνα. τὰ δὲ ἑξήκοντα καὶ τὰς ὑπερβαλόντα, τοῦ πυρετοῦ μένοντος, ἐμπυοῦται. παραπλήσια δὲ σημαίνει τοῖσιν ἐν ὑποχονδρίοισι καὶ τὰ περὶ κοιλίην, πλὴν ἧσσον ἐκπυοῦται τῶν ἐκείνων, ἥκιστα δὲ ὑπ' ὀμφαλόν. καὶ γίνεται δὲ ταῦτα μὲν ἐν χιτῶνι, τὰ δ' ἄνω κεχυμένα. θανάσιμα δ' ἐστὶν αὐτῶν, ὅσα ἂν εἴσω ῥαγῇ. τῶν δὲ λοιπῶν ἐμπυημάτων, τὰ μὲν ἔξω ῥηγνύμενα, βέλτιστον μὲν ὡς εἰς ἐλάχιστον καὶ ὀξύτατον συλλέγεσθαι. τὰ δὲ εἴσω, μήτε ὄγκῳ, μήτε πόνῳ, μήτε χρώματι διάδηλον ἔξω ποιέει. τὸ δὲ ἐναντίον κάκιστον. ἔνια δὲ τούτων διὰ πάχος πύου, οὐ διασημαίνει. τὰ δὲ πρόσφατα τῶν ἐν τοῖσιν ὑποχονδρίοισιν ἐπαρμάτων, ἢν μὴ σὺν φλεγμονῇ ᾖ, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῶν πόνους λύει βορβορυγμὸς γινόμενος ἐν ὑποχονδρίῳ. καὶ μάλιστα μὲν διεκπεσὼν δι' οὔρων καὶ διαχωρημάτων. εἰ δὲ μὴ καὶ αὐτὸς διαπεραιωθείς. ὠφελεῖ δὲ καὶ ὑποκαταβὰς ἐς τὰ κάτω χωρία. D E F

χρονιώτερα] χρονιωτέρας ex manu ſcriptis codicibus & Prognoſtico legimus & libello περὶ κρισίων vbi iſtud repetitur. Atq; ex eodem præconio & melioribus codicibus publicatis καὶ ἧσσον ἐπικίνδυνα ſcripſimus. Celſus cap.7. lib.2. iſta ſic expreſſit, At ſi præcordia tumorem mollem habent, neq; habere intra ſexaginta dies deſinunt, hæretq; per omne id tempus febris, tum in ſuperioribus partibus fit abſceſſus.

ἥκιστα δὲ ὑπ' ὀμφαλόν] Sic in epid.* ſuppurationes vmbilico circunſcribit Hippocrates. πλεῖον ἐμπυέματα ὀμφαλὸς ὅρος. Celſus. Cumque omnis longus tumor ad ſuppurationem ferè ſpectet, magis eò tendit is, qui in pręcordiis, quàm is qui infra eſt.

* Lib.6. ſect.2.

καὶ γίνεται ταῦτα μὲν] Aptè ſanè videntur iſta ad ſuppurationum differentiam referri, vt partim quidem ad cutem prorumpant, partim verò profundum & interiora petant. Quod ſcribit Gal. in Progn. ἀθροίζεται δὲ τὰ κατ' αὐτὰ φύσει ἐνίοτε μὲν ὑπὸ τῷ δέρματι, πολλάκις δὲ τῷ βάθει, vt τὸ ἄνω, partium corporis ſuperficiem reſpiciat, ἐν χιτῶνι vero τὸ βάθος, interiorem latitudinem quæ peritonæo circunſcribitur. G

θανάσιμα δ' ἐστὶν αὐτῶν] Tumores omnes tolerabiliores ſunt qui extra vergunt, quàm qui intrò procedunt, vt ſatis patet ex Prognoſtico. Sunt tamen & ſuæ vtriſq; leges, Nam qui foras vertuntur, minima mole concludi, maximeq; extra vergere, & in acutum faſtigiari debent. Et in epidemiis, οἰδήματα ἔξω ἀφεστῶτα, καὶ τὰ ὀξέα, καὶ τὰ κορυφοῦντα probat. Qui verò intus excitantur, maximè probantur, ſi in externa ſuperficie nullas ſui manifeſtas notas edant, neq; tumore, aut dolore, aut colore, ſignificationem vllam præbeant, ſed intus contrahantur. Quas ſuppurationum leges his verbis ** Celſus expreſſit. Ex ſuppurationibus verò hæ tolerabiles ſunt, quæ in exteriorem partem feruntur & acuuntur. Et ex his quæ intus procedunt, hæ leuiores, quæ contra ſe cutem non afficiunt, eamque & ſine dolore eſſe, & eiuſdem coloris, cuius reliquæ partes ſunt, ſinunt eſſe. Idem, Ex ſuppurationibus hæ peſſimæ ſunt, quæ intus tendunt, ſic vt exteriorem quoq; cutem decolorent. Ex his deinde, quæ in exteriorem partem prorumpunt, quæ maximæ, quæque planiſſimæ ſunt.

** Cap.8. lib.2.

διὰ πάχος πύου] Duæ ſunt puris intus deliteſcentis cauſæ, puris craſſitudo, & loci quo concluditur denſitas, aph.41. libr.6. proditæ, & à Galeno in Prognoſtico repetitæ, dum ſcribit: μὴ φθάνειν τὸ πῦον εἰς τὸ ἐκτὸς χώραν ἀφικέσθαι διὰ γλισχρότητα, ἢ πάχος, ἢ τὸ τοῦ περιέχοντος χιτῶνος πυκνότητα. H

τὰ δὲ πρόσφατα] Idem diſertis penè verbis ex Prognoſtico repetitum, & ex aph.73. lib.4. expreſſum. Celſo verò adumbratum cap.5. lib.2. ſed non ſine manifeſto vitio noſtrorum omnium codicum. Sic enim locus legendus eſt, Si non inflammatio in ſuperioribus partibus dolorem tumoremq; fecit, bonum ſignum eſt ſonus ventris inde ad inferiores partes deuolutus, magiſq; etiam ſi ſine difficultate cum ſtercore exceſſit. Aut certè vt volunt quidam ſcribendum, Si ſine inflãmatione in ſuperioribus partibus, dolorem tumoremq; quid fecerit, bonum ſignum eſt ſonus ventris, &c. Quam lectionem Caſtellani codex & Pantinus retinent.

282 Χρο-

A 282 Σφυγμὸς ἐν ὑποχονδρίῳ μετὰ θορύβου παρακρουστικὸν, καὶ μᾶλλον ἢν ὄψιες πυκνὰ κινέωνται.

Præcordiorum pulſus cum turbatione mentem emouet, idq́; præcipuè ſi oculi frequenter moueantur.

Mentis perturbationem aut delirium non ſolùm elicit in Prognoſtico Hippocrates, ſed & inſaniam expectandam ſignificat, idémque præſagium ſecutus eſt Celſus, cùm ſcribit "" , Protinus timendam inſaniam vbi quis venas concitatas habet præcordiis duris & tumentibus. Vbi etiam oculorum frequentem motum addit.

"" *Cap. 7. lib. 2.*

283 Καρδίης πόνος καὶ σφυγμὸς ὑποχονδρίων, πυρετοῦ περιψυχθέντος, κακὸν, ἄλλως τε κἢν ἐφιδρώσῃ.

B Oris ventriculi dolor ac præcordiorum pulſus cum febre in qua totus corporis habitus perfrigeratur, malum denunciant, idq́; præſertim ſi cum tenuibus ſudoribus contingunt.

πυρετοῦ περιψυχθέντος] Phraſis eſt ex Prorrh. repetita febrem indicans quæ interna depaſcitur externo corporis habitu perfrigerato, quod eſt malignæ febris certiſſimum indicium. Cùm autem per ſe mala ſint quæ concurſionem iſtam faciunt, hoc ſymptomatum inter ſe concurſu certior pernicies intenditur. Vitioſa ſunt autem exemplaria quæ ὑποχόνδρια & ἰσχυρῶς legunt.

284 Ἐς ὑποχόνδριον ἐμπίπτοντα ἀλγήματα, ἄλλως τε πονηρὰ, καὶ ἢν κοιλίας καθυγραίνῃ. κάκιον δὲ ἐν ὀλίγῳ γινόμενα. καὶ τὰ παρ' οὖς τε ἀνιστάμενα ἐκ τουτέων, κακοήθεα. καὶ τὰ ἄλλα ἐκπυήματα.

Ingruentes ad præcordia dolores, cùm alias praui ſunt, tum verò ſi aluos profundant. Deteriores autem ſi paruo tempore fiant. Quin & inde ſuborta ad aures tubercula, aliæq́; ſuppurationes malignitatem præ ſe ferunt.

C Magnam & periculoſam præcordiorum ac hepatis inflammationem eſſe oportet, quæ recenter orta, paruoque tempore ideò vehementer vires affligat & aluum profundat. Alioqui ſanè in huiuſmodi caſibus aluus ſuppreſſa plurimum damnatur, quod etiam poſtea docet. Et Gal. Comm. 2. in Prorrh. in hepatis inflammatione aluum effuſam ſuſpectam eſſe ſatis teſtatur. Quin & inde obortа ad aures tubercula aliæque ſuppurationes, morbum producunt, humorumque malignitatem & irritum naturæ conatum denotant.

285 Καρδιαλγικὰ τὰ μετὰ στρόφου, κοιλίης θηρία καταρρήγνυται.

Oris ventriculi dolores cum inteſtinorum cruciatu, interaneorum animali deiiciunt.

D Iſta de lumbricis aluum infeſtantibus accipi, teſtatur quod ſcripſit Hippocrates in epidemiis."" τὰ θηριώδεα φαινόμενα καὶ [illegible]. θηριώδεα nanque & θηρία de lumbricis aluum torquentibus Hippocrati dici oſtendimus noſtris in lib. 2. epid. Commentariis, vbi & huius ſententiæ meminimus, indeque explicatio peti debet. Inteſtinorum autem cruciatus & tormina (quæ per στρόφους intelligimus) ob vehementem morſum fiunt (vt ſcribit Gal. Comm. ad aph. 11. lib. 4.) interdum quoque à flatibus.

"" *Lib. 6. ſect. 1.*

286 Καρδίης ἄλγημα πρεσβυτέρῳ πυκνὰ ἐπιφοιτέον, θανάτου ἐξαπιναίου σημαίνει.

Oris ventriculi dolor ſeniori crebro adueniens, repentinam mortem denunciat.

Vehementem & frequentem eſſe oportet oris ventriculi dolorem, qui ob nimis exquiſitum eius ſenſum ac debilitatem, eamque quam habet partium conſenſione cum corde côuenientiam, in ſenibus repentinum minatur exitium. Quod ob vitalis facultatis imbecillitatem & præcipitem virium lapſum, diſſipatis ſpiritibus & conferto affluxu ſuffocato calore, velut in ſyncope & ἐκλύσει accidit aph. 41. lib. 2. πυκνῇ vero pro πυκνὰ in quibuſdam codicibus ſcriptum vitioſum eſt, & ἐπιφοιτέον pro ἐπιφοιτῶν Ionicum eſt, vt &

E ἐξαπίνου pro ἐξαπιναίου in codicibus publicatis malè ſcribitur.

287 Οἷσιν ὑποχόνδρια μετεωρίζεται κοιλίης ὑποστάσιος, κακόν. μάλιστα δὲ φθινώδεσι τῶν μακρῶν, καὶ οἷσι κοιλίαι ὑγραίνονται.

Præcordia ſublata ſubſiſtente aluo, malum denunciant, præcipuè verò in his qui ex longo interuallo contabeſcunt, & quibus alui diffluunt.

ὑποχόνδρια μετέωρα, τὰ ἐμπνευματωμένα καὶ ὀγκώδη vocat Galenus in aphor. 64. lib. 5. dicunturque tumida & inflata, aut in altum ſublata, τὰ ἐπηρμένα, ſublimia & intumeſcentia ex aliquo præter naturam affectu. ὑποστάσιος autem κοιλίης pro remorata & ſubſiſtente aluo ponitur, & in omnibus codicibus conſtantiſſimè retinetur idem ſignificans quod ἐπίστασις, aut certe κοιλίης ἐπιστάσιος legendum, quæ

F phraſis alioqui Prorrhetici autori perfamiliaris eſt, qua ſubſiſtentem & ſuppreſſam aluum indicat. Quam etiam notionem ſecutus videtur Cornarius & reliqui interpretes. Sunt qui ὑποστάσιος κοιλίης legunt. φθινώδεσι autem τῶν μακρῶν qui ex longis interuallis & iam diu contabeſcunt intelligi videntur, aut qui prope conſeneſcentibus ac diu trahentibus morbis tabitudinem contraxerunt & ita inueteratum malum corporis habitum compararunt, vt intumeſcentibus vitalitatis penetralibus, velut iam fatiſcentibus viribus, aluo fuſa & humeſcente colliqueſcunt.

288 Ἐν ὑποχονδρίῳ φλεγμονὴ ἀποπυηματική ἐστιν, οἷς πρὸ τοῦ θανάτου μέλανα διαχωρέει.

Quibus præcordia inflammatione tentantur, & pus colligunt, iis ſub mortem nigra deiiciuntur.

Nigras deiectiones vocat, quæ ſunt ſanguini atro non diſſimiles, aph. 21. lib. 4. aut qualis fex ſanguinis & limus, quales ſolent in hepaticis affectibus deturbari, ex ſuperaſſato ſanguine, vt ſcribit Gal. lib. 5. de loc. aff. atque eæ plerunque ſunt lethales. Cæterùm co-

G dices editi omnes iſtam ſententiam ſuperiori coniungunt, & cum aluo effuſa præcordiorum inflammationem ponunt, vt Prorrh. 155. aptè congruere videatur. ἐκπυουμένων ὑποστάσεις ἰλυώδεις, ὑπόπελιοι, ὀλίγαι. ἀρχὴ ἐκ τοῦ ὑποχονδρίου [illegible]). Iſta nanque de hepaticis, vt & πρόρρησιν iſtam de iecoris inflammatione intelligi, nemini eſt dubium. Nos tamen membranarum reconditarum lectionem ſecuti ſumus.

289 Ὑποχονδρίων σύντασις μετὰ κώματος ἀσώδεος, κεφαλαλγικῷ, τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει.

Præcordiorum contenſio cum ſopore & incontinenti corporis iactatione, capitis dolore vexato, tubercula ad aures excitat.

Ex Prorrh. 169. vbi eadem ſententia repetitur, explicatio ſumi debet. κώματος autem legimus ex manu ſcriptis codicibus cum interpretibus. καύματος tamen habent exemplaria omnia publicata, ſed in Prorrh. κώματος leg.

290 Μετὰ ὑποχονδρίων ἐπάρσιν, τοῖσι χολώδεσι πνεῦμα μέγα καὶ πυρετὸς ὀξὺς, τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει.

H Ex præcordiorum tumore, bilioſis ſpiratio magna & febris acuta, tubercula ad aures ſuſcitat.

Adumbrata eſt hæc ſententia Prorrh. 164. & antea hoc in præſagio ſent. 107. quodammodo expreſſa, ſent. vero 126. diſertis verbis repetita. Hic vero πνεῦμα μέγα dicit, ſpirandi difficultatem in his obaudiens quos πνευματουμένους aliàs & πνευματίας vocat, τοὺς μέγα καὶ πυκνὸν ἀναπνέοντας. πνευματώδεις in Exegeſi dicuntur, etſi alioqui πνευματώδεις ἐμπεφυσημένοι, & qui magnam flatuum copiam ventre colligunt, dicuntur aph. 72. lib. 5. & Comm. 3. in Prorrhet. χολώδεις etiam nuncupantur (ac fortè χλοώδεις) quos ἰκτερώδεις in Prorrhet. dixit, ex bilis ſuffuſione nomenclaturam adeptos, qui tamen parum aut nihil ad parotidum ſublationem conferunt, vt & in bilioſis febribus & acutis cum magna ſpirandi difficultate potiùs eruptionis ſanguinis ex naribus, quàm abſceſſuum ad aures ſpem haurias. Quod etiam in præcordiorum tumore contingit, vt tubercula ad aures exoriri rari ſit in his exempli.

In præcordiorum dolore cum aliquo murmure, ſuccedens lumborum dolor in febribus, aluos plærunque humectat, niſi flatus eruperit, aut vrinę copia prodierit.

291 Ἐν ὑποχονδρίων ἀλγήματι ὑποβορβορύζοντι, ὀσφύος ἄλγημα ἐπιγινόμενον ἐν πυρετοῖς, κοιλίας ἐπὶ πολὺ καθυγραίνει, ἢν μὴ φῦσα καταρραγῇ ἢ οὔρου πλῆθος ἔλθῃ. A

Placitum eſt 73. lib. 4. aphoriſmorum huc omninò tranſlatum, ac paulò ante ſuperiore quadam ſententia ex Progn. * expreſſum. Quod effecit vt ἐν ὑποχονδρίων ἀλγήματι ὑποβορβορύζοντι ſimul iungerem, adſtipulantibus codicibus manu ſcriptis, quæ malè in publicatis exemplaribus diſparantur. Cur autem ἐν πυρετοῖς addatur, ex Gal. in aph. petas licet.

* *Sentent.* 281.

In præcordiis ex longo interuallo afflictis & graueolente aluo, ſubnatum ad aures tuberculum, mortem adfert.

292 Ἐπὶ ὑποχονδρίῳ χρονίῳ, καὶ κοιλίῃ δυσώδει, παρ' οὖς ἀπόστημα κτείνει. B

ὑποχόνδριον χρόνιον hic vocat quæ in Prorrh. ὑποχόνδρια μετὰ πόνου χρονιώτερα, quemadmodum ὑποχόνδριον χρόνιον antea ſumpſit Caluus ſent. 128. Sic κοιλίην δυσώδεα, ὃ κοιλίη δυσώδης, quonamcunque modo fœtidum tenuioris inteſtini morbum intelligas. Ex Prorrh. enim 158. repeti videtur hæc ſententia, & antea longè meliore notione expreſſa ſentent. 201. vt certè non leuiter ſuſpecta ſit hæc ſcriptio.

Ex præcordiorum doloribus aluus aliquantum viſcida paulatim tranſmittens, ſtercoracea pauca effundit, ac fortaſſis ſanguinem profundit.

293 Τοῖσιν ἀπὸ ὑποχονδρίων ἀλγήμασι κοιλίη τι μικρὸν ὑπόγλισχρα διαδιδοῦσα, βραχέα κοπρώδεα ἐκχέει, ἆρα καὶ αἱμορραγεῖ. C

Nil neceſſe eſt ſanguinis profuſionem conſequi, vt ne ad confertam illam diuerſi generis ſymptomatum concurſionem, quæ Prorrh. 146. deſcribitur, ac etiam poſtea iiſdem verbis hoc in Præſagio repetitur, vnde quodammodo decurtata hæc ſententia videtur. Codices publicati ἐκχλοιοῖ pro ἐκχέει legunt. ἐκχλοιώδης ſanè apud Hippocratem pro χλωρώδης, quod eſt ex pallido vireſcere, ex Galeni interpretatione ſignificare ſcripſimus noſtris in libr. 2. epidem. Comment. & fuſiùs in Oeconomia Hippocrat. eique dictioni frequens addiximus teſtimonium, quod in ἐκχλοιοῦν non temerè reperias. Ac fortaſſis tam varia huius dictionis ſcriptio, non minimam vitij ſuſpicionem iniicit. In Prorrh. enim ἐκλύοντι ſcribitur, & in hoc præſagio (vbi eadem Prorrh. ſententia repetitur) ἐκχλοιοῦντι. Qua dictione cutis color ex viridi palleſcens aut flaueſcens indicatur, quòd in hac concurſionę bilis quædam ſit refuſio.

Quos derepente abſque febre præcordiorum aut oris ventriculi dolor, aut crurum, & inferiorum partium affligit, aluusq; intumeſcit, venæ ſectio, aut alui fluxus ſolutionem adfert. Iis febricitare noxium eſt. Nam & longæ & vehementes febres ſubnaſcuntur, ac tuſſes, & ſpirandi difficultas atq; ſingultus fiunt. Quibus in ſolutionem ſpectantibus, vehemens coxarum dolor, aut crurum, aut purulenta ſputatio, aut oculorum orbitas ſuccedit.

294 Οἷσιν ἐξαίφνης ἀπυρέτοισιν ἐοῦσιν, ὑποχονδρίου καὶ καρδίης πόνος, καὶ περὶ σκέλεα καὶ κάτω μέρεα, καὶ κοιλίη ἐπήρθη, λύει φλεβοτομίη, καὶ κοιλίης ῥύσις, πυρέξαι βλαβερὸν τούτοισι. μακροὶ γὰρ [illegible] πυρετοὶ καὶ ἰσχυροὶ γίνονται, καὶ βῆχες, καὶ πνεῦμα, καὶ λυγμοὶ γίνονται. λύεσθαι δὲ μελλόντων τούτων, πόνος ἰσχυρὸς ἰσχίων, ἢ σκελέων, ἢ πύου πτύσις, ἢ ὀφθαλμῶν στέρησις ἐπιγίνεται. D

Non temerè præcordiorum & oris ventriculi repentinus dolor fluxionis magnitudinem arguens, ſanguinis miſſione, aut alui tumor fluore ſoluitur. Reliqua vero ſolutionum exempla humorum depoſitum teſtantur, & plærunque in morbo magnam habent vim & liberationis famam, vt lib. 2. epid. videre eſt. Iſta vero ſententia quodammodo exprimi videtur libello περὶ χυμῶν his verbis ὅσοισιν ὀδύναι γίνονται ἐξαπίνης, ἢ ὑποχόνδριον ἐπήρθη αὐτοῖς, καὶ ἐὰν περὶ τὰ νῶτα [illegible] αἱ ὀδύναι γίνονται, τούτοισι λύσις φλεβοτομίη καὶ κάθαρσις κάτω. οὐ γὰρ λαμβάνει πυρετὸς ἰσχυρὸς ἀδυνατοῦντα τὸν χυμόν. Qui locus tamen vitioſè ſcribitur in noſtris codicibus, & pro [illegible] ὀδύναι ἢ περὶ σκέλεα ὀδύναι. ex hoc loco ſcribendum videtur, etſi [illegible] ὀδύναι graues & vehementer irritantes dolores dici poſſunt, quemadmodum ſumpſit Cornarius. E

Qui præcordiorum doloribus, oris ventriculi iecoris, ac earum quæ ſunt circa vmbilicum partium conflictantur, cruenta alui deiectione liberantur, ſecus autem, moriuntur.

295 Οἷσι πόνοι ὑποχονδρίων, καρδίης, ἥπατος, τῶν περὶ ὀμφαλὸν μερέων, αἵματος διαχωρήσαντος, σώζονται, μὴ διαχωρήσαντος δὲ θνήσκουσιν. F

Vt non neceſſe eſt huiuſmodi partium dolores cruenta egeſtione liberari, ita nimis temerè enunciatum eſt aluo cruenta non egerente mortem affuturam. Certum eſt tamen plurimi & ſynceri ſanguinis interdum ex aluo egeſtionem, vniuerſum corpus plærunque euacuare, haud ſecus quàm per hæmorrhoidas aut muliebre profluuium contingit, vt ſcribit Galen. libr. 2. & 5. de loc. affect. eamque δυσεντερίην αἱματηρὴν vocant medici. Alioqui ſanguis extra vaſa contentus putreſcit, & in grumos coit, exitiumque creat.

Præcordia non mollia, & facies bene habita, non niſi liberali ſanguinis ex naribus profluuio, aut conuulſione, aut coxendicum dolore, ſolutionem accipiunt.

296 Οἷσιν ὑποχόνδρια λαπαρὰ, πρόσωπον ἐρρωμένον, οὐ λύονται χωρὶς αἵματος ῥύσιος ἐκ ῥινῶν πολλοῦ, ἢ σπασμοῦ, ἢ ὀδύνης ἰσχίων. G

Hic truncata videtur ſententia & ex libro περὶ χυμῶν & lib. 2. epidemiôn integra apponenda. [illegible] ἐρρωμένον ἦ, καὶ τὰ ὑποχόνδρια μὴ λαπαρὰ, ἀλλὰ ἐπηρμένα, χρονίη ἡ νοῦσος, καὶ ἄνευ σπασμοῦ οὐ λύεται ἢ αἵματος πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινῶν ῥύσιος ἢ ὀδύνης ἰσχιάδος. Et lib. 2. epid. * ἢν αἱ φλέβες σφύζωσιν ἐν τῇσι χερσί, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρρωμένον, καὶ ὑποχόνδρια μὴ λαπαρὰ ᾖ, χρονίη ἡ νοῦσος ἔσται. ἄνευ σπασμοῦ οὐ λύεται, ἢ αἵματος πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινῶν, ἢ ὀδύνης ἐς τὰ ἰσχία. Quibus etiam ferè reſpondet ſent. 128. antea hoc præſagio commemorata. Nam quibus verbis hæc eadem ſententia repetitur in fine libelli περὶ χυμῶν, ea planè ſunt deprauata, vt ſcripſimus noſtris in lib. 2. epid. Comm. quibus iuſtiſſimis vindiciis huic ſententiæ integritatem & explicationem aſſeruimus. Hic autem μὴ λαπαρὰ lego ex lib. 2. epid. & lib. περὶ χυμῶν, & ſent. 128. antea hoc præſagio ſcripta, etſi λαπαρὰ retineri poſſint, quòd ſcribatur in Prognoſt. [illegible] ὁκόσα ἐν τοῖσιν ὑποχονδρίοισιν λαπαρά τε καὶ ἀνώδυνα [illegible]. Verùm iſta potius de abſceſſibus ad aures quàm de ſanguinis profluuio accipienda videntur.

* *Sect.* 6.

Præcordiorum dolores in febre, ægro fari nequeunte, ſi abſq; ſudore ſoluantur, malum indicant. His ad coxendices dolores decumbunt.

297 Αἱ περὶ ὑποχόνδρια ἐν πυρετῷ ὀδύναι ἀναύδῳ, ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, κακόν. τούτοισιν ἐς ἰσχία ἀλγήματα. H

ἀναύδοισιν in Prorrh. ſcribitur quod hic ἀναύδῳ. Galenus quoq; ἱδρῶτι μὴ λυόμεναι legit. Sed rectè cohærere poteſt ἀναύδοισιν ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, vt ſit, ἀλόγως ἄνευ ἱδρῶτος λυόμεναι. Sic enim ἀνιδρωτὶ, τὸ μὴ σὺν ἱδρῶτι, ἢ ἄνευ τοῦ ἱδρῶτος ſignificare ſcribit Galen. Comment. 3. in Prorrh. ἀνιδρωτὶ igitur potiùs quàm ἀνιδρῶτι, aut ἀνιδρώτι (quod habet exemplar Germanicum) legendum eſt. Et tamen non parum mihi ſuſpecta eſt hæc prognoſis, velut diminutè ex Prorrh. decerpta, & quæ hic paulò poſt integra reperiatur.

298 Οἷ

A 298 Οἱ κατὰ κοιλίην ἐν πυρετῷ παλμοὶ ἐκστάσιας ποιέουσιν. αἱμοῤῥοΐη δὲ φρικώδης.

Quæ contingunt in febre circa ventrem palpitationes, mentis emotiones adferunt. Quin & ſanguinis ex naribus profluuium cum horroris ſenſu interdum accedit.

Prorrh. 144. aliter ſcribitur hæc ſententia, & ὑποχονδρίων ἐντάσιας ξὺν φλεγμασίῃ ἀγκώδεας, additur, vt præcordiorum tumorem cum inflammatione intelligas, atque illud Prognoſtici faciliùs quadret. εἰ δὲ καὶ σφυγμὸς ἐνείη ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, θόρυβον σημαίνει, ἢ παραφροσύνην. Et certè ad inſtitutum præcordiorum ſermonem iſta potiùs pertinebunt, aut paulò poſt ad ea quæ de ventre & vmbilico dicentur ableganda ſunt. At ſanè quidem ſi in hoc tumultuario centone ordinem requiras, haud aliter feceris quàm ſi cum ratione inſanias. Hepatis igitur aut diaphragmatis, ac oris ventriculi inflammatio, ac mediorum & rectorum epigaſtrij muſculorum, mentis alienationem aliquando adferre poteſt, interdumq; ſanguinis ex naribus profluuium denunciare. Quo in naturæ conatu, ſurſum ſublatis humoribus totum corpus concutitur, & horroris ſenſum inuehit. Quam in notionem iſta vſurpari debent, αἱμοῤῥοΐη δὲ φρικώδης.

B 299 Αἱ ἐς ὑποχόνδρια ἐν πυρετῷ ὀδύναι ἀναΐσσουσαι, ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, κακοήθεες. τούτοισιν ἐς ἰσχία ἀλγήματα ἅμα πυρετῷ καυσώδει, κοιλίη καταῤῥαγεῖσα, ὀλέθριον.

Dolores in febre ad præcordia aſſilientes, ſine ſudore ſoluti, maligni ſunt. In his dolores ad coxendices cum ardente febre, atq; aluus affatim erumpens, perniciem oſtentant.

Ordinis iſta perturbatio, & eorundem præpoſtera repetitio, tumultuariam operam indicat. Sententia autem integra legitur Prorrh. 90. Sed pro ἀναΐσσουσαι quod ſuperiore ſententia retinebatur, hic ἀναΐσσουσαι legitur, quod de ſurſum remeantibus ac aſſilientibus doloribus dicitur Hippocrati in Progn. Præceptor Hollerius huiuſmodi dolores palpitatorios ac ſubſultantes capit, παλμώδεας vel σφυγμώδεας, vt inflammationis magnitudinem indicent.

C 300 Οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες, ἔχουσι μέν τι καὶ γνώμης παραφορῆς. περὶ κρίσιν δὲ τούτοισι φλέγμα δῆς συχνὸν σὺν πόνῳ διέρχεται.

Dolores circa vmbilicum cum palpitatione, mentis quidem alienatæ ſignificationem quandam præbent. At iis ſub iudicationem conferta & crebra pituita cum dolore prodit.

Scribitur hæc eadem ſententia Prorr. 36. ſed paulùm immutatis verbis. Illic enim φλέγμα δῆς ξὺν πόνῳ διέρχεται legitur. Sed φλέγμα δῆς agnoſcit Gal. Redundantibus enim craſſioribus & frigidis ſuccis, plurimi flatus in corpore ſubnaſcuntur, qui tandem naturæ robore euicti, iudicatoriè valde multam pituitam deponunt, cum ſingulari contenſione & dolore. Pituita enim huiuſmodi, ſiue vitrea (quam potius albumineam dixeris) ſiue ſalſa, inteſtinorum inuolucris retenta, eademq; peruadens, intenſiſſimos dolores non ſine contenſione excitat, vt non malè ξὺν πόνῳ aut ξὺν πόνῳ legatur. Sic enim exponit Galenus διέρχεται δὲ αὐτοῖς κατὰ κρίσιν φλέγμα συχνὸν ἅμα μετὰ πόνου, τουτέστι μετὰ συντονίας ἰσχυρᾶς, ἐπεὶ καὶ [illegible]. Codices publicati φλέγμα δῆς legunt, pituitam condenſam & coaceruatam intelligentes, quæ inteſtinorum ambitus peruadens, ſua quantitate pungit & lancinat, ſingularemque dolorem ciet.

301 Μετὰ κοιλίης ἀπόστασιν ὑποχόνδρια μετέωρα, κακόν. μάλιστα δὲ τοῖσι φθινώδεσι τῶν μακρῶν, καὶ οἷσι κοιλίαι ὑγραίνονται.

Ex alui ſuppreſſione ſublata præcordia malum denunciant, præcipuè verò in his, qui ex longo interuallo contabeſcunt, & quibus alui humectantur.

Hic etiam κοιλίης ἀπόστασιν accipienda vt priùs, vbi hæc eadem ſententia * repetitur. Crebra autem huiuſmodi ſententiarum repetitio, ſcripti huius fidem eleuat, & ex plurimis ſchediis aut tabellis excerptas huiuſmodi prænotiones, in tumultuariam aut incompoſitam operam temerè congeſtas teſtatur.

* *Sentent.* 287.

E 302 Τοῖσιν ἀλυσμώδεσιν ἐν ὑποχονδρίῳ τὰ παρ' οὖς ἐπαρθέντα κτείνει.

Anxietate vexatis præcordiis oborta ad aures tubercula mortem adferunt.

ἀλυσμώδεας ἐν ὑποχονδρίῳ vocat quibus præcordia exæſtuant, anxietate aut angore premuntur, & ex feruēte intus acri materia magna corporis iactatione conflictantur. Quibus hæmorrhagiæ aut parotidum ſpes affulget potiùs quàm mortis metus. Quod ſcribit in Prorrh. ἐν τοῖσιν ἀλυσμώδεσιν ἀγρυπνίῃσι τὰ παρ' οὖς μάλιστα. Iſtud itaque nullam habet rectam circumſcriptionem, & indefinitè traditum aliò transferendum, vt illud ἐν ὑποχονδρίῳ, ὑποχόνδριον συντόνως aut μετέωρον indicet, quemadmodum antea ſent. 201. ex Prorrh. 157. eſt expreſſum. Hinc enim deduci videtur, vt τοῖσιν ἀλυσμώδεσιν pro τοῖσι κακοῖσι λυσώδεσι ſcriptum ſit. Aut certè cæteris additis expleri ſententia poterit, & certior ſpes parotidum concipi, velut antea ex Prorrhet. deſcriptum eſt, ὑποχονδρίων συντάσιες μετὰ κώματος ἀσώδεος, καὶ κεφαλαλγίης τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει. Neque tamen confeſtim præſens exitium minantur.

F 303 Τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύσματα μετὰ πόνου, πυρετοῖσι φρικώδεσιν, ἀποσιτίησι σμικρὰ ἐφυγραινομένης, κάθαρσιν οὐ διδόντα, ἐς ἐμπύησιν ἥκει.

Alui durities cum dolore, in febribus horroris ſenſu inſignibus, ac cibi faſtidio laborantibus, niſi paulū humectata aluo purgationem faciat, ad ſuppurationem tendet.

Τὰ σκληρύσματα μετὰ πόνου vocat τὰ σκληρὰ καὶ ἐπώδυνα οἰδήματα, nempe inflammationes ipſas, quibus τὰ μαλθακὰ καὶ ἀνώδυνα in Prognoſtico opponuntur. Horum ergo tumorum ſuppurationem, etſi tardiùs in ventre quàm in præcordiis contingit, hęc prognoſis edocet. Dicuntur autem πυρετοὶ φρικώδεις Galeno Comm. 1. in lib. 1. epid. ὅταν τι μέχρι παντὸς τοῦ αἰσθάνεσθαί τι καὶ ἐπιδήλους φρίκας τοῦ παροξυσμοῦ, αἱ φρίκαι γίνονται τοῖς νοσοῦσι. Quæ vt ſunt tabis comites, ita & ſæpius ſuppurationum ſignificationes edunt. Dixit autem κάθαρσιν οὐ διδόντα populari more, quod ſignificat οὐ καθαιρόμενα. Niſi enim purgatione concedant humores, aut alui fluxu diſſipentur, aut alioqui reſoluantur, non ſubſidebit tumor, ideoq; ſpatio temporis mutationem ſecundum qualitatem molietur, ac puris collectionem (ſi vires ferunt) faciet, vt ſcribit Gal. Comm. 1. in Prognoſt. Hæc eadem ſententia in fine huius Præſagij repetitur, vbi ἐφυγραινομένης ἐς [illegible] θαρσιν κοιλίης, meliore notione ſcribitur.

304 Ὑπὲρ ὀμφαλὸν πόνος, καὶ ὀσφύος ἄλγημα, φαρμακείῃ μὴ λυόμενα, ἐς ὑδρωπιῶδες ξηρὸν ἀποτελευτᾷ.

Supra vmbilicum labor ac lumborum dolor, qui remediis non cedit, in hydropem ſiccum deſinit.

Placitum eſt 11. lib. 4. aphoriſmorum paulo aliter & meliore notione ſcriptum. Illic enim flatuum cauſam addidit, vbi circa vmbilicum inteſtina torquentur, (στρόφους Græci nominant) ac lumborum dolor eſt, qui neq; medicamentis, neq; aliis remediis cedit. Nam neq; à ſolo medicamento purgante ſoluitur, ſed interdum alia præſidia medico admouenda ſunt, & quandoq; lumborum
H dolor aluo humeſcente diſſoluitur, aut flatus erumpit, & vrinæ multitudo ſubit, vt ſcribitur aphoriſ. 73. lib. 4. ** Celſus quoque aphoriſmum illum exprimens, vbi ea neque tempore, neque remediis ſoluuntur, dixit, & coxarum dolores, pro lumbis, ſuo more poſuit.

** *Cap. 7. lib. 2.*

305 Τὰ δὲ ὀσφύος ἀλγήματα χρονιώτερα, πυρετῷ παροξυνόμενα τριταιοφυέϊ, ποιέει τὰ θρομβώδεα αἵματα διαχωρέειν.

Diuturni lumborum dolores, qui cum febre ad tertianæ naturam propiùs accedente ingraueſcunt, ſanguinis grumoſi ſeceſſuri ſpem faciunt.

Ex obſeruatione natum eſt præſagium. Sanguinis grumus humoris extra venas & propria conceptacula effuſi alienam ſedem indicat. Neq; tamen neceſſe eſt hunc per aluum effundi, etſi plærunq; lumborum dolores alui effuſione deturbantur. A Nam quod experientia conſtat & in plurimis eſt obſeruatum, diuturni huiuſmodi lumborum dolores ſanguinis grumos per vrinas effuderunt, quibuſdam antea interuallis & frequenter, idque ſine ordine febre cum rigore inuadente & ſæpiùs repetente. Febris autem huiuſmodi crebrò & cum rigore repetens, tertianæ naturam ferè referre videtur ac internæ ſuppurationis comes eſt, aut humorum acrimoniam & putrilaginem ſuſpectam facit, quæ iam prope vaſorum tunicas arrodit. Sanguinis igitur per aluum aut vrinas erupturi ſpes eſſe poteſt, cùm ὑποχώρησις excretionem, aut ἔκκρισιν quamcunq;, aut vacuationem ſignificet, & de omni humore quacunq; corporis parte prodeat, dicatur, vt patet ex aph. 18. lib. 2. Alioqui ad dyſenteriam cruentam, quam αἱματηρὰ vocat Galenus, iſtud referri poterit, qua cõſtat plærunq; lumborum dolores velut materiæ depoſitione ſolui. Poteſt quoq; ſanguis iſte in hæmorrhoidas depoſitus, lumborum dolores alleuare. Sed tunc nec febris cum rigore ſubinde repetens affligit, quam neceſſe eſt putrilaginem quandam intus conceptam comitari. B

Lumborum dolores ſanguinis profluuiũ excitant.

106 Τὰ ἐν ὀσφυῒ ἀλγήματα, αἱμοῤῥοϊκά.

Infida ſunt hæmorrhagiæ ſigna lumborum dolores, nec ab Hippocr. in Prog. aut lib. 1. epid. enumerata, etſi Prorrh. 146. in diuerſi generis ſignorum concurſione, non niſi ambiguè adſcribuntur, his verbis: τοῖσι πᾶσι ὀσφύος, ἀλγήματα ἐν ξυνόδοισιν αἱμοῤῥαγικά. Quin & muliebre ſanguinis profluuium ex lumborum dolore ſignificari poteſt, præſertim ſi ad ſpinam calor ſentiatur, aut etiam materia illa in vaſis ebulliens, per aluum ſecedere, ac in inteſtinorum difficultatem erumpere poteſt, (vt ſcribitur Prorrh. 145.) aut verò per hæmorrhoidas purgatio ſignificari, vt Prorrh. 130. quod paulò poſt hîc quoq; repetetur.

Ex lumborum dolore liberales ſunt & largæ ſanguinis fluxiones.

107 Αἱ δὲ ὀσφύος ἀλγήματος αἱμόῤῥοιαι, λάβραι.

Ampla ſunt & inſignia quæ ſpinam & lumbos pereptant vaſa, ideoque ebullientem magnam materiæ copiam liberaliter profundunt & deturbant. C

Quibus lumborum dolor in caput recurſat, & manus torpore affectæ, ac oris ventriculi dolorem ſentiunt, aut aurium ſonitus, ij liberaliter ſanguinẽ profundunt. Sed & his aluus effunditur, & mentis perturbatione, vt plurimum, tentantur.

108 Οἷσιν δὲ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομὴ ἐς κεφαλὴν, καὶ χεῖρες ναρκώδεες, καὶ καρδιαλγικὰ, καὶ ἠχώδεα, αἱμοῤῥαγικοὶ λάβρως, καὶ κοιλίαι καταῤῥήγνυνται τούτοισι, καὶ γνώμῃ ταραχώδεες ἐπιπολύ.

Prorrh. 139. repetitur hoc præſagium iiſdem penè verbis, niſi quòd hîc ἠχώδεα ſcribitur in Prorrh. ἠχώδεες, nec niſi ambigua ſcriptura, cùm Galenus teſtetur in quibuſdam exemplaribus χολώδεες ſcribi. Certum tamen eſt aurium ſonitus ad profluuij ſanguinis prædictionem magis accedere, pro repantis ſurſum materiæ momento. Atque ideo ἠχώδεες legendum eſſe in Prorrh. vt ſint quibus D aures ſonant & tinniunt. Hîc verò γνώμῃ ταραχώδεες dicuntur, ſed in Prorrh. ταραχώδεες, idq; ſine addito, quod etiam mentem perturbatam denotat.

Quæ ex dorſi dolore initia ducunt ægritudines, difficiles.

109 Αἱ ἐκ νώτου ἀλγήματος ἀῤῥωστίης ἀρχαὶ, δύσκολοι.

Dorſi dolor propter ſpinalis medullæ naturam & conſenſionem facilè per neruos cerebro communicat, ac etiam propter poſteriorum partium mollitiem ac frigiditatem, facilè alteratio ſentitur ad lumbos & dorſum. Hinc eſt quod morborum principia cum rigore ferè ex lumbis & dorſo initia ducant, vt patet ex aph. 69. lib. 5. & aph. 15. ſect. 3. lib. 6. epid. Ex ſpinalis etiam medullæ affectibus, interdum partium reſolutiones, aut ſtupores ſequuntur, interdum etiam tuberculorum durorum (vt loquitur Hippocrates *) exortus. Quorum omnium moleſta eſt & difficilis ſolutio, δύσκολον autem vt aliàs, graue & moleſtum ſignificat, & de morbo qui non facile ſoluatur dicitur, nec alioqui periculoſo aut lethali. E

* *Lib. de art.*

In intenſo lumborum dolore & alui ſubductione largiore, ſumpto veratro, ſpumoſorum crebra vomitio prodeſt.

110 Ἐν ὀσφύος ἀλγήματι συντόνῳ, καὶ ὑποφορῇ πλέονι, ἀπ᾽ ἐλλεβόρου ἐμέται ἀφρώδεα, συχνὰ, ὠφελεῖ.

Lumborum dolor alui ſubductione crebertimè ſedatur, ſed longum alui profluuium vomitus ſæpe compeſcit & morbum ſoluit, aphor. 15. lib. 6.

Spinæ peruerſionem & ſpirandi difficultatem ſanguinis fluxus liberat.

111 Ῥάχιος διαστροφὴν καὶ δύσπνοιαν, αἵματος ῥύσις λύει.

Διαστροφὴ ſpecies eſt luxationis, qua non ſolum articulus, ſed & ea quæ articulos connectunt neruoſa corpora leuiter deprauantur & ſede ſua dimouentur. Quin & διεστραμμένα dicuntur quæcunque peruertuntur, & vitiato naturali ordine, præpoſterum aut peruerſum occupant, vt ne id ſolis articulis attribuas, vt videre eſt apud Gal. initio Com. 3. εἰς τὸ κατ᾽ ἰητρεῖον. Eam autem ſpinæ peruerſionem, quæ ex inflammatione orta eſt, ſanguinis profluuium iuuare poteſt, & ex qua ſpiritalium partium compreſſione, ſpirandi difficultas pendet. F

Dolentibus lumbis ſi oris ventriculi dolor acceſſerit, futuræ per hæmorrhoidas vacuationis ſignum eſt, aut etiam eam præceſſiſſe ſignificat.

112 Ἐν ὀσφυῒ ἐπωδύνῳ καρδιαλγικὰ προσελθόντα σημεῖα αἱμοῤῥοώδεα, ἢ καὶ προγεγενημένα.

Inſtantis aut etiam prægreſſæ & futuræ per hæmorrhoidas purgationis ſunt hæc ſymptomata, lumborũ diuturnus dolor ac oris ventriculi, vt explicat Galenus ad Prorrh. 130. quod his iiſdem verbis repetitur. Exemplaria verò pauliſper variant, quædam enim σημεῖα αἱμοῤῥοώδεα ἢ legunt, alia σημεῖα αἱμοῤῥοώδεα, ἢ καὶ προγεγενημένα, habent. Hæc enim diſtinctio potior eſt, etſi in impreſſis codicibus G aliter diſtinguitur.

Quæ ex lumbis in ceruicem & caput redundantia leuis ſyderationis more reſolutionis ſenſum inducunt, conuulſionem ac mentis emotionẽ minantur. Videndumq; eſt num talia conuulſionibus ſoluantur, aut in huiuſmodi habentibus alui malè habeant, atq; eadem diutius perſeuerent.

113 Τὰ δὲ ὀσφύος ἐς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα, παραλύοντα παραπληκτικὸν τρόπον, σπασμώδεα, παρακρουστικά. ἆρα καὶ λύεται τὰ τοιαῦτα σπασμοῖσι; ἢ τῶν τοιούτων κοιλίαι νοσέουσι διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντων.

Eadem ferè repetuntur Prorrh. 118. niſi quod iſtius præſagij extremum aliter legitur. In Prorrh. enim ἐν τῶν τοιούτων κοιλίαις νοσέουσιν, ἢ διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντων, ſcribitur. Ex quibus variè morbum trahere, qui huiuſmodi caſibus conflictantur, eademq; diutius perſeuerare ſignificatur, eamq; explicationem exemplo amplificat Galenus. H Fieri quinetiam poteſt vt talia per aluum deturbentur naturæ robore, atque iiſdem perſeuerantibus & diutius trahentibus, tam varia malorum congeries diſſoluatur.

Ex recurſatione doloris in lumbis, oculorum perverſio aut diſtortio, mala eſt.

114 Ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς πόνου, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, κακόν.

Scribitur Prorrh. 69. hoc præſagium iiſdem verbis, & à Galeno quadantenus ſugillatur Comm. in ægr. 11. lib. 3. epid. Quid autem ſit ἴλλωσις ὀφθαλμῶν ſcripſimus in lib. 3. Epid. & alias pluribus huius vocis notatio explicata eſt. Vitium autem eſt in publicatis codicibus, qui legunt ἐξ ὀσφύος ἀναδρομὴ πόνου, pro ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς πόνου. Sic enim in Prorrhetico legitur, vbi πόνου omittitur.

115 Πόθ.

A 115 Πόνος ἐς ςῆθος ἱδρυνθεὶς ξὺν νωθρότητι, κακὸν ἐπὶ πυρετῷ. οὗτοι ὀξέως ἀπόλλυνται.

Dolor in pectore fixus cum torpore, ſuborta febre malum indicat, iique celeriter mortem oppetunt.

Paulò aliter effertur Prorrh. 70. hæc ſententia. νωθρότης autem vt magnam cerebri noxiam atque extremam corporis refrigerationem, facultatumq; omnium proſtrationem indicat, ita non temerè morbis acutis aut febribus ſuccedit, vniuerſaliſq; eſt enunciatio, νωθρότης ἐν ὀξέϊ κακόν. Atque huius ſententiæ ſenſus eſt, vt ſuborta febre perniciem indicet, parúmque refert an hoc modo intelligas, an verò ſuborta febre celeriter intereant, quæ eſt Prorrhetici intelligentia.

116 Ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομὴ ἐς καρδίην πυρετώδεες, φρικώδεες, αἱμέοντες λεπτὰ, ὑδατώδεα,

B παρακρούσαντες, ἄφωνοι, ἐμέσαντες μέλανα τελευτῶσι.

Lumborum dolores ad os ventriculi recurſantes, cum febre, horrore, ſi tenuia & aquoſa vomitione reiecerint, delirarint, voce defecti ſint, ij poſt nigrorum vomitionem moriuntur.

Repetitur hæc ſententia Prorrh. 85. atque hic meliùs quàm illic ſcribitur, vt ex Gal. Comment. ſatis apparet.

117 Τὰ κατ' ὀσφὺν καὶ τὸ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα, καὶ περὶ ὑποχόνδρια πόνοι, ἀπόσιτοι ἅμα πυρετῷ. Τούτοισιν ἐς κεφαλὴν ἄλγημα συντόνως ἐλθὸν, κτείνει ὀξέως ξὺν σπασμώδει.

Lumborum ac tenuioris inteſtini diuturni dolores, & circum præcordia labores, in ægris vna cum febre cibum faſtidientibus, eos dolor intenſus ad caput progreſſus, non ſine conuulſionis ſpecie celeriter interficit.

Prorrhetic. 100. aliter paulò ſcribitur hæc ſententia, quæ hîc nonnihil diuerſam habet notionem, & tamen à Galeno agnoſcitur.

C 118 Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα, οὗτοι κακεῖ. ἆρα τούτοισι τρομώδεα γίνεται καὶ φωΐδες ἐν ῥίγει;

Qui lumborum dolore conflictantur, ij malè habent. Num his tremores fiunt, & maculæ rubentes quales in tibiis, cum rigore?

Circumſcriptione indiget hæc ſententia, alioqui temerè valde pronunciata. Neque enim quiuis lumborum dolor perniciem aut tremores affert. Rectiùs igitur ad Prorrhet. 42. referatur, vnde & apertiſſimè deducta videtur & diminutè ac vitioſè exſcripta. Lumborum namque dolor ſi diuturnus eſt cum æſtu implacido & tenui ſudore circa caput & thoracem oborto, perniciem affert. Quòd ſi ſpinalis medulla quæ eſt ad lumbos, noxiam ſenſerit, neruorum affectum atque inde tremorem conſequi conſentaneum eſt, & vocem tremulam affecto neruorum genere fieri, velut in rigore conſpicuè tremula cernitur. Sic enim ex Prorrh. conſtans & integer ſenſus erit, vt & lectio, ſi ſcribatur: ἢ φωνὴ ὡς ἐν ῥίγει. Cuius quidem lectionis veſtigia, quamuis lubrica, in Aſulano co-

D dice remanent. Etſi enim vitioſa eſt lectio & aſteriſco notata [ἢ φωνὴ δ' ὡς ἐν ῥίγει] ex ea tamen iſtam veluti genuinam eruas licet. Quod ſi φωΐδες retineatur (quod faciunt omnes interpretes ex codicum conſenſu) eas ex vitioſo humore aut feruentibus ſuccis ſub cute aut in aliqua parte reſtitantibus & per rigorem impulſis excitari par eſt. Id autem rari eſt exempli, & ex vnius aut alterius obſeruatione ad prædictionem traductum. Sunt autem φωΐδες Galeno in Exegeſi, φλύκταιναι, οἱ ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐν τοῖς κνήμαις ἐπανιστάμεναι ἐρυθροὶ κύκλοι ἢ ἐρυθροί, maculæ aut circuli rubentes qui ex ignis vicinia in tibiis oriuntur. Heſychio etiam φωΐδες. τὰ ἀπὸ πυρὸς, ἐν σκέλεσι γινόμενα ἐκ φυσήματος, ὁ φλυκταίνας ſignificant. φωΐδες Erotiano exponuntur τὰ ἐκ πυρὸς γινόμενα, μάλιστα δὲ ὅταν ἐκ ψύχους ἐν τῷ πυρὶ καθίσαντες προσπελάσωσιν, quædam ex igne contracta incendia, præcipuè vbi ex frigore ad ignem propiùs acceditur. Eamq; dictionem Diocles Caryſtius ἀπὸ τοῦ φωτὸς καὶ ἐρυθήματος deriuari ſcribit. Sunt qui etiam τὰς φλυκτίδας puſtulas ſignificare putent. φωΐδων meminit in Pluto Ariſtophanes, vbi Scholiaſtes φλυκταίνας explicat. Apollodorus φωΐδας τὰ ἐκ πυρὸς ἐρυθήματα καὶ ἐπικαύματα eſſe ſcribit.

E 119 Ἆρα τοῖς ὀσφυαλγέσιν, ἀσώδεσιν, αἱμέτοισιν, ὀλίγα θρασέως παρακρούουσιν, ἐλπὶς μέλανα διελθεῖν;

Conſiderandum eſt in lumborum dolore conflictatis & anxietate citra vomitum, & paulíſper ferociter deſipientibus ægris, num nigra per ſeceſſum proditura ſint.

Hic ſymptomatum concurſus repetitur Prorrh. 85. idcoque hæc ſententia nobis à ſuperiore diſtinguitur, quòd per ſe ſententiam faciat, & parum cum priore conueniat. Videtur autem eſſe materiæ copia grauantis aut in venis turgentis ſymptomata, vnde & lumborum dolor, anxietas, cibi faſtidium, & nauſea ſine vomitione originem ducunt. Poſſunt quoque iſta internum incendium, aut alicuius viſceris phlegmonem conſequi.

120 Ὀσφύος πόνος καρδιαλγικὸς, μετὰ ἀναχρέμψιος βιαίης, ἔχει τι σπασμῶδες.

Lumborum & oris ventriculi dolor cum forti ſcreatione, conuulſionem quodámmodo ſuſpectam facit.

F Capitis dolor additur Prorrh. 106. vnde huc traducta videtur hæc ſententia.

121 Ὑπάφωνοι ἅμα κρίσει ῥίγος.

Subabſurdus eſt qui cum iudicatione rigor fit.

Vitioſa ſunt hic omnia exemplaria, quod etiam Aldinus codex aſteriſco notatus ſatis indicat. Quare & ex Prorrh. 107. (quod ex Galeni Commentario in contextum repoſuimus) tranſcribenda hæc ſententia venit, atque ita legenda, ὑπόφρονον ἅμα κρίσει ῥῖγος, vt ſuſpectus ac ſubabſurdus ſit rigor naturæque munia atque totam κρίσεως Œconomiam interturbans, qui vacuationibus criticis intermiſcetur, eaſque diſtinet potiùs & moratur quàm promoueat. Etenim legibus naturæ conſentaneum eſt, vt vacuationes criticas rigor præcedat, non comitetur aut ſubſequatur. Galenus in Prorrhetico ὑπόφρον ex codicum varietate agnoſcit, quod eſt Cornarij interpretatione approbatum, eaque etiam notione ὑπόφωνον hîc quædam exemplaria legunt, vt aliquatenus horrendus ſit rigor cum iudicatione coniunctus.

122 Ὀσφύος ἄλγημα, ἀπὸ προφάσιος πυκνὰ ἐπιφοιτέον, κακοήθεος ἀρρωστίης σημεῖον.

G Lumborum dolor abſque cauſa manifeſta crebro inuadens, morbi malignitatem indicat.

Lumborum multæ cùm ſint partes, cuiuſnam partis dolorem ſignificet non ſatis eſt expreſſum, atque adeò indiſtinctè admodum pronunciatum eſt præſagium. Vero tamen eſt ſimile trahentes & diuturnos lumborum dolores, ſi nullam manifeſtam occaſionem prodant, ac crebrò repetant, occultam aliquam perniciem præ ſe ferre. Frequens enim recurſus maligni & pertinacis morbi iudex eſt. πυκνὰ ἐπιφοιτέον eadem phraſi (vt ſupra *) effertur.

* *Sent.* 286.

123 Ὀσφύος ἄλγημα μετὰ καύματος ἀσώδεος, πονηρόν.

Lumborum dolor cum æſtu implacido & anxio, malum ſignificat.

H Apparet ex Prorrh. 42. decerptum eſſe hoc præſagium, ideoque μετὰ καύματος meliùs legitur, etſi μετὰ χύματος habent exemplaria quædam, quæ ſecutus eſt Cornarius.

124 Ὀσφύος σύντασις ἐκ γυναικείων πλήθεος, ἐκπυητικόν. καὶ τὰ ποικίλως ἰόντα, γλίσχρα, δυσώδεα, πνιγώδεα ἐπὶ τοῖσι προειρημένοισιν, ἐκπυητικόν.

Lumborum contenſio ex menſium copia ſuppurationem fore indicat. Quin & variè prodeuntia, glutinoſa, graueolentia, ſtrangulatum cum antea commemoratis inducentia ſuppurationem denunciant.

Fortaſſis verò & tales aliquantum delirare contingit. ἀμμηῃ ἢ ἐς παραχρέν τι τὰς τοιαύτας. A

Ex ſuppreſſa mulicbrium abundantia inflammationem ſubnaſci, indéque ſuppurationem fore docet diſertis verbis Hippocrates lib. 1. περὶ γυναικ. & Gal. Comm. in aph. 57. lib. 5. Quin & malè habiti menſes graueolentes & fœtidi permixta humorum acrimonia & corruptela, vterum interdum lacerant & pus deducunt. Cui rei adhibenda maxima cura eſt, & vt ſcribit Hippocrates lib. 1. περὶ γυναικ. χρὴ τὴν τοιαύτην ἐπιμελείας πλείστης ἀξιοῦν ... Remorati quoque menſes, aut craſſiores, aut glutinoſiores, aut etiam ex morbo, aut obſoluto & conniuente vteri oſculo, ſtrangulatum, febres, & interdum deliria conuehunt, grauioréſque multò nonnunquam caſus, quorum mentionem facit Hippocr. libr. 1. περὶ γυναικ. εὐν.

Qui lumborum & lateris dolore abſque vlla occaſione tentantur, ij in morbum regium incidunt. 115 Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα καὶ πλευροῦ ἄνευ προφάσιος, ἰκτεριώδεες γίνονται.

In ictericis iam diu confirmatis & morbum trahentibus, lumborum & lateris dolor plurimùm fatigat, idque vbi induruit hypochondrium aut viſcus aliquod, aut inflammatione vexatur hepar. Alioqui lateris & lumborum dolor parum ad icterum denunciandum conferunt, & ſigna ſunt ἀπροφάσιστα, indiſtinctumq; pronunciatum faciunt. B

Ex ſanguinis eruptionibus vehementes die iudicatorio obuenientes perfrictiones, peſſimæ. 116 Αἱ ἐν κρισίμοισιν ἐκ τῶν αἱμορραγιῶν περιψύξιες καρτεραὶ, κάκισται.

Vehementes totius corporis perfrictiones diebus iudicatoriis ex hæmorrhagia obuenientes, tantùm non naturam leuant, vt morbum recrudeſcere & nouas ſubortas iniurias ſignificent, ideóque damno ſunt. Aliter paulò ſcripta eſt hæc ſententia Prorrh. 134. vbi vehementes ſanguinis eruptiones cum perfrictionibus iudicatoriis ſugillantur, & aliam agnoſcit lectionem Galenus, iudicatorias totius corporis perfrictiones, vehementes ſanguinis eruptiones ſiſtere & remorari. Quam notionem etiam amplectuntur exemplaria quædam manuſcripta. κρατεῦσαι pro κάκισται legunt, niſi quòd perfrictionibus vehementiam, non ſanguinis eruptionibus attribuit. C

Sanguinis ex parte aduerſa profluuium, malum eſt, velut ſi in lienis tumore ex dextra nare effluat. Et circa præcordia idem ſpectari oportere exiſtimandum eſt. 117 Τὸ ἀνάπαλιν αἱμορραγέειν, πονηρὸν, οἷον ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ τῶν δεξιῶν. καὶ ὑποχόνδρια ὡσαύτως.

Celebratiſſima eſt hæc ſententia & ex media Hippocratis OEconomia petita, & in humorum tranſmutatione & effluxibus inſigniter decantata. In naturæ namque motibus ſemper ſpectandam eſſe εὐθυωρίαν, directionem, rectam partis ſitum, & τὸ κατ' ἴξιν, vbique docet Hippocrates, veluti ea quæ ex oppoſito & aduerſa parte fiunt, perpetuò damnantur. Sic in ſanguinis profluuio τὸ ἀνάπαλιν αἱμορραγέειν eleuat Hippocrates, & in abſceſſuum doctrina τὰ ἐπὶ τὰ ἀντία φύματα lib. 2. epid. Ad hunc verò locum explicandum plurimùm facit quod ſcribitur lib. 2. & 6. epid. κατ' ἴξιν ... Quòd autem hæc ſententia repetatur Prorrh. 125. hic eam ex melioribus codicibus diſtinximus, etſi quædam exemplaria ſuperiori connectunt. Huius etiam pronunciati meminit Galenus Comment. 1. in Prognoſt. & Comment. ad aphoriſ. 21. lib. primi. D

Qui ex vulnere ſubinde rigentes ſanguinem profundunt, ij malignè habent, ac inter loquendum de repente moriuntur. 118 Τὰ αἱμορραγεῦντα, ἐπιρριγεῦντα τρώματα, κακοήθεα, διαλεγόμενοι λαθραίως τελευτῶσι.

Prorrh. 128. ex quo tranſlata videtur hæc ſententia, pro ἐπιρριγεῦντα ἐπιρρέοντα legitur, eamque lectionem agnoſcit Galenus.

Quibus quinto die liberales ſanguinis profuſiones contingunt, & ſexto nouo oborto rigore corripiuntur, ſeptimo perfrictionibus tentati celeriter recaleſcunt, iis alui malè afficiuntur. 119 Τὰ πεμπταῖα αἱμορραγεῦντα λάβρως, ἐκ τῆς ἕκτης ἐπιρριγώσαντα, ἑβδόμῃ περιψυχθέντα, ἀναθερμανθέντα ὀξέως, τούτοισι κοιλίαι πονηρεύονται. E

Liberalis ſanguinis ex naribus profuſio quinto die contingens, interdum illuſtrem habet iudicationis prærogatiuam, vt lib. 1. epid. in Metone, interdum verò paruam, vt inter morbi initia, præſertim verò ſi rigor ſexto die, aut perfrictiones ſeptimo, cum febris reuocatione, velut malorum cumulus, ſuccedant. ἀναθερμαινόμενα enim Galeno τὸ ἀναπυρέττειν ſignificat, & οἱ ἀναθερμαινόμενοι damnantur in Prorrhetico. In naturæ motibus ritè procedentibus rigor hæmorrhagiam præcedit, & tunc totum conatum ad totius corporis expurgationem intendit. Eſt interdum vbi ſanguinis largam fluxionem rigor ſequitur, eamq; ſiſtit, vt ſcribitur in Prorrh. οἷσιν ἐξ ἀρχῆς αἱμορραγίαι λάβροι, ῥῖγος ἵστησι ῥύσιν. Sed vbi ſanguinis profluuio ſuccedunt rigores, diuturni ſunt & maligni, vt ſcribitur in Prorrh. ἐξ αἱμορραγίας ῥῖγος κακόν, aut (vt alij ſcribunt) μακρόν. πονηρεύονται autem κοιλίαι de alui vitiis & affectionibus intelligitur Galeno, quæ ad caloris natiui imbecillitatem ſuccedunt, & ἐξυγραίνονται aut καταρρήγνυνται ſignificat. F

A ſanguinis eruptione nigrorum per aluum egeſtio malo eſt. Quin & prærubræ ac æruginoſæ deiectiones damno ſunt. Quibus eiuſmodi ſanguinis eruptiones quarto die contingunt, tandem ſopore & conuulſione conflictati moriuntur, prægreſſis nigris deiectionibus & ventre in tumorem ſublato. 120 Μεθ' αἱμορραγίην μελάνων διαχώρησις, κακόν. πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἐξέρυθρα ἰώδεα. τεταρταίοισιν αἱ τοιαῦται αἱμορραγίαι, κωματώδεες ἐκ τούτων σπασθέντες θνήσκουσι, μελάνων προδιελθέντων, καὶ κοιλίης ἐπαρθείσης.

Scriptum eſt hoc præſagium Prorrh. 127. paulo tamen aliter, ibique eſt à Gal. explicatum. De nigris autem deiectionibus habes Hippocratis & Gal. ſententiam aph. 21. & 23. lib. 4. G

In præcipiti malo quæ poſt ſanguinis eruptiones & nigrorum per aluum refuſiones ſurditas obuenit, malum denunciat. In his ſanguinis egeſtio perniciem affert, ſurditas autem ſoluit. 121 Μεθ' αἱμορροΐας καὶ μελάνων διαχωρήσιας ἐν ὀξεῖ κώφωσις, κακόν. αἵματος διαχώρησις τούτοισιν ὀλέθριον. κώφωσις δὲ λύει.

Reperitur hæc ſententia Prorrh. 129. paulò tamen immutato ſenſu. Illic enim in ſanguinis eruptione parcitatem damnat, & ſurditatem diſcuti ſanguinis per aluum egeſtione ſcribit. Hic vero ſurditas huiuſmodi ſanguinis egeſtionem ſoluit, ex aphoriſm. 28. libri quarti.

Quibus ſanguinis eruptiones diu perſeuerant, in iis temporis progreſſu aluus malè afficitur, niſi vrina concocta prodierit. Ac fortaſſis tale aliquid diluta vrina denunciat. 122 Οἷσιν αἱμορραγίαι πλείους, προϊόντος χρόνου κοιλίαι πονηρεῦνται, ἢν μὴ οὖρον πέπον ἔλθῃ. ἄρα γε ὑδατῶδες οὖρον τοιοῦτόν τι σημαίνει. H

Iiſdem verbis repeticur hæc ſententia Prorrh. 133. & aliis verbis effertur aphoriſm. 27. lib. 4. quem antea expreſſit hoc præſagio ſent. 154. Non neceſſe tamen eſt poſt ſanguinis eruptiones aluum ſemper effundi, cùm ex hæmorrhagia interdum reficcetur, &

ἐξαί-

A ἐξ αἱμορραγιῶν ἐπὶ λάβρως χασὶ notetur in Prorrh. Sed quòd ſpiritu cum ſanguine exhauſto, calorem natiuum languere plærumque accidat, vnde & concoctiones deficere, cæteráque naturæ munia ignaua eſſe contingat, ac vrinas dilutas & aquoſas velut caloris imbecilli indices prodire. Ac ſanè ſuperfluum videretur huius præſagij extremum membrum ex Prorrh. 132. tranſlatum, niſi ex manuſcriptis exemplaribus in Prorrh. adſcriberetur, & à Galen. in Commentario ſubindicaretur, vt noſtris in Prorrh. Scholiis teſtati ſumus.

115 Οἷσιν ἐπὶ αἱμορραγίῃ λάβρα πυκνῇ ὑπ. μελάνων συχνὴ διαχώρησις, ἐπιςάσης δὲ αἱμόρροοι, οὗτοι κοιλίης ὀδυνώδεες, ἅμα δὲ καὶ φύσησιν ῥέουσι. ἄρα ἐπὶ τούτοισι
B ἐφιδρῶσι πολλοῖσι ψυχροῖσι; ὃ ἀνατεταραγμένον οὔρον ἐν τούτοισιν οὐ πονηρόν, οὐδὲ ὃ ἐφιστάμενον γονοειδές. ἐπὶ πολὺ δὲ οὗτοι ὑδατώδεα οὐρέουσιν.

Quibus ex larga & frequenti ſanguinis eruptione, copioſa fit nigrorum deiectio, cum alui vero ſuppreſſione ſanguinem profundunt, iis aluus dolore conflictatur, vnà autem cum quibuſdam flatibus tolerabilius ferunt. Ac fortè hi copioſis, frigidis & tenuibus ſudoribus diffluunt. In his returbata vrina mala non eſt, neque quod in ea inſidet genitali ſemini ſimile. Vt plurimùm autem hi dilutas vrinas reddunt.

Repetitur hoc præſagium Prorrh. 140. Ac neque hoc loco magis reputauit variam ſignorum vim hic author & efficaciam, ſed indiſtinctum præſagium effecit, paulùm variata dictione. Quod autem hic legitur, ἅμα δὲ τῇ φύσῃσιν ῥέουσι. in Prorrhetico melius
C ſcribit, ἅμα δὲ πνεύμασι ῥᾴω φέρουσι. Vnde etiam probatur manu ſcripti exemplaris lectio quæ habet, ἅμα δὲ τῇ φύσῃσιν. inde enim deducta videtur. Sed nos ἅμα δὲ καὶ legimus.

116 Οἷσιν ἐκ ῥινῶν ἐπὶ κωφώσει καὶ νωθρότητι μικρὸν ἀποστάζει, ἔχει τι δύσκολον, ἔμετος τούτοισι συμφέρει καὶ κοιλίης ταραχή.

Quibus cum ſurditate & torpore paucus è naribus ſanguis ſtillat, nonnihil moleſtiæ exhibet, iis vomitus & alui perturbatio confert.

Præſagium eſt Prorrh. 141. * hic repetitum & iam antea expreſſum, vbi neque pro dignitate δύσκολον ſatis reputatur cum non in leuibus malis apud Hippocratem reponatur. Vomitus autem & alui perturbatio, etſi humorum tranſpoſitione & vacuatione iuuare poſſunt, diſtinctione tamen indigent, quam ex Galeno haurias licet.
* Sent. 208.

117 Αἱ ἐν ἀρχῇσι μεγάλαι αἱμορραγίαι περὶ ἀνακομιδὴν κοιλίας καθυγραίνουσι.
D

Quæ magnæ ſunt in principiis ſanguinis eruptiones, dum ægri vires recolligunt, aluos effundunt.

Neque ſolum morborum initiis iſtud contingit, ſed quandocumque aut vndecunque largæ ſanguinis effluxiones fiant, vt antea ſent. 154. & 332. ex aphoriſmis ſcriptum eſt.

118 Τὰ ἐκ ῥινῶν λάβρα βίῃ ἀπολειφθέντα, ἔσθ᾽ ὅτε σπασμὸν ἐπικαλέεται, φλεβοτομίη λύει.

Largæ ſanguinis ex naribus eruptiones per vim ſuppreſſæ, interdum conuulſiones accerſunt, vnde liberat venæ ſectio.

Aliter effertur hæc ſententia Prorrh. 145. atque vtraque lectio vera eſt. Vehementes enim, multæ ac liberales ſanguinis è naribus eruptiones, promptè ad conuulſiones deducunt. Aut quæ per vim ſiſtuntur largæ ſanguinis eruptiones, hoc eſt, fronti, ceruici,
E aut capiti adhibita nimia refrigerantium remediorum copia (quod interdum fieri ſolet) conuulſionibus viam aperiunt. Quæ Galeni explicatio hanc lectionem, quæ βίῃ ἀπολειφθέντα habet, magis probat. Quomodo autem venæ ſectio remedium afferat, à Galeno petendum eſt.

119 Αἱ ἑνδεκαταῖαι στάξιες, δύσκολοι, ἄλλως τε κἢν δὶς ἐπιστάξῃ, καὶ ἢν ἐπιστάξῃ.

Sanguinis è naribus ſtillationes quæ vndecimo die contingunt, moleſtiam afferunt, tum vero præſertim ſi bis ſanguis ſtillarit, aut rurſus nares ſtillare cœperint.

Prorrh. 148. aliter ſcribitur hoc præſagium. Verum in vniuerſum in Hippocratis doctrina ſanguinis ſtillationes (quod antea ſcripſimus) multis decretis configuntur, non eæ modò quæ vndecimo die contingunt, id tamen præſertim ſi diebus criticis appa-
F rent. Quòd ſi diebus indicibus ſtillare nares cœperint, ac poſtea diebus iudicatoriis ſtillatio repetierit, inter peſſima ſigna, non δύσκολα tantum reponendum, cùm fractum & irritum naturæ conatum ſignificet. Idque videtur eſſe στάξις Hippocrati. In Prorrhetico codices Regij manuſcripti huius præſagij lectionem propiùs aſſequuntur, cum κἢν τι ἐπιστάξῃ legunt. Hic vero vtraque lectio, tum manuſcriptorum tum etiam publicatorum exemplarium appenditur, vt facilè appareat alteram ab aliquo margini aſcriptam in contextum irrupiſſe, atque pro κἢν τι ἐπιστάξῃ, κἢν δὶς ἐπιστάξῃ appoſitum fuiſſe. Atque certè parum referre videtur, an καὶ ἢν ἐπιστάξῃ, an κἢν τι ἐπιστάξῃ, an verò κἢν δὶς ἐπιστάξῃ legatur.

120 Ἐπὶ αἵματος ῥύσει πολλῇ, ἢ λυγμὸς, ἢ σπασμὸς κακόν.

In copioſa ſanguinis fluxione, aut ſingultus, aut conuulſio, malum denunciant.

Ex aph. 3. lib. 5. & 9. lib. 7. deſumpta eſt hæc ſententia Hippocrate digniſſima.

121 Τοῖσιν ἕως ἐς τὴν ἑβδόμην δύναμιν μετ᾽ ἀχροίης, καὶ
G πνεῦμα ἀθροιζόμενον ἐν τῇσιν ὁδοῖσι, καὶ γῆς ἐπιθυμίην, αἵματος φθορὴν καὶ ἔκλυσιν σημαίνει.

In his qui ad ſeptimum progreſſi ſunt cum coloris fœdatione, inter ambulandum ſpiratio coaceruata, & terræ appetentia, ſanguinis corruptionem ac virium exolutionem denunciat.

Phraſis eſt admodum inſolens & obſcura, ideóque ſuſpecta. Cornarius δύναμιν ἀναλαμβάνουσι, aut aliud quid tale, ad faciliorem intelligentiam, aut legiſſe aut ſubintellexiſſe viſus eſt. Mihi nil aliud hac ſententia ſubindicari videtur, quàm in his qui diuturna coloris fœdatione, aut viſcerum impuritate laborarunt, cum denſa & concitata ſpiratione, & terræ appetentia, inſignem humorum cacochymiam ac corruptelam, indeq; virium exolutionem portendi. Cuius ſententiæ notio ex Prorrhetici ſecundi verbis petenda videtur. οἷσι δὲ τὰ χρώματα τοιαῦτα εἶναι παρὰ τὸν πολλὸν χρόνον, ξυμφέρει δὲ μὴ ἰκτερώδεα εἶναι, ὅτι ἢ τὴν κεφαλὴν ἀλγέουσι, ἢ λίθον τι ἢ γῆν τρώγουσι, ἢ ἀλλόφρονα ἔχουσι. τὰ δὲ χλωρὰ χρώματα ὅσα χρόνια εἰσί, ἢ μὴ ἰσχυρῶς ἰκτερώδεα, τὰ δ᾽ ἄλλα τὰ αὐτὰ ποιέει αὐτοῖσι ξυμβαίνει. εἰσὶ δὲ τὴν λίθον τρώγοντες, ἢ ἃ γῆ ὅσα τὰ ὑποχόνδρια λυπεῖ μᾶλλον, ἢ τοῦ ἥπατος. οἷσι δὲ πολλοὶ χρόνον ἀχροῖ φαίνονται, ἢ τὰ
H πρόσωπα ὑπεροίδεα ἔχοντες, οὗτοι ἢ τὰς κεφαλὰς ἀλγέουσι, ἢ ὅτι τὰ σπλάγχνα ἀλγήματα ἔχοντες, ἢ ἐν τῇ ἕδρῃ ἄλλο τι κακὸν ἔχουσι. ὅσοι δὲ πλείστοι τῶν τοιούτων φαίνονται, ἢ ἐπὶ τούτων τῶν τρόπων φαίνεται, ἀλλ᾽ οὐ ἐστὶ τὰ πολλά, ἢ ἐν τούτοισι. Quibus ſententiis paulò diffuſiùs, quod hic preſſiùs, exprimitur. Celſus autem cap. 7. lib. 2. his verbis contrahit. Quibus diu color ſine morbo regio malus eſt, hi vel capitis doloribus conflictantur, vel terram edunt. Qui diu habent faciem pallidam, & tumidam, aut capite, aut viſceribus, aut aluo laborant. Hic autem ἀχροίη pro colore fœdo & deprauato ponitur, qualis in magna crudorum & vitioſorum humorum coaceruatione & cacochymia conſpici ſolet, vnde & terræ ac rerum aridarum appetentia, velut in mulieribus malacia aut pica laborantibus, cæteráque ciborum faſtidia læſo ventriculi oſculo contingunt, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 61. lib. 5. Diximus autem ad ſeptennium progreſſos, vt diuturnam coloris deprauationem indicaremus, ac ſuſpectam & inſolentem phraſim quà poſſemus ratione, codi-

cum ope destituti, exprimeremus. Exemplaria quædam Regia manuſcripta, τοῖς νέοις ἐν τῇ ἐλάσει legunt, quæ lectio Prorrhetici A
ſecundi ſenſum magis refert. ἀλυζόμενον autem πνεῦμα aut ἀλυζόμενοι, ab ἀλύω quod frequens eſt apud Hippocratem, inter obſcuras & inexplicatas dictiones reponendum. Ac videtur ea dictione coaceruata ſpiratio intelligi, velut concitata & denſa, qualis vitio laborantibus viſceribus ac præcordiis, vel minimo labore contingit. Quod effecit vt illud ἐν τῇσι ὁδοῖσι, inter ambulandum dixerimus, quod inſigni cacochymia laborantibus, vbi vel minimum ſe commouent, difficilis illa reſpiratio contingit. Quibus ſic ſe habentibus non eſt difficile ſanguinis vel humorum corruptelam, aut languentibus præcipuis viſceribus, virium exolutionem, ac cætera quæ Prorrhetico ſecundo deſcribuntur, ſuſpicari. Præceptor autem Hollerius ἀλυζόμενον πνεῦμα magis probat, hoc eſt, ſpiritum anxium, vt ab ἄλῃ aut ἀλυσμὸς deducatur, aut ab ἀλύειν & ἀλύζειν. Sed nos iſtius dictionis notationem & teſtimonia aliàs expreſſimus. Porrò hic eſt admonendum omnia exemplaria γῆς ἐπιθυμίην legere, iſta tamen mihi potior lectio viſa eſt, vt γῆς ἐπιθυμίη ſcribatur.

Diuturnis in morbis paruæ apparentes ſanguinis ex naribus fluxiones, perniciem oſtentant.

140 Ἐν τῇσι μακρῇσι τὰ μικρὰ ἐπιφαινόμενα αἱμορροώδεα, ὀλέθρια. B

In longis morbis, qui coctione aut abſceſſu leuari debent, non parum ſuſpectæ ſunt paruæ & ex interuallis ſanguinis ex naribus fluxiones, vt quæ hepatis & venoſi generis affectionem & exolutionem indicent. Quin & μικρὰ ἐπιφαινόμενα vocantur, quæ non pro dignitate morbi leuant aut apparent.

Tenebricoſas vertigines circa initia ſanguinis ex naribus fluxio ſoluit.

141 Τὰ σκοτώδεα ἐξ ἀρχῆς αἱμοῤῥαγὴ ῥινὸς λύει.

σκοτώδεες dicuntur Hippocrati tenebricoſa vertigine vexati, aut quibus tenebroſæ caligines circum oculos verſantur. Quibus igitur in capite magna caliginoſorum vaporum & flatulentorum humorum abundantia ex feruidiore ſanguine collecta eſt, aut ex C
humorum efferueſcentia tanta fit turbulentorum ſpirituum agitatio, vt tenebras oculis offundat, eos leuare poteſt circa initia ſanguinis ex naribus fluxio, alioqui maioris morbi metus iniicitur, & epilepſia aut apoplexia timenda eſt. Illud verò ἐξ ἀρχῆς ad vertigines quæ initio cientur ex plethora quadam particulari, aut ex recurſu quodam ſanguinis ſymptomatico in febre acuta, & fumidis vaporibus ab impuro ſtomacho, aut inflammatis viſceribus exhalantibus, quarum ſolutionem ſanguinis ex naribus profluuium non temerè procurat. Videntur autem hæ duæ ſententiæ antea vno præſagio comprehenſæ & ad aurium tubercula relatæ, ſent. 105.

Vbi ſanguis ex naribus effluxit, totius corporis perfrictio cum tenuibus ſudoribus morbi malignitatem denunciat.

142 Τὰ ἐκ ῥινῶν σμικροῖς ἱδρῶσι περιψυχόμενα, κακοήθεα.

Prorrhetico 126. ſcripta eſt hæc ſententia, & antea † quoque hoc præſagio expreſſa. D

† Sent. 40.

In corporis perfrictione cum torporis ſenſu, ſanguinis detractio, mala eſt.

143 Αἵματος ἀφαίρεσις ἐν καταψύξει νωθρώδει, κακόν.

Illud indiſtinctè pronunciatum cautione indiget. Neque enim in his fluxionibus in quibus humores corporis concreſcunt, fixi ſunt, ac congelantur, quales ſunt apoplexia, aut catalepſis, aut in quibus (vt loquitur Hippocrates) † διαφθαρέντος τοῦ αἵματος, καὶ τῶν πνευμάτων οὐ δυναμένων ἐν αὐτῷ τὰς κατὰ φύσιν ὁδοὺς βαδίζειν, κατάψυξις γίνεται ὑπὸ τοῦ σώματος, καὶ σκοτώσιες, καὶ ἄφωνίη, omnino interdicenda eſt ſanguinis miſſio, ſed accurata prius præparatione opus eſt, vt frictionibus, ligaturis, corporis concuſſione & motu, fotibus, vnctionibus, ac cæteris id genus, vt ſanguis craſſior & frigore congelatus recaleſcat, attenuetur, & liberius effluat, alioqui periculoſa eſt ſanguinis miſſio in tanta frigiditate. Quod conſilium ex Hippocrate etiã ineundum eſt, cum ſcribit, " ἀλλὰ χρὴ τοὺς τοιούτους προσεχόντας φλεβοτομέειν ἐν ἀρχῇσιν ἀδεῶς, πρότερον ὅτι τῶν πάντων τῶν λυπεόντων πνευμάτων καὶ ῥευμάτων, δυσθεράπευτα γάρ ἐστι. Verùm hæc ſententia de torpida perfrigeratione accipitur, quæ caloris natiui extinctionem & virium exolutionem ſequitur. Sunt qui ſanguinis detractionem ex naribus intelligant, vt præceptor Hollerius. Certum autem eſt hæmorrhagiam ex naribus in morbis cum perfrictione & torporis ſenſu non parum eſſe ſuſpectam. E

† Lib. 4. de rat. vict. in morb. acut. " Lib. 4. de rat. vict. in morb. acut.

Qui ſuppreſſa aluo ſanguinem ex naribus fundũt, & vna cum ſanguinis profluuio ſubinde rigent, iis aluus inteſtinorum læuitate laborat & obdureſcit, aut tenues lumbrici (aſcarides dicti) infeſtãt, aut vtrunq;.

144 Ὅσοι κοιλίης ἐπισταθείσης αἱμοῤῥοοῦσι, καὶ ἐπιῤῥιγοῦσιν ἅμα τῇ αἱμοῤῥοῇ, τούτοισι κοιλίην λειεντεριώδεα ποιέει, καὶ ἐπισκληρύνει καὶ ἀσκαρίδας, ἢ ἀμφότερα.

Prorrhetico 138. aliter legitur hoc præſagium & cum dubitandi nota, quæ & in quibuſdam manuſcriptis exemplaribus retinetur, licet vitioſa ſit ſcriptio, ἅμα τῷ αἱμοῤῥοεῖν, pro ἆρα τὸ αἱμοῤῥοεῖν. Quæ Dioſcoridis videtur eſſe lectio, cuius meminit Galenus in Comm. Prorrh. Et alioqui facilis eſt lapſus communis lectionis ἅμα pro ἆρα. F

Qui ſtatis temporibus ſanguinem fundunt, ſi ſiticuloſi ſint, neque ſanguinem profuderint, comitiali morbo pereunt.

145 Τὰ τεταγμένοισι χρόνοισιν αἱμοῤῥοώδεα, διψώδεα, μὴ αἱμοῤῥαγήσαντα, ἐπιληπτικῶς θνήσκει.

Prorrh. 131. repetitur hoc præſagium ac paulò aliter exprimitur.

Ex venis in ano ſanguinem fundere ſolitis aliquantum apparentibus, tenebricoſæ vertigines obortæ, paruam ac ſenſim factam partium reſolutionem indicant, ex quo liberat venæ ſectio. Et quicquid huiuſmodi apparere ſolet, mali aliquid denunciat.

146 Ἐξ αἱμοῤῥοΐδος ἰσχομένης ἐπιφανείσης σκοτώδεα ξυνόντα, παραπληγικὸν μικρὸν ἠρέμα ὀλίγον σημαίνει. λύει φλεβοτομίη. καὶ πᾶν δὲ οὕτως ἐπιφαινόμενον, κακὸν τὸ σημεῖον. G

Hæc vacuationum intra modum ſubſiſtentium genere concluduntur, & velut exemplum quoddam proponuntur, quo fatiſcentes naturæ vires ſubindicantur. Præcipuè verò venarum per anum ſanguinem fundere ſolitarum ſuppreſſio hoc præſagio ſugillatur, ex qua plethorica ſymptomata plurima & morbi ex redundantia gignuntur, de qua ſcribitur libris Epid. ac præcipuè aph. 28. ſect. 3. lib. 6. & Galeno Com. ad aph. 10. ſect. 6.

Quos palpitationes in totum occupant, num voce defecti intereunt?

147 Οἱ παλμώδεες δι' ὅλου, ἆρά γε καὶ ἄφωνοι τελευτῶσι;

Hoc præſagium penè iiſdem verbis repetitur Prorrh. 30. H

Ex tremoribus quæ conuulſiones fiunt cum ſudoribus, recidiuas minantur. In his iudicationem facit nouus ſubinde obortus rigor. Sed is priùs ardore circa ventrem exorto prouocatur. Somnus in his multus conuulſionem minatur, & frontis grauitates, ac mictio moleſta eſt.

148 Τὰ τρομώδεα σπασμώδεα γινόμενα ἐφιδροῦντα, φιλυπόστροφα. τούτοισι κρίσις ἐπιῤῥιγώσασιν. ἐπιῤῥιγοῦσι δὲ ὑπὸ κοιλίην καύματι προσκληθέντες. ὕπνος πολὺς ἐν τούτοισι σπασμώδης, καὶ τὰ ἐς μέτωπον βαρέα, καὶ οὔρησις δυσκολαίνουσα.

Præſa-

A Præſagium eſt Prorrhetico 105. repetitum, & ab interpretibus Hippocratis (vt ſcribit Gal.) varia lectione exagitatum. Cuius pars extrema ex Prorrh. 109. velut ex concurſione, ita variis diuerſæ naturæ caſibus ſuffarcinata, huc eſt temerè aſſuta. Verùm hic ἐς ὀλίγον βαρέα legitur, vbi in Prorrh. τὰ ἐς ὀλίγον ἀλγήματα βαρέα.

349 Οἱ ἐν ὑστερικῇσιν ἄπειροι σπασμοὶ, εὐχερέες.

In vteri ſtrangulatu non antea expertæ conuulſiones, faciles ſunt.

τὸ εὐχερὲς hic facile & τὸ ἀκίνδυνον ſignificare videtur, vt nō antea cognitas aut expertas in vteri ſtrangulatu conflictatis conuulſiones, minimè ſuſpectas, aut periculo vacare indicet. Poteſt etiam ſignificari propenſio quædam ad conuulſiones, quòd huiuſmodi mulieres vteri ſuffocatione laborantes, ad conuulſiones valde ſint procliues, & alioqui vterus ipſe valde animatus & ſenſilis, conuulſionibus non parum ſit opportunus, vt ex multis hiſtoriis lib. Epid. & Galeno lib. 6. de loc. aff. ſatis patet. Quem in ſenſum etiam ſumpſimus Prorrhetici ſententiam 119. vbi hoc præſagium repetitur, etſi ἄπειροι in omnibus exemplaribus legitur, quod illic ἄπυροι, vt hic ἄπυροι legendum eſſe fortè coniicias. Cui lectioni ſuffragatur poſtea hoc præſagio ſent. 531. & 554. Neque verò

B refert ἐν ὑστερικοῖσιν, an verò ἐν ὑστερικῇσι legas, vt in Prorrhetico. ὑστερικαὶ enim vteri ſtrangulatus ſignificant, vt & ὑστερικαὶ dicuntur quæ ſtrangulatu ab vtero ſuffocari videntur.

350 Τὰ σπασμώδεα ἀνιδρῶτι πτύελα προσρέοντα πυρετώδει ἐοῦσι, εὐήθεα. τούτοισι ἐπὶ κοιλίαι ὑπυγραίνονται. τάχα δὲ καὶ ἐς ἄρθρα ἀποστήσονται.

Cum conuulſionibus & ſudore febrienti defluentia ſputa minimè mala ſunt. His præterea alui aliquantulum madeſcunt, ac fortaſſis aliquid ad articulos abſceſſurum ſperandum eſt.

τὰ σπασμώδεα πτύελα videntur ab Hippocratis OEconomia aliena. Et certè apparet hoc eſſe tranſlatum ex fine Prorrhetici 121. vt totam iſtam ſententiam ex Prorrh. 122. aſſumptam eſſe conſtat. Quanquam iſtius quoque lectionis meminit Galen. & ἀνιδρῶτι quoſdam legiſſe ſcribit, vbi ἀνιδρῶτι habent exemplaria publicata, quædam etiam cum manuſcriptis ἀνιδρῶσιν, vt hic meliùs retine-

C tur. Hic quoque melius εὐήθεα quam ἀήθεα legitur, cùm ἀσφαλῆ Galenus exponat in Prorrhetico. Variant hic etiam exemplaria. Quædam namque τούτοισιν ἔτι legunt, vt & meliora ἀποστήσεται pro ἀποστήσονται.

351 Οἷσιν ἐν σπασμώδεσιν ὀφθαλμοὶ ἐκλαμπρύνουσιν ἀτενέες, οὔτε παρ' ἑωυτοῖσιν εἰσὶ, διανοσέουσί τε μακροτέρως.

Quibus in conuulſionibus oculi intentè ſplendent, iis mens non conſtat, & diutiùs morbum trahunt.

Videtur ex Prorrh. 124. huc tranſlatum eſſe præſagium. Sunt autem phreniticorum indicia oculi immoti, fixi & intenti, aut intentè relucentes, quod ex media Hippocratis doctrina hauriendum eſt, vt ὄμματα ὀρθὰ, ὄμμα θρασὺ, aut ὄμματα θρασέα. Et huic ſententiæ lumen adfert quod ſcriptum eſt li. 6. Epid. † ὄμματα θρασέα παραφρονητικά. Vitioſa ſunt autem exemplaria edititia, quæ ἐκλαμπρύνουσιν aut ἐκλαμπρύνονται aut ἐκλαμπαίνουσι legunt, pro ἐκλάμπουσιν. In iis enim velut in ira admodum percitis oculi relucent ac

D micant. Quod expreſſit in Turno Virg. "

—— totoque ardentis ab ore
Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis.

ἀτενὲς autem aut ἀτενέως, aut ἀτενέες (vt in Prorrhetico) legendum.

† Sect. 1. " Æn. lib. 12.

352 Τὰ σπασμώδεα ξὺν προκωμώδεσι κατόχως, τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει.

Quæ conuulſionis in morem affligunt, cum alto ſopore, quem catochum vocant tubercula ad aures attollunt.

E Prorrhetico 161. iiſdem ferè verbis exprimitur hoc præſagium, niſi quod ἀνίστησι pro ἐπαίρει ponitur.

353 Τρομώδεσιν, ἀσώδεσι, μικρὰ τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα σπασμὸν σημαίνει κοιλίης πονηρευομένης.

In tremulis & anxietate vexatis, parui ad aures tumores excitati, conuulſionem denunciant, ſi aluus malè affecta ſit.

Videtur ex Prorrh. 162. expreſſa ſententia, quæ meliorem tamen hic nacta eſt intelligentiam. Ad finem Prorrh. parotidum prædictio conficitur, in ſopore, anxietate, capitis dolore, ſurditate, ac cæteris id genus tentationibus vexatis, quæ ſignorum naturam comprehendunt. Eſt autem vero ſimile in tremulis ex cerebri intemperie, ac neruoſi generis imbecillitate, cum magna corporis implaciditate, paruarum parotidum exortum tantum non leuare morbum, vt etiam conuulſionis ſpem accerſant, cùm non niſi pro morbi dignitate apparentes abſceſſus probet Hippocratis doctrina. Quod etiam potius continget malè affecta aluo, & morbi fomitem continente, humoribus ad cerebrum raptis & illuc momentum facientibus.

354 Τὰ σπασμώδεα καὶ τετανώδεα πυρετὸς ἐπιγινόμενος λύει.

F Conuulſiones & neruorum diſtentiones ſuccedens febris ſoluit.

Hippocratica eſt ſententia ex aph. 57. lib. 4. petita & libello περὶ κρισίων ad finem repetita. Quin & in Epiſtola ad Demetrium Regem his verbis exprimitur, ὑπὸ σπασμοῦ πυρετὸς ἐπιγενόμενος ἰᾶται τὸ νόσημα.

355 Σπασμὸς ἐπὶ τρώματι, θανάσιμον.

Ex vulnere conuulſio lethalis.

Ex aph. 2. lib. 5. deſumptum præſagium, quod etiam hîc poſtea (vt in tumultuario opere) reperitur.

356 Σπασμὸς ἐπὶ πυρετῷ γινόμενος, ὀλέθριον. ἥκιστα δὲ παιδίοισιν.

Conuulſio febri ſuccedens, periculum denunciat, minimùm verò pueris.

Hæc ſententia cum ſequente ex Prognoſtico petitæ ſunt, & in eandem notionem coaleſcunt. Conuulſio igitur febri ſuccedens, etſi meritò ſuſpecta eſt, in pueris tamen timenda eſt, ſi in febre aluus nihil deiiciat, neque ſomnus accedit, ſed terrentur, flent, ac

G colorem mutant. At in his nuperrimè editis necdum ſeptimum annum excedentibus, minus periculum eſt (Alioqui promptiſſimè conuulſionibus prehenduntur, præſertimque ij qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent, vt ſcribitur aph. 25. lib. 3.) ἕτοιμοι γὰρ σπασμώδεες (vt ſcribit Hipp.) οἷον αἱ ἡλικίαι τῆς φύσιος καὶ τῆς ἡλικίης, ὁ ῥῦθμος. Grandiuſculos autem & adultos non adeo in febribus conuulſio prehendit, & alioqui maius periculum denunciatur, & vehementis admodum malitiæ ſignum aliquod adeſſe oportet.

357 Οἱ πρεσβύτεροι ἑπτὰ ἐτέων ἐν πυρετῷ οὐχ ἁλίσκονται ὑπὸ σπασμοῦ, εἰ δὲ μὴ, ὀλέθριον.

Adultiores & qui ſeptimum annum exceſſerunt, conuulſione in febre non prehenduntur, alioqui periculum denunciatur.

358 Σπασμὸν λυτικὸν πυρετὸς ἐπιγινόμενος ὀξὺς, μὴ πρότερον γεγονώς. εἰ δὲ εἴη πρότερον γεγονὼς, παροξυνθείς. ὠφελέει δὲ καὶ οὔρου διέξοδος ὑαλώδους πολλὴ, καὶ ῥύσις κοιλίης, καὶ ὕπνοι. τῶν δὲ ἐξαπίνης σπασμῶν λυτικὸν, πυρετὸς, κοιλίης ῥύσις.

H Conuulſionem ſoluit febris ſuccedens acuta, quæ prius nō aderat, aut ſi priùs adfuit, ingraueſcens. Confert autem & vrinæ vitreæ copioſus pertranſitus & alui fluxio, & ſomnus. Conuulſiones autem derepente ortas febris ſoluit ac alui fluxus.

Ambiguum eſt quid intelligat per οὔρου διέξοδον ὑαλώδους. Neque enim frequens eſt admodum iſta vrinarum apud Hippocratem attributio. Mihi certè ſignificare videtur οὖρον ὑαλῶδες, ac eam vrinam quæ multam pituitam vitream, aut potiùs albumineam, craſ-

ſuſpectatur, vt lib. 6. Epid. ἄνω δὲ καὶ ὅκως αἱ περὶ πρόσωπον καὶ αὐχένα ἐπάρσιες, ὑποτείνεται. Quale quid etiam refertur lib. 2. Epid. Quod ſequitur de ſubita ſtercoris deiectione, id muſculorum ani reſolutionem & facultatis animalis extinctionem, vt in moribundis ob ſtrangulatum ſignificare videtur. Ideoque πυγμὴ pro σφυγμὴ quidem legunt, vt referatur ad aph. 42. lib. 2. A

In angina laborantibus ſubarida ſputa gracileſcentibus faucibus, malum prænunciant.

369 Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσι τὰ ὑπόξηρα πτύσματα ἰσχνῶν, κακόν.

Quæ multæ poſtea ſequuntur anginæ circumſcriptiones, corrogatam habent vndiq; authoritatem, & ex præcipuis Hippocratis fontibus ductam, neque tamen ſatis idoneam doctrinæ tractationem. Hic verò ἰσχνῶν valet quod alibi dixit Hippocr. ἰσχνὰ ὄντα τὰ περὶ φάρυγγα, & οἰδήματος μὴ ὄντος ἐν τῇ φάρυγγι.

In anginis linguæ tumores abſque vlla ſignificatione euaneſcentes, periculum denunciant. Quinetiã dolores citra euidentem cauſam diſparentes, perniciem oſtentant.

370 Τὰ κυναγχικὰ ἐν γλώσσῃσιν οἰδήματα, ἀσήμως ἀφανιζόμενα, ὀλέθρια. καὶ τὰ ἀλγήματα ἀφανιζόμενα χωρὶς προφάσιος, ὀλέθρια. B

Locus eſt communis ex media Hippocratis theoria deductus, & καθόλου λόγος paſſim celebratur, quem hic ſingulariter effert, & ad linguæ tumores in angina tranſtulit. ἀσήμως autem ἀκρίτως καὶ ἀλόγως, ἢ παραλόγως valet, aut οὐ διὰ σημείων λυτηρίων, cui proprium & vſitatum ea in locutione verbum ἀφανίζεσθαι adiunxit. Quæ cùm alterius ſint tractationis in mediam OEconomiam reiicienda, & aliàs à nobis lib. 2. Epid. ampliſſimis exemplis ſunt comprobata & explicata dum ſcribit, οἷα ἀσήμως ἀφανίζεται δύναιτο. Et τὰ οἰδήματα παραλόγως ῥηΐζοντα κίβδηλα. Et in Prorrh. τὰ ὀλέθρια ἀσήμως, μαρτυρίοισι θανάτου σημεῖα.

Angina laborantes niſi celeriter cocta expuant, perniciosè habent.

371 Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσιν τὸ μὴ ταχὺ ἀναπτύοντας πέπονα, ὀλέθριον.

Angina cùm valde præceps ſit, niſi breui per ſputa expurgetur, aut ægrum celeriter opprimit, aut ſuppuratum facit. Vitioſa autem ſunt exemplaria quæ παχὺ pro ταχὺ (quod eſt ταχέως) legunt. C

In angina abſq; vlla ſignificatione redundantes in caput dolores cum febre, periculum indicant.

372 Ἐν κυνάγχῃ ἀσήμως εἰς κεφαλὴν ἀλγήματα μετὰ πυρετοῦ, ὀλέθρια.

Iſta cùm perſeuerante febre contingant, ſunt potius morbi incrementa quàm alleuationes, præſertim cùm legitimæ, μεταστάσιος, morborum aut ſolutionis nullas notas edant, quod ἀσήμως dixit.

In angina abſque vlla ſignificatione delati ad crura dolores cum febre pernicioſi.

373 Ἐν κυνάγχῃ ἀσήμως ἐς σκέλη ἀλγήματα μετὰ πυρετοῦ, ὀλέθρια. D

Et hæc quoque temeraria eſt & infida tranſpoſitionis nota, neque minimùm ſuſpecta.

In angina laborantibus citra indicationem præcordij dolor, cum impotentia & torpore obueniens, latenter necat, etſi moderate admodum habere videantur.

374 Ἐκ κυναγχικῶν ἀκρίτως ὑποχονδρίου ἄλγημα, μετὰ ἀκρασίης τε καὶ νωθρότητος γινόμενον, κτείνει λαθραίως, εἰ τε πολὺ δοκοῖεν ἐπιεικῶς ἔχειν.

Hoc quoque periculoſum eſt tranſpoſitionis exemplum, vbi abſque indicatione contigerit. ἀκρασίη autem ἀντὶ τῆς ἀκρατείας ponitur (vt antea quoque) * & partis incontinentiam, imbecillitatem, impotentiam & languorem quendam ſignificat, ac ferè plærumque Hippocrati cum torpore iungitur, vt ** antea quoque, & Prorrh. 151.

* *Sent.* 165. ** *Sent.* 171.

In angina laborãtibus abſq; vlla ſignificatione gracileſcentibus faucibus dolor intenſus ad pectus aut ad aluum progreſſus purulentas deiectiones facit. Alioqui autem tale quid ſolutionem præ ſe fert.

375 Ἐκ κυναγχικῶν ἀσήμως ἰσχνανθέντων ἐς στῆθος ἄλγημα καὶ ἐς κοιλίην ἐλθὸν συντόνως, ποιεῖ πυώδεας διαχωρέειν, ἄλλως καὶ λυομένου τὸ τοιοῦτον. E

ἀσήμως ἰσχνανθέντων valet παραλόγως ἢ οὐ διὰ μεγάλου ἰσχνῶν ὄντων τῶν περὶ φάρυγγα, abſque vlla ratione gracileſcentibus aut detumeſcentibus faucibus. Tranſpoſitionis autem morbi exemplum eſt inſigne admodum & rarum, ſi ad thoracem delatus per aluum pus effundat, quod non ita ſolennis ſit, ſed rara, thoracis per aluum expurgatio, à Gal. tamen celebrata lib. 6. de loc. aff. & Com. in aphor. 30. lib. 7. Illud autem, ἄλλως δὲ λυομένου τὸ τοιοῦτο, perplexum eſt, eam tamen mihi ſignificationem habere videtur, vt alioqui morbi ſolutionem præ ſe ferat per aluum effuſi, etſi longa ſit & difficilis per eam viam puris deiectio. Codices quidam συντόνως πυώδεις coniungũt, quod ſententiam noſtram magis amplectitur, etſi mihi vulgata lectio magis arridet. Corn. λυομένου pro ἀπολυομένου ſumpſit. Quidam etiam ὡς λυομένου τοῦ τοιούτου legunt. Mihi tamen λυόμενον aptè etiam legi poſſe videtur. F

In angina quæcumq; conſpicuum dolorem non produnt, periculi plena ſunt. Quinetiã diuturni ſunt qui ad crura progrediuntur dolores, ægreq; ad pus deducuntur.

376 Ἐκ κυναγχικῶν πάντα ὀλέθρια. ὅσα μὴ ἔκδηλον ἐποίησεν ἄλγημα. ἀτὰρ καὶ ἐς σκέλεα ἀλγήματα χρόνια φοιτᾷ, καὶ ἐκπυΐσκει δυσχόλως.

Iſtud de infida iudicatione intelligi poteſt, dum morbus abſque legitima vacuatione aliò tranſmiſſus eſt. Quòd ſi in crura ſecedat, diuturna vlcera fiunt & curatu difficilia. Sed rarum eſt anginæ liberatæ exemplum, in qua tamen (vt in peripneumonia) in crura abſceſſus valere interdum poteſt.

Sputa ex angina viſcida, craſſa, exalbida, vi educta, malum denũciant, omniſq; eiuſmodi maturatio mala eſt. In his multa deorſum purgatio leuis ſyderationis modo mortem adfert.

377 Τὰ ἐκ κυνάγχης πτύαλα γλίσχρα, παχέα, ἔκλευκα, βιαίως ἀναγόμενα, κακόν. τε πᾶς ὁ τοιοῦτος πεπασμὸς, κακόν. κάθαρσις πολλὴ κάτω ἐπὶ τούτοις παραπληκτικῶς ἀπόλλυσιν. G

Huiuſcemodi ſputa craſſa & viſcida caloris præter naturam immoderationem arguunt, ideoq; improbantur. Multa autem per aluum expurgatio colliquationem & humorum per aluum effluxum, indeq; partium naturalium exolutionem & proſtrationem ſignificat, vnde quoque tandem proſtrata animali facultate, ac velut exoluto corpore proiecti & immoti iacent & moriuntur. Alioqui & particulari membrorum ſolutione multi in angina periculoſiſſimè laborarunt lib. 2. Epidem. * in qua etiam ſputa concocta prodierunt.

* *Sectio* 2.

Sputa ex angina ſubarida, crebra, per tuſſim & cũ lateris dolore educta, perniciem minantur. Atque ea quæ inter potandum per tuſſim reiiciuntur, quæque difficulter degluttiuntur, malum portendunt.

378 Ἐκ κυνάγχης ὑπόξηρα πυκνὰ πτύελα, βηχώδεα, πλευροῦ ὀδυνώδεα, ὀλέθρια. καὶ τὰ ἐν τοῖσι ποτοῖσιν ἀποβήσσοντα, καὶ κατάποσις βιαία, πονηρόν. H

Hæc peſſima ſunt ad pulmones tranſpoſitæ anginæ exempla. Quin & inter potandum tuſſim quodammodo excitantia, aut per tuſſim educta, & deuoratio difficilis, anginæ periculum circumſcribunt, vt patet ex anginoſæ mulieris hiſtoria lib. 3. Epid.

379 Τῶν

A 179 Τῶν πλευριτικῶν οἷσιν ἐν ἀρχῇ πάμπυοι αἱ πτύσιες, τελταῖοι θνήσκουσιν, ἢ πεμπταῖοι. φυγόντες δὲ ταύτας, μὴ πολὺ ῥᾷον ἔχοντες, τῇ ἑβδόμῃ, ἢ ἐνάτῃ, ἢ ἑνδεκάτῃ, ἄρχονται ἐμπυΐσκεσθαι.

In morbo laterali, quibus circa initia in totum purulentæ ſunt ſpuitiones, ij tertio die aut quinto moriuntur. Quos ſi ſuperent, nec longè melius habuerint, ſeptimo, aut nono, aut vndecimo, ſuppurati fiunt.

In libris de Morbis, vbi pleuriticorum circumſcriptio & curatio tota abſoluitur, & inde hoc Prognoſticum plurima ſunt traducta, paulò aliter hic locus legitur, [illegible] τεταρταῖοι θνήσκουσι, ταύτας δὲ διαφυγόντες, [illegible] τῇ ἑβδόμῃ ἢ τῇ ἐνάτῃ, ἢ τῇ ἑνδεκάτῃ ἄρχονται ἐμπυΐσκεσθαι. (Sic enim ex hoc loco legendum apparet, cum paſſim τῇ δεκάτῃ legatur.) Omnis autem generis expuitiones circa morborum initia ſummam cruditatem & variè affectam naturam indicant. Sic etiam in totum purulentæ initio maximam corruptelam denotant, cùm pus paulatim in ſputis & per quoſdã gradus B procedere debeat, ſputumq; quod probari debet, permixtum vehementer flauo, non ſyncerè prauum eſſe oporteat, quale eſt πάμπυον.[a] Suppurationis autem rudimentum decimo quarto die ponit Hippocrates in Aphoriſmis. Mihi autem ſummè arridet lectio quæ [illegible] pro πάμπυοι habet, ex lib. 3. de Morb. huc traducta.

[a] Aph. 8. lib. 5.

180 Οἷσι δὲ ἄνω ὠτὸς ἔρευθος, τῶν πλευριτικῶν, καὶ ὁμοίως θερμαίνονται, καὶ κοιλίη ταράσσεται χολώδεα καὶ δυσώδεα. εἰκοσταῖοι καὶ τεσσαρακοσταῖοι κινδυνεύουσι. φυγόντες δὲ ταύτας σώζονται.

Quibus ſupra aurem rubor contingit, neque aliter quàm morbo laterali affecti incaleſcunt, aluuſq; bilioſa & graucolentia exturbat, ij vigeſimo & quadrageſimo die periculum ſubeunt, quos ſi ſuperauerint, ſeruantur.

Videtur hæc ſententia corrupta, & non ſine ſcriptionis vitio ab authore ex libris de Morbis hunc in locum traducta. Etſi namq; C parotides interdum in pleuritide ſuboriuntur, morbum tamen non ſine periculo alleuant, neq; parum ſuſpectæ ſunt, vt ferè experiétia teſtatur, nuſquam tamen apud Hippocratem ſolent ea phraſi efferri, vt per ἄνω ὠτὸς ἔρευθος intelligantur. Deinde ambiguum valde eſt quidnam velit per ὁμοίως θερμαίνεται. Nam quantumuis facilis ſit eius rei ſenſus, & de febris incendio perſeuerante intelligatur, non optimè tamen huic loco quadrare videtur. Mea eſt opinio locum hunc de pleuritide quæ dorſum affligit & ab Hippocrate in libris de Morbis peſſima cenſetur, ſumi debere, ſicq; reſtitui poſſe, οἷσι δὲ ἐν νώτῳ ἔρευθος τῶν πλευριτικῶν, καὶ ὦμοι θερμαίνονται: eo ſenſu, Quibus verò in morbo laterali in dorſo rubor excitatur, & humeri incaleſcunt. Cuius certè lectionis fidem facit quod ſcribitur lib. 3. de Morbis hoc modo, [illegible] Quo ex loco haud dubiè iſtam ſententiam eſſe tranſlatam conſtat, & mendosè ſcriptoris vitio eſſe expreſſam. Facilem namque literæ D lapſum quis non videt? vt pro οἷσι [illegible] huius Prognoſtici ſcriptor [illegible] legiſſe videatur, vnde εἰκοσταῖοι καὶ τεσσαρακοσταῖοι ſcripſerit? Dorſalem hanc pleuritidem Hippocrates lib. 2. de Morbis in tertio pleuritidis genere ponit, ac periculoſiſſimam eſſe cenſet, ex qua pauci euadant. In qua [illegible]. Verum vigeſimum diem morbi terminum facit. Graueolentes autem & bilioſæ deiectiones in pleuritide perniciem augent, præcipuè quæ morbi ratione contingunt. Mirum vero eſt in loco tam lubrico nullas nobis à codicibus manuſcriptis factas eſſe ſuppetias, nec vllam quidem corruptionis vel minimam iniectam eſſe ſuſpicionem, quod aliàs vel celeberrimè contingit.

181 Αἱ ξηραὶ τῶν πλευριτίδων καὶ ἄπτυστοι χαλεπώταται. φοβεραὶ δὲ ἐν οἷσιν ἄνω τὰ ἀλγήματα.

Morbi laterales ſicci & in quibus nihil expuitur grauiſſimi ſunt. Metuendi quoq; in quibus dolores ad ſuperiora tendunt.

Locus eſt lib. 3. de Morb. qui pulcherrimè hanc ſententiam adumbrat, & in publicatis codicibus vitioſè ſcribitur, [illegible] E [illegible] Vnde ſatis conſtat pleuritidem ſiccam eſſe quæ nihil expuit & nullum ſputum promouet, ideoq; periculum intendit. Cuius cauſam in ſiccitatem ponit Hippocrates lib. 1. de Morbis, vbi & quæ ſit ἄπτυστος πλευρῖτις & [illegible] apertiſſimis verbis indicat, ſimulque præcipuos curationis ſcopos attingit. Præter autem cauſam ab Hippocrate adſcriptam (nempe ſiccitatem aut ſputi reſiccationem ex calore obortam) ἀπτύστου πλευρίτιδος aliam adfert cauſam Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. humores nempe craſſos & lentos pulmonum bronchiis infartos adeoque adhæreſcentes vt ægrè educi poſſint. Quod autem præcipuè metuendæ ſint pleuritides, in quibus dolor ad ſuperiora tendit, ſatis ex Hippocratis reſcriptis conſtat.

182 Αἱ ἄνευ σπασμάτων πλευρίτιδες χαλεπώτεραι τῶν μετὰ σπασμάτων.

Morbi laterales grauiores qui ſine diuulſionibus quàm qui cum diuulſionibus contingunt.

Inſida ſunt hæmorrhagiæ ſigna lumborum dolores, nec ab Hippocr. in Prog. aut lib. 1. epid. enumerata, etſi Prorrh. 146. in diuerſi generis ſignorum concurſione, non niſi ambiguè adſcribuntur, his verbis: τοῖσι πόνος ὀσφύος, ἀλγήματα ἐν τούτοισιν αἱμορραγικά. Quin & muliebre ſanguinis profluuium ex lumborum dolore ſignificari poteſt, præſertim ſi ad ſpinam calor ſentiatur, aut etiam materia illa in vaſis ebulliens, per aluum ſecedere, ac in inteſtinorum difficultatem erumpere poteſt, (vt ſcribitur Prorrh. 143.) aut verò per hæmorrhoidas purgatio ſignificari, vt Prorrh. 130. quod paulò poſt hîc quoq; repetetur.

Ex lumborum dolore liberales ſunt & largæ ſanguinis fluxiones.

307 Αἱ δὲ ὀσφύος ἀλγήματος αἱμόρροιαι, λάβραι.

Ampla ſunt & inſignia quæ ſpinam & lumbos pereptant vaſa, ideoque ebullientem magnam materiæ copiam liberaliter profundunt & deturbant. C

Quibus lumborum dolor in caput recurſat, & manus torpore affectæ, ac oris ventriculi dolorem ſentiunt, aut aurium ſonitus, ij liberaliter ſanguinẽ profundunt. Sed & his aluus effunditur, & mentis perturbatione, vt plurimum, tentantur.

308 Οἷσιν δὲ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομὴ ἐς κεφαλὴν, καὶ χεῖρες ναρκώδεες, καὶ καρδιαλγικὰ, καὶ ἠχώδεα, αἱμορραγικὰ λάβρως, καὶ κοιλίαι καταῤῥήγνυνται τούτοισι, καὶ γνῶμαι παραχώδεες ἐπιπολύ.

Prorrh. 139. repetitur hoc præſagium iiſdem penè verbis, niſi quòd hîc ἠχώδεα ſcribitur in Prorrh. ἰχωρώδεες, nec niſi ambigua ſcriptura, cùm Galenus teſtetur in quibuſdam exemplaribus χολώδεες ſcribi. Certum tamen eſt aurium ſonitus ad profluuij ſanguinis prædictionem magis accedere, pro reptantis ſurſum materiæ momento. Atque ideo ἠχώδεες legendum eſſe in Prorrh. vt ſint quibus aures ſonant & tinniunt. D Hic verò γνῶμαι παραχώδεες dicuntur, ſed in Prorrh. παραχώδεες, idq; ſine addito, quod etiam mentem perturbatam denotat.

Quæ ex dorſi dolore initia ducunt ægritudines, difficiles.

309 Αἱ ἐκ νώτου ἀλγήματος ἀῤῥωστίης ἀρχαὶ, δύσκολοι.

Dorſi dolor propter ſpinalis medullæ naturam & conſenſionem facilè per neruos cerebro communicat, ac etiam pro pter poſteriorum partium mollitiem ac frigiditatem, facilè alteratio ſentitur ad lumbos & dorſum. Hinc eſt quod morborum principia cum rigore ferè ex lumbis & dorſo initia ducant, vt patet ex aph. 69. lib. 5. & aph. 15. ſect. 5. lib. 6. epid. Ex ſpinalis etiam medullæ affectibus, interdum partium reſolutiones, aut ſtupores ſequuntur, interdum etiam tuberculorum durorum (vt loquitur Hippocrates *) exortus. Quorum omnium moleſta eſt & difficilis ſolutio, δύσκολον autem vt aliàs, graue & moleſtum ſignificat, & de morbo qui non facile ſoluatur dicitur, nec alioqui periculoſo aut lethali.

* *Lib. de art.* E

In intenſo lumborum dolore & alui ſubductione largiore, ſumpto veratro, ſpumoſorum crebra vomitio prodeſt.

310 Ἐν ὀσφύος ἀλγήματι ξυντόνῳ, καὶ ὑποφορῇ πλέονι, ἀπ' ἐλλεβόρου ἐμέσαι ἀφρώδεα, συχνὰ, ὠφελεῖ.

Lumborum dolor alui ſubductione crebettimè ſedatur, ſed longum alui profluuium vomitus ſæpe compeſcit & morbum ſoluit, aphor. 15. lib. 6.

Spinæ peruerſionem & ſpirandi difficultatem ſanguinis fluxus liberat.

311 Ῥάχιος διαστροφὴν καὶ δύσπνοιαν, αἵματος ῥόος λύει.

Διαστροφὴ ſpecies eſt luxationis, qua non ſolum articulus, ſed & ea quæ articulos connectunt neruoſa corpora leuiter deprauantur & ſede ſua dimouentur. Quin & διεστραμμένα dicuntur quæcunque peruertuntur, & vitiato naturali ordine, præpoſterum aut peruerſum occupant, vt ne id ſolis articulis attribuas, vt videre eſt apud Gal. initio Com. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον. F Eam autem ſpinæ peruerſionem, quæ ex inflammatione orta eſt, ſanguinis profluuium iuuare poteſt, & ex qua ſpiritalium partium compreſſione, ſpirandi difficultas pendet.

Dolentibus lumbis ſi oris ventriculi dolor acceſſerit, futuræ per hæmorrhoidas vacuationis ſignum eſt, aut etiam eam præceſſiſſe ſignificat.

312 Ἐν ὀσφύϊ ἐπωδυνίῃ καρδιαλγικὰ προσελθόντα σημεῖα αἱμορροώδεα, ἢ καὶ προεγεγενημένα.

Inſtantis aut etiam prægreſſæ & futuræ per hæmorrhoidas purgationis ſunt hæc ſymptomata, lumborũ diuturnus dolor ac oris ventriculi, vt explicat Galenus ad Prorrh. 130. quod his iiſdem verbis repetitur. Exemplaria verò pauliſper variant, quædam enim σημεῖα αἱμορροώδεα ἢ legunt, alia σημεῖα αἱμορροώδεα, ἢ καὶ προεγεγενημένα, habent. Hæc enim diſtinctio potior eſt, etſi in impreſſis codicibus aliter diſtinguitur. G

Quæ ex lumbis in ceruicem & caput redundantia leuis ſyderationis more reſolutionis ſenſum inducunt, conuulſionem ac mentis emotionẽ minantur. Videndumq; eſt num talia conuulſionibus ſoluantur, aut in huiuſmodi habentibus alui malè habeant, atq; eadem diutius perſeuerent.

313 Τὰ δὲ ὀσφύος ἐς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα, παραλύοντα παραπληκτικὸν τρόπον, σπασμώδεα, παρακρουστικά. ἆρα καὶ λύεται τὰ τοιαῦτα σπασμοῖσιν; ἢ τῶν τοιούτων κοιλίαι νοσέουσι διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντων.

Eadem ferè repetuntur Prorrh. 118. niſi quod iſtius præſagij extremum aliter legitur. In Prorrh. enim ἐν τῶν τοιούτων ποικίλως διανοσέουσι, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες, ſcribitur. Ex quibus variè morbum trahere, qui huiuſmodi caſibus conflictantur, eademq; diutius perſeuerare ſignificatur, eamq; explicationem exemplo amplificat Galenus. H Fieri quinetiam poteſt vt talia per aluum deturbentur naturæ robore, atque iiſdem perſeuerantibus & diutius trahentibus, tam varia malorum congeries diſſoluatur.

Ex recurſatione doloris in lumbis, oculorum perverſio aut diſtortio, mala eſt.

314 Ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς πόνου, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, κακόν.

Scribitur Prorrh. 69. hoc præſagium iiſdem verbis, & à Galeno quadantenus ſugillatur Comm. in ægr. 11. lib. 3. epid. Quid autem ſit ἴλλωσις ὀφθαλμῶν ſcripſimus in lib. 3. Epid. & alias pluribus huius vocis notatio explicata eſt. Vitium autem eſt in publicatis codicibus, qui legunt ἐξ ὀσφύος ἀναδρομὴ πόνου, pro ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς πόνου. Sic enim in Prorrhetico legitur, vbi πόνου omittitur.

A 315 Πόνος ἐς στῆθος ἱδρυνθεὶς σὺν νωθρότητι, κακὸν ἐπὶ πυρετῷ. οὗτοι ὀξέως ἀπόλλυνται.

Dolor in pectore fixus cum torpore, ſuborta febre malum indicat, iique celeriter mortem oppetunt.

Paulò aliter effertur Prorrh. 70. hæc ſententia. νωθρότης autem vt magnam cerebri noxiam atque extremam corporis refrigerationem, facultatumq; omnium proſtrationem indicat, ita non temerè morbis acutis aut febribus ſuccedit, vniuerſaliſq; eſt enunciatio, νωθρότης ἐν ὀξέϊ κακόν. Atque huius ſententiæ ſenſus eſt, vt ſuborta febre perniciem indicet, paríque refert an hoc modo intelligas, an verò ſuborta febre celeriter intereant, quæ eſt Prorrhetici intelligentia.

316 Ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομαὶ ἐς καρδίην πυρετώδεες, φρικώδεες, ἀνεμέοντες λεπτὰ, ὑδατώδεα, B παρενεχθέντες, ἄφωνοι, ἐμέσαντες μέλανα τελευτῶσι.

Lumborum dolores ad os ventriculi recurſantes, cum febre, horrore, ſi tenuia & aquoſa vomitione reiecerint, delirarint, voce defecti ſint, ij poſt nigrorum vomitionem moriuntur.

Repetitur hæc ſententia Prorrh. 85. atque hic meliùs quàm illic ſcribitur, vt ex Gal. Comment. ſatis apparet.

317 Τὰ κατ' ὀσφὺν καὶ τὸ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα, καὶ περὶ ὑποχόνδρια πόνοι, ἀπόσιτοι ἅμα πυρετῷ. τούτοισιν ἐς κεφαλὴν ἄλγημα σύντονον ἐλθὸν, κτείνει ὀξέως τρόπον σπασμώδεα.

Lumborum ac tenuioris inteſtini diuturni dolores, & circum præcordia labores, in ægris vna cum febre cibum faſtidientibus, eos dolor intenſus ad caput progreſſus, non ſine conuulſionis ſpecie celeriter interficit.

Prorrhetic. 100. aliter paulò ſcribitur hæc ſententia, quæ hic nonnihil diuerſam habet notionem, & tamen à Galeno agnoſcitur.

C 318 Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα, οὗτοι κακοί. ἆρα τούτοισι τρομώδεα καὶ φωΐδες ἐν ῥίγει;

Qui lumborum dolore conflictantur, ij malè habent. Num his tremores fiunt, & maculæ rubentes quales in tibiis, cum rigore?

Circumſcriptione indiget hæc ſententia, alioqui temerè valde pronunciata. Neque enim quiuis lumborum dolor perniciem aut tremores affert. Rectiùs igitur ad Prorrhet. 42. referatur, vnde & apertiſſimè deducta videtur & diminutè ac vitiosè exſcripta. Lumborum namque dolor ſi diuturnus eſt cum æſtu implacido & tenui ſudore circa caput & thoracem oborto, perniciem affert. Quòd ſi ſpinalis medulla quæ eſt ad lumbos, noxiam ſenſerit, neruorum affectum atque inde tremorem conſequi conſentaneum eſt, & vocem tremulam affecto neruorum genere fieri, velut in rigore conſpicuè tremula cernitur. Sic enim ex Prorrh. conſtans & integer ſenſus erit, vt & lectio, ſi ſcribatur: ἢ φωνὴ ὡς ἐν ῥίγει. Cuius quidem lectionis veſtigia, quamuis lubrica, in Aſulano co-
D dice remanent. Etſi enim vitioſa eſt lectio & aſteriſco notata [ἢ φωλῆ δ' ὡς ἐν ῥίγει] ex ea tamen iſtam veluti genuinam eruas licet. Quod ſi φωΐδες retineatur (quod faciunt omnes interpretes ex codicum conſenſu) eas ex vitioſo humore aut feruentibus ſuccis ſubeuntibus in aliqua parte reſtitantibus & per rigorem impulſis excitari par eſt. Id autem rari eſt exempli, & ex vnius aut alterius obſeruatione ad prædictionem traductum. Sunt autem φωΐδες Galeno in Exegeſi, φλύκταιναι, αἱ ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐν τῇ κνήμῃ ὅπως ἐάν γένωνται κύκλοι ἐρυθροί, maculæ aut circuli rubentes qui ex ignis vicinia in tibiis oriuntur. Heſychio etiam φωΐδες. τὰ ἀπὸ πυρὸς, ἐν σκέλεσι γινόμενα ἐκ συστάσεως, ἢ φλυκταίνας ſignificant. φωΐδες Erotiano exponuntur τὰ ἐκ πυρὸς γινόμενα, μάλιστα δὲ ὅταν ἐκ ψύχους ἐν τῷ πυρὶ καθίσαι στρογγύλα ἐπάρματα, quædam ex igne contracta incendia, præcipuè vbi ex frigore ad ignem propiùs acceditur. Eamq; dictionem Diocles Caryſtius ἀπὸ τοῦ φωτὸς καὶ ἱδρῶσαι deriuari ſcribit. Sunt qui etiam καὶ φλυκτίδας puſtulas ſignificare putent. φῳδῶν meminit in Pluto Ariſtophanes, vbi Scholiaſtes φλυκταίνας explicat. Apollodorus φωΐδας τὰ ἐκ πυρὸς ἐρυθήματα καὶ ἐπικαύματα eſſe ſcribit.

E 319 Ἆρα τοῖς ὀσφυαλγέουσιν, ἀσώδεσιν, ἀνεμέτοισιν, ὀλίγα θρασέως παρακρούουσιν, ἐλπὶς μέλανα διελθεῖν;

Conſiderandum eſt in lumborum dolore conflictatis & anxietate citra vomitum, & pauliſper ferociter deſipientibus ægris, num nigra per ſeceſſum proditura ſint.

Hic ſymptomatum concurſus repetitur Prorrh. 85. ideóque hæc ſententia nobis à ſuperiore diſtinguitur, quòd per ſe ſententiam faciat, & parum cum priore conueniat. Videtur autem eſſe materiæ copia grauantis aut in venis turgentis ſymptomata, vnde & lumborum dolor, anxietas, cibi faſtidium, & nauſea ſine vomitione originem ducunt. Poſſunt quoque iſta internum incendium, aut alicuius viſceris phlegmonem conſequi.

320 Ὀσφύος πόνος καρδιωγμῷ, μετ' ἀναχρέμψιος βιαίης, ἔχει τι σπασμῶδες.

Lumborum & oris ventriculi dolor cum forti ſcreatione, conuulſionem quodammodo ſuſpectam facit.

F Capitis dolor additur Prorrh. 106. vnde huc traducta videtur hæc ſententia.

321 Ὑπάφωνον ἅμα κρίσει ῥῖγος.

Subabſurdus eſt qui cum iudicatione rigor fit.

Vitioſa ſunt hic omnia exemplaria, quod etiam Aldinus codex aſteriſco notatus ſatis indicat. Quare & ex Prorrh. 107. (quod ex Galeni Commentario in contextum repoſuimus) tranſcribenda hæc ſententia venit, atque ita legenda, ὑπόφρικον ἅμα κρίσει ῥῖγος, vt ſuſpectus ac ſubabſurdus ſit rigor naturæque munia atque totam φύσεως Œconomiam interturbans, qui vacuationibus criticis intermiſcetur, eaſque diſtinet potiùs & moratur quàm promoueat. Etenim legibus naturæ conſentaneum eſt, vt vacuationes criticas rigor præcedat, non comitetur aut ſubſequatur. Galenus in Prorrhetico ὑπόφοβον ex codicum varietate agnoſcit, quod eſt Cornarij interpretatione approbatum, eaque etiam notione ὑπόδεινον hic quædam exemplaria legunt, vt aliquatenus horrendus ſit rigor cum iudicatione coniunctus.

322 Ὀσφύος ἄλγημα, αὖθις προφάσιος πυκνὰ ἐπι-
G φοιτέον, κακοήθεος ἀρρωστίης σημεῖον.

Lumborum dolor abſque cauſa manifeſta crebro inuadens, morbi malignitatem indicat.

Lumborum multæ cùm ſint partes, cuiuſnam partis dolorem ſignificet non ſatis eſt expreſſum, atque adeò indiſtinctè admodum pronunciatum eſt præſagium. Vero tamen eſt ſimile trahentes & diuturnos lumborum dolores, ſi nullam manifeſtam occaſionem prodant, ac crebrò repetant, occultam aliquam perniciem præ ſe ferre. Frequens enim recurſus maligni & pertinacis morbi index eſt. πυκνὰ ἐπιφοιτέον eadem phraſi (vt ſupra *) effertur.

* *Sent. 286.*

323 Ὀσφύος ἄλγημα μετὰ καύματος ἀσώδεος, πονηρόν.

Lumborum dolor cum æſtu implacido & anxio, malum ſignificat.

H Apparet ex Prorrh. 42. decerptum eſſe hoc præſagium, ideoque μετὰ καύματος meliùs legitur, etſi μετὰ κώματος habent exemplaria quædam, quæ ſecutus eſt Cornarius.

324 Ὀσφύος σύντασις ἐκ γυναικείων πλήθεος, ἐκπυητικόν. καὶ τὰ ποικίλως ἰόντα, γλίσχρα, δυσώδεα, πνιγώδεα ἐπὶ τοῖσι προειρημένοισιν, ἐκπυητικόν.

Lumborum contenſio ex menſium copia ſuppurationem fore indicat. Quin & variè prodeuntia, glutinoſa, graueolentia, ſtrangulatum cum antea commemoratis inducentia ſuppurationem denunciant.

Fortaſſis verò & tales aliquantum delirare contingit. ὀλίγα δὲ καὶ παραφρονέειν τι ταῖς τοιαύταις. A

Ex ſuppreſſa muliebrium abundantia inflammationem ſubnaſci, indéque ſuppurationem fore docet diſertis verbis Hippocrates lib. 1. περὶ γυναικ. & Gal. Comm. in aph. 57. lib. 5. Quin & malè habiti menſes graueolentes & fœtidi permixta humorum acrimonia & corruptela, vterum interdum lacerant & pus deducunt. Cui rei adhibenda maxima cura eſt, & vt ſcribit Hippocrates lib. 1. περὶ γυναικ. [illegible]. Remorati quoque menſes, aut craſſiores, aut glutinoſiores, aut etiam ex morbo, aut obſoluto & conniuente vteri oſculo, ſtrangulatum, febres, & interdum delíria conuehunt, grauioréſque multò nonnunquam caſus, quorum mentionem facit Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. etc.

Qui lumborum & lateris dolore abſque vlla occaſione tentantur, ij in morbum regium incidunt. 115 Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα καὶ πλευροῦ αἰὼν προφάσιος, ἰκτερώδεες γίνονται.

In ictericis iam diu confirmatis & morbum trahentibus, lumborum & lateris dolor plurimùm fatigat, idque vbi induruit hypochondrium aut viſcus aliquod, aut inflammatione vexatur hepar. Alioqui lateris & lumborum dolor parum ad icterum denunciandum conferunt, & ſigna ſunt ἀπροφάσιστα, indiſtinctumq́; pronunciatum faciunt. B

Ex ſanguinis eruptionibus vehementes die iudicatorio obuenientes perfrictiones, peſſimæ. 116 Αἱ ἐν κρισίμοισιν ἐκ τῶν αἱμορραγιῶν περιψύξιες νεανικαὶ, κάκισται.

Vehementes totius corporis perfrictiones diebus iudicatoriis ex hæmorrhagia obuenientes, tantùm non naturam leuant, vt morbum recrudeſcere & nouas ſubortas iniurias ſignificent, ideóque damno ſunt. Aliter paulò ſcripta eſt hæc ſententia Prorrh. 134. vbi vehementes ſanguinis eruptiones cum perfrictionibus iudicatoriis ſugillantur, & aliam agnoſcit lectionem Galenus, iudicatorias totius corporis perfrictiones, vehementes ſanguinis eruptiones ſiſtere & remorari. Quam notionem etiam amplectuntur exemplaria quædam manuſcripta. κρατέουσι pro κάκισται legunt, niſi quòd perfrictionibus vehementiam, non ſanguinis eruptionibus attribuit. C

Sanguinis ex parte aduerſa profluuium, malum eſt, velut ſi in lienis tumore ex dextra nare effluat. Et circa præcordia idem ſpectari oportere exiſtimandum eſt. 117 Τὸ ἀνάπαλιν αἱμορραγέειν, πονηρὸν, οἷον ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ τῶν δεξιῶν. καὶ ὑποχόνδρια ὡσαύτως.

Celebratiſſima eſt hæc ſententia & ex media Hippocratis OEconomia petita, & in humorum tranſmutatione & effluxibus inſigniter decantata. In naturæ namque motibus ſemper ſpectandam eſſe ἰθυωρίαν, directionem, rectum partis ſitum, & τὸ κατ' ἴξιν, vbique docet Hippocrates, veluti ea quæ ex oppoſito & aduerſa parte fiunt, perpetuò damnantur. Sic in ſanguinis profluuio τὸ ἀνάπαλιν αἱμορραγέειν eleuat Hippocrates, & in abſceſſuum doctrina τὸ ἐπὶ τὰ ἀντία ῥέποντα lib. 2. epid. Ad hunc verò locum explicandum plurimùm facit quod ſcribitur lib. 2. & 6. epid. κατ' ἴξιν δὲ [illegible]. Quòd autem hæc ſententia repetatur Prorrh. 125. hic eam ex melioribus codicibus diſtinximus, etſi quædam exemplaria ſuperiori connectunt. Huius etiam pronunciati meminit Galenus Comment. 1. in Prognoſt. & Comment. ad aphoriſ. 21. lib. primi. D

Qui ex vulnere ſubinde rigentes ſanguinem profundunt, ij malignè habent, ac inter loquendum de repente moriuntur. 118 Τὰ αἱμορραγέοντα, ἐπιρριγέοντα τρώματα, κακοήθεα, διαλεγόμενοι λανθάνουσι τελευτῶσι.

Prorrh. 128. ex quo tranſlata videtur hæc ſententia, pro ἐπιρριγέοντα ἐπιδιδόντα legitur, eamque lectionem agnoſcit Galenus.

Quibus quinto die liberales ſanguinis profuſiones contingunt, & ſexto nouo oborto rigore corripiuntur, ſeptimo perfrictionibus tentati celeriter recaleſcunt, iis alui malè afficiuntur. 119 Τὰ πεμπταῖα αἱμορραγέοντα λάβρως, ἕκτῃ ἐπιρριγώσαντα, ἑβδόμῃ περιψυχθέντα, ἀναθερμανθέντα ὀξέως, τούτοισι κοιλίαι πονηρεύονται. E

Liberalis ſanguinis ex naribus profuſio quinto die contingens, interdum illuſtrem habet iudicationis prærogatiuam, vt lib. 1. epid. in Metone, interdum verò paruam, vt inter morbi initia, præſertim verò ſi rigor ſexto die, aut perfrictiones ſeptimo, cum febris reuocatione, velut malorum cumulus, ſuccedant. ἀναθερμανθέντα enim Galeno τὸ ἀναπυρέττειν ſignificat, & οἱ ἐκ περιψύξεως ἀναθερμαινόμενοι damnantur in Prorrhetico. In naturæ motibus ritè procedentibus rigor hæmorrhagiam præcedit, & tunc totum conatum ad totius corporis expurgationem intendit. Eſt interdum vbi ſanguinis largam fluxionem rigor ſequitur, eamq́; ſiſtit, vt ſcribitur in Prorrh. [illegible]. Sed vbi ſanguinis profluuio ſuccedunt rigores, diuturni ſunt & maligni, vt ſcribitur in Prorrh. [illegible], aut (vt alij ſcribunt) [illegible] autem κοιλίαι de alui vitiis & affectionibus intelligitur Galeno, quæ ad caloris natiui imbecillitatem ſuccedunt, & ἐξυγραίνεσθαι aut [illegible] ſignificat. F

A ſanguinis eruptione nigrorum per aluum egeſtio malo eſt. Quin & prærubræ ac æruginoſæ deiectiones damno ſunt. Quibus eiuſmodi ſanguinis eruptiones quarto die contingunt, tandem ſopore & conuulſione conflictati moriuntur, prægreſſis nigris deiectionibus & ventre in tumorem ſublato. 120 Μεθ' αἱμορραγίην μελάνων διαχώρησις, κακόν. πονηρὸν δὲ καὶ τὰ ὑπέρυθρα ἰώδεα. τεταρταίοισιν αἱ τοιαῦται αἱμορραγίαι, κωματώδεες ἐκ τούτων σπασθέντες θνήσκουσι, μελάνων προδιελθόντων, καὶ κοιλίης ἐπαρθείσης.

Scriptum eſt hoc præſagium Prorrh. 127. paulo tamen aliter, ibique eſt à Gal. explicatum. De nigris autem deiectionibus habes Hippocratis & Gal. ſententiam aph. 21. & 23. lib. 4. G

In præcipiti malo quæ poſt ſanguinis eruptiones & nigrorum per aluum refuſiones ſurditas obuenit, malum denunciat. In his ſanguinis egeſtio perniciem affert, ſurditas autem ſoluit. 121 Μεθ' αἱμορροΐας καὶ μελάνων διαχωρήσιας ἐν ὀξεῖ κώφωσις, κακόν. αἵματος διαχώρησις τούτοισιν ὀλέθριον. κώφωσις δὲ λύει.

Reperitur hæc ſententia Prorrh. 129. paulò tamen immutato ſenſu. Illic enim in ſanguinis eruptione parcitatem damnat, & ſurditatem diſcuti ſanguinis per aluum egeſtione ſcribit. Hic vero ſurditas huiuſmodi ſanguinis egeſtionem ſoluit, ex aphoriſm. 28. libri quarti.

Quibus ſanguinis eruptiones diu perſeuerant, in iis temporis progreſſu aluus malè afficitur, niſi vrina concocta prodierit. Ac fortaſſis tale aliquid diluta vrina denunciat. 122 Οἷσιν αἱμορραγίαι πλείους, προϊόντος χρόνου κοιλίαι πονηρεύονται, ἢν μὴ οὖρον πέπον ἔλθῃ. ἄρα γε δὲ ὑδατῶδες οὖρον τοιοῦτόν τι σημαίνει. H

Iiſdem verbis reperitur hæc ſententia Prorrh. 133. & aliis verbis effertur aphoriſm. 27. lib. 4. quem antea expreſſit hoc præſagio ſent. 154. Non neceſſe tamen eſt poſt ſanguinis eruptiones aluum ſemper effundi, cùm ex hæmorrhagia interdum reſiccetur, &

A ἐξ αἱμοῤῥαγίας ὑπόχλωροι γίνονται notetur in Prorrh. Sed quòd ſpiritu cum ſanguine exhauſto, calorem natiuum languere plærumque accidat, vnde & concoctiones deficere, cæteráque naturæ munia ignaua eſſe contingat, ac vrinas dilutas & aquoſas velut caloris imbecilli indices prodire. Ac ſanè ſuperfluum videretur huius præſagij extremum membrum ex Prorrh. 132. tranſlatum, niſi ex manuſcriptis exemplaribus in Prorrh. adſcriberetur, & à Galen. in Commentario ſubindicaretur, vt noſtris in Prorrh. Scholiis teſtati ſumus.

113 Οἷσιν ἐπὶ αἱμοῤῥαγίῃ λάβρῳ πυκνῇ μετὰ μελάνων συχνὴ διαχώρησις, ἐπισχέσιος δὲ αἱμοῤῥοοῦσιν, οὗτοι κοιλίης ὀδυνώδεες, ἅμα δέ ποι φύσῃσιν εὔφοροι. ἆρά γε τουτέοισιν
II ἐφιδροῦσι πολλοῖσι ψυχροῖσι; τὸ ἀναταρασσόμενον οὖρον ἐν τούτοισιν οὐ πονηρὸν, οὐδὲ τὸ ἐφιστάμενον γονοειδές. ἐπὶ πολὺ δὲ ὑπὸ ὑδατώδεα οὐρέουσιν.

Quibus ex larga & frequenti ſanguinis eruptione, copioſa fit nigrorum deiectio, cum alui vero ſuppreſſione ſanguinem profundunt, iis aluus dolore conflictatur, vnà autem cum quibuſdam flatibus tolerabilius ferunt. Ac fortè hi copioſis, frigidis & tenuibus ſudoribus diffluunt. In his return bata vrina mala non eſt, neque quod in ea inſidet genitali ſemini ſimile. Vt plurimùm autem hi dilutas vrinas reddunt.

Repetitur hoc præſagium Prorrh. 140. Ac neque hoc loco magis reputauit variam ſignorum vim hic author & efficaciam, ſed indiſtinctum præſagium effecit, paulùm variata dictione. Quod autem hic legitur, ἅμα δὲ τῇσι φύσῃσιν εὔφοροι. in Prorrhetico melius
C ſcribit, ἅμα δὲ πνεύμασι εὔφοροι. Vnde etiam probatur manu ſcripti exemplaris lectio quæ habet, ἅμα δὲ τῇσι φύσῃσι. inde enim deducta videtur. Sed nos ἅμα δέ ποι legimus.

114 Οἷσιν ἐκ ῥινῶν ἐπὶ κωφώσει καὶ νωθρότητι μικρὸν ἀποστάζει, ἔχει τι δύσκολον, ἔμετος τούτοισι συμφέρει καὶ κοιλίης ταραχή.

Quibus cum ſurditate & torpore paucus è naribus ſanguis ſtillat, nonnihil moleſtiæ exhibet, iis vomitus & alui perturbatio confert.

Præſagium eſt Prorrh. 141. * hic repetitum & iam antea expreſſum, vbi neque pro dignitate δύσκολον ſatis reputatur cum non in leuibus malis apud Hippocratem reponatur. Vomitus autem & alui perturbatio, etſi humorum tranſpoſitione & vacuatione iuuare poſſunt, diſtinctione tamen indigent, quam ex Galeno haurias licet.

* Sent. 208.

D 115 Αἱ ἐν ἀρχῇσι μεγάλαι αἱμοῤῥαγίαι περὶ ἀνακομιδὴν κοιλίας καθυγραίνουσι.

Quæ magnæ ſunt in principiis ſanguinis eruptiones, dum ægri vires recolligunt, aluos effundunt.

Neque ſolum morborum initiis iſtud contingit, ſed quandocumque aut vndecunque largæ ſanguinis effluxiones fiant, vt antea ſent. 154. & 332. ex aphoriſmis ſcriptum eſt.

116 Τὰ ἐκ ῥινῶν λάβρα ῥεῖν ἀποληφθέντα, ἔστιν ὅτε σπασμὸν ἐπικαλέσηται, φλεβοτομίη λύει.

Largæ ſanguinis ex naribus eruptiones per vim ſuppreſſæ, interdum conuulſiones accerſunt, vnde liberat venæ ſectio.

Aliter effertur hæc ſententia Prorrh. 145. atque vtraque lectio vera eſt. Vehementes enim, multæ ac liberales ſanguinis è naribus eruptiones, promptè ad conuulſiones deducunt. Aut quæ per vim ſiſtuntur largæ ſanguinis eruptiones, hoc eſt, fronti, ceruici,
E aut capiti adhibita nimia refrigerantium remediorum copia (quod interdum fieri ſolet) conuulſionibus viam aperiunt. Quæ Galeni explicatio hanc lectionem, quæ βίῃ ἀποληφθέντα habet, magis probat. Quomodo autem venæ ſectio remedium afferat, à Galeno petendum eſt.

117 Αἱ ἑνδεκαταῖαι στάξιες, δύσκολοι, ἄλλως τε κἢν δὶς ἐπιστάξῃ, καὶ ἢν ἐπιστάξῃ.

Sanguinis è naribus ſtillationes quæ vndecimo die contingunt, moleſtiam afferunt, tum vero præſertim ſi bis ſanguis ſtillarit, aut rurſus nares ſtillare cœperint.

Prorrh. 148. aliter ſcribitur hoc præſagium. Verum in vniuerſum in Hippocratis doctrina ſanguinis ſtillationes (quod antea ſcripſimus) multis decretis configuntur, non eæ modò quæ vndecimo die contingunt, id tamen præſertim ſi diebus criticis appa-
F rent. Quòd ſi diebus indicibus ſtillare nares cœperint, ac poſtea diebus iudicatoriis ſtillatio repetierit, inter peſſima ſigna, non δύσκολα tantum reponendum, cùm fractum & irritum naturæ conatum ſignificet. Idque videtur eſſe ἐπίσταξις Hippocrati. In Prorrhetico codices Regij manuſcripti huius præſagij lectionem propiùs aſſequuntur, cum κἢν τε ἐπιστάξῃ legunt. Hic vero vtraque lectio, tum manuſcriptorum tum etiam publicatorum exemplarium appenditur, vt facilè appareat alteram ab aliquo margini aſcriptam in contextum irrupiſſe, atque pro ἢν τε ἐπιστάξῃ, κἢν δὶς ἐπιστάξῃ appoſitum fuiſſe. Atque certè parum referre videtur, an καὶ ἢν ἐπιστάξῃ, an κἢν τε ἐπιστάξῃ, an verò κἢν δὶς ἐπιστάξῃ legatur.

118 Ἐπὶ αἵματος ῥύσει πολλῇ, ἢ λυγμὸς, ἢ σπασμὸς κακόν.

In copioſa ſanguinis fluxione, aut ſingultus, aut conuulſio, malum denunciant.

Ex aph. 3. lib. 5. & 9. lib. 7. deſumpta eſt hæc ſententia Hippocrate digniſſima.

119 Τοῖσιν ἕως ἐπὶ τὴν ἑβδόμην δύναμιν μετ' ἀχροίης, καὶ
G πνεῦμα ἀθροιζόμενον ἐν τῇσιν ὁδοῖσι, καὶ γῆς ἐπιθυμίην, αἵματος φθορὴν καὶ ἔκλυσιν σημαίνει.

In his qui ad ſeptimum progreſſi ſunt cum coloris fœdatione, inter ambulandum ſpiratio coaceruata, & terræ appetentia, ſanguinis corruptionem ac virium exolutionem denunciat.

Phraſis eſt admodum inſolens & obſcura, ideóque ſuſpecta. Cornarius δύναμιν ἀνακομιζόμενοι, aut aliud quid tale, ad faciliorem intelligentiam, aut legiſſe aut ſubintellexiſſe viſus eſt. Mihi nil aliud hac ſententia ſubindicari videtur, quàm in his qui diuturna coloris fœdatione, aut viſcerum impuritate laborarunt, cum denſa & concitata ſpiratione, & terræ appetentia, inſignem humorum cacochymiam ac corruptelam, indeq; virium exolutionem portendi. Cuius ſententiæ notio ex Prorrhetici ſecundi verbis petenda videtur. οἷσι δὲ τὰ χρώματα νοσώδεα ἐστὶ παρὰ τὸν πολὺν χρόνον, ξυνεχέως δὲ μὴ ἰκτεριώδεα ἐστὶν, οὗτοι καὶ τὴν αἰδοίου καὶ τῶν γυναικῶν, κεφαλὴν ἀλγέουσι, καὶ λίθους τι καὶ γῆν τρώγουσι, καὶ αἱμοῤῥοΐδας ἔχουσι. τὰ δὲ χλωρὰ χρώματα οὐ χολώδεα ἐστὶ, εἰ μὴ ἰσχυρῶς ἰκτεριώδεά ἐστι, τὰ μὲν ἄλλα τὰ αὐτὰ τούτοισι ξυμβαίνει, αἰτίη δὲ τῶν λίθων τούτοις καὶ τῆς γῆς τρώξιος τὰ ὑποχόνδρια λυπεῖ μᾶλλον, ἢ τοῖσιν ἑτέροις. ὁκόσοι δὲ πολὺν χρόνον ὠχροὶ φαίνονται, καὶ τὰ
H πρόσωπα ἐπηρμένα ἔχοντες, οἰδέειν χρὴ τούτους τὴν κεφαλὴν ἀλγέοντας, ἢ τὰ σπλάγχνα ἀλγέοντας ἔχοντας, ἢ ἐν τῇ ἕδρῃ κακόν τι ἐνεόν. τοῖσι δὲ πλείστοισι τῶν τοιούτων γινομένων, ἢν ἕν τι τούτων τῶν κακῶν φαίνηται, ἀλλ' ἔστιν ὅτε πολλὰ, ἢ καὶ πάντα. Quibus ſententiis paulò diffuſiùs, quod hic preſſiùs, exprimitur. Celſus autem cap. 7. lib. 2. his verbis contrahit. Quibus diu color ſine morbo regio malus eſt, hi vel capitis doloribus conflictantur, vel terram edunt. Qui diu habent faciem pallidam, & tumidam, aut capite, aut viſceribus, aut aluo laborant. Hic autem ἀχροίη pro colore fœdo & deprauato ponitur, qualis in magna crudorum & vitioſorum humorum coaceruatione & cacochymia conſpici ſolet, vnde & terræ ac rerum aridarum appetentia, velut in mulieribus malacia aut pica laborantibus, cæteráque ciborum faſtidia læſo ventriculi oſculo contingunt, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 61. lib. 5. Diximus autem ad ſeptennium progreſſos, vt diuturnam coloris deprauationem indicaremus, ac ſuſpectam & inſolentem phraſim quà poſſemus ratione, codi-

cum ope deſtituti, exprimeremus. Exemplaria quædam Regia manuſcripta, τὴν νόσον ἐξ ἰδίων legunt, quæ lectio Prorrhetici A
ſecundi ſenſum magis refert. ἀλύζομεν autem πνεῦμα aut ἀλιζόμενον, ab ἄλις quod frequens eſt apud Hippocratem, inter obſcuras & inexplicatas dictiones reponendum. Ac videtur ea dictione coaceruata ſpiratio intelligi, velut concitata & denſa, qualis vitio laborantibus viſceribus ac præcordiis, vel minimo labore contingit. Quod effecit vt illud ἐν τῷ περιιέναι, inter ambulandum dixerimus, quod inſigni cacochymia laborantibus, vbi vel minimum ſe commouent, difficilis illa reſpiratio contingit. Quibus ſic ſe habentibus non eſt difficile ſanguinis vel humorum corruptelam, aut languentibus præcipuis viſceribus, virium exolutionem, ac cætera quæ Prorrhetico ſecundo deſcribuntur, ſuſpicari. Præceptor autem Holierius ἀλυζόμενον πνεῦμα magis probat, hoc eſt, ſpiritum anxium, vt ab ἄλη aut ἀλυσμὸς deducatur, aut ab ἀλύειν & ἀλίζειν. Sed nos iſtius dictionis notationem & teſtimonia aliâs expreſſimus. Porrò hic eſt admonendum omnia exemplaria τὴν ἐπιθυμίην legere, iſta tamen mihi potior lectio viſa eſt, vt τῆς ἐπιθυμίης ſcribatur.

Diuturnis in morbis paruæ apparentes ſanguinis ex naribus fluxiones, perniciem oſtentant.

140 Ἐν τῇσι μακρῇσι τὰ μικρὰ ἐπιφαινόμενα αἱμοῤῥοώδεα, ὀλέθρια. B

In longis morbis, qui coctione aut abſceſſu leuari debent, non parum ſuſpectæ ſunt paruæ & ex interuallis ſanguinis ex naribus fluxiones, vt quæ hepatis & venoſi generis affectionem & exolutionem indicent. Quin & μικρὰ ἐπιφαινόμενα vocantur, quæ non pro dignitate morbi leuant aut apparent.

Tenebricoſas vertigines circa initia ſanguinis ex naribus fluxio ſoluit.

141 Τὰ σκοτώδεα ἐξ ἀρχῆς αἱμοῤῥοίη ῥινὸς λύει.

σκοτώδεις dicuntur Hippocrati tenebricoſa vertigine vexati, aut quibus tenebroſæ caligines circum oculos verſantur. Quibus igitur in capite magna caliginoſorum vaporum & flatulentorum humorum abundantia ex feruidiore ſanguine collecta eſt, aut ex C
humorum efferueſcentia tanta fit turbulentorum ſpirituum agitatio, vt tenebras oculis offundat, eos leuare poteſt circa initia ſanguinis ex naribus fluxio, alioqui maioris morbi metus iniicitur, & epilepſia aut apoplexia timenda eſt. Illud verò ἐξ ἀρχῆς ad vertigines quæ initio cientur ex plethora quadam particulari, aut ex recurſu quodam ſanguinis ſymptomatico in febre acuta, & fumidis vaporibus ab impuro ſtomacho, aut inflammatis viſceribus exhalantibus, quarum ſolutionem ſanguinis ex naribus profluuium non temerè procurat. Videntur autem hæ duæ ſententiæ antea vno præſagio comprehenſæ & ad aurium tubercula relatæ, ſent. 105.

Vbi ſanguis ex naribus effluxit, totius corporis perfrictio cum tenuibus ſudoribus morbi malignitatem denunciat.

142 Τὰ ἐκ ῥινῶν σμικροῖς ἱδρῶσι περιψυχόμενα, κακοήθεα.

Prorrhetico 126. ſcripta eſt hæc ſententia, & antea † quoque hoc præſagio expreſſa. D

† *Sent. 40.*

In corporis perfrictione cum torporis ſenſu, ſanguinis detractio, mala eſt.

143 Αἵματος ἀφαίρεσις ἐν καταψύξει νενωθρευμένῃ, κακόν.

Illud indiſtinctè pronunciatum cautione indiget. Neque enim in his fluxionibus in quibus humores corporis concreſcunt, fixi ſunt, ac congelantur, quales ſunt apoplexia, aut catalepſis, aut in quibus (vt loquitur Hippocrates) † διαφθειρόμενον τὸ αἷμα, καὶ τὰ πνεύματα ὑπ᾽ ἀποψύξιος ἐν αὐτῷ τὰς κατὰ φύσιν ὁδοὺς βαδίζειν, καταψύξιες γίνονται ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ σκοτώσιες, καὶ ἀφωνίη, omnino interdicenda eſt ſanguinis miſſio, ſed accurata prius præparatione opus eſt, vt frictionibus, ligaturis, corporis concuſſione & motu, fotibus, vnctionibus, ac cæteris id genus, vt ſanguis craſſior & frigore congelatus recaleſcat, attenuetur, & liberius effluat, alioqui periculoſa eſt ſanguinis miſſio in tanta frigiditate. Quod conſilium ex Hippocrate etiã ineundum eſt, cum ſcribit, ″ ἀλλὰ χρὴ τοὺς τοιούτους σπασμώδεας φλεβοτομεῖν ἐν ἀρχῇσιν ἀδεῶς, μετέωρον ἔτι ὄντων πάντων τῶν λυπεόντων πνευμάτων καὶ ῥευμάτων, εὐαλωτότερα γὰρ ἐστι. Verùm hæc ſententia de torpida perfrigeratione accipitur, quæ caloris natiui extinctionem & virium exolutionem ſequitur. Sunt qui ſanguinis detractionem ex naribus intelligant, vt præceptor Hollerius. Certum autem eſt hæmorrhagiam ex naribus in morbis cum perfrictione & torporis ſenſu non parum eſſe ſuſpectam. E

† *Lib. 4. de rat. vict. in morb. acut.* ″ *Lib. 4. de rat. vict. in morb. acut.*

Qui ſuppreſſa aluo ſanguinem ex naribus fundũt, & vna cum ſanguinis profluuio ſubinde rigent, iis aluus inteſtinorum læuitate laborat & obdureſcit, aut tenues lumbrici (aſcarides dicti) infeſtãt, aut vtrunq;.

144 Ὅσοι κοιλίης ἐπιστάσης αἱμοῤῥοοῦσι, καὶ ἐπιῤῥιγοῦσι ἅμα τῇ αἱμοῤῥοῇ, τούτοισι κοιλίην λειεντεριώδεα ποιέει, καὶ ἐπισκληροῖ καὶ ἀσκαρίδας, ἢ ἀμφότερα.

Prorrhetico 138. aliter legitur hoc præſagium & cum dubitandi nota, quæ & in quibuſdam manuſcriptis exemplaribus retine- F
tur, licet vitioſa ſit ſcriptio, ἆρα τῷ αἱμοῤῥοεῖν, pro ἅμα τῷ αἱμοῤῥοεῖν. Quæ Dioſcoridis videtur eſſe lectio, cuius meminit Galenus in Comm. Prorrh. Et alioqui facilis eſt lapſus communis lectionis ἆρα pro ἅμα.

Qui ſtatis temporibus ſanguinem fundunt, ſi ſiticuloſi ſint, neque ſanguinem profuderint, comitiali morbo pereunt.

145 Τὰ τεταγμένοισι χρόνοισιν αἱμοῤῥοώδεα, διψώδεα, μὴ αἱμοῤῥαγήσαντα, ἐπιληπτικῶς θνήσκει.

Prorrh. 131. repetitur hoc præſagium ac paulò aliter exprimitur.

Ex venis in ano ſanguinem fundere ſolitis aliquantum apparentibus, tenebricoſæ vertigines obortæ, paruam ac ſenſim factam partium reſolutionem indicant, ex quo liberat venæ ſectio. Ex quicquid huiuſmodi apparere ſolet, mali aliquid denunciat.

146 Ἐξ αἱμοῤῥοΐδος ὀλίγον ἐπιφανείσης σκοτώδεα ἰλιγγώδεα, παραπληγικὸν μικρὸν καὶ ἐπ᾽ ὀλίγον σημαίνει. λύει G
φλεβοτομίη. καὶ πᾶν δὲ οὕτως ἐπιφαινόμενον, κακόν τι σημαίνει.

Hæc vacuationum intra modum ſubſiſtentium genere concluduntur, & velut exemplum quoddam proponuntur, quo fatiſcentes naturæ vires ſubindicantur. Præcipuè verò venarum per anum ſanguinem fundere ſolitarum ſuppreſſio hoc præſagio ſugillatur, ex qua plethorica ſymptomata plurima & morbi ex redundantia gignuntur, de qua ſcribitur libris Epid. ac præcipuè aph. 28. ſect. 3. lib. 6. & Galeno Com. ad aph. 10. ſect. 6.

Quos palpitationes in totum occupant, num voce defecti intereunt?

147 Οἱ παλμώδεες δι᾽ ὅλου, ἆρά γε καὶ ἄφωνοι τελευτῶσι.

Hoc præſagium penè iiſdem verbis repetitur Prorrh. 50. H

Ex tremoribus quæ conuulſiones fiunt cum ſudoribus, recidiuas minantur. In his iudicationem facit nouus ſubinde obortus rigor. Sed is priùs ardore circa ventrem exorto prouocatur. Somnus in his multus conuulſionem minatur, & frontis grauitates, ac mictio moleſta eſt.

148 Τὰ τρομώδεα σπασμώδεα γινόμενα ἐφιδρῶσι, φιλυπόστροφα. τούτοισι κρίσις ἐπιῤῥιγώσασι. ἐπιῤῥιγοῦσι δὲ ἤτοι ἐπὶ κοιλίην καύματι προεκληθέντες. ὕπνος πολὺς ἐν τούτοισι σπασμώδης, καὶ τὰ ἐς μέτωπον βάρεα, καὶ οὔρησις δυσχερής.

Præſa-

A Præſagium eſt Prorrhetico 105. repertum, & ab interpretibus Hippocratis (vt ſcribit Gal.) varia lectione exagitatum. Cuius pars extrema ex Prorrh. 109. velut ex concurſione, ita variis diuerſæ naturæ caſibus ſuffarcinata, huc eſt temerè aſſuta. Verùm hic αἱ ἐς μέτωπον βαρέα legitur, vbi in Prorrh. τὰ ἐς μέτωπον ἀλγήματα βαρέα.

109 Οἱ ἐν ὑστερικοῖσιν ἄπυρεοι σπασμοὶ, εὐχερέες.

In vteri ſtrangulatu non antea expertæ conuulſiones, faciles ſunt.

τὸ εὐχερὲς hic facile & τὸ ἀκίνδυνον ſignificare videtur, vt nō antea cognitas aut expertas in vteri ſtrangulatu conflictatis conuulſiones, minimè ſuſpectas, aut periculo vacare indicet. Poteſt etiam ſignificari propenſio quædam ad conuulſiones, quòd huiuſmodi mulieres vteri ſuffocatione laborantes, ad conuulſiones valde ſint procliues, & alioqui vterus ipſe valde animatus & ſenſilis, conuulſionibus non parum ſit opportunus, vt ex multis hiſtoriis lib. Epid. & Galeno lib. 6. de loc. aff. ſatis patet. Quem in ſenſum etiam ſumpſimus Prorrhetici ſententiam 119. vbi hoc præſagium repetitur, etſi ἄπυροι in omnibus exemplaribus legitur, quod illic
B ἄπυρος, vt hic ἄπυροι legendum eſſe fortè conicias. Cui lectioni ſuffragatur poſtea hoc præſagio ſent. 531. & 554. Neque verò refert ἐν ὑστερικοῖσιν, an verò ἐν ὑστερικῇσι legas, vt in Prorrhetico. ὑστερικαὶ enim vteri ſtrangulatus ſignificant, vt & ὑστερικαὶ dicuntur quæ ſtrangulari ab vtero ſuffocari videntur.

110 Τὰ σπασμώδεα ἀϊδρῶτι πτύελα περιρρέοντα πυρετώδει ἐοῦσι, ἀβλαβέα. τούτοισι ἐπεὶ κοιλίαι ὑγραίνονται. τάχα δὲ ἢ καὶ ἐς ἄρθρα ἀπόστασις.

Cum conuulſionibus & ſudore febrienti deſfluentia ſputa minimè mala ſunt. His præterea alui aliquantulum madeſcunt, ac fortaſſis aliquid ad articulos abſceſſurum ſperandum eſt.

Τὰ σπασμώδεα πτύελα videntur ab Hippocratis OEconomia aliena. Et certè apparet hoc eſſe tranſlatum ex fine Prorrhetici 121. vt totam iſtam ſententiam ex Prorrh. 122. aſſumptam eſſe conſtat. Quanquam iſtius quoque lectionis meminit Galen. & ἀϊδρῶτι quoſdam legiſſe ſcribit, vbi ἀϊδρῶτι habent exemplaria publicata, quædam etiam cum manuſcriptis ἀϊδρῶτι, vt hic meliùs retine-
C tur. Hic quoque melius ἀβλαβέα quam ἀϊδέα legitur, cùm ἀσινέα Galenus exponat in Prorrhetico. Variant hic etiam exemplaria. Quædam namque τούτοισι ἢν legunt, vt & meliora ὑγραίνονται pro ὑγραίνονται.

111 Οἷσι ἐν σπασμώδεσιν ὀφθαλμοὶ ἐκλαμπρύνουσι ἀτενέες, ὅτι παρ' ἑωυτῶν εἰσὶ, διαγινώσκουσί τε μακροτέρως.

Quibus in conuulſionibus oculi intentè ſplendent, iis mens non conſtat, & diutiùs morbum trahunt.

Videtur ex Prorrh. 124. huc tranſlatum eſſe præſagium. Sunt autem phreniticorum indicia oculi immoti, fixi & intenti, aut intentè relucentes, quod ex media Hippocratis doctrina hauriendum eſt, vt ὄμματα ὀρθὰ, ὄμμα ξηρὸν, aut ὄμματα ξηρὰ. Et huic ſententiæ lumen adfert quod ſcriptum eſt li. 6. Epid. † ὄμματα ξηρὰ ἀναστρεφόμενα. Vitioſa ſunt autem exemplaria editita, quæ ἐκλαμπύνουσι aut ἐκλαμπρύνουσι aut ἐκλαμπρύνονται legunt, pro ἐκλάμπουσι. In iis enim velut in ira admodum percitis oculi relucent ac
D micant. Quod expreſſit in Turno Virg. *

—— totoque ardentis ab ore
Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis.

ἀτενέες autem aut ἀτενεῖς, aut ἀτενέως (vt in Prorrhetico) legendum.

† Sect. 1. * Æn. lib. 12.

112 Τὰ σπασμώδεα ξὺν προξενώμενα κατόχως, τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει.

Quæ conuulſionis in morem affligunt, cum alto ſopore, quem catochum vocant tubercula ad aures attollunt.

E Prorrhetico 161. iiſdem ferè verbis exprimitur hoc præſagium, niſi quod ἀλγέοντα pro ἐπαίρει ponitur.

113 Τρομώδεσι, ἀσώδεσι, μικρὰ τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα, σπασμὸν σημαίνει κοιλίης πονηρευομένης.

In tremulis & anxietate vexatis, parui ad aures tumores excitati, conuulſionem denunciant, ſi aluus malè affecta ſit.

Videtur ex Prorrh. 162. expreſſa ſententia, quæ meliorem tamen hic nacta eſt intelligentiam. Ad finem Prorrh. parotidum prædictio conficitur, in ſopore, anxietate, capitis dolore, ſurditate, ac cæteris id genus tentationibus vexatis, quæ ſignorum naturam comprehendunt. Eſt autem vero ſimile in tremulis ex cerebri intemperie, ac neruoſi generis imbecillitate, cum magna corporis implaciditate, paruarum parotidum exortum tantum non leuare morbum, vt etiam conuulſionis ſpem accerſant, cùm non niſi pro morbi dignitate apparentes abſceſſus probet Hippocratis doctrina. Quod etiam potius continget malè affecta aluo, & morbi fomitem continente, humoribus ad cerebrum raptis & illuc momentum facientibus.

114 Τὰ σπασμώδεα καὶ τετανώδεα πυρετὸς ἐπιγινόμενος λύει.

F Conuulſiones & neruorum diſtentiones ſuccedens febris ſoluit.

Hippocratica eſt ſententia ex aph. 57. lib. 4. petita & libello περὶ χυμῶν ad finem repetita. Quin & in Epiſtola ad Demetrium Regem his verbis exprimitur, τὸν σπασμὸν πυρετὸς ἐπιγινόμενος λύει τὸ σῶμα.

115 Σπασμὸς ἐπὶ τρώματι, θανάσιμον.

Ex vulnere conuulſio lethalis.

Ex aph. 2. lib. 5. deſumptum præſagium, quod etiam hîc poſtea (vt in tumultuario opere) reperitur.

116 Σπασμὸς ἐπὶ πυρετῷ γινόμενος, ὀλέθριον. ἥκιστα δὲ παιδίοισιν.

Conuulſio febri ſuccedens, periculum denunciat, minimùm verò pueris.

Hæc ſententia cum ſequente ex Prognoſtico petitæ ſunt, & in eandem notionem coaleſcunt. Conuulſio igitur febri ſuccedens, etſi meritò ſuſpecta eſt, in pueris tamen timenda eſt, ſi in febre aluus nihil deiiciat, neque ſomnus accedit, ſed terrentur, flent, ac
G colorem mutant. At in his nuperrimè editis necdum ſeptimum annum excedētibus, minus periculum eſt (Alioqui promptiſſimè conuulſionibus prehenduntur, præſertimque ij qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent, vt ſcribitur aph. 25. lib. 3.) ξυνὸν γὰρ καὶ σπασθῆναι (vt ſcribit Hipp.) οἷον αἱ αἰτίαι ὁ σίνος ἡ ἡλικίη, ὁ τοῦ βίου. Grandiuſculos autem & adultos non adeo in febribus conuulſio prehendit, & alioqui maius periculum denunciatur, & vehementis admodum malitiæ ſignum aliquod adeſſe oportet.

117 Οἱ πρεσβύτεροι ἑπτὰ ἐτέων ἐν πυρετῷ οὐχ ἁλίσκονται ὑπὸ σπασμοῦ, εἰ δὲ μὴ, ὀλέθριον.

Adultiores & qui ſeptimum annum exceſſerunt, conuulſione in febre non prehenduntur, alioqui periculum denunciatur.

H 118 Σπασμῶν λυτικὸν πυρετὸς ἐπιγινόμενος ὀξὺς, μὴ πρότερον γεγονὼς. εἰ δὲ εἴη πρότερον γεγονὼς, παροξυνθείς. ὠφελεῖ δὲ καὶ οὔρων διέξοδος ὑαλώδης πολλὴ, καὶ ῥύσις κοιλίης, καὶ ὕπνοι. τῶν δὲ ἐξαπίνης σπασμῶν λυτικὸν, πυρετὸς, κοιλίης ῥύσις.

Conuulſionem ſoluit febris ſuccedens acuta, quæ prius nō aderat, aut ſi priùs adfuit, ingraueſcens. Confert autem & vrinæ vitreæ copioſus pertranſitus & alui fluxio, & ſomnus. Conuulſiones autem derepente ortas febris ſoluit ac alui fluxus.

Ambiguum eſt quid intelligat per οὔρων διέξοδον ὑαλώδη. Neque enim frequens eſt admodum iſta vrinarum apud Hippocratem attributio. Mihi certè ſignificare videtur οὖρον ὑαλῶδες, ac eam vrinam quæ multam pituitam vitream, aut potiùs albumineam, craſ-

ſam,frigidam & glutinoſam continet, ac eadem quæ in multis Epidemiôr hiſtoriis [illegible], ac poſtea in hoc Præſagio, dicitur, A & in pluribus conuulſione laborantibus ab Hippocrate in Epidemiis adſcribitur. Qua de re fuſiſſimè ſcripſimus noſtris in libros Epid. Annotat. Cùm autem conuulſiones fiant ab humoribus frigidis,lentis, ac pituitoſis, qui partibus neruoſis inſerti ſunt, nil mirum eſt huiuſcemodi materiæ per vrinas excretione, tanquam cauſæ vacuatione, morbum depelli. Adde quod etiam antea in morborum iudiciaria abſolutione, * [illegible] poſuit, quod illic pluribus verbis expoſuimus. Quod verò ad ſcriptionem attinet, meliora exemplaria ſcripta cum interpretibus ſecuti ſumus,etſi publicatis ſua* conſtare poteſt lectio, [illegible]. Quod verò ſequitur,quidam codices per ſe legunt. Sed cùm conſtet eadem notione comprehendi, ex melioribus exemplaribus huic ſententiæ attexuimus. Repentinæ autem conuulſiones dicuntur, quæ à proprio principio & ſine manifeſta cauſa inuadunt,ac ex repletione ortum habent,vt his verbis teſtatur Galenus. * [illegible]. Cuius quidem conuulſionis cùm duo ſint curationis ſcopi, concoctio & excretio (vt ſcribit Galenus †) B febris ſuo calore huiuſmodi materiam attenuat,digerit, calfacit,diſſoluit ac concoquit,quod etiam faciunt ſomni, alui verò fluxu deponitur, vacuatur & excernitur. Quem in locum etiam vacuationis ratione, ſubeunt, ſudores, vomitiones, ventris ſubductio (vt ſcribit Gal.Com.6. in lib.6.Epid.) & vrinarum abundantia, cuius meminit ſent.ſequente.

*Sent.151. * Com.ad aph.26.lib.2. † Com.ad aph.70.lib.5.

Loquendi impotentia in conuulſionibus multum perſeuerans,malo eſt.Quæ verò parum durat,aut linguæ ſyderationem, aut brachij, aut eorum quæ in dextra parte ſunt,denunciat. Soluitur autem magna vrinarum confertim & derepente prodeuntium abundantia.

159 Ἐν τοῖσι σπασμοῖσιν ἀναυδίη ἐπὶ πολὺ, κακόν. ἡ δὲ ἐπὶ μικρὸν, ἤτοι γλώσσης ἀποπληξίην, ἢ βραχίονος, καὶ τῶν ἐπὶ δεξιὰ σημαίνει. λύεται δὲ οὔρεσιν ἐξαπίνης ἐλθοῦσι, πολλοῖσι, ἀθρόοισι.

C

Illud ἐν τοῖσι σπασμοῖσιν, quod vitioſè in publicatis exemplaribus ſuperioris ſententiæ fini adſcribitur,cum interpretibus huic ſententiæ annexuimus,quæ apoplexiæ præſagium inſtituere videtur. Longa enim & diu perſeuerans ſermonis impotentia, vt valde appetitum cerebrum, ſummamque animalis facultatis oppreſſionem, & multam humoris frigidi copiam & contumaciam indicat, ita non temerè totius corporis ſyderationem,aut validam apoplexiam ſuſpectat. Quæ verò parum durat loquendi impotentia, vt minora omnia habet, ita & debilem apoplexiam minatur, quæ partium aliquarum reſolutione plærumque dependitur & abſoluitur. Quinetiam cùm σπασμοῦ nomine epilepſiam non rarò intelligat Hippocrates (vt conſtat ex aph.70.lib.5.)quod epilepſia totius corporis conuulſio quædam ſit,vt ſcribit Galenus Comment.6.in lib.6.Epidem.poteſt hoc præſagium de morbo comitiali intelligi,qui interdum probro quodam & quarundam partium intertrimento reliquam vitam contaminat. Nam & præcipuas partes appetit, & vultum ipſum fœdiſſimis peruerſionibus, aut nobilium ſenſuum priuatione deformat, & partium quarundam impotentiam ac ſyderationem affert, vt fuſiùs ex Aretæo vetuſtiſſimo & nobiliſſimo ſcriptore noſtris in lib.2. Epid. Commentariis ſcripſimus. D Ex quo etiam Hippocrates ipſe in morbi comitialis ſolutione, [illegible] & [illegible] ponit. ἀποπληξίην autem reſolutionem Hippocrati & partis cuiuſdam paralyſin per abuſionem ſignificare, non eſt admodum inſolens. Sic quoque ἀναυδίην loquendi aut ſermocinandi impotentiam ſumimus,non vocis priuationem (vt Cornarius) quod multum ab ἀφωνίᾳ diſtet,vt aliàs perſæpe docuimus. Nec ſanè mirum eſt inde linguæ ſyderationem portendi,cùm ἀναυδίη vocem præpeditam,ac voci deſtinatorum organorum reſolutionem ſignificet, vt teſtatur Galenus Commen.3. in lib.3.Epid. Multa autem, conferta ac repentina vrinæ copia conuulſionis cauſam vacuatione liberare poteſt,quæ eſt ritè inſtituta à natura mali abſolutio.

Sudores autem partim quidem ſenſim procedentes iuuant, partim vero vniuerſim effuſi, & quæ effatim fiunt ſanguinis detractiones nocent.

160 ἱδρῶτες δὲ, οἱ μὲν κατὰ μικρὸν, ὠφελέουσιν. οἱ δὲ ἀθρόα, καὶ αἱ τῶν αἱμάτων ἀφαιρέσιες αἱ ἀθρόοι, βλάπτουσιν. E

De ſudoribus conſummata eſt doctrina & prædictio in Prognoſtico & libello περὶ κρισίων. In criticarum autem vacuationum genere,quod vniuerſim & affatim effunditur ex iudicationis legibus damnatur. Sudores verò aceruatim & confertim effuſi, & ſanguinis detractiones quæ cumulatè fiunt,ſyncopas ac denique mortem etiam afferunt.Quinetiam quod toto genere præter naturam eſt, ſi affatim deturbetur, periculum affert, vt patet ex aph.27. lib.6. [illegible], vt ſcribit Aretæus. Sic etiam Hippocrates [illegible] vocat. Hanc autem ſententiam,quòd de conuulſionibus probe dicatur in iiſque locum habeat, priori ſententiæ annectunt quidam. Nos codicum pluralitatem ſecuti ſumus.

In neruorum diſtentionibus & iis quæ in poſteriorem partem fiunt diſſolutæ maxillæ mortem afferunt. Quinetiam lethale eſt in poſteriorum partium diſtentione ſudare & corpus diſſolui, ac in eodem malo per nares reuomere, aut vbi per initia vox defecta fuit, clamare aut nugari. Poſtridie enim affuturam mortem ſignificat.

161 Ἐν τοῖσι τετάνοισι καὶ ὀπισθοτόνοισι γνάθοι λυόμεναι, θανάσιμον. θανάσιμον δὲ καὶ ἱδροῦν ἐν ὀπισθοτόνῳ, καὶ τὸ σῶμα διαλύεσθαι, καὶ ἀνεμεῖν ὀπισθοτόνῳ διὰ ῥινῶν, ἢ ἐξ ἀρχῆς ἄφωνον ἐόντα βοᾶν, ἢ φλυηρεῖν· ἐς γὰρ τὴν ὑστεραίην θάνατον σημαίνει. F

Neruorum diſtenſiones aut rigores cùm annumerentur conuulſionibus valde præcipites afferunt exitus,& triplici genere diſtinguuntur. Modo namque ſcapulis caput, modo mentum pectori annectitur, modo recta & immobilis ceruix intenditur. Tetanum rigorem Celſus vocat, reliquas ſpecies emproſthotonum & opiſthotonum dicunt, & quod hic de duobus generibus effertur, Cornarius ad reliquam etiam diſtentionis ſpeciem extendit. Maxillæ autem diſſolutæ perniciem denunciant, cùm ſint τέτανοι (vt ſcribit Aretæus *) [illegible] G. Quin etiam lib.3. de Morb.in tetano, αἱ γνάθοι πεπήγασιν ὡς ξύλα. Et libr. [illegible], αἱ γνάθοι πήγνυνται. Quod etiam vtrobique opiſthotono attribuitur, & Aretæus omnibus diſtentionum generibus concedit. Sudores verò quòd ſyncopas minentur ac mortis rudimentum afferunt, corpuſque ac vires exoluunt, meritò ſuſpecti ſunt. Quod autem hic ſcribitur de reiectione per nares in poſteriorum partium diſtentione, inter mortis notas adſcribitur ab Hippoc. lib.3. περὶ νούσων, his verbis, [illegible]. Lib. verò [illegible] (quod etiam reperitur libello περὶ κρισίμων) [illegible], Aretæus etiam author ſua vetuſtate memorabilis,id his verbis indicat. ** [illegible]. Hæc quidem ipſis ineſſe dicuntur,omnes H quidem ſubito atque affatim inuadit affectus,tendonum & ſpinæ labor & intentio adeſt, ac muſculorum qui ſunt in maxillis & thorace. Inferiorem enim maxillam ſuperiori ita annectunt,vt neque vectibus,aut cuneis facilè dirimi poſſit. Quòd ſi quis per vim dentes ſeducens humorem inſtillauerit,non deglutiunt,ſed effundunt,aut in ore continent, aut in nares retruditur. Anguſtia enim faucium impingitur,& tonſillæ duræ & intentæ,eius quod deuoratur impulſioni non cedunt.Etſi hic locus in noſtris codicibus non ſatis mihi videtur integer. De vocis autem defectione, clamore, aut nugis, ſic ſcribitur lib.3.de Morb. [illegible]. Et vociferatur, & nugatur quandoque, neque ſeipſum poteſt continere,ſed interdum exilit,vbi dolore vexatur,vbi verò dolor remittit,quieſcit. Nonnunquam etiam ſimul ac morbo prehenduntur vox deficit,aut inſania,aut atra bile vexantur.Hi intra tertium diem voce libera moriuntur,& per nares reuomunt.

162 Πυρε-

A 362 Πυρετώδεα ὀπισθοτονώδεα, γονοειδέες οὐρήσιες λύουσι.

Febres cum poſteriorum partium diſtentione, vrinæ genitale ſemen referentes ſoluunt.

γονοειδέες οὐρήσιες vrinas genitali ſemini quiddam non abſimile continentes, eas eſſe quæ multam pituitam vitream, albumineam, glutinoſam, lentam & frigidam continerent, multis in locis diximus, præcipue verò noſtris in libr. 1. & 3. Epid. Annotat. Quomodo verò eiuſmodi vrinæ conuulſiones, veluti depoſita materia, liberent, antea ſatis explicatum videtur, & aliàs attingendum.

363 Τὰ κυναγχικὰ τὰ μήτε ἐν τῷ τραχήλῳ, μήτε ἐν τῇ φάρυγγι μηδὲν ἔκδηλον ποιέοντα, πνιγμὸν δὲ ἰσχυρὸν καὶ δύσπνοιαν παρέχοντα, αὐθημερὸν καὶ τριταῖα κτείνει.

Anginæ in quibus neque in collo, neque in faucibus quicquam apparet, ſed quæ in vehementem ſuffocationem ac ſpirandi difficultatem adferunt, eodem aut tertio die necant.

B Quæ de angina hîc ſcribuntur præcipua capita, proprium habent in Prognoſtico locum, vnde & tractationem & explicationem eruere debent.

364 Τὰ δὲ ἐπάρματα καὶ ἔρευθος ἐν τῷ τραχήλῳ λαμβάνοντα, τὰ μὲν λοιπὰ παραπλήσια, χρονιώτερα δέ.

Quæ verò tumorem ac ruborem in collo capiunt, in reliquis quidem eodem modo ſe habent, verùm diuturniores ſunt.

Secundum anginæ genus hîc deſcribitur, in quo attollitur ceruix & fauces rubent. Hîc verò ceruicem tantùm poſuit, vt in Prognoſtico ſolas fauces addidit. Quod autem ſcribitur, τὰ μὲν λοιπὰ παραπλήσια, hunc habet ex Hippocrate & Galeno ſenſum, τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίως πόνον παρέχειν, καὶ ὀλέθρια εἶναι. Hoc enim anginæ genus ſuperiore non minùs perículoſum eſt, ac in reliquis non minore C quidem dolore afficit, verùm diuturnius ſpatium accipit, nec perinde vt prædictum, celerrimè interficit.

365 Ὅσοισι δὲ συνεξερεύθη ἥ τε φάρυγξ, καὶ ὁ αὐχὴν, καὶ τὸ στῆθος, χρονιώτερα. καὶ μάλιστα ἐξ αὐτῶν σώζονται, ἢν μὴ παλινδρομέῃ τὰ ἐρυθήματα. ἢν δὲ ἀφανίζηται, μήτε φύματος συστραφέντος ἔξω, μήτε πύου ἀναχρεμπτομένου ῥηϊδίως καὶ ἀπόνως, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν, ὀλέθρια ταῦτα. ἀτὰρ γε ἔμπυοι γίνονται. ἀσφαλέστατον D δὲ τὸ ἔρευθος καὶ τὰς ἀποστάσιας ὅτι μάλιστα ἔξω τρέπεσθαι.

Præcipue autem malum prorogatur quibus non ſolum fauces, ſed ceruicē quoq; & pectus vna rubor occupat. Maximè vero poteſt inde ſecunda valetudo contingere, ſi rubores ad interna maximè reuertantur. Quod ſi euaneſcant, neq; in exteriores partes cōuerſum ſit tuberculum, neq; pus facile & ſine dolore excreetur, aut neq; iſta diebus iudicatoriis contingant perniciem denunciant. Ac fortaſſe etiam ſuppurati fiunt. Securitatis autem indiciū eſt à ruborem & abſceſſus ad externas quam maximè partes vergere.

Reliquum & tertium anginæ genus, cùm in fauces, aut ceruicem, aut pectus fluxio conuerſa eſt. Quod autem hîc συνεξερεύθη legitur, quidam codices ξυνεξαιρέθη (vt in Prognoſtico) ſcribunt. Interpretes tamen συνεξερεύθη legunt, & de rubore accipiunt.

ἢν μὴ παλινδρομέῃ τὰ ἐρυθήματα] In Prognoſtico καὶ μὴ παλινδρομέῃ τὸ ἐρυσίπελας εἴσω ſcribitur, & ea eſt communis & laudabilis tumorum omnium nota. Atq; vt hoc eſt ſecuriſſimū anginæ genus, ita ab Hippocrate expreſſum placito 49. lib. 7. & 36. lib. 6. ὑπὸ κυνάγχης ἐχομένῳ, οἴδημα καὶ ἐρύθημα ἐν τῷ στήθει ἐπιγινόμενον, ἀγαθὸν· ἔξω γὰρ τρέπεται τὸ νόσημα. Libro vero 2. de Morbis, οἷσι δὲ οἴδημα ἐκφύῃ καὶ οἰδίσκηται πρὸς τὰ στήθεα καὶ ἐρυθρὸν ἔῃ, καὶ θερμὸν γίνηται, ἐλπίδες πλείστας σωτηρίας. Et rurſus, ὅταν δὲ ἐξοιδήσῃ ἐς τὰ στήθεα, οἱ πλεῖστοι ἐκφεύγουσι.

μήτε φύματος συστραφέντος ἔξω] Eadem verba repetuntur in Prognoſtico. συστρέφεσθαι autem Hippocrati dicitur de humoribus vitioE ſis qui in partem aliquam confluunt, in eoq; colliguntur & coaceruantur. ὅταν τοὺς χυμοὺς μοχθηροὺς συστρέφεσθαι τε καὶ ἀθροίζεσθαι κατά τι μόριον, ἢ πως, ὡς ἔφην, συστρέφεσθαι λέγεται ἐν τῷ δὲ μορίῳ, vt ſcribit Gal. Com. in lib. de rat. vict. in morb. acut. Sic τῶν νοσημάτων συστροφαὶ dicuntur, αἱ ὑπὸ τοῖς ἐγχεομένοις μορίοις γινόμεναι, collectiones quæ ad partium tumores conſequuntur. Hæc igitur verba, μὴ φύματος συστραφέντος ἔξω ſignificant ſi nullum foris tuberculum colligatur aut nullo extra apparente tuberculo ad ſuppurationem ſe colligente, aut ad vomicam comparato.

ἀτὰρ γε ἔμπυοι γίνονται] Suppurati quidem deueniunt, ſi morbus ad pulmonem diuertat, vt ſcribitur in Prognoſtico & lib. 2. de Morbis, vbi etiam eorum curationem procurat, his verbis, ἢν δὲ τῆς φάρυγγος καθισταμένης καὶ τῶν οἰδημάτων, τραπῇ ἐς τὸν πλεύμονα ἡ νοῦσος, πυρετός αὐτίκα ἐπιλαμβάνει καὶ ὀδύνη τοῦ πλευροῦ καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀπόλλυται. ἢν τοῦτο γίνηται. ἢν δὲ ὑπερφύγῃ ἡμέρας πέντε ἔμπυος γίνεται, ἢν μὴ μιν βὴξ ἐπιλάβῃ αὐτίκα. ἢν δὲ ὑπολάβῃ ὑποχρεμπτόμενος καὶ ἀποκαθαιρόμενος, ὑγιὴς γίνεται. τοῦτον ἐς τὸ μὲν ἡ ὀδύνη τὸ πλευρὸν ἔχῃ, χλιαίνειν τὸ πλευρὸν, καὶ προσφέρειν ὅσα τῇ περιπλευμονίῃ. ἢν δὲ ὑπερφύγῃ τὰς πέντε ἡμέρας, καὶ ὁ πυρετὸς αὐτὸν, ὁ δὲ βὴξ ἔχῃ, τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας ῥοφήμασι διαχρῆσθαι, ἐπὴν δὲ τῶν σιτίων ἅψηται, ὡς λιπαρώτατα καὶ ἁλμυρώτατα ἐσθιέτω. ἢν δὲ ὁ βὴξ μὴ ἔῃ, ἀλλὰ γινώσκῃς ἔμπυον γινόμενον, δειπνήσαντι ἐπὴν μέλλῃ καθεύδειν σκόροδα ἐσθιέτω ὠμὰ ὡς πλεῖστα, καὶ ἐπιπινέτω οἶνον αὐστηρὸν ἀκρητέστερον. καὶ ἢν μὲν οὕτως οἱ ῥαγῇ τὸ πύον, ἢν δὲ μὴ, τῇ ὑστεραίῃ λούσας θερμῷ θυμιῆσαι, καὶ ἢν ῥαγῇ, ἰῆσθαι ὥσπερ ἔμπυον. Quòd ſi ſubſidētibus faucibus & tumoribus, morbus ad pulmonem vertatur, febris ſtatim corripit, & lateris dolor, atq; vbi iſtud cōtigerit, plærumq; F moritur. Aſt vbi dies quinq; euaſerit, ſuppuratus fit, niſi eum confeſtim tuſſis prehenderit. Quæ ſi inuaſerit, excreatione repurgatus conualeſcit. Huic, quoad lateris dolor affligit, latus calefacere oportet & adhibere quæ pulmonum inflammationi conueniūt. Si verò dies quinq; ſuperauerit, & febris remiſerit, tuſſis autem vexet, primis quidem diebus ſorbitionibus vtatur. Atq; vbi cibis vti cœperit, quam maximè pingues & ſalſiſſimos edat. Sin autem tuſſis non adfuerit, verùm ſuppuratum fieri dignoſcas, cœnato cùm dormire volet, allia cruda plurima edenda præbeto & inſuper vinum generoſum meracius propinato. Atq; ſi ſic quidem pus eruperit, bene habet: ſin minùs, poſtridie calida loto ſuffitum adhibere oportet: & ſi eruperit, velut ſuppuratum curare.

366 Ἐρυσίπελας δὲ ἔξωθεν μὲν ἐπιγίνεσθαι, χρήσιμον. εἴσω δὲ τρέπεσθαι, θανάσιμον. τρέπεται δὲ, ὅταν ἀφανιζομένου τοῦ G ἐρυθήματος βαρύνηται τὸ στῆθος, καὶ δυσπνοώτερος γίνεται.

Eryſipelas verò foris quidem extare vtile, intro autem vergere lethale. Cuius quidem rei indicium eſt cùm rubore euaneſcente pectus grauatur, & ægriùs ſpiritum trahit æger.

Exemplum eſt particulare loci vniuerſalis quod repetitur placito 25. lib. 6. & lib. 1. de Morbis. Locus eſt autem cōmunis & valde celebratus in abſceſſuū doctrina, vt quam longiſſimè abſcedant, & quàm maximè extra vergant, vt fuſiùs ſcribitur lib. 2. Epid. Sect. 1.

367 Οἷς δὲ κυνάγχη ἐς τὸν πλεύμονα τρέπεται, οἱ μὲν ἐν τῇσιν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται. οἱ δὲ διαφυγόντες, ἔμπυοι γίνονται, μὴ γενομένης αὐτοῖς ἀναγωγῆς φλεγματώδεος.

Quibus angina ad pulmonem diuertit, partim quidem intra ſeptem dies pereunt, partim verò liberati, pus intrò colligunt, niſi pituitoſa ſurſum educantur.

Placitum 10. lib. 5. aphoriſmorum lib. 2. de Morb. propriè expreſſum, loco paulò antea à nobis adſcripto. His verò verbis Celſo eſt adumbratum, Si angina ſubito finita eſt, in pulmonem id malum tranſit, idque ſæpe intra ſeptimum diem occidit. Quod niſi incidat, H ſequitur vt aliqua parte ſuppuret.

368 Οἷσι διὰ σφοδρότητος σφυγμοῦ, κόπριον ἐξαπίνης διαχωρέει, θανάσιμον.

Quibus in vehementi pulſatione ſtercus derepente deiicitur, lethale.

Huius præſagij obſcura eſt notio ob vocis ambiguitatem. σφοδρὸν σφυγμὸν vehementem pulſum, magnum & elatum intelligi, & de conſpicua ac euidenti arteriarum pulſatione Hippocrati dici, multis locis teſtatum fecimus. Sumitur etiam de palpitatione, & vehementi partis inflammatæ pulſatione. Vnde ad inflammationis magnitudinem ac pernicioſum anginæ genus referri videtur, in quo conſpicua eſt & euidens arteriarum in temporibus & ceruice pulſatio, ex quo morbi vehementia & malignitas non immeritò

ſuſpectatur, vt lib. 6. Epid. ὅσοι δὲ καὶ φλέβες αἱ περὶ τράχηλον καὶ αὐχένα ἐσφύζον, ἀπεπνίγοντο. Quale quid etiam refertur lib. 2. Epid. Quod ſequitur de ſubita ſtercoris deiectione, id muſculorum ani reſolutionem & facultatis animalis extinctionem, vt in moribundis ob ſtrangulatum ſignificare videtur. Ideoque πνιγμῷ pro σφυγμῷ quidem legunt, vt referatur ad aph. 41. lib. 2. A

In angina laborantibus ſubarida ſputa gracileſcentibus faucibus, malum prænunciant.

169 Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσι τὰ ὑπόξηρα πτύσματα ἰσχνῶν, κακόν.

Quæ multæ poſtea ſequuntur anginæ circumſcriptiones, corrogatam habent vndiq; authoritatem, & ex præcipuis Hippocratis fontibus ductam, neque tamen ſatis idoneam doctrinæ tractationem. Hic verò ἰσχνῶν valet quod alibi dixit Hippocr. ἰσχνὸν εἶναι τὰ περὶ φάρυγγα, & οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι.

In anginis linguæ tumores abſque vlla ſignificatione euaneſcentes, periculum denunciant. Quinetiã dolores citra euidentem cauſam diſparentes, perniciem oſtentant.

170 Τὰ κυναγχικὰ ἐν γλώσσαις οἰδήματα, ἀσήμως ἀφανιζόμενα, ὀλέθρια. καὶ τὰ ἀλγήματα ἀφανιζόμενα χωρὶς προφάσιος, ὀλέθρια. B

Locus eſt communis ex media Hippocratis theoria deductus, & ἀδήλῳ λόγῳ paſſim celebratur, quem hic ſingulariter effert, & ad linguæ tumores in angina tranſtulit. ἀσήμως autem ἀκρίτως καὶ ἀλόγως, ἢ ἀδήλως valet, aut οὐδὲ σημείου λυτηρίου, cui proprium & vſitatum ea in locutione verbum ἀφανίζεσθαι adiunxit. Quæ cùm alterius ſint tractationis in mediam OEconomiam reiicienda, & aliàs à nobis lib. 2. Epid. ampliſſimis exemplis ſunt comprobata & explicata dum ſcribit, ἀσήμως ἀφανίζεται δύσκολα. Et τὰ οἰδήματα παραλόγως φθίνοντα κίβδηλα. Et in Prorrh. τὰ ὀλέθρια ἀσήμως, μεταστάσιος θανάτου σημαίνει.

Angina laborantes niſi celeriter cocta expuant, pernicioſè habent.

171 Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσι οἱ μὴ ταχὺ ἀναπτύοντες πέπονα, ὀλέθριοι.

Angina cùm valde præceps ſit, niſi breui per ſputa expurgetur, aut ægrum celeriter opprimit, aut ſuppuratum facit. Vitioſa autem ſunt exemplaria quæ παχὺ pro ταχὺ (quod eſt ταχέως) legunt. C

In angina abſq; vlla ſignificatione redundantes in caput dolores cum febre, periculum indicant.

172 Ἐν κυνάγχῃ ἀσήμως εἰς κεφαλὴν ἀλγήματα μετὰ πυρετοῦ, ὀλέθρια.

Iſta cùm perſeuerante febre contingant, ſunt potius morbi incrementa quàm alleuationes, præſertim cùm legitimæ, κρίσιμοι, morborum aut ſolutionis nullas notas edant, quod ἀσήμως dixit.

In angina abſque vlla ſignificatione delati ad crura dolores cum febre pernicioſi.

173 Ἐν κυνάγχῃ ἀσήμως ἐς σκέλη ἀλγήματα μετὰ πυρετοῦ, ὀλέθρια. D

Et hæc quoque temeraria eſt & infida tranſpoſitionis nota, neque minimùm ſuſpecta.

In angina laborantibus citra indicationem præcordij dolor, cum impotentia & torpore obueniens, latenter necat, etſi moderate admodum habere videantur.

174 Ἐκ κυναγχικῶν ἀκρίτως ὑποχονδρίου ἄλγημα, μετὰ ἀκρασίης καὶ ναρκώσιος γινόμενον, κτείνει λαθραίως, εἰ καὶ πάνυ δοκοῖεν ἐπιεικῶς ἔχειν.

Hoc quoque periculoſum eſt tranſpoſitionis exemplum, vbi abſque indicatione contigerit. ἀκρασίη autem ἀντὶ τῆς ἀκρατείας ponitur (vt antea quoque) * & partis incontinentiam, imbecillitatem, impotentiam & languorem quendam ſignificat, ac ferè plærumque Hippocrati cum torpore iungitur, vt ** antea quoque, & Prorrh. 151.

* *Sent.* 165. ** *Sent.* 171.

In angina laborãtibus abſq; vlla ſignificatione graciteſcentibus faucibus dolor intenſus ad pectus aut ad aluum progreſſus purulentas deiectiones facit. Alioqui autem tale quid ſolutionem præ ſe fert.

175 Ἐκ κυναγχικῶν ἀσήμως ἰσχναινομένων ἐς στῆθος ἄλγημα καὶ ἐς κοιλίην ἐλθὸν σύντονον, ποιεῖ πυώδεις διαχωρήσιας, ἄλλως καὶ λυομένου τὸ τοιοῦτον. E

ἀσήμως ἰσχναινομένων valet ἀδήλως ἢ ἀλόγως συνιζάνοντος ἰσχνὸν εἶναι τὰ περὶ φάρυγγα, abſque vlla ratione graciteſcentibus aut detumeſcentibus faucibus. Tranſpoſitionis autem morbi exemplum eſt inſigne admodum & rarum, ſi ad thoracem delatus per aluum pus effundat, quod non ita ſolennis ſit, ſed rara, thoracis per aluum expurgatio, à Gal. tamen celebrata lib. 6. de loc. aff. & Com. in aphor. 30. lib. 7. Illud autem, ἄλλως δὲ λυομένου τὸ τοιοῦτον, perplexum eſt, eam tamen mihi ſignificationem habere videtur, vt alioqui morbi ſolutionem præ ſe ferat per aluum effuſi, etſi longa ſit & difficilis per eam viam puris deiectio. Codices quidam σύντονον πυώδεις coniungũt, quod ſententiam noſtram magis amplectitur, etſi mihi vulgata lectio magis arridet. Corn. λυομένου pro ἐκλυομένου ſumpſit. Quidam etiam ἢ λυομένου τοῦ νοσήματος legunt. Mihi tamen λυόμενον aptè etiam legi poſſe videtur. F

In angina quæcumq; conſpicuum dolorem non produnt, periculi plena ſunt. Quinetiã diuturni ſunt qui ad crura progrediuntur dolores, ægreq; ad pus deducuntur.

176 Ἐκ κυναγχικῶν πάντα ὀλέθρια, ὅσα μὴ ἔκδηλον ἐποίησεν ἄλγημα. ἀτὰρ καὶ ἐς σκέλεα ἀλγήματα χρόνια φοιτᾷ, καὶ ἐκπυΐσκεται δυσκόλως.

Iſtud de infida iudicatione intelligi poteſt, dum morbus abſque legitima vacuatione aliò tranſmiſſus eſt. Quòd ſi in crura ſecedat, diuturna vlcera fiunt & curatu difficilia. Sed rarum eſt anginæ liberatæ exemplum, in qua tamen (vt in peripneumonia) in crura abſceſſus valere interdum poteſt.

Sputa ex angina viſcida, craſſa, exalbida, vi educta, malum denũciant, omniſq; eiuſmodi maturatio mala eſt. In his multa deorſum purgatio leuis ſyderationis modo mortem adfert.

177 Τὰ ἐκ κυνάγχης πτύαλα γλίσχρα, παχέα, ἔκλευκα, βιαίως ἀναγόμενα, κακόν. καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος πεπασμὸς κακόν. κάθαρσις πολλὴ κάτω τούτους παραπληκτικῶς ἀπόλλυσιν. G

Huiuſcemodi ſputa craſſa & viſcida caloris præter naturam immoderationem arguunt, ideoq; improbantur. Multa autem per aluum expurgatio colliquationem & humorum per aluum effluxum, indeq; partium naturalium exolutionem & proſtrationem ſignificat, vnde quoque tandem proſtrata animali facultate, ac velut exoluto corpore proiecti & immoti iacent & moriuntur. Alioqui & particulari membrorum ſolutione multi in angina periculoſiſſimè laborarunt lib. 2. Epidem. * in qua etiam ſputa concocta prodierunt.

* *Sectio* 2.

Sputa ex angina ſubarida, crebra, per tuſſim & cũ lateris dolore educta perniciem minantur. Atque ea quæ inter potandum per tuſſim reiiciuntur, quæque difficulter deglutiuntur, malum portendunt.

178 Ἐκ κυνάγχης ὑπόξηρα πυκνὰ πτύελα, βηχώδεα, πλευροῦ ὀδυνώδεα, ὀλέθρια. καὶ τὰ ἐν τοῖσι ποτοῖσιν ἀποβήσσοντα, καὶ καταπόσιες βίαιαι, πονηρόν. H

Hæc peſſima ſunt ad pulmones tranſpoſitæ anginæ exempla. Quin & inter potandum tuſſim quodammodo excitantia, aut per tuſſim educta, & deuoratio difficilis, anginæ periculum circumſcribunt, vt patet ex anginoſæ mulieris hiſtoria lib. 3. Epid.

179 Τὰς

A 179 Τῶν πλευριτικῶν οἷσιν ἐν ἀρχῇ πάμπυοι αἱ πτύσιες, τριταῖοι θνήσκουσιν, ἢ πεμπταῖοι. φυγόντες δὲ ταύτας, μὴ πολὺ ῥᾷον ἔχοντες, τῇ ἑβδόμῃ, ἢ ἐνάτῃ, ἢ ἑνδεκάτῃ, ἄρχονται ἐμπυΐσκεσθαι.

In morbo laterali, quibus circa initia in totum purulentæ ſunt ſpuitiones, ij tertio die aut quinto moriuntur. Quos ſi ſuperent, nec longè melius habuerint, ſeptimo, aut nono, aut vndecimo, ſuppurati fiunt.

In libris de Morbis, vbi pleuriticorum circumſcriptio & curatio tota abſoluitur, & inde hoc Prognoſticum plurima ſunt traducta, paulò aliter hic locus legitur, [illegible]. (Sic enim ex hoc loco legendum apparet, cum paſſim τῇ δεκάτῃ legatur.) Omnis autem generis expuitiones circa morborum initia ſummam cruditatem & variè affectam naturam indicant. Sic etiam in totum purulentæ initio maximam corruptelam denotant, cùm pus paulatim in ſputis & per quoſdā gradus
B procedere debeat, ſputumq́; quod probari debet, permixtum vehementer flauo, non ſyncerè prauum eſſe oporteat, quale eſt πάμπυον.* Suppurationis autem rudimentum decimo quarto die ponit Hippocrates in Aphoriſmis. Mihi autem ſummè arridet lectio quæ [illegible] pro πάμπυοι habet, ex lib. 3. de Morb. huc traducta.

* *Aph. 8. lib. 5.*

180 Οἷσι δὲ ἄνω ὠτὸς ἔρευθος, τῶν πλευριτικῶν, καὶ ὁμοίως θερμαίνονται, καὶ κοιλίη ταράσσεται χολώδεα καὶ δυσώδεα. Εἰκοσταῖοι καὶ τεσσαρακοσταῖοι κινδυνεύουσι. φυγόντες δὲ ταύτας σώζονται.

Quibus ſupra aurem rubor contingit, neque aliter quàm morbo laterali affecti incaleſcunt, aluuſq́; bilioſa & graucolentia exturbat, ij vigeſimo & quadrageſimo die periculum ſubeunt, quos ſi ſuperauerint, ſeruantur.

Videtur hæc ſententia corrupta, & non ſine ſcriptionis vitio ab authore ex libris de Morbis hunc in locum traducta. Etſi namq;
C parotides interdum in pleuritide ſuboriuntur, morbum tamen non ſine periculo alleuant, neq; parum ſuſpectæ ſunt, vt ferè experiētia teſtatur, nuſquam tamen apud Hippocratem ſolent ea phraſi efferri, vt per ἄνω ὠτὸς ἔρευθος intelligantur. Deinde ambiguum valde eſt quidnam velit per ὁμοίως θερμαίνονται. Nam quantumuis facilis ſit eius rei ſenſus, & de febris incendio perſeuerante intelligatur, non optimè tamen huic loco quadrare videtur. Mea eſt opinio locum hunc de pleuritide quæ dorſum affligit & ab Hippocrate in libris de Morbis peſſima cenſetur, ſumi debere, ſicq; reſtitui poſſe, οἷσι δὲ ἐν νώτῳ ἔρευθος τῶν πλευριτικῶν, καὶ ὦμοι θερμαίνονται: eo ſenſu, Quibus verò in morbo laterali in dorſo rubor excitatur, & humeri incaleſcunt. Cuius certè lectionis fidem facit quod ſcribitur lib. 3. de Morbis hoc modo, [illegible]. Quo ex loco haud dubiè iſtam ſententiam eſſe translatam conſtat, & mendoſè ſcriptoris vitio eſſe expreſſam. Facilem namque lite-
D ræ lapſum quis non videt? vt pro [illegible] huius Prognoſtici ſcriptor [illegible] legiſſe videatur, vnde [illegible] ſcripſerit? Dorſalem hanc pleuritidem Hippocrates lib. 2. de Morbis in tertio pleuritidis genere ponit, ac periculoſiſſimam eſſe cenſet, ex qua pauci euadant. In qua [illegible]. Verum vigeſimum diem morbi terminum facit. Graueolentes autem & bilioſæ deiectiones in pleuritide perniciem augent, præcipuè quæ morbi ratione contingunt. Mirum vero eſt in loco tam lubrico nullas nobis à codicibus manuſcriptis factas eſſe ſuppetias, nec vllam quidem corruptionis vel minimam iniectam eſſe ſuſpicionem, quod aliàs vel celeberrimè contingit.

181 Αἱ ξηραὶ τῶν πλευριτίδων καὶ ἄπτυστοι χαλεπώταται. φοβεραὶ δὲ ἐν οἷσιν ἄνω τὰ ἀλγήματα.

Morbi laterales ſicci & in quibus nihil expuitur grauiſſimi ſunt. Metuendi quoq; in quibus dolores ad ſuperiora tendunt.

Locus eſt lib. 3. de Morb. qui pulcherrimè hanc ſententiam adumbrat, & in publicatis codicibus vitioſè ſcribitur, [illegible].
E Vnde ſatis conſtat pleuritidem ſiccam eſſe quæ nihil exputit & nullum ſputum promouet, ideoq; periculum intendit. Cuius cauſam in ſiccitatem ponit Hippocrates lib. 1. de Morbis, vbi & quæ ſit ἄπτυστος πλευρῖτις & [illegible] apertiſſimis verbis indicat, ſimulque præcipuos curationis ſcopos attingit. Præter autem cauſam ab Hippocrate adſcriptam (nempe ſiccitatem aut ſputi reſiccationem ex calore obortam) [illegible] aliam adfert cauſam Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. humores nempe craſſos & lentos pulmonum bronchiis infartos adeoque adhæreſcentes vt ægrè educi poſſint. Quod autem præcipuè metuendæ ſint pleuritides, in quibus dolor ad ſuperiora tendit, ſatis ex Hippocratis reſcriptis conſtat.

182 Αἱ ἄνευ σπασμάτων πλευρίτιδες χαλεπώτεραι τῶν μετὰ σπασμάτων.

Morbi laterales grauiores qui ſine diuulſionibus quàm qui cum diuulſionibus contingunt.

F Σπάσματα quæ vulſa aut conuulſa indicant, hic dicuntur fibrarum in parte carnoſa, velut in muſculis fibroſarum ac neruoſarum partium diuulſiones ac diſtentiones. Hic ergo vehemens thoracis motus ac concuſſio, validaque facultatis animalis contentio in expectorando ſputo indicatur. Ideoq; laudabilior eſt illa pleuritis, in qua vis eiuſmodi facultatis ad educendum & repurgandum ſputum enitet. Suſpecta verò in qua vis illa elangueſcens & infirma, nullos naturæ conatus exerit & ſputorum repurgationem remoratur ac retardat. Σπάσματα etiam violentum quendam motum, aut partium internarum diſtractionem tenſionemque ſæpe indicant Hippocrati libro primo de Morbis, eaque in thorace fieri ſcribit, indeque crebrò ſuppurationes creari. Qua notione in muſculis thoracis huiuſmodi contentiones aut diſtractiones hic ſignificant, vt & poſtea hoc præſagio. " Quæ ergo pleuritides huiuſmodi diſtenſiones habent, ſecuriores videntur, quòd non niſi robuſtis ac validioribus naturis eiuſmodi contractiones contingere ſoleant. Σπάσματα quoque hoc loco indicare poſſunt eas corporis concuſſiones, ac velut intro retractiones aut compreſſiones, quæ initiis pleuritidum contingunt cum rigoribus aut magno totius corporis horrore. Quod ferè in his pleuritidibus contingit quæ ab externa aliqua aut manifeſta cauſa fiunt, vt frigore, immoderato exercitio, aut potionibus. Atque eæ quidem pleuritides, quòd ex-
G ternas cauſas habeant, ferè quidem ſecuriores ſunt, quàm quæ ab occaſione occulta & interna accidunt, tum quod robuſtis ferè corporibus eueniant, tum etiam quòd citiùs contentis naturæ viribus ad indicationes procedant, nec tantam humorum cacochymiam indicent. Has verò corporis concuſſiones ac contractiones cum cutis denſatione pleuritidis initiis agnoſcit Hippocrates lib. 1. de Morbis, his verbis: [illegible]
H [illegible]. Oritur quidem pleuritis, cùm potiones copioſæque & validæ admodum corripuerint. Totum enim corpus incaleſcit & humectatur à vino, præcipuè vero bilis & pituita tum incaleſcit, tum humectatur. Quibus ſanè commotis & humectatis, madidum aut ſiccum rigere continget. Præcipuæque cùm latus præ omnibus corporis partibus, natura carne nudum ſit, neque intus quicquam habeat in ſe quod renitatur, præter ventriculi cauitatem, rigorem percipit. Cúmque riguerit & perfrixerit, contrahitur & conuellitur tum caro quæ eſt in latere, tum venæ. Et quicquid in ipſa carne ineſt bilis & pituitæ, aut in ipſius venis id magna ex parte, aut totum intrò compulſum ad caliditatem ſecernitur, carne foris condenſata, & ad latus affigitur, & vehementem dolorem exhibet ac incaleſcit, & per calorem à vicinis venis in carnibus pituitam & bilem ad ſeipſum trahit. Et rurſus paulò poſt, [illegible]

τοῦτο ὑπὸ τῆς θερμασίης ἀνέχηρανε τι καὶ ὀδύνην παρέχει. Condenſatur autem latus & quæ in ipſo ſunt venæ,& contrahitur, quantumque A
in ipſo ineſt pituitæ & bilis id à caliditate reſiccatur & dolorem exhibet. * Sent. 425.

Quibus in morbo laterali lingua circa initia bilioſa eſt hi intra ſeptimum iudicantur, quibus verò tertio ac quarto die,circa nonum.

383 Τῶν πλευριτικῶν ὅσοι ἐν ἀρχῇ γλῶσσαν χολώδεα ἴσχουσιν, ἑβδομαῖοι κρίνονται. ὅσοι δὲ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ, περὶ τὴν ἐνάτην.

In veris ſputi legibus & ſalubri pleuritide,ſputum bile coloratum initio eſſe debet, & ita ad concoctionem progredi. Bilioſam autem pleuritidem indicat lingua bile tincta,quæ & leuior eſſe & ſecurior iudicatur ab Hippocrate lib. 3.de Morbis, ideoque promptè ad iudicationem procedit. In pleuritide autem & peripneumonia,à lingua ſigna peti debere docet Hippocrat.lib.de Morbis & libello περὶ κρισίμων,his verbis τὴν δὲ ἀπάλλαξιν τῆς νούσου σημαίνει ἡ γλῶσσα, ὥσπερ ἐν τῇ πλευρίτιδι ὁμοίως. Quæ verò hic γλῶσσα χολώδης dicitur,χλωρὴ ſcribitur lib.de locis in hom. ὁκόταν δὲ ἐς τὸν θώρακα ῥέῃ ἡ χολὴ, τοῦτο δῆλον ἐστι. ὀδύνη ἴσχει ἐς τὴν λαπάρην, καὶ ἐς τὴν κληῖδα πρὸς τὴν λαπάρην, καὶ πυρετὸς, καὶ ἡ γλῶσσα τὰ ἄνω χλωρὴ γίνεται, καὶ ἀποχρέμπτεται συνεστηκότα. ταύτης τῆς νούσου ἑβδομαίῳ ὁ κίνδυνος ἐστιν ἢ ἐνναταίῳ. Cùm verò in thoracem bilis fluxionem commouerit,hinc conſpicuum fiet. Dolor lateris mollitudinem occupat,& ad iugulum eiuſdem partis pertingit,febris adeſt, & lingua ſuperiore parte ex viridi palleſcit, & condenſata excreantur. Huic morbo periculum ſeptimo aut nono creatur. B

Quòd ſi bulla aliquantulum liueſcens in lingua appareat initio, qualis excitatur ferro candente in oleum intincto, difficilior fit ſolutio,& iudicatio quidem ad decimum quartum diem deducitur. Sanguinem autem plurimum expuunt.

384 Πομφόλυγες δὲ ὑποπελίου γινομένης ἐπὶ τῆς γλώσσης ἐν ἀρχῇ, οἷον σιδηρίου βαφέντος ἐς ἔλαιον, χαλεπωτέρη ἡ ἀπόλυσις γίνεται, καὶ ἡ μὲν κρίσις ἐς τὴν ιδʹ ἀφικνεῖται. αἷμα δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πτύουσι.

Hic locus videtur ex libro tertio de Morbis expreſſus. Sic enim illic ſcribitur, πρὸς δὲ τοῖσι σημείοισι τοῖσιν εἰρημένοισιν, ἐν ἑκάστῃ τῶν πλευρίτιδων καὶ τάδε χρὴ σκοπεῖν τὴν γλῶσσαν. πομφόλυξ γὰρ ὑποπελίδνου γινομένης ἐπὶ τῆς γλώσσης, οἷα σιδηρίου βαφέντος ἐς ἔλαιον, ἢν μὲν ἐν ἀρχῇ γένηται τρηχεῖα, χαλεπωτέρη ἡ ἀπάλλαξις τῆς νούσου. καὶ ἀνάγκη αἷμα ἀποπτύσαι ἐν τῇσιν ἡμέρῃσιν ἐν ᾗσι δεῖ. εἰ δὲ καὶ προκεχωρηκυίης τῆς νούσου γένοιτο, αἱ μὲν κρίσιες ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέρας, ἀνάγκη δὲ πτύσαι αἷμα. Præter autem enumerata ſigna, in vnaquaque pleuritide, hæc in lingua ſpectanda ſunt. In qua bulla aliquantulum liueſcente exorta, qualis ferro candente in oleum tincto fieri aſſolet,ſi quidem inter initia aſpera fiat, difficilior morbi liberatio contingit,& diebus quibus oportet,ſanguinem tuſſi reiicere neceſſe eſt. Quòd ſi progreſſo iam morbo id contingat, iudicationes quidem ad decimum quartum diem procedent. Sanguinem tamen expuere neceſſe eſt. C

Sputum verò in morbo laterali vbi matureſcere & expui tertio die cœperit,celeriores ſolutiones facit,quòd ſi poſterius,tardiores.

385 Πτύαλον δὲ ἐν τῇσι πλευρίτισι, τρίτον μὲν ἀρξάμενον πεπαίνεσθαι καὶ πτυελίζεσθαι ὀξέως, ποιέεται ἀπολύσιας, ὕστερον δὲ βραδυτέρας. D

Hoc ex media Hippocratis Œconomia depromptum,genuinam parentis doctrinam redolet, & ex libro tertio de Morbis, huc videtur traductum. Sic enim illic ſcribitur. ἔχει δὲ ὧδε περὶ τῆς ἀπαλλάξιος. εἰ μὲν τριταῖος ἄρχοιτο πεπαίνεσθαι καὶ πτύειν, θᾶσσον αἱ ἀπαλλαγαί. εἰ δὲ ὕστερον πεπαίνοιτο, ὕστερον καὶ αἱ κρίσιες γίνονται. Celebratiſſima quoque eſt iſta ſententia ex placito 12.lib.1.Aphor. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν, οἷον ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον αὐτίκα ἢν ἐπιφαίνηται, ἀρχομένου, βραχύνει, ἢν δ' ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. Et lib.de ratio. victus in morb. acut. τὰ μὲν γὰρ θᾶσσον καὶ μᾶλλον πεπαινόμενα, ταχυτῆτα σημαίνει κρίσιος, τὰ δὲ βραδύτερον καὶ ἧσσον, βραδυτέρην σημαίνει τὴν κρίσιν.

In morbo laterali affectis,dolores & aluum emolliri vtile eſt,ſputa colorari, nullos in pectore ſtrepitus fieri,vrinam rectè procedere. Quibus contraria moleſta ſunt,ſputumq; dulceſcere.

386 Τὰ δὲ ἀλγήματα τοῖσι πλευριτικοῖσι χρήσιμον καὶ κοιλίην μαλάσσεσθαι, πτύαλα χρωματίζεσθαι, ψόφους ἐν τῷ στήθει μὴ γίνεσθαι, τὸ οὖρον εὐοδεῖν. τὰ δὲ τούτων ἐναντία δυσχερέα, καὶ πτύαλον γλυκαινόμενον. E

Signorum optimorum eſt concurſus,vnde ad ſalutem via fit. Dolorem autem leniri vult Hippocrates, & eam ob cauſam aluum emolliri in pleuritide,lib.de rat.vict.in morb.acut.his verbis: ἢν μὴ λύηται τὸ ἄλγημα, ἢ κοιλίην μαλθάξαι, ἢ φλέβα τάμνειν. Et ruſus, ἢν δὲ ὑπὸ τὰς φρένας ᾖ τὸ ἄλγημα, ἐς δὲ τὴν κληῖδα μὴ σημαίνῃ, μαλθάσσειν χρὴ τὴν κοιλίην, ἢ μέλανι ἐλλεβόρῳ ἢ πεπλίῳ. Lego autem τὸ δὲ ἀλγήματα τοῖσι πλευριτικοῖσι χρήσιμον καὶ κοιλίην μαλάσσεσθαι,alioqui malè cohæret oratio,etſi quodammodo fieri poteſt. Quin & μαλάσσεσθαι πόνους, quod eſt dolores leniri & remitti eleganter Hippocrati dicitur,& ſententia paulò poſt ſequente μαλθακοὶ πόνοι ſcribuntur.

πτύαλα χρωματίζεσθαι] Sputum colorari oportet & laudabiles coloris gradus acquirere,& ita ad coctionem progredi,alioqui ſputorum vitiis annumerat Hippocrates τὸ πτύελον μὴ ἐγκεχρωσμένον ἑτέρῳ χρώματι,in lib.de rat.vict.in morb.ac.

ψόφους ἐν τῷ στήθει μὴ γίνεσθαι] Vitioſum eſt ſputum & crudum quod nimis craſſum eſt,viſcidum & flatuoſum, ideoq; in thorace moram trahit & expurgari nequit, γλισχρὸν ἐὸν πτύελον ἄπεπτον, ἢ ἀπύτους, ἢ ἰσχόμενον, ἢ μὴ ἀνιὸν vocat Hippocrates. Flatuoſum autem ſonitus & ſtrepitus edit in pectore. Vrinæ autem ſignum in morbis thoracis,etſi heterogenes,multum tamen in laudabilium ſignorum concurſione confert,& ad ſalubritatem conducit,itemq; ſæpiùs ab Hippocrate adſcribitur,vt in libris de Morbis videre eſt, & ex prædictionibus poſtea in hoc Prognoſtico adſcribitur. F

πτύαλον γλυκαινόμενον] Sputum vbi dulce eſſe incipit ſuppurationis rudimenta præbet,præcipuè ſi ex felleo aut ſalſuginoſo dulceſcat,vt poſtea in hoc Prognoſtico ſcribitur. Sic lib.2.de Morbis,in Peripneumonia dulce ſputum morbum protendere & ſuppurationem indicare ſcribit,his verbis, καὶ ἢν μὲν ἐν ταύτῃσι παύσηται τὸ ἄλγημα, ἐκφεύγει. ἢν δὲ μὴ παύηται, εἰρώτα αὐτὸν εἰ γλυκύτερον αὐτῷ δοκεῖ τὸ σίαλον, καὶ ἢν φῇ, ὁ τοιοῦτος ἔμπυος γίνεται. ὁ γὰρ πλεῦμον ἔμπυος γίνεται. Ruſuſque lib. 3. καὶ ἢν μὲν ἐν τοῖσιν παύηται, ἐκφεύγει τοῦ νοσήματος, ἢν δὲ μὴ, ἐρέσθαι αὐτὸν εἰ γλυκύτερον τὸ σίαλον. καὶ ἢν φῇ, ἰδίῃ ὅτι ὁ τοιοῦτος αὐτῷ ἔμπυός ἐστι, καὶ πυρέσσει ἀπὸ ἐπτὰ ἐς τεσσαράκοντα ἡμέρας, ἀνάγκη τὸ νόσον. G

At verò bilioſi ſimul & ſanguinei morbi laterales, ferè nono die aut vndecimo iudicantur, ac maximè ſaneſcunt. Quibus autem in morbo laterali, initio quidem dolores leues ſunt,quinto verò aut ſexto die ingraueſcunt, ferè ad duodecimum perueniunt, raroq; ſeruantur, ſed præcipuè ſeptimo ac duodecimo die periculum ſubeunt. Quòd ſi bis ſeptem euaſerint,ſeruantur.

387 Αἱ δὲ χολώδεες ἅμα καὶ αἱματώδεες πλευρίτιδες, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κρίνονται ἐναταῖαι ἢ ἑνδεκαταῖαι, καὶ μάλιστα ὑγιάζονται. ὅσιν δὲ τῶν πλευριτικῶν ἐν ἀρχῇ μὲν οἱ πόνοι μαλθακοὶ, ἐς δὲ εʹ ἢ ϛʹ παροξύνονται, μᾶλλον πρὸς τὰς ιβʹ ἀφικνέονται, καὶ οὐ πάνυ σώζονται. κινδυνεύουσι δὲ μάλιστα ἑβδομαῖοι, καὶ δωδεκαταῖοι. τὰς δὲ δὶς ἑπτὰ φυγόντες, σώζονται. H

Ex.lib,3.de Morbis huc eſt traductũ præſagiũ. Sic enim illic ſcribitur, αἱ δὲ χολώδεες καὶ αἱματώδεες κρίνονται ἐναταῖαι ἢ ἑνδεκαταῖαι. καὶ αὗται ὑγιέες μᾶλλον γίνονται. ἢν δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν μαλθακοὶ πόνοι ἔχωσιν οἱ ὀδύναι, ἀπὸ τῆς πέμπτης δὲ καὶ ἕκτης ὀξέαι αὗται, αἱ δὲ πλείστοι μέχρι δυωδεκάτης, καὶ οὐ πάνυ διαφεύγουσι. κίνδυνος δὲ μάλιστα μέχρις ἑβδόμης. ἀτὰρ καὶ ἐς τὴν δυωδεκάτην. μετὰ δὲ ταῦτα, ὑγιαίνονται. αἱ δὲ ἐξ ἀρχῆς μὲν μαλθακαὶ, ἀπὸ δὲ τῆς ἑβδόμης καὶ ὀγδόης ὀξέαι, πρὸς τὰς τεσσαρεσκαίδεκα κρίνονται τε καὶ ὑγιαίνονται. Bilioſæ autem & ſanguineæ (pleuritides) nono aut vndecimo die decernunt,atq; hi magis ſaneſcunt. Quòd ſi ab initio molles quidem dolores corripuerint,poſt quintum verò & ſextum acuti,hi certè ad duodecimũ perueniunt,neq; valde effugiunt. Periculũ autem præcipuè ſubeſt,vſq; ad ſeptimũ,quin etiã ad duodecimũ vſq;,poſt hoc verò conualeſcunt. Atq; ab initio quidem molles ſunt,poſt ſeptimũ autem & octauum acutæ, ad decimumquartum tum decernunt,

A nunt, tum conualeſcunt. Sunt autem ferè pleuritides & magna ex parte ſanguineæ aut bilioſæ, vt ſcribit Gal. lib. de Conſtitutione artis Medicæ. Codices verò publicati hanc ſententiam diſtinguunt: ſed nos ex lib. de Morbis coniunximus cum quibuſdam exemplar.

188 Ὅσοισι τῇ πλευριτικῇ ψόφος τῦ πτυάλου πολὺς ἐν τοῖς στήθεσι, καὶ πρόσωπον κατηφὲς, καὶ ὀφθαλμὸς ἰκτερώδης καὶ ἀχλυώδης, ἀπόλλυνται.

Quibus in morbo laterali plurimus ex ſputo ſtrepitus in pectore ſonat, & vultus demiſſus eſt, oculuſq; aurigine ſuffuſus, & caligine obductus, in his mors expectanda eſt.

Iſta ſputum maximè crudum, craſſum & incoctum ſignificant ſummumq; feruorem & materiæ in thorace agitationem, tum etiā caloris natiui ac ſpirituum extremam diſſipationem aut reſolutionem. ἰκτερώδης autem ὀφθαλμὸς eſt oculus bile flaua ſuffuſus, aut
B bilioſo humore infectus, rapta ſurſum bile, quemadmodum ἰκτερώδεες ſunt Hippocrati (aph. 72. lib. 5.) quorum cutis bilioſo humore infecta eſt & tincta.

189 Οἱ ἐκ πλευριτικῆς ἔμπυοι γινόμενοι, ἐν τῇσι μʹ ἡμέρῃσι ἀνακαθαίρονται ἀπὸ τῆς ῥήξιος.

Qui ex morbo laterali ſuppurantur, in quadraginta diebus poſt ruptionem pus ſpuitione reiiciunt.

Alioqui niſi ſpuitione pus repurgetur, in tabem labuntur, ex placito 15. lib. 5. vbi integra hæc ſententia ſcribitur, in hoc Præſagio poſtea ſæpius repetitur. Hic igitur ἀνακαθαίρεσθαι idem eſt quod ἀνακαθαίρεσθαι apud Hippocratem.

190 Πτύαλον δὲ χρὴ πᾶσι τοῖσι πλευριτικοῖσι καὶ περιπλευμονικοῖσιν εὐπετέως τε καὶ ταχέως ἀναπτύεσθαι, μεμίχθαι τε τὸ ξανθὸν τῷ πτυάλῳ. ὃ δ' ὕστερον πολλῷ τῆς ὀδύνης ἀναγόμενον ξανθὸν, ἢ μὴ μεμιγμένον, καὶ πολλὴν βῆχα παρέχον, πονηρόν. πονηρὸν δὲ πάντως καὶ τὸ ξανθὸν ἄκρητον, καὶ τὸ γλίσχρον, τὸ λευκὸν, καὶ τὸ στρογγύλον, καὶ τὸ χλωρὸν σφόδρα, καὶ τὸ ἀφρῶδες, καὶ τὸ πελιδνὸν, καὶ ἰῶδες. χεῖρον δὲ ἐὰν οὕτως ἄκρητον, ὥστε μέλαν φαίνεσθαι. αἱματῶδες δὲ μὴ πολλῷ συμμεμιγμένον τὸ ξανθὸν, ἐν ἀρχῇ μὲν σωτήριον, ἑβδομαῖον δ' ἢ παλαιότερον ἧσσον ἀσφαλές. αἱματῶδες δὲ λίην, ἢ πελιὸν εὐθέως ἐν ἀρχῇ, κινδυνῶδες. πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἀφρώδεα, καὶ τὰ ξανθὰ, καὶ μέλανα, καὶ ἰώδεα, καὶ ἰξώδεα, καὶ τὰ ταχέως χρωματιζόμενα. τὰ δὲ μυξώδεα καὶ λιγνυώδεα, καὶ χρωματίζεται ταχέως, τὸ ἐστιν ἀσφαλέστερα. τὰ δ' ἐν ἕως πεμπταῖος ἐς πέψιν χρωματιζόμενα, βελτίω.

In omnibus autem laterum & pulmonum morbis, ſputum promptè ac citò excreari neceſſe eſt, flauūque ſputo permixtum eſſe. Quòd ſi multo poſt dolorem flauum, aut non commixtum reiicitur, nec non ſine multa tuſſi, vitioſum cenſetur. Omninò autem prauum flauum, ſi ſyncerū eſt, & glutinoſum, & candidum, & rotundum, itemq; vehementer ex virore palleſcens, quodq; ſpumoſum eſt, & liuidum, & æruginoſum. Aliquantò verò deterius quod ſic eſt ſyncerum, vt nigrum quoq; videatur. At flauum cui paulum ſanguinis ammixtum eſt, initio quidem ſalutem pollicetur, quod vero ſeptimo die, aut lōgiore ſpatio tale apparet, non adeò tutum. Admodum autem ſanguinolentum, aut quod ſtatim initio liueſcit, perniciem præ ſe fert. Prauitatem etiam indicant & ſpumantia, & flaua & nigra, & æruginoſa viſcoſaque, & quæcunq; celeriter colorantur. Mucoſa autem & fuliginoſa, tum celeriter colorantur, tū ſecuriora ſunt. Quæ verò intra quintum diem dum coctionem accipiunt, colorantur, meliora cenſentur.

C D

E Quæ hic de ſputis ſcribuntur ex Hippocratis Prognoſtico omnia huc ſunt traducta. Quod verò dicitur μεμίχθαι τε τὸ ξανθὸν τῷ πτυάλῳ, in Progn. ξυμμεμιγμένον ἰσχυρῶς ξανθὸν τῷ πτυάλῳ, exigit, quod in excrementorum coctione legitima requiritur, vt ἀκρήτῳ opponatur, quemadmodum ἰμβὰς ὁμιλεόμενος Hippocrati cenſetur. ὁ ὀλίγον δὲ καὶ χολῶδες ξυμμεμιγμένον ὡς μάλιστα. Quanquam idem per ξυμμεμιγμένον ſimpliciter efferri contendunt, quod multis locis τῷ ἀκρήτῳ opponit Hippocrates.

πονηρὸν δὲ πάντως καὶ τὸ ξανθὸν] Rectius in Prognoſtico prauitatis gradus ponit Hippocrates.

ἢ τὸ χλωρὸν σφόδρα] χλωρὸν καὶ in Progn. ſcribitur. χλωρὸν autem hic ex viridi pallidum ſignificat Hippocrati, & τὸ ὠχρὸν καὶ τὸ ἰῶδες continet (vt multis in locis teſtatur Galenus) etſi ἰῶδες additur, vnaque & eadem dictione vtrumque in Prognoſt. complectitur;
* Celſus tamen τὸ χλωρὸν Hippocratis, pallidum reddidiſſe videtur cùm ſcribit. Et tamen nihil peius eſt quam ſyncerum id edi, ſiue ruffum eſt, ſiue cruentum, ſiue album, ſiue glutinoſum, ſiue pallidum, ſiue ſpumans, nigrum tamen peſſimum eſt. Sed certè pallidum ſputum non ita damnatur, quemadmodum viride aut ex viridi palleſcens, quod ſummum partis æſtuantis incendium & ardorem in-
F dicat. At ἰῶδες (quod hic additur) æruginoſum ac merè viride indicat. * Cap. 8. lib. 1.

καὶ τὸ πελιδνὸν] In Prognoſtico iſtud non legitur, & ſub nigredinis gradibus continetur, & in vomitione ſatis exprimitur. Ex aph. tamen 47. lib. 4. & 71. lib. 7. αἱ πελιδναὶ ἀποχρέμψιες damnantur.

αἱματῶδες δὲ λίην] Iſtud non legitur in Prognoſtico, & ſuperuacaneam quandam ac minimè neceſſariam repetitionem redolet, vtilem tamen habet doctrinam.

καὶ τὰ ταχέως χρωματιζόμενα] De ſputorum vitioſorum coloribus qui initiis morborum apparent, intelligendum, alioqui ad concoctionem vbi fit progreſſus colorem accipere laudabile eſt, vt ſupra diximus, atq; hic etiam rurſus repetitur. Siue igitur ſeorſum colores huiuſmodi accipias, ſiue ſimul permixtos, in vitiis reponendos cenſet Hippocrates. Nam & πτύαλα τὰ χρωματιζόμενα ἀκρήτῳ χρώματι improbat, & πτύσμα ὀμιχέον eſſe vult Prorrh. 2. & ὁκόσον πολὺ τὸ ξανθὸν ἐπὶ τὸ χολῶδες τῷ πτύαλῳ ἀναπτύεσθαι τὸ ὅμοιον, in Prognoſtico cenſet. Quod etiam expreſſit de ſputo Celſus his verbis, † Quantoque magis mixtos neque inter ſe diductos colores habet, tantò
G deterius. † Cap. 8. lib. 2.

καὶ τὰ μυξώδεα] Mucus humor eſt crudus, lentus & pituitoſus. πτύαλα igitur μυξώδεα ſub glutinoſis & albis in Prognoſtico ab Hippocrate comprehendi videntur. Quin & Prorrh. 2. ſputum ἀφλέγμαντον exigitur, quod Celſus ſine pituita vertit. Iſta verò hic mediocriter craſſa, viſcida, & cocta ſunt, & craſſitudinis mediocritate coctionem indicant. Idemq; etiam teſtantur fuliginoſa ſputa, quæ fermentium humorum vapore & fumo velut fuligine in ſuperficie tinguntur, aut quæ diutius contenta & concalfacta, odore aut ſapore fuliginem referunt, non autem per totum aut ſua ſubſtantia nigreſcunt.

191 Πᾶν δὲ πτύαλον μὴ λῦον τὴν ὀδύνην, πονηρόν. λῦον δὲ, χρήσιμον.

Sputum autem quodcunque dolorem non tollit, malum ſignificat, quod vero ſoluit, bonum.

Idem legitur, alijs tamen verbis, in Prognoſtico.

192 Ὅσοι δὲ μετὰ τοῦ χολώδεος πυώδες ἀνάγουσιν, ἢ χωρὶς, ἢ μεμιγμένον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι
H ἀποθνήσκουσιν, ἢν μή τι κακὸν ἢ ἀγαθὸν ἐπιγένηται τῶν προειρημένων. Εἰ δὲ μὴ, κατὰ λόγον. μάλιστα δὲ οἷσιν ἑβδομαίοισιν ἄρχεται τὸ τοιοῦτον πτύαλον.

Quibus cum bilioſo purulentum ſputum, aut ſeorſum, aut ſimul permixtum educitur, ij vt plurimùm decimoquarto die intereunt, niſi malum aut bonum aliquod ex his quæ priùs deſcripta ſunt, contingat. Alioqui certè pro ratione mors expectanda eſt, atq; in his præcipuè quibus ſeptimo die ſputum huiuſmodi procedere cœpit.

Hæc eadem ex Prognoſtico huc traducta videntur, vbi meliore ordine ſcribuntur. Illud autem εἰ δὲ μὴ, κατὰ λόγον, obſcuram habet

explicationem. Mihi verò ſic accipiendum videtur, vt decimuſquartus dies, medius quidam ſit mortis terminus, vt ſi omnia medio quodammodo procedant, in eum diem mors ſit expectanda. Quod ſi mala multa vrgeant, præceps magis exitium acceleratur, neque in eum diem differtur. Bona vero plurima, pro ratione interitum remorantur. κατὰ λόγον igitur idem valet, ac ſubductis ſignorum rationibus, & collatis inter ſe viribus, indeq; facta prædictione celerioris aut tardioris mortis. Quod fuſiſſimè explicat Gal. Com. in Prognoſt. Celſus verò, vt totam iſtam ſententiam diſertiſſimè expreſſit, ita & obſcuriſſima iſta verba dilucidè explanauit his verbis, ᵃ Sputum etiam billioſum & purulentum, ſiue ſeparatim iſta, ſiue mixta proueniunt, interitus periculum oſtendunt. Ac ſi circa ſeptimum diem tale eſſe cœpit, proximum eſt vt is circa quartum decimum diem decedat, niſi alia ſigna meliora peioráve acceſſerint. Quæ quò leuiora grauioráve ſubſecuta ſunt, eò vel ſeriorem mortem, vel maturiorem denunciant. ᵃ Cap. 6. lib. 2. A

In his igitur & omnibus qui pulmonem affligunt morbis, bonū quidem eſt facilè morbum ſuſtinere, dolore defungi, ſputum promptè expuere, facilè ſpirare, ſiti eſſe vacuum, reliquum corpus æqualiter incaleſcere ac molle eſſe. Ad hæc ſomnos, ſudores, vrinarum eductionē laudabiliter fieri: quibus contraria mala ſunt. Quandocunq; ergo bona hæc omnia huic ſputo aderunt, poterit ſecunda valetudo contingere. Quod ſi quædam adfuerint, quædam etiam abfuerint, non vltra decimumquartum diem vita producetur. At verò ſi contraria ſigna acceſſerint, celerius mors continget.

193 Ἔστι δὲ ἀγαθὸν μὲν καὶ τούτοισι καὶ πᾶσι τοῖσι περὶ πλεύμονα, φέρειν ῥηιδίως τὸ νόσημα, τῆς ὀδύνης ἀπηλλάχθαι, τὸ πτύαλον εὐπετέως ἀνάγειν, εὔπνοον εἶναι καὶ ἄδιψον, τὸ σῶμα ἅπαν ὁμαλῶς θερμαίνεσθαι, μαλθακὸν εἶναι, καὶ πρὸς τούτοισιν ὕπνους, ἱδρῶτας, οὔρων διαχωρήσιας χρηστὰς γενέσθαι, κακὰ δὲ τἀναντία τούτων. εἰ μὲν οὖν πάντα προσγένοιτο τὰ πτύσματι τούτῳ τὰ χρήσιμα, σώζοιτ' ἄν. Εἰ δὲ τὰ μὲν, τὰ δὲ μὴ, οὐ πλείους τῶν τεσσαρεσκαίδεκα βιώσας. τῶν δ' ἐναντίων σημείων ἐπιγινομένων, συντομώτερον. B C

Aliis verbis eadem & copioſiora ſcribuntur in Progn. Quod verò omnibus in exemplaribus οὔρων διαχωρήσιων legitur, οὔρων, διαχωρήσιων, ſcribendum puto, vt & vrinæ & alui excrementis attribuatur, velut in Prognoſtico ſcribitur, & rectè vidit Interpres.

πλείους τῶν ιδ' βιώσας] Apparet addendam eſſe negationem, quod etiam ſenſus requirit, & eorum quæ in Prognoſtico ſcribuntur redditio, vt fecit Cornarius, etſi deſideratur in omnibus codicibus.

Dolores in locis huiuſmodi, qui neq; ad expuitiones, neq; ad venæ ſectionem, aut victus rationem deſinunt, ad ſuppurationem tendunt.

194 Ὅσαι δὲ τῶν ἀλγημάτων ἐν τοῖσι τόποισι τούτοισι μὴ παύονται, μήτε πρὸς τὰς ἀναπτύσιας, μήτε πρὸς τὰς φλεβοτομίας τε καὶ διαίτας, ἐμπυοῦται.

In Prognoſtico ventris ſubductionem & medicamentum addit, Celſus ᵃ etiam cucurbitulas adhibet, medicamentum prætermittit. Et certè his in morbis medicamenta veterum, iure quodam Galeno ſuſpecta ſunt. ᵃ Cap. 7. lib. 2. D

Quibus ex pulmonis inflammatione abſceſſus ad aures aut inferiores partes fiunt, tum ſuppurant, tū per fiſtulam via aperta effunduntur. His autem ſecūda valetudo cōtingit, quos febris & dolor conſequitur, ſi ſputum non ſatis pro ratione eiicitur, neque linoſæ fuerint alui deiectiones, ſed ſolūtu faciles ac ſynceræ, neq; vrina admodum craſſa, aut multū habens ſedimentum ac in reliquis omnia ſecuritatem polliceantur. Fiunt autem, aliis quidem in partibus inferioribus, quos circa præcordia inflammatio fatigat, aliis verò in ſuperioribus partibus, quibus præcordia tumoris & doloris ſunt expertia, ſpirandi autem difficultas prò tempore acceſſerit, quæ deinde ſine vlla euidenti occaſione quieſcat.

195 Ὅσοισι δὲ ἐκ περιπλευμονίης ἀποστάσιες παρ' οὖς, ἢ ἐς τὰ κάτω γίνονται, καὶ ἐκπυοῦσι τι, καὶ ἐκσυριγγοῦνται. περιγίνονται δὲ, οἷσιν ἂν ὅ, τε πυρετὸς, καὶ ὁ πόνος παρακολουθῇ, καὶ τὸ πτύαλον χωρέῃ κατὰ λόγον. μηδὲ χολώδεες αἱ διαχωρήσιες, εὔλυτοί τε καὶ ἄκρητοι γίνονται, μηδὲ οὖρον παχύ τε σφόδρα, καὶ πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον, πάντε δηλα σωτηρίας ἔχοιεν, γίνονται δὲ, αἱ μὲν ἐς τὰ κάτω, οἷσιν ἂν περὶ ὑποχόνδρια φλεγμονὴ γίνηται. αἱ δὲ ἐς τὰ ἄνω, οἷσιν ἂν, τὸ μὲν ὑποχόνδριον λαπαρόν τε καὶ ἀνώδυνον ᾖ, δύσπνοοι δέ τινα χρόνον γενόμενοι, παύσωνται χωρὶς προφάσιος. E

Iſta quoque ex Prognoſtico ſumpta videntur, neq; tamen integritatem retinent, ſed illic melius ſcribuntur. Hunc autem mihi locum ſubindicare videtur Galenus cum in Exegeſi, ἐκσυριγγοῦνται, ἀναστομοῦνται exponit, quod eſt aperiuntur, aut in fiſtulas abeunt & cauantur. Nos vt Galeni explicationem & dictionis vim comprehenderemus, per fiſtulam via aperta effunduntur, aut fiſtula facta aperiuntur, dicimus, quod in Prognoſtico ſimpliter συριγγοῦνται ponitur. Quod ſequitur, περιγίνονται δὲ, meliùs ex Prognoſtico legatur, γίνονται δὲ, cùm ſigna abſceſſuum futurorum contineant, etſi tamen poteſt vtcunque tolerari hæc lectio. Præceptor quoque Hollerius Prognoſtici lectionem amplectitur, & poſt ἐκσυριγγοῦνται ὧδε γίνονται legit. F

καὶ τὸ πτύαλον χωρέῃ] μὴ χωρέῃ legimus ex Prognoſtico vnde hæc ſunt deſumpta. Et verò addendam eſſe negationem ſatis paret ex Galeni Commentario. Quod etiam vidit Cornarius eamque lectionem ſecutus eſt, omneſque alij Interpretes, repugnantibus tamen omnibus exemplaribus.

εὔλυτοί τε καὶ ἄκρητοι γίνονται] In Prognoſtico negatio additur, & aliam habet ſignificationem, quanquam hanc etiam lectionem agnoſcit in Com. Galenus, & εὐλύτως διαχωρήσεις τὰς συμμέτρως ἐκκρινομένας explicat, & ἀκράτως τὰς ὑδατώδεις καὶ ἀμίκτους.

μηδὲ οὖρον] In Prognoſtico μήτε πολύ τι ἢ παχὺ ſcribitur & Gal. μηδ' οὖρον πολὺ μήτε agnoſcit. G

At verò in pulmonis inflammationibus quæ periculum creant abſceſſus in cruribus non inutiliter fiunt. Quibus nec poteſt quicquam melius accedere, quàm ſi ſputum pro flauo purulentum exiſtat. At ſi neque ſputum pro ratione excernitur, neque in vrina bonum apparet ſedimentum, periculum eſt ne claudicet æger, aut ne res multum negotij ſit exhibitura. Quòd ſi abſceſſus intro recurrant, perſeuerante febre neque prodeunte ſputo, periculum aut mortis, aut delirij imminet. Quicunque vero pulmonis inflammatione laborant, neque diebus iudicatoriis repurgantur, verùm cum delirio quatuordecim dies ſuperarunt, iis ſuppurationis metus impendet.

196 Αἱ δὲ ἐς τὰ σκέλεα τῶν ἀποστασίων, ἐν τῇσιν ἐπικινδύνοισι περιπλευμονίῃσι, λυσιτελέες μὲν πᾶσαι. βέλτισται δὲ αἱ τοῦ πτυέλου πυώδεος ἀντὶ ξανθοῦ γινομένου. μὴ χωρέοντος δὲ τοῦ πτυέλου κατὰ λόγον, μηδὲ τῶν οὔρων χρηστὴν ὑπόστασιν ἐχόντων, κίνδυνος χωλωθῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἢ καὶ πολλὰ πρήγματα παρέχειν. ἢν δὲ παλινδρομέωσιν αἱ ἀποστάσιες, πυρετοῦ παρακολουθοῦντος, καὶ τοῦ πτυάλου μὴ χωρέοντος, κίνδυνος θανεῖν καὶ παραφρονῆσαι. ὅσοι δὲ τῶν περιπλευμονικῶν μὴ ἀνεκαθάρθησαν ἐν τῇσι κρισίμῃσιν ἡμέρῃσιν, ἀλλὰ παραληρέοντες διέφυγον τὰς τεσσαρεσκαίδεκα, κίνδυνος ἐμπύους γενέσθαι. H

197 Αἱ

A Αἱ δὲ ἐς τὰ σκέλεα τῶν ἀποστασίων] ὑποστασίων manifeſto vitio legitur in omnibus publicatis exemplaribus, ſed ἀποστασίων ex Prognoſtico legimus cum omnibus interpretibus.

τὸ πτύελον πτύοντι] Addendum fuerat, vt in concoctionis argumento, καὶ ἐκχωρέοντος ἔξω, vt in Prognoſtico, & poſtea in malignitatis indiciis μὴ χωρέῃ additur: idque ſatis ex Galeni Commentario in Prognoſt. apparet. Sed in tumultuario opere accuratam diligentiam nimis ambitioſè requirimus.

ὅσοι δὲ τῶν περιπλευμονικῶν] Ex lib. 1. de Morb. hæc videtur deſumpta ſententia, vbi amplioribus verbis proponitur. καὶ ἢν μὲν ἐν τῇσι κρισίμοισι τῶν ἡμερέων ἀναπτύσῃ πέπονα, ὑγιὴς γίνεται. ἢν δὲ τά τε ἐπελθόντα τὰς ἀρχὰς δέχηται, καὶ προσεπιγένηται ἕτερα, καὶ μήτε πτύων, μήτε σήπων κρατέῃ, ὑπὸ πλήθεος τῶν ἐπιγενομένων, ἀποθνήσκουσιν ὡς τὰ πολλά. ἢν δὲ πρὸς τὰς ἡμέρας δύο καὶ εἴκοσι, καὶ τὸ πῦρ μεθῇ, καὶ ἐν ταύτῃσι μὴ ἐκπτύσωσιν, ἔμπυοι γίνονται. γίνονται δὲ μάλιστα ἐκ τούτων οἷσιν ἰσχυρόταται αἵ τε πλευρίτιδες καὶ αἱ περιπλευμονίαι. Et ſuperſtes quidē euadit, ſi in iudicatoriis diebus putrefacta, (hoc eſt concocta) ſputo reiecta fuerint. Quòd ſi ea quæ per initia aduenerūt ſuſceperit, aliàque inſuper acceſſerint, ac neq; ea ſpuens, neque putrefaciens euicerit, ob eorum quæ inſuper accedunt copiam ferè moriuntur. Si verò ad dies duos & viginti

B peruenerit, & febris remiſerit, & in his per ſputū repurgati non fuerint, ad ſuppurationē deueniunt. Præcipuè autem hi ſuppurati fiūt, quos vehementiſſimè pleuritides & pulmonum inflammationes vexant. Ruſuſque ibidem, ἢν περιπλευμονίην λαβὼν μὴ καθαρθῇ ἐν τῇσι κρισίμοισιν ἡμέρῃσιν, ἀλλ' ὑπολειφθῇ ἐν τῷ πλεύμονι πτύελόν τε καὶ φλέγμα, ἔμπυος γίνεται. καὶ ἢν μὲν αὐτίκα θεραπευθῇ, διαφεύγει ὡς τὰ πολλά. ἢν δὲ ἀμεληθῇ ἐν τῷ πλεύμονι, διαφθείρεται, ἐπισαπεὶς τε καὶ σαπεὶς, ἑλκοῦταί τε ὁ πλεύμων, καὶ ἔμπυος γίνεται. καὶ οὐκ ἔτι ἕλκει ἐς ἑωυτὸν ὅ, τι καὶ ἄξιον λόγου τῆς τροφῆς, οὔτε τι ἀνακαθαίρεται ἐς τὸ ἄνω, ἀλλὰ πνίγεταί τε καὶ δυσπνοεῖ αἰεὶ ἐπὶ μᾶλλον, καὶ ῥέγχει ἀναπνέων, καὶ ἀναπνέει αὐτόθεν ἀπὸ τοῦ στήθεος. τέλος δὲ ἀποφράσσεται ὑπὸ τοῦ πτυέλου, καὶ ἀποθνήσκει. Si pulmonis inflammatione correptus nō purgetur in diebus iudicatoriis, ſed relinquatur in pulmone ſputum & pituita, ſuppuratus exiſtit. Ac ſi quidem confeſtim curatus fuerit, ferè euadit. Si verò neglectus fuerit, ex eo quod in pulmone inhæreſcit & putreſcit, corrumpitur, vlceraturque pulmò & ſuppuratur, neq; ampliùs ad ſe intrò effatu dignum alimentum trahit, neque quicquam ſurſum repurgatur, ſed ſuffocatur & ſemper maiore ſpirandi difficultate vexatur, & reſpirando ſtertit, & inde ſurſum reſpiratio ex pectore ducitur. Ad extremum verò offarcto à ſputo pulmone moritur.

C 397 Τῶν περιπλευμονιῶν αἱ ἐκ πλευριτικοῦ μεταστάσαι, τῶν ἐξ ἀρχῆς γινομένων ἀσφαλέστεραι.

Pulmonis inflammationes quæ ex morbo laterali permutationem accipiunt, iis quæ ab initio fiunt ſecuriores ſunt.

πλεύμων (vt ſcribit Aretæus) μανός τε καὶ θερμός, καὶ ἐς ὁλκὴν ἑωυτοῦ ἱκανώτατος, πλευρῇσι γειτονέων, καὶ κοινωνὸς ἀγγέων. Ideóque facilè poſt lateris dolores vitia pulmonum fiunt, quod ſcribit Celſus ex aphoriſm. 11. lib. 7. Maior autem eſt inflammatio quæ ſubitam & nouam occaſionem in pulmones detulit, quàm quæ ex lateris inflammatione permutationem accepit. Paucior namque eſt humor & tenuior qui ex lateribus in amplam thoracis capacitatem venit, ideóque promptius à natura ſuperatur. At Cælius Aurelianus cap. 25. lib. 2. Acut. periculi pleniorem peripneumoniam facit quæ pleuritidem ſequitur, quòd iam viribus exoluti & remediis fruſtra erogatis defatigati ſint ægri. Cuius etiam opinionis videtur eſſe Aretæus cap. 10. lib. 2. θεραπ. ὀξ. Quod deſumptum videtur ex eo theoremate quod ſcribitur libro περὶ παθῶν ab Hippocrate περὶ τῶν ἐπιγινομένων νοσημάτων. Quod effecit vt quidam hanc ſcripturam

D non immeritò ſuſpectam habeant, & pro ἀσφαλέστεραι χαλεπώτεραι legant, &, locum hunc περὶ ἐπιγινομένων accipiant, qui hoc modo quo hic legitur ſcriptus, περὶ μεταπτώσεων intelligendus eſt.

398 Τῶν δὲ σωμάτων τὰ γεγυμνασμένα καὶ πυκνὰ θᾶσσον ὑπὸ τῶν πλευριτικῶν καὶ περιπλευμονικῶν ἀπόλλυνται τῶν ἀγυμνάστων.

Denſa & exercitationi dedita corpora, citiùs ex morbo laterali & pulmonis inflammatione intereunt, quàm quæ ſine exercitatione degunt.

Scribit Hippocrat. lib. περὶ τροφῆς, ἀραιότης σώματος ἐς διαπνοὴν οἷσι πλέον ἀφαιρέεται, ὑγιεινότερον. πυκνότης σώματος ἐς διαπνοὴν οἷσιν ἔλαττον ἀφαιρέεται, νοσερόν. Sic huiuſmodi morbis promptiùs tentantur iuuenes & ætate vigentes, quàm ſenes, vt ſcribit Hippocrates in Prognoſtico. Iuuenes etenim tum propter humorum naturam, tum ætatis ratione procliuiùs febribus, doloribus, ac inflammatio-

E nibus internis corripiuntur, quàm ſenes. Compacta quoque corpora & exercitata, cùm mollia ſint, rara, laxa & fluida, propenſiùs periculo exponuntur. Qua etiam ratione ſcribit Aretæus (imprimis grauis & vetuſtate memorabilis author) iuuenes & viros, vt rariùs in pleuritidem incidant, ita neque frequenter euadere, cùm non niſi ex valentiſſimis cauſis ægrotent. Senes verò quamuis ſæpius eo morbo tententur, ferè tamen liberari, tum ob corporis temperamentum, tum etiam partium internarum, nempe pulmonum, naturam. Eius verba ſunt cap. 10. lib. 1. περὶ ὀξ. ἁλίσκοι, πρέσβυται τῶν ἄλλων πάσχουσι γίγνονται, οἱ καὶ μᾶλλον ἐκφεύγουσι τὸ πάθος διὰ δὲ ῥᾶστον οὔτε γὰρ μεγάλη ἂν γένοιτο φλεγμονὴ ἐν ξηρῷ τῷ σκήνει, οὔτε ἐς πλεύμονα ἡ μετάστασις. ψυχρότερος γὰρ, ἢ ἐπὶ ἄλλης ἡλικίης, καὶ ἀναπνοὴ σμικρὴ, καὶ ἡ ὁλκὴ ἁπάντων ὀλίγη. νέοι δὲ καὶ οἱ ἐπὶ ἀκμῆς, οὐ μάλα μὲν πάσχουσιν, ἀτὰρ οὐδὲ μάλα διαφεύγουσι. οὐ γὰρ ἂν πάθοιεν ἐπὶ σμικρῇ φλεγμονῇ. ἐπὶ δὲ τῇσι μεγάλῃσι μέζων ὁ κίνδυνος. Quod ætatem attinet, præ aliis morbo ſunt obnoxij ſenes, qui etiam citiùs quàm alij morbum effugiunt. Nam neque in ſicco corpore magna inflammatio exiſtere poteſt, neque in pulmonem tranſitus eſt facilis, quippe qui frigidior ſit

F quàm alia in ætate, tuncque ſpiratio parua ſit & attractio omnium exigua. Iuuenes vero & ætate vigentes, haud ita quidem hoc morbo tentantur, at non admodum euadunt. Neque enim ob exiguam inflammationem morbo conflictantur & in magnis maius ineſt periculum. Eademque ferè ſcribit Hippocrat. lib. 1. de Morbis, vbi iuuenum corpora denſa, compacta & robuſta facit, ideóque celeriùs ab his morbis interire quàm ſenes.

399 Κορύζας καὶ πταρμοὺς τοῖσι περὶ πλεύμονα καὶ προηγεῖσθαι καὶ ἐπιγίνεσθαι, πονηρόν. τοῖσι δὲ λοιποῖσι πταρμὸς οὐκ ἀλυσιτελής.

In morbis pulmonis grauedines & ſternutamenta tum præcedere, tum vero ſuccedere, malo eſt. In reliquis verò morbis ſternutamentum vtilitate non vacat.

Id ex Prognoſtico tranſlatum videtur, vbi aliis paulò verbis ſcribitur. Illud verò, τοῖσι λοιποῖσι. quod obſcurum videtur, pleniùs in

G Prognoſtico ſcribitur, ἐν τοῖσιν ἄλλοισι νοσήμασι τοῖσι θανατώδεσιν. Celſus de ſternutamento eleganter (quod alias ſalutare videtur) extulit, cap. 8. lib. 2.

400 Τοῖσι περιπλευμονικοῖσιν οἷσι γλῶσσα πᾶσα λευκὴ καὶ τρηχεῖα γίνεται, ἀμφότερα φλεγμαίνει τὰ μέρεα τοῦ πλεύμονος. οἷσι δὲ τὸ ἥμισυ, ἐν καθ' ὃ φαίνεται. καὶ οἷσι μὲν πρὸς τὴν μίαν κληῖδα ὁ πόνος γίνεται, ἡ ἄνω πτέρυξ τοῦ πλεύμονος ἡ μία νοσεῖ· οἷσι δὲ πρὸς ἀμφοτέρας κληῖδας ὁ πόνος γίνεται, αἱ ἄνω πτέρυγες τοῦ πλεύμονος ἀμ-

H φω νοσέουσιν, οἷσι δὲ κατὰ μέσην τὴν πλευρὴν, ἡ μέση. οἷσι δὲ πρὸς τὴν διάτασιν, ἡ κάτω. οἷσι δὲ πᾶν τὸ ἓν μέρος πονέουσι, πάντα τὰ κατὰ τοῦτο μέρος νοσεῖ. ἢν μὲν οὖν σφόδρα φλεγμαίνωσιν αἱ ἀορταὶ, ὥστε προσκαθῆσθαι πρὸς τὸ πλευρὸν, παραλύονται τὸ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τοῦ σώματος, καὶ πελιώματα περὶ τὴν πλευρὴν

In pulmonis inflammationibus ſi lingua tota alba fiat ac aſpera, ambæ pulmonis partes inflammatione vexantur, quibus vero dimidiata lingua, qua parte id apparet, inflāmatio affligit. At quibus quidem ad vnā clauiculam dolor ſubit, iis vna ſuperior pulmonis ala laborat: quibus verò ad ambas clauiculas dolor extenditur, ambæ ſuperiores pulmonis alæ laborant: quibus ad mediā coſtam, media: quibus verò ad quā partem pulmo extenditur dolor permeat, inferna ala laborat: quibus vna tota pars laborat, quæ ei parti reſpondent omnia ægrotant. Si quidem igitur ſuſpenſæ vtrinque pulmonis partes aortæ dictæ, tanta inflammatione tententur, vt ad latus adhæreāt, illa corporis parte reſolutionem ſentiunt, & ad coſtam liuores

foris fiunt, quos veteres ictos aut ſydere percuſſos vocabant. Quòd ſi tanta non eſt inflammatio vt adhæreant, dolor quidem totum occupat, neque tamen reſolutionem ſentiunt, neque liuores habent.

ἔξω γίνεται. τούτους δὲ ἐκάλεον οἱ ἀρχαῖοι βλητούς. ὅσοι δὲ μὴ σφόδρα φλεγμαίνουσιν, ὥστε μὴ προσκαθῆσθαι, ἀλγηδόνα μὲν γίνεται περὶ ὅλον, οὐ μὴν παραλύονταί γε, οὐδὲ πελιώματα ἴσχουσιν. A

In pulmonia dolor ad iugulum, dorſum, ſcapulas, ſpinam, coſtas, & mammas, grauitatiſque ſenſus ad pectus peruadit, vt ſcribitur libris de Morbis. [a] Ex his autem indiciis & ſignis propriis rectè diſtinguas. Linguam verò in pulmonia flauam adſcribit Hippocrates lib. 3. de Morb. & temporis progreſſu nigreſcentem, moribundis autem ſcabram, diffiſſam, & digitis adhæreſcentem. Hic tamen albam ex halituoſo vapore & inflammationis pituitoſæ natura ponit. Eſt vbi περιπλευμονικὴν γλῶσσαν peculiari denominatione inſigniat, & ἀχχέλιωσαν eſſe ſcribat, [b] vt ἀχχοτίρην, lib. de loc. in homine. B

[a] *Lib. 1. & 3.* [b] *Lib. 7. epid.*

καὶ εἶσι μὲν πρὸς τὴν ἁ κλεῖδα] Exemplaria quædam πρώτην κλεῖδα legunt, quædam etiam μίαν κλεῖδα. Clauiculam autem primam nominat, quod in coſtarum ordine primum videatur quodammodo locum obtinere, aut certè melius primam quaſi vnam accipit. Per clauiculas autem & iugula ſuperiores pulmonis alas indicat, vt & per nothas coſtas & infimam thoracis partem, inferiores alas quas ὑποχονδρίους vocat [c] αἱ ἐσχάτιαι λοβοί, & quinque numero facit.

[c] *Lib. περὶ ἀνατομῆς.*

εἶσι δὲ πρὸς τὴν διάτασιν] Hic διάτασις qua pulmo extenditur ac peruadit ſignificare videtur, & infimam thoracis partem & diaphragma denotat, qua notione diſcriminationem vertit Cornarius niſi ſi fortè διάκρισιν legiſſe videatur. διάτασις autem dicitur quod ad inferiorem thoracem diſtendatur.

αἱ ἀορταὶ] ἀορταὶ hic dici videntur (ſi modo locus mendo caret) quæ ἀορτὰ ἐν ταῖς γλώσσαις Galeno explicantur his verbis: ἀορτρον τὸ ἀπηρτημένον τοῦ πνεύμονος μέρος ἑκατέρωθεν, ὡς ἐν τῷ περὶ νούσων τῷ μείζονι. ἐν δὲ ἀορτρὴν τὸ αὐτὸ τοῦτο εἶναι καλεῖ ὡς Διοσκουρίδης οἴεται. ἡ μὲν δὲ ἐν τῷ ... C Quam dictionem etiam agnoſcit Varinus, & ἀορτρον τὸ ἀπηρτημένον τοῦ πνεύμονος μέρος ἀμφὶ τὸν ἑκατέρωθεν eſſe ſcribit. Eſt igitur ἀορτρον pars pulmonis vtrinque dependens, quæ vbi inflammatione tentatur, diſtenditur atque inflatur, in coſtas & latera incumbit, eiſque adhæreſcit. Lib. 2. de Morbis (qui Galeno liber primus de morbis maior dicitur, vt multis teſtimoniis conteſtatum habemus) ἀορτρα τοῦ πλεύμονος παθόντα deſcribuntur, atque etiam curatio edocetur, ſiue pars illa vtrinque ſuſpenſa per ſe, ſiue ambæ ſimul diſtendantur & diuellantur. Vbi tamen publicata exemplaria vitioſè ἄρθρα, recepta vbique lectione, legunt. Et ſanè illum locum à Galeno in Exegeſi deſignatum mihi haud dubia fides eſt, etſi ab interpretibus minimè eſt animaduerſum. Hæ igitur dependentes vtrinque pulmonis partes ad latera adhæreſcentes, hic ἀορταὶ dicuntur, aut potius vt reor ἀορτραὶ ex Dioſcoridis opinione. Hunc enim expreſſum à Galeno & Dioſcoride locum arbitror, cum ſcribit Galenus ἀορτρὴν aut potius ἀορτρὴν (vt meliora habent exemplaria) aliquando ab Hippocrate ex Dioſcoridis opinione vocatam. Sunt autem ἀορταὶ Hippocrati dictæ libro de loc. in homine, arteriæ aſperæ cartilagines propè circulares, in totum pulmonem à gutture quaquauerſum in tenues ramos ac fiſtulas diſperſæ, eiuſque totam ſubſtantiam contexentes. Quæ vbi inflammatione tentantur, diſtenduntur, inflantur, ac tumore intumeſcentes vias faciunt anguſtiores, ac difficiliorem reſpirationem, ita vt concepto humore turgentes lobi in latus facilè incumbant eique adhæreſcant. D Quem in ſenſum appoſitiſſimè accommodari poteſt quod ſcribitur ab Hippocrate lib. de loc. in homine, de fluxione in pulmones ingruente, ὅταν ἐς τὸν πλεύμονα ῥυῇ ἐκ τῆς κεφαλῆς διὰ τοῦ βρόγχου καὶ τὴν ἀορτρήν, ὁ πλεύμων ἅτε ... ἐὰν δὲ ξηρὸς εἴη, ... ἐφ' ὅτῳ ... καὶ ἐπὶ τὴν ἀορτρήν, μείζων γίνεται. καὶ ὅταν μὲν ἐς ἓν ἀποῤῥυῇ, μείζων ὁ λοβὸς γίνεται, ὁμαλώτερον ... πλευρίην, καὶ περιπλευμονίην ἐποίησεν. Sic enim locum illum legendum exiſtimo, cum publicata exemplaria ἀρτηρίην pro ἀορτρίην legant, etſi Erotiano vulgatam lectionem atteſtatam non diffiteor. Niſi quis etiam ibi ἀορτρὸν aut ἀορτήρων pro ἀορτῆς non temerè ſcribendum exiſtimet. Quæ lectio quoque eodem in libro aliàs ex manuſcriptis codicibus eſt confirmata. Qua ratione hic ἀορταὶ dici poſſunt huiuſmodi lobi & pulmonis vtrinque dependentes partes. Eamque in ſententiam fortè à Galeno ſcriptum videtur, ἀορτρὴν aut potius ἀορτρὴν ex Dioſcoridis opinione Hippocrati dictam, cùm ipſe exiſtimaret ἀορτὴν hic procul omni dubio vocatam fuiſſe, vulgatamque lectionem nullo merito eſſe mutandam. E Aut certe ἀορτὴν etiam Dioſcoridi dictam exiſtimare quis poſſit, itaque potiùs legendum quam ἀορτρὴν aut ἀορτὴν. Quæ certè omnia ſunt valde arbitraria, & ex coniectura ſola auguranda, præſertim cum addat Galenus ἡ μὲν δὲ σαφὲς ἐστι. ἀορτρὴ autem aut ἀορτρὴ, vt & ἀορτρον ἀπὸ τοῦ ἀορτεῖσθαι dici videtur, vt & ἀορτὴρ lorum dicitur Homero ὀδυσσ. λ. ex quo clypeus aut enſis dependet. Porrò de pulmonum vitiis multa habes ſcitu digniſſima apud Hippocratem libro de Morbis primo & ſecundo, & lib. de locis in homine, vbi & ἀορταὶ ſæpe tenues illas appendices & σύριγγας, βρογχία appellatas, in totum pulmonem veluti ramulos quoſdam diſſeminatas ſignificant.

βλητοὺς] Rectè ac propriè βλητοὺς antiquis dictos ſignificat, quaſi ſyderatos, ictos, aut ſydere afflatos, aut ex plaga liuidos. Pleuriticos namque ſic dictos ſcribit Hippocrates lib. de rat. vict. in morb. ac. quod ſtertore aut difficultate ſpirandi repentè ſuffocati totum latus in quo inflammatio delitteſcebat, tanquam ex plaga liuidum habeant: quod etiam peripneumonicis contingit. F διὰ τοῦτο καὶ ὀρθόπνοιαι καὶ ἕτεραι ... οἱ ὅλοι ... βλητοί ... οἱ δὲ ὑπὸ τῆς ἰσχνότητος, καὶ τοῦ ῥέγχους ἀποπνιγῆναι, μᾶλλον δὲ ... οἱ ἀρχαῖοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι, διὰ τὸ ... μάλιστα. οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἀποθανόντων αὐτῶν, ἡ πλευρὴ πελιδνὴ εἰσιν ... πληγῆς. Quibus in verbis duplicem notationis cauſam exprimere videtur Hippocrates, quod ſyderati aut icti dicti ſint antiquis, qui derepentè tanquam ſydere afflati conciderent, aut quibus poſt mortem liuores tanquã plaga percuſſis, ex inflammatione in latus incumbente, apparerent. Quod etiam innuere videtur his verbis Galenus, καὶ διὰ τὸ τάχος τῆς ἀπωλείας ... οἱ ἀρχαῖοι εἶπον, καὶ διὰ τὸ πελιδνοῦσθαι τὴν πλευρὰν ἔνθα ... ἡ ῥίζα. Quorum etiam meminit initio Com. 1. in Progn. Atq; hinc fortaſſe teli nomẽ antiquis petitum videtur, & à Q. Sereno in lateris morbis annumeratum.

Eſt & vis morbi, quod telum commemoratur,
Cum ſubito dolor inſanus fierit incitus ictu.

G Varin. quoque βλητοὺς antiquis dictos ſcribit, ... Ex eademque opinione pendet quod veteres venenatos pleuritide ſublatos exiſtimarunt (vt ſcribit Aurelianus cap. 16. lib. 2. acut.) cum illis expirantibus ſæpe latus aut nigrum, aut liuidum compertum ſit. At βλητοὶ deſcribuntur libris de Morbis, qui capitis ſtupore ac velut attoniti, ſtupefactis ſenſibus, tanquam ſyderati concidunt, ac derepente moriuntur, interque cerebri vitia annumerantur.

Quibus autem vna cum corde pulmo totus inflammatur, ita vt in latus incumbat, ij toto corpore neruorum reſolutionem ſentiunt, & ſine ſenſu iacet æger frigidus, ſecũdo autem aut tertio die interit. Quòd ſi contingat vt cor nihil tale quiddam, aut etiã minus patiatur, diutiùs viuunt, nonnulli verò etiã ſeruantur.

401 Οἷσι δ' ἅπας ὁ πλεύμων φλεγμαίνῃ μετὰ τῆς καρδίης, ὥστε καὶ προσπεπτωκέναι πρὸς τὴν πλευρὴν, παραλύεται πᾶς ὁ νοσέων, καὶ κεῖται ψυχρὸς ὁ νοσέων ἀναίσθητος. θνήσκει δὲ δευτεραῖος, ἢ τεταρταῖος. ἢν δὲ καὶ χωρὶς τῆς καρδίης συμβῇ, καὶ ἧσσον, πλείονα χρόνον ζῶσιν. ἔνιοι δὲ καὶ διασώζονται. H

Illud, καὶ ἧσσον, obſcurum habet ſenſum. Cornarius ſequentibus iunxit, ac minus diu viuunt, dixit. Nos ad præcedentia retulimus vt minus malum & minorem phlegmonem intelligamus.

Ex lateris morbo præcipuè aut pulmonis inflammatione purulẽtos, calores interdiu quidem tenues, noctu verò intenſiores conſequuntur, neque quicquam effatu dignum expuunt, circa ceruicem & clauiculam ſudores occupant, oculi cauãtur, malæ vero

402 Τοῖσιν ἐμπύοις γενομένοισι, μάλιστα δὲ ἐκ πλευριτικοῦ καὶ περιπλευμονικοῦ, θέρμαι παρακολουθοῦσι, τὴν μὲν ἡμέρην λεπταὶ, τὴν δὲ νύκτα συντονώτεραι, καὶ πτύουσιν οὐδὲν ἄξιον λόγου, ἱδροῦσί τε καὶ τράχηλοι καὶ κληῖδες, καὶ οἱ μὲν ὀφθαλμοὶ κοιλαίνονται, αἱ δὲ γνάθοι ἐρυθ-

A ἐρεθίζονται. χεῖρες δὲ, θερμαίνονται μὲν δακτύλους ἄκρους καὶ τραχύνονται, γρυποῦνται δὲ ὄνυχας καὶ καταψύχονται, περί τε τοὺς πόδας ἐπάρματα ἴσχουσι, καὶ κατὰ τὸ σῶμα φλυκταινίζονται, σιτίων τε ἀφίστανται. τὰ μὲν οὖν χρονίζοντα τῶν οἰδημάτων ἴσχει τὰ σημεῖα ταῦτα. τὰ δὲ συντόμως ῥηγνύμενα σημειοῦσθαι τούτων τε τοῖσιν ἐπιγινομένοισι, καὶ τοῖσιν ἐν ἀρχῇ πόνοισι, ἅμα δὲ καὶ ἤν τι δυσπνοώτερος γίνηται. B ῥήγνυται δὲ τὰ πλεῖστα τῶν ἐμπυημάτων, τὰ μὲν εἰκοσταῖα, τὰ δὲ τεσσαρακοσταῖα, τὰ δὲ περὶ τὰ ἑξήκοντα. οἷσι μὲν οὖν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇ ἔγκειται σύντονος, καὶ δύσπνοια, καὶ βὴξ μετὰ πτυαλισμοῦ, περὶ τὰς εἴκοσιν ἢ συντομώτερον προσδέχου τὴν ῥῆξιν. οἷσι δὲ ἐλαφρότερα ταῦτ᾽ ἐστὶ κατὰ λόγον. λογίζεσθαι δὲ τὸν χρόνον ἀφ᾽ οὗ πρῶτον ἤλγησεν, ἢ ἐβαρύνθη, ἢ ἐπύρεξεν, ἢ εἴποτε ῥῖγος ἔλαβε. C προηγεῖσθαι δὲ ἀνάγκη καὶ πόνον, καὶ δύσπνοιαν, καὶ πτυαλισμὸν, πρὸ τῆς ῥήξιος. οἷσι μὲν οὖν ὅ, τε πυρετὸς αὐτίκα ἀπολείπει μετὰ τὴν ῥῆξιν, καὶ σιτίων ἐπιθυμέουσι, καὶ τὸ πῦον ἀνάγεται ῥηϊδίως λευκὸν ἐὸν, καὶ ἄοσμον, καὶ λεῖον, καὶ ὁμόχροον, καὶ ἀφλέγμαντον, κοιλίη τε μικρὰ συνεστηκότα ὑποχωρέει, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ σώζονται συντόμως. οἷσι δὲ πυρετοί τε D παρακολουθοῦσι, καὶ δίψα, καὶ ἀποσιτίη, καὶ τὸ πῦον πελιὸν ἢ χλωρὸν, ἢ φλεγματῶδες, ἢ ἀφρῶδες, κοιλίη τε ἐφυγραίνεται, τελευτῶσι. οἷσι δὲ τὰ μὲν ἐπιγίνεται ἐκ τῶν προειρημένων, τὰ δὲ μὴ, τούτων οἱ μὲν ἀποθνήσκουσιν, οἱ δὲ πολλῷ χρόνῳ σώζονται.

rubent, digiti quidem manuum ſummi calent & ſcabri redduntur, vngues autem vnci fiunt & perfrigeſcunt, in pedibus tumores & puſtulas toto corpore habent, ac cibos refugiunt. Atque hæ ſunt diuturnarum vomicarum notæ. Quæ verò celerem eruptionem habent, tum ex notis quæ ad eas conſequuntur comprehenduntur, tum etiam ex doloribus qui circa initia fiunt, ſimúlque ſi ſpiritus aliquantò maiori cum difficultate trahitur. Rumpuntur autem magna ex parte ſuppurationes, partim quidem vigeſimo die, partim quadrageſimo, partim etiá ſexageſimo. Quibus igitur inter initia intenſus dolor inſtat, nec non ſpirandi difficultas, & tuſſis cum frequenti ſputatione, circa vigeſimum diem, aut celerius ruptio expectanda eſt. Quibus autem leuiora hæc inſunt, pro ratione ſerior eruptio futura eſt. Sed & dolorem, & ſpirandi difficultatem, ac crebram ſpirationem, eruptionem ipſam præcedere neceſſe eſt. Temporis autem ratio ineunda eſt, ex quo primùm quis dolorem aut grauitatem ſenſit, aut febricitauit aliquis, aut ſi quando etiam rigor prehendit. Vt plurimùm igitur breui ſeruantur, quos febris ſtatim atq; eruptio facta eſt dimittit, & cibos appetunt, & quibus pus facilè ducitur album, odoris expers, læue, eiuſdémque coloris, ſine pituita, ac aluus exigua & coacta reddit. At verò ij moriuntur, quos febres conſequuntur, & ſitis, & cibi faſtidium, ſi pus liuidum, aut ex pallido viteſcens, aut pituitoſum, aut ſpumans, ac inſuper ſi aluus eſt liquida. Quibus autem ex prædictis partim quædam adſunt, partim vero abſunt, hi quidem moriuntur, illi verò poſt longa temporum interualla ſani euadunt.

Hæc ſuppuratorum indicia in libros de Morbis ſparſa, & ex Hippocrat. Prognoſtico deſumpta, tranſlatione mutationem aliquam acceperunt.

καὶ πτύσιον] Tuſſiendi irritam cupiditatem addit in Prognoſtico, ex qua nil quicquam inſigne expuitur, quod hic omitti non E debuit.

χεῖρες δὲ] Sic legunt quotquot licuit videre exemplaria, verum χειρῶν ex Prog. legendum contendo, vt ad δακτύλους referatur, explicato admodum ſenſu. Quod etſi puſillum eſt, ſenſum tamen alioqui valde immutat, & ab interpretibus non eſſe animaduerſum miror.

τὰ μὲν οὖν χρονίζοντα τῶν οἰδημάτων] ἐμπυημάτων legunt interpretes ex Prognoſt. communiore notione, ſed nos pluralitatis conſenſum retinuimus, & vomicas diximus, & aliàs οἰδήματος nomen ſuppuratis tumoribus attribui ex Hippocrat. authoritate probauimus.

τοῖσιν ἐπιγινομένοισι] Quæ ſuppurationes conſequuntur indicia tria ſunt numero, grauitas, rigor, febris multò quàm antea grauior, ex Prog. σημειοῦσθαι autem longè explicatiorem ſenſum præbet, etſi σημαίνεσθαι legitur in Progn.

F ἅμα δὲ καὶ ἤν τι] In Progn. ἅμα δὲ καὶ ἤν τι δυσπνούστερος ᾖ ὁ ἄνθρωπος, legitur. Quam lectionem hic amplectuntur exemplaria quædam. Alia ἤν τι δυσπνοώτερος legunt.

ῥήγνυται δὲ] Ductæ à rei ſubſtantia ſuppurationum differentiæ, celeriores, aut tardiores eruptiones faciunt. Septimo etiam quædam rumpuntur, (quod rarum eſt) & vigeſimo & trigeſimo, vt patet ex Prog. hic verò prætermittitur.

προηγεῖσθαι δὲ ἀνάγκη] Hæc temerè videntur tranſpoſita, ideoque ſuum in locum hoc ordine ex Prognoſt. inſerenda videntur, quem noſtra interpretatione retinuimus.

λογίζεσθαι δὲ] Iſta ad ruptionis tempus referenda ſunt, vt inde ſit temporis ineunda ratio, ex quo ad præfinitum ruptionis diem peruenias, ex his indiciis ſuppurationis initium colligens, vt ſcribitur in Progn. vnde tam temerè ſunt ſuo loco emota.

καὶ τὸ πῦον] Sitim hic reticet, quam addit in Prog. & ex antitheſi ſequente addenda videtur. Pus autem ἄοσμον in Progn. reticetur, & ἀφλέγμαντον, φλέγματος ἀπηλλαγμένον explicatur. Celſus ſine pituita dicit, & ὁμόχροον eiuſdem coloris, atque etiam vnius coloG ris. Prorrh. etiam 2. tabeſcentium ſputum laudabile facit ὁμόχροον καὶ ἀφλέγμαντον, quod alij interpretes, ſine inflammatione aut igneo calore dicunt. Vitioſa autem ſunt edititia exemplaria quæ ὁμόχροον legunt.

403 Οἱ δὲ μέλλοντες ἔμπυοι γίνεσθαι, πτύουσι, τὸ μὲν, πρῶτον ἁλμυρὸν, εἶτα γλυκύτερον.

Qui pus intrò collecturi ſunt, iis primùm quidem ſalſuginoſum ſputum expuitur, deinde dulcius.

Libr. 1. & 3. de Morb. ſputum dulce in peripneumonia, pulmonis ſuppurationem indicare, & morbum longum annuúmque fore ſcribitur. Dulce autem ſputum ex ſalſo concoctionem ſignificat, & humorum temperationem ac fuſionem, non ſecus ac ſordium aures colliquato cerebro dulceſcere ſcribit Galenus Com. ad aphor. 18. ſect. 5. lib. 6. epid.

404 Οἷσι δὲ ἐν πλεύμονι φύματα γίνεται, τὸ πῦον ἀναβήσσουσιν ἐς μ' ἡμέρας μετὰ τὴν ῥῆξιν. ταύτας δὲ ὑπερβάλλοντες, ὡς τὰ πολλὰ φθισικοὶ γίνονται.

H

Quibus tubercula in pulmone oriuntur, ij pus intra dies quadraginta, ex quo fit ruptio, expuunt, quos ſi ſuperent, vt plurimùm tabidi fiunt.

Quod antea, & aph. 15. lib. 5. de pleuritide extulit, hîc in vniuerſum tumoribus qui in thorace concipiuntur & in pus vertuntur attribuit. Dicuntur namque φύματα tumores omnes, qui ſtatim oborti augentur, inflammantur, & in pus vertuntur, vt ſcribit Gal. ad aph. 8. lib. 7. & aph. 26. lib. 3. Sic etiam φυματίαι dicuntur lib. de art. quibus tubercula circa pulmones oboriuntur.

405 Ἐπὶ πλευριτικῷ ἀλγήματι, στάξις ἀπὸ ῥινῶν αἵματος, κακόν.

In dolore lateris, ſanguinis è naribus ſtillatio, mala eſt.

στάξις apud Hippocr. pluribus in locis damnatur, & κρισίμως μὴ κρινόντων indicium ſubit, idq́; præcipuè ſi die critico contingit, vt

fuſiùs aliàs ſcripſimus. Etſi verò pleuritis αἱμορραγίη δὲ ἐκ ῥινῶν λάβρως ἀθρόη λύουσα (vt ſcribit ** Aretæus) ea tamen rara eſt, ac ne vix quidem contingit, vt ſcribit Gal. cap. 3. lib. 3. de criſibus, ideóque hic euentus ſuſpectam magis è naribus ſtillationem facit. A

** *Cap. 10. lib. 1. ὀξ.*

406 **Purulentos moderatiùs habentes, ſi ſputa graueolentia conſequantur, recidiua interimit.**

Οἷσιν ἐμπύοισιν ἐπιεικέστερον ἔχουσι, δυσωδίαι τῶν πτυσμάτων παρακολουθοῦσι, τούτους ὑποστροφὴ κτείνει.

Sputa graueolentia putrilaginis grauitatem, calidi natiui extinctionem, & extranei vehementiam indicant, & tabidorum lethalia ſunt ſigna, vt poſtea ſcribetur. Sic puris veſicæ graueolentiam damnat Hippocr. aph. 81. lib. 4. & quod ex aure effluit probari vult num grauiter oleat, aph. 12. ſect. 5. lib. 6. epid.

407 **Qui in morbo laterali ſputa reiiciunt purulenta, aliquantulum bilioſa, rotunda, aut purulenta aliquantulum cruenta, iis temporis progreſſu periculum creatur. Perniciem etiam denunciant ſputa nigra, fuliginoſa, aut quibus qualia ex vino nigro fiunt.**

Οἱ ἐν πλευριτικοῖσιν ἀναπτύοντες πυώδεα, ὑπόχολα, στρογγύλα, ἢ πυώδεα ὕφαιμα, προεληλυθότος χρόνου ὀλέθριοι. ὀλέθριοι δὲ καὶ οἱ τὰ μέλανα λιγνυώδεα πτύοντες, ἢ οἷον ἀπὸ οἴνου μέλανος γίνεται πτύσματα. B

ἢ οἷον ἀπὸ οἴνου μέλανος] In ſputis nigreſcentibus inſolens eſt phraſis. Incertum namque eſt, num ſputa ex rubro nigricantia intelligat, velut quæ vino nigro tincta ſunt, an verò fæci ex vino nigro ſimilia, vt & fæculenta intelligantur etiam cum nigredinis vitio. Certum tamen ex vtroque modo nigricantia inaudiri, quæ ad nigredinem & fuliginem ipſam tendunt calore igneo aucto, & ad exitum adducente, & incoctam putredinem indicante. Quemadmodum αἴθοπα οἶνον ſæpius Homero dici contendunt, non ſolum μέλανα & nigrum, ſed τὸ καυστικὸν, quod incendat & ardere faciat.

408 **Qui ſpumantem ſanguinem ſpuitione reiiciunt, cum præcordiorum dextrorum dolore, iis ex iecinore prodit, & plærumque pereunt.**

Ὅσοι αἷμα ἀφρῶδες πτύουσι, πονέοντες ὑποχόνδριον δεξιὸν, ἀπὸ τοῦ ἥπατος πτύουσι, καὶ οἱ πολλοὶ ἀπόλλυνται. C

Hæc ſententia iiſdem verbis poſtea repetitur in his Præſagiis. Sanguinem autem ex hepate & liene ſpuitione reddi ſatis teſtatur Aretæus vetuſtiſſimus author lib. 2. περὶ ὀξ. cap. 2.

409 **Quibus ſi concutiuntur, pus lutulentum & graueolens prodit, vt plurimùm moriuntur.**

Οἷσι σειομένοισι πῦον βορβορῶδες ἔρχεται καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυνται ὡς τὰ πολλά.

Illud [σειομένοισι] purulentorum ſectionem aut vſtionem prodit. Quanam enim parte pus decumbat ad ſectionem & vſtionem concuſſione explorat Hippocr. lib. 2. de Morb. Aut certè validum thoracis motum indicat, dum concutitur ad puris excluſionem, quo concuſſu pus educitur & virus ſuum exhalat. Verùm [ὡς τὰ πολλὰ] concuſſionem ad ſectionem aut vſtionem inſtituendam magis ſpectare videtur, quod illius ope interdum euadant. Pus autem βορβορῶδες & δυσῶδες in purulentis mortem denunciat ex libris de Morbis, aph. 44. lib. 7. & Prognoſtico. D

410 **Quibus ſpecillum à pure, velut ab igne, coloratur, ij ferè moriuntur.**

Οἷσιν ἀπὸ τοῦ πύου ἡ μήλη χρωματίζεται, καθάπερ ἀπὸ πυρὸς, ἀπόλλυνται ὡς τὰ πολλά.

Vehementem & indomitam putrilaginem ſummamq; puri acrimoniam aut malignitatem adeſſe oportet, quà ſpecillum vulnerarium ad puris eductionem in fiſtulam immiſſum velut ab igne, vritur, coloratur, rubeſcit, aut nigreſcit. Primis autem ſæculis & frugalioribus moribus, ærea erat chirurgica ſupellex, vt ſatis patet ex libello περὶ ἰητροῦ apud Hippocr. † & Ariſt. ſect. 1. quæſt. natur. quòd æri vis quædam remediabilis ineſt & ſiccifica (vt loquitur Macrobius) quam in vulnere dimittit. † *quæſt. 35. & 36.* E

411 **Lateris dolore citra inflammationem affecti, cum turbulentis, tenuibus, moderatis, in phrenitidem labuntur.**

Μετὰ πλευροῦ ἀλγήματος, μὴ πλευριτικοῦ ὄντος, καὶ ταραχωδέων λεπτῶν ἐπιεικέων, οὗτοι φρενιτικοὶ ἀποβαίνουσιν.

Obſeruatio eſt empirica ex diuerſi generis ſignis conflata, & nulla habens propria phrenitidis ſigna. Quales ſunt multæ his in Præſagiis & Prorrhetico, quæ ἀλόγιστον ἐμφάσεων faciunt, vt ſcribit Galenus. Ταραχώδεα autem quonam referat ambiguum eſt, an ad mentem, an verò ad alui deiectiones, etſi vero eſt ſimile hic potius mentem ſpectare. Quem verò lateris dolorem ſine pleuritide ponit τὰ ἄφνω κατὰ πλευρὸν ἀλγήματα exprimere videtur, ex Prorrh. 22.

412 **In pulmonum vitiis ſupra modum rubræ ſanguinis ſtillæ, malum denunciant.**

Ἐν τοῖσι κατὰ πλεύμονα αἱ λίην ἐξέρυθροι ἀποστάξιες, πονηρόν. F

Sanguinis ſtillæ, vt neque in lateris doloribus, ita neque in pulmonis morbis conducunt, ac ferè vniuerſali enunciato Hippocrati damnantur, quod ſæpe diximus. Quòd ſi prærubrum & ſupra modum rubro colore exaturatum ſanguinem effundant, ita vt craſſior & nigrior quodammodo euadat, vehementis incendij metus eſt, & feri ab immodica exæſtuatione conſumpti.

413 **Sputa viſcida, ſalſuginoſa, cum raucitate mala ſunt. Quòd ſi adhæc aliquid etiam in pectore ſublatum ſit, malum ſignificat. In his extenuatis ceruicis dolores perniciem denotant.**

Μετὰ βράγχου πτύελα γλίσχρα, ἁλμυρώδεα, κακόν. ἢν δὲ καὶ ἐπαίρηται κατὰ στῆθος, ἐπὶ τούτοισι κακόν. τὰ ἐς τράχηλον ἀλγήματα, τούτων ἰσχνανθέντων, ὀλέθριον.

Hæc prompta via eſt ad tabem, ſuntque ipſius certiſſima rudimenta. Vbi enim tanta acris, ſalſuginoſi & viſcidi humoris copia à cerebro affluit, vt fauces, thoracem, ac ſpirituum inſtrumenta irriget, ſuſpecta ex deſtillatione tabes eſt, & ex affluxu ceruicem dolor occupat, morboque trahente corporis extenuatio ſubſequitur, velut in Thaſo contigiſſe ſcribit Hippocr. ſect. 1. libr. 1. epid. Interdum etiam muſculorum laryngis inflammatio, nullo foris ſe prodente tumore, aut reſiccatio ſuboriri poteſt. Quomodo ἰσχνανθέντων ſumit Præceptor Hollerius, vnde ſuffocationis, velut in angina, metus impendet. G

414 **Raucitas cum tuſſi & aluo liquida, pus educit.**

Βράγχος μετὰ βηχὸς καὶ κοιλίης ὑγρῆς, πῦον ἀνάγει.

Hoc quoque præſagium tabem ex deſtillatione minatur. Publicata autem exemplaria ἀνάγεται pro ἀνάγει habent, vt aliàs apud Hip. lib. 3. de Morbis in peripneumonia, ἢν μὴ ἐν τῇσι τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσιν ἀνάγῃ τὸ πῦον.

415 **In pulmonis inflammatione, quibus circa initia vrinæ craſſæ ſunt, deinde ante quartum diem tenues euadunt, mors impendet.**

Οἷσιν ἐν περιπλευμονίῃ οὖρα παχέα ἐν ἀρχῇ, εἶτα πρὸ τῆς τετράδος λεπτύνεται, θανάσιμον. H

Vrinæ iſtæ tenues raptam ſurſum materiam ſtatim primo circuitu ſignificant, vnde phrenitis impendet, quæ in pulmonis inflammatione periculum denunciat, ex placito 12. lib. 7.

416 **In pulmonis inflammationibus ſiccis qui pauca concocta educunt, metuendi ſunt.**

Οἱ ἐν ξηρῇσι περιπλευμονίῃσιν ὀλίγα πέπονα ἀνάγοντες, φοβεροί.

Pneumo-

A Pneumonia ſicca quænam ſit ex Hippocr. monimentis lib. 1. de morb. ſatis teſtatum eſt, nempe in qua pulmonum incendium humidum omne reſiccat & exurit, ita vt nihil educatur, vnde præſens periculum impendet. ἢν γὰρ μὴ πτύσῃ, ἐκλιμπάνει τε γίνεται ὁ πλεύμων ἐκ συναυάνσιος, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀποκτείνει, vt ſcribitur lib. de Morb.

417 Τὰ ἐν τοῖσι στήθεσιν ἐρυθήματα ἐπὶ ὀλίγον πλανώμενα, γίνεται τοῖς τοιούτοισιν ὀλέθρια.

His aliquantulum extenti in pectoribus rubores fiunt, & perniciem denunciant.

Etſi ſententia iſta per ſe, non relata ad pulmoniam, ſumi poteſt, vt rubores in pectoribus leuiter effuſos damnet, quomodo antea quoque in manibus ac pedibus rubores pernicioſos ſcripſit, ac experientia comprobatum ſit rubores in extremis partibus ac ſuperficie corporis per morbos acutos enatos, periculi plenos eſſe, & deficientis caloris natiui ſignificationem exhibere, morbiq; victoris velut erecta eſſe de illo trophæa: tamen mihi aptius ad peripneumoniam referri & ſuperiori ſententiæ coniungi videtur, in qua ob incendij interni vehementiam, ex thoracis & vaſorum conceptaculis humor interdum exprimitur, & in ſuperficiem effunditur, taléſque apparent rubicundi tumores aut in pectore, aut in aliis corporis partibus, ſymptomatici potius quàm critici, & ſunt B irrita fatiſcentis naturæ ac propè deficientis teſtamenta. Ac experientia teſtatum eſt huiuſmodi rubores præſentem interitum denunciare. Quinetiam in pulmonis incendio Hippocr. lib. 3. de Morb. flammeos tumores in pectore, acuum puncturas ac morſus annotat. ὑπὸ δὲ ὀδύνης ὀξείης ἴσχεται, ἐς τόν τε νῶτον καὶ τὸ στῆθος, καὶ αἱ πλευραὶ ὡς βελόναις κεντεῖται, καὶ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ, ὥσπερ πῦρ καίομενον. καὶ ἐρυθήματα ἐμφαίνει τὸ στῆθος καὶ τὸ νῶτον φλογώδεα. Lib. vero περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, οἴδημα κατέχει τὰ στήθεα, καὶ ἐρύθημα ἐν τῇ ὄψει, adſcribit. At certè alioqui præceps morbus eſt, vt qui intra diem ſeptimum plærumque interficiat.

418 Πλευροῦ ἄλγημα ἐν πτύσει χολώδει ἀλόγως ἀφανισθὲν, ἐξίσταται.

Lateris dolor cum bilioſo ſputo præter rationem euaneſcens, ægros in vehementem & furioſam mentis emotionem agit.

Ex Prorrh. 97. repetita eſt hæc ſententia, vbi pro ἐξίσταται. ἐξίστανται legitur, & πλευροῦ ἄλγημα adſcribitur, cum in editiis codici- C bus πλευροῦ tantum legatur, & ad ἐρύθημα referendum ſit, aut ἄλγημα ſubaudiendum.

419 Οἱ δὲ ἐμπύοισι πυρετοὶ διαλείποντες, ἐφιδροῦντες ὡς τὸ πολλοὶ εἰσί.

Quæ ob puris intro collectionem febres intermittunt, in his magna ex parte ægri tenuibus ſudoribus diffluunt.

In ſuppuratis febres ſunt leues, obſcuræ & inæquales, crebris repetitionibus affligentes, interdiu mitiores, noctu & cibo ſumpto vehementiores, vt ſcribitur in Progn. & antea his in Præſagiis eſt annotatum. Quod effecit vt intermittentes vocaret, ob obſcuritatem, non ſecus ac διαλείποντας interdum dici ſcribit [a] Galenus, eas quæ licet ad integritatem non deſinunt, remiſſiores tamen quaſdam habent acceſſiones & mutationes. In his quoque ſuppuratorum febribus, ſudoris copia elicitur, & magna ex parte ſudorificæ ſunt, idque ob virium imbecillitatem, vt ſcribit Gal. in progn. & nos antea adſcripſimus. Has verò febres velut latentes Aretæus ἀμυδροὺς vocat, eaſque in tabidis planiùs his verbis [b] deſcribit: ξυνεχὴς δὲ ὁ πυρετὸς ξυνεχὴς, ὡς μὴ ἀπολείπειν, ἀλλὰ μὴν ὕπουλος, λήθει δὲ δι' D ἀμυδρότητα τὸ ψῦξαι τοῦ σκήνεος. ... ἡμέρῃ δὲ αὖθις ἐν τοῖσι σπλάγχνοισι φωλεύει.

[a] Com. 3. in lib. 1. epid. [b] Cap. 10. lib. 1. χρον. παθ. Cap. 8. eiuſd.

420 Τοῖσιν ἐμπύοισι κώφωσις γινομένη, αἱματώδεα διαχώρησιν σημαίνει. τούτοισι πρὸς τὴν τελευτὴν μέλανα διαχωρέει.

Surditas pus intrò colligentibus ſuborta, ſanguinolentam deiectionem denunciat. His ſub mortem nigra egeruntur.

Nil eſt neceſſe in ſuppuratis ſurditate tentatis ob cerebri imbecillitatem, ſanguinolentam deiectionem videri, & alioqui diuerſi ſunt generis ſigna & valde diſparata, neque quod ſemel obſeruatum eſt illicò in artis præceptiones trahi debet.

E 421 Πλευροῦ ἄλγημα μετὰ πυρετοῦ χρονίου σημαίνει πύον ἀνάξειν.

Lateris dolor cum diuturna febre, puris eductionem fore denotat.

Lateris dolor cum diuturna & lenta febre ſuppurationis metum non abs re iniicit, præſertim ſi longa tuſſis aut difficultas ſpirandi adfuerit. Hic verò codices publicati aſteriſcum apponunt, vitij notam, cum tamen alioqui locus integer videatur. Quod non alia fieri ratione credo, niſi quòd codices ſcripti quidam πνιγμοῦ pro πυρετοῦ legunt, vt diuerſa lectio notetur, & per ſtrangulatum difficultas ſpirandi inſignis & vehemens, quæque diu traxerit intelligatur, quod & antea ab hoc authore factitatum eſt. Atque hunc in ſenſum accipi poterit ſententia huius præſagij 113. antea expreſſa.

422 Οἱ φρικώδεες πυκνὰ, ἐς ἐμπύους ἔρχονται. αὐτὰρ ὁ F πυρετὸς ὁ τοιοῦτος ἄγει ἐς ἐμπύους.

Qui ſubinde horrore corripiuntur, ad ſuppurationem deueniunt. Quinetiam febris talem ad ſuppurationem ducit.

φρικώδεας πυρετοὺς tabis comites diximus initio huius præſagij. Quin & eos quibus pus intrò collectum eſt toto corpore ſubinde inhorreſcere ſcripſimus, & ex Prognoſt. teſtatum fecimus.

423 Οἷσιν ἐκ πλευροῦ ἀλγήματος ἀσιτίαι παρακολουθοῦσιν, ἐπὶ τι καρδιαλγικοὶ, ἱδρώδεες. ἔχοντες δὲ προσώπου ἄνθη, καὶ κοιλίης ὑγροτέρης, ἐκ πνεύματος κατὰ πλεύμονα ἴσχουσι.

Quos ex lateris dolore cibi faſtidia comitantur, iis os ventriculi aliquantulum dolet, & ſudoribus diffluunt. Vbi autem facies ruboribus velut effloreſcit, & aluus eſt liquidior, pus in pulmonibus collectum habent.

Hæc ſententia diagnoſtica eſt, & puris collectionem circa pulmones indicat. Quæ ratio me mouit vt in publicatis codicibus G diſparatas iſtas ſententias ſimul connecterem, tum etiam quod ſymptomata iſta ferè pulmonum vitia conſequuntur, & antea quoque adumbrata eſſe videntur (ſent. 67.) & illic explicata. Quin & ciborum inappetentiæ, & malarum ruboris in purulentis, antea facta eſt mentio, & ex progn. traducta. Et in ſuppuratis τὰς ἀποσιτίας δ' ἀναίξ, ſcribit Hipp. lib. 1. de morb. In his quoque Aretæus [*] δυσορεξίην, ἀποσιτίην, annotat, & in tabidis ἄσην, δυσορεξίην, ἀποσιτίην Sic quoq; in vitiis pulmonum malarum rubor notatur, & τὰ κύκλα τοῦ προσώπου ἐρυθριᾷ ſcribitur lib. 2. de morb. & τὰ μῆλα exponit Galen. in Exegeſi. Aretæus etiam ἐρυθρὰ τὰ πρόσωπα, ἐπὴν δὲ μᾶλλον τὰ μῆλα, & μῆλα ὑπερέχοντα καὶ ἐρυθρὰ, hoc eſt malas extantes & rubentes, phthiſicis adſcribit. Hîc igitur τὰ προσώπου ἄνθη, floridum faciei colorem & ruboribus quaſi effloreſcentem ſignificant, & aliàs ſæpe προσώπου εὔχροιαν vocat Hippocr. Et Galen. in Exeg. τὰ ἄνθεα ἐρυθήματα ex his Coac. Prænot. ſignificare ſcribit, haud dubiè hunc locum exprimens, vt alibi ſcripſimus.

[*] Cap. 9. lib. 1. ὀξ. χρ. παθ.

H 424 Τὰ ὀρθοπνοϊκὰ ποιέει ὑδρωπιώδεα σκληρά.

Spirationes quæ non niſi erecta ceruice ducuntur, hydropem ſiccum faciunt.

Ambigua eſt ſcriptio. Incertum namque an in hydrope erectæ ceruicis ſpirationem (quam orthopnœam vocat) adeſſe velit, ob inſignem tumorem, & ſpiritus anguſtiam, vt experientia teſtatur, & ſcripſit Hippocr. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, & hic interpretes ſunt aſſecuti: an verò ex vitiis pulmonum & thoracis, quæ eam ſpirandi difficultatem quæ fit erecta ceruice, habent, hydropem ſiccum contrahi velit, quod magis eſt probabile. Nam quòd hic thoracis & ſpiritalium partium vitia expediat, ὀρθοπνοϊκὰ pro thoracis malis in quibus eſt erectæ ceruicis ſpiratio, ſumere videtur. Certum eſt enim hecticos, tabidos, aſthmaticos, & qui ex pulmo-

nia laborant, hydrope magna ex parte corripi, intemperie hepati à pulmone, aut alia ex parte communicata. Aliquando etiam a- A
quâ in ſpacio thoracis collectâ, hydrops thoracem occupat, atque eorum ſectionem edocet Hippocr. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν & lib. 2. de Morb. vulgariter inſcripto. Hydropem autem ſiccum hic contrahi ſcribit, aut σκληρὸν, quod Interpretes ad ὕδρωπα τὸν ἀπὸ ex tuberculo duro & grandinoſo enatum referunt, de quo ſcribitur ab Hippocrate libris de Morbis & περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. Siccumque vocari exiſtimant, quod nihil per eum tuſſi educatur, aut quod interdum in pulmonibus reſiccata vi caloris pituita & indurata grandinis aut lapidis inſtar, âſthma & orthopnœam inducat. Etſi ſolenne eſt Hippocrati hydropem ſiccum vocare, qui aliis Tympanites dicitur, vt antea ſcripſimus, quem μετ' ἐμφυσημάτων, quod à flatibus fiat, nominari ſcribit lib. 4. de rat. victus in morb. acut. & ἀπὸ πνευμάτων, ὁ ξηρὸς ὕδρωψ, in Prognoſtico. Quem hic quoque non temerè inaudiri æquum eſt, quòd & in pulmonum vitiis ex imbecillo calore & affecta facultate naturali, flatibus diſtento corpore nonnunquam oboriatur. Quod etiam Aretæus in Medendi arte non ignobilis author obſeruauit, & in pulmonariis non temerè ſuſpectat, cùm ſcribit, " μεταξεινόμενοι δὲ ἐς ὕδρωπα περὶ λαγόνα ἢ ἀσκίτην τὸ εἶδος τελευτᾷ. Sic enim ὕδρωπα περὶ λαγόνα, ὕδρωπα ξηρὸν non malè ſubintelligas. At certè hic ὑδρωπιώδεα σκληρὰ, idem quod antea ὑδρωπιώδεα ξηρὸν, intelligi videntur, & fortè ξηρὰ pro σκληρὰ rectiùs ſcriberetur, niſi conſtantiſſimus eſſet codicum omnium conſenſus, & σκληρὸν ἀντὶ τοῦ ξηροῦ Hippocrati ſumi interdum mihi optimè conſcius eſſem. Sic δέρματα καρφαλέα καὶ σκληρὰ, cutem aridam & ſiccam vocat aph. 71. lib. 5. & aph. 15. ſect. 6. lib. 6. epid. Vbi nullo ſenſus diſcrimine interpretes omnes ſiccum pro duro poſuerunt, cùm cutis ſicca dura ſit, & ex conſecutione ſiccum durum. Cumque hydrops ſiccus paſſim Hippocrati dicatur, eum potius retinere cum interpretibus, quam hydropem durum dicere maluimus. B

" *Cap. 12. lib. 1. χρ. παθ.*

Diuulſa omnia quidem moleſtiam exhibent, & intenſos dolores circa initia creant, ac interpoſito temporis ſpacio quibuſdam ſui ſenſum in memoriam ſuggerunt. Grauiſſima autem ſunt quæ circa thoracem fiunt, præcipuéque in periculum adducunt.

415 Τὰ ἀπάσματα μὲν πάντα ὀχληρά ἐστι, καὶ πόνους τε ἐν ἀρχῇ συντόνους παρέχει, καὶ δὲ ὕστερον ἐνίοις ὑπομιμνήσκει. δυσχολώτατα δὲ τὰ περὶ θώρηκα, μάλιστα δὲ κινδυνώδεα. C

ἀπάσματα vulſa dicuntur & diſtentiones quæ neruoſis partibus accidunt, cùm quæ in ipſis ſunt fibræ conuelluntur, vbi ex ictu aliquo vim ſentiunt, aut irruente aliqua cauſa externa ſubitò & affatim intenduntur. In vnitatis ſolutione citra vulnerationem reponuntur Galen. lib. 3. Meth. quanquam quod in carne eſt ῥῆγμα, id in neruoſis partibus ἀπάσμα intelligatur. ἀπάσματα verò quænam ſint, & quanam ex cauſa plurima fiant, circa thoracem præcipuè, indéque ſuppurationes oriantur, ac interdum mors accerſatur, lib. 1. de Morb. fuſiſſimè perſequitur Hippocrates, vt inde liberaliſſimè haurire liceat, vbi & ἀπάσμα interdum σπάδων dicitur, & tractum quendam violentum aut diſtenſionis ſenſum in vena aut carne ſignificat. Quod autem ſcribitur, καὶ ὕστερον ἐνίοις ὑπομιμνήσκει, hunc ſenſum habere videtur ea locutio, vt indicet, in quibuſdam longo pòſt tempore diuulſa ſui ſignificationem exhibere ac D
dolores facere, alioſque progreſſu temporis futuros denunciare, velut quibuſdam circa initia intenſos dolores creare, imbecillitatémque ex diuulſione relictam fluxionem facere & excipere, indéque non probè confecto alimento dolorem & morbum temporis ſucceſſu renouari. Ac ferè ſimilis eſt phraſis lib. 1. de Morb. cùm conuulſiones ac ruptiones iuuenibus adeſſe ſcribit: καὶ τούτων τὰ μὲν παραυτίκα ἐνδηλα γίνεται, τὰ δ' ὕστερον χρόνῳ αἰσθάνονται.

Qui ſanguinem euomunt cum febre multa, dolore ad mammam, thoracem & dorſum, quibus inquam hæc inſunt omnia, ij breui moriuntur, quibus autem non omnia, neque intenſè adſunt, tardiùs. Ad ſummum autem diebus quatuordecim inflammationem concipiunt.

416 Οἷσιν ἔμετος αἵματος, πυρετὸς πολὺς, καὶ πόνος περὶ μαζὸν, καὶ θώρηκα, καὶ μετάφρενον. οἷσι γὰρ γίνεται πάντα ταῦτα, συντόμως θνήσκουσι. οἷσι δὲ μὴ πάντα μηδὲ σφόδρα, βραδύτερον. φλεγμαίνουσι δὲ τὸ μακρότατον ἡμέρας τεσσαρεσκαίδεκα. E

Mihi videtur iſta ſententia rectiùs cum ſuperiore coniungi, vt de diuulſis intelligatur. Sic enim ſcriptio & ſenſus poſtulare videntur, contra tamen omnium codicum fidem. Aptiùs nanq; hoc modo congruet, μάλιστα δὲ κινδυνώδεα οἷσιν ἔμετος αἵματος, &c. In conuulſis autem ac ruptionibus circa thoracem, ſanguinis adeſſe vomitum fidem facit Hippocrates lib. 1. de Morbis. Ac offenſio quidem celeriùs interficit, ſi cum febre & vehementibus circa thoracem doloribus adfuerit, alioqui diutiùs trahit. Ad ſummum autem diebus quatuordecim aut viginti inflammatio ſuboritur, ac niſi thorax per ſputa repurgetur, ad ſuppurationem tendit. Quòd ſi quis vomitum per ſe accipiendum contendit, huic loco aph. 37. lib. 7. accommodari poſſit, ἐκ δὲ αἱματεμέσιος, ἢν μὲν ἄνευ πυρετοῦ σωτήριον, εἰ δὲ ξὺν πυρετῷ, κακόν.

Sanguinem ſpuitione reiicientibus ſine febre eſſe conducit, ac tuſſi & dolore leuiter conflictari, ſputumque ad dies quatuordecim tenuari. Intenſè autem febricitare, ac tuſſire, aut dolere, ſanguinemq; recentem ſemper ſpuere minimè conducibile.

417 Τοῖσιν αἷμα πτύουσιν ἀπυρέτοις εἶναι συμφέρει, καὶ βήσσειν καὶ πονέειν ἐλαφρῶς, καὶ τὸ πτύαλον λεπτύνεσθαι πρὸς τὰς δὶς ἑπτά. πυριάσειν δὲ καὶ βήσσειν, καὶ πονέειν συντόνως, καὶ αἷμα πρόσφατον αἰεὶ πτύειν, ἀσύμφορον. F

Ruptis iſta ferè accidunt, quæ quò leuiora ſunt, eò minorem perniciem oſtentant. Alioqui niſi ſanguis in breui per ſputa reiiciatur ac repurgetur, concepta in thorace inflammatione, pus intrò colligunt, & tabe periclitantur. De his verò omnibus ampliſſimè agitur lib. 1. de Morbis.

Quibus latus in tumorem ſublatum eſt ac calidius exiſtit, vbi in alterum latus incumbentibus, pondus quoddam ſuſpenſum eſſe videtur, iis pus vna in parte collectum eſt.

418 Ὁκόσοισι δὲ πλευρὸν μετέωρον καὶ θερμότερον, ὅταν ἐγκεκλιμένοισιν ἐπὶ θάτερον, βάρος ἐξηρτῆσθαι δοκέῃ, τούτοισι δὲ πύον ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρεός ἐστιν. G

Tumor & dolor materiæ effluxum ad thoracem indicant, & ſunt ſolennia collecti puris indicia libris de Morbis. Quin & ponderis ac grauitatis in latus incumbentis ſenſus eſt, nec ferè tolerabilis eſt in ſanum latus inclinatio, ex puris in latus collecti copia & pondere. Quæ nota celebratur in omnibus offenſionibus quæ latera grauant, veluti in lateris tuberculo, aut pulmone in latus illapſo, vt ſcribitur lib. 3. de Morbis. In Prognoſtico, vnde hæc ſumpta videntur, dolorem & calorem notas addit puris in alterutro latere latentis, & ægro in latus ſanum reclinato ponderis ſenſum & grauitatis. In his igitur reliqua ſpes ad ſectionem & vſtionem conuertenda, quæ ex libris de Morbis & libro περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν petenda eſt.

In pulmone pus colligentibus, per aluum pus ſecedere, mortiferum.

419 Τοῖσιν ἐμπύοισι τὸν πλεύμονα, κατὰ κοιλίην πύον ὑποχωρέειν, θανάσιμον. H

Pus in thorace collectum interdum naturæ quodam miraculo in aluum effunditur, per cœcas & anfractuoſas vias quaſdam quas docet Galenus lib. 5. & 6. de loc. affect. & Comm. ad aph. 30. lib. 7. γινωσκέτω ἡμῖν (vt idem ſcribit *) ὡς ἀεὶ τοῖς ὅλαις ἰδὼν σώζοιτο ... τῷ φύσει ὁ Ἱπποκράτης, ὅταν ἐρρωμένην τυγχάνῃ, καὶ ὅτι μάλιστα παχέαι τινές εἰσί, καὶ διὰ λεπτῶν ἐκκενοῦσι πόρων. Magna tamen ex parte quibus pus per aluum ſecedit, eos mors conſequitur, quòd puris acrimonia aluum vellicet & effundat, ac naturales facultates proſternat. Adeò vt in his alui fluxus inter lethalia ſigna ab Hippocrate receſeatur aph. 12. & 14. lib. 5. & 16. lib. 7. Quò etiam τῷ περὶ πνεύ-

μονα

A μετὰ διαχώρησιν in tabidis maluimus referre noſtris in lib. 3. epid. annot. quàm ad puris per aluum effuſionem, quod ab aliis factitatum ſcimus. Qua autem ratione exitium afferat pus per aluum ſecedens, eleganter his verbis explicat Hippocr. lib. 1. de morbis: καὶ τὸ μὲν ἀπὸ τῶν ἄνω, ἐς τὴν ἄνω κοιλίην μάλιστα συρρέει, καὶ γίνεται πύον, πρὸς τῷ ἐόντι. τὸ δὲ καὶ ἐς τὴν κάτω κοιλίην ῥεῖ, καὶ ἐνίοτε ταράσσεται ἡ κοιλίη ὑπ' αὐτοῦ, καὶ διέφθειρε τὸν ἄνθρωπον. τὰ γὰρ σιτία τὰ σιτεόμενα διαχωρέει ἄπεπτα, καὶ τροφὴ ἀπ' αὐτῶν οὐ γίνεται τῷ σώματι. καὶ ἡ τοῦ πτυέλου ἄνω κάθαρσις, οὐχ ὁμαλὴ γίνεται. ἅτε διαθερμαινομένης τῆς κοιλίης καὶ ἀγούσης πάντα κάτω, ἐφ' ἑωυτήν. καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ πτυέλου, πνίγεται τε καὶ ἔρχεται ὑποχωρεομένου. ὑπὸ δὲ γαστρὸς ἰούσης διαλύεται, καὶ ὡς τὰ πολλὰ διαφθείρεται. Et partim quidem à ſuperioribus partibus, in ſuperiorem præcipuè ventrem confluit, & pus fit, præter id quod iam adeſt. Partim verò etiam in inferiorem ventrem confluit, ac interdum ab ipſo aluus conturbatur, & ægrotum peremit. Ingeſti enim cibi incócocti ſecedunt, neq; alimentũ ab ipſis corpori accedit. Neq; ſputi per ſuperiora expurgatio æqualis fit, concalefacta nimirum aluo, & omnia deorſum ad ſe deducente. Et à ſputo quidem ſuffocatur cum ſtercore, dum non repurgatur, à fluente vero aluo debilitatur, fereque interimitur. *Com. ad aph. 54. lib. 7.

B 430 Ὅσοι τρωθέντες ἐς τὸν θώρηκα, τὸ μὲν ἐκτὸς τοῦ τρώματος ὑγιάσθησαν, τὸ δ' ἐντὸς μὴ, κινδυνεύουσιν ἔμπυοι γενέσθαι. ὅσοις δ' αὖ ἀσθενὴς ἔνδοθεν ἡ οὐλὴ γένηται, ῥηϊδίως ἀναρρήγνυται.

Vulnere in thoracem accepto, ſiquidem externa vulneris pars ſanitatem receperit, interna verò nequaquam, ſuppurationis periculum impendet. Quibus autem interni vulneris cicatrix debilis effecta eſt prompte reſcinditur.

Hic agitur de purulentis ex vulnere, quorum euentus & occaſiones fuſiùs proſequitur Hippocrates libr. 1. de morb. vnde hæc apertè tranſlata videntur. Quod autem hic ἀναρρήγνυται dicitur, ἐπιλύεται ponitur lib. de Morbis, vt vlcus denuò renouari & cicatricem refricari, reſcindi, aut refringi indicet. Quam in notionem alias etiam ἀναρρήγνυται vſurpatur Hippocrati libr. 1. de Morbis.

C 431 Ἀπόλλυνται δὲ ἐκ μὲν τῶν περιπλευμονικῶν ἐμπυημάτων οἱ γεραίτεροι μᾶλλον. ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν οἱ νεώτεροι.

At ſanè ex ſuppurationibus quas pulmonum morbi excitarunt, ferè ſenes moriuntur, ex cæteris verò iuniores.

Ex Prognoſt. huc tranſlatum videtur. At lib. 1. de Morbis cauſas affert, ob quas in pulmonis inflammationibus iuuenes ſenibus difficiliùs anguntur, etſi ſenes faciliùs repurgari contendit.

432 Τῶν ἐμπύων οἶσι σειομένοισιν ἀπὸ τῶν ὤμων πολὺς γίνεται ψόφος, ἔλασσον ἔχουσι πύον, ἢ οἷσιν ὀλίγον δυσπνοώτεροι
D ἐοῦσι καὶ εὐχροώτεροι. οἷσι δὲ ψόφος μὲν μηδεὶς ἐγγίνεται, δύσπνοια δὲ ἰσχυρὴ, καὶ ὄνυχες πελιοὶ, πλήρεες οὗτοι εἰσὶ πύου, καὶ ὀλέθριοι.

Quibus purulentis ab humeris concuſſis, multus editur ſtrepitus, ij minùs habent puris, quam quibus paulò difficilior ineſt ſpiratio, iiq; meliùs colorati videntur. Quibus verò nullus intus fit ſtrepitus, difficultas tamen ſpirandi vehemens adeſt, & liueſcũt, vngues, ij pure pleni ſunt, & pernicioſè habent.

Pus intrò collectum obſcuras interdum habet dignotionis notas, quò poſtea ad vſtionem & ſectionem (quæ vnica reliqua ſpes eſt) tendatur, & inde pus effluat. Quocirca in puris deprehendendi doctrina plurimùm elaborat Hippocrat. libris de morbis, & emittendi puris viam ſectione & vſtione aperit, lib. præcipuè 2. & 3. de Morbis & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. Quibus ex locis deprompta videntur hæc prognoſtica. Corpore igitur prius calida probè loto & ab humeris concuſſo, ea quam Hippocrat. tradit ratione, ſi pus intus fluctuare & ſtrepitum edere audiatur, quanam in parte redundet videndum eſt, vt illic vſtione aut ſectione, magna adhibita cautione, via fiat. Quòd ſi ne ſic quidem ex corporis concuſſione pus deprehendas, quòd nulla fluctuatio aut nullus ſtrepitus inaudiatur, non continuò tamen pure vacuum corpus exiſtimandum, cùm interdum ſuppuratio interna ob puris copiam & craſſitu-
E dinem, aut loci, deliteſcat, ex aph. 41. lib. 6. Ideoque reliquæ puris deprehendendi notæ ab Hippocrat. enumeratæ in conſiderationem adhibendæ ſunt, velut crebrior ac difficilior ſpiratio, pedum tumor, febricula perſeuerans, oculi caui redditi, totius cutis ac cauitatis oculorum tumor quidam, tuſſis perpetuò affligens, vngues liuidi ac curui, ſudores crebri & tenues frontem præcipuè ac ceruicem occupantes. Ea enim ferè ſunt pure plenorum indicia. Ac demum ad locum ſectioni deſignandum adhibendum Hippocr. conſilium, & ex his locis quos indicauimus, firma puris emittendi doctrina haurienda. Quantum autem ad ſcriptionem attinet σειομένοισιν ἀπὸ τῶν ὤμων iungimus, facilioris intelligentiæ gratia, quod Hippocr. corpus infirma ſella collocatum, ab humeris correptum concuti velit: etſi ferri poteſt vulgata lectio, ἀπὸ τῶν ὤμων πολὺ γίνεται ψόφος, quod in ea ab humeris concuſſione, ſi aures propius admoueantur, ſtrepitus inaudiatur. In hoc etiam omnium codicum conſenſum ſecuti ſumus, quod ἢ οἷσιν ὀλίγον δυσπνοώτεροι legimus, etſi Cornarius aliique interpretes ὀλίγον legiſſe videntur, & ad paucum puris ſtrepitum retuliſſe, quod puris copia thoracem
F replens fluctuationem impediat. Neq; enim me latet pus multum ſua craſſitudine, paucum aut propè nullum ſtrepitum edere, vt ex his etiam quæ ſequuntur patet, quæ ſimul quoq; coniunximus, vetuſtatis authoritatem, vt in cæteris, amplexi: tum quod δύσπνοια ἰσχυρὴ quodammodo τῷ ὀλίγον δυσπνοώτεροι ex aduerſo reſpondere videatur. Et certè vtrobique idem eſt doctrinæ conſenſus, niſi quòd exemplarium conſenſio mihi magnæ ſemper fuit religioni. Illud autem εὐχροώτεροι ad malarum ruborem referri debet, quod eſt purulentorum indicium, vt antea diximus, & ex Hipp. Prædictionibus ſatis annotatur. πλήρεες autem legendum eſſe conſtat, manifeſto in publicatis codicibus mendo, qui πλέρεες pro πλήρεες aut πλήρεις, legunt.

433 Ὅσοι ἀφρῶδες αἷμα ἐμέουσι, πόνου μὴ ἐόντος κάτω τοῦ διαφράγματος, ἀπὸ τοῦ πλεύμονος ἐμέουσι, καὶ οἷσι μὲν ἡ μεγάλη φλὲψ ἐν αὐτῷ ῥήγνυται, πολύ τε ἐμέουσι καὶ εἰ-
G σὶν ἐπικίνδυνοι. οἷσι δὲ ἡ ἐλάσσων, ἔλασσόν τε ἀνάγουσι, καὶ εἰσὶν ἀσφαλέστεροι.

Qui ſpumantem ſanguinem euomunt, partibus infra ſeptum tranſuerſum dolorem nequaquã ſentiẽtibus, iis ex pulmone vomitio fit. Ac quibus quidẽ inſignis in eo venæ ruptio fit, copioſus vomitione reiicitur, periculumq; imminet. Quibus verò minor, minus reiiciunt, & maiorem ſanitatem promittunt.

Sanguinem ſpumantem expui, ex pulmone reiicij teſtatum eſt ex placito 13. lib. 5. Hic autem ἐμεῖν impropriè ſumi videtur pro eo quod copia quadam ſurſum per os reiicitur, quemadmodum lib. 1. de Morbis in ſanguinis copioſi ſurſum ex thorace reiectatione ſæpius ſumi videtur, & aph. 13. lib. 5. in quibuſdam exemplaribus legi teſtatur Galen. Aut certè eo verbo quæcunque ex pulmone aut thorace educuntur, complectitur huius Progn. author. Qua notione ſumi videtur aph. 37. lib. 7. Neceſſe autem eſt copioſum & ſpumantem ſanguinem ex inſigni aliquo pulmonis vaſe educi, etſi poteſt ex pulmonum ſubſtantia paucus & ſpumans efferri. Quantum autem diſcrimen ex vaſis alicuius inſignis in thorace ruptione impendeat, & quàm maximè ex huiuſmodi offenſionibus periclitentur iuuenes, eleganter ſcribitur ab Hipp. lib. 1. de Morbis.

H 434 Τῶν φθισικῶν οἷσιν ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὄζει τὸ πτύαλον κνίσσης βαρὺ, καὶ αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσιν, ἀπόλλυνται.

Tabidi quorum ſputum igni impoſitum grauem nidorem redolet, & capilli è capite defluunt, moriuntur.

A ſuppuratis ad tabidos facilis eſt tranſitus, quibus graueolens ſputi nidor & capillorum defluuium impendens exitium denunciat, ex placito 11. lib. 5. Sic lib. 2. de morb. idem ſcribitur. τούτῳ καὶ αἱ τρίχες ῥέουσιν ἐκ τῆς κεφαλῆς, καὶ ψιλοῦται ἡ κεφαλὴ ὡς ἐκ νόσου, καὶ πτύσας ἐπ' ἄνθρακας βαρὺ ὄζει τὸ σίαλον, φαίνεται αὐτῷ ἀποθανεῖν ἐν τῷ ὀλίγῳ χρόνῳ. Cod. edititij ὄζει pro ὄζει aut ὄζοι hic manifeſto vitio legunt. Sed neq; in cæteris conſentiunt. Atelanus namque κνίσσης legit, Germanicus κνισσ. Quæ lectiones etſi mihi nõ improbantur, animaduertenda tamen eſt quorundam exemplarium lectio, quæ ſic legunt. τῶν φθισικῶν, οἷσιν ἐπὶ τοῦ πυρὸς τὸ πτύαλον κνίσσης βαρὺ, hoc eſt, igni

Q 4

impoſitum grauem nidorem reddiderit aut exhalarit. Quam lection n ſequuntur omnes interpretes. Quæ quamuis plurimum arridet. κνισσῶδες ὄζει tamen rectè retineri poteſt, quod eam lectionem vſurpet lib. de Morb. 2. vnde iſta videntur tranſlata, τοῦτο ὄζει κνισσῶδες ἐπὶ τὸ πῦρ ἐπιβαλλόμενον. iſtud prunis impoſitum nidorulentum odorem exhalat. A

435 **Tabidis in aquam marinam expuentibus ſi pus fundum petit, celerem perniciem denunciat. Sit autem marina aqua in æneo vaſe.**

Τῶν φθισικῶν οἷσιν ἐπὶ θάλασσαν πτύουσιν, ἐς πυθμένα βαδίζει τὸ πῦον, ὀλέθριον συντόμως. ἔστω δὲ ἐν χαλκέῳ ἡ θάλασσα.

Puris grauitas, conſummata putredo, & caloris natiui defectio, aut ſpiritus priuatio indicatur, cùm in aquam demiſſum fundum petit, eoque magis ſi in aquam marinam, quæ ſua ſalſedine denſior eſt ac ſpiſſior, mergatur. Aretæus autem medendi nobiliſſimus author, huiuſmodi puris probandi igne aut aqua notas, quibus vtuntur qui de morbo dubitant (inquit Celſus) his verbis contemnit: B * [illegible]. Quicumque enim aut igne, aut aqua, humiditatum notas explorant, ij non admodum tabem mihi dignoſcere videntur. Nam & inſpectio ipſa quouis alio ſenſu certior eſt, non ſolum eorum quæ ſurſum educuntur, ſed & ipſius ægrotantis habitus. Si quis enim vel plebeius hominem viderit pallidum, imbecillum, tuſſi conflictatum, extenuatum, certò tabem denunciat. Verùm hæc indicia, non ad morbi aut puris dignotionem, ſed ad mortis prædictionem adhibenda cenſet Hippocrates.

* *Cap. 8. lib. 1. Cur. χρ. παθ.*

436 **Tabidi, ſi capilli è capite defluunt, alui profluuio moriuntur. Et tabidis ſi ſuccedant alui profluuia, moriuntur.**

Ὅσοισι τῶν φθισικῶν αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσι, ὑπὸ διαρροίης ἀπόλλυνται. καὶ ὅσοισι φθισικοῖσιν ἐπιγίνονται διάρροιαι, θνήσκουσιν. C

Aphoriſmus eſt 12. lib. 5. Et ῥύσις, quæ alui profluuium, aut capillorum defluuium aliquando denotat (vt aph. 16. libr. 7.) tabidos morti vicinos denunciat. Alui autem profluuium in tabidis vt ſignum & cauſa damnatur, etiam ſi ſolum adſit, ex aphor. 14. lib. 5. etſi non tam præſentem mortem denuntiet, quàm cum capillorum defluuio, aut ſputi graueolẽtia. Lib. 2. de Morbis, in tabidis, [illegible] διάρροιαι ſcribit. Et Aretæus, [illegible]. Alui autem profluuium accipiendum quod vi & morbi ratione accidat, vt ſcribit Gal. alioqui fallax eſſet prædictio.

437 **Sputorum retentiones in tabeſcentibus mentem ad delira verba commouent. In his ſanguinis profluuium per ora venarum in ano ſanguinem fundere ſolita exiſtere poſſe ſpes eſt.**

Αἱ ἐν φθινώδεσιν ἐπισχέσιες τῶν πτυάλων ἐξίστασι ληρωδῶς. αἱμορροΐδα τούτοισιν ἐλπὶς ἐπιφαίνεσθαι. D

In tabidis formula mortis eſt ſputi ſuppreſſio, cùm ob puris copiam, aut virium imbecillitatem ſpiritus anguſtiæ occluduntur, & ægri ſtrangulantur. Vnde non abs re Hippocrates mortis modum his qui tabe pereunt denunciat his verbis: † [illegible]. Sputum autem ſuppreſſum ſua putredine febrem auget, & vaporum calidorum magna copia in cerebrũ ſubuehitur, vnde ad delira verba & nugas mens conuertitur, & promptius periculum imminet, morſque potius prædicenda quàm ſanguinis ex ano profluuium, aut vena in ano ſanguine diſtenta & tumefacta. Vtrumq; namq; ſignificat αἱμορρ. ὶ, & cum venam in ano ſanguine melancholico tumefactam indicet, ſymptomatis tamen nomen etiam accipit, vt ſcribit Galen. lib. περὶ μελαίνης χολῆς. Poſſunt autem hęmorrhoides vacuationis ratione prodeſſe, quod exuſtum & feruidiorem ſanguinem, vnde delirium mouetur, liberent, ex placito 21. lib. 6. Et ſanè alioqui hæmorrhoides in morbis thoracis non minimo ſunt auxilio, ex aph. 18. ſect. 3. lib. 6. epid.

† *Aph. 16. lib. 7.* E

438 **Tabes maximè periculoſæ ſunt, quæ ex ruptione venarum craſſarum, & ex capitis diſtillatione contingunt.**

Φθίσιες ἐπικινδυνόταται, αἵ τε ἀπὸ ῥήξιος φλεβῶν τῶν παχειῶν, καὶ ἀπὸ κατάρρου τοῦ ἀπὸ κεφαλῆς.

Oritur ferè tabes à capite (vt ſcribit Celſus) & inde in pulmonem diſtillat, exulceratioq; accedit, acribus & ſalſis humoribus in thoracem effluentibus & pulmones erodentibus. Quod genus tabis primum enumeratur ab Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, & plærunque lethale eſſe, paucoſq; euadere ſcribitur. Meminit etiam lib. 1. de Morbis, vbi purulentos ex diſtillatione capitis in pulmones fieri ſcribit. Gal. vero Com. 1. in lib. 1. epid. duas maximè facit tabis differentias, vnã quidem ex capitis diſtillationibus, alterã vero ex affectibus ipſius pulmonis originem ducentem, omninoque poſtquam expuitur ſanguis, potiſſimùm vaſe rupto: ſæpiùs verò fluxione impleto viſcere ob aliam quandam cauſam ex partibus aliis, non ex capite. Quibus ſanè verbis, hanc prognoſin mihi potiſſimùm adumbraſſe videtur. Cæterùm Celſus longè periculoſiſſimam ſpeciem facit eam quam Græci φθίσιν nominant. F

439 **Tabe maximè periclitantur ætates ab anno decimo octauo ad trigeſimum quintum.**

Τῶν δὲ ἡλικιῶν ἐπικινδυνόταται πρὸς φθίσιν ἀπὸ ιη΄ ἐτέων, μέχρι λε΄.

Placitum eſt 9. lib. 5. aph. huc aliis verbis tranſlatum. Celſus vero ætate firmiſſima maximè oriri hunc morbum ſcribit, id eſt ab anno duodecimo ad annum quintum & trigeſimum. Vbi aliter apud Hippocratem legiſſe videtur.

440 **In tabidis pruritum ſentientia corpora ab alui ſuppreſſione, malo ſunt.**

Τὰ κνησμώδεα σώματα μετὰ κοιλίης στάσιος ἐν φθισικοῖσι, κακόν.

Pruritus iſte in tabidis malum corporis habitum & iam conſummatam cachexiam indicat, adeò vt omnium humorum ac etiam alimentorum corruptio conſequatur, quæ etiam aluo ſuppreſſa intenditur. Celſo quoque altera tabis eſt ſpecies, quam Græci καχεξίαν appellant, vbi malus eſt corporis habitus. G

441 **In naturis ad tabem promptè comparatis, ſi fluxiones ad gingiuas & dentes compareant, malum denunciant.**

Ἐπὶ τῇσι φθινώδεσιν ἕξεσι μετὰ πυρετοῦ ἐς οὖλα καὶ ὀδόντας ῥεύματα ἐπιφαινόμενα κακόν.

Ex huiuſmodi namque defluxione acrioris & ſalſi humoris à cerebro promptus eſt ad pulmones impetus, qui tandem temporis ſucceſſu exulcerantur. Sunt autem φθινώδεες ἕξεις habitus ad tabem à natura comparati, quales ſunt anguſto thorace & reſtricto, oblongo collo, & quibus à capite ad pulmones defluxio defertur (vt aph. 13. lib. 3. & 8. lib. 4.) quos πτερυγώδεις vocant * Hippocr. & Gal. quòd iis ſcoptulæ operta alarum in morem promineant.

* *Lib. 1. Epid.*

442 **Præcordia in tumorem ſublata omnibus quidem mala ſunt, præſertim verò his qui ex longo interuallo tabidi exiſtunt.**

Ἐπὶ πᾶσιν ὑποχόνδρια μετέωρα, κακόν. κάκιστον δὲ ἐπὶ τοῖσι φθισικοῖσι τῶν μακρῶν. H

Intumeſcentia & in altum ſublata præcordia, vitalitatis penetralibus affectu præter naturam appetitis, omnibus quidem periculum denunciant, maximum verò his qui ex longis & diu trahentibus morbis tabitudine confecti ſunt, in quibus exhauſto ſpiritu & calore natiuo, facultatum robur labaſcit, & corpus malum habitum contrahit, tandemque hydrops & mors ipſa portenditur. Sic enim hîc malim legere τοῖσι φθινώδεσι τῶν μακρῶν, contra tamen omnium codicum fidem, quàm publicatos ſequi, tum quòd in diuturna tabe ex longis morbis contracta, hoc ſymptoma procliue ſit admodum, tum verò quòd antea (ſent. 287. & 301.) eadem locutione vſus ſit huius Præſagij author eodemque ſenſu, & φθινώδεας τῶν μακρῶν vocarit eadem omninò notione. Cuius lectionis conjecturam augent edititij codices, qui huic loco velut lubrico & anfractuoſo aſteriſcum apponunt.

A 443 Ἐπὶ τοῖσι τετηκόσιν ὀλεθρίοισιν, ἔνιοι πρὸ τῆς τελευτῆς ἐπιῤῥιγέουσι.

Ex his qui cum pernicie conſumpti ſunt, nonnulli ante mortem ſubinde rigoribus corripiuntur.

Inconſumptis ac colliqueſcentibus ad extremum rigores apparere, cuiuſdam inflammationis ac deinde ſuppurationis eſt indiciū. Poteſt etiam rigor variam vlceris putrilaginem ac malignam acrimoniam ſubnoxare, qua vellicatæ membranæ ſubinde totum corpus concutiunt & contrahunt, tuncque certiſſimus impendet exitus. Et antea quoque huius Progn. author crebros rigores in ſuppuratis adſcripſit. Alioqui etiam rigoris nomine horror ſubaudiendus eſt, quod in Hipp. diſciplina minimè eſt inſolens.

444 Τὰ ἀμυχώδεα ἐξανθήματα, φθίσιν ἕξιος σημαίνει.

Puſtularum eruptiones velut ſumma cute leuiter lacerata aut vellicata, totius habitus tabem & corruptionem denunciant.

B Alteram attingere videtur tabis ſpeciem, quam Græci καχεξίαν appellant (vt ſcribit Celſus) vbi malus corporis habitus eſt, ideoq; omnia alimenta corrumpuntur. Quod ferè fit, cùm longo morbo vitiata corpora, etiam ſi illo vacant, refectionem tamen non accipiunt, aut cùm malis medicamentis corpus affectum eſt, aut cùm diu neceſſaria defuerunt, aut cùm inuſitatos & inutiles cibos aliquis aſſumpſit, aliquidve ſimile incidit. Huic præter tabem illud quoq; nonnunquam accidere ſolet, vt per aſſiduas puſtulas aut vlcera, ſumma cutis exaſperetur, vel aliquæ corporis partes intumeſcant. Quæ ſanè verba huic loco mirum in modum conuenire eumque quodammodo exprimere mihi videntur. Sunt autem ἀμυχαὶ leues cutis lacerationes, inciſuræ & exulcerationes, velut quæ ſcarificatu fiunt. Quas ἐπιπολαίους καὶ λεπτὰς interdum Galenus, vt quæ per ſumma leues fiunt, vocat, interdum quoque βαθείας καὶ μακράς, altas & longas, nonnunquam etiam τὰς ἐξ μέσου τῶν ἀμφοτέρων, intermedias. ἀμυχὴ ἐπιπόλαιον ἕλκος exponitur Heſychio & Varin. φθίσιν autem ἕξιος totius habitus corporis tabem iam confirmatam, & ſolidas corporis partes occupantem, aut totius corporis marcorem & corruptionem intelligit, cùm malus habitus in totum occupauit, Sed & ἐξαθήματα legi debet, cùm ἐξανθήματα vitioſè ſcribatur, & ἐξανθήματα ferri poſſunt.

C 445 Οἱ δύσπνοοι ξηρώσει, πολλὰ ἄπεπτα ἀνάγοντες ἐν φθίσει, ὀλέθριοι.

Cum ſpirandi difficultate areſcentes, in tabe cruda multa educentes, exitialiter habent.

οἱ δυσπνοοι ξηρώσει, qui areſcentes difficultate ſpirandi laborant dicuntur, velut in Prorrh. ξηρώδεες δύσπνοοι. Quibus verbis intelliguntur qui multo pure intus collecto cum multa putredine & febre exiccati, difficultate ſpirandi conflictantur. Cornarius pro ξηρώσει σὺν legiſſe videtur, aut ξήρωσιν σὺν ſumpſiſſe, quod ξυρί, σινησιν apud Hippocr. in Exegeſi exponat Galenus. Et Varinus ξηρὸν pro σινησιν apud Hippocratem poni teſtetur. Sic enim legiſſe apud Galenum videtur, vt & legendum cenſeo, & quidam eam lectionem ex melioribus codicibus apponant, cùm tamen paſſim συνήνησι legatur. Aſulanus huic loco aſteriſcum aſcribit, vt ſuſpecto, conſtans tamen eſt in hac retinenda lectione codicum omnium conſenſus.

D 446 Οἷσιν ἡπατικοῖσιν πολὺ πτύαλον αἱματῶδες, εἴτε ἐνυπόσαπρον εἴτε χολῶδες ἄκρητον, ὀλέθριον εὐθέως.

Hepaticis ſputum multum cruentum, ſiue intus ſubputridum, ſiue ſyncerè bilioſum fuerit, ſtatim perniciem denotat.

Hepatici dicebantur veteribus qui hepatis inflammatione laborabant. Gal. vero, qui citra manifeſtum aliquem affectum, hepatis imbecillitate laborant, ex intemperie. Sputum autem cruentum ex hepate educi etſi primis ſæculis parum fuit animaduerſum, nunc verò curationibus Medicis ſatis eſt conteſtatum, quod & antea ex Aretæo obſeruatum adſcripſimus.

447 Ἐφ' ἡπατικοῖσι τῆξις ἅμα βράγχῳ, κακόν, δὴ πῶς τε ἢν ἐπιβήσσωσιν.

Hepatico colliquatio cum raucedine malum portendit, idq; præcipuè ſi cum quadam tuſſi contingat.

E Iſta de hepatis inflammatione dici videntur, quæ ex aliis multis longè fideliorem habent indicaturam aut dignotionem. Colliquantur autem primum humores, deinde ipſius etiam hepatis caro, vbi inflammatio aliquantulum traxit: vnde ab Aretæo † ξηροὶ τὸ αἰεὶ dicuntur, & ἄχροοι ξυντηξιες adſcribuntur, idq; præcipuè ſi ſuppuratio non adſit. Galen. etiam lib. 8. Comp. phar. κατὰ τόπ. in intemperie hepatis calida, primum humorum, deinde hepatis ipſius ſubſtantiæ colliquationem fieri ſcribit, cum bilis craſſæ, abunde coloratæ & graueolentis per aluum deiectione, quemadmodum in peſtilentibus febribus contingit. Tuſſicula autem iſta inanis, & quædam tuſſiendi promptitudo à Gal. adſcribitur lib. 5. de loc. aff. & ab Aretæo " elegantiſſimè his verbis apponitur. [illegible] Qui tamen locus aliter legitur in publicatis codicibus. Neq; verò me latet quoſdam iſta ad hepaticos ex hepatis [illegible] & ad hepaticam affectionem ex intemperie referre cum tabe coniunctam.

† Cap. 7. lib. 2. ὀξ. κιν. Cap. 13. lib. 1. χρ. παθ. " Cap. 7. lib. 2. ὀξ.

448 Οἱ καθ' ἧπαρ ὀδυνώδεες, καρδιαλγικοί, καρώδεες, ῥιγώδεες, κοιλίαν ταραχώδεες, λεπτοί, ἀπόσιτοι, ἐφιδροῦντες πολλῷ, πυώδεα κατὰ κοιλίην περέουσι.

F Quibus hepar dolet, cum oris ventriculi dolore, ſopore, rigore, ij aluo exturbata, cum corporis extenuatione, ciborū faſtidio, multis tenuibus ſudoribus diffluunt, & purulenta per aluum demittunt.

Hæc hepatis inflammationem in pus verſam ſubindicant, & pus per inteſtina effundentem. Quæ via Aretæo teſte periculi plena eſt, & plærunque difficultatis inteſtinorum & hydropis comes. Quòd ſi per vrinas & veſicam vomica ſecedit, longè tutior eſt ſucceſſus. λεπτοὺς verò hic vocat graciles, extenuatos & toto corpore conſumptos, ξυντηκτικοὺς dicunt: [illegible] vt ſcribit * Aretæus. * Cap. 13. lib. 1. χρ. παθ.

449 Τοῖσιν ἧπαρ ἐξαπίνης περιωδυνέουσι, πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει.

Quibus iecur derepente vehementer dolet, iis febris ſuccedens remedio eſt.

Ex aph. 52. lib. 7. petitum & 40. lib. 6. Et febris ipſa (quod maximè mirum videri poteſt) ſæpè præſidio eſt, & in iocinoris dolore

G ſuccurrit, vt ſcribit † Celſus. † Cap. 8. lib. 2.

450 Ὅσοι δὲ ἀφρώδεες αἷμα πτύουσι, πονέοντες τὸ ὑποχόνδριον δεξιόν, ἀπὸ τοῦ ἥπατος πτύουσι, καὶ ἀπόλλυνται.

Quicunq; ſpumantem ſanguinem expuunt, cum præcordiorum dextrorum dolore, iis ex iecore expuitur, & pereunt.

Sanguis ſpumans ex pulmonum ſubſtantia ſanguinem ferri certiſſimè indicat, vt ſcribit Galen. " lib. 4. de loc. aff. & Comm. ad aph. 13. lib. 5. 30. lib. 7. 43. lib. 2. & lib. 5. Meth. medendi. Aut igitur verbo πτύειν abutitur horum præſagiorum author, aut ex thorace ferri huiuſmodi ſanguinem indicat. Ac priùs etiam repetita iſta ſententia, ex tabellis velut aduerſariis quibuſdam tumultuariè collectam hanc operam palam profitetur. Poteſt autem ſanguis ſua copia ex hepate & liene in ventriculum ferri, & inde vomitu, aut in thoracem, & ſputo reiici, vt priùs quoque ſcriptum eſt.

H " Cap. 6.

451 Οἷσιν ἧπαρ καυθεῖσιν ὁ πῦς ἀμόργῃ ἔρχεται, θανάσιμον.

Quibus ex hepatis vſtione pus amurcæ ſimile prodit, lethale.

Integrum eſt præſagium aphot. 45. libr. 7. Quod ſi iecoris vomica extra feratur, neque illius ſubſtantiam attingat, in tunica pus continetur albumque & purum effluit. At verò ſi illius interiorem ſubſtantiam putredo & corruptio depaſta eſt, pus fæci olei & amurcæ ſimile prodit, putredinem incoctam & alteratricis imbecillitatem indicans. Id expreſſit Celſus lib. 2. cap. 8. Si in ioci-

nore vomica eſt,& ex ea fertur pus purum & album,ſalus ei facilis.Id enim malum in tunica eſt. Ex iecinore verò ſi pus cruentum exit,mortiferum eſt. Vſtionis autem hepatis per fuſos buxeos oleo feruenti intinctos,aut per fungos,meminit Hippocrates lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. At vſtionem ſimul & ſectionem adhibet Hippocr.aph.44.lib.7.vt & Aretæus cap.13.lib.1.περὶ χρ. παθ. idemq; periculum edocet his verbis: ἢν δὲ ἔξω ῥέπῃ, κακὸν μὲν μὴ τάμνειν. ἤν τε γὰρ οὕτως ἔχῃ, διεσθίεται ὑπὸ τοῦ πύου τὸ ἧπαρ, καὶ ἐς ἀμβολὴν ὁ θάνατος. ἢν δὲ θέλῃς τάμνειν, αἱμορραγίης καίριον δέος, καὶ μὴ ἅμα τὸν ἄνθρωπον ἐκλείπειν. ἄσχετος γὰρ αἱμορραγίη ἐξ ἥπατος. ἢν οὖν ἐς ἀνάγκην τομῆς ἥκῃς, καυτῆρα ἔμπυρον ἐρυθρὸν ἐνερείδειν, ἔστ' ἂν ἐς τὸ πῦον· τοῦτο γάρ σοι τομή τε καὶ καῦσις. ἢν δὲ περιγένηται, ἐκρέει πῦον λευκὸν, πέπον, λεῖον, ἀκακῶδες, ὅτι παχύ. At ſi extra fertur vomica,eam non ſecare vtique malum eſt.Etſi quidem ſic fuerit,iecur à pure eroditur,neque mors diu differtur. Quod ſi ſecare velis,profluuij ſanguinis ac ne ſtatim mors ægrotum occupet,metus eſt. Neque enim ſanguinis profuſio ex hepate coerceri poteſt. Si igitur ad ſectionem interdum ex neceſſitate deueneris, vſtorium ferramentum igni impoſitum & candens,vſque ad puris locum impellito. Idem enim tibi ſectionem & vſtionem præſtabit.Et ſi ſuperſtes euadit,pus effluet album,concoctum, læue,malè olens,quoniam craſſum eſt. Codices autem edititij τῷ ἀμέμφει legunt,quidam etiam τῷ ἀμόρφῳ ex aphoriſmis eodem omninò ſenſu. A B

Aqua inter cutẽ quæ ex acuto morbo cœpit,moleſtiã ac perniciem affert. Oritur vero fere & à laterum inanitate,vel à iecore. Sed vbi à laterũ inanitate ortum contraxit,pedum tumor, & alui diuturnus fluor conſequitur, qui neq; ventrem emollit, neque lumborum aut ilium tumorem ſoluit. At quibus è iecore aqua inter cutem proficiſcitur, ij prompte etiã tuſſi vexantur, pedes intumeſcunt, & aluus non niſi dura & ægre reddit, tumoreſq; modo dextra, modo ſiniſtra parte ventris oriuntur,ac rurſus deſinunt.

412 Οἱ δὲ ὕδρωπες οἱ ἐκ τῶν ὀξέων νοσημάτων, ἐπίπονοι γίνονται καὶ ὀλέθριοι. ἄρχονται δὲ οἱ πλεῖστοι μὲν ἀπὸ τῶν κενεώνων, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἥπατος. τοῖσι μὲν οὖν ἀπὸ τῶν κενεώνων ἀρχομένοισιν, οἱ πόδες οἰδέουσι, καὶ διάρροιαι πολυχρόνιοι παρακολουθοῦσιν, οὐ λαπάσσουσαι κοιλίην, οὔτε τὰς ὀδύνας λύουσαι τὰς ἐξ ὀσφύος καὶ κενεώνων. οἷσι δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος, βὴξ ἔτ' ἐπίμονος ἐγγίνεται, καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι, καὶ ἡ κοιλίη σκληρὰ διαδίδωσι, καὶ πρὸς ἀνάγκην, οἰδήματά τε καὶ περὶ αὐτὴν γίνεται, τὰ μὲν ἐπὶ δεξιὰ, τὰ δ' ἐπ' ἀριστερὰ, καὶ πάλιν καταπαύεται. C

Hepatis inflammatio ac durities facilè in aquam inter cutem tranſit,eſtq; in morbis huiuſmodi κοινοὶ τῆς ὑγρῶν ὕδρωψ, vt eleganter loquitur Aretæus. Quare meritò & ex ordine ad aquam inter cutem tranſitus fit.Qui locus ex Hippocrat. Prognoſt. paucis immutatis deſumptus eſt.

τοῖς ἐξ ὀσφύος καὶ κενεώνων.]Hoc ſatis indicat defectum eſſe prius membrum,& ex Prognoſtico legendum,ἄρχονται δὲ οἱ πλεῖστοι μὲν ἀπὸ τῶν κενεώνων καὶ τῆς ὀσφύος.Celſus ex Prognoſtico breuiter(vt ſolet)hunc locum ſic reddidit,Vbi pedes turgent,longæ deiectiones ſunt,vbi dolor in imo ventre & in coxis eſt aqua inter cutem inſtat. Sed hoc morbi genus ab ilibus oriri ſolet. D

βὴξ ἔτ' ἐπίμονος ἐγγίνεται] Aptior mihi lectio ex Progn.reponenda videtur βὴξ τε καὶ θυμὸς ἐγγίνεται, contra tamen omnium quos videre licuit codicum fidem. Eſt enim θυμὸς Galeno προθυμία πρὸς τὸ βήσσειν,tuſſiendi cupiditatem & voluntatem vertit Celſus, qui hunc quoque locum ſic reddidit. Idem propoſitum periculum eſt his quibus voluntas tuſſiendi eſt,venter nihil reddit, niſi ægrè & durũ, tumor in pedibus eſt, idemq; modò dextra,modò ſiniſtra parte ventris inuicem oritur atq; finitur: ſed à iocinore id malum proficiſci videtur.Qui locus in publicatis codicibus vitioſè legitur. Tuſſis autem quantum periculum creet hydropicis oſtendit aph. 35. lib.6.& 47.lib.7. & alias ſcripſimus noſtris in lib.2.epid.comment.

καὶ πάλιν καταπαύεται]Hæc lectio defecta eſſe videtur & aliud membrum deſiderare ac ex Prognoſtico repetere,ἵσταται τε καὶ πάλιν ἐπαίρεται,vt hydropis originem ſignificet,cùm ventris tumor ſtatim deſinere videatur,mox rurſum attolli,ac rurſus ſubſidere,deinde etiam rurſus efferri, tandemq; permanere. Sed illud πάλιν fortè ad γίνεται viciſſitudinem illam referre poteſt. Hunc verò locum ex Prognoſt.ſic Celſus exprimit. Quibuſdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur,deinde deſinunt,deinde rurſus aſſurgunt. Hi quidem tutiores ſunt,quàm qui ſupra comprehenſi ſunt,ſi attenduntur,ſed ferè fiducia ſecundæ valetudinis opprimuntur. E

In hydrope ſicco vrina ſtillatim effluens malũ denunciat. Mala quoq; eſt quæ exigua habet ſedimẽta.

413 Ἐπὶ τοῖσι ξηροῖσιν ὑδρωπιώδεσι τὰ στραγγουριώδεα, μοχθηρά. φλαῦρα δὲ τὰ μικρὰς ὑποστάσιας ἔχοντα.

Communis eſt curandi hydropis ſcopus vrinarum prouocatio,& foras deducendi humoris ſollicitatio. In eoq; allaborat Hipp. lib.4.de rat.vict.in morb.acut.cùm ſcribit in hydrope curando: ξηρὰ δὲ καὶ δριμέα ἐσθιέτω ὅτι γὰρ ἂν οὐρητικώτατα ᾖ, καὶ ἰσχύει μάλιστα. Ex vrinæ autem retentione interdum hydrops ſubitò & repentè enaſcitur.Alioqui pus,aut vrinæ craſſamentum, hydropis rudimentum quoddam adfert,quod apertis viis & craſſis effluentibus vrinis leuatur.

Hydropicis ſuccedentes morbi comitialis offenſiones,perniciem adferunt, prauis inuicem ſuccedentibus ſignis,& aluos humectant.

414 Τοῖσιν ὑδρωπιώδεσιν ἐπιληπτικὰ ἐπιγινόμενα, ὀλέθριον, ἀλλήλων σημείων μοχθηρῶν, καὶ κοιλίας ὑγραίνουσιν. F

Morbo comitiali nihil eſt cum hydrope commune,cum diuerſi ſint generis & naturæ. Ideoq; communi ratione quadam & epilogiſmo,hydropicis exitium minatur. Obſcura autem eſt prorſus ſignificatio, τῆς ἀλλήλων σημείων μοχθηρῶν, & cuius ſenſus in tam turbulento opere non facilè explicari poſſit.Mihi iſta ſumi poſſe videntur velut interiecta, vt alioqui comparata inter ſeſe hæc ſigna, praua cenſenda ſint & mutuò in ægri perniciem conſpirantia.Poteſt & alius ſenſus erui, vt etſi hæc inter ſe ſuccedentia ſigna praua ſint,aluos tamen humeſcentes deſignent,quæ videntur eſſe in hydrope mali leuamenta quædam. Poteſt etiam vt in obſcuro ſenſu & ſententia alia quædam notio educi.Sed in loco ex obſeruatione empirica notato,otioſum eſt diligentiam aut diſciplinam requirere,præſertim cùm ſit difficile verum ſenſum eruere,cumq;(vt ſcribit Gal.)ἐν τοῖς ἀσαφέσι μόνον . . . . ἔξεστι.

Bilioſis aluus perturbata,exigua reddens geniturę ſimilia & mucoſa,doloremq; ad imum ventrem inferentia,vrinæ quoq; non facilè prodeuntes, ad hydropem tendunt ex huiuſmodi caſibus.

415 Ἐν τοῖσι χολώδεσι κοιλίη ταραχώδης, διαδιδοῦσα σμικρὰ γονώδεα, μυξώδεα, καὶ πόνον περὶ τὴν ἦτρον ἐμποιοῦντα, καὶ οὖρα οὐκ εὐλύτως ἰόντα, ἐς ὕδρωπα ἀποτελευτᾷ ἐκ τῶν τοιούτων. G

γονώδεα] Quod ſæpius in Hippocr.doctrina ad vrinas refertur,hic alui deiectionibus attribuitur. Alui igitur excrementa genituræ ſimilia intelligenda,quæ pituitam multam acidam,vitream & albumineam deiiciunt,quod de vrinis ſæpius dicitur. Sic in Prorrhet. τὰ γονοειδέα ἐπιλαθεῖν, ὅτι ὑγρὸν, ὅ τι διαχώρημα interpretatur Gal. γονοειδέα ἔχοντα. Qua dictione etiam vſus eſt antea huius Præſagij author. Sed ita autem dicuntur poſtea,quæ hic γονώδεα,vbi hoc Prognoſticum repetitur paulò aliter.

καὶ οὖρα οὐκ εὐλύτως ἰόντα] Vrinæ non facilè prodeuntes intelliguntur,neque ſolutæ hoc eſt facilè effluentes,ſed craſſæ & quæ promptè ſubſiſtunt,quales hydropem facilè ſuſpectant. In Progn.quoq; καὶ οὐκ εὔλυτα διαχωρήματα dicit,neq; ſolutiores,aut ſolutu faciles,neque liquidas deiectiones,quæ craſſis adiacent,ſiue copiam,ſiue moderationem ſpectent, eaſq; morbi ad ſuppurationem tendentis indices facit,non ſecus ac hydropem minari hic dicit vrinas quæ non facilè procedunt,neq; ſolutæ ſunt, ſed craſſæ & quodammodo reſtitantes. εὔλυτον quoq; hic συμμέτρως ex Galeno ſignificare poteſt. H

Aqua inter cutem laboranti cum febre,vrina pauca & conturbata,perniciem denotat.

416 Ὑδεριῶντι πυρετώδει, οὖρα μικρὰ καὶ τεταραγμένα, ὀλέθριον.

Vrinæ paucitas in hydrope obſtructionem aut renum imbecillitatem denotat. Perturbata verò venoſi generis perturbationem & agitationem cum cruditate indicat.

417 Ἐπὶ

A 457 Ἐπὶ δὲ ὑδέρῳ ἀρχομένῳ διάῤῥοια ἐχομένη ὑδατώδης, χωρὶς ἀπεψίης, λύει τὸ νόσημα.

Aquæ inter cutem initio aquoſum alui profluuium abſque cruditate exortum, morbum ſoluit.

Id de ea hydropis ſpecie quæ anaſarca aut Leucophlegmatia dicitur, teſtatur aphor. 29. lib. 7. (quod etiam hic poſtea repetitur) & Hippocrat. lib. 2. de Morbis. ἐν φλέγματι λευκῷ, τούτῳ ἢν μὲν (inquit) ἡ γαστὴρ ταραχθῇ αὐτόματος ἀρχομένης τῆς νόσου, ἐξυγιὴς γίνεται. Tollit autem morbi cauſam ac materiam alui profluuium aquoſum, ſi ſponte, aut naturæ robore, ac integris viribus, nec dum ſyderatis aut corruptis viſceribus, neque ex imbecillitate contingat, alioqui perſeuerante cauſa, aut ſtatim repetente morbo, interitus conſequitur. Quod igitur hic additur (χωρὶς ἀπεψίης) vires integras & robuſta viſcera, ſi quis liberetur, requirit, idque videndum eſſe admonet antequam curationem inſtituamus. Illud autem peculiariter de Leucophlegmatia intelligendum (quæ & ὕδερος & ὑπόσαρκα ſæpe
B dicitur, & Sereno aquoſus languor, vt & Horat. aquoſus albo corpore languor) teſtatur Aretæus * de ea verba faciens. πολλοὶ γὰρ ἤδη καὶ πολλάκις ἐπὶ τοῦδε ἐκ τύχης, ἐς φλέγμα τὸ ὕδωρ ἡ κοιλίη κοτὲ ἐς αὐτίκα ξυμπάσα, ἀνεθέντες ἐκ τοῦ ὑδρωπος ἔξεσαν. Sic enim Hipp. lib. 1. de Morb. ὑπὸ ὕδρωπος ἢν καταλαμβάνηται λευκοῦ φλέγματος ἐχομένου ταραχθεῖσα ἡ κοιλίη ἐξυγιὴς γίνεται. Etſi huiuſmodi liberatio per alui profluuium non temerè Aſciti conuenit.

* Cap. 1. lib. 2. χρ. παθ.

458 Τοῖσι ξηροῖσιν ὑδρωπιώδεσι τοῖς ἐπισημαίνουσι, στρόφοι περὶ τὸ λεπτὸν ἐμπίπτοντες, κακόν.

Vbi hydrops ſiccus de ſe ſignificationem præbet, tormina ad tenue inteſtinum incumbentia, malum denunciant.

C Tormina circa vmbilicum ac tenuia inteſtina, vbi neque tempore, neq; remedijs ſoluuntur, ſi accedat lumborum dolor, flatum ſobolem inteſtinorum inuolucris contentam, & hydropem ſiccum ſuſpectum faciunt, ex aphor. 11. lib. 4. hic verò confirmant & damnant.

459 Τὰ ἐξ ὑδρωπικῶν ἐπιληπτικὰ, ὀλέθρια.

Ex aqua inter cutem morbus comitialis perniciem adfert.

Paulò ante explicata & reperita eſt hæc ſententia, vt inde facile tumultuariam operam colligas.

460 Ὑδερος τοῖσι θεραπείῃ ἐνδιδοὺς παλινδρομέων, ἀνέλπιστος.

Aqua inter cutem quæ curationi ceſſit, vbi recurrit, ſpem tollit.

Signum namque eſt peſſimum vbi vacuata ſponte vel arte materia, malum redit. Cauſa enim pertinax cenſetur, & vitalium partium magna corruptio. Idq; ſæpiùs obſeruatur, vt ſubſidente & detumeſcente tumore, eos qui ſibi reſtituti videntur, intra paucos dies
D repetente malo, interitus conſequatur, inſigniter læſis vitalitatis viſceribus & extincto calore natiuo.

461 Τοῖσι ὑδρωπιώδεσι κατὰ φλέβας ἐς κοιλίην ῥαγὲν τὸ ὕδατος, λύσις.

Aqua inter cutem laboranti, aqua quæ in venis eſt ad aluum erumpente, ſoluitur morbus.

Ex aphor. 14. lib. 6. ſumptum, de anaſarca intelligitur, & lib. περὶ κρισίων repetitur. ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένῳ κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κύστιν ἢ κοιλίην ὕδατος ῥυέντος, λύσις. Vbi aquoſam materiam, aut in veſicam, aut in aluum erumpere vult & effundi. Neque tamen eſt perpetuũ aquoſis per aluum exturbatis & erumpentibus ſupereſſe ſalutem, quomodo nec ſectis, ſiue aqua in ventre, ſiue in thorace collecta fuerit. Eſt vbi quoque ex nimia humoris effuſione, vnaque exhauſto ſpiritu, mors conſequitur. Aqua etiam in thorace concluſa in aluum erumpente, ſibi ſanitati reſtitutus videtur æger, ſed paulò poſt malum grauius redit, quod experientia teſtatur, & indicat Hipp. lib. 2. de Morb. & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. Parum autem refert an ὑδρωπιώδεας κατὰ φλέβας intelligas eos qui pituitoſa cacochymia per ve-
E nas redundant, quæ ipſius hydropis forma eſt, vnde etiam carnes & tota cutis intumeſcit ac turgeſcit, vt κατὰ φλέβας idem quod ἀνὰ σάρκα ſignificet: an verò κατὰ φλέβας ἐς κοιλίην ῥαγέντος τοῦ ὕδατος dicas.

462 Δυσεντερίη ἀκαίρως ἐπισχεθεῖσα, ἀπόστασιν ἐν πλευρῇσιν, ἢ σπλάγχνοισιν, ἢ ἐν ἄρθροισιν ποιεῖ. ἄρα ἡ μὲν χολώδης ἐν ἄρθροισιν, ἡ δὲ αἱματώδης ἐν πλευρῇσιν, ἢ σπλάγχνοισι.

Intempeſtiuè ſuppreſſa inteſtinorum difficultas, abſceſſum in coſtis, aut viſceribus, aut articulis inducit. Ac fortè biliosa quidem articulis, ſanguinea verò in coſtis ac viſceribus abſceſſum facit.

Ex intempeſtiuè ſuppreſſa dyſenteria & hæmorrhoidibus, varia oriuntur incommoda indeque inſaniam, apoplexiam, melancholiam, pleuritidem, hydropem, ſanguinis ſputum & vomitum ſequi ſcribit Galen. lib. de venæ ſect. contra Eraſiſtr. his verbis: καὶ ἔγωγε πολλοὺς οἶδα καὶ μελαγχολήσαντας, καὶ ἄλλους ἐκμανέντας ἐπὶ τοιαύταις κενώσεσι ἐπισχεθείσαις αἱμαρῥοΐδων ... αἱ δ' ἄλλοι αὐτῶν καὶ πλευρίτιδι καὶ
F περιπνευμονίᾳ ... ἢ αἷμα ἀνέβησαν ἐκ γαστρὸς ἢ ἐκ θώρακος ..., ἢ ὑδέρῳ ἁλόντες, ἢ ὀλίγως ἀπώλοντο. Audiui ex ſuppreſſa dyſenteria inſanum factum, & mulierem cui in reliquam vitam ita aluus adſtricta fuerit, vt non niſi ſeptimo quoque die egereret. Et nobilem quendam pictorem in fœdam ſcabiem incidiſſe. Quod autem ſcribitur ἄρα ἡ μὲν χολώδης, interpretes ad abſceſſus bilioſos & ſanguineos referunt, ſed aptè ad dyſenteriæ differentias bilioſam & ſanguineam accommodari poteſt. Ad hanc autem ſententiam aptiſſimè adſcribitur quod refertur lib. de rat. vict. in morb. acut. δυσεντερίη, παυσαμένη ἀκαίρως ... πυρετός, ἢ ὕδρωψ, καὶ ἄρα ... ἢ ἐς πλευρὰς, ἢ ἐς ἄρθρα ... ἢ ἐς ἰσχίον ...

463 Δυσεντερικοῖσιν ἔμετος χολώδης ἐν ἀρχῇ, κακόν.

Inteſtinorum difficultate laborantibus, vomitio bilioſa circa initia, malo eſt.

Vomitio bilioſa ventriculi perturbationem ab humoris acrimonia indicat & vlcus in tenuibus ac ſuperioribus inteſtinis ventriculo vicinis, ipſoque ventriculo ſuſpectum facit, tuncque vexant febres acutæ, extremorum perfrictiones, cibi faſtidia, vigiliæ, ru-
G ctus graueolentes, nauſeæ, & tenebricoſæ vertigines. His accedit crebra virium exolutio, genuum reſolutio, ſitis, æſtuatio, corporis inquietudo, pulſus exiles, & debiles, ac magna tormentorum intentio ac perſeuerantia. Quæ omnia annotauit Aretæus. Adoleſcenti dyſenteria laboranti cum febre, vomitione, ventris dolore acerbiſſimo, vigeſimo die mortuo, vlcus inuentum eſt in ambitu vſulatum, exeſis ventriculi tunicis qua parte decliuis eſt ad pylorum.

464 Οἷσιν ἐκ δυσεντερίης ὀξείης ἐς πυώδεα ἥκει τὸ ὑγρὸν, τὸ ἐφιστάμενον ἔκλευκον ἔσται καὶ πολύ.

In graui inteſtinorum difficultate quibus humor ad pus peruenit, quod ſummum inſidet exalbidum erit & copioſum.

Videtur vlcus in ſuperioribus & tenuibus inteſtinis denotari. Tunc enim grauiſſimæ ſunt dyſenteriæ, & in ſummo pus inſidet ac deiectionibus ſuperſtat. Aut acutas inteſtinorum difficultates & vehementiores indicat, in quibus quæ deiiciuntur purulenta ex pituita lenta & ſalſa, ab iis quæ colliquamentum carnis aut pinguedinis conſequuntur, albedine diſtinguit.

H 465 Τὰ δυσεντερικὰ ὑπέρυθρα, ἰλυώδεα, λάβρα διαχωρήματα, ἐπιφλογώδεσι, ξηροῖσι χρώμασι λυόμενα, ἐλπὶς ἐκμανῆναι.

Inteſtinorum difficultate laborantibus, aliquantutulum rubræ, limoſæ & copioſæ deiectiones, in flammeo colore & prærubro perfuſis ſolutæ, inſaniam ſuſpectam faciunt.

Id de hepatica dyſenteria intelligendum aut de craſſioribus inteſtinis exulceratis, quæ carnoſiora ſunt, & quorum vlcera, craſſa, carnoſa, valde rubicunda grumoſa, nonnunquam nigra & tabo aſperſa interdum multis modis variantia reddunt. Inſania igitur ſuſpecta eſſe poteſt in ſanguineis & flammeo colore perfuſis, ſi deiectiones fœculentæ ac limoſæ, in prærubras & cruentas tendant, tandemque velut ſolutæ, intempeſtiuè ſupprimantur. Sic enim ſurſum ad cerebrum raptam humorum copiam ſignificant, vnde inſania metuitur.

Lienoſis difficultas inteſtinorum non longa, vtilis; longa verò, mala. Vbi enim deſinit, ſi aquæ inter cutem aut inteſtinorum læuitates oriuntur, mortem afferunt.

466 Δυσεντερίη σπληνώδεσι μὴ μακρὴ, χρήσιμον. A μακρὴ δὲ πονηρόν. ληγούσης γὰρ, ἐς ὕδρωπας ἢ λειεντερίαι γίνονται, θανάσιμον.

Lienoſis, hoc eſt iis qui diu durum habent lienem, bono tormina ſunt, vt ſcribit Celſus ex Hipp. aphor. 48. lib. 6. Quæ ſi diutius perſeuerent & vltra modum extendantur, in læuitatem inteſtinorum aut aquam intercutem tranſeunt, & tandem mortem afferunt, ex placito 43. lib. 6. Læuitas autem inteſtinorum difficultati inteſtinorum ſuccedit ex aph. 78. lib. 7. Vitioſa etiam eſt lectio publicatorum codicum, qui μὴ μακρῇσι pro μὴ μακρὴ legunt. Quod etiam vidit Cornarius.

In inteſtinorum læuitate laborantibus, cum ſæuiſſimis vlceribus, dolores ex inteſtinorum cruciatu ſoluti, articulorum partes attollunt, ac ex huiuſmodi tenues ſquamæ cum rubore & puſtulis fiunt. Ij poſt multos ac tenues ſudores, velut acceptis ex flagris vibicibus, rubeſcunt.

467 Ἐν λειεντερίῃσι μετὰ θηρίων, ὀδύναι στρόφου λυόμεναι, τὰ περὶ ἄρθρα μετεωρίζουσιν. ἐκ τοιούτων λέπια ξηρὰ, ἐρυθρὰ, φλυκταινώδεα. ἐφιδρώσαντες ὑπὸ φοινίσσονται οἷα μάστιξιν. B

Eſt inteſtinorum læuitas quædam quæ ſalſam, acrem, aut calidam habet materiam, & ex humorum acrimonia totius ventriculi atque inteſtinorum planiciem abradit, progreſſuque temporis in inteſtinorum difficultatem permutatur. Hæc periculi plena eſt, præſertim ſi (vt ſcribit Celſus ex Hipp. Prorrh. 2.) os exulceratur, ſi rubet facies, & quaſi maculis quibuſdam colorum omnium diſtinguitur, ſi venter eſt quaſi fermentatus, pinguis, atque rugoſus, ſi & cibi cupiditas non eſt. Hæc ergo ſuccorum corruptela & acrimonia, quæ cacochymiam & atrophiam, totiuſq; corporis tabem facit, vbi in articulos decumbit, eos tumefacit, cutemq; ipſam ſiccitate & aſperitate corrugat, ſcabram reddit, & ſuccorum prauitate alimoniam corrumpente ac partes corporis defraudante, ſcabie C & puſtulis deformat, tandemq; deſquamat, aut in cutis planitiem effuſa, velut ſcutica cæſos vibicibus flagellat ac rubefacit. Inter quæ cùm euidens mors ſit, multò euidentior eſt, ſi iam longum quoque id vitium eſt, maximeq; ſi etiam in corpore ſenili eſt. Hîc autem θηρίων ἄγχων ἴλυος, (vt aliàs quoq;) apud Hippocrat. ſignificat, etſi interaneorum animalibus, hoc eſt vermibus, non malè accommodatur, vt ſcripſimus noſtris in lib. 2. epid. comment.

Longis inteſtinorum læuitatibus laborantes, vnà cum ſæuiſſimis vlceribus, inteſtinorum cruciatu & dolore, iis ſolutis intumeſcunt. His inſuper exortus rigor, malo eſt.

468 Οἱ ἐν λειεντεριώδεσι μακροῖσιν ἅμα θηρίοισι στροφώδεες, ὀδυνώδεες, λυομένων ἐπιδιδοῦσι. τὸ ἐπιρριγῶσαι τούτοισι κακόν.

Inteſtinorum læuitas quam cacochymia, atrophia, ac malus corporis habitus ex ſuccorum prauitate ſequitur promptè hydropem D minatur, vt ſcribit Aetius, & his verbis teſtatur Aretæus. * [illegible] Eſt autem huius Præſagij phraſis inſolens, quales multæ in hoc tumultuario opere & Prorrhetico reperiuntur. Eaque de cauſa forte aſteriſcum apponit Aſulanus.

* *Cap. 51. lib. 9.*

Inteſtinorum læuitates cum ſpirandi difficultate, & pectoris morſu, ad tabem tendunt.

469 Λειεντερικὰ μετὰ δυσπνοίης, καὶ πλευροῦ τῆς κνήσιος, ἐς φθίσιν ἀποτελευτᾷ.

κνῆσις hic κνησμὸς aut κνίδωσις Hippocr. ſatisfamiliarem ſignificat, hoc eſt pruritum, pruriginem, vellicationem, aut puncturam, velut quandam ab vrtica vredinem aut morſum. Idemque quod κνισμὸς, aut κνίφη, melius tamen κνίσις aut κνησμός. Sic paulò antea κνησμώδεα σώματα in tabidis damnauit, quòd huiuſmodi pruritus aut punctura iam confirmatam cachexiam & ſuccorum corruptelam indicet: aut certè morſus ille & vellicatio acrem diſtillationem in thoracem & cauitatem pectoris ſignificat, & tabis rudimentum. E Vitium eſt autem in publicatis codicibus, vbi κενῆς pro κνήσ. ſcribitur, nec dum omninò ſuſpicione carere locus mihi videtur.

In tenuioris inteſtini morbo laborantibus, vomitio & ſurditas malo ſunt.

470 Εἰλεώδεσιν ἔμετος καὶ κώφωσις, κακόν.

In Ileo, quem tenuioris inteſtini morbum Celſus vocat, vomitio damnatur ab Hippocr. placito 10. lib. 7. Exitialis quoque morbi nota eſt vomitus, vt ſcribit Galenus, & (quod dicit Celſus) adiicitur periculo vomitus bilioſus, mali odoris, aut varius, aut niger. Surditas autem malè affecto neruorum principio ex ſtomachi conſortio, oritur, vt & deſipientia & conuulſio.

Veſica dura & grauiter dolens omninò quidem mala eſt. Peſſima verò ſi febris continua acceſſerit (veſicæ namq; dolores interimendi vim obtinent) & aluus his nihil admodum reddit. Eos autem metu liberat vrina purulenta procedens, in qua album & leue ſubſidet. Quòd ſi neque hæc leuata fuerint, neq; veſica mollior reddatur, intra primos circuitus laborantem moriturum expectandum eſt. Hoc verò pueris à ſeptimo anno ad decimum quintum præcipuè contingere ſolet.

471 Κύστιες δὲ σκληραί τε καὶ ἐπώδυνοι, πάντων μὲν κακόν. κάκιστον δὲ πυρετῷ ξυνεχεῖ. καὶ γὰρ οἱ ἀπ' αὐτῶν F πόνοι, ἱκανοὶ ἀνελεῖν. καὶ κοιλίαι τουτέοισιν οὐ πάνυ διαχωρέουσιν. λύει δὲ τούτους οὖρον πυῶδες ἐλθὸν, λευκὴν καὶ λείην ἔχον ὑπόστασιν. μὴ λυομένων δὲ τούτων, μηδὲ τῆς κύστιος καταμαλθασσομένης, ἐν τῇσι πρώτῃσι περιόδοισιν ἐλπὶς ἀπολέσθαι τὸν νοσέοντα. μάλιστα δὲ γὰρ τὸν παίδων ἀπὸ ἑπτὰ ἐτέων, μέχρι πεντεκαίδεκα.

Id ex Prognoſtico ſumptum, abſolutiorem illic habet doctrinam, & quod hic πάντων μὲν κακόν, illic δεινοὶ δὲ παντελῶς καὶ ὀλέθριοι G legitur, ac fortè melius πάντως.

καὶ κοιλίαι τουτέοισιν] Aluus in hac veſicæ inflammatione nil propè niſi dura reddit, nec niſi coacta. Sic enim in Progn. καὶ αἱ κοιλίαι οὐ διαχωρέουσιν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ εἰ μὴ σκληρά τε καὶ πρὸς ἀνάγκην.

λύει δὲ τούτους] Celſus ex Prognoſt. ſic vertit, Ex veſica dolente, ſi purulenta vrina proceſſit, inque ea læue & album ſubſedit, metum detrahit.

μὴ λυομένων δὲ τούτων] Contracta & breuis eſt hæc lectio, & generale quiddam complectitur, quod propriè magis in Prognoſtico effertur. Nam & dolorem remitti, aut vrinam concedere, ac febrem deſinere intelligit, quod diſertis verbis illic exprimitur.

Calculo laborantes eo habitu conſtituti, vt ne in vrinariam fiſtulam calculus illabatur, promptè vrinam reddunt.

472 Οἱ λιθιῶντες ἠπίως καθεζόμενοι, ὥστε τὸν λίθον μὴ προσπίπτειν πρὸς τὸν οὐρητῆρα, ῥηιδίως οὐρέουσιν. H

Vt pueris accommodata erat extrema ſententia, ita in his hoc Prognoſt. ex calculo in veſicæ ceruicem illapſo, vrinæ ſuppreſſionem curat. Eſt autem λιθίασις πάθημα παιδικόν, & pueris familiaris morbus, vt ſcribunt Hippocr. & Galen. cuius ortus & cauſa ex † Hippocrate libr. 4. de Morbis, & lib. de Natura humana, & aphoriſ. 11. ſect. 3. lib. 6. epidem. petenda eſt. Hæc autem vrinæ ſuppreſſio ex calculo in veſicæ ceruicem illapſo, certam morbi notitiam facit, vt arenulæ ſubſiſtentes ex aph. 79. lib. 4. & ad curationis quo-

A nis quoque modum non paruam præbet coniecturam, vt his verbis ſcribit Galenus lib. primo, de loc. affect. ſimulque tam apertè curationem demonſtrat, vt non alium huius loci interpretem poſtulemus. φέρε γὰρ ὑποκείσθω παιδίον [illegible] τὰ σημεῖα. ἐπ' ἐκείνου δ' αὐτοῦ γεγονέναι τὰ τοῦ λίθου σημεῖα. τὸ μὲν οὖρον ὑδατῶδες, [illegible] ἐν αὐτῷ, [illegible] τὸ αἰδοῖον συνεχῶς, [illegible] τὸν τράχηλον τῆς κύστεως τὸν λίθον; [illegible] ἐργαζόμενοι [illegible] ἐπιτηδείως ἐκπεσεῖν τοῦ πόρου τὸν λίθον. [illegible] τὸ οὖρον, [illegible] τῆς αἰτίας [illegible] ἐπὶ τὴν ἰσχνείαν, [illegible] τῆς [illegible] ἅμα μὲν ἀπώσῃ τὸν λίθον ἐκ τοῦ τραχήλου τῆς κύστεως, ἅμα δὲ προάγεις τὸ οὖρον. Sic quoque lib.6. ἐπὶ δὲ τῶν παιδίων λιθιώντων [illegible] ἰσχνείαν [illegible] τὸν λίθον τοῦ πόρου [illegible] † †. Aretæus
B quoque calculum veſicæ ceruicem obſtruentem ſic deturbat, ἢν δὲ λίθος ἐμφράξας [illegible] τὴν οὔρησιν, [illegible] τὸν λίθον, ἀλλ' ἄγειν τὸ οὖρον, ἢν μὴ [illegible]. Celſus † † † etiam in calculoſis iſtud attingere videtur, cum ſcribit, Vrinam quidam promptiùs recti, quidam reſupinati, maximéque hi qui grandes calculos habent, quidam etiam inclinati reddunt. Hic autem πόρος τῆς οὐρήθρας pro πόρος τῆς οὐρήθρας ponitur. Meatum nanque vrinarium fiſtulam vrinariam quæ ad pudendum eſt & colem permeat, intelligit.

† *Aph.26. lib.3. & 11. lib.6. epid. sect.3.* † † *Cap.9. Cur. ὀξ. παθ. lib.2.*
† † † *Cap.7. lib.2.*

473 Οἷσι δὲ φῦμα περὶ τὴν κύστιν ἐστὶ ὃ παρέχει τὴν δυσουρίην, παντοίως σχηματισθέντες ὀχλέονται. λύσις δὲ τούτω γίνεται, πύου ῥαγέντος.

At quibus tuberculum ad veſicam adnaſcitur, vrinæ difficultatem adferens, iis quiuis corporis habitus negotium faceſſit, cuius quidem ſolutio contingit per puris eruptionem.

C Suppreſſionis vrinæ curatio eſt, quæ à tuberculo innato oritur. Contingit nanque fiſtulam vrinariam ab eo quod præter naturam innaſcitur occupari, ſiue callus ſit, ſiue caruncula, ſiue tuberculum, vt ſcribit Gal. lib.1. de loc.aff. Tuberculum autem vrinæ meatui adnatum ſuppurari aut diſrumpi præcipit Hippocr.aph.82.lib.4. quem Celſus ita reddidit, Quibus in fiſtula vrinæ, vti minuti abſceſſus (quos φύματα Græci vocant) eſſe cœperunt, iis vbi pus ea parte profluxit, ſanitas redditur. Tuberculi verò ruptionem, velut carunculæ, Galenus * cathetere, aut illius diſſolutionem medicamento procurat.

* *Lib.1. de loc.aff.*

474 Οἷσι λαθραίως τὸ οὖρον προέρχεται, καὶ τὸ αἰδοῖον ἕλκεται, ἀνέλπιστοι.

Quibus incogitantibus vrina decidit, ac pudendum contrahitur, ij deſperati ſunt.

D Inuoluntariam vrinæ profuſionem facit veſicæ exolutio, ac præcipuè muſculi veſicæ ceruicem ambientis, ſiue id per ſe partis actionem lædat, ſiue neruis, per quos animalis facultas eo defertur, læſio contingat. Et hunc caſum cùm multæ cauſæ faciant, indefinita eſt ſententia quæ deſperatos facit. Pueris familiaris eſt muſculi veſicam ſtringentis relaxatio ac diſſolutio (vt ſcribit * Paulus) neque difficulter per medicamenta leuantur. Sed inuoluntariam vrinæ profuſionem, quæ fit ob veſicæ ceruicis vulnus, aut caſum, aut vertebræ intrò luxationem, nulla ferè medicina periculo ſubtrahit (vt ſcribit Paulus **) Quos vehementes caſus hoc Progn. intelligere videtur quos conuulſio comitatur quæ pudendorum contractione ſatis indicatur. Reſolutæ nanque partes vel conuelluntur, vel laxantur, idque à repletione aut inanitione. Hippocrates etiam lib. περὶ ἄρθρων in interna ſpinæ obliquatione ob caſum aut grauis rei cuiuſdam illapſum, ῥυέντος τοῦ οὔρου, ob profluam vrinam, fieri ſcribit. Cæterùm vulgatas editorum codicum lectiones ſecutus ſum, ob pluralitatem, quanquam & aliorum exemplarium lectio plurimum arridet, quæ eſt, οἷσι λαθραίως τὸ οὖρον [illegible] ἐς τὸ αἰδοῖον, [illegible] ἀνέλπιστοι. Quæ ſatis indicant vehementem quandam ex graui caſu exolutionem ſubaudiri, & ad vrinæ inuoluntariam emiſ-
E ſionem ex ſenſus ſtupefactione referri, quæ certe ſpem ademit. Eámque lectionem ſecutus eſt Cornarius. De vrinæ autem inuoluntaria eiectione ex reſolutione, abundè Galenus libr.1. & 6. de locis affect. & Paulus cap.45. & 18. lib.3. & Aetius fuſiſſimè ſerm.3. Tetrab.3. cap.24.

* *Cap.45.lib.3.* ** *Cap.18.lib.3.*

475 Ἐπὶ στραγγουρίῃ εἰλεὸς ἐπιγενόμενος ἑβδομαῖος ἀπόλλυσιν, ἢν μὴ πυρετοῦ ἐπιγενομένου ἀθρόον οὖρον ἔλθῃ.

Tenuioris inteſtini morbus vrinæ ſtillicidio ſuccedens, intra ſeptimum diem interimit, niſi ſuborta febre vrina affatim prodierit.

Aphoriſmus eſt 44. lib.6. aliis paulùm verbis expreſſus, & à Celſo duas in ſententias diſtractus. Morbus inteſtini tenuioris niſi reſolutus eſt, intra ſeptimum diem occidit: &, febris ex difficultate vrinæ morbum tenuioris inteſtini ortum, ſi vrinam per calorem
F mouet, leuat.

476 Νάρκαι καὶ ἀναισθησίαι γινόμεναι παρὰ τὸ ἔθος, ἀποπληκτικῶν συμβησομένων σημεῖον.

Torpores & ſtupores præter conſuetudinem euenientes, adfuturam ſyderationem denunciant.

Torpor ac ſtupor cùm ſint motricis ac ſenſibilis facultatis ſymptomata, partium reſolutiones minantur, aut corporis totius, ſi caput occupent, vnde ſyderationes contingunt. Eſt enim ἀποπληξία (vt ſcribit Galenus) ἡ παντὸς τοῦ σώματος [illegible], ἅμα ταῖς ἡγεμονικαῖς ἐνεργείαις. Sic νάρκαι καὶ κνήσμαι velut pruriginoſas quaſdam puncturas, ſi caput occupent ac per illud peruagentur, magni & difficilis alicuius mali metum facere ſcribit Hippocrates Prorrhet.2. & Celſus in fine cap.8.lib.2. Eſt autem νάρκη Galeno [illegible] τὸ σῶμα, καὶ μάλιστα κατὰ τὰ κῶλα, [illegible] τε καὶ δυσκινησίας ὑπάρχουσα διάθεσις.

477 Ὅσοι ἐκ τρώματος ἀκρατέες γίνονται τοῦ σώματος, πυρετοῦ μὲν ἐπιγενομένου χωρὶς ῥίγεος, ὑγιάζονται. μὴ
G ἐπιγενομένου δὲ, ἀποπληκτικοὶ γίνονται τὰ δεξιὰ ἢ τὰ ἀριστερά.

Quibus ex vulnere corporis impotentia accidit, ij quidem febre citra rigorem oborta ſani euadunt, alioqui dextra aut ſiniſtra parte ſyderantur.

Capitis vulnera quæ neruorum principium attingunt ad motum impotentiam faciunt, vnde & partium ſyderationes ac reſolutiones contingunt. Febris autem in capitis vulneribus, cùm alioqui admodum ſuſpecta ſit, (vt ſcribit Hippoc. Prorrh.2.) interdum tamen præſidio eſt, præcipuè ſi humorum aut viſcerum vitio minimè contingat (quod hic χωρὶς ῥίγεος dicitur) aut ſi circa initia oriatur, & exiguo tempore perſeueret. Nam & humores crudos, pituitoſos & flatuoſos diſſoluit, extenuat & calefacit, ac inæqualem intemperiem frigidam ad temperiem reuocat, vt ſcribit Galenus. * Quinetiam neruorum affectibus qui mouendi aut ſentiendi impotentiam afferunt, febris plurimum confert, vt ſcribit Gal. Com.2. in Prorrh. Eſt autem ἀκράτεια τοῦ σώματος, corporis ad motum impotentia, vt σκελέων τε καὶ χειρῶν ἀκρατέες dicuntur lib. de art. quibus crurum ac manuum motiones inefficaces red-
H duntur. Ἀποπληκτικοὶ autem pro paraplecticis ſumuntur, & iis qui partium ſyderatione laborant, vt ἀπόπληξις τῶν μελέων dicitur Prorrhet.2. & ἀποπληξίας [illegible] παραπληξίας λεγομένης [illegible], vt ſcribit Galenus. **

* *Aph.40.44.& 51.lib.6.* ** *Com.2. in Prorrh.*

478 Ἀποπληκτικοῖσιν αἱμορροΐδες ἐπιγενόμεναι, χρήσιμον. ψύξιες δὲ καὶ ναρκώσιες, πονηρόν.

In ſyderatis ſuccedentes hæmorrhoides vtiles, refrigerationes verò & torpores malum denunciant.

Apoplexiæ cùm ex atra bile fiant, vt ſcribit Galenus ad aph.56. & 57.libr.6. ſuccedentes hæmorrhoides bono eſſe poſſunt. Alioqui etiam τῶν φλεβῶν [illegible] & venarum à craſſiore & copioſiore ſanguine interceptiones, quas apoplexiæ comitantur, hæmor-

rhoides obtingentes leuare poſſunt. ψύξιες autem & ναρκώσιες partis cuiuſdam reſolutionem minantur; ideóq; valde ſuſpectæ ſunt. A
Sic Prorrh.2. τὰ ναρκώδεα καὶ περιψύξιες τοῦ ἰσχίου τε καὶ τῶν σκελέων in Iſchiade valde ſuſpectat Hippocrates.

In ſyderatis ex magna ſpirandi moleſtia ſubortus ſudor, mortem adfert. In his rurſus ſi febris accedat, ſolutio contingit.

479 Ἐν τοῖσιν ἀποπληκτικοῖσιν ἐπὶ τῇ δυσφορίῃ τοῦ πνεύματος, ἱδρὼς ἐπιγινόμενος, θανάσιμον. ἐν αὐτοῖσι δὲ πάλιν τούτοισιν ἢν πυρετὸς ἐπιγένηται, λύσις.

In apoplecticis (quos attonitos vocat Celſus) ex noxæ quam reſpirationi infert vehementia, diſcernitur affectionis magnitudo, vt ſcribit Galenus lib.3.de loc.affect.[a] Cùm enim naturalem ordinem plurimum egreditur, magnam; cùm verò paulùm impedimenti eſt, paruam in cerebro noxam eſſe coniicere oportet. Ex quibus apoplexiæ gradus exiſtimandi ſunt. Sanè omnium peſſima ſpiratio putanda eſt, quæ & intermittitur & magna cum vi trahitur, & vehementem apoplexiam facit: etſi maxima eſt & acutiſſima, in qua prohibetur ſpiratio. Vehemens quoque eſt, minus tamen, quibus neque intentus, neque violentus, inæqualis tamen atque inordinatus prætereáque intermittens ſpiritus trahitur: ſicuti in quibus aliquem ſeruat ordinem debilior exiſtit. Hic igitur πνεύματος δυσφορίην vocat, intentam illam ac violentam, & magna cum vi ac intermiſſione factam ſpirationem, quæ fortem apoplexiam ſignificat, & per ſtertorem indicatur aph.51. lib.6. & quam ſoluere nefas eſt. Sudor verò extremum naturæ conatum & oppreſſionem, maximamque imbecillitatem denotat. Febris autem apoplexiam ſoluere poteſt ex aph.5. libr.5.& 51.libr.6. [a] Cap.10.

Syderationes quæ repentè fiunt, ſi inſuper febris exolutionis in modum contingat, quæ diutiùs trahat, perniciem minantur.

480 Τὰ ἐξαίφνης ἀποπληκτικὰ λελυμένως ἐπιπυρετήναντα χρονίως, ὀλέθρια.

Ex Prorrh.82. petita ſententia, quæ illic Numenij filij exemplum additum habet. Vbi etiam Galenus λελυμένως ἐπιπυρετήναντα χρονίως iungit, & βληχρὸν καὶ χρόνιον, ἐκλελυμένον τε θερμὸν πυρετὸν exponit. Meliùs tamen ἀποπληκτικὰ λελυμένως iunguntur, vt apoplexia moderata ac veluti ſanabilis intelligatur vt ſcripſimus in Prorrh. Hic autem χρονίως pro χρονίως ponitur. C

Quos ex aliqua ægritudine hydrops circumuenit, iis alui reſiccatæ caprinis ſtercoribus ſimilia deiiciunt, cum mucoſa eliquatione, neque laudabili vrina. Præcordiorum autem diſtentiones, ventris dolores ac tumores, & circa laterum inanitates ac ſpinæ muſculos dolores incidunt. Febres quoque, ſitis, & tuſſes ſiccæ comitantur, & ad motiones ſpirandi moleſtia, & crurum grauitas. Cibos etiam auerſantur, paucíſq; ſumptis, explentur.

481 Οἷσιν ἐκ τινος ἀῤῥωστίης ἐς ὕδερον περιΐσταται, τούτοισι κοιλίαι ξηραὶ σπυραθώδεες ἔρχονται, μετὰ περιτήξιος μυξώδεος καὶ οὖρον οὐ καλόν. διατάσιές τε περὶ ὑποχόνδρια, καὶ πόνοι καὶ ἐπάρματα περὶ κοιλίην, καὶ πόνοι περὶ κενεῶνας, καὶ περὶ τοὺς ῥαχιαίους μύας περιωδυνίαι. πυρετοί τε καὶ δίψαι, καὶ βῆχες ξηραὶ παρακολουθοῦσι, καὶ δύσπνοια περὶ τὰς κινήσιας, καὶ σκελέων βαρύτης, σιτίων τε ἀφιστέονται, D
καὶ προσενεχθέντων μικρῶν πληρεῦνται.

Quæ antea de hydrope in his præſagiis ſcripta ſunt, ex Hippocratis Prognoſt. deducta, ordinem & tractationem acceperunt, nunc verò permixtis inter ſe aquæ intercutis generibus, & cuiuſque ſpeciei attributionibus, confuſa exoritur doctrina, huic tumultuariæ operæ admodum familiaris, ac velut nullo loco poſita, perſonato tamen & mutato habitu, in orcheſtram venit. Aqua autem intercus quæ longo antecedente morbo fit, vt quæ longis febribus ſuperuenit, admodum formidabilis eſt, vt ſcribit Paulus, omnium peſſima quæ ex acuto naſcitur.

τούτοισι κοιλίαι ξηραὶ σπυραθώδεες] Indicium eſt ortæ à iecore aquæ inter cutem cum eoque conuenit, quod antea ſcripſit ex Prognoſtico, καὶ ἡ κοιλίη ξηρὰ διαχωρέουσα καὶ πρὸς ἀνάγκην. Cuius rei rationem adfert Galenus in Progn.

μετὰ περιτήξιος μυξώδεος] Hic περίτηξιν μυξώδεα vocat alui fluorem diutinum, cruda & mucoſa non ſine morſu effundentem, cùm E
ventriculi vel inteſtinorum, maximéque ieiuni vitio & totius meſenterij, vt phlegmone, iecur ipſum conſenſione quadam afficitur, & ad hydropem res deuenit, ac ab ilibus oritur (vt ex Hippocrate ſcribit Celſus) In hac autem aquæ inter cutem ſpecie, cruda & incocta deiiciuntur alimenta, velut onere debilia inteſtina grauantia, corruptionemque ex inflammatione & bilis copia accipiunt, vnde morſum & naturæ ad excretionem contentionem habent, profluuiíque diuturnitatem. Cùm verò neque dolorem leuent, neque tumorem, ſed cum dolore & morſu excernantur propter inflammationem, rectè περίτηξιν vocat, velut eroſionem quandam & ex morſu eliquationem, quià cruda, liquida & mucoſa egeruntur. Videtur autem iſtud referri ad eam ſententiam antea ſcriptam, in qua aluum perturbatam & mucoſa egerentem, ad hydropem tendentem facit. Alioqui περίτηξις illa ſolidarum partium colliquationem præ ſe fert, à febre hectica illiuſque malignitate, & corporis atrophia ex viſcerum corruptione, vbi corpus totum exuccum & velut eliquatum contabeſcit. Vrinas verò quales in aqua intercute damnet, antea quoque ſcriptum eſt. F

διατάσιές τε περὶ ὑποχόνδρια] διατάσιες legi ex melioribus codicibus cum omnibus interpretibus, ſententiamque continuaui, quanquam διαστάσιες retineri poteſt, quòd per huiuſmodi tumores materia intus contenta hypochondria quodammodo ab internis dirimat & ſeducat. Sunt autem communes quæ hic ſcribuntur hydropum affectiones, velut ventris tumores, dolores, hypochondriorum diſtenſiones, ſitis (in his maximè qui Aſcite laborant) & ciborum faſtidium, niſi ventriculi oſculum ex intempeſtiua frigidæ potione refrigeratum fuerit, vt ſcribit Galenus libr.5. de loc.affect. febricula etiam comitatur aſſidua, lenta, ac ferè in totum plurimi ex hydropicis febriunt, vt ſcribit Aetius. Grauitas quoque ac totius corporis languor, color vitioſus, corpus laxum, pallidum & emortuo ſimile. Spirandi difficultas à cibo præcipuè, & diſtenſiones etiam pauco ingeſto ob plenitudinem & venarum tentionem. Quas affectiones his verbis Aretæus hydropicis in commune attribuit.[b] ξύμπαντα δὲ ὁμοῦ ξυνίησι. ἄχροοι, δύσπνοοι, βὴξ, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ῥηϊδίη, ἔκαστος πολλὰ, [illegible] ἢν δέ τι προσάρωνται κἢν βραχὺ καὶ ἄρωνται, φυσώδεες, διατάσιες ὡς ἀπὸ πλησμονῆς.

[b] Cap.1.lib.2. χρον. παθ. σημει. G

Aquæ inter cutem vitio, cui leucophlegmatias nomen eſt, laborantes, alui profluuium ſedat. Animi abiectiones cum ſilentio, & ab hominibus ſolitudines ferè eos conficiunt.

482 Τοὺς λευκοφλεγματίας διάῤῥοια παύει. αἱ μετὰ σιγῆς ἀθυμίαι, καὶ ἀπανθρωπίαι, ἐπικινδύνως αὐτῶν κατεργαστικαί.

Leucophlegmatias nomen Celſi exemplo retinuimus. Vehemens autem & diuturnum alui profluuium eſſe oportet, ex aph.29. lib.7. vnde ductum eſt hoc præſagium. Hanc in ſententiã ſcripſit Hippocrates lib.1.de Morbis, ὑπὸ δὲ ὕδρωπος καὶ [illegible] λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ, ἐπιγενομένη ἡ κοιλίη ἰσχυρὰ, ἀγαθόν. In hoc verò alui profluuio cruditatem antea damnauit, vbi hæc ſententia adumbrata eſt & à nobis confirmata. Quod ſequitur etſi magna ex parte diſiunctum ſcribitur, connecti tamen oportere videtur. Vbi illud, αὐτῶν κατεργαστικαί, ambiguam habet ſignificationem. Incertum nanque num ad cauſam referatur, & animi abiectionem cum ſilentio, & hominum auerſationem ac fugam (quæ melancholici humoris ſigna ſunt) ad hydropem efficiendum ponat, quæ tamen rara cauſa eſt, idcóque ἐπικινδύνως ab authore adſcribitur. Poteſt & ad ægritudinis modum aut mores accommodari, & periculum circumſcribere, quod animi deſponſiones ac ſolitudines huiuſmodi ægros conficiant ac opprimant. Quinetiam αὐτῶν κατεργαστικαί intelligi poteſt, quod eos exerceant, profligent, & conficiant, velut κατεργασμένος exercitatus, confectus & profligatus dicitur. Quam in rem eleganter ab Aretæo ſcriptum eſt his verbis cap.1. libr.2. περὶ χρον. παθ. σημείων. [illegible] H
[illegible] ἀθυμίη, [illegible] φιλοζωΐη, [illegible]

A τῶν τῇ λέξει. Has autem omnes quas expreſſimus τῷ μετρήζεως notiones, vno vt potuimus (conficiendi) verbo concluſimus.

483 Οἷσι φόβου μετὰ καταψύξιος ἐξίστανται, πυρετοὶ μεθ' ἱδρώτων, καὶ ὕπνοι οἱ πάμαυδοι τοῦτο λύουσιν.

Quibus vehemens mentis emotio ex metu cum perfrictione contingit, febres cum ſudoribus & ſomni ſermonem omnino intercipientes hæc ſoluunt.

Ex dictione inſolenti & affectata de induſtria, obſcurata eſt ſententia. Primum φόβου pro ἐκ φόβου poſitum, & aliàs huiuſmodi phraſis huic authori vſurpata. Deinde οἱ πάμαυδοι ὕπνοι quinam dicantur non ſatis conſtat, & inſolens dictio ſcriptionis fidem ſuſpectat. Quam tamen ex codicum pluralitate ſecuti, ſomnos ſermonem omninò intercipientes, hoc eſt, tranquillos, profundos, & minimè turbulentos diximus, quibus ſolui velit mentis emotionem ex metu cum perfrictione & febre, excitatis ſudoribus vt κρίσιμοι legibus. Etſi ἄπαυδοι potiùs quàm πάμαυδοι legendum cenſemus, cum ἄπαυδος ἄφωνος ſignificet Heſychio. Cornarius ὑπαύαυδοι ὕπνοι legit ex coniectura fortè potius quàm vllorum codicum lectione, & ſomnos aliquantulum vocem intercipientes dixit, cùm loquelam in-
B tercipientes dicere debuerit. Eſt enim ἄναυδος aliud quàm ἄφωνος apud Hippocratem, vt noſtris in libr. 3. Epid. Annotat. & verò pleniùs in noſtra OEconomia ſcripſimus. Somni igitur aliquantulum ſine voce intelligi poſſunt profundi, alti, & in quibus nulli ſermones, nulla vox, nullæ vociferationes, clamores, aut eiulationes exaudiuntur. Qui etiam ſanè velut ſudores ipſi ſolutionis criticæ cautionem inire poſſunt. Sunt qui pro πάμαυδοι, νήδυμοι legant, vt ſint νήδυμοι ὕπνοι profundi ſomni & alti. Quæ dictio Homero familiaris eſt, & νήδυμος, ἡδὺς καὶ βαθὺς Heſychio exponitur.

484 Ἐκ μανίης ἐς βράγχον μετὰ βηχὸς ἀπόστασις.

Ex inſania in raucedinem cum tuſſi fit ſeceſſio.

Idq; ex humoris tranſpoſitu contingit, & κατ' ἀπόθεσιν ἀπόστασιν iſta fieri ſolet. Hic nanque ἀπόστασις (vt alias ſæpe) μετάστασιν ὡς ἐπὶ ξένον τοποίησαν ἐπὶ τὸ ἔτερον ſignificat, velut ἀποστάσιας εἰς βραγχώδεας & ἀποστάσιες εἰς πυρετοὺς dicit Hippocrates, quod alias ſcripſimus.
* Lib. 1. epid.

485 Ἐν τοῖσι μανικοῖσιν σπασμὸς προσγενόμενος, ἀ-
C μαυρώσιν ἴσχει.

Inſanientibus accedens conuulſio, oculorum aciem retundit.

ἀμαύρωσις Hippocrati non niſi oculis hebeſcentibus attribuitur & obtuſis. Par eſt igitur in inſanientibus & furioſis reſiccato calore neruorum principio, conuulſione oculorum aciem hebeſcere ac retundi. Quod quàm ſit damnandum in morbis præcipitibus ſatis teſtatur Hippocr. lib. 6. Epid. In aphoriſmis quoque ab humore melancholico ἀποπληξίας, vt hic etiam ſuſpectat, & cæcitates fieri ſcribit. Hoc verò loco ἀμαύρωσιν extinctionem ægri & exitium ex naturâ rerum accipit Præceptor Hollerius. Qua notione certè mihi diſſipationem dixiſſe videtur Cornarius.

486 Αἱ σιγῶσαι ἐκστάσιες οὐχ ἡσυχάζουσαι, ὄμμασι περιβλέπουσαι, πνεῦμα ἔξω ἀναφέρουσαι, ὀλέθριαι.
D ποιοῦσι δὲ καὶ παραπληκτικὰ χρόνια. ἀτὰρ καὶ ἐκμαίνονται οὗτοι. οἷσι δὲ ἐπὶ ταραχῇ κοιλίης οὗτοι προσξυνῶνται, περὶ κρίσιν μέλανα διέρχεται.

Vehementes mentis emotiones ſilentes, abſque quiete, oculis quoquouerſum intuentes ſpiritum efflantes, perniciem minantur, diuturnas verò faciunt partium reſolutiones. Quinetiam vehementer inſaniunt hoc modo affecti. Quibus autem cum ventris perturbatione huiuſmodi affectus ingraueſcunt, iis nigra per aluum ad iudicationem prodeunt.

Iſtud obſeruationem habet empiricam, ac ferè conſentit cum ſent. 64. & 65. antea hoc Prognoſtico deſcriptis. Hæ vero vehementes mentis emotiones taciturnæ & ſilentes, neque tamen quieſcentes, ſed μετὰ ῥιπασμοῦ & inordinato corporis motu, manuum geſticulatione & calcitratione, melancholicas inſanias ſuſpectant, ex bilioſi humoris exaſſatione. Poſſunt autem leues partium ſyderationes ex humorum tranſpoſitu contingere, idque depoſitionis quadam ratione, velut nigrorum ſeceſſus cum alui perturbatione
E ad iudicationem tendentes grauiſſimos caſus liberant. Quod verò dicitur ὄμμασι περιβλέπουσαι, ſuo more morbo attribuit quod ægros afficit, idque inſaniam indicat & inconſtantem oculorum motum quoquouerſum circumſpicientium denotat. πνεῦμα etiam ἔξω ἀναφέρουσαι ſpiritum efflantes ſignificat, quos antea ἐκφυσῶντας dixit, qui ex concepto intus incendio magnam ſpiritus copiam expiratione efflant. Etſi nonnulli ad ſpirationem magnam & raram delirij propriam non malè referunt. Hic autem in magna exemplarium varietate, pluralitatem ſecuti ſumus, & ποιοῦσι, non ποιοῦσαι, cum Cornario legimus.

487 Οἷσιν ὑγιαίνουσι χειμῶνος ἐόντος περὶ τὴν ὀσφὺν ψυχρότης καὶ βάρος ἀπὸ βραχείης προφάσιος, & κοιλίης ἐπίστασις, τῆς ἄνω καλῶς ὑπηρετούσης, ἰσχιάς, ἢ νεφρῶν πόνος, ἢ στραγγουρίης τάχα ἂν συμβαίνη.

Si per ſanitatem hyemis tempore lumborum frigiditas & grauitas leui ex occaſione orta ſit, & alui ſuppreſſio, ſuperiore ventre probe officio ſuo fungente, coxendicum, vel renum dolor, aut vrinæ ſtillatio fortè expectanda eſt.

F Humorum in lumbos decubitus qualitate aut copia noxiorum, grauitatem & frigiditatem infert, & ferè coxendicum laborem minatur, aut renum dolores, & vrinæ ſtillicidium, ſi per vrinæ vias deducta humorum multitudo, craſſitudine ſua reſtitet, aut noxia qualitate veſicam vrgeat. Poteſt etiam merito quodam colicus labor ex loci vicinia ſperari, & id in dies contingere videmus. Neque id ſolum hyemis tempeſtate, ſed ſi quouis tempore contingat, præcipuè tamen hyeme, aëris ambientis & frigoris, humoriſq; eo tempore redundantis ratione.

488 Οἷσι τὰ κάτω κακοῦται, κνησμῶν ἰσχυρῶν προγενομένων ἐμπεσόντων ἰσχυρῶν, τούτοισιν ἀμμώδεα οὖρα ἐξ., καὶ ἐφίσταται. τοῖσι δὲ ὀλεθρίοισιν αὐτοῖσιν ἡ διάνοια ἀποναρκοῦται.

Quibus inferiores partes malè afficiuntur, vehementibus pruritibus priùs obortis, iis vrina ſabuloſa fit & ſubſiſtit. At qui pernicioſè habent, iis mens obtorpeſcit.

Indefinita eſt ſententia, neque enim ſatis compertum eſt quaſnam partes inferiores intelligat, nec ſatis expreſſum quonam vi-
G tio affici ſentiat. Vero tamen eſt ſimile partes inferiores renes pertingentes, lumbos & coxendicem ſubaudiri, quas in renum calculis & ſabuloſa vrina grauari, morderi, tundi ac premi contingit. Neque verò etiam neceſſe eſt vehementer pruritus antecedere, niſi illarum partium morſus ac coxendicis grauitatem, dolorem ac ſtuporem capiat. Sic ſubſiſtere vrinam ac ſupprimi à calculo crebro contingit. Quòd autem mens obtorpeſcat, id non niſi morti iam vicinis ex ſuppreſſa vrina & extincto calore natiuo emortuis ac ſopitis ſenſibus animaduertitur, ac in his qui ex vrinæ ſuppreſſione pernicioſè habent, ſublatis ſurſum vaporibus & oppreſſis vitalitatis viſceribus, grauari cerebrum ſæpe videtur, & ſenſationes quodammodo obſtupeſcere, indéque præſentiſſimum vitæ periculum colligitur.

489 Οἱ τὰ ἄρθρα φλυκταινούμενοι ἐξέρυθροι ἐπιπολαίοις, ἐπιρριγώσαντες, οἷσι κοιλίας καὶ βουβῶνας διαφοινίσσονται, οἷα πληγῆσιν ἐπωδυνοισι, & ἀποθνήσκουσι.

H Quibus ad articulos prærubræ puſtulæ ſuperficiales enatæ ſunt, ac ſubinde rigent iis velut ex acceptis plagis cum dolore venter & inguina rubeſcunt, & pereunt.

Huiuſmodi puſtulæ exanthematum genere cenſentur & valde ſuſpectas habent notas, qualia peſtilente cœlo in morbis populariter graſſantibus paſſim animaduertuntur, & venenatæ materiæ indicia præ ſe ferunt. Sic ἐρυθήματα in febribus crebrò damnat Hippocrates & ἐξανθήματα οἷα ἀπὸ κωνώπων, velut culicum morſus ac puncturas toto corpore enaſcentes, in morbis popularibus valde ſuſpectas habet, velut in fullone Syrio ac Pherecyde, & Euphranoris filio apparet lib. 7. Epid. Atque hæc aliquando ſine vlcere apparet, & vibices velut acceptis verberibus præ ſe ferunt, vnde μώλωπες dicuntur: interdum etiam vlcus & cruſtam faciunt.

In morbo regio affectis, nec admodum ſentientibus, quibus ſingultus adeſt, iis aluus effunditur, fortè verò etiam ſupprimitur, atq; hi cum virore palleſcũt.

490 Τὰ ἰκτερώδεα, οὐ πάνυ δὲ ἐπαισθανόμενα, εἶσι λύγξιες κοιλίαι καταρρήγνυνται. ἴσως δὲ καὶ ἐπίστασις. οὗτοι ἐκχλοιοῦνται. A

Sumpta ex Prorrh. 154. ſententia paucis quibuſdam immutatis. Raræ autem ſunt in ictericis affectiones adſcriptæ, ſingultus, ſenſus hebetudo, ac ſtupor, & alui effuſio, & vt diuerſam à morbo regio habent naturam, ita ſi quando accidant, periculum creant, vt ſymptomatum huiuſmodi concurſio in Hermippo ſatis indicat ex Prorrh. & Hermocrate lib. 3. Epid. Sic οἱ ἐπὶ ἰκτέρῳ μώρωσιν ἔχοντες (vt antea hoc in Prognoſtico eſt ex Prorrh. adſcriptum) quam νωθρότητα, ſtupiditatem ac ſenſuum tarditatem interpretatur Galenus. Alui verò ſuppreſſio vt ictericis eſt familiaris, ita & ex bilis refuſione cum virore palleſcens color, qui & ex inſigni viſcerum obſtructione in cachexia laborantibus ſæpe viſitur, & per ἐκχλοιοῦσθαι Hippocrati ſignificatur, quod idem eſt ac χλωρώδεα, vt χλωρὸς, χλωρότης, & χλοώδης, χλοερὴ dicitur, vt aliàs ſcripſimus ex Galeno. Hic autem color à bile pallida & crocea in auruginoſis ex viridi ſubluteus conſpicitur, atque huius argumentum in oculis proditur, qui promptè colorem ex virore palleſcentem imbuunt, quos herbeos dixit Plautus in Curculione. At in Prorrh. ἐκλύονται pro ἐκχλοιοῦνται legitur, ex vocis affinitate aut rei conſecutione, quemadmodum aliàs ſæpe pro ἐκχλοώδεις ἐκλυώδεις ſcribitur apud Hippocratem, & id per ἐκλύσεις exponit Galenus, quod ſit hepaticum ſymptoma, vt idem ſcribit Com. 3. in Prorrhet. & nos aliàs fuſiùs expreſſimus. Hic autem χλοιοῦνται pro ἐκχλοιοῦνται videtur legere Gal. in exegeſi vocum Hipp. & pro χλωραίνονται poſitum eſſe ſcribit. B

Lateris dolores in febribus leuiter firmatos, & abſque vlla ſignificatione, venæ ſectio lædit, ſiue auerſum à cibis animum, ſiue ſublata præcordia æger habeat. Quinetiam in corporis perfrictione torpeſcentes non ſine febre, ſanguinis detractio lædit, & cùm videantur leuiùs habere moriuntur.

491 Τὰ κατὰ πλευρὴν ἀλγήματα ἐν πυρετοῖσιν ἰσχνῶς ἑστηκότα, ἄσημα, φλεβοτομίη βλάπτει, κἢν ἀπόσιτος ᾖ, κἢν ὑποχόνδριον μετέωρον. καὶ ἐν καταψύξει, οὐκ ἀπύρεξι νενωθρωμένοις αἵματος ἀφαίρεσις βλάπτει. καὶ δοκέοντες δὲ ἐπιεικέστερον ἔχειν, οὗτοι θνήσκουσι. C

Leues videtur intelligere laterum dolores & à flatibus ortos, tenuantibus & diſcutientibus medicamentis ſedari poſſe, & phlebotomia lædi. Sed obſcura eſt phraſis & inſolens, ac de induſtria quadam huius Prognoſtici authori affectata. ἀλγήματα nanque ἰσχνῶς ἑστηκότα intelligere videtur, leuiter conſiſtentes ac firmatos dolores, leues, nec ita fixos ac ſtabiles, quemadmodum in Prorrh. dicuntur τὰ ἀραιὰ κατὰ πλευρὴν ἀλγήματα, aut τὰ κατὰ λεπτὸν ἀλγήματα, τὰ κατὰ σμικρὸν γινόμενα, τουτέστι τὰ ἀσθενῆ, vt exponit Galenus. ἄσημα verò vocat leuem de ſe ſignificationem præ ſe ferentes dolores, neque effatu dignos: Aut certè ἄσημα ἰσχνῶς ἑστηκότα ſimul iuncta, ἀσήμως ἰσχνωθέντα (velut antea dixit) ſubintelligit, aut ἀλόγως ἀφανιζόμενα, abſque vlla ſignificatione euaneſcentes & diſparentes dolores, velut πλευρῆς ἄλγημα ἀλόγως ἀφανισθὲν, temerè & præter rationem enaſcentem lateris dolorem in Prognoſtico ſcribit. Quod ſequitur de perfrigeratis & torpeſcentibus, non temerè eſſe adhibendam ſanguinis miſſionem his caſibus conſulit, vbi frigidæ materiæ copia ſtupefacti ſunt ſenſus, & totum corpus perfrixit, quod etiam eſt antea hoc præſagio ſignificatum ἐν ἀπύροις: autem addit, velut in Prorrh. οἱ ἀποψύχοντες μὴ ἀπύρως dicuntur. Exemplaria quædam βλάπτει pro ἐλάττω habent, quod eſt minutum. D

Caput, pedes & manus frigidas eſſe, ventre & lateribus calentibus, mali morbi ſignum eſt. Optimum vero totum corpus æquè calidum & molle eſſe.

492 Κεφαλὴν καὶ πόδας καὶ χεῖρας κατεψῦχθαι, κοιλίης καὶ πλευρῶν θερμῶν ἐόντων, κακόν. βέλτιστον δὲ πάνυ ὁμοίως τὸ σῶμα θερμόν τε εἶναι καὶ μαλθακόν.

Id de morbis acutis intelligi ſatis patet ex Prognoſtico, vnde hic totus locus deſumptus eſt. Et per totam Hippocratis OEconomiam ἀκρωτηρίων ψύξις damnatur, vt aphoriſm. 1. & 26. lib. 7. & 48. lib. 4. Celſus hunc locum ex Prognoſtico ſuo more ingenio indulgens, ſic vertit, Mali etiam morbi ſignum eſt, caput & pedes manuſque calidas habere, ventre & latere frigentibus, aut frigidas extremas partes, acuto morbo vrgente. Idem quoque in valetudinis tutæ ſignis reponit, corpus quod æqualiter molle & calidum eſt. E
Cap. 4. lib. 2.

Ægrum quoque facile conuerti oportet, & dum ſurgit leuem eſſe. At grauitas quæ totum corpus, vel manus ac pedes premit, vitioſa eſt. Quod ſi cum grauitate digiti quoque ac vngues liuidi fiant, in propinquo mors eſt. At ſi omnino nigreſcant, minus quam liuentes periculum portendunt. Verùm tunc reliqua conſideranda ſunt. Etenim ſi facilè morbum ſuſtinet æger, & aliud quiddam ex his quæ ſecuritatem pollicentur ſe prodit, morbus in abſceſſum vergit, & denigratæ corporis partes decidunt.

493 Στρέφεσθαι δὲ ῥηιδίως χρὴ τὸν νοσέοντα, καὶ ἐν τῇσι μετεωρισμοῖσιν ἐλαφρὸν εἶναι, βαρύτης δὲ ὅλου τοῦ σώματος, καὶ χειρῶν καὶ ποδῶν, πονηρόν. εἰ δὲ καὶ πρὸς τῷ βάρει πελιοὶ γίγνονται οἱ δάκτυλοι καὶ οἱ ὄνυχες, πλησίον ὁ θάνατος. μελαινόμενα δὲ παντελῶς, ἧσσον ὀλέθρια τῶν πελιῶν. ἀλλὰ τὰ λοιπὰ σκοπεῖν. ἢν γὰρ εὐπετέως φέρῃ τὸ νόσημα, ἢ ἄλλο τι τῶν χρησίμων ἀποδεικνύῃ τὸ νόσημα ἐς ἀπόστασιν τρέπεται, καὶ τὰ μελανθέντα τοῦ σώματος ἀποπίπτει. F

μετεωρισμοὺς δὲ ἐξαναστάσεις exponit Galenus in Prognoſt. ægrorum exurrectiones, dum ſe erigunt & attollunt.

Teſticuli pudendumq; retractũ, malũ denunciant.

494 Ὄρχιες καὶ αἰδοῖον ἀνεσπασμένα πονηρὸν σημαίνει.

ὄρχιες ἀνεσπασμένοι Hippocrati. At hæc contractio ac reuulſio facultatis vitalis ac animalis extinctionem & reficcationem aut reſolutionem ſignificat, vt patet ex Prognoſtico. G
Lib. de rat. vict. in morb. acut.

Flatum verò abſque crepitus ſono emitti, inter optima ſigna eſt. Præſtat tamen cum ſtrepitu prodire quam illic reuolui: Quanquam hoc pacto prodiens, dolorem & delirium denunciat, niſi ſua ſponte id æger fecerit & flatum emiſerit.

495 Φῦσαι δὲ ἄνευ ψόφου πρδήσιος διεξιοῦσαι, βέλτιστον. κρέσσον δὲ καὶ σὺν ψόφῳ διεξιέναι, ἢ αὐτοῦ εἰλεῖσθαι. καὶ τοι τὸν τοιοῦτον διεξιοῦσα, σημαίνει πονηρὸν καὶ παραφροσύνην, ἢν μὴ ἑκὼν τοῦτο ποιέηται τὴν ἄφεσιν τῆς φύσης.

Et hic quoque locus ex Prognoſtico ſumptus eſt. Etſi verò conſtare poteſt lectio ἄνευ ψόφου πρδήσιος, vt ſit abſque crepitus ſtrepitu, quod legunt omnia exemplaria, tamen ἄνευ ψόφου καὶ πρδήσιος ex Prognoſtico malim: non ſecus ac paulò poſt, σημαίνει πόνον καὶ παραφροσύνην lego, vbi exemplaria πονηρὸν habent. Quod etſi retineri poteſt, vt pernicies & delirium denuncietur, cuiuis tamen patet priorem lectionem eſſe germanam. Idem eſt iudicium in eo quod ſequitur, ἢν μὴ ἑκὼν τοῦτο ποιέηται, quod legunt omnia exemplaria, ex Prognoſtico tamen melius legatur, ἢν μὴ ἑκὼν ποιέηται τὴν ἄφεσιν τῆς φύσης. H

Vlcus liuidum & aridum, aut pallidum effectum, mortem indicat.

496 Ἕλκος πελιὸν καὶ ξηρὸν, ἢ χλωρὸν γινόμενον, θανάσιμον.

Etſi χλωρὸν apud Hippocratem paſſim ex virore palleſcens ſignificat, hic tamen pallidum indicare ſatis apparet ex Prognoſtico, quod illic ὠχρὸν hic χλωρὸν poſuerit, & ex Galeni Commentario, qui etiam χλωρὸν ἀντὶ τοῦ ὠχροῦ poſitum agnoſcit, & ex Celſo quoque qui pallidum vertit. Porro vlcera liuida quomodo mortem præſagiant indicat Hippocrates lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, & libr. de Capitis vulneribus.

497 Ἀνα-

A 497 Ἀνάκλισις βελτίστη μὲν, ὡς ἔθισται ὑγιαίνων. ὕπτιον δὲ κεῖσθαι, τὰ σκέλεα ἐκτεταμένον, οὐκ ἀστεῖον. εἰ δὲ καὶ καταρρέοι προπετὴς ἐπὶ πόδας, χεῖρον, θανάσιμον δὲ καὶ κεχηνέναι, καὶ καθεύδειν αἰεί. καὶ τὰ σκέλεα ὕπτιον κείμενον συγκεκαμμένα τε εἶναι ἰσχυρῶς καὶ διαπεπλεγμένα. τὸ δὲ ἐπὶ γαστέρα κεῖσθαι οἷσι μὴ σύνηθες, παραφροσύνην σημαίνει, καὶ πόνους περὶ κοιλίην. πόδας
B δὲ γυμνοὺς ἔχειν καὶ χεῖρας, μὴ θερμοῦ ἐόντος ἰσχυρῶς, καὶ τὰ σκέλεα διερρίφθαι, κακόν. ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει. ἀνακαθίζειν δὲ βούλεσθαι, κακὸν ἐν τοῖσιν ὀξέσι. κάκιστον δὲ ἐν περιπλευμονικοῖσι. καθεύδειν δὲ χρὴ τὴν νύκτα, τὴν δὲ ἡμέρην ἐγρηγορέναι. τὸ δὲ ἐναντίον, πονηρόν. ἥκιστα δὲ ἂν βλάπτοιτο ὁ περὶ κοιμώμενος ἕως τοῦ τρίτου τῆς ἡμέρης. ὁ δὲ μετὰ τοῦτον ὕπνος, πονηρός. κάκιστον δὲ μὴ καθεύδειν, μήτε ἡμέρης,
C μήτε νυκτός. ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνου ἀγρυπνοίη ἂν, ἢ παραφρονήσει ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου.

Optimus ille quidem iacentis habitus, quem ſanus aliquis vſurpare conſueuit. Supinum vero iacere cruribus porrectis, probari non poteſt. Id quoque deterius vbi ſubinde deorſum ad pedes prolabitur. Exitioſum eſt vbi hiat, aut aſſiduè dormit. Aut vbi ſupinus iacet cruribus vehementer contractis ac reductis. Pronum autem iacere ei qui non conſueuit, deliriũ aut circa ventrem dolores portendit. Quod ſi pedes & manus nudat, neq; vehemẽs calor ei ſubeſt, & crura diſpergit, mali morbi ſignum eſt, angorem nanq; portendit. Vbi verò reſidere vult æger, malum quidẽ indicium in acutis morbis, ſed longè peſſimũ in pulmonum & laterum affectibus. Noctu dormiendũ, interdiu vigilandum, contra verò malum. Minimum autem offendit, ſi quis matutino tempore ad tertiam diei partem dormiat. Qui vero ab hoc tempore ſomnus eſt, malus. Peſſimum tamen eſt ſi ſomnus neque noctu neque interdiu accedit. Id enim ob dolorem laboremq; accidit, vel delirium fore ſignificatur.

εἰ δὲ καὶ καταρρέοι προπετὴς] Celſum ſecutus, deorſum delabi ad pedes, idem ac pronum, dixi. Sic enim illud ex [a] Prognoſtico vertit.

[a] *Cap.6. lib.2.*

καὶ κεχηνέναι καὶ καθεύδειν αἰεὶ] In Prognoſtico hiantem aſſiduè dormire damnatur. Sed & hiantem, & aſſiduè dormientem exitio eſſe, ex quibuſdam exemplaribus agnoſcit Galenus. Quem ſenſum ſequitur huius Præſagij author. Celſus quoque dum ſcripſit, vbi hiat, vbi aſſiduè dormit. † Et de ſomno agens, Æquè verò ſignum malum eſt, etiam ſomno vltra debitum vrgeri, peiuſque quo magis ſe ſopor interdiu noctuque continuat.

† *Cap.4. lib.2.*

σκέλεα συγκεκαμμένα] Genua contracta dixit Celſus, quod crura non niſi curuatis genibus contrahi poſſint. διαπεπλεγμένα verò reducta dixi, quod diſperſa ac diducta, & à ſe inuicem diſtantia ſignificent, cùm Galenus τὸ μέχρι πολλοῦ διεστῶτα σημαίνει ſcribat, &
D ἐν τοῖς γόνασι διαπεπλεγμένα (etſi aliunde natum eſt) τὰ ἐπὶ πολὺ κατὰ τὰ γόνατα διεστῶτα exponit, non ſecus ac ἐκπεπλέχθαι & διαπεπλέχθαι lib.6. Epid. & τὸ ἐκπεπλεγμένον ἐπὶ τὸ πολὺ διεστῶτα σκέλος lib. de fracturis.

καὶ τὰ σκέλεα διερρίφθαι] In Prognoſtico ἀνωμάλως διερριμμένα σκέλεα dicuntur, quod Celſus inæqualiter diſpergere dixit. Sunt enim crura diſperſa & diiecta, velut proſtrata, omni robore exoluto. ῥίψις nanque eam proiectionem ſignificat, qua corpus proſtratum eſt, velut exanime & emortuum, exolutis viribus omnibus & deiectis. Qua dictione vtitur Hippocrates libro περὶ χυμῶν. ῥίπτεσθαι verò & σπασμῷ ea ratione, differre inter ſe qua σπᾶσθαι & ῥίπτεσθαι ſcribitur à Galeno libr. de Tremore palpitat. &c.

ἀνακαθίζειν] Reſidere Celſus dixit, quod eſt erectum ſedere velle, & illud in morbi vigore vehementem ſpirandi difficultatem, aut inquietem corporis iactationem, aut delirium portendit.

E καθεύδειν δὲ χρὴ] Integra eſt ſententia in Prognoſtico, quam eleganter Celſus vertit cap.4. libr.2. hic vero conciſa eſt & defecta.

498 Ὁκόσοισι κρόταφος τάμνεται, σπασμὸς ἐκ τῶν ἐναντίων τῆς τομῆς ἐπιγίνεται.

Quibus tempora ſecantur, iis ex aduerſa ſectionis parte conuulſio contingit.

Hic locus multa ad chirurgiam pertinentia tractat. Digna autem Hippocratis doctrina hæc ſententia & ex media eius Œconomia tracta eſt. Nam in capitis ſectionibus tempora cauet, & temporum vulnera ac diruptiones, conuulſiones & ſopores accerſunt, vt antea ſcriptum eſt hoc Præſagio. Quod etiam indicatur libr. de vulner. cap. his verbis, Τάμνεται δὲ κεφαλῆς, τὰ μὲν ἄλλα ἐν κεφαλῇ ἀσφαλέως ... ὁ δὲ κρόταφος, καὶ ἄνωθεν ἔτι τοῦ κροτάφου, κατὰ τὴν φλέβα τὴν διὰ τοῦ κροτάφου φερομένην, τοῦτο δὲ τὸ χωρίον μὴ τάμνειν. σπασμὸς γὰρ ἐπιλαμβάνει τὸν τμηθέντα. In Prorrhetico quoque, ἀπὸ γὰρ καὶ περὶ κρόταφον ... ; Tempora nanque ob cerebri viciniam, promptè conuulſiones & reliquas noxias ſentiunt. Quod etiam ſcribitur libro περὶ ἄρθρων, ...
F ... quem locum adducit Galenus Com. 3. in Prorrhet. Hæc verò conuulſio longè alia eſt quam quæ ex capitis vulneribus accidit, quæ etiam vt ex altera ſectionis parte contingat, diſertè ſcribitur lib. de capitis vulneribus, καὶ ἢν μὲν ἐπ' ἀριστερὰ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ἐπὶ δεξιὰ τοῦ σώματος ὁ σπασμὸς λαμβάνει. ἢν δὲ ἐν τοῖς ἐπὶ δεξιὰ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ σώματος ὁ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει. Sic quoque ancillæ in Omilo libr. 5. Epidem. ex capitis vulnere conuulſio contigit. σπασμὸς δὲ χεῖρα τὴν ἀριστερὴν κατελάμβανε. ἐν γὰρ τοῖσι δεξιοῖσι μᾶλλον εἶχε τὸ ἕλκος.

499 Ὅσοισιν ἂν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ, καὶ πονέσῃ πληγείσιν, ἢ ἄλλως πίπτουσι, παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ οὔτε ὁρῶσιν, οὔτε ἀκούουσι, καὶ τὰ πολλὰ ἀποθνήσκουσιν.

Quibus concuſſum fuerit cerebrum, vel ex plaga doluerit, aut aliquo caſu, his illico vox deficit, neque vident, neque audiunt, feréque intereunt.

Ex Aphoriſmo 58. libr.7. petita ſententia, quæ integra diſertè expreſſa eſt libr.1. de Morb. ἢν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ τε καὶ πονήσῃ πληγείς, ἄφωνος παραχρῆμα γίνεται, καὶ μήτε ὁρᾷ μήτε ἀκούει.
G Fit autem concuſſio aut ex caſu aliquo ex editioribus locis, aut plaga inſigni (quam etiam conſequitur ἔκπληξις καὶ παραφροσύνη periculumque denunciat, ex aphoriſm. 14. libr.7.) aut capite ad durum aliquod illiſo, aut telo aliquo obtuſo percuſſo. Sic qui lapide in caput à Macedone percuſſus eſt libr. 5. Epidem. ἔπεσε, ἄφωνος ἦν, οὐκ ἤκουεν, οὐκ ἑώρα... quæ ſunt inſignis vulneris & cerebri appetiti non leuia indicia. Interdum contractio aut conuulſio contingit, & tunc nulla vitæ ſpes eſt.

500 Οἷς ἐγκέφαλος τιτρώσκεται, πυρετὸς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ χολῆς ἔμετος ἐπιγίνεται, καὶ ἀποπληξίη σώματος, καὶ ὀλέθριοι οἱ τοιοῦτοι.

Ex cerebri vulnere, febris vt plurimùm, ac bilis vomitus ſuccedit, & corporis reſolutio, iique pernicioſè habent.

H Hi quoque caſus inſignia capitis vulnera ſequuntur, quæ membrana aut cerebrum attingunt, vt patet ex aphoriſm. 50. lib. 6. & lib. 1. de Morbis ſcribitur, vnde expreſſa videtur hæc ſententia. ἢν δὲ τρωθῇ (ὁ ἐγκέφαλος) πυρετόν τε ἐπιφέρει, καὶ χολῆς ἔμετον, καὶ ἀποπληξίην τοῦ σώματος ποιεῖ, καὶ ἀπόλλυται. Quod autem in capitis vulneribus bilis vomitione refundatur, (χολεμεσίας vocat Galenus) id in inſignibus capitis vulneribus ex ventriculi conſenſione contingere ſcribit Galenus. * Corporis etiam ſtuporem, aut alicuius partis ſyderationem (ἀποπληξίαν vocat) & febrem, in huiuſmodi caſibus mortis adferre periculum ſcribit Hippocrates lib. de Cap. vulneribus, & Prorrh. 2. & Celſus cap.4. lib.8. vt & ἔκπληξις vulneribus capitis adſcribitur aph. 14. lib.7.

* *Cap.3. de loc. aff.*

Oſſium capitis fracturæ cognitu difficillimæ, quæ circa ſuturas ſunt. Fiunt autẽ potiſſimum à grauibus ac rotundis telis, aut ex his quæ ex oppoſito ferũtur, neq; ex plano. At oſſa, de quibus fiſſa ſint nec ne ambigitur, ſic diſcernas, ſi in vtranq; maxillam albucum aut ferulam manducandã exhibueris, atque animum aduertere iuſſeris, num os aliquod ſtrepere videatur, confracta nanq; ſtrepere videtur. At proceſſu tẽporis, fiſſa quidem ſeptimo die, partim verò decimoquarto, partim etiam aliàs, ſui ſignificationem edunt. Nam caro ab oſſe abſcedit, aut os liueſcit, aut dolores ex ſaniei influxu excitantur, eaq; iã remediis ęgrè cedũt.

501 Τῶν ῥηγνυμένων κεφαλῆς ὀστέων, χαλεπώτατα A
γνῶναι τὰ κατὰ τὰς ῥαφὰς ῥηγνύμενα. ῥήγνυται δὲ ὑπὸ τῶν βαρέων καὶ στρογγύλων βελέων μάλιστα, καὶ ἐκ τῶν ἐξ ὑπεναντίου φερομένων, καὶ μὴ ἐξ ἰσοπέδου. τὰ δὲ ἀπορεόμενα, πότερον ἔρρωγεν ἢ οὔ, κρίνειν δεῖ, διαμασᾶσθαι διδόντα ἐφ' ἑκατέρην τὴν σιηγόνα. ἀνθέρικον, ἢ νάρθηκα, καὶ προσέχειν κελεύειν, εἴ τι ψοφεῖν αὐτῷ δοκέει τὸ ὀστέον. Τὰ γὰρ κατεηγότα δοκέει ψοφεῖν. προϊόντος δὲ τοῦ B
χρόνου τὰ ἐρρωγότα μετὰ ζ' τὰ δὲ ιδ', τὰ δὲ καὶ ἄλλως διασημαίνει. τῆς τε γὰρ σαρκὸς ἀπόστασις ἀπὸ τοῦ ὀστέου γίνεται, καὶ τὸ ὀστέον πελιοῦ, καὶ πόνοι, ἰχώρων ὑπορρεόντων. ταῦτα δὲ ἰᾶσθαι ἤδη δυσβοήθητα.

In capitis vulneribus, quæ ad ſuturas fiunt, periculo non carent, in quibus præciſio, aut teli ſedes, aut fractura, aut etiam fiſſura plærunque fallit, nec niſi ab exercitato diligenti induſtria deprehendi poteſt, ex quo errore prætermiſſa ſectio, ægrum peſſundat. Quod ſibi accidiſſe in Autonomo non temerè fatetur " Hippocrates, more magnorum virorum & fiduciam magnarum rerum habentium vt ſcribit Celſus. Quò certè magis diligentem & induſtrium medicum eſſe oportet in capitis vulneribus, quæ ſuturas attingunt, quod longis ante ſeculis à noſtro Medicinæ parente, magna mentis ſagacitate periculum prouiſum eſt, & hac ſententia cautio rectè adhibita, quæ ex libello de Capitis vulneribus expreſſa, ſuam tuetur fidem & authoritatem. Locus integer apponen- C
dus, tum quod ad eam rem quam quærimus plurimum faciat, tum quod mendosè paſſim circumfertatur. ἢν δὲ τύχῃ ψιλωθὲν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς ὑπὸ τοῦ βέλεος, καὶ τύχῃ κατ' αὐτὰς τὰς ῥαφὰς γενόμενον τὸ ἕλκος, χαλεπὸν γίνεται καὶ τὴν ἕδρην τοῦ βέλεος φράσασθαι τὴν ἐν τῷ ἄλλῳ ὀστέῳ φανερὴν γενομένην, εἴτ' ἔνεστιν ἐν τῷ ὀστέῳ, εἴτε μὴ ἔνεστιν. ἢν τύχῃ γενομένη ἡ ἕδρη ἐν αὐτῇσι τῇσι ῥαφῇσι. συγκαλεῖται γὰρ αὐτὴ ἡ ῥαφὴ τρηχυτέρη ἐοῦσα τοῦ ἄλλου, καὶ οὐ διαγινώσκεται ὅ τι αὐτῆς ῥαφή ἐστι, καὶ ὅ τι τοῦ βέλεος ἕδρη, ἢν μὴ πάνυ μεγάλη γένηται ἡ ἕδρη. προσγίνεται δὲ καὶ ῥῆξις τῇ ἕδρῃ ὡς ἐπιτοπολὺ αὐτῇσιν ἐν τῇσι ῥαφῇσι γινομένη, καὶ γίνεται καὶ αὐτὴ ἡ ῥῆξις χαλεπωτέρη φράσασθαι ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου. διὰ τοῦτο, ὅτι κατ' αὐτὴν τὴν ῥαφὴν ἡ ῥῆξις γίνεται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἑτοῖμον γὰρ ταύτῃ ῥήγνυσθαι τὸ ὀστέον, καὶ διαχαλᾶσθαι διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσιος τοῦ ὀστέου ταύτῃ καὶ διὰ τὴν ἀραιότητα, καὶ διὰ τὰς ῥαφὰς ἑτοίμας ἐούσας ῥήγνυσθαι καὶ διαχαλᾶσθαι. τὰ τ' ἄλλα τὰ ὀστέα τὰ περιέχοντα τὴν ῥαφὴν μένει ἄρραγέα, ὅτι ἰσχυρότερά ἐστι τῆς ῥαφῆς. ἡ δὲ ῥῆξις ἡ κατὰ τὴν ῥαφὴν γινομένη καὶ διαχάλασίς ἐστι τῆς ῥαφῆς, καὶ φράσασθαι οὐ ῥηΐδιον. οὔτε ὑπὸ ἕδρης τοῦ βέλεος γενομένης ἐν τῇ ῥαφῇ ἐπειδὰν ῥαγῇ καὶ διαχαλάσῃ. ἀλλ' ἔτι χαλεπώτερον φράσασθαι τὴν ὑπὸ τῆς φλάσιος ῥαγεῖσαν. συγκαλεῖται γὰρ τὴν γνώμην καὶ τὴν ὄψιν τοῦ ἰητροῦ αὐταὶ αἱ ῥαφαὶ ῥωγμοειδέες φαινόμεναι, καὶ τρηχύτεραι D
ἐοῦσαι τοῦ ἄλλου ὀστέου, ἢν μὴ ἰσχυρῶς διακοπῇ, καὶ διαχαλάσῃ. At vbi oſſe à telo nudato vulnus ad ipſas ſuturas fieri contigerit, teli veſtigium, quod in alio oſſe relictum necne fuerit conſpicuum eſt, ſi in ſuturis ipſis extiterit, aſſerere eſt difficile. Fallit enim ſutura ipſa reliquo oſſe aſperior, neque conſtat ſit ne illic ſutura, an teli veſtigium, niſi admodum magnum teli veſtigium relictum ſit. Accedit quoque ad teli veſtigium plærunque rima ipſa in ſuturis exiſtens, ruptóque oſſe rimam aſſerere ideo difficilius eſt, quod vbi plurimùm rumpi contingit, ad ſuturam ipſam rima exiſtat. Promptè enim os hac parte, ob eam quam à natura habet imbecillitatem & raritatem, rumpitur & elaxatur, aut quia ſutura promptè rumpi ac elaxari ſolet. Reliqua verò oſſa ſuturam ambientia, quod ſutura ſunt robuſtiora citra ruptionem permanent. At fractura ad ſuturam exiſtens, ſuturæ etiam laxatio eſt, quam, vbi rupta fuerit & elaxata, neque ſi id à teli veſtigio in ſutura exiſtente contingat, aſſerere eſt facile. Verum rimam vbi ex colliſo contigerit difficilius eſt aſſerere. Suturæ enim rimæ ſpeciem referentes, & reliquo oſſe aſperiores, medici iudicium & viſum fallunt, niſi os vehementer diſſectum ſit & elaxatum. † Celſus quoque fiſſuras circa ſuturas plærunque fallere his verbis ſcribit. Poteſt autem ſutura eo nomine E
fallere, quæ æquè aſpera eſt, vt aliquis hanc eſſe, etiamſi rima eſt, exiſtimet eo loco quo ſubeſſe hanc veriſimile eſt. Ergo eo nomine decipi non oportet, ſed os aperire tutiſſimum eſt. Nam neque vtique certa ſedes, vt ſupra poſui, ſuturarum eſt, & poteſt idem, & naturaliter commiſſum, & ictu fiſſum eſſe, iuxtàve aliquid fiſſum habere. Hic autem animaduertendum eſt apud Aſulanum ἐγκεφαλῆς vitiosè pro κεφαλῆς legi.

" *Lib.5.epid.* † *Cap.4.lib.8.*

ῥήγνυται δὲ] Telorum varietatem & læſionis modum propriè magis diſtinguit Hippocrates libello de capitis vulneribus. Quænam tela frangant aut contundant his verbis indicat, *τῶν δὲ βελέων ῥήγνυσι μάλιστα τὸ ὀστέον, τά τε σφαιρὰς ῥοπαλὰ καὶ τὰ ἄστατα, καὶ φλᾶται, καὶ ἐσφλᾶται ἐν τῇ φύσει τῇ ἑωυτοῦ τὸ ὀστέον, τὰ στρογγύλα τε καὶ περιφερέα, καὶ ἀπέδιλα, ἀμβλέα τε ἐόντα καὶ βαρέα καὶ σκληρά.* Sub telis ſanè quæ rotunda ſunt, orbiculata omni ex parte plana, retuſa, grauia & dura, os maximè rumpitur tum rimis conſpicuis, tum obſcuris, & colliditur, & à naturali ſtatu recedens medium deſidit. Hic autem τὰ ἐξ ὑπεναντίου φερόμενα vocat, quæcumque vulnus impetu quodam F
infligunt, ſiue ab hoſte, ſiue à caſu, aut ictu, aut iactu, aut ex edito loco plaga accepta ſit, aut è directo, quod *ἐς ἰθὺ σφενδονᾶν, καὶ οἱ κατ' ἐναντίον ἀφίενται τὸ ὀστέον τοῦ βέλεος*, dicit Hippocrates. Quibus verbis, quæ oſſi ex aduerſo occurrunt & illud vulnerant, accipit Hippocrates. At varias telorum differentias explicat Paulus lib.6.cap.88.

τὰ δὲ ἀπορεόμενα] Cum caluaria fracta ſit necne ambigitur, id rectè explores licet aliquid teres & ſolidum dentibus indẽdo, & mandere iuſſo ægro, velut Aſphodeli caulem hic exhibet & ferulaceum. Noſtri Chirurgi linteum, aut pannum, aut etiam lorum aliquod dentibus prehendi iubent, quo tracto fiſſuram explorant, etſi quibuſdam fallax & arbitrarium iſtud indicium eſſe videtur. Quidam etiam nucleos dentibus confringi volunt. * Hippocrates nigro aliquo cum medicamento mixto & illito, deinde ſcalpro eraſo, oſſis fracturam dubiam & ſenſum fugientem inueſtigat. † Paulus nigrum medicamentum liquidum, aut atramentum ſcriptorium infuſum imponit. Quod etiam " Celſus his verbis procurandum iubet. Ac ſi ne tum quidem rima manifeſta eſt, in- G
ducendum ſuper os atramentum ſcriptorium eſt, deinde ſcalpro id detrahendum. Nigritiem enim continet ſi quid fiſſum eſt. Hic porrò ἀνθέρικον pro Aſphodeli caule & ſcapo ponit, veterum more (vt ſcribit " " Plinius) Theophraſtus & ferè Græci, princepſque Pythagoras, caulem eius cubitalem & ſæpe duum cubitorum, foliis porri ſylueſtris, anthericon vocauere: radicem verò, id eſt bulbos, aſphodelon. Noſtri illud albucum vocant, & aſphodelum haſtulam regiam. Nos igitur cum Plinio albucum diximus, pro albuci caule & ſcapo cubitali, amplo, puro, læui. Sic quoque Theophraſto & Idæo pro caule ſumi ſcribit Varinus, & Apollodoro eo nomine ſolum caulem dici. " " " Dioſcoridi ἀνθέρικος aſphodeli flos dicitur, vt & cæteris Græcis Varino & Heſychio, qui etiam ἀνθέρικας ponit, vt & Theocritus & Herodotus, qui (teſte Suda) anthericas vocat aſphodeli caules, quos & tenaciores ait eſſe quàm vt frangi queant. ἀνθέρικας etiam quidam ariſtarum culmina & faſtigia, aut culmos vocant, velut apud Homerum Il.υ. (v.227.) de Dardani equabus, *ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων*. quæ per ſumma culmorum aut ariſtarum faſtigia currerent. Quod de Iphicle Heſiodus eſt imitatus, & * * Maro de Camilla expreſſit, *Illa vel intacta ſegetis per ſumma volaret culmina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas.* Eſt autem ἀνθέριξ Heſychio & Homeri Scholiaſtæ, *ὁ τοῦ ἀσφοδέλου καρπός*. Et Theocriti Sch. Idyl.1. *ἀνθέρικον ἀσφοδέλου καρπὸν* eſſe dicit, *ἀνθέρικα* vero *τὸν καυλόν*, vt & Heſiodi Schol. H

* *Lib.de Cap.vuln.* † *Lib.6.cap.90.* " *Cap.4.lib.8.* " " *Cap.17.lib.21.* " " " *Cap.199.lib.2.* * * *Æneid.7.*

προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου] Caluariæ fiſſuræ aut colliſiones non apparentes, ex ægri ſermonibus primùm, (vt ſcribit Hippocr.) deinde ratione & opere inueſtigandæ ſunt. Atque in his quæ latent, manifeſta ſe produnt indicia, interdum primis diebus febris, vt æſtate, die ſeptimo occupat, hyeme tardior, vt decimo quarto, inflammatio oritur, carnis ab oſſe diſceſſus fit, os liueſcit, palleſcit, & exalbeſcit, corrumpitur & nigreſcit, vlcus decolor fit, & ex ipſo ſanies pauca & tenuis effluit, aut viſcoſa, fulua & muriæ ſimilis, deliria & conuulſiones accedunt, dolores intenduntur, tuncque medicinæ locus non eſt. Si verò ſub prima curatione (inquit Celſus) febris inten-

A bris intenditur, breuesq; ſomni, & iidem per ſomnia tumultuoſi ſunt, vlcus madet, neque aliter, & in ceruicibus glandulæ oriuntur, magni dolores ſunt, cibique ſuper hæc faſtidium increſcit, tum demum ad manum ſcalprumque veniendum eſt.

502 Ὁκόσοισιν ἐπίπλοον ἐκπίπτει, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι.

Quibus omentū procidit, vt putreſcat neceſſe eſt.

Aphoriſmus eſt 58. lib. 6. libro 1. de Morbis iiſdem verbis expreſſus. Abdomine igitur rupto aut vulnerato, cum omentum prolapſum aut liueſcat, aut nigreſcat, funiculo exceptum, ne ſanguinis profuſionem faciat, præciditur, vt docet * Galenus. & † Paulus. Celſus lib. 7. cap. 21. in omenti prolapſione cautionem adhibet his verbis; Fuerunt etiam qui omentum forfice præciderent, quod in paruulo non eſt neceſſarium. Si maius eſt, poteſt ſanguinis profuſionem facere. Siquidem omentum quoque venis quibuſdam etiam maioribus illigatum eſt. Neq; verò ſi diſcuſſo ventre id prolapſum forfice præciditur, cùm & emortuum ſit, & aliter tutius auelli non poſſit, inde huc exemplum transferendum eſt. Vulnus autem curari, ſi relictum omentum eſt, futura debet. Si id amplius
B fuit, & extra emortuum eſt, exciſis oris, ſicut ſuprà propoſitum eſt.

* *Lib. 4. Meth. cap. 4.* † *Lib. 7. cap. 21.*

503 Ἢν ἔντερον διακοπῇ τῶν λεπτῶν, οὐ συμφύεται.

Ex tenuibus inteſtinis ſi quod diſſectum fuerit, non coaleſcit.

Hæc ſententia ex aph. 24. & 18. libr. 6. expreſſa eſt. * Celſus, ſi tenuius inteſtinum perforatum eſt, nihil profici poſſe ſcribit, eiuſque vulnus incurabile eſſe profitetur Galenus lib. 6. Meth. med. * *Cap. 16. lib. 7.*

504 Νεῦρον διακοπὲν, ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὐ συμφύεται.

Præciſus neruus, aut quod in gena eſt tenue, aut præputium, non coaleſcit.

C 505 Ὅ, τι ἂν ἐν τῷ σώματι ὀστέον ἀποκοπῇ, ἢ χόνδρος, οὐκ αὔξεται.

Neq; corporis os quodcunque reſectum, neque cartilago augetur.

Hæ ſententiæ ex aph. 19. lib. 6. petitæ ſunt, & lib. 1. de Morb. his verbis expreſſæ, νεῦρον διακοπὲν οὐ συμφύεται, οὐδὲ κύστις, οὐδὲ τῶν ἐντέρων τῶν λεπτῶν, οὐδὲ φλὲψ ἡ αἱμόρρους, οὐδὲ γνάθου τὸ λεπτὸν, οὐδὲ τὸ ἐπὶ τῷ αἰδοίῳ δέρμα.

506 Ἐπὶ τρώματι σπασμὸς ἐπιγενόμενος, κακόν.

Vulneri ſuccedens conuulſio, malo eſt.

Placitum eſt 2. lib. 5. aph. ſupra quoque hoc Prognoſtico, aliis verbis expreſſum.

507 Ἐπὶ τρώματι χολῆς ἔμετος ἐπιγενόμενος, κακὸν, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῖσι κεφαλικοῖσι.

Bilis vomitus vulneri ſuccedens malum denunciat, præcipueq; in capitis vulneribus.

D Hæc vulnus in parte neruoſa acceptum ſignificant, cui conſentiat os ventriculi. Velut muſculis temporalibus affectis, ſoporem induci & bilem ſynceram vomitione reiici ſcribit Hippocrat. lib. 2. de fract. Idem quoque lib. 5. & 7. Epid. in Ariſtippo ſagitta magna vi in ventriculum impacta, bilioſam vomitionem aſſuiſſe ſcribit, & ſeptimo die mortem. Quinetiā bilis vomitio cerebri vulnera, & membranæ id ambientis dilacerationem conſequitur. Sunt & alia vulnerati cerebri indicia, partim ſuperioribus decretis tacita, partim etiam ex libello de capitis vulneribus, & Paulo lib. 6. haurienda, & ex ægri ſermonibus eruenda. Nam in magnis capitis offenſionibus interrogare iubet Hippocrates, num altior ſopor ægrum occupauerit, num caligo oculis offuſa fuerit, aut vertigo prehenderit, aut conciderit. Paulus quoque lib. 6. in inſignibus plagis vertigines, vocis defectionem & ſubitum collapſum annotat. In cerebri verò aut membranæ vulneribus, bilis vomitum, conuulſionem, mentis delirium, febrem acutam ponit, in quibus manum admoliri non oportet. * Celſus certè hæc omnia indicia eleganter his verbis expreſſit. Igitur vbi caluaria perruſa, protinus requirendum eſt, num bilem is homo vomuerit, num oculi eius occæcati ſint, num obmutuerit, num per nares aureſve ſanguis
E ei effluxerit, num conciderit, num ſine ſenſu quaſi dormiens iacuerit. Hæc enim non niſi oſſe fracto eueniunt. Atque vbi inciderunt, ſcire licet neceſſariam, ſed difficilem curationem eſſe. Si verò, etiam torpor acceſſit, ſi mens non conſtat, ſi neruorum vel reſolutio, vel diſtentio ſecuta eſt, veriſimile eſt etiam cerebri membranam eſſe violatam, eoque in anguſto magis ſpes eſt. Idem quoque lib. 5. * Sin cerebrum membranáve eius vulnus accepit, ſanguis per nares, quibuſdam etiam per aures exit, fereque bilis vomitus inſequitur. Quorundam ſenſus obtunduntur, appellatique ignorant. Quorundam trux vultus eſt, quorundam oculi quaſi reſoluti, huc atque illuc mouentur, fereque tertio vel quarto die delirium accedit, multorum etiam nerui diſtenduntur. Ante mortem autem plærique faſcias, quibus caput deligatum eſt, lacerant, ac nudatum vulnus frigori obiiciunt. Hippocrates etiam Prorrh. 2. lethalia capitis vulnera multum præcauet, eorúmque indicia & affectiones fuſioribus verbis proſequitur.

**Cap. 4. lib. 8.* **Cap. 26.*

F 508 Νεῦρα ὅσα παχέα ὑποτιτρώσκεται, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ χωλοῦνται, καὶ λοξὰ ὑποτρώματα μάλιστα, καὶ τῶν μυῶν αἱ κεφαλαὶ, μάλιστα τῶν ἐν μηροῖσιν.

Nerui quicunq; craſſi vulnus accipiunt, vt plurimùm claudos reddunt, præcipueq; ſi obliquum vulnus fuerit, ac in muſculorum capitibus, præſertim fœmorum.

Idem ferè ſcribitur circa initium lib. 1. de Morb. ἐν δὲ τοῖσι τρώμασι, νεῦρα τὰ παχέα ὑποτιτρωσκόμενα αἰεὶ χωλοῦσι, καὶ τῶν μυῶν αἱ κεφαλαὶ, μάλιστα τῶν ἐν τοῖσι μηροῖσιν. Præciſi autem nerui qui articulos continent, partium debilitatem, aut claudicationem pariunt. Puncti conuulſiones & dolores intenſiſſimos, vigilias & deliria adferunt, idque obliq; vulnerati, vt interdum præcidi eos neceſſe ſit. Et in tranſuerſo nerui vulnere maior conuulſionis metus impendet vt ſcribit Galenus. * Vt autem claudicationis metus eſt præſectis ad articulos neruis aut ligamentis, præcipueque muſculorum in fœmore capitibus. Ita μυῶν κεφαλαὶ dicuntur Hippocrati, quæ capita aut fines muſculorum maximè neruoſorum appetunt. Hic autem neruos craſſiores ligamenta & tendines vocat, vt pluribus docuimus in noſtra Hippocratis OEconomia. Eſt & Prorrh. 2. locus huic ſententiæ affinis, ex quo claudicationis periculum præ-
G dicendum monet. * *Lib. 6. Meth.*

509 Ἀποθνήσκουσι δὲ μάλιστα ἐκ τῶν τρωμάτων, ἢν ἐς ἐγκέφαλον τρωθῇ, ἢ ῥαχίτην μυελὸν, ἢ ἧπαρ, ἢ φρένας, ἢ καρδίην, ἢ κύστιν, ἢ φλέβα τῶν παχέων. θνήσκει δὲ, κἢν ἐς ἀρτηρίην καὶ πλεύμονα μεγάλαι σφόδρα αἱ πληγαὶ γένωνται, ὥστε τοῦ πλεύμονος πλήρεος, ἔλασσον τὸ ἐξερχόμενον πνεῦμα κατὰ τὸ στόμα γίνεσθαι, ἢ τὸ ἐκπῖπτον ἐκ τοῦ τρώματος. θνήσκουσι δὲ καὶ οἱ ἐς τὰ ἐντὸς νεῦρα, ἤν τε τὰ τῶν λεπτῶν
H ὑποτρωθῶσιν, ἤν τε τῶν παχέων, ἢν ἐπικάρσιος ἡ πληγὴ γένηται καὶ μεγάλη. Εἰ δὲ μικρὴ καὶ ἰθεῖα, διαφεύγουσιν ἔνιοι. ἥκιστα δὲ θνήσκουσιν οἱ ὑποτρωθέντες ἐν οἷσι τούτων μὲν ἔνι τῶν τοῦ σώματος μερέων, ἢ τούτων ἀπωτάτω.

Ex vulnere autem ferè mors contingit, ſi cui vulneratum fuerit cerebrū, aut ſpinalis medulla, aut iecur, aut ſeptum tranſuerſum, vel cor, aut veſica, aut quædam grandis vena. Mors quoq; ſubit ſi in arteriā & pulmonem inſignes valde plagæ inflictæ ſunt, ita vt percuſſo pulmone, minor ſit qui per os prodit ſpiritus, quam qui per vulnus excidit. Intereunt verò quibus nerui interiores, ſiue tenuis aliquis, ſiue craſſus, vulnus acceperit, ſi plaga tranſuerſa fuerit & magna: quod ſi parua & recta, nonnulli periculo eximuntur. Minimè autem ab his vulneribus mors impendet, quæ in corporis partes, in quibus hæc non ſunt, aut ab his quam longiſſimè abſunt, infliguntur.

Vulnera lethalia & quæ magna ex parte mortem afferunt, ex læſæ actionis præſtantia hic cenſentur, vt aphoriſm. 18. lib. 6. Quorum (vt reliquorum etiam morborum) magnitudo, aut in partis affectæ præcellentia, aut propria affectus eſſentia, aut ſymptoma-

tum complexu,& facultatis quæ læſum corpus gubernat æſtimatione perpendenda eſt. Prorrhetico ſecundo vulnera lethalia recen- A
ſentur quædam ex iſtis, quorum etiam attributa & differentias in conſiderationem adhibendas monet,ex quibus de vulneris dignitate æſtimandum cenſet. [a] Celſus verò eleganter quænam inſanabilia ſint vulnera, & quænam difficilem curationem habeant his verbis complectitur, Seruari non poteſt cui baſis cerebri, cui cor,cui ſtomachus,cui iocinoris portæ, cui in ſpina medulla percuſſa eſt,cuique aut pulmo medius,aut ieiunum,aut tenuius inteſtinum,aut ventriculus, aut renes vulnerati ſunt,cuive circa fauces grandes venæ vel arteriæ præciſæ ſunt. Vix autem ad ſanitatem perueniunt,quibus vlla parte pulmo,aut iocinoris craſſum,aut membrana quæ continet cerebrum,aut lienis,aut vulua,aut veſica,aut vllum inteſtinum,aut ſeptum tranſuerſum vulneratum eſt. Hi quoq; in præcipiti ſunt,in quibus vſque ad grandes intuſq; conditas venas,in alis vel poplitibus mucro deſedit. Periculoſa etiam vulnera ſunt, vbicunq; venæ maiores ſunt,quoniam exhaurire hominem profuſione ſanguinis poſſunt. Idque euenit non in alis tantum atq; poplitibus, ſed etiam in his venis quæ ad anum, teſticuloſq; perueniunt. Præter hæc malum vulnus eſt,quodcunque in alis,vel feminibus,vel inanibus locis, vel in articulis,vel inter digitos eſt. Item quodcunque muſculum, aut neruum, aut arteriam, aut membranam,aut os,aut cartilaginem læſit. B

[a] *Cap.26.lib.5.*

ὅτι τῷ πλεύμονι; τετρῶσθαι] Pulmone icto(vt ſcribit Celſus) ſpirandi difficultas eſt,ſanguis ex ore ſpumans, ex plaga rubens, ſimulq; etiam ſpiritus cum ſono fertur. In vulnus inclinari iuuat,quidam ſine ratione conſurgunt. Multi ſi in ipſum vulnus inclinati ſunt, loquuntur, ſi in aliam partem,obmuteſcunt. Percuſſo etiam pulmone ceruicis vaſa attolluntur (vt ſcribit [b] Paulus) lingua alium colorem aſſumit,multum ſpiritus attrahitur,frigidum appetunt ægri.

[b] *Cap.88.lib.6.*

θνήσκουσι δὲ] Cornarius εἰ ἐς τὰ ἔντερα legit,quam lectionem ſequuntur omnes interpretes,& certè vt plauſibilior cæteris anteponenda videtur: Etſi publicata lectio etiam tolerari poteſt,præſertim cùm hic nulla inteſtinorum mentio ſubeat,& craſſiora inteſtina ſanatu ſint facilia,tenuia verò difficilia, vt ſcribit [c] Galenus,etſi periculum facit quodcunque magnum vulnus eſt, vt ſcribit Celſus. Neruorum vero(quorum etiam nomine ligamenta & tendines obaudiũtur) tranſuerſa vulnera,maiorem conuulſionis metum faciunt,inflammatione ſcilicet à deſectis fibris ad non ſectas communicata,conuulſione autem ab ipſis non ſectis excitata. At recta C
& quæ per longitudinem aut directum fiunt,minori periculo patent. Quod ſcribitur Prorrh.2. his verbis, εἰ δὲ ἐνδοιαστὸν εἴη ἀμφὶ τῷ τρώματι ὅπως ἔχει, ὀξέος μὲν ἐόντος τοῦ βέλεος τοῦ ποιήσαντος, ὀρθὸν τὸ τρῶμα ἐστὶ ἄμεινον ἐπικάρσιον. Quem locum haud dubiè ita vertit [d] Celſus, Si id dubium eſt,& ex acuto telo plaga eſt,ea tranſuerſa commodior eſt. Vitioſi autem ſunt codices qui ἐπικαρσίως pro ἐπικάρσιον legunt, & legendum videtur. θνήσκουσι δὲ οἱ ἐς τὰ ἔντερα, ἐάν τι τι τῶν λεπτῶν τρωθῶσιν, aut οἱ ἐς τὰ ἔντερα, aut εἰ ἐς τὰ ἔντερα.

[c] *Lib.6.Meth.* [d] *Cap.25.lib.5.*

ὅμως δὲ θνήσκουσι] Præcipuarum partium dignitatem & periculum ſubeunt,quę conſenſione quadam aut actionis miniſterio cum viſceribus communicant,pariterque cum iis vitalitatem profundunt.

110 At in vulneribus quæ in ſupercilium,aut paulò altiùs inferuntur,viſus acies obtunditur,& quò vulnus recentius eſt,eò magis vident. Inueteraſcente autem aut tardante cicatrice,magis obtundi ſolet.

Τὴν δὲ ὄψιν ἀμαυροῦνται ἐν τοῖσι τρώμασιν ἐς τὴν ὀφρὺν, καὶ μικρὸν ἐπάνω. ὅσῳ δ᾽ ἂν τὸ τρῶμα νεώτερον ᾖ, μᾶλλον βλέπουσι. χρονιζομένης δὲ τῆς οὐλῆς, ἀμαυροῦσθαι μᾶλλον συμπίπτει. D

Hebeſcit oculorum acies nonnunquam ex lippitudine,nonnunquam etiam ſine hac propter ſenectutem imbecillitatémve, aut natura,aut ex vulnere,aut aliunde contractam. Externæ noxæ in ſupercilium,aut anteriorem capitis partem impingentes, oculorum aciem retundunt. Ac quò recentius eſt vitium,eò minor imbecillitas ferè eſſe ſolet. Inueteratum nanque & longas moras trahens, imbecillitatem auget paulatimque aciem conſumit.

111 Ex fiſtulis maximè moleſtiam adferunt, quæ in cartilaginoſis aut carne vacuis locis fieri ſolent,cauę ſunt & longiùs excurrunt, aſſidueque ſanie manant, & in quarum oſculo caruncula ineſt. Faciliùs autem curantur, quæ in mollibus & carnoſis locis, & non neruoſis oriuntur.

Αἱ σύριγγες χαλεπώταταί εἰσιν, ὅσαι ἐν τοῖσι χονδρώδεσί τε καὶ ἀσάρκοισι τόποισι πεφύκασιν, εἰσί τε κοῖλαι, μολουῦσαί τε, καὶ ἰχωρροέουσιν αἰεὶ, σαρκίον τι ἐπὶ τῷ στόματι ἔπεστιν αὐτῇσι. εὐθεραπευτότεραι δὲ, ὅσαι ἐν τοῖσι μαλθακοῖσι τόποισι καὶ σαρκώδεσί τε καὶ ἀνεύροισι πεφύκασι. E

Fiſtula vlcus eſt altum, anguſtum, ſinuoſum & calloſum, ſinuſque malè curatus conſequitur. Cuius plura genera & differentiæ, ac curationes ex [e] Celſo, [f] Paulo & [g] Aetio petendæ ſunt. Expedita curatio eſt in fiſtula ſimplici, recenti, intra carnem, in mollioribus locis, ſi neque ad neruos neque oſſa aut interiora procedat. Quæ etiam breues ſunt & rectà intus feruntur,& intrà carnem deſinunt,curatu facillimæ, adiuuatque ipſum corpus,ſi iuuenile, ſi firmum eſt. Inimica contraria his ſunt. Nam quæ altiùs penetrant, & tranſuerſæ ſunt, aut etiam in plures ſinus diuiduntur, aut flexæ, aut tortuoſæ, cum difficultate ſanantur. Idem quoque iudicium ſubit vbi ad oſſa aut cartilaginem penetrant, aut vbi neutrum horum ſubeſt, ad interiora perueniunt. Itemque ſi fiſtula os vel cartilaginem, vel neruum, vel muſculos læſit, ſi articulum occupauit, ſi vel ad veſicam, vel ad pulmonem, vel ad vuluam, vel ad grandes venas arteriáſve, vel ad inania, vt guttur, ſtomachum, thoracem penetrauit. Ad inteſtina quoque ea tendere ſæpe F

[e] *Cap. 28.lib.5.* [f] *Cap.49.lib.4.* [g] *Tetrab.4.ſer.2.c.55.*

periculoſum, ſæpe peſtiferum eſt. Quæ vt, à Celſo eleganter ſcripta ſunt, ita huic loco optimè quadrant, qui haud dubiè mihi ſuſpectus eſt, nec niſi ex fideliſſimis vetuſtarum membranarum pigmentis colorem & ſanguinem recipere poteſt. Salebram arguit aſteriſcus Aſulano codici ſuppoſitus, & inuſitata orationis phraſis. μολουῦσαι retinent omnes ferè codices,quos adhuc videre licuit præter vnum qui μοχλοῦσαι habet facili (vt apparet) lapſu. Regia exemplaria duo μολουῦσαί τε legunt. Quo in erroris tormento quiddam tamen quod laborem ſoletur eruendum eſt. Cornarius & reliqui interpretes μολοῦσαι pro μολοῦσαι aut μολοῦσαι aut μολοῦσαι, ſumpſiſſe videntur, cum procedere dixit, quod idem eſt ac ad interiora peruenire & longius excurrere. Quæ vulgata eſt & recepta lectio, quamque non illubenter ſecuti ſumus, vt μολεῖν pro μολεῖν vſurpetur,vt ex Æſchyli Prometheo annotatum reperitur. Eſt autem μολεῖν, ἐλθεῖν, Heſychio,atque etiam τρέχειν, ὁρμᾶν, quod eſt currere. Qua notione accipiuntur fiſtulæ,quæ altiùs procedunt, cuniculos agunt, & in flexus ſinuoſos veniunt. Sed μολεῖν poeticum magis eſt, nec temerè G
hanc in vſionem vſurpatum. μολουῦσαι ergo retineri poteſt, aut (quod aliquando ſuſpicatus ſum) μοχθοῦσαι αἱ τῷ μοχθεῖν legi. Eſt enim μόχθος & μοχθεῖν, πόνος, ac eas fiſtulas intelligimus, quæ laborem ac moleſtiam exhibent,& dolore ac tædio grauant. Quo ſignificato μοχλοῦσαι etiam ſumendam erit, pro μοχθεῖν aut μοχθοῦσαι. μόχος nanque πόνον καὶ μόχθον denotat, vnde μογοστόκοι εἰλείθυιαι dicuntur Homero Il.λ. (v.270.) Quanquam (vt ingenuè fatear,) nec dum mihi in hac ſcriptionis conſenſione ſatisfacio, & ſi licet anteſtari, locum eſſe mendoſum profiteor. Quod ſi locus coniectaris eſſe poteſt,quando nunc aliter remediari non datur, μολυραί τε, aut μολυραί τε legi poteſt. Eſt enim μολυρὸς & μολοβρὸς Heſychio, ἀηδὴς, ἀναιδὴς, λυπηρὸς, & moleſtum,iniucundum,impudentem & ingratum ſignificat. Ideoque ad fiſtulas putrilagine ſordidas & odore graues rectè referri poteſt. μογεραί etiam ſcribi poteſt, hoc eſt ἐπίπονοι καὶ μοχθηραί, quod laborioſæ ſint graues & moleſtæ. Verùm etſi hæ coniecturæ propiùs ad ſcriptionem accedunt & lacunam explere videntur, quæ tamen paulò longiùs petitæ ſunt,nonnunquam dubitaui & æquius eſſe iudicaui, vt pro μολουῦσαι μολύνουσαι legatur,& ſit μολύνουσαι idem quod μιαίνουσαι,& ſaniei corruptelam qua aſſiduè manant & fœdantur fiſtulæ, indicet. Sic enim Hipp. libr. de fiſtulis, abominandum illum fœtorem & execrandam fœditatem quam fiſtulæ euomunt,& grauitate faſtidium afferunt, βδελυγμίαν vocat. Sordida enim (vt plurimum)ſunt vlcera, varia excrementorum putrilagine fluentia, & (vt ſcribit [h] Galenus) ἀποπλύσεως δεόμενα. Atque haud ſcio an per μολυνούσας fiſtulæ quæ in ano & podice conſiſtunt, intelligi debeant, quòd μολύνουσα ἕδρα, hoc eſt, podex dicatur, quodque huius loci fiſtulæ operoſam valde ac difficilem curationem ſubeant. Ea igitur lectio in præſentia huic exulcerato loco tolerabilior mihi viſa eſt, dum melior medicina ex fidelioribus codicibus conquiritur, H

A tur, ad quos tanquam æquos iudices iam dudum non ſine magna quiritatione prouoco. Etſi non diffiteor quoſdam κυλλώπτι legere, hoc eſt cuniculoſæ ſunt aut tortuoſæ, quod μύλλει Heſychius κυλλὸν, σκολιὸν, κυλλεῖ hoc eſt curuum & tortuoſum exponat. Eſt & μυλλοῦσθαι indurari, occaleſcere, vnde ἐμυλάδη, ἐτυλάδη, ἐσκληρώθη exponitur Galeno ad Hippocratem. Qua notione fiſtulæ callolæ & induratæ accipi poſſunt.

* *Lib. de Tumor. præt. nat.*

511 Τὰ δὲ πρὸ ἥβης οὐ γίνεται νοσήματα, περιπλευμονικὰ, πλευριτικὰ, ποδαγρικὰ, νεφρίτις, κιρσοὶ περὶ κνήμην, ῥοῦς αἱματηρὸς, καρκῖνος μὴ σύμφυτος, B λεύκη μὴ συγγενὴς, κατάῤῥους νωτιαῖος, αἱμοῤῥοῒς, μὴ σύμφυτος, χορδαψός. τούτων τῶν νοσημάτων πρὸ ἥβης οὐ χρὴ προσδέχεσθαι γενησόμενον οὐδὲν, ἀπὸ ιδ' μέχρι β' καὶ μ' ἐτέων, πάμφορος ἡ φύσις νοσημάτων ἤδη τοῦ σώματος γίνεται. πάλιν δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς ἡλικίης μέχρι ξγ' ἐτέων, οὐ γίνονται χοιράδες. οὐδὲ λίθος ἐν κύστει, ἢν μὴ C τύχῃ πρότερον ὑπάρχων, οὐδὲ κατάῤῥοος νωτιαῖος, οὐδὲ νεφρίτις, ἢν μὴ παρακολουθῶσιν ἐξ ἄλλης ἡλικίης. οὐδὲ αἱμοῤῥοΐδες, οὐδὲ ῥοῦς αἱματηρὸς, ἢν μὴ πρότερον τύχῃ γεγενημένος. ταῦτα μέχρι γήρως ἀπέχεται νοσήματα.

Sed neque ante pubertatem occupant hi morbi; pulmonum inflammationes, laterum dolores, podagræ, renum vitia, varix in tibia, fluor ſanguineus, cancer non innatus, albicás vitiligo non cognata, defluxio in ſpinalem medullam, ſanguinis per ora venarũ profluuiũ, tenuioris inteſtini morbus (quem χορδαψὸν vocant) non à natura inſitus. Horum morborum nullus ante pubertatem metuendus eſt. Ab anno autem decimo quarto ad quadrageſimum ſecundum vſque natura omnis generis morborum corporis ferax eſt. Contra verò, ab hac ætate ad annum ſexageſimũ tertium, neque ſtrumæ fiunt, neq; veſicæ calculus, niſi antea occupet, neq; in ſpinalem medullam defluxio, neq; renum morbus, niſi ex alia ætate ſequantur, neque ſanguinis per ora venarum profluuium, neque fluor ſanguineus, niſi priùs adfuerit. Atq; hi morbi ad ſenectutem vſque abſunt.

Vt tempeſtatum ſita & ætatum mutationes, morbi conſequuntur. Ac velut omnibus temporibus morbi ferè oriuntur, ita quibuſdam tempeſtatibus aut ætatibus peculiares morbi ferè fiunt, tuncque grauant magis. Nam cùm omnibus morbis obnoxia maximè infirmitas ſit, æquum eſt quaſdam ætatis partes, corpora maximè tuta, vel periculis opportuna reddere. Non quò non omni tempo-D re, in omni tempeſtatum genere, omnis ætatis, omnis habitus hominum per omnia genera morborum & ægrotent & moriantur, ſed quòd frequentiùs tamen quædam eueniant. Quæ morborum genera pro temporum & ætatum mutatione, cuique rectè accommodat Hippocrates lib. 3. aph. Pubertatis autem etſi non eſt vnus omnium certiſſimus terminus vt ſcribit Galenus, ferè tamen ſecundo ſeptenario inchoat, & ad annum vigeſimum quintum extenditur, vt aph. 28. lib. 3. & 7. lib. 5.

νεφρίτις] Renum vitia dixi, vt Celſus renum dolores ex Hippocratis aphor. 5. lib. 3. Galenus renum calculos & obſtructiones intellexit. Sic aphor. 11. lib. 6. per renum vitia, renum calculum peculiariter obaudire videtur Hippocrates. Et author libelli de renum affectuum dignotione, νεφρῖτιν propriè renum calculum ſignificare ſcribit. Sed & aphor. 6. lib. 6. renum vitia, præter calculum, vlcera & inflammationes intelligi videntur, quæ in ſeniotibus curationem non accipiunt, nec vltra quinquageſimũ annum ſaneſcere vidit Hippocrates aphor. 4. ſect. 8. lib. 6. Epid. Renum autem calculos iam prouecta ætate & declinante naſci ſcribit Galenus Comment. 3. in libr. 6. Epid. eamque ætatem quæ grauis eſt & conſtans dicitur per πρεσβύτας intelligi ab Hippocrate aphor. 6. lib. 6. ſatis patet: E quanquam per πρεσβύτας vltima ætas & totum ſenectutis curriculum accipi videatur aphor. 31. libr. 3. vt ſcribit Galenus. Quam ætatem pulmonum inflammationibus & laterum doloribus opportunam facit Hippocrates.

κιρσὸς περὶ κνήμην] Varix vena eſt latior & diſtenta à craſſo & flatulento ſanguine, vt plurimum melancholico, interdum quoque pituitoſo. Fit præcipuè in cruribus & teſticulis, interdum in imo ventre ſub vmbilico, nonnunquam etiam in temporibus, tibiis, & (ſi Aetio credimus) in palpebris, & in pulmone lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. Varicum in tibiis meminit Galenus Com. ad aph. 21. lib. 6. & author Medici ſiue Iſagoges περὶ κνήμην κιρσὸν celebrat.

ῥοῦς αἱματηρὸς] ῥοῦν aliqui ſimpliciter, quem alij ῥοῦν γυναικεῖον vocant, fluorem dicimus, eſtque φορὰ ὑγρῶν διὰ μήτρας ἐπὶ πλεῖστον χρόνον, vt ſcribit author Definit. Medic. ῥοῦς αἱματηρὸς fluor eſt muliebris ſanguineus, quem ἐρυθρὸν vocat Hippocrat. lib. 1. περὶ γυναικείων, maximeq; iunioribus accidere ſcribit, cuius etiam meminit Aretæus cap. 11. lib. 2. χρον. παθ. σημ. ῥοῦν etiam αἱματώδη celebrat ibidem Hippocr. Sunt autem qui hic profluuium ſanguinis è naribus aut etiam aliunde intelligant.

F καρκῖνος] Prorrh. 2. καρκίνους κρυπτοὺς καὶ ἀποβρυχίους viris attribuit. Sunt autem ξυγγενῆ νοσήματα, (quæ ξυγγενέα vocat Hippocrates Prorrh. 2.) morbi qui cum ſemine & lacte imbibuntur, & connati aut congeniti dicuntur. In quorum numero hic cancrum, vitiliginem & ileum ponit. Prorrh. autem 2. hydropem, tabem, podagram, & morbum comitialem.

λεύκη] λεύκην albicantem vitiliginem dicimus, albuginem dixit Gaza. Lepræ & impetiginis eſt ſpecies, quę Arnobio vitiligo dicitur, qui lepram à Domino in Euangelio curatam, fœdas vitiligines vocat. Sunt autem hæ ſanguinis craſſi, lenti, melancholici & pituitoſi, acriſque ſoboles.

κατάῤῥους νωτιαῖος] Videtur defluxio in ſpinalem medullam hoc nomine intelligi, quæ à capite fertur. Sic enim κατάῤῥους omnem fluxionem quæ à capite in inferiores partes defertur, ſignificat aph. 12. lib. 3. & lib. de aëre loc. & aq. Cornarius defluxum ſpinalis medullæ dixit. φθίσιν νωτιάδα intelligens, (de qua agitur lib. 2. de Morbis & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν) aut αἰῶνα. Quam opinionem ſecutus eſt Præceptor Hollerius.

αἱμοῤῥοῒς] In conſtanti ætate & iam prouectis, ſanguinis per ora venarum profluuium (hæmorrhoïdas vocant) familiare eſt (aph. G 30. lib. 5.) ex atra bile, quando ad venas quæ in ſede ſunt abundantiùs decumbit.

χορδαψὸς] χορδαψὸς * Galeno lib. 6. de loc. affect. dicitur, ... cæteris εἰλεὸς, & morbus & tenuioris inteſtini, ab inflammatione vel aridi ſtercoris obſtructione ortus, in quo tumor in tenuium inteſtinorum parte eminet, ita vt videatur inteſtinum ad chordæ ſimilitudinem conuolutum. Ac videtur χορδαψὸς dici ἀπὸ τοῦ χορδὴν ἅπτεσθαι, quod qui loco dolenti manum admoueat, videatur chordam tãgere, ob tenuioris inteſtini tenſionem. † Aretæus χορδαψὸν voluuli ſpeciem facit, cùm ad tormina inteſtinorum compreſſio & remollitio, cum magno imi ventris renixu, acceſſit, aliamque nominis notationem ſequitur. Nam velut inteſtinorum elixationem aut emollitionem χορδαψὸν dictum vult, quaſi χορδῆς ἕψησις. ἕψησις μὲν γὰρ ἡ μάλαξις. χορδὴ δὲ τὸ ἔντερον ἐπίκειμαι. Quam notationem ſequutus eſt Archigenes apud Aetium Tetrab. 3. lib. 1. cap. 28. Eſt etiam χορδαψὸς voluulus Tralliano initio lib. 9. Diocles Caryſtius apud Celſum, tenuioris inteſtini morbum χορδαψὸν, plenioris εἰλεὸν nominauit.

* *Cap. 2.* † *Cap. 6. lib. 2. περὶ ὀξ. παθ.*

πάμφορος ἡ φύσις] Etſi ὅλος αἰεὶ ἄνθρωπος ἐν νόσῳ (vt ſcribit Hippocr.) pro ætatis tamen ratione morbis quandoque magis eſt H obnoxius. Et temeritas cùm ſit florentis ætatis comes, prudentia ſenectutis, non mirum eſt ob vitæ intemperantiam, eam ætatem omnis generis morborum feracem eſſe. Quod etiam ſcripſit Hipp. ſenes magna ex parte iuuenibus ægrotare minus, & Tullius Catone Maiore, faciliùs in morbos incidunt adoleſcentes grauiùs ægrotant, triſtiùs curantur. Hic autem comprehenditur iuuentus & virilis ætas, quæ etiam conſtans dicitur, & ad ſeptimum ſeptenarium peruenit, vt ſcribit * Galenus, quanquam Prorrh. 2. ad 45. annum extendat, vt hoc loco ad 42. annum, qui ſextum ſeptenarium claudit, ſi modo integra eſt lectio.

* *Com. ad aph. 30. lib. 3.*

ἡλικίης] Ætas media (vt ſcribit Celſus) tutiſſima eſt, quæ neque iuuentæ calore, neque ſenectutis frigore infeſtatur.

χοιράδες] Struma peſſimus colli morbus, cùm ſit vitioſi ſucci & multi ad ſuperficiem tendentis ſoboles (vt ſcribit Galenus)

tertiæ ætati familiaris eſt ex Hippocrate aphor.26.lib.3. Eſt autem ſtruma glanduloſi corporis tumor,ex pituitoſiore & frigidiore A materia præcipuè conſiſtens,& glandularum indurata inflammatio,Galeno lib.Tumor.præt.nat.

μέχρι γήρως] Hic γῆρας pro ſenio & vltima ætate ſumitur, qualiter γέροντες dicuntur Græcis qui in vltima & decrepita ætate ſunt conſtituti,ex aph.31.lib.3.

In muliebribus purgamentis, quæ ante partus aquoſa prodeunt,malum denunciant.

513 Ἐν γυναικείοισι τὰ πρὸ τῶν τόκων ἰόντα ὑδατώδεα, κακόν.

Hic locus muliebres locos attingit,& præcipuè quæ ad purgationes ſpectant. In quibus naturæ quidam ductus eſt, quem abunde explicat Hippocrates lib. περὶ φύσιος παιδίου. In edendo enim partu,vbi ruptis membranis in lucem prodit,primum cruenta proluuies quædam,nempe vrina & ſudor diffluunt,vt certa naturæ prouidentia os vteri emolliant & lubricent, quò faciliùs irrumpente fœtu dehiſcat. Hanc proluuiem (quam rectè vulgus aquas) Hippocrates ſanguinem vocat, quod diſruptis tunicarum venis cruor immixtus ſit: Medio loco fœtus erumpit. Poſt quem ſanguis craſſus & fœculentus effunditur,ac velut excrementum vniuerſi ſanguinis,qui abſumptus eſt in alimentum fœtus. B Hanc ſaniem craſſam & cruentam, ἰχῶρα παχὺν αἱματώδεα vocat Hippocrates,& ὕδρωπα αἱματώδεα,& ſimpliciter ἰχῶρα. Hic igitur τὰ ὑδατώδεα intelliguntur,quæ aquoſam illam ſaniem referunt, & ὕδρωψ αἱματώδης ab [*] Hippocrate nuncupatur, & interdum ὀχὴ ſimpliciter dicitur. Quæ quidem ſi recluſis apertiſque vteri acetabulis, per quæ loci ipſi cum vtero cohærent veluti nodis quibuſdam,affatim effundantur (quod per ἰόντα ſignificari videtur) periculum denunciant, & fœtum mortuum præſagiunt. Quod ſcribit Hippocrates lib. περὶ ἐπικυήσιος. ἐὰν τινι αἰ ὠδῖνες ἔχῃ πρὸ τοῦ παιδίου ῥόος πολλὸς αἱματώδεος ἐξίῃ, ... τὸ παιδίον τεθνεὸς ἀποκυλίσαι, ἢ οὐ βιώσιμον ἐξιέναι. Atq; hæc rectè huic loco quadrare expoſitio videtur. At ſi eiuſmodi aquoſa proluuies aut vterinæ aquæ ante partum aliquot diebus,aut longè à partu prodeant,difficilem omnino partionem faciunt, & ſecundarum ſuppreſſionem plærunque minantur.

[*] Lib.1. περὶ γυναικ.

Serpentia oris vlcera in prægnantibus bono non ſunt. Ac fortè etiam alui humectantur.

514 Στόματα ἀφθώδεα, τῇσιν ἐπιφορέουσιν οὐ χρηστά. ἄρα καὶ κοιλίαι καθυγραίνονται. C

Στόματα ἀφθώδεα ſunt ſerpentia oris vlcera ex Celſo,fiuntque ex bilioſo,feruidiore, & maligno acrioreque ſucco in fauces irrumpente,qui aluum deorſum cum morſu ſubiens,ventris perturbationem (quæ vterum gerentibus non parum ſuſpecta eſt) inferre poteſt, velut lib.3. Epid.in ſt.peſt. Etſi verò iſta de manantibus oris vlceribus intelligi poſſunt,quæ ἄφθαι propriè & verè dicuntur, (vt aphoriſm.24.lib.3.) reliquis tamen etiam partibus ἄφθαι attribuuntur. Et ἀφθώδεα teſtes curat Galenus libr.9.Comp.pharm.κατὰ τόπ. & Paulus lib.3.cap.54. Libro quoque de Morb.2.fiſtulæ pulmonis ἄφθας celebrat Hippocrat. Et libr.1. περὶ γυναικείων pudendorum ἄφθας in prægnante curat, quod etiam repetit libr. περὶ γυναικείων φύσ. Atq; haud ſcio an iſta de vteri oſculo ſuperficiario vlcere affecto intelligi poſſint quod στόμα & στόμιον ſæpe vocat Hippocr.libris περὶ γυναικείων, & στόμαχον libello περὶ ἐπικυήσιος. Sicq; per συμπάθειαν cum recto inteſtino ac cæteris partibus nutritioni dicatis perenni acrioris humoris tranſitu, aluus erit profuſior. D Sunt autem ἐπιφορέουσαι vterum gerentes & vicinæ partui Galeno Comment.3.in Prorrh. cùm ſcribit, τὰς ἐπιφορούσας ἔνιοι μὲν ἤκουσαν τὰς ἐγκυμονούσας ἔνιοι ... ἐπικυήσεως. ... τὰς ῥᾳδίως συλλαμβανούσας καὶ συνεχῶς κυούσας. Sententiam verò iſtam à ſuperiore diſtinximus, codices manuſcriptos & interpretes omnes ſecuti.

Ex laterum inanitate ad tenue inteſtinum migrãtes dolores,in diuturnis morbis ex abortione, neque admodum purgata muliere, perniciem denunciant.

515 Ἐκ κενεώνων μεθιστάμενα ἀλγήματα ἐς τὸ λεπτὸν ἐν μακρῇσιν, ἐκ διαφθορῆς καὶ μὴ λίην καθαρθείσης, ὀλέθριον.

Innuere videtur ex longis morbis & magna corporis impuritate, diuturnos ilium & tenuis inteſtini dolores fœtum perdere & abortus facere,velut ægr.10.lib.13.Epid.contigit. Aut certe iſta ex abortu & defecta purgatione contingere cenſet,& periculum creare,vt magis ſequenti ſententiæ congruat. λεπτὸν autem tenue inteſtinum ſignificat (ſub eoque nomine ad meſenterium & hepar loca comprehendi poſſunt) aut τὰ κατὰ τὸ ἧπαρ ὀνομαζόμενα σιμά, vt ſcribit Gal.Com.3. in Prorrh. E διαφθορὴ verò idem quod φθορὰ lib.6.Epid. & ἄμβλωσις ac abortum,aut eiectum fœtum denotat.

Quæ ex partu & abortu copioſa celeriter cum impetu feruntur,ſi ſubſiſtant moleſtiam exhibent. Huiuſmodi mulieribus rigor inimicus eſt & alui perturbatio,præcipuè verò ſi præcordiorum dolore vexentur.

516 Τὰ ἐκ τόκου καὶ διαφθορῆς πολλὰ ὀξέως ὁρμώμενα, ἐπιστάντα, δύσκολα. ῥῖγος ταύτῃσι πολέμιον, καὶ κοιλίης ταραχή. ἄλλως τε καὶ ὑποχονδρίου ὀδυνώδεος.

Partus purgamenta ſubſiſtentia variis nec paruis periculis obnoxium corpus reddunt, vt ſcribit Hippocr.lib.1. περὶ γυναικ. in quibus rigorem,horrorem & febrem annumerat. Alui autem turbationem moderatam,qua nigra & graucolentia interdum ſecedunt, F in his probat,vehementem autem & effuſam damnat,quæ ipſa purgamenta retineat. Eadem verò & maiora pericula abortiones ſubeunt, vt ſcribit Hippocr.lib.1. περὶ γυναικ. ... αἱ γὰρ φθοραὶ τῶν τόκων χαλεπώτεραί εἰσιν. ... ἐπὴν ... ἢ φαρμάκῳ, ἢ ποτῷ, ἢ βρωτῷ, ... βίῃ ... ἀναγκαίως ... ἢ φλεγμῆναι. ...

In vterum geſtantibus capitis dolores qui cum ſopore,grauitate & conuulſione fiunt, vt plurimùm malo ſunt.

517 Τῇσιν ἐπιφορέουσι κεφαλαλγικὰ καρώδεα μετὰ βάρεος γινόμενα καὶ σπασμοῦ, φλαῦρα ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Hæc ſententia paulò poſt repetitur aliis verbis ex Prorrh.105. Quod fidem facit huic lectioni quam ſecuti ſumus ex melioribus codicibus manuſcriptis & Cornario cum vitioſè legatur in publicatis exemplaribus. Ac vitium ſubolere videtur aſteriſcus Aſulano codici præfixus. G

Quibus ex muliebribus purgamentis dolores intenſi ad ſuperiorem ventris partem & tenuius inteſtinum excitati,aluos humectant,& leuem anxietatem inducunt:his ad iudicationem,in ſomnum propenſiones fiunt,& impotentes ex capitis dolore cum tenuibus ſudoribus & perfrictionibus vexantur. Huiuſmodi recidiuæ plurimis poſt remiſſionem obortę celeriter interimunt.

518 Ἧσιν ἐκ γυναικείων περὶ τὸ ἄνω καὶ τὸ λεπτὸν πόνοι σύντονοι, κοιλίας καθυγραίνουσιν. ὑπασώδεες. ταύτῃσι περὶ κρίσιν καταφοραί, καὶ ἀδυναμίαι κεφαλαλγικαί, ἐφίδρωσις καὶ περιψύξιες, αἱ τοιαῦται ὑποστροφαὶ τῇσι πλείστῃσι γινόμεναι μετὰ τὴν ἄφεσιν, ταχέως κτείνουσιν. H

Siue de menſtruæ purgationis retentione, ſiue de partus purgamentis id intelligatur, ſymptomata indicantur quæ huiuſmodi purgamentorum moram ſequuntur. De quibus abundè agitur lib.1. περὶ γυναικείων,& libr. περὶ γυναικείης φύσιος. τὸ ἄνω verò ſuperior ventris pars intelligitur,in qua reſtitat huiuſmodi proluuies (vnde ἀσώδεα & ἄση) etſi in huiuſmodi caſibus frequenter τοῦ νειαιρῆς γαστρὸς dolores annotet Hippocrates. Capitis autem dolor & ventris ſubductiones his purgamentis ſubſiſtentibus diſertis verbis adſcribuntur lib.1. περὶ γυναικείων. Ἄφεσις an morbi remiſſionem ſignificet incertum eſt, cùm membrorum exolutionem aut reſolutionem, ac τῶν μορίων τοῦ σώματος ἄφεσιν indicare poſſit, velut lib.3. Epid. in ſt.peſt.vt ἀδυναμίαι reſpondeat,& membrorum ad motum impotentiam innuat,in quæ huiuſmodi abundantia decubuerit,quam etiam ἀφανίην περὶ τὰ μορίων ... ſcribit Hipp. libr.1. περὶ

A περὶ γυναικ. Varia autem eſt hic ſcriptio. Quidam enim codices κενεαγγέας κενεαγγείας iungunt. Sed maluimus poſt κενεαγγέας diſtinguere ſcriptis melioribus membranis. κενεαγγέας etiam quidam legunt quos ſecuti ſumus cum Cornario, etſi κενεαγγεας legunt publicata exemplaria, qua lectione laterum inanitatum & τῶν κενεώνων dolores intelligi poſſunt, quamuis inanium locorum corporis dolores accipiat Præceptor Hollerius. Non deſunt etiam qui κενεαγγείας probabili admodum lectione legant, vt quæ ἄτοκοι, ἀδυνάμιαι, & ἱδρῶσιν probè reſpiciat. Verùm iſta de purgamentorum ſuppreſſione rectiùs mihi dici videntur, quàm de vaſorum inanitione aut vteri apertione, quod tamen facit Doctor Hollerius.

519 Τὰ μετὰ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενα πνεύματα, καὶ τῆξις παράλογος, τῇσιν ἐπιφορέουσιν ἐκτιτρώσκει.

Spirationes ſuſpirioſæ quæ foras educuntur, ac citra rationem facta colliquatio in vterum gerentibus abortiones indicant.

Hic μετὰ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενα πνεύματα idem quod paulò poſt τὰ μυχθώδεα πνεύματα ſignificant, & difficilis ſpirationis genus indi-
B cant, quod in ea quæ extra fertur latione interciſum eſt & interruptum, ac velut offenſantem & eliſum ſpiritum habens, in medioq; expirationis curſu deficientem velut reuocans, ingeminanti ſimilem facit, & iterato quodammodo ſpiritu reſarcit. πνεῦμα ἀνακαλεόμενον ἐν τῇ ἔξω φορῇ aliàs dicitur * Hippocrati, aut πνεῦμα ἀνακλώμενον. Magis autem propriè luctuoſa ſuſpiria referunt quę κλαυθμώδεα πνεύματα dicuntur Hippocrati aphor. 54. lib. 6. Atq; hæc difficilis ſpirationis ſpecies interrupta & ſubſiſtens, in expiratione conſideranda, quemadmodum & ea quæ lib. 2. & 6. Epid. celebratur ingeminata & velut intro reuocata ſpiratio, ad inſpirationem ſpectat. Conuulſionem autem præſagit eliſa huiuſmodi ſpiratio, aut organorum ſpirationi deſeruientium duritiem, reſiccationem, & facultatis animalis imbecillitatem, interdum etiam magnum intus conceptum incendium & fuliginoſi recrementi copiam, vt patet in Philiſco ac Dromeadæ vxore lib. 1. Epid. & ex Galeno lib. 3. περὶ δυσπνοίας. Eſt igitur μετὰ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενον πνεῦμα, & μυχθῶδες πνεῦμα, ſuſpirioſa expiratio, & velut in pueris plorabundis medio ſuſpirio interrupta. καὶ γὰρ καὶ τὸ ταυτὶ ... τὸ μετὰ τοῦ ...
C ... (vt ſcribit Galenus) Etſi enim inſolens eſt & noua dictio, nec niſi (vt reor) hoc præſagio vſurpata in tam celebri ita apud Hippocratem ſpirandi difficultate, neq; à Galeno tota de ſpirandi difficultate tractatione commemorata, poteſt tamen per ea quæ adſcripſimus Galeni verba explicari. Quòd ſi eiulabundam & gemebundam expirationem intelligimus, aut ſonum qui in dentibus exauditur accipimus, iam doloris affectum aliquem exprimi neceſſe eſt, neq; ſola ſpiritalium inſtrumentorũ motio ſpectanda eſt, velut in luctuoſa ſpiratione accidit. Abortionis autem cauſa non eſt in prægnantibus huiuſmodi ſuſpirioſa ſpiratio: ſed cum non niſi magnos affectus comitetur, fœtus periculum indicat. Sic etiam repentina extenuatio aut colliquatio in vterum gerentibus, quæ interni alicuius viſceris vitio, aut OEconomiæ naturalis culpa contrahitur, fœtus corruptionem prædicit. Et quod de mammis effertur aph. 57. lib. 5. id de toto corpore dici poteſt. μᾶζον γὰρ τὸ κατὰ λόγον ... corporis imbecillitatem ſignificat * Hippocrati, quã facilè abortus ſequitur. *Lib. de rat. vict. in morb. acut. & aph. 68. lib. 4. * Aph. 28. lib. 2.

520 Ὀδύνη κοιλίης μετὰ τόκον, ἐπὶ ταύτῃσι πυώδεα
D καθαίρει.

Ventris dolor à partu, in his purulenta expurgat.

Indiſtinctè ſcriptum videtur præſagium. Neque enim omnis à partu dolor purulenta expurgat, ſed qui vel ab vlcere, vel partus purgamentis tardantibus & putrefactis excitatur, cùm & morantes menſes purulenti fiant. Cui affectui magnam curam adhibendam cenſet Hippocrates lib. 1. περὶ γυναικείων. Videtur autem iſtud ſuperiori annectendum, & de dolore ex abortu, vnde enata ſunt vteri vlcera, intelligendum. Omnes tamen quotquot videre licuit codices diſtinguunt. Aut certè de pituitoſis recrementis accipiendum, quæ vbi inteſtinis aut vtero adhæreſcunt, & in flatus à calore vertuntur, tormina & tenſiones excitant, cocta verò & calore liquata, puri ſimilia exiſtunt & repurgantur. Quod ferè in his videtur, quæ multo grauiditatis tempore pica laborarunt.

521 Αἱ ναρκώδεες καὶ μάλιστα ἐν τῇσι κινήσεσι μετὰ ἀδυναμίης
E κατακεκλασμέναι, περὶ κρίσιν ἐκκληθεῖσαι, ἀσώδεες, ἐφιδροῦσι πολλῷ. κοιλίαι καταψυχθεῖσαι ταύτῃσι, κακόν.

Quæ torporis ſenſu afficiuntur, præcipueq; ad motiones impotentes & perfractæ, circa iudicationem vexatæ, anxietate laborantes, multo & tenui ſudore diffluunt, in his aluus effuſa malum denunciat.

Incertum eſt quibus hanc ſymptomatum collectionem attribuat, quæ frigidorum humorum grauantem abundantiam indicat, Illud tamen videtur (vt cætera) vterum gerentibus, aut quibus menſes reſtitant accommodari. Sunt autem κατακεκλασμέναι ἐν κινήσει μετὰ ἀδυναμίης, quæ viribus ſunt fractis & exolutis, & ad motiones ineptæ aut impotentes, quales ſunt extremè languentes & membris perfractæ, aut delaſſatæ, humorum copia animalem facultatem opprimente & ſpiritus vitales exoluente, vt idem κατακεκλασμέναι quod κατακεκλιμέναι, & quæ viribus exolutis proſtratæ iacent, ſignificat, non ſecus ac κατακεκλασμένοι κωματώδεις dicuntur Hippocrati libello περὶ κλαγγώδεων, qui in Prorrhetico κατακεκλασμένοι κωματώδεις vocantur, & ἔκλυτοι hoc eſt exoluti & fractis viribus
F exponuntur Galeno.

522 Τὰ δὲ γυναικεῖα μὴ ἐπιστῆναι, χρήσιμον. ἐπιληπτικὰ ἐκ τῶν τοιούτων, οἶμαι. ἐνίοισι δὲ ὑποφοραὶ μακραὶ, ἐνίοισι δὲ αἱμοῤῥοΐδες.

Muliebria purgamenta non ſubſiſtere vtile, ac fortè ex talibus comitiales morbi oriuntur, partim verò diuturnæ alui ſubductiones, partim etiam ſanguinis per ora venarum profluuium.

Hæc ſententia Hippocrate digna & veritate ſua conſtantiſſima, ſiue de ſtatis menſtruis purgationibus, ſiue de partus purgamentis intelligatur. Nam & huiuſmodi muliebria remorata maximam noxam adferunt, vt patet ex Hippocrate lib. 1. περὶ γυναικ. & Galeno lib. 6. de ſympt. cauſ. & lib. 6. de loc. affect. & Comment. ad aph. 57. lib. 5. In vteri autem peruerſionibus aut præfocationibus, quæ
G plerunque tardatis menſibus fiunt, comitialis morbi ſymptomata cernuntur, qualia enumerantur libr. 1. περὶ γυναικείων, cùm vterus in hepar aut hypochondria obuoluitur. ... Idem lib. 2. in vteri procidentia, epileptica ſymptomata annotat, quæ etiam membrorum contractiones, peruerſiones, aut conuulſiones ſignificant. Alui autem diuturna profluuia ſæpius antea commemorata, & hîc quoque moleſtiam exhibent vt ſatis patet ex lib. 1. περὶ γυναικείων. ... Ruſſuſque ibidem, ... Fiunt autem alui profluuia diuturna à ſanguinis in hepar refluxu, calidique natiui oppreſſionem indicant & periculo ſunt, fieri etiam poſſunt perenni in aluum & inteſtina fluxione, ideoq; ſummam naturalium facultatum imbecillitatem denunciare. Quòd ad hæmorrhoidas attinet, ſolet retenta illa abundantia interdum ad ſedem deduci, & per ora venarum ef-
H fundi. Quod etiam indicauit Galenus Comment. ad aph. 33. libr. 5. & Hippocrat. libr. 1. περὶ γυναικ. cùm menſtruam purgationem interdum ad ſedem deriuari ſcribit, etſi id rariùs mulieribus, virginibus verò crebriùs apparere dicit. Et ſanè in opere medico non ſemel reſeratis hæmorrhoidibus huiuſmodi abundantia vacuari viſa eſt.

523 Τῇσιν ἐπιφορεούσῃσιν ὑποχονδρίου ἄλγημα κακόν. καὶ κοιλίαι ταύτῃσι φερόμεναι κακόν. καὶ τὸ ἐπιῤῥιγοῦν ταύτῃσι κακόν. ὀδύνη κοιλίης ἐν τῇσι μυξώδεσι ... κακόν.

Vterum gerentibus præcordiorum dolor malum denunciat, hîc etiam alui euntes & rigore ſubinde corripi malo eſt. Ventris dolor, ſi limoſa expurget

in huiuſmodi leuius malum indicat. Quę ex his faciles partus habent, eæ poſtea vehementer anguntur.

ἢν ἰλυώδεα καθαίρῃ. ὅσαι ῥηιδίως τῶν τοιουτέων τίκτουσι, μετ' ἔχθη δύσφορα σφόδρα. A

Aluum prægnantibus effundi abortionis periculum denunciat, ex placito. 34. lib. 5. Limoſa autem excrementa cum ventris & precordiorum dolore, & rigore qui ſubinde repetit, viſcerum impuritatem, præcipueque iecoris imbecillitatem ſignificat, vnde deiectiones hepaticæ cum torminibus ſubeunt. Alleuant autem huiuſmodi limoſorum & cœnoſorum deiectiones, ex quo leuius malum iudicatur. Eæ etſi faciliores ac promptiores ex rigoris concuſſione habent partiones, poſtea tamen torminibus grauiter conflictantur, ob collectam viſcerum cauo humorum impuritatem. Sic enim tota connecti poſſe meliùs exiſtimo quod etiam manuſcripti codices faciunt, etſi pro ἢν, τὴν legunt. Quam ſcriptionem Aſulanum exemplar, quia ſuſpectam habet aſteriſco notauit.

Quibus prægnantibus tabi opportunis faciei rubor exoritur, hunc ſtillationes è naribus auertunt.

514 Τῇσι κυούσῃσι φθινώδεσιν, ᾗσιν ἔρευθος ἐπὶ προσώπου γίνεται, αἱ ἀπὸ ῥινῶν ἀποστάξιες τοῦτο ἀποτρέπουσι γενόμεναι. B

Malarum rubor ſuccenſi & infirmi pulmonis ſignum ex diſtillatione ſerina aut concalfacto capite in tabi obnoxiis, quem iure reuocant & auertunt ſanguinis ex naribus ſtillationes. Malarum quoque cauitatem partus purgamentis retentis rubeſcere annotat Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. φύσ. & lib. 1. περὶ γυναικ. ſublato illuc ſanguine, velut vtero eryſipelate laborante faciei ruborem adſcribit lib. 2. περὶ γυναικ.

Quibus à partu alba prodeunt, ex his ſubſiſtentibus ſurditas cum febre & lateris dolor acutus excitatur, eæ in vehementem & pernicioſam mentis emotionem incidunt.

515 Ἧσιν ἐκ τόκου λευκὰ, ἐπιστάντων δὲ, ἅμα πυρετῷ κώφωσις, καὶ ἐς πλευρὴν ὀδύνη ὀξεῖα, ἐξίστανται ὀλέθριοι. C

Hæc ſententia ex Prorrh. 80. petita eſt, vbi iiſdem penè verbis repetitur & à Galeno explicatur.

Prægnantibus ſalſuginoſa, poſt partum moleſtias ex albis, mordacibus denunciāt. Purgationes huiuſmodi duritiem adferunt. In his ſingultus malo eſt, & vterorum procidentia, quæ vnà interficit.

516 Τὰ ἐν τῇσιν ἐπιφορέῃσιν ἁλμυρώδεα, σημαίνει μετὰ τόκον δύσκολα λευκὰ ἐόντα δακνώδεα. αἱ τοιαῦται καθάρσιες ἀποσκληρύνουσι. λὺγξ ἐπὶ τούτοισι φλαῦρον, καὶ πλῶσις ὑστερῶν, καὶ συντείνει.

Salſuginoſa multa collecta prægnanti, poſt partum purgationes moleſtas & mordaces, bilioſas & acres fore præſagiunt, ex quibus interdum vlcera excitantur & vteri indurantur. Sic etiam in ſcirrhum indureſcere ſcribit Hippocrates, ex menſium corruptione D
& putrilagine, lib. 2. περὶ γυναικείων, & repetit lib. περὶ γυναικείης φύσιος. Et ex huiuſmodi vterorum duritie, facilis eſt in cancrum tranſitus. Scribit nanque lib. περὶ γυναικ. φύσ. & lib. 2. περὶ γυναικ. γυναικὶ ὅταν ὑστέραι σκιρρωθῶσιν, ἢν τὰ αἰδοῖα ἐξίσχωσι, καὶ οἱ βουβῶνες σκληροὶ γίνονται, καὶ κρύψις ἐν τοῖσιν αἰδοίοισιν ἐστὶ, καρκινώδεα ἔχει. Vt non immeritò apud Hippocratem καρκινώδεα σκληρώδεα exponat Erotianus. Quod ſequitur ἡ πλῶσις ὑστερῶν parum cohæret, & rem totam obſcurat. Neque enim video quidnam hic πλῶσις ſignificet, nec quomodo huic loco conueniat. Et certè locus conclamatus videtur, cùm ita ſe gerant omnia exemplaria, vt manifeſtum vitium, nullam autem medelam oſtentent. Aſteriſcum enim vt ſcopuli indicem plæraque præfigunt. Cornarius hoc totum velut nil ad rem faciens prætermiſit. Quòd ſi coniecturæ locus eſſe debet, (quandoquidem in tam exulcerato loco nulla alia quàm coniecturæ medela eſt) πτῶσις legi poteſt, vt vteri lapſum & procidentiam intelligas ex calamitoſa mordacium & acrium purgamentorum effluxione, quæ & locorum duritatem & diſtenſionem parit. πτῶσις enim ὑστερῶν & ἔκπτωσις adeo familiaris eſt, vt (quod ſcribit Hippocrat. libr. 2. περὶ γυναικ.) ἄπυος πρόφασις ἐστὶ τὰς ὑστέρας προπεπτωκέναι, ἢν ἔχωσί τι φλαῦρον. Quæ etiam ſæpius celebratur libris περὶ γυναικ. Poteſt etiam πλάσις legi, aut πλέξις, (quod poſtea Præceptorem Hollerium feciſſe video) & pro vteri ceruicis complicatione aut reduplicatione ſumi ex qua ſequitur σύντασις diſtenſio aut peruerſio, locorumque duritas, vnde & purgamenta exitu prohibentur, & morborum congeries ſuccedit. Sic lib. περὶ γυναικ. φύσ. & lib. 2. περὶ γυναικ. ἐπίπλεξις τοῦ στόματος τῶν ὑστερέων Hippocrati celebratur, συντείνει quoque exemplaria quædam legunt, vt corrugatum & complicatum vteri oſculum contractio aut contenſio conſequatur: alia etiam συντείνει habent, quæ hic ſecuti ſumus. E

Ex purgamentis muliebribus ad pedes & lumbos pertingentes tenſiones, ſuppurationes indicant, & viſcoſa graueolentia ex aluo cum dolore prodeuntia. Ex præſcriptis quoque ſuffocationes, ſuppurationes denunciant.

517 Ἐς πόδας καὶ ἐς ὀσφὺν συντάσιες ἐκ γυναικείων, ἐκπυητικὸν, καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης γλίσχρα, δυσώδεα ἐπιπόνως ἰόντα. πνιγμοὶ ἐπὶ τοῖσι προγεγραμμένοισιν, ἐκπυητικόν. F

Menſium abundantia retenta & corrupta, interdum ſuppurationes mouet & vteri vlcera. Ex quibus & lumborum diſtenſio aut per ſympathiam cum vtero contractio, & pedum contenſiones aut tumores, quæ ſunt ſymptomata hydropica, ex multa cacochymia ſuboriri poſſunt. Quæ etiam interdum vitio totius corporis contingunt, quod indicant graueolentia & putria per aluum cum dolore effuſa. Vteri quoque ſtrangulatus ex iiſdem cauſis, corruptam putrilaginem euoluunt, & ſuppurationes faciunt. Hîc verò τὰ κάτω potiùs lego quàm ἀπὸ κοιλίης, ex ſentent. huius Prognoſt. 524. quæ huic valdè affinis eſt & longè purioribus verbis ſcripta.

Vterinæ ventris duritates cum dolore, celerem perniciem denunciant.

518 Τὰ ὑστερικὰ ἐν κοιλίῃσι σκληρύσματα ἐπώδυνα, ὀξέως ὀλέθριον. G

Vteri duritates quæ tactu in ventre percipiuntur intelligit & verè Medicis σκληρύσματα dicuntur, quæque velut oneris aut lapidis incumbentis pondus præ ſe ferunt, vt ſcribitur lib. 2. περὶ γυναικ. vbi etiam variæ cauſæ adſcribuntur. Aut certè vterorum inflammationes accipiuntur, cū ſolenne ſit Hippocrati σκληρύσματα ἐπώδυνα tumores duros & dolentes dicere, quę οἰδήματα σκληρὰ καὶ ἐπώδυνα vocantur in Progn. Vteri autem inflammatio & doloris acerbitate, & febris vehementia non paruam perniciem minatur. Ideoque ὀξέως ὀλέθριον iunximus, vt mali acerbitatem indicaremus, etſi plæraque exemplaria πονηρὸν ὀξέως legunt.

In vterum iam gerentibus, fluxiones ſerpentia oris vlcera cum dolore excitantes malum denunciāt. In his ſanguinis per ora venarum profluuiū peſſimū.

519 Τῇσιν ἐπιφορέῃσιν ἤδη, ἀφθώδεα ῥεύματα ἐπώδυνα, πονηρόν. αἱμορροῒς ταύτῃσι κάκιστον.

Hic ἀφθώδεα ῥεύματα dicuntur, quæ paulò ante ſent. 515. ἀφθώδεα σώματα, addito cauſæ genere. Huiuſmodi autem fluxiones tabem aut alui profluuium minantur, ideoque abortionis metum afferunt, vt & ſanguinis quodcunque per ora venarum profluuium (αἱμορροΐδα vocant) in grauidis fœtui alimentum ſurripit, præcipueque ſi iam longè progreſſa ſit impr.ægnatio & fœtus grandior, ex placito 31. lib. aph. 5. Etſi hic αἱμορροῒς quancunque ſanguinis profuſionem, aut etiam ex venis pulmonum ſanguinis eductionem ſignificare poteſt. H

Quibus in tumorem ſublato ventre, pudendum rubor occupauit, muliebribus purgamentis albis humidis ſubitò procedentibus, diuturnis febribus intereunt.

520 Ἧσι κοιλίης ἐπαρθείσης ἐς αἰδοῖον ἔρευθος ἦλθε, γυναικείων λευκῶν ὑγρῶν κατελθόντων ἐξαπίνης, ἐν μακροῖσι πυρετοῖσι τελευτῶσι.

Vteri

A Vteri tumore cum vlcere aut phlegmone laborantis ſunt indicia, quemque ſæpe cancer occupat, & quo laborantes diuturnis ac lentis febribus tabeſcentes conſumuntur. ἐξάπινα autem magnam & confertam purgamentorum putrilaginem denotat.

511 Σπασμῷ, γυναικείων ἐν ἀρχῇσι φανέντων, πυρετοῦ μὴ ἐπιγενομένου, λύσις.

Conuulſionem, muliebria ſi circa initia appareant, neque febris acceſſerit, ſoluunt.

Conuulſiones intelligit quibus ſolent mulieres hyſtericæ plærunque eſſe obnoxiæ purgationibus muliebribus remoratis, & quibus procedentibus continuò liberantur, vt ſatis indicat hiſtoria ægr. 11. lib. 3. epid. poſt ſt. peſt. Quod ſi febre accedente (quæ conuulſiones etiam ſanare poteſt) circa initia morbi purgationes erumpant, eiuſmodi vacuatio maximo malo eſt, cùm ſit ſymptomatica & morbi, non naturæ, impetu contingat, quod etiam ſæpius obſeruare licet in opere medico. Illud igitur πυρετοῦ μὴ ἐπιγενομένου, huic ſuffragatur lectioni quam antea (ſent. 350.) adſcripſimus, quæ ἄπυρον σπασμὸν legit. aut quæ ex Prorrh. ἀπύρους eaſque conuulſiones, quæ magnis vteri inflammationibus ſuccedunt, diſtinguit, quibus febres coniunctæ ſunt. ἐν ἀρχῇσι verò conuulſionis initium,
B aut primum apparentes menſes, hoc eſt pubertatis tempus, quo primum menſtrua erumpunt, & comitiales, conuulſiones aut pueritiæ morbos etiam ſoluunt, vt ſcribit Hippocr. aph. 28. lib. 3. Plinius nanque cap. 4. lib. 28. multa morborum genera, maximéque comitiales, primo coitu ſolui ſcribit, primóque fœminarum menſe.

512 Οὖρα λεπτὰ ἐπινέφελα ἐν μέσῳ ἐρευγόμενα, ῥῖγος σημαίνει.

Vrinæ tenues, nubeculam quandam in medio aſſumentes, rigorem denunciant.

Abſurdum eſt nubeculas in vrinis tenuibus rigorem denunciare, neque etiam ſi in medio ſuſpenſæ ſint, ideóque hæc ſententia demonſtratione caret, præſtátque Hipp. doctrinam de vrinis in mentis notione reponere. Quinetiam phraſis eſt inſolens, & illud ἐρευγόμενα locum ſuſpectum facit. Quod tamen pro καταλαμβάνοντα ſumpſimus, quod ἐρευγόμενον apud Heſiod. καταλαμβάνοντα exponat
C Var. neque huic loco hac notione malè quadrare videatur. Quia autem infrequens eſt dictio, non omninò temerè ἐναιωρεύμενα aut ἐωρεύμενα ſcriptum fuiſſe coniicias, etſi hanc lectionem ſuis reſcriptis damnat Gal. Com. 1. in Prorrh. Aut certè οὖρα λεπτὰ ἐν μέσῳ ἐρβόμενα, idem quod ἐναιωρήματα ἐπινέφελα indicare videntur, de quibus aliàs ſcripſimus. ἐρευγόμενα etiam pro ἐρευγόμενα, per ſyncopem, legi poſſe aliquando ſuſpicatus ſum, vt ſint vrinæ quæ nubeculas in medio eructant aut effundunt, vt τῇ ἐρυγῇ nomine effuſa quædam copia aut abundantia intelligatur.

513 Ἡ ἀπὸ τῆς τετράδος αἵματος ῥύσις γινομένη, χρόνια σημαίνει, καὶ κοιλίη καταρρήγνυται, καὶ σκελέων οἰδήματα.

Sanguinis fluxus ſi quarto die oriatur, diuturnitatem indicat, & aluus effunditur, cruráque intumeſcunt.

Indiſtinctè admodum prolata eſt iſta ſententia. Neque enim quemnam ſanguinis fluxum intelligat ſatis certum, neque quo modo quarto die exortum ſanguinis profluuium diuturnitatem indicet compertum eſt, quin potius iudicationis diſciplinam labefa-
D ctat & ſubuertit. Neque cuinam affectui iſta accommodentur, ſatis intelligitur. Poſſunt fortaſſis iſta conuulſionibus attribui, in quibus ob frigidam & crudam materiam qua abundant, vrinæ tenues conſpiciuntur, & hæmorrhagia quarto die exorta nihil promouet, quinetiam morbi initio contingens iudicationem irritam facit. In criſeos ratione celebre eſt ex lib. 2. epid. αἱ τεταρταῖαι αἱμορραγίαι, δύσκριτοι. Et τὰ κρίσιμα ἐν αὐτῇ ὑπεναντίον: etſi morbi quidam, præcipuéque ſanguinei, & qui paribus diebus mouentur (idque maximè in iuuenibus) ſalutares habere hæmorrhagias quarto die obſeruantur. Sed quanam ratione iſta in hunc muliebrium morborum ordinem irruperint, ſuperuacaneum eſt quærere, neque quomodo crurum tumor inde, aut alui eruptio ſperetur, niſi hæc ex liberaliore hæmorrhagia contingant.

514 Τῇσιν ἐπιφορεούσῃσι κεφαλαλγικὰ καρώδεα μετὰ βάρεος γινόμενα, φλαῦρα, ἴσως δὲ ταύτῃσι καὶ ἅμα
E σπασμῶδές τι ὀφελεῖ.

In vterum gerentibus capitis dolores cum ſopore & grauitate malo ſunt: forteque huiuſmodi naturæ vnà etiam conuulſionibus quibuſdam ſunt obnoxiæ.

Ex Prorrh. 103. diſertis verbis huc traducta ſententia & paulò antea expreſſa. Ideóque lectionem Prorrhetici ſecuti ſumus, cùm ſint exemplaria omnia vitioſa, & ὠφελεῖν pro ὀφειλεῖ legant. Poteſt etiam legi σπασμῶδές τι παθεῖν ὀφείλει, quæ eſt Galeni lectio & à Cornario vſurpata.

515 Αἱ προαλγήσασαι τῶν τόκων χολερώδεα περὶ τὸν τόκον, εὐτοκοῦσι μὲν ῥηϊδίως. πυρέξασαι δὲ, κακοήθεες, ἄλλως τε κἢν ἤν τι κατὰ φάρυγγα ὀχλῇ, ἢ ἤν τι τῶν ἐν πυρετοῖσι κακοήθων ἐπιφανῇ σημεῖον.

Quæ ante partionem in modum choleræ morbi affliguntur, faciles quidem partus edunt. Febre autem tentatæ, malignè habent, tum verò præcipuè, ſi quid fauces vexet, aut in febre maligni aliquid appareat.

F Magnam ventris perturbationem cruda multa & bilem per vomitum ac ſeceſſum excernentem cum ſumma corporis iactatione, interiorum oppreſſione & crurum conuulſione, velut in cholera morbo, intelligere videtur, quæ partui vicinas terrere non mediocriter debet, idque præſertim ſi cum febre ſit & malignis ſymptomatis, telioſa(?) actimonia in venas delata ibique corrupta non ſecus ac in cholera morbo ex alimentorum inſigni cruditate & corruptione.

516 Τὰ πρὸ τοῦ τόκου ῥηγνύμενα ὑδατώδεα, φλαῦρα.

Erumpentia ante partus aquoſa, mala.

Hoc paulò antea expreſſum eſt ſent. 513.

517 Τῇσιν ἐπιφορεούσῃσι κατὰ φάρυγγα ἁλμυρώδεες ῥύσιες, πονηρόν.

In vterum gerentibus ſalſuginoſæ ad fauces fluxiones malum denunciant.

G ἁλμυρώδεες ῥύσιες nunc * dicuntur, quæ paulò antea ἁλμυρώδεα ſimpliciter. * ſent. 526.

518 Τὸ πρὸ τοῦ τόκου ἐπιρριγοῦν, καὶ τὰ ἀνωδυνίως ἐκτικτόμενα, κινδυνώδεα.

Ante partus ſubinde rigore corripi, & citra dolorem parere, periculum indicat.

Rigor ante partum ſubinde corripiens, materiæ agitationem & ad neruos aut ſuperiora tranſpoſitionem indicat, ex qua concuſſus partus faciliùs elabitur. At ſine dolore parere cùm præter naturam ſit magnum aut fœtui, aut parturienti periculum denunciat. In partu enim dolor eſt totius corporis, præcipuè vero lumborum & coxendicum. ἀλγέουσι γὰρ σφέων τὰ ἰσχία, (vt ſcribit * Hippoc.) καὶ φλύουσι ὁ ἰσφὺς ὑπὸ τοῦ ἐμβρύου. * lib. περὶ φυσ. παιδ. Lib. 1. περὶ γυναικ.

519 Τῇσιν ἐπιφορεούσῃσι τὰ ἀφθώδεα ῥεύματα, πονηρόν. σπασθεῖσαι, ἐκλυθεῖσαι, μετὰ ταῦτα ψυχθεῖσαι, ἐκθερμαίνονται ὀξέως, καὶ μέντοι καὶ δύσκολα ἀποβαίνει τῇσιν ἐπιφορεούσῃσι τὰ περὶ τὸ λεπτὸν οἰδήματα, οἷα τὰ περὶ τὰς ὀχέας γίνεται, ἀπολαμβανόμενα ὀρθοπνοίῃσιν. ἆρα τὰ τοιαῦτα οἰδήματα διδυμοτοκεῖ; ἆρα καὶ σπασμῶδες τὰ τοιαῦτα οἰδήματα ποιέει.

H Prægnantibus fluxiones cum ſerpêtibus oris vlceribus, malo ſunt. Hæ conuulſionibus, exolutionibus, poſtea perfrictionib. tentatæ, celeriter calefiũt. Quinetiam prægnantibus moleſtiã exhibent, qui circa tenue inteſtinum contingunt tumores, quales circa extremas vteri oſculi oras, in erectæ ceruicis ſpirationis difficultate detentis, eueniũt Quinetiam fortaſſis huiuſmodi tumores gemellorum partum prænunciant, aut fortè conuulſiones tumores huiuſmodi indicant.

Syndrome eſt empirica, difficilis, ex obſeruatione nata & demonſtratione carens, quæque quò obſcurioribus vtitur vocib.

eò perplexam magis ſententiam facit. Nam quid per τοῖς ὀσχίοις intelligatur non facilè coniicias. ὀσχίοις enim omnes hic aut ὀσχέας ferè ſumunt, & ſcrotum intelligunt, quod & ὄσχεα & ὀσχὸς dicitur lib. 2. περὶ γυναικείων, ὀσχίοις tamen cùm paſſim legant omnia exemplaria, dubium relinquitur an hic ὀσχίοις idem quod τὸ ὄσχιον indicet, quod exponitur Galen. in Exegeſi ἡ περὶ τὸ σῶμα τῆς μήτρας ἑλικοειδὴς ἐπανάστασις, flexuoſa circa vteri oſculum extuberantia. quomodo etiam ſumpſiſſe videtur Cornarius, an verò pro ὀσχίῳ in Exegeſi ἰσχίοις legendum ſit, vt iſtum locum ſubindicet, & exponendum ſit, αἱ περὶ τὸ στόμα τῆς μήτρας ἑλικοειδεῖς ἐπαναστάσεις. Neque quod ad notionem attinet, ſatis eſt explicatum quinam tumores circa huiuſmodi oſculi vuluæ eminentias fieri intelligantur, in ea ſpiratione quæ erecta ceruice obitur detentis, aut quæ huiuſmodi ſpirandi difficultatem inducant. Mihi, ſi quid coniicere licet, tumores ſubindicari videntur, qui in longa tuſſi & magna ſpirandi difficultate, ad genitales partes, velut teſtes aut ſcrotum iudicationis quadam lege decumbunt. Nota nanque ſatis eſt thoracis cum genitalibus partibus communitas, & ὄρχιες οἰδέουσι ἀπὸ βηχέων, vt ſcribit Hippocr. lib. 2. epid. Quam conſenſionem pluribus locis confirmauimus noſtris in lib. 2. epid. Commentariis. Sic igitur ἐν τῷ ὀσχίῳ & in extremis oſculi vteri oris non eſt abſurdum ex longa tuſſis contentione & ſpirandi difficultate tumores fieri, quo in loco etiam ſæpiùs herniæ viſuntur. Quæ ratio magis etiam notionem noſtram confirmabit, qua γαλῆν apud Hippocratem lib. 2. epidem. vterum indicare proponebamus, vt luculentus vteri cum thorace & ſpiritalibus partibus conſenſus innoteſcat. Quod autem ſcribitur huiuſmodi tumores circa tenue inteſtinum enatos gemellorum partum ſubindicare, id ſemel obſeruatum non temerè in dubium adducitur. Et ſanè longè eſt æquiùs inde conuulſiones impendere.

Quæ ſuſpirioſæ ſpirationes foras educuntur in febribus, abortionis periculum afferunt.

540 Τὰ μυχθώδεα ἐξαναφερόμενα πνεύματα ἐν πυρετοῖσι, ἐκτιτρώσκουσι.

Hoc præſagium ſuprà ſcriptæ ſententiæ (519.) lucem affert eamque explicat. Hic enim τὰ μυχθώδεα ἐξαναφερόμενα πνεύματα dicuntur, quæ illic τὰ μετὰ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενα πνεύματα. Indéque hîc eſſe legendum fortè coniicias τὰ μυχθώδεα ἐξαναφερόμενα πνεύματα, aut τὰ μυχθώδεα ἐξαναφέρουσι πνεύματα, quemadmodum legiſſe videtur Corn. aut μυχθώδη πνεύματα, vt luctuoſam expirationem, & eam quæ foras fertur cum ſuſpirio intelligas. C

Horrore ſubinde tentatis, laſſitudine & capitis grauitate conflictatis, muliebres purgationes erumpunt.

541 Φρικώδεσι, κοπιώδεσι, καρηβαρικοῖσι, γυναικεῖα καταῤῥήγνυται.

Publicati codices hanc ſententiam ſuperiori connectunt, & ἐν πυρετοῖσι φρικώδεσι intelligunt. Poteſt & per ſe accipi, quod faciunt reliqua exemplaria, quæ ſecuti ſumus cum Corn. Et hoc ſæpe accidit vt in magna humorum inæqualitate & copia totum corpus degrauante, menſes erumpant, interdum natura morbum deponente, ſæpiùs verò impetu ſibi qua ratione cunque exitum moliente.

Quæ ad manus contactum torpeſcunt, peraridæ, ſitis expertes, muliebria multa profundentes, pus intrò colligunt.

542 Αἱ πρὸς χεῖρα νωθραί, καπυρώδεες, ἄδιψοι, γυναικεῖα πολλὰ χαλῶσαι, ἐκπυΐσκονται. D

Ex menſium abundantia & interno vitio tabeſcentes, areſcentes & ſuppuratas intelligit, quæ febre lenta conflictantur, quas ideò πρὸς χεῖρα νωθρὰς vocat, quòd ad manus contactum lenta ſit febris, eæque velut tardæ ac torpeſcentes, totoque corpore quodammodo pigræ ac plumbeæ.

Ex abortione vbi alba derepente percurrunt, ſi rigor aliquis corripiat, & ad femur impetus fiat, tremor moleſtus ſubit.

543 Τὰ ἐξαίφνης λευκὰ καταπέχοντα ἐπὶ τρωσμῷ, ἢν ῥῖγος, καὶ ἐς μηρὸν ὁρμὴ, τρόμος δύσκολος.

Ex abortu quæ fiunt febres periculi plenæ ſunt, præcipuè verò ſi vteri inflammatio, aut exulceratio ſuccedat, aut quæuis alia de cauſa in femur decumbat, quod in vteri tumoribus valde ſolenne eſt, vt aphor. 47. lib. 5. Alioqui ex mucoſorum & pituitoſorum fluxione, quæ abortionem fecit, in femur decubitus, & tremor, materiæ ad ſuperiora reflexu, & à venis ad neruos tranſpoſitu, difficilis & calamitoſus eſt. Exemplaria autem publicata ῥυῇ pro ῥιγῇ legunt. Quæ lectio abortum magis & vlcera ſuſpectat, ideoque plauſibilior videtur. E

Serpentia oris vlcera in vterum gerentibus, aluos humectant.

544 Τὰ ἀφθώδεα σώματα τῇσιν ἐπιφόροισι κοιλίας καθυγραίνει.

Sæpiùs antea expreſſa ſententia, ex qua & alui profluuium, indéque periculoſa abortio ſuſpectatur.

Quæ prægnantes ante partus laborarunt, ſubinde rigore corripi ſolent.

545 Αἱ δὲ τῇ κυήσει, προπονήσασαι πρὸ τῆς ὠδῖνος, ἐπιῤῥιγέουσι.

Publicatorum codicum lectio valde eſt implicata, quæ ἐπὶ δὲ τῇ κυήσει habet, & iſtam ſententiam ſuperiori connectit. Quæ etſi referri poſſunt ad aphthoſas illas fluxiones & ferinas, quæ ante partiones prægnantes affligerent, aptiùs tamen diſtingui videntur & ad prægnantium morbos accommodari, quæ ante partus ſubinde rigoribus tentantur ex magna humorum inæqualitate & viſcerum impuritate, quale quid Epicratis vxori contigit. lib. 1. epid. vnde deducta videtur hæc ſententia. Eamque lectionem ſequuntur reliqua omnia exemplaria cum Cornario, & αἱ δὲ τῇ κυήσει legunt. F

Quæ ex partionib. contingunt exolutiones cũ torpore, moleſtiã quidem exhibent, & mẽtem emouent, nullam tamen perniciem afferunt. Verùm etiam purgamentorum muliebrium abundãtiam denunciant.

546 Αἱ ναρκώδεες ἐκλύσιες, δύσκολοι μὲν ἐκ τῶν τόκων ἀποβαίνουσι καὶ παρακρουστικαὶ, οὐ μὴν τοι ὀλέθριοι. ἀτὰρ καὶ πλῆθος γυναικείων προσημαίνουσι.

Quod ſemel obſeruatum, id in exempli authoritatem transferri non debet. Neque huiuſmodi exolutiones periculo carent, ſiue ad motionis impotentiam, ſiue ad animi defectiones referas. In laborioſis & moleſtis partionibus, præcipuè ſi grandiores fœtus educantur, huiuſmodi membrorum exolutiones cum torpore contingunt. Sed quod mentis emotionem addidit, cerebrum appetitum ſignificat, & exundantem toto corpore vitioſæ & inæqualis materiæ abundantiam, quæ per muliebria purgamenta deducitur. G

Quæ in partu oris ventriculi dolorem antea ſenſere, paulò poſt fœtus deponunt.

547 Αἱ ἐν τόκῳ καρδίην προαλγήσασαι, ὀλίγῳ ὕστερον ἀποβάλλουσι.

Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικείων in parturientibus crebram ſpirationem, lumborum dolorem, & oris ventriculi morſum (καρδιωγμὸν vocant) adſcribit. Hic autem ἀποβάλλειν, ἀφιέναι, & fœtum deponere, demittere, excludere & eiicere ſignificat.

Horroris & laſſitudinis ſenſus, capitis grauitas cum ceruicis dolore, muliebres purgationes deijciunt. Quòd ſi quid huiuſmodi circa iudicationem cum tuſſicula contingat, ſubinde rigorem adfert.

548 Τὰ φρικώδεα, κοπιώδεα, καρηβαρικὰ, τραχήλου ὀδυνώδεα. γυναικεῖα καταῤῥήγνυσι. περὶ κρίσιν δὲ τοῦτο γενόμενον μετὰ βηχίου ἐπιῤῥιγοῖ. H

Iſtud fidem facit ſuperiorem paulò ſententiam (541) rectè disiunctam eſſe. Quod inſuper de tuſſicula additur, ex obſeruatione ductum eſt, nec ſatis ad demonſtrationem accommodatum.

Quæ puellæ erectæ ceruicis ſpiratione vexantur, iis vterum ferentibus mammæ pus colligunt. Muliebria purgamenta circa initia apparere, malum.

549 Ἧσι κόρῃσιν ὀρθοπνοϊκὰ συμβαίνει, ἐν τῇσιν ἐπιφόροισι, τιτθοὶ ἐκπυοῦνται. γυναικεῖα ἐπιφαίνεσθαι ἐν ἀρχῇ, κακόν.

Ex magna & continua in thoracem & pulmones deſluxione, orta huiuſmodi ſpirandi difficultas, partem imbecillam reddidit, in quam

A in quam geſtationis vteri tempore deducto ſanguine, pus fortaſſe collectum eſt, & muliebres purgationes ſtatim ad initia erupe-runt. Ex quibus nil niſi fœtus corruptionem aut etiam tabem ſperare queas. Poteſt & in viro maturis puellis ſuppreſſa menſtrua purgatio huiuſmodi erectæ ceruicis ſpirationem ad ſuperiora recurſu adducere, ex quo pars poſtea imbecillior reddita, ſuppuratum excepit.

550 Τὰ μανικὰ πυρετοὺς ὀξέας, τραχώδεας, ἄχολα καρδιαλγικὰ λύουσι.

Febres acutas cum mentis perturbatione, in oris ventriculi dolore non bilioſo, inſania ſoluit.

Τραχώδεας: febres dicuntur in quibus ægri ſunt turbulenti, & ſine ratione mentis perturbatione vexantur, quod eſt initium malè affectæ mentis, vt ſcribit Galenus in Prorrh. Impropria eſt autem ſolutionis acceptio, ac potius morbi ſucceſſio, cuius varia aliàs deſcripſimus exempla. Et hîc inſania huiuſmodi febres ſoluit, velut μανίῃ ἰᾶται aph. 5. lib. 7. & alioqui (quod ſcribit Galenus) ve-
B hementes caſus in morbis acutis, interdum probas ſolutiones promouent. Inſania igitur febres acutas huiuſmodi ita ſoluit, velut febres ardentes tremoribus ac delirio ſoluuntur ex aph. 26. lib. 6. Oris autem ventriculi dolor qui ſine bile fit, breuem morbum fore indicat, alioqui appetito cerebro in furorem & vehementem inſaniam erumperet.

551 Τῇσιν ἀτόκοισιν αἵματος ἔμετος πρὸς τὸ συλλαβεῖν ὠφελεῖ.

His quæ non pariunt, ad conceptum ſanguinis vomitus prodeſt.

Sanguinis copia interdum fœtum primis menſibus ſuffocat, ideóque deplenda eſt, interdum ita vaſa implet ac diſtendit, vt fœtui concipiendo locus non ſit. Sanguinis igitur vomitus velut ad cauſam relatus confert. Sic lib. περὶ ἐπικυήσιος Hippocrates ad conceptum ſanguinem detrahendum conſuluit. γυνὴ δ' ἤν τι αἱμάζουσα ἔῃ, τὴν αὐτὴν κυΐσκεσθαι, φλεβοτομείσθω δὶς ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἀπὸ τῆς χειρὸς καὶ τῶν σκελέων. Et lib. περὶ ἀφόρων vt conceptum procuret, brachij ſiniſtri venam aperiendam conſuluit. Sunt autem hic ἄτοκοι, non quæ ſte-
C riles dicuntur, ſed quæ vel probè non repurgantur, vt exponit Galenus extremo libr. 3. de difficult. ſpirandi, vel quæ viri congreſſu non vtuntur.

552 Τὰ ἀχλυώδεα γυναικείων σημείων ἐπιφανέντων λύεται.

Oculorum caligines crebris apparentibus menſibus, ſoluuntur.

Menſibus reſtitantibus ex ſanguinis impuritate caligo oculis obtenditur & ſpiritus viſorius conturbatur. Quibus erumpentibus, iſta reuulſione quadam conquieſcunt.

553 Ὅσῃσι γυναιξὶν ἐκ πυρετῶν ἄλγημα τιτθῶν γίγνεται, πτύσις αἱμάλωπος οὐ τρυγώδης γενομένη, λύει τοὺς
D πόνους.

Quæcunque mammarum dolore ex febribus vexantur, eas ſanguinis concreti ſpuitio non fœculenta, dolore liberat.

Non magnam fuiſſe neque admodum corruptam ſanguinis concreti copiam eiectam, ſignificat οὐ τρυγῶδες adiectum. Neque enim fœculentum, craſſum, aut ſanioſum fuiſſe ſuſpicandum eſt. Alioqui magna ſanguinis concreti & fœculenti reiecta copia, inſigne vaſorum vlcus indicaret. Mammarum autem dolor humoris ex vtero recurſum ex partium conſortio præ ſe ferre poteſt, qui potuit ſanguinis concreti ſpuitione depelli. Hic autem πτύσις αἱμάλωπος, idem quod πτύσις αἱμαλῶδες aut αἱμαλῶπες ſignificat, cùm proprie αἱμάλωψ in oculis ſugillationem indicet, itque vt ſcribit Erotianus, συγγραφεὶ ὄνομα ὡς ἐστὶν ἐν ταῖς ὄψεσι τὸ κεχυμένον χρῶμα γεγενημένον. Aſulanus ἐγγινομένη legit, reliqua exemplaria γενομένη.

554 Οἱ ἐν ὑστερικῇσιν ἀπύρετοι σπασμοὶ εὐχερέες, οἷον
E καὶ Δορκάδι.

In mulieribus quæ vteri ſuffocationibus tentantur, idq; ſine febre, faciles ſunt conuulſiones, quale quid etiam Dorcadi contigit.

Hoc præſagium ex Prorrh. 119. ſumptum, & antea expreſſum & explicatum.

555 Ἦσιν ἐκ ῥίγεος πυρετὸς κοπιώδης, γυναικεῖα καταρρέει. τράχηλος ἐν τούτοισιν ὀδυνώδης, αἱμορραγικόν.

Quibus ex rigore febris cum laſſitudinis ſenſu adeſt, in his muliebrium profluuium expectare oportet. Quòd ſi ceruicis dolor prehenderit, ſanguinis è naribus eruptionem fore ſpes eſt.

Ex Prorrh. 142. ſumpta ſententia & in hoc præſagium traducta.

556 Ἔμετος δὲ ἀλυπότατος φλέγματος καὶ χολῆς συμ-
F μεμιγμένου. μὴ πολὺς δὲ κάρτα ἐμείσθω. τὰ δὲ ἀκρητέστερα τῶν ἐμουμένων κακίω. πρασοειδὴς δὲ ἔμετος, καὶ μέλας, καὶ πελιὸς, πονηρόν. εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα ὁ αὐτὸς ἐμέοι, ὀλέθριον. τάχιστον δὲ θάνατον σημαίνει ὁ πελιὸς καὶ κακώδης. ἔστι δὲ θανάσιμος ὁ ἐρυθρὸς ἔμετος, καὶ μάλιστα εἰ μετ' ἀνάγκης ἐμέοιτο ἐπωδύνως.

Vomitio autem maximè eſt innoxia, quæ pituita & bile permixta eſt, dum ne admodum copioſa ſit. At ſynceriores vomitiones deteriores ſunt. Viridis quoque vomitus & niger, & liuidus vitioſus eſt. Quòd ſi omnes colores idem vomat, exitiale eſt. Celerrimum autem exitium indicat liuidus & mali odoris. Mortem quoque adfert ruber vomitus, iſq; præcipuè ſi cum maiore conatu & dolore contingat.

Hæ vomitionis leges ex Prognoſtico ſumptæ ſunt. Et ſi quis incidit vomitus (inquit Celſus) mixtus eſſe ex bile & pituita debet. Hic autem ἀλυπότατον dixit, quod in Prognoſtico ὠφελιμώτατον. Cùm nanque vomitus in ſymptomatum genere cenſendus ſit, eum
G qui maximè ſit innoxius perquam vtilem eſſe dicimus. In Prognoſtico etiam, vt nec admodum copioſum, ita neque admodum craſſum eſſe vult, vt ex eo loco hic rectè ἢ μὴ παχὺ κάρτα μηδὲ πολύ, legendum videatur.

πρασοειδὴς] πρασοειδὴς dicitur praſinus & porraceus, qui in porri morem viret, (vt ſcribit Gal.) nos viridem cum Celſo dicimus. Variè autem coloratum & grauem vomitum his verbis damnat ** Celſus, Atque in omni morbo vomitus peſtiferus eſt, qui varius & multorum colorum eſt, præcipuéque ſi malus in hoc odor ſit.

** *Cap. 6. lib. 2.*

ὁ ἐρυθρὸς ἔμετος] Quemnam intelligat rubrum vomitum eſt ambiguum. Significari nanque poteſt croceæ bilis per vomitionem refuſio, quæ tamen ſynceri vomitus nomine cenſetur. Quòd ſi ſanguinis vomitum copioſum accipit, ex venæ alicuius inſigni reſeratione, præſens periculum oſtentatur, vt antea ſcriptum eſt. Eumque hic quoque ſubindicare videtur Celſus cùm poſt cætera de vomitu ſcribit. Ac ſanguinem quoque in febre vomuiſſe peſtiferum eſt, etſi placitum 37. lib. 7. diſertis verbis exprimit.

H 557 Οἱ ἀσώδεες ἀνεμέτως προξυνούμενοι, κακὸν, καὶ οἱ σπαρασσόμενοι ἀνεμέτως.

Corporis æſtuatione & inquieta iactatione conflictati, citra vomitum ingraueſcentes, malè habent, atq; etiam qui vellicantur citra vomitum.

Prorrheticum eſt 76. cuius hæc ſententia explicationem adfert. Nam cum ἄση duobus contingat modis (vt ſcribit Galenus) vno, cum corporis virtus mole & humorum copia ita opprimitur, vt nullo ſtatu quieſcat, ſed omnes figuras mutet: altero, cum ventriculi os vitioſis humoribus lancinatur, de priore ſententiam intelligi vult Galenus. Hic autem vtrique ſignificato locus eſt, cùm nauſeabundi ventriculi ſymptomata indicentur. Quod etiam innuit quod ſcribitur οἱ σπαρασσόμενοι ἀνεμέτως, quibus ſignificantur qui ore ventriculi ex humorum vitio lancinantur & vellicantur.

558 Τὰ μικρὰ ἐμέσματα, χολώδεα, ἄλλως τε κἢν ἀγρυπνέωσι.

Vomitiones exiguæ, bilioſæ, malum denunciant, tum verò præcipuè ſi peruigilio conflictentur ægri.

Diminuta eſt ſententia & ex Prorrhetico 79. reſtituenda, ideóque κακὸν addendum videtur, ne quid abſurdi affingamus. Huiuſ- A
modi verò vomitiones breui phrenitim prænunciant, quam per ἀγχώνιας ſæpe indicat Hippocr.

Ex nigris vomitibus oborta ſurditas, noxia non eſt. 559 Ἐπὶ μελάνων ἐμέτων κώφωσις, οὐ βλαπτικόν.

Author Prorrhetici nigrorum vomitum cum ſurditate in phrenitidis ſuſpicione ſæpe coniungit, iſtáque ſymptomatum connexio non leuiter affectum cerebrum indicat, tantúmque abeſt vt bono ſit, cum potiùs vehementem & furioſam inſaniam denunciet, humore retorrido & exuſtato iamiam appetito cerebro. Quòd ſi tale quid vacuationis ratione & criſeos munere contingat, interdum ſalutare eſt, velut in Epicratis vxore lib. 1. epid. verùm id eſt rariſſimum exemplum.

Vomitus parui & frequenter repetẽtes, birioſi, ſynceri, mali ſunt in copioſiore ventris ſubductione & intenſo lumborum dolore. 560 Οἱ κατὰ μικρὰ ταχὺς, χολώδεες, ἄκρητοι ἔμετοι, κακὸν, ἐν ὑποφορῇ πλείονι καὶ ὀσφύος ἀλγήματι συντόνῳ. B

Vomitiones birioſæ, ſynceræ, paucæ & crebræ damnandæ ſunt, ob magnam bilis & corruptelæ copiam, quæ etiam ſua acrimonia inteſtina lancinat & lumborum dolorem facit, non ſecus ac ἐν χολώδεσιν ἀκρήτοισι διαχωρήμασιν ὀσφύος ἄλγημα ponit in Prorrh. ἐν ὑποφορῇ autem legunt exemplaria publicata pro ὑποφορῇ, facili lapſu, quæ vox huius Præſagij authori familiaris eſt. Etſi ὑποφορὴ humorum corruptelam & proluuiem aluo refuſam ſubindicare poteſt.

Vbi ex vomitu anxietudo occupat, vox ſtridula eſt, oculi puluere obſiti, inſania portenditur, ac tales vehementi inſania correpti, voce defecti intereunt. 561 Τὰ δὲ ἐμέτων ἀσώδεα, κλαγγώδεα, ὄμματα ἐπιχνοῦ ἔχοντα, μανικά· ὀξέως μανέντες ἐπίσχεσιν ἄφωνοι. C

Hæ duæ ſententiæ ex Prorrh. 17. natæ ſunt, in vnamque coaleſcunt. ἐπίχνουν autem ἐπίχνουν χνοῦν (etſi varia ſcriptione) exponit Galenus in Exegeſi, & concretum pululſculum aut lanuginem ſignificat, vt ſint ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα, oculi puluerulenti, ſqualidi, & puluere veluti lanugine ac ſorde quadam obſiti, quod per nimium æſtum iter facientibus præ intenſa ſiccitate accidit, & in inſanientibus, aut ex ardentibus febribus marceſcentibus inſpicitur. Inſaniam igitur eamque non leuem, ſed vehementem & furioſam portendi non eſt abſurdum, & ex ſiccitate & vitalitatis reſolutione, cum vocis defectu interitum. Hoc autem loco vniuerſalem doctrinæ complexionem habet, quod in Prorrhetico Hermozygis coniugis nomine inſignitum, ex obſeruatione enatum apparet, ideóque non temerè coniunximus ex publicatis exemplaribus, etſi quædam cum Cornario ſeparant. Exemplaria omnia, tum ſcripta, tum publicata, κλαγγώδεα ὄμματα iungunt, vitioſè tamen, vt ſatis apparet, cum κλαγγώδεα ad vocem ſtridulam referatur, & voci deſtinatorum inſtrumentorum ſiccitatem denotet, vt in Prorrhetico κλαγγώδεες φωνὴ, dicitur. Demetrius tamen Epicureus κλαγγώδεα ὄμματα ex hoc loco legiſſe videtur, & δακρυώδεα interpretari, vt ſatis conſtat ex Erotiano, qui eum hac in re grauiter hallucinatum exiſtimat. Quinetiam (ſi modò vera eſt lectio) hunc locum indicare videtur Erotianus, cùm κλαγγώδεα exponit, etſi ad vocem referre oportet, vt ſatis ex Prorrhetico patet, & ex his quæ hoc modo ſcribit Erotianus, [illegible] Vt ſatis appareat ex hoc loco in Prorrhet. legendum eſſe, τὰ δὲ ἐμέτων ἀσώδεα, κλαγγώδεα φωνῇ. vt etiam admonuimus in noſtra OEconomia. D

In vomitu eum qui ſiti prematur ſitis expertem eſſe malum eſt. 562 Ἐν ἐμέτῳ διψώδεα ἐόντα, ἄδιψον γενέσθαι, κακόν.

Illud delirium ac phrenitidem prænunciat, & ex his Prorrhetici locis pendet. [illegible] Et, [illegible] Et, [illegible]

In angore & peruigilio vexatis, ad aures abſceſſus maximè obueniunt. 563 Ἐν ἀσώδεσιν ἀγρύπνοις τὰ παρ' οὖς μάλιστα. E

Hæc ſententia ex Prorrh. 157. deſumpta apparet, eumque in modum mihi reponenda videtur, etſi in exemplaribus valde diſcerpta eſt. Cornar. illud ἐν ἀσώδεσιν ἀγρύπνοις ſuperiori ſententiæ iungit, quò plenior phrenitidis ſpes fiat. Reliqui codices hanc cum ſequenti ſimul iungunt. Sed etſi abſceſſuum ad aures non ſatis firma ſpes ſit, quòd & alia ſigna (qualia ſcribit Galenus in Prorrh.) in conſiderationem adhibenda ſint, conſtat tamen integram iſtam eſſe ex Prorrh. ſententiam.

In anxietate laborantibus cum alui turbulenta ſuppreſſione, celeriter velut culicum puncturæ in cutem erumpunt, & ad oculos lachrymoſus abſceſſus procedit. 564 Τοῖς ἀσώδεσι κοιλίης ταραχώδεος ἐπιστάσεις, διὰ ταχέων ἐξανθεῖ οἷα κωνώπων κεντήματα, καὶ ἐς ὄμματα δακρυώδης ἀπόστασις ἔρχεται. F

Ambigua valde ſententia & ex obſeruatione nata. Incertum nanque eſt num de abſceſſibus ad aures iſta intelligantur, quod facit Cornarius. In quibus ſignificandis magnam facit ſpem alui ſuppreſſio, faciei rubor, & humentes oculi, qualia per [illegible] ſæpe intelligit huius Præſagij & Prorrhetici author. Hic ergo τὰ κωνώπων κεντήματα, τὸ [illegible] indicabit. Oculi autem lachrymoſus abſceſſus, τὸν ἐς δάκρυα ἔχοντα. Quæ ſunt ſurſum repentis materiæ & ad ſuperiora abſceſſuum ſignificationes. Mihi tamen magis arridet vt de anxietate per ſe laborantibus, abſque parotidum ſignificatione, iſta intelligantur. Nam cum ἄση (vt ſæpe diximus) oppreſſarum corporis virium, aut vitioſi humoris os ventriculi lancinantis ſymptoma ſit, quod in malignis febribus ſæpe viſitur: non mirum eſt ebullientis materiæ feruorem, in cutem prorumpere, & velut culicum morſus papularum ſpeciem præ ſe ferre. Quæ indubitata ſunt certæ malignitatis indicia. Potiſſimùm autem in cutem efferuntur aluo ſuppreſſa, & materia intro exagitata, cuius vapores ſurſum ſublati & condenſati, in oculos facilè deriuant. Quæ autem hic κωνώπων κεντήματα dicuntur, κωνώπων δήγματα vocat libr. 7. epid. & hos culicum morſus ac puncturas in Pherecyde ac fullone in Syro valde ſuſpectas habet. Cæterùm hic κοιλίης ταραχώδεος malim quam ταραχώδεις, quod tamen legunt omnia exemplaria, tum publicata, tum manu ſcripta. G

Et ſynceris vomitionibus ſingultus malus eſt, mala quoq; conuulſio. Quinetiam idem exiſtimandum eſt in immodicis purgationibus, quæ ex medicamentorum potionibus fiunt. 565 Ἐπὶ ἀκρήτοις ἐμέτοις λυγμὸς, κακόν. κακὸν δὲ καὶ σπασμός. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσι τῇσιν ἐκ τῶν φαρμακείων.

Ex placito 3. lib. 7. & 3. lib. 5. æſtimationem ſumit hoc præſagium. Vbi κακὸν, vt illic etiam, θανάσιμον ſignificat. Extrema verò pars ex aph. 4. lib. 5. & 41. lib. 7. notionem accipit.

Qui vomituri ſunt, iis antea os crebra ſaliuatione impletur. 566 Οἱ μέλλοντες ἐμεῖν, πτυαλίζουσιν ἐμπροσθεν. H

πτυαλίζειν ſignificat Galeno τὸ πτύειν πολλάκις, ἢ πληροῦσθαι συνεχῶς πτυάλου τὸ στόμα, & per crebram ſputationem, aut oris ſaliuationem indicat, quæ vomitum inſtantem prænunciat. Quod his verbis ſignificat Galenus in Prorrh. ſimulque eius rei cauſam indicat. [illegible] Harum porrò ſententiarum diſtinctio iſta longè melior viſa eſt, quàm quæ publicatis codicibus conteſtata eſt.

Ex epoto veratro conuulſio exitium adfert. 567 Ἐπὶ ἐλλεβόρῳ σπασμὸς, ὀλέθριον.

Placitum

A Placitum eſt.1. lib.5. quod repetitur in Epiſt. περὶ ἐλλεβορισμοῦ.

568 Ἐπὶ πάσῃ καθάρσει πλεοναζούσῃ, ψύξις μεθ' ἱδρῶτος, ὀλέθριον, καὶ οἱ ἐπανεμέοντες διψώδεες ἐν τούτοισι κακόν. οἱ δὲ ἀσώδεες ὀσφυαλγέες, κοιλίην καθυγραίνουσι.

In omni ſuperflua purgatione, frigus cum ſudore exitiale. Et inter hæc qui ſubinde vomunt, & ſiticuloſi ſunt, malè habent. Qui verò anxietate laborant cum lumborum dolore, iis aluus humectatur.

κάθαρσιν φαρμακείαν ſignificat, vt τὸ καθαίρειν φαρμακεύειν exponit Galenus Comm.4. in libr. de rat. vict. in morb.ac. & in Prorrh. In redundante igitur & ſuperflua medicatione, refrigeratio cum ſudoribus ſyncopas minatur, tandemq; etiam exitium ex calidi natiui extinctione & ſolidarum partium diſſolutione. Quòd ſi præterea creber adſit vomitus & ſitis, magnam oris ventriculi exolutionem ac vitium à medicamento factum indicatur. Poſſunt & iſta de inſanientibus & phreniticis malè affectis intelligi, qui ad

B medicationes malè habent, vt patet ex Prorrh. quos ſæpe per ἐπανεμέοντας μέλανα, διψώδεας, & ἀσώδεας intelligit Prorrhetici author, quod in huiuſmodi ventriculus ac illius oſculum bile redundet. Sic quoque libr.4. de rat.vict. in morb. acut. διψώδεας purgatione tentari vetat. Quod ſequitur, οἱ δὲ ἀσώδεες, poteſt per ſe intelligi & de his accipi quibus acri humorum vitio & malignitate vellicatur ventriculi os, cuius per inteſtina depoſitu, morſus, lumborum vellicatio & dolor ſentitur. Sed tunc ἀσώδεις faciunt, idque citra vomitum contingit. Quod interdum inſanientibus attribuitur, præſertim ſi nigra aluus profundat, vt ſcribitur in Prorrh. & antea quoque hoc Præſagio expreſſum eſt.

569 Αἱ ἐξέρυθροι, μέλαιναι, ἀπὸ ἐλλεβόρου καθάρσιες, πονηραί. καὶ ἔκλυσις δὲ μετὰ τοιούτων, κακόν.

Ex epoto veratro prærubrorum & nigrorum purgationes vitioſæ. Virium exolutio cum talibus mala eſt.

C Veratrum vtranque bilem purgat & pituitam Meſueo, ſed vomitiones, ſtrangulatus, & conuulſiones accerſit exolutionéſque, vt ſcribit Hippocrates ἐν τῷ περὶ μανίας λόγῳ. Violenta autem & periculoſa eſt purgatio, quæ ſyncopas & animi defectiones, aut nimia concuſſione ac vi ſanguinem etiam elicit. Quod euenit non rectè exhibito veratro, nec antea emollito aut præparato corpore, vt docet Galen. Com.1.in libr.6.epid. Nam propter nimiam diſtenſionem ac vellicationem, aut vehementem concuſſionem (quam μοχλείαν ἰσχυρὰν vocat Galenus & Paulus) à veratro excitatam, vas aliquod rumpitur, & ſanguis exhauritur. Quod etiam ab efferа & vehementiori cuiuſuis medicamenti vi contingere poteſt.

570 Ἀπὸ ἐλλεβόρου ἐμέσαι ἐρυθρά, ἀφρώδεα, ὀλίγα, ὠφελεῖ. ποιεῖ μέντοι σκληρύσματα, καὶ ἐμπυήσιας μεγάλας ἀφίστησιν. Εἰσὶ δὲ οἱ τοιαῦτα ἐμέοντες δυσχερῶς τε καὶ

D στῆθος ἐπώδυνοι, καὶ ἐν τοῖς ῥίγεσιν ἐφιδροῦντες, καὶ ὄρχιας ἐπαιρόμενοι. τούτου προσγενομένου, ἐκριγώσαι καὶ ἰσχναίνονται.

Epoto veratro rubra, ſpumantia, pauca, vomitione reiicere iuuat. Duritias tamen facit, & magnas puris intro collectiones eximit. Qui verò talia vomitione refundunt, pectoris præcipuè dolore conflictantur, & in rigoribus crebro & tenuiter exudant, teſtes in tumorem ſublatos habent. Quo in caſu ſubinde rigent, & graciles euadunt.

ἐρυθρὰ hîc vt antea, ſanguinolenta intelliguntur. Sumi etiam poſſunt biliosa, quæ ex rufo ad rubrum accedunt, qualis eſt bilis vitellina craſſa, quæ deiectiones rubentes facit, qualia antea quoque huius præſagij author annotauit, ἐρυθρὰ διαχώρησις περὶ κρίσιν ὠφελεῖ. σκληρύσματα verò quænam hîc intelligantur non ſatis perſpicuum. Poſſunt tamen ea ad corporum ſoliditatem & duritiem referri, quæ ad veratri purgationem antea emollienda & præparanda ſunt cum humorum attenuatione, ex Hippocrat. præſcripto, quo ductilia ad diſtenſiones & vellicationes reddantur, alioqui periculum fore ne in concuſſionibus contracta, propter duritiem rumperentur, aut diſtorquerentur, quod ſcribit Galen.Com.1. in libr.6. epid. Has igitur in conuulſionibus diſtortiones, quæ ma-

E le exhibito veratro contingunt, ὅταν (vt ſcribit Galenus) σπασθέντα ὑπὸ τὸ σκληρὸν ἐν τοῖς σπαραγμοῖς ὁ καθαιρόμενος, σκληρύσματα vocare videtur. Aut certè σκληρύσματα τὰ σκληρὰ & quæ κατασκελετεύειν in Exegeſi exponit Galen. ſumi poſſunt, vt σκληρύνεσθαι σκελετεύεσθαι, quod eſt reſiccari, areſieri, rigere ac dureſcere, quòd veratrum crebrò ſumptum rigiditatem inducat. Quod ſequitur, καὶ ἐμπυήσιας μεγάλας ἀφίστησι, admodum eſt obſcurum & inſolens, ac (ſi modò lectio vitio non caret) ſuppurationes magnas eximere aut inhibere veratrum ſignificat, quod inueteratis, diuturnis, ac deploratis morbis, & quibus ſpes ex aliis præſidiis adempta eſt, veratrum exhibeatur, vt ſcribunt Paulus & Galenus, Sed ſanè pus intrò colligentibus veratro abſtinendum eſt, & μὴ διδόναι ὅπη ἐμπύοις præcipit Hippocrates, & libr.de rat.vict. in morb. acut. diſertis verbis ſuppurationis cauſas excludit. Quod effecit vt exiſtimarim aliquando hîc legendum eſſe, ἐμπυήσιος μεγάλας ἀφίστησιν, meliore phraſi, cuius opinionis me necdum pœnitet, vt ſit ſenſus, veratrum à magnis intro collectis ſuppurationibus auocare, abducere, auertere aut dehortari. Reliqua ſunt difficilis vomitionis & anguſti thoracis, ac nimiæ in vomitu contentionis ſymptomata. Antea autem huius præſagij prima pars aliquo modo expreſſa videtur, ſed illic ἀφρώδεα συχνὰ non ὀλίγα, legitur.

F 571 Αἱ πυκναὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἀποστροφαὶ ἐμετώδεες, περὶ κρίσιν μέλανα ἔμετον ποιέουσι. γίνονται δὲ καὶ τρομώδεες.

Crebrò repetentes iiſdem perſeuerantibus caſibus vomitiones, ad iudicationem nigra vomitione refundunt. Quinetiam tremulos ægros faciunt.

Aliter antea expreſſa eſt hæc ſententia (ſent.122.) & explicata. Poteſt etiam hoc præſagio vehemens inſania ſubindicari, quod illic nigrorum vomitum, & tremulos ægros ſæpe annotet huius Præſagij & Prorrh. author, præcipuè verò vomitu, & peſſimis cum eo perſeuerantibus caſibus. Hic autem ἀποστροφαὶ ἐμετώδεες dicuntur, quæ antea αἱματώδεες.

572 Ἱδρὼς ἄριστος μὲν ὁ λύων τὸν πυρετὸν ἐν ἡμέρῃ κρι-

G σίμῃ. χρήσιμος δὲ καὶ ὁ κουφίζων. ὁ δὲ ψυχρὸς καὶ μοῦνον περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον γινόμενος, φλαῦρος. καὶ γὰρ χρόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει.

Sudor optimus ſanè qui febrem die iudicatorio tollit. Vtilis autem & qui alleuat. Malus verò frigidus, & vbi caput duntaxat & ceruix inſudat. Nam & temporis diuturnitatem, & periculum denunciat.

ὁ κουφίζων] Alter ſudoris gradus hic vtilitatis, in Progn. bonitatis indicaturam habet. κουφίζων autem, ὁ διὰ τοῦ παντὸς τοῦ σώματος ἐκπίπτων φέρων τὸ νόσημα. dicitur in Prognoſtico.

ὁ δὲ ψυχρὸς] Hic omittitur medius ordo ſudorum qui mediocriter mali ſunt, quem ex Prognoſtico ſumas licet. Frigidorum autem ſudorum alij ſunt gradus in Prognoſtico, & hic duobus modis frigidus ſudor damnatur, qualiter libello περὶ κρισίμων repetitur, ex placito 37. & 42.lib.4. Celſus * multum ſudare, maximéque frigido ſudore, mali morbi ſignum eſſe ſcribit. Idem, vbi frigidus ſudor inter febres non acutas, circa caput tantum & ceruices oritur, malum longius tempus habiturum ſignificat. At ſudorum tracta-

H tio plena eſt & abſoluta in Prognoſtico & libello περὶ κρισίμων, vnde iſta ſunt in hoc præſagium traducta. Præcipua autem ſudoris laus eſt, vt & die critico febrem finiat, & toto corpore diffundatur, ex placito 36. & 56. libr.4. Celſus † etiam ſudores improbat non per totum corpus æquales, quique febrem non finiant. Et, vbi febre non quieſcente corpus inſudat, morbum longius tempus habiturum †† ſcribit.

* Cap.4.lib.2. † Cap.4.lib.2. †† Cap.5.

573 Ἱδρὼς δὲ ψυχρὸς, ἐν ὀξεῖ μὲν πυρετῷ θανάσιμος, ἐν πρηϋτέρῳ δὲ, χρόνου σημαντικός.

Sudor autem frigidus, cum acuta quidem febre, exitium, cum mitiore verò, diuturnum fore morbum ſignificat.

Ex placito 37.libr.4.expreſſa ſententia, niſi quòd χρόνος hic, μῆκος νόσου ſignificat. Et frigidus ſudor in acuta febre peſtiferus eſt A
Celſo. * Cap.6. Lib.2.

Sudor vna cum febre, acuto morbo vrgéte, malus.

174 Ἱδρὼς ἅμα πυρετῷ γινόμενος ἐν ὀξεῖ, φλαῦρον.

Prorrh.58. aliter paulò ſcribitur, vbi copioſus ſudor in febre acuta damnatur. Et Celſus, acuto morbo vrgente, multum ſudare, mali morbi ſignum eſſe ſcribit. Et aph.42.lib.4.& 63.lib.7. ſudor copioſius fluens, ſiue frigidus, ſiue calidus, damnatur.

Vrina in febre album & læue depoſitum habés ſedimentum, celerem liberationem denunciat. Celerem quoque quæ diluta indiſcretam quandam habet pinguedinem. Quæ verò aliquantulum rubet, ſubrubrum habet ſedimentum & læue, ſi quidem ante ſeptimum diem appareat, ſeptimo die ſolutionem fore deſignat, poſt ſeptimum autem tardiorem, aut planè diuturnam. Et quæ quarto die ſubrubram nubeculam capit, ſeptimo die liberat, dum reliqua pro ratione habeant. Tenuis autem & bilioſa, & ægrè lentum habens ſedimentum, & quæ in melius ac deterius commutatur, temporis diuturnitatem poſtulat. Quòd ſi iſtud diutiùs perſeuerat, aut ad iudicationem temporis longinquitas requiratur, periculo non vacat.

175 Οὖρον ἐν πυρετῷ λευκὴν ἔχον καὶ λείην ὑπόστασιν ἱδρυμένην, ταχεῖαν ἄφεσιν σημαίνει. ταχεῖαν δὲ καὶ τὸ ἐξ ἀκρίτου λίπος ἴσχον ἢ ξυνδιιστάμενον. τὸ δὲ ὑπέρυθρον, καὶ τὴν ὑπόστασιν ἔχον ὑπέρυθρόν τε καὶ λείην, B πρὸ μὲν τῆς ἑβδόμης γινόμενον, ἑβδομαῖον ἀπολύει. μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην, χρονιώτερον, ἢ πάμπαν χρόνιον. τὸ, τῇ ἐν τετάρτῃ λαβὸν ἐπινέφελον ὑπέρυθρον, ἑβδομαῖον ἀπολύει, τῶν λοιπῶν κατὰ λόγον ἐχόντων. τὸ δὲ λεπτὸν καὶ χολῶδες, καὶ τὸ μόλις γλίσχρον ἔχον ὑπόστασιν, καὶ τὸ μεταβάλλον ἐπὶ τὸ βέλτιον, καὶ χεῖρον, χρόνιον. ἐπιπλεῖον δὲ τούτου ἐπακολουθοῦν, ἢ περὶ κρίσιν χρόνιον γινόμενον, οὐκ ἀκίνδυνον. C

Vrinarum iſta ſpeculatio (qua non alia toto hoc Præſagio relucet amplior aut copioſior) etſi ambiguè conſarcinatam habet texturam, plena tamen eſt varietatis & doctrinæ, feréque quicquid ad vrinarum cognitionem paſſim in Hippocratis monimentis eſt diſperſum, & in artis opere diligenter obſeruatum, id totum velut in vnum corpus, ad eam facultatem huc confertur. Plenior verò huius doctrinæ abſolutio, tanquam regula ex Prognoſt. petenda, vnde multa huc ſunt tranſlata.

τὸ ἐξ ἀκρίτου λίπος] Vrina diluta & aquoſa, inter tenues repoſita, raras habet probitatis notas, niſi ex maioris & minoris collatione. Valde igitur perplexus eſt hic ſenſus, & quamnam pinguedinem intelligat non eſt facile explicatu. Mihi tamen intelligi videtur concreta illa & continua vrinæ ſuperficies, qualis lacti aut iuſculo refrigerato ſuperinducitur, & χνόη Græcis dicitur, quòd ſit veluti in vetulis rugoſa quædam cutis ſuperficies, quæ & in ſalubribus ſignis, & coctione firmata viſitur, vt ſcribit Galenus libr.4. ſalubrium. ἐξ ἀκρίτου autem continuam & non diuulſam rugoſam illam ſuperficiem eſſe vult, non ſeparatam, aut velut guttis reſperſam, velut in colliquationis ſignis contingit, & oleoſas vrinas repræſentat. Eáque ſuperficiei velut pinguedinis continuatio, firmum naturæ concoquentis robur indicat. Alioqui non video quanam ratione ſupernatans pinguedo vrinas probas reddat. Poteſt etiam accipi, τὸ ἐξ ἀκρίτου ξυνδιιστάμενον οὖρον, vrina, quæ ex confuſa & returbida ſubſidit ac conquieſcit, dum naturâ coctionem procurante, terreum ab aqueo calore ſecernitur aut quæ ex confuſa, hoc eſt, craſſa, grumoſa, pauca diluta redditur, id eſt tenuis & copioſior, qualis laudatur aph.69.libr.4. Eadem quoque pingue quiddam, lentum & adipoſum ſupernatans habere poteſt, in ſpecie quidem, & quale quid modò indicauimus, non autem veram pinguedinem exprimens, quæ ſanè toto genere præter naturam eſt, & συντηξιν ſignificat.

τὸ δ' ὑπέρυθρον] Ex Prognoſtico & præcipuè ex aph.71.lib.4. facilis eſt huius loci explicatio. Illud autem, τῶν λοιπῶν κατὰ λόγον ἐχόντων idem quod in aphoriſmis, καὶ τἄλλα κατὰ λόγον, ſignificat, & reliquorum ſignorum quæcunque futuram iudicationem prænunciant, in conſilium rationem adhiberi poſtulat, eorúmque ſignificationem per reliquas excrementorum notas exquiri vult. Ac velut in E vrinis, ita in alui inferioris deiectionibus & ſputi reiectionibus, ac reliquis criticis ſignificationibus, ad iudicationem omnia reſpondere oportere ſignificat.

τὸ δὲ λεπτὸν καὶ χολῶδες] Hic videtur tenues & crudas vrinas oſtendere, & quæ morbum portendunt, & ad concoctionem temporis longinquitatem deſiderant, tum quæ ſæpiùs mutantur, & inconſtantes ſunt, modóque puræ emittuntur, modò etiam ſedimentum aliquod læue deponunt, quæ quidem ex Prognoſtico diuturniorem morbum ſignificant. Hoc autem loco τὸ χολῶδες οὖρον dicit, quod in Prognoſtico πυῤῥὸν, ex bilis flauæ quantitate, aut vbi ſyncera vrinæ permiſcetur, & abundè croceo colore vrinam tingit. Rufam aut fuluam dicunt: Celſus" rubram, quod impensè colorata ſit, vocat. Quòd verò bilioſæ huiuſmodi vrinæ nullum aut pauciſſimum habeant ſedimentum (vt ſcribit Galenus) τὸ μόλις γλίσχρον additur, ideóque ſanè ad ὑπόστασιν retulimus, quanquam aliter videatur legiſſe Cornarius, non tamen abſimili ſenſu. Et quam ægrè lentam ac viſcidam ſubſidentiam hic intelligimus parcam aut paucam dicere potuimus, tum quod rei notioni optimè congruat, tum quod etiam in eam rem γλίσχρον reponatur. Poſtremò quod F ſequitur. ἐπιπλεῖον δὲ τούτου ἐπακολουθοῦν, hunc mihi ſenſum habere videtur. Vrinas varias & tenues ſi diutiùs perſeuerent, morbúſque protrahatur, & ad iudicationem temporis longinquitatem requirat, periculo non vacare, metuendúmque ne ſæpe antequam ſpatio matureſcat, hominem rapiat, quod etiam ex Prognoſtico Celſus expreſſit. De variis autem vrinis & inconſtantibus ſcribitur libello περὶ κρισίμων. ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν αἱ μεταβολαὶ ἔχει τὰ οὖρα, χρόνον τι σημαίνει, καὶ ἀνάγκη τὸν ἀσθενέοντα μεταβάλλειν ἢ ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἢ ἐπὶ βέλτιον. Quod etiam repetitur lib.4. de rat. vict. in morb. acutis. " Cap.6. Lib.2.

Diluta vero & alba in diuturnis morbis perſeuerans, difficilem & non ſecuram iudicationem facit.

176 Ὑδατώδες δὲ καὶ λευκὸν διατελέως ἐν χρονίοισι, δύσκριτον γίνεται, καὶ οὐκ ἀσφαλές.

Huiuſmodi vrinæ aquoſæ & albæ, quæ dilutæ dicuntur, tenues ſunt. vt ſcribit Galenus, & ſummam indicant humorum cruditatem facultatiſque naturalis imbecillitatem, ideóque exitiales ſunt Hippocrati in Prognoſtico. De his ſcribitur libello περὶ κρισίμων. ἢν ὑδατώδεα οὖρα μὴ ὅμοια ᾖ, ἀλλὰ γίνηται πυκνὰ ἐκ λεπτῶν, καὶ παντελῶς λεπτὰ, δύσκριτα καὶ ἀβέβαια τὰ τοιαῦτα. G

In vrinis nubeculæ, albæ quidem & quæ infimum locum tenent, vtiles ſunt, rubræ verò, nigræ ac liuidæ, moleſtiam exhibent.

177 Νεφέλαι δὲ ἐν οὔροισι λευκαὶ μὲν καὶ κάτω, λυσιτελέες. ἐρυθραὶ δὲ καὶ μέλαιναι, καὶ πελιαὶ, δύσκολοι.

Aliter ſcribitur in Prognoſt. vbi & nubeculas ἐμφέρεσθαι, hoc eſt, per vrinam inuehi ſcribit, nigras autem ſolas vitioſas eſſe dicit, vbi & liuidas comprehendit.

In præcipitibus morbis periculum denunciat vrina bilioſa, neq; aliquantulum rubra, & quæ hordei toſti non exactè moliti craſſioribus fruſtulis ſimilia habet ſedimenta, alba, & quæ colore ac ſedimento variat, præcipuéque in iis quæ ex capite fiunt defluxionibus. Perniciem etiam pre ſe fert, quę ex nigra in bilioſam tenuem tranſit, & quæ ſedimentum habet diuulſum, quæque ex his quæ denſata per vrinam ferũtur, quod ſubſidet habet aliquantulum liueſcens & limoſum.

178 Κινδυνῶδες τῶν οὔρων ἐστὶ τὸ χολῶδες, μὴ ὑπέρυθρον, ἐν τοῖσιν ὀξέσι, καὶ τὸ κριμνῶδες, λευκὰς ἔχον H ὑποστάσιας, καὶ τὸ ποικίλον χροιῇ καὶ ὑποστάσει. καὶ μάλιστα τοῖσιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥευματισμοῖσι. κινδυνῶδες δὲ καὶ τὸ ἐκ μέλανος μεθιστάμενον ἐς λεπτὸν χολῶδες, καὶ τὸ ἐξ ὑποστάσιος διεσπασμένον, καὶ τὸ ἐκ τεφρώδεος ὑπόστασιν ἴσχον ὑπόπελιον, ἰλυῶδες.

ἐστι

A ἆρα ἐκ τοιούτων ὑποχόνδριον ὀδυνῶνται, δοκέω δεξιόν. ἢ καὶ χολώδεες γίνονται, ἢ τὰ παρ' οὖς ὀδυνώδεες. τούτοισιν ἐπὶ βραχὺ κοιλίη καταῤῥαγεῖσα ὀλέθριον.

Ac fortaſſe ex his quidem præcordia dextra dolor occupat, aut ex virore palleſcunt, aut abſceſſus ad aures cum dolore excitantur. In his paulò poſt effuſa aluus periculum denunciat.

ὑπομελαίνας ὑποστάσεις] quænam ſint oſtendit Galen. Comment. in Prognoſt. vbi candicantia etiam huiuſmodi ſedimenta damnantur, & copiam crudæ, incoctæ, & flatuoſæ materiæ ſignificare ſcribitur. Eſt & vbi magnam materiæ inæqualitatem, pituitæ crudæ & craſſæ pertinaciam, interniꝗue incendij vehementiam huiuſmodi ſedimenta denotant, & morbi longitudinem difficilemque liberationem faciunt, vt patet ex aph. 31. lib. 7. & Philiſco, Sileno, Philini & Epicratis vxore lib. 1. epid. Colliquationis quoq; & æſtuantis incendij periculum denunciant huiuſmodi vrinæ, vt ſcribit Gal. lib. 1. de Criſ. & Comm. 5. in lib. 6. epid. Ac de iis abundè ſcripſimus noſtris in lib. 1. & 3. epid. annot.

B ἢ τὸ ποικίλον χρῶ] Vrinæ inconſtantes & variæ, variè quoque affectas naturæ vires & ingentem materiæ inæqualitatem indicant, pro cuius qualitate & copia, modo erigitur, modo etiam natura deprimitur. Quod in capitis defluxionibus manifeſtò percipitur, in quibus vrinæ pro fluxionis modo & copia ſæpiùs tenues, interdum etiam paulò coloratiores & magis concoctæ apparent.

ἢ τὸ ἐξ ὑποστάσιος διεσπασμένον] Noua phraſis quæ ſedimentum diuulſum indicat & inæquale, ingenſque naturæ inæqualitas denunciatur ac turbatio à flatuoſo ſpiritu, qui naturam diſtrahit & materiæ continuitatem diſſipat, & in altum ſubuehit, vnde ſæpe huiuſmodi vrinæ nigræ & tenues cum contentis diuulſis ac diſperſis phrenitidem & delirium denunciant, vt ſatis videre eſt ex hiſtoriis epid. præcipue ægr. 13. 14. & 15. lib. 3. epid. poſt ſt. peſt.

ἢ τὸ ἐν τροφιώδεσι] Inſolens eſt dictio & inter obſcuras repoſita, tantumque ab Hippocrate hoc Præſagio & libr. 7. epid. in Philiſtide vſurpata. τροφιῶδες autem οὖρον intelligi videtur vrina quæ contenta denſata & compacta, quædam innatantia habet, & veluti quædam ſublimamenta grumoſa, conferta & denſa, ex multa materia cruda & flatulenta. τροφιῶδες explicat Galenus ἐν γλώσσαις ἔχον

C ἐναιωρήματα ποια παχυλὰ, ἀπὸ τοῦ τρέφεσθαι, ὃ ἐστι πήγνυσθαι, quemadmodum & θρομβῶδες Heſychio παχυῶδες ſignificat. Ac huiuſmodi vrina crebrò videtur in periculoſis morbis ex magna crudæ materiæ ſuccenſæ & agitatæ copia, ac videntur referre, quæ Hippocrat. ἐναιωρήματα στρογγύλα, διεσπασμένα dicuntur, fereq; conuulſiones ac deliria portendunt, magnumq; intrò conceptum incendium agitationemq; ſignificant. Quod apparet ex pluribus epid. hiſtoriis, præcipuè ægr. 1. & 8. lib. 1. & ægror. 3. & 4. lib. 3. & ægr. 11. libr. 3. poſt ſt. peſt. Compacta igitur illa per vrinam ſublata, materiam craſſam, flatulentam, agitatione & incendio commotam ſurſumq; ſubuectã denotant, fereq; tales vrinæ nigreſcunt ex incendio, & perniciem præ ſe ferunt, viſcerumq; effœtam virtutem ac reſolutionem quãdam, maximè verò hepatis, vt ex annotatis hiſtoriis cuiuis liquidò patet. Nec ſanè mirum eſt in tam maligna humorum complexione, tantoq; viſcerum cauo, concepto incendio, viſceris alicuius inflammationem adeſſe, ac præcipuè dextri, cuius intrò inclinationem & contentionem adſcribit in Philiſt. lib. 3. epid. velut ſplenis tumorem in Philiſco. libr. 1. epid. Subſidentia autem limoſa & ſublieſcens inde exiſtens, exſiccationem & torrefactionem indicat. Atque ſi modò vera eſt hæc ſcriptio, iſtam mihi interpretationem iu-

D re quodam ſibi vendicare videtur. Sed Prorrh. 156. vnde huius ſententiæ extremum deductum eſt, ἐν στροφώδεσι legitur, & Galenus ex Dioſcoride & Capitone ἐν στροφώδεσι agnoſcit, & στροφώδες οὖρα dici ſcribit, τὰ ἔχοντα τινὰ ἐν αὐτοῖς ἐναιωρήματα παχέα · ἀπὸ τοῦ στρέφεσθαι, ὃ ἐστι πήγνυσθαι, γενικῶς τοῦ ἐνίστασθαι. Vnd ſatis apparet apud Galenum τροφιώδεα οὖρα Dioſcoridem & Capitonem legiſſe, aut eandem eſſe notionem apud eum τῶν τροφιωδέων & στροφωδῶν οὔρων, quod ex eodem ferè ſignificato pendeant, ἀπὸ τοῦ τρέφεσθαι, quod coaleſcere, cogi ac denſari, aut velut concreſcere ſignificat. Sic enim Euſtathius τρέφεσθαι πήγνυσθαι interpretatur, Galeniq; lectionem vitiatã eſſe apparet ex hemiſtichio Homerico Iliad. ſecundo, v. 903. Indeq; eas vrinas intelligi, quæ craſſamenta quædam in vrina velut cõtorta, denſata, compacta, & conglobata habent contenta, ex conferta quadam materia & intenſo calore concreta. χλωώδεες porrò (ſic enim ex melioribus codicibus leg. exiſtimo, cùm Germanica exemplaria χολώδεες legant) dicuntur qui ex virore palleſcunt, ἢ, ὅπερ ἐπιχλωροῦνται) ἢ χλωραίνονται. χλωρὸν enim, χλωρότης, & χλωώδες χλωρὸν ſignificat vt ſcribit Galenus, & nos ſæpiùs τὸ ἐπιχλωῶδες ex Hippocrate

E expoſuimus, præcipueq; lib. 2. epid. quod magnam viſcerum impuritatem & inſigne humorum vitium ſequitur, & in Prorrhetico per ἰκτερῶδες deſignatur, niſi vocis affinitate vitioſa eſt ſcriptio. Aluus autem effuſa periculum intentans, ægri alicuius obſeruationem ob oculos ponit, in quo naturæ quidam impetus ad aures humores ſuſtulit, ſed facultatis naturalis imbecillitate & viſcerum corruptela irritata excretio perniciem attulit.

179 Οὖρα ἐξαίφνης παραλόγως ἐπ' ὀλίγον πεπασμένα, φλαῦρα. καὶ ὅλως τὸ παραλόγως πέπον ἐν ὀξέσι, φλαῦρον. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ἐξέρυθρον ἐκ τούτων ἐπανθισμα ἰῶδες κατεχόμενον. λευκὸν δὲ τὸ κατακεχυμένον διαφανὲς, οὖρον, πονηρόν. μάλιστα ἐν φρενιτικοῖσιν ἐπιφαινόμενον.

F πονηρὸν δὲ καὶ τὸ μετὰ πόσιν ταχέως διουρεόμενον, καὶ μάλιστα πλευριτικοῖσι ἢ περιπνευμονικοῖσι. πονηρὸν δὲ καὶ τὸ πρὸ ῥίγεος ἐλαιῶδες οὐρεόμενον, πονηρὰ δὲ ἐν τοῖσιν ὀξέσι καὶ τὰ χλοώδεα μὴ ἐπὶ χρόνον ἐόντα.

Vrinæ derepente præter rationem parum concoctæ, vitioſæ ſunt. Ac in totum quæ in morbo acuto vrina præter rationem cocta eſt, vitium denotat. In his quoque malo eſt prærubra efflorefcentia cõtenta atque æruginoſa. Alba verò effuſa & perſpicua vrina mala eſt, præcipuè in phreniticis apparens. Mala quoque quæ poſt potionem celeriter meitur, præſertímque in lateris doloribus & pulmonis inflammationibus. Mala etiam quæ ante rigorem oleoſa redditur. Malæ quoq; & in acutis morbis, & quæ ex viridi palleſcunt, nec in colore perſiſtunt.

Vt parum metuenda ſunt mala quæ præter rationem eueniunt, ita & valde ſuſpecta bona ſunt quæ temerè & ſubitò leuant, ex aphor. 27. lib. 2. Et caput eſt in tota iudicationis tractatione celeberrimum, τὰ δὲ μὴ κρίνοντα φαινόμενα ἐπὶ ὑποσχέσει. Sic & vrinæ quæ repente ac præter rationem, hoc eſt nullis cõſequentibus ſolutionis ſignis, aut die iudicatorio non ante ſignificatis, ſuſpectæ ſunt, & morbi reuerſionem aut difficilem iudicationem denunciant. Natura nanq; motiones ſtatis temporum circuitionibus & momentis exercet, quod ſcribit Galen. lib. 1. de dieb. decret. ἡ γὰρ τοι φύσεως κίνησις γίνεται ἐν τοῖς ἀξιόλοις τεταγμένοις. Et, τεταγμένον τὸ χρόνιον ἐστι ἡ φύσις, ἅπαξ αἱ κρατεῖ τῆς ὕλης, ἀναλογίας τῶν νοσημάτων, ἢ ἀξιόλοις τεταγμένας αἱ κινήσεις αὐτῆς γίνετ). Quod appoſitè dixit Hippocrates initio

G lib. περὶ χυμῶν. αἱ πεπασμοὶ ἐν τῷ χρόνῳ. Atq; hæc interpretatio optimè huic loco mihi quadrare videtur, & magnam Prorrh. 59. lucẽ afferre. Quod quidem variè diſſipatum, ex hoc loco vel facilè reſtitui poteſt. Nam & illic Galen. ex vetuſtis exemplaribus πέπονα agnoſcit & totus locus critica ſigna malè decernentia damnat, vt διὰ τὸ παραλόγως λυθῆναι & ἰδρὼς πολλοῦ ἐπὶ λύσει τὸ πυρετοῦ, ſatis indicat. Nec ſanè video quomodo hic πέπονα οὖρα ſubſiſtere poſſint, etſi ea retinet in Prorrhet. Galenus. Nec quæ de concoctis vrinis adfert, huic loco conueniunt, qui ſatis eſt per ſe perſpicuus, nec πέπονα οὖρα ſimpliciter damnat, ſed quæ ἐξαίφνης & παραλόγως, & iudicij ſeriem ſubuertunt. τὰ δὲ κρίσιμα ἐπὶ τὸ βέλτιον, ὡς αὐτίκα ἐπιφαίνεται, vt ſcribitur lib. 2. Epid. In hunc autem ferè ſenſum ſcribitur libro περὶ κρισ. αἱ πέπονες ἐπὶ ὕρων ἐξαπίνης ἐπιφαινόμενα ἐν τοῖς νοσήμασι ἐκεῖ πονηρόν, λύσιν τὴν νῦσον.

ἢ τὸ ἐξέρυθρον ἐκ τούτων] Prærubræ vrinæ efflorefcentias æruginoſas continentes quænam ſint non facile eſt cognitu. Videntur autem intelligi valde rubentes vrinæ, permixta multa ſanguinis incocti copia, ex renum aut magna facultatis naturalis imbecil-

H litate, in quibus ſupereminent bilioſa quædam, & velut in ambitu ſpumantes efflorefcentiæ ex bile incendioſa & prærubra enatant. (Eſt enim ἐπάνθισμα Galeno Comment. 1. in Prorrh. τὸ ἄνθος αὐτῶν ἐπιπολάζον) Quales in hepatis aut viſcerum inflammationibus cum inſigni obſtructione videri poſſunt, in quibus vrinæ ſaturato rubore nigricantes ex bile incenſa, & in ambitu ex viridi flaueſcentes apparent, & in arquatis ſæpe conſpiciuntur, vt in Hermocrate celebrantur lib. 3. epid. Illic enim rubræ vrinæ impensè rubras adumbrare videntur, vt diximus, & hic prærubræ ponuntur, quas in Prorrh. rubras ſimpliciter dixit. Eiuſmodi ergo vrinæ cùm naturalis facultatis aut renum imbecillitatem ſummam indicent, magnumq; intus incendium denotent, vnde bilis iſta aduſtio oritur meritò vitium præ ſe ferunt, Neque verò hic nobis neceſſe fuit Galeni interpretationem ex Prorrh. ſequi, neque κατακεχυμένα οὖρα ſubſiſten-

tes aut retentas vrinas dicere æquum videtur, cùm longè petita videatur notio, neque hîc λευκὰ οὖρα intelligantur, neque τὸ μικρὸν ἐπιφαινόμενον στάζιμα addatur, ἐκ τούτων autem ad vrinas ipſas in genere retuli, non ad concoctarum vrinarum ſpecies, cùm prærubræ vrinæ ſeroſi humoris & incocti magnam copiam præ ſe ferant: etſi de fugacibus concoctionis ſignis & de concoctionis leuitate aut inconſtantia iſta dici poſſint. Adeo difficilis eſt & inexplicata obſcuræ dictionis notio, & vbi ad æquitatem res deducitur, æquanimiter toleranda explicationis diſſenſio, in tanto præſertim præcipitio, aut tam lubrico opere. A

διαφανὲς οὖρον] Ex aph.72.lib.4. locus hic explicationem ſumit, & quod ſit διαφανὲς οὖρον in Sileno abundè diximus libr. 1. epidem. Celſus cap.4.lib.2. & Plin.cap.6.lib.28. dilutam vocat, cùm albam iungant & Hippocratis aphoriſmum interpretentur, ea tamen aquoſam explicat. Et hic καταχεόμενον effuſam vrinam, velut exundantem, aquoſam ac dilutam referre videtur, aut certè καταχεόμενον διαφανὲς rectè iungi poteſt.

ἢ τὸ μετὰ ποτόν] Magnum naturalis œconomiæ vitium & contentricis facultatis imbecillitatem, internarumque partium nutricationi deſeruientium, ac præcipuè hepatis ac renum exæſtuantem intemperiem denotat, quę ſtatim poſt potionem vrina redditur, aut vini aquei & tenuis exuperantem potum. Quod additur de pleuriticis ac peripneumonicis, partium internarum phlegmonas deſignat, in quibus (vt ſcribit Gal.) ſola ſalus in virium robore eſt poſita. In his etiam vrina potioni concolor naturalis facultatis imbecillitatem indicat, non ſecus ac alui profluuium perniciem ſignificat aph.16.lib.6. B

ἐλαιώδεις οὐρήσιες] Oleoſarum vrinarum gradus ac denunciationem fuſiſſimè aperuimus noſtris in libr.1. & 3. epid. Annotat. & ex veterum ac recentiorum decreto eas oſtendimus exæſtuans incendium præ ſe ferre, pro caloris tamen modo & coloris intenſione, perniciem aut eleuare aut exaggerare. Quæ tamen oleoſæ ferè omnes vrinæ veteribus adeo ſuſpectæ fuerunt, vt non leue colliquationis aut exæſtuantis incendij periculum denunciarent, vt ſatis ex hiſtoriis epidemiωn patet, in quibus oleoſæ vrinæ miſerabiles ſolicitarunt exitus. Quod certè nos non parum mouet, cur hic ante rigorem oleoſas vrinas vitioſas cenſeat. An quòd poſtea & iam obita iudicatione eas periculo vacare ſuſpicetur? Rigorem nanque pro iudicatione & ea quæ rigorem ſequitur liberatione ſumere videtur. Mihi certè æquius videtur, vt oleoſas vrinas intelligat, quæ tota natura, & colore & conſiſtentia oleum referunt, & ἐλαιώδη οὖρα à recentioribus dicuntur, eaſque ex veterum præcipueque Hippocratis decreto in totum damnet C & prauas cenſeat, ſiue ante iudicationem, ſiue poſtea apparuerint, ſiue febrem præceſſerint (quod tamen vix fieri poſſe videtur) ſiue eam comitentur, quod ſæpiùs contingit. Eoque modo rigor febrilis inſultus ſignificationem præbet, & quod ſequitur, περιρρεῖ δ' ἐν τοῖσιν ἔξω, huic è diuerſo reſpondere videtur, & propiùs ad oleoſas vrinas refertur, quæ certè in morbis acutis funeſtę admodum animaduertuntur ex hiſtoriis epidem. præcipuè ægrot. 11. & 12. libr. 1. & 14. & 16. libr. 3. poſt. ſt. peſt. Quæ poſtea ſequuntur, ἢ τὰ χλοώδεα, non parum negotij faceſſunt. Mihi videntur intelligi vrinæ quæ ex viridi palleſcunt, biliosi & æruginoſi ſucci permixtione, qui oleoſas vrinas facit & repræſentat. Quæ tamen pro materiæ modo, aut caloris temperatione, remiſſionem aut intenſionem accipiunt, quæ ex colore æſtimatur. Vt enim oleum ipſum vnius neque coloris, neque naturæ eſt, ita & oleoſæ vrinæ quædam ad candidum vergunt exoluto pallido, & ἐλαιόχροα recentioribus, colliquationiſque rudimentum deſignare dicuntur: quædam etiam bilioſi humoris vberiorem copiam & exaſſationem maiorem coloris intentione referunt, & ἐλαιοφαῆ vocantur, colliquationiſque incrementum prædicunt: iiſque duobus oleoſarum vrinarum generibus rectè iſta accommodari D poſſe videntur, cùm certum ſit ex bilioſi & æruginoſi ſucci feruore ac torrefactione, ex viridi pallecentes, vrinas fieri. Quę ſi colorem pro febris & incendij magnitudine, & materiæ copia intendant, iam in viridantes & nigricantes tranſeunt, & oleum ipſum tota natura repræſentant, verè quæ ἐλαιώδη recentioribus appellantur, & colliquationis vigorem præ ſe ferunt. Quas ſuperiora verba denotaſſe videntur, vbi propriam ſignificationem accipiunt, & ἐλαιώδη rectè dicuntur. Sic μὴ ἐπὶ χροιῇ ἱστάμενα in colore non perſiſtentes aut perſeuerantes accipiuntur, quæ colorem pro incendij & bilioſi humoris moderatione modò remittunt, modò intendunt, non autem ex viridi iam ferè nigricantem exactè retinent, quales tota natura oleoſæ, & quæ perfectæ colliquationis ſtatum, vt priores rudimentum & incrementum, indicant. More autem ſuo facit huius præſagij author, nec ſatis exactè ſignorum dignationem æſtimat, cùm par vtriſque damnationis decretum aſſignat, etſi longo inter ſe interuallo ac veluti quibuſdam gradibus diſſentiunt. An quòd oleoſæ omnes vrinæ iure quodam ſuſpectæ ſunt, & cùm colliquationem proponant, nullos quamuis leuiter progreſſæ ſint, contemnendos exitus faciunt. Poſſunt etiam τὰ χλοώδεα ſimpliciter accipi de vrinis quæ bilioſi humoris exuſtionem præ ſe ferunt, ideoque ex viridi palleſcunt, neque tamen colore incendium ſatis produnt, neque in eodem perſeuerant, E qualis interdum phreniticis apparent. Poſſunt & dici quæ non in colore aut extima ſuperficie, verùm in ſua ſubſtantia aut liquore ex viridi palleſcunt. Quod etiam ad oleoſas tota natura & ſubſtantia referri poteſt. χλοώδες autem id quod χλωρὸν ſignificat, & ex bilis incendio fit, eſtque ad nigrum tranſitus quidam & via, vt ſcribit Galen. libr.1. de Criſ. cap.12. At vrina viridis Celſo (cap.7.lib.2.) & Plinio (cap.6.lib.28.) viſcerum dolorem tumoremque cum aliquo periculo ſubeſſe, aut certè corpus integrum non eſſe teſtatur.

Perniciem verò indicat vrina in qua nigrum eſt quod ſubſidet, & quæ nigra eſt. In pueris etiã tenuis potiùs quam craſſa. (In tenuibus autem contra quàm in commutatis vrinis accidit.) Et quę grandinem refert & genituræ ſimilis effunditur, itemq; dolorem exhibet. Pernicioſa quoque eſt quæcunque inſcio ægro redditur. At in pulmonum inflammationibus periculum indicat, quæ initio coctionem habet, verùm poſt quartum diem tenuis euadit.

180 Ὀλέθριον δ' ἐστὶ τῶν οὔρων ὅτε μέλαιναν τὴν ὑπόστασιν ἔχοι, καὶ τὸ μέλαν. μᾶλλον δ' ἐν τοῖσι παισὶ τὸ λεπτὸν τοῦ παχέος. τοῖσι δὲ λεπτοῖσι τὸ ἀνάπαλιν τοῖσι σιωπῶς ἐξαμειβομένοις, καὶ τὸ χαλαζῶδες γονοειδὲς διαχεόμενον. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπίπονον. ὀλέθριον δ' ἐστὶ καὶ πᾶν τὸ λαθραίως ἐξερχόμενον. περιπλευμονικοῖσι δ' ἐστὶν ὀλέθριον καὶ τὸ ἐν ἀρχῇ μὲν πέπον, μετὰ δὲ τὴν τετράδα λεπτυνόμενον. F

Incendium magni & extinctionis caloris natiui nota eſt ſi τὸ χλωρὸν nigrum conſequatur, ideoque non temerè vrinas nigras damnat, de quibus in Prognoſt. agit Hippocrates, fuſiùs autem Galen. lib.1. de Criſ. cap.12. Vbi & nigrarum vrinarum, & nigrorum contentorum pulchrè æſtimationem facit. G

μᾶλλον δ' ἐν τοῖσι παισὶ] In pueris vrina aquoſa & tenuis damnatur in Prognoſt. Naturæ nanque puerorum repugnat, in quorum vrinis ſecundum naturam multa & craſſa ſedimenti copia detinetur. Cuius rei rationem adfert Galen. lib.1. de Criſ. In pueris etiam cùm maximè vigeant concoctiones, tenuis vrina & diluta meritò exitialis cenſetur.

τοῖσι δὲ λεπτοῖσι] Perplexus eſt valde horum verborum ſenſus & non parum ſuſpectus. Mihi velut per parentheſin iſta interiecta videntur, & contra in tenuibus vrinis quàm in craſſis & returbatis ſpectari debere ſignificare, & quia tenues vrinas in pueris damnatat, eas tenues inaudiendas innuit, quæ tenues manent & aquoſæ, nec vllam mutationem ad craſſius habent, ſummamque cruditatem ſignificant, ideoque in pueris pernicioſæ habentur. Aut igitur ſimpliciter tenues vrinas commutatis & returbatis craſſiſque opponi intelligit, aut certè in tenuibus vice verſa quàm in craſſis fiat, ſpectandum iudicat. & quemadmodum craſſas & returbidas vrinas apud Hippocratem intelligi, quæ perpetuò returbidæ manent, ita & tenues obaudiendas, quæ tenues perſeuerant, nec H ad craſſitiem commutantur, eaſque in pueris præcipuè damnari. Quod ſcribit Galen. Comm. 2. in Prognoſt. his verbis: ἐν δὲ τοῖς παισὶ τὸ οὖρον ὑδατῶδες ἐπὶ πλεῖστον χρόνον διαμένον, ὡς μηδεμίαν μεταβολὴν ἴσχειν ἐπὶ τὸ παχύτερον. Atq; hunc in ſenſum ſatis expedita videtur lectio. Quòd ſi abſolutè returbidas vrinas tenuibus opponi intelligat, & in his diuerſum quid ſpectari velit, nempe vt tenues ad craſſitiem tendere præſtat, ita & craſſiores ad mediocritatem quandam ſpectare: per μεταβαλλόμενα ſeparata intelligit, & τὰ παχέα ἢ μὴ καθιστάμενα (quæ & θολερὰ & ἀνατεταραγμένα οὖρα dicuntur, vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. 3. epid.) accipit, & returbidas vrinas ac craſſas quæ ſedimentum non deponunt, perpetuóque turbatæ manent deſignat, quales per ἀνατεταραγμένα aut ἀνεστραμμένα οὖρα intelliguntur Hippocrati aph.70. lib.4. & in Epidemiis, vt oſtendimus in Sileno & Philini vxore. Nam

A re. Nam & ἀνεστραμμένα aut ἀναπεπταμένα οὖρα vt ſcribitur libr.7.epidem.commutatæ vrinæ vulgi more pro returbatis ponuntur,& Comment.in aphor.70.lib.4. ἀντὶ τῶ ἀναπεπταμένον,vbi tamen codices Græci vitioſi ſunt. Nam vbi ἀναπεπταμένα priore loco leguntur ἀνεστραμμένα aut ἀναπεπταμένα reponi debent,etſi Gal.in Exeg.ἀνεστραμμένα de vrinis,non ἀναπεπταμένα dici atteſtatur.

καὶ τὸ χαλαζῶδες] χαλαζῶδες χοινδῶν διεχχυμένον οὖρον huius Præſagij author eam vrinam accipere videtur,quæ multam pituitam vitream aut albumineam,confertam,cōpactam,ac grumoſam & veluti grandinoſam deiicit,quæ per, χονδρώδεα ὑπόστασιν, aut χαλαζώδεα οὖρα, aut ὀρόβοισιν ἐοικότα antea expreſſa eſt, † qualiſq; ſæpe in acutiſſimis morbis ex ambigua humorum permixtione annotatur in hiſtoriis epid.in quibus ob caloris immoderationem & materiæ craſſitiem,multa pituita viſcida & cōpacta glomeratur,ac veluti in grumos rotundatur,aut ſimilis grandini effunditur.Eaq; ſunt Hippocrati ſæpius annotata διαχωρήματα συνεστῶτα χονδρώδεα & ἐμέσματα ὑπὸ χάλαζα χονδρώδεα.de quibus fuſiùs ſcribimus noſtris in lib.epid.annotat.Quæ quantam perniciei denunciationem faciant, & quàm crebras conuulſiones prædicant,ex hiſtoriis epid.& antea enumeratis huius Præſagij ſententiis ſatis patet.

B † *Sent.150.& 158.*

καὶ ἐπίπονα] ἐπίπονα οὖρα dicuntur Hippocrati ex Ruſo τὰ μετὰ πόνου ἀποκρινόμενα vrinæ laborioſe & quæ cum dolore aut moleſtia excernuntur,vt refert Galenus Comm.2.in Prorrh.& quæ τὰ μετὰ πόνου κενούμενα etiam exponit,Com.3.

τὸ λαθραίως οὐρεόμενον] Delirium nanque & mentis alienationem,aut partium vrinæ deſtinatarum exolutionem denotat.

ἢ τὸ ἐν ἀρχῇ δὲ πέπον] Antea huius præſagij author in morborum pulmonis recenſione,οὖρα ἐν ἀρχῇ παχέα,ὕστερον δὲ λεπτὰ ἀποκρινόμενα damnauit,vnde huius fortè ſententiæ ſenſus depromi ac reſtitui debet. Etſi ſuus quoque huic ſententiæ ſenſus conſtare poteſt dum coctam vrinam, non eam quæ perfectam coctionem indicet, ſed plenius ac vniuerſaliùs ſumptum intelligas,quæ inſtituendæ eiuſdam coctionis habet rudimenta, deinde verò tenuis & cruda effunditur poſt quartum diem,vnde que longioris morbi ſumantur auguria.

581 Πλευριτικοῖσιν οὖρα αἱματώδεα, ζοφώδεα, μεθ' ὑποστάσιος ποικίλης, ἀδιακρίτου, θανάσιμον ἐν δ' καὶ ι' ἡμέρῃσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. θανάσιμον δὲ καὶ ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσι συντόνως,καὶ τὸ πρασοειδὲς μέλαιναν ἔχον ὑπόστασιν, ἢ πιτυρώδεα. καυσώδεσι δὲ κατόχως,κάκιστον οὖρον τὸ ἔκλευκον.

C In laterum doloribus vrina cruenta,obſcura,cum eo quod ſubſidet vario & indiſcreto,vt plurimùm in quatuordecim diebus mortem adfert.Laterum quoque dolore affectis in propinquo mortem eſſe ſignificat,quæ viridis nigrum habet ſedimentum,aut furfuribus ſimile.Febri verò ardente cum alto ſtupore (quem catochum dicunt) detentis, exalbida vrina peſſima eſt.

ζοφώδεα] Quænam ſit vrina obſcura & tenebricoſa non facilè eſt explicatu,cùm ζοφώδεα inter inuſitatas vrinæ attributiones reponatur.

D Mihi ſanè ex eo quod cruentam addidit,obſcura intelligi videtur,craſſa & valde turbulenta vrina & prærubra quæ magnam interni incendij exæſtuationem,inſignémque humorum exagitationem,præcipuè vero bilis rubræ & ſeroſi ſanguinis in venoſo genere concaleſactionem præ ſe fert, neque paruam humorum perturbationem aut materiæ crudæ copiam indicat.ex qua veluti denſata & conferta incendio ſuccenſa,opaca ac velut obſcura redditur vrina multaque caligine obducta,ſpiritibus ipſis & lucido humorum ſplendore materiæ craſſitudine & exagitatione extincto aut obtenebrato. Non ſecus ac

—cum effuſis imbribus atra
Tempeſtas ſine more furit,tonitruque tremiſcunt
Ardua terrarum,& campi: ruit æthere toto

Turbidus imber aqua,denſiſq; nigerrimus Auſtris,(vt inquit ille)multa caligine nubes denſantur ac aër obducitur, offuſcatur, vnde nubes atra & obſcura dicitur.Pleuriticis igitur vrina huiuſmodi non parum ſuſpecta eſt,cùm ingens incendium varieque affectam naturam magnaque copia obruptam ac exagitatam indicet,in quibus ſolo virium robore ſpes nititur.

E καὶ τὸ πρασοειδὲς] Vrina hæc viridis porraceæ bilis permixtione,exæſtuans incendium denotat, præcipueque ſi ad nigredinem vergat,(vt ſcribit Gal.lib.1.de Criſ.) πιτυρώδης quoque ὑπόστασις deterrima eſt Hipp.in Progn. & ſanguinis torrefactionem, aut venoſi generis atque etiam totius corporis colliquationem ab immoderato calore denotat,vt ſcribit Gal.Comm.ad aph.77.lib.4.

καυσώδεσι δὲ κατόχως] Incertum an febrem ardentem cum ſtupore intelligat,an verò illud κατόχως de pertinaci & firmiter inhærente affectu dicatur,& de febre ardente grauiter affligente,quæ phraſis huius præſagij authori valde eſt familiaris. Exalbidæ autem vrinæ tum quod morbi naturæ repugnent,tum verò quod naturalium facultatum imbecillitatem præ ſe ferant,peſſimæ ſunt.Iſtud verò rectè in melioribus exemplaribus diſtinguitur.

582 Οὖρον δὲ ὠμὸν πλέον χρόνον γενόμενον, τῶν ἄλλων σωτηρίων ἐόντων. ἀπόστασιν καὶ πόνον σημαίνει, καὶ μάλιστα ἐν τοῖσιν ὑπὸ φρένα. ἀλγημάτων δὲ ἐν ὀσφύϊ πλανωμένων, ἐς ἰσχίον, καὶ ἐν πυρετῷ,καὶ ἄνευ πυρετοῦ. τὸ δὲ ἐκπεμπόμενον λίπος ἴσχον οὖρον ὑπόστασιν, σημαίνει πυρετόν. τὸ δὲ αἱματῶδες ἐν ἀρχῇ οὐρηθὲν,χρόνιον. τὸ δ' ἀναταραχθὲν μεθ' ἱδρῶτος ὑποστροφήν. τὸ δὲ λευκὸν οἷον τῶν ὑποζυγίων, κεφαλαλγίην. τὸ δ' ὑμενῶδες, σπασμόν. τὸ δὲ πτυαλώδεας ἔχον ὑποστάσιας οὖρον, ἢ ἰλυώδεας, ῥῖγος δηλοῖ. τὸ δὲ ἀραχνιῶδες, συντήξιος. τὰ δ' ἐν πλανώδεσι πυρετοῖσι μέλανα νεφέλια, τεταρταίου. τὰ δ' ἄχροα μέλανα ἐνεωρημένα μετ' ἀγρυπνίης καὶ ταραχῆς, φρενιτικά. τὰ δὲ κονιώδεα μετὰ δυσπνοίης,ὑδατώδεα.

F Vrina cruda,quæ ſic diu perſeuerat, vt reliqua ſigna ſalutaria ſint abſceſſum & dolorem præcipueq; infra ſeptum tranſuerſum denunciat.Doloribus vero ad lumbos oberrantibus,ad coxam, idq; in febre & ſine febre.At quæ emittitur vrina in qua quod ſubſidet pinguedinem habet,febrem ſignificat. Cruenta verò circa initia reddita,morbi diuturnitatē. Returbida quoq; cum ſudore,morbi reuerſionem Alba autem qualis in veterino genere redditur, capitis dolorē:membranoſa conuulſionē. Quæ verò ſputo ſimilia habet ſedimenta,aut limoſa, rigorem denunciat,quæ araneorum telis ſimilia quędam habet,colliquationē.

G At in errantibus febribus nigræ nubeculæ quartanam denunciant, decolores autem vrinæ ſuſpenſa quædam in medio nigra habentes,cum peruigilio & perturbatione,phrenitidem,cineritiæ verò cum ſpirandi difficultate,aquam inter cutem.

Ex Progn.petita eſt ſententia,vbi cruda & tenuis diutius reddita vrina ponitur.Quod etiam ex Pythione libr. 5. ep.ſatis patet,in quo tenues per totum morbum vrinæ,abſceſſum ad ſedem & veſicam procurarunt.

H ἐς ἰσχίον] In febribus ad articulos abſceſſus fieri teſtatur aph.31.& 74.libr.4.Oberrantibus ergo ad lumbos doloribus, in coxam firmari rationi eſt conſentaneum,ſi neque per veſicam,neque aluum materia expurgetur.

τὸ δ' ἐκπεμπόμενον λίπος] Neque ſimplicem febrem huiuſmodi vrina denunciat,ſed deurentem & cum colliquatione.Quòd autem ὑπόστασιν ſcribit,vt tota phraſi,ita & lectione non parum ſuſpectum eſt.Nam & pinguedines per ſummam innatare ſolent, non per medium,aut ad fundum ferri ſcribit,vt ſcribit Gal.(Com.3.in lib.3.epid.& Comm.ad aph.35.lib.7.) ſicque ἐπίστασιν, non ὑπόστασιν inaudienda eſt,vt in Progn.καὶ ἐφεστῶσαι ἄνω λιπαρότητες ponit,& aph.35.lib.7. ἐπίστασιν λιπαρήν,etſi ex quibuſdam codicibus vtrobique ὑπόστασις ſcribitur.Aut certè eam ὑπόστασιν intelligit,quæ tabitudinis & colliquationis index eſt,qualis κριμνώδης aut πιτυρώδης, & in his vrinis apparet,quæ ex deurente febre aut exæſtuante incendio pinguedinis affuſę notas indicat.Et alioqui vitij ſuſpicionem iniiciunt publicati codices,qui ἴσχειν pro ἴσχον habent,etſi vulgatam lectionem nonnulli commendant.

τὸ δ' ἀμαυρῶδες] Hic ἀμαυρῶδες οὖρον dicitur quod in Progn. ἐναιώρημα. A

τῶν δὲ ζυμούντων] Vrinæ iſtæ veterini generis,returbatæ & craſſæ,multum humorem crudum flatuoſo ſpiritu permixtum, & à calidioribus ſuccis exagitatum ac fuſum,velutique muſtum feruentem indicant,vt ſcribit Gal.Comm.1.in libr.3. epid. & Comm.5. in lib.6.& lib.4. Salubrium,vnde vigiliæ,deliria capitis & ſtomachi dolores ac conuulſiones conſequuntur,vt patet ex ægr. 4.libr.1. epid.& aph.70.lib.4. Albæ auté ſunt huiuſmodi vrinæ ob ſuccorum crudorum copiam & feruorem,vt ſatis experientia teſtatur eáſque ſub albedine colliquationem præ ſe ferre exiſtimabat Sabinus,quod tamen reprehendit † † Galenus.

†† *Comm.5.in lib.6.epid.*

ὑμενώδεες] ὑμενώδεες οὖρον quodnam ſit, antea hoc in Præſagio explicatum. Videtur nanque ea vrina intelligi, quæ pelliculoſa aut membranacea quædam continèt,aut crudam,viſcidam,& frigidam materiam, membranis ſimilem neruis affixam vacuat, quæ aut neruorum diſtenſionem,aut neruoſi generis conſumptionem promptè indicat,aut propter crudam materiam & craſſam returbida, membranarum ramentis ſimilia multa conuehit. ὑμενώδεας autem vrinas eas eſſe quæ vitiosè apud Galenum ἀμώδεις ſcribuntur, mediæque inter ἀφρώδεας & πιώδεας ambigunt,ad conuulſionis indicaturam,ex his quæ ſupra in conuulſionis denunciatione ſcripta ſunt, ſatis teſtatum eſſe exiſtimo. B

τὸ δὲ πλυναλώδεας ἴσχει] Vrinam intelligit ſputo ſimilem habentem ſubſidentiam hoc eſt ſpumantem pituitam referentem, quæ pituitoſæ materiæ ſobolem indicat,indeque rigorem promptiùs denunciat. Vt non malè mihi augurari cum Præceptore Hollerio videantur, qui ὑαλώδεας pro πλυναλώδεας ſupponunt,quod iſta ſit inuſitata vrinarum attributio, illa verò pituitæ vitreæ & albumineæ copiam teſtetur,neque immeritò rigoris ſit prænuncia. πλυναλώδεις etiam ſubſidentiæ dici poſſunt, quæ craſſam,inflatam aut tumentem materiam habent, qualia ſæpe ſunt craſſioris pituitæ ſputa. Cuiuſmodi materia incendio tandem & vſtione fæcem & limum refert,& nobilium viſcerum reſolutionem indicat potiùs quam rigorem. Alioqui,quod lubricus ſit hic locus,& inſolens admodum vrinarum attributum, non malè fortè πηλώδεας legatur,cuius etiam lectionis non leuis ex quibuſdam codicibus iniecta eſt ſuſpicio. Huiuſmodi nanque ſubſidentiæ, neruoſum genus ac vaſorum tunicas appetitas ſignificat,vnde etiam rigor ortum ducit,vt ſcribit Hippocrat.aph.15.ſect.3.lib.6.epid. Vitioſa autem ſunt publicata exemplaria,quæ πλυναλώδεις pro πλυναλώδεας habent, vt non temerè ſuſpectam loci fidem faciant. C

ἀραχνιώδεες] Vrina araneorum telis ſimilis ſubauditur quæ innatantem habet pinguedinem ex Prognoſt.& aph.35. libr.7. corporiſque conſumptionem denunciat. ἀραχνιώδες autem retinui ex omnibus exemplaribus,vt vrina indicetur ſupra innatantem habens pinguedinem, quod etiam ex Prognoſtico exponit Galenus (Comm.3.in libr.3. epidem.) etſi ἀραχνιώδεας legiſſe videtur Cornarius, & ad ſubſidentias retuliſſe, Celſum ſecutus, qui in tabe mortis ſignum eſſe * ſcribit, vbi vrina quædam araneis ſimilia ſubſidentia oſtendit. * *Cap.8.lib.2.*

τὰ δ' ἄχροα] Id ad vrinas non nubeculas referendum videtur, & ἄχροα οὖρα vrinas aquoſas ſignificare, quæ ſæpe tenuibus coniunguntur in phrenitide,velut ægr.13.lib.3.epid.Ex huiuſmodi autem vrinis phrenitidem denunciari fidem faciunt hiſtoriæ libr. epid. vt ægr.13.14.& 15.lib.3.epid.poſt ſt.peſt.Etſi poſſunt iſta contentis attribui, & ad nubeculas referri,& ἄχροα μέλανα ἐναιωρεύμενα intelligi ſublimamenta malè colorata vrinis nigris innatantia. Priorem tamen notionem ſequitur Prorrh. 3.vbi iſta repeti videntur. D
Τοῖσι καρηβαρικοῖσιν ἀχύρωσιν οὖρα ἄχροα. μέλανα ἐναιωρεύμενα, ἐφ' ἱδρῶτι φρενιτικά.

κονιώδεα] Inſolens eſt vrinarum attributum,vt cætera multa,nec ſatis explicatum. Videntur autem κονιώδεα οὖρα dici velut libr.7. epid.τιτανώδεα,vrinæ quæ cineritij ſunt coloris,aut velut puluerulentæ,aut quodammodo calce perfuſæ & exalbeſcentes, quæ inſignes vaſorum obſtructiones ex magna pituitoſæ & craſſæ materiæ copia teſtantur. κονιώδεα etiam intelligi poſſunt vrinæ cineri lixiuo aut lixiuio ſimiles,hoc eſt ruſo colore ſaturatæ,quæ impuritatem viſcerum arguunt,vnde ad hydropem facilis eſt tranſitus.

Vrina diluta aut arenida & facilè diſſolubili aſperitate returbata,liquidam fore aluũ denunciat. Quæ verò admodum tenuis ſpiſſa euadit, fortaſſe erupturum ſudorem indicat,iam autem erupiſſe, quæ ſpumam in ſeipſam inſidentem habet.

583 Οὖρον ὑδατῶδες ἢ τεταραγμένον ψαφαρῇ τρηχύτητι, κοιλίην ὑγρὴν ἔσεσθαι σημαίνει. τὸ δ' ἐκ λεπτοῦ οὖρον δασυνόμενον, ἆρα ἱδρῶτα μέλλοντα δηλοῖ; γεγενημένον δὲ, ἀφρῶδες ἐφ' αὐτὸ ἐφιστάμενον. E

Quidnam intelligat per ψαφαρὴν τρηχύτητα in vrinis,non eſt explicatu facile,neque quænam ſit vrina facilè diſſolubili aut arenida aſperitate returbida,quæ liquidam fore aluum denunciet. ψαφαρὸν etſi ψαθυρὸν ſignificat apud Hippocratem Galeno teſte & Varino,ſolidis quidem attributum,ἄθρυπτον aut εὐθρυπτον,aut idē quod κραῦρον * Galeno,aut ** Ariſtot. θραυστὸν dicitur,ſignificat, & quod Atticis ψαθυρὸν ſcribitur,præcipueq; eduliis attribuitur quæ friabilia ſunt & tenera,nihilq; lentoris aut pinguedinis in ſe habent, vt ſcribit Galenus lib.3.de aliment.facult. ψαφαρὸν etiam aut ψαφερὸν & ψαθυρὸν aut ψαθυρὸς, ἁπαλὸν καὶ ἀσθενὴς, ἁπαλὸς, vt & αὐχμηρὸν καὶ ξηρὸν ſignificat, tenerum,delicatum,tenuem & mollem. Qua notione in vrinæ liquore ψαφαρὴν τρηχύτητα, mollem ac tenuem, aut facilè diſſolubilem & friabilem intelligere poſſumus, cùm ψαφαρὰ λεπτὰ Varin.explicetur,& quæ ſolent vrinæ aluos humidas denunciare, non admodum ſint returbatæ,ſed vt plurimum,dilutæ,aut leuiter & obſcurè quodammodo perturbatæ, quales ſunt quæ crudioris ſucci effuſam copiam & extremam imbecillitatem indicant. Sic & ψαφαρὴ τρηχύτης idem quod ψαφαρὰ accipi poteſt, vt intelligatur quædam velut obſcura perturbatio,cùm & ψαφαρὰ aut ψαφαρά, τὸ ζοφοειδὲς καὶ μελανώδες, aut μαλακώδες Dioſcoridi ſignificent apud Gal. Atq; ea videtur vrinæ liquori accommodari poſſe explicatio. Quòd ſi ſolidis attribuatur,friabilitatem quandam indicat, & aſperitatem quandam facilè diſſolubilem,& quæ in fruſta quædam facilè diſcerpatur,vt ſunt mollium calculorum fragmenta,quę per vrinam feruntur & vrinam conturbant,taleſq; ſunt calculoſorum vrinæ,niſi quòd aluum liquidam ferri non eſt neceſſe. F

* *Lib.11. Meth.* ** *Lib.4. Meteor.*

δασυνόμενον] δασυνόμενον οὖρον καὶ δασυνόμενον inter obſcuras nec dum ſatis explicatas,aut ex induſtria affectatas dictiones à Gal.reponitur,eaq; vſus eſt Prorrhetici & huius Præſagii author antea.Quidam denſas vrinas intelligunt,quæ in ſuperficie craſſæ ſunt & ſpiſſæ,ac inter returbidas ponuntur velut lib.7.epid. δασέα οὖρα καὶ ἀνεστραμμένα ſimul iunguntur in capitis doloris indiciis,Sic δασυνόμενον οὖρον hoc loco vrina ſpiſſa & quæ craſſa euadit rectè accipi poteſt,vt quæ valde tenui ex aduerſo reſpondeat,& ſuccorum concoctiones naturam aggredi teſtetur,vnde ad ſalubres excretiones & ſudores promouendos excitari poteſt,præcipuè ſi ex tenui craſſa euadat,vt non improbanda ſit lectio quæ ἐκ λεπτοῦ habet. Hincq; *** Auicennas vrinas,quæ quarto die tinguntur,& ſeptimo craſſitudinem accipiunt,ſudorem prædicere ſcribit. Alij etiam δασυνόμενα οὖρα intelligunt,quæ inæqualem habent ſuperficiem & extuberantibus quibuſdam eminentiis exaſperatam. Sunt qui etiam ſpumoſas intelligant,vt quæ ſpumam inæqualiter diſperſam in ſuperficie habeant.Quo certè referri poteſt τὸ ἀφρῶδες ἐφ' αὐτὸ ἐφιστάμενον.Quod cum internam naturę à ſpiritu flatulento & feruore agitationē indicet,& tenacem ac glutinoſam coniunctam eſſe materiam,interdum contingere poteſt vt inde ſudores commoti fuerint, quod tamen non eſt neceſſe. G

*** *Lib.4.fen.2.tract.1.cap.7.*

In tertianis cum horrore nubeculis nigris ſimilia, inconſtantem horrorem indicant. Membranoſæ quoque mictiones, & quæ cum horrore ſubſidunt, conuulſiones prædicunt.

584 Τὰ δ' ἐν τριταίοισι μετὰ φρίκης οἷα νεφέλια μέλανα, φρίκης ἀκαταστάτου δηλωτικά. καὶ ὑμενώδεες οὐρήσιες, καὶ αἱ μετὰ φρίκης ὑφιστάμεναι, σπασμώδεες. H

Indiſtinctè iſtud videtur ſcriptum. In Prognoſt. nanque nubeculę nigrę ſimpliciter damnantur, quòd exuperantem calorem ſummamque exæſtuationem, interdum etiam νέκρωσιν quandam indicent. Hic verò videtur humoris bilioſi exaſſatio ſignificari per nigras nubeculas, vnde fit tranſmutatio & quidam in quartanum circuitum tranſitus. Id enim quodammodo inconſtans horror ſubindicare videtur,quòd à certa & præſtituta ſibi forma aberret,neque eandem,aut debitum tempus ac numerum obſeruet. Sic

nanque

A nanque ἡ ϑεῖα ἀγωγὴ dicitur, ... De membranoſa aut pelliculoſa vrina antea affatim dictum eſt. Hanc autem ſententiam contra publicatorum codicum fidem diſtinximus.

185 Οὖρον χνοῶδες ἐν ᾧ ἔχον ὑπόστασιν, ἐξαπίνης μὴ ἔχον, πόνον καὶ μεταβολὴν σημαίνει. τὸ δὲ ὑπόστασιν ἔχον, ἐπιτεταραγμένον καθιστάμενον, ῥῖγος περὶ κρίσιν. τάχα δὲ καὶ ἐς τριταῖον ἢ τεταρταῖον μετάστασιν.

Vrina in qua quod ſubſidet bonum eſt, & de repente euaneſcit, dolorem ac mutationē denunciat. At quæ ſedimentum habet, returbida, reſidens, rigorem circa iudicationem, fortè etiam & in tertianam aut quartanam tranſitum.

In Progn. ſi vrina modò liquida eſt, modò ſedimentum habet candidum aut læue, morbi diuturnitas aut minor ſecuritas portenditur. Celſus quoque in longæ valetudinis ſignis, vrinam modò liquidam & puram, modò quæ ſubſidentia quædam habeat reponit. καθιστάμενον autem οὖρον vrina eſt quæ reſidet & conquieſcit, & in qua depoſita ſubſidunt quædam, craſſæque & perpetuò returbidæ

B opponitur, vt ex libris epid. ſatis apparet, vbi familiaris eſt locutio, οὖρα παχέα οὐ καθιστάμενα. Huiuſmodi autem in vrinis inæqualitas, naturæ laborem materiæque peruicaciam præ ſe fert, vnde morborum reuerſiones aut tranſmutationes meritò ſuſpectandę ſunt. Vitioſus autem eſt hoc loco Aſulanus codex, vbi & aſteriſcum apponit.

186 Ἐν πλευριτικοῖσιν οὖρον ὑπέρυθρον ἔχον λείην ὑπόστασιν ἀσφαλέα κρίσιν σημαίνει. τὸ δὲ ὑπόχλωρον ἀνθηρὸν, λευκὴν ἔχον ὑπόστασιν, καὶ ταχέως. τὸ δὲ ἐρυθρὸν σφόδρα καὶ ἀνθηρὸν, ὑπόστασιν χλωρὴν ἔχον λείην, εἰλικρινέα, πολυχρόνιον, σφόδρα ταραχώδεα τοῦτον μετὰ

C βολὴν ἐς ἄλλην, οὐ μὴν ὀλέθριον. τὸ δὲ λευκὸν, ὑδατῶδες κριμνώδεα πυῤῥὴν ἔχον ὑπόστασιν, πόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει. καὶ τὸ χλωρὸν πυῤῥὴν ἔχον ὑπόστασιν κριμνώδεα, χρόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει.

Laterum dolore affectis vrina aliquantulum rubra, læuem habens ſubſidentiam, ſecuram iudicationem prænunciat. Quæ verò aliquantulum pallida, bene florulenta eſt, & albam habet ſubſidentiam, celerem quoque. At quæ admodum rubra & bene florulenta, ſedimentum pallidum, læue ac purum habet, diuturnum valdeq; turbulentum morbum fore & in alium tranſiturum, non tamen pernicioſum. Alba verò, diluta, hordei toſti non exactè moliti craſſioribus fruſtulis ſimile habens ſedimentum, fuluum, dolorem & periculum denunciat. At quæ pallida, fuluum habet ſedimentum, hordei toſti non exactè moliti craſſioribus fruſtulis ſimile, diuturnitatem ac periculum indicat.

Melius & ad doctrinæ complexionem laudabilius quod in Prognoſt. & antea quoque hoc in Præſagio de ſubrubra vrina ſcriptum eſt, diuturnum quidem, verùm ſalutarem morbum denunciari, neque in pleuriticis ſolùm, ſed in omnibus acutis morbis.

D ἀνθηρὸν] Quidnam per ἀνθηρὸν οὖρον intelligatur, non ſatis eſt expeditum. Videtur intelligi bene florulenta vrina, quæ effloreſcentias quaſdam ſpumeas extantes habet, (quæ ἐπανθίσματα vt plurimum dicuntur) & veluti flores ſupereminentes. *Quod in vrinis quæ ob magnum incendium, ingentem ſanguinis feruorem ac bilis efferueſcentiam produntur, conſpicitur. Atq; hic vrinarum ſtatus præcipitem ac celerem morbi motum denunciat. Alij ἀνθηρὸν pellucidam ac puram vrinam intelligunt, & quæ ad naturalem vrinæ colorem prope accedit, quæque pellucido colore floreat & parum ſuperiore parte rubeſcat, qualis, ob ſanguinis motum, ſecurum & breue iudicium indicare interdum poſt. παχέως autem manifeſto vitio, pro ταχέως, multa habent exemplaria. Sed nos ταχέως cum Cornario & melioribus codicibus amplectimur.

* *In Prorrh. & Coac. Praenot.*

εἰλικρινέα] Purum, manifeſtum, merum ac verum ſedimentum intelligendum, nullo alieno humore permixtum, quod ſubſidentiæ ſpeciem referat, vt ſecuritas indicetur.

E κριμνώδεα] De ſubſidentia hordei toſti non exactè moliti craſſioribus fruſtulis ſimili, quam κριμνώδη vocant, celebris eſt Galeni *locus, qui ad hunc ſenſum probè admodum accommodari poteſt. ... Ac mihi videntur iſta perturbata, & (niſi fallor) parum integra.

* *Com. ad aph. 31. lib. 7.*

187 Οὖρα τοῖσι περὶ οὖς, ταχὺ δὲ ἐν ὀλίγῳ πεπαινόμενα, φλαῦρα. δὲ τὸ καταψύχεσθαι ὧδε, πονηρόν.

In his quæ circa aures abſcedunt, vrinę quę celeriter & paruo tempore concoquuntur, damno ſunt. Quin & perfrigerari itidem malum eſt.

Ex Prorrh. 153. deſumpta ſententia, iiſdémque verbis etiam anteà repetita (ſent. 206.)

F 188 Κύστις ἀπολειφθεῖσα, ἄλλως τε καὶ μετὰ κεφαλαλγίης, ἔχει τι σπασμῶδες. τὰ ναρκώδεα ἐν τοιούτοισιν ἐκλυόμενα, δύσκολα, ὀλέθρια. ἆρά τι καὶ παρακρούει;

Veſica intercepta maximeq; cum capitis dolore conuulſionem quandam minatur. Quę in his cum torporis ſenſu exoluuntur, moleſtiam, nō perniciem afferunt. Ac fortè etiam aliquantulum deſipiunt.

Prorrheticum eſt 120. huc traductum. Ex quo manifeſtum publicatorum codicum vitium apparet. Aut enim οὐ μὴν ὀλέθρια ex Prorrh. reponendum, aut manuſcriptorum codicum lectio, οὐκ ὀλέθρια, reponenda, quam etiam ſecutus eſt Cornarius.

189 Νεφρῶν ἐξαπίναιον ἄλγημα, μετὰ οὔρου ἐπισχέσιος, λιθιῶντων ἢ παχέων οὔρων, σημαίνει.

Derepente obortus renum dolor cum vrinę ſuppreſſione, calculorum aut vrinæ craſſæ mixtionem indicat.

Suppreſſionis vrinæ, quæ fit renibus aut vreteribus interceptis, hoc præſagium cauſas aſſignat, nempe calculorum exortum aut

G vrinarum craſſitudinem. De renum verò calculo intelligentia ſumitur, cuius ortus & cauſa Galeno explicatur Comment. 3. in lib. 6. Epid. & Com. ad aph. 26. lib. 3. & Aretæo cap. 3. lib. 2. de ſignis diutur. morb.

190 Τρομώδεα πρεσβυτέροισιν ἐν πυρετοῖς, καὶ ὅπως ἐπιφαινόμενα λιθία τὰ οὐρέει.

Tremores ſenioribus in febre contingunt, atque vbi apparent, calculi fortaſſe per vrinas excluduntur.

Tremorem intellige corporis concuſſionem quæ in exturbando calculo, in vreterum ductibus aut anguſtioribus viis reſtitante, contingit, ... vocat Aretæus. Fiunt autem plærunq; (vt idem ſcribit) πυρετοὶ ... Quæ quia grauem ætatem magis affligunt, præſentius etiam periculum circumſcribunt. Illud verò ἐξαπίνης, de repentino etiam in ſenibus renum dolore cum vrinæ ſuppreſſione, intelligi poteſt.

H 191 Οὔρου ἀπόληψις καὶ βάρος ἐν ὑπογαστρίῳ, σημαίνει ὡς τὰ πολλὰ στραγγουρίην ἔσεσθαι. εἰ δὲ μὴ, ἄλλην ἀῤῥωστίην τῶν ἐθάδων ἀῤῥώστων.

Vrina intercepta & ad imum ventrem pondus, vt plurimùm futurum vrinæ ſtillicidium denunciat: ſin minus, alium aliquem morbum ex conſuetudine affligentem.

Hæc veſicæ vitio vrinæ ſtillicidium contingere indicant, ibique ſitā eſſe morboſam affectionem, ἡ γὰρ κύστις (inquit Aretæus) ... Cæterùm alios morbos pro conſuetudine vitio veſicæ affligentes intellige, dyſuriam & iſchuriam, quorum cauſa eſt aut grumus, aut calculus, aut vlcus, abſceſſus, aut phlegmone. Ex quibus ... (vt loquitur Aretæus.) Nam etſi veſica aliarum partium vitiis communicat, difficiliores tamen magiſq; mortiferos habet dolores, ſi per ſe laborare incipit

quandoquidem toti corpori,& neruis,& menti labem traducere valentiſſimè poteſt. Vnde etiam alij morbi ſtato quodam tempore pro conſuetudine redeuntes accipi poſſunt,vt arthritis & dolor colicus,cæteriq; id genus. A

In bilioſis vrina intercepta mortem breui affore ſignificat.

192 Ἐν χολώδεσιν οὖρον ἀπόληψις κτείνει συντόμως.

Siue renum vitio,ſiue veſicæ affectu vrina ſupprimatur,periculum minatur & citam mortem. ὁ γὰρ ἐπίσχεσις τῶν οὔρων Aretæo, συντόμως verò,aut ſymptomatum vehementiam & intenſionem,aut periculi celeritatem indicat. ὁ δὲ ἐπίσχεσις τῶν οὔρων πάντα τὰ δεινὰ φέρει. ἐν χολώδεσιν autem additur ... vt ſcribit Aretæus.Hoc autem Præſagium ferè reſpondet Prorrh.51.

Febricitanti vrina denſitatem habens diuulſam, morbi reuerſionem aut ſudorem portendit.

193 Οὖρον ἐν πυρετῷ δάσος ἔχον διεσπασμένον, ὑποστροφὴν, ἢ ἱδρῶτας. B

Vrina ſpiſſa quædam continens diuulſa,magnam adhuc ſupereſſe agitationem in corpore , nec planè confectas eſſe morbi reliquias oſtendit,& ſudoris copiam ex materiæ cruditate & naturæ oppreſſione,atque ideo recidiuam minatur,quòd natura totam ſemel materiam coquere non poſſit.

In febribus longis,paruis,vagis,tenuium vrinarum eiectiones,lienis affectionem denunciant.

194 Ἐν μακροῖσι πυρετοῖσι,λεπτοῖσι πλανώδεσι , λεπτῶν οὔρων οὐρήσιες,σπληνώδεες.

Febres hæ diuturnæ,lentæ,mites & incertæ,magnas internorum viſcerum obſtructiones prænunciant,quibus valde eſt opportunus lien.

In febre variarum interdum vrinarum mictiones, morbum producunt.

195 Ἐν πυρετῷ ἄλλοτε ἀλλοίων οὐρήσιες,μηκύνουσι. C

Vrina huiuſmodi quæ materiæ inæqualitatem atq; humorum varietatem indicat, ideoq; mutationem accipit, morbum producit ex Prognoſt.& hoc præſagio.Quod etiam ſcribitur libello περὶ κρισίμων & lib.de rat.vict.in morb.acut. ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ... χρόνιον σημαίνει.

Vrinę quę non ſentientibus effluunt, aliàs pernicìem denunciant. Animaduertendum num tales his reddantur quales fiunt vbi ſubſidentiā cõturbaueris.

196 Τὰ οὐρεόμενα μὴ παρακολουθοῦσιν , ἄλλως δὲ ὀλέθρια. ἆρα τοῖσι τοιούτοισιν οὖρα ... ὑπόστασιν ταραχθείσης.

Satis conſtat ex Prorrh. 29. locum hunc eſſe corruptum , & μὴ ... eſſe reponendum, ſententiamque per ſe eſſe diſtinguendam,quod etiam vidit Cornarius.

Quibus vrinæ paucæ,grumoſæ , non ſine febre , ſi ab iis tenues & copioſæ prodierint,iuuat.Talibus autem circa initia procedunt,aut non multò poſt ſedimentum habent.

197 Οἷσιν οὖρα ὀλίγα, θρομβώδεα,οὐκ ἀπυρέτοις, πλῆθος ἐκ τούτων ἐλθὸν λεπτὸν,ὠφελεῖ. ἔρχεται δὲ τοιούτοις ἐξ ἀρχῆς,ἢ διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἔχει. D

Hoc in Præſagio vrinæ craſſæ temerè deficiunt,quæ tamen ex aphor.69.lib.4.reponi debent,aut per grumoſas intelligi. Quod ſequitur ἔρχεται δὲ τοιούτοις, etſi obſcurè eſt poſitum, ex aphoriſmo tamen lucem accipit,& de vrinis craſſis accipi haud dubiè debet,quæ ſtatim circa initia,non naturæ lege,ſed grauitatis materiæ ratione, ſedimentum accipiunt,vt ſcribit Galenus.Alioqui ſi de tenuibus vrinis ſumatur(quod faciunt interpretes)mediocriter craſſæ ac comparatè tenues obaudiendæ ſunt.

Quibus in vrinis citò aliquid ſubſidet, hi breui iudicantur.

198 Οἷσιν οὖρα ταχέως ὑπόστασιν ἴσχει, ταχέως οὗτοι κρίνονται. E

Hoc caput in tota iudiciorum diſciplina eſt celeberrimum. ... ſic quibus quarto die in vrinis nubecula aut ſubſidentia cernitur,ſolutio ſeptimo die denũciatur,vt antea ſcriptum eſt hoc in præſagio & aph. 71.lib.4.

Vrinæ præter conſuetudinem tenues & crudæ, abſq; repletione,in morbo comitiali obnoxiis,morbi inſultum denunciant,idq; pręcipuè ſi in ſummum humerum,aut ceruicem,aut dorſum dolor aut conuulſio incidat,aut torpor totum corpus occupet,aut turbulentum inſomnium viſum fuerit.

199 Ἐπιληπτικοῖσιν οὖρα λεπτὰ καὶ ἄπεπτα παρὰ τὸ ἔθος ἄνευ πλησμονῆς, ἐπίληψιν σημαίνει, ἄλλως τε κἢν ἐς ἀκρώμιον, ἢ τράχηλον, ἢ μετάφρενον πόνος,ἢ σπασμὸς ἐμπέσῃ,ἢ νάρκη περιέχηται τοῦ σώματος,ἢ ταραχῶδες ἐνύπνιον ἑωράκῃ. F

Hoc præſagium plurimùm facit ad morbi comitialis prædictionem,vt inde impendenti malo prouideatur & inſultus præcaueatur.

Quæ parua copia apparent, velut ſtillæ ſanguinis, vrinæ,vomitiones,& deiectiones, malum quidẽ penitus denunciant,peſſimum verò ſi exiguis interuallis ſeſe conſequantur.

200 Τὸ μικρὰ ἐπιφαίνεσθαι,οἷον στάξιας,καὶ οὖρον, καὶ ἔμετον,καὶ διαχωρήματα,κακὸν μὲν πάντως. κάκιστον δὲ, ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντα.

Id de excretionibus criticis accipiendum quæ infra modum erumpunt. Vniuerſalis nanque eſt præceptio in criſeos diſciplina (vt ſcribit [a] Galenus) ... Siue igitur ſanguis à naribus, ſiue vomitiones,ſiue alui seceſſus,ſiue vrinarum,ſudorum,aut vteri eruptiones infra modum ſubſiſtant, mali augurij omen habent, vt fuſiùs ſcripſimus noſtris in lib.2.Epidem.Comment.Prorrhetico 59.huius præſagij initium vrinis accommodatur,non ſatis tamen aptè,ita vt multò ſit clarior hæc notio integram iudicationis authoritatem conſeruans. Quod ſequitur ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντα, etſi Prorrh.60. vomitionum varietatem,quæ continenter & aſſiduè fiunt,ſugillat, hic tamen excretionibus criticis aptari poteſt , quæ quo propiùs aut minori interuallo apparent,tandemque ſubſiſtunt,eò ſanè præſentius periculum denunciant. Nam tunc fatiſcentes naturæ vires meritò ſuſpectamus,vbi pluribus excretionibus tentatis,nihil tamen erumpit, ſed intrò omnia ſubſiſtunt. ἐγγὺς autem ἀλλήλων , idem quod ὁ μὴ πολλῷ χρόνῳ ſignificat teſte Galeno. G

[a] Com.2.in Prorrh.

Alui recrementum optimum eſt molle,conſtans, aliquatenus fuluum,nec admodum graueolens , eóque tempore quo per ſecundam valetudinem deiici ſolet,excretum,copia verò ingeſtis cibis reſpondẽs. Craſſum autem fieri oportet in iudicationem eunte morbo. Vtile quoque quod lumbricos teretes ad iudicationem exire cogit.

201 Διαχώρημα κοιλίης βέλτιστον, μαλθακὸν, συνεστὸς,ὑπόπυρρον,μὴ σφόδρα δυσῶδες, διαχωρέον τὴν ἐθισμένην ὥρην. πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων. παχύνεσθαι δὲ πρὸς τὴν κρίσιν. χρήσιμον δὲ καὶ ἕλμινθας στρογγύλας διιέναι,πρὸς κρίσιν προσιούσης. H

Quod in vrinis factitatum eſt , idem in deiectionum attributionibus vſurpat huius Præſagij author , & vndique emendicata ſuffragia

A ta ſuffragia eadem poſituta in hanc tractationem coniicit. Hoc ex Prognoſtico, vt cætera, deſumptum eſt. συνεστηκὸς διαχώρημα alui recrementum conſtans & cohærens, coactum, quodq; conſiſtentiam & figuram ſeruat, dicitur, figuratum * Celſo, & liquido, diffluenti aut humido ex aduerſo reſpondet. * *Cap.3. lib.2.*

ὑπόπυῤῥον] Rufam aluum dicit Celſus. Id autem hic loco & ordine poſitum videtur, ac meliùs quidem quàm in Prognoſt. vt conſiſtentia, tempore, quantitate & qualitate deiectiones ipſæ probarentur. Quod etiam teſtatur Galenus in Prognoſt. Repetitur quoque libello περὶ κρισίων.

συνιζάνειν] In Prognoſt. & libello περὶ κρισίων, περὶ τὴν κρίσιν ἰέναι τὸ σῶμα legitur, & de aluo liquida aut molli melius effertur, Celſus procedente tempore paulatim contrahi vult.

ζῶντα δὲ] Id quoque in Prognoſt. in libello περὶ κρισίων repetitur, Celſus. Lumbricos quoque aliquos ſub fine morbi deſcendiſſe nihil nocet. Adeò iudicationis aut criſεως nomen ſubtimidè ac ſuperſtitioſè effert, aut certè contemnit. συνεξιέναι autem ad
B alui recrementum refertur, quod ſuo momento lumbricos agit ac deturbat. Quod ideò dicitur, ne quis id ſuperuacaneum exiſtimet, quod alias deficit, nec ſatis ab interprete expreſſum eſt.

602 Ἐν ὀξέσι δὲ ἀφρῶδες, περίχολον διαχώρημα, κακόν. κακὸν δὲ καὶ τὸ ἔκλευκον. ἔτι δὲ καὶ κάκιον τὸ ἀλητοειδές, κοπριῶδες. κάρος ἐπὶ τούτοισι κακόν, καὶ αἱματώδης διαχώρησις, καὶ κενεαγγίη παράλογος.

In præcipitibus malis ſpumans & circumbilioſum alui recrementum, malo eſt. Malum quoq; & exactè candicans. Adhuc verò deterius farinę molitę inſtar, & ſtercoroſum. Præter hæc ſopor malo eſt, & cruenta alui deiectio, ac immoderata vaſorum inanitio.

C περίχολα διαχωρήματα dicuntur * Galeno τὰ χολώδεα, καὶ τὰ πέριξ αὐτῶν ἔχοντα χολὴν τὴν συγγενῆ λεκίθῳ, circumbilioſæ egeſtiones. & quæ in ambitu ſunt coloratæ ac bile obductæ, quales ἐπανθεῖσθαι περίχολα vocant, & quæ efferueſcentis caloris copiam indicant. ἔκλευκον autem διαχώρημα, id eſt, quod in Prognoſt. κάρτα λευκὸν dicitur. Ac meliùs hic ſeparatum ponitur, quàm ſi ad περίχολα διαχωρήματα adiungas, quòd fit Prorrh.53. vnde iſta huius præſagij portio deſumpta videtur. ἀλητοειδὲς etiam nouè quodammodo poſitum videtur, ac obſcuram habet notionem. ἀλητὸν ἄλευρον exponit Erotianus apud Hippocratem, idemq; deducit Heſychius, ab ἀλέω aut ἀλήθω, vt ſit πᾶν ἀληλεσμένον σῖτον, & cereale ſubactum, quaſi ἀλετὸν, aut ὁ περὶ ἀλέτου φθειρόμενος ἄρτος, farina molendo confecta & ſubacta. Videtur igitur excrementum intelligi, quod farinam molendo ſubactam refert, tum candore, tum conſiſtentia ac læuore, aut quod velut pultaceum eſt, ac ſtatim depoſitum errat ac diſſoluitur, quale in magnis viſcerum ac totius meſenterij obſtructionibus & facultatis naturalis imbecillitate, aut etiam tenuioris inteſtini inflammationibus nonnunquam cernitur. Stercoroſum autem ſummam putrilaginem ac corruptionem indicat. Quod ſequitur de ſopore, deiectione cruenta, & vaſorum inanitione quæ præter rationem contingit, id alterius eſt generis & valde pernicioſum. * *In Prorrh.*

D 603 Κοιλίης ἀπόληψις μικρὴ, μέλανα, σπυραθώδεα, περὶ ἀνάγκην χαλῶσα, μυκτὴρ τούτοισι ῥηγνύμενος, κακόν.

Vbi aluus modicè intercepta, nigra ſtercoribus caprarum ſimilia, nec niſi coacta demittit, hoc caſu naſus erumpens, malo eſt.

Prorrh.41. repetitur hoc præſagium, ex quo meliùs μικρὰ μέλανα legeretur. περὶ ἀνάγκην autem, χαλῶσα κοιλίη, phraſis eſt Hippocrati admodum familiaris in Prorrh. quæ Galeno teſte, μετὰ τοῦ φαρμακεύεσθαί τι ὑπὸ ἰατροῦ, ἢ διὰ κλυστῆρος, ἢ διὰ βαλάνου ſignificat. Hæc autem conflagrantis interni incendij certiſſima ſigna ſunt, vnde exiccato corpore & imbecillo, quæuis excretio etiam critica non minimùm ſuſpecta eſt.

604 Γλίσχρον ἄκρητον, ἢ λευκὸν διαχώρημα, φλαῦρον. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ἄγαν ἐζυμωμένον, ὑποφλεγματῶδες, πονηρὸν δὲ καὶ ἐκ τεφρωδέων ὑπόστασις ὑποπέλιος, πυώδης μετὰ χολώδεος.
E

Alui recrementum glutinoſum, ſyncerum, aut album, in vitio eſt. Vitioſum quoq; quod abundè fermentatū eſt, & aliquantulum pituitoſum. Prauum etiam cùm ex his quæ denſata feruntur, quod ſubſidet aliquantulum liueſcit, purulentum ac bilioſum eſt.

ἐζυμωμένον] Hac attributione vrinas inſigniuit Prorrhetici author. Vbi οὖρα ἐζυμωμένα hoc eſt fermentatæ vrinæ dicuntur Galeno, quæ ſpiſſæ & craſſæ magnam crudæ & flatuoſæ materiæ copiam continent, vnde leuis quidam feruor per agitationem excitatur, adeò vt motis & rarefactis ſpiritibus, in maiorem quam cum primum excretæ fuerunt molem attolluntur. Atq; eæ ſunt quæ turbulentā continent humorū crudorum agitationē ac feruorem, ita vt flatibus humorum acrimoniæ ac ebullitioni permixtis, in maiorem tumorem attollantur, ac inflentur, interdum etiam bullas & ſpumam excitent. Quæ quidem affectio alui excrementis crudis, flatuoſis, & humorum acrimonia agitatis aut efferuentibus attribui poteſt. Poſſunt etiam recrementa alui fermentata dici,
F quæ plurimam bilem atram retorridam continent, quæ in terram effuſa, eam abradit, & partes omnes in altum attollit, vnde motio quædam ſpirituoſa ac fermentatio aſſurgit. Eſt enim ζύμωσις Platoni, ἡ κατὰ τὰ ὑγρὰ κίνησις καὶ ἄρσις. Atq; ex bilis illius agitatione ſuccenſa alui recrementa, ebullitionem ac feruorem accipiunt, acrimoniamq; contrahunt, vnde concepto aëre diſtenduntur, inflantur, ebulliunt & in tumorem quendam attolluntur, interdum etiam à craſſa & flatuoſa materia, ſpumæ & bullæ efferuntur. τεφρώδεα verò διαχωρήματα etſi intelligi poſſunt, quæ concreta quædam fruſtulatim diſcerpta efferuntur, mihi tamen germana propè lectio videtur, ſi ἐν τεφρώδεσιν ὑπόστασις ὑποπέλιος, πυώδης, ex Prorrhetico legatur. Atq; ea omnia liquidæ aluo optimè conuenire videntur, quæ cum torminibus ſæpe effundi ſolet, cum humorum corruptione ex viſcerum vitio, vnde huiuſmodi ſubliuida, & purulenta materia educitur. Erotianus tamen hanc hoc loco lectionem agnoſcere ac mihi ſubindicare videtur, cùm τεφρωδέων σποδοειδῶν exponit. τεφρὰ γὰρ ἡ σποδιὰ λέγεται. Vt cinereæ deiectiones intelligi videantur veluti exaſſatæ ac torrefactæ. Etſi Erotiani lectionē quidam ad Prorrhetici lectionē referre malint. ὑπόστασις verò in deiectionibus poni nouum non eſt, & alioqui huic præſagio admodum familiare. Vitioſus quoq; hoc loco eſt Aſulanus codex, vt ſatis apparet, ſi quis cum cæteris publicatis cōferat.

605 Αἷμα λαμπρὸν διαχωρέειν, κακόν, ἄλλως τε κἢν τις ὀδύνη παρῇ.
G

Sanguis ſplendidus aluo per ſeceſſum reiectus malo eſt, præſertimq; ſi dolor aliquis adſit.

Sanguis per aluum ſecedens niger probatur aphor.25. lib.4. purus autem & ſplendidus effuſus, vitæ theſaurum profundit, præſertim ſi dolor adſit aut hypochondriorum, aut abdominis, qui viſceris alicuius vitium, aut vlcus prodit. Alioqui purus aliquando ſtatis interuallis, abſque periculo ſecedere poteſt.

606 Τὸ ἀφρῶδες περίχολον διαχώρημα, φλαῦρον, καὶ ἰκτεριῶνται δ' ἐκ τούτων.

Spumans & bile obductum alui recrementum, vitio eſt. Quin & inde morbus regius contrahitur.

Prorr.51. hoc præſagium explicatur, vnde etiam fluxit, vt non malè ἧπαρ hic adſcribatur. Quin & illic ἧπαρ ἐπίδηλον annotatur, aut tumore, aut obſtructione, aut inflammatione obſeſſum, ex quibus morbus regius contrahitur. Quem in ſenſum etiam expreſſum eſt paulò ante Prognoſt.602.

H 607 Ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι τὸ ἀφρῶδες ἐπάνθισμα, κακόν. μάλιστα δὲ ὀσφὺν πεπονηκότι, καὶ παρενεχθέντι. ἆρα δὲ τούτοισι τὰ ἀλγήματα;

In bilioſis deiectionibus ſpumoſa efflorescētia, malo eſt, iis verò præcipuè quos antea lumborū dolor aut deſipiētia vexarit. Forteq; etiā dolores iis adſunt.

Ex Prorrh.21. deſumpta eſt ſententia, vbi meracas deiectiones bilioſis adiungit. Huius autem præſagij finis, quæ in Prorrh. deſideratur, hunc ſenſum habere videtur, vt renum dolores perſeuerare indicet, ex humoris bilioſi feruore & acrimonia per inteſtina delati. Fortaſſis etiam & reliquorum inteſtinorum dolores vrgere ſignificat, non eorum tantum quæ circa renes feruntur, cùm ſcribat Galenus, τοῦ γὰρ πάντα διαχωρήματος περιεχθέντος τοῖς ἐντέροις, οὐ τοῖς κατ' ὀσφὺν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς, ὀδύνας τινὰς ἐπακολουθοῦσιν. Aut certè ex Prorrh.22. corrupta eſt lectio ac diminuta, quod eſt vero ſimile.

Tenue alui excrementum & ſpumás, in quo quod ſubſidet aqueum eſt & ex pallido vireſcens, malo eſt, malum quoque purulentum. Nigrum etiam cruentum malum, cum febre, atque aliàs. Vitioſum quoq; varium abundè coloratum alui excrementum, eoq; deterius quò colore formidádum magis, prçterquam in medicaméti potione. Tunc namq; periculo vacat, copia nō exuperans. Friabilis quoq; mollis in febre alui ſeceſſus, vitio eſt. Vitioſus quoq; ſiccus, qui facilè diſſoluitur, nec cohæret, decolor, idq; præcipuè ſi aluum humectet, lethalis verò ſi nigra antea prodierint.

608 Λεπτὸν ἔπαφρον διαχώρημα, ὑδατόχλοον ἴσον ὑποστάσει, πονηρόν. πονηρὸν δὲ καὶ τὸ πυῶδες. καὶ τὸ μέλαν αἱματῶδες πονηρὸν σὺν πυρετῷ, καὶ ἄλλως. καὶ τὸ ποικίλον κατακορὲς διαχώρημα, φλαῦρον. καὶ χεῖρον ὅσῳ φοβερώτερον τῇ χροιῇ, πλὴν ἐν φαρμακείῃσιν. ἐν δὲ ταύτῃσιν ἀκίνδυνον μὴ πλήθει ὑπερβάλλον. καὶ τὸ ψαφαρὸν μαλθακὸν ἐν πυρετῷ διαχώρημα. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ξηρὸν, ψαθαρὸν, ἄχλοον, καὶ ἄλλως. καὶ ἣν κοιλίην καθυγραίνῃ. μελάνων δὲ προδιελθόντων, κτείνει. A B

καὶ τὸ μέλαν αἱματῶδες] Hic αἱματῶδες idem videtur ſignificare quod οἷον αἷμα μέλαν, vt aphor. 21. lib. 4. & paulò pòſt ſcribitur. Et καὶ ἄλλως, pro ἄνευ πυρετοῦ ſumitur, etſi quædam exemplaria ſequentibus iungunt.

καὶ τὸ ποικίλον κατακορὲς] ποικίλον κατακορὲς ſimul iungi poteſt, vt admodum & abundè varium excrementum ſugillet, velut ἐκτερώδεες κατακορέες antea dicti ſunt hoc præſagio aurigine impenſiùs fœdati & colorati: aut κατακορὲς per ſe abundè ſaturatum & ſyncera bile coloratum ſignificat. Poteſt & κατακορὲς accipi de variis alui excrementis, quæ ſyncera & impermixta egeruntur, ποτὲ μὲν ἅμα διεξερχόμενα ἀλλήλοισι, ποτὲ δὲ κατὰ μέρος, (vt ſcribitur in Prognoſt.) & vt loquitur Celſus, quæ modò diuerſis temporibus, modò ſimul, & in mixtura quadam, diſcreta tamen repræſentant. C

καὶ χεῖρον] Aph. 21. lib. 4. καὶ ὁκόσῳ ἂν τὰ χρώματα τῶν ὑποχωρημάτων πονηρότερα ᾖ, μᾶλλον κακίω, σὺν φαρμάκῳ δὲ ἄμεινον. καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείω χρώματα ᾖ, πονηρά.

ψαφαρὸν] Hic ψαφαρὸν μαλθακῷ iunctum deiectionem friabilem ac veluti ſanioſam indicat, ex viſcerum corruptione aut colliquatione, qualis in ſuibus cernitur, aut iis qui pyris & pomis victitant, aut pane furfuraceo aut hordeaceo veſcuntur. Poteſt & nigricans deſignare, quod ψαφερὰ aut ψαφαρὰ διαχωρήματα, ζοφώδη καὶ μελανίζοντα Galenus exponit, & Dioſcoridi μελανίζοντα ſignificant apud Galenum. ψαθυρὸν autem aut ψαθυρὸν in excrementis explicat Galenus τὸ διαθρυπτόμενον καὶ μηδεμίαν ἕνωσιν ἔχον συνεχῆ, aut ἀγλισχρον, quod eſt arenidum, friabile, non cohærens, & quod promptiſſimè teritur aut diſſoluitur, qualia ſunt eorum excrementa qui panicum aut milium, aut hordeaceos panes eſitarunt, aut ex pyrorum ſylueſtrium eſu ruri ſe vidiſſe teſtatur Galenus. Interdum verò talia euadunt nec cohærent, tenui humore & diſſolutu facili excrementis admixto & continuitatem impediente, etiam ſi quis integris cerealibus vtatur. Quod corporis vitio contingere poteſt, ſummamq; & cruditatis & materiæ inæqualitatem, aut etiam colliquationem indicat, aluo tunc effuſa, velut ψαφαρὸν μαλθακὸν hic iungitur. D

Liquidum alui recrementum, & breuibus interuallis cumulatum, malo eſt. Partim namq; vitium & inſomniam, partim verò exolutionem pariet.

609 Ὑγρὸν διαχώρημα, καὶ ἀθρόον κατὰ μικρὸν, κακόν. τὸ μὲν γὰρ κακὸν καὶ ἀγρυπνίην, τὸ δὲ ἔκλυσιν τάχ' ἂν ποιήσῃ.

Melior lectio ex Prognoſt. ὑγρὸν διαχώρημα, καὶ ἀθρόον, καὶ κατὰ μικρὸν, κακόν. Liquida enim alui deiectio & cumulata vires exoluit, frequens verò & ex breuibus interuallis inſomniam quoque & vigilias parit. Hic autem publicatorum codicum lectionem ſecutus ſum, etſi mihi vitio carere non videtur. Nam τὸ μὲν γὰρ κακὸν, quanquam redundare videtur, viſcerum tamen intemperaturam, aut naturæ oppreſſionem indicare non temerè poteſt. κατὰ μικρὸν quoque quod ex breuibus interuallis egeritur ſignificat, & idem quod κατ' ὀλίγον ὑποχωρεῖν. ἔκλυσις verò λιποθυμίαν.

Perliquidum & aliquantulum friabile alui recrementum, cum ſummi totius corporis perfrictione, non ſine febre, vitioſum eſt. Rigores præterea veſicam & aluum corripiunt. Valde verò aquoſa deiectio in præcipitibus malis non deſinens, malo eſt, atque eò magis ſi ſitis vacuitatem fecerit.

610 Ἔνυγρον ὑποψάφαρον διαχώρημα περιψυχομένῳ μὴ ἀπύρῳ, φλαῦρον. τὰ ἐπὶ τούτοισι ῥίγεα κύστιν καὶ κοιλίην ἐπιλαμβάνει. ὑδατῶδες δὲ σφόδρα διαχώρημα μὴ παυόμενον ἐν ὀξέσι, κακόν. καὶ μᾶλλον εἰ καὶ ἄδιψος. E

Prorrh. 116. ὑποψαθυρὰ διαχωρήματα dicuntur quæ hîc ὑποψάφαρα, vt eadem ſit vtriuſq; dictionis notio. Quam mutationem etiam agnoſcit Galenus cùm à Dioſcoride ὑποψάθυρα in ὑποψίσαρα verſum ſcribit. Poſtrema verò huius præſagij pars in publicatis exemplaribus vitioſè ſcripta, quæ eſt de perliquida & aquoſa deiectione diutiùs perſeuerante nec mutationem in morbis acutis accipiente, ſummam cruditatem & caloris natiui imbecillitatem indicat cum perenni materiæ affluxu.

Prærubrum in alui proluuie excrementum vitio eſt. Vitioſum etiam admodum ex viridi palleſcens, aut albicans, aut ſpumans, aut aquoſum. Item malum eſt quod exiguum, glutinoſum, læue & ex viridi ſubpallidum. Peſſima quoq; deiectio liquida in ſopore & torpore detentis. Lethale verò eſt etiam multum ſanguinem grumoſum ex aluo effluere, itémque candidum & liquidum excrementum cum alui tumore.

611 Ἐξέρυθρον ἐν προεκπλύσει διαχώρημα, φλαῦρον. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ σφόδρα χλωρὸν, ἢ λευκὸν, ἢ ἀφρῶδες, ἢ ὑδαρές. καὶ τὸ μικρόν τε καὶ γλίσχρον, καὶ λεῖον καὶ ὑπόχλωρον, κακόν. καὶ τὸ κωματώδεσι νενωθρωμένοισιν ὑγρὸν διαχώρημα, κάκιστον. θανατῶδες δὲ καὶ αἱμόρροον αἱματῶδες πολὺ θρομβῶδες. λευκόν τε καὶ ὑγρὸν μετὰ κοιλίης μετεώρου. F

προέκπλυσιν vocat alui proluuiem multa tenuia & liquida effundentem, quæ hepaticum eſt ſymptoma, vt ſcribit Galenus & antea hoc præſagio προέκπλυσις ἐξέρυθρος damnata eſt. Cæterùm ſententiam iſtam ex melioribus codicibus diſtinximus, etſi multi coniungunt. Quæ tamen omnia non ſatis aptè cohærent. G

καὶ τὸ σφόδρα χλωρὸν] Id ex Prognoſt. ſumptum eſt.

Alui excrementum nigrum velut ſanguis, & cum febre, & ſine febre, malo eſt. Mala item quæcunque varia, & quæ bile abundè ſunt ſaturata.

612 Διαχώρημα μέλαν οἷον αἷμα, καὶ σὺν πυρετῷ, καὶ ἄνευ πυρετοῦ, πονηρόν. πονηρὰ δὲ καὶ πάντα τὰ ποικίλα, καὶ τὰ κατακορέα πονηρά.

Hæc ſententia aph. 21. lib. 4. exprimit. κατακορέα autem intelligi poſſunt bile admodum ſaturata, aut quouis etiam alio colore ſaturata, vt viridi, flauo, nigro aut rubro, cùm ποικίλα ſimul iungantur, eademq; proprij ſeri conſumptionem indicent.

Alui recrementa quæ in ſpumoſa & ſyncera deſinunt, omnibus quidem ingraueſcentis mali ſignificationem præbent, conuulſione verò tentatis, vel maximè. In huiuſmodi caſibus ad aures tubercula oriri ſolent. At quæ perliquida, ac rurſus conſiſtentia, ſyncera, ſtercoracea, morbi longitudinem denunciant. Prærubrum verò in febre, delirium. Candicans

613 Τὰ ἐς ἀφρώδεα ἄκρητα τελευτῶντα διαχωρήματα, παροξυντικὰ μὲν πᾶσι, τοῖσι δὲ σπασμώδεσι καὶ πάνυ. ἐν τούτοισι τὰ παρ' οὖς αἴρεται. τὰ δὲ ἐξυγραινόμενα, καὶ πάλιν συνιστάμενα, ἄκρητα, κοπρώδεα, μῆκος νούσου σημαίνει. τὸ δὲ ἐξέρυθρον ἐν πυρετῷ, παρακοπήν. τὸ δὲ λευκὸν κοπρῶδες, H

A κοπρῶδες, ἰκτέρῳ δύσκολον. τὸ δὲ ὑγρὸν ἐν τῷ τεθῆναι λαβὸν ἔρευθος.

autē ſtercoroſum, in morbo regio moleſtiā exhibet, ac liquidum etiam, vbi reſederit ruborem adeptum.

Ex Prorrh. III. præcipuè & Prorrh. 50. ſumpta ſententia. Meliùs verò in quibuſdam Prorrh. exemplaribus, τῇ μὲν μεθισταμένῃ pro μὴν legitur, quòd huiuſmodi deiectiones in ſynceras deſinentes, non omnino ingraueſcentis mali ſignificationem præ ſe ferant, ſed tum præcipuè vbi talia excrementa perſeuerant, & præterquàm quod non deſinunt, etiam in ſpumoſa ſyncera, & prioribus longè deteriora mutantur. Quod ſequitur miſerè eſt exagitatum noſtris in exemplaribus. Quædam etiam iſta diſtinguunt, quædam coniungunt.

τὸ δὲ λευκὸν] Alba & ſtercoroſa deiectio in ictero negocium faceſſit, icteriq; magnitudinem & cauſæ pertinaciā oſtendit. At quæ liquidæ in matula depoſita ruborem accipit, hepatis imbecillitatē aut alicuius viſceris inflammationem portēdit. Exemplaria

B publicata λαβὸν ἐρυθρὸν legūt, qua lectione exaturatus ac copioſus rubor accipitur. Sed nos cum Cornario & Hollerio λαβὸν legimus.

614 Αἱμορραγέσι γλίσχρον διαχώρημα μέλασι διαποίκιλον, κακοηθές, μάλιστα δὲ ἐκλεύκοις.

Sanguinem effundentibus glutinoſum alui recrementum, maculis nigris diſtinctum, malignitatem denotat, præcipueq; in exalbidis.

ἔκλευκοι dicuntur valde candicantes, qui pituita redundant, quorum naturæ reſpondere alui excrementa debent, non autem variegata aut nigris maculis diſtincta, quæ humorem retorridum eiuſq; malignitatem denotant.

615 Ἔκλευκον διαχώρημα ἐν πυρετῷ οὐκ εὔκρινές.

Exactè candicans alui recrementum in febre nullam bonam iudicationem denunciat.

Exactè candicantes deiectiones obſtructionum indices bilis flauæ auerſionem ſignificant, & icterum minantur. Quare nullam

C habent probatam iudicij notam. Videtur autem huius præſagij author tacitè eam quæ fit à morbo regio in febre iudicationem ſugillare, quòd non niſi moleſtiæ & laboris plena ſit.

616 Κοιλίη ταραχώδης σμικρῇσι πυκνῇσιν ἀναστάσεσι, σιηγόνας ἐντείνει. λύει δὲ καὶ ἐπὶ προσώπου γινόμενα ἐρυθήματα.

Aluus perturbata cum frequenti deſidendi labore, maxillas intendit, rubores etiam faciei ſoluit.

Laborem & inſomniam potius facit frequens deſidendi labor quàm rigorem aut conuulſionem, cuius rudimentum ponit ἀπὸ γνάθων ἐντείνεσθαι. κακὸν ὁ ἄνθρωπος ὑπὸ τῆς ξυνεχείης ἐξανιστάμενος ἀγρυπνέει, vt ſcribitur in Prognoſtico. Secutus ſum autem ſenſum maximè popularem, vt rubores faciei ſoluat huiuſmodi frequens deſidendi labor, etſi frequentes deiectiones faciei ruboribus exortis ſubſiſtere non ſit alienum, vt etiam ſurditate aluum in febribus retardari contingat.

D 617 Κοπρῶδες μετὰ τόνου διαχώρησις, κοιλίης πονηρίην σημαίνει. φλεγματῶδες δὲ ὀξέως μετὰ καρδιωγμοῦ, δυσεντερίην. τάχα δὲ καὶ ὀσφυαλγίην. ταῖσι τοιαύτῃσι κοιλίης περιτάσιος περὶ ἀνάγκην ὑγρὰ χαλώσης τάχιον κυλλουμένη, ἔχει τι σπασμῶδες; ἡ δ' ἐπιρρίγωσις τούτοισιν ὀλέθριον.

Stercoracea alui egeſtio cum tenſione, aluum malè affectam denunciat. Pituitoſa verò repente cum oris ventriculi dolore, inteſtinorum difficultatem, & fortaſſe etiam lumborū dolorem. In talibus aluus circūtenſa, ex neceſſitate liquida demittēs, celeriter intumeſcens, quandam conuulſionis ſignificationem præ ſe fert. In his nouus ſubinde rigor, periculum creat.

Stercoroſa deiectio cum alui contentione flatuum copiam indicat, vnde malè afficitur. Pituitoſa verò cum oris ventriculi morſu ob pituitam ſalſam, dyſenteriam denunciat. Quod ſequitur ex Prorrh. 99. deſumptum videtur, neq; paruam hic parit obſcurita-

E tem. περιτάσιος namq; legendum videtur, & κυλλουμένη pro ἐγκυρτουμένη poſitum inſolentiam facit, ac fortè vitium ſubolet. κυλλὸν enim cùm dicatur Hippocrati diſtortionis ſpecies qua membrum in exteriorem partem conuerſum luxatur, & intrò flexum extra protuberat, pro alui inflatione & tumore poni nouum eſt, quòd intus flectatur ac caueatur, extra verò gibbum faciat ac protuberet. Ac certè ταχὺ ἐγκυλλουμένη, aut τάχιον, legendum videtur facili lapſu, isq; mihi videtur eſſe locus quem ſubindicat. Erotianus nam ἐγκυλλουμένην κοιλίην apud Hippocratem explicat. Scribit namque, ἐγκυλλοῦται ἀντὶ τοῦ ἀνειλεῖται, τὸ μέγα καὶ ἐμπεφυσημένον φρονεῖν, ὁ δὲ Ἱπποκράτης ἐγκυλλουμένην λέγει κοιλίην, τὴν ταχέως εἰς ὄγκον αἰρομένην. ἐγκυλλοῦται tamen & ἐγκυλλουμένην, apud Erotianum ſcriptum eſt. Neq; verò ex iſta caſuum concurſione cōuulſionem prædici neceſſe eſt, vt ſatis patet ex Galeno in Prorrh. Cornarius pro κυλλουμένη ἐπεχομένη legiſſe videtur, quem etiam ſecutus eſt Præceptor Hollerius. Aut certè inflatam aluum retentis fœcibus, reſtitantem dixerunt.

618 Οἷσι μέλανα διαχωρέει, ἐφιδρῶσι ψυχροῖς.

Quibus nigra per aluum ſecedunt, ij tenuibus & frigidis ſudoribus diffluunt.

F Deiectiones nigræ in vehementi aut pertinaci morbo, ſuſpectas perniciei notas habent, viribus plurimùm affectis ac extincto calore natiuo, vnde ſudores frigidi & tenues mortis rudimenta ſunt. Liene tamen expurgato, interdum criticè & ſalutariter nigra per aluum deiiciuntur.

619 Οἷσι κοιλίη κατ' ἀρχὰς ταράσσεται, τὰ δὲ οὖρα μικρὰ, προϊόντων κοιλίη μὲν ξηραίνεται, τὸ δὲ οὖρον πληθύει λεπτὸν, τούτοισιν ἀποστάσιες ἐς ἄρθρα.

Quibus circa initia aluus turbatur, vrinæ autem paucæ ſunt temporis progreſſu aluus quidem reſiccatur, vrina verò tenuis abundat, his abſceſſus ad articulos fiunt.

Id fit materia ad inteſtina conuerſa, vt & aluo reſiccata vrina copioſior affluit, quæ vt tenuis eſt, cruditatis notas exhibet, ideoq; abſceſſum in articulos ſuſpectat.

G 620 Αἱ κατὰ μικρὰ ἀναστάσιες ῥιγώδεες, καὶ οἷς φλαῦρον διαχώρημα, δυσκολώτατον τεταρταίοισιν ἀρχόμενον.

Frequentes deſidendi labores rigorem adferunt, & quibus alui recrementum vitioſum eſt, id maximā moleſtiam exhibet, ſi quarto die initium fecerit.

Exemplaria quædam κακώδεες pro ῥιγώδεες legunt, quæ ſecutus videtur Cornarius, qui etiam λάβρον διαχώρημα legit, & ἀρχόμενον. Frequens autem deſidendi labor in Prognoſt. damnatur, quod fatigationem & inſomniam afferat. Probatur namq; μήτε πυκνὸν κατὰ ὀλίγον ὑποχωρέειν. Valde autem ſuſpecta mala ſunt quæ quarto die malignitatis indicia præ ſe ferunt, & ſtatum naturæ ordinem grauant. Nam & multum moleſtiæ exhibent, & difficilem ſolutionem faciunt.

621 Αἱ πυκναὶ κατὰ μικρὰ ἀναστάσιες ὑπόγλισχροι, ἔχουσαι μικρὰ κοπρώδεα, μεθ' ὑποχονδρίου καὶ πλευροῦ

H ἀλγήματος, ἰκτερώδεες, ἆρα ἐπισχεθέντων οὗτοι ἐκχλοιοῦνται; οἶμαι δὲ καὶ αἱμορροεῖν τούτους. τὰ δ' ἐς ὀσφὺν ἀλγήματα ἐν τούτοισιν αἱμορροοῦσιν αἷμα διαχωρέει λαμπρόν. μετὰ κάρου καὶ κεφαλαλγίης, τὸ ἐπιχλιαίνεσθαι, ὀλέθριον.

Frequentes & ex paruis interuallis deſidendi labores, aliquantulum glutinoſa excernentes, cum paucis ſtercoraceis, præcordiorum & lateris dolore, morbum regium prænunciant. Animaduertendum autem num ex iſtorum ſuppreſſione ij cum virore palleſcant. Eos verò etiam exiſtimo ſanguinem profundere. Hos quoque lumborum dolores affligunt, & his ſanguinem profundentibus, ſanguis ſplendidus prodit. Cum ſopore & capitis dolore ſubinde incaleſcere, perniciem denunciat.

Hæc caſuum multorum coaceruatio ex Prorrh.146.deſcripta eſt,in quo etiam ἐπιξηραίνει additur,& pro διαχωρήματα,ἐκλείποντα(vt A
aliàs ſæpe) legitur.Poſtrema verò pars valde eſt conturbata.Sunt qui eam aliter diſtinguant. Solet autem lumborum diſtentio interdum per dyſenteriam cruentam, nonnunquam etiam per hæmorrhoidas leuari,tuncq́; ſanguis purus ac ſplendidus effunditur.

Glutinoſæ , bilioſæ deiectiones magis quodammodo abſceſſus iuxta aures excitant.

612 Τὰ γλίσχρα, χολώδεα μᾶλλόν τι τὰς ἀποστάσιας παρ' οὖς ποιέει.

Sunt alia parotidum propria magis ſigna & veluti ἀναγκαῖα ac neceſſaria quæ in Prognoſt.& Prorrh. deſcribuntur, & doctrinæ complexione comprehenduntur, vniúſq; ſunt generis. Et aluo erumpente parotides attolli rarum eſt , quin potiùs ſubſidere conſtat ex Clazomenio ægr.10.lib.1.Epid.

Tumores humeſcente aluo ſublati in altum cum doloribus, malo ſunt , aluo verò ſuppreſſa , dum ne quid aliud innouetur, celeriter rumpuntur , & maligniores ſunt.In his vomitus praui & maligni.

613 Ὄγκοι κοιλίης καθυγραινομένης οἰδήματα μετεωριζέται μετὰ ἀλγημάτων, κακόν. κοιλίης δ' ἐπιστάσης, ἄλλου δ' ἴσως μὴ νεωτερισθέντος, ταχέως καταῤῥήγνυται, καὶ κακοηθέστερα, τὰ ἐμέσματα ἐπὶ τουτέοισι πονηρὰ καὶ θηριώδεα. B

Hoc Prognoſtico ventris tumores cum doloribus ſugillantur,& in aluo ſuppreſſa maius periculum quàm in effuſa denunciant. Sic aphor.7.lib.6. τὰ ἀλγήματα καὶ οἰδήματα τὰ μὲν μετέωρα κουφότερα, τὰ δὲ μὴ μετέωρα ἰσχυρότερα. θηριώδεα verò malignitatem & humorum feritatem vomitione refuſorum, ac fortè etiam lumbricos denotant.

Quibus faciei incendium & intenſus rubor ſoluitur, & graueolens eſt alui egeſtio, redundans & ſubrubra,in his inſaniæ metus eſt.

614 Οἷσιν ἐπὶ φλογώδεσι καὶ ἐξερυθρέσι λυομένοισι, δυσώδεες, λάβροι, ὑπέρυθροι, ἤ τις ἐκμανῆναι. C

Idque præcipuè ſi faciei ardor & inflammatio cerebrum appetat , interdumq́; effuſis per aluum æſtuantibus & acribus ſuccis, quo ſenſu λυομένοις quidam ſumunt. φλογῶδες autem de facie incenſa & exaturato rubore colorata , dici Hippocrati ſolemne eſt, quod effecit vt hîc ad faciei incendium referrem, etſi ad deiectiones flammeas ac ardentes ex bile ſyncera & vitellina alij referãt.

Cutis corporis ſqualida & plus æquo ſicca , malà affectæ alui index eſt. In his prærubræ carunculæ purulentæ ferè ex aluo prodeunt.

615 Ὁ αὐχμώδης χρὼς σημαίνει κοιλίην πονηρευομένην. ἐπὶ τούτοισιν ἐξέρυθρα σαρκόπυα μάλιστα δίδωσιν.

Lethalis dyſenteriæ indices ſunt carunculæ purulentæ ex aluo prodeuntes , ex placito 26.lib.4. febris verò tanta vt humores exaſperet,& corpus ſqualidum & reſiccatum reddat, periculum etiam intendit. Alioqui etiam viſcerum vitio & labefactata naturali œconomia,interdum prærubra excrementa effunduntur,carnis purulentæ inſtar, quæ carnis teneræ & mollis colliquationem D
præ ſe ferunt, vnde corporis cutis ſqualleſcit & reſiccatur. χρὼς autem dicitur Hippocrati , quælibet corporis pars carnoſa , aut quicquid in corpore eſt carnoſum,cuius generis præcipuè ſunt cutis & muſculi,vt ſcribit Galenus Comment.2.in lib.de fract.

In bilioſa aluo, molli, ſtercoracea egerente, apparentes æſtus tumorem ad aures excitant.

616 Ἐπὶ κοιλίῃ χολώδει μαλθακῇ, κοπρώδει, καύματα ἐπιφανέντα, παρ' οὖς ἔπαρμα ποιέει.

Ex Prorrh.168.petitam eſſe apparet hanc ſententiam,ex quo etiam κώματα pro καύματα reponi debere conſtat. Neque enim καύματα ad parotidum prædictionem plurimùm poſſunt, cùm κῶμα earum ſufficiens nota ſit. μάλακα etiam pro μαλθακῇ legunt illic exemplaria,& χολώδεα expungunt.

Bilioſas alui deiectiones ſurditas,& ſurditatem bilioſa alui deiectio ſedat.

617 Χολώδεα διαχωρήματα κώφωσις παύει. κώφωσιν δὲ παύει χολῶδες διαχώρημα. E

Ex aphor.28.& 60.lib.4. ſumptum hoc præſagium. Celſus quoque, nihil plus aduerſus ſurditatem quàm bilioſam aluum poſſe, ſcribit.

Serpentia vlcera ſupra inguina, ad laterum inanitatē & pubem enata , malè affectam aluum denunciãt.

618 Τὰ ἑρπυστικὰ ὑπεράνω βουβῶνος, παρὰ κενεῶνα καὶ ἥβην γενόμενα, σημαίνει κοιλίην πονηρευομένην.

Bilioſum namque & acrem humorem multum illis in partibus adeſſe ſignificatur à quibus aluus ſolicitata malè afficitur.

Virium exolutio dolorem ſoluens, aluum maximè humectam reddit.

619 Ἔκλυσις ὀδύνην λύουσα, κοιλίην μάλα καθυγραίνει.

Habitum enim totius corporis refrigerat & humectat , corpusq́; relaxat, vnde contingit vt relaxatis ventriculi fibris & reuocatis ſpiritibus aluus effundatur , ſiue virium & animi defectio ἔκλυσις intelligatur, ſiue membrorum impotentia quædam. Nam & F
iſtud in dies conſpicimus vſuuenire in ea animi defectione quæ ex liberali ſanguinis miſſione in maximis doloribus aut febribus ardentibus imperatur,& membrorum exolutio & ad motum impotentia coli dolores ſoluens interdum & iudicans, totum corpus emollit & humectat.

Quæ circa ſedem cum dolore ſuppurant , aluum conturbant.

620 Τὰ καθ' ἕδρην ὀδυνώδεα ἐκπυήματα, κοιλίην ἐπιταράσσει.

Doloris ratione fit attractio,& puris acrimonia aluus etiam irritatur & effluit.

Exitialis eſt deiectio pinguis & nigra , ac liuida cum odoris grauitate , itemque bilioſa ſimile quiddam lentium aut cicerum lomento continens , aut veluti bene florulentos ſanguinis grumos , & infantium egeſtionem odore referens,ac varia,eademque diu perſeuerans. Talis etiam fuerit cruenta , ſtrigmentoſa, bilioſa, nigra, viridis, & ſimul , & per vices excreta. Exitialis quoque quæcunq; prodeundo ſenſum ægri fallit.

621 Θανατώδεα ἐστὶ τῶν διαχωρημάτων τὸ λιπαρὸν, καὶ τὸ μέλαν, καὶ τὸ πελιὸν μετὰ δυσωδίης, καὶ τὸ χολῶδες ἔχον ἐν ἑωυτῷ φακῶν ἢ ἐρεβίνθων ἐρέγμασι παραπλήσια, ἢ οἷον θρόμβους αἵματος εὐανθέας, κατὰ τὴν ὀδμὴν ὅμοιον τῷ τῶν νηπίων, καὶ τὸ ποικίλον, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ χρόνιον. γένοιτο δ' ἂν τοῦτο αἱματῶδες, ξυσματῶδες, χολῶδες, μέλαν, πρασοειδὲς, καὶ ὁμοῦ, καὶ ἐναλλάξ. θανατῶδες δὲ καὶ πᾶν ἐστὶ τὸ ἀναισθήτως διεξιόν. G

Ἐρέγμα etſi idem quod ἐρεγμὸς aut ἔρεγμα, & fabam freſam fractámq; ſignificat,aliis tamen leguminibus etiam acommodatur. Deiectionem igitur bilioſam intelligit , quæ ſimile quiddam lenti aut ciceri freſo & fracto continet, aut eorum lomento ſimilis eſt,tum colore ſubrubro,tum etiam ſubſtantiæ inæqualitate,biliſque incendium in anguſtiſſimis venæ portæ anfractibus indicat. H
Cornarius κυάμων ἐρέγμασι pro φακῶν legiſſe videtur,ſed φακῶν ἐρέγμασι Erotianus legit,& ἀντὶ τῶν διαιρεμάτων ſumi ſcribit. καὶ γὰρ ἐρεγμὸς κυάμους λέγεται ὁ δίχα διῃρημένος κύαμος. Deducuntur autem iſta ab ἐρείκειν, quod eſt σχίζειν, σπίζειν, ſcindere,diuidere,vnde ἐρεικίδες Galeno in Exegeſi,etſi ἐρικίδες quidam legunt.

ἢ οἷον θρόμβους] Sanguinis benè florulentos grumos,interſperſas ſanguinis floridi notas in bilioſa deiectione intelligit , quæ moleſtam & tandem exitialem dyſenteriam minatur.

κατὰ τὴν ὀδμὴν] Id de bilioſa egeſtione intelligẽdum,quæ infantibus valde familiaris eſt,& odore grauis,etiã ſi ſolo lacte,ad corruptionem

ptionem & putredinem admodum procliui, nutriantur. Vnde etiam virides & porraceæ illis egeſtiones fiunt, cibum huiuſmodi non probè concoquentibus, ſed cruditate laborantibus. Hic autem exprimitur quod in Prog. ſcriptum eſt, ἢ ἰώδεα ἢ πρασώδεα. Vnde etiam reliquæ exitialium deiectionum attributiones ſumptæ ſunt.

γίνεται δ' αἱ ξύσματα αἱματώδεα] Hic cruentam deiectionem periculo adiicit, quæ à quibuſdam etiam additur in Progn. & eam Celſus legiſſe videtur, cùm ſcribit, † Aluus quoque varia peſtifera eſt, quæ ſtrigmentum, ſanguinem, bilem, viride aliquid, modò diuerſis temporibus, modò ſimul, & in miſtura quadam, diſcreta tamen, repræſentat. (Sic enim ex membranis melioribus lego.) Vbi etiam αἱμα ἢ ξύσματα diſertè explicatur. † Cap. 6. lib. 2.

612 Ποτὸν χαλεπῶς καταβροχθίζοντι πνεύματι βηχώδει, ἐρυγμὸς ὑποσπώμενος, εἴσω κατειλούμενος, σημαίνει πόνον κοιλίης. πονηρὰ δὲ καὶ ἔξερυθρα διαχωρήματα τεταρταῖοισι, καὶ αἱ τοιαῦται αἱμορραγίαι κωματώδεες. ἐκ τούτων σπασμῷ τελευτῶσι, μελάνων προδιελθόντων.

B Potum ægrè deglutienti cũ ſpiritu tuſſiculoſo, eructatio quodammodo reuulſa, intrò conuoluta, ventris dolorem denũciat. Vitioſæ etiam ſunt prærubræ deiectiones, æruginoſæ quarto die apparẽtes, ac eiuſmodi ſanguinis profluuia ſoporem inducũt. In his caſib. ex conuulſione moriuntur, nigris ante prodeũtibus.

πνεῦμα βηχῶδες vocat difficultatem ſpirandi tuſſi coniunctam, aut ſpiritum tuſſiculoſum, vt diximus antea hoc [*] præſagio. Atque hîc idem ſignificant τοῖς χαλεπῶς καταβροχθίζουσι πνεύματι βηχώδει, quod illic οἱ χαλεπῶς καταβροχθίζοντες πνεύματι βηχώδει, quod ſymptoma in extrema pernicie laborantibus poſuit. Atque haud ſcio an hîc quoque καταβροχθίζοντι legi debeat. pendent autem hæc à defluxione in fauces & ventriculum, tunicam ori toti, faucibus & ventriculo communem irritante & lancinante. ἐρυγμὸς, verò idem quod ἐρυξις, & flatum qui ex ventriculo mouetur ſignificat, ructum & eructationem, quandoq; etiam quancunque ex corpore flatus eductionem, ſiue ſupra, ſiue infra fiat, vt ſcribit Gal. Com. 2. in lib. 6. epid. ὑποσπώμενον autem dicit velut ſubtractam

C & ſubductam eructationem, qualis eſt iis qui erumpentem ventriculi flatum verecundè continent, ac veluti ſubducunt, & retrahunt, qui intus conuolutus diſſipatur. Quæ ſunt cruditatis & imbecilli ventriculi flatusq; colligentis certa indicia. Reliqua ex ſyndrome pendent, quæ huic ſententiæ non ſatis cohæret, & videtur per ſe diſtingui debere, eique adiici quod de nigris deiectionibus diminutum videtur, ex Prorrh. 127. & iis quæ antea hoc præſagio ſcripta ſunt (ſent. 331.) μεθ' αἱμορραγίην μελάνων διαχώρησις κακόν. Cuius rei ſuſpicionem auget Aſulanus codex, qui huic Prognoſtico aſteriſcum præfigit. [*] Sent. 62.

613 Οἷσι μέλανα διαχωρέει, ἐφιδροῦσι ψυχροῖς.

Quibus nigra per aluum ſecedunt, ij tenuibus & frigidis ſudoribus diffluunt.

Antea quoq; iiſdem verbis expreſſa hæc ſententia, & ex Prorrh. 139. deducta [*], & ſupra etiam adumbrata (ſent. 334.) [*] Sent. 618.

614 Αἱ ἐξαίφνης παράλογοι ἐκλύσιες κοιλίης, ἐν τοῖσι

D τετηκόσι χρονίοισιν, ἅμα ἀφωνίῃ τρομώδει, ὀλέθριοι.

In iis qui longo tempore conſumpti ſunt, temerariæ & quæ præter rationẽ finiunt alui exolutiones, vnà cũ vocis defectione tremula, perniciem denũciãt.

In morbum trahentibus & longo temporis tractu extenuatis, repente & ſine ratione aluus effuſa, facultatis naturalis extinctionem, vocis verò defectio cum tremore, animalis ſpiritus conſumptionem indicat.

615 Αἱ λεπταὶ μελάνων διαχωρήσιες αἱ φρικώδεες, βελτίους τοῖσι τοιούτοισι. αἱ τοιαῦται ὠφελοῦσι μάλιστα κατὰ τὴν ἡλικίην ἣ προακμάζουσι.

Tenues nigrorum deiectiones horrorem inducentes in talibus meliores. Tales præcipuè iuuant ætatem quæ vigorem antecedit.

Hæc ſententia paulò ante ſuperiori cohærere videtur, & de his intelligi quibus aluus nigris excrementis fertur. Ætas autem quæ vigorem antecedit, aut iuuentus intelligitur, aut ea quæ nondum triceſimum annum attigit, in qua ob ætatis robur & calorem

E exuperantem, humorum tenuitas & acrimonia maior ineſt, ſanguis etiam copioſior abundat, vnde nigrorum ſeceſſus horrorem inducentes fiunt.

616 Πᾶσι τὰ κνησμώδεα μελάνων διαχώρησιν σημαίνει, καὶ ἔμετον θρομβώδεα. καὶ τρομώδεα σὺν δηγμῷ μετὰ κεφαλαλγίης. τὰ μέλανα διαχωρήματα περὶ τὸ τοιοῦτον ἔμετος διέρχεται, καὶ ἐμέσασι συχνὰ τοιαῦτα προσανασπᾶται.

Pruritus omnibus nigrorum ſeceſſum denunciant & grumos vomitione refuſos. Tremulæ etiam affectiones cum morſu ac capitis dolore, nigras deiectiones prædicunt. Tales verò præcedit vomitus, & vbi vomuerint, talia multa præterea reuelluntur.

Turbulenta eſt & temeraria nigrorum ſeceſſuum iſta prædictio. Neque enim in pruritibus nigra neceſſariò ſecedunt, aut vomitione grumoſa refunduntur. θρομβώδεα ἔμετον num ſanguinis grumos vomitione refuſos, num etiam retorridos humores & aduſtione craſſos aut grumoſos indicet, non ſatis eſt compertum. In magna humorum aduſtione & acrimonia, ex ſumma viſcerum

F intemperie & infirmitate, pruritus toto corpore excitari poſſunt, indeq; nigra & retorrida per aluum ſecedere, ac vomitu veluti ſanguinis grumi reiici. Quòd ſi humores huiuſmodi malignitatem & virus conceperint, oris ventriculi morſus (quem δηγμὸν vocat) cum capitis dolore & tremore conſequitur. Sic enim τρομώδεα ad tremulas affectiones ex oppreſſione referre malim, quàm ad vomitum. Interdum etiam oppleto ventriculo vomitus præcedunt, & frequenti vomitione talia reuelluntur ac detrahuntur.

617 Οἷσι δὲ ἐπὶ ταραχῆς κοιλίης παροξύνεται περὶ κρίσιν, κάτω μέλανα διέρχεται.

Quibus autẽ cum alui perturbatione ſub iudicationem morbus ingraueſcit, iis nigra per aluum prodeũt.

Nihilo etiam certius nigrorum ſeceſſus hac ſententia ſperari debet. Ac incertum eſt an ad ſuperiora & tremulas affectiones cum oris ventriculi morſu & capitis dolore referatur, an verò ſimpliciter intelligi debeat & ſeorſum diſtingui, quod faciunt publicata exemplaria, quæ cum aliis ſecuti ſumus.

G 618 Ἐπὶ κοιλίῃ μακρῇ ἐμετώδεσι, χολώδεσιν, ἀποσίτοις, ἱδρὼς πολὺς μετὰ ἀδυναμίης ἐξαπίνης, κτείνει.

Ex diuturno ventris affectu, vomentibus, bilioſis, cibum auerſantibus, copioſus ſudor obortus cum repentina virium impotentia lethalis.

Hæc omnia vires præcipitant, quibus effœtis ac languidis quæuis excretio, quantumuis critica, lethalis eſt. Nouè autem dicitur κοιλίη μακρὴ, de diuturno ventris affectu ac profluuio. Parum autem refert an ἐξαπίνης repentinam virium impotentiam, an verò repentinam mortem ſpectet, cùm vtrumque rectè ſubſiſtat.

619 Ἐν φαρμακείῃσι ἐν περιρρόῳ λεπτὸν συχνῶς αἷμα ἐκπιεζόμενον, φλαῦρον.

In medicamentorum purgantium vſu & circumfluo humorum affluxu, ſanguis tenuis frequenter eliquatus, vitio eſt.

H ἐκπιεζόμενον αἷμα ſanguis eliquatus & expreſſus intelligitur, aut humoris affluentis impetu & acrimonia, aut vi medicamenti purgantis. Hic autem ſecuti ſumus exemplarium pluralitatem & Cornarium ipſum, publicata namque mendoſa ſunt. Aldinus codex συχνῶς ἐκπιεζόμενον legit, nullo ſenſu & manifeſto vitio. Deinde illud, ἐστι δὲ, redundare certum eſt.

620 Τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύσματα μετὰ πόνου, πυρετοῖσιν ἅμα φρικώδεσιν, ἀποσίτοις, σμικρὰ ἐφυγραινομένης ἐς κάθαρσιν κοιλίης, οὐ τὰ ἐς ἐμπύησιν.

Alui durities cum dolore, vnà cum febribus horroris ſenſu inſignibus, ac cibi faſtidio laborantibus, paulum humectata ad purgationem aluo, ad ſuppurationem non tendit.

σκληρύσματα κατὰ κοιλίην hic dicuntur tumores duri cum dolore ventrem affligentes, vt antea quoq; hoc præſagio (ſent. 304.) vnde

hæc ſententia deſcribenda, explicanda, & reponenda. In publicatis enim exemplaribus variè eſt mutilata & perturbata. Aldinus A
codex ὑπάγωσι pro ὑπάγωσι legit, deinde κοιλίης omittit, & huius ſententiæ extremum tam diſtractè & oſcitanter, multoq; interpoſito ſpatio legit, vt facilè mendum indicet, ac videatur in lectionem priùs deſcripti præſagij deſcendere velle. Cæterùm ἐς τὰς ἐμπυήσιας eum ſenſum habet, εἰς ἐμπύησιν ἐξίῃ, & eandem habet notionem cum ſuperiore illa prognoſi. Nam ſi alui tumores ad purgationem concedant ſuppurationis ſpes nulla futura eſt. Si verò reſiſtent neque per aluum effluant, pus intrò colligent.

642 Ἅμα πυρετῷ κοιλίη ταραχώδης ὑπόσπον ἁλμυρώδεα, κωματώδεσι καὶ δέρεις οὐ πάνυ παρέπεται.

Aluus perturbata ſalſuginoſa demittens, vnà cum febre, non admodum ſopore & torpore oppreſſos conſequitur.

Sic enim & febris materiam morbi diſcuteret, & perturbata aluus ſalſuginoſa & acria multa demittens, morbum leuaret. Adde quòd ſopor & torpor, cùm ex frigido, lento & nulla acrimonia prædito humore fiant, toto genere differunt. Aſulanus codex hic B
etiam vitium præ ſe fert.

643 Ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, κοπιώδει, κεφαλαλγικῷ, διψώδει, ἀγρύπνοι, ἐξερύθρῳ χρώματι λυομένοις ἦν τις ἐκμανῶσιν, ἢν δύσπνοοι ἔωσι. τοὺς δὲ ἐκχλωθέντας εὔπνοον, συνὸν τε κοιλίης ἐπιφερομένης.

Vbi aluus humecta eſt, ægri laſſitudine, capitis dolore, ſiti, inſomnia torquentur, in prærubro colore liberatis inſaniam metuere oportet, ſi ſpirandi difficultas adfuerit. Quos etiam ex virore palleſcentes facilis ſpiratio iuuat, aluo ſubinde prorumpente.

Ex Prorrh. 38. ſumptum videtur præſagium*, & antea quoq; hìc adumbratum, ſed hoc loco variè perturbatum. Vt enim neque iſta ſignorum coitio neceſſaria eſt ad ſperandam inſaniam, ita lectio valde & obſcura & inſolens. Quid enim per ἐξερύθρῳ χρώματι C
λυομένοις intelligatur admodum eſt ambiguum. Mihi videntur ſumi poſſe prærubro colore abſoluti ac liberati, quibus totum corpus incendioſum & flammeum paulatim ſubſedit, intrò concedente & ſurſum repente cum humore ſpiritu & ſanguine, vnde facilis inſaniæ metus, præſertim accedente ſpirandi difficultate, quæ ex illorum humorum momento cumulatur. Quòd ſi reſtinctum incendium deferbuerit, & ſpirandi difficultas ceſſerit noxiis per aluum prorumpentibus, magna ſalutis ſpes erigitur. Quod effecit vt diſparatas iſtas in multis codicibus ſententias coniungerem, & malè mutilatas quâ poſſem ratione reſtituerem. Exemplaria quædam κοπιώδεες, κεφαλαλγικοὶ διψώδεες, ἄγρυπνοι legunt, reliqua κοπιώδη, κεφαλαλγικὸς, διψώδης, ἄγρυπνος, vt in Prorrhetico. Cornarius etiam ἐξερύθρῳ διαχωρήματι λυομένοις legit, præter omnium quos adhuc videre licuit codicum fidem, quibus innixi maluimus lectionis inſolentiam leni quodam ſenſu temperare, quam accommodatam ſenſui lectionem ſine authoritate cum fraude affingere. τοὺς τε ἐκχλωθέντας etiam lego cum publicatis codicibus, etſi quædam τοὺς τοῦ ἐκχλωθέντας habent, quæ ſecutus videtur Cornarius, qui etiam ἢ σινόν τι, aut δεινόν τι legit faciliore notione. cui nos quoque lubenter ſuffragamur.

644 Τὰ καυματώδεα διαχωρήματα τόνον ἴσχοντα, κοιλίην πονηρευομένην σημαίνει. D

Æſtuoſæ deiectiones & cum contentione procedentes, malè affectam aluum prænunciant.

τόνον ἴσχοντα διαχωρήματα vocat deiectiones quæ cum multa contentione & conatu feruntur, vt ſiccæ & duræ ab exæſtuante intus incendio, vnde καυματώδεα, quæ cum feruore & æſtu prodeunt, ac aduſtæ ſunt, dicuntur, etſi exemplaria publicata κωματώδεα, (vt aliàs ſæpe) legunt.

645 Τοῖσι χολώδεσι κοιλίη ταραχώδης, μικρὰ πυκνὰ διαδιδοῦσα, τεινώδεα μετὰ σμικρῶν μυξωδέων, πόνον περὶ δὲ λεπτὸν ποιέουσι, καὶ οὖρον οὐκ εὐλύτως ἰὸν, ἐς ὕδρωπα ἐκ τούτων ἀποτελευτᾷ. E

In bilioſis perturbata aluus, pauca crebro reddens, & cum paucis mucoſis diſtentionem facientia, oborto circa tenue inteſtinum dolore, nec facilè prodeūte vrina, ex his caſibus in aquam intercutem tendit.

Τεινώδεα dici videntur qualia in teneſmis & inani egerendi cupiditate mucoſa, pituitoſa, pauca cum multa contentione egeruntur. Fortè etiam quæ multò flatu aluum diſtendunt, & ex intemperie ac pertinaci partium nutritioni dicatarum imbecillitate orta, totum ventrem, inteſtina, lumbos & renes flatibus implent, & tandem hydropem acceſſunt, ex aph. 11. lib. 4. Id autem ſæpe obſeruatur in bilioſis & implacabilibus torminum cruciatibus, vt pauca egerente aluo & mucoſa non ſine magna contentione, dolore ad tenue inteſtinum aut circa vmbilicum obfirmato, vrina tandem paulatim reſtitet, & in hydropem tranſitus fiat. Repetitur autem hæc ſententia hoc* præſagio antea paulò tamen aliter, vbi γονώδεα pro τεινώδεα legitur. * *Sent.* 455.

646 Αἱ τρομώδεες γλῶσσαι σημεῖον ἐνίοισι κοιλίης ταραχηθείσης. F

Lingua tremula nonnullis proruptura alui ſignificationem præbet.

Supra* expreſſa quodammodo eſt hæc ſententia, & pro eruptura alui, humecta poſita, linguæq; tremor ad mentem è ſede conſtantiæ deturbatam attributa ex Prorrh. etſi nimia exundantia commota aluus, tunicæ toti ori communis conſortio, linguam interdum vellicare poteſt. * *Sent.* 234.

646 Οἷσι καῦμα ἦν, ἐφιδροῦσι δὲ ἠθέντων, πυρετὸς παροξύνεται.

Qui æſtum ſentiunt, & progreſſis deiectionibus, tenuibus ſudoribus diffluunt, iis febris ingraueſcit.

ἠθέντων inſolenter poſitum, ad prodeuntes deiectiones rectè refertur. In ardoris autem ſenſu & ſudorum copia, bene reſpondente aluo, magnam adeſſe incenſæ materiæ redundantiam & naturæ imbecillitatem eſt probabile. Videtur autem eſſe corruptum præſagium ex Prorrh. 93. οἷς καῦμα γίνεται ἐπ' ἄφρων διελθόντων, πυρετὸς παροξύνεται ἐξῆς.

647 Ἐπὶ κοιλίῃσιν ὑγρῇσι καταψύξις μετὰ ἱδρῶτος φλαῦρον. G

In humecta aluo perfrictio cum ſudore, vitioſa.

Perfrictio, ſiue totius ſit corporis, ſiue extremarum partium, cum ſudore contingens, in aluo effuſa, extremam virium imbecillitatem & prope calidi extinctionem præ ſe fert.

648 Ἐπὶ κοιλίῃσιν ὑγρῇσι τὰ ἀπὸ οὔλων αἵματα ἐπιρρυέντα, θανατώδεα.

Humeſcente aluo ſanguis ex gingiuis effluens, lethalis.

Supra quoque expreſſum hoc præſagium eadem phraſi.* Nam vtrobiq; αἵματα, pluralitatis notione, ſanguinis effuſi copiam, aut ex pluribus locis erumpentem indicant. ἀπ' οὔλων autem, non ἀπ' οὐλῶν lego, contra omnium codicum fidem, vt ex gingiuis, non è cicatrice & vulnere obducto ſanguis effluens ſignificetur, & cum ſuperiore prognoſi conſentiat. * *Sent.* 24.

649 Διαχώρημα καθαρὸν ἐπιγινόμενον, λύει πυρετὸν, ὀξὺν μετὰ ἱδρῶτος. H

Alui recrementum purum ſuccedens, febrem acutam ſoluit cum ſudore.

καθαρὸν διαχώρημα fortaſſis ἄκρατον & ſyncerum intelligit, aut bilioſum alui profluuium, quod cum ſudoribus inter ſigna febres decernentia numeratur. Eſt & διαχώρημα καθαρὸν, ἄκρητον, ὁποῖον τῶν ὑγιαινόντων, vt ſcribitur lib. de rat. vict. in morb. ac. Alioqui malum eſt alui recrementum quod poſt febres longas ſyncerum eſt, vt ſcribit Celſus. Cap. 4. lib. 4.

HIPPO-

HIPPOCRATIS COI MEDICORVM PRINCIPIS OPERVM OMNIVM,

Sectio III.

τὰ φυσικὰ καὶ αἰτιολογικά, hoc eſt, quæ ad cauſas naturales ſpectant,
Lib. XIV. continens.

Omnia Latina interpretatione & breuibus notis donata;

Anvtio Foesio Mediomatrico Medico authore.

Hac Sectione continentur

Περὶ φύσιος ἀνθρώπου, *De natura hominis.*
Περὶ γονῆς, *De genitura.*
Περὶ φύσιος παιδίου, *De natura pueri.*
Περὶ σαρκῶν, *De carnibus.*
Περὶ ἑπταμήνου, *De ſeptimeſtri partu.*
Περὶ ὀκταμήνου, *De octimeſtri partu.*
Περὶ ἐπικυήσιος, *De ſuperfœtatione.*
Περὶ ὀδοντοφυΐης, *De dentitione.*
Περὶ καρδίας, *De corde.*
Περὶ ἀδένων, *De glandulis.*
Περὶ ὀστέων φύσιος, *De oſſium natura.*
Περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων, *De aëre, locis & aquis.*
Περὶ φυσῶν, *De flatibus.*
Περὶ ἱερῆς νόσου, *De morbo ſacro.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ.

HIPPOCRATIS DE NATVRA HOMINIS, LIBER.

QVI de natura humana ſupra quam ad Medicum facultatem attinet differentes audire conſueuit, huic certè minimè eſt accommodata hæc oratio. Neq; enim in totũ aërem hominem eſſe dixerim, neque ignem, neque aquam, neque terram, neque aliud quicquam, cùm minimè appareat vnum in homine eſſe. Verùm iis qui hæc volent dicere, permitto. Nec verò qui talia affirmant rectè mihi ſentire videntur. Siquidem cùm eadem omnes ſentiant, eadem tamen non dicunt, ſed ſententiæ ſuæ eandem ratiocinationẽ adferunt. Aiunt enim vnum quid eſſe quodcunq; eſt, & id ipſum tum vnum eſſe, tum vniuerſum, nominibus autem minimè cõſentiunt. Hic ſiquidem hoc vnum & vniuerſum aërem eſſe aſſerit, alius ignẽ, ille aquam, alius terram. Tum vnuſquiſq; ſuam orationem teſtimoniis & indiciis confirmat, quę nullius ſunt momenti. Quod enim eadem omnes ſentiunt, neq; eadem dicunt, ex eo patet, quod neq; ea intelligunt. Idq; vel ex eo maximè quis cognouerit, ſi eorũ cõtentionibus interfuerit. Nã cùm iidem inter ſe cõtendant, coram iiſdem auditoribus, nunquã in diſputando idẽ ter ordine ſuperior exiſtit, ſed modò hic vincit, modò ille, interdumq; is cui potiſſimũ volubilis lingua & ad popularem aurã accõmodata contigerit. Quanquam par eſt eum qui rectè ſe de rebus ſentire profitetur, vt ſemper in diſputatione ſuperiorem ſe præſtet, ſi quidẽ de iis quę ſunt rectè exiſtimat atq; pronunciat. Sed ij quidem (vt mihi videtur) ſuis ipſorum quibus in diſſerendo vtuntur verbis, ſeipſi præ imprudentia oppugnant, Meliſſi vero ſententiã reſtituunt. Ac de his quidem hactenus. At verò ex Medicis, hi quidem hominem ſanguinem ſolum, alij bilem, quidam etiam pituitam eſſe affirmant. Atq; ij omnes eandem afferunt ratiocinationem. Vnũ enim eſſe quid affirmant, quod eorum quiſq; appellare voluerit: atq; id vnũ cùm ſit à calido & frigido coactũ formam ac facultatem mutare, dulceq; & amarũ, & album, & nigrũ, vel aliud quiduis fieri. At hęc aliter mihi ſe habere videntur. Plurimi igitur talia quædã, atq; amplius his proxima pronunciãt. Ego autem ſic ſentio, quod ſi homo vnum eſſet, neutiquam doleret.

ΟΣΤΙΣ μὲν εἴωθεν ἀκούειν λεγόντων ἀμφὶ τῆς φύσιος τῆς ἀνθρωπίνης, προσωτέρω ἢ ὅσον αὐτῆς ἐς ἰητρικὴν ἀφήκει, τούτῳ μὲν οὐκ ἐπιτήδειος ὅδε ὁ λόγος ἀκούειν. οὔτε γὰρ τὸ πάμπαν ἠέρα λέγω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, οὔτε πῦρ, οὔτε ὕδωρ, οὔτε γῆν, οὔτ᾽ ἄλλο οὐδὲν ὅ τι μὴ φανερόν ἐστιν ἐὸν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ἀλλὰ τοῖσι βουλομένοισι ταῦτα λέγειν παρίημι. δοκέουσι δέ μοι οὐκ ὀρθῶς γινώσκειν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες. γνώμῃ μὲν γὰρ τῇ αὐτῇ πάντες χρέονται, λέγουσι δ᾽ οὐ ταὐτά. ἀλλὰ τῆς μὲν γνώμης τὸν ἐπίλογον τὸν αὐτὸν ποιέονται. φασὶ γὰρ ἕν τι εἶναι, ὅ τι ἐστὶ, καὶ τοῦτ᾽ εἶναι τὸ ἕν τε καὶ τὸ πᾶν. κατὰ δὲ τὰ ὀνόματα, οὐχ ὁμολογέουσι. λέγει δ᾽ αὐτέων ὁ μέν τις φάσκων, ἠέρα τοῦτ᾽ εἶναι τὸ ἕν τε καὶ τὸ πᾶν, ὁ δὲ πῦρ, ὁ δὲ ὕδωρ, ὁ δὲ γῆν, καὶ ἐπιλέγει ἕκαστος τῷ ἑωυτοῦ λόγῳ, μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια ἅ γ᾽ ἐστὶν οὐδέν. ὅτι μὲν γὰρ τῇ αὐτῇ γνώμῃ πάντες προσχρέονται, λέγουσι δ᾽ οὐ τὰ αὐτὰ, δῆλον ὅτι οὐδὲ γινώσκουσιν αὐτά. γνοίη δ᾽ ἂν τῷδέ τις μάλιστα παραγενόμενος αὐτέοισιν ἀντιλέγουσι. πρὸς γὰρ ἀλλήλους ἀντιλέγοντες οἱ αὐτοὶ ἄνδρες, τῶν αὐτῶν ἐναντίον ἀκροατέων, οὐδέποτε τρὶς ἐφεξῆς ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος περιγίγνεται ἐν τῷ λόγῳ. ἀλλὰ ποτὲ μὲν οὗτος ἐπικρατεῖ, ποτὲ δὲ οὗτος, ποτὲ δὲ ᾧ ἂν τύχῃ μάλιστα ἡ γλῶσσα ἐπιῤῥυεῖσα πρὸς τὸν ὄχλον. καίτοι δίκαιόν ἐστι τὸν φάντα ὀρθῶς γινώσκειν ἀμφὶ τῶν πρηγμάτων, παρέχειν αἰεὶ ἐπικρατέοντα τὸν λόγον τὸν ἑωυτοῦ, εἴπερ ἐόντα γινώσκει, καὶ ὀρθῶς ἀποφαίνεται. ἀλλ᾽ ἐμοί γε δοκέουσιν οἱ τοιοῦτοι ἄνθρωποι, σφᾶς αὐτοὺς καταβάλλειν ἐν τοῖσιν ὀνόμασι τῶν λόγων αὐτέων, ὑπὸ ἀσυνεσίης. τὸν δὲ Μελίσσου λόγον ὀρθοῦν. περὶ μὲν οὖν τούτων, ἀρκεῖ μοι τὰ εἰρημένα. τῶν δὲ ἰητρῶν οἱ μέν τινες λέγουσιν, ὡς ὥνθρωπος αἷμα μοῦνόν ἐστιν. οἱ δ᾽ αὐτέων, χολήν φασιν εἶναι τὸν ἄνθρωπον. ἔνιοι δέ τινες, φλέγμα. ἐπίλογον δὲ ποιοῦνται καὶ οὗτοι πάντες τὸν αὐτόν. ἓν γάρ τι εἶναι φασὶν, ὅ τι ἕκαστος ἠθέλησεν ὀνομάσαι αὐτέων. καὶ τοῦτο ἓν ἐὸν, μεταλλάσσειν τὴν ἰδέην καὶ τὴν δύναμιν, ἀναγκαζόμενον ὑπό τε τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, καὶ γίνεσθαι καὶ γλυκὺ καὶ πικρὸν καὶ λευκὸν καὶ μέλαν καὶ παντοῖον τι ἄλλο. ἐμοὶ δὲ οὐδὲ ταῦτα δοκεῖ ὧδε ἔχειν. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τοιαῦτά τινα, καὶ ἔτι ἐγγύτατα τούτων, ἀποφαίνονται. ἐγὼ δέ φημι εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτ᾽ ἂν ἤλγεεν,

οὐδὲ

[11] οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν ὑπὸ τοῦ ἀλγήσειεν ἓν ἐόν, εἰ δὲ καὶ ἀλγήσειεν, ἀνάγκη καὶ τὸ ἰώμενον ἓν εἶναι· νυνὶ δὲ πολλά. πολλὰ γάρ εἰσιν ἐν τῷ σώματι ἐόντα, ἃ ὁκόταν ὑπ' ἀλλήλων παρὰ φύσιν θερμαίνηταί τε καὶ ψύχηται, καὶ ξηραίνηταί τε καὶ ὑγραίνηται, νούσους τίκτει. ὥστε πολλαὶ μὲν ἰδέαι τῶν νοσημάτων, πολλὴ δὲ καὶ ἡ ἴησις αὐτέων ἐστίν. ἀξιῶ δὲ ἔγωγε τὸν φάσκοντα αἷμα εἶναι μοῦνον τὸν ἄνθρωπον καὶ ἄλλο μηδὲν, δεικνύναι αὐτὸν μὴ μεταλλάσσοντα τὴν ἰδέην, μηδὲ γίνεσθαι παντοῖον. [13] ἀλλ' ἢ ὥρην τινὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢ τῆς ἡλικίης τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾗ αἷμα ἐνεὸν φαίνεται μοῦνον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. εἰκὸς γὰρ εἶναι μίαν τινὰ ὥρην, ἐν ᾗ φαίνεται αὐτὸ ἐν ἑωυτῷ ἓν ἐόν. τὰ αὐτὰ δὲ λέγω καὶ περὶ τοῦ φάσκοντος φλέγμα εἶναι, καὶ περὶ τῶν χολὴν φασκόντων. ἐγὼ μὲν γὰρ ἀποδείξω ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, [14] καὶ κατὰ τὸν νόμον καὶ κατὰ τὴν φύσιν, ἀεὶ ταὐτὰ ἐόντα ὅμοια, καὶ νέου ἐόντος, καὶ γέροντος, καὶ τῆς ὥρης ἐούσης καὶ ψυχρῆς καὶ θερμῆς, καὶ τεκμήρια παρέξω, καὶ ἀνάγκας ἀποφανῶ, δι' ἃς ἕκαστον αὔξεταί τε καὶ φθίνει ἐν τῷ σώματι. [15] πρῶτον μὲν οὖν, ἀνάγκη τὴν γένεσιν γίνεσθαι, μὴ ἀφ' ἑνός. πῶς γὰρ ἂν ἕν γ' ἐόν, τι γεννήσειεν, εἰ μή τινι μιχθείη; ἔπειτα οὐδὲ, ἂν μὴ ὁμόφυλα ἐόντα μίσγηται, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντα δύναμιν, γεννᾷ. οὐδ' ἂν ταῦτα ἡμῖν συντελέοιτο. [16] καὶ πάλιν, εἰ μὴ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ, καὶ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ μετρίως πρὸς ἄλληλα ἕξει καὶ ἴσως, ἀλλὰ θάτερον θατέρου πολὺ προέξει, καὶ τὸ ἰσχυρότερον τοῦ ἀσθενεστέρου, ἡ γένεσις οὐκ ἂν γένοιτο. [17] ὥστε πῶς εἰκὸς ἀπὸ ἑνός τι γεννηθῆναι; ὅτε γε οὐδ' ἀπὸ τῶν πλειόνων γεννᾶται, ἢν μὴ τύχῃ καλῶς ἔχοντα τῆς κρήσιος τῆς πρὸς ἄλληλα. [18] ἀνάγκη τοίνυν τῆς φύσιος τοιαύτης ὑπαρχούσης, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου, μὴ ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἕκαστον τῶν ξυμβαλλομένων ἐς τὴν γένεσιν, ἔχειν τινὰ δύναμιν ἐν τῷ σώματι, οἵην περ ξυνεβάλετο. [19] καὶ πάλιν γε ἀνάγκη ἀποχωρέειν εἰς τὴν ἑωυτοῦ φύσιν ἕκαστον, τελευτῶντος ἀνθρώπου, τό τε ὑγρὸν, πρὸς τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, πρὸς τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ θερμὸν, πρὸς τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, πρὸς τὸ ψυχρόν. [20] τοιαύτη δὲ καὶ τῶν ζώων ἐστὶν ἡ φύσις, καὶ τῶν ἄλλων πάντων. γίνεταί τε ὁμοίως πάντα, καὶ τελευτᾷ ὁμοίως πάντα. ξυνίσταται γὰρ αὐτέων ἡ φύσις ἀπὸ τούτων τῶν προειρημένων πάντων. καὶ τελευτᾷ κατὰ τὰ εἰρημένα, εἰς τὸ ἑωυτὸ ὅθεν περ ξυνέστη ἕκαστον. ἐνταῦθα οὖν καὶ ἀπεχώρησε. [21] τὸ δὲ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, ἔχει ἐν ἑωυτῷ αἷμα καὶ φλέγμα, καὶ χολὴν διπλῆν, ἤγουν ξανθήν τε καὶ μέλαιναν. καὶ ταῦτ' ἐστὶν αὐτῷ ἡ φύσις τοῦ σώματος, καὶ διὰ ταῦτα ἀλγεῖ καὶ ὑγιαίνει. ὑγιαίνει μὲν οὖν μάλιστα, ὁκόταν μετρίως ἔχῃ ταῦτα τῆς πρὸς ἄλληλα κρήσιος καὶ δυνάμιος καὶ τοῦ πλήθεος, καὶ μάλιστα ἢν μεμιγμένα ᾖ. [22] ἀλγεῖ δὲ, ὁκόταν τι τούτων, ἔλασσον ἢ πλέον εἴη, ἢ χωρισθῇ ἐν τῷ σώματι, καὶ μὴ κεκρημένον ᾖ τοῖσι ξύμπασιν. [23] ἀνάγκη γὰρ ὁκόταν τι τούτων χωρισθῇ καὶ ἐφ' ἑωυτοῦ στῇ, ὅθεν τε ἐξέστηκεν, οὐ μόνον τοῦτο τὸ χωρίον νοσερὸν γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἔνθα ἐπιχυθῇ, ὑπερπιμπλάμενον, ὀδύνην τε καὶ πόνον παρέχειν. [24] καὶ γὰρ ὅταν τι τούτων ἔξω τοῦ σώματος ἐκρυῇ πλέον τοῦ ἐπιπολάζοντος, ὀδύνην παρέχει ἡ κένωσις. ἢν τ' αὖ πάλιν ποιήσηται εἴσω τὴν κένωσιν, καὶ τὴν μετάστασιν, καὶ τὴν ἀπόκρισιν

Neque enim eſſet, cùm vnum exiſtat, à quo doleat. Quòd ſi etiam doleat, neceſſe eſt & quod medetur vnum eſſe. At nunc plura habentur, ſiquidẽ multa inſunt in corpore, quæ cùm mutuò inter ſe præter naturam caleſcunt & refrigerantur, ſiccanturq; & humectantur, morbos pariũt. Ex quo multæ quidẽ ſunt morborum formæ, & multiplex quoq; eorũ curatio exiſtit. At mea quidem ſententia qui hominem ſanguinem ſolum, nihilq; aliud eſſe affirmat, & neq; eũ formam mutare, neq; omne genus mutationum ſubire, oſtẽdere deberet. Sed vel tempus anni aliquod, vel hominis ætatem dare, qua ſanguis ſolus in homine ineſſe appareat. Conſentaneũ nanq; rationi videtur, vt vnum aliquod tempus ſit, quo id ipſum per ſe vnum exiſtere appareat. Eademq; cenſeo de eo etiã qui pituitam, & de eo qui bilem eſſe aſſeuerat. Nam & ego quæcunq; hominem eſſe dixero, ea & pro lege, & pro rerũ natura, tam in iuuene, quàm ſene, tum tempore tam calido quàm frigido ſemper ſimilia ineſſe demonſtrabo. Tum indicia etiam proferam, & cauſas aperiam, ex quibus neceſſariò vnumquodque in corpore auctionem & imminutionẽ accipit. Primùm quidem igitur generationem non ab vno fieri neceſſe eſt. Quonam enim pacto vnum cùm exiſtat, aliquid generabit, niſi cum aliquo miſceatur? Deinde niſi eiuſdẽ generis ſint quæ miſcentur, eandemq; facultatem obtineant, neque generent, neq; ſimilia nobis efficiantur. Ac rurſus, niſi calidum cũ frigido, & ſiccum cum humido, moderatè & æquabiliter inter ſe reſpondeant, ſed alterum altero, & valentius imbecilliore longè excellat, nulla generatio futura eſt. Quocirca quomodo rationi conſentaneũ fuerit, vt quid ab vno generetur, cùm neà pluribus quidem generetur, niſi probè mutua inter ſe temperie conueniant. Cùm igitur eiuſmodi ſit natura cùm reliquorũ omnium, tum hominis, non vnum eſſe hominem neceſſe eſt, ſed eorum vnumquodque quæ ad generationem conferunt, talem in corpore vim, qualem contulit, obtinere. Rurſus, cùm homo interit, ſingula in ſuam naturam ſecedere neceſſe eſt, humidum nempe ad humidum, ſiccum ad ſiccum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum. Talis autem tum animantium, tum reliquarum omnium rerum eſt natura, oriuntúrque ſimiliter omnia, & ſimiliter occidunt. Eorum enim natura ex prædictis omnibus conſtat, & vt prædictum eſt deſinit, in idipſum vnde conflatum eſt vnumquodque, eodem etiam ſe recipiens. Hominis autem corpus in ſe ſanguinem, & pituitam, & bilem duplicem, flauam nempe & nigrã continet, ex quibus corporis ipſius natura conſtat: & per hæc dolet, & ſanum eſt. Sanum quidem vel maximè, cùm hæc moderatam inter ſe, tum facultate, tum copia, temperationem habuerint, idque præſertim, ſi permixta fuerint. Dolet autem, vbi horum quicquam vel minus, vel copioſius fuerit, aut in corpore ſeparatum, nec reliquis omnibus cõtemperatum. Cùm enim horum aliquid ſeceſſerit, & per ſe conſtiterit, neceſſe eſt nõ ſolum locum ex quo exceſſit morbo tentari, ſed eum etiã in quem nimia copia influxerit, dolore & labore vexari. Nã ſi quid horum amplius quàm redundantia requirat, extra corpus effluat, euacuatio ipſa dolorem exhibet. Sin contra intrò vacuationẽ & tranſitionem, ac ab aliis

ſecretionem fecerit, duplicem ſanè dolorẽ (velut dictū eſt) vt cõcitet neceſſe eſt, & vnde exceſſit, & vbi redundat. At ſanè cùm dixerim quæcunq; hominem eſſe affirmaro, ea me ſemper talia eſſe & pro inſtituto, & pro natura, demõſtraturū. Iccirco aſſero ſanguinẽ eſſe, & pituitã, & bilem, tum flauã, tum nigrã. Atq; horum quidẽ primum nomina inſtituto diſtincta eſſe aſſeuero, nulliq; ipſorū idem eſſe nomen inditum. Deinde natura formas diſcrepare, nullamq; pituitã ſimilẽ eſſe ſanguini, neq; bilem ſanguini, neq; pituitę bilem. Quænam enim eorum inter ſe ſimilitudo eſſe poſſit, quæ neq; colore ad viſum, neq; ad manus cõtactum ſimilia eſſe videntur, cùm neq; conſimiliter calida, neq; frigida, neq; ſicca, neq; humida exiſtant? Itaq; cùm tantū inter ſe, tum forma, tū facultate differant, ea non vnū eſſe neceſſe eſt, ſiquidẽ neq; ignis & aqua idem ſunt. Ex his autem tibi conſtabit, quod hæc omnia vnū non ſint, ſed ſuam quodq; ipſorū facultatẽ & naturam obtineat. Si enim alicui medicamentū exhibueris quod pituitã educat, pituitam tibi vomitione reddet, & ſi medicamentū quod bilẽ ducat exhibeas, bilem tibi euomet. Eadem quoq; ratione, atrã bilem purgat medicamentū quod dederis atrã bilem ducens. Quod ſi aliqua corporis parte ſauciata vulnus accipias, ſanguis inde effluet. Atq; hæc omnia tibi vſuuenient ſemper tam interdiu, quàm noctu, & hyeme quàm æſtate, quoad ſpiritū ad ſe trahere viciſſimq; reddere valebit. Valebit autẽ, donec aliquo ex his, quæ illi ſunt cõnata, priuatus fuerit. Sūt autẽ quæ diximus connata. Qua enim ratione cõnata nõ ſint: cùm primùm quidẽ hęc omnia homo quoad vita fruitur, ſemper in ſe manifeſtè contineat. Deinde ex homine natus ſit hæc omnia obtinente. Poſtea in homine nutritus ſit, iſta omnia quæ nunc quidẽ aſſeuero & demonſtro habente. Qui verò vnū eſſe hominẽ aſſerunt, ij mihi in hanc opinionẽ veniſſe videntur, quòd ex iis, qui epotis medicamentis, per nimias purgationes interiiſſent, hos quidẽ bilem, illos pituitã euomere cõſpicati, horū vnumquodq; hominem eſſe exiſtimarunt, in cuius purgatione eum morientẽ viderunt. Eadem etiã ratione nitūtur, qui ſanguinẽ eſſe hominẽ aſſeuerant, cùm iugulatis hominibus manantem ex corpore ſanguinem conſpicati, eum hominis animū eſſe exiſtimant, hiſq; argumentis omnes inter diſſerendum vtuntur. Quanquam primum quidem in immodicis purgationibus, ſola euacuata bile nullus vnquã mortuus eſt. Verū epoto medicamento quod bilem ducat, primùm ſanè quis bilem vomitione refundet, mox etiam pituitam, deinde quoq; præter bilem, atram bilem, idq; per vim, ſub mortem verò ſanguinem etiam purum euomit. Idem quoq; contingit ex medicamentis pituitã ducentibus. Primùm enim pituitã euomunt, mox bilem flauam, deinde atram, ſub exitū verò purum ſanguinem, ſub eoq; moriuntur. Etenim cùm medicamẽtū corpus ſubierit, primùm quidem quodcunq; ſibi ex omnibus quæ in corpore inſunt, ſecundùm naturã maximè familiare fuerit, educit: deinde verò reliqua etiam trahit & purgat. Nõ aliter quàm quæ ex terra oriuntur, & in eam conſeruntur, vbi terrã ſubierint, eorū quodq; trahit quod ſuæ naturæ accõmodatum in terra ineſt. Eſt autẽ & acidum, & amarū, & dulce, & ſalſum, & cuiuſq; modi. Imprimis igitur ex eo plurimum quod ſuæ naturæ accõmodatum fuerit ad ſe allicit, tum etiam reliqua attrahit. Tale quiddã etiã

ἀπὸ τοῦ ἀγγείου, πολλὴ αὐτέῳ ἀνάγκη διπλῆν τὴν ὀδύνην παρέχειν κατὰ τὰ εἰρημένα, ἔνθεν τε ἐξέστη καὶ ἔνθα ὑπερέβαλεν. [26] εἶπον δὴ ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, ἀποφανεῖν ἀεὶ ταῦτα ἐόντα καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν. φημὶ δὴ εἶναι αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ χολὴν, ξανθήν τε καὶ μέλαιναν. καὶ τουτέων πρῶτον μὲν κατὰ τὸν νόμον [27] τὰ ὀνόματα διωρίσθαι φημὶ, καὶ οὐδενὶ αὐτέων τὸ αὐτὸ ὄνομα εἶναι, ἔπειτα τὰς ἰδέας κατὰ φύσιν κεχωρίσθαι, καὶ οὔτε τὸ φλέγμα οὐδὲν ἐοικέναι τῷ αἵματι, οὔτε τὸ αἷμα τῇ χολῇ, οὔτε τὴν χολὴν τῷ φλέγματι. πῶς γὰρ ἂν ἐοικότα εἴη ταῦτα ἀλλήλοισιν, ὧν οὔτε τὰ χρώματα ὅμοια φαίνεται προσορώμενα, [28] οὔτε τῇ χειρὶ ψαύοντι ὅμοια δοκέει εἶναι. οὔτε γὰρ θερμὰ ὁμοίως ἐστὶν, οὔτε ψυχρὰ, οὔτε ξηρὰ, οὔτε ὑγρά. ἀνάγκη τοίνυν ὅτε τοσοῦτον διήλλακται ἀλλήλων τὴν ἰδέην τε καὶ τὴν δύναμιν, μὴ ἓν αὐτὰ εἶναι. εἴπερ μὴ πῦρ τε καὶ ὕδωρ ταὐτόν ἐστι. γνοίης δ' ἂν τοῖσδε, ὅτι οὐχ ἓν ταῦτα πάντα ἐστὶν, ἀλλ' ἕκαστον αὐτέων ἔχει δύναμίν τε καὶ φύσιν τὴν ἑωυτοῦ. ἢν γάρ τινι διδῷς ἀνθρώπῳ φάρμακον, ὅ τι φλέγμα ἄγει, ἐμέεταί σοι φλέγμα. καὶ ἢν διδῷς φάρμακον, ὅ τι χολὴν ἄγει, ἐμέεταί σοι χολήν. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ χολὴν μέλαιναν καθαίρεται, ἢν διδῷς φάρμακον, ὅ τι χολὴν μέλαιναν ἄγει. [29] καὶ ἢν τρώσῃς αὐτέου τοῦ σώματος μέρος τι ὥστε τραῦμα γενέσθαι, ῥυήσεται αὐτέῳ αἷμα. καὶ ταῦτα ποιήσει σοι πάντα πᾶσαν ἡμέρην καὶ νύκτα, [30] καὶ χειμῶνος, καὶ θέρεος, μέχρις ἂν δυνατὸς ᾖ τὸ πνεῦμα ἕλκειν εἰς ἑωυτὸν, καὶ πάλιν μεθιέναι, [31] δυνατὸς δὲ ἔσται, ἔστ' ἂν τινὸς τουτέων στερηθῇ τῶν ξυγγεγονότων. ξυγγέγονε δὲ ταῦτα τὰ εἰρημένα. πῶς γὰρ οὐ ξυγγέγονε, [32] πρῶτον μὲν φανερόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἔχων ἐν ἑωυτῷ ταῦτα πάντα ἀεὶ, ἕως ἂν ζῇ. ἔπειτα γέγονεν ἐξ ἀνθρώπου, ταῦτα πάντα ἔχοντος. ἔπειτα τέθραπται ἐν ἀνθρώπῳ, ταῦτα πάντα ἔχοντι. ὁκόσα ἔγωγε νῦν φημί τε καὶ ἀποδείκνυμι. [33] οἱ δὲ λέγοντες ὡς ἕν ἐστιν ἄνθρωπος, δοκέουσί μοι ταύτῃ τῇ γνώμῃ κεχρῆσθαι. ὁρέοντες τοὺς πίνοντας τὰ φάρμακα, καὶ ἀπολλυμένους ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσι, τοὺς μὲν χολὴν ἐμέοντας, τοὺς δέ τινας, φλέγμα. τοῦτο ἕκαστον αὐτέων ἐνόμισαν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ὅ τι καθαιρόμενον εἶδον αὐτὸν ἀποθανόντα. καὶ οἱ τὸ αἷμα φάντες εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τῇ αὐτῇ γνώμῃ χρέονται. ὁρέοντες ἀποσφαζομένους τοὺς ἀνθρώπους, [34] καὶ τὸ αἷμα ῥέον ἐκ τοῦ σώματος, τοῦτο νομίζουσιν εἶναι τὴν ψυχὴν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ μαρτυρίοισι τουτέοισι πάντες χρέονται ἐν τοῖσι λόγοισι. [35] καί τοι πρῶτον μὲν ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσιν οὐδείς πω ἀπέθανε χολὴν μοῦνον καθαρθείς. ἀλλ' ὁκόταν τις πίῃ φάρμακον, ὅ τι χολὴν ἄγει, πρῶτον μὲν χολὴν ἐμέει, ἔπειτα δὲ φλέγμα. [36] ἔπειτα δὲ ἐπὶ τῇ χολῇ, ἐμέουσι χολὴν μέλαιναν ἀναγκαζόμενοι· τελευτῶντες δὲ καὶ αἷμα ἐμέουσι καθαρόν. τὰ αὐτὰ δὲ πάσχουσι καὶ ὑπὸ τῶν φαρμάκων τῶν τὸ φλέγμα ἀγόντων. πρῶτον μὲν γὰρ φλέγμα ἐμέουσιν, ἔπειτα χολὴν ξανθὴν, ἔπειτα μέλαιναν, τελευτῶντες δὲ αἷμα καθαρόν, καὶ ἐν τῷ δὲ ἀποθνήσκουσιν. [37] τὸ γὰρ φάρμακον, ὁκόταν ἐσέλθῃ ἐς τὸ σῶμα, πρῶτον μὲν ἄγει, ὃ ἂν αὐτέῳ κατὰ φύσιν μάλιστα ᾖ, τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων. ἔπειτα δὲ καὶ τἄλλα ἕλκει τε καὶ καθαίρει. [38] ὥσπερ γὰρ τὰ φυόμενά τε καὶ σπειρόμενα, ὁκόταν εἰς τὴν γῆν ἔλθῃ, ἕλκει ἕκαστον τὸ κατὰ φύσιν ἑωυτῷ ἐνεὸν ἐν τῇ γῇ, ἔνι δὲ καὶ ὀξὺ καὶ πικρὸν καὶ γλυκὺ καὶ ἁλμυρὸν καὶ παντοῖον. [39] πρῶτον μὲν οὖν πλεῖστον τουτέου εἵλκυσεν εἰς ἑωυτὸ, ὅ τι ἂν ᾖ ἑωυτῷ κατὰ φύσιν, ἔπειτα δὲ ἕλκει καὶ τἄλλα. [40] τοιοῦτον δέ τι καὶ τὰ φάρμακα

φάρμακα ποιέῃ ἐν τῷ σώματι, ὁκόσα ἂν χολὴν ἄγῃ, πρῶτον ἀκρητεστάτην ἐκάθηρε χολήν. ἔπειτα δὲ μεμιγμένην. καὶ πάλιν τὰ τοῦ φλέγματος φάρμακα, πρῶτον μὲν ἀκρητέστατον τὸ φλέγμα ἄγει. ἔπειτα δὲ μεμιγμένον. καὶ τοῖσιν ἀποσφαζομένοισι, πρῶτον μὲν τὸ αἷμα ῥέει, θερμότατον καὶ ἐρυθρότατον· ἔπειτα δὲ ῥέει φλεγματωδέστερον καὶ χολωδέστερον.[41] αὔξεται δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, τὸ μὲν φλέγμα χειμῶνος,[42] τοῦτο γὰρ τῷ χειμῶνι κατὰ φύσιν μάλιστα τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων. ψυχρότατον γάρ ἐστι. τεκμήρια δὲ τουτέων, ὅτι τὸ μὲν φλέγμα ψυχρότατον· εἰ ἐθέλεις ψαῦσαι φλέγματος καὶ χολῆς, καὶ αἵματος, τὸ φλέγμα εὑρήσεις ψυχρότατον ἐόν, καίτοι γλισχρότατόν ἐστι καὶ βίῃ μάλιστα ἄγεται μετὰ χολὴν μέλαιναν.[43] ὅσα δὲ βίῃ ἔρχεται, θερμότερα γίνεται, ἀναγκαζόμενα ὑπὸ τῆς βίης· ἀλλ' ὅμως καὶ πρὸς πάντα ταῦτα ψυχρότατον ἐὸν τὸ φλέγμα φαίνεται ὑπὸ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ. ὅτι δὲ ὁ χειμὼν πληροῖ τὸ σῶμα φλέγματος, γνοίης ἂν τοῖσδε. οἱ ἄνθρωποι πτύουσί τε[44] καὶ ἀπομύσσονται φλεγματωδέστατον τοῦ χειμῶνος.[45] καὶ τὰ οἰδήματα, λευκὰ γίνεται μάλιστα ταύτην τὴν ὥρην καὶ τ' ἄλλα νοσήματα φλεγματώδεα. τοῦ δὲ ἦρος,[46] τὸ φλέγμα, ἔτι μὲν ἰσχυρότερον ἐν τῷ σώματι, καὶ τὸ αἷμα αὔξεται. τά τε γὰρ ψύχεα ἐξανίει καὶ τὰ ὕδατα ἐπιγίνεται.[47] τὸ δὲ αἷμα κατὰ ταῦτα αὔξεται, ὑπό τε τῶν ὄμβρων, καὶ τῶν θερμημεριῶν.[48] κατὰ φύσιν γὰρ αὐτέῳ ταῦτά ἐστι μάλιστα τοῦ ἐνιαυτοῦ. ὑγρόν τε γάρ ἐστι καὶ θερμόν. γνοίης δ' ἂν τοῖσδε· οἱ ἄνθρωποι τοῦ ἦρος καὶ τοῦ θέρεος, μάλιστα ὑπό τε τῶν δυσεντεριῶν ἁλίσκονται,[49] καὶ ἐκ τῶν ῥινέων αἷμα ῥεῖ αὐτέοισι. καὶ θερμότατοί εἰσι καὶ ἐρυθροί. τοῦ δὲ θέρεος, τό τε αἷμα ἰσχύει ἔτι,[50] καὶ ἡ χολὴ ἀείρεται ἐν τῷ σώματι, καὶ παρατείνει ἐς τὸ φθινόπωρον.[51] ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ, τὸ μὲν αἷμα ὀλίγον γίνεται.[52] ἐναντίον γὰρ αὐτοῦ τὸ φθινόπωρον τῇ φύσει ἐστίν. ἡ δὲ χολὴ, τὴν θερείην κατέχει τὸ σῶμα, καὶ τὸ φθινόπωρον. γνοίης δ' ἂν τοῖσδε. οἱ ἄνθρωποι αὐτόματοι ταύτην τὴν ὥρην χολὴν ἐμέουσι, καὶ ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι χολωδέστατα καθαίρονται. δῆλον δὲ καὶ τοῖσι πυρετοῖσι, καὶ τοῖσι χρώμασι τῶν ἀνθρώπων.[53] τὸ δὲ φλέγμα τῆς θερείης, ἀσθενέστατόν ἐστιν αὐτὸ ἑωυτοῦ. ἐναντίη γὰρ αὐτοῦ ἐστι τῇ φύσει ἡ ὥρη.[54] ξηρή τε γάρ ἐστι καὶ θερμή. τὸ δὲ αἷμα τοῦ φθινοπώρου,[55] ἐλάχιστον γίνεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ξηρόν τε γάρ ἐστι τὸ φθινόπωρον, καὶ ψύχειν ἤδη ἄρχεται τὸν ἄνθρωπον. ἡ δὲ μέλαινα χολὴ, τοῦ φθινοπώρου πλείστη τε καὶ ἰσχυροτάτη ἐστίν. ὁκόταν δὲ ὁ χειμὼν καταλαμβάνῃ, ἥ τε χολὴ ψυχομένη, ὀλίγη γίνεται, καὶ τὸ φλέγμα αὔξεται πάλιν, ἀπό τε τοῦ ὑετοῦ τοῦ πλήθεος, καὶ ὑπὸ τοῦ μήκεος τῶν νυκτῶν. ἔχει μὲν οὖν[56] ταῦτα πάντα αἰεὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, ὑπὸ δὲ τῆς περιισταμένης ὥρης, ποτὲ μὲν, πλείω γίνεται αὐτὰ ἑωυτῶν, ποτὲ δὲ, ἐλάσσω ἕκαστα κατὰ μέρος καὶ κατὰ φύσιν.[57] ὥσπερ ὁ ἐνιαυτὸς μετέχει μὲν πᾶς πάντων, καὶ τῶν θερμῶν καὶ τῶν ψυχρῶν, καὶ τῶν ξηρῶν καὶ τῶν ὑγρῶν. οὐ γὰρ ἂν μείνειε τουτέων οὐδὲν, οὐδένα χρόνον, ἄνευ πάντων τῶν ἐνεόντων ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ,[58] ἀλλ' εἰ ἕν τι ἐκλίποι, πάντ' ἂν ἀφανισθείη. ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς ἀνάγκης, πάντα συνέστηκέ τε καὶ τρέφεται ὑπ' ἀλλήλων. οὕτω δὲ καὶ εἴ τι ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκλίποι τουτέων τῶν συγγεγονότων, οὐκ ἂν δύναιτο ζῆν ὁ ἄνθρωπος. ἰσχύει δὲ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ, ποτὲ μὲν, ὁ χειμὼν μάλιστα. ποτὲ δὲ, τὸ ἔαρ. ποτὲ δὲ, τὸ θέρος. ποτὲ δὲ, τὸ φθινόπωρον.

medicamenta in corpore faciūt. Quæ enim bilem educunt, plurimùm meraciſſimā quidem bilem purgant, deinde mixtam. Itemq́; quæ pituitā reſpiciunt medicamenta, primùm quidem eam meraciſſimā educunt, poſt etiam mixtam. Et in iugulatis, primùm quidem ſanguis tum calidiſſimus, tū maximè rubet, mox verò magis pituitoſus, magiſq́; bilioſus profluit. Per hyemem verò augetur in homine pituita, cùm ea ex omnibus quæ in corpore inſunt, ad hyemis naturam maximè accedat, quòd ſit frigidiſſima. Cuius rei hæc ſunt indicia pituitam eſſe frigidiſſimā, quòd ſi pituitam & bilē & ſanguinem attingere voles, pituitam frigidiſſimam eſſe comperies. Quæ quamuis eſt lentiſſima, nec niſi ſumma vi, ſecundum atram bilem, educitur: (quæ verò per vim veniunt, ea per violentiam compulſa calidiora redduntur.) Nihilominus tamen præ his omnibus pituita ſuapte natura frigidiſſima eſſe conſpicitur. Quod autē hyeme corpus pituita repleatur, hinc conſtat, quod per hyemem homines maximè pituitoſa tum expuunt, tum emūgunt, hocq́; anni tempore præcipuè, tumores laxi & albi (οἰδήματα dicti) & reliqui morbi pituitoſi oriuntur. At vere adhuc quidē in corpore viget pituita, ſed ſanguis increſcit, quòd & frigora remittāt, & imbres ſuccedant. Tuncq́; ſanguis augetur, tum ex imbribus, tum ex dierum calore. Eorum enim naturæ id anni tempus cùm ſit calidum & humidum, maximè reſpondet. Quod hinc cognoſcas, quòd homines verno æſtiuoq́; tempore potiſſimū inteſtinorū difficultatibus corripiātur, iiſq́; ſanguis ex naribus profluat, & ſint maximè calidi & rubicundi. Æſtate verò ſanguis adhuc viget, & bilis in corpore attollitur, & in autumnum protenditur. At per autumnum modicus quidem ſanguis gignitur, quod illius naturæ autumnus aduerſetur. Bilis autem æſtate & autumno in corpore obtinet. Quod his indiciis cognoſcas, cùm hac tempeſtate homines ſua ſponte bilem euomant, & per medicamentorū potiones bilioſa repurgentur. Id quoq́; ex febribus & hominum coloribus patet. At pituita æſtate longè imbecillior eſt, quod ea tempeſtas, ob ſiccitatem & caliditatē, eius naturæ aduerſetur. Per autumnum verò ſanguis pauciſſimus in homine gignitur, ſiquidem ſiccus eſt autumnus, & hominem iam refrigerare incipit. Bilis autem atra autumno, tum plurima, tum vehementiſſima eſt. At ineunte hyeme, bilis perfrigerata pauca gignitur, & pituita rurſus augetur, tum ob pluuiarum copiam, tum noctium longitudinem. Hæc igitur omnia perpetuò hominis corpus obtinet, ſed pro circunſtantiis anni temporis ratione, ſingula tum pro parte, tum pro natura, modò inter ſe augentur, modò etiam imminuūtur. Vt annus omnis omnium quidem & calidorum, & frigidorum, & ſiccorum, & humidorum eſt particeps: neq́; enim eorum quicquam, ne minimo quidem tempore, ſine omnibus quæ in hoc mundo exiſtunt, perdurauerit, verùm ſi vnum quodpiam deficiat, omnia aboleantur, cùm ex eadē neceſſitate cōſiſtant omnia & alantur inuicem: ita ſi quid ex his quæ in homine ſunt connata defecerit, is vtiq́; viuere nequeat. In anno autem, modò hyems maximè viget, modò ver, nunc etiam æſtas, nunc autumnus.

Sic quoque in homine modò quidem pituita inualeſcit, modò ſanguis, interdum etiam bilis, primùm quidem flaua, mox quoque atra appellata. Cuius rei euidentius eſt argumentum, quod ſi eidem homini idem medicamentum quater in anno exhibere voles, hyeme quidem maximè pituitoſa tibi euomet, vere autem valde humida, æſtate admodú bilioſa, & autumno nigerrima. Cùm igitur hæc ita ſe habeant, oportet morbos qui hyeme augentur, æſtate deſinere, & eos qui æſtate increſcunt, hyeme ceſſare, niſi intra certum dierum circuitum ſoluantur. De hoc autem dierum circuitu, aliàs nobis dicendum eſt. Morborum verò qui vere oriuntur liberatio ad autumnum expectanda eſt, & autumnalium morború diſceſſum, vere fieri neceſſe eſt. Quòd ſi quis hæc anni tempora morbus ſuperauerit, hunc annuú fore ſciendum eſt. Atque ita medicum morbis mederi conuenit, adhibita horum cuiuſque conſideratione, quod in corpore præualet, pro anni temporis ratione, quod ſuæ naturæ maximè accommodatú exiſtit. Inſuper hæc quoq; noſſe oportet, quòd morbos quos repletio parit, ſanat euacuatio; & qui ex euacuatione oriuntur, repletione curantur; & qui ex immoderato labore fiunt, eos quies ſanat; quiq; ex otio gignuntur, immoderato labore tolluntur. Omninoq; Medicum ſua prudentia obuiam ire cóuenit morbis inſtantibus, & naturis, & anni temporibus, & ætatibus, cótentaq; ſoluere, & ſoluta intendere. Hac namque ratione vel maximè quod moleſtiá exhibet quieuerit, eaq; mihi curandi ratio eſſe videtur. Morbi verò partim ex viuendi ratione, partim etiam ex ſpiritu quem viuendo trahimus, proueniunt. At vtrunq; hac ratione diſcernas. Vbi complures vno morbo eadem tempeſtate vexantur, in id quod maximè commune eſt, quoq; omnes vtimur potiſſimùm reiiciéda cauſa eſt. Id auté eſt quod inſpirando trahimus. Quod enim viuendi cuiuſq; noſtrum ratio in cauſa nó ſit, iam liquidò conſtat, cùm morbus omnes continenter attingat, & iuuenes & ſenes, & mulieres & viros, perindeq; temulentos & abſtemios, tam eos qui maza, quàm qui pane victitant, & eos qui multis, quàm qui paucis exercitationibus vtuntur. Non igitur victus rationi aſſignanda cauſa eſt, cùm cuiuſuis generis victu vtentes, eodem morbo corripiuntur. Cùm verò eodem tempore cuiuſque modi morbi oriuntur, ſua proculdubio cuique viuendi ratio in cauſa eſt, adhibendáque curatio, aduerſus morbi cauſam inſtando, quemadmodum aliàs etiam à nobis dictú eſt, & victus rationem immutando. Quandoquidem conſtat victus genus quo quis vtitur, aut ex toto, aut magna ex parte, aut in eorum aliquo minimè ei eſſe accommodatum. Quo cognito, immutare, & adhibita in conſiderationem cuiuſque natura, ætate, forma, anni tempore, & morbi genere, ad curationem aggredi oportet, nunc quidem detrahendo, nunc verò addendo, ita vt (quemadmodum iamdudum à me dictum eſt) ad ſingulas ætates, & anni tempora, & naturas, & morbos, contrariam tum medicamentorum, tum victus rationem adhibeas. At verò vbi morbus aliquis populariter graſſatus fuerit,

οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ποτὲ μὲν τὸ φλέγμα ἰσχύει, ποτὲ δὲ, τὸ αἷμα· ποτὲ δὲ, ἡ χολὴ πρῶτον μὲν ἡ ξανθὴ, [59] ἔπειτα δὴ ἡ μέλαινα καλεομένη. μαρτύριον δὲ σαφέστερον, εἰ ἐθέλεις τῷ αὐτέῳ ἀνθρώπῳ δοῦναι τὸ αὐτὸ φάρμακον τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐμέεταί σοι τοῦ μὲν χειμῶνος, φλεγματωδέστατα. τοῦ δὲ ἦρος, ὑγρότατα· τοῦ δὲ θέρεος, χολωδέστατα· τοῦ δὲ φθινοπώρου, μελάντατα· [60] ὀφείλει οὖν τουτέων ὧδε ἐχόντων, ὁκόσα μὲν τῶν νοσημάτων τοῦ χειμῶνος αὔξεται, θέρεος λήγειν· ὁκόσα δὲ θέρεος αὔξεται, χειμῶνος λήγειν· ὁκόσα μὴ αὐτέων, ἐν περιόδῳ ἡμερέων ἀπαλλάσσεται. τὴν δὲ περίοδον αὖθις φράσω, τὴν τῶν ἡμερέων. ὁκόσα δὲ ἦρος γίνεται νοσήματα, προσδέχεσθαι χρὴ φθινοπώρου [61] τὴν ἀπαλλαγήν. ὁκόσα δὲ φθινοπωρινὰ νουσήματα, τουτέων τοῦ ἦρος ἀνάγκη τὴν ἀπάλλαξιν γενέσθαι. ὅτι δὴ ἂν τὰς ὥρας ταύτας ὑπερβάλλῃ νόσημα, εἰδέναι χρὴ ὡς ἐνιαύσιον αὐτὸ ἐσόμενον. [62] καὶ τὸν ἰητρὸν οὕτω χρὴ ἰῆσθαι τὰ νοσήματα, ὡς ἑκάστου τουτέων ἰσχύοντος ἐν τῷ σώματι κατὰ τὴν ὥρην τὴν ἑωυτοῦ κατὰ φύσιν οὖσαν μάλιστα. εἰδέναι δὲ χρὴ καὶ τάδε, πρὸς ἐκείνοισιν, ὅτι ὁκόσα πλησμονὴ τίκτει νοσήματα, κένωσις ἰῆται. ὁκόσα δὲ, ἀπὸ κενώσιος γίνεται νοσήματα, πλησμονὴ ἰῆται. ὁκόσα δὲ, ἀπὸ ταλαιπωρίης γίνεται, ἀνάπαυσις ἰῆται. ὁκόσα δὴ ὑπ' ἀργίης τίκτεται, ταλαιπωρίη ἰῆται. τὸ δὲ ξύμπαν γνῶναι δεῖ τὸν ἰητρὸν, ἐναντίον ἵστασθαι τοῖσι καθεστεῶσι καὶ νουσήμασι. καὶ εἴδεσι, καὶ ὥρῃσι, καὶ ἡλικίῃσι, καὶ τὰ συντείνοντα λύειν, καὶ τὰ λελυμένα συντείνειν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸ κάμνον ἀναπαύοιτο, ἥτε ἴησις, τοῦτό μοι δοκεῖ εἶναι. [63] αἱ δὲ νοῦσοι γίνονται, αἱ μὲν ἀπὸ τῶν διαιτημάτων· αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὃ ἐσαγόμενοι ζῶμεν, τὴν δὲ διάγνωσιν χρὴ ἑκατέρων, ὧδε ποιέεσθαι. ὁκόταν μὲν ὑπὸ νοσήματος ἑνὸς πολλοὶ ἄνθρωποι ἁλίσκωνται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. τὴν αἰτίην χρὴ ἀνατιθέναι τουτέῳ, ὅ τι κοινότατόν ἐστι, καὶ μάλιστα αὐτέῳ πάντες χρεώμεθα. ἔστι δὲ τοῦτο ὃ ἀναπνέομεν. [64] φανερὸν γὰρ ἤδη, ὅτι τὰ διαιτήματα ἑκάστου ἡμέων, οὐκ αἴτιά ἐστιν, ὅτε ἅπτεται πάντων ἡ νοῦσος ἑξῆς, καὶ τῶν νεωτέρων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν ὁμοίως· καὶ τῶν θωρησσομένων καὶ τῶν ὑδροποτεόντων. καὶ τῶν μάζαν ἐσθιόντων, καὶ τῶν ἄρτον σιτεομένων καὶ τῶν πολλὰ ταλαιπωρεόντων, καὶ τῶν ὀλίγα. οὐκ ἂν οὖν τάγε διαιτήματα αἴτια εἴη, ὁκόταν διαιτεύμενοι πάντας τρόπους οἱ ἄνθρωποι ἁλίσκωνται ὑπὸ τῆς αὐτέης νούσου. ὁκόταν δὲ αἱ νοῦσοι γίνωνται παντοδαπαὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, δῆλον ὅτι τὰ διαιτήματά ἐστιν αἴτια ἕκαστα ἑκάστοισι. καὶ τὴν θεραπείην χρὴ ποιέεσθαι ἐναντιούμενον τῇ προφάσει τῆς νούσου, ὥσπερ μοι πέφρασται καὶ ἑτέρωθι, καὶ ἐκ τῶν διαιτημάτων μεταβάλλειν. δῆλον γὰρ ὅτι οἷσί γε χρῆσθαι εἴωθεν ὁ ἄνθρωπος διαιτήμασιν, οὐκ ἐπιτήδειά οἱ ἐστιν, ἢ πάντα, ἢ τὰ πλείω, ἢ ἕν γέ τι αὐτέων. ἃ δεῖ καταμαθόντα μεταβάλλειν. καὶ σκεψάμενον τοῦ ἀνθρώπου τὴν φύσιν τήν τε ἡλικίην, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν ὥρην τοῦ ἔτεος, καὶ τῆς νούσου τὸν τρόπον, τὴν θεραπείαν ποιέεσθαι. ποτὲ μὲν ἀφαιρέοντα· ποτὲ δὲ, προστιθέντα. ὥσπερ μοι καὶ πάλαι εἴρηται, πρὸς ἑκάστας τῶν ἡλικιέων, καὶ τῶν ὡρέων, καὶ τῶν ἰδεῶν, καὶ τῶν νόσων. [65] ἔντε τῇσι φαρμακίῃσι προστετράφθαι καὶ ἐν τοῖσι διαιτήμασιν. ὁκόταν δὲ νουσήματος ἑνὸς ἐπιδημίη καθεστήκῃ, δῆλον ὅτι

ἢ τὰ διαιτήματα αἴτιά ἐστιν, ἀλλ' ὃ ἀναπνεόμενοι, τοῦτο αἴτιόν ἐστι, καὶ δῆλον ὅτι τοῦτο[66] νοσηρήν τινα ἀπόκρισιν ἔχον ἀνίει. τοῦτον οὖν χρὴ τὸν χρόνον τὰς παραινέσιας ποιέεσθαι τοῖσιν ἀνθρώποισι, τοιάσδε. τὰ μὲν διαιτήματα μὴ μεταβάλλειν, ὅτι γε οὐκ αἴτια ἐστὶ τῆς νούσου.[67] τὸ δὲ σῶμα ὁρᾶν, ὅκως ἔσται ὡς ἀογκότατον καὶ ἀσθενέστατον, τῶν σιτίων τι ἀφαιρέοντα, καὶ τῶν ποτῶν, οἷσιν εἰώθει χρέεσθαι κατ' ὀλίγον. ἢν γὰρ μεταβάλλῃ ταχέως τὴν δίαιταν, κίνδυνος καὶ ἀπὸ τῆς μεταβολῆς νεώτερόν τι γενέσθαι ἐν τῷ σώματι. ἀλλὰ χρὴ τοῖσι μὲν διαιτήμασιν οὕτω χρέεσθαι, ὅτε γε φαίνονται μηδὲν ἀδικέοντα τὸν ἄνθρωπον. τοῦ δὲ πνεύματος ὅκως ἐλαχίστη ἡ ῥύσις ἐς τὸ σῶμα ἐσίοι, καὶ ὡς ξενοτάτη ἔσται, προμηθέεσθαι, τῶν τε χωρίων τοὺς τόπους μεταβάλλοντα εἰς δύναμιν, ἐν οἷσιν ἂν ἡ νοῦσος ἐγκαθεστήκῃ, καὶ τὰ σώματα λεπτύνοντα. οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα πολλοῦ τε καὶ πυκνοῦ πνεύματος χρῄζοιεν οἱ ἄνθρωποι. ὁκόσαι δὲ τῶν νουσημάτων ἀπὸ τοῦ σώματος γίνονται τῶν μελέων τοῦ ἰσχυροτάτου, ταῦτα δεινότατά ἐστι. καὶ γὰρ ἢν αὐτοῦ μένῃ ἔνθα ἂν ἄρξηται, ἀνάγκη τοῦ ἰσχυροτάτου τῶν μελέων πονεομένου, ἅπαν τὸ σῶμα πονέεσθαι. καὶ ἢν ἐπί τι τῶν ἀσθενεστέρων ἀφίκηται ἀπὸ τοῦ ἰσχυροτέρου, χαλεπαὶ αἱ ἀπολύσιες γίνονται. ὁκόσα δὲ ἂν ἀπὸ τῶν ἀσθενεστέρων ἐπὶ τὰ ἰσχυρότερα ἔλθοι, εὐλυτώτερά ἐστι.[68] ὑπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος ἀναλίσκεται ῥηιδίως τὰ ἐπιρρέοντα.[69] αἱ παχύταται δὲ τῶν φλεβῶν ὧδε πεφύκασι. τέσσαρα ζεύγεά ἐστιν ἐν τῷ σώματι. καὶ ἓν μὲν αὐτέων,[70] ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὄπισθεν διὰ τοῦ αὐχένος, ἔξωθεν ἐπὶ τὴν ῥάχιν, ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν παρὰ τὰ ἰσχία ἀφικνέεται, καὶ ἐς τὰ σκέλεα. ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων καὶ τῶν σφυρῶν τὰ ἔξω, καὶ ἐς τοὺς πόδας διήκει. δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας τὰς ἐπὶ τῶν ἀλγημάτων τῶν ἐν τῷ νώτῳ καὶ τοῖσιν ἰσχίοισιν, ἀπὸ τῶν ἰγνύων ποιέεσθαι καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔξωθεν. αἱ δὲ ἕτεραι φλέβες ἔχουσιν ἐκ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ ὦτα, διὰ τοῦ αὐχένος, αἱ σφαγίτιδες καλεόμεναι,[71] ἔσωθεν παρὰ τὴν ῥάχιν ἑκατέρωθεν φέρονται παρὰ τὰς ψόας ἐς τοὺς ὄρχιας καὶ ἐς τοὺς μηρούς, καὶ διὰ τῶν ἰγνύων, ἐκ τοῦ ἔσωθεν μέρεος. ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων παρὰ τὰ σφυρὰ ἔσωθεν, καὶ ἐς τοὺς πόδας. δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας, πρὸς τὰς ὀδύνας ποιέεσθαι, τὰς ἀπὸ τῶν ψοῶν καὶ τῶν ὀρχίων, ἀπὸ τῶν ἰγνύων καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔσωθεν. αἱ δὲ τρίται φλέβες, ἐκ τῶν κροτάφων διὰ τοῦ αὐχένος, ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας. ἔπειτα συμφέρονται ἐς τὸν πλεύμονα, καὶ ἀφικνέονται.[72] ἡ μὲν ἀπὸ τῶν δεξιῶν, ἐς τὰ ἀριστερά, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν, ἐς τὰ δεξιά, καὶ ἡ μὲν δεξιὴ, ἀφικνέεται ἐκ τοῦ πλεύμονος ὑπὸ τὸν μαζόν, καὶ ἐς τὸν σπλῆνα, καὶ ἐς τὸν νεφρόν. ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν, ἐς τὰ δεξιά, ἐκ τοῦ πλεύμονος, ὑπὸ τὸν μαζόν.[73] καὶ ἐς τὸ ἧπαρ, καὶ τὸν νεφρόν.[74] τελευτῶσι δὲ εἰς τὸν ἀρχόν, αὗται ἑκάτεραι. αἱ δὲ τέταρται φλέβες, ἀπὸ τοῦ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, ὑπὸ τὸν αὐχένα καὶ τὰς κληῗδας.[75] ἔπειτα ὑπὲρ τῶν βραχιόνων, ἄνωθεν εἰς τὰς συγκαμπάς. ἔπειτα δὲ[76] διὰ τῶν πηχέων καὶ τῶν χειρῶν ἄνωθεν, καὶ ἐπὶ τοὺς καρποὺς καὶ τοὺς δακτύλους.[77] ἔπειτα ἀπὸ τῶν δακτύλων πάλιν διὰ τῶν πηχέων καὶ τῶν χειρῶν ἄνωθεν εἰς τὰς συγκαμπάς, καὶ διὰ τῶν βραχιόνων τοῦ κάτωθεν μέρεος, εἰς τὰς μασχάλας, καὶ ἀπὸ τῶν πλευρέων ἄνωθεν, ἡ μὲν εἰς τὸν σπλῆνα ἀφικνέεται, ἡ δὲ εἰς τὸ ἧπαρ, ἔπειτα ὑπὲρ τῆς γαστρὸς ἐς τὸ αἰδοῖον τελευτῶσιν ἀμφότεραι. καὶ αἱ μὲν παχύταται τῶν φλεβῶν ὧδε ἔχουσιν.[78] εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ἀπὸ τῆς κοιλίης φλέβες, ἀνὰ τὸ σῶμα πάμπολλαί τε καὶ παντοῖαι. καὶ δι' ὧν ἡ τροφὴ ἐν τῷ σώματι ἔρχεται. φέρουσι δὲ ἀπὸ τῶν παχέων φλεβῶν[79] εἰς τὴν κοιλίην καὶ εἰς τὸ ἄλλο σῶμα,[80] καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ ἀπὸ τῶν εἴσω, καὶ εἰς ἀλλήλας διδόασιν, αἵ τε ἔσωθεν ἔξω καὶ αἱ ἔξωθεν εἴσω.

non victus rationem in cauſa eſſe, ſed quod ſpirando ducimus, manifeſtum eſt, ipſumq́; morboſam quandam excretionem planè obtinere. Eo igitur tempore his exhortationibus homines ſunt admonẽdi, vt ne victus quidẽ rationem immutent, cùm morbi cauſa minimè exiſtat. Prouideant etiam, vt corpus quã minimè intumeſcat, ſitq́; attenuatiſſimum, tum cibos, tum potus quibus vti conſueuerint ſenſim demendo. Si quis enim ſubitò victus rationem immutet, ne quid in corpore ex immutatione innouetur, periculũ eſt. Sed ſolita victus ratio ſeruanda eſt, vbi nihil quidem lædere videtur, atq; inſuper vt aeris quam minimum in corpus influat, iſq; vt maximè peregrinus ſit, prouidendum, tum regionum loca, in quibus morbus conſiſtit, quoad eius fieri poterit permutando, tum corpora extenuando. Ita enim minimè multum ac frequentem ſpiritum homines ex neceſſitate attrahẽt. Morbi autẽ à validiſſima corporis parte orti, grauiſſimi exiſtunt. Etenim ſi vnde originem ſumpſerũt, iſthic perſtiterint, cùm pars valentiſſima laboret, corpus vniuerſum laborare neceſſe eſt. Quòd ſi ad imbecilliorem aliquam ex validiſſima deuenerint, difficiles habent abſolutiones. Quicunq; verò ab imbecillioribus ad valentiores veniunt, faciliùs ſoluuntur, quòd quæ influunt facilè per vim liberantur. At venę craſſiſſimæ hunc natura ortum ſortitæ ſunt. Quarum cùm ſint in corpore paria quatuor; Vnum quidem ex capite retro per ceruicem, parte exteriore ad vtraq; ſpinæ latera, indeq́; in coxendices & crura peruadit, deinde per tibias ad exteriores malleolos & pedes peruenit. In dorſi igitur & coxendicum doloribus, ex poplitibus & malleolis exterioribus venæ ſectiones fieri debent. Alteræ autem venæ ex capite exortæ, iuxta aures per ceruicem, iugulares dictæ, intrò ſecundum ſpinam vtraq; ex parte ad lumbos, in teſtes & femora, & per poplites interiore ex parte, indeq́; per tibias ad malleolos internos & ad pedes deferuntur. Proinde in lumborum & teſtium doloribus, ſanguis ex poplitibus & malleolis interioribus mittendus eſt. Tertium par venarum ex temporibus per ceruicem ſubter ſcoptula operta, inde ad pulmonem defertur, & hæc quidem ex dextris ad ſiniſtra, illa verò à ſiniſtris àd dextra, peruenit. Et dextra quidẽ ex pulmone mammam ſubiens, & ad lienem & ad renem tendit. Quæ verò à ſiniſtris ad dextra procedit, ex pulmone mammam ſubiens, & iecur & renem petit. Vtraq; poſtremò in rectum inteſtinum deſinit. Quartum par ex anteriore capitis parte & oculis, ſub ceruicem & clauiculas, indéque per ſuperiora in brachiorum flexus tendit, poſteáque per cubitos, ad primas manuum iuncturas & digitos, rurſúſque à digitis per cubitos & ſuperiores manuum partes in flexuras, & per ſuperiorem brachiorum partem ad axillas, pérque ſummas coſtas hæc quidem ad lienem, altera verò ad iecur deuenit, poſtea ſupra ventrem in pudendum vtraque deſinit. Atque ea eſt venarum craſſiſſimarum natura. Exiſtunt etiam ex ventriculo permultæ & variæ venæ, per quas in corpus alimentum tranſmittitur. Quod etiam ex craſſis venis, tam externis, quam internis, in ventriculum & reliquum corpus deferunt, ſibique mutuò ſubminiſtrant, internæ externis, viciſſimq; externæ internis,

Hæ igitur mittendi ſanguinis rationes ſeruandæ ſunt, ſtudendumq́; eſt, vt quàm longiſſimè à locis, in quibus dolores fieri, & ſanguis colligi conſueuit, venarum ſectiones fiant. Hac namq; ratione, cùm minimè magna de repente mutatio continget, tum etiam conſuetudinem tollendo effeceris, vt ne amplius eodem colligatur. Qui pus copioſum citra febrem expuunt, quibuſque abſque dolore pus multum in vrina ſubſidet, & qui alui deiectiones, velut in difficultatibus inteſtinorum, cruentas habent & diuturnas, quales in iuuenibus annos quinque & triginta natis, & grandioribus natu ineſſe ſolent, iis omnibus ex eadem cauſa morbi oriuntur. Hos namque immodicis corporis exercitationibus & laboribus addictos, & cùm iuuenes eſſent operas exercuiſſe neceſſe eſt. Deinde dimiſſis laboribus, molli carne & multum à ſuperiore differente expletos, tam longè inter ſe diſſidentem corporis habitum habere, vt priſtinus cum eo qui poſtea accreuit, nulla in re conſentiat. Qui igitur ita affecti ſunt, ſi quando in morbum incidunt, ij confeſtim euadunt, ſed poſt à morbo temporis ſucceſſu corpus liquatur, & per venas, qua latiſſimæ eſſe ſolent, ſanici quiddam non diſſimile defluit. Si quidem igitur ad inferiorem aluum impetu deferatur, quale quid ferè in corpore ineſt, tale etiam per deiectiones ſecedit. Neque enim, cùm via decliuis ſit, diutiùs in inteſtinis ſubſiſtit. At quibus in pectus influit, ij purulenti fiunt, quod nimirum cùm purgatio accliuis ſit, & diutius moram trahens in pectore computreſcat, & puris ſimile euadat. Quibus verò in veſicam effunditur, ex loci calore incaleſcit, exalbeſcit & ſecernitur, quodq; rariſſimum exiſtit ſupra innatat, craſſiſſimũ verò, quod ſanè pus appellatur, ſubſidet. In pueris quoq; ob loci huius & totius corporis caliditatem gignuntur calculi, quod viris, ob corporis frigiditatem minimè vſuuenit. Iſtud enim probè noſſe conuenit, hominem prima ætate in omni vita eſſe calidiſſimũ, poſtrema verò frigidiſſimum. Siquidem quod augeſcit corpus & ad robur tendit calidũ eſſe neceſſe eſt, at vbi marceſcere & ad exitium præcipitare cœperit, frigidius euadit. Atque hac ratione quo magis his primis diebus homo increſcit, eò calidior euadit, & quãtò magis vltimis diebus marceſcit, tantò frigidiorẽ eſſe neceſſe eſt. Qui autem ſic affecti ſunt, ſua ſponte ſaneſcunt, plæriq; quidem quo anni tempore colliqueſcere cœperint, quinto & quadrageſimo die. Qui verò hoc anni tempus ſuperauerint, anno conualeſcunt, niſi quid aliud hominẽ malè habuerit. Qui morbi ex paruo tẽporis interuallo oriuntur, & quorum cauſæ cognitu ſunt faciles, ij ſecuriſſimè prædicantur. Quorum curationẽ ſic inſtituere oportet, vt morbi cauſæ occurramus. Ita ſiquidẽ quod morbũ in corpore excitauit, facilè diſſoluatur. Quibus in vrina arenulæ vel lapilli ſubſident, iis per initia ad craſſam venam tubercula enaſcuntur, & ſuppurãt, deinde cùm ea tubercula haud ita citò rumpantur, lapilli ex pure coaleſcunt, qui per venam cum vrina in veſicam foras extruduntur. At quibus vrinæ quidem cruentæ ſunt, iis in venis vitium eſt. Quibus vnà cum vrina craſſa prodeunt minutæ carunculæ capillamentorũ ſpeciem referentes, eas à renibus & articulari morbo laborantib. prodire noſſe conuenit.

τὰς οὕτω φλεβοτομίας δεῖ ποιέεσθαι, [80] καὶ τουτέοισι σπουδάζειν. ἐπιτηδεύειν δὲ χρὴ τὰς τομὰς ὡς προσωτάτω τέμνειν ἀπὸ τῶν χωρίων, ἔνθα αἱ ὀδύναι μεμαθήκασι γίνεσθαι, καὶ τὸ αἷμα συλλέγεσθαι. οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα μεταβολὴ ἥκιστα μεγάλη γίνοιτο ἐξαπίνης, καὶ τὸ ἔθος μεταστήσαις ἂν, ὥστε μηκέτι εἰς τὸ αὐτὸ χωρίον ξυλλέγεσθαι. ὁκόσοι πύον πολλὸν πτύουσιν ἄτερ πυρετοῦ ἐόντες, καὶ ὁκόσοισιν ὑπὸ τὸ οὖρον πύον ὑφίσταται πολλὸν, ἄτερ ὀδύνης ἐούσης, καὶ ὁκόσοισι τὰ ὑποχωρήματα αἱματώδεα, ὥσπερ ἐν τῇσι δυσεντερίῃσι καὶ χρόνια ἀνδράσιν ἐοῦσι, πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων, καὶ γεραιτέροισι, τουτέοισι πᾶσιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τὰ νουσήματα γίνεται. ἀνάγκη γὰρ τουτέους ταλαιπώρους τε γενέσθαι καὶ φιλοπόνους τῷ σώματι καὶ ἐργάτας νεανίσκους ἐόντας. ἔπειτα δὲ ἐξανεθέντας τῶν πόνων, σαρκωθῆναι μαλθακῇ σαρκὶ, καὶ πολὺ διαφερούσῃ τῆς προτέρης· καὶ πολλὸν διακεκριμένον ἔχειν τὸ σῶμα, τό τε προϋπάρχον καὶ τὸ ἐπιτραφὲν, ὥστε μὴ ὁμονοέειν. ὁκόταν οὖν νόσημά τι καταλάβῃ τοὺς οὕτω διακειμένους, τὸ μὲν παραχρῆμα διαφεύγουσιν. ὕστερον δὲ μετὰ τὴν νοῦσον, χρόνῳ τήκεται τὸ σῶμα, καὶ ῥέει διὰ τῶν φλεβῶν, ᾗ ἂν εὐρυχωρίη μάλιστα τύχοι, ἰχωροειδές. ἢν μὲν οὖν ὁρμήσῃ ἐς τὴν κοιλίην τὴν κάτω, σχεδὸν οἷόν περ ἐν τῷ σώματι ἐνείη, τοιοῦτον καὶ τὸ διαχώρημα γίνεται. ἅτε γὰρ τῆς ὁδοῦ κατάντεος ἐούσης, οὐχ ἵσταται πολλὸν χρόνον ἐν τῷ ἐντέρῳ. ὁκόσοισι δ' ἂν ἐς τὸ στῆθος ἐσρυῇ, ὑπόπυοι γίνονται. ἅτε τῆς καθάρσιος ἀνάντεος ἐούσης, [83] καὶ χρόνον ἐναυλιζόμενον πολλὸν ἐν τῷ στήθει, κατασήπεται, καὶ γίνεται πυοειδές. ὁκόσοισι δ' ἂν ἐς τὴν κύστιν ἐξερεύγηται, [84] ὑπὸ τῆς θερμότητος τοῦ χωρίου τοῦτο καὶ θερμὸν καὶ λευκὸν γίνεται, καὶ διακρίνεται· καὶ τὸ μὲν ἀραιότατον, ἐφίσταται ἄνω, τὸ δὲ παχύτατον, κάτω, ὃ δὴ πύον καλέεται. γίνονται δὲ καὶ οἱ λίθοι τοῖσι παιδίοισι διὰ τὴν θερμότητα τοῦ χωρίου τουτέου, καὶ τοῦ ὅλου σώματος. τοῖσι δ' ἀνδράσιν οὐ γίνονται λίθοι, διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ σώματος. εὖ γὰρ χρὴ εἰδέναι, ὅτι ὁ ἄνθρωπος, τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων, θερμότατός ἐστιν αὐτὸς ἑωυτοῦ, τῇ δ' ὑστάτῃ, ψυχρότατος. ἀνάγκη γὰρ αὐξανόμενον καὶ χωρέον τὸ σῶμα πρὸς βίην θερμὸν εἶναι. ὁκόταν δ' ἄρχηται μαραίνεσθαι τὸ σῶμα, [85] καταρρέον πρὸς εὐπετείην, ψυχρότερον γίνεται. καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὅσον τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων τῇ πρώτῃ πλεῖστον αὔξεται ὁ ἄνθρωπος, τοσοῦτον θερμότερος γίνεται. καὶ τῇ ὑστάτῃ τῶν ἡμερέων, ὅσον πλεῖστον καταμαραίνεται, τοσοῦτον ἀνάγκη ψυχρότερον εἶναι. ὑγιέες δὲ γίνονται αὐτόματοι, οἱ οὕτως διακείμενοι. πλεῖστοι μὲν ἐν τῇ ὥρῃ, ἐν ᾗ ἂν ἄρξωνται τήκεσθαι, πέντε καὶ τεσσαρακοστῇ ἡμέρῃ. ὁκόσοι δ' ἂν τὴν ὥρην ταύτην ὑπερβάλλωσιν, ἐνιαυτῷ αὐτόματοι ὑγιέες γίνονται, ἢν μή τι ἄλλο κακουργῇ ὁ ἄνθρωπος. ὁκόσα τῶν νοσημάτων ἐξ ὀλίγου γίνεται, καὶ ὁκόσων αἱ προφάσιες εὔγνωστοι, ταῦτα δὲ ἀσφαλέστατά ἐστι προαγορεύεσθαι. τὴν δ' ἴησιν χρὴ ποιέεσθαι αὐτὸν ἐναντιούμενον τῇ προφάσει τῆς νούσου. οὕτω γὰρ ἂν λύοιτο τὸ τὴν νοῦσον παρασχὸν ἐν τῷ σώματι. [86] Ὁκόσοισι ψαμμώδεα ὑφίσταται, ἢ πῶροι ἐν τοῖσιν οὔροισι, τουτέοισι τὴν ἀρχὴν φύματα ἐγένετο πρὸς τῇ φλεβὶ τῇ παχείῃ, καὶ διεπύησεν. ἔπειτα δὲ ἅτε οὐ ταχέως ἐκραγέντων τῶν φυμάτων, πῶροι συνεπάγησαν ἐκ τοῦ πύου, οἵτινες ἔξω θλίβονται διὰ τῆς φλεβὸς σὺν τῷ οὔρῳ ἐς τὴν κύστιν. ὁκόσοισι δὲ [87] αἱματώδεα μὲν τὰ οὐρήματα, τουτέοισιν αἱ φλέβες πεπονήκασιν. ὁκόσοισι δὲ ἐν τῷ οὐρήματι παχεῖ ἐόντι, σαρκία μικρὰ τριχοειδέα συνέρχεται, ταῦτα δὲ ἀπὸ τῶν νεφρῶν, εἰδέναι χρὴ ἐόντα καὶ ἀπὸ ἀρθριτικῶν.

ὁκόσοισι δὲ καθαρὸν τὸ οὖρον, ἄλλο τε καὶ ἄλλοτε, οἷον δὲ πίτυρα ἐπιφέρεται ἐν τῷ οὐρήματι, τουτέων ἡ κύστις ψωριᾷ. οἱ πλεῖστοι τῶν πυρετῶν, γίνονται ἀπὸ χολῆς. εἴδεα δὲ σφέων εἰσὶ τέσσαρα, χωρὶς τῶν ἐν τῇσιν ὀδύνῃσι γενομένων, τῇσιν ἀποκεκριμένῃσιν. ὀνόματα δ' αὐτέοισίν ἐστι, ξύνοχος, ἀμφημερινός, τριταῖος, τεταρταῖος. ὁ μὲν οὖν ξύνοχος καλεόμενος, γίνεται ἀπὸ πλείστης χολῆς καὶ ἀκρητεστάτης. καὶ τὰς κρίσιας ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ ποιέεται. τὸ γὰρ σῶμα, οὐ διαψυχόμενον οὐδένα χρόνον, συντήκεται ταχέως, ἅτε ὑπὸ πολλοῦ τοῦ θερμοῦ θερμαινόμενον. ὁ δὲ ἀμφημερινὸς μετὰ τὸν ξύνοχον, ἀπὸ πλείστης χολῆς γίνεται, καὶ ἀπαλλάσσεται τάχιστα τῶν ἄλλων. μακρότερος δέ ἐστι τοῦ ξυνόχου, ὁκόσῳ ἀπὸ ἐλάσσονος γίνεται χολῆς, καὶ ὅτι ἔχει ἀνάπαυσιν τὸ σῶμα, ἐν δὲ τῷ ξυνόχῳ οὐκ ἀναπαύεται οὐδένα χρόνον. ὁ δὲ τριταῖος, μακρότερός ἐστι τοῦ ἀμφημερινοῦ, καὶ ἀπὸ χολῆς ἐλάσσονος γίνεται. ὁκόσῳ δὲ πλείονα χρόνον ἐν τῷ τριταίῳ ἢ τῷ ἀμφημερινῷ, τὸ σῶμα διαναπαύεται, τοσούτῳ χρονιώτερός ἐστιν ὁ πυρετὸς τοῦ ἀμφημερινοῦ ἐστιν. οἱ δὲ τεταρταῖοι, τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. χρονιώτεροι δὲ μάλα τῶν τριταίων εἰσίν. ὁκόσῳ ἔλαττόν οἱ μέρος μετέχουσι χολῆς, τῆς τὴν θερμασίην παρεχούσης, τότε διαψύχεται τὸ σῶμα, πλέον μετέχουσι. προσγίνεται δὲ αὐτέοισιν, ἀπὸ μελαίνης χολῆς, τὸ περισσότερον καὶ δυσαπάλλακτον, μέλαινα γὰρ χολὴ τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων χυμῶν, γλισχρότατον, καὶ τὰς ἕδρας χρονιωτάτας πεποίηται. γνώσῃ δὲ ἐν τῷδε, ὅτι οἱ τεταρταῖοι πυρετοὶ μετέχουσι τοῦ μελαγχολικοῦ. φθινοπώρῳ γὰρ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι ἁλίσκονται ὑπὸ τῶν τεταρταίων, καὶ ἐν τῇ ἡλικίῃ, ἀπὸ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων, ἕως τῶν πέντε καὶ τεσσαράκοντα. ὅτι καὶ ἡ ἡλικίη αὕτη ὑπὸ μελαίνης χολῆς κατέχεται μάλιστα πασέων τῶν ἡλικιῶν, ἥ τε φθινοπωρινὴ ὥρη μάλιστα πασέων τῶν ὡρέων ἐπιτηδειοτάτη. ὁκόσοι δ' ἂν ἁλῶσιν ἔξω τῆς ὥρης ταύτης, καὶ τῆς ἡλικίης, ὑπὸ τεταρταίου, εὖ χρὴ εἰδέναι μὴ χρόνιον ἐσόμενον τὸν πυρετόν, ἢν μὴ ἄλλο τι κακουργῆται ὁ ἄνθρωπος.

Quibus vrina pura eſt, & aliàs atque aliàs furfuracea quędam per ſummam vrinā feruntur, iis veſica ſcabie laborat. Febres magna ex parte à bile oriuntur, quarum genera ſunt quatuor, præter eas quæ dolores eximios comitantur. Earum autem nomina ſunt, continens, quotidiana, tertiana & quartana. Quæ continens appellatur, ex copioſiſſima & meraciſſima bile prouenit, & perquam breui iudicatur. Corpus namque vehementi calore incaleſcens neq; vnquam refrigeſcens, celeriter colliqueſcit. Quotidiana ſecūdum continentem ex plurima bile ortū habet, & præ aliis citiſſimè liberat, at continente eò longior, quò ex pauciore bile prouenit, quódque in ea corpus requietem habet, quod in continente nullo vnquam tempore quieſcit. Tertiana verò quotidiana longior, & à pauciore bile fit, quóque diutiùs in ea, quàm in quotidiana corpus quieſcit, eò diuturnior hæc febris eſt, quàm quotidiana. At quartanæ in reliquis eandem rationem obtinent, ſed tertianis tantò longiores ſunt, quantò minus bilis calorem exhibentis obtinent, tum quia in his corpus liberaliùs refrigeratur, iiſq; ab atra bile is cumulus accedit, vt non niſi ægrè depelli poſſint. Bilis enim eorum omnium quæ in corpore inſunt cùm ſit glutinoſiſſima, maximè diuturnas ſtationes facit. Quòd autem quartanæ humoris melancholici ſint participes, ex eo cognoſces, quod autumno præcipuè homines quartanis corripiantur, & ea ætate quæ eſt ab anno vigeſimo quinto ad quadrageſimum quintum, tum etiam quòd hæc ætas inter alias omnes atræ bili potiſſimùm eſt obnoxia, vt & inter anni tempora autumnale maximè accommodatum. Siqui verò extra hoc anni tempus & eam ætatem quartana correpti fuerint, pro comperto habeas hanc febrem, niſi quid aliud hominem malè habeat, minimè diuturnam fore.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΓΟΝΗΣ.

HIPPOCRATIS DE GENITVRA, LIBER.

ΝΟΜΟΣ μὲν πάντα κρατύνει. ἡ δὲ γονὴ τοῦ ἀνδρὸς, ἔρχεται ἀπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ, τοῦ ἐν τῷ σώματι ἐόντος, τὸ ἰσχυρότατον ἀποκριθέν. τούτου δὲ ἱστόριον, τόδε, ὅτι ἀποκρίνεται τὸ ἰσχυρότατον, ὅτι ἐπὴν λαγνεύσωμεν, σμικρὸν οὕτω μεθέντες, ἀσθενέες γινόμεθα. ἔχει δὲ οὕτω. φλέβες καὶ νεῦρα ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, τείνουσιν ἐς τὸ αἰδοῖον, οἷσιν ὑποτριβομένοισι καὶ θερμαινομένοισι καὶ πληρευμένοισιν, ὥσπερ κνησμὸς ἐμπίπτει, καὶ τῷ σώματι παντὶ ἡδονὴ καὶ θέρμη ἐκ τούτου παραγίνεται, τριβομένου δὲ τοῦ αἰδοίου καὶ τοῦ ἀνθρώπου κινευμένου, τὸ ὑγρὸν θερμαίνεται ἐν τῷ σώματι, καὶ διαχέεται, καὶ κλονέεται ὑπὸ τῆς κινήσιος, καὶ ἀφρέει καθάπερ καὶ τἆλλα ὑγρὰ ξύμπαντα κλονεόμενα ἀφρέει. οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ἀφρέοντος, τὸ ἰσχυρότατον καὶ τὸ πιότατον, καὶ ἔρχεται εἰς τὸν νωτιαῖον μυελόν.

Lex quidem omnia ſibi ſubiicit. At verò viri genitura ex vniuerſo humido, quod in corpore continetur, proficiſcitur, vbi id, quod validiſſimum eſt, excernitur. Cuius rei iſtud eſt argumentum, quòd vbi rem veneream exercemus, tantillo emiſſo, imbecilles euadimus. Iſtud verò ſic ſe habet. Ex toto corpore venæ & nerui in pudendum procedunt, quorum attritu, excalefactione & repletione, velut pruritus exoritur, indeq; ad totum corpus voluptas & calor permanat. Trito autem pudendo & moto homine, humidum in corpore concaleſcit & diffunditur, & motum agitatur & ſpumeſcit, non ſecus ac reliqua omnia humida agitata ſpumeſcunt. Sic verò etiam in homine quod validiſſimum eſt & pinguiſſimum, à ſpumeſcente humore ſecernitur, & ad ſpinalem medullam progreditur.

In hanc enim ex toto corpore viæ quædam feruntur, & ex cerebro in lumbos, vniuerſum corpus, & ſpinalem medullam diffunditur, ex eaq; viæ quædam procedunt, ita vt ad eam humidum deferri, & ex ea ſecedere queat. At vbi ad ſpinalem medullam genitura peruenerit, per venas quaſdam, quibus illi via patet, ad renes fertur, quibus exulceratis, interdum etiã ſanguis vnà defertur. A renibus autem per medios teſtes ad pudendum peruenit, neque quâ via vrinæ eſt prodit, ſed alia ipſi via eſt huic proxima. At verò qui per ſomnum veneris ludibrio tentantur, ideò per ſomnum venerea exercẽt, quòd humidum in corpore diffuſum & excalefactum, ſiue ex vehementi exercitatione, ſiue ex alia quauis cauſa ſpumeſcat, dum ab ipſo excernitur, veneris imaginem quandam exhibet. Perinde enim ſe habet hoc humidum vt in eo qui venerem exercet. Sed neque de his qui per ſomnum venerem exercent, neq; de toto morbo quid ſit, quæve efficiat, neq; cur coitus loco habeatur, dicẽdum nobis eſt, & de his quidem hactenus. At verò eunuchi eam ob cauſam venerem minimè peragunt, quia geniture tranſitus ipſis aboletur. Per ipſos enim teſtes ei via eſt, & nerui tenues & crebri ex teſtibus in pudendum feruntur, quibus aſſurgit & demittitur, iique in ipſa exectione dum caſtrantur reſcinduntur, ideóque ad obeundam venerem inutiles exiſtunt. Qui verò iſtorum attritionem paſſi ſunt, iis geniture via obſtructa eſt. Callum enim contrahere teſtes ſolent, neruiq́ꝫ a callo indurati & hebeſcentes, neque pudendum intendere, neque laxare poſſunt. At qui iuxta aures ſectionem experti ſunt, ij venerem quidem exercent, verùm ſemen paucum, imbecillum & infœcundum emittunt. Maxima ſiquidem ſeminis pars è capite ſecundum aures in ſpinalem medullam fertur, ipſe verò tranſitus, ſectione ad cicatricem perducta, ſolidior euaſit. Pueris autem venæ exiles & plenæ, genituram ferri prohibent, neque pruritus eodem modo excitatur, nec proinde humidum in corpore agitatur, vt genitura ſecerni queat. Virginibus quoque eandem ob cauſam, intra pubertatis annos, menſes minimè prodeunt. Vbi verò adoleuerint, tum virgo, tum puer, venæ quæ ad pueri pudendum, & in virginis vterum feruntur, incremento accepto ampliores redduntur, & aperiuntur, viaq; & tranſitus per illarum anguſtias patet, tuncq́ꝫ humidum agitari incipit, & ſpatia ampliora in quibus agitetur habet, puero q; cùm adultus fuerit prodit, & ob eã cauſam & virgini menſtrua prodeũt. Atque iſta mihi ad hunc modũ ſe habere cõperta ſunt. At verò geniturã ex toto corpore, & ex ſolidis & mollibus partibus, & ex vniuerſo totius corporis humido ſecerni aſſeuero. Humidi autẽ quatuor ſunt ſpecies, ſanguis, bilis, aqua, & pituita Homo enim tot ſibi cognatas ſpecies habet, ex quibus tũ morbi fiunt, tum diiudicantur. Atq; hæc mihi quidem de genitura dicta ſunt, & vnde, & quanã ratione, & quanam ex cauſa ortũ habeat, & in quibus & quare nulla inſit, ſimulq; de virginum mẽſibus. Mulieribus autem in coitu attrito pudendo & commotis vteris, pruritus quidam in ſeipſis ſentitur, & reliquo corpore voluptas calorque exoritur. Semen verò è corpore etiam emittit mulier, interdum quidem in vterum, ex quo humidus redditur; nonnunquam verò foras, ſi plus æquo vterus dehiſcat.

τείνουσι γὰρ ἐς τοῦτον, ἐκ παντὸς τοῦ σώματος. καὶ διοχέει ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου εἰς τὴν ὀσφὺν, καὶ ἐς πᾶν τὸ σῶμα, καὶ ἐς τὸν μυελὸν, καὶ ἐξ αὐτοῦ τείνουσιν ὁδοὶ, ὥστε καὶ ἐπιέναι τοῦ ὑγροῦ ἐς αὐτὸν καὶ ἀποχωρέειν. ἐπὴν δὲ ἔλθῃ ἐς τοῦτον τὸν μυελὸν ἡ γονὴ, χωρέει παρὰ τοὺς νεφρούς. ταύτῃ γὰρ ἡ ὁδός ἐστι διὰ φλεβῶν. κἢν οἱ νεφροὶ ἑλκωθῶσιν, ἔστιν ὅτε καὶ αἷμα ξυμφέρεται. παρὰ δὲ τῶν νεφρῶν, ἔρχεται διὰ τῶν ὀρχίων μεσάτων ἐς τὸ αἰδοῖον. καὶ χωρέει οὐχ ὅπη τὸ οὖρον, ἀλλά οἱ ἄλλη ὁδός ἐστιν αὐτῆς ἐχομένη. καὶ οἱ ἐξονειρώσσοντες διὰ τάδε ἐξονειρώσσουσιν· ἐπὴν τὸ ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι, διακεχυμένον ᾖ καὶ διάθερμον, εἴτε ὑπὸ ταλαιπωρίης, εἴτε ὑπὸ ἄλλου τινὸς ἀφρέει. καὶ ἀποκρινομένου ἀπ᾽ αὐτοῦ ὁρᾷν προΐσταται, οἷον λαγνεύειν. ἔχει γὰρ τὸ ὑγρὸν τοῦτο ὥσπερ λαγνεύοντι. ἀλλ᾽ οὐ μοι περὶ ὀνειρωσσόντων καὶ παντὸς τοῦ νοσήματος τί ἐστι, καὶ ὁκόσα ἐργάζεται, καὶ διότι πρὸ λαγνείης. καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτο μοι εἰρέαται. οἱ δὲ εὐνοῦχοι διὰ ταῦτα οὐ λαγνεύουσιν, ὅτι σφέων ἡ δίοδος ἀμαλδύνεται τῆς γονῆς. ἔστι γὰρ δι᾽ αὐτῶν τῶν ὀρχίων ἡ ὁδός. καὶ νεῦρα τείνει λεπτὰ καὶ πυκνὰ, εἰς τὸ αἰδοῖον ἐκ τῶν ὀρχίων οἷσιν ἀείρεται καὶ καθίεται. καὶ ταῦτα ἐν τῇ τομῇ ἀποτέμνεται, διότι καὶ οὐχ ὑπάρχουσιν οἱ εὐνοῦχοι χρηστοί. τῶν δὲ τάδε ἐκτεθλιβέντων, ἡ ὁδὸς τῆς γονῆς ἐμπέφρακται. πωροῦνται γὰρ οἱ ὄρχιες καὶ τὰ νεῦρα σκληρὰ καὶ νωθρὰ γενόμενα ὑπὸ τοῦ πώρου, οὐ δύναται τείνειν καὶ χαλᾷν. ὁκόσοι δὲ παρ᾽ οὖς τετμημένοι εἰσὶν, οὗτοι λαγνεύουσι μὲν καὶ ἀφιᾶσιν ὀλίγον δὲ, καὶ ἀσθενὲς καὶ ἄγονον. χωρέει γὰρ τὸ πλεῖστον τοῦ γόνου, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ οὔατα, εἰς τὸν νωτιαῖον μυελόν. αὕτη δὲ ἡ δίοδος ὑπὸ τῆς τομῆς οὐλῆς γενομένης, στερεὴ γέγονεν. τοῖσι δὲ παιδίοισι, λεπτὰ τὰ φλέβια ἐόντα καὶ πληρούμενα, κωλύει τὴν γονὴν ἰέναι. καὶ ὁ κνησμὸς, οὐχ ὁμοίως παραγίνεται. διὰ ταῦτα οὐδὲ κλονέεται ἐν τῷ σώματι τὸ ὑγρὸν, ἐς ἀπόκρισιν τῆς γονῆς. καὶ τῇσι παρθένοισι μέχρις αἱ νέαι ἔωσιν, οὐ χωρέει τὰ καταμήνια, δι᾽ αἴτιον τὸ αὐτό. ἐπὴν δὲ αὔξωνται καὶ παρθένος καὶ παῖς, αἱ φλέβες αἱ ἐς τὸ αἰδοῖον τείνουσαι τοῦ παιδὸς, καὶ τῆς παρθένου, καὶ ἐπὶ τὰς μήτρας, εὐρεῖαι γίνονται ὑπὸ τῆς αὔξης, καὶ στομοῦνται, καὶ ὁδὸς καὶ δίοδος διὰ στενῶν γίνεται. καὶ τὸ ὑγρὸν κλόνησιν τότε ἴσχει. εὐρυχωρίη γὰρ οἱ τότε γίνεται, ἔνθα κλονήσεται. καὶ τῷ παιδὶ χωρέει, ἐπὴν ἁδρὸς ᾖ, διὰ τόδε καὶ τῇ παρθένῳ τὰ καταμήνια. ταῦτα δέ μοι οὕτως ἀποπέφανται. τὴν δὲ γονὴν φημὶ ἀποκρίνεσθαι ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, καὶ ἀπὸ τῶν στερεῶν, καὶ ἀπὸ τῶν μαλθακῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ παντὸς τοῦ ἐν τῷ σώματι. εἰσὶ δὲ τέσσαρες ἰδέαι τοῦ ὑγροῦ αἷμα, χολὴ, ὕδωρ, καὶ φλέγμα. τοσαύτας γὰρ ἰδέας ἔχει ξυμφυέας ὁ ἄνθρωπος ἐν ἑωυτῷ, καὶ ἀπὸ τουτέων αἱ νοῦσοι γίνονται, ἢ αἱ ἐκ νούσων διακρίσιες. καὶ ταῦτα μὲν εἰρέαταί μοι περὶ γονῆς. ὁκόθεν γίνεται, καὶ ὅκως, καὶ διότι, καὶ οἷσιν οὐ γίνεται ἡ γονὴ, καὶ διότι οὐ γίνεται, καὶ περὶ καταμηνίων παρθένων. τῇσι δὲ γυναιξὶν ἐν τῇ μίξει τριβομένου τοῦ αἰδοίου, καὶ τῶν μητρέων κινευμένων, ὥσπερ κνησμὸν ἐμπίπτειν ἐς αὐτὰς, καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι ἡδονὴν καὶ θέρμην παρέχειν. μεθίει δὲ καὶ ἡ γυνὴ ἀπὸ τοῦ σώματος. ὅτε μὲν ἐς τὰς μήτρας, αἱ δὲ μῆτραι ἰκμαλέαι γίνονται, ὅτε δὲ καὶ ἔξω, ἢν χάσκωσιν αἱ μῆτραι μᾶλλον τοῦ καιροῦ.

καὶ ἥδεται ἐπὴν ἄρξηται μίσγεσθαι διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, μέχρις ἂν αὐτὴν μεθῇ ὁ ἀνήρ· καὶ ἢν μὲν ὀργᾷ ἡ γυνὴ μίσγεσθαι, πρόσθεν τοῦ ἀνδρὸς ἀφίει. καὶ τὸ λοιπὸν οὐκέτι ὁμοίως ἥδεται ἡ γυνή. ἢν δὲ μὴ ὀργᾷ, συντελέει τῷ ἀνδρὶ ἡδομένη· καὶ ἔχει οὕτως, ὥσπερ εἴ τις ἐπὶ ὕδωρ ζέον, ἕτερον ψυχρὸν ὕδωρ ἐπιχέει, παύεται τὸ ζέον. οὕτω καὶ ἡ γονὴ πεσοῦσα τοῦ ἀνδρὸς ἐς τὰς μήτρας, σβέννυσι τὴν θέρμην, καὶ τὴν ἡδονὴν τῆς γυναικός. ἐξαίσσει δὲ ἡ ἡδονὴ καὶ ἡ θέρμη ἅμα τῇ γονῇ πιπτούσῃ εἰς τὰς μήτρας, ἔπειτα λήγει· ὥσπερ εἴ τις ἐπὶ φλόγα οἶνον ἐπιχέει, ξυμβαίνει πρῶτα μὲν ἐξαίσσειν τὴν φλόγα καὶ αὐξέεσθαι δι' ὀλίγου, πρὸς τὴν ἐπίχυσιν τοῦ οἴνου, ἔπειτα λήγειν. ὡσαύτως δὲ καὶ τῇ γυναικὶ ἡ θέρμη ἐξαίσσει πρὸς τὴν γονὴν τοῦ ἀνδρὸς, ἔπειτα λήγει. ἧσσον δὲ πολλῷ ἥδεται ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς, ἐν τῇ μίξει· πλείονα δὲ χρόνον, ὁ ἀνήρ. διότι δὲ μᾶλλον ὁ ἀνὴρ ἥδεται, ἀποκρίνεται αὐτῷ ἐξαπίνης ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ἀπὸ ταραχῆς ἰσχυροτέρης, ἢ τῇ γυναικί. ἔχει δὲ τόδε οὕτως τῇσι γυναιξὶν, ἢν μὲν μίσγωνται ἀνδράσι, μᾶλλον ὑγιαίνουσιν· ἢν δὲ μὴ, ἧσσον. ἅμα μὲν αἱ μῆτραι, ἰκμαλέαι γίνονται ἐν τῇ μίξει· καὶ οὐ ξηραὶ ἐοῦσαι μᾶλλον τοῦ καιροῦ, συστρέφονται ἰσχυρῶς· συστρεφόμεναι δὲ ἰσχυρῶς, πόνον τῷ σώματι παρέχουσιν. ἅμα δὲ ἡ μίξις τὸ αἷμα θερμαίνουσα καὶ ὑγραίνουσα, ποιέει ὁδὸν ῥηιτέρην τοῖσι καταμηνίοισι. τῶν δὲ καταμηνίων μὴ χωρεόντων, τὰ σώματα τῶν γυναικῶν ἐπίνοσα γίνονται. διότι δὲ ἐπίνοσα γίνονται, εἰρήσεταί μοι ἐν τῇσι γυναικείῃσι νούσοισι. καὶ ταῦτα μέν μοι εἴρηται ἐς τοσοῦτον. ἐπὴν δὲ μιχθῇ ἡ γυνὴ, ἢν μὲν δὴ μὴ μέλλῃ λήψεσθαι πρὸς ἑωυτὴν, πρὸς τὸ ἔθος χωρέει ἔξω ἡ γονὴ ἀπ' ἀμφοτέρων, ὁκόταν ἡ γυνὴ ἐθελήσῃ. ἢν δὲ μέλλῃ λήψεσθαι, οὐ χωρέει ἔξω, ἀλλ' ἐμμένει ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἡ γονή. αἱ γὰρ μῆτραι δεξάμεναι καὶ μύσασαι, ἔχουσιν ἐν ἑωυτῇσιν, ἅτε συσπασθέντος τοῦ στόματος ὑπὸ τῆς ἰκμάδος, καὶ μίσγεται ὁμοῦ, τό, τε ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἧκον, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γυναικός· καὶ ἢν ἡ γυνὴ τόκων ἔμπειρος ἔῃ, καὶ ἐννοήσῃ ὁκόταν ἡ γονὴ μὴ ἐξέλθῃ ἀλλ' ἐμμείνῃ, εἰδήσει ἣν ἡμέρην ἔλαβεν ἐς ἑωυτήν· ἔχει δὲ οὕτως καὶ τόδε. ὅτε μὲν ἰσχυρότερόν ἐστι τὸ μεθιέμενον ἀπὸ τῆς γυναικὸς, ὅτε δὲ ἀσθενέστερον· καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ὡσαύτως. καὶ ἔστι καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ, τὸ θῆλυ σπέρμα καὶ τὸ ἄρσεν καὶ ἐν τῇ γυναικὶ ὁμοίως. ἰσχυρότερον δὲ ἐστὶ τὸ ἄρσεν τοῦ θήλεος. ἀνάγκη οὖν ὑπὸ ἰσχυροτέρου σπέρματος γίνεσθαι. ἔχει δὲ καὶ τόδε, οὕτω. ἢν μὲν ἀπ' ἀμφοτέρων τὸ σπέρμα ἰσχυρότερον ἔλθῃ, ἄρσεν γίνεται τὸ τικτόμενον· ἢν δὲ ἀσθενὲς, θῆλυ. ὁκότερον δ' ἂν κρατήσῃ κατὰ πλῆθος, ἐκεῖνο καὶ γίνεται. ἢν γὰρ πολλῷ πλέον τὸ ἀσθενὲς σπέρμα τοῦ ἰσχυροτέρου, κρατεῖται τὸ ἰσχυρὸν, καὶ μιχθὲν τῷ ἀσθενεῖ, ἐς θῆλυ περιηνέχθη. ἢν δὲ πλέον ἔῃ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ ἀσθενέος, κρατηθῇ τε τὸ ἀσθενὲς, ἐς ἄρσεν περιηνέχθη. ὥσπερ εἴ τις κηρὸν καὶ στέαρ μίξας ὁμοῦ, πλέον ποιήσας τὸ στέαρ, τήξειε πρὸς πῦρ, μέχρις μὲν ὑγρὸν ἔῃ, οὐ διάδηλον γίνεται τὸ κρατέον. ἐπὴν δὲ παγῇ, τότ' ἐμφανὲς γίνεται, ὅτι κρατέει τὸ στέαρ τοῦ κηροῦ κατὰ πλῆθος. οὕτως ἔχει καὶ τοῦ ἄρρενος καὶ τοῦ θήλεος ἡ γονή. ξυμβαλέεσθαι δὲ παρέχει, ὅτι καὶ ἐν τῇ γυναικὶ καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ, ἔστι γόνος καὶ θήλεος καὶ ἄρσενος, ταῦτα ἐμφανέσι γινομένοισι. πολλαὶ γὰρ γυναῖκες ἤδη ἐθηλυτόκησαν παρὰ ἀνδράσιν ἰδίοις, παρὰ δὲ ἑτέροις ἀνδράσιν ἐλθοῦσαι, ἐκουροτόκησαν.

Illa etiam vbi coire cœperit, toto tempore voluptatem percipit, dum vir ſemen emiſerit. Quòd ſi coitum ardenter quidem mulier appetat, ante quàm vir ſemen emittit; neque deinceps eadem voluptate perfunditur: ſin verò venerem non vehementer appetat, vnà cum viro voluptate affici deſinit. Ac habet ſe res ad hunc modum, vt ſi quis ad aquam feruentem frigidam affundat, feruere deſinit, ita etiam virile ſemen in vterum illapſum, mulieris calorem & voluptatem extinguit. Effertur autem voluptas & calor, ſimul ac ſemen in vterum decidit, deinde deſinit, non ſecus ac ſi quis ad flammam vinum affundat, ea primum ad vini affuſionem attollitur, & paulatim increſcit, deinde deſinit: eodem modo in muliere calor ad viri ſemẽ effertur, poſtea deſinit. At verò in venere exercenda longè minorem quàm vir, voluptatem mulier percipit, vir verò etiam diuturniorem. Cúmque maiorem vir percipiat voluptatem, ei repente ab humido maiore agitatione quàm mulieri ſecernitur. Sic autem ſe res habent mulierum, ſi quidem cum viris rem habeant, magis ſanæ ſunt; ſin contra, minus bene habent. Nam & coitu vteri humidiores euadunt, qui ſi plus æquo ſicceſcant, vehementer contrahuntur, ſicque contracti corpori dolorem afferunt, ſimulq́ coitus ſanguinem excalefaciens & humectans, cauſa eſt vt menſes faciliùs profluant, quibus minimè prodeuntibus, morbis obnoxiæ mulieres redduntur. Cujus rei cauſam in morbis muliebribus exponemus. Ac de his quidem hæc dixiſſe ſatis ſit. Poſt coitum autem, ſiquidem mulier minimè conceptura ſit, ſemen ab vtriſque emiſſum, pro more foras cùm volet, profluet. Quòd ſi conceptura ſit, ſemen minimè foras profluit, ſed in ipſo vtero manet. Eo namque excepto vterus clauditur & retinet, eius nimirum oſculo ob humiditatem contracto, ſimulq́; miſcetur tum quod à viro, tum quod à muliere procedit. Quòd ſi mulier partum aliquando experta fuerit, & animaduerterit quando genitura non exciderit, ſed intus remanſerit, ſciet qua die conceperit. Sic quoque ſe res habet. Quod à muliere emiſſum eſt, quandoque quidem robuſtius eſt, quandoque verò imbecillius. Similiter quoque quod à viro emiſſum eſt ſe habet. Et in viro tum muliebre, tum maſculum ſemen ineſt, eodémque modo in muliere ſe habet. Maſculum verò fœmineo robuſtius eſt. Generationem igitur à robuſtiore fieri neceſſe eſt. Hoc quoque modo ſe res habet. Si quod ab vtroque ſemen prodit robuſtius fuerit, mas generatur, ſi debile, fœmina. Vtrumlibet verò copia ſuperarit, illud ipſum generat. Si nanque debilius ſemen multò maiore copia valentius ſuperet, euincitur quod valentius eſt, & debili permixtum ad fœminam transfertur. Quòd ſi validum debili copioſius fuerit, ſuperatur debile, & ad marem redigitur. Ac veluti ſi quis ceram & adipem ſimul commiſceat, & adipe multo maiore copia addito, ea ad ignem liquefaciat, dum quidem liquida fuerint, quod copia ſuperat manifeſtum non eſt, vbi verò concreta fuerint, tunc quòd adeps ceram copia ſuperat conſpicuum eſt. Sic maris & fœminæ genituram ſe habere exiſtimandum eſt. Quòd autem tam in muliere quàm viro, tum fœmineum, tum maſculum ſemen inſit, ex his quæ manifeſtè contingunt conijcere licet. Plæræque enim mulieres ſuis viris fœminas iam peperere, quæ cum aliis congreſſæ, ex iis filios ſuſceperunt.

Et viri illi ipſi quibus mulieres fœminas peperêre, cũ aliis mulieribus congreſſi, maſculam prolem genuerunt, & quibus maſculus fœtus ſuſcipiebatur, cum aliis mulieribus congreſſi, fœminas genuerunt. Eoq; modo hæc ratio demonſtrat, tam virum quàm fœminam, & fœmineum, & maſculum ſemen continere. Siquidem quæ fœminas ſuſcipiebãt, in iis quod erat validius à debilioris copia ſuperabatur, & fœmellæ generabantur. Quæ verò mares ſuſcipiebant, in iis quod erat debilius ſuperabatur, & mares gignebantur. Neq; verò ab eodem viro ſemẽ validum, neq; ſemper debile procedit, ſed aliàs aliud, & in muliere ad eundem modum ſe habet, vt proinde minus mirum videatur, eaſdem mulieres eoſdemq; viros & maſculam & fœmineã prolem gignere. Eadem verò in brutis, tum fœminam, tum marem procreãdi, ſeminisq; ipſius eſt ratio. Prodit autem & mulieri & viro ab vniuerſo corpore, & ab imbecillibus imbecillum, & à validis validum, eodemq; modo fœtui diſtribui neceſſe eſt. Cumq; plus ex viri quàm mulieris corpore ad geniturã acceſſerit, fœtus ille patris magis erit ſimilis, cùm verò plus ex muliere prodierit, matrem magis referet. Neq; verò fieri poteſt, vt per omnia matris ſimilis ſit, patrem nihil referat, aut contra, neque alterum referat. Verùm vtriuſque aliqua in re ſimilẽ eſſe neceſſe eſt, ſiquidem ex vtriſque ſemen ad procreandum fœtum prouenit. Quiſquis autem plus & ex pluribus corporis partibus ad ſimilitudinem contulerit, illius pluribus in rebus ſimilis erit. Ac interdũ contingit, vt nata filia, maiore ex parte, patrem melius quàm matrem referat, & editus filius nonnunquam matris magis quàm patris ſimilis exiſtit. Atq; hæc mihi tamq; multa ſunt ſuperioris ſententiæ argumenta, quòd tum in muliere, tum in viro, & maſculæ, & fœmineæ prolis generandæ facultas ineſt. Quinetiam iſtud interdũ contingit, vt tenues & imbecilli fœtus ex parentibus craſſis & robuſtis gignãtur. Quod ſi multis iam editis eiuſmodi liberis accidat, fœtum in vtero ægrotaſſe perſpicuum eſt, vel à matre aliquid eius incrementi foras prodiiſſe, vtero nimirum dehiſcente, proindeq; debilem exiſtere. Animantium autem quodcunq; pro virium ſuarum ratione ægrotare videtur. At verò ſi omnes editi liberi debiles extiterint, vteri plus æquo anguſti in cauſa eſſe exiſtimantur. Siquidem cùm deſit amplum ſpatiũ in quo fœtus nutriatur, ipſum debilẽ exiſtere neceſſe eſt, deficiente nimirũ ſatis amplo ad incremẽtum ſpatio. Quod ſi neque deſit amplum ſpatium, neque fœtus ægrotet, æquum eſſe videtur, vt ex magnis parentibus magnus partus edatur. Iſtud autem hoc modo ſe habet, perinde ac ſi quis cucumerẽ iam defloreſcentem, tenellum tamen & adhuc cucumerario adhæreſcentem, in vas aliquod anguſtum impoſuerit, æqualis ac ſimilis ipſius vaſis anguſti cauitati euadet. Ac ſi quis in vas amplũ imponat, quod probè cucumerẽ capere poſſit, neq; eo multò maius ſit, æqualis etiã & ſimilis vaſis cauitati cucumis euadet. Increſcẽdo enim vaſis capacitatem æmulatur, & quæ è terra ferè naſcũtur omnia, eodẽ quo quis ipſa coegerit proueniũt modo. Ad eundẽ quoq; modũ in puero ſe habet, ſiquidem ampliore loco incrementum accipiat, maior, ſin verò anguſtiore, minor euadit. At verò mutilari in vtero puerum cenſeo, vel colliſione, ſi circa fœtum mater percuſſa fuerit, vel in eum ceciderit, vel aliam vim quampiam perpeſſa fuerit.

καὶ οἱ ἄνδρες οἱ αὐτοὶ κεῖνοι, παρ' οἷσιν ἐθηλυτόκεον αἱ γυναῖκες, ἑτέρῃσι γυναιξὶν ἐς μῖξιν ἀφικόμενοι, ἄρσενα γόνον ἐποιήσαντο· καὶ οἷσιν ἄρσεν γόνος ἐγίνετο, εἰς ἑτέρας γυναῖκας μιχθέντες, θῆλυν γόνον ἐποιήσαντο. οὕτως ὁ λόγος ἐρέει καὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τὴν γυναῖκα ἔχειν καὶ θῆλυν γόνον, καὶ ἄρσενα, παρὰ μὲν τοῖσιν ἐθηλυτόκεον, ἐκρατεῖτο τὸ ἰσχυρότερον, πλέονος γενομένου τοῦ ἀσθενέος, καὶ ἐγένετο θήλεα. παρὰ δὲ τοῖσιν ἐκουροτόκεον,[10] ἐκρατεῖτο τὸ ἀσθενέστερον, καὶ ἐγένοντο ἄρσενα. χωρέει δὲ οὐκ αἰεὶ τοῦτο[11] ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς ἰσχυρὴ ἀλλ' οὐδὲ ἀσθενὴς ἐς αἰεί. ἀλλ' ἄλλοτε ἀλλοίη[12] καὶ τῆς γυναικὸς οὕτως ἔχει· ὡς μὴ θαυμάζειν τὰς αὐτὰς γυναῖκας καὶ τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας, γόνον καὶ ἄρσενα καὶ θῆλυν ποιέειν. ἔχει δὲ[13] καὶ τοῖσι κτήνεσιν οὕτως, τὰ περὶ γονῆς θήλεος καὶ ἄρρενος. καὶ ἐν αὐτῇ περὶ τῇ γονῇ, ἐξέρχεται καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ ἀνδρὸς, ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, καὶ ἀπὸ τῶν ἀσθενέων, ἀσθενής. καὶ ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν, ἰσχυρή. καὶ τῷ τέκνῳ οὕτως ἐστὶν ἀνάγκη ἀποδίδοσθαι.[14] καὶ ὁκόθεν ἀπὸ τοῦ σώματος τοῦ ἀνδρὸς πλέον ἔλθῃ ἐς τὴν γονὴν ἢ τῆς γυναικὸς, τὸ τέκνον κεῖνο κάλλιον ἔοικε τῷ πατρί. ὁκόθεν δὲ πλέον ἔλθῃ[15] ἀπὸ τῆς γυναικὸς τοῦ σώματος, κεῖνο κάλλιον ἔοικε τῇ μητρί. ἔστι δὲ οὐκ ἀνυστὸν πάντα τῇ μητρὶ ἐοικέναι, τῷ δὲ πατρὶ μηδὲν,[16] ἢ τὸ ἐναντίον τούτου, μηδ' ἑτέρῳ ἐοικέναι μηδὲν· ἀλλ' ἀμφοτέροισιν, ἀνάγκη ἐστὶν ἐοικέναι τινί.[17] εἴπερ ἀπ' ἀμφοτέρων τῶν σωμάτων, τὸ σπέρμα χωρέει ἐς τὸ τέκνον. ὁκότερος δ' ἂν πλέον ξυμβάληται ἐς τὸ ἐοικέναι καὶ ἀπὸ πλεόνων χωρίων τοῦ σώματος, κείνῳ τὰ πλείονα ἔοικε. καὶ ἔστιν ὅτε θυγάτηρ γενομένη, τὰ πλείονα ἔοικε κάλλιον τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρί. καὶ κοῦρος γενόμενος, ἔστιν ὅτε κάλλιον ἔοικε τῇ μητρὶ ἢ τῷ πατρί. καὶ ταῦτά μοι καὶ τοσαῦτα ἐστὶν ἰσχυρὰ τῷ προτέρῳ λόγῳ, ὅτι ἔνεστι καὶ ἐν τῇ γυναικὶ καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ, καὶ κουρογονίη καὶ θηλυγονίη. γίνεται δὲ καὶ τόδε. ἔστιν ὅτε τὰ τέκνα λεπτὰ καὶ ἀσθενέα γίνεται, ἐκ πατρὸς καὶ μητρὸς, παχέων τε καὶ ἰσχυρῶν ἐόντων. ἢν μὲν πολλῶν ἤδη γενομένων τῶν παιδίων[18] τοιοῦτον γένηται, δῆλον ὅτι ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐνόσησε τὸ ἔμβρυον,[19] καὶ ἀπὸ τῆς μητρὸς, ἢ τῆς αὔξης αὐτοῦ ἔξω παρῆκε, τῶν μητρέων χανουσέων μᾶλλον, καὶ διὰ τοῦτο ἀσθενὲς ἐγένετο. νοσέει δὲ ζῶον ἕκαστον, κατὰ τὴν ἰσχὺν ἑωυτοῦ. ἢν δὲ πάντα τὰ γενόμενα παιδία ἀσθενέα ᾖ, αἱ μῆτραι αἴτιαι εἰσὶ, στενότεραι ἐοῦσαι τοῦ καιροῦ. ἢν γὰρ μὴ ἔχῃ εὐρυχωρίην, ἔνθα τὸ ἔμβρυον τραφείη, ἀνάγκη ἐστὶν αὐτὸ λεπτὸν γενέσθαι, ἅτε οὐκ ἔχον τῇ αὔξῃ εὐρυχωρίην· ἢν δὲ ἔχῃ εὐρυχωρίην καὶ μὴ νοσήσῃ, ἐπιεικές ἐστι μεγάλων τοκέων, μέγα τέκνον γίνεσθαι. ἔχει δὲ οὕτως, ὥσπερ εἴ τις σίκυον ἤδη ἀπηνθηκότα, ἐόντα δὲ νεογνὸν, καὶ προσεόντα τῷ σικυηλάτῳ,[20] θείη ἐς ἀρυστῆρα, ἔσται τῷ ἀρυστῆρος τῷ κοίλῳ καὶ ὅμοιος. ἢν δέ τις εἰς ἄγγος θῇ μέγα,[21] ὅτι καὶ ἐπιεικές ἐστι σίκυον χαδεῖν, ἀλλὰ μὴ πολλῷ κάρτα μέζον τῆς φύσιος τοῦ σικύου, ἴσος ἔσται ὁ σίκυος τοῦ ἄγγεος τῷ κοίλῳ καὶ ὅμοιος· ἐρίζει γὰρ ἐν τῇ αὔξῃ τῷ κοίλῳ τοῦ ἄγγεος. σχεδὸν δὲ καὶ πάντα τὰ φυόμενα οὕτως ἔχει, ὅκως ἄν τις καταναγκάσῃ αὐτά, οὕτω δὴ ἔχει καὶ τὸ παιδίον, ἢν μὲν εὐρυχωρίη ᾖ ἐν τῇ αὔξῃ, μεῖζον γίνεται. ἢν δὲ στενοχωρίη, ἔλασσον. τὸ δὲ πηρωθὲν ἐν τῇσι μήτρῃσι παιδίον, φημὶ αὐτὸ, ἢ φλασθὲν πηρωθῆναι τῆς μητρὸς πληγείσης κατὰ τὸ ἔμβρυον, ἢ πεσούσης, ἢ ἄλλου τινὸς βιαίου παθήματος προσγενομένου τῇ μητρί.

[22] ἢν

ἐν ᾗ δὲ φλασθῇ ταύτῃ πηροῦται τὸ παιδίον. ἢν δὲ μᾶλλον φλασθῇ τὸ ἔμβρυον τοῦ ὑμένος ῥαγέντος τοῦ περιέχοντος αὐτὸ, φθείρεται τὸ ἔμβρυον. ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ τοιῷδε πηροῦται τὰ παιδία, ἐὰν ἐν τῇσι μήτρῃσι κατὰ τὸ χωρίον καθ' ὃ καὶ ἐπηρώθη στενὸν ᾖ, ἀνάγκη ἐν στενῷ κινευμένου τοῦ σώματος, πηροῦσθαι κατ' ἐκεῖνο τὸ χωρίον. ὥσπερ καὶ τὰ δένδρα ὅσα ἐν τῇ γῇ ἐόντα, μὴ ἔχῃ εὐρυχωρίην, ἀλλ' ὑπὸ λίθου ἢ ὑπὸ ἄλλου τινὸς ἀποληφθῇ, ἀναπτύσσονται σκολιὸν γίνεται, ἢ τῇ μὲν παχὺ, τῇ δὲ λεπτόν. οὕτω δὲ ἔχει καὶ τὸ παιδίον, ἢν ἐν τῇσι μήτρῃσι κατά τι τοῦ σώματος στενότερον ᾖ ἕτερον τοῦ ἑτέρου. ὅτι δὲ ἐκ πεπηρωμένων ἀνθρώπων, ὑγιέα γίνονται τὰ παιδία, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον συμβαίνει, ἔχει γὰρ τὸν ἀριθμὸν πάντα τὸ πεπηρωμένον τῷ ὑγιεῖ. ἐπὴν δέ τι νόσημα προσπέσῃ, καὶ τοῦ ὑγροῦ αὐτοῦ, ἀφ' οὗ τὸ σπέρμα γίνεται, τέσσαρες ἰδέαι ἐοῦσαι, ὁκόσαι ἐν φύσει ὑπῆρξαν, τὴν γονὴν οὐχ ὅλην παρέχωσιν, ἀσθενέστερον δὲ τὸ κατὰ τὸ πεπηρωμένον. οὐ θαῦμα δέ μοι δοκέει καὶ πηροῦσθαι, καθάπερ ὁ τοκεὺς. τοῦτο δέ μοι εἰς τοῦτο εἴρηται. ἀναβήσομαι δὲ αὖθις ὀπίσω, εἰς τὸν λόγον ὃν ἔλεγον.

Qua verò parte colliditur, ea mutilatur puer. Quòd ſi vehementiùs etiam colliditur, ita vt quę eum continet membrana diſrupta ſit, corrumpitur fœtus. Quin & alio huiuſcemodi modo mutilantur pueri, vbi vteri locus in quo mutilati fuerint anguſtus fuerit, cùm neceſſe ſit corpus quod anguſto loco mouetur, illic mutilum fieri. Non ſecus ac arbores quæ terra continentur, neque ſatis amplum ſpatium habent, ſed vel à lapide, vel alia quapiam re detinentur, cùm exoriuntur, tortuoſæ euadunt, aut parte vna craſſæ, altera tenues: ſic certè circa puerũ contingit, ſi pars quædam corporis in vtero anguſtiore loco quàm antea contineatur. Ex mutilatis autem hominibus vt integri pueri naſcantur, vt plurimùm contingere ſolet, cùm quod mutilatum eſt omnem partium numerum expleuerit, perinde ac ſanum. Verum vbi parentes morbo aliquo laborare cõtigerit, neq; humidi ipſius, ex quo ſemen oritur, ſpecies quatuor quæ natura inſunt, genituram totam præbuerint, ſed imbecillior ſit quæ ex mutilato membro prouenit, nil mirum videri debet, ſi vt parens ita & fœtus mutiletur. Et hæc mihi ea de re dicta ſatis ſunt. Iam verò quem initio propoſui ſermonem repetam.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΠΑΙΔΙΟΥ.

HIPPOCRATIS DE NATVRA PVERI, LIBER.

Ἡ γονὴ ἡ γενομένη ἀπ' ἀμφοῖν ἐν τῇσι μήτρῃσι τῆς γυναικὸς, πρῶτον μὲν μίσγεται ὁμοῦ, ἅτε τῆς γυναικὸς οὐκ ἀτρεμεούσης, καὶ ἀθροίζεται καὶ παχύνεται θερμαινομένη. ἔπειτα πνεῦμα ἴσχει, ἅτε ἐν θερμῷ ἐοῦσα. ἔπειτα τῆς μητρὸς πνεούσης. ἐπὴν δὲ τοῦ πνεύματος ἐμπλησθῇ, ὁδὸν αὐτὸ ἑωυτῷ ἔξω ποιέει κατὰ μέσον τῆς γονῆς τὸ πνεῦμα ἔξεισιν. ὅταν δὲ ὁδὸς γένηται τῷ πνεύματι ἔξω θερμῷ ἐόντι, αὖθις ἕτερον ψυχρὸν ἐσπνέει ἀπὸ τῆς μητρός. καὶ τοῦτο ποιέει διὰ παντὸς τοῦ χρόνου. θερμαίνεται μὲν γὰρ, ἅτε ἐν τῷ θερμῷ ἐοῦσα. ψυχρὸν δὲ ἴσχει, ἀπὸ τῆς μητρὸς πνεούσης. πάντα δὲ ὅσα θερμαίνεται, πνεῦμα ἴσχει. τὸ δὲ πνεῦμα ῥήγνυσι καὶ ποιέει ὁδὸν αὐτὸ ἑωυτῷ καὶ χωρέει ἔξω. αὐτὸ δὲ τὸ θερμαινόμενον, ἕλκει ἐς ἑωυτὸ αὖθις ἕτερον πνεῦμα ψυχρὸν διὰ τῆς ῥαγῆς ἀφ' οὗ τρέφεται. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ξύλων, καὶ ἐπὶ τῶν φύλλων, καὶ βρωτῶν καὶ ποτῶν ὅσα θερμαίνεται ἰσχυρῶς. ἐννοῆσαι δὲ πάρεστι ξύλα καιόμενα. ἅπαντα μὲν γὰρ ξύλα ποιέει τοῦτο. μάλιστα δὲ τὰ ὑπόχλωρα. μεθιεῖ γὰρ κατὰ τὴν τομὴν πνεῦμα. τὸ δὲ πνεῦμα ὁκόταν ἔξω χωρήσῃ, εἱλίσσεται περὶ τὴν τομήν. καὶ τοῦτο γινόμενον ὁρέομεν αἰεί. δῆλος οὖν ὁ ἐκλογισμός ἐστι τοῦ πνεύματος, ὅτι ἐν τῷ ξύλῳ ἐὸν θερμὸν, ἐπισπᾶται ἕτερον ψυχρὸν, ἀφ' οὗ τρέφεται, καὶ ὑπὸ ἑωυτοῦ ἀφίησιν. εἰ μὲν γὰρ μὴ ἀντισπᾷ, οὐκ ἂν τὸ πνεῦμα εἱλίσσετο ἔξω ἰόν. πᾶν γὰρ τὸ θερμὸν, τῷ ψυχρῷ τρέφεται τῷ μετρίῳ. καὶ ὁκόταν διαθερμανθῇ τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν τῷ ξύλῳ ἐὸν, πνεῦμα γενόμενον χωρέει ἔξω. καὶ τῇδε ὁδὸν ἔξω τὸ θερμὸν τὸ ἐν τῷ ξύλῳ ἐὸν αὖ ἐπισπᾶται ψυχρὸν, ἀφ' οὗ τρέφεται. ποιέει δὲ τοῦτο καὶ φύλλα χλωρά. ὅταν δὲ καίηται πνεῦμα ἴσχει.

SI genitura ab vtroq; parente profecta in mulieris vtero permanſerit, primum quidem, cùm mulier minimè quieſcat, ſimul permiſcetur, condenſatur, & calore incraſſeſcit, deinde ſpiritum concipit, tũ quia loco calido exiſtit, tum quia mater ſpirat. Quæ cùm ſpiritus plena fuerit, viam ipſe ſibi foras facit, qua per mediam genituram exeat. Vbi verò via facta ſpiritus ille calidus foras eruperit, alium rurſus frigidũ à matre ad ſe attrahit, idq; toto tempore perſeuerat. Incaleſcit ſiquidem cùm loco calido exiſtat, matre autem ſpirante, frigidum concipit. Quæ verò calent omnia, ſpiritum continent. Erumpit autẽ ſpiritus, viamque ipſe ſibi aperit & foras fertur. Quod verò incaleſcit, alium rurſus ad ſe ſpiritum frigidũ, quo nutriatur, per ſciſſuram attrahit. Quod etiam contingit in lignis, foliis, & cibis & potibus, quæ vehementer incaleſcunt. Id verò videre licet in lignis ardentibus. Quæ quidẽ omnia iſtuc faciunt, tum verò præcipuè ſi ſubuiridia fuerint. Spiritum ſiquidem per ſectionẽ emittunt, qui vbi foras prodierit, circa fiſſuram conuoluitur, idq; perpetuo fieri videmus. Bene igitur ſubducta ratione, exiſtimare licet, quòd ſpiritus in ligno cùm calidus exiſtat, alium frigidũ, à quo nutriatur, attrahat, & à ſeipſo dimittat. Niſi enim attraheret, ſpiritus exiẽs minimè cõuolueretur. Omne namque calidum frigido moderato nutritur. Et vbi percalefactum fuerit humidũ, quod in ligno ineſt, & in ſpiritum conuerſum fuerit, foras prodit, eadémque via qua exit calor ille, qui in ligno exiſtit, alium frigidum, quo nutriatur, attrahit. Ad eundem quoq; modum folia viridia cùm vruntur ſpiritum concipiunt,

qui poſtea erumpit, & viam ſibi faciens foras, conuolutus prodit, cúmque exit ſtrepitum exhibet, quâ parte inſpirationem facit. Quin & legumina, triticum & arborei fructus, vbi incaluerint, ſpiritum concipiunt, qui rima facta foras prodit, & ſi humida fuerint, copioſiorem ſpiritum emittunt, & rupturam maiorem efficiunt. Et quid longiore oratione opus eſt? Quæcunque enim incaleſcunt, ſpiritum emittunt, & alium frigidum viciſſim, quo nutriuntur, attrahunt. Atque eæ quidem à me adductæ rationes neceſſariò efficiunt, vt genitura in vtero incaleſcens, ſpiritum habere & emittere videatur, ſimulq; à matre ſpirante ſpirationem habere. Cùm enim mater aërem frigidum ad ſe attraxerit, eo genitura fruitur. Quę cùm loco ſit calido, calida eſt, túncque ſanè ſpiritum concipit & emittit, & ſpiritu diſtēta, membrana obducitur. Ei enim exteriore parte quiddam obtenditur, quod cùm viſcidum ſit, vndiq; ſibi cohæret, & non ſecus ac in pane toſto, tenue quippiam ad inſtar membranæ in ſuperficie extat, qui incaleſcens & inflatus attollitur. Quâ verò parte inflatur, iſthinc quod membranam refert, exoritur. At verò vbi genitura tota incaluit, & flatu intumuit, ei exteriore parte membrana circunducitur, per quā ad mediam genituram intrò & foras ſpiritui tranſitus fit, eáq; parte membranæ tenue quiddam à genitura recedit, quæ in his locis pauciſſima ineſt, ipſa verò reliqua in membrana continetur. Equidem genituram ſex diebus in vtero retentam & foras prolapſam ipſe vidi, & qualis tunc meo iudicio viſa eſt, ex eo reliquorum coniecturam facio. Quanam autem ratione iſtud viderim, enarrabo. Mulieri nobis familiari perelegans erat fidicina, quæ cum viris conuerſabatur, & quam minimè decebat grauidam eſſe, ne viliore loco haberetur. Hæc audierat quæ mulieres inter ſe narrant, ſi quando mulier conceptura ſit, genituram intus manere, neque foras egredi. Quibus auditis & intellectis, ea ſemper in animo habuit, cúmque aliquando genituram non exire percepiſſet, rem ad dominam detulit, quæ ad me etiam peruenit. Quo audito ipſa vt in terram deſiliret iuſſi. Quod cum iam ſepties feciſſet genitura in terram cum ſonitu defluxit. Quam illa videns non ſine admiratione ſpectauit, ego verò qualis erat referam. Vt ſi quis ouo crudo externam teſtam vndique auferat, in quo interiore membrana contentus humor pelluceat, ad hunc ferè modum (vt vno verbo dicam) ſe habebat liquor ille, prætereáque ruber erat & rotundus. Conſpiciebantur autem fibræ albæ & tenues in membrana cum ſanie craſſa & rubra contentæ, & ipſa membrana exteriore parte cruore ad inſtar ſugillatorum ſuffuſa erat. In cuius medio tenue quiddam extabat, quod mihi vmbilicus eſſe videbatur, & per illum primum reſpiraſſe, ex eoq; protendebatur membrana tota genituram complectens. Atque hæc quidem mihi viſa eſt genitura ſex diebus concepta. Adducam autem paulò poſt aliam cognitionis rationem, his omnibus qui horum deſiderio tenentur manifeſtam, quæ quantum homini de re eiuſmodi dicere conceditur, omnem orationem meam probabit. Ac de his quidem hactenus. Cùm verò genitura in membrana continetur, ſpirationem intrò & foras habet, & ſanguine à matre in vterū delapſo incrementū accipit.

ἔπειτα ῥήγνυσι τὸ πνεῦμα καὶ ὁδὸν ποιέεται, καὶ χωρεῖ ἔξω ἑλισσόμενον. χωρέον δὲ ψόφον παρέχει, ᾗ τὴν εἴσπνοιὴν ποιέεται. καὶ χέδροπα καὶ σῖτος, καὶ ἀκρόδρυα θερμαινόμενα, πνεῦμα ἴσχει, καὶ ἔξω διέρχεται ῥαγὴν ποιησάμενον. καὶ ἢν ὑγρότερα ἔῃ πλέον τὸ πνεῦμα ἀφίησι, καὶ τὴν ῥαγὴν μέζω ποιέεται. καὶ τί δεῖ μακρηγορέειν; πάντα γὰρ ὁκόσα θερμαίνεται, πνεῦμα ἀφίησι, καὶ ἕτερον ψυχρὸν κατὰ τῶν ἀντισπᾷ, ἀφ' οὗ τρέφεται. καὶ αὗταί μοι ἀνάγκαι προειρημέναι εἰσὶ, ὅτι ἡ γονὴ θερμαινομένη ἐν τῇσι μήτρῃσι, πνεῦμα ἴσχει καὶ ἀφίησι. ἅμα δὲ καὶ ἀπὸ τῆς μητρὸς πνεούσης, πνοὴν ἴσχει καὶ ἡ γονή. ὁκόταν γὰρ ἡ μήτηρ ψυχρὸν ἑλκύσῃ ἐς ἑωυτὴν ἀπὸ τοῦ ἀέρος, ἐπαυρίσκεται ἡ γονή. θερμὴ δέ ἐστιν, ἅτε δὴ ἐν θερμῷ ἐοῦσα. καὶ τότε δὴ πνεῦμα ἴσχει καὶ ἀφίησι. καὶ ἡ γονὴ, ὑμενοῦται φυσωμένη. περιτείνεται γὰρ ἀμφ' αὐτὴν τὸ ἔξωθεν, συνεχὲς γενόμενον ἅτε γλίσχρον ἐὸν, ὥσπερ ἐπ' ἄρτῳ ὀπτωμένῳ λεπτὸν ἐξίσταται ἐπιπολῆς ὑμενοειδές. θερμαινόμενος γὰρ καὶ φυσώμενος αἴρεται. ᾗ δ' ἂν φυσᾶται, κείνῃ τὸ ὑμενῶδες γίνεται. τῇ δὲ γονῇ θερμαινομένῃ καὶ φυσωμένῃ πάσῃ, ὑμὴν ἔξωθεν περιγίνεται, κατὰ δὲ τὸ μέσον τῆς γονῆς, τῷ πνεύματι δίοδος καὶ ἔξω καὶ ἔσω γίνεται διὰ τοῦ ὑμένος. καὶ ταύτῃ τοῦ ὑμένος ἀπέχει τὸ λεπτὸν καὶ τῆς γονῆς ἐν αὐτέῃσιν ὀλίγιστόν ἐστιν. αὕτη δὲ ἡ ἄλλη γονὴ στρογγύλη ἐστὶν ἐν ὑμένι. καὶ μὴν ἓξ ἡμέρας μείνασαν ἐν τῇ γαστρὶ γονὴν καὶ ἔξω πεσοῦσαν αὐτὸς εἶδον. καὶ ὁκοίη μοι ἐφαίνετο ἐν τῇ γνώμῃ τότε, ἀπ' ἐκείνων τὰ λοιπὰ τεκμήρια ποιεῦμαι. ὡς δὲ εἶδον τὴν γονὴν ἑκταίην ἐοῦσαν, ἐγὼ διηγήσομαι. [7] γυναικὸς οἰκείης μουσοεργὸς ἦν πολύτιμος, παρ' ἄνδρας φοιτέουσα, ἣν οὐκ ἔδει λαβεῖν ἐν γαστρὶ, ὅκως μὴ ἀτιμοτέρη ἔῃ. ἠκηκόει δὲ ἡ μουσοεργὸς ὁκοῖα γυναῖκες λέγουσι πρὸς ἀλλήλας· ἐπὴν γυνὴ μέλλῃ λήψεσθαι ἐν γαστρὶ, οὐκ ἐξέρχεται ἡ γονὴ, ἀλλ' ἔνδον μένει. ταῦτα ἀκούσασα, ξυνῆκε. καὶ τοῦτο ἐφύλασσεν αἰεί. [8] καί πως ὡς ᾔσθετο οὐκ ἐξιοῦσαν τὴν γονὴν, καὶ ἔφρασε τῇ δεσποίνῃ, καὶ ὁ λόγος ἦλθεν ἕως ἐμέ. καὶ ἐγὼ ἀκούσας ἐκέλευσα μὴν αὐτὴν πρὸς τὴν γῆν πηδῆσαι, [9] καὶ ἑπτάκις ἤδη ἐπεὶ ἐπεπήδητο, ἡ γονὴ κατερρύη ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ψόφος ἐγένετο. [10] κἀκείνη δὲ ἰδοῦσα, ἐθεῆτο καὶ ἐθαύμασεν. [11] ὁκοῖον δὲ ἦν, ἐγὼ ἐρέω. οἷον εἴ τις ὠοῦ ὠμοῦ τὸ ἔξω λεπύριον περιέλοιεν, ἐν τῷ ἔνδον ὑμένι, τὸ ἔνδον ὑγρὸν διαφαίνοιτο. τρόπος μέν τις ἦν τοιοῦτος, ὡς εἰπεῖν. ἦν δὲ καὶ ἐρυθρὸν καὶ στρογγύλον. ἐν δὲ τῷ ὑμένι ἐφαίνοντο ἐνεοῦσαι ἶνες λευκαὶ καὶ παχεῖαι, [12] εἰλημμέναι ξὺν ἰχῶρι παχεῖ καὶ ἐρυθρῷ, καὶ ἀμφὶ τὸν ὑμένα ἔξωθεν [13] αἱμάλωπες. κατὰ δὲ μέσον τοῦ ὑμένος, ἀπεῖχε λεπτόν ὅ, τι μοι ἐδόκεεν εἶναι ὀμφαλός. κἀκείνῳ τὴν πνοὴν καὶ εἴσω καὶ ἔξω ποιέεσθαι τὸ πρῶτον. καὶ ὁ ὑμὴν ἐξ ἐκείνου ἐτέτατο ἅπας, περιέχων τὴν γονήν. τοιαύτην μὲν ἐγὼ εἶδον ἑκταίην οὖσαν τὴν γονήν. ἐρέω δὲ καὶ ἄλλην διάγνωσιν [14] ὀλίγον ἐπὶ τουτέοισιν ὕστερον ἐκφανέα, παντί τῳ βουλομένῳ εἰδέναι τούτου πέρι. καὶ ἱστόριον, παντί τῳ ἐμῷ λόγῳ, ὅτι ἐστὶν ἀληθὴς ὡς εἰπεῖν ἀνθρώπῳ περὶ τοιούτου πρήγματος. καὶ ταῦτα μὲν, ἐς τοῦτό μοι εἰρήσθω. ἡ δὲ γονὴ ἐν ὑμένι ἐστὶ, καὶ πνοὴν ἔχει καὶ εἴσω καὶ ἔξω, καὶ αὔξεται ὑπὸ τῆς μητρὸς τοῦ αἵματος κατιόντος ἐπὶ τὰς μήτρας.

τὰ γὰρ

[15] τὰ γὰρ καταμήνια οὐ χωρέει, ὁκόταν γυνὴ λάβῃ πρὸς ἑωυτὴν, ἢν μέλλῃ τὸ παιδίον ὑγιαίνειν· εἰ μὴ ἔστιν ᾗσιν ἐπιτημαίνει τὸν πρῶτον μῆνα ὁκόσον ὀλίγον· ἀλλὰ χωρέον τὸ αἷμα ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος τῆς γυναικὸς, κυκλόσε περιΐσταται περὶ τὸν ὑμένα ἔξω. ἅμα δὲ τῇ πνοῇ ἑλκομένου εἴσω τοῦ αἵματος διὰ τοῦ ὑμένος, κατὰ τὸ τετρημένον καὶ ἀπέχον συμπήγνυται καὶ αὔξει τὸ μέλλον ζῶον ἔσεσθαι. ὁκόταν δὲ χρόνος ἐγγένηται, αὖθις ἕτεροι ὑμένες εἴσω τοῦ πρώτου ὑμένος λεπτοὶ καὶ πολλοὶ περιτείνονται, τρόπῳ τοιούτῳ, οἷόν περ καὶ ὁ πρῶτος ὑμὴν ἐγένετο. τεταμένοι δέ εἰσι καὶ οὗτοι ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ, καὶ ἐς ἀλλήλους διαδέσμους ἔχουσιν. ὁκόταν δὲ ἤδη τοῦτο γένηται, κατιόντος τοῦ αἵματος ἀπὸ τῆς μητρὸς καὶ πηγνυμένου σὰρξ γίνεται. κατὰ δὲ μέσον τῆς σαρκὸς ὁ ὀμφαλὸς ἀπέχει, δι' οὗ πνέει καὶ τὴν αὔξησιν ἴσχει. ἡ δὲ γυνὴ ὁκόταν ἐν γαστρὶ ἔχῃ, ὑπὸ τῶν καταμηνίων μὴ χωρεόντων, διὰ τόδε οὐ πονέεται, ὅτι τὸ αἷμα οὐ ταράσσεται, [16] βύζην ἀθρόον κατὰ μῆνα ἕκαστον· ἀλλὰ χωρέει ἡσυχῇ καὶ κατ' ὀλίγον ἄνευ πόνου καθ' ἡμέρην ἐς τὰς μήτρας. καὶ τὸ ἔνδον ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐὸν αὔξεται. καθ' ἡμέρην δὲ ἑκάστην, τοῦδε εἵνεκα χωρέει, ἀλλ' οὐκ ἐς ἅπαξ κατὰ μῆνα. ὅτι ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἡ γονὴ ἐνεοῦσα, ἕλκει ἀπὸ τοῦ σώματος αἰεὶ, ὅκως ἂν καὶ δύναμιν ἔχῃ. [17] διότι καὶ ἡ πνοή. καὶ τὸ μὲν πρῶτον σμικρὴ ἡ πνοὴ γίνεται. καὶ τὸ αἷμα ὀλίγον χωρέει ἀπὸ τῆς μητρός. ὁκόταν δὲ ἡ πνοὴ ἐπὶ πλεῖον γίνηται, μᾶλλον ἕλκει τὸ αἷμα, καὶ ἐπὶ πλέον κατέρχεται ἐπὶ τὰς μήτρας. τῇσι δὲ ἐν γαστρὶ μὴ ἐχούσῃσι, ὁκόταν τὰ καταμήνια μὴ χωρέῃ, διὰ τάδε ὁ πόνος γίνεται. πρῶτα μὲν ταράσσεται τὸ αἷμα ἐν τῷ σώματι κατὰ μῆνα ἕκαστον, ὑπὸ ἀνάγκης τοιῆσδε. ὅτι μεὶς μηνὸς διαφέρει πουλὺ, καὶ κατὰ ψῦξιν καὶ κατὰ θερμασίην, καὶ τούτου αἰσθάνεται τῆς γυναικὸς τὸ σῶμα, ὑγρότερον γάρ ἐστιν ἢ τὸ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ταραχθέντος τοῦ αἵματος καὶ πληρώσαντος τὰς φλέβας, ἀπέρχεται ἀπ' αὐτοῦ. [18] καὶ πῶς τοῦτο ἐν τῇ ἀρχῇ τῇ φύσει ὑπῆρξεν. ὥστε ἢν μὲν ἀποκενωθῇ τοῦ αἵματος ἡ γυνὴ, λαμβάνει ἐν γαστρὶ, ἢν δὲ πλήρης ἐῇ, οὔ. κενέων γὰρ τῶν μητρέων καὶ τῶν φλεβῶν γενομένων τοῦ αἵματος, λαμβάνουσι πρὸς σφᾶς αἱ γυναῖκες τὰ παιδία. μετὰ γὰρ τῶν καταμηνίων τὴν κάθαρσιν, [19] αἱ γυναῖκες λαμβάνουσιν ἐν γαστρί. αἴτιον δὲ τὸ εἰρημένον. ὁκόταν δὲ ταραχθὲν τὸ αἷμα καὶ ἀποκριθὲν, μὴ χωρέῃ ἔξω, ἀλλ' ἐς τὰς μήτρας, αἱ δὲ μῆτραι μὴ χάνωσι, θερμαινόμεναι δὲ ὑπὸ τοῦ αἵματος χρονιώτερον μένοντος αἱ μῆτραι θέρμην τῷ ἄλλῳ σώματι παρέχουσιν. ἔστι δ' ὅτε καὶ διαδιδοῦσιν αἵματος ἐς τὰς φλέβας τοῦ σώματος, ὥστε αἱ φλέβες πληρεόμεναι πονέονται, καὶ οἰδήματα παρέχουσιν. ἔστι δ' ὅτε καὶ κίνδυνος ἐκ τοῦ τοιούτου χωλωθῆναι. ἔστι δ' ὅτε καὶ πρὸς τὴν κύστιν προσπίπτουσαι, καὶ πιέζουσι καὶ κλείουσι τὴν κύστιν, καὶ στραγγουρίην παρέχουσιν. ἔστι δ' ὅτε πλήρεες αἵματος ἐοῦσαι αἱ μῆτραι προσπίπτουσιν ἢ πρὸς τὰ ἰσχία, ἢ πρὸς ὀσφῦν, καὶ πόνον παρέχουσιν. ἔστι δὲ ὁκόταν ἐγχρονίσῃ τὸ αἷμα μῆνας πέντε ἢ ἓξ ἐν τῇσι μήτρῃσι σαπὲν, πύος γίνεται. καὶ ἐνίῃσι κατὰ τὸ αἰδοῖον ἐξέρχεται τὸ πύος. ἔστι δὲ ᾗσι καὶ κατὰ τὸν βουβῶνα ὡς φῦμα γίνεται, κἀκεῖ πύον γινόμενον, ἐξῆλθε καὶ ἄλλα πολλὰ κακὰ τῇσι γυναιξὶ τοιουτότροπα γίνονται, ὁκόταν μὴ ἀποκαθαίρωνται τὰ καταμήνια. ἀλλὰ τί δεῖ λέγειν αὐτὰ ἐνθάδε; εἰρήσεται γὰρ ἐν τοῖσι γυναικείοισι νοσήμασιν. ἀλλ' ὅθεν ἀπέλιπον περανέω τὸν λόγον.

Neque enim menſes prodeunt mulieri quæ prægnãs eſt, ſi puer ſanus futurus ſit, præter quàm quibuſdam perpuſillum primo menſe, ſed promanans ab vniuerſo muliebri corpore ſanguis, omni ex parte foris circum membranam diffunditur, iſq; vna cum ſpiritu per membranam, qua perforata eſt & extat, attractus condenſatur, & in futuri animalis augmentum cedit. Succedente autem tempore rurſus aliæ multæ tenues membranæ, eo modo quo prima, intra primam protenduntur, eæque ex vmbilico dependentes, mutuis inter ſe vinculis connexæ ſunt. Quod cùm extiterit, ex delapſo & concreto materno ſanguine caro gignitur, ex cuius medio vmbilicus extat, per quem ſpiritum & incrementum recipit. At verò mulier cùm vtero gerit, etiamſi menſes minimè prodeant, neque tamen iccirco laborat, quod ſanguis ſingulis menſibus cumulatè exire ſolitus, non agitetur, ſed ſenſim paulatimq; quotidie in vterum citra dolorem ſecedit, ex quo augetur, quod intrò in vtero continetur. Singulis autem diebus, & non quolibet menſe ſemel iccircò defertur, quòd genitura quæ in vtero continetur, ſemper aliquid è corpore, pro virium ratione trahit, ad eundémque modum etiã ſpiratio habet. Ac primò quidem parua eſt ſpiratio, & paucus ſanguis ex matre fertur. Cùm verò amplior fit ſpiratio, plus quoque ſanguinis attrahit, & maiore copia in vterum deſcendit. Iis verò quæ minimè vtero gerunt, vbi menſes non prodierint, eas ob cauſas dolor accedit. Primùm quidem quolibet menſe ſanguis in corpore ex eo neceſſario agitatur, quòd menſes plurimum inter ſe frigore & calore diſtant, id quod mulier ſenſu percipit, cùm viro longè ſit humidior. Vbi autem agitatur ſanguis & venas impleuerit, ex corpore deorſum fertur, id quod ei quodammodo ab initio à natura inſitum eſt. Quare ſi illo ſanguine vacuata mulier fuerit, concipit, ſi verò is redundarit minimè. Vteris enim & venis ſanguine vacuis, mulieres fœtus concipiunt. Hæ namque poſt menſtruam purgationem, ob iam dictas cauſas, vtero concipiunt. Quòd ſi agitatus ille & ſecretus ſanguis, minimè foras, ſed in vterum feratur, iſque non hiarit, tum ſanè diutius immorante, ſanguine incaleſcit, caloremque reliquo corpori diſtribuit. eſt vbi etiam ſanguine in venas corporis refuſo, eæ impletæ dolent, & tumores excitant. Nonnunquam verò ex eo claudicationis periculum impendet. Quinetiam interdum veſicam offendunt, eamque premunt & vrunt, vrinæq; ſtillicidium adferunt. Quandoque verò vteri ſanguine redundantes, in coxendicem & lumbos procumbunt, doloréſque exhibent. Eſt vbi ſanguis quinque aut ſex menſibus in vtero immoratus, ibique putreſcens in pus vertitur, quod quibuſdam per pudendum extra fertur. Nonnullis etiam in inguine velut tuberculum oboritur. ibique in pus conuerſum foras prodit, & plæraque alia eiuſmodi mala mulieribus contingunt, quæ per purgationes menſtruas nõn repurgantur. Sed quid ea hoc loco recenſere opus eſt? De his ſiquidem in morbis muliebribus dicetur. Verùm eò vnde digreſſi ſumus reuertamur.

inferiore refrigerari oportet, cõtraq; ſi ſuperiore parte frigus accedat, eam inferiore parte incaleſcere neceſſe eſt. Ac radices vbi attraxerint, arbori communicant, arborq; radicibus, ſicq; calidi & frigidi mutua fit diſpenſatio. Atq; haud aliter quàm in homine ingeſtis in ventriculum cibis, qui dum concoquuntur, calefaciunt, frigiditatẽ à potu reddi oportet, ſic & in arbore, mutua quædam retributio ex imis ad ſumma, & contra, fieri debet. Ideóque tum inferiore, tum ſuperiore parte arbor increſcit, quod alimentum ex inferiorib. & ſuperioribus partibus capeſſat. Et quamdiu tenella admodum fuerit, fructũ non profert. Neq; enim vis illi pinguis & craſſa ineſt, quæ ad fructũ ſatis eſſe poſſit. Procedente verò tempore, tunc iam ampliores venæ effectæ, in eam ex terra pinguẽ & craſſum humoris fluxum deducunt, quem ſol diffundens, & cũ leuis ſit, efferueſcentem in ſummas partes educit, fructúmq; profert, & ab eo tenuem quidem humorem deducit, craſſiorem verò concoquens & calefaciens conduleat. Quæ verò arbores fructũ non ferunt, nõ tantam habent in ſe pinguedinem, quæ in fructum conſumatur. Quæcunq; autem arbor tẽporis ſpatio robur acceperit, & firmas radices egerit, iam penitus omni ex parte creſcere deſiit. At verò arbores, quæ ex aliarum inoculatione proueniunt, eæ nõ illarum ſimilem, in quas inſitæ ſunt, fructum ferunt. Quòd hoc modo cõtingit. Principio quidem oculus germinare incipit, cùm ſiquidẽ alimentũ habeat, primùm quidem ab arbore à qua auulſus eſt; tum verò ab ea in quam inſitus eſt. Vbi pullularit, tenues ex ſe radices in arborẽ demittit, primúmq; arboris humore, in quam inſitus eſt, fruitur. Deinde temporis ſpatio radices in terrã demittit, per eam in quam inſitus eſt, & attracto è terra humore fruitur, indéq; alimẽtum ſumit: vt proinde minimè mirum videri debeat, ſi inſitæ arbores alios fructus proferant, cùm è terra viuant. Hæc quidem de arboribus & fructibus iſtam ob cauſam dicta ſunt, quod imperfecta oratio relinqui à me non debuerit. Nunc verò ad ea reuertar, quorum gratia iſta à me dicta ſunt. Quæ ex terra naſcuntur, ea omnia ex terræ humore viuere aſſero, & quemadmodum terræ humor habet, ita & ſe habere, quæ ex ipſa oriũtur. Sic & puer in vtero ex matre viuit, & vt valet mater, ita & puer. Quòd ſi quis, quæ de iſtis dicta ſunt, ab initio ad finem vſque ſecum reputare volet, is eorum quæ è terra naſcuntur, & hominum naturam per omnia ſimilem eſſe comperiet. Ac de his ſatis. At verò puer vbi in vtero exiſtis, manibus ad genas adhæret, caputq; pedibus proximum habet, neq; certò dignoſcere queas, etiamſi puerũ in vtero videas, vtrum caput ſurſum: an deorſum vergat. Verùm quæ eum ſuſtinẽt membranæ, ex vmbilico protenduntur. Nunc verò rationem eam explicabo, quã paulò antea me demonſtraturum dixi, quæ, quantũ humanum ingenium conſequi poteſt, aperta eſt in iis omnibus, qui ea de re noſſe volent, quòd genitura membrana continetur, & in eius medio vmbilicus extat, per quem primum ſpiritum ad ſe attrahit, & foras emittit, quódque ex vmbilico membranæ protẽduntur. Quin & reliquam pueri naturam, velut à me demonſtrata eſt, ita prorſus ſe habere comperiet, qui his argumentis, quæ à me proferentur, vti volet.

Si quis enim oua viginti, aut etiã plura, gallinis duabus, aut pluribus, vt excludantur, ſupponat, & ſingulis diebus, à ſecundo exorſus, ad vltimum vſque, quo oui putamen detrahetur, ſubtrahat, frangat, diligenter inſpiciat, is eo, quo dixi, modo, omnia ſe habere deprehendet, ſi modo auis naturam cum humana conferre licet. Ex vmbilico enim membranæ protendi, aliaq; omnia quæ de puero dicta ſunt, eodem prorſus ſe habere modo in ouo gallinaceo cõperies. Quanquam, qui hæc nõdum obſeruauit, is in ouo gallinaceo vmbilicum ineſſe mirabitur. Atqui iſta ad hũc, quæ à me dicta ſunt, modũ, ſe habere cõſpiciuntur. Quando verè mulieri partus inſtat, tum ſe mouente puero & manibus ac pedibus ſe iactante, membranam quandam internam abrumpi contingit. Quâ ruptâ cæteræ imbecilliores fiunt, primũq; rumpuntur, quæ illam contingunt, deinde poſtrema. Ruptis autẽ membranis, tũ fœtus vinculo exoluitur, & agitatus foras prodit. Neque enim laxatis membranis quicquam ampliùs virium habet, neq; vteri puerum amplius continere poſſunt, laxatis vti dixi membranis & ab ipſis ablatis. Et membranæ quæ puerum circumplectuntur, non admodum magna vi vtero adhæreſcunt. Cùm verò puer prodit, vtero dilatato, qui mollis eſt, vi ſibi viam aperit, & in caput fertur, ſi ſecundũ naturam exierit. Grauiſſimæ enim ei ſunt ſuperiores partes, ex vmbilico libratæ. Quandiu autẽ in vteris manet, validior ſemper euadit, dum membranas decimo menſe perrumpat, quando matri partus inſtat. Quòd ſi vis quædam puero contingat, etiam ante præfinitum tempus ruptis membranis foras prodit. Quinetiam ſi alimento à matre prius deſtituatur, ſic quoq; ante tẽpus matri partio ingruit, & ante decimum menſem puer egreditur. At verò ſi quæ vltra decem menſes vtero geſtare ſibi viſæ ſunt, (quod iam ſæpe audiui) eæ hoc, quem referam, modo fallunt. Cũ vteri à vẽtre flatum ſuppeditante ſpiritu diſtenduntur & intumeſcunt (id enim contingit) tunc mulieres ſe concepiſſe exiſtimãt. Et ſi menſes minimè prodeuntes in vteris collecti fuerint, longioremq; morã fecerint, ſubinde alij eò confluũt, interdum quidem flatibus, qui à ventre procedunt, permixti, interdum verò incaleſcentes. Tunc quoq; ſanè non prodeuntibus menſibus, & in tumorẽ ſublatis vteris, mulieres vtero ſibi geſtare vidẽtur. Deinde quandoq; menſes ſua ſponte erumpunt, aut cùm alij inſuper ad vteros ferantur, & priores deturbent, etiã flatus egreditur, ac multis iam ſtatim poſt menſtruã purgationem vteri dehiſcunt, & ad pudendum conuertuntur, atq; eo tempore cum viris congreſſæ, eodem ipſo die, vel paulò poſt, concipiunt. Atq; harum rationum ac rerum ignaræ, eo tempore ſe concepiſſe reputãt, quo menſes ſuppreſſi erant & vteri intumuerant. Cur autem non longiore quam decem menſiũ ſpatio, fœtum vtero geſtari contingat, referam. Poſt exactos decem menſes, vbi fœtus grandior eſt, alimentum & incrementũ, quod à matre demittitur, nõ amplius puero ſufficere poteſt. Quod enim in ſanguine dulciſſimũ eſt, ad ſeſe attrahit, ſimulq; aliquantula lactis portione fruitur. Quæ cùm ipſi pauciora ſint, puerq; iã plenior factus, plus alimẽti quàm adſit, requirat, ipſe ſeſe iactans, membranas diſrumpit. Idq; frequentiùs experiuntur mulieres quæ primùm pariũt.

εἰ γάρ τις ἐθέλοι ὠὰ εἴκοσιν ἢ καὶ πλείονα, ὅκως ἐκλεπισθῇ, ὑποθεῖναι ἀλεκτορίσιν, εἴτε δυοῖν εἰ καὶ πλείοσι, καὶ ἑκάστης ἡμέρης ἀπὸ τῆς δευτέρης ἀρξάμενος μέχρι τῆς ὑστάτης, ἐν ᾗ ἐκλέψεται τὸ ὠὸν, ὑφαιρέων καὶ καταγνύων, σκοπῶν, εὑρήσει ἔχοντα πάντα κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, ὡς χρὴ ὄρνιθος φύσιν ξυμβάλλειν ἀνθρώπου φύσει. ὅτι γὰρ ὑμένες εἰσὶν ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ τεταμένοι, καὶ τἄλλα ὁπόσα εἴρηται περὶ τοῦ παιδίου, οὕτως ἔχοντα ἐν τῷ ὠῷ τῷ ὀρνιθείῳ εὑρήσεις ἐξ ἀρχῆς ἐς τέλος. καίτοι ἤν τις μηδέπω εἶδε, θαυμάσει ἐν ὀρνιθείῳ ὠῷ ἐνεόντα ὀμφαλόν. ἔχει δὲ ὧδε ταῦτα καὶ ταῦτά μοι ὧδε εἴρηται. ὁκόταν δὲ τῇ γυναικὶ ὁ τόκος παραγένηται, ξυμβαίνει τότε τοῦ παιδίου κινεομένου, καὶ ἀσκαρίζοντι χερσί τε καὶ ποσὶ, ῥῆξαί τινα τῶν ὑμένων τῶν ἔνδον. ῥαγέντος δὲ ἤδη ἑνὸς, καὶ οἱ ἄλλοι ἀσθενεστέρην δύναμιν ἔχουσι, καὶ ῥήγνυνται πρῶτον μὲν οἱ κείνου ἐχόμενοι, ἔπειτα ὁ ὕστατος. ὁκόταν δὲ ῥαγῶσιν οἱ ὑμένες, τότε λύεται ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τὸ ἔμβρυον καὶ χωρέει ἔξω κλονηθέν. οὐ γὰρ ἔτι ἔχει σθένος, τῶν ὑμένων προδόντων. οὐδὲ αἱ μῆτραι δύνανται ἔτι τὸ παιδίον ἴσχειν, τῶν ὑμένων, ὡς ἔφην, προδόντων, καὶ τούτων ἀπενεχθέντων. προσλαμβάνονται γὰρ οἱ ὑμένες καὶ τῶν μητρέων ὁκόταν ἀμφὶ τὸ παιδίον ἑλίσσονται οὐ πολλῇ δυνάμει. ὁκόταν δὲ χωρέῃ τὸ παιδίον, βιῆται καὶ εὐρύνει τὰς μήτρας ἐν τῇ διεξόδῳ, ἅτε ἁπαλὰς ἐούσας. χωρέει δὲ ἐπὶ κεφαλὴν, εἰ κατὰ φύσιν ἴῃ. βαρύτατα γάρ ἐστιν αὐτοῦ τὰ ἄνω ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ σταθμεόμενα. ἐν δὲ τῇσι μήτρῃσιν ἐνεὸν, ἐγκρατέστερον γίνεται εἰς τὴν ὑμένων τὴν καταῤῥῆξιν, ἅμα δεκάτῳ μηνὶ, ὅτε ὁ τόκος τῇ μητρὶ παραγίνεται. ἢν δὲ βίαιον πάθημα πάθῃ τὸ παιδίον, καὶ πρόσθεν τοῦ ὁρισμένου χρόνου ῥαγέντων τῶν ὑμένων ἐξέρχεται, καὶ ἢν ἡ τροφὴ πρόσθεν λήξῃ ἀπὸ τῆς μητρὸς τῷ παιδίῳ, καὶ οὕτω πρόσθεν ὁ τόκος τῇ μητρὶ παραγίνεται. θᾶσσον δὲ δέκα μηνῶν ἐξέρχεται. ἀλλ' ὅσαι δὴ ἔδοξαν πλείονα χρόνον δέκα μηνῶν ἔχειν, ἤδη γὰρ τοῦτο πολλάκις ἤκουσα, κεῖναι διελήθησαν τρόπῳ τοιῷδε, ὃ μηνύσω ἐρέων. ὁκόταν αἱ μῆτραι πνεῦμα λάβωσιν ἐς σφᾶς αὐτὰς ἀπὸ τῆς κοιλίης φύσης παρεχούσης καὶ ἐξαρθῶσι, γίνεται γὰρ τοῦτο, δοκέουσι δὴ αἱ γυναῖκες πρὸς σφᾶς ἔχειν τότε. καὶ ἢν καταμήνια μὴ χωρέοντα ξυστραφῇ ἐν τῇσι μήτρῃσι, καὶ ἔῃ χρονιώτερα, αἰεὶ διαῤῥεῖ ἐς τὰς μήτρας. ἔστι μὲν ὅτε ξὺν τῷ ἀπὸ τῆς κοιλίης πνεύματι, ἔστι δ' ὅτε καὶ θερμαινόμενα. καὶ δὴ καὶ τότε ἐν γαστρὶ δοκέουσιν ἔχειν αἱ γυναῖκες, ἅτε τῶν καταμηνίων μὴ χωρεόντων, καὶ τῶν μητρέων ἠρμένων. εἶτα ἔστιν ὅτε τὰ καταμήνια ἐῤῥάγη αὐτόματα, ἢ ἑτέρων ἐπικατελθόντων ἀπὸ τοῦ σώματος ἐς τὰς μήτρας καὶ κατενεχθέντων τὰ πρότερα, καὶ φῦσα ἐξῆλθε, καὶ πολλῇσιν ἤδη εὐθὺς μετὰ τὴν τῶν καταμηνίων κάθαρσιν αἱ μῆτραι ἐχάνοσαν, καὶ κατὰ τὸ αἰδοῖον ἐστράφησαν, καὶ τηνικαῦτα μιχθεῖσαι ἀνδράσιν, ἔλαβον πρὸς σφᾶς τὸν γόνον, αὐθημερὸν ἢ ἅμα ὀλίγῃσιν ἡμέρῃσι. λογίζονται δὲ αἱ ἄπειροι τούτων τῶν λόγων καὶ τῶν πρηγμάτων κακεῖνον τὸν χρόνον ἐν γαστρὶ ἔχειν, ὅτε τὰ καταμήνια οὐκ ἐχώρεεν αὐτῇσι, καὶ αἱ μῆτραι ἠρμέναι ἐτύγχανον. ὅτι δὲ οὐκ ἔστι χρονιώτερον δέκα μηνῶν ἐν γαστρὶ ἔχειν, ἐγὼ φράσω. ἡ τροφὴ καὶ ἡ αὔξησις ἡ ἀπὸ τῆς μητρὸς κατιοῦσα, οὐκ ἔτι ἀρκέουσα τῷ παιδίῳ ἐστὶν, ὁκόταν οἱ δέκα μῆνες παρέλθωσι, καὶ τὸ ἔμβρυον αὐξηθῇ. ἕλκει γὰρ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἐς ἑωυτὸ τὸ γλυκύτατον, ἅμα δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ γάλακτος ἐπαυρίσκεται ὀλίγον. ὁκόταν δ' αὐτῷ σπανιώτερα ταῦτα γίνηται, καὶ ἁδρὸν ἔῃ τὸ παιδίον, ποθέον πλείονα τῆς ὑπαρχούσης τροφῆς, ἀσκαρίζει καὶ τοὺς ὑμένας ῥήγνυσι. καὶ μᾶλλον τοῦτο πάσχουσιν αἱ τῶν γυναικῶν πρωτοτόκοι.

ἐπιλεί-

ἐπιλείπει γὰρ τοῖσι παιδίοισιν ἡ τροφὴ ἡ ἀρκέουσα ἄχρις ἂν τὴν δεκάμηνον. ἐπιλείπει δὲ διὰ τρόπον τοιόνδε. εἰσὶ τῶν γυναικῶν τινες, αἱ μὲν, ἀρκέοντα τὰ καταμήνια καὶ χωρέονται. αἱ δὲ ἐλάσσονα, τοῦτο δὲ ἢν ἀεὶ γίνηται ἐν φύσει καὶ ἐν γένει, μητέρων οἰκεῖον ἐστιν. αἱ δὲ τὰ καταμήνια ὀλίγα μεθιεῖσαι, αὗται καὶ τοῖς παιδίοισι τῷ χρόνῳ τῷ ὑστάτῳ, ὅταν ἤδη ἁδρὰ ἔῃ, τὴν τροφὴν ἐνδεεστέρην παρέχουσαι, ποιέουσιν ἀσκαρίζειν, καὶ πρὸ τῶν δέκα μηνῶν ἐξελθεῖν ἐπιτηδεῦσαι. ὀλίγον γὰρ ἀπὸ τῶν νέων μητέρων χωρέει τὸ αἷμα. ὡς δὲ καὶ ἐπὶ τὸ πλεῖστον ξυμβαίνει καὶ ἀγαλακτίας εἶναι ταύτας τὰς γυναῖκας, τὰς ὀλίγα τὰ καταμήνια μεθιείσας. ξηρότεραι γὰρ καὶ πυκνοσαρκότεραι εἰσιν. τοῦτο δὲ τῷ λόγῳ ὅτι ἐπιλειπούσης τῆς τροφῆς ἐξέρχεται τὸ ἔμβρυον, ἢν μή τι αὐτῷ βίαιον πάθημα προσπέσῃ, καὶ ἴσχυρον τόδε ἐστί. ὁ ὄρνεον γίνεται ἐκ τοῦ ὠοῦ τοῦ χλωροῦ, τρόπῳ τοιῷδε. ἐπικαθεζομένης τῆς μητρὸς θερμαίνεται τὸ ὠόν. καὶ τὸ ἐν τῷ ὠῷ ἐὸν, ἀπὸ τῆς μητρὸς κινέεται. θερμαινόμενον δὲ πνεῦμα ἴσχει τὸ ἐν τῷ ὠῷ ἐὸν, καὶ ἄλλο ἀντεπισπᾶται ψυχρὸν ἀπὸ τοῦ ἠέρος διὰ τοῦ ὠοῦ. τὸ γὰρ ὠὸν ἀραιόν ἐστιν οὕτως, ὡς πνεῦμα ἐλκυσθὲν ἀρκέειν τῷ ἔνδον ἐόντι. καὶ αὔξεται τὸ ὄρνεον ἐν τῷ ὠῷ, καὶ διαρθροῦται ὥσπερ τῷ αὐτῷ τε καὶ παραπλησίῳ, ὥσπερ καὶ τὸ παιδίον, ὥς μοι ἤδη καὶ πρότερον εἴρηται. γίνεται δὲ ἐκ τοῦ χλωροῦ τοῦ ὠοῦ τὸ ὄρνεον. τροφὴν δὲ καὶ αὔξησιν ἔχει, τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ ὠῷ. τοῦτο δὲ ἤδη πᾶσιν ἐμφανές ἐστιν ὅσοι προσέσχον τὸν νόον. ὁκόταν δὲ ἐπιλείπῃ ἡ τροφὴ τῷ νεοσσῷ ἐκ τοῦ ὠοῦ, οὐκ ἔχον ἀρκέουσαν ἀφ' ἧς ζήσεται, κινέεται ἰσχυρῶς ἐν τῷ ὠῷ, ζητέον τροφὴν πλείονα, καὶ οἱ ὑμένες περιρρήγνυνται. καὶ ὁκόταν ἡ ὄρνις αἴσθηται τὸν νεοσσὸν κινηθέντα ἰσχυρῶς, κολάψασα ἐξέλεψεν. καὶ ταῦτα ξυμβαίνει γίνεσθαι ἐν εἴκοσιν ἡμέρῃσι. καὶ ἐμφανές ἐστιν, ὅτι ὧδε ἔχει. ὁκόταν γὰρ κολάψῃ τὸ ὄρνεον, ἐπὶ τοῖσι λεπυρίοισι τοῦ ὠοῦ, ὑγρὸν ἔνεστιν οὐδὲν, ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου. ἐξανήλωται γὰρ ἐς τὸν νεοσσόν. οὕτω δὲ καὶ τὸ παιδίον, ὁκόταν αὐξηθῇ, καὶ οὐκ ἔτι δύνηται ἡ μήτηρ τροφὴν παρέχειν ἀρκέουσαν, ζητέον πλείω τροφὴν τῆς παρεούσης τὸ ἔμβρυον, ἀσκαρίζον ῥήγνυσι τοὺς ὑμένας. καὶ λυθὲν τοῦ δεσμοῦ χωρέει ὁμοῦ ἔξω. καὶ τοῦτο γίνεται ἐν δέκα μησὶ τὸ μακρότατον, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ τοῖσι κτήνεσι καὶ τοῖσι θηρίοισιν, ὁ τόκος παραγίνεται ἐν χρόνῳ ὁκόσῳ ἕκαστον τίκτει οὐ μακρότερον. ἑκάστῳ γὰρ τῶν ζώων ἀνάγκη ἐστὶ χρόνον εἶναι, ἐν ᾧ ἡ τροφὴ ἐνδεεστέρη ἔσεται τῷ ἐμβρύῳ καὶ ἐπιλείψει, καὶ ὁ τόκος παρέσται. καὶ τὰ μὲν ἐλάσσω τροφὴν ἐν τοῖσιν ἐμβρύοισιν ἔχοντα, θᾶσσον τίκτει. τὰ δὲ πλείω, ὕστερον. καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτό μοι εἴρηται. τὸ δὲ παιδίον ὁκόταν περιρραγῶσιν οἱ ὑμένες, ἢν μὲν δὴ ἐπικρατήσῃ ἡ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ῥοπὴ, ῥηϊδίως τίκτει ἡ γυνή. ἢν δὲ πλάγιον ἢ ἐπὶ πόδας χωρῇ, γίνεται γὰρ οὕτω πολλάκις, ἢν οὕτως ἡ ῥοπὴ τύχῃ, ὠθουμένη ἢ ὑπὸ εὐρυχωρίης τῶν μητρέων, ἢ ἢν ἡ μήτηρ ἐν τῇ ὠδῖνι μὴ ἡσυχάσῃ τὸ πρῶτον, ἢν οὕτω χωρέῃ, χαλεπῶς τέξεται ἡ γυνή. πολλαὶ δὲ ἤδη ἢ αὐταὶ ὤλοντο, ἢ τὰ παιδία, ἢ ἅμα αἱ μητέρες καὶ τὰ ἐν αὐτῇσιν. ἐκ δὲ τῶν λεχουσῶν μάλιστα πονέουσιν αἱ πρωτοτόκοι, διὰ τὴν ἀπειρίην τοῦ πόνου. καὶ πονέουσι μὲν πᾶν τὸ σῶμα, μάλιστα δὲ τὴν ὀσφὺν τε καὶ τὰ ἰσχία. διΐστανται γὰρ σφέων τὰ ἰσχία. αἱ δὲ μᾶλλον ἔμπειροι τόκων, ἧσσον πονέουσι τῶν πρωτοτόκων. αἱ δὲ πολυτόκοι, πάνυ ἧσσον πονέουσι. ἢν δὲ ἐπὶ κεφαλὴν ἴῃ τὸ ἔμβρυον, ἡ κεφαλὴ πρῶτον ἔξω χωρέει.

Neq; enim pueris alimentum ad decimum menſem ſatis eſſe poteſt. Quod ad hunc modum deficit. Mulieribus quibuſdam quidem menſtruæ purgationes abundantes, quibuſdã pauciores expurgantur. Quod ſi in natura & in genere ſemper cõtingat, ipſis vterinum eſt. At quibus pauciora menſtrua effluunt, hæ pueris quoq; ſub poſtremũ tempus, vbi iá auctiores fuerint, cùm parcius alimentũ ſuppeditent, eos vt iactentur cogunt, & vt ante decimũ menſem prodeát, compellunt. Paucus enim ſanguis de iuuenculis matribus fertur. Vt plurimũ verò, quæ pauca menſtrua demittunt, eas ſine lacte eſſe contingit. Sicciores enim ſunt, & denſiore corporis habitu. Quòd vero deficiente alimento fœtus exeat, niſi vis quædam inferatur, hoc argumento comprobatur. Auis ex oui luteo naſcitur hoc modo. Vbi mater inſidet, ouum incaleſcit, & quod in ouo continetur, à matre agitatur, concalfactumq; ſpiritum concipit, & alium frigidũ ab aëre per ovum attrahit. Ovum enim adeò rarum eſt, vt attractum ſpiritum ſatis copioſum ei, quod intus eſt, transmittat. Et increſcit auis in ouo, & eodem prorſus conſimiliq; modo in membra diſtinguitur, velut puer, vti iam antea à me dictum eſt. Procreatur autẽ auis ex oui luteo, alimentũ vero & incrementũ continet, quod in ouo eſt candidum. Quod omnibus qui animũ aduerterint, conſpicuum eſſe poteſt. Cùm autẽ alimentũ ex ouo pullo deficit, neq; ſatis ei ſuppetit vnde viuat, copioſius alimentũ poſtulans, vehementer mouetur in ouo, & membranæ circumcirca diſrumpuntur. Et vbi auis pullum vehemẽter moueri ſenſerit, putamen tundendo excauans, ipſum excludit. Atq; hæc intra viginti dies contingere ſolent, idque ita ſe habere manifeſtum eſt. Nam vbi volucris oui teſtam contundendo excauarit, nihil penitus humoris, quod alicuius ſit momenti, in ea ineſt, quòd totus in pullum abſumptus ſit. Sic etiã cùm puer increuerit, mater ei ſufficiens alimentum ampliùs ſuppeditare non poteſt. Plus itaq; alimenti quàm quod adſit fœtus poſtulans, ſeſe iactando membranas diſrumpit, ſimulq; vinculis ſolutus foras prodit. Atq; iſta, vt longiſſimè, decimo menſe contingunt. Eaq; eſt ratio, cur brutis & feris eo ipſo tempore, quo quæq; parere cõſueuit, nec tardiùs, partus ingruat. Vnicuiq; enim animanti tempus eſſe neceſſe eſt, in quo fœtui parcius alimentũ ſuppetat ac deficiat, tumq; partio inſtet. Et quę quidem minus alimenti fœtui ſuppeditant, celeriùs pariunt, quæ verò plus, tardiùs. Atq; de his quidem hactenus. Puer autẽ, vbi circumcirca diſruptæ ſunt membranæ, ſiquidem ſuo momento in caput magis incliner, facilè mulier parit. Quòd ſi in latus, aut in pedes prodeat, (id enim ſæpiùs cõtingit, ſi illuc momentum vergat, vel propter vteri amplitudinem, vel ſi mater in ipſo partus dolore primũ quieſcere non potuerit) ſi ſic inquam prodeat, difficilem partum mulier ſentiet. Iam verò ex his plurimæ, vel ipſi fœtus, vel vna etiam cum ſuis fœtibus matres periere. Ex puerperis autẽ præcipuè laborant, quæ primos partus experiũtur, eò quòd doloribus non aſſueuerint, & totum quidem corpus dolor occupat, præcipuè verò lumbos & coxendices, quę ipſis diducuntur. Quæ verò magis partus expertæ ſunt, minores dolores ſentiunt, quàm quæ primùm pariunt. At quæ multoties peperere, omnium minimè dolent. Quod ſi fœtus in caput feratur, primùm caput foras prodit,

deinde alia membra conſequuntur, poſtremus eſt vmbilicus, ex quo ſecundæ dependent. Poſthæc humor exit cruentus,à capite & reliquo corpore vi doloris & caloris ſecretus,qui viam partus purgamentis facit.Poſt exitum autem ſaniei,purgatio procedit, quo ante dictum eſt tempore. Et tum mammæ,tum aliæ partes humidiores,mulieribus effunduntur, minimum quidē in ea quæ primùm parit, ac in aliis deinceps,quo plures partus expertæ ſunt,eò magis offenduntur,venis à puerperij purgamentis euacuatione exinanitis.Atq; iſta à me hac de re dicta ſunt.Gemelli autem ex vno veneris complexu procreantur ad hunc modum. Vteri ſinus plures & incuruos habent,hos quidem longius diſtantes,illos verò pudendo viciniores. Et ex animalibus , quæ plura gignunt, plures ſinus habent,quàm quæ pauca. Quod in ouibus,feris & volucribus ad eundem ſe habet modum. Cùm genitura ad duos ſinus diuiſa peruenerit,eamq; vteri receperint, neq; ſinus alter ad alterū tranſmiſerit,ea vtroque ſinu ſeparata , membrana veſtitur,vitamq; eo modo accipit, quo & vnus fœtus , de quo hæc diximus.Quòd verò ex vno congreſſu gemini procreentur,hoc argumento conſtat. Canis, ſus, & alia animalia,vno congreſſu duos & plures fœtus pariunt,quorum quiſq; in vtero ſuo ſinu & membrana conditur. Atq; hæc ipſi contingere cernimus , eoſq; omnes eodem vt plurimùm die parere. Ad eundem quoq; modum in muliere, ex vno veneris complexu nati gemelli,vterq; ſuo ſinu & inuolucro conditur, & eadem die in lucem prodit, alterumq; priùs cum ſuo inuolucro foras egreditur. Quòd autem ex gemellis vnus mas ſit,alter fœmina,id ideò contingere aſſeuero. In muliere & in viro,& in quouis animaliū genere,in vnoquoq; tum imbecillior,tum valentior genitura ineſt,neq; vnico impetu genitura procedit, ſed & ſecunda & tertia iactatione emittitur, neque fieri poteſt, vt quæ priùs & quæ poſteriùs exit , eiuſdem ſint roboris. Quemcunq ; ergo ſinum craſſior validiorq; genitura ſubierit, in eo mas procreatur, quemcunque verò humidior ac imbecillior, in eo fœmella generatur. At ſi in vtrunque valida ſubeat, ambo mares naſcuntur,ſin debilis in vtrunque,ambo fœmellæ. Atque omnis iſta oratio,ad hunc expoſita modum,ad finem perducta eſt.

ἔπειτα τ' ἄλλα μέλεα ἐπόμενα. ὕστατος δὲ ὁ ὀμφαλός. ἐκ δὲ τοῦ ὀμφαλοῦ,[69] τὸ χορίον τεταμένον ἐστί. μετὰ δὲ ταῦτα,[70] ὕδρωψ ἔρχεται αἱματώδης, ἀπό τε τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ ἄλλου σώματος, ἀποκριθεὶς ὑπὸ βίης τε καὶ πόνου καὶ θέρμης. καὶ ὁδὸν ἀφηγήσατο τῇ τῶν λοχίων καθάρσει. μετὰ δὲ τὴν ἔξοδον τοῦ ἰχῶρος, ἡ κάθαρσις γίνεται, χρόνον τὸν πρόσθεν εἰρημένον,[71] καὶ οἵ τε μαζοὶ καὶ τ' ἄλλα μέλεα ὁκόσα ὑγρότερά ἐστι καταρρήγνυται τῇσι γυναιξὶν, ἥκιστα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ τόκῳ. ἔπειτα δὲ, ὡς ἂν πλειόνων πειρέηται τόκων, ἔτι μᾶλλον καταρρήγνυται διακενουμένων τῶν φλεβῶν ὑπὸ τῆς καθάρσιος τῶν λοχίων. ταῦτα δέ μοι ἐς τοῦτο εἴρηται.[72] δίδυμα δὲ γίνονται ἀφ' ἑνὸς λαγνεύματος, οὕτως. ἔχουσιν αἱ μῆτραι κόλπους συχνοὺς καὶ γαμψοὺς, τοὺς μὲν τηλοτέρω, τοὺς δὲ πλησιαιτέρω τοῦ αἰδοίου. καὶ τὰ πολύγονα τῶν ζώων, πλείους ἔχει κόλπους, τῶν ὀλίγα κυϊσκόντων. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ πρόβατα, θηρία τε καὶ ὄρνεα, ὁπόταν δὲ ἡ γονὴ τύχῃ σχισθεῖσα εἰς δύο κόλπους ἀφικομένη, καὶ αἱ μῆτραι δέξωνται τὴν γονὴν, καὶ κόλποι τε μὴ ἕτερος[73] πρὸς τὸν ἕτερον χαλάσῃ, ἡ χωρισθεῖσα ἐν ἑκατέρῳ κόλπῳ ὑμενοῦται καὶ ζωοῦται τῷ αὐτῷ τρόπῳ, ὥσπερ καὶ τὸ ἓν οὗ εἵνεκεν εἰρημένον. ὅτι δὲ ἀφ' ἑνὸς λαγνεύματος, δίδυμα γίνεται, ἱστόριον τόδε. ἔστι κύων καὶ ὗς καὶ ἄλλα ζῶα, ὅσα ἀφ' ἑνὸς λαγνεύματος τίκτει καὶ δύο καὶ πλείονα, καὶ ἕκαστον τῶν ζώων ἐν τῇσι μήτρῃσιν, ἐν κόλπῳ[74] καὶ ὑμένι ἐστί. καὶ ταῦτα αὐτοὶ ὁρέομεν γινόμενα. καὶ ταῦτα τίκτει τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ πάντα ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. ὧδε δὲ καὶ τῇ γυναικὶ ἀπὸ μιῆς μίξιος γινόμενα τὰ παιδία, ἑκάτερον ἐν κόλπῳ καὶ χορίῳ ἐστί. καὶ τίκτει τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ ἀμφότερα, καὶ πρότερον θάτερον χωρέει ἔξω, καὶ τὸ χορίον αὐτοῦ. ὅτι δὲ θῆλυ καὶ ἄρσεν δίδυμα γίνεται, φημὶ ἐν τῇ γυναικὶ καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ, καὶ ἐν παντὶ ζώῳ ἑκάστῳ γονὴν ἐνεῖναι καὶ ἀσθενεστέρην καὶ ἰσχυροτέρην. καὶ οὐκ ἐς ἅπαξ χωρέει ἡ γονὴ,[75] ἀλλὰ καὶ ἐς δὶς καὶ τρὶς ἀποβρέσσεται καὶ οὐκ αἰεὶ ὁμοίως εἶναι πᾶν ἰσχυρὸν, τό τε πρόσθεν ἐξιὸν, καὶ τὸ ὕστερον. ἐς ὁκότερον ἂν οὖν τῶν κόλπων τύχῃ ἡ γονὴ παχυτέρη καὶ ἰσχυροτέρη ἐσελθοῦσα, κεῖθι ἄρσεν γίνεται. ἐς ὁκότερον δ' ἂν ὑγροτέρη καὶ ἀσθενεστέρη, κεῖθι θῆλυ γίνεται. ἢν δ' ἐς ἀμφοῖν ἰσχυρὴ ἐσέλθῃ, ἄμφω ἄρσενα γίνεται. ἢν δὲ ἀσθενὴς ἐς ἄμφω, ἄμφω θήλεα γίνεται. ὅδε ὁ λόγος ὧδε εἰρημένος ἅπας, τέλος ἔχει.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΣΑΡΚΩΝ.

HIPPOCRATIS DE CARNIBVS, LIBER.

EQVIDEM adhuc vſq; communibus ſententiis, tum eorum,qui ante me fuerunt, tum etiā meis vſus ſum. Neceſſe enim eſt eum,qui hanc de arte Medica tractationē ſuſcipere volet, commune ſentētiis principium ponere. De cœleſtibus autem rebus & in ſublimi poſitis nihil dicere attinet, niſi quantum cōferunt ad demonſtrandum de homine & de reliquis animantibus,quod ex his cōſtant & procreata ſunt, quodq; animo ſunt prædita , & quòd ſanitas & morbus , quódque in homine ineſt boni vel mali,

ἘΓΩ τὰ μέχρι τοῦ λόγου τούτου κοινῇσι γνώμῃσι χρέομαι ἑτέρων τε τῶν ἔμπροσθεν, ἀτὰρ καὶ ἐμεωυτοῦ. ἀναγκαίως γὰρ ἔχει κοινὴν ἀρχὴν ὑποθέσθαι τῇσι γνώμῃσι βουλόμενον ξυνθεῖναι τὸν λόγον τόνδε περὶ τῆς τέχνης τῆς ἰητρικῆς. περὶ δὲ τῶν μετεώρων, οὐδὲ δέομαι λέγειν, ἢν μὴ τοσοῦτον ἐς ἄνθρωπον ἀποδείξω, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, ὁκόσα ἔφυ καὶ ἐγένετο· καὶ ὅτι ψυχή ἐστι· καὶ ὅτι τὸ ὑγιαίνειν· καὶ ὅτι τὸ κάμνειν· καὶ ὅτι τὸ ἐν ἀνθρώπῳ κακὸν καὶ ἀγαθόν,

καὶ ὅθεν

καὶ ὅθεν ἀποθνήσκει. νῦν δὲ ἀποφαίνομαι αὐτὸς ἐμεωυτοῦ γνώμας. [2] δοκέει δέ μοι ὃ καλέομεν θερμὸν, ἀθάνατόν τε εἶναι καὶ νοέειν πάντα καὶ ὁρῇν καὶ ἀκούειν, καὶ εἰδέναι πάντα καὶ τὰ ὄντα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. τοῦτο οὖν τὸ πλεῖστον, ὅτε ἐταράχθη πάντα, ἐξεχώρησεν εἰς τὴν ἀνωτάτω περιφορὴν. καὶ ὀνομῆναί μοι αὐτὸ δοκέουσιν οἱ παλαιοὶ αἰθέρα. ἡ δὲ ἑτέρα μοῖρα κάτωθεν αὐτὴ καλέεται μὲν γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ πουλὺ κινοῦν. καὶ ἐν τουτέῳ ἔνι δὴ πουλὺ τοῦ θερμοῦ. ἡ δὲ τρίτη μοῖρα, καὶ τοῦ ἠέρος μέσον χωρίον εἴληφε θερμόν τι ὄν. ἡ δὲ τετάρτη τὴν ἐγγυτάτω πρὸς τῇ γῇ ὑγρότατόν τε καὶ παχύτατον. κυκλεομένων δὲ τουτέων ὅτε συνεταράχθη, ἀπελείφθη τοῦ θερμοῦ πουλὺ ἐν τῇ γῇ ἄλλοθι, τὰ μὲν μεγάλα, τὰ δὲ ἐλάσσω, τὰ δὲ καὶ πάνυ σμικρὰ πλῆθος πολλά. καὶ τῷ χρόνῳ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ξηραινομένης τῆς γῆς, ταῦτα καταληφθέντα περὶ αὐτὰ, σηπεδόνας ποιέει [7] οἷον περὶ χιτῶνας. καὶ πολλῷ χρόνῳ θερμαινόμενον, ὁκόσον μὲν ἐτύγχανεν ἐκ τῆς γαίης σηπεδόνος λιπαρόν τε ἐὸν καὶ ὀλίγιστον τοῦ ὑγροῦ ἔχον, τάχιστα ἐξεκαύθη καὶ ἐγένετο ὀστέα. ὁκόσα δὲ ἐτύγχανε κολλωδέστερα ἐόντα καὶ τοῦ ψυχροῦ μετέχοντα, ταῦτα δὲ θερμαινόμενα οὐκ ἠδύνατο ἐκκαυθῆναι, [8] οὐδὲ μὴν τοῦ ὑγροῦ γενέσθαι. διὰ τοῦτο εἶδος ἀλλοιοτέρην ἔλαβε τῶν ἄλλων, καὶ ἐγένετο νεῦρα στερεά. οὐδὲ γὰρ ἐνῆν τοῦ ψυχροῦ αὐτοῖς. αἱ δὲ φλέβες τοῦ ψυχροῦ εἶχον πουλύ. καὶ τούτου τοῦ ψυχροῦ τὸ μὲν πέριξ, ὅ ἦν κολλωδέστατον, ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἐξοπτηθὲν μῆνιγξ ἐγένετο. [10] τὸ δὲ ψυχρὸν ἐὸν κρατηθὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, διελύθη, καὶ ἐγένετο ὑγρὸν διὰ τοῦτο. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ἡ φάρυγξ, καὶ ὁ στόμαχος καὶ ἡ γαστὴρ, καὶ τὰ ἔντερα ἐς τὸν ἀρχὸν, κοῖλα ἐγένοντο. τοῦ γὰρ ψυχροῦ αἰεὶ θερμαινομένου, τὸ μὲν πέριξ ἐξωπτήθη ὅσον αὐτοῦ κολλῶδες ἦν, καὶ ἐγένετο χιτὼν ὁ περὶ αὐτὸν μῆνιγξ. τὸ δὲ ἐντὸς τοῦ ψυχροῦ, οὐ γὰρ ἦν ἐν αὐτῷ, οὔτε λιπαρὸν, οὔτε κολλῶδες πουλὺ διετάκη καὶ ἐγένετο ὑγρόν. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ἡ κύστις πουλὺ ψυχρὸν ἀπολειφθὲν [11] τὸ πέριξ αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ θερμαινόμενον διελύθη καὶ ἐγένετο ὑγρόν. οὐ γὰρ ἦν ἐν αὐτῷ οὔτε τοῦ λιπαροῦ, οὔτε τοῦ κολλώδεος. ὅ,τι δὲ περιῆν χιτὼν ἐγένετο. ἀτὰρ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅσα κοῖλα τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον. ὅκου μὲν ἦν τοῦ κολλώδεος πλέον ἢ τοῦ λιπαροῦ, χιτὼν, μῆνιγξ ἐγένετο. ὅκου δὲ τοῦ λιπαροῦ πλέον ἢ τοῦ κολλώδεος, ὀστέα ἐγένετο. οὗτος δὲ λόγος καὶ τῶν ὀστέων. ὅκου μὲν μὴ ἐνῆν τοῦ κολλώδεος, τοῦ δὲ λιπαροῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, ἐξεκαίετο θᾶσσον διὰ τὸ λιπαρόν. καὶ ταῦτα τῶν ὀστέων καὶ σκληρότατα [13] καὶ στερεώτατα. ὅκου δὲ λιπαρὸν καὶ κολλῶδες παραπλήσια, ταῦτα δὲ τῶν ὀστέων, σηραγγώδεα. περὶ μὲν τουτέων οὕτως. τὸ μὲν ψυχρὸν, πήγνυσι· τὸ δὲ θερμὸν, διαχέει. [14] ἐν δὲ τῷ πολλῷ καὶ ξηραίνει χρόνῳ. ὅκου δὲ τοῦ λιπαροῦ ξυνῇ τι, τουτέοισι θᾶσσον ἐκκαίει καὶ ξηραίνει. ὅκου δὲ αὖ τὸ κολλῶδες ξυνῇ τῷ ψυχρῷ ἄνευ τοῦ λιπαροῦ, οὐκ ἐθέλει ἐκκαίεσθαι, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ θερμαινόμενον πήγνυται. ὁ δὲ ἐγκέφαλος, ἐστὶ μητρόπολις τοῦ ψυχροῦ καὶ τοῦ κολλώδεος. τὸ δὲ θερμὸν τοῦ λιπαροῦ μητρόπολις. θερμαινόμενον γὰρ τὸ πρῶτον πάντων διαχεόμενον, λιπαρὸν γίνεται, καὶ διὰ τοῦτο ἐγκέφαλος, οἷα ὀλίγιστον ἔχει τοῦ λιπαροῦ, τοῦ δὲ κολλώδεος πλεῖστον, οὐ δύναται ἐκκαυθῆναι ὑπὸ τοῦ θερμοῦ. ἀλλ᾽ ἐν τῷ χρόνῳ χιτῶνα μήνιγγα παχείην ἔλαβεν, περὶ δὲ τὴν μήνιγγα ὀστέα ὅσον τὸ θερμὸν ἐκράτησεν. καὶ ἐν ὅσοισι τοῦ λιπαροῦ ἐνῆν, καὶ ὁ μυελὸς ὁ καλεόμενος νωτιαῖος, καθήκει ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου.

& mors ipſa inde proficiſcitur. Nunc verò ipſe meam ſententiã proferam. Quod calidũ vocamus, id mihi immortale eſſe videtur, cunctaq; intelligere, videre & audire, ſentireq; omnia tum præſentia tum futura. Cuius pars maxima, cùm omnia perturbata eſſet, in ſupremũ ambitum ſeceſſit, quod mihi veteres videntur Æthera appellaſſe. Altera pars locum infimũ ſortita, terra quidem appellatur, frigida & ſicca, multaſq; motiones habens, & in qua multum ſanè calidi ineſt. Tertia verò pars medium aëris locũ nacta eſt, calidum quid exiſtens. Quarta pars terræ proximum locum obtinens, humidiſſima & craſſiſſima. His igitur in orbem agitatis, cùm turbata eſſent, calidi magna pars aliàs in terra relicta eſt, partim quidem magna, partim verò minor, aliàs etiã valdè parua, ſed in multas partes diuiſa. Et temporis ſucceſſu à calido reſiccata terra, iſta in ea tãquam in membranis contenta, circum ſe putredines excitant. Ac longo tempore incaleſcẽs, quod quidẽ ex terræ putredine pinguedinem ſortitũ eſt, & minimum humidi habet, id citiſſimè exuſtum, oſſa produxit. Quæ verò naturam glutinoſiorẽ ſortita ſunt & frigidi cõmunionem habent, ea neq; calefacta exuri potuerunt, neq; etiã humida fieri, ideò formam longè ab aliis diuerſam nacta ſunt, & nerui ſolidi extiterunt, cùm non multùm in iis frigidi ineſſet. At venæ frigidi multũ habebant, cuius pars circumcirca ambiens, & quod erat glutinoſiſſimũ, à calido exaſſatũ, membrana extitit. Quod verò erat frigidũ à calido ſuperatum, diſſolutum eſt, ideoq; humidũ euaſit. Ad eandẽ omnino rationem, fauces, gula, venter, & inteſtina ad podicẽ vſq; caua extiterunt. Frigido enim ſemper incaleſcente, quod in eius ambitu glutinoſum erat exaſſatũ eſt, & ambiẽs membrana tunica euaſit. Quod verò frigidũ intus erat, quoniã in ipſo neq; pingue, neq; glutinoſũ multum inerat, colliquatũ eſt, & humidũ extitit. Eadem quoq; veſicæ ratio fuit frigidũ multũ relictum in eius ambitu, à calido calefactũ & diſſolutũ; humidũ extitit, cum neq; in eo pingue, neq; glutinoſum ineſſet. Quod verò ſuperfuit tunica euaſit. Sed & alia quæ caua ſunt ad eundem habent ſe modum. Vbi enim glutinoſum pingue ſuperauit, membrana in tunicam euaſit. Et vbi pingue ſupra glutinoſum abundauit, oſſa extiterunt. Oſſium verò eadem eſt ratio. Vbi enim glutinoſum minimè inerat, ſed pingue & frigidum abundauit, id celeriter propter pinguedinem exuſtum fuit, oſſaq; duriſſima & maximè ſolida facta ſunt. Vbi verò pingue & glutinoſum ſimili portione reſpondent, hæc oſſa ſunt fiſtuloſa. Ac de his quidem hæc videtur eſſe ratio. Frigidum quidẽ denſat, calidum verò diſſipat, longo etiã interpoſito tẽpore exiccat. Quòd ſi quid pinguedinis affuerit, citius exurit & exiccat. Verùm vbi glutinoſum cum frigido affuerit, citra pinguedinem exuri non ſolet, ſed temporis ſucceſſu incaleſcens condenſatur. At verò cerebrum frigidi & glutinoſi ſedes eſt & matrix, calidum verò pinguedinis ſedes & matrix. Quod enim dum incaleſcit primùm omnium diffunditur, pingue fit. Atq; iccircò cerebrum, quod minimum pinguis, plurimũ verò glutinoſi habeat, à calido exuri nequit, ſed temporis ſpatio tunicam membranam, videlicet craſſam, nactũ eſt, circa membranam verò oſſa, ex eo quod calidũ ſuperauit, & in quo pingue inerat. Medulla etiã, quæ dorſalis appellatur, à cerebro ducitur.

& neq; in ipſa multum pinguis, neq; glutinoſi ineſt, non aliter quàm cerebro eamq; ob cauſam neq; medullæ nomine iure donatur. Neq; enim reliquorum oſſium medullæ ſimilis eſt. cùm ſola membranas habeat, quas alia medulla non habet. Atq; horũ manifeſta ſunt indicia, quòd, ſi quis neruoſa & glutinoſa, itemq; alia aſſare volet, cætera quidem citò aſſentur, neruoſa tamẽ & glutinoſa aſſari nequeant, cùm minimũ pinguedinis habeát, quod verò dulciſſimũ eſt & pingue, celerrimè aſſatur. At verò viſcera hoc modo mihi cõſtare videntur. Et de venis quidẽ antea à nobis dictũ eſt. Cor autem multũ glutinoſi & frigidi obtinet, quod à calido calefactũ, caro dura & viſcida euaſit, ipſumq; membrana inuolutum cauũ factũ eſt, nõ quemadmodũ venæ, & ad venę maximè cauę caput annexũ eſt. Duæ enim ſunt à corde venæ cauæ, & hæc quidẽ arteria, illa verò vena caua nominatur, iuxta quã cor poſitũ habet. Arteria verò calidi plus cõtinet quàm vena caua, & ſpiritus penus eſt. Ac pręter has duas venas, aliæ quoq; in corpore inſunt. Quę autẽ valde caua eſt, & cordi annectitur, ventrẽ totũ & ſeptũ tranſuerſũ peruadit, & in vtrunq; renem & lumbos ſcinditur, tumq; alias in partes, tũ in vtrumq; crus fertur. Quinetiã ſupra cor ad ceruicẽ partim quidem dextra, partim etiã ſiniſtra tendit, moxq; ad caput aſcendit, & in tempora vtraq; ſcinditur. Poſſunt autẽ & maximæ venæ numero recenſeri, ſed vt vno verbo cõprehendã, à vena caua, & ab arteria reliquę venæ in totũ corpus diſperſę ſunt. Sunt autẽ maximè cauæ, quæ ad cor, ceruicẽ, & caput tendunt, & infra cor ad coxendices vſq;. Calidũq; plurimũ in venis & corde ineſt, eamq; ob cauſã ſpiritum cor in ſe continet, quòd ſit omniũ quæ in homine ſunt membrorũ maximè calidũ. Quòd autẽ ſpiritus ſit calidus, facilè intelligas. Cor & venæ cauæ ſemper mouentur, calidũq; plurimũ in venis ineſt, & quia ex omnibus hominis membris cor ſit maximè calidũ, eã ob cauſam ſpiritum attrahit. Id verò & aliter cognoſcas licet. Si quis ignẽ in domo, in qua nullus ventus ſpiret, accendere volet, flãma modò minus, modò magis mouetur. Sed & lucerna accenſa ad eũdẽ modũ, modò magis, modò minus agitatur, nullo, quem quidẽ ſpirare ſentiamus vento mota, frigidumq; calido alimentũ eſt. At verò puer dũ in vtero eſt, compreſſis labris ex matris vtero tũ alimentũ ſugit, tum etiã ſpiritũ, qui in puero calidiſſimus eſt, vbi ſanè mater reſpirat, in cor attrahit. Quinetiã hoc calidũ reliquo corpori & omnibus aliis partib. motũ præbet. Quòd ſi quis roget, vnde hoc quis noſcit, quòd puer in vtero trahat & ſugat, hoc illi reſpõdere licet. Pueri cùm in lucẽ prodeunt, ſtercus in inteſtinis habere cõſpiciuntur, & ſimul ac in lucẽ editi ſunt, tũ homines, tum pecora, id iis per ventrem ſecedit. At qui neq; ſtercus haberet, niſi in vtero ſugeret, neq; vt primum puer natus eſt, vbera ſugere noſſet, niſi in vtero ſuxiſſet. Ac de cordis quidẽ & venarum motione, ad hunc ſe res habet modum. Pulmo autem iuxta cor ſic extitit. Quod in humido glutinoſiſſimum erat, cor calefaciens, celeriter exiccauit, veluti ſpumam, & fiſtuloſum reddidit, multiſque venulis reſperſit. At venulas eam ob cauſam cõdidit. Quod in glutinoſo inerat frigidi, id ipſum à calido colliquatum, humidũ eſt redditũ,

καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ τοῦ λιπαροῦ ἢ τοῦ κολλώδεος πουλύ, ὥσπερ καὶ τῷ ἐγκεφάλῳ. διὰ τοῦτο οὐκ ἂν δικαίως καὶ αὐτῷ εἴη μυελὸς οὔνομα. οὐ γὰρ ὁμοίως τῷ ἄλλῳ μυελῷ ὡς ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν ὀστέοισιν ἐστί. μοῦνος γὰρ μήνιγγας ἔχει, ὁ δ᾽ ἄλλος οὐκ ἔχει. τεκμήρια δὲ τουτέων σαφέα, εἴ τις ἐθέλοι ὀπτᾶν νευρώδεά τε καὶ κολλώδεα, καὶ τὰ ἄλλα δὲ τὰ μὲν ἄλλα ταχὺ ὀπτᾶται· τὰ δὲ νευρώδεά τε καὶ κολλώδεα οὐκ ἐθέλει ὀπτᾶσθαι. ἐλάχιστον γὰρ ἔχει τοῦ λιπαροῦ. [17] τὸ δὲ πιότατον καὶ λιπαρὸν τάχιστα ὀπτᾶται. τὰ δὲ σπλάγχνα ὧδέ μοι δοκεῖ ξυστῆναι. περὶ μὲν οὖν τῶν φλεβῶν εἴρηταί μοι πρότερον. ἡ δὲ καρδίη πουλὺ τοῦ κολλώδεος καὶ τοῦ ψυχροῦ ἔχει. καὶ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ θερμαινόμενον, κρέας ἐγένετο σκληρὸν καὶ γλίσχρον. καὶ μήνιγξ περὶ αὐτήν. καὶ ἐκοιλώθη, οὐχ ὥσπερ φλέβες καὶ ἔστιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῆς φλεβὸς τῆς κοιλοτάτης. δύο γάρ εἰσι κοῖλαι φλέβες ἀπὸ τῆς καρδίης. τῇ μὲν ὄνομα ἀρτηρίη. τῇ δὲ κοίλη φλέψ. πρὸς ᾗ ἡ καρδίη ἐστί. καὶ πλεῖστον ἔχει τοῦ θερμοῦ ἡ ἀρτηρίη ἢ ἡ κοίλη φλέψ. καὶ ταμιεύει τὸ πνεῦμα. πρὸς δὲ ταύτῃσι τῇσι φλεψὶν ἄλλαι κατὰ τὸ σῶμα. ἡ δὲ κοιλοτάτη φλέψ πρὸς ᾗ ἡ καρδίη διὰ τῆς κοιλίης ἁπάσης διήκει καὶ διὰ τῶν φρενῶν. καὶ σχίζεται ἐς ἑκάτερον τῶν νεφρῶν. καὶ ἐπὶ τῇ ὀσφύϊ σχίζεται καὶ ἀΐσσει ἐπί τε τὰ ἄλλα, καὶ ἐς ἑκάτερον σκέλος. ἀτὰρ καὶ ἄνωθεν τῆς καρδίης πρὸς τῷ αὐχένι. τὰ μὲν ἐπὶ δεξιά. τὰ δὲ ἐπ᾽ ἀριστερά. καὶ τότε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἄγει, καὶ ἐν τοῖς κροτάφοισι σχίζεται ἑκατέρη. ἔστι δὲ καὶ ἀριθμῷ εἰπεῖν τὰς φλέβας τὰς μεγίστας. ἑνὶ δὲ λόγῳ ἀπὸ τῆς κοίλης φλεβός, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρτηρίης ἄλλαι φλέβες ἐσκεδασμέναι εἰσὶ κατὰ πᾶν τὸ σῶμα. κοιλόταται δὲ γὰρ αἱ πρὸς τῇ καρδίῃ καὶ τῷ αὐχένι καὶ τῇ κεφαλῇ. καὶ κάτωθεν τῆς καρδίης μέχρι τῶν ἰσχίων. καὶ τὸ θερμὸν πλεῖστον [18] ἐν τῇσι φλεψὶ καὶ τῇ καρδίῃ. καὶ διὰ τοῦτο πνεῦμα ἡ καρδίη ἔχει θερμοτάτη ἐοῦσα μάλιστα τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ῥηΐδιον δὲ τοῦτο καταμαθεῖν, ὅτι θερμόν ἐστι τὸ πνεῦμα. ἡ καρδίη καὶ αἱ κοῖλαι φλέβες κινέονται αἰεί, καὶ τὸ θερμότατον πλεῖστόν ἐστιν ἐν τῇσι φλεψίν. καὶ διὰ τοῦτο πνεῦμα ἡ καρδίη ἕλκει θερμοτάτη ἐοῦσα μάλιστα τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ἔστι δὲ καὶ ἄλλως γνῶναι. [19] πῦρ εἴ τις θέλει καίειν ἐν οἰκήματι ὅκου μὴ ἄνεμος μὴ εἰσπνέῃ, φλὸξ κινέεται, τοτὲ μὲν μᾶλλον, τοτὲ δὲ ἧσσον. [20] καὶ λύχνος καιόμενος τὸν αὐτὸν τρόπον κινέεται. τοτὲ μὲν μᾶλλον, τοτὲ δὲ ἧσσον, ἀνέμου οὐδενὸς κινέοντος, ὅντινα καὶ ἡμεῖς εἰσί τε ἐσθλὴν γινώσκειν πνέοντα, καὶ τροφή ἐστι τῷ θερμῷ τὸ ψυχρόν. [21] τὸ δὲ παιδίον ἐν τῇ γαστρὶ συνέχον τὰ χείλεα μύζει ἐκ τῶν μητρέων τῆς μήτρης, καὶ ἕλκει τήν τε τροφήν, καὶ τὸ πνεῦμα τῇ καρδίῃ εἴσω. τοῦτο γὰρ θερμότατόν ἐστιν ἐν τῷ παιδίῳ, ὁτόταν περ ἡ μήτηρ ἀναπνέῃ. τοῦτο δὲ καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι τὴν κίνησιν παρέχει τὸ θερμόν, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν. εἰ δέ τις ἐρωτῴη πῶς τοῦτο οἶδέ τις, ὅτι ἐν τῇ μήτρῃ τὸ παιδίον ἕλκει καὶ μύζει. [22] τάδε αὐτῷ ἐστιν ἀποκρίνασθαι. κόπρον ἔχοντα ἐν τοῖσιν ἐντέροισιν γίνεται, καὶ ἀποπατέει ἐπειδὰν γένηται τάχιστα καὶ οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ πρόβατα. [23] καίτοι οὐκ ἂν εἶχε κόπρον εἰ μὴ ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐμύζεν. οὐδ᾽ ἂν θηλάζειν τὸν μαζὸν ἠπίστατο γενόμενον αὐτίκα, εἰ μὴ καὶ ἐν τῇ μήτρῃ ἐμύζε. καὶ περὶ μὲν τῆς κινήσιος τῆς καρδίης καὶ τῶν φλεβῶν οὕτως ἔχει. ὁ δὲ πνεύμων πρὸς τῇ καρδίῃ ἐγένετο ὧδε. τοῦ ὑγροῦ ὁκόσον ἦν κολλωδέστατον ἡ καρδίη θερμαίνουσα, ταχὺ ἐξήρανεν, ὅκως περ ἀφρόν. καὶ ἐποίησεν σηραγγώδεα καὶ φλέβια πολλὰ ἐν αὐτῷ. διὰ δὲ τοῦτο ἐποίησε τὰ φλέβια. ὁκόσον ἐν τῷ κολλώδει ἐνῆν ψυχρόν, τοῦτο μὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ διετάκη, καὶ ἐγένετο ὑγρόν.

δὲ ἀπὸ τοῦ κολλώδεος, αὐτὸς ὁ χιτών. τὸ δὲ ἧπαρ ὧδε ξυνέστη. ξὺν τῷ θερμῷ [14] πουλὺ τοῦ ὑγροῦ ἀποληφθὲν ἄνευ τοῦ κολλώδεος καὶ τοῦ λιπαροῦ, ἐκράτησε τὸ ψυχρὸν τοῦ θερμοῦ καὶ ἐπάγη. τεκμήριον δέ μοι τόδε. ὁκόταν σφάξῃ τις ἱερεῖον, τέως μὲν ἂν θερμὸν ᾖ, ὑγρόν ἐστι τὸ αἷμα. ἐπειδὰν δὲ ψυχθῇ, ἐπάγη. ἢν δέ τις αὐτὸ τινάσσῃ, οὐ πήγνυται. αἱ γὰρ ἶνες εἰσὶ ψυχραὶ καὶ κολλώδεες. ὁ δὲ σπλὴν ξυνέστη ὧδε. σὺν τῷ θερμῷ καὶ κολλώδει, καὶ τοῦ θερμοῦ πλεῖστον, τοῦ δὲ ψυχροῦ ἐλάχιστον, τοσοῦτον μόνον, ὁκόσον πῆξαι τὸ κολλῶδες αὐτό. ὅ εἰσιν αἱ ἶνες αἱ ἐνοῦσαι ἐν τῷ σπληνί. καὶ διὰ τὰς ἶνας ταύτας, μαλακός ἐστιν ὁ σπλὴν καὶ ἰνώδης. οἱ δὲ νεφροί, ξυνέστησαν ὧδε. ὀλίγον τοῦ κολλώδεος, τοῦ θερμοῦ ὀλίγον. τοῦ ψυχροῦ πλεῖστον, καὶ ἐπάγη ὑπὸ τούτου καὶ ἐγένετο σκληρότατον τῶν σπλάγχνων, καὶ ἥκιστα ἐρυθρόν, ὅτι οὐ πουλὺ τοῦ θερμοῦ ξυνέστη. ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῆς σαρκός. τὸ μὲν ψυχρὸν ἔστησε καὶ ξυνέπηξε καὶ ἐποίησε σάρκα. τὸ δὲ κολλῶδες, τρώγλαι ἐγένοντο. [15] ἐν δὲ τῇσι τρώγλῃσι ταύτῃσι τὸ ὑγρόν, ὥσπερ καὶ ἐν τῇσι φλεψὶ τῇσι μεγάλῃσι. τὸ δὲ θερμὸν ἐν παντὶ τῷ σώματι, [16] πλεῖστον δὲ τῷ σώματι· [17] καὶ τὸ ψυχρὸν πουλὺ ἐν τῷ ὑγρῷ. τοσοῦτον δέ ἐστι τοῦ ψυχροῦ, [18] ὁκόσον δύναται πῆξαι τὸ ὑγρόν· ἀλλὰ νενίκηται ὥστε διακέχυται ὑπὸ τοῦ θερμοῦ. ἡ δὲ ἀπόδειξις τοῦ ὑγροῦ ὅτι θερμόν ἐστιν. εἴ τις ἐθέλοι ταμεῖν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ σώματος ὁκοῖον ἐθέλοι, ῥεύσεται αἷμα θερμόν. καὶ τέως μὲν ἂν θερμὸν ᾖ, ὑγρὸν ἔσται. ἐπειδὰν δὲ ψυχθῇ ὑπό τε τοῦ ἐνεόντος ψυχροῦ, καὶ τοῦ ἐκτὸς ἐγένετο δέρμα καὶ ὑμήν. καὶ εἴ τις ἀφελὼν τοῦτο τὸ δέρμα, ἐάσειε ὀλίγον χρόνον, ὄψεται ἄλλο δέρμα γινόμενον, εἰ δέ τις τοῦτο αἰεὶ ἀφαιρέοι, ἄλλο δέρμα γίνεται ἂν πρὸς τοῦ ψυχροῦ. τούτου δὲ εἵνεκα πλείω ἔλεξα τὴν ἀπόδειξιν, ὅτι τὸ ἔσχατον τοῦ σώματος πρὸς τὸν ἠέρα ἀναγκαίως ἔχει δέρμα γενέσθαι ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ καὶ τῶν πνευμάτων προσβαλλόντων. τὰ δὲ ἄρθρα ὧδε ἐγένετο. ὅτε τὰ ὀστέα ξυνίστατο, ὁκόσα μὲν αὐτέων λιπαρὰ ἦν, τάχιστα ἐξεκαύθη, ὥσπερ πρόσθεν λέλεκται ἐν τῷ προτέρῳ λόγῳ. ὁκόσον δὲ αὐτέων κολλῶδες ἦν, τοῦτο δὲ οὐκ ἠδύνατο ἐκκαυθῆναι, ἀλλὰ μεταξὺ ἀποληφθὲν τοῦ καιομένου ξηραινομένου ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, νεῦρα καὶ σίαλον ἐγένετο. τὸ δὲ σίαλον, ὁκόσον τοῦ κολλώδεος ὑγρότατον ἦν, τόδε θερμαινόμενον, παχύτερον ἐγένετο ὑγρὸν ἐόν· καὶ ἀπὸ τούτου σίαλον ἐγένετο. οἱ δὲ ὄνυχες, ἀπὸ τουτέου ἐγένοντο τοῦ κολλώδεος. ἀπὸ γὰρ τῶν ὀστέων καὶ τῶν ἄρθρων αἰεὶ [20] τὸ ὑγρότατον αὐτέων ἄπεισι κολλῶδες ἐόν, καὶ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ ξηραινόμενον καὶ ἐξαυαινόμενον θύραζε εἰς ὄνυχας. οἱ δὲ ὀδόντες ὕστερον γίνονται, διὰ τάδε. ἀπὸ τῶν ὀστέων τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τοῖν γνάθοιν ἡ αὔξησις γίνεται τοῦ κολλώδεος [21] τοῦ λιπαροῦ. τὸ ἐνεὸν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ξηραινόμενον ἐκκαίεται, καὶ γίνονται ὀδόντες σκληρότεροι τῶν ἄλλων ὀστέων, ὅτι οὐκ ἔστι τοῦ ψυχροῦ. καὶ οἱ μὲν πρῶτοι ὀδόντες φύονται ἀπὸ τῆς διαίτης ἐν τῇ μήτρῃ· καὶ ἐπειδὰν γένηται, ἀπὸ τοῦ γάλακτος θηλάζοντι τῷ παιδίῳ. ἐπειδὰν δὲ οὗτοι ἐκπίπτωσιν ἀπὸ τῶν σιτίων καὶ τῶν ποτῶν. ἐκπίπτουσι δὲ ἐπειδὰν ἑπτὰ ἔτεα εἴη τῆς πρώτης τροφῆς, ἔστι δὲ καὶ οἷς πρότερον ἢν ἀπὸ νοσερῆς τροφῆς φύωσιν. τοῖς δὲ πλείστοισιν, ἐπειδὰν ἑπτὰ ἔτεα γένηται. οἱ δὲ μετεκφύντες συγκαταγηράσκουσιν, ἢν μὴ ὑπὸ νούσου διαφθαρῶσι. διὰ δὲ τοῦτο φύονται οἱ ὀδόντες ὕστερον τῶν ἄλλων. [22] ἐν τῇ γνάθῳ φλέβες εἰσί, καὶ ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ μούνῃσι τῶν ὀστέων, αὗται τὴν τροφὴν παρέχουσι τῷ ὀστέῳ·

quod verò glutinoſi fuit reliquum, in ipſam tunicam abiit. Iecur verò hunc in modum cōſtitutum eſt. Humido multo cū calido relicto, abſq; glutinoſo & pingui, frigidum ſuperauit calidum, & cōdenſatum eſt. Cuius rei hoc à me proponitur argumentum. Cùm quis victimam iugulat, quandiu ſanguis calidus eſt, liquidus etiā manet, vbi verò perfrixit, cōcreſcit. Quòd ſi quis ipſum agitet, minimè concreſcit, quòd fibræ nimirum glutinoſæ ſint & frigidæ. At lien hunc in modum cōſtitutus eſt. Cū calido & glutinoſo, calidi quidem plurimum, frigidi verò minimum remanſit, quātum ſcilicet ipſum glutinoſum cogat, quod fibræ ipſæ in liene exiſtentes cōſtituunt, propter quas mollis & fibroſus ipſe redditur. At renes hoc modo cōpacti ſunt. Glutinoſi parum, parumq; calidi à plurimo frigido cōdenſatum eſt, & viſcus duriſſimum extitit, & minimum rubrum, quòd nō multum calidi ſimul coierit. Eadē quoq; de carnibus ratio eſt, frigidū quidē carnem cōſtituit, cōdenſauit & fecit, glutinoſum autē in foramina abiit, in quibus, velut in magnis venis, humidum ineſt. Calor per vniuerſum corpus ſpargitur, iſq; plurimus in corpore ineſt, & multum frigidi in humido, nimirum quantum humidum cōdēſare queat, verùm à calore ſuperatum ab eo diffunditur. Quòd autē humidum ſit calidum, ſic oſtenditur. Si quis corporis humani particulā quamcunq; volet, ſecet, ſanguis calidus effluet, & quamdiu quidem calidus fuerit, liquidus erit. Vbi verò, tum ab inſito, tū ab externo frigido perfrixerit, pellicula & membrana obducitur. Qua detracta, ſi quis pauco tempore ſinat, aliam enatam pelliculam videbit, eamq; ſi quis ſemper auferat, alia à frigido pellicula producetur. Sed huius rei gratia longior ſum, vt oſtendam corporis ſummum aëri obuerſum, à frigido & ventis ingruentibus neceſſariò pelliculā contrahere. Articuli verò hunc in modum producti ſunt. Quando oſſa cōſtituta ſunt, quod quidem in his pingue fuit, celerrimè exuſtum eſt, quemadmodum ſuperiore oratione à nobis dictum fuit. Quod autem ex his glutinoſum erat, id cùm peruri nequiret, medio loco inter vſtum & exiccatum comprehenſum, à calido in neruos & mucum tranſiit. In mucum verò, quatenus quod ex glutinoſo humidiſſimum erat, calefactum craſſius euaſit, cùm humidum eſſet, indeq; mucus extitit. Ex hoc ipſo autem glutinoſo vngues producti ſunt. Quod enim in eo maximè eſt humidum, ab oſſibus & articulis ſemper in vngues foras ſecedit, & à calore exiccatum & arefactum glutinoſum redditur. Dentes autem poſtremi iſtam ob cauſam gignuntur. Ex capitis & maxillarum oſſibus glutinoſo incrementum accedit, & pingue quod ineſt, à calido exiccatum exuritur, & dentes fiunt reliquis oſſibus duriores, quoniā nihil frigidi ineſt. Ac primi quidem dentes ex victus ratione in vtero naſcuntur, & vbi lucem editus eſt puer, ex lacte, dum mammam ſugit. Cùm verò hi exciderint, ex cibo & potu. Excidunt autem, vbi ad primi alimenti annos deuenerint, quibuſdam etiam prius, ſi ex morbido alimento pullularint, plurimis verò cùm ad annos ſeptē peruenerint. At qui poſtea naſcuntur, ad ſenectutem vſque remanent, niſi ex morbo corrumpantur. Iſtam verò ob cauſam dentes reliquis partibus tardius oriuntur. In maxilla venæ ſunt, eæque huic oſſi inter omnia oſſa ex ventre inferiore alimentum exhibent,

Oſſa autem qualia quidem ſunt, tale dant incrementum, vt & reliqua omnia tale exhibent incrementũ, qualia ipſa exiſtunt. Venæ enim quæ per ventrem & inteſtina feruntur, in quibus cibi & potus coaceruãtur, vbi hi incaluerint, id quod eſt tenuiſſimũ & humidiſſimum attrahunt, craſſiſſimum autẽ iſthic relictum, in inferiorib⁹ inteſtinis in ſtercus abit. Tenuiſſimum, inquam, venæ trahunt ex ventre & inteſtinis quæ ſupra ieiunum ſunt, vbi cibi incaluerint. Qui ſuperato ieiuno in inferiora inteſtina collecti, in ſtercus abeunt. At poſtquam alimentum eò peruenerit, vnumquodq; eam quam habuerat formã cuiq; reddit. Irrigata namq; alimento ſingula incrementũ accipiunt, calidum, frigidum, glutinoſum, pingue, dulce, amarum, & oſſa, & reliqua omnia quæ in homine inſunt. Ideoq; poſterius dentes producuntur. Dictum autem à me etiam eſt antea, maxillas ſolas inter oſſa venas in ſeſe habere, vt proinde copioſius ad eas alimentũ, quàm ad reliqua oſſa trahatur. Et quæ copioſius habent alimentũ & vberiorẽ affluxum, ex tale ex ſe incrementum pariunt, qualia ſanè ipſa exiſtunt, quandiu homo ad integritatẽ increſcit. Increſcit autem vbi conſpicuò adoleſcere cernitur, quod præcipuè à ſeptennio ad decimumquartũ annum apparet. Quo tempore tum maximi, tum cæteri omnes dentes producuntur, poſtquã exciderint, qui ab alimento ex vtero orti ſunt. Increſcit autem & ad tertium annorum ſeptenariũ, in quo adoleſcens euadit, ad quartum vſq; & quintum ſeptenarium. Quinetiam hominibus pleriſq; quarto ſeptenario duo dentes enaſcuntur, qui moderatores nominantur. Capilli autem ad hunc modũ oriuntur. Ab oſſibus & cerebro eiuſmodi incrementum prouenit, ab eo videlicet glutinoſo, quod circumcirca exiſtit, in quo pinguis nihil ineſt, quemadmodum & neruis accidit. Si quid enim pinguis ineſſet, à calido exuſtum eſſet. Ac fortaſſis mirũ aliquem ſubeat, cur in axillis & pube, & reliquo corpore pili multi ſuccreſcant. Cuius rei hæc eſt ratio, quòd vbicunq; in corpore glutinoſum exiſtit, ibi pili à calore gignuntur. Hanc verò ob cauſam auditio fit: Aurium foramina ad os durum & ſiccum lapidi ſimile perueniunt, cui cauitas fiſtuloſa addita eſt. Soni autem in durum impingunt, & os cauum per ipſum durum inſonat. Pellicula verò in ipſo meatu auditorio iuxta os durum tenuis eſt, ad inſtar telæ aranei, præ reliquis pelliculis ſicciſſima. Quod autem ſicciſſimum eſt, id ad ſonum cõcipiendum maximè facere, multis argumentis comprobari poteſt. Cùm ergo plurimum reſonat, tum maximè audimus. Etſi nonnulli naturæ hiſtoriam ſcriptis mandantes, cerebrum ipſum ſonum facere dixerunt, quod tamen nullo modo fieri poteſt. Cerebrum enim ipſum humidum eſt, & ipſum ambiens membrana humida & craſſa, eámque oſſa circundant. Atqui nullum humidum ſonum facit, ſed quæ ſicca ſunt. Quæ verò reſonant, auditionem faciunt. At verò cerebrum odorandi facultatem habet, cùm humidum exiſtat, aridorum odorem cum aëre per cartilaginoſa corpora, quæ ſicca ſunt, attrahens. Cerebrũ enim ad naſi cauitatem progreditur, hacq; parte nullũ ei os obtenditur, ſed mollis cartilago ſpongiæ inſtar, quam neque carnem, neq; os appellare queas. Et cùm quidem nariũ caua ſicca fuerint, ipſũ per ſe exquiſitè magis rerum ſiccarũ odorẽ percipit. Neq; enim aquã olfacit,

τὰ δὲ ὀστέα τοιαύτην αὔξησιν ὁποῖά περ ἐστὶν, καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα, τοιαύτην ἀποδιδῶσιν αὔξησιν, ὁποῖα αὐτά ἐστιν. [14] καὶ γὰρ αἱ φλέβες αἱ ἐκ τῆς νηδύος τῶν ἐντέρων, εἰς ἃ συλλέγεται τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ, ἐπειδὰν θερμανθῇ ταῦτα, ἕλκουσι τὸ λεπτότατον καὶ τὸ ὑγρότατον. [15] τὸ δὲ παχύτατον αὐτέου καταλείπεται, καὶ γίνεται κόπρος ἐν τοῖσιν ἐντέροισι τοῖσι κάτω. τὸ δὲ λεπτότατον αἱ φλέβες ἕλκουσιν ἐκ τῆς νηδύος [16] καὶ τῶν ἐντέρων τῶν ἄνωθεν τῆς νήστιος θερμαινομένων τῶν σιτίων. ἐπὴν δὲ περήσῃ τὴν νῆστιν ἐς τὰ κάτω ἔντερα ξυνεστράφη καὶ κόπρος ἐγένετο. ἡ δὲ τροφὴ ἐπειδὰν ἀφίκηται ἕκαστον, τοιαύτην ἀπέδωκε τὴν ἰδέην ἑκάστου ὁκοία περ ἦν. ἀρδόμενα γὰρ ὑπὸ τῆς τροφῆς αὔξεται ἕκαστα, τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ κολλῶδες, καὶ τὸ λιπαρὸν, καὶ τὸ γλυκὺ, καὶ τὸ πικρὸν, καὶ τὰ ὀστέα, καὶ τὰ ἄλλα ξύμπαντα, ὁκόσα ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐστί. διὰ τοῦτο ὕστερον οἱ ὀδόντες φύονται. εἴρηται δέ μοι καὶ πρότερον ὅτι μοῦναι τῶν ὀστέων αἱ γνάθοι φλέβας ἔχουσιν αὐταὶ ἐν ἑωυτῇσι. καὶ διὰ τοῦτο τροφὴ ἕλκεται πλείων ἢ ἐς τὰ ἄλλα ὀστέα. [17] καὶ πλέονα τὴν τροφὴν ἔχοντα καὶ ἀθροωτέρην τὴν ἐπιρροὴν ἀπολύκτει αὔξησιν αὐτὰ ἀφ᾽ ἑωυτέων τοιαύτην, οἷά περ ἐστὶν αὐτὰ ἕως ἂν περ καὶ ἄνθρωπος ὅλος αὐξάνηται. αὐξάνεται δὲ, ἐπὴν ἤδη ἐπίδηλος. ἐπίδηλος δὲ μάλιστα γίνεται ἀπὸ ἑπταετέος μέχρι τεσσαρεσκαιδεκαέτεος. καὶ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, οἵ τε μέγιστοι τῶν ὀδόντων φύονται καὶ ἄλλοι πάντες, ἐπὴν ἐκπέσωσιν, οἱ ἐγένοντο ἀπὸ τῆς τροφῆς τῆς ἐν τῇ μήτρῃ. αὐξάνεται δὲ καὶ ἐς τὴν τρίτην ἑβδομάδα, [18] ἐν ᾗ νεηνίσκος γίνεται, μέχρι τεσσάρων καὶ πέντε ἑβδομάδων. καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ δὲ ἑβδομάδι ὀδόντες φύονται δύο τοῖσι πλείστοισι τῶν ἀνθρώπων. [19] οὗτοι καλέονται σωφρονιστῆρες. αἱ δὲ τρίχες φύονται ὧδε. ὀστέα εἰσὶ καὶ ἐγκέφαλος, ἀφ᾽ ὧν ἡ τοιαύτη αὔξησις, ὅτι τοῦ περιξ κολλώδεος, ὅπως περ τοῖσι νεύροισι, καὶ τοῦ λιπαροῦ οὐκ ἔνεστιν. εἰ γὰρ ἐνῆν τοῦ λιπαροῦ, ἐξεκαίετο ἂν ἐκ τοῦ θερμοῦ. τάχα δὴ θαυμάσειεν ἄν τις ὅτι καὶ ἐν τῇσι μασχάλῃσι [40] καὶ ἐν τῷ ἐπισείῳ τρίχες πολλαὶ ἐν τῷ σώματι πάντῃ εἰσίν. [41] εἰσὶν ἐπὶ λόγος περὶ τουτέου. ὅπου τυγχάνει τοῦ σώματος τὸ κολλῶδες ἐὸν, ἐν τούτῳ αἱ τρίχες γίνονται ὑπὸ τοῦ θερμοῦ. ἀκούει δὲ διὰ τόδε. τὰ τρήματα τῶν ὠτῶν προσήκει πρὸς ὀστέον σκληρόν τε καὶ ξηρὸν ὅμοιον λίθῳ. τούτῳ δὲ πέφυκε πρὸς ὀστέον κοίλωσις σηραγγώδης. οἱ δὲ ψόφοι, ἀπερείδονται πρὸς τὸ σκληρόν. τὸ δὲ ὀστέον τὸ κοῖλον ἐπηχεῖ διὰ τοῦ σκληροῦ. τὸ δέρμα τὸ πρὸς τῇ ἀκοῇ πρὸς τῷ ὀστέῳ τῷ σκληρῷ λεπτόν ἐστιν ὥσπερ ἀράχνιον, ξηρότατον τοῦ ἄλλου δέρματος. τεκμήρια δὲ πολλὰ, ὅτι ξηρότατον ἠχεῖ μάλιστα. ὅταν δὲ μέγιστον ἠχήσῃ τότε μάλιστα ἀκούομεν. εἰσὶ τινες, οἳ ἔλεξαν φύσιν ξυγγράφοντες, ὅτι ὁ ἐγκέφαλός ἐστιν ὁ ἠχέων. τοῦτο δὲ οὐκ ἂν γένοιτο. αὐτός τε γὰρ ὁ ἐγκέφαλος ὑγρός ἐστι καὶ μῆνιγξ περὶ αὐτόν ἐστιν ὑγρὴ καὶ παχείη καὶ περὶ τὴν μήνιγγα ὀστέα. οὐδὲν οὖν τῶν ὑγρῶν ἠχεῖ, ἀλλὰ ξηρά. τὰ δὲ ἠχέοντα, ἀκοὴν ποιεῖ. ὀσφραίνεται δὲ ὁ ἐγκέφαλος ὑγρὸς ἐὼν αὐτὸς, τῶν ξηρῶν ἕλκων τὴν ὀδμὴν ξὺν τῷ ἠέρι [42] διὰ τῶν βρογχίων ξηρῶν ἐόντων. προήκει γὰρ ὁ ἐγκέφαλος τῆς ῥινὸς ἐς τὰ κοῖλα. καὶ ταύτῃ αὐτῷ οὐκ ἔστιν ἐπιπροσθεν ὀστέον οὐδὲν, ἀλλὰ χόνδριον μαλακὸν ὥσπερ σπόγγος, οὔτε κρέας, οὔτε ὀστέον. καὶ ὅταν μὲν ξηρὰ ᾖ τὰ κοῖλα τῆς ῥινὸς, ὀσμᾶσθαι τῶν ξηροτέρων αὐτὸς ἑωυτοῦ ἀκριβέστερός ἐστι. ὕδατος γὰρ οὐκ ὀδμᾶται

ὑγρο-

ὑγρότερον γάρ ἐστι τοῦ ἐγκεφάλου ἐὰν μὴ σαπῇ· σηπόμενον γὰρ τὸ ὕδωρ, παχύτερον γίνεται καὶ τὰ ἄλλα πάντα. ὁκόταν δὲ ὑγρανθέωσιν αἱ ῥῖνες [43] οὐ δύνανται ὀσφραίνεσθαι. οὐ γὰρ τὸν ἠέρα ἕλκει αὐτὸς πρὸς ἑωυτόν. ταύτῃ δὲ [44] καὶ ὅταν ἀποτήκηται ὁ ἐγκέφαλος πλεῖστον αὐτὸς ἀφ' ἑωυτοῦ ἐς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν φάρυγγα, καὶ τὸν πλεύμονα, καὶ ἐς τὴν ἄλλην κοιλίην, γινώσκουσιν οἱ ἄνθρωποι καὶ φασὶ καταῤῥέειν ἐκ τῆς κεφαλῆς. καταῤῥέει δὲ καὶ ἐς τὸ ἄλλο σῶμα. [45] καὶ ἔστι σὺν τῷ θερμῷ. ὁρῇ δὲ διὰ τοῦτο. ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου τῆς μήνιγγος φλὲψ καθήκει ἐς τὸν ὀφθαλμὸν [46] διὰ τοῦ ὀστέου ἑκάτερον. διὰ ταύτην τῶν φλεβῶν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου διηθέεται τὸ λεπτότατον τοῦ κολλωδεστάτου. [47] καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸ περὶ αὐτὸ δέρμα ποιέει τοιοῦτον, οἷόν περ αὐτό ἐστι τὸ διαφανὲς τοῦ ὀφθαλμοῦ τὸ πρὸς τὸν ἠέρα πρὸς ὃ προσβάλλει τὰ πνεύματα, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὥσπερ περὶ τοῦ ἄλλου δέρματος ἔλεξα. πολλὰ δὲ ταῦτ' ἐστὶ τὰ δέρματα, [48] πρὸ τοῦ ὁρέοντος διαφανέος, ὁκοῖόν περ αὐτό ἐστιν. τούτῳ γὰρ τῷ διαφανεῖ ἀνταυγέει τὸ φῶς καὶ τὰ λαμπρὰ πάντα. τούτῳ οὖν ὁρῇ τῷ ἀνταυγέοντι. ὅτι δὲ μὴ λαμπρόν ἐστι, [49] μηδὲ ἀνταυγῇ, τούτῳ οὐχ ὁρῇ. τὸ δὲ ἄλλο τὸ περὶ τὸν ὀφθαλμὸν λευκὸν κρέας ἐστίν. ἡ δὲ κόρη καλεομένη τοῦ ὀφθαλμοῦ μέλαν φαίνεται διὰ τοῦτο, ὅτι ἐν βάθει ἐστὶ, καὶ χιτῶνες περὶ αὐτὸ εἰσὶ μέλανες. χιτῶνα δὲ καλέομεν, τὸ ἐὸν ὥσπερ δέρμα. ἔστι δὲ οὐ μέλαν ὄψει, ἀλλὰ λευκὸν διαφανές. τὸ δὲ ὑγρὸν, κολλῶδες. πολλάκις γὰρ ὀπώπαμεν ἐπιῤῥαγέντος ὀφθαλμοῦ ἐξιὸν ὑγρὸν, κολλῶδες. καὶ ἕως μὲν ἔτι θερμὸν, ὑγρόν ἐστι. ἐπειδὰν δὲ ψυχθῇ, ἐγένετο ξηρὸν, ὥσπερ λιβανωτὸς διαφανής· καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν θηρίων ὅμοιόν ἐστι. τὸν δὲ ὀφθαλμὸν ἀνιᾷ πάντα ὅτι ἂν ἐμπέσῃ, καὶ τὰ πνεύματα προσβάλλοντα, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα λαμπρότερα ἢ κατ' αὐτόν ἐστι. [50] καὶ ἐάν τις ἐκκρίσει διὰ τόδε, ὅτι ὁμόχροιά ἐστιν. ὥσπερ τὸ στόμα καὶ ἡ γλῶσσα, καὶ ἡ ἄλλη κοιλίη, ἔνυγρά ἐστιν. διαλέγεται δὲ [51] διὰ τὸ πνεῦμα ἕλκων εἴσω πᾶν τὸ σῶμα. τὸ πλεῖστον δὲ ἐς τὰ κοῖλα αὐτὸς ἑωυτῷ. αὐτὸ δὲ θύραζε ὠθεόμενον διὰ τὸ κενὸν ψόφον ποιέει. ἡ κεφαλὴ γὰρ ἐπηχεῖ· ἡ δὲ γλῶσσα ἀρθροῖ προσβάλλουσα ἐν τῷ φάρυγγι ἀποφράσσουσα, καὶ προσβάλλουσα πρὸς τὸν οὐρανὸν καὶ πρὸς τοὺς ὀδόντας ποιέει σαφηνίζειν. ἢν δὲ μὴ ἡ γλῶσσα ἀρθροῖ προσβάλλουσα ἑκάστοτε, οὐκ ἂν σαφέως διαλέγοιτο, ἀλλ' ἢ ἕκαστα φύσει τὰ μονόφωνα. τεκμήριον δὲ ἐστι τουτέῳ, [52] οἱ κωφοὶ οἱ ἐκ γενεῆς, οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι· ἀλλὰ τὰ μονόφωνα μοῦνον φωνέουσιν. [53] οὐδ' εἴ τις τὸ πνεῦμα ἐκπνεύσας πειρῷτο διαλέγεσθαι. δῆλον δὲ τόδε. οἱ ἄνθρωποι ὁκόταν βούλωνται μέγα φωνῆσαι, ἕλκοντες τὸ πνεῦμα τὸ ἔξω, ὠθέουσι θύραζε, καὶ φθέγγονται μέγα ὡς ἂν τύχῃ τὸ πνεῦμα. ἔπειτα δὲ καταλαμβάνεται τὸ φθέγμα. καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ, ὁκόταν δέῃ αὐτοὺς μακροφωνέειν, ἐπ' ἄκρον ἕλκουσιν τὸ πνεῦμα εἴσω [54] πουλὺ ἐκλείπουσι τὴν ἐκφορὰν, καὶ φωνοῦσι καὶ φθέγγονται μέγα ὡς ἂν τέχωσιν τὸ πνεῦμα τι. ἐπὴν δὲ τὸ πνεῦμα ἐπιλίπῃ, καταπαύονται. τουτέοισι δῆλον ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ φθεγγόμενον. εἶδον δὲ ἤδη οἳ σφάξαντες ἑωυτοὺς, [55] ἀπέταμον τὴν φάρυγγα παντάπασιν. οὗτοι ζῶσι μὲν, φθέγγονται δὲ οὐδὲν, εἰ μή τις συλλάβῃ τὴν φάρυγγα. οὗτοι δὲ φθέγγονται. δῆλον δὲ καὶ οὕτω, [56] ὅτι τὸ πνεῦμα οὐ δύναται διατετμημένου τοῦ λάρυγγος ἕλκειν εἴσω ἐς τὰ κοῖλα, ἀλλὰ κατὰ τὸ διατετμημένον ἐκπνέει. οὕτως ἔχει περὶ φωνῆς ἴσως καὶ διαλέξεως. [57] ὁ δὲ αἰὼν ἐστι τοῦ ἀνθρώπου, ἑπταήμερος-

cùm cerebro ſit humidior, niſi computruerit. Putrefacta nanq; aqua craſſior euadit, & reliqua omnia. Ac cùm nares humidæ fuerint, olfacere nequit, cùm ad ſe cerebrum aërem non attrahat. Ad eundem etiam modum cùm cerebrum colliquatum plurimam materiam ex ſe in palatum, & fauces, & pulmonem reliquumq; ventrem detruſerit, id percipiunt homines, & ex capite deſtillare dicunt, etſi in reliquum etiam corpus deſtillat, idq; cum calore quodam contingit. At verò eam ob cauſam videt, quòd à cerebri membrana vena ad vtrumq; oculum per os pertinet. Per has duas venas ex glutinoſo, quod eſt maximè tenue, ex cerebro veluti per collum tranſmittitur, atq; ideò ipſam circum ſe tunicam quæ aëri obuerſatur, & ad quam venti ingruunt, talem facit, quale eſt ipſum oculi pellucidum, eadem planè ratione quam de cæteris tunicis diximus. Sunt autem multæ hæ tunicæ, quæ oculi pellucido prætenduntur, ipſiq; ſint ſimiles. In hoc enim pellucido lumen & ſplendida cũcta lucem reflectũt. Per hoc igitur in quo lumen reflectitur, viſio fit. Quod verò minimè eſt ſplendidum, neq; oblucer, per illud viſio non fit. Reliquum circum oculos album, caro eſt. Pupilla autem oculi nominata nigra ob id apparet, quòd in profundo ſita ſit, & tunicæ eã ambientes nigræ exiſtunt. Tunicam verò appellamus, id quod velut pellicula ineſt, quæ neutiquam ad conſpectum nigra eſt, ſed alba & pellucida, & oculi humidum, glutinoſum. Sæpè enim conſpeximus oculo diſrupto, prodiiſſe humorem glutinoſum, qui quãdiu calidus eſt, liquidus exiſtit, vbi verò perfrixit, ſiccus euadit, ad inſtar thuris tranſparens. Quod in hominibus & feris ad eundem modum ſe habet. At oculo infeſtum eſt, quicquid in eum incurſat, & venti, & quæcunque ſplendidiora quàm in ſeipſo ſint. Idq; quis ideò fieri iudicet, quod vnius & eiuſdem ſint coloris. Quemadmodum os & lingua, & reliquus venter, humida exiſtunt. Sermonis autem in homine cauſa eſt, quòd totum corpus ſpiritum intrò trahit, eumq; plurimum in ſuas quiſque cauitates. Is verò per inane foras pulſus, ſtrepitum facit. Caput enim reſonat, lingua verò in faucibus interſeptum, ſuo appulſu format, & ad palatum ac dentes impingens, clarum reddit. Quòd niſi lingua ſuo ſemper appulſu formaret, nõ diſtinctè homo loqueretur, ſed ſingula vnam naturã vocem ederent. Cuius rei indicio ſunt muti à primo ortu, qui diſtinctè loqui nequeunt, ſed ſolam vocem edunt. Neque verò ſi quis ſpiritu foras emiſſo loqui conetur, id facere queat, quod hinc conſtat. Qui magnam volunt vocem edere, ij attractum externum ſpiritum foras propellunt, & quamdiu perdurat ſpiritus, magnam vocem fundunt, quæ poſtea deficit. Quinetiam citharœdi, ſi vt magna voce vtantur opus ſit, ſpiritum intrò ſummopere attrahunt, & plurimum emittunt, ac vociferantur, vocemq; quandiu ſpiritus ſuffecerit, magnam edunt. Vbi verò ſpiritus defecerit, deſinunt. Ex quib. manifeſtũ eſt, ſpiritũ vocem edere. Vidi præterea quoſdam, qui, cùm ſeipſos iugulaſſent, guttur in totum ſibi præſecuerant. Atq; hi viuunt quidẽ, verùm nullã vocẽ emittunt, niſi quis guttur conſtringat, ac tum demum ij vocem edunt. Quin & hoc patet, quod præſecto ſummo gutture, ſpiritus in cauitates internas attrahi nequit, ſed per præſectam partem foras effertur. Ita ſanè de voce ac ſermone ſimili modo ſe res habet. Hominis autem vita ſeptem dierum numero circumſcribitur.

Ac primùm quidem, vbi genitura ad vteros peruenerit, habet intra ſeptem dies, quæcunq; ex corpore ei accedere neceſſe eſt. Id verò quomodo nouerim fortaſſe quis mirabitur, verùm multa ad hunc modum vidi. Meretrices publicæ, quæ in ſeipſis ſæpiùs id expertæ ſunt, vbi cum viro congreſſæ ſunt, noſcũt quando conceperint, moxq; conceptum intra ſe perdunt. Quo poſtea iam perdito, veluti caro excidit. Eam in aquam coniectam ſi accuratiùs inſpexeris, membra omnia habere deprehendas, & oculorum regiones, & aures, & brachia. Quin & manuum digiti, & crura, & pedes, & pedum digiti, & pudendum, & reliquum totum corpus in conſpicuo eſt. Liquidò autem conſtat harum rerum peritis, quòd mulier vbi concepit, ſtatim inhorreſcit, & incaleſcit, ac dentib. ſtridet, & articulum reliquumq; corpus cõuulſio prehendit, & vterũ torpor, idq; iis quæ puræ ſunt accidit. Quæ verò craſſæ & mucoſæ iſtud experiuntur, earum plæraq; hoc non ſentiunt. Ac ſanè quantum illæ mihi ita indicarunt, tantum etiam me ſcire profiteor. Quòd verò hominis vita ſeptem dierum numero circumſcribatur, hoc quoq; manifeſtũ eſt. Plæriq; quidem ex his qui ſeptem dieb. nihil edere aut bibere volunt, in his moriuntur, quòd ſi qui eos ſuperauerint, nihilominus tamen moriuntur. Nonnulli etiam ne per inediam à vita diſcederent, ſed vt comederent & biberent perſuaſi ſunt, verùm venter non ampliùs admittit. Ieiunum enim inteſtinũ in his dieb. cohæreſcit, quinetiã illi moriuntur. Quin & illud ipſum ex his conijcere licet. Puer ſeptimo menſe natus, certa ratione in lucẽ prodiit & vitalis eſt, cùm is rationem & numerum exactè ad hebdomadas reſpondentẽ habeat. Octauo autem menſe natus, nullus vnquam vixit. Nouem autẽ menſium & decem dierum fœtus editur & vitalis eſt, numerumq; ad hebdomadas exactè reſpondentẽ habet. Quatuor nẽpe decades hebdomadarum, dies ſunt ducenti & octoginta. Hebdomadarum autem decuriam dies ſeptuaginta conſtituunt. At ſeptimo menſe editus partus tres hebdomadarum decurias obtinet, & ad vnamquanq; decuriam dies concurrunt ſeptuaginta. Tres itaque hebdomadarum decuriæ, in totum dies ducentos decem faciunt. Quinetiam morbi acutiſſimi ad hunc modum hominibus contingunt, voluentibus diebus quibus iudicantur, & moriuntur, aut conualeſcunt. Et tertianæ diebus vndecim, vna & dimidia hebdomada. Quartanæ duabus hebdomadis. Quintanæ duodeuiginti diebus, hoc eſt, duabus hebdomadis & dimidia. In cæteris verò morbis, quoto tempore homines ſani euadent, certa ſententia pronunciari non poteſt. Ad eundem autem modum, vlcera quoque magna in capite & reliquo corpore, quarto die inflammatione tentari incipiunt, ſeptimo verò inflammatio ſedatur, aut decimoquarto, aut duodeuigeſimo. Quòd ſi quis diligentem curam adhibeat, neque vlcera capitis magna hoc tempore ſedentur, homines moriuntur. Ac fortè quis harum rerum imperitus, mirabitur fœtum ſeptimo menſe naſci, atque id quidem certè, & ſæpiùs vidi. Quod ſi quis volet, id facilè deprehendet, obſtetrices quæ parturientibus præſunt adeundo & percontando. Eſt verò & aliud argumentum. Pueri ſæpiùs ſeptimo anno exacto dentes explent. Et ſeptem annos pleno & iuſto numero exactè trecentæ & quinquaginta hebdomades conficiunt. Quòd autem horum ſingula ſeptenariis à natura regantur, aliàs declarabo.

πρῶτον μὲν ἐπὴν ἐς τὰς μήτρας ἔλθῃ ὁ γόνος, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἔχει ὁκόσα περ ἐστὶν ἔχειν τοῦ σώματος. τοῦτο δέ τις ἂν θαυμάσειεν, ὅκως ἐγὼ οἶδα. πολλὰ δὲ εἶδον τρόπῳ τοιῷδε. αἱ ἑταῖραι αἱ δημόσιαι, αἵτινες αὐτέων πεπείρηνται πολλάκις, ὁκόταν παρὰ ἄνδρα ἔλθῃ, γινώσκουσιν ὁκόταν λάβωσιν ἐν γαστρί· κἄπειτ' ἐνδιαφθείρουσιν. ἐπειδὰν δὲ ἤδη διαφθαρῇ, ἐκπίπτει ὥσπερ σάρξ. ταύτην τὴν σάρκα ἐς ὕδωρ ἐμβαλὼν, σκεπτόμενος ἐν τῷ ὕδατι εὑρήσεις ἔχειν πάντα μέλεα, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὰς χώρας, καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὰ γυῖα. καὶ τῶν χειρῶν οἱ δάκτυλοι, καὶ τὰ σκέλεα, καὶ οἱ πόδες, καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν ποδῶν, καὶ τὸ αἰδοῖον, καὶ τὸ ἄλλο πᾶν σῶμα δῆλον. εὔδηλον δὲ καὶ ὅταν λάβῃ ἐς γαστέρα τῇσιν ἐπισταμένῃσιν, αὐτίκα ἔφριξεν, καὶ θέρμη καὶ βρυγμὸς καὶ σπασμὸς ἔχει καὶ τὸ ἄρθρον καὶ τὸ σῶμα πᾶν, καὶ τὴν ὑστέρην ὄκνος. καὶ ὁκόσαι καθαραί εἰσι, τοῦτο πάσχουσιν. ὁκόσαι δὲ πάσχουσιν παχεῖαι καὶ βλεννώδεις, οὐ γινώσκουσι. ταῦτα τῶν γυναικῶν πολλαὶ ἤδη μοι ἔδειξαν, καθότι τοῦτο δὴ καὶ ἐπίσταμαι εἰδέναι. δῆλον δὲ τόδε ὅτι ἑπταήμερος ὁ αἰών, εἴ τις ἐθέλει ἑπτὰ ἡμέρας φαγεῖν ἢ πιεῖν μηδέν. οἱ μὲν πολλοὶ ἀποθνήσκουσιν ἐν αὐτῇσιν. εἰσὶ δέ τινες καὶ οἳ ὑπερβάλλουσιν, ἀποθνήσκουσι δ' ὅμως. εἰσὶ δέ τινες οἳ καὶ ἐπείσθησαν ὥστε μὴ ἀποκαρτερῆσαι, ἀλλὰ φαγεῖν τι καὶ πιεῖν· ἀλλ' ἡ κοιλίη οὐκέτι καταδέχεται. ἡ γὰρ νῆστις συνεφύη ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσιν· ἀλλὰ θνήσκουσι καὶ οὗτοι. ἔστι δὲ καὶ τόδε τεκμήριον. τὸ παιδίον ἑπτάμηνον γόνον γενόμενον, λόγῳ γέγονε καὶ ζῇ, καὶ λόγον ἔχει τοιοῦτον καὶ ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας. ὀκτάμηνον δὲ γενόμενον, οὐδὲν βιοῖ πώποτε. ἐννέα δὲ μηνῶν καὶ δέκα ἡμερέων γόνος γίγνεται καὶ ζῇ, καὶ ἔχει τὸν ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας. τέσσαρες δεκάδες ἑβδομάδων ἡμέραι εἰσὶν διηκόσιαι ὀγδοήκοντα. ἐς δὲ τὴν δεκάδα τῶν ἑβδομάδων, ἑβδομήκοντα ἡμέραι. ἔχει δὲ καὶ τὸ ἑπτάμηνον γενόμενον, τρεῖς δεκάδας ἑβδομάδων. ἐς δὲ τὴν δεκάδα ἑκάστην ἑβδομήκοντα ἡμέραι. τρεῖς δεκάδες δὲ ἑβδομάδων αἱ σύμπασαι δέκα καὶ διηκόσιαι. καὶ αἱ νοῦσοι οὕτω τοῖς ἀνθρώποις ὀξύταται γίνονται, ἡμερέων προσηκουσέων ἐν τῇσιν ἀνακρίνονται, καὶ ἀπέθανον ἢ ὑγιέες ἐγένοντο. καὶ τριταῖοι ἕνδεκα ἡμέρῃσιν ἐν μιῇ ἑβδομάδι καὶ ἡμίσει ἑβδομάδος. καὶ τεταρταῖοι ἐν δυσὶν ἑβδομάσιν. καὶ αἱ πεμπταῖαι, ἐν δυοῖν δεούσαιν εἴκοσιν ἡμέρῃσιν, δυοῖν τε ἑβδομάδοιν καὶ ἡμίσει ἑβδομάδος. αἱ δὲ ἄλλαι νοῦσοι οὐκ ἔχουσι διάγνωσιν ἐν ὁκόσῳ ὑγιέες ἔσονται ἀποφαίνεσθαι. οὕτω δὲ καὶ τὰ ἕλκεα τὰ μεγάλα τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τὰ ἐν τῷ ἄλλῳ σώματι, τεταρταῖα φλεγμαίνειν ἄρχεται. ἐν ἑπτὰ δὲ καθίσταται φλεγμαίνοντα, καὶ ἐν τεσσαρεσκαίδεκα, δυοῖν δεούσῃσιν. ἢν δέ τις ἀνάγκως θεραπεύῃ, καὶ μὴ καταστῇ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τὰ ἐν τῇσι κεφαλῇσι μεγάλα ἕλκεα, ἀποθνήσκουσιν οἱ ἄνθρωποι. θαυμάσειε δ' ἄν τις καὶ τοῦτο ὅστις ἄπειρος, εἰ ἑπτάμηνον γίνεται παιδίον. ἐγὼ μὲν οὖν αὐτὸ ὤπωπα καὶ συχνά. εἰ δέ τις βούλεται καὶ τοῦτο ἐλέγξαι, ῥηΐδιον πρὸς τὰς ἀκεστρίδας αἳ πάρεισι τῇσι τικτούσῃσι ἐλθὼν πυθέσθω. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τεκμήριον, τοὺς ὀδόντας οἱ παῖδες ἑπτὰ ἐτέων διαγενομένων πληροῦσι καὶ ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν. ἔστι δὲ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ ἀτρεκέως δεκάδες ἑβδομάδων ἑξήκοντα καὶ τριηκόσιαι. τὸ δὲ φύσιος τὴν ἀνάγκην, διότι ἐν ἑπτὰ τουτέων ἕκαστα διοικεῖται, ἐγὼ φράσω ἐν ἄλλοισιν.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΠΤΑΜΗΝΟΥ.

HIPPOCRATIS DE SEPTIMESTRI PARTV, LIBER.

Οἱ δὲ ἑπτάμηνοι γίνονται ἐκ τῶν ἑκατὸν ἡμερέων καὶ ὀγδοήκοντα καὶ δύο, καὶ προσεόντος μορίου. ἢν γὰρ τοῦ πρώτου λογίσῃ μηνὸς πεντεκαίδεκα ἡμέρας, τῶν δὲ πέντε μηνῶν ρμ, καὶ ζ, καὶ ἥμισυ ἡμέρας, ἢν γὰρ ἑξήκοντα μιῆς δεούσης ἡμέρης ἔγγιστα δύο μῆνες ἐκτελεῦνται. οὕτως οὖν τούτων ἐόντων, ἐς τὸν ἕβδομον μῆνα περιγίνονται ἡμέραι πλείους ἢ εἴκοσιν, ἥμισυ τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ τῆς ἡμέρης, τοῦ μορίου τῷ μέρει προσγιγνομένου. ὁκόταν ἐς τὴν ἀρχὴν τῆς τελειώσιος ἔλθῃ ταύτην ἁδρυνομένων τῶν ἐμβρύων, καὶ τὴν ἰσχὺν πουλὺ ἐπιδιδόντων ἐν τῇ τελειώσει μᾶλλον, ἢ ἐν τοῖς ἄλλοις χρόνοις· οἱ ὑμένες ἐν οἷς τὴν ἀρχὴν ἐτράφη, ὥσπερ καὶ τῶν ἀσταχύων, ὁπότ' ἐξεχάλασαν, προσάθει ἀναγκαζόμενοι ἢ τελείως ἐξαδρυνθῆναι τὸν καρπόν, τὰ μὲν ἰσχυρότατα καὶ ἁδρότατα τῶν ἐμβρύων βιησάμενα, καὶ διαρρήξαντα τοὺς ὑμένας, ἠνάγκασε τὸν τόκον γενέσθαι. καὶ τὰ μὲν πλεῖστα τουτέων ἀπόλλονται. μικρὰ γὰρ ὄντα, τῇ μεταβολῇ μείζονι χρέονται τῶν ἄλλων, καὶ τὴν τεσσαρακονθήμερον κακοπαθείην ἀναγκάζονται κακοπαθεῖν, ἐξελθόντα ἐκ τῆς μήτρης. καὶ τῶν δεκαμήνων πολλὰ ἀποκτείνει. ἔστι δὲ ἃ τούτων τῶν ἑπταμήνων καὶ περιγίνονται ἐκ πολλῶν ὀλίγα· ὅτι ὁ λόγος καὶ ὁ χρόνος ἐς ὃν ἐτράφη ἐν τῇ μήτρῃ κατέστησεν ὥστε μετέχειν πάντων, ὧνπερ καὶ τὰ τελεώτατα μετέχει, καὶ μάλιστα περιγινόμενα. καὶ ἐξήλλαξε τῆς μητρὸς πρόσθεν κυήσιος, ἅ τε ἐν τῷ ὀγδόῳ μηνὶ νενοσευμένα. τούτοις γὰρ τοῖς πόνοις ἢν ἐπιγένονται, ὥστ' εἶναι τὸ ἐμφανὲς ἐξελθεῖν τὸ παιδίον, ἀδύνατον περιγενέσθαι, διὰ τὰ πάθεα τὰ προειρημένα ἃ ἐγώ φημι καὶ τοὺς ὀκταμήνους ἀποκτείνειν. πολλοὺς δὲ καὶ τῶν δέκα μηνῶν. τὰ δὲ πολλὰ τῶν ἐμβρύων τῶν ἐν αὐτῇ τῇ ἡλικίῃ τῇ ἑπταμήνῳ, ὅταν οἱ ὑμένες χαλῶσι, μεταχωρήσαντα ἐς τὸ ὑπεῖξαν, καὶ ἐνθεῦ τὴν τροφὴν ποιέεται. τὰς μὲν τεσσαράκοντα ἡμέρας τὰς πρώτας πονοῦντα, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧσσον. διά τε τὴν μεταβολὴν τὴν ἐκ τῶν χωρίων τῶν θρεψάντων, μεταβάλλεται, καὶ αὐτὶ τὸν ὀμφαλὸν ἔσπασε καὶ μετεχώρησε καὶ διὰ τῆς μητρὸς τοὺς πόνους. οἱ γὰρ ὑμένες τεινόμενοι καὶ ὁ ὀμφαλὸς σπασθεὶς ὀδύνας ποιέει τῇ μητρί. καὶ τὸ ἔμβρυον ἐκ τοῦ παλαιοῦ συνδέσμου ἐκλυθὲν, βαρύτερον γίνεται. πολλαὶ δὲ τῶν γυναικῶν, καὶ ἐπιπυρεταίνουσι τούτων γινομένων. αἱ δὲ καὶ ἀπόλλυνται σὺν τοῖς ἐμβρύοις. χρῶνται δὲ πᾶσαι ἐν ὀλίγῳ περὶ τούτου. φασὶ δὲ τοὺς ὀγδόους τῶν μηνῶν, καὶ χαλεπώτατα φέρειν τὰς γαστέρας, ὀρθῶς λέγουσαι. ἔστι δὲ ὄγδοος μὴν, οὐ μόνον χρόνος οὗτος.[6] ἀλλὰ καὶ ἡμέρας προσέστεισι ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς, καὶ τοῦ ἐνάτου, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ. ἀλλὰ τὰς ἡμέρας οὐχ ὁμοίως, οὔτε λέγουσιν, οὔτε γινώσκουσιν αἱ γυναῖκες. πλανῶνται γὰρ διὰ τὸ μήτε κατὰ ταὐτὸ γίνεσθαι, ἀλλ' ὅτε μὲν ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς, πλέονας ἡμέρας προσγίνεσθαι, ἐς τὰς τεσσαράκοντα·[7] ὅτε δὲ ἀπὸ τοῦ ἐνάτου.[8] τότε γὰρ ἀνάγκη γίνεσθαι, ὅκως ἂν τύχῃ ἡ γυνὴ ἐν γαστρὶ λαβοῦσα, τοῦ μηνός τε καὶ τοῦ χρόνου. ὁ δὲ μὴν ὁ ὄγδοος ἀναμφισβήτητός ἐστι. κατὰ τοῦτον γὰρ γίνεται,[10] ὥστε δυσκρίτως ἔχειν.[11] κατ' ἐμὲ καὶ τὸ μέρος ἐν τοῖς ἐνδε-

SEPTIMESTRES naſcuntur diebus centum & octoginta duobus, & inſuper addita quadam diei particula. Si enim primi menſis dies quindecim ſupputaueris, quinq; verò menſium dies centum quadraginta ſeptem & dimidium (ſexaginta nanque diebus, vno dempto, ferè duo menſes conſtant) his ſic ſe habentibus, ad ſeptimum menſem ſuperſunt dies plus quàm viginti, quod eſt anni dimidium, vnà cum aliquantula parte ad diei partem accedente. Cùm fœtus iam auctior ad hanc perfectionem deuenerit, & robur increuerit, ipſo iam perfectè aucto magis quàm cæteris temporibus, membranæ in quibus iam inde ab initio enutritus eſt, elaxantur, non ſecus ac ſpicarum membranæ, ad id vi impulſæ, antequam fructus perfectè auctus fuerit, & fructus quidem robuſtiſſimi & maximè pleni, vi illata membranas dilacerant, partimq; accelerant, & ex his plæriq; pereunt. Nam cum parui exiſtant, maiore quàm cæteri vtuntur mutatione, & ex vtero expreſſi per quadraginta dies ex neceſſitate malè afficiuntur, quod etiam multos decimo menſe natos interimit. Ex his autem, qui ſeptimo menſe nati ſunt, ſuperſunt quidam, licet ex multis pauci, propterea quòd ratio & tempus, quo enutriti ſunt in vtero, effecit, vt ea omnia conſequantur, quorum etiam perfectiſſimi, & qui maximè ſuperſtites euadunt, compotes fiunt, tum etiam quòd permutationem ſenſerũt, priùs à matre in lucem emiſſi quàm octauo menſe ægrotarent. Etenim ſi hos labores ſuperant, ita vt in lucem puer prodeat, is tamen ſupereſſe nequit ob commemoratas affectiones, quas octauo menſe, multos quoque decimo natos, interimere affirmo. Multi autem fœtus eius ætatis, quæ eſt ſeptem menſium, cùm laxatis membranis in id quod cedit ſecedunt, ibiq; alimentum capiunt, primis quidem quadraginta diebus, hi quidẽ magis, alij minùs laborant. Ac propter permutationem ex locis in quibus alebantur, alterationem ſentiunt, & circa vmbilicum vellicantur, alioq; migrant, tum etiam propter matris labores. Membranæ nanq; dum tenduntur, & vmbilicus vellicatur, dolores matri pariunt, fœtuſq; priſtino vinculo exolutus grauior euadit. Pleræque etiam mulieres ex hoc caſu inſuper febre corripiuntur, quædam quoq; vna cum fœtu pereunt: verùm omnes hac febre paucis diebus tentantur. At verò ſe vteros difficillimè geſtare nono menſe rectè dicunt. Eſt autem octauus menſis, non ſolùm tempus hoc, verumetiam dies à ſeptimo menſe, & nono, & ab anno accedunt. Verùm dies non eodem modo, vel dicunt, vel agnoſcunt mulieres. Ex eo enim decipiuntur, quòd neq; eodem modo ſe habent, verumetiam quòd quandoque plures dies à ſeptimo ad quadraginta accedunt, quandoque verò à nono. Sic enim pro ratione menſis ac temporis in quo mulier conceperit, contingere neceſſe eſt. At menſis octauus minimè ambiguus eſt. Per hunc enim contingit, vt iudicatio difficilis ſit. Mea ſententia pars in vnde-

cim menſibus, menſis eſt, licet non admodum commemorari debeat. Mulieribus autē de partu fides habenda eſt. Nam & omnia narrant, ſemperq; dicunt, & ſemper proferunt: Neque aut opere aut ſermone cuiuſquam ſe perſuaderi ſinunt, ſed ex eo, quod ſibi contigiſſe norunt. Etſi verò volentibus aliud dicere licet, quæ tamen decernendi, aut de hac ſententia pronunciandi victoriç poteſtatem habent, ſemper proferunt & affirmant ſeptimo menſe, & octauo, & nono, & decimo, & vndecimo, partus in lucem prodire, & ex his octauo menſe natos minimè ſupereſſe. Quin & abortiones plurimas primis quadraginta dieb. contingere aſſeuerant, & cætera quæ in quadragenariis ac ſingulis menſib. euenire conſcripta ſunt. Cùm verò ſeptimo menſe diſruptis membranis fœtus ſedem mutarit, labores, qui circa octauum menſem & circa ſextum quadragenarium in partu edendo fieri recenſentur, prehendunt. Quo tempore elapſo, quibus partus fœliciter ſucceſſurus eſt, inflammationes tum fœtus, tum matris diſſoluuntur, adeò vt venter emolliatur, tumorq; ex præcordiis & laterum inanitate in loca inferiora deſcendat, ad aptam conuerſionem, quę facilem partus progreſſionem faciat. Et ſeptimo quadragenario magnam temporis partē fœtus illic permanent. Nam & loci ipſis molles ſunt, & transmotiones ipſis faciliores & frequētiores contingunt, ideoq; ad partum expeditiores redduntur. Et ex toto quadragenario, per vltimos hos dies mulieres faciliùs vteros ferunt, quoad fœtum conuerti contigerit. Poſtea verò partus dolores & labores incumbūt, donec puero & ſecundis mulier liberetur. Quæ verò mulieres multos pueros pepererunt, in quib. aliquis claudus, aut cœcus, aut alioqui malè affectus fuit, eæ affirmant ſe in his geſtandis, pueri octauum menſem moleſtius tuliſſe, quàm in his quos nullo modo malè affectos pepererunt. Mutilus enim fœtus octauo mēſe vehementer ægrotauit, adeò vt etiam morbus abſceſſum fecerit, non ſecus ac viris morbi grauiſſimi facere cōſueuerunt. At fœtus, qui alio quouis tempore vehementer ægrotarint, ij priùs intereunt, quàm eiuſmodi abſceſſum morbus experiatur. Octimeſtres autem fœtus, qui non valdè ægrotant, ſed vna quapiam parte propter digreſſionem malè affecti ſunt, eorum plæriq; per quadraginta quidem dies, ob cōmemoratas cauſas neceſſarias, in vtero imbecilles ſunt, verùm ſani euadunt. Qui verò intra hos quadraginta dies natus fuerit, is ſupereſſe nequit, cùm huic adhuc in vtero ægrotanti, poſt partum mutationes & afflictiones præterea accedant. Atqui in vtero ægrotans ad nonum menſem peruenerit, eoq; editus fuerit, is quidem ſupereſſe poterit. Et ſuperſunt quidem hi non minus quàm ſeptimeſtres, quanquam etiam ex his pauci educantur. Neque enim eam habent corpulentiam, quam perfectiſſimi nacti ſunt, & laboribus quos in vtero non ita pridem pertulerunt, conflictantur, ita vt tenues reddantur. Is vero potiſſimùm fœtus ſeruatur, qui nono menſe iam affecto in lucem editur. Validior autem euadit, plurimúmque abeſt à morbis, qui octimeſtribus contingere conſueuerunt. Qui enim ſeptimo quadragenario in lucem eduntur, decimeſtres appellati, hanc ob cauſam præcipuè educantur, quod validiſſimi ſunt, plurimúmque abſunt ab viſitatorum puerorum tempore, in quo circa octauum menſem dieb. quadraginta ægrotantes, malè habent. Quin & nouimeſtres tenues editi in lucē, eorum qui

κα μηνί, μείς ἐστιν, ὥστε τοῦτον οὐ μνημονευτέον ἐστί. χρὴ δὲ οὐκ ἀπιστεῖν τῇσι γυναιξὶ περὶ τῶν τόκων. λέγουσι γὰρ πάντα, καὶ αἰεὶ λέγουσι, καὶ αἰεὶ ἐρέουσιν. οὐ γὰρ ἂν πεισθεῖεν οὔτε ἔργῳ, οὔτε λόγῳ, ἀλλ' ὅ, τι γνῶσι ἐν τοῖσι σώμασιν αὐτέων γινόμενον. τὰς δὲ βουλομένας ἄλλο λέγειν ἔξεστιν, αἱ δὲ κρίνουσι, καὶ τὰ νικητήρια διδόασι περὶ αὐτέου τοῦ λόγου, αἰεὶ ἐρέουσι, καὶ φήσουσι τίκτειν καὶ ἑπτάμηνα, καὶ ὀκτάμηνα, καὶ ἐννεάμηνα καὶ δεκάμηνα, καὶ τουτέων τὰ ὀκτάμηνα οὐ περιγίνεσθαι. φήσουσι δὲ καὶ τῶν τρωσμῶν πλείστους ἐν τῇ πρώτῃ τεσσαρακονθημέρῳ γίνεσθαι. καὶ τὰ ἄλλα τὰ καταγεγραμμένα ἐν τῇσι τεσσαρακοντάσι, καὶ ἐν τοῖσι μησὶν ἑκάστοισιν. ὅταν δὲ τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ περιραγέωσιν οἱ ὑμένες, καὶ τὸ ἔμβρυον μεταχωρήσῃ, ὑπέλαβον οἱ πόνοι οἱ περὶ τὸν μῆνα τὸν ὄγδοον γίνεσθαι λεγόμενοι, καὶ περὶ τὴν ἕκτην τεσσαρακονθήμερον. τούτου δὲ τοῦ χρόνου παρελθόντος ὁπόσοις μέλλει εὖ εἶναι, αἱ φλεγμοναὶ λύονται καὶ τοῦ ἐμβρύου, καὶ τῆς μητρὸς, ὥστε γαστὴρ μαλάσσεται, καὶ ὁ ὄγκος ὑποκαταβαίνει, ἀπὸ τῶν ὑποχονδρίων, καὶ τῶν κενεώνων εἰς τὰ κάτω χωρία ἐς εὐτρεπίην τῆς ἐπὶ τὸν τόκον στροφῆς, καὶ τὴν ἑβδόμην τεσσαρακονθήμερον ἐντεῦθεν ἐστὶ τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου τὰ ἔμβρυα. τὰ γὰρ χωρία αὐτοῖς μαλθακὰ καὶ αἱ μεταχωρήσιες αὐτοῖς εὐπετέστεραι γίνονται καὶ πυκνότεραι. καὶ διὰ ταῦτα πρὸς τὸν τόκον εὐλυτώτερα. καὶ πάσης τῆς τεσσαρακονθήμερου ταύτας αἱ γυναῖκες φέρουσι τὰς τελευταίας ἡμέρας εὐπετέστερον τὰς γαστέρας, ἔστ' ἂν ἁρμόσῃ τὸ ἔμβρυον στρέφεσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα, αἵ τε ὠδῖνες εἰσὶ καὶ οἱ πόνοι ἐπέχειν γίνονται, ἔστ' ἂν ἐλευθερωθῇ τοῦ παιδίου καὶ τοῦ ὑστέρου. ὅσαι δὲ τῶν γυναικῶν ἔτεκον πολλὰ παιδία, καί τι αὐτέων ἐγένετο χωλὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ ἄλλο τι κακὸν ἔχον, φήσουσιν ἐπὶ τῶν τουτέων τοῦ παιδίου τὸν ὄγδοον μῆνα, χαλεπώτερον διαγαγεῖν, ἢ ἐφ' ὧν ἔτεκον, οὐδὲν κακὸν ἐχόντων. τὸ γὰρ ἔμβρυον τὸ πηρωθὲν, ἐν τῷ ὀγδόῳ μηνὶ ἰσχυρῶς ἐνόσησεν, ὥστε καὶ ἀπόστασιν ἐποίησεν ἡ νοῦσος· ὡς καὶ τοῖς ἀνδράσιν αἱ ἰσχυραὶ νοῦσοι ἐποίησαν. ὅσα δ' ἂν τῶν ἐμβρύων ἐν ἄλλῳ χρόνῳ ἰσχυρῶς νοσήσῃ, ἀπόλλυται πρόσθεν, ἢ αὐτέῳ ἀπόστασιν γίνεσθαι. ὅσα δ' ἂν τῶν ὀκταμήνων ἐμβρύων μὴ σφόδρα νοσήσῃ, ἀλλὰ κατά τι ἓν ἐκ τῆς μεταστάσιος κακοπαθήσῃ, τὰς μὲν τεσσαράκοντα ἡμέρας διατελέουσιν ἐν ἀσθενείῃ. τὰ δὲ πλεῖστα, ἐν τῇ μήτρῃ, διὰ τὰς ἀνάγκας τὰς προειρημένας, ἐγένοντο δὲ ὑγιαίνοντα. ὅτι δὴ ἂν γένηται ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις ταύταις, ἀδύνατον περιγίνεσθαι. νοσέοντι γὰρ αὐτέῳ ἔτι ἐν τῇ μήτρῃ ἐπιγίνονται αἱ μεταβολαὶ καὶ αἱ κακοπάθειαι, μετὰ τὸν τόκον. ὅτι δὴ ἂν ἀπονοσήσαν ἐν τῇ μήτρῃ, ἐς τὸν ἔνατον μῆνα ἔλθῃ, καὶ ἐν τουτέῳ τῷ μηνὶ γένηται, περιγίνεται. περιγίνεται μὲν οὐκ ἔλασσον ἢ ἑπτάμηνα, ὀλίγα δὲ καὶ τουτέων ἐκτρέφεται. οὔτε γὰρ τὴν παχύτητα ἴσχει ἣν τὰ τελεώτατα ἔχουσιν, οὔτε πόνοι οἱ ἐν τῇ μήτρῃ, οὐ πάλαι πεπονημένοι εἰσὶν αὐτέοις, ὥστε λεπτὸν γίνεσθαι. σώζοιτο δ' ἂν μάλιστα, εἰ τοῦ ἐνάτου μηνὸς γένοιτο ἐν ἀρχῇ· ἰσχυρότερον δ' ἂν γένοιτο, καὶ πλεῖστον ἀπέχοι τῆς νούσου, τῆς τοῖς ὀκταμήνοις γινομένης. καὶ γὰρ τὰ ἐν ἑβδόμῃ τεσσαρακοντάδι τικτόμενα, τὰ δεκάμηνα καλεόμενα, διὰ ταῦτα μάλιστα ἐκτρέφεται, ὅτι ἰσχυρότατά ἐστι καὶ πλεῖστον ἀπέχει τοῦ γινομένου παιδίου οὗ χρόνου ἐν ᾧ ἐκακοπάθησε τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας τὰς νοσευμένας, περὶ τὸν μῆνα τὸν ὄγδοον. σημαίνει δὲ περὶ τῆς νοσήματος καὶ παθήματος τῆς τοῖς ὀκταμή-

ἐκ τῶν μηνῶν γινομένων. καὶ τὰ ἐνναμηνα λεπτὰ τίκτεται[34] κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ χρόνου ἐξαγγέλλει κατὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος,[35] ἐκ νούσων κακοπαθείης ἀφιγμένης, οὐχ ὥσπερ τὰ ἑπτάμηνα τίκτεται σαρκώδεα, καὶ τὰ πάχος ἔχοντα ἀπταφέως, αὐτὸ τὸ διατετελεκότα, ὃν χρόνον ἐν τῇ μήτρῃ διεφέρετο. τῇσι δὲ γυναιξὶν αἱ συλλήψιες τῶν ἐμβρύων, καὶ οἱ τρωσμοί τε καὶ οἱ τόκοι ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ κρίνονται, ἐν ᾧ περ αἵ τε νοῦσοι, καὶ αἱ ὑγιεῖαι, καὶ οἱ θάνατοι τοῖς σύμπασιν ἀνθρώποισιν. ταῦτα δὲ πάντα τὰ μὲν, καθ' ἡμέρας· τὰ δὲ, κατὰ μῆνας ἐπισημαίνει· τὰ δὲ κατὰ τεσσαρακοντάδας ἡμερῶν· τὰ δὲ, κατ' ἐνιαυτόν. ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς χρόνοισι τουτέοισιν ἔνεστι πρὸς ἕκαστον, πολλὰ μὲν ξυμφέροντα, πολλὰ δὲ πολέμια. ἐκ μὲν οὖν τῶν συμφερόντων αἵ τε ὑγιεῖαι γίνονται, καὶ αἱ αὐξήσιες. ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων, αἵ τε νοῦσοι καὶ οἱ θάνατοι. αἱ μὲν οὖν ἡμέραι ἐπισημόταται εἰσὶν ἐν τοῖς πλείστοις, αἵ τε πρῶται καὶ ἑβδομαῖαι. πολλαὶ μὲν, περὶ νούσων, πολλαὶ δὲ, καὶ τοῖς ἐμβρύοις. τρωσμοί τε γὰρ γίνονται καὶ οἱ πλεῖστοι ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσιν.[36] ὀνομάζεται δὲ τὰ τηλικαῦτα, ἐκρύσιες ἀλλ' οὐ τρωσμοί. αἱ δ' ἄλλαι ἡμέραι ὅσαι ἐντὸς τῆς τεσσαρακοντάδος, ἐπίσημοι μὲν, ἧσσον, πολλαὶ δὲ, κρίνουσιν. ἐν δὲ τοῖς μησὶ ταῦτά τε καὶ ἐν τῇ ἡμέρῃ γινόμενα ἔνεστι κατὰ λόγον. καὶ καταμήνια γυναιξὶ ταῖς ὑγιαινούσῃσι φαίνονται καθ' ἕκαστον τῶν μηνῶν, ὡς ἔχοντος τοῦ μηνὸς ἰδίην δύναμιν ἐν τοῖς σώμασιν. ἐξ ὧν δὴ καὶ οἱ ἕβδομοι μῆνες ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι, τὰ ἔμβρυα εἰς τὴν ἀρχὴν καθιστᾶσι τῆς τελειώσιος. τοῖσι δὲ παιδίοις ἑπταμήνοισιν ἐοῦσι, καὶ ἄλλα διαφέροντα γίνονται ἐν τοῖς σώμασι, καὶ οἱ ὀδόντες φαίνεσθαι ἄρχονται ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ κρισίμων. ἣν περ ἴσως καὶ τοῖς δέ τις συγχρέοιτο,[37] ὁκοίας ἔλεξα ἱστορίας τε ἕνεκα εἰρῆσθαι. σκοπεῖν γὰρ χρὴ τὸν μέλλοντα ἰητρὸν ὀρθῶς στοχάζεσθαι τῆς τῶν καμνόντων σωτηρίας.[38] θεωρεῖν τὰ μὲν, περὶ τὰς πάσας. τῶν δὲ ἀρτίων, τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, καὶ τὴν ὀγδόην εἰκοστὴν, καὶ τεσσαρακοστὴν καὶ δευτέρην. οὗτος γὰρ ὁ ὅρος τίθεται ὑπὸ τοῦ ἁρμονίης λόγου πρός τινων, καὶ ὁ ἀριθμὸς ἐντελής τε καὶ τέλειος ἀριθμός. δι' ἣν δ' αἰτίην, μακρότερον ἂν εἴη ἐπὶ τοῦ παρόντος διεξελθεῖν. θεωρεῖν δὲ χρὴ οὕτως, τρισί τε καὶ τέτρασι· ταῖς μὲν, τρισὶ συνημμέναις ἁπάσαις· ταῖς δὲ, τέτρασι.[39] δύο μὲν, παρὰ δύο συνημμέναις· δύο δὲ, παρὰ δύο συνεζευγμέναις. αἱ δὲ τεσσαρακοντάδες, πρῶτον μὲν κρίνουσιν ἐπὶ τῶν ἐμβρύων. ὅ, τι γὰρ ἂν ὑπερβάλλῃ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας τὰς πρώτας, ἐκφεύγει τοὺς τρωσμοὺς ἐπὶ παντὸς γινομένους. πλέονες δὲ γίνονται ἐν τῇ πρώτῃ τεσσαρακοντάδι τρωσμοὶ, ἢ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐούσῃσι. τούτου δὲ τοῦ χρόνου παρελθόντος, ἰσχυρότερα ἐστὶ τὰ ἔμβρυα, καὶ διακρίνεται καθ' ἕκαστα τῶν μελέων τὸ σῶμα. καὶ τῶν μὲν ἀρσένων, σφόδρα διάδηλα γίνεται πάντα. τὰ δὲ θήλεα, ἐς τοῦτον τὸν χρόνον, σάρκες φαίνονται[40] ἀποφύσιας μούνας ἔχουσαι. πλείονα γὰρ χρόνον τὰ ὁμοῖα ἐν τοῖς ὁμοίοις ὁμοῖά ἐστι, καὶ κρίνεται βραδύτερον, διὰ τὴν συνήθειάν τε καὶ φιλότητα. καίτοι τά γε ἄλλα ὅταν χωρισθῶσι τῶν μητέρων αἱ θυγατέρες τῶν κούρων θᾶσσον ἡβῶσι, καὶ φρονέουσι, καὶ γηράσκουσι διὰ τὴν ἀσθενείην τε τῶν σωμάτων, καὶ τὴν δίαιταν. ἄλλη δὲ τεσσαρακοντὰς, ἐν ᾗ περὶ τὸν ὄγδοον μῆνα τὰ ἔμβρυα ἐν τῇ μήτρῃ νοσεῖ, περὶ ὧν ὁ λόγος λέγεται ὧδε σύμπας. τρίτη δὲ, ἐν ᾗ τὰ παιδία, ὅταν γένηται τὰ κακοπαθήσαντα, ἢν περιφύγῃ τὰς τεσσαράκοντα

octauo menſe nati ſunt morbos & affectiones declarant. Quamuis enim pro temporis longitudine corporis magnitudo exiſtit, accedente tamen morborum affectione, neq; eduntur carnoſi, neq; vegetam habent corpulentiam, velut ſeptimeſtres, qui geſtationis tempus in vtero ſine morbis peregerunt. At verò mulieribus fœtuum conceptiones, & abortiones, & partiones, eodem tempore iudicantur, quo & morbi, & ſanitas, & mors cunctis mortalibus contingunt. Sed iſtorum omnium alia quidem diebus, alia menſibus, alia dierum quadragenariis, alia annuo ſpatio de ſe ſignificationem præbent. In his enim omnibus temporibus multa quidem cuiq; conferentia, multa quoq; aduerſa inſunt. Ex quibus quæ conducunt, ſanitatem & incrementa, cõtraria verò morbos & mortẽ adferunt. Dies igitur inter alios maximè inſignes ſunt primi & ſeptimi, ac multùm quidem in morbis, multum etiam in fœtib. poſſunt. Abortiones enim plurimæ his dieb. contingunt. Tales verò effluxiones nominantur, non abortus. Reliqui autem dies intra quadrageſimũ, minùs quidẽ inſignes ſunt, multi tamen decernunt. In menſibus verò omnia, quæ in diebus contingunt eadem ratione. Et ſingulis menſibus bene valentibus mulieribus menſtrua comparẽt, tanquam peculiarem in corporibus vim menſis habeat. Ex quibus ſanè ſeptimi menſes in prægnantibus, fœtib. perfectionis initium adferunt. Pueris verò vbi ſeptem menſes attigerunt, tum alia eximia in corporibus fiunt, tum eo tempore dẽtes apparere incipiũt. Eadem quoq; eſt ratio dierum iudicatoriorum, ſi quis fortè ea quæ à me dicta ſunt, quæq; cognitionis gratia dicentur, iſtis accommodare velit. Etenim Medicum qui de ægrorum ſalute rectè coniectare volet, animaduertere oportet, vt omnes quidem dies in contemplationem adhibeat, ex paribus verò decimum quartum, & vigeſimum octauum, & quadrageſimum ſecundum. Hic enim terminus pro harmoniæ ratione, & integer perfectúſque numerus à quibuſdam ponitur. Quam verò ob cauſam longum foret in præſentia referre. Ad hunc autem modum per ternarios aut quaternarios contemplari oportet, ternariis quidem omnibus copulatis, quaternariis verò duobus ad duos connexis, & duobus ad duos coniugatis. At verò quadragenariæ primùm quidem in fœtibus indicant. Qui verò primos quadraginta dies ſuperauerit, is abortiones quæ ex quauis cauſa contingunt effugit. Plures autem primis quadraginta diebus, quàm aliis omnibus abortiones fiunt. Quo tempore præterito, fœtus valentiores exiſtunt, & ſingula corporis membra diſcernuntur. Et in maribus quidem valde manifeſta fiunt omnia. In fœmellis verò per hoc tempus carnes conſpicuæ ſunt, protuberantias tantùm habentes. Longiore enim tempore ſimilia in ſimilibus ſimiliter ſe habent, & propter familiaritatem ac amicitiam tardiùs diſcernuntur. Etſi in cæteris, vbi à matre ſeiunctæ fuerint, puellæ citiùs quàm pueri pubeſcunt, ſapiunt, & ſeneſcunt, propter corporum imbecillitatem, & victus rationem. Altera verò eſt quadragenaria, in qua per octauum menſem fœtus in vtero ægrotant, de quibus hæc tota oratio ad hunc modum eſt inſtituta. Tertia verò, in qua, ſi naſcuntur pueri, licet malè affecti, ſi quadraginta

dies euaſerint, valentiores ſanè magiſq; intelligentes eſſe videntur. Nam & ſplendorem plenius intuentur, & ſtrepitum audiunt, cùm antea non poſſent, tanquam hoc tempus plurimùm conferat, tum ad alia, tum ad intelligentiam, quæ in corpore ineſſe percipitur. Singularem ſiquidem intelligentiam in corpore ineſſe prima ſanè die conſtat. Nam & in ſomnis pueri ſtatim vbi nati ſunt, ridere & plorare conſpiciuntur. Quinetiam ſponte vigilantes ſtatim rident ac plorant, etiam priùs quàm diem quadrageſimum attigerint. Neq; verò tacti aut irritati ante hoc ipſum tempus rident. Hebetantur enim vires mucorum copia. Quin & mors fatali ſorte contingit. Quod omnibus documento eſt, omnia quæ exiſtunt, ex iiſdem natura conſtare, & mutationes per congruentia tempora obtinere. Quod ex ſingulis manifeſtum fit, quæ partim oriuntur, partim decedunt. Anno verò vertente multi quidem morbi, multæ etiam ſanitates contingunt, pro temporis ratione quam habent menſes aut dies ſinguli ad ſeptenarios. Quinetiam multa alia eximia in corporibus fiunt, pueris verò dentes excidunt, & alij oriuntur. Quæ autem corporibus accidunt, hæc à me ſcribentur.

ἡμέρας, ἔφαιν ἰσχυρότερα δή τι μᾶλλον καὶ φρονέοντα. καὶ γὰρ τὰς αὐγὰς ὁρᾷ σαφέστερον καὶ τὸν ψόφον ἀκούει, πρόσθεν μὴ δυνάμενα, ὡς ἐπίδοσιν ἔχοντος τοῦ χρόνου τούτου κατά τε τὰ ἄλλα καὶ κατὰ τὴν φρόνησιν τὴν διὰ τοῦ σώματος. τὸ μὲν γὰρ ἴδιον φρόνημα δῆλόν ἐστιν ἐνὸν ἐν τῷ σώματι, εὐθὺς τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ. ἔν τε γὰρ τοῖς ὕπνοισιν ἐοῦσιν αὐτίκα ἐπὴν γένωνται γελῶντα φαίνεται τὰ παιδία καὶ κλαίοντα. ἐγρηγορότα τε αὐτόματα, αὐτίκα γελᾷ τε καὶ κλαίει, πρόσθεν ἢ τεσσαράκοντα ἡμέρας γενέσθαι. οὐδὲ γελᾷ, ψαυόμενά τε καὶ ἐρεθιζόμενα πρόσθεν, ἢ αὐτὸς ὁ χρόνος οὗτος γένηται. ἀμβλεῖαι γὰρ αἱ δυνάμιες ἐν ταῖς μύξῃσι. καί γε ὁ θάνατος διὰ τὴν μοίρην ἔλαχεν. ὥστε παράδειγμα τοῖς πᾶσιν εἶναι, ὅτι πάντα φύσιν ἔχει ἐκ τῶν αὐτέων εἶναι, μεταβολὰς ἔχειν διὰ χρόνων τῶν ἱκνευμένων. σαφηνίζεται δὲ ἐν ἑκάστοισι διὰ τῶν γινομένων καὶ ἀπογινομένων. ἐν δὲ τῷ ἐνιαυτῷ τελευτῶντι, πολλαὶ μὲν νοῦσοι γίνονται, πολλαὶ δὲ ὑγιείαι, κατὰ λόγον τοῦ χρόνου, πρὸς τοὺς μῆνας τε καὶ τὰς ἡμέρας ἑκάστας, τοῖς ἑβδομαίοις, καὶ τὰ ἄλλα πολλὰ γίνεται διαφέροντα τοῖς σώμασι. τοῖσι δὲ παιδίοισιν οἱ ὀδόντες ἐκπίπτουσι, καὶ ἕτεροι φύονται. τὰ γὰρ ἐπὶ σώματι, τάδε γράψω.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΟΚΤΑΜΗΝΟΥ.

HIPPOCRATIS DE OCTIMESTRI PARTV, LIBER.

AT verò quod ad partum, qui octauo menſe editur, attinet, fieri non poſſe aſſeuero, vt duas continenter conſequentes afflictiones pueri perferant, ideoq; eos qui octauo menſe naſcuntur, minimè ſupereſſe. Hic etenim accidit, vt ea quæ in vtero eſt, & ea quæ in partu fit afflictione conſequenter laborent, proptereaq; eorum qui octauo menſe eduntur, nullus eſt ſuperſtes. Quin & decimeſtres nuncupatos, ſeptem dierum quadragenariis potiſſimùm, in lucem edi ſentio, maximeq; vt educentur, conuenire. Et perfectiſſimus fœtus eſt primis quadraginta diebus, ſi verò plures acceſſerint, perit. Cum enim multa pauco tempore aſſumere coguntur, eos multum ægrotare neceſſe eſt, ex quibus mors conſequitur. Puer autem cùm partus inſtat, laborare incipit, & in vitæ periculum venire, cùm in vtero vertitur. Producuntur ſiquidem omnes capite ſurſum, in lucem verò prodeunt in caput multi, ac multò ſecuriùs liberant, quàm qui in pedes eduntur. Neque enim corporis flexiones puerum in caput procedentem impediunt. Verùm vbi in pedes erumpit, obturamenta magis contingunt. Quin & conuerſiones in vtero, aliud creant periculum, & puerorum vmbilici iam ſæpè circa colla implicati conſpecti ſunt. Ad quamcunque enim partem vmbilicus in vtero ſe extenderit, per hanc, dum vmbilicus vertitur, puer caput potiùs circumaget, quàm ſi circa ceruicem conuoluatur. Quòd ſi ad humerum vmbilici iniectio obnitatur, tunc etiam matrem magis laborare, & puerum aut interire, aut difficiliùs exire neceſſe eſt. Quare multi iam pueri morbi initium intus obtinentes, in lucem prodiere, ex quo alij quidem perierunt, alij verò morbum trahentes ſuperfuerunt. At verò qui facilem & tutum exitum nacti, derepente ſublata vi, quam in

ΠΕΡΙ δὲ ὀκταμήνου γενέσιος φημὶ, διὰ τὰς ἐφεξῆς κακοπαθείας γενομένας, ἀδυνάτους εἶναι ποιέειν φέρειν τὰ παιδία. καὶ διὰ τοῦτο οὐ περιγίνεσθαι τὰ ὀκτάμηνα. συμβαίνει γὰρ αὐτοῖς ἐφεξῆς κακοπαθεῖν, τήν τε ἐν τῇ μήτρῃ γενομένην κακοπαθείην, καὶ τὴν ὅταν ὁ τόκος γένηται, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ὀκταμήνων οὐδὲν περιγίνεται. ἐπεὶ καὶ τὰ δεκάμηνα καλεόμενα λέγω ἐν ἑπτὰ τεσσαρακονθ' ἡμέραις μᾶλλον τίκτεσθαι, καὶ μάλιστα προσήκει ἐκτρέφεσθαι. καὶ τελεώτατόν ἐστιν ἐν ταῖς πρώταις τεσσαράκοντα ἡμέραις. ἐπὴν δὲ γένηται πλείω, ἀπόλλυται. ἀναγκάζεται γὰρ πολλὰ μεταλαμβάνοντα ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολλὰ νοσεῖν, ἐξ ὧν οἱ θάνατοι γίνονται. ἄρχεται δὲ πονέειν τὸ παιδίον πρὸς τὸν τόκον γινόμενον, καὶ κινδυνεύειν ἀπολέσθαι, ὅταν ἐν τῇ μήτρῃ στρέφηται. φύεται γὰρ πάντα ἄνω τὴν κεφαλὴν ἔχοντα. τίκτεται δὲ πολλὰ ἐπὶ κεφαλήν. καὶ ἀσφαλέστερον ἀπαλλάσσει τῶν ἐπὶ πόδας ἰσταμένων. τὰ γὰρ συγκαμπτόμενα τοῦ σώματος ἐπὶ κεφαλὴν οὔπω κωλύει ἰόντος τοῦ παιδίου. ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν ἐπὶ πόδας ὁρμήσῃ, τὰ ἐμφράγματα γίνονται. αἱ γὰρ στροφαὶ ἐν τῇ γαστρὶ καὶ ἄλλος κίνδυνος. καὶ οἱ ὀμφαλοὶ πολλάκις ἤδη τῷ παιδίῳ ἐφάνησαν περὶ τὸν τράχηλον. ἢν γὰρ κατὰ τὸ μέρος ὁπότερον αὖ τύχῃ ὁ ὀμφαλὸς τῇ μήτρῃ παρατεταμένος, μᾶλλον ταύτῃ τὸ παιδίον τῆς κεφαλῆς τὴν περιαγωγὴν τοῦ ὀμφαλοῦ στρεφόμενον ποιήσεται, ἢ περὶ τὸν αὐχένα. ἢν δὲ κατὰ τὸν ὦμον τὴν περιβολὴν τοῦ ὀμφαλοῦ ἀντιτείνειν. τούτου δὲ γενομένου, καὶ τὴν μητέρα ἀνάγκη πονῆσαι μᾶλλον, καὶ τὸ παιδίον ἢ ἀπολέσθαι, ἢ χαλεπώτερον ἐξελθεῖν. ὥστε ἤδη καὶ πολλὰ ἔνδον τὴν ἀρχὴν τῆς νούσου τῶν παιδίων ἦλθεν ἔχοντα. ἐξ ἧς τὰ μὲν ἀπώλετο, τὰ δὲ νοσήσαντα περιεγένετο. ὁκόσα δ' ἂν εὐπορήσῃ, καὶ ἀσφαλέως, καὶ ἐς τὸ ἐμφανὲς ἐξίῃ ἀνεθέντα ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἀνάγκης τῆς ἐν τῇ

γαστρὶ

γαστέρι, παχύτερα καὶ μέζω τῶν κατὰ φύσιν ἢ κατὰ λόγον ἐγένετο. οὐκ αὐξήματος, ἀλλ' οἰδήματος γινομένου, ἐξ ὧν δὴ πολλὰ ἀπώλετο. ἢν γὰρ μὴ συνιζήσῃ τὸ οἴδημα θᾶσσον ἢ τεταρταῖον ἢ ὀλίγῳ πολυχρονιώτερον, νοῦσοι γίνονται ἐπ' αὐτέου. ὥστε τροφαὶ καὶ ἀναπνοαὶ σφαλεραὶ μεταλλασσόμεναι. ἤν τι γὰρ νοσηρὸν ἐπάγωνται, κατὰ τὸ στόμα καὶ κατὰ τὰς ῥῖνας ἐπάγονται. καὶ ἀντὶ τοῦ τοσοῦτον εἶναι τὰ ἐσιόντα ὅσα ἐξαρκέει καὶ μὴ ὑπερέχειν, πολλῷ πλέω εἰσέρχεται, ὥστε ἀναγκάζεσθαι ὑπὸ τοῦ πλήθεος τῶν ἐσιόντων καὶ ὑπὸ τῆς διαθέσιος, ὡς διάκειται τὸ σῶμα τοῦ παιδίου, [10] ἤδη τὰ μὲν κατὰ τὸ στόμα τε καὶ τὰς ῥῖνας πάλιν ἐξιέναι, τὰ δὲ κατὰ τὸ ἔντερον καὶ τὴν κύστιν κάτω ὑπεξιέναι, πρόσθεν οὐδενὸς τουτέων οὕτως γινομένου. [11] καὶ ἀντὶ πνευμάτων τε καὶ χυμῶν, οὕτω συγγενέων, οἷς δὴ ἀνάγκη ἐν τῇσι μήτρῃσι γενέσθαι συνήθειαν τε ἔχοντα καὶ ὁμιλείην, πᾶσι ξένοις χρῆται, ὠμοτέροισι καὶ ξηροτέροισι, καὶ ἧσσον ἐξηνθρωπισμένοισιν, ἐξ ὧν ἀνάγκη πόνους γενέσθαι πολλοὺς, πολλοὺς δὲ καὶ θανάτους. ἐπεὶ καὶ τοῖς ἀνδράσι πολλάκις αἱ μεταλλαγαὶ τῶν χωρίων τε καὶ τῆς διαίτης, [12] τὰς νούσους ποιέουσιν, ὁ δὴ αὐτὸς λόγος ἐστὶ καὶ περὶ τῶν ἐσθημάτων. ἀντὶ γὰρ τοῦ σαρκὶ καὶ χυμοῖς ἠμφιέσθαι χλιεροῖς τε καὶ ὑγροῖς καὶ συγγενέσι, τοιαῦτα ἀμφιέννυνται τὰ παιδία οἷάπερ καὶ οἱ ἄνδρες. ὁ δὲ ὀμφαλὸς δι' οὗ αἱ ἔσοδοί εἰσι τοῖσι παιδίοισι, [13] μοῦνον τοῦ σώματος τῇ μήτρῃ προσέσχεται. διὰ τουτέων καὶ κοινωνεῖ τῶν ἐσιόντων. τὰ δὲ ἄλλα ξυμμέμυκε, καὶ οὐκ ἀνεστομωμένα ἐστὶ πρόσθεν, ἢ ἐν ἐξόδῳ ᾖ τὸ παιδίον ἐκ τῆς γαστρός. ὁκόταν δὲ ἐν ἐξόδῳ ᾖ, τὰ μὲν ἄλλα ἀναστομοῦται. ὁ δὲ ὀμφαλὸς λεπτύνεταί τε καὶ ξυμμύει, καὶ ἀποξηραίνεται. ὥσπερ δὲ τοῖς ἐκ τῆς γῆς φυομένοισιν οἱ καρποὶ ἁδρυνόμενοι ἀποκρίνονταί καὶ ἀποπίπτουσι [14] κατὰ τὴν διάφυσιν, οὕτω καὶ τοῖσι παιδίοισιν ἁδρυνομένοις τε καὶ τελείοις γινομένοις, ὁ μὲν ὀμφαλὸς ξυμμέμυκε, τὰ δὲ ἄλλα ἀνεστομώθη, ὥστε εἰσδέχεσθαί τε τὰ ἐσιόντα, καὶ ἐξόδους ἔχειν κατὰ φύσιν, ἧσιν ἀνάγκη ἐστὶ ζῶντας χρέεσθαι. ἕκαστα γὰρ χωρίζεται ῥέποντα [15] κατὰ τὰς συλλοχίας. [16] κράτιστα δὲ τὰ ὑπὸ ἡλίου ξυντροφώτατα. οἱ δὲ δεκάμηνοι τόκοι καὶ ἑνδεκάμηνοι, ἐκ τῶν ἑπτὰ τεσσαρακοντάδων τοῦ αὐτοῦ τρόπου γίνονται. καὶ ἐκ τοῦ ἡμίσεος τοῦ ἐνιαυτοῦ οἱ ἑπτάμηνοι. τὰς γὰρ πλείστας τῶν γυναικῶν ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐν γαστρὶ λαμβάνειν, μετὰ τὰ καταμήνια, [17] ἐὰν ἔῃ ἡ λύσις. [18] τοίνυν τῇ γυναικὶ χρόνον δοῦναι τοῦ μηνὸς ἐν ᾧ αὕτη ἡ κάθαρσις ἔσται. καὶ ὁ χρόνος οὗτος ἥσσων ἐλάχιστος τριῶν, τρεῖς ἡμέραι, τῇσι δὲ πλείστῃσι καὶ πολὺ πλείονες. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ κωλύματα [19] καὶ τοῖς ἀνδράσιν, ἐξ ὧν βραδύνεται ἡ σύλληψις. χρὴ δὲ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ τόδε λογίζεσθαι. [20] ὅτι ἡ νουμηνίη, ἡμέρη μία ἐοῦσα, ἐγγύτατα τριηκοστημόριόν ἐστι τοῦ μηνός. αἱ δὲ δύο ἡμέραι, σχεδὸν πεντεκαιδεκατημόριον τοῦ μηνός. αἱ δὲ τρεῖς ἡμέραι, δεκατημόριον τοῦ μηνός, καὶ τἆλλα κατὰ λόγον λογιστέον. καὶ οὐχ οἷόν τε ἐν τοῖς ἐλάσσοσι τε μορίοις μηνῶν γίνεσθαι, οὔτε τὴν λύσιν τῶν καταμηνίων, οὔτε τὴν σύλληψιν τῶν ἐμβρύων. ἐκ τούτων δὲ ἁπάντων, ἀναγκαῖόν ἐστι τὰς πλείστας τῶν γυναικῶν, περὶ διχομηνίην [21] ἐν γαστρὶ λαβούσας, καὶ πορρωτέρω, ὥστε πολλάκις δοκεῖν ἐπιλαμβάνειν τοῦ ἑνδεκάτου μηνός, [22] τὰς ὀγδοήκοντα καὶ διηκοσίας. τοῦτο γάρ ἐστιν ἑπτὰ τεσσαρακοντάδες. [23] ὅτι γὰρ ἂν ἔξω τῆς διχομηνίης ξυλλαμβάνῃ ἡ γυνή, τοῦτο πᾶν ἀναγκαῖόν ἐστι τοῦ ἑνδεκάτου μηνὸς ἐπιλαμβάνειν, [24] ἵνα περ ἐς τελευταίην περίοδον καταστῇ.

vtero pertulerunt, in lucem exierunt, ij craſſiores & maiores ſtatim quàm ratio poſtulet euaſerunt. Quod cùm iis non ex incremento, ſed ex corporis laxo tumore contingat, ex his ſanè multi perierunt. Niſi enim citiùs quàm tertio die, aut paulò longiore tempore ſubſidat, ex eo morbi oriuntur. Quin & lubricæ ſunt alimenti & reſpirationis permutationes. Nam ſi quid morboſum inuehunt, per os & nares inducunt. Et vt tantum alimenti aſſumatur quantum ſatis ſit, ac minimè ſuperet, multò plura ingeruntur, ita vt pro ingeſtorum copia, & pro corporis pueri affectu, alia quidem tum per os, tum per nares rurſus exire cogantur, alia verò per inteſtinum & veſicam infernè tranſmitti, cùm nihil tale antea contingeret. Quin & loco ſpirituum & tam cognatorum humorum, cũ quibus familiaritatem ac amicitiam in vtero interceſſiſſe neceſſe eſt, externis omnibus vtitur, crudioribus, ſicciorib9, & ad vſum humanum minùs accõmodatis, ex quibus multos ſuboriri dolores, pleriſq; etiam mortes neceſſe eſt, quandoquidem & plerumque viris, tum locorum, tum victuũ mutationes, morbos pariunt. Eadem etiam de veſtibus eſt ratio. Pro eo enim quod carne & ſuccis veſtiebantur, tepidis & liquidis ac cognatis, iiſdem quibus viri veſtibus, induuntur pueri. Vmbilicus autem, per quem ad pueros ingreſſus patet, ſolus ex reliqui corporis partibus, matri adhæreſcit, per quas vias eorum, quæ ingrediuntur, participes fiunt, cum reliquæ clauſæ ſint, nec priùs apertæ quàm puer exitum ex vtero tentarit. Quod cum fit, tum reliqua quidem omnia patent, vmbilicus verò extenuatur, conniuet, & exiccatur. Quemadmodum enim in his, quæ ex terra oriuntur, fructus turgeſcentes ad interſtitiũ, ex quo enati ſunt, ſecernuntur ac decidunt: ſic etiam adultis pueris & perfectis, vmbilicus quidem clauditur, reliqua verò aperiuntur, tum vt ea quæ ingrediuntur, ſuſcipiant, tum exitus ſecundum naturam habeant, qui ad vitæ vſum ſunt neceſſarij. Secedunt enim ſingula, quæ ſenſim repentia in modum collectæ cohortis coaceruata fuerunt. Sunt autem validiſſimi fœtus, qui ſole maximè nutriti ſunt. Decimeſtres autem & vndecimeſtres partus ſeptem quadragenariis eduntur, eodem modo quo & dimidio anno ſeptimeſtres. Plęræque enim mulieres poſt menſtruas purgationes neceſſariò concipiunt, cùm ab his liberatæ fuerint. Mulieri igitur tempus menſtruum, in quo purgatio ipſa procedet concedendum, quod vt breuiſſimum tres dies implet. Plæriſq; autem etiam multò plures. Sunt etiam & alia multa, quæ in viris conceptiones impediunt & morantur. In his iſtud vel maximè in conſiderationem adhibendum, quòd nouilunium, cum dies vnus exiſtat, prope trigeſima menſis pars eſt. Duo autem dies ferè decimam quintam menſis partem cõſtituunt, tres verò dies decimam menſis partem, cæteráque ad horum rationem conſideranda, quódque nec minori ſpatio menſium ſolutio contingere poteſt, neque fœtuum conceptio fieri. Ex his igitur neceſſe eſt plæraſque mulieres circa plenilunium & vlteriùs vtero concipere, ita vt ſæpe videantur ducenti triginta dies vndecimum menſem attingere. Hi ſiquidem dies ſeptem quadragenarios complent. Cùm enim vltra plenilunium mulier concipit, hoc totum vndecimum menſem attingere neceſſe eſt, vt quidem ad extremum circuitum perueniat.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ Ἐπικυήσιος.

HIPPOCRATIS DE SVPERFOETATIONE, AVT, ALTERO CONCEPTV, Liber.

CVm mulier ſuperfœtarit, ſiquidem primus fœtus in medio vtero contineatur, ſuperfœtatum quoque à priore expulſum prolabitur. Quòd ſi in altero cornu præpoſterè conceptum contineat ipſum poſtea partu eiicit, minimè vitalem, poſtquam vitali fœtu liberatus vterus, laxatus & humectus fuerit. Niſi verò ſuperfœtatum confeſtim ſecedat, dolores excitat, fluxum graueolentem, & febrem, faciem, tibias & pedes tumor prehendit, qui ſi diſſoluatur, cibum auerſatur, quò ad exciderit. Superfœtant autem mulieres, in quibus vteri os (ſtomachus dicitur) poſt primum conceptum, non ita valde clauditur, quod euidentibus quibuſdam ſignis conſtat. Clauditur verò, vbi ſuperfœtatum, quod poſteriùs in lucem emittitur nondum partium diſtinctionem habet, ſed caro exiſtit, neque intumeſcit, verùm putreſcit, donec vtero exeat. Si cui fœtus in vtero inuolucrum exierit priùs, quàm fœtus foras prodeat, ea difficilem habet partum, maioréque cum periculo, niſi caput præcedat. At cui fœtus cum ſuo inuolucro foras prodierit, & ad vteri oſculum accedens rupto inuolucro exierit, ea tantò faciliorem habet partum. Et fœtus quidem foras procedit, ſed inuolucrum retinetur, & in ſe contractum illic manet. Cùm fœtus minimè vitalis natus fuerit, huius vngues caro ſupereminet, vngues verò tam in manibus, quàm pedibus deficiunt. Cùm vitali edito fœtu manus prominet, ea retro impellenda, quò ad ſupra repuleris, & ſi ambæ promineant, ambas retrudito. Quòd ſi crus promineat, hoc quoque retro propellendum. Cùm verò vtraque crura in conſpicuo permanſerint, neque alium proceſſum fecerint, fotu vtendum, quò maximè humidus reddatur vterus. Odoratum autem fotum eſſe oportet. Quinetiam ſiquidem caput in conſpectum venerit, reliquum verò corpus intus fuerit, hoc quoque fotu vteris. Cúmque pars quidem corporis in vtero, pars verò in pudendis, pars quoque extra pudenda intumuerit & permanſerit, eodem etiam fotu vtitor. Et ſi quidem per fomentum diſceſſerit, bene habet, ſin minùs, os vteri medicamento aliquo agitatorio, craſſo, aqua diluto, illinito, quod partus dolores adferat. Quin & cibis ac potibus dolores partus promouendi, & pudenda ipſa, ſi plus quàm conueniat ſicca tibi eſſe videantur, cerato inungenda. Cùm pueri capite extra vteri oſculum in apertum veniente, corpus reliquum non ampliùs progrediatur, puer verò mortuus fuerit, digitis aqua madefactis inter vteri oſculum & caput inſertis, digitum in orbem circumducito, deinde digito mento ſubdito, in os traiecto, foras extrahito. Cùm verò reliquum corpus extra pudenda, caput autem intus fuerit, ſiquidem fœtus in pedes feratur, circunductis in orbem digitis manus ambas aqua madefactas inter vteri oſculum & caput immittito, & extrahito. Quòd ſi extra vteri oſculum, verùm intra pudenda fuerit, manibus immiſſis caput apprehenſum extrahito.

ΟΚΟΤΑΝ ἐπικυΐσκηται γυνὴ, ἢν μὲν ἐν τῷ μέσῳ τῆς μήτρης τὸ πρότερον ἔχῃ παιδίον, καὶ τὸ ἐπικύημα προσαπόλλει ὑπὸ τοῦ ἀρχαίου ἐξωθεύμενον. ἢν δὲ ἐν τῷ κέρατι τῷ ἑτέρῳ τὸ ἐπικύημα ἔχῃ, ἐπιτίκτει ὕστερον οὐ γόνιμον, ἐπὴν χαλάσῃ ἡ μήτρη καὶ ὑγρανθῇ τοῦ γονίμου ἀπολυθεῖσα. ἢν δὲ μὴ αὐτίκα ἀποχωρέῃ τὸ ἀποκύημα, ὀδύνας τε παρέχει, καὶ ῥεῦμα δυσῶδες, καὶ πυρετόν. καὶ οἰδεῖ τὸ πρόσωπον, καὶ τὰς κνήμας, καὶ τοὺς πόδας. καὶ ἢν διαλύηται, ἀσιτεῖ ἕως ἂν ἐκπέσῃ. ἐπικυΐσκονται δὲ τῶν γυναικῶν, ὧν ἂν ὁ στόμαχος μετὰ τὸ πρότερον κύημα ξυμμεμύκῃ, κάρτα ἐπιφαινομένων τῶν σημείων. συμμεμύκει δὲ τοῦδε ἐπικυήματος τὰ ἐπιτικτόμενα ὕστερον, ἢν μήπω διάκρισιν ἔχῃ, ἀλλὰ σὰρξ ᾖ, οἰδέει μὲν οὔ, ἀλλὰ κατασήπεται μέχρις ἂν ἐξέλθῃ τῆς μήτρης. ἢν τινι ἂν ἐκδύῃ τὸ χορίον τοῦ παιδίου ἐν τῇσι μήτρῃσι, πρὶν ἔξω ἄρχεσθαι χωρέειν τὸ παιδίον, δυστοκέει, καὶ μᾶλλον ἐπικινδύνως ἢν μὴ ἡ κεφαλὴ ἡγέηται. ἢν τινι δὲ ἴῃ ἔξω σὺν τῷ χορίῳ τὸ παιδίον καὶ προσχωρῆσαν πρὸς τὸ στόμαχον ἐκδύῃ τοῦ χορίου ῥαγέντος, εὐτοκέει μᾶλλον. καὶ τὸ μὲν παιδίον θύραζε χωρέει, τὸ δὲ χορίον ἴσχεται, καὶ ἀνασπᾶται ἐς ἑωυτὸ, καὶ μένει αὐτοῦ. ὁκόταν γόνιμον γίνηται τὸ παιδίον, τούτου ἡ σὰρξ ὑπερέχει τῶν ὀνύχων. οἱ δὲ ὄνυχες ἐλλείπουσι τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν. ὁκόταν γονίμου γινομένου τοῦ παιδίου χεὶρ ὑπερέχῃ, πρότερον ἀπωθέειν ὀπίσω, μέχρις ἂν ἀπώσῃς. καὶ ἢν ἀμφότεραι, ἀμφοτέρας ἀπῶσαι. καὶ ἢν τὸ σκέλος ὑπερέχῃ, ἀπωθέειν καὶ τοῦτο. ὁκόταν δὲ ἀμφότερα τὰ σκέλεα προφανέντα μείνῃ, καὶ μηδ᾽ ἑτέρωσε προχωρέῃ, πυριήμασι δέον χρῆσθαι, ἀφ᾽ ὧν ὑγροτάτη ἔσται ἡ ὑστέρη. εὐώδεα δὲ ἐχέτω τὸ πυρίημα. καὶ ὁκόταν ἡ μὲν κεφαλὴ προφανῇ, τὸ δ᾽ ἄλλο σῶμα ἔσω ᾖ, ὧδε πυριᾷν. καὶ ὁκόταν τὸ μὲν ἐν τῇσι μήτρῃσι τοῦ σώματος, τὸ δὲ ἐν τοῖσιν αἰδοίοισιν, τὸ δὲ ἔξω τῶν αἰδοίων οἰδέῃ, καὶ μένῃ, καὶ οὕτως πυριᾷν. καὶ ἢν μὲν ἀπὸ τῆς πυριήσιος ἀποχωρήσῃ. εἰ δὲ μὴ, προσαλείφειν τὸ στόμα τῆς μήτρης ἐλατηρίῳ παχεῖ, διεὶς ὕδατι, ἵνα ὠδῖνα ἐμποιήσῃ. καὶ ἀπὸ τῶν ποτῶν καὶ ἐδεσμάτων ὠδῖνα ἐμποιέειν. καὶ τὰ αἰδοῖα αὐτὰ, ἀλείφειν κηρωτῇ, ἢν σοι δοκέῃ ξηρότερα εἶναι τοῦ καιροῦ. ὁκόταν τοῦ παιδίου τῆς κεφαλῆς προφανείσης ἐκ τοῦ στομάχου, μηκέτι ἐθέλῃ τὸ ἄλλο σῶμα προχωρέειν, τὸ δὲ παιδίον τεθνήκῃ, τοὺς δακτύλους βρέξας ὕδατι μεταξὺ τοῦ στομάχου καὶ τῆς κεφαλῆς παραδύσας τὸν δάκτυλον, ἐν κύκλῳ περιάγειν. εἶθ᾽ ὑποβαλὼν τὸν δάκτυλον ὑπὸ τὸ γένειον, διαβιβάσας ἐς τὸ στόμα ἐξέλκειν. ὁκόταν δὲ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα θύραζε ᾖ τῶν αἰδοίων, ἡ δὲ κεφαλὴ εἴσω, ἐπὶ πόδας φερομένου τοῦ ἐμβρύου, ἐπὴν περιαγάγῃς τοὺς δακτύλους ἐν κύκλῳ ἀμφοτέρας τὰς χεῖρας παρεὶς μεταξὺ τοῦ στομάχου καὶ τῆς κεφαλῆς, βρέξας ὕδατι ἐξελκύσαι. ἢν δὲ τοῦ στομάχου ἔξω ᾖ, τῶν δὲ αἰδοίων εἴσω, παρεὶς τὰς χεῖρας περιλαβὼν τὴν κεφαλὴν ἐξέλκειν.

ἢν δὲ

ἢν δὲ τὸ ἔμβρυον ἔνδον μένῃ τετελευτηκὸς καὶ μὴ δύνηται μήτε αὐτόματον, μήτε διὰ φαρμάκων ἐκπεσεῖν κατὰ φύσιν. χρίσας τὴν χεῖρα κηρωτῇ, ἥτις ὀλισθηρὴ μάλιστα, ἔπειτα ἐνείρξας ἐς τὴν μήτρην, διελεῖν τοὺς ὤμους ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἐπερείσαντα τῷ μεγάλῳ δακτύλῳ. ἔχειν δὲ χρὴ πρὸς τὰ τοιαῦτα,[14] καὶ ὄνυχα ἐπὶ τοῦ δακτύλου τοῦ μεγάλου. καὶ διελόντα ἐξενεγκεῖν τὰς χεῖρας.[15] ἔπειτα πάλιν ἐγείροντα τὴν κοιλίην ἀναρρηγνύναι καὶ ἀναρρήξαντα, ἡσυχῇ ἐξελεῖν τὰ ἐντοσθίδια. ἔπειτα ἐξελόντα συντρῖψαι τὰ πλευρία, ὅκως συμπεσὸν τὸ σωμάτιον, ῥηΐτερον γένηται, καὶ ῥᾷον ἐξίῃ, μὴ ὀγκῶδες ἐόν. τὸ δὲ χορίον ἢν μὴ ῥηϊδίως ἐκπίπτῃ, μάλιστα μὲν ἐὰν πρὸς τὸ ἔμβρυον προσκρέμαται,[16] καὶ τὴν λεχὼ πρὸς ὕψος καθῆσθαι[17] ὥσπερ ἐπὶ λασάνου, ἔστω δὲ κατεσκευασμένον ὑψηλόν τι, ἵνα τὸ ἔμβρυον ἐκκρεμάμενον, συνεπισπάσηται τῷ βάρει ἔξω. ἡσυχῇ δὲ τοῦτο ποιέειν μὴ πρὸς βίην,[18] ὅκως μὴ ἀποσπασθὲν παρὰ φύσιν, φλεγμονὴν ἐμποιήσῃ. ὑποκεῖσθαι δὲ ὑπὸ τῷ ἐμβρύῳ εἴρια ὡς ὀγκωδέστατα νεόξαντα, ἵνα κατὰ μικρὸν ἐνδιδῷ. ἢ ἀσκία δύο ἐζευγμένα ὕδατος μεστά. ἐπάνω δὲ τῶν ἀσκίων εἴρια· ἐπάνω δὲ τούτων, τὸ ἔμβρυον. ἔπειτα τετρῆσθαι ἑκάτερον τῶν ἀσκίων γραφίῳ, ὅκως ῥυῇ κατὰ μικρὸν τὸ ὕδωρ. ἐκρέοντος δὲ τοῦ ὕδατος, ἐνδιδόασιν οἱ ἀσκοί. ἐνδιδόντων δὲ, ἐπισπᾶται τὸ ἔμβρυον τὸν ὀμφαλόν. ὁ δὲ ὀμφαλὸς ἐφέλκει τὸ χορίον. ἢν δὲ μὴ δύνηται καθῆσθαι ἐπὶ τοῦ λασάνου,[19] ἐπ' ἀνακλιντοῦ δίφρου τετρυπημένου καθῆσθαι. ἢν δὲ ἀσθενὴς ἢ τὸ σύνολον καθῆσθαι, τὴν κλίνην ὡς ὀρθοτάτην ἀπὸ τῶν πρὸς τῆς κεφαλῆς μερέων ἄραντες, ἵνα κάτω ῥέπῃ,[20] ὡς μάλιστα ξυνεπισπᾶται τὸ κάτω βάρος. ὑπὸ δὲ τὰς μασχάλας[21] δῆσαι τὴν λεχὼ ἔξωθεν τῶν ἱματίων, πρὸς τῇ κλίνῃ ταινίῃ, ἢ ἱμάντι πλατεῖ, καὶ μαλθακῷ. ὅκως μὴ ὀρθῆς ἐούσης τῆς κλίνης, κάτω τὸ σῶμα φέρηται. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον κὴν ἀπορραγῇ ὁ ὀμφαλὸς, κὴν ἀποτμηθῇ πρὸ τοῦ καιροῦ. βάρεα σύμμετρα ἐκκρεμάσαντα, τὴν ἐξαγωγὴν τοῦ χορίου ποιέεσθαι. βελτίστη γὰρ αὕτη θεραπείη τῶν τοιῶνδε ἐστὶ, καὶ ἥκιστα βλάπτει. ἢν δέ τινι ἐναποθάνῃ τὸ παιδίον ἐν τῇ μήτρῃ καὶ μὴ ἐξέλθῃ, ὑγρῆς ἐούσης τῆς μήτρης, ἢ μὴ ἐχούσης ἔτι τὸ ὑγρὸν, ἀλλὰ ξηρανθῇ ἡ μήτρη, πρῶτον μὲν οἰδίσκεται αὐτό. ἔπειτα τήκεται καὶ σήπεται τὰς σάρκας, καὶ ῥεῖ θύραζε. ὕστατα δὲ τὰ ὀστέα χωρέει. καὶ ῥόος ἐνίοτε λαμβάνει, ἢν μὴ πρότερον ἀποθάνῃ. ὅταν τὸ παιδίον τεθνήκῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐντεκμαίρεσθαι σημείοις, καὶ κελεύειν, τότε μὲν ἐπὶ δεξιὰ κεῖσθαι, τότε δὲ ἐπ' ἀριστερὰ μεταβάλλειν. μεταπίπτει γὰρ ἐν τῇ μήτρῃ τὸ παιδίον, ὁκοτέρωσε ἂν ἡ γυνὴ, ὥσπερ λίθος ἢ ἄλλο τι, ἢν τεθνήκῃ. καὶ τὸ ἦτρον ψυχρὸν ἔχει. ἢν δὲ ζώῃ, τό, τε ἦτρον θερμὸν ἔχει. καὶ ἡ μὲν γαστὴρ, ὅλη μεταπίπτει, τετραμμένη μετὰ τοῦ ἄλλου σώματος. ἐν αὐτῇ δὲ οὐδὲν μεταπίπτει χωρὶς τοῦ ἄλλου σώματος. ἢν τινι ἂν ὠδινούσῃ πρὸ τοῦ παιδίου ῥόος πολλὸς αἱματώδης γένηται ἀνώδυνος, κίνδυνος τὸ παιδίον τεθνηκὸς ἀπολυθῆναι, ἢ οὐ βιώσιμον γενέσθαι. κυουσέων τῶν γυναικῶν, τὸ στόμα χρὸς τῶν πλείστων ἐγγὺς τυγχάνει ἐὸν, πρὸ τοῦ τόκου. κυΐσκουσα ἡ γυνὴ, ἢν μὴ λαγνεύηται, ῥηΐτερον ἀπολυθήσεται τοῦ τόκου.[22] ἡ τὰ δίδυμα κύουσα, οὐ τίκτει τῇ αὐτῇ ὥσπερ συνέλαβεν. ἔχει δὲ ἐν ἑνὶ χορίῳ τὰ παιδία ἀμφότερα. γυναικὶ δυστοκεούσῃ, ἢν τὸ παιδίον ἐν τῇσι γονῇσιν ἔχηται καὶ μὴ εὐπόρως ἐξέλθῃ, ἀλλὰ σὺν πόνῳ, καὶ μηχανῇσιν ἰητροῦ,[23] τοῦτα τὰ παιδία ἀῤῥίζωα.

Sin autem fœtus intus maneat mortuus, neq; ſponte, neque per medicamenta naturaliter excidat, manu cerato maximè lubrico illita, & in vterum incluſa, humeros à ceruice valido pollicis appreſſu diuidito. Quam ad rem vnguis pollici adaptandus, eáque diuiſione facta brachia educenda, deinde rurſus excitato opere venter diſcindendus, eóque diſciſſo interanea ſenſim eximenda: his deinde exemptis molles coſtas conterito, quò conſidens corpuſculum expeditius reddatur, cúmque minimè tumidum exiſtat, faciliùs exeat. At verò ſi ſecundæ non facilè decidant eæ quidem cum fœtu quò ad fieri poteſt, propendeant, puerperáque velut ſuper laſano collocetur. Sit autem in altum quid comparatum, vt fœtus propendens, ſuo pondere eas vnà ſecum foras extrahat. Id verò ſenſim, non vi, faciendum, ne præter naturam diſtractæ ſecundæ inflammationem excitent. Supponendæ igitur fœtui lanæ quàm maximè ſublatæ recèns carptæ, quò paulatim cedant, aut vtriculi duo copulati aqua pleni, ſupra quos lanæ imponendæ, & ſupra lanas fœtus collocandus, deinde vterque vtriculus ſtilo pungédus, quo ſenſim aqua defluat, qua effluente, vtres demittantur ac conſidant, his autem demiſſis fœtus vmbilicum attrahit, vmbilicus verò ſecundas extrahit. Quòd ſi ſupra laſanum ſedere nequeat, in ſella recubitoria perforata locetur. Si verò præ imbecillitate prorſus ſedere nequeat, lectum à capite quàm erectiſſimum extruito, vt deorſum declinet, ſicque fœtus ſuo pondere quàm maximè deorſum ſimul trahat. Sed puerpera ipſa ſub alis ſupra ſtragula faſcia aut loro lato & molli ad lectum alliganda, vt ne lectulo erecto, corpus eius ſubterlabatur. Ad eundem quoque modum, abrupto aut ante tempus abſciſſo vmbilico, conuenientibus appenſis ponderibus: ſecundarum eductio molienda. Hæc enim iſtorum optima eſt curatio, miniméque noxia. At verò ſi cui puer immoriatur in vtero, neque exeat cùm humectus fuerit vterus, ſed cùm nullum ampliùs humorem contineat; is ſicceſcat, primum quidem puer intumeſcit, deinde colliquatæ & putrefactæ carnes foras effluunt, poſtremo verò loco oſſa prodeunt, fluórque eam aliquando prehendit, niſi priùs moriatur. Cùm mortuus fœtus fuerit, tum aliis ſignis conijcere licet, tum etiam iubere oportet, vt modò quidem dextrum in latus iaceat, modò etiam in ſiniſtrum conuertatur. Dilabitur enim fœtus in vtero, quocunque ſe vertat mulier, velut ſaxum, aut aliud quidpiam, ſi mortuus fuerit, & pectinem frigidum mulier habet. Quòd ſi viuat, pecten calidus eſt, & totus quidem venter vna cum reliquo corpore concidit, nihilq; in eo abſq; reliquo corpore dilabitur: Si parturienti ante fœtum, multus ſanguinolentus citra dolorem fluxus contingat, periculum eſt, ne fœtus mortuus exeat, aut minimè vitalis edatur. Prægnantibus plæriſque os vteri ante partum prope extat. Mulier prægnans, ſi venerem non exerceat, partu faciliùs liberabitur. Quæ gemellos vtero geſtat, eodē die velut concepit, parit, vno autem inuolucro vtrunq; fœtum continet. Muliere ægrè pariente, ſi fœtus in naturalibus locis hæreat, neque facilè exeat, ſed cum labore, neque ſine Medici ope, huiuſmodi fœtus cū pauci ſint tēporis,

his non ante abſcindendus vmbilicus, quàm vrinam reddiderint, ſternutarint, aut vocem ediderint, ſed ſinendi ſunt. Mulier verò quàm proximè ad fœtum accedat, & ſi ſitiat, aquam mulſam bibat. Quòd ſi vmbilicus inſletur, velut vteri oſculum, & fœtus moueatur, ſternutet, aut vocem edat, tunc etiam ſpirante puero vmbilicum ſecato. Si verò non inſletur vmbilicus, neque moueatur, temporis ſucceſſu vitalis futurus eſt. Prægnantem mulierem vel oculi retracti & cauiores redditi, tibi indicabunt, & oculorum candidum albedinem natiuam non habens, ſed liuidius. Quæ partui vicina cauos habet oculos, faciémque ſubtumidam, cuique corpus totum & pedes intumeſcunt, tanquam alba pituita detenta videatur, ſi ei aures & ſummus naſus albeſcant, & labra liuida fuerint, fœtus quos geſtat mortuos parit, aut viuos malè habentes, neq; vitales, & exangues velut morboſos, aut priùs minimè vitales peperit. Huic ſanguis aquoſus euaſit. Poſt partum igitur odorata ſupponenda ſunt, eadémque cibo & potu exhibenda. Primúmque in facie ſummus naſus ſimus euadit, & colorem reſumit. Prægnantibus ſi terra aut carbones in cibum expetuntur, eáque edant, in fœtus capite, vbi in lucem editus fuerit, horum ſignum apparet. Mulier noſſe debet, vtra ei mamma maior ſit, ea enim parte fœtus exiſtit. Eadem verò oculi conſideratio, maior enim & lucidior prorſus erit intra palpebram, qua parte maior mamma exiſtit. Si cui ex appoſitis ſubdititiis medicamentis non admodum valentibus, dolores ad articulos obueniant, & dentium ſtridor occupet, pandiculatióque totius corporis & oſcitatio detineat, eam magis concepiſſe ſpes eſt, quàm quæ nihil tale patitur. Mulier quæ præter naturam craſſa & pinguis euaſit, & pituita repleta, eo tempore non concipit. Quæ verò ſua natura talis eſt, horum gratia concipiet, niſi aliud quid impediat. Mulieribus plæriſque cùm menſes venturi ſunt, vteri oſculum ſeſe magis, quàm alias, contrahit. Quæ cito concipiebat, ſi concipere deſinat, bis in anno manuum & crurum venam ſibi ſecari iubeat. Quæ coxendicum doloribus, aut capitis, aut manuum, aut alterius cuiuſpiam partis conflictatur, ſi, vbi concepit, deſinunt, cùm verò liberatus eſt vterus, rurſus inſunt, huic conducit odorata in potu & ſubdititiis medicamentis, ad vteri os apponere. Mulierem cui conceptus gratia medeberis, vbi perpurgata eſſe, óſque vteri bene habere videbitur, lotam & capite deterſo nullo modo inungito. Deinde linteo inodoro loto circumdatis capillis, reticulo mundo aut nihil olente obligetur, primum impoſito linteo, poſtea galbano cocto, & ad ignem non ſolem emollito, in ſubdititio ad os vteri appoſito, quieſcere permittatur. Deinde mane exuto reticulo cum linteo, verticem ſuum alicui olfaciendum præbeat, qui ſiquidem oleat, probè purgata videbitur, ſin minus, malè. Hæc autem ieiuna faciat. Quæ ſi conceptura non ſit, nec purgata, nec aliàs vnquam olebit, neque ſi prægnanti in ſubdititio apponatur, ſic bene olebit. Quæ verò crebrò prægnans futura eſt, facilè concipit, & benè valet, ſi nullum ſubdititium medicamentum apponas, neque purges, eius vertex olebit, aliud verò nihil. Cùm vero probe omnia habere videbuntur, & ad virũ accedere oportebit, mulier quidẽ ieiuna eſto, vir autem minimè ebrius, frigida lotus, & commodis alimẽtis enutritus.

τουτέων οὐ χρὴ τὸν ὀμφαλὸν ἀποτάμνειν πρὶν ἂν οὐρήσῃ, ἢ πταρῇ, ἢ φωνήσῃ, ἀλλὰ ἐᾶν. προσχωρήτω δὲ ἡ γυναῖκα ὡς ἐγγυτάτω τοῦ παιδίου, καὶ ἢν διψῇ, πινέτω μελίκρητον. καὶ ἢν ὁ ὀμφαλὸς ἐμφυσᾶται ὥσπερ στόμαχος, καὶ κινηθήσεται, ἢ πταρνῆται τὸ παιδίον, ἢ φωνὴν ῥήξῃ, καὶ τότε ἀποτάμνειν ἀναπνέοντος τοῦ παιδίου. ἢν δὲ μὴ φυσᾶται ὁ ὀμφαλὸς, μηδὲ κινῆται, χρόνου ἐγγενομένου, [20] βιώσεται. [21] κυούσας γυναῖκας ἢν μὴ ἄλλως γινώσκῃς, ἀλλ' οἱ ὀφθαλμοὶ ἑλκυσμένοι καὶ κοιλότεροι γίνονται, καὶ τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν, οὐκ ἔχει τὴν φύσιν τῆς λευκότητος, ἀλλὰ πελιδνότερα. ἢν τις ἐπίτοκος ἐοῦσα, κοῖλα δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχῃ, καὶ ὑποιδὲς τὸ πρόσωπον, καὶ ὅλη αὐτὴ καὶ οἱ πόδες οἰδέωσιν, ὥσπερ ὑπὸ φλέγματος λευκοῦ ἐχομένη φαίνεται. καὶ τὰ ὦτα λευκὰ, καὶ τὴν ῥῖνα ἄκρην λευκὴν, [26] καὶ τὰ χείλεα πελιδνὰ, αὕτη τεθνηκότα φέρει ἃ τίκτει ἢ ζῶντα, πονηρὰ καὶ οὐ βιώσιμα· καὶ ἄναιμα ὡς νοσηλεύοντα. ἢ προέτεκεν οὐ γόνιμα. ταύτῃσι τὸ αἷμα ἐξυδατοῦται. δεῖ οὖν τῇ τοιαύτῃ μετὰ τὸν τόκον, τὰ εὐώδεα προστιθέναι καὶ ἐσθίειν [27] καὶ πίνειν εὐώδεα. καὶ πρῶτον τοῦ προσώπου ἡ ῥὶς ἔνσιμος γίνεται ἄκρη καὶ χρῶμα λαμβάνει. [28] ἢν τισι κυϊσκομένῃσι γῆν ἐπιθυμῆται ἐσθίεσθαι ἢ ἄνθρακας, καὶ ἐσθίονται, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ παιδίου φαίνεται, ὁκόταν τεχθῇ, σημεῖον ἀπὸ τῶν τοιούτων. γυναικὶ χρὴ εἰδέναι τὸν μαζὸν ὁκότερός ἐστιν αὐτῇ μέζων, κεῖθι γὰρ τὸ ἔμβρυον. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ὀφθαλμοί. ἔσται γὰρ μέζων καὶ λαμπρότερος ὁ πολὺ εἴσω τοῦ βλεφάρου ὁκότερος ἢ ὁ μαζὸς μέζων. ἢν τινι καὶ ἀπὸ προσθέτων μὴ λίην ἰσχυρῶν ὀδύναι ἐς τὰ ἄρθρα ἀφικνέωνται, καὶ βρυγμὸς ἔχῃ καὶ σκορδινέηται καὶ χασμᾶται, ἐλπὶς ταύτην κυῆσαι μᾶλλον, ἢ εἴ τις ἂν τουτέων μηδὲν πάσχῃ. [30] γυνὴ ἥτις παχεῖα παρὰ φύσιν ἐγένετο, καὶ πίειρα, καὶ φλέγματος ἐπλήσθη, οὐ κυΐσκεται τοῦτον τὸν χρόνον. ἥτις δὲ φύσει τοιαύτη ἐστὶ, κυΐσκεται τουτέων εἵνεκεν, ἢν μή τι ἄλλο κωλύῃ αὐτήν. τῶν γυναικῶν τῇσι πλείστῃσιν ὅταν τὰ ἐπιμήνια μέλλῃ φαίνεσθαι, [31] ὁ στόμαχος αὐτὸς ἑωυτὸν συνάγεται μᾶλλον ἢ ἄλλοτε. γυνὴ ἥτις [32] ταχυκύμων ἐοῦσα πέπαυται κυϊσκομένη, φλεβοτομείσθω δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀπὸ τῶν χειρῶν καὶ τῶν σκελέων. [33] ἢν τινι ὀδύναι ἐν τῷ ἰσχίῳ, ἢ ἐν τῇ κεφαλῇ, ἢ ἐν χερσὶν, ἢ ἄλλοθί που τοῦ σώματος, ὅταν δὲ κυῇ ἐκλείπωσιν· ὁκόταν δ' ἀπολυθῇ ἀπὸ τῶν μητρέων, ἔνεισι, ξυμφέρει τὰ εὐώδεα καὶ πίνειν καὶ προστιθέναι πρὸς τὸ στόμα τῶν μητρέων. ὅταν τινὰ ἰητρεύῃς γυναῖκα κυήσιος εἵνεκεν, ὁκόταν δοκέῃ κεκαθάρθαι, καὶ τὸ στόμα καλῶς ἔχῃ τῶν μητρέων, λουσάσθω καὶ σμηξάσθω τὴν κεφαλήν. [34] μὴ ἀλειψάσθω δὲ μηδενί. ἔπειτα ὀθόνιον ἄοδμον περιθεῖσα περὶ αὐτὰς τὰς τρίχας πεπλυμένον κεκρυφάλῳ πεπλυμένῳ, ἢ μηδενὸς ὄζοντι, καταδησάσθω, τὸ ὀθόνιον ἐπιθεῖσα πρῶτον. ἔπειτα ἀναπαυέσθω προσθεμένη χαλβάνην πρὸς τὸ στόμα χυτὴν, ἑψήσασα καὶ μαλθάξασα ἐς πῦρ, καὶ μὴ εἰς τὸν ἥλιον. ἔπειτα πρωῒ ἀποδυσαμένη τὸν κεκρύφαλον μετὰ τοῦ ὀθονίου, ὀσφραίνεσθαι παρεχέτω τινὶ τὴν αὐτῆς κορυφὴν καὶ ἢν μὲν ὄζεσι, καλῶς ἔχει τῆς καθάρσιος. [35] ἢν δὲ μὴ, κακῶς. ἄσιτος δὲ ταῦτα ποιείτω. καὶ ἢν μὴ τέκουσα ᾖ, οὐδέποτε ὄζεσι, οὔτε καθαιρομένη, οὔτ' ἄλλως. οὐδ' ἢν κυεούσῃ προσθῇ, οὐδ' οὕτως καλῶς ὄζεσι. ἥτις δὲ κυΐσκεται θαμέως καὶ ἀρτεμής ἐστι καὶ ὑγιαίνει, [36] ἢν μὴ προσθῇς μηδὲ καθήρῃς, ὄζεσι αὐτῆς ἡ κορυφὴ, ἄλλο δὲ οὐδέν. ὅταν

ὅταν δὲ δοκέῃ καλῶς ἔχειν πάντα, καὶ δέῃ παρὰ τὸν ἄνδρα ἐλθεῖν, ἢν μὲν γυνὴ, ἄσιτος ἔστω·[17] ὁ δὲ ἀνὴρ, ἀθώρηκτος, ψυχρῷ λελουμένος, καὶ σιτηθεὶς, τὰ ξύμφορα. καὶ ἢν γνῷ ξυλλαβοῦσα τὴν γονὴν, μὴ ἐλθῃ οὐ χρόνου πρὸς τὸν ἄνδρα, ἀλλ' ἡσυχαζέτω. γνώσεται δὲ, ἢν μὲν ὁ ἀνὴρ φῇ ἀφιέναι, ἡ δὲ γυνὴ ἀγνοῇ ὑπὸ ξηρότητος. ἢν δὲ ἀποδιδοῖ πάλιν ἡ μήτρη τὴν γονὴν ἐς τὰ αἰδοῖα,[18] καὶ γίνηται ὑγρὴ, πάλιν ξυμμισγέσθω, μέχρις ἂν συλλάβῃ.[19] γυνὴ ἥτις κυΐσκεται μὲν, διαφθείρει δὲ δίμηνα τὰ παιδία, ἀκριβέως ἐς τὸν αὐτὸν χρόνον, καὶ μήτε πρότερον, μήθ' ὕστερον,[40] καὶ τοῦτο πάθῃ δὶς ἢ τρίς. ἀλλὰ καὶ ἢν τρίμηνα, ἢ τετράμηνα, ἤν τε πλέονα χρόνον γενόμενα, διαφθείρῃ, κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτον τρόπον,[41] ταύτῃσιν αἱ μῆτραι οὐκ ἔτι διδόασιν ἐπὶ μεῖζον τοῦ παιδίου αὐξανομένου, καὶ ὑπερβάλλοντος τοῦ χρόνου τοῦ διμήνου, ἢ τριμήνου, ἢ ὁπηλίκου.[42] ἢν ποτε ἂν ἄλλοτε μὲν αὐξάνεται· αἱ δὲ μῆτραι οὐκέτι εἰσὶν ἱκαναὶ, ἀλλὰ κατὰ τοῦτο διαφθείρεται ἐς τὸν αὐτὸν χρόνον.[43] ταύτῃ χρὴ σικύην ἐμποιῆσαι ἐς τὴν μήτρην. ἐπὴν δὲ ἀποποιῆσαι καὶ φυσῆσαι ὡς μάλιστα, προσθέτοισι φαρμάκοισι τοῖσιδε. τῆς σικύης τῆς ἀγρίης τὴν ἐντεριώνην κόψαντα διασῆσαι. ἔπειτα ἐν μέλιτι ἑφθῷ μῖξαι ὀλίγῳ πλείονι ὄντι τῷ μέλιτι, καὶ σιλφίου ὀλίγον. τὸ δὲ μέλι καθεφθὸν ἔστω. τοῦτο περιπλάσαι περὶ μήλην, τὸ πάχος ποιέοντα ὁκόσον παραδέχεται ὁ στόμαχος. προσθεῖναι δὲ καὶ πρὸς τὸ στόμα τῆς μήτρης, καὶ ὦσαι ὅκως ἂν ἀφίκηται ἐς τὸ εἴσω τῆς μήτρης. ὁπόταν δὲ ἀποτακῇ τὸ φάρμακον, ἐξελκύσαι τὴν μήλην. καὶ τὸ ἐλατήριον ὧδε ποιέων προστιθέναι, καὶ τὴν κολοκυνθίδα τὴν ἀγρίην ὡσαύτως. καὶ ἐσθιέτω τοῦτον τὸν χρόνον, σκόροδα ὡς πλεῖστα, καὶ καυλὸν σιλφίου, καὶ ὅ,τι φῦσαν ἐμποιεῖ ἐν τῇ κοιλίῃ. προστιθέσθω δὲ τὸ πρόσθετον, διὰ τρίτης τῆς ἡμέρης, ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν, καὶ πλῆθος[44] ὁκόσον προσδέχηται. τὰς δὲ μεταξὺ μαλθακτηρίοισι χρῆσθαι. ἐπειδὰν δὲ γένηται ἤδη τοῖσι μαλθακτηρίοισι τὸ στόμα τῆς μήτρης, μετὰ τὸ ἐπιφαίνεσθαι ἐπιμήνια ἡσυχαζέτω.[45] ὁκόταν δὲ ξηρὴ, μισγέσθω.[46] ἢν ἔχῃ ἂν ἡ μήτρη ἔμπυος γίνηται, ἢ μετὰ τόκον ἢ ἐκ διαφθορῆς, ἢ ἄλλως πως,[47] καὶ μὴ ἐν βάθει ᾖ ἑτέρως, καὶ χιτῶνι τὸ πῦον ὥσπερ ἐπὶ φύματος ᾖ, ξυμφέρει ταύτην μήλην ὑπαλειπτρίδα καθιέναι ἐς τὸ στόμα τῆς μήτρης.[48] ἧσσον γὰρ δεήσεται καύσιος, εἰ χωρήσειε πρὸς τὴν μήλην. ἔπειτα κάμπας τὰς ἀπὸ τῆς τιθυμαλλίδος ξυλλέξας,[49] ὥσπερ δὲ κέντρα ἐχούσας, ἀποταμεῖν ἡσυχῇ ὅκως ἂν ἡ φορβὴ μὴ ἐκρυῇ. ἔπειτα ξηραίνειν αὐτὰς ἐν ἡλίῳ καὶ τρίβειν. καὶ τοὺς σκώληκας δὲ τοὺς κοπρίους ὡσαύτως ξηραίνειν ἐν τῷ ἡλίῳ,[50] ἔπειτα τρίβειν. καὶ τῆς μὲν κάμπης, δύο ὀβολοὺς σταθμῷ αἰγιναίους, τῶν δὲ σκωλήκων διπλάσιον. καὶ ἀνίσου ὀλίγον παραμῖξαι, ἢ τῶν τοιούτων τινός. κακῶδες γὰρ γίνεται. ταῦτα δὲ τρίψας λεῖα, διεὶς οἴνῳ λευκῷ εὐώδει, καὶ ἐπὴν πίῃ, βάρος ἐπιγίνεται, καὶ νάρκη ἐμπίπτει ἐν τῇ γαστρί. ἢν ταῦτα ἐπιγένηται, μελίκρητον ἐπιπινέτω ὀλίγον.[51] κυήσιος δὲ καὶ παιδοποιΐης ἥτις δεῖται, καὶ ἄτεκνος ἐοῦσα, καὶ ἤδη κυήσασα, οὖσα δὲ τεκοῦσα, ἢν ὅταν ὁ στόμαχος ξηρὸς[52] ἢ ἀκρόπαθος, ἢ ξυμμεμυκὼς ᾖ, καὶ μὴ ὀρθῶς ᾖ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἰσχίον ἀπεστραμμένος τὸ ἕτερον,[53] ἢ ἐς τὸν ἀρχὸν κεκρυμμένος, ἢ ἀνεσπασμένος ἐς ἑωυτὸν,[54] ἢ τὸ χεῖλος ἐπιβάλλῃ τοῦ στομάχου. ὁκόθεν οὖν ἐφ' ἑωυτὸν ἢ τρηχὺς καὶ πεπωρωμένος ᾖ. σκληρὸς δὲ γίνεται καὶ ἀπὸ συμμύσιος καὶ ἀπὸ πωρώσιος, ταύτῃσι τὰ ἐπιμήνια οὐ φαίνεται,[55] ἐλάσσονα τοῦ δέοντος, καὶ διὰ πλείονος χρόνου ἐπιφαίνεται.

Quòd ſi noſcat ſe genituram ſuſcepiſſe, tunc ne virum adeat, ſed quieſcat. Id autem cognoſcet, ſi quidem vir ſe ſemen emiſiſſe dicat, mulier verò præ ſiccitate ignoret. Sin vterus genituram ad pudenda remiſerit, & mulier humecta euadat, ruſus cum viro concumbat, quoad concipiat. Mulier quæ concipit quidem, fœtus autem bimeſtres perdit, eo exacto tempore neque priùs, neque poſteriùs, idque bis aut ter illi contigit, quinetiam ſi trimeſtres, aut quadrimeſtres, aut etiam maiores fœtus ad eundem iſtum modum perdat: his vteri in maiorem amplitudinem non ampliùs increſcunt, ſi fœtus augeatur, & bimeſtre aut trimeſtre ſpatium, aut quantulumcunque tempus ſuperet, vel ſi quando aliàs augetur, vteri non ampliùs capiendo fœtui eſſe poſſunt, ſed hac de cauſa eo tempore perditur. Huic cucurbitula ad vterum apponenda, qua ſummota eum per huiuſmodi ſubdititia medicamenta, quàm maximè inflare oportet. Cucumeris agreſtis medullam tuſam & cribratam, deinde paucam melle copioſiore cocto ſubigito, parúmque laſeris adiicito. Mel autem coctum eſto. Hoc medicamentum ſpecillo illitum, & ea craſſitudine redditum, quam vteri oſculum ſuſcipere poſſit, in ſubdititio ad os vteri apponito, introque quo ad eius interiora penetret, pellito. Liquefacto medicamento, ſpecillum educito, & cucumeris agreſtis ſuccum eodem modo præparatum, ſimilitérque colocynthidem ſylueſtrem in ſubdititio apponito. Sub hoc autem tempus in cibo ſumat allia quamplurima, & laſeris caulem, & quicquid ventrem inflare poteſt. Tertio verò quoque die ſubdititium medicamentum apponatur, donec rectè habere videatur, ea copia quam recipiet. Intermediis diebus mollientibus vtendum. Poſtea verò quàm vteri os emollientibus compoſitum fuerit, cùm menſes apparuerint, quieſcat, vbi verò ſicca fuerit, ad virum accedat. Quæ purulentum habet vterum ex partu, aut abortione, aut alia quauis cauſa, neque aliter in alueo & tunica, velut in tuberculo aſſolet, pus contineatur, huic ſpecillum lenitorium in vteri os demittere confert. Minùs enim vſtione opus erit, ſi ſpecillo cedat. Poſtea erucas ex tithymalide collectas, velut aculeos habentes, quos ſenſim excindito, ne pabulum effluat, deinde ſole ſiccatos terito. Quinetiam vermes ſtercorarios eodem modo in ſole ſiccato, deinde terito. Et erucæ quidem duorum obolorum Æginenſium pondus, vermium autem duplum, & aniſi puſillum, aut aliquid id genus permiſceto. Mali enim odoris medicamentum euadit. Iſta autem leuiter trita vino albo odorato diluito, & vbi epota fuerint, venter grauatur, & torpor ingruit. Quæ ſi adfuerint, aquam mulſam inſuper potui exhibeto. Quæ conceptionis & procreationis liberorum eſt cupida, quæque liberis caret, & iam prægnans fuerit ac pepererit, ſi vteri os ſiccum aut ſumma parte affectum fuerit, aut conniueat, neque rectè ſe habeat, ſed in alteram coxendicem, aut ad anum obuerſum lateat, ſeſe contraxerit, aut oris labrum in ſe incubuerit: vndecunque igitur aſperum aut calloſum fuerit, (dureſcit autem & conniuens & calloſum) iis menſes non reſpondent, ſed pauciores quàm debeant, nec per longius tempus apparent.

In nonnullis verò menſes, pro corporis ſanitate & vterorum exitu, naturalem & iuſtum modum nacti ſunt, vteri etiam oſculo non admodum ex menſium caliditate & humiditate obtuſo. Genituram verò ideò non ſuſcipit, iuxta eam læſionem, quæ impedimento eſt, quominus eam os vteri malè affectum ſuſcipiat. Huic fomentum toto corpore adhibeto, ac medicamentum purgans propinato, primúmque toto corpore mundam reddito; ſiue ſupra, ſiue infra opus ſit, ſiue ſupra tantum. Quòd ſi ſupra medicamentum purgans exhibueris, ante purgationem ne foueto, fouebis verò, poſtea infra purgaturus. Si verò ſupra purgante medicamento minimè opus eſſe videatur, fomento ante adhibito, infra purgans propinato. Vbi autem probè purgatum corpus videbitur, poſtea vteros, ſi conferre videatur, crebris inſeſſionibus foueto. Ad fomentum verò cupreſſi ramenta, lauríque folia contuſa immittito, & calida multa lauato. Poſt recèns adhibitum balneum & fomentum, ſpecillo ſtanneo os vteri diducito, & vbi opus eſſe videbitur dirigito. Aut plumbeo vtitor, initio à tenui ducto, deinde craſſius adhibeto, ſi ſuſcipere queat, donec probè habere videatur. Specilla autem aliquo molliente diluto, & ſi conferat, liquido reddito, intingito. Quæ poſtrema parte caua reddita, deinde ad longiora ligna adaptato, ad eúmque modum vtitor. Per hoc autem tempus in potu ſumat tædam quàm pinguiſſimam tenuiter conciſam, in vino albo odorato, dulci quàm gratiſſimo decoctam, & apij ſemen contuſum, & cumini Æthiopici ſemen, thúſque quàm optimum. Hæc moderata copia, quótque diebus ſatis eſſe videbitur, ieiuna bibat, & catellos coctos edat, & polypum vino dulci coctum, iuſculúmque in potu ſumat, & braſſicam coctam, ſuperpoto vino albo, neque ſitiat, & bis die calida lauet. Sub hoc autem tempus à cibis abſtineat, per quod, ſiquidem per vteri os quid decedat, & purgatio quædam extra ferri videatur, vno aut altero die adhuc potione vtendum, & ſpecillis abſtinendum, tentandáque per ſuppoſititia medicamenta vterorum purgatio. Si cui verò cùm vteri os rectum, magnum, & ſanum, benéque habitum, & loco conuenienti ſitum fuerit, menſtrua nequaquam apparuerint, vel pauciora, & per longius tempus, miniméque ſana quonam morbo vteri laborent, inueſtigato, & ſi corpus etiam aliquid conferre videatur, peruestigata cauſa ob quam non concipiat: hiſque hoc ſe habentibus modo, ſi adhibitam curationem ſuſcipiat, medelam facito, initio à valentibus ducto, quantum temporis ratio poſcere videbitur. In molliora autem deſinendum, donec vterus ex purgatione bene habere, eiúſque os rectè conſtitutum, & bene loco poſitum eſſe videatur. Quod ſi neque à potione, neque medicamento menſtrua proceſſerint, nec tamen ſi moderato tempore biberit, ab hac potione deſiſtendum. Vbi verò ex ſpecillorum vſu rectè habuerit, os ſtomachi molliendum, faciendúmque vt dehiſcat, ad viam medicamento ſubdititio faciendam, ex medicamentis ad ſuffitum accommodatis & emollientibus comparato. Cùm verò ex emollitione & ſuffitu bene habuerit, vteri purgationem per ſubdititium medicamentum facito, donec benè habere videatur, ducto ab emollientibus initio, & ad valentia progreſſu facto,

ἔστι δὲ ἐν ᾗσι τὰ ἐπιμήνια, καὶ κατὰ ὑγείην τοῦ σώματος, καὶ τῶν μητρέων τὴν ἔξοδον εὑρίσκεται καὶ κατά γε τὸ ξύμφυτον καὶ δίκαιον, καὶ ὑπὸ θερμότητος καὶ ὑγρότητος τῆς ἐπιμηνίου, καὶ τοῦ στομάχου μὴ κάρτα βεβλαμμένου. τὴν δὲ γονὴν διὰ τοῦτο οὐ δέχεται[56] κατὰ τὴν βλάβην, ἣν τις ἢν κωλύῃ ἀπὸ τοῦ στομάχου μὴ καλῶς ἔχοντος τοῦ δέχεσθαι, ταύτην χρὴ πυριῆσαι τὸ σῶμα ὅλον, δοῦναι πιεῖν φάρμακον, καὶ καθαρὴν ποιήσασθαι τοῦ σώματος πρότερον, ἤν τε ἄνω καὶ κάτω δέηται, ἤν τε ἄνω μοῦνον. καὶ ἤν τε ἄνω διδῷς τὸ φάρμακον,[57] μὴ πυριῆν πρὸ τῆς καθάρσιος, πυριήσεις δὲ μεταπίσας κάτω. ἢν δὲ μὴ δοκέῃ δεῖσθαι ἀνωτερικοῦ, προπυριήσας, κάτω πίσαι. ὅταν δὲ δοκέῃ καλῶς ἔχειν καθάρσιος τὸ σῶμα, μετὰ τοῦτο πυριῆν τὰς μήτρας, ἐγκαθίζοντα αὐτὰς πυκνὰ[58] ἢν δοκέῃ ξυμφέρειν. ἐπιβάλλειν δὲ ἐς τὸ πυρίημα κυπαρίσσου ῥινήματα καὶ δάφνης φύλλα κόψας, καὶ λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ. ὅταν δὲ νεόλουτος ἢ καὶ νεοπυρίητος, ἀνευρύνειν τὸ στόμα τῆς μήτρης, τῇ μήλῃ τῇ κασσιτερίνῃ, καὶ ἀνορθοῦν ὅπῃ ἂν δέηται· ἢ μολιβδίνῃ, ἀρξάμενος ἐκ λεπτῆς.[59] εἶτα παχυτέρῃς εἰ προσδέχηται, ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν. βάπτειν δὲ τὰς μήλας, ἐν ἑνὶ τῶν μαλθακτηρίων διειμένῳ. ὅταν δὲ δοκέῃ ξυμφέρειν ὑγρὸν ποιήσας. τὰς δὲ μήλας ποιεῖν ὄπισθεν κοίλας. εἶτα πρὸς ξυλίοισι μακροτέροισιν ἁρμόσαι, καὶ οὕτως χρῆσθαι. τὸν δὲ χρόνον τοῦτον πινέτω καθεψοῦσα ἐν οἴνῳ εὐώδει λευκῷ καὶ ὡς ἡδίστῳ γλυκεῖ, δᾷδα ὡς πιοτάτην καταξύσασα λεπτὰ καὶ σελίνου καρπὸν κόψασα, καὶ κυμίνου αἰθιοπικοῦ καρπὸν, καὶ λιβανωτὸν ὡς κάλλιστον. τούτου πινέτω νῆστις ὁκόσον ἂν δοκέῃ μέτριον εἶναι πλῆθος, ἡμέρας ὁκόσας ἂν δοκέῃ ἅλις ἔχειν.[60] καὶ ἐσθιέτω σκυλάκια ἑφθὰ,[61] καὶ πολύποδα ἐν οἴνῳ ἑφθὸν γλυκεῖ. καὶ τὸν ζωμὸν πινέτω καὶ κράμβην ἑφθήν. καὶ οἶνον λευκὸν ἐπιπινέτω, καὶ μὴ διψήτω. καὶ λουέσθω θερμῷ δὶς τῆς ἡμέρης. σιτίων δὲ ἀπεχέσθω τοῦτον τὸν χρόνον. μετὰ δὲ τοῦτον, ἢν μὲν χωρέῃ κατὰ τὸ στομάχιον καὶ φαίνηταί τι ἔξω καθάρσιος, πίνειν τι ἔτι τοῦ πόματος ἡμέρην μίην, καὶ δύο. καὶ τῇσι μήλῃσι παύεσθαι χρεωμένους. καὶ πειρῆσθαι καθαίρειν τὰς μήτρας προσθετοῖσι φαρμάκοισιν. ἢν δὲ τοῦ στομάχου ὀρθοῦ[62] καὶ μεγάλου καὶ ὑγιέος ἐόντος καὶ καλῶς ἔχοντος, καὶ ἐς τὸ δέον κειμένου, τὰ ἐπιμήνια μὴ φαίνηται παντάπασιν, ἢ ἐλάσσονα, καὶ διὰ πλείονος χρόνου, καὶ μὴ ὑγιέα, τίνι νούσῳ ἀσθενοῦσιν, ἢν ἄρα ἔχωσιν αἱ μῆτραι. ἤν τε καὶ τὸ σῶμα ξυμβάλληταί τι, ἐξευρεῖν τὸ αἴτιον, ἀφ' οὗ τὸ οὐ κυΐσκεται· καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, τὴν ἴησιν ποιέεσθαι πρότερον,[63] ἢν δέχηται θεραπείην, ἀρχόμενος ἐξ ἰσχυρῶν, ὅκως ἂν δοκέῃ καιρὸς εἶναι. τελευτᾶν δὲ ἐς μαλθακώτερα ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν καθάρσιος ἡ μήτρη, καὶ ὁ στόμαχος καθεστηκέναι ὀρθῶς ἔχων, καὶ ἐν τῷ δέοντι κείμενος. ἢν δὲ ἀπὸ τοῦ ποτοῦ καὶ τοῦ φαρμάκου μὴ προχωρήσῃ, μηδὲ πινούσης χρόνον τὸν μέτριον, τούτου δὲ παύεσθαι τοῦ πόματος. ὅταν δὲ καλῶς ἔχῃ τοῦ ἀπὸ τῶν μηλέων ἔργου, μαλθάξαι τὸ στόμα τοῦ στομάχου· καὶ ποιῆσαι ὅκως ἀναχάνῃ ἐς ὁδὸν τοῦ προσθέτου, ἀπό τε θυμιημάτων καὶ φαρμάκων καὶ μαλθακτηρίων. ὅταν δὲ δοκέῃ καλῶς ἔχειν μαλθάξιος καὶ θυμιήσιος, προσθεὶς φάρμακον, κάθαρσιν ποιέεσθαι τῆς μήτρης ὡς ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν, ἀρχόμενος ἐκ μαλθακῶν ἐπὶ ἰσχυρότερα

τελευτῶν

τελευτῆ δ' αὖθις, εἰς μαλθακὰ καὶ εὐώδεα. τὰ γὰρ ἰσχυρὰ τῶν φαρμάκων τὰ πλεῖστα, ἑλκοῖ τὸν στόμαχον καὶ δάκνει. ἔπειτα τότε στόμαχον καθιστὰν, ἐς ὀρθὸν καὶ ὑγιέα. καὶ καλῶς ἔχοντα πρὸς τὴν δίεσιν τῆς γονῆς· καὶ τὴν μήτρην ξηρὴν ποιέειν, [64] καὶ φῦσαν ἐμποιέειν. ἢν γυνὴ δοκῇ ὑπὸ πιμελῆς τὰς μήτρας βεβλάφθαι ἐς τὴν κύησιν, λεπτύνειν ὡς μάλιστα καὶ ἰσχναίνειν πρὸς τῇσιν ἄλλῃσιν. ὥρη δ' ἐαρινὴ [65] ἀρίστη κυήσιος. ὁ δ' ἀνὴρ μὴ μεθυσκέσθω, μηδ' οἶνον λευκὸν πινέτω, ἀλλ' ὅστις ἰσχυρότατος καὶ ἀκρητέστατος. καὶ σιτία ὡς ἰσχυρότατα. καὶ μὴ θερμολουτείτω. ἰσχυέτω δὲ καὶ ὑγιαινέτω. καὶ σιτίων ἀπεχέσθω τῶν μὴ ξυμφερόντων τῷ πρήγματι. ὅταν βούληται ἄρσεν φυτεύειν, τῶν ἐπιμηνίων ἀπολληγόντων, ἢ ἐκλελοιπότων μίγνυσθαι· καὶ ὠθέειν ὡς μάλιστα, [66] ἕως ἂν ἐκμάξηται. ὅταν δὲ θῆλυ βούληται γενέσθαι, ὅταν πλεῖστα ἐπιμήνια ἔῃ τῇ γυναικὶ [67] καὶ ἔτι ῥεόντων. τὸν δ' ὄρχιν τὸν δεξιὸν ἀποδῆσαι, ὡς ἂν μάλιστα καὶ ἀνέχηται δύνηται. ἐπὴν δ' ἄρσεν βούληται φυτεύειν, τὸν ἀριστερὸν ἀποδῆσαι. στόμαχος μήτρης ἀπὸ μὲν θυμιημάτων ξυμμεμυκὼς ἀναχάσκει. ἀπὸ δὲ τῶν μαλθακτηρίων, μαλθάσσεται. θυμιῆν δὲ λωτοῦ φλοιὸν, σπέρμα δάφνης, καὶ [68] φύλλα τῆς αὐτῆς χλωρὰ κεκομμένα· λιβανωτὸν σμύρναν· ἀρτεμισίης καρπὸν, ἢ φύλλα καὶ ἄνισον κόψας, ἢ στέαρ καὶ κηρὸν, καὶ θεῖον, καὶ κυπαρίσσου σπέρμα· πευκεδάνου ῥίζαν, μυρσίνης φύλλα χλωρὰ κεκομμένα, [69] κάστορος ὄρχιν, ὀνίδας ἄρσενος ὄνου, σκόροδα, στύρακα, ὑὸς στέαρ. καὶ ἀπεστραμμένον ἢ τὸ στόμα, τούτοισι θυμιῆν. ἀναχάσκει μὲν οὕτως καὶ στρέφεται. μαλθάσσειν δὲ ἀπὸ τούτων τὸ στόμα τῆς μήτρης. σανδαράκην· στέαρ αἴγειον· [70] ὀπὸν συκῆς, ὀπὸν σιλφίου· κυκλαμίνου χυλὸν· θαψίην· ὀπὸν τιθυμάλλου· [71] καρδαμώμου καρπόν· ποίην ἣ καλεῖται πέπλος· [72] κάστορος ὄρχιν· λίνου καρπὸν· λίτρον· ἄρου ῥίζαν, σταφίδα ἀγρίην· καλαμίνθης φύλλα χλωρά· στρουθίου καρπόν· [73] σκίλλης τὸ ἐκ τοῦ μέσου· φάρμακα μαλθακτήρια. καὶ πρὸς τὸ ἰσχυρὴν κάθαρσιν γενέσθαι ἀναγκῆσαι· θαψίης ῥίζαν μυελὸν βοὸς· χήνειον στέαρ· ῥόδινον. ταῦτα τρίψασα καὶ ἀναζέσασα προστιθέσθω ἡμέρας τέσσαρας. [74] καὶ πινέτω πράσου χυλὸν καὶ οἶνον γλυκὺν λευκὸν· καὶ ῥητίνην καὶ ἔλαιον χλιαρὸν καὶ κύμινον λίτρον· [75] ῥητίνην μέλι ἐν ῥύπῳ καθαρῷ εἰρίῳ χρῆσθαι ἡμέρας τέσσαρας, πινοῦσα σελίνου καρπὸν [76] καὶ λιβανωτοῦ πυρῆνας πέντε καὶ κύμινον αἰθιοπικὸν ἐν οἴνῳ λευκῷ ἀκρήτῳ γλυκεῖ, καὶ λουέσθω δὶς τῆς ἡμέρης· σμύρνα· λίβανος βοὸς χολή. ῥητίνη τερεβινθίνη, ἢ νέτωπον, τούτων ἴσον ἑκάστου μίξασα, προστιθέσθω ἐν εἰρίῳ καθαρῷ, ἢ ῥάκει λεπτῷ. βάπτουσα δὲ τὸ ῥάκος ἐν μύρῳ λευκῷ αἰγυπτίῳ εὐώδει, καὶ ἀποδήσασα λίνῳ λουσαμένη προστιθέσθω. καὶ πολύποδα φλάσασα ἐσθιέτω, καὶ πινέτω σελίνου καρπὸν, καὶ ἀσπαράγου. καὶ οἶνον λευκὸν τρὶς τῆς ἡμέρης νῆστις ἐοῦσα. σμύρνα. κασίη· λιβανωτὸς· κινάμωμον· νέτωπον. τούτων ἑκάστου τὸ ἴσον ἐν εἰρίῳ ἢ βαλάνους ποιεῦσα προστιθέσθω. [77] κολοκύνθης ἀγρίης, κύμινον πεφρυγμένον· ἀνήθου καρπόν· κυπαρίσσου ῥίζαν· ταῦτα τρίψασα λεῖα, μέλιτι ἑφθῷ φυρήσασα βαλάνους ποιέουσα δίδου προστιθέναι· καὶ πινέτω γλυκυσίδης ῥίζαν· σελίνου καρπόν· σιλφίου χυλὸν σὺν οἴνῳ. ἀτὰρ ὁ βολβὸς αὐτὸς καθαίρει προστιθέμενος. [78] καὶ σμύρναν πρώτην· ἄνθος ὀλίγον ἐν οἴνῳ λευκῷ εὐώδει προστιθ.

tum rurſus per emollientia & odorata deſinens. Pleraque enim medicamenta valentia os vlcerant ac mordent. Tum os rectum & ſanum conſtituito, & ad ſuſcipiendam genituram bene accommodato, vtroque ſicco reddito flatum inducito. Quæ vteros præ pinguedine ad conceptum offenſos habere videtur, eam quàm maximè extenuato, & poſt reliquam curationem gracilem reddito. Vernum autem tempus ad conceptum maximè accommodatum. Vir autem neque inebrietur, neque vinum album bibat, ſed valentiſſimum & meraciſſimum, cibiſque vtatur valentiſſimis, calida ne lauet, robuſtus ſit & ſanus, & cibis abſtineat, qui ad rem minimè conferunt. Cùm marem procreare volet, menſibus deſinentibus, aut ceſſantibus vxorem adeat, & quàm penitiſſimè intrudat, dum ſemen excernat. At vbi fœminam generare volet, cùm plurimi menſes mulieri fluxerint, needum ceſſarint. Dexter autem teſtis, quoad maximè ferri poterit, obligandus, ſiniſter verò ſi maris procreatio expetitur. Vteri oſculum vbi conniuet, à ſuffitu quidem dehiſcit, ab emollientibus verò emollitur. Ad ſuffitum autem adhibeto loti corticem, lauri ſemen, eiuſque folia contuſa, thus, myrrham, artemiſiæ ſemen aut folia, aniſum etiam contuſum, aut adipem, & ceram, ſulphur, cupreſſi ſemen, peucedani radicem, myrti folia viridia contuſa, caſtoreum, aſini maſculi stercus, allia, ſtyracem, adipem ſuillum. Quin & ſi diſtortum os fuerit, ex his ſuffitus adhibendus. Hoc quidem igitur modo dehiſcit & conuertitur. Ad emolliendum autem os vteri hæc adhibeto, ſandaracham, adipem caprinum, fici ſuccum, laſeris ſuccum, cyclamini ſuccum, thapſiam, tithymali ſuccum, cardamomi ſemen, herbam peplum nominatam, caſtoreum, lini ſemen, nitrum, ari radicem, ſtaphim agriam, calaminthæ folia viridia, ſtruthii ſemen, ſcillæ interiorem partem. Medicamenta emollientia & vehementem purgationem facientia & cientia. Thapſiæ radicem, medullam bouis, anſerinum adipem, roſaceum, hæc trita & ſimul ferueſacta, per quatuor dies in ſubditiтio medicamento apponat, & porri ſuccum, vinúmque dulce album bibat. Et reſinam, oleum tepidum, cuminum, nitrum. Reſina & mel, lana ſordida excepta, per dies quatuor adhibeantur, apij ſemen, thuris granula quinque, & cuminum Æthiopicum in vino albo mero dulci bibat, biſque die lauet, myrrha, thus, fel bubulum, reſina terebinthina, aut netopum, horum ſingula æquali pondere mixta, in lana pura, aut tenui linteo, ſubdititio apponantur. Linteum autem vnguento albo Ægyptio odorato intinctum, & filo obligatum, lota in ſubdititio apponat, & polypum contuſum edat, apij & aſparagi ſemen ex vino albo ter die ieiuna bibat. Myrrha, caſia, thus, cinnamomum netopum, ſingula æquali portione lana excepta, aut in glandes efformata, in ſubdititio apponantur. Cucurbitæ agreſtis interiorem partem, cuminum toſtum, anethi ſemen, cupreſſi radicem, læuiſſimè trita, & melle cocto ſubacta, in glandulas efformata, ſubdititio apponito, & pæoniæ radicem, apij ſemen, & laſeris ſuccum in vino bibat. Quin & bulbulus ipſe in ſubdititio appoſitus purgat. Et myrrham primariam, & floris æris modicum, cum vino albo odorato, in peſſo ſubdito.

Medicamenta in ſubditio appoſita ad vterum purgandum maximè accommodata. Æris florem & nitri tertiam partem, melle cocto ſubigito, & in glándulas eius magnitudinis & craſſitudinis quæ conuenire videatur, efformata, ad vteri os in ſubditio appono. Quòd ſi valentius medicamentum voles, elateriũ & ſolum æris florem admiſceto, & ita efformatas glandulas in ſubditio apponendas præbeto. Et ficulnei rami corticem deraſum ac læuiſſimè tritum ammiſceto, cùm os vteri ſiccius eſſe videbitur, dimidia portione eodem modo apponito. Aliud. Elaterium & æris florem læuiter trita, & duas æris partes vna elaterij addita, hæc diluito, cyclaminum tritum cùm opportunum eſſe videbitur, huic ammiſceto, & in ſubdititia medicaméta efformata, in vellere apponito. Medicamenta ſubdititia albos humores purgantia. Artemiſiam herbam, nitrum, cyclaminum ſicciſſimum, cuminum, Aliud. Artemiſiam herbam viridem tritam, & myrrhæ tertiam partem, vino odorato ammixto, lana alba conuolutam, eamq́; vino madefactam, in ſubditio apponendá exhibeto. Vbi verò laxati fuerint vteri, nitrum, cucumeris agreſtis medullam, cyclaminum ſicciſſimum in vellere apponito. Subdititia medicamenta omnis generis humores purgare valentia. Staphidem agriam viridem tritam in glandulas efformatam, artemiſiæ herbæ folia trita melle cocto obducta & in vmbra ſiccata, in ſubdititia medicamenta redacta, mulieri vt ſubdat exhibeto. Aliud. Æris florem mixtum, aut alumen Ægyptium cyclamino dilutum, velut priora melle cocto obducito, vel in ficum ſiccum etiam myrrhæ modicum indito. Aliud. Cyclaminum tritum vino albo odorato ammixto, in linteo tenuiſſimo filo puro obligatum, ſubdendum exhibeto. Aliud. Cyclaminum ſicciſſimum, nitrum, cantharidas, adipem, ſandaracam, eodem modo apponito. De virgine. Virgini, ſi menſes ſuo tempore non appareant, multùm & febricitat, & dolet, ſitit, eſurit, vomit, inſania vexatur, ac rurſus ad mentem redit. Vteri mouentur, & cùm ad viſcera vertuntur, vomitus & febris, ac delirium accedunt. At vbi ceſſant, eſurit & ſitit, & febris mitis ac lenta Epialos dicta detinet. Huic quidem pelles agninas cum lana & villis calidas ad ventrem adhibere oportet, eáque ſuper amphoræ collo deſidere iuſſa, in ipſa pudenda quam penitiſſimè fumum immittere. Myrrham fabæ quantitate, & thuris duplam portionem, hæc mixta & ferueſacta ſimul confracta ad ſuffitum adhibeto, & in ignem iniicito maximè cùm ieiuna eſt, multáque calida lauato. Subdititium medicamentum. Alumen Ægyptium liquidum, lana conuolutum, in ſubditio medicamento apponat. Aliud. Artemiſiam tritam, & vino albo maceratam, in ſubditio apponendam exhibeto. Ad puerperam recens enixam. Roſaceum, myrrham, ceram, mixta, in vellere ſubdenda exhibeto. Cùm verò vteri prociderint, ſicca & acerba, tum bibenda, tum admouenda offerto: ficum nigram, allium, nitrum, cuminum, hæc omnia læuiſſimè trita, in vellere ſubdenda exhibeto. Aliud. Sepiæ teſtam læuiſſimè tuſam, & vino maceratam, cum leporinis pilis in vellere ſubdito. Quòd ſi à partu vteri doleant, ptiſanam, porrum, & adipem caprinum coquat, ex eo modicum ſorbeat. Subdititium medicamentum. Nitrum, cuminum, fici æquam portionem. Purgans ſubdititium & emolliens. Netopum, roſaceum vnguentum, anſerinus adeps, tenuibus linteis excepta.

φάρμακα προσθετὰ ἐς τὸ μήτρην καθαίρειν ἐπιτήδεια ταῦτα. λαβὼν ἄνθος χαλκοῦ καὶ λίτρου τρίτον μέρος, μέλιτι ἑφθῷ φυρήσας, βαλάνους ποιήσας, ὁκόσαι ἂν δοκέωσι μέτριαι εἶναι [79] μέγεθος καὶ πάχος, οὕτως προστιθέναι πρὸς τὸ στόμα τῆς μήτρης. ἢν δὲ βούλῃ ἰσχυρότερον εἶναι, ἐλατήριον παραμίξαι καὶ τὸ ἄνθος μοῦνον. καὶ οὕτως ποιέων δίδου προστίθεσθαι. [80] καὶ κράδης παραμιγνύναι φλοιὸν ξύων, καὶ τρίβειν λεῖον, ὅταν τὸ στόμα δοκέῃ ξηρότερον εἶναι τῆς μήτρης τὸ ἥμισυ ὡσαύτως. Ἄλλο. Τρίψας ἐλατήριον καὶ ἄνθος χαλκοῦ λεῖα, δύο μοίρας ἄνθους, ἐλατηρίου δὲ μίαν, ταῦτα διεῖναι· κυκλάμινον τρίψας, ταύτῃ ἀναμίξαι, ὅκως ἂν δοκέῃ καιρὸς εἶναι. καὶ ποιησαμένην προσθετὰ προστίθεσθαι ἐν εἰρίῳ. [81] Προσθετά, λευκά. Καθαρτήριον· ἀρτεμισίην τὴν ποίην, λίτρον, κυκλάμινον ἠμίξηρον, κύμινον. Ἕτερον· Ἀρτεμισίην ποίην χλωρὴν τρίψας· καὶ σμύρνης τρίτον μέρος. οἴνῳ ἀναμίξας εὐώδεος εἰρίῳ λευκῷ περιελίξας αὐτό, ἐν οἴνῳ τε βρέξας, δὸς προστίθεσθαι. [82] Ὅταν δὲ χαλῶσιν αἱ μῆτραι, λίτρον, σικύης ἐντεριώνην, κυκλάμινον ἠμίξηρον ἐν εἰρίῳ προστιθέναι. Προσθετὰ παντοῖα καθαίρειν δυνάμενα. Σταφίδα ἀγρίην τρίψας χλωρὴν περιπλάσαι, ἀρτεμισίης ποίης τρίψας τὰ φύλλα, [83] φλοιῷ τε πλάσαι καὶ ξηρήνας ἐν σκιῇ. ἀπὸ τούτων ποίει προσθετά, καὶ δίδου τῇ γυναικὶ προστίθεσθαι. Ἄλλο· Ἄνθος μιγνὺς χαλκοῦ, ἢ στυπτηρίην αἰγυπτίην διεὶς τῇ κυκλαμίνῳ, ὥσπερ τὰ πρότερα ἐν ἑφθῷ μέλιτι πλάσαι, ἢ ἐν ἰσχάδι ποιήσας καὶ σμύρνην ὀλίγην. Ἄλλο· Τὴν κυκλάμινον τρίψας [84] τῷ λευκῷ οἴνῳ εὐώδει παραμίξας, ἐν ῥάκει δήσας ὡς λεπτοτάτῳ λίνου καθαροῦ δίδου προστίθεσθαι. Ἄλλο· Κυκλάμινον ἠμίξηρον· λίτρον· κανθαρίδας· στέαρ· σανδαράχην. Περὶ παρθένου. Παρθένῳ ὁκόταν τὰ ὡραῖα μὴ γίνηται, πολλὰ καὶ πυρεταίνει καὶ ὀδυνᾶται· διψῇ, καὶ πεινῇ καὶ ἐξεμεῖ, καὶ μαίνεται, καὶ πάλιν σωφρονεῖ· κινέονται αἱ μῆτραι καὶ ὁκόταν πρὸς τὰ σπλάγχνα τράπωνται, ἐξεμεῖ καὶ πυρέσσει, καὶ παραφρονεῖν αὐτῇ ἔρχεται. ὅταν δὲ ἀπολείπωσι, πεινῇ καὶ διψῇ, καὶ [85] ἠπίαλος πυρετὸς ἔχει. [86] Χρὴ ταύτῃ γε ἀρνακίδας προστιθέναι θερμὰς πρὸς γαστέρα· καὶ ὑποκαπνίζειν ἐς αὐτὰ τὰ αἰδοῖα ὅτι μάλιστα ἐπὶ ἀμφορέως αὐχένι καθίσας σμύρνης ὅσον κύαμον· λιβανωτοῦ τε δὶς ὅσον, [87] τοῦτο μίξας καὶ ζέσας, ἐρηριγμένας ὁμοῦ θυμιῆν, καὶ ἐπὶ τὸ πῦρ ἐπιβάλλειν, νῆστις ὡς μάλιστα, καὶ λούειν πολλῷ θερμῷ. Προσθετόν· Αἰγυπτίην στυπτηρίην μαλθακὴν, εἰρίῳ περιελίσσουσα προστίθεσθαι. Ἄλλο· Ἀρτεμισίην τρίψας, ἐν οἴνῳ τε λευκῷ διεὶς, δίδου προστιθέναι. Νεοτόκῳ γυναικί. Ῥόδινον, σμύρναν, κηρὸν μίξαντα ἐν εἰρίῳ δοῦναι προστίθεσθαι. ὅταν δὲ ἐκ προπίπτωσιν αἱ μῆτραι, τὰ ξηρὰ καὶ στρυφνὰ προσφέρειν, καὶ πίνειν, καὶ προσέχειν. [88] Σῦκον μέλαν. σκόροδον· λίτρον. κύμινον· ταῦτα πάντα τρίψας λεῖα, ἐν εἰρίῳ δοῦναι προστίθεσθαι. Ἕτερον. σηπίης ὄστρακον κόψας λεῖον ἐς οἶνόν τε διεὶς σὺν λαγωοῦ θριξὶ καὶ εἰρίῳ προστίθεσθαι. ἢν δὲ μετὰ τόκον τὰς ὑστέρας ἀλγέῃ, πτισάνην καὶ πράσα καὶ στέαρ αἴγειον ἑψήσασα, ῥοφείτω τούτου ὡς ὀλίγιστον. Προσθετόν· λίτρον· κύμινον· σύκου τὸ ἴσον. [89] Καθαρτήριον προσθετὸν καὶ μαλθακτήριον. Νέτωπον· ῥόδινον μύρον· χηνὸς ἄλειφαρ, ἐς ὀθόνια λεπτά. [90]

Ἢν

Ἢν αἱ ἐπιμήνιαι πολλαὶ γίνωνται, γλυκυσίδης κόκκους τοὺς μέλανας δὶς ἑπτὰ πινέτω ἐν οἴνῳ δυσὶ κυάθοις. ἢν δὲ ἐξέρχωνται αἱ μῆτραι πυκναὶ, βρέξας ὕδατι χλιαρῷ τὰς μήτρας, κατακλίνας ἀνακλίνας, μίξας σίδιον, κηκίδα, ῥοῦν τὸν ἐρυθρὸν, ἐν οἴνῳ λευκῷ διατρίψας, τούτῳ χρίσας ἐνθεῖναι. ἔπειτα πίνειν δάφνης φύλλα ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ. ὅταν γυνὴ κύουσα περιρρέηται, ὀνίδα ξηρὴν, καὶ μίλτον, καὶ ὄστρακον σηπίης, τρίψας λεῖα, ἐν ῥάκει ὑποδήσασα προστιθέναι. ἢν δὲ μὴ καθαρθῇ τὸ ὕστερον, λεαίνας ἐν οἴνῳ λευκῷ, ὅσον κύαθον, καὶ πέλας ὀβολὸν Ἀττικὸν διδόναι πίνειν καὶ καθαίρεται.

Si menſes multi decurrãt, pœoniæ grana nigra bis ſeptem cũ vini cyathis duobus propinato. Quod ſi vteri crebrò exeant, muliere ſupina reclinata, vteros tepida perluito, admixto mali punici putamine, galla, rhoo rubra in vino cõtrita, eo illito vterum intro reponito. Deinde lauri folia ex vino auſtero propinato. Si verò prægnans menſiũ profluuio vexetur, ſtercus aſininum ſiccum, miniũ, ſepiæ teſtam, læuiter trita linteo obligata, in ſubditio apponito. Quòd ſi ſecũda non purgetur, elaterium oboli Attici pondere tritum, in vini albi cyathi menſura potui exhibeto & purgabitur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ Ὀδοντοφυΐας.

HIPPOCRATIS DE DENTITIONE, LIBER.

Τὰ φύσει εὔσαρκα τῶν παιδίων, οὐκ ἀνάλογον τῆς σαρκώσιος καὶ τὸ γάλα θηλάζει. Τὰ βορὰ καὶ πολὺ ἕλκοντα γάλα, οὐ πρὸς λόγον σαρκοῦται. Τὰ πουλὺ διουρέοντα τῶν θηλαζόντων, ἥκιστα ἐνιαύσια. ὁκόσοισι πολλὴ φέρεται ἡ κοιλίη, καὶ εὐπεπτέουσιν, ὑγιεινότερα. ὁκόσοισιν ὀλίγη, βοροῖσιν ἐοῦσι, καὶ μὴ ἀνάλογον τρεφομένοισιν, ἐπίνοσα. ὁκόσοισι δὲ πουλὺ γαλακτῶδες ἀπεμέεται, κοιλίη ξυνίσταται. ὁκόσοισιν ἐν ὀδοντοφυΐῃ ἡ κοιλίη πλείω ὑποχωρέει, ἧσσον σπῶνται, ἢ οὕτως ὀλιγάκις. ὁκόσοισιν ἐπὶ ὀδοντοφυΐῃ πυρετὸς ὀξὺς ἐπιγίνεται, ὀλιγάκις σπῶνται. ὁκόσα ὀδοντοφυέοντα εὔσαρκα μένει, καταφορικὰ ἐόντα, κίνδυνος σπασμὸν ἐπιλαβεῖν. Τὰ ἐν χειμῶνι ὀδοντοφυέοντα, τῶν ἄλλων ὁμοίων ἐόντων, βέλτιον ἀπαλλάσσει. οὐ πάντα τὰ ἐπὶ ὀδοῦσι σπώμενα, τελευτᾷ· πολλὰ δὲ καὶ διασώζεται. Τὰ μετὰ βηχὸς ὀδοντοφυέοντα, χρονίζει. ἐν δὲ τῇ διακεντήσει, ἰσχναίνεται μᾶλλον. ὁκόσα ἐν τῇ ὀδοντοφυΐῃ χειμῶνας ἔχει, τῶν καὶ προσηκόντως ἡμμένα, ῥᾷον φέρει ὀδοντοφυΐας. Τὰ διουρέοντα πλέον ἢ διαχωρέοντα, πρὸς λόγον εὐσαρκότερα. ὁκόσοισιν οὐρέεται μὴ πρὸς λόγον, κοιλίη δὲ πυκνῶς ὠμὴ ἐκ παιδίων προϊέναι, ἐπίνοσα. Τὰ ὕπνα καὶ εὔσαρκα πουλὺ ἀναλαμβάνει καὶ προσάγεται, οὐχ ἱκανῶς διανεμόμενα. Τὰ προσεσθίοντα ἐν τῷ θηλάζειν, ῥᾷον φέρει ἀπογαλακτισμόν. Τὰ πολλάκις προϊέντα αἵματα καὶ ἄπεπτα κατὰ κοιλίην, πλεῖστα τῶν ἐν πυρετῷ ὑπνώδεα. Τὰ ἐν παρισθμίοις ἕλκεα ἄνευ πυρετοῦ γινόμενα, ἀσφαλέστερα. ὁκόσοισιν ἐν τῷ θηλάζειν τῶν νηπίων βὴξ προσίσταται, σταφυλὴν εἰώθασι μείζονα ἔχειν. ὁκόσοισι τὰ ἕλκεα ἐν παρισθμίοις νομὴν ἐφίστανται, τῶν πυρετῶν μενόντων καὶ βηχέων, κίνδυνος πάλιν γενέσθαι ἕλκεα. Τὰ παλινδρομέοντα ἐν ἰσθμίοις ἕλκεα τοῖσιν ὁμοίοισι, κινδυνώδεα. Τοῖσι παιδίοισιν ἀξιολόγοις ἕλκεσιν ἐν παρισθμίοισι, καταπινομένων, σωτηρίας ἐπί. ὁκόσα δὲ μᾶλλον τῶν προτέρων μὴ δυνάμενα καταπίνειν ἐν παρισθμίοισιν ἕλκεσι, πουλὺ δὲ χολῶδες αἱμῶσαι ἢ κατὰ κοιλίην ἔρχεσθαι, κινδυνῶδες. ἐν τοῖσιν παρισθμίοισιν ἕλκεσιν, ἀραχνιῶδες ἐὸν οὐκ ἀγαθόν. ἐν τοῖσι παρισθμίοισιν ἕλκεσι μετὰ τοὺς πρώτους χρόνους, διαρρεῖν φλέγμα διὰ τοῦ στόματος πρότερον οὐκ ὄν, χρήσιμον.

PVERI naturâ pleniores, etiam pro corpulentiæ ratione lac non ſugunt. Voraces & qui magnam lactis copiam trahunt, nõ pro ratione incraſſantur. Ex lactentibus qui vrinam multam reddunt, minimè per annum durant. Quibus aluus multùm defertur, ſi bene concoquunt, ij meliùs habent. At quibus parum fertur, ſi voraces fuerint, neq; pro ratione nutriantur, ij morboſi ſunt. Quibus verò lacteus cibus multus vomitione refunditur, iis aluus ſiſtitur. Quibus cùm dẽtes erumpunt, aluus crebriùs demittit, minùs conuulſione tentantur, quàm quibus ſic rarò aluus ſubducitur. Quibus in dentitione febris acuta accedit, ij rarò conuulſionib. tentantur. Qui cũ dentitione, bene habito corpore permanẽt, graui ſomno premũtur, periculum eſt ne eos conuulſio prehẽdat. Quibus hyeme dentes erumpũt, ſi cætera ſimiliter ſe habeant, ij meliùs degunt. Non omnes dentibus erumpentibus conuulſione tentati moriuntur, plæriq; etiam ſeruantur. Qui cum tuſſi dentiunt, iis tardiùs dentes erumpunt, in ipſa autem punctione, magis extenuantur. Quibus dentientibus hyems ſuperuenit, ij ſi diligenter curentur, dentitionem faciliùs ferunt. Qui plus meiunt quàm egerunt, ij pro ratione pleniores ſunt. Qui non pro ratione meiunt, aluus vero à puero cruda crebrò tranſmiſit, ij morbis ſunt obnoxij. Qui bene dormiunt, & bene habito ſunt corpore, ij copioſum alimentum aſſumunt, & corpori apponitur non ſufficienter diſtributum. Qui interim dum lac ſugunt cibum capiunt, faciliùs à mamma depelluntur. Qui ſæpius cruentum & crudum per aluum tranſmittunt, plæriq; cùm febricitant, ſomnolenti ſunt. Tonſillarum vlcera quę ſine febre contingunt, ſecuriora ſunt. Quos infantes dum lac ſugunt tuſſis vrget, ij vuam maiorem habere conſueuerant. Quibus in tonſillis vlcera ſerpentia citò ſuperueniunt, febribus & tuſſi perſeuerantibus, periculum eſt ne vlcera recurrentia ſuboriantur. His vlcera in faucium anguſtiis periculi plena. Pueri qui effatu digna habent tonſillarum vlcera, ſi deglutiant, ſalutis ſignum eſt. Qui verò in tonſillarum vlceribus, magis quàm priores deuorare non poſſunt, iis bilem vomitione refundere, aut per aluum prodire, periculoſum. In tonſillarum vlceribus ſi quid araneoſum inſit, non bonum. In tonſillarum vlceribus, poſt prima tempora, pituitam per os deſluere, quod antea non adfuit, vtile.

educenda tamen eſt. Quòd ſi cùm incœperit, poſtea omninò remittat, lubenter amplectendum. Si verò non ſic defluat, verendum. Quibus tonſillæ deſtillatione tentantur, plurimùm ſubducta aluus tuſſes ſiccas diſcutit. Pueris quid concoctum ſupernè eductum, magis ſoluit. Tonſillarum vlcera longo tempore citra augmentum manentia, ante quintum aut ſextum diem periculo carent. Qui dum mammam ſugunt, multum lactis aſſumunt, vt plurimùm ſomnolenti ſunt. Qui cùm mammam ſugunt, non benè habito ſunt corpore, ij macilenti permanent, & ægrè reficiuntur. Tonſillarum vlcera æſtate ſuborta, peiora ſunt quàm quæ aliis oriuntur temporibus, citò enim ſerpunt. Serpentia circa vuam tonſillarum vlcera, in iis qui ſeruantur, vocem immutant. Serpentia circa fauces vlcera, quæ magnam moleſtiam exhibent, & acuta magis ſunt, vt plurimùm ſpirandi difficultatem adferunt.

ὅμως ἀνακτέον. ἢν δὲ ἄρξηται ξυνδιδόναι πάμπαν, ἀσπαστέον. τὸ δὲ μὴ οὕτως διαρρέον, δυσελπιστέον. ῥευματιζομένοις παρίσθμια, κοιλίη καθυπαχθεῖσα πλείω λύει τὰς ξηρὰς βῆχας. παιδίοισιν ἀνενεχθὲν τὶ πεπεμμένον, πλέον λύει. τὰ πολὺν χρόνον ἐν παρισθμίοις ἕλκεα ἀναυξῆ μένοντα, ἀκίνδυνα πρὸ τῆς πέντε ἢ ἓξ ἡμερέων. τὰ πολύγαλα τῶν θηλαζόντων ἀναλαμβάνοντα, ὡς τὸ πολὺ ὑπνώδη. τὰ μὴ εὖ τρέφεα τῶν θηλαζόντων, ἄτροφα καὶ δυσανάληπτα. ἕλκεα ἐν θέρει γενόμενα ἐν παρισθμίοις, χείρονα τῶν ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ὥρῃσιν. τάχιον γὰρ νέμεται. τὰ περὶ σταφυλὴν νεμόμενα ἕλκεα ἐν παρισθμίοισιν, σωζομένοισι τὴν φωνὴν ἀλλοιοῖ. τὰ περὶ φάρυγγα νεμόμενα ἕλκεα, χαλεπώτερα καὶ ὀξύτερα, ὡς ἐπὶ πολὺ δύσπνοιαν ἐπιφέρει.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΚΑΡΔΙΗΣ.

HIPPOCRATIS DE CORDE, LIBER.

COr figura quidem metæ ſimilis, colore autẽ admodum puniceo, tunica læui circumtegitur, in qua humor modicus, qualis vrina ineſt, vt cor in veſica conuerſari exiſtimes. Ea verò de cauſa extitit, vt validum in cuſtodia vigeat. Humiditatẽ autem tantã habet, quanta maximè ad æſtuantis medelã ſatis ſit. Hoc humidum, cor in ſerum vertit, pulmonis potum elambendo ebibens, aſſumens & conſumens. Nam cùm quis bibit, maximã partem in ventrẽ demittit. Gula enim velut infundibulũ, & potus copiã, & quæcunq; expetimus excipit. Cum bibit autem in guttur demittit, verũ quaſi ex mamma ſugens, quantum ſuo impetu influens latere poſſit. Epiglottis enim Græcè dicta, operculũ exactum, ne ampliorem quidẽ potum tranſmiſerit. Cuius rei hoc eſt indicium: Si quis enim aquam cœruleo colore aut minio inquinatam, valde ſitienti potui exhibeat, præcipuè verò ſui. (hoc enim pecus, neq; curã adhibet, & immundũ eſt.) Deinde adhuc bibenti iugulũ ſecuerit, hũc potu coloratũ reperiet. Verũ non cuiuis hãc manuũ actionẽ aggredi datur. Non igitur nobis fides eſt detrahenda de potu, quod in hominis arteriam cõuertatur. Verũ quanam ratione aqua affatim incidens, moleſtiã & multã tuſſim exhibet? hac ſanè de cauſa, quòd ex aduerſo reſpirationi occurrit. Nã quod per rimam influit, cùm iuxta parietẽ feratur, aeris ſurſum elationi non obſiſtit, ſed quandã vel lęuem ipſi viã humectatio præbet. Hunc autẽ humorem vnà cum aere à pulmone abducit. Aerem itaque, cùm medela exiſtat, retrò vt per eandẽ viã per quam adduxit, ex neceſſitate reiiciat oportet. Humoris verò partẽ quidẽ in ſuam vaginam abſorbet, partẽ etiam rurſus vnà cum aëre foras ferri permittit. Iſtaq; via cum ſpiritus retrofertur palatum diuidit. Iuſta autem ratione retrò recurrit. Neque enim hæc hominem alere poſſunt. Qua verò ratione ventus & aqua, cruda cum ſint, in hominis alimentũ cedant? Verùm connatæ affectioni potiùs moderantur. Sed vt ad inſtitutũ ſermonem reuertatur noſtra oratio, cor muſculus eſt validus admodum non neruo, verum carnis ſpiſſamento, duos diſcretos habens in vno amictu ventriculos, vtrinque quidem vnum, qui nullo modo inter ſe ſunt ſimiles. Vnus quidem in dextris ad os ſitum habet, alteram venam attingens,

ΚΑρδίη σχῆμα μὲν ὁκοίη πυραμὶς, χροιὴν δὲ κατακορὴς φοινικέη. καὶ περιβέβληται χιτῶνα λεῖον, καὶ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὑγρὸν σμικρὸν ὁκοῖον οὖρον. ὥστε δόξεις ἐν κύστει τὴν καρδίην ἀναστρέφεσθαι. γεγένηται δὲ τοῦδ' εἵνεκεν, ὅκως θάλλῃ ῥωμαλέως ἐν φυλακῇ. ἔχει δὲ τὸ ὕγρασμα, ὁκόσον μάλιστα τῇ πυρουμένῃ ἄκος. τοῦτο δὲ τὸ ὑγρὸν διουρέει ἡ καρδίη πίνουσα, ἀναλαμβανομένη καὶ ἀναλίσκουσα, λάπτουσα τοῦ πνεύμονος τὸ ποτόν. πίνει γὰρ ὥνθρωπος τὸ μὲν πολλὸν ἐς κοιλίην. ὁ γὰρ στόμαχος ὁκοῖον χόανος, καὶ ἐκδέχεται τὸ πλῆθος, καὶ ὅσα προσαιρεόμεθα. πίνει δὲ, καὶ ἐς φάρυγγα ὀλίγον δὲ καὶ ὁκόσον ἂν λάθοι διὰ ῥύμης ἐσρυέν. πῶμα γὰρ ἀτρεκὲς ἡ ἐπιγλωττὶς οὐκ ἂν διοίσει μεῖζον ποτοῦ. σημήϊον τοῦτο, ἢν γάρ τις κυανῷ ἢ μίλτῳ φορύξας ὕδωρ δοίη δεδιψηκότι πάνυ πιεῖν, μάλιστα δὲ συΐ. (τὸ γὰρ κτῆνος οὐκ ἔστιν ἐπιμελὲς, οὐδὲ φιλόκαλον) ἔπειτα δὲ εἰ ἔτι πίνοντος ἀνατέμνοις τὸν λαιμὸν, εὕροις ἂν τοῦτον κεχρωσμένον τῷ ποτῷ. ἀλλ' οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἡ χειρουργίη. οὐκοῦν ἀπιστητέον ἡμῖν περὶ τοῦ ποτοῦ, εἰ εὐτρεπίζει τὴν σύριγγα τῷ ἀνθρώπῳ. ἀλλὰ πῶς ὕδωρ ἀναιδὲς ἐσρυὲν ὄχλον καὶ βῆχα παρέχει πολλήν; ὅτι ἄρα φημὶ, ἀντίπρωρον τῇ ἀναπνοῇ φέρεται. τὸ γὰρ διὰ τῆς ῥωγμῆς ἐσρέον ἅτε παρὰ τοῖχον ἰὸν, οὐκ ἐναντιοῦται τῇ ἀναφορῇ τοῦ ἠέρος, ἀλλὰ ἵνα καὶ λείην ὁδὸν τὸ παρέχει ἡ ἐπίτεγξις. τοῦτο δὲ τὸ ὑγρὸν ἀπάγει τοῦ πνεύμονος ἅμα τῷ ἠέρι. τὸν μὲν οὖν ἠέρα χρὴ ἠνυσμένον θεραπευτικὸν, ἀναγκαίως ὀπίσω τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐκβάλλεσθαι ἔνθεν ἤχθη. τὸ δὲ ὑγρὸν, τὸ μὲν ἐς τὸν κολεὸν αὐτῆς ἀποχεῖ, τὸ δ' αὖ ξὺν τῷ ἠέρι, θύραζε χωρέειν ἐᾷ. ταύτῃ καὶ διαιρεῖ τὸν οὐρανὸν ὀπίσω παλινδρομέων τὸ πνεῦμα. παλινδρομεῖ δὲ κατὰ δίκην. οὐ γὰρ ἔστιν ἀνθρώπου φύσιος τροφὴ ταῦτα. κῶς γὰρ ἀνθρώπου τροφὴ ἄνεμος καὶ ὕδωρ τὰ ὠμά; ἀλλὰ μᾶλλον ἰητρείη ξυγγενέος πάθης. περὶ δὲ οὗ ὁ λόγος, ἡ καρδίη μῦς ἐστι κάρτα ἰσχυρὸς, οὐ τῷ νεύρῳ, ἀλλὰ πιλήματι σαρκός. καὶ δύο γαστέρας ἔχει διακεκριμένας ἐν ἑνὶ περιβόλῳ, τὴν μὲν, ἔνθα· τὴν δὲ, ἔνθα. ἐοίκασι δὲ οὐδὲν ἀλλήλῃσιν. ἡ μὲν γὰρ ἐν δεξιοῖσιν ἐπὶ στόμα κέεται, ὁμιλέουσα τῇ ἑτέρῃ φλεβὶ

ἡ δ'

τὰ δὲ ἐναντιώτατά ἐστι πρὸς τὴν ὑποχώρησιν. ἀτέραμνα γὰρ καὶ ἀνέψανα, ὥστε καὶ τὴν κοιλίην ὑπ' αὐτῶν στύφεσθαι μᾶλλον ἢ τήκεσθαι. καὶ περὶ μὲν τῶν πηγαίων ὑδάτων ὧδε ἔχει. περὶ δὲ τῶν ὀμβρίων, καὶ ὁκόσα ἀπὸ χιόνος φράσω ὅκως ἔχει. τὰ μὲν οὖν ὄμβρια κουφότατα καὶ γλυκύτατά ἐστι καὶ λεπτότατα καὶ λαμπρότατα. τήν τε γὰρ ἀρχὴν ὁ ἥλιος ἀνάγει καὶ ἀναρπάζει τοῦ ὕδατος τό τε λεπτότατον καὶ κουφότατον. δῆλον δὲ αἱ ἅλες ποιέουσι. τὸ μὲν γὰρ ἁλμυρὸν λείπεται αὐτέου ὑπὸ πάχεος καὶ βάρεος, καὶ γίγνεται ἅλες. τὸ δὲ λεπτότατον ὁ ἥλιος ἀναρπάζει ὑπὸ κουφότητος, ἀνάγει δὲ τὸ τοιοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν ὑδάτων μόνον τῶν λιμναίων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐξ ἁπάντων ἐν ὁκόσοισιν ὑγρόν τί ἐστιν. ἔνεστι δὲ ἐν παντὶ χρήματι. καὶ ἐξ αὐτέων τῶν ἀνθρώπων ἄγει τὸ λεπτότατον τῆς ἰκμάδος, καὶ κουφότατον. τεκμήριον δὲ μέγιστον, ὅταν ἄνθρωπος ἐν ἡλίῳ βαδίζῃ, ἢ καθίζῃ ἱμάτιον ἔχων. ὁκόσα μὲν τοῦ χρωτὸς ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, οὐχ ἱδρώῃ ἄν. ὁ γὰρ ἥλιος ἀναρπάζει τὸ προφαινόμενον τοῦ ἱδρῶτος. ὁκόσα δὲ ὑπὸ τοῦ ἱματίου ἐσκέπασται, ἢ ὑπ' ἄλλου του, ἱδροῖ. ἐξάγεται μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καὶ βιάζεται. σώζεται δὲ ὑπὸ τῆς σκέπης, ὥστε μὴ ἀφανίζεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου. ὁκόταν δὲ ἐς σκιὴν ἀφίκηται, ἅπαν τὸ σῶμα ὁμοίως διεῖ. οὐ γὰρ ἔτι ὁ ἥλιος ἐπιλάμπει. διὰ ταῦτα δὲ καὶ σήπεται τῶν ὑδάτων τάχιστα ταῦτα, καὶ ὀδμὴν ἴσχει πονηρὴν τὸ ὄμβριον. ὅτι ἀπὸ πλείστων συνῆκται καὶ συμμέμικται, ὥστε σήπεσθαι τάχιστα. ἔτι δὲ πρὸς τουτέοισιν ἐπειδὰν ἁρπασθῇ καὶ μετεωρισθῇ περιφερόμενον καὶ καταμεμιγμένον ἐς τὸν ἠέρα, τὸ μὲν θολερὸν αὐτέου καὶ νυκτοειδὲς, ἐκκρίνεται καὶ ἐξίσταται καὶ γίγνεται ἠὴρ καὶ ὀμίχλη. τὸ δὲ λεπτότατον καὶ κουφότατον αὐτέου, λείπεται καὶ γλυκαίνεται ὑπὸ τοῦ ἡλίου καιόμενόν τε καὶ ἑψόμενον. γίγνεται δὲ καὶ τἄλλα πάντα τὰ ἑψόμενα αἰεὶ γλυκέα. ἕως μὲν οὖν διεσκεδασμένον ᾖ καὶ μήπω ξυνεστήκει, φέρεται μετέωρον. ὁκόταν δέ κου ἀθροισθῇ καὶ ξυστραφῇ ἐς τὸ αὐτὸ ὑπὸ ἀνέμων ἀλλήλοισιν ἐναντιωθέντων ἐξαίφνης, τότε καταρρήγνυται ᾗ ἂν τύχῃ πλεῖστον ξυστραφέν. τότε γὰρ εἰκὸς τοῦτο μᾶλλον γίγνεσθαι. ὁκόταν τὰ νέφεα μὴ ὑπὸ ἀνέμου στάσιν ἔχοντος, ὡρμημένα ἔῃ καὶ χωρέοντα ἐξαίφνης ἀντικόψῃ πνεῦμα ἐναντίον καὶ ἕτερα νέφεα, ἐνταῦθα μὲν πρῶτον αὐτέου ξυστρέφεται. τὰ δὲ ὄπισθεν, ἐπιφέρεταί τε καὶ οὕτω παχύνεται καὶ μελαίνεται καὶ ξυστρέφεται ἐς τὸ αὐτὸ, καὶ ὑπὸ βάρεος καταρρήγνυται, καὶ ὄμβροι γίγνονται. ταῦτα μέν ἐστιν ἄριστα κατὰ τὸ εἰκός. δεῖται δὲ ἀφέψεσθαι καὶ ἀποσήπεσθαι. εἰ δὲ μή, ὀδμὴν ἴσχει πονηρὴν, καὶ βράγχος καὶ βαρυφωνίην τοῖς πίνουσι προσίσταται. τὰ δὲ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων, πονηρὰ πάντα. ὁκόταν γὰρ ἅπαξ παγῇ, οὐκ ἔτι ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν καθίσταται, ἀλλὰ τὸ μὲν αὐτέου λαμπρὸν καὶ κοῦφον καὶ γλυκὺ ἐκκρίνεται καὶ ἀφανίζεται. τὸ δὲ θολωδέστατον καὶ σταθμωδέστατον, λείπεται. γνοίης δ' ἂν ὧδε. εἰ γὰρ βούλει, ὅταν ᾖ χειμὼν, ἐς ἀγγεῖον μέτρῳ ἐγχέας ὕδωρ, θεῖναι ἐς τὴν αἰθρίην ἵνα πήξεται μάλιστα. ἔπειτα τῇ ὑστεραίῃ ἐσενεγκὼν ἐς ἀλέην, ὅπου χαλάσει μάλιστα ὁ παγετός. ὁκόταν δὲ λυθῇ, ἀναμετρέῃς τὸ ὕδωρ, εὑρήσεις ἔλασσον συχνῷ. τοῦτο τεκμήριον ὅτι ὑπὸ τῆς πήξιος ἀφανίζεται καὶ ἀναξηραίνεται τὸ κουφότατον καὶ λεπτότατον, οὐ τὸ βαρύτατον καὶ παχύτατον, οὐ γὰρ ἂν δύναιτο.

Indomitæ enim ſunt & coqui nequeunt, proindeque ab eis venter potiùs adſtringitur quàm eliquetur. At de fontium quidem aquis hoc modo ſe res habet. Quæ autem ex imbribus colliguntur, & ex niue fiunt, quomodo ſe habeant enarrabo. Aquæ igitur ex imbribus collectæ, leuiſſimæ & dulciſſimæ ſunt, tenuiſſimæ & limpidiſſimæ. Sol enim quod imprimis in aqua eſt tenuiſſimum & leuiſſimum ſurſum educit & rapit. Id autem ex ipſo mari patet, in quo quod ſalſum eſt, propter craſſitudinem & grauitatem remanet, & mare euadit; tenuiſſimum verò propter leuitatem ſol ad ſe rapit. Neque verò tale quid ex aquis ſolùm lacuſtribus ſurſum educit, verùm etiam ex ipſo mari, & ex omnibus in quibus aliquid humoris ineſt, quod quauis in re ineſt. Quinetiam ex ipſis hominibus tenuiſſimum ac leuiſſimum humorem educit. Cuius rei maximum eſt indicium, cùm homo veſtibus indutus in ſole ambulauerit aut ſederit. Quaſcunque enim corporis partes ſol aſpicit, hæ nullum ſudorem emittunt. Sol enim quicquid ſudoris comparet, ad ſe rapit. Quæ verò veſte, aut alia quauis re conteguntur, hæ exudant. Per vim enim à ſole ſudor elicitur, ſeruatur autem à tegumento, ne à ſole deleatur. Cùm verò ad vmbram peruenerit, tum corpus æqualiter ſudore diffluit. Neque enim ampliùs ſol affulget. Atque eam ob cauſam inter aquas etiam hæ citiſſimè putreſcunt, odorémque prauum habet aqua pluuia, & quòd ex pluribus collecta eſt & permixta, proindéque celerrimè putreſcat. Ad hæc quoque cùm rapta eſt in ſublime euecta circumfertur & aëri permiſcetur, quod quidem in ea eſt turbidum & noctem referens, excernitur & ſecedit, & aër ac nebula euadit. Tenuiſſimum verò & leuiſſimum relinquitur, & à ſole vſtum & coctum dulceſcit. Quin & alia omnia quæ coquuntur ſemper dulcia euadunt. Dum igitur diſperſa nec dum collecta fuerit, in ſublime fertur. At vbi coaceruata & à ventis inter ſe aduerſariis derepentè in ſe coacta fuerit, tum deorſum prorumpit, qua parte copioſa collecta fuerit. Tunc enim iſtud magis contingere par eſt, cùm nubes vento ſtabilitatem minimè habente agitatæ ac delatæ, derepentè cõtrario vento & aliis nubibus occurſarint. Hic quidem prima ipſius pars cogitur. Poſterior verò inſuper accedit, eaq; ratione craſſior & nigrior euadit, ac pondere deorſum prorumpit, imbreſq; oriuntur. Atq; has quidem aquas optimas eſſe rationi eſt conſentaneum, vt tamen excoquantur & excolentur opus habent. Sin minùs, odorem prauum obtinent, & bibentibus raucitatem & vocis grauitatem adeſſe æquum eſt. Prauæ verò omnes quæ ex niue & glacie fiunt. Vbi enim ſemel concreuerint, non ampliùs ad priſtinam naturam redeunt. Sed quod in his quidem eſt ſplendidum, & leue, & dulce, excernitur & euaneſcit, remanet verò quod turbidiſſimum & ponderoſiſſimum. Quod hac ratione deprehendas. Si enim hyemis tempore vaſculum certa aquæ menſura affuſa, ſub dio exponere voles, vti maximè congeletur, deinde poſtridie in locum calidum delatum; vbi glacies maximè liqueſcat, cúmque ſoluta fuerit, iterum aquam metiaris, aquam multò pauciorem reperias. Hoc certè indicio cognoſces, quòd congelatione id quod eſt leuiſſimum & tenuiſſimum euaneſcit & expirat, non quod grauiſſimum & craſſiſſimum, cùm id ei contingere nequeat.

Hanc igitur ob cauſam aquas de niue & glacie liquatas,earúmque ſimiles,ad quiduis peſſimas eſſe exiſtimo. Atq; de aquis quidem quæ ex imbribus,niuibus & glacie colliguntur,ad hunc ſe res habet modum. At verò calculo maximè tentantur, & renum morbis,ac vrinæ ſtillicidio,& coxendicum affectionibus corripiuntur, herniæq; iis ſuboriuntur, qui cuiuſque modi aquas bibunt, aut de magnis fluminibus, in quæ alia decurrunt, & de ſtagno in quod multarum & cuiuſuis generis aquarum riuuli deueniunt, quíque aduectitiis aquis vtuntur, quæ ex longo & minimè breui interuallo deducuntur. Neque enim fieri poteſt vt aquæ inter ſe ſimiles ſint, verùm aliæ dulces ſunt, aliæ ſalſæ, & aluminoſæ, aliæ de calidis effluunt. Atque hæ ſimul permixtæ inter ſe diſſident, & ſemper ſuperat quę valentiſſima eſt. Neque ſemper eadem viribus pollet,ſed aliàs alia. Sed & ex ventis,huic quidem boreas vires præbet, illi verò auſter,& de reliquis eadem eſt ratio. Ex his igitur limum & arenam in vaſis ſubſidere neceſſe eſt, & ex earum potu prædicti morbi gignuntur. Quòd verò non omnibus,deinceps dicam.Quibus quidem aluus tum fluida,tum ſana eſt, & veſica minimè ignea, neque veſicæ os cum ea valdè conſpirat, ij quidem facilè vrinam emittunt, neq; quicquam in veſica colligitur.Quibus verò aluus ignea fuerit, veſicam etiá eadem affectione teneri neceſſe eſt. Cùm enim magis quàm natura poſtulet calefacta fuerit, os ipſius inflammatione tentatur. Sic autem affectum, vrinam non emittit,ſed in ſeſe concoquit & adurit, & quod quidem in ea eſt tenuiſſimú ſecernitur, quódque puriſſimum tranſit & cum vrina educitur, quod verò craſſiſſimum ac turbidiſſimum,colligitur,& cõcreſcit,primùm quidé minore copia, deinde maiore.Cùm enim per vrinam volutatur, quicquid craſſum conſtitit, ad ſeſe applicat, eoq; modo augetur, & in tofum dureſcit.Dumq; vrinam emittit,ab vrina vi propulſum ad veſicæ os collabitur, & vrinam impedit, dolorémque vehementem exhibet. Proindéque pueri calculo laborantes pudenda confricant & vellicant, quòd ipſis reddendæ vrinæ cauſa eo loco eſſe videatur. Hoc autem ita ſe habere indicio eſt, quòd qui calculo laborant vrinam ad inſtar ſeri limpidiſſimam reddunt, cùm quod in ea eſt craſſiſſimum ac maximè returbidum iſthic maneat ac verſetur.Ac plæriq; quidẽ hoc modo calculum gignunt. Gignitur autem & pueris ex lacte, ſi non ſalubre fuerit, ſed valde calidum & bilioſum. Ventrem enim concalefacit & veſicam, ac proinde dum vrina ſimul aduritur iſtam affectionem ſentit. Et mea quidem ſententia, præſtat pueris vinú quàm maximè dilutum exhibere, cùm nimirum venas minùs adurat & reſiccet. At in mulieblibus pudendis non eodem modo contingit. Veſicæ enim fiſtula vrinaria breuis eſt & ampla, vt facilè vrinam propellat.Neq; enim manu pudendum,velut maſculus, confricat, neque fiſtulam vrinariam contingit, quòd intra pudenda perforata ſit. Cúmque meatus vrinarij ampli ſint, plus enim quàm pueri bibunt. At de his quidem hoc modo ſe res habet, aut ad hæc quàm proximè accedit. De annis autem hoc modo conſideratione adhibita quis ſtatuat, qualiſnam annus futurus ſit,númne ſalubris an morboſus. Si quidem ſecundum rationem in ſyderú ortu & occaſu ſigna appareant, ſi per autumnum pluat,

ταύτῃ οὖν νομίζω πονηρότατα ταῦτα τὰ ὕδατα εἶναι τὰ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλου, καὶ τὰ τουτέοισιν ἑπόμενα πρὸς ἅπαντα χρήματα. περὶ μὲν οὖν ὀμβρίων ὑδάτων, καὶ τῶν ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων, οὕτως ἔχει. λιθιῶσι δὲ μάλιστα ἄνθρωποι. καὶ ὑπὸ νεφριτίδων καὶ στραγγουρίης ἁλίσκονται καὶ ἰσχιάδων, καὶ κῆλαι γίνονται, ὅκου ὕδατα πίνουσι παντοδαπώτατα, καὶ ἀπὸ ποταμῶν μεγάλων εἰς οὓς ποταμοὶ ἕτεροι ἐμβάλλουσι. καὶ ἀπὸ λίμνης, εἰς ἣν ῥεύματα πολλὰ καὶ παντοδαπὰ ἀφικνεῦνται. καὶ ὁκόσοι ὕδασιν ἐπακτοῖσι χρέονται διὰ μακροῦ ἀγομένοισι, καὶ μὴ ἐκ βραχέος. οὐ γὰρ οἷόν τε ἕτερον ἑτέρῳ ἐοικέναι ὕδωρ. ἀλλὰ τὰ μὲν γλυκέα εἶναι. τὰ δὲ ἁλυκά τε καὶ στυπτηριώδεα. τὰ δὲ ἀπὸ θερμῶν ῥέειν. ξυμμισγόμενα δὲ ταῦτα ἐς ταὐτὸ ἀλλήλοισι στασιάζει, καὶ κρατεῖ αἰεὶ τὸ ἰσχυρότατον. ἰσχύει δὲ οὐκ αἰεὶ τὠυτὸ. ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλο. κατὰ τὰ πνεύματα. τῷ μὲν γὰρ βορέης τὴν ἰσχὺν παρέχεται, τῷ δὲ ὁ νότος. καὶ τῶν λοιπῶν πέρι ὡυτὸς λόγος. ὑφίστασθαι οὖν τοῖσι τοιουτέοισιν ἀνάγκη ἐν τοῖσιν ἀγγείοις ἰλὺν καὶ ψάμμον. καὶ ἀπὸ τούτων πινομένων τὰ νοσήματα γίγνεται τὰ προειρημένα. ὅτι δὲ οὐχ ἅπασιν ἑξῆς φράσω. ὁκόσων μὲν ἥ τε κοιλίη εὔροός τε καὶ ὑγιηρή ἐστι, καὶ ἡ κύστις μὴ πυρετώδης,[40] μὴ δὲ ὁ στόμαχος τῆς κύστιος ξυμπέφρακται λίην, οὗτοι μὲν διουρέουσι ῥηϊδίως, καὶ ἐν τῇ κύστει οὐδὲν ξυστρέφεται. ὁκόσων δὲ ἂν ἡ κοιλίη πυρετώδης ᾖ, ἀνάγκη καὶ τὴν κύστιν τὠυτὸ πάσχειν. ὁκόταν γὰρ θερμανθῇ μᾶλλον τῆς φύσιος, ἐφλέγμηνεν αὐτῆς ὁ στόμαχος. ὁκόταν δὲ ταῦτα πάθῃ, τὸ οὖρον οὐκ ἀφίησιν, ἀλλ' ἐν ἑωυτῇ ξυνέψει καὶ συγκαίει. καὶ τὸ μὲν λεπτότατον αὐτέου, ἀποκρίνεται, καὶ τὸ καθαρώτατον, διεῖ καὶ ἐξουρέεται. τὸ δὲ παχύτατον καὶ θολωδέστατον ξυστρέφεται καὶ συμπήγνυται. τὸ μὲν πρῶτον μικρόν. ἔπειτα μεῖζον γίγνεται. κυλινδούμενον γὰρ ὑπὸ τοῦ οὔρου, ὅ τι ἂν ξυνίστηται παχὺ, ξυναρμόζει πρὸς ἑωυτό. καὶ οὕτως αὔξεταί τε καὶ πωροῦται. καὶ ὁκόταν οὐρέῃ, πρὸς τὸ στόμα τῆς κύστιος προσπίπτει ὑπὸ τοῦ οὔρου βιαζόμενον, καὶ κωλύει οὐρέειν, καὶ ὀδύνην παρέχει ἰσχυρήν. ὥστε τὰ αἰδοῖα τρίβουσι καὶ ἕλκουσι τὰ παιδία τὰ λιθιῶντα. δοκεῖ γὰρ αὐτέοισι τὸ αἴτιον ἐνταῦθα εἶναι τῆς οὐρήσιος. τεκμήριον δὲ ὅτι οὕτως ἔχει. τὸ γὰρ οὖρον λαμπρότατον οὐρέουσιν οἱ λιθιῶντες πρὸς τὸ γινόμενον ὀρρόν. ὅτι τὸ παχύτατον καὶ θολωδέστατον αὐτέου μένει[41] καὶ συστρέφεται. τὰ μὲν πλεῖστα οὕτω λιθιᾷ. γίνεται δὲ παισὶ καὶ ἀπὸ τοῦ γάλακτος, ἢν μὴ ὑγιηρὸν ᾖ, ἀλλὰ θερμόν τε λίην καὶ χολῶδες. τὴν γὰρ κοιλίην διαθερμαίνει καὶ τὴν κύστιν, ὥστε τὸ οὖρον ξυγκαιόμενον ταὐτὸ πάσχειν. καὶ φημὶ ἄμεινον εἶναι τοῖς παιδίοισι τὸν οἶνον ὡς ὑδαρέστατον διδόναι. ἧσσον γὰρ τὰς φλέβας ξυγκαίει καὶ ξυναυαίνει.[42] τοῖσι δὲ θήλεσιν αἰδοίοις γίνεται οὐχ ὁμοίως. ὁ γὰρ οὐρητὴρ βραχύς ἐστιν ὁ τῆς κύστιος καὶ εὐρὺς, ὥστε βιάζεται τὸ οὖρον ῥηϊδίως. οὔτε γὰρ τῇ χειρὶ τρίβει τὸ αἰδοῖον, ὥσπερ τὸ ἄρσεν. οὔτε ἅπτεται τοῦ οὐρητῆρος.[41] ἐς γὰρ τὰ αἰδοῖα ξυντέτρηνται, καὶ διὰ τὸ οὐρητῆρες εἰσὶν εὐρέες, καὶ πίνουσι πλεῖον ἢ οἱ παῖδες. περὶ μὲν οὖν τουτέων ὧδε ἔχει, ἢ ὅτι τουτέων ἐγγύτατα. περὶ δὲ ἐτέων ὧδε ἄν τις ἐνθυμεύμενος διαγινώσκοι, ὁκοῖόν τι μέλλει ἔσεσθαι τὸ ἔτος, εἴτε νοσερὸν εἴτε ὑγιηρόν.[41] ἢν μὲν γὰρ κατὰ λόγον γένηται τὰ σημεῖα ἐπὶ τοῖς ἄστροισι δύνουσί τε καὶ ἐπιτέλλουσιν, ἔν τε τῷ μετοπώρῳ ὕδατα γένηται,

καὶ ὁ χειμὼν μέτριος καὶ μήτε λίην εὔδιος, μήτε ὑπερβάλλων τὸ καῦμα τῷ ψύχει, ἤν τε τῷ ἦρι ὕδατα γένηται ὡραῖα καὶ ἐν τῷ θέρει. οὕτω τὸ ἔτος ὑγιεινότατον εἰκὸς εἶναι, [46] ἢν δὲ ὁ μὲν χειμὼν, αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἦρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τὸ θέρος πυρετῶδες γίνεσθαι, [47] καὶ ὀφθαλμίας ἐμποιεῖν. ὁκόταν γὰρ τὸ πνῖγος ἐπιγένηται ἐξαίφνης, τῆς τε γῆς ὑγρῆς ἐούσης ὑπὸ τῶν ὄμβρων τῶν ἐαρινῶν, καὶ ὑπὸ τοῦ νότου, [48] ἀνάγκη διπλόον τὸ καῦμα εἶναι, ἀπό τε τῆς γῆς διαβρόχου ἐούσης καὶ θερμῆς, καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καίοντος, [49] τῶν τε κοιλιῶν μὴ ξυνεστηκυιῶν τοῖς ἀνθρώποις, μήτε τοῦ ἐγκεφάλου ἀνεξηρασμένου. οὐ γὰρ οἷόν τε τοῦ ἦρος τοιουτέου ὄντος, [50] μὴ οὐ πλαδᾶν τὸ σῶμα καὶ τὴν σάρκα, ὥστε τοὺς πυρετοὺς ἐπιπίπτειν ὀξυτάτους ἅπασι. μάλιστα δὲ τοῖσι φλεγματίῃσι. καὶ δυσεντερίας εἰκός ἐστι γίνεσθαι καὶ τῇσι γυναιξὶν [51] καὶ τοῖς εἴδεσι τοῖς ὑγροτάτοισι. [52] καὶ ἢν μὲν ἐπὶ κυνὸς ἐπιτολὴν ὕδωρ ἐπιγένηται καὶ χειμὼν, καὶ οἱ ἐτησίαι πνεύσωσιν ἐλπὶς παύσασθαι, καὶ τὸ μετόπωρον ὑγιηρὸν γενέσθαι. ἢν δὲ μὴ, κίνδυνος θανάτους τε γενέσθαι τοῖσι παιδίοισι καὶ τῇσι γυναιξίν. τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσιν ἥκιστα, τούς τε περιγενομένους εἰς τεταρταίους ἀποτελευτᾶν. καὶ ἐκ τῶν τεταρταίων ἐς ὕδρωπας. [53] ἢν δὲ ὁ χειμὼν νότιος γένηται, καὶ ἔπομβρος, καὶ εὔδιος. τὸ δὲ ἦρ βόρειόν τε καὶ αὐχμηρὸν καὶ χειμέριον. πρῶτον μὲν τὰς γυναῖκας ὁκόσαι ἂν τύχωσιν ἐν γαστρὶ ἔχουσαι, καὶ ὁ τόκος αὐτέῃσιν ᾖ, [54] πρὸς τὸ ἦρ ἐκτιτρώσκεσθαι. ὁκόσαι δ' ἂν καὶ τέκωσιν, ἀκρατέα τὰ παιδία τίκτειν καὶ νοσώδεα. ὥστε ἢ αὐτίκα ἀπόλλυσθαι. ἢ ζῶσι λεπτά τε ἐόντα καὶ ἀσθενέα καὶ νοσώδεα. ταῦτα μὲν τῇσι γυναιξίν. τοῖς δὲ λοιποῖσι δυσεντερίας, καὶ ὀφθαλμίας ξηράς. καὶ ἐνίοισι κατάρρους ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὸν πλεύμονα. [55] τοῖσι μὲν οὖν φλεγματίῃσι τὰς δυσεντερίας εἰκὸς γίνεσθαι. καὶ τῇσι γυναιξὶ φλέγματος ἐπικαταρρυέντος ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς φύσιος. τοῖσι δὲ χολώδεσιν, [56] ὀφθαλμίαι ξηραὶ διὰ τὴν θερμότητα καὶ ξηρότητα τῆς σαρκός. [57] τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι, κατάρροοι διὰ τὴν ἀραιότητα καὶ τὴν ἔκτηξιν τῶν φλεβῶν. ὥστε ἐξαίφνης τοὺς μὲν ὑπὸ φρενίτιδος ἀπόλλυσθαι. τοὺς δὲ παραπλήκτους γίνεσθαι τὰ δεξιά. [58] ὁκόταν γὰρ τοῦ χειμῶνος ἐόντος νοτίου καὶ θερμοῦ, τὸ σῶμα τὸ μὴ ξυνίσταται, μηδὲ αἱ φλέβες, τοῦ ἦρος ἐπιγενομένου βορείου καὶ αὐχμηροῦ καὶ ψυχροῦ ὁ ἐγκέφαλος ὁπηνίκα αὐτὸν ἔδει ἅμα καὶ τῷ ἦρι διαλύεσθαι καὶ καθαίρεσθαι ὑπό τε κορύζης καὶ βράγχων, τηνικαῦτα πήγνυταί τε καὶ συνίσταται, ὥστε ἐξαίφνης τοῦ θέρεος ἐπιγενομένου καὶ τοῦ καύματος καὶ τῆς μεταβολῆς ἐπιγενομένης, ταῦτα τὰ νοσεύματα ἐπιπίπτειν. καὶ λειεντερίαι καὶ ὕδρωπες τελευτῶσι τοῖσι νοσεύμασιν ἐπιγίνονται. αἱ γὰρ ἀπεξηρασμέναι αἱ κοιλίαι ῥηϊδίως, [59] ἢν δὲ τὸ θέρος ἔπομβρον γένηται, καὶ νότιον, [60] καὶ τὸ μετόπωρον, χειμῶνα ἀνάγκη νοσερὸν εἶναι, καὶ τοῖς φλεγματίῃσι, καὶ τοῖς γεραιτέροισι τεσσαράκοντα ἐτέων, καύσους γίνεσθαι εἰκός. τοῖσι δὲ χολώδεσι, πλευρίτιδας, καὶ περιπλευμονίας. [61] ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν γένηται καὶ βόρειον. τὸ δὲ μετόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγίας ἐς τὸν χειμῶνα, καὶ σφακέλους τοῦ ἐγκεφάλου εἰκὸς γίνεσθαι καὶ προσέτι βράγχους, καὶ κορύζας, καὶ βῆχας, [illegible] [62] ἢν δὲ βόρειόν τε ᾖ καὶ ἄνυδρον, καὶ μήτε ὑπὸ κύνα ἐπόμβρον

& hyems ſit moderata, neque admodum blanda, neque præter modum frigida, & vere ac æſtate aquæ tempeſtiuæ eueniant, ſic annum ſaluberrimum eſſe conſentaneum eſt. Quòd ſi hyems quidem ſicca & aquilonia, ver verò pluuium & auſtrinum fuerit, æſtatem febribus abundare, & lippitudines inducere neceſſe eſt. Vbi enim ab imbribus vernis & ab auſtro terra humectata fuerit, & plenior æſtus derepente ſuperuenerit, tum à terra madida & calida exiſtente, tum à ſole adurente, ardorem conduplicari neceſſe eſt, hominum ventribus minimè conſiſtentibus, neque reſiccato cerebro. Neque enim vbi ver tale extiterit, fieri poteſt, quin corpus & caro nimio humore diffluant, ità vt omnibus, ac maximè pituitoſis, acutiſſimæ febres immineant. Mulieribus verò & naturis maximè humidis, inteſtinorum difficultates contingere par eſt, Ac ſiquidem ſub caniculæ exortum aqua & hyberna tempeſtas ſuperuenerit, eteſiæque ſpirauerint, quietis ſpes eſt, autumnúmque ſalubrem fore. Aliôqui periculum eſt ne pueri & mulieres moriantur, minimè verò ſenes, aut ne qui euaſerint in quartanas tandem incidant, & ex quartanis in aquam inter cutem. At ſi hyems quidem auſtrina, pluuioſa & placida fuerit. Ver verò aquilonium, ſiccum & tempeſtuoſum, primùm quidem mulieres quæ prægnantes extiterint, & quibus partus in ver imminet, abortionem facturas, eſt veriſimile, quæ vero etiam pepererint, adeò imbecillos ac morboſos fœtus parituras, vt aut ſtatim pereant, aut tenues, debiles, & valetudinarij viuant. Atque hæc quidem mulieribus, reliquis verò inteſtinorum difficultates & lippitudines ſiccas, nonnulliſque defluxiones à capite in pulmonem. Pituitoſis itaque inteſtinorum difficultates fieri par eſt, ac mulieribus pituita à cerebro defluente propter naturæ humiditatem. Bilioſis verò lippitudines ſiccas, ob carnis caliditatem & ſiccitatem. Senibus autem defluxiones ob venarum raritatem ac diſtentionem, vt ex his nonnulli repente intereant, alij dextra parte reſoluti iaceant. Cùm enim hyeme exiſtente auſtrina & calida, corpus non conſtringatur, neque venæ, vere aquilonio & ſicco, ac frigido ſuperueniente, cerebrum quod vnà cum vere diſſolui & purgari à grauedine & raucedine oportebat, tunc denſatur & cogitur, proindéque accedente de repente æſtate, æſtúque ac mutatione contingente, hi morbi ingruant, tandémque reliquis morbis, cùm ventres facilè reſiccari nequeant, inteſtinorum læuitates, & aquæ inter cutem ſuccedant. Si verò æſtas pluuioſa fuerit & auſtrina, & autumnus ſimiliter, morboſam eſſe hyemem neceſſe eſt, iiſque qui pituita abundant, & quadrageſimum annum exceſſerunt, febres ardentes contingere æquum eſt, bilioſis verò morbos laterales, & pulmonum inflammationes. At ſi æſtas ſicca & aquilonia fuerit, autumnus verò pluuius & auſtrinus, ſub hyemem capitis dolores & cerebri ſyderationes fieri par eſt, ac præterea raucedines, grauedines, & tuſſes, & nonnullis quoque tabes. Quòd ſi aquilonius & ſiccus fuerit autumnus, ac neque ſub canem,

neque ſub arcturum pluuioſus pituitoſis quidem præcipuéque natura humidis & mulieribus confert, bilioſis verò hoc eſt maximè aduerſum. Admodum enim reſiccantur, iiſque lippitudines aridæ contingunt, & febres acutæ ac diuturnæ, quibuſdam etiam melancholiæ. In bile namque quicquid eſt humidiſſimum & aquoſiſſimũ conſumitur, quòd verò craſſiſſimum & acerrimum remanet, quod in ſanguine eadem quoque ratione accidit, vnde ij morbi illis contingunt. Pituitoſis verò hæc omnia auxilio ſunt. Reſiccantur enim & ad hyemem perueniunt, ab aliis temporibus inuicem ſuccedentibus reſiccati. Qui igitur hæc mente complexus & contemplatus fuerit, is ex mutationibus plurima ferè præuidebit. Præcipuè verò maximæ anni temporum mutationes obſeruandæ ſunt, vt neque medicamentum purgans lubenter exhibeamus, neque partes circa ventrem vramus aut ſecemus, ante dies decem, aut etiam plures. Maximè tamen ſufficient decem. Ac maximi periculi plena ſunt ambo ſolſtitia, præcipuéque æſtiuom. Periculoſiſſima etiam ambo æquinoctia exiſtimantur, maximè verò autumnale. Syderum quoque ortus obſeruandi, præcipuéque caniculæ, deinde arcturi, & vergiliarum occaſus. His enim potiſſimùm diebus morbi iudicationem ſubeunt, & alij quidem perimunt, alij verò deſinunt; aliíque omnes in aliam formam & ſtatum tranſeunt. Ac de his quidem ad hunc ſe res habet modum. Ac de Aſia & Europa indicare volo quantum inter ſe per omnia diſtent, tum quantum homines formis varient, nihilque inter ſe ſimile habeant. De omnibus certè longa foret oratio, verùm de præcipuis & plurimùm inter ſe differentibus dicam vt ſe res habere mihi videatur. Mea quidem ſententia Aſia plurimùm Europæ præſtat, tum eorum omnium natura quæ è terra producuntur, tum hominum. Longè enim pulchriora & maiora omnia in Aſia gignuntur, regióque ipſa hac noſtra mitior, & hominum mores humaniores & benigniores. Quorum quidem cauſa eſt tempeſtatum anni temperatio, cùm in medio ſolis exortu ad auroram ſit expoſita, à frigore longè procul remota. Incrementum autem & moderationem omnium maximè præbet, cùm nihil ſit quod per vim ſuperet, ſed omnium ſit æquabilis poteſtas. Neque tamen vbique per totam Aſiam ad eundem modum ſe habent omnia. Sed quæ quidem regio in medio calidi & frigidi ſita eſt, ea certè feraciſſima eſt, & arboribus maximè conſita, & blandiſſima, aquiſque præcipuè fruitur cœleſtibus & ex terra prouenientibus. Neque enim calore admodum exuritur, neque ſqualoribus & aquarum penuria reſiccatur, neque frigore violatur, ſed auſtro obiecta, imbribus multis & niue perfunditur, multáque illic ſua tempeſtiuitate naſci par eſt, quæ ex ſeminibus quæq; ex terræ plantis proueniunt, quorum fructibus homines fruuntur, ex agreſtibus domeſticos faciendo, & in ſuum vſum transferendo. Pecoráque illic enutrita abundare vel maximè æquum eſt, crebriúſque parere, & optimè educare.

μήτε ἐπὶ τοῦ ἀρκτούρου, τοῖσι μὲν φλεγματίῃσι φύσει ξυμφέρει μάλιστα καὶ τῇσιν ὑγρῇσι τὰς φύσιας καὶ τῇσι γυναιξίν. τοῖσι δὲ χολώδεσι τοῦτο πολεμιώτατον γίγνεται. λίην γὰρ ἀναξηραίνονται, καὶ [61] ὀφθαλμίαι αὐτέοισιν ἐπιγίγνονται ξηραί, καὶ πυρετοὶ ὀξέες καὶ πολυχρόνιοι ἐνίοισιν, καὶ μελαγχολίαι. [64] τῆς γὰρ χολῆς τὸ μὲν ὑγρότατον καὶ ὑδαρέστατον ἀναλοῦται, τὸ δὲ παχύτατον καὶ δριμύτατον λείπεται καὶ τοῦ αἵματος κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀφ᾽ ὧν ταῦτα τὰ νοσεύματα αὐτέοις γίγνεται. τοῖσι δὲ φλεγματίῃσι πάντα ταῦτα ὠφελιμά ἐστιν. [65] ἀποξηραίνονται γὰρ καὶ ἐς τὸν χειμῶνα ἀφικνέονται, ὑπ᾽ ἄλλων τ᾽ ἐς ἄλλα ἀναξηραινόμενοι. ἢν δὲ ὁ χειμὼν βόρειος γένηται καὶ ξηρός, τὸ δὲ ἦρ, νότιον καὶ ἔπομβρον, κατὰ τὸ θέρος ὀφθαλμίαι γίνονται ἰσχυραί. τοῖσι δὲ παισὶ καὶ γυναιξὶν, πυρετοί. κατὰ ταῦτα τις ὁ ἐνθυμεύμενος καὶ σκοπεύμενος, προειδείη ἂν τὰ πλεῖστα τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἀπὸ τῶν μεταβολέων. φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ μάλιστα τὰς μεταβολὰς τῶν ὡρέων τὰς μεγίστας, καὶ μήτε φάρμακον διδόναι ἑκόντα, μήτε καίειν ὅ, τι ἐς κοιλίην, μήτε τάμνειν πρὶν παρέλθωσιν αἱ ἡμέραι δέκα ἢ καὶ πλείονες· μέγισται δέ εἰσιν αἱ δέκα. καὶ ἐπικινδυνόταται ἡλίου τροπαὶ ἀμφότεραι, καὶ μᾶλλον θεριναί. καὶ ἰσημεριναὶ νομιζόμεναι εἶναι ἀμφότεραι, μᾶλλον δὲ αἱ μετοπωριναί. δεῖ δὲ καὶ τῶν ἄστρων τὰς ἐπιτολὰς φυλάσσεσθαι, καὶ μάλιστα τοῦ κυνός. ἔπειτα ἀρκτούρου, καὶ ἐπὶ πληιάδων δύσει. τά τε γὰρ νοσεύματα μάλιστα ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσι κρίνεται. καὶ τὰ μὲν ἀποφθίνει, [67] τὰ δὲ λήγει. τὰ δὲ ἄλλα πάντα μεθίσταται εἰς ἕτερον εἶδος, καὶ ἑτέρην κατάστασιν. περὶ μὲν τουτέων οὕτως ἔχει. βούλομαι δὲ περὶ τῆς Ἀσίης καὶ τῆς Εὐρώπης δεῖξαι, ὁκόσον διαφέρουσιν ἀλλήλων ἐς τὰ πάντα καὶ περὶ τῶν ἐθνῶν τῆς μορφῆς, τί διαλλάσσει, καὶ μηδὲν ἔοικεν ἀλλήλοισι. περὶ μὲν οὖν ἁπάντων πολὺς ἂν εἴη λόγος· περὶ δὲ τῶν μεγίστων, καὶ πλεῖστον διαφερόντων, ἐρέω ὥς μοι δοκέει ἔχειν. [68] τὴν Ἀσίην πλεῖστον διαφέρειν φημὶ τῆς Εὐρώπης, ἐς τὰς φύσιας τῶν ξυμπάντων τῶν τε ἐκ τῆς γῆς φυομένων, καὶ τῶν ἀνθρώπων. πολὺ γὰρ καλλίονα καὶ μείζονα πάντα γίγνεται ἐν τῇ Ἀσίῃ. [69] ἥ τε χώρη τῆς χώρης ἡμερωτέρη, καὶ τὰ ἤθεα τῶν ἀνθρώπων ἠπιώτερα, καὶ εὐεργότερα. τὸ δὲ αἴτιον τουτέων, ἡ κρῆσις τῶν ὡρέων, ὅτι τοῦ ἡλίου ἐν μέσῳ τῶν ἀνατολῶν κεῖται πρὸς τὴν ἠῶ, τοῦ τε ψυχροῦ πορρωτέρω. τὴν δὲ αὔξησιν καὶ ἡμερότητα παρέχει πλεῖστον ἁπάντων, ὁκόταν μηδὲν ᾖ ἐπικρατέον βιαίως, ἀλλὰ παντὸς ἰσομοιρίη δυναστεύῃ, ἔχει δὲ κατὰ τὴν Ἀσίην, οὐ πανταχῆ ὁμοίως. ἀλλ᾽ ὅση μὲν τῆς χώρης ἐν μέσῳ κεῖται τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, αὕτη μὲν εὐκαρποτάτη ἐστὶν, καὶ εὐδενδροτάτη, καὶ εὐδιεστάτη, καὶ ὕδασι μάλιστα κέχρηται, τοῖσί τε οὐρανίοισι, καὶ τοῖσιν ἐκ τῆς γῆς. οὔτε γὰρ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἐκκέκαυται λίην, οὔτε ὑπὸ αὐχμῶν καὶ ἀνυδρίης ἀναξηραίνεται, οὔτε ὑπὸ ψύχεος βεβιασμένη. νοτία τε καὶ διάβροχός ἐστιν ὑπό τε ὄμβρων πολλῶν καὶ χιόνος. τά τε ὡραῖα αὐτόθι πολλὰ ἐοικὸς γίνεσθαι, ὁκόσα τε ἀπὸ σπερμάτων, καὶ ὁκόσα αὐτὴ ἡ γῆ ἀναδιδοῖ φυτά. ὧν τοῖσι καρποῖσι χρέονται ἄνθρωποι, ἡμεροῦντες ἐξ ἀγρίων, καὶ εἰς ἐπιτήδειον μεταφυτεύοντες. τά τε ἐντρεφόμενα κτήνεα εὐθηνεῖν εἰκὸς καὶ μάλιστα τίκτειν τε πυκνότατα, καὶ ἐκτρέφειν κάλλιστα.

Τά

τούς τε ἀνθρώπους εὐτραφέας εἶναι, καὶ τὰ εἴδεα καλλίστους, καὶ μεγέθει μεγίστους. καὶ ἥκιστα διαφόρους ἐς τά τε εἴδεα αὐτῶν καὶ τὰ μεγέθεα. εἰκός τε τὴν χώρην ταύτην προσεγγύτατα εἶναι κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν μετριότητα τῶν ὡρέων.[71] τὸ δὲ ἀνδρεῖον καὶ τὸ ταλαίπωρον, καὶ τὸ ἔμπονον, καὶ τὸ θυμοειδὲς, οὐκ ἂν δύναιτο ἐν τοιαύτῃ φύσει ἐγγίγνεσθαι.[72] μήτε ὁμόφυλον, μήτε ἀλλόφυλον, ἀλλὰ τὴν ἡδονὴν κρατεῖν, διότι πολύμορφα γίνεται τὰ ἐν τοῖς θηρίοις. περὶ μὲν οὖν Αἰγυπτίων, καὶ Λιβύων, οὕτως ἔχειν μοι δοκεῖ. περὶ δὲ τῶν ἐν δεξιᾷ[73] τοῦ ἡλίου τῶν ἀνατολέων τῶν χειμερινῶν μέχρι Μαιώτιδος λίμνης (οὗτος γὰρ ὅρος τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίης) ὧδε ἔχει περὶ αὐτῶν. τὰ δὲ ἔθνεα ταῦτα, ταύτῃ διάφορα αὐτὰ ἑωυτῶν μᾶλλόν ἐστι τῶν προδιηγημένων, διὰ τὰς μεταβολὰς τῶν ὡρέων καὶ τῆς χώρης τὴν φύσιν. ἔχει δὲ καὶ κατὰ τὴν γῆν ὁμοίως, ἅπερ καὶ κατὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους. ὅκου γὰρ αἱ ὧραι μεγίστας μεταβολὰς ποιέονται καὶ πυκνοτάτας, ἐκεῖ καὶ ἡ χώρη ἀγριωτάτη καὶ ἀνωμαλωτάτη ἐστί. καὶ εὑρήσεις ὄρη τε πλεῖστα καὶ δασέα καὶ πεδία καὶ λειμῶνας ἐόντας. ὅκου δὲ αἱ ὧραι μὴ μεγάλας ἀλλάσσουσιν, ἐκείνοις ἡ χώρη ὁμαλωτάτη ἐστίν. οὕτω δὲ ἔχει καὶ περὶ τῶν ἀνθρώπων, εἴ τις βούλεται ἐνθυμέεσθαι.[74] εἰσὶ γὰρ φύσιες, αἱ μὲν ὄρεσιν ἐοικυῖαι, δενδρώδεσί τε καὶ ἐφύδροισι. αἱ δὲ, λεπτοῖσί τε καὶ ἀνύδροις.[75] αἱ δὲ λειμακωδεστέροισί τε καὶ ἑλώδεσι. αἱ δὲ πεδίῳ τε καὶ ψιλῇ καὶ ξηρῇ. αἱ γὰρ ὧραι αἱ μεταλλάσσουσαι τῆς μορφῆς τὴν φύσιν, εἰσὶ διάφοροι. ἢν δὲ διάφοροι ἔωσι μετὰ σφῶν αὐτέων, διαφοραὶ καὶ πλείονες γίνονται τοῖς εἴδεσι. καὶ ὁκόσα μὲν ὀλίγον διαφέρει τῶν ἐθνέων, παραλείψω. ὁκόσα δὲ μεγάλα ἢ φύσει ἢ νόμῳ, ἐρέω περὶ αὐτῶν ὡς ἔχει. καὶ πρῶτον περὶ τῶν Μακροκεφάλων. τούτων γὰρ οὐκ ἔστιν ἄλλο ἔθνος ὁμοίως τὰς κεφαλὰς ἔχον οὐδέν. τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν, ὁ νόμος αἰτιώτατος ἐγένετο τοῦ μήκεος τῆς κεφαλῆς. νῦν δὲ, καὶ ἡ φύσις ξυμβάλλεται τῷ νόμῳ. τοὺς γὰρ μακροτάτην ἔχοντας τὴν κεφαλὴν γενναιοτάτους ἡγέονται. ἔχει δὲ περὶ νόμου ὧδε. τὸ παιδίον ὁκόταν γένηται, τάχιστα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἔτι ἁπαλὴν ἐοῦσαν, μαλακοῦ ἐόντος, ἀναπλάσσουσι τῇσι χερσὶ, καὶ ἀναγκάζουσιν ἐς τὸ μῆκος αὔξεσθαι, δεσμά τε προσφέροντες, καὶ τεχνήματα ἐπιτήδεια ὑφ' ὧν τὸ μὲν σφαιροειδὲς τῆς κεφαλῆς κακοῦται, τὸ δὲ μῆκος αὔξεται. οὕτως τὴν ἀρχὴν ὁ νόμος κατειργάσατο, ὥστε τοιαύτην τὴν φύσιν γενέσθαι. τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, ἐν φύσει ἐγένετο, ὥστε τὸν νόμον μηκέτι ἀναγκάζειν.[76] ὁ γὰρ γόνος πανταχόθεν ἔρχεται, ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς τοῦ σώματος, ἀπό τε τῶν νοσερῶν, νοσερός. εἰ οὖν γίγνονται ἔκ τε τῶν φαλακρῶν, φαλακροὶ, καὶ ἐκ γλαυκῶν, γλαυκοὶ, καὶ ἐκ διεστραμμένων, στρεβλοὶ, ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος, καὶ περὶ τῆς ἄλλης μορφῆς ὁ αὐτὸς λόγος, τί κωλύει καὶ ἐκ μακροκεφάλου μακροκέφαλον γίγνεσθαι; νῦν δὲ ὁμοίως[77] οὐκέτι γίγνονται ὡς πρότερον. ὁ γὰρ νόμος οὐκ ἔτι ἰσχύει, διὰ τὴν ἀμελείαν τῶν ἀνθρώπων. περὶ μὲν οὖν τούτων, οὕτως μοι δοκεῖ. περὶ δὲ τῶν ἐν Φάσει, ἡ χώρη ἐκείνη ἑλώδης ἐστὶ, καὶ θερμὴ, καὶ ὑδατεινὴ, καὶ δασεῖα. ὄμβροι τε αὐτόθι γίγνονται πᾶσαν ὥρην πολλοί τε καὶ ἰσχυροί. ἥ τε δίαιτα τοῖς ἀνθρώποις ἐν τοῖς ἕλεσιν ἐστί. τά τε οἰκήματα ξύλινα καὶ καλάμινα ἐν ὕδασι μεμηχανημένα.

Hominesq; habitiores eſſe, formaq; præſtantes, & magnitudinis eximiæ, formaq; & corporum proceritate non admodum inter ſe diſſimiles. Hanc regionem ad anni temporum naturam & moderationem proximè accedere conſentaneum eſt. Virilis autem animus, ærumnarum & laborum tolerantia, atque audacia, in huiuſmodi naturis innaſci nequit, neque eiuſdem generis aut diuerſi coniunctione ducuntur, verùm in ipſis libidinem dominari neceſſe eſt. Ideoq; multiformes in feris partus gignuntur. Atque de Ægyptiis ac Libycis ad hunc quidem modum ſe res habere videtur. De his verò qui ſunt ad hyberni ſolis ortus dexteram, ad Mæotidem vſque paludem, quæ eſt Europæ atque Aſiæ terminus, habet ſe res ad hunc modum. Atque hæ quidem gentes, cùm propter anni tempeſtatum mutationes, tum ob regionis naturam, longè magis inter ſe differunt, quàm quæ antè ſunt enarratæ. Habet autem hoc ſolum eodem planè modo, quo etiam apud reliquos homines. Vbi namque anni tempora maximas & creberrimas mutationes faciunt, illic efferatiſſima & maximè inæqualis regio exiſtit, monteſq; plurimos & denſos, campos item & prata in ea inuenias. At vbi anni tempora nõ admodum variant, illic ea regio maximè æqualis eſt. Ad eundem verò modum ſe in hominibus habet, ſi quis animum aduertat. Sunt enim quædam naturæ, montoſis locis, ſyluoſis, & aqua carentibus ſimiles, quædam tenuibus & aquoſis, quædam etiam pratorum & paludum naturam referunt, quædam etiam ad planitiei, nudorumque & ſiccorum naturam accedunt. Anni enim tempora, quæ formarum naturam variant, inter ſe differunt, cúmque inter ſe diuerſa exiſtant, varias & multiplices formas producunt. Ac eas quidem gentes quæ parum inter ſe differunt, prætermittam, quæ verò plurimùm aut natura, aut inſtitutis inter ſe diſcrepant, de his quemadmodum ſe habeant mihi dicendum eſt, imprimiſque de Macrocephalis, cùm ex his nulla alia gens capita ſimilia habeat. Ac initio quidem hominum inſtitutum longitudinis capitis cauſa fuiſſe videtur. Nunc verò natura etiam ad inſtitutum accedit. Longiſſima enim habentes capita, generoſiſſimos exiſtimant. Huiuſmodi autem eſt inſtitutum. Cùm primum editus eſt infans, caput eius adhuc tenellum & molle manibus effingunt, & in longitudinem adoleſcere cogunt, vinculis & idoneis artibus adhibitis, quibus capitis rotunditas vitietur, & longitudo augeatur. Hoc inſtitutum primum huiuſmodi naturæ dedit initium. Succeſſu verò temporis, in naturam abiit, vt proinde inſtituto nil ampliùs opus eſſet. Semen enim genitale ex omnibus corporis partibus prouenit, ex ſanis quidem ſanum, & ex morboſis, morboſum. Si igitur ex caluis calui gignuntur, ex cæſiis cæſij, & ex diſtortis, vt plurimum diſtorti, eadémque in cæteris formis valet ratio, quid prohibet cur non etiam ex Macrocephalo Macrocephalus gignatur? Etſi nunc quoque perinde vt antea non naſcuntur, obſoleſcente per hominũ incuriam inſtituto. Ac de his quidẽ ſic ſentio. Iam verò de his qui Phaſim accolũt. Regio eſt paluſtris, calida, aquoſa & denſa, imbribuſq; copioſis & vehementibus ferè ſemper perfunditur. Homines in paludib. vitã degunt, & domos ligneas & arundineas in aquis fabrefactas habent,

rarò vrbes & emporia adeunt, verùm nauigiis ex ligno vno cauatis ſurſum ac deorſum traiiciunt, cùm foſſas habeant plurimas. Aquas bibunt calidas, ſtatarias, ſole putrefactas, & imbribus auctas. Ipſeq; Phaſis præ cæteris fluminibus maximè ſtagnans eſt, & leniſſimè defluit; fructuſque qui illic naſcuntur, nullum incrementum accipiunt, effœminati ſunt, & præ aquarum copia imperfecti, ideóque ad maturitatem minimè perueniunt. Aër quoque caliginoſus ab aquis ſublatus hanc regionem occupat. His ſanè de cauſis Phaſiani corporis formam à cæteris hominibus longè diuerſam habent. Proceritate enim corporis & craſſitudine valdè excedunt, neque articulus vllus, neque venæ comparent, pallidóque ſunt colore, velut morbo regio detenti: cumq; aëre vtantur minimè puro, ſed caliginoſo & maximè humido, grauiſſimam præ aliis omnibus vocem edunt. Sunt etiam ad corporis exercitationem natura pigriores, anniq; tempeſtates, quo ad æſtum aut frigus, non multum variant. Venti iis plurimi ſunt auſtrini, potiſſimùm vnus eius regionis peculiaris, qui interdum violentior, moleſtior & calidior ſpirat, quem Cenchrona nominant. Boreas verò non admodum huc peruenit, quòd ſi aliquando ſpiret, debilis tamen & valdè lenis exiſtit. Atque hunc quidem in modum, qui Aſiam & Europam incolunt, tum natura, tum forma inter ſe differunt. Quòd autem ad animi ignauiam & mollitiem attinet, cur Aſiatici Europæis minùs bellicoſi exiſtant, & moribus ſint lenioribus, anni tempeſtates in cauſa ſunt, quæ non magnas tum ad calorem, tum ad frigus permutationes faciunt, verùm ſimiles permanent, vnde neque mens ſtupore percellitur, neque corpus vehementer à ſuo ſtatu dimouetur. Ex quibus iram exaſperari, ac prudentiæ & caloris compotes fieri magis æquum eſt, quàm ſi eodem ſemper ſtatu permaneant. Mutationes enim inter omnia hominis mentem ſemper excitant, neque ſinunt quieſcere. Quas ob cauſas mihi Aſiaticorum genus omni ope deſtitutum videtur, quibus præterea eorum inſtituta accedere debent. Multò enim maxima Aſiæ pars regum imperio regitur. Qui verò ſui poteſtatem non habent, neque ſui iuris ſunt, ſed dominis ſubditi, ij rerum bellicarum nullam curam habent, ſed vt ne bellicoſi videantur. Neque enim æqualia pericula impendent. Hos ſiquidem pro dominis in militiam proficiſci, & labores tolerare, mortémque oppetere neceſſe eſt, relictis domi liberis, vxore, ac reliquis amicis. Quòd ſi probè ac viriliter ſe geſſerint, inde dominis opes augentur & creſcunt, ipſi præter pericula & cædes nullum fructum percipiunt. Ad hæc ab huiuſmodi hominibus propter rei militaris inertiam ac otium, regionem relinqui neceſſe eſt, cùm vt quiſque natura fortis eſt & magni animi, ita maximè leges detrectat. Cuius rei hoc magnum eſt indicium, quòd quicunque in Aſia Græci ac Barbari dominis minimè ſunt ſubditi, ſed liberi, & ſui laboris quæſtum faciunt, ij omnium bellicoſſimi exiſtunt. Sibi enim ipſis pericula ſubeunt, & vt fortitudinis præmia reportant, ita ignauiæ pœnas luunt.

ὀλίγη τε χρέονται βαδίσει κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἐμπόριον, [78] ἀλλὰ μονοξύλοις διαπλέουσιν ἄνω καὶ κάτω. διώρυγες γὰρ πολλαί εἰσιν. τὰ δὲ ὕδατα, θερμὰ καὶ στάσιμα πίνουσιν, ὑπό τε τοῦ ἡλίου σηπόμενα, καὶ ὑπὸ τῶν ὄμβρων ἐπαυξόμενα. αὐτός τε ὁ Φάσις στασιμώτατος πάντων τῶν ποταμῶν, καὶ ῥέων ἠπιώτατα. οἵ τε καρποὶ γινόμενοι αὐτέοι πάντες [79] ἀναυξέες εἰσὶ καὶ τεθηλυσμένοι καὶ ἀτελέες ὑπὸ πολυπληθείης τοῦ ὕδατος. διὸ καὶ οὐ πεπαίνονται. [80] ἠήρ τε πουλὺς κατέχει τὴν χώρην ἀπὸ τῶν ὑδάτων. διὰ ταύτας δὲ τὰς προφάσιας, τὰ εἴδεα ἀπηλλαγμένα τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἔχουσιν οἱ Φασιηνοί. τά τε γὰρ μεγέθεα μεγάλοι, τὰ πάχεα δ' ὑπερπαχέες. ἄρθρον τε κατάδηλον οὐδὲν, οὐδὲ φλέψ. τήν τε χροιὴν ὠχρὴν ἔχουσιν, ὥσπερ ὑπὸ ἰκτέρου ἐχόμενοι. φθέγγονταί τε βαρύτατον ἀνθρώπων, τῷ ἠέρι χρεώμενοι οὐ λαμπρῷ, ἀλλὰ χνοώδει τε [81] καὶ διερῷ, πρός τε ταλαιπωρέειν τὸ σῶμα ἀργότεροι πεφύκασιν. αἵ τε ὧραι οὐ πολὺ μεταλλάσσουσιν, οὔτε πρὸς τὸ πνῖγος, οὔτε πρὸς τὸ ψῦχος. τά τε πνεύματα πολλὰ νότια, πλὴν αὔρης μιῆς ἐπιχωρίης. αὕτη δὲ πνέει ἐνίοτε, βίαιος καὶ χαλεπὴ καὶ θερμὴ, καὶ κέγχρονα ὀνομάζουσι τοῦτο τὸ πνεῦμα. ὁ δὲ βορέης οὐ σφόδρα ἀφικνεῖται. ὁκόταν δὲ πνέῃ ἀσθενὴς καὶ βληχρός. [82] περὶ μὲν τῆς φύσιος, καὶ τῆς διαφορῆς, καὶ τῆς μορφῆς τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ καὶ τῇ Εὐρώπῃ, οὕτως ἔχει. [83] περὶ δὲ τῆς ἀθυμίης τῶν ἀνθρώπων καὶ τῆς ἀνανδρείης, ὅτι ἀπολεμώτεροί εἰσι τῶν Εὐρωπαίων οἱ Ἀσιηνοὶ, καὶ ἡμερώτεροι τὰ ἤθεα, αἱ ὧραι αἴτιαι μάλιστα, οὐ μεγάλας τὰς μεταβολὰς ποιεύμεναι, οὔτε ἐπὶ τὸ θερμὸν, οὔτε ἐπὶ τὸ ψυχρὸν, ἀλλὰ παραπλήσιαι. οὐ γὰρ γίνονται ἐκπλήξιες τῆς γνώμης, οὔτε μετάστασις ἰσχυρὴ τοῦ σώματος. ἀφ' ὅτων εἰκὸς τὴν ὀργὴν ἀγριοῦσθαί τε, καὶ τοῦ ἀγνώμονος καὶ θερμοῦ μετέχειν μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ αὐτέῳ αἰεὶ ἐόντα. αἱ γὰρ μεταβολαί εἰσι τῶν πάντων, [84] αἰεί τε ἀγείρουσι τὴν γνώμην τοῦ ἀνθρώπου, καὶ οὐκ ἐῶσι ἀτρεμίζειν. διὰ ταύτας ἐμοὶ δοκέει τὰς προφάσιας, [85] ἄναλκες εἶναι τὸ γένος τὸ Ἀσιηνόν. καὶ προσέτι διὰ τοὺς νόμους. τῆς γὰρ Ἀσίης τὰ πολλὰ βασιλεύεται. ὅκου δὲ μὴ αὐτοὶ ἑωυτέων εἰσὶ καρτεροὶ ἄνθρωποι, μηδὲ αὐτόνομοι, ἀλλὰ δεσπόζονται, οὐ περὶ τουτέου αὐτέοισιν ὁ λόγος ἐστὶν, ὅπως τὰ πολέμια ἀσκήσωσιν, ἀλλ' ὅκως μὴ δόξωσι μάχιμοι εἶναι. οἱ γὰρ κίνδυνοι οὐχ ὅμοιοί εἰσιν. τοὺς μὲν γὰρ στρατεύεσθαι εἰκὸς, καὶ ταλαιπωρέειν, καὶ ἀποθνήσκειν ἐξ ἀνάγκης ὑπὲρ τῶν δεσποτῶν, ἀπό τε παιδίων καὶ γυναικὸς ἐόντας, καὶ τῶν λοιπῶν φίλων. καὶ ὁκόσα μὲν ἂν χρηστὰ καὶ ἀνδρεῖα ἐργάσωνται, οἱ δεσπόται ἀπ' αὐτέων αὔξονταί τε καὶ ἐκφύονται· τοὺς δὲ κινδύνους καὶ θανάτους αὐτοὶ καρποῦνται. ἔτι δὲ πρὸς τούτοισι τῶν τοιούτων ἀνθρώπων, [86] ἀνάγκη ἐρημοῦσθαι τὴν γῆν ὑπό τε πολεμίων καὶ ἀργίης, ὥστε καὶ εἴ τις φύσει πέφυκεν ἀνδρεῖος καὶ εὔψυχος, ἀποτρέπεσθαι τὴν γνώμην ἀπὸ τῶν νόμων. μέγα δὲ τεκμήριον τούτων. ὁκόσοι γὰρ ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἕλληνες ἢ βάρβαροι μὴ δεσπόζονται, ἀλλ' αὐτόνομοί εἰσι καὶ ἑωυτέοισι ταλαιπωρέουσιν, οὗτοι μαχιμώτατοί εἰσι πάντων. τοὺς γὰρ κινδύνους ἑωυτέων πέρι κινδυνεύουσιν. καὶ τῆς ἀνδρείης αὐτέοι τὰ ἆθλα φέρονται, καὶ τῆς δειλίης τὴν ζημίην ὡσαύτως.

[87] ἀίρησις

[27] εὑρήσεις δὲ καὶ τοὺς Ἀσιηνοὺς διαφέροντας αὐτοὺς ἑωυτέων, τοὺς μὲν βελτίονας, τοὺς δὲ φαυλοτέρους ἐόντας. τουτέων δὲ αἱ μεταβολαὶ αἴτιαι τῶν ὡρέων, ὥσπερ μοι εἴρηται ἐν τοῖς προτέροισι. καὶ περὶ μὲν τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ, οὕτως ἔχει. ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ, ἔστιν ἔθνος σκυθικὸν, ὃ περὶ τὴν λίμνην οἰκεῖ τὴν Μαιῶτιν, διαφέρον τῶν ἐθνέων τῶν ἄλλων, Σαυρομάται καλεῦνται. τουτέων αἱ γυναῖκες ἱππάζονταί τε καὶ τοξεύουσι, καὶ ἀκοντίζουσιν ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ μάχονται τοῖς πολεμίοις, ἕως ἂν παρθένοι ἔωσι. οὐκ ἀποπαρθενεύονται δὲ μέχρις ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι. καὶ οὐ πρότερον συνοικέουσιν, [28] ἢν περ τὰ ἱερὰ θύσωσι τὰ ἐν νόμῳ. ἣ δ' ἂν ἄνδρα ἑωυτῇ ἄρηται, παύεται ἱππαζομένη, ἕως ἂν μὴ ἀνάγκη καταλάβῃ παγκοίνου στρατιῆς. τὸν δεξιὸν δὲ μαζὸν οὐκ ἔχουσι. παιδίοισι γὰρ ἐοῦσιν ἔτι νηπίοις, αἱ μητέρες χάλκεον τετεχνημένον [29] ἢ ἐπ' αὐτῷ τουτέῳ διάπυρον ποιέουσαι, πρὸς τὸν μαζὸν τιθέασι τὸν δεξιὸν, καὶ ἐπικαίεται, ὥστε τὴν αὔξησιν φθείρεσθαι, ἐς δὲ τὸν δεξιὸν ὦμον καὶ βραχίονα πᾶσαν τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ πλῆθος ἐκδιδόναι. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν Σκυθέων τῆς μορφῆς, ὅτι αὐτοὶ αὑτοῖσιν ἐοίκασι, καὶ οὐδαμῶς ἄλλοις, ωὑτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν Αἰγυπτίων, πλὴν ὅτι οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ εἰσι βεβιασμένοι· οἱ δ' ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. ἡ δὲ Σκυθέων ἐρημίη καλευμένη πεδιάς ἐστι, [30] καὶ λειμακώδης, [31] καὶ ψιλὴ, καὶ ἔνυδρος μετρίως. ποταμοὶ γάρ εἰσι μεγάλοι, οἳ ἐξοχετεύουσι τὸ ὕδωρ ἐκ τῶν πεδίων. ἐνταῦθα καὶ οἱ Σκύθαι διαιτεῦνται, Νομάδες δὲ καλεῦνται, ὅτι οὐκ ἔστιν οἰκήματα, ἀλλ' ἐν ἁμάξαις οἰκεῦσιν. αἱ δὲ ἅμαξαί εἰσιν, αἱ μὲν ἐλάχισται, τετράκυκλοι, αἱ δὲ ἑξάκυκλοι. [32] αὗται δὲ πίλοις περιπεφραγμέναι. εἰσὶ δὲ καὶ τετεχνασμέναι, ὥσπερ οἰκήματα, τὰ μὲν ἁπλᾶ, τὰ δὲ τριπλᾶ. [33] ταῦτα δὲ καὶ στεγνὰ πρὸς ὕδωρ, καὶ πρὸς χιόνα, καὶ πρὸς τὰ πνεύματα. τὰς δὲ ἁμάξας ἕλκουσι ζεύγεα, τὰς μὲν δύο, τὰς δὲ, τρία βοῶν κέρως ἄτερ. οὐ γὰρ ἔχουσι κέρατα ὑπὸ ψύχεος. ἐν ταύταις μὲν οὖν ταῖς ἁμάξαις γυναῖκες διαιτεῦνται. αὐτοὶ δ' ἐφ' ἵππων ὀχεῦνται οἱ ἄνδρες. ἕπονται δὲ αὐτέοις [34] καὶ τὰ πρόβατα ἐόντα καὶ αἱ βόες καὶ οἱ ἵπποι. μένουσι δ' ἐν τῷ αὐτέῳ τοσοῦτον χρόνον, ὅσον ἂν ἀπόχρῃ αὐτέοισιν τοῖς κτήνεσιν ὁ χόρτος· ὁκόταν δὲ μηκέτι, εἰς ἑτέρην χώρην ἔρχονται. αὐτοὶ δ' ἐσθίουσι κρέα ἑφθὰ, καὶ πίνουσι γάλα ἵππων. [35] καὶ ἱππάκην τρώγουσι, τοῦτο δ' ἐστὶ τυρὸς ἵππων. τὰ μὲν εἰς τὴν δίαιταν αὐτέων οὕτως ἔχει καὶ τοὺς νόμους, περί τε τῶν ὡρέων καὶ τῆς μορφῆς, ὅτι πολὺ ἀπήλλακται τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων τὸ Σκυθικὸν γένος, καὶ ἔοικεν αὐτὸ ἑωυτέῳ, ὥσπερ τὸ Αἰγύπτιον. καὶ ἥκιστα πολύγονόν ἐστι· καὶ ἡ χώρη ἐλάχιστα θηρία τρέφει κατὰ μέγεθος καὶ πλῆθος. κεῖται γὰρ ὑπ' αὐτῇσι τῇσιν ἄρκτοις, καὶ τοῖς ὄρεσι τοῖς Ῥιπαίοισιν, ὅθεν ὁ βορέης πνέει. ὅτε ἥλιος τελευτῶν ἐγγύτατα γίνεται), ὁκόταν ἐπὶ τὰς θερινὰς ἔλθῃ περιόδους, καὶ τότε ὀλίγον χρόνον θερμαίνει. καὶ οὐ σφόδρα τὰ διαπνεύματα τὰ ἀπὸ τῶν θερμῶν πνέοντα ἀφικνεῖται), ἢν μὴ ὀλιγάκις καὶ ἀσθενέα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἄρκτων αἰεὶ πνέουσι πνεύματα ψυχρὰ ἀπό τε χιόνος, καὶ κρυστάλλου, καὶ ὑδάτων πολλῶν. οὐδέποτε δὲ τὰ ὄρεα ἐκλείπει. ἀπὸ τουτέων δὲ δυσοίκητά ἐστι. ἠήρ τε κατέχει πουλὺς τῆς ἡμέρης τὰ πεδία.

Aſiaticos autem plurimùm inter ſe differre, & hos quidem nobiliores, illos verò ignobiliores eſſe comperio. Quorum quidem cauſa ad anni tempeſtatum mutationes, quemadmodum antea diximus, referenda eſt. Atque ſic quidem de his qui Aſiam incolunt. In Europa autem gens eſt Scythica, quæ Mæotim paludem incolit, & à reliquis plurimùm differt, Sauromatæ appellantur. Eorum fœminæ equitant, arcu vtuntur, & ex equo iaculantur, & cum hoſtibus bellum gerunt, quoad virgines exiſtunt, neque ante virginitatem deponunt, quàm tres hoſtes interfecerint, neque priùs cum viris congrediuntur, quàm ſacra Deo, patrio more peregerint. Quòd ſi qua ſibi virum delegerit, equitatu ſoluta eſt, niſi communis expeditionis neceſſitas inguat. Dextram autem mammam non habent. Puellis enim adhuc infantibus, ferro ad id fabricato & candente, dextræ mammæ admoto, eam matres exurunt, vt ne incrementum accipiat, ſed ad dextrum humerum & brachium omne robur & copia tranſmittatur. De reliquis autem Scythis, cùm forma inter ſe ſint ſimiles, & aliis diſſimiles, eadem ratio quæ de Ægyptiis habenda eſt, niſi quòd hi calore, illi frigore vrgentur. At verò ſolitudo Scythica appellata, in planicie ſita eſt, & pratis abundat, nuda & modicè aquoſa eſt. Magni enim fluuij aquam ex campis per riuos deducunt. In hac Scythæ Nomades dicti degunt, quòd domos nullas habeant, ſed in curribus habitent, quorum vel minimi quatuor, reliqui ſex rotis aguntur. Hi autem inſuper coactilibus ex lana craſſa compactis ſunt obducti, & ad inſtar domorum fabricati, alij quidem ſimplici, alij etiam triplici tabulato, ipſique in anguſtum coarctati aduerſus omnes aquarum, niuis, ac ventorum iniurias. Currus trahunt alios quidem duo boum paria, alios tria, atq; hi præ frigore cornua non habent. His igitur in curribus mulieres degunt, ipſi verò viri in equis vehuntur. Eos ſequuntur pecorum greges, & boues, & equi. Tamdiúque vno in loco ſubſiſtunt, quoad ipſis pecoribus pabulum ſufficit, quod deficiente ad aliam regionem commigrant. Carnibus coctis veſcuntur, & lacte equino in potu vtuntur, & hippaco, hoc eſt caſeo equino victitant. Ac de eorum victus ratione & curribus hactenus quidem dictum eſt, ſimúlque de anni temporibus, quódque Scythica gens forma multùm à reliquis hominibus diuerſa eſt, ſibi ipſi ſimilis, non ſecus ac Ægyptij. Minimè fœcundum eſt hoc hominum genus, ipſáque regio pauciſſimas feras alit, neque magnitudine, neque multitudine inſignes. Sub ipſis enim vrſis Riphæiſque montibus, vnde Boreas ſpirat, eſt poſita, ſólque cùm ad extremam conuerſionem æſtiuam venerit, proximè accedit, & tunc quidem exiguo tempore calefacit. Neque venti ex calidis locis ſpirantes, niſi rari ac debiles, huc admodum perueniunt, ſed venti frigidi ab vrſis, niue, glacie, & multis aquis, perpetuò ſpirant, neque vnquam montes deſerunt, vnde non niſi ægrè habitari poſſunt. Aerq; multus tota die campos occupat,

ipſique in humidis locis degunt. Quare perpetua ferè illis eſt hyems, æſtas verò pauciſſimis diebus, neque his admodum magna. Planities enim illis ſublimis eſt & nuda, neque montibus cincta, ſed ſub vrſis accliuis. Neque feræ illis magnæ, ſed quæ ſub terra abſcondi poſſint, naſcuntur. Hyems enim & terræ nuditas prohibet, quanquam & apricis & opacis locis caret. Nam neque magnæ, neque vehementes ſunt anni temporum mutationes, ſed ſimiles & parum differentes, vnde & formas inter ſe ſimiles habent. Eodem etiam victu ſemper & amictu vtuntur hyeme & æſtate, aëremq; aquoſum & craſſum attrahunt, & aquas ex niuibus & glacie bibunt, nullaq; corporis exercitatione vtuntur, cùm vel corpus, vel animus exerceri nequeat, vbi mutationes non ſunt vehementes. Has ob cauſas eos habitu eſſe craſſo & carnoſo neceſſe eſt, articulis verò humidis & eneruatis, & ventribus maximè humidis, omnium tamen maximè inferiore aluo. In hac enim regione, natura, & tempeſtatum anni conſtitutione, ipſa reſiccari nequit. Sed propter pinguedinem & carnis glabritiem, forma inter ſe ſunt ſimiles, tum mares maribus, tum fœminæ fœminis. Cùm enim anni tempora ſimiliter ſe habeant, nullæ corruptiones, neq; vitia in prima ſeminis conformatione contingunt, niſi violento aliquo caſu, aut morbo id accidat. Eorum autem humiditatis magnum hoc eſt argumentum, quòd Scythas plæroſque, ac præcipuè Nomadas, humeris, brachiis, primis manuum iuncturis, pectoribus, coxendicibus, & lumbis exuſtis eſſe comperias, nullam ſanè aliam ob cauſam, quàm naturæ humiditatem & mollitiem. Nam neq; arcus intendere, neque humero iaculum contorquere, ob humiditatem ac impotentiam poſſunt. Cùm verò vruntur, ex articulis humoris copia reſiccatur, eorúmque corpora validiora, habitiora, & firmioribus articulis redduntur. fluida verò fiunt & lata, primùm quidem quòd faſciis non inuoluantur, quemadmodum fieri ſolet in Ægypto, neq; id pro more habent, ob equitationem, quò firmiùs equis inſideant, deinde verò ob vitam ſedentariam. Ex his namque mares quoad equis vehi nequeunt, longo tempore in curribus ſedent, parumq; propter locorum tranſmutationes & peragrationes inambulant. At mulieres ſtupendum in modum habitu ſunt corporis fluxo. Gens autem Scythica propter frigus fuluo eſt colore, cùm ad eos ſol vehemens non accedat. A frigore autem albedo exuritur, fitq; fulua. Fœcunda verò eiuſmodi natura eſſe non poteſt. Neque enim viri multa coeundi cupiditate tenentur, ob corporis humiditatem, ventriſque molliciem & frigiditatem. Ex quibus viros minimè venerem exercere poſſe par eſt. Eò accedit, quòd perpetua equitatione fracti, ad coitum imbecilles redduntur. Atque eæ quidem in viris cauſæ ſunt. In mulieribus verò, carnis pinguedo & humiditas. Neque enim vteri genitale ſemen ad ſe rapere queunt. Neq; eis vt decet menſtrua purgatio, ſed parcior & longiore tépore contingit, ipſúmque vteri os præ pinguitudine concluditur, ſeménque genitale minimè ſuſcipit. Ipſæque nulla corporis exercitatione vtuntur, & præpingues ſunt, earumq; ventres frigidi & molles.

καὶ ἐν νοτίοισι διαιτεῦνται. ὥστε τὸν μὲν χειμῶνα, αἰεὶ εἶναι. τὸ δὲ θέρος, ὀλίγας ἡμέρας, καὶ ταύτας μὴ λίην. μετέωρα γὰρ τὰ πεδία καὶ ψιλὰ καὶ οὐκ ἐστεφάνωνται ὄρεσιν, [96] ἀλλ᾽ ἀνάντη ὑπὸ τῶν ἄρκτων αὐτόθι. καὶ τὰ θηρία οὐ γίγνεται μεγάλα, ἀλλ᾽ οἷά τε ἐστὶν ὑπὸ γῆν σκεπάζεσθαι. ὁ γὰρ χειμὼν κωλύει, καὶ τῆς γῆς ἡ ψιλότης. καὶ τοι οὐκ ἔστιν ἀλέα, οὐδὲ σκέπη. αἱ γὰρ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων οὐκ εἰσὶ μεγάλαι, οὐδὲ ἰσχυραί, ἀλλ᾽ ὅμοιαι καὶ ὀλίγον μεταβάλλουσαι. διότι καὶ τὰ εἴδεα, ὅμοια αὐτὰ ἑωυτοῖς εἰσίν. σιτίῳ τε χρέονται αἰεὶ ὁμοίως, ἐσθῆτί τε τῇ αὐτῇ καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος. τόν τε ἠέρα ὑδατεινὸν ἕλκοντες καὶ παχύν. τά τε ὕδατα πίνοντες ἀπὸ χιόνος καὶ παγετῶν. τοῦ τε ταλαιπώρου ἀπεόντος. οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ σῶμα ταλαιπωρέεσθαι, οὐδὲ τὴν ψυχήν, ὅκου μεταβολαὶ μὴ γίγνονται ἰσχυραί. διὰ ταύτας τὰς ἀνάγκας, τὰ εἴδεα αὐτῶν παχέα ἐστὶ καὶ σαρκώδεα. [97] καὶ ἄρθρα καὶ ὑγρὰ καὶ ἄτονα. αἵ τε κοιλίαι ὑγρόταται πασέων κοιλιῶν αἱ κάτω. οὐ γὰρ οἷόν τε νηδὺν ἀναξηραίνεσθαι ἐν τοιαύτῃ χώρῃ καὶ φύσει καὶ ὥρης καταστάσει, ἀλλὰ διὰ πιμελήν τε καὶ ψιλὴν τὴν σάρκα, τά τε εἴδεα ἔοικεν ἀλλήλοισι, τά τε ἄρσενα τοῖς ἄρσεσι, καὶ τὰ θήλεα τοῖς θήλεσι. τῶν γὰρ ὡρέων παραπλησίων ἐουσέων, φθοραὶ οὐκ ἐγγίγνονται οὐδὲ κακώσιες [98] ἐν τῇ τοῦ γόνου ξυμπήξει. ἢν μή τινος ἀνάγκης βιαίου τύχῃ ἢ νούσου. μέγα δὲ τεκμήριον ἐς τὴν ὑγρότητα παρέξομαι. Σκυθέων γὰρ τοὺς πολλούς, ἅπαντας ὅσοι Νομάδες, εὑρήσεις κεκαυμένους τούς τε ὤμους καὶ τοὺς βραχίονας, καὶ τοὺς καρποὺς τῶν χειρῶν, καὶ τὰ στήθεα, ἰσχία, καὶ τὴν ὀσφῦν, δι᾽ ἄλλ᾽ οὐδέν, ἢ διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς φύσιος καὶ τὴν μαλακίην. οὐ γὰρ δύνανται οὔτε τοῖς τόξοις ξυντείνειν, οὔτε τῷ ἀκοντίῳ ἐμπίπτειν τῷ ὤμῳ ὑπὸ ὑγρότητος καὶ ἀτονίης. ὁκόταν δὲ καυθῶσιν, ἀναξηραίνεται ἐκ τῶν ἄρθρων τὸ πολὺ τοῦ ὑγροῦ. καὶ ἐντονώτερα μᾶλλον γίγνεται καὶ τροφιμώτερα καὶ ἠρθρωμένα τὰ σώματα μᾶλλον. [99] ῥοικὰ δὲ γίγνεται καὶ πλατέα, πρῶτον μὲν ὅτι οὐ σπαργανοῦνται, ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ, [100] οὐδὲ νομίζουσιν διὰ τὴν ἱππασίην ὅκως ἂν εὔεδροι ἔωσιν. ἔπειτα δὲ διὰ τὴν ἕδρην. τά τε γὰρ ἄρσενα ἕως ἂν οὐχ οἷά τε ἐφ᾽ ἵππου ὀχέεσθαι, τὸ πολὺ τοῦ χρόνου κάθηνται ἐν τῇ ἁμάξῃ καὶ βραχὺ τῇ βαδίσει χρέονται, διὰ τὰς μεταναστάσιας καὶ περιελάσιας. τὰ δὲ θήλεα θαυμαστὸν οἷον ῥοικὰ εἶναι τὰ εἴδεα. [101] πυρρὸν δὲ τὸ γένος ἐστὶ τὸ Σκυθικὸν διὰ τὸ ψῦχος, οὐκ ἐπιγιγνομένου ὀξέως τοῦ ἡλίου. ὑπὸ δὲ τοῦ ψύχεος, ἡ λευκότης ἐπικαίεται, καὶ γίγνεται πυρρή. πολύγονον δὲ οὐχ οἷόν τε εἶναι φύσιν τοιαύτην. οὔτε γὰρ τῷ ἀνδρὶ ἡ ἐπιθυμίη τῆς μίξιος γίγνεται πολλὴ διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς φύσιος, καὶ τῆς κοιλίης τὴν μαλθακότητά τε καὶ τὴν ψυχρότητα, ἀπὸ τῶν ἥκιστα εἰκὸς εἶναι ἄνδρα οἷόν τε λαγνεύειν. καὶ ἔτι ὑπὸ τῶν ἵππων αἰεὶ κοπτόμενοι, ἀσθενέες γίγνονται εἰς τὴν μίξιν. τοῖσι μὲν ἀνδράσιν αὗται αἱ προφάσιες γίγνονται. τῇσι δὲ γυναιξίν, ἥτε πιότης τῆς σαρκὸς καὶ ὑγρότης. οὐ γὰρ δύνανται ἔτι ξυναρπάζειν αἱ μῆτραι τὸν γόνον. οὔτε γὰρ ἐπιμήνιος κάθαρσις αὐτῇσιν γίγνεται ὡς χρεών ἐστιν, ἀλλ᾽ ὀλίγον καὶ διὰ χρόνου. τό, τε στόμα τῶν μητρέων ὑπὸ πιμελῆς ξυγκλείεται, καὶ οὐχ ὑποδέχεται τὸν γόνον. αὐταί τε ἀταλαίπωροι καὶ πίεραι. καὶ αἱ κοιλίαι ψυχραὶ καὶ μαλακαί.

καὶ ἀπὸ τουτέων τῶν ἀναγκέων οὐ πολύγονόν ἐστι τὸ γένος τὸ Σκυθικόν. μέγα δὲ τεκμήριον αἱ οἰκέτιδες ποιέουσιν.[102] οὐ γὰρ φθάνουσι παρὰ ἄνδρα ἀφικνεύμεναι, καὶ ἐν γαστρὶ ἴσχουσι διὰ τὴν ταλαιπωρίην καὶ ἰσχνότητα τῆς σαρκός. ἔτι τε πρὸς τουτέοισιν εὐνουχίαι γίνονται οἱ πλεῖστοι ἐν Σκύθῃσι, καὶ γυναικεῖα ἐργάζονται, καὶ ὡς αἱ γυναῖκες διαλέγονταί τε ὁμοίως. καλεῦνταί τε οἱ τοιοῦτοι[103] ἀνανδριεῖς. οἱ μὲν ἐπιχώριοι τὴν αἰτίην προστιθέασι Θεῷ, καὶ σέβονται τουτέους τοὺς ἀνθρώπους, καὶ προσκυνέουσι, δεδοικότες περὶ τε ἑωυτέων ἕκαστοι. ἐμοὶ δὲ καὶ αὐτῷ δοκεῖ ταῦτα τὰ πάθεα θεῖα εἶναι, καὶ τἄλλα πάντα, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου θειότερον, οὐδὲ ἀνθρωπινώτερον, ἀλλὰ πάντα θεῖα. ἕκαστον δὲ ἔχει φύσιν τῶν τοιουτέων, καὶ οὐδὲν ἄνευ φύσιος γίγνεται. καὶ τοῦτο τὸ πάθος ὥς μοι δοκεῖ γίγνεσθαι, φράσω. ὑπὸ τῆς ἱππασίης αὐτοὺς[104] κέδματα λαμβάνει, ἅτε αἰεὶ κρεμαμένων ἀπὸ τῶν ἵππων τοῖς ποσίν. ἔπειτα ἀποχωλοῦνται, καὶ ἑλκοῦνται τὰ ἰσχία[105] οἳ ἂν σφόδρα νοσήσωσιν. ἰῶνται δὲ σφᾶς αὐτοὺς τρόπῳ τοιῷδε. ὁκόταν γὰρ ἄρχηται ἡ νοῦσος, ὄπισθεν τοῦ ὠτὸς ἑκατέρην φλέβα τάμνουσιν. ὅταν δὲ ἀποῤῥυῇ τὸ αἷμα, ὕπνος ὑπολαμβάνει ὑπὸ ἀσθενείας, καὶ καθεύδουσι. ἔπειτα ἀνεγείρονται, οἱ μέν τινες ὑγιέες ἐόντες, οἱ δ' οὔ. ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ ἐν ταύτῃ τῇ ἰήσει διαφθείρεσθαι.[106] εἰσὶ γὰρ παρὰ τὰ ὦτα φλέβες, ἃς ἐάν τις ἐπιτάμῃ, ἄγονοι γίνονται οἱ ἐπιτμηθέντες. ταύτας τοίνυν μοι δοκέουσι τὰς φλέβας ἐπιτάμνειν. οἱ δὲ μετὰ ταῦτα, ἐπειδὰν ἀφίκωνται παρὰ γυναῖκας, καὶ μὴ οἷοί τε ὦσι χρῆσθαι σφίσιν αὐτῇς, τὸ πρῶτον οὐκ ἐνθυμεῦνται, ἀλλ' ἡσυχίην ἔχουσιν. ὁκόταν δὲ δὶς καὶ τρὶς καὶ πλεονάκις αὐτέοισι πειρωμένοισι μηδὲν ἀλλοιότερον ἀποβαίνῃ, νομίσαντές τι ἡμαρτηκέναι τῷ Θεῷ ὃν ἐπαιτιῶνται, ἐνδύονται στολὴν γυναικείην, καταγνόντες ἑωυτέων ἀνανδρείην. γυναικίζουσί τε καὶ ἐργάζονται μετὰ τῶν γυναικῶν, ἃ καὶ ἐκεῖναι. τοῦτο δὲ πάσχουσι Σκυθέων οἱ πλούσιοι, οὐχ οἱ κάκιστοι, ἀλλ' οἱ εὐγενέστατοι καὶ ἰσχὺν πλείστην κεκτημένοι, διὰ τὴν ἱππασίην· οἱ δὲ πένητες, ἧσσον. οὐ γὰρ ἱππάζονται. καίτοι ἐχρῆν, ἐπεὶ θειότερον τοῦτο τὸ νόσημα τῶν λοιπῶν ἐστιν, οὐ τοῖς γενναιοτάτοις τῶν Σκυθέων καὶ τοῖς πλουσιωτάτοις προσπίπτειν μούνοις, ἀλλὰ τοῖς ἅπασιν ὁμοίως, καὶ μᾶλλον τοῖσιν ὀλίγα κεκτημένοισιν, οὐ τιμωμένοισιν ἤδη, εἰ χαίρουσιν οἱ θεοὶ καὶ θαυμαζόμενοι ὑπ' ἀνθρώπων, καὶ ἀντὶ τουτέων χάριτας ἀποδιδοῦσιν. εἰκὸς γὰρ τοὺς μὲν πλουσίους, θύειν πολλὰ τοῖς θεοῖς, καὶ ἀνατιθέναι ἀναθήματα ἐόντων χρημάτων, καὶ τιμᾶν. τοὺς δὲ πένητας, ἧσσον, διὰ τὸ μὴ ἔχειν. ἔπειτα καὶ ἐπιμεμφομένους, ὅτι οὐ διδόασι χρήματα αὐτέοισιν. ὥστε τῶν τοιουτέων ἁμαρτιῶν τὰς ζημίας, τοὺς ὀλίγα κεκτημένους φέρειν μᾶλλον, ἢ τοὺς πλουσίους. ἀλλὰ γὰρ ὥσπερ καὶ πρότερον ἔλεξα, θεῖα μὲν καὶ ταῦτα ἐστὶν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις· γίγνεται δὲ κατὰ φύσιν ἕκαστα. καὶ ἡ τοιαύτη νοῦσος ἀπὸ τοιαύτης προφάσιος τοῖς Σκύθαις γίνεται, οἵην εἴρηκα. ἔχει δὲ καὶ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ὁμοίως. ὅκου γὰρ ἱππάζονται μάλιστα καὶ πυκνότατα, ἐκεῖ πλεῖστοι ὑπὸ κεδμάτων καὶ ἰσχιάδων καὶ ποδαγριῶν ἁλίσκονται, καὶ λαγνεύειν κάκιστοί εἰσι. ταῦτα δὲ τοῖσι Σκύθῃσι πρόσεστι, καὶ εὐνουχοειδέστατοί εἰσιν ἀνθρώπων διὰ τὰς προφάσιας,[107] καὶ ὅτι ἀναξυρίδας ἔχουσιν αἰεὶ

Ex quibus neceſſariò conſequitur non admodum fœcundam eſſe Scytharum gentem. Cuius rei magnam coniecturam præbent famulæ, quæ cùm virorum congreſſum non appetant, propter exercitationem & carnis gracilitatem concipiunt. Ad hæc quoque plærique Scythæ eunuchi fiunt, & munia muliebria obeunt, ac velut mulieres factitant & loquuntur, vocanturq́; hi Euirati aut Effœminati. Ac regionis quidem incolæ cauſam Deo acceptam referunt, & huiuſmodi homines reuerentur & colunt, ſibi quiſque timentes ne quid tale contingat. At mea quidem ſententia hi omnes affectus diuini ſunt, vt & reliqui omnes, nullúſque altero diuinior aut humanior exiſtit, ſed diuini omnes, cùm horum quodque ſuam naturam habeat, neque quicquam citra naturam fiat. Atqui quomodo hic affectus mihi contingere videatur, enarrabo. Ex equitatione eos prehendunt diuturnæ ex defluxione affectiones (quæ *κέδματα* dicuntur) nimirum ſemper pendentibus ex equis eorum pedibus. Deinde qui vehementer ægrotant, claudicant, iiſque coxendices contrahuntur. Hac autem ratione ſibi medentur. Cùm ægrotare cœperint, vtramque venam poſt aures incidunt, cúmque ſanguis effluxerit, præ imbecillitate ſomno corripiuntur & obdormiſcunt, deinde alij quidem ſani excitantur, alij minimè. Ac mihi quidem videntur hac curatione ſeipſos perdere. Iuxta aures enim venæ ſunt, quas ſi quis incidat, ſectione ſterilitatem inducunt. Has igitur venas mihi ſecare videntur. Poſtea verò vbi ad vxorem accedunt, neque cum iis rem habere poſſunt, primùm nil animo reputantes quieſcunt, cùm autem bis, ter, aut ſæpiùs id tentantes, nihil profecerint Deum in quem culpam conferunt ſe offendiſſe exiſtimantes, muliebri ſtola amicti, ſuam ignauiam accuſant, & cum mulieribus victitantes, earum opera tractant. Qua affectione tentantur opulentiſſimi quique Scythæ, minimè verò infimi ſed generoſiſſimi, & qui ad maximas opes per equitationem aſcenderunt, pauperes autem qui non equitant, minùs. Quamquam oportebat ſi hæc affectio cæteris diuinior eſſet, vt non generoſiſſimos & opulentiſſimos Scythas ſolos, ſed omnes ex æquo inuaderet, idque potius eos qui paucas opes poſſident, neque honorem exhibent, ſi modò Dij hominum cultu gaudent, & pro eo his beneficia conferunt. Diuites enim, cùm pecunias quidem poſſideant, Diis ſæpe ſacra facere, & donaria offerre, eoſque honoribus afficere æquum eſt, pauperes verò minus, cùm nihil habeant, qui etiam eos incuſant, quòd eis opes non ſuppeditent, ac proinde qui pauca poſſident, ſuorum ſcelerum pœnas luere potiùs quam diuites, videantur. Verùm (quemadmodum iam antè dixi) hæc quidem diuina ſunt, perinde vt reliqua, & ſecundum naturam quæque accidunt. Et hic quidem morbus, ob eam quam dixi cauſam, Scythis contingit. Quin & in reliquis hominibus ad eundem ſe habet modum. Vbi enim plurimùm & creberrimè homines equitant, ibi plurimi diuturnis ex defluxione affectionibus, coxendicum morbis, pedumque doloribus corripiuntur, & ad venerem exercendam peſſimè ſe habent. Hæc autem Scythis adſunt, & ob eas cauſas omnium ineptiſſimi ad coitum redduntur, tum etiam quòd fœminalia ſemper geſtant,

& in equis magnam temporis partem degunt, vt neq; quidem pudenda manu attrectare liceat, neq; præ frigore & laſſitudine coeundi appetentiam ſentiant, nilq; aliud penſi habent, quàm vt virilitate priuentur. Atque hactenus quidem de Scytharum gente. At reliquum in Europa hominum genus, tum magnitudine, tum forma, inter ſe eſt diſſimile, propter magnas & crebras anni temporum mutationes. Habent enim calores vehementes, & hyemes acres, ac imbres multos, rurſuſque ſqualores diuturnos, & ventos multos, ex quibus multæ & omnis generis mutationes contingunt. Neque eſt à ratione alienum ex his aliam percipi generationem in ſeminis conformatione, neque ex eodem eandem eſſe, vel æſtate, vel hyeme, vel pluuioſo, vel ſicco tempore. Eaq; de cauſa, vt exiſtimo, Europæi magis quàm Aſiatici forma inter ſe variant, & per ſingulas vrbes magnitudines maximè inter ſe ſunt differentes. Plures enim corruptiones circa ſeminis concretionem contingunt, vbi crebræ fiũt anni temporum mutationes, quàm ſi eædem ſint & ſimiles. Eadem autem eſt de moribus ratio. Agreſtes, hominum ſocietate minimè gaudentes, & animoſæ huiuſmodi naturæ exiſtunt. frequentes enim mentis emotiones, morum ferociam inducunt, lenitatem autem & comitatem retundunt. Quocirca eos qui Europam incolunt, plus animi quàm Aſiaticos habere cenſeo. Rerum ſiquidem vno ſe habentium modo æquabilitas, ſocordiam ingenerat, varietas verò, corpus & animum ad laborem excitat. Quinetiam ſocordia & quiete ignauia creſcit, exercitatione verò & laboribus, animi fortitudo. Hanc ob cauſam bellicoſiores ſunt qui Europam incolunt, iam etiam propter leges, quoniam Regum imperio non parent Aſiatici. Qui enim Regibus ſubiiciuntur, eos timidiſſimos eſſe neceſſe eſt & velut antea à nobis dictum eſt, ſeruitute preſſi animi, neque lubenter, neq; volentes, temerè ſeſe pro alieno imperio periculis obiiciũt. Hi verò cùm ſuis legibus viuant, ſibi non aliis pericula ſubeunt, & magna animi alacritate volentes ad grauia quæque feruntur, cùm pro re geſta victoriæ præmia ſint accepturi. Ita vt conſtet leges ad animi magnitudinem plurimùm facere. De Europa igitur & Aſia in genere ac toto, ſic ſe res habet. Sunt autem in Europa gentes, tum magnitudine, tum forma, tum magnanimitate inter ſe differentes. Varietatis cauſæ eædem quæ ſupra dictæ ſunt, quaſq; iam manifeſtiùs aperiam. Qui regionem quidem montanam, aſperam, altam, & aquis carentem incolunt, & anni temporum mutationes habent admodum differentes, illic hominum formas magnas eſſe par eſt, tum ad laborem, tum ad robur à natura optimè eſſe comparatas, at agreſtibus & ferinis moribus eiuſmodi naturæ non parum ſunt præditæ. At qui loca concaua, herboſa & æſtuoſa habitant, quique ventis calidis magis quàm frigidis perflantur, & aquis vtuntur calidis, hi magni quidem eſſe non poſſunt, neque recti & ventre ſubſtricto, in amplam verò corporis molem à natura producuntur, corpore ſunt carnoſo, & capillis nigris, colore potius nigro quàm candido, & minùs pituitoſi, quàm bilioſi. At animi robore & laborum tolerantia, non æquè à natura valent, ſed accedens vitæ inſtitutum id efficit.

καὶ εἰσὶν ἐπὶ τῶν ἵππων τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου ὥστε μήτε χειρὶ ἅπτεσθαι τοῦ αἰδοίου, ὑπό τε τοῦ ψύχεος καὶ τοῦ κόπου ἐπιλανθάνεσθαι τοῦ ἱμέρου καὶ τῆς μίξιος, καὶ μηδὲν παρακινεῖν πρότερον, [108] ἢ ἀνδρωθῆναι. περὶ μὲν οὖν τῶν Σκυθέων οὕτως ἔχει τοῦ γένεος. τὸ δὲ λοιπὸν γένος τὸ ἐν τῇ Εὐρώπῃ διάφορον αὐτὸ ἑωυτῷ ἐστι, καὶ κατὰ τὸ μέγεθος, καὶ κατὰ τὰς μορφὰς διὰ τὰς μεταλλαγὰς τῶν ὡρέων, ὅτι μεγάλαι γίνονται καὶ πυκναί. καὶ θάλπη τε ἰσχυρὰ, καὶ χειμῶνες καρτεροί. καὶ ὄμβροι πολλοὶ, καὶ αὖθις αὐχμοὶ πολυχρόνιοι, καὶ πνεύματα, ἐξ ὧν μεταβολαὶ πολλαὶ καὶ παντοδαπαί. [109] ἀπὸ τουτέων εἰκὸς αἰσθάνεσθαι καὶ τὴν γένεσιν ἐν τῇ ξυμπήξει τοῦ γόνου ἄλλην καὶ μὴ τὴν αὐτὴν τὴν αὐτέην γίνεσθαι, ἔντε τῷ θέρει, καὶ τῷ χειμῶνι· μηδὲ ἐν ἐπομβρίῃ καὶ αὐχμῷ. [110] διότι τὰ εἴδεα διηλλάχθαι νομίζω τῶν Εὐρωπαίων μᾶλλον, ἢ τῶν Ἀσιηνῶν. καὶ τὰ μεγέθη διαφορώτατα αὐτὰ ἑωυτοῖσιν εἶναι κατὰ πόλιν ἑκάστην. [111] αἱ γὰρ φθοραὶ πλείονες ἐγγίγνονται τοῦ γόνου ἐν τῇ ξυμπήξει ἐν τῇσι μεταλλαγαῖς τῶν ὡρέων πυκναῖς ἐούσαις, ἢ ἐν τῇσι παραπλησίῃσι καὶ ὁμοίῃσιν. περί τε τῶν ἠθέων ὁ αὐτὸς λόγος. τό, τε ἄγριον, [112] καὶ τὸ ἄμικτον, καὶ τὸ θυμοειδὲς ἐν τῇ τοιαύτῃ φύσει ἐγγίνεται. αἱ γὰρ ἐκπλήξιες πυκναὶ γιγνόμεναι τῆς γνώμης τὴν ἀγριότητα ἐντιθέασιν· τὸ δὲ ἥμερόν τε καὶ ἤπιον ἀμαυροῦσιν. [113] διότι εὐψυχοτέρους νομίζω τοὺς Εὐρώπην οἰκοῦντας εἶναι, ἢ τοὺς τὴν Ἀσίην. ἐν μὲν γὰρ τῷ αἰεὶ παραπλησίῳ αἱ ῥᾳθυμίαι ἔνεισιν. [114] ἐν δὲ τῷ μεταβαλλομένῳ, αἱ ταλαιπωρίαι τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ. καὶ ἀπὸ μὲν ἡσυχίης καὶ ῥᾳθυμίης, ἡ δειλίη αὔξεται· ἀπὸ δὲ τῆς ταλαιπωρίης καὶ τῶν πόνων, αἱ ἀνδρεῖαι. διὰ τοῦτο εἰσὶ μαχιμώτεροι οἱ τὴν Εὐρώπην οἰκοῦντες, καὶ διὰ τοὺς νόμους, ὅτι οὐ βασιλεύονται, ὥσπερ οἱ Ἀσιηνοί. ὅκου γὰρ βασιλεύονται, ἐκεῖ ἀνάγκη δειλοτάτους εἶναι. εἴρηται δέ μοι καὶ πρότερον. αἱ γὰρ ψυχαὶ δεδούλωνται, καὶ οὐ βούλονται παρακινδυνεύειν ἑκόντες εἰκῇ ὑπὲρ ἀλλοτρίης δυνάμιος. οὗτοι δὲ αὐτόνομοι (ὑπὲρ αὑτῶν γὰρ τοὺς κινδύνους αἱρεῦνται, καὶ οὐκ ἄλλων) προθυμεῦνται ἑκόντες, καὶ ἐς τὸ δεινὸν ἔρχονται, τὰ γὰρ ἀριστεῖα τῆς νίκης αὐτοὶ φέρονται. οὕτως οἱ νόμοι οὐχ ἥκιστα τὴν εὐψυχίην ἐργάζονται. τὸ μὲν οὖν ὅλον καὶ τὸ ἅπαν, οὕτως ἔχει, περί τε τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίης. ἔνεισι δὲ καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ φῦλα διάφορα ἕτερα ἑτέροις, καὶ τὰ μεγέθεα, καὶ τὰς μορφὰς, καὶ τὰς ἀνδρείας. τὰ δὲ διαλλάσσοντα ταὐτά ἐστιν, ἃ καὶ ἐπὶ τῶν προτέρων εἴρηται. ἔτι δὲ σαφέστερον φράζω. [115] ὁκόσοι μὲν χώρην ὀρεινήν τε οἰκέουσι τρηχείην καὶ ὑψηλὴν καὶ ἔνυδρον, καὶ αἱ μεταβολαὶ αὐτέοισι γίνονται τῶν ὡρέων μέγα διάφοροι, ἐνταῦθα εἰκὸς εἴδεα μεγάλα εἶναι, καὶ πρὸς τὸ ταλαίπωρον, καὶ τὸ ἀνδρεῖον εὖ πεφυκότα. καὶ τό, τε ἄγριον καὶ τὸ θηριῶδες αἱ τοιαῦται φύσιες οὐχ ἥκιστα ἔχουσιν. ὁκόσοι δὲ κοῖλα χωρία, καὶ λειμακώδεα, καὶ πνιγηρὰ, καὶ τῶν θερμῶν πνευμάτων πλέον μέρος μετέχουσι ἢ τῶν ψυχρῶν, ὕδασί τε χρέωνται θερμοῖς, οὗτοι δὲ μεγάλοι μὲν οὐκ ἂν εἴησαν, [116] οὐδὲ κανονίαι. ἐς εὖρος δὲ πεφυκότες καὶ σαρκώδεες, καὶ μελανότριχες· καὶ αὐτοὶ μέλανες μᾶλλον ἢ λευκότεροι· φλεγματίαι δὲ ἧσσον ἢ χολώδεες. τό, τε ἀνδρεῖον καὶ ταλαίπωρον ἐν τῇ ψυχῇ, φύσει μὲν [117] οὐκ ἂν ὁμοίως ἐνείη. νόμος δὲ προσγενόμενος, ἀπεργάσαιτ' ἂν

καὶ εἰ

καὶ εἰ μὲν ποταμοὶ ἐνεῖεν ἐν τῇ χώρῃ, οἵτινες ἐκ τῆς χώρης ἐξοχετεύουσι τό, τε στάσιμον καὶ τὸ ὄμβριον, οὗτοι ἂν ὑγιηροί τε εἶεν καὶ λαμπροί. εἰ μέντοι ποταμοὶ μὲν μὴ εἴησαν, τὰ δὲ ὕδατα κρηναῖά τε καὶ στάσιμα πίνοιεν καὶ ἑλώδεα, ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα [118] τὰς γαστέρας ἀτηρέα εἶναι καὶ σπληνώδεα. ὁκόσοι δὲ ὑψηλήν τε οἰκέουσι χώρην, [119] καὶ λείην, καὶ ἀνεμώδεα, καὶ ἔνυδρον, εἶεν ἂν εἴδεα μεγάλοι, καὶ ἑωυτοῖσι παραπλήσιοι, καὶ ἀνανδρότεροι καὶ ἠπιώτεραι αἱ γνῶμαι. [120] ὁκόσοι λεπτά τε καὶ ἄνυδρά τε καὶ ψιλά, [121] τῇσι δὲ μεταβολῇσι τῶν ὡρέων οὐ κέκρηνται, ἐν ταύτῃ τῇ χώρῃ τὰ εἴδεα εἰκὸς σκληρά τε εἶναι καὶ εὔτονα, καὶ ξανθότερα, ἢ μελάντερα. καὶ τὰ ἤθεα [122] καὶ τὰς ὀργὰς αὐθάδεις τε καὶ ἰδιογνώμονας. ὅκου γὰρ μεταβολαί εἰσι πυκνόταται τῶν ὡρέων, καὶ πλεῖστον διάφοροι αὐταὶ ἑωυτῇσιν, ἐκεῖ καὶ τὰ εἴδεα καὶ τὰ ἤθεα καὶ τὰς φύσιας εὑρήσεις πλεῖστον διαφέροντας. μέγισται μὲν οὖν εἰσιν αὗται τῆς φύσιος διαλλαγαί. [123] ἔπειτα δὲ [124] καὶ ἡ χώρη ἐν ᾗ ἄν τις τρέφηται καὶ τὰ ὕδατα. εὑρήσεις γὰρ ἐπὶ τὸ πλῆθος τῆς χώρης τῇ φύσει ἀκολουθέοντα, καὶ εἴδεα τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς τρόπους. ὅκου μὲν γὰρ [125] ἡ γῆ πίειρα καὶ μαλθακὴ καὶ ἔνυδρος [126] καὶ τὰ ὕδατα κάρτα μετέωρα ὥστε θερμὰ εἶναι τοῦ θέρεος, καὶ τοῦ χειμῶνος ψυχρά, καὶ τῶν ὡρέων καλῶς κέεται, ἐνταῦθα καὶ οἱ ἄνθρωποι σαρκώδεές εἰσι καὶ ἄναρθροι καὶ ὑγροὶ καὶ ἀταλαίπωροι καὶ τὴν ψυχὴν κακοὶ [127] ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. τό, τε ῥᾴθυμον καὶ τὸ ὑπνηρόν ἐστιν ἐν αὐτέοισιν. ἔς τε τὰς τέχνας παχέες, οὐ λεπτοί, οὐδ᾽ ὀξέες. ὅκου δ᾽ ἐστὶν ἡ χώρη ψιλή τε [128] καὶ ἀνώχυρος, καὶ τρηχεῖα, καὶ ὑπὸ τοῦ χειμῶνος πιεζομένη, καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου κεκαυμένη, ἐνταῦθα δὲ σκληρούς τε [129] καὶ ἰσχνοὺς καὶ διηρθρωμένους, καὶ ἐντόνους καὶ δασέας. [130] τό, τε ἐργατικὸν ὀξὺ ἐνεὸν ἐν τῇ φύσει τῇ τοιαύτῃ, καὶ τὸ ἄγρυπνον. τά τε ἤθεα καὶ τὰς ὀργὰς, αὐθάδεας καὶ ἰδιογνώμονας. τοῦ τε ἀγρίου μᾶλλον μετέχοντας, ἢ τοῦ ἡμέρου. ἔς τε τὰς τέχνας, ὀξυτέρους τε καὶ συνετωτέρους, [131] καὶ τὰ πολέμια ἀμείνους εὑρήσεις, καὶ τἄλλα τὰ ἐν τῇ γῇ φυόμενα πάντα, ἀκόλουθα ὄντα τῇ γῇ. αἱ μὲν ἐναντιώταται φύσιές τε καὶ ἰδέαι, ἔχουσιν οὕτως. ἀπὸ δὲ τουτέων τεκμαιρόμενος, τὰ λοιπὰ ἐνθυμέεσθαι, καὶ οὐχ ἁμαρτήσῃ.

Quòd ſi flumina ea regio habeat, quæ ſtagnantes & pluuias aquas educant, ij incolumes degunt, & colore cutis ſunt ſplendido. Sin verò nulla ſint flumina, aquaſque fontanas ſtatarias & malè olentes bibant, has ventri & lieni noxias eſſe neceſſe eſt. Qui verò regionem altam, planam, ventis perflatam & aquoſam incolunt, ij corporis habitu ſunt prægrandi, inter ſe ſimiles, & erecti, & animo tranquilliore. At qui gracilia & arida loca, aquis carentia & nuda tenent, neque temperatas habent anni temporum mutationes, hac in regione homines duro & robuſto corporis habitu eſſe par eſt, & colore flauo potiùs quàm nigro, moribus & animi appetitionibus ſibi nimis placentes & ſuperbos, & in concepta opinione permanentes. Vbi enim anni temporum mutationes, tū crebræ, tum plurimùm inter ſe differunt, ibi & formas, & mores, & naturas plurimùm diuerſas comperias. Atque hæ quidem maximæ cauſæ ſunt, cur naturæ permutentur, deinde etiam regio in qua quis nutritur, & aquæ. Magna enim ex parte hominum formas & mores regionis naturam imitari reperias. Vbi etiam terra pinguis eſt, & mollis, & aquoſa, aquæ verò valdè ſublimes, ita vt æſtate ſint calidæ, & hyeme frigidæ, quæq; ad anni tempora probè habet, ibi homines carnoſi ſunt, articulis non diſcreti, humidi, labores non ferentes, ac vt plurimùm praui animi. Quinetiam ſegnes ſunt & ſomnolenti, & ad artes craſſi, neq; ſubtiles, neq; acuti. Aſt vbi regio nuda eſt, non munita, aſpera, quæq; hyeme prematur, & ſole exuratur, ibi duros, graciles, articulis diſcretos, carnoſos & hirſutos homines cernas, & qui ad aliquid agendum natura ſunt induſtrij & vigilantes. Mores autem habent ſuperbos, in iram procliues & pertinaces, magiſque feritatis quàm lenitatis participes, eoſque ad artes acutiores & ſolertiores, & ad res bellicas gerendas meliores deprehendas. Quin & reliqua omnia quæ è terra producuntur, terræ ipſius naturam ſequuntur. Atque maximè quidem contrariæ naturæ & formæ ſic ſe habent, ex quibus coniectura ducta, ſi reliqua conſideres, minimè aberrabis.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΥΣΩΝ.

HIPPOCRATIS DE FLATIBVS LIBER.

ΕΙΣΙ τινες τῶν τεχνέων, αἳ τοῖσι μὲν κεκτημένοισιν εἰσὶν ἐπίπονοι, τοῖσι δὲ χρεομένοισιν, ὀνήϊστοι. καὶ τοῖσι μὲν ἰδιώτῃσι, ξυνὸν ἀγαθόν. τοῖσι δὲ μεταχειριζομένοισιν σφᾶς, λυπηραί. τῶν δὲ δὴ τοιούτων ἐστὶ τεχνέων, καὶ ἣν οἱ Ἕλληνες καλέουσιν ἰητρικήν. ὁ μὲν γὰρ ἰητρὸς, ὁρέει τε δεινά, θιγγάνει τε ἀηδέων, ἐπ᾽ ἀλλοτρίῃσί τε ξυμφορῇσιν, ἰδίας καρποῦται λύπας. οἱ δὲ νοσέοντες, ἀπαλλάσσονται τῶν μεγίστων κακῶν διὰ τὴν τέχνην, νούσων, πόνων, λύπης, θανάτου. πᾶσι γὰρ τουτέοισιν, ἄντικρυς ἰητρικὴ εὑρίσκεται ἀκέστρια. ταύτης δὲ τῆς τέχνης τὰ μὲν φλαῦρα, χαλεπὸν γνῶναι· τὰ δὲ σπουδαῖα, ῥηΐδιον. καὶ τὰ μὲν φλαῦρα, τοῖσιν ἰητροῖσι, καὶ οὐ τοῖσιν ἰδιώτῃσιν. οὐ γὰρ σώματος, ἀλλὰ γνώμης ἔργα εἰσίν. ὅσα μὲν χειρουργῆσαι δεῖ, χρὴ συνεθισθῆναι. τὸ γὰρ ἔθος τῇσι χερσὶ κάλλιστον διδασκαλεῖον. περὶ δὲ τῶν ἀφανεστάτων καὶ χαλεπωτάτων νουσημάτων, δόξῃ μᾶλλον ἢ τέχνῃ κρίνεται. διαφέρει δὲ ἐν αὐτέοισι πλεῖστον, ἡ πεῖρα τῆς ἀπειρίης.

ARTES quędam ſua quidem cognitione quibuſdam multũ laboris exhibent, vſu verò nõnullis vtiles exiſtunt, & vulgo quidẽ cõmune bonũ conferunt, his autem qui eas tractant plenæ ſunt moleſtiæ. Ex quarũ artiũ numero eſt quam Græci Medicinam appellant. Medicus enim non niſi quæ periculo ſunt proxima intuetur, & quæ ſunt ingrata contrectat, ac ex aliorũ calamitatib. ſibi dolorem conciliat. Ægrotantes verò artis opera maximis malis, morbis, laboribus, dolore & morte vindicãtur. His enim omnibus Medicina manifeſtã medelã adhibere deprehenditur. Huius autem artis vilia noſſe difficilè, ſeria verò facilè. Ac vilia quidẽ ipſis Medicis, vulgò autẽ minimè ſunt cognita, cùm mentis quidẽ non corporis opera exiſtant. Quæcunq; quidẽ manuũ tractationem poſtulãt ea in vſum traducere oportet. Eſt enim manuũ vſus, optimus docẽdi magiſter. At obſcuriſſimos & maximè difficiles morbos, opinio magis quam ars iudicat, etſi in his plurimũ imperitiæ peritia præſtat.

In quibus ſanè hoc præcipuum eſt, quænam ſit morborum cauſa, & ex quo principio ac veluti fonte corporis vitia oriantur. Qui enim morbi cauſam cognouerit, is vtique ex his quæ in corpore inſunt, adepta per contraria morborum cognitione, facilè poterit quæ conferunt offerre. Ipſa enim ars Medica maximè à natura ineſt. Ne longè abeam, fames morbus eſt. Quicquid enim homini moleſtiam adfert, morbus appellatur. Quodnam igitur famis eſt remedium? hoc certè quod famem ſedat. Id autem cibus facit, illius ergo hic medela eſt. Rurſus quoque ſitim potio ſedat. Plenitudinem itidem euacuatio ſanat, euacuationem verò plenitudo, laborem otium, & otium labor. Atque vt vno verbo dicam, contrariorum contraria ſunt remedia. Medicina enim additio eſt & ſubſtractio. Et eorum quidem quæ exuperant ſubſtractio, eorum verò quæ deficiunt additio. Qui verò iſtud optimè facit, is optimus Medicus exiſtimandus eſt, quiq; plurimùm abeſt ab eo præſtando, is plurimùm in arte Medica deficere cenſetur. Atque hæc quidem obiter præter inſtituti ſermonis rationem dicta ſunt. Morborum autem omnium cùm idem modus ſit, locus tamen diuerſus eſt. Morbi igitur ob locorum varietatem & diſſimilitudinem, nihil inter ſe habere ſimile videntur. Eſt tamen vna & eadem omnium morborum forma & cauſa, quam procedente oratione quænam ſit declarare conabor. Hominum enim & reliquorum animantium corpora triplici alimento nutriuntur, cuius hæc ſunt nomina, cibus, potus, ſpiritus. Ac ſpiritus quidem qui in corporibus inſunt, flatus nominantur, qui verò extra corpora, aër. Qui cùm in omnia quæ corpori accidunt plurimùm habeat facultatis, illius vim inſpicere operæ pretium videtur. Ventus enim eſt aëris fluxio & effuſio. Cùm igitur copioſus aër vehementem fluxionem fecerit, tum & arbores vi ſpiritus è terra radicitus euelluntur, mare æſtu fluctuat, & immenſæ naues onerariæ in altum iactantur. Hanc igitur vim in iſta obtinet. Qui etſi oculis minimè cernitur, ratione tamen conſpicuus eſt. Quid enim ſine hoc fit tandem? aut à quonam hic abeſt, aut cui non præſens eſt? Quod enim cœlum & terram interiacet, id omne ſpiritu plenum eſt, idque hyemis & æſtatis cauſa exiſtit, per hyemem quidem condenſatum & frigidum, per æſtatem verò lene & tranquillum. Quinetiam ſolis, lunæ & aſtrorum viam ſpiritus dirigit. Igni enim ſpiritus nutrimentum præbet, eoque priuatus ignis viuere non poteſt. Atque adeò perennem ſolis curſum, aër perennis & tenuis eſſe facit. Quin & in mari quandam eſſe ſpiritus communionem cuiuis eſt manifeſtum. Neque enim natantia animantia ſine ſpiritu viuere poſſent. Quonam autem alio pacto cum illo commercium habeant, ſi non per aquam & ex aqua ſpiritum attraherent? Et lunæ in eo ſedes eſt ac fundamentum, hicque terræ vehiculum, neque quicquam ſpiritu eſt vacuum. Atque hæc quidem cauſa, cur in cæteris aër tantum poſſit, dicta eſt. Mortalibus autem hic tum vitæ, tum morborũ ægrotis cauſa eſt. Tantaq; corporibus omnib. ſpiritus ineſt neceſſitas, vt ſi quidem aliis omnibus & cibis, & potionib. quis abſtineat, duos tamẽ & tres, vel plures dies poſſit vitam ducere. At ſi quis ſpiritus in corpus vias intercipiat, vel exigua diei parte, homini pereundum ſit. Adeò neceſſarius eſt vſus ſpiritus in corpore.

ἓν δέ τι τῶν τοιούτων ἐστὶ, τόδε. τί ποτε ἐστὶ τὸ αἴτιον τῶν νούσων, καὶ τίς ἀρχὴ καὶ πηγὴ γίνεται τῶν ἐν τῷ σώματι κακῶν. εἰ γάρ τις εἰδείη τὴν αἰτίην τοῦ νοσήματος, οἷός τ' ἂν εἴη προσφέρειν τὰ ξυμφέροντα τῷ σώματι, ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιστάμενος τὰ νουσήματα. αὕτη γὰρ ἡ ἰητρικὴ, μάλιστα κατὰ φύσιν ἐστίν. αὐτίκα γὰρ λιμὸς, νοῦσός ἐστιν. ὃ, τι γὰρ ἂν λυπῇ τὸν ἄνθρωπον, τοῦτο καλέεται νοῦσος. τί οὖν λιμοῦ φάρμακον; ὃ, τι παύει λιμόν, τοῦτο δ' ἐστὶ βρῶσις. τούτῳ ἄρα ἐκεῖνο ἰητέον. αὖθις αὖ δίψαν ἔπαυσε πόσις. πάλιν αὖ, πλησμονὴν ἰῆται κένωσις. κένωσιν δὲ πλησμονή. πόνον δὲ, ἀπονίη. ἀπονίην δὲ, πόνος. ἑνὶ δὲ συντόμῳ λόγῳ, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰήματα. ἰητρικὴ γάρ ἐστι, πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις· ἀφαίρεσις μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, πρόσθεσις δὲ τῶν ἐλλειπόντων. ὁ δὲ κάλλιστα τοῦτο ποιέων, ἄριστος ἰητρός, ὁ δὲ τούτου πλεῖστον ἀπηλλαγμένος, πλεῖστον ἀπήλλακται καὶ τῆς τέχνης. ταῦτα μὲν οὖν ἐν παρέργῳ τοῦ λόγου τοῦ μέλλοντος εἴρηται. τῶν δὲ νούσων ἁπασέων, ὁ μὲν τρόπος ὁ αὐτός. ὁ δὲ τόπος διαφέρει, δοκέει μὲν οὖν τὰ νουσήματα οὐδὲν ἀλλήλοισιν ἐοικέναι, διὰ τὴν ἀλλοιότητα καὶ ἀνομοιότητα τῶν τόπων. ἔστι δὲ μία τῶν νούσων ἁπασῶν καὶ ἰδέη, καὶ αἰτίη ἡ αὐτή. ἥτις δὲ ἐστὶν αὕτη, διὰ τοῦ μέλλοντος λόγου φράσαι πειρήσομαι. τὰ γὰρ σώματα τῶν τε ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ὑπὸ τρισσῶν τροφῶν τρέφονται. ἔστι δὲ τῇσι τροφῇσι ταύτῃσι ταῦτα τὰ ὀνόματα, σῖτα, ποτὰ, πνεύματα. πνεύματα δὲ τὰ μὲν ἐν τοῖσι σώμασι, φῦσαι καλέονται, τὰ δὲ ἔξω τῶν σωμάτων, ἀήρ. οὗτος δὲ μέγιστος ἐστὶν ἐν ἅπασι τῶν συμπάντων δυνάστης. ἄξιον δὲ αὐτοῦ θεήσασθαι τὴν δύναμιν. ἄνεμος γάρ ἐστιν ἠέρος ῥεῦμα, καὶ χεῦμα. ὅταν οὖν πολὺς ἀὴρ, ἰσχυρὸν τὸ ῥεῦμα ποιήσῃ, τά τε δένδρεα ἀνασπαστὰ πρόρριζα γίνεται διὰ τὴν βίην τοῦ πνεύματος, τό τε πέλαγος κυμαίνεται, ὁλκάδες τε ἄπειροι τὰ μεγέθεα, ἐς ὕψος διαρριπτέονται. τοιαύτην μὲν οὖν ἐν τούτοισιν ἔχει δύναμιν. ἀλλὰ μὴν ἐστί γε τῇ μὲν ὄψει, ἀφανὴς, τῷ δὲ λογισμῷ, φανερός. τί γὰρ ἄνευ τούτου γένοιτ' ἄν; ἢ τίνος οὗτος ἄπεστιν; ἢ τίνι οὐ ξυμπάρεστιν; ἅπαν γὰρ τὸ μεταξὺ γῆς τε καὶ οὐρανοῦ, πνεύματος συμπλέον ἐστί. τοῦτο καὶ χειμῶνος καὶ θέρεος αἴτιον. ἐν μὲν τῷ χειμῶνι, πυκνὸν καὶ ψυχρὸν γινόμενον. ἐν δὲ τῷ θέρει, πρᾶον καὶ γαληνόν. ἀλλὰ μὴν ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄστρων ὁδὸς, διὰ τοῦ πνεύματός ἐστι. τῷ γὰρ πυρὶ, τὸ πνεῦμα τροφή. τοῦ δὲ πνεύματος τὸ πῦρ στερηθὲν, οὐκ ἂν δύναιτο ζῆν. ὥστε καὶ τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον ἀέναον ἐόντα, ὁ ἀὴρ ἀέναος καὶ λεπτὸς ἐὼν, παρέχεται. ἀλλὰ μὴν καὶ ὅτι τοῦ πελάγεος ὅτι μέθεξιν ἔχει τοῦ πνεύματος, πᾶσί που δῆλον. οὐ γὰρ ἄν ποτε τὰ πλωτὰ ζῷα ζῆν ἠδύνατο, μὴ μετέχοντα τοῦ πνεύματος. μετέχοιεν δὲ πῶς ἂν ἄλλως, ἢ διὰ τοῦ ὕδατος, καὶ ἐκ τοῦ ὕδατος ἕλκοντα τὸν ἀέρα; καὶ τῆς μὲν σελήνης ἐστὶ τοῦτο τὸ βάθρον, οὗτός τε τῆς γῆς ὄχημα, κενεόν τε οὐδέν ἐστι τούτου. διότι μὲν οὖν ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν ὁ ἀὴρ ἔρρωται, εἴρηται. τοῖσι δ' αὖ θνητοῖσιν οὗτος αἴτιος τοῦ τε βίου, καὶ τῶν νούσων τοῖσι νοσέουσι. τοσαύτη δὲ τυγχάνει πᾶσι χρείη τοῖσι σώμασι τοῦ πνεύματος ἐοῦσα, ὥστε τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ἀπογενόμενος ὁ ἄνθρωπος, καὶ σιτίων, καὶ ποτῶν, δύναιτ' ἂν ἡμέρας δύο καὶ τρεῖς καὶ πλείονας διάγειν. εἰ δέ τις τὰς τοῦ πνεύματος εἰς τὸ σῶμα διεξόδους, ἐν βραχεῖ μέρει ἡμέρης ἐμφράξειεν, ἀπόλοιτ' ἄν. ὡς μεγίστης χρείης ἐούσης τῷ σώματι τοῦ πνεύματος.

ἔτι τοίνυν τὰ μὲν ἄλλα πάντα διαλείπουσιν ἄνθρωποι πρήσσοντες. [13] ὁ γὰρ βίος μεταβολέων πλέως ἐστὶ, τοῦτο δὲ μοῦνον ἀεὶ διατελέουσιν ἅπαντα τὰ θνητὰ ζῶα πρήσσοντα, τοτὲ μὲν ἐμπνέοντα, τοτὲ δὲ ἐκπνέοντα. ὅτι μὲν οὖν μεγάλη κοινωνίη ἅπασι τοῖσι ζώοισι τοῦ ἠέρος ἐστὶν, εἴρηται. μετὰ τοῦτο τοίνυν, εὐθέως ῥητέον, ὅτι οὐκ ἄλλοθέν ποθεν εἰκός ἐστι γίνεσθαι τὰς ἀρρωστίας μάλιστα, ἢ ἐντεῦθεν ὅταν οὗτος ἢ πλέων, ἢ ἐλάσσων, ἢ καὶ ἀθροώτερος, [14] καὶ μεμιασμένον νοσηροῖσι μιάσμασιν, ἐς τὸ σῶμα ἐσέλθῃ. [15] περὶ μὲν οὖν ὅλου τοῦ πρήγματος, ἀρκεῖ μοι ταῦτα. μετὰ δὲ ταῦτα, πρὸς αὐτὰ τὰ ἔργα τῷ λόγῳ πορευθεὶς, ἐπιδείξω τὰ νοσήματα τούτου ἀπόγονά τε καὶ ἔκγονα πάντα ἐόντα. πρῶτον δὲ ἀπὸ τοῦ κοινοτάτου νοσήματος ἄρξομαι πυρετοῦ. τοῦτο γὰρ τὸ νόσημα πᾶσι ἐφεδρεύει τοῖσιν ἄλλοισιν νουσήμασι, μάλιστα δὲ φλεγμονῇ. [16] δηλοῖ δὲ τὰ γινόμενα προσκόμματα. ἅμα γὰρ τῇ φλεγμονῇ εὐθὺς βουβὼν, καὶ πυρετὸς ἕπεται. ἔστι δὲ διπλᾶ ἔθνεα πυρετῶν, ὡς ταύτῃ διελθεῖν, ὁ μὲν κοινὸς ἅπασι, καλεόμενος λοιμός· ὁ δὲ διὰ πονηρίην διαίτης ἰδίῃ, τοῖσι πονηρῶς διαιτεομένοισι γινόμενος. ἀμφοτέρων δὲ τουτέων, αἴτιος ὁ ἀήρ. [17] ὁ μὲν οὖν κοινὸς πυρετὸς, διὰ τοῦτο τοιοῦτός ἐστιν, ὅτι τὸ πνεῦμα τωὐτὸ πάντες ἕλκουσιν. [18] ὁμοίου δὲ ὁμοίως τοῦ πνεύματος τῷ σώματι μιχθέντος, ὅμοιοι καὶ οἱ πυρετοὶ γίνονται. ἀλλ' ἴσως φήσει τις. διὰ τί οὖν οὐχ ἅπασι τοῖσι ζώοισι, [19] ἀλλ' ἔθνει τινὶ αὐτέων ἐμπίπτουσιν αἱ τοιαῦται νοῦσοι; διότι, φαίην ἂν, διαφέρει σῶμα σώματος, καὶ φύσις φύσιος, καὶ τροφὴ τροφῆς. οὐ γὰρ πᾶσι τοῖσιν ἔθνεσι τῶν ζώων ταὐτὰ οὔτ' ἀνάρμοστα, οὔτ' εὐάρμοστά ἐστιν, ἀλλ' ἕτερα ἑτέροισι ξύμφορα. ὁκόταν μὲν οὖν ὁ ἀὴρ τοιούτοισι πληρωθῇ μιάσμασιν, ἃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει πολέμιά ἐστιν, ἄνθρωποι τότε νοσέουσιν. ὅταν δὲ ἑτέρῳ τινὶ ἔθνει ζώων ὁ ἀὴρ ἀνάρμοστος ᾖ, [20] τὸ νόσημα κεῖνα νοσέουσιν. αἱ μὲν οὖν δημόσιαι οὕτω τῶν νούσων εἴρηνται. καὶ ὅ,τι, καὶ ὅκως, καὶ οἷσι, καὶ ἀφ' οὗ γίνονται, τὸν δὲ διὰ πονηρίην διαιτέων γινόμενον πυρετὸν, διέξειμί σοι. πονηρὴ δέ ἐστιν ἡ τοιήδε δίαιτα· τοῦτο μὲν οὖν ὅταν τις πλείονας τροφὰς ἢ ὑγρὰς, ἢ ξηρὰς διδῷ τῷ σώματι ἢ τὸ σῶμα δύναται φέρειν, [21] καὶ πόνον μηδένα τῷ πλήθει τῶν τροφῶν ἀντιτιθῇ· τοῦτο δὲ ὅταν ποικίλας καὶ ἀνομοίους ἀλλήλῃσιν ἐσπέμπῃ τροφάς. τὰ γὰρ ἀνόμοια στασιάζει. καὶ τὰ μὲν θᾶσσον, τὰ δὲ βραδύτερον πέσσεται. μετὰ δὲ πολλῶν σιτίων ἀνάγκη, καὶ πολλὸν πνεῦμα εἰσιέναι. μετὰ πάντων γὰρ τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων εἴσεισι πνεῦμα ἐς τὸ σῶμα, ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον. φανερὸν δὲ τοῦτο, τῷδέ ἐστιν. ἐρυγμοὶ γὰρ γίνονται μετὰ τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ τοῖσι πλείστοισιν. ἀνατρέχει γὰρ ὁ κατακλεισθεὶς ἀὴρ, ὁκόταν ἀναρρήξῃ τὰς πομφόλυγας, ἐν ᾗσι κρύπτεται. ὅτε οὖν τὸ σῶμα σιτίων πληρωθῇ, καὶ πνεύματος πλησμονὴ ἐπὶ πλέον γίνεται, τῶν σιτίων χρονιζομένων. χρονίζεται δὲ τὰ σιτία, διὰ πλῆθος [22] οὐ δυνάμενα διελθεῖν. ἐμφραχθείσης δὲ τῆς κάτω κοιλίης, εἰς ὅλον τὸ σῶμα διέδραμον αἱ φῦσαι. [23] προσπίπτουσαι δὲ τὰ ἐναιμότατα τοῦ σώματος, ἔψυξαν. [24] τουτέων δὲ τῶν τόπων ψυχθέντων, ὅκου αἱ πηγαὶ καὶ αἱ ῥίζαι τοῦ αἵματός εἰσι, διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἡ φρίκη διῆλθεν. ἅπαντος δὲ τοῦ αἵματος ψυχθέντος, ἅπαν τὸ σῶμα φρίσσει. διὰ τοῦτο μὲν οὖν πρὸ τῶν πυρετῶν αἱ φρῖκαι γίνονται. ὅκως δ' ἂν ὁρμήσωσιν αἱ φῦσαι πλήθει καὶ ψυχρότητι, τοιοῦτον γίνεται καὶ ῥῖγος.

Ad hæc quoq; cùm ab omnibus aliis actionib. homines quieſcant, quòd mutationibus innumeris vita ſit expoſita, ab hac tamen ſola actione nunquam deſiſtunt animantia, quin aut ſpiritum adducāt, aut reddant. Quòd igitur omnibus animantibus cum aëre maxima intercedit cōmunio dictum eſt. Huic quoq; orationi ſubiiciendum, morbos vnquam vix aliunde quàm ab aëre oriri poſſe, cùm is aut copioſior, aut parcior, aut etiam plenior, aut & morbidis inquinamentis infectus in corpus ſubierit. De tota re igitur hæc mihi ſufficere videntur. Deinceps autē ad opera ipſa oratione progreſſus, morbos omnes iſtius ſobolem eſſe, & ab hoc oriundos demonſtrabo. Ac primùm à febre maximè communi morbo exordium ducam, quæ omnium aliorum morborum, præcipuè verò inflāmationis comes eſt. Quod indicant ex pedum offenſionibus exortæ noxię. Mox enim cum inflammatione inguinum tumor & febris conſequitur, febrium autem duo ſunt genera (vt id quoq; hìc attingam) vnum quidem omnib. cōmune, peſtis appellatur, alterum verò ob priuatam cuiuſq; malam victus rationem cōtingens. Horum autem vtriuſq; aër author exiſtit. Communis igitur febris ideò communiter omnes inuadit, quòd eundem omnes ſpiritum attrahūt, & ſimili corpori ſpiritu ſimiliter permixto, ſimiles oriuntur febres. At fortè obiiciat quiſpiam, cur igitur non omnibus animantibus, ſed alicui ipſorum generi eiuſmodi morbi contingunt? Cuius rei cauſam eſſe dixerim, quòd corpus à corpore, natura à natura, & alimentum ab alimento differt. Neq; enim cuiuis animantium generi eadem ſunt cōmoda aut incommoda, ſed alia aliis conueniunt. Cùm igitur aër inquinamentis huiuſmodi, quę hominum naturę aduerſantur, plenus fuerit, tum homines ægrotant. Quando verò alteri cuidam animantium generi aër incommodus fuerit, tunc eo morbo corripitur. Quinam igitur populares ſint morbi, & quamnam ob cauſam, & quanam ratione, ex quibus, & vnde oriantur, dictum eſt. febrem autem quæ ex praua victus ratione oritur, tibi deinceps exponam. Eſt autem eiuſmodi praua victus ratio, primùm quidē cùm quis copioſiores cibos, aut liquidos, aut ſiccos corpori exhibet, quàm ipſum ferre poſſit, neque labore aliquo ciborum copiam compenſat: Deinde cùm varios & diſſimiles inter ſe cibos immittit. Diſſimilia enim ſeditionē excitant, & alia citiùs, alia tardiùs cōcoquuntur. At cum multis cibis multum etiam ſpiritū ingeri neceſſe eſt. Nam cum omnibus his quæ eduntur, aut bibuntur, ſpiritus aut copioſior, aut paucior ſubit. Atque id inde manifeſtum eſt, quòd eructationes plæriſq; poſt aſſumptos cibos & potus accidunt, nimirum cùm incluſus aër recurrat, vbi bullas in quibus latet perfregerit. Quando igitur corpus cibis expletum fuerit, tum ſpiritus quoque magna copia accedit, diutiùs immorantibus cibis, qui quidem cùm præ multitudine exire nequeant, diutiùs immorantur. Obſtructo autem inferiore ventre, in vniuerſum corpus flatus percurrunt, & ad ſanguine refertas corporis partes illapſi, eas refrigerant. At refrigeratis his locis, in quibus fontes & radices ſanguinis continentur, per vniuerſum corpus horror penetrat. Vniuerſo autem ſanguine perfrigerato, totum quoque corpus horror occupat. Hanc igitur ob cauſam primùm horrores antè febres oriuntur, & quò maiore copia & frigiditate flatus irruperint, talis quoque rigor conſequitur,

à pluribus quidem & frigidioribus, vehementior, à paucioribus verò minuſq; frigidis, minus quoque vehemens. Cum horroribus autem corporis quoque tremores ad hunc modum contingunt. Sanguis enim præſentem horrorem metuens, per totum corpus perreptat, & ad maximè calidas partes cõcurrit. Atq; hi ſunt eius ſaltus. Deſiliente autem ab extremis corporis partibus ſanguine, & viſcera, & carnes contremiſcunt. Aliæ enim corporis partes copioſo ſanguine refertæ, aliæ exangues exiſtunt. Atq; exangues quidem ob frigus minimè cõquieſcunt, ſed concutiuntur, quòd eas calor deſtituerit. Quæ verò ſanguine replentur, ob ſanguinis copiam contremiſcũt, & inflammationes excitant. Neque enim fieri poteſt vt ſanguinis copia conquieſcat. Oſcitationes autem febres præcedunt, cùm magna copia coaceruatus aër fuerit, conſertimq; ad ſuperiora erumpens, tanquam machinatione aliqua os diducit, quòd hâc ei facillimus exitus pateat. Quemadmodum enim ab aqua in lebetibus ebulliente, vapor copioſus euehitur, ſic corpore concalefacto, aër coaceruatus & vi quadam delatus, per os erumpit. Articuli quoq; ante febres exoluuntur. Calefacti enim nerui relaxantur. Coacto autem cumulatim plurimo ſanguine, aër ipſe qui ſanguinem refrigerauit, à calore ſuperatur, rurſus incaleſcit, incenſuſque ac velut igneus exiſtens, in toto corpore calorem excitat, ad id etiam ſubſeruiente ipſo ſanguine. Quod enim incenſum eſt liquatur, ex eóq; ſpiritus oritur, quo ad corporis meatus irrumpente, ſudores fiunt. Coactus autem ſpiritus in aquam abit, & per meatus ſubiens, ad eundem modum foras erumpit, quo à feruentibus aquis ſublatus vapor, ſi ad ſolidum quiddam impingat, incraſſeſcit ac condenſatur, guttæque ab his corporibus, in qua vapor impegit, decidunt. Capitis autem dolores vnà cum febre, hanc ob cauſam oriuntur. Sanguinis in capite viis anguſtia contingit, cum aëre replentur, eæque repletæ ac diſtentæ capiti dolorem afferunt. Sanguis enim vi pulſus, cùm calidus exiſtat, per anguſtam viam tranſire celeriter nequit, quòd cum multa remorentur quæ impediunt & obſtruunt. Eámque ſanè ob cauſam pulſationes circa tempora contingunt. Ad hunc ergo modum, quem dixi, febres contingunt, & cum febribus dolores & morbi. Aliarum autem ęgritudinum, quales ſunt voluuli, aut inteſtinorum cõuolutiones, aut tormina, aut alij obfirmati & inhærentes morbi, à flatibus cauſam depẽdere cuiuis eſſe manifeſtum exiſtimo. Horum enim omnium ſpiritus traiectio cauſa eſt. Hic enim vbi ad loca tenera, inaſſueta, nec priùs attracta incubuit, ad inſtar ſpiculi infixi carnes ſubit, & interdum quidem ad præcordia, interdum etiam ad laterum inanitates, quandoque verò ad vtranque partem irrumpit. Eam ſanè ob cauſam etiam foris adhibitis calidis fomentis, dolorem lenire conantur. Rarefacta enim cute per fomenti calorem, ſpiritus extra corpus peruadit, ac proinde dolorem quies quædam conſequitur. Ac fortaſſe dixerit quiſpiam. Quanam ergo ratione fluxiones à flatibus contingunt? aut quonam modo ſanguinis eruptionum circa pectus cauſa exiſtunt? Hæc autem iſtis de cauſis fieri me declaraturum exiſtimo. Cùm capitis venæ aëre repletæ fuerint, primùm quidem caput vrgentibus flatibus grauatur. Deinde ſpiritus vnà cum

ἀπὸ μὲν πλειόνων καὶ ψυχροτέρων, ἰσχυρότερον· ἀπὸ δὲ ἐλασσόνων καὶ ἧσσον ψυχρῶν, ἧσσον ἰσχυρόν. ἐν δὲ τῇσι φρίκῃσι καὶ οἱ τρόμοι τοῦ σώματος κατὰ τόνδε γίνονται τὸν τρόπον. τὸ αἷμα φοβεόμενον τὴν παρεοῦσαν φρίκην, συντρέχει καὶ διέξεισι κατὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐς τὰ θερμότατα. αὗται μὲν οὖν αἱ ἅλσιες. καταλλομένου δὲ τοῦ αἵματος ἐκ τῶν ἀκρωτηρίων τοῦ σώματος, τὰ σπλάγχνα τρέμουσι, καὶ αἱ σάρκες. τὰ μὲν γὰρ τοῦ σώματος, γίνεται πολύαιμα· τὰ δὲ ἄναιμα. τὰ μὲν οὖν ἄναιμα, διὰ τὴν ψύξιν οὐκ ἀτρεμέουσιν, ἀλλὰ πάλλονται· τὸ γὰρ θερμὸν ἐξ αὐτέων ἐκλέλοιπε. τὰ δὲ πολύαιμα, διὰ τὸ πλῆθος τοῦ αἵματος, τρέμουσι καὶ φλεγμονὰς ἐμποιέει. οὐ γὰρ δύναται πολλὸν γενόμενον ἀτρεμίζειν. χασμῶνται δὲ πρὸ τῶν πυρετῶν, ὅτι πολὺς ὁ ἀὴρ ἀθροισθεὶς, ἀθρόος ἄνω διεξιὼν, ἐξεμόχλευσε, καὶ διέστησε τὸ στόμα. ταύτῃ γὰρ εὐδίεξοδός ἐστιν. ὡς γὰρ ἀπὸ τῶν λεβήτων ἀτμὸς ἀνέρχεται πολὺς ἑψομένου τοῦ ὕδατος, οὕτω καὶ σώματος θερμαινομένου, διεῖσι διὰ τοῦ στόματος ὁ ἀὴρ ξυνεστραμμένος, καὶ βίῃ φερόμενος. καὶ τὰ ἄρθρα διαλύονται πρὸ τῶν πυρετῶν. χλιαινόμενα γὰρ τὰ νεῦρα διίσταται. ὅταν δὲ συναθροισθῇ τὸ πλεῖστον τοῦ αἵματος, διαθερμαίνεται πάλιν ὁ ἀὴρ, ὁ ψύξας τὸ αἷμα, κρατηθεὶς ὑπὸ τῆς θερμότητος. διάπυρος δὲ καὶ μύδρος γενόμενος ἐν ὅλῳ τῷ σώματι τὴν θερμασίην ἐξεργάσατο. συνεργὸν δὲ αὐτῷ τὸ αἷμά ἐστι. τήκεται γὰρ πυρούμενον, καὶ γίνεται πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ. τοῦ δὲ πνεύματος προσπίπτοντος πρὸς τοὺς πόρους τοῦ σώματος, καὶ ἱδρῶτες γίνονται. τὸ δὲ πνεῦμα συνιστάμενον, ἐς ὕδωρ ἔρχεται, καὶ διὰ τῶν πόρων διεξελθὸν, ἔξω περαιοῦται, τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ἀπὸ τῶν ἑψομένων ὑδάτων ὁ ἀτμὸς ἐπανιὼν, ἢν ἔχῃ στερέωμα πρὸς ὅ, τι χρὴ προσπίπτειν, παχύνεται, καὶ πυκνοῦται, καὶ σταγόνες ἀποπίπτουσιν ἀπὸ τῶν σωμάτων, οἷσιν ἂν ὁ ἀτμὸς προσπίπτῃ. πόνοι δὲ τῆς κεφαλῆς ἅμα τῷ πυρετῷ γίνονται, διὰ τόδε. στενοχωρίη τῇσι διεξόδοισιν ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ αἵματος γίνεται. πεπλήρωνται γὰρ ἠέρος. πλησθεῖσαι δὲ καὶ φλεγμήνασαι, τὸν πόνον ἐμποιέουσιν ἐν τῇ κεφαλῇ· βίᾳ γὰρ τὸ αἷμα βιαζόμενον διὰ στενῆς ὁδοῦ θερμὸν ἐὸν, οὐ δύναται περαιοῦσθαι ταχέως. πολλὰ γὰρ ἐμπόδιά ἐστιν αὐτῷ κωλύματα, καὶ ἐμφράγματα. διὸ δὴ καὶ οἱ σφυγμοὶ γίνονται ἀμφὶ τοὺς κροτάφους. οἱ μὲν οὖν πυρετοὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἔφην, γίνονται. καὶ τὰ μετὰ τῶν πυρετῶν ἀλγήματα καὶ νοσήματα. τῶν δὲ ἄλλων ἀρρωστημάτων ὅσοι μὲν εἰλεοὶ εἰσὶν, ἢ εἰλήματα, ἢ στρόφοι, ἢ ἕτερα ἀποστηρίγματα, φύσας εἶναι αἴτια ἅπασιν ἡγέομαι φανερὸν εἶναι. πάντων γὰρ τῶν τοιούτων αἰτίη τοῦ πνεύματος ἡ διάδυσις. τοῦτο γὰρ ὅκοταν προσπέσῃ πρὸς τόπους ἁπαλοὺς καὶ ἀήθεας καὶ ἀπτῆτας, ὥσπερ τόξευμα ἐγκείμενον διαδύνει, διὰ τῆς σαρκὸς προσπίπτει ποτὲ μὲν πρὸς τὰ ὑποχόνδρια, ποτὲ δὲ πρὸς τὰς λαπάρας, ποτὲ δὲ ἐς ἀμφότερα. διὸ δὴ καὶ θερμαίνοντες ἔξωθεν πυριάμασι, πειρῶνται μαλθάσσειν τοὺς πόνους. ἀραιουμένου γὰρ ὑπὸ τῆς θερμασίης τοῦ χρωτὸς τοῦ πυριώμενος, διέρχεται τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ σώματος, ὥστε παῦλαν τινὰ γίνεσθαι τῶν πόνων. ἴσως δὴ ἄν τις εἴποι, πῶς οὖν τὰ ῥεύματα γίνεται διὰ τὰς φύσας; ἢ τίνα τρόπον τῶν αἱμορραγιῶν τῶν περὶ τὰ στέρνα τοῦτ' αἴτιόν ἐστιν; οἶμαι δὲ καὶ ταῦτα δηλώσειν, διὰ τῶν γενομένων. ὅταν αἱ περὶ τὴν κεφαλὴν αἱ φλέβες γεμισθῶσιν ἠέρος, πρῶτον μὲν ἡ κεφαλὴ βαρύνεται τῶν φυσῶν ἐγκειμένων. ἔπειτα ἐξείλεται τὸ πνεῦμα κατὰ τὸ

αἷμα

αἷμα διὰ τὴν στενότητα τῶν ὁδῶν. τὸ δὲ λεπτότατον τοῦ αἵματος ἔξω διὰ τῶν φλεβῶν ἐκθλίβεται. [40] τοῦτο δὴ τὸ ὑγρὸν ὅταν ἀθροισθῇ, ῥεῖ δι' ἄλλων πόρων. ὅκου δ' ἂν ἀθρόον ἀφίκηται τοῦ σώματος, ἐν ταύτῃ ξυνίσταται ἡ νοῦσος. ἐπὴν μὲν οὖν ἐπὶ τὰς ὄψιας ἔλθῃ, ταύτῃς ὁ πόνος· ἢν δὲ ἐς τὰς ἀκοάς, ἐν ταύτῃσιν ἡ νοῦσος· ἢν δὲ ἐς τὰς ῥῖνας, κόρυζα γίνεται. ἢν δὲ ἐς τὰ στέρνα, βράγχος καλέεται. τὸ γὰρ φλέγμα δριμέσι χυμοῖσι μεμιγμένον, ὅποι ἂν προσπέσῃ ἐς ἀήθεας τόπους, ἑλκοῖ. τῇ δὲ φάρυγγι ἁπαλῇ ἐούσῃ καὶ τὸ ῥεῦμα προσπίπτον, τραχύτητα ἐργάζεται. τὸ γὰρ πνεῦμα τὸ διαπνεόμενον διὰ τῆς φάρυγγος, ἐς τὰ στέρνα βαδίζει, καὶ πάλιν ἐξέρχεται διὰ τῆς ὁδοῦ ταύτης. [41] ὅταν δὲ ξυμβάλῃ τῷ πνεύματι τὸ ῥεῦμα κάτωθεν τῷ ἀνιόντι, βὴξ ἐπιγίνεται, καὶ ἀναρρίπτεται ἄνω τὸ φλέγμα. τουτέων δὲ τοιουτέων ἐόντων, ἡ φάρυγξ ἑλκοῦται, καὶ τετρηχύνεται, καὶ θερμαίνεται. καὶ ἕλκει τὸ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑγρὸν θερμαίνουσα. [42] ἡ δὲ κεφαλὴ πάλιν παρὰ τοῦ ἄλλου σώματος λαμβάνουσα, ταύτῃ δίδωσιν. ὁκόταν οὖν ἐθισθῇ τὸ ῥεῦμα οὕτως ῥέειν [43] καὶ χαραδρωθέωσιν οἱ πόροι, διαδίδωσι δὴ καὶ ἐς τὰ στέρνα. δριμὺ δὲ ὂν τὸ φλέγμα προσπίπτον τε τῇ σαρκὶ, ἑλκοῖ καὶ ἀναρρηγνύει τὰς φλέβας. ὁκόταν δὲ ἐκχυθῇ τὸ αἷμα εἰς ἀλλότριον τόπον, χρονιζόμενον καὶ σηπόμενον, γίνεται πῦον. καὶ οὔτε ἄνω δύναται ἀνελθεῖν, οὔτε κάτω ὑπελθεῖν. ἄνω γὰρ οὐκ εὔπορος ἡ πορείη πρὸς αἶπος ὑγροῖσι. [44] ὑγρῷ πρήγματι καὶ ἑτέρῳ πᾶσιν ὅ τι βάρος ἔχοντι κάτω δὲ κωλύουσι φραγμοὶ, ὁ τῶν φρενῶν. [45] διότι δήποτε τὸ ῥεῦμα τὸ αἵματος ἀναρρηγνύμενον, ἀναρρήγνυται τὸ μὲν αὐτόματον, τὸ δὲ διὰ πόνους· αὐτόματον μὲν οὖν, ὅταν αὐτόματος ὁ ἀὴρ εἰσελθὼν εἰς τὰς φλέβας, στενοχωρίην ποιήσῃ τῇσι τοῦ αἵματος διεξόδοισι. τότε γὰρ πιεζόμενον τὸ αἷμα πολὺ γινόμενον, ἀναρρηγνύει τοὺς πόρους. [46] ἢν οὖν ὡς τὰ μάλιστα βίαιον ὁκόταν δὲ πλῆθος αἱμορραγῇ, καὶ τοῖσιν ἐπιπόνοισι πνεύματος ἐνέπλησαν τὰς φλέβας (ἀνάγκη γὰρ τὸν πονέοντα τόπον κατέχειν τὸ πνεῦμα) τἄλλα τοῖσιν εἰρημένοισιν ὅμοια γίνεται. [47] τὰ δὲ ῥήγματα γίνεται διὰ τάδε. ὁκόταν ὑπὸ βίης διαστέωσιν αἱ σάρκες ἀπ' ἀλλήλων, ἐς δὲ τὴν διάστασιν ὑποδράμῃ πνεῦμα, τοῦτο τὸν πόνον παρέχει. ἢν δὲ διὰ τῶν σαρκῶν αἱ φῦσαι διεξιοῦσαι τοὺς πόρους τοῦ σώματος ἀραιοὺς ποιήσωσιν, ἕπεται δὲ τῇσι φύσῃσιν ὑγρασίη, ἧς τὴν ὁδὸν ὁ ἀὴρ ἀπηργάσατο. διαβρόχου δὲ γινομένου τοῦ σώματος, ὑποτήκονται μὲν αἱ σάρκες, οἰδήματα δὲ ἐς τὰς κνήμας καταβαίνει· καὶ λέγεται τὸ τοιοῦτον νόσημα, ὕδρωψ. μέγιστον δὲ σημεῖον, ὅτι φῦσαι τοῦ νοσήματός εἰσιν αἴτιαι, τόδε ἐστίν. ἤδη τινὲς ὀλεθρίως ἔχοντες, [48] ἐκλυθῆναι, καὶ ἐκενώθησαν τοῦ ὕδατος. παραυτίκα μὲν οὖν τὸ ἐξιὸν ἐκ τῆς κοιλίης ὕδωρ, πολὺ φαίνεται. χρονιζόμενον δὲ, ἔλασσον γίνεται. [49] διὰ τί δὴ γίνεται καὶ τοῦτο; δῆλον ὅτι παραυτίκα μὲν τὸ ὕδωρ, ἠέρος πλῆρές ἐστιν, ὁ δὲ ἀὴρ, ὄγκον παρέχεται μέγαν. ἀπιόντος δὲ τοῦ πνεύματος, ὑπολείπεται τὸ ὕδωρ αὐτό. διὸ δὴ φαίνεται μὲν μικρὸν ἐόν, ἔστι δὲ ἴσον. ἄλλο δὲ αὐτῶν τόδε σημεῖον. κενωθείσης γὰρ παντελῶς τῆς κοιλίης, οὐ τρεῖς ἡμέραι διέλθωσι, καὶ πάλιν πλήρης γίνεται. τί οὖν ἄρα ἐστὶ τὸ πληρῶσαν, ἀλλ' ἢ τὸ πνεῦμα; τί γὰρ ἂν οὕτως ἄλλο ταχέως ἐξεπλήρωσεν; οὐ γὰρ δήπου ποτόν ἴσως τοσοῦτον, [50] ἐσπλεῖν ἐς τὸ σῶμα. καὶ μὴν οὐδὲ σάρκες ὑπάρχουσιν αἴτιαι ἀποτηκόμεναι. λείπεται γὰρ ὀστέα, καὶ νεῦρα, καὶ ἶνες, ἀφ' ὧν οὐδενὸς οὐδαμῇ δύναιτ' ἂν αὔξησις ὕδατος γενέσθαι. τὸ μὲν οὖν αἴτιον τοῦ ὕδρωπος ἤδη εἴρηται.

ſanguine propter viarum anguſtiam intus conuoluitur, id verò quod in ſanguine eſt tenuiſſimum, per venas foras eliditur. Hoc ſanè humidum vbi copioſum coaceruatum fuerit, per alios meatus effluit, cumq; confertum ad aliquam corporis partem peruenerit, ibi morbus contrahitur. Vbi igitur ad oculos venerit, ij laborant; ſi ad aures, ibi morbus eſt, ſi ad nares, grauedo exoritur, ſi ad pectus, raucedo appellatur. Pituita nanq; acribus humorib. permixta, vbi in loca minimè aſſueta irruperit, ea exulcerat. Cùm verò ad fauces teneras etiam fluxio ingruit, eas exaſperat. Spiritus enim per fauces reſpiratione attractus, ad pectus fertur, ac rurſus per candem viam effertur. At vbi deorſum delata pituita ſpiritui aſcendenti occurrerit, tuſſis ſuperuenit, & pituita ſupernè reiicitur. Quibus ita ſe habentibus, fauces exulcerantur, exaſperantur, & incenduntur, calefactæ verò humorem ex capite attrahunt, caput autē rurſus à reliquo corpore aſſumens, iis tranſmittit. Cùm igitur hunc in modum fluxio effluere conſueuerit, meatuſque velut in torrētis alueum excauati fuerint, ad pectus quoq; transfundunt. Acris autem exiſtens pituita, & in carnem irrumpens, venas exulcerat & refringit. Sanguis verò in alienum locum effuſus, mora computreſcens in pus vertitur, neq; ſurſum conſcendere, neq; infra ſubire poteſt. Neq; enim naturæ humidæ, vt neque quibuſuis aliis rebus quæ in ſe admixtā grauitatem habent, facilis eſt ſurſum via, cùm accliuis exiſtat. Infra autem ſubire ſeptū tranſuerſum vetat. Quā ſanè ob cauſam fluxionē interdum citra ſpiritū perrumpi contingit, & partim ſponte quidem, partim verò ob dolores. Ac ſponte quidē, cum aër vltrò venas ſubiēs, ſanguinis vias coarctat. Cōpreſſus enim ſanguis, ſua copia, qua maximè impreſſionem fecerit, venas perrumpit. Vbi verò ſanguinis copia effuſa fuerit, in his etiam dolores ſpiritu venas complent. Affectū enim locum ſpiritum continere neceſſe eſt, aliaq; dictis ſimilia contingere. At verò ruptiones has ob cauſas contingunt, cùm vi quadam à ſe inuicem carnes diſcedunt ac diuelluntur, & in ipſam diſceſſionem ſpiritus dolorem inferens ſubierit. Quòd ſi flatus per carnes perrumpentes, corporis meatus rarefecerint, eos humiditas conſequitur, cui viam aër antea ſtruxit. Corpore autem madore perfuſo, carnes quidem colliqueſcunt, tumores ad tibias deſcendunt, & morbus hic hydrops dicitur. Quòd autem huius morbi cauſa ad flatum referri debeat, id maximo eſt argumento, quòd iam pernicioſè affecti quidam, aqua euacuata planè ſunt liberati. Quæ quidem ſimul atque è ventre erumpit, multa apparet, paulùm autem morata, imminuitur. Cuius rei etiam cauſa manifeſta eſt, quòd quæ quidem ſtatim erumpit aqua aëre plena eſt, eoque valdè intumeſcit. Cùm autem ſpiritus deceſſerit, eadem planè aqua relinquitur, quæ ſanè quidem pauca apparet. cùm tamen æqualis ſit. Eſt & hoc aliud eius rei indicium, quòd venter penitus vacuatus, intra tridui ſpatium, rurſus impletur. Quidnam igitur aliud quàm ſpiritus impleat? quidve aliud tam citò implere poſſit? Neque enim tanta potus copia in corpus ingeſta eſt, ac neq; carnes quæ colliqueſcent, in cauſa eſſe poſſunt, cùm oſſa ſuperſint, & nerui, & fibræ, ex quibus nulla quidem tanta aquæ copia augeri poteſt. Atq; hydropis quidem cauſa iam dicta eſt.

At verò etiam ſyderationes corporis (apoplexiæ dictæ) ex flatibus oriuntur, nimirum quando flatus frigidi & copioſi carnes ſubierint & inflarint. Hæ enim corporis partes ſtupidæ redduntur. Et ſiquidem multi flatus totum corpus permeant, totus homo attonitus redditur, ſi verò partem aliquam, pars illa. Atque vbi quidem flatus illi diſceſſerint, morbus ceſſat, vbi verò permanſerint, permanet & morbus. Hæc autem ita ſe habere continuæ oſcitationes indicant. Ac mea quidem opinione, hi etiam morbum ſacrum vulgò dictum, producere videntur. Quibus autem rationibus adductus ſim, iiſdem eos qui audire volent, perſuadere conabor. Imprimis autem in animum induco, ex iis quæ in corpore inſunt, nihil magis ad intelligentiam conferre quàm ſanguinem. Is nanque vbi conſiſtente habitu perſiſtit, prudentia etiam conſtat. Permutato verò ſanguine, ſimul quoque intelligentia concidit. Cuius rei multa ſunt teſtimonia. Ac primùm quidem ſomnus, qui animantibus omnibus communis eſt, quæ dicta ſunt confirmat. Is enim vbi corpus corripuerit, tum ſanguis refrigeratur, cum ſuapte naturâ ſomnus refrigerare ſoleat. Perfrigerato autem ſanguine, tardiores ſunt eius pertranſitus. Id verò inde fit manifeſtum, quòd corpora ſua grauitate inclinentur (cùm grauia omnia ad imum ferri natura ſoleant) oculi clauduntur, & intelligentia permutatur, opiniones etiam alienæ diutiùs immorantur, quæ certè inſomnia appellantur. Rurſus verò per ebrietatem aucto repente ſanguine, animi functiones, eiuſque intellectus concidit, & malorum inſtantium obliti, futurorum bonorum optimam ſpem concipiunt. Multa etiam eiuſmodi commemorare poſſem, in quibus ſanguinis permutationes, intelligentiam immutant. Perturbato igitur in totum ſanguine, prorſus quoque intelligentia deperit. Affectus enim & recognitiones inter conſuetudines numerantur. Cùm verò à ſolita conſuetudine diſcedimus, intelligentia nobis tollitur. At ſacrum morbum ad hunc modum fieri cenſeo, cùm ſpiritu copioſo per totum corpus vniuerſo ſanguini permixto, obſtructiones multæ multis modis circa venas contingunt. Cùm igitur in craſſiores & ſanguine abundantes venas, copioſus aër prorupit, progreſſuſque immoretur, ſanguinis pertranſitus prohibetur, atque hîc quidem ſiſtitur, ibi verò tardiùs permeat, alibi autem citiùs. Ex qua per corpus peruadentis ſanguinis inæqualitate, variæ inæqualitates contingunt. Totum enim corpus vndique contrahitur, & corporis partes perturbantur, ſanguine ipſo ad tumultum & conturbationem ſubminiſtram operam ſuppeditante, & ex ſanguinis peruerſione, variæ etiam vndique corporis peruerſiones oriuntur. Sub id verò tempus, nihil omninò ſentiunt, neque quæ dicuntur audiunt, neque quæ fiunt vident, neque vllos dolores ſentiunt. Ad hunc enim modum conturbatus aër, ſimul quoq; ſanguinem conturbauit & infecit. Quinetiam ſpuma per os non ſine cauſa excurrit. Per iugulares enim venas aër ſubiens, exit quidem ipſe, ſecumque id quod in ſanguine eſt tenuiſſimum ſubuehit, humidum verò ſimul permixtum, albeſcit. Aër enim purus per tenues membranas pellucidus apparet, eamque ſanè ob cauſam ſpumæ omnes albæ conſpiciuntur. Qui igitur hoc morbo corripiuntur, quomodo morbo & præſenti tempeſtate liberentur, ego enarrabo. Cùm laboribus exercitatum

46 ἐ γὰρ ὁ κόνιος ἐπισυναγμένη] Sic legunt exemplaria omnia, quæ adhuc videre licuit, vitioſè tamen, pro quo ἐπισυνεσαγμένη rectè reponit Gorræus. Quædam etiam ὁ συναγμένη legunt, quæ lectio non improbatur, & à σάσσω venit, σεσαγμένη tamen malim, quemadmodum ἀμφορεῖς σεσαγμένοι dicuntur Ariſtophani, amphoræ ad ſummum vſque plenæ & preſſæ. Sic fimum conſertum & denſè preſſum, ac conſtipatum non malè intelligitur, quod coactum eſt & denſè cumulatum ac compactum, cui rectè τὸ ἀραιὸν hic opponitur, vt τὸ πυκνὸν χαῦνον καὶ ἀραιὸν apud Hippocratem, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

46 ὁ θερμότερά ἐστι] Sic legunt omnia exemplaria, Cornarius tamen & Zuinggerus ἐνθερμότερα legiſſe videntur.

47 ἰχωρὸς ἀκεανὸ] ἀκεανὸ legunt omnia quæ vidimus exemplaria, eaque ſecuti ſumus, etſi ἀκεανὰ legerit Caluus & Gorræus, & Doricas veſtes intelligere maualt Mercurialis cap.5.lib.5. variarum lectionum, quod ἀκείδος ἐσθῆτος meminerit Herodotus lib.5. quæ ſimilima erat Corinthiæ, eaque vtebantur mulieres Atticæ. An verò ex materia ad incendium parata fieret, non ſatis conſtat.

48 κάτω δὲ πνεῖται ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ] Sic publicata exemplaria diſtinguunt, ſcripta verò, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ θερμότερον εἴρηται habent, quæ ſecuti ſumus cum Caluo & Gorræo, etſi quæ ſequuntur ſuperioribus magis conſentiant. Quædam etiam exemplaria πνεῖται habent, ſcripta πνεῦμα, quædam etiam πνεῦμα.

49 ὁ γὰρ ἐστι αὐτὸς ὀξύτατος] ὀξύτατος ὑδάτων legunt alia exemplaria, aut ὀξύτατον ὑδάτων legendum videtur.

50 ἡ μικρῷ μείζων] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, Gorræus tamen μικρῷ μείων legiſſe videtur.

51 ὅσα πινὶ δίνον] Sic legunt exemplaria Germanica, alia δίνον habent.

52 ἐ αὐτὸ ἀήσιον ἐς ἑωυτὸ τὸ πνεῦμα] Iſta ſubobſcura verba malui ad aquam referre quàm ad ſpiritum, hoc ſenſu. Terra cùm rara ſit, aeris perſpirationi locum dat, qui ab aqua excitatus vndiquaque perflans, eam ipſam ſimulque terram refrigerat, ita tamen vt aqua ipſa ſit frigidior, cum in ſeſe & in terram ſpiritum immittat. Gorræus & Caluus iſtud de ſpiritu in ſeſe excitato & in aquam immiſſo intelligunt.

53 ὁ καλεῖται ἐν τῷ ὄρει] ἀπὸ τοῦ ὄρεος legunt exemplaria quædam.

54 καὶ κάτω] Iſtud membrum non videtur legiſſe Caluus, aut certè omiſiſſe.

55 τὸ χεῖρι ἴχει ὀξεῖς τὴν φύσιν] ὀξεῖς ἐστι φύσιν habent exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit. Quod facit vt ἐστι φύσιν aut φύουσι cum Caluo & Gorræo legere malim, aut certè τὴν φύσιν legendum. Cæterùm libello περὶ ὀκταμήνου ſcribit Hippoc. fœtus capite ſurſum naſci, & in caput in lucem prodire.

56 ἐστι κατὰ μόνον] Sic legunt exemplaria Germanica, reliqua omnia & manu ſcripta Regia: καὶ κατὰ μόνον.

57 ἀλλ' ἴχωμαι οὐ ζήτεις ταῦτα] Sic legunt omnia exemplaria. Cornarius tamen οὐδὲ ζήτεις legiſſe videtur.

58 ὁκόταν δὲ τῇ γυναικὶ] Hunc locum profert Gal. Comment. in primam ſent. lib.6. Epid. vbi ſic legit. ἀμβλύνει πᾶς τῷ παιδίῳ πεπληρωμένοι καὶ ἀναπείζονται, ἐ χροιὴ καὶ πᾶσι ῥῆξις ποιεῖ τῶν ὑμένων τῶν ὁμοιοτήτων, ῥαγέντος ἐγὼ, εἰ λοιποὶ ἀπὸ ποταμῶν ῥυέωμεν ἔχουσιν. καὶ γίνεται κάτοχος μὲν ὁ ὑστέρων ἐχόμενος. Sed pro ἀπὸ ποταμῶν, ἀπὸ ποταμίων vitioſè exemplaria legunt. Adſcribendum etiam videtur exemplaria Regia manu ſcripta ἀναπαύσωνται pro ἀναπείζονται legere.

59 ταῦτα ἀπολύονται] Sic legunt ferè omnia exemplaria, quædam etiam ἀπολύονται alia quoque ἀπολύωνται vitioſè.

60 ὁ τροφὴ καὶ ἡ αὔξησις] Hunc locum profert Gal. Commen. ad aph.37. lib.5. paulòque aliter legit.

61 καὶ τοῖς ὑμέσι γίνονται] Gal. loco ſupra adducto legit, καὶ τοῖς ὑμέσι γίνονται, ἀρχὴν ἀποκαλύπτον περιέχουσι τὸ αἰματώδες. Quod & reliqui annotarunt. Hancq́; lectionem ſecutus eſt Cornarius, contra tamen omnium aliorum exemplarium fidem.

62 μαζοὶ ὀρθοὶ ἐστι] Quid hic μαζοὶ ſignificet in noſtra OEconomia aperuimus.

63 καὶ ἐπειδὴ τὰ διαχωρητικὰ ἀπόλλυται ἐπιμήκεα] Sic legunt exemplaria Germanica publicata, & ſcripta Regia & Vaticana, vt patet ex Caluo. Quædam tamen ἐπιμήκεα non legunt, vt Aldina, quæ ſecutus eſt Gorræus.

64 ἐπὶ νότον αὐτὸ ἔχουσι ὑποδημάτων] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria. Cornarius tamen ἐπὶ μή τι legiſſe videtur. Quidam etiam codices αὐτὸ non αὐτὸ habent.

65 τροφὴν δὲ καὶ αὔξησιν ἴχει] Sic legunt exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit. Gorrĉus tamen περιέχει legiſſe videtur. Quod facit vt quidam legant, τροφὴν δὲ καὶ αὔξησιν ἔχει ἀπὸ τοῦ λευκοῦ τοῦ ἐν τῷ ᾠῷ ἐόντος. Verum ἔχει pro περιέχει hic poſitum videtur, vt paulò poſt, τὸ μὲν ἐλάσσω τροφὴν ἐν ἑωυτῷ ἐμβρύοισιν ἔχοντα.

66 τὸ ἔχον ὀμφαλὸν] ἔχον & ζητέον legunt quotquot videre licuit exemplaria, & ad τὸ ᾠὸν referunt, ſed malim ἔχον & ζητέον legere, vt ad τὸ νεοττίον referatur, quod faciunt omnes Interpretes. Hac verò de re lege Ariſtot. cap.3. libr.6. de hiſt. animal. & Plinium cap.53. lib.10.

67 ἐπὶ μὲν ὁ διακεχυμένον] ἐπὶ μὲν ὁ ἐκχυθὲν ſimpliciter legunt exemplaria quædam manu ſcripta & publicata.

68 ἐπὶ ὅκως ἡ φορὰ τύχῃ, διαφθαρῇ ὁ ἔσω] Sic legit codicum magna pars, quædam etiam ἐπὶ ὅκως ἡ φορὰ τύχῃ διαφθαρεῖσα.

69 τὸ χορίον πεπληθυσμένον ἐστι] πεπηγμένον legunt exemplaria quædam manu ſcripta & publicata, quæ ſecutus videtur Caluus. χορεῖον etiam ſcribunt codices quidam pro χορίον, & vtraque ſcriptura recepta eſt.

70 ὑδρωπικὸν ἔρχεται αἱματῶδες] Hic ὑδρωπικὸν αἱματῶδες humorē aqueū cruentū indicat, quē Ariſt. lib.7. hiſt. anim. ἰχῶρα ὑδατώδη ὑπάρχειν, καὶ αἱματώδεα in partu profluere ſcribit, & hoc loco etiam ἰχῶρα vocat, neq; malè ſaniem dici in OEconomia noſtra ſcribimus.

71 καὶ οὕτω μαζοὶ] Hic locus adducitur ab Hippocrate initio libr. 1. περὶ γυναικείων his verbis. καὶ ἐπὶ μετεωρίζηται, τὸ σῶμα τῆς τὸ πλανοῦντος, μᾶλλον δὲ τὸ κοιλίης, καὶ οἱ μαζοὶ μετεωρίζονται. μετεωρίζονται δὲ ἐκ πάλλα αἰεί. ἀπόκειται δὲ χρόνῳ, ἐπιγενοῦς ἐν τῇ φύσει τὸ παιδίον τῶν τόκων. Vt ſatis appareat eundem & iſtius & illorum librorum eſſe authorem. μετεωρίζονται verò de effuſa & confertim erumpente vacuatione intelligimus, ex Hippocratis phraſi, vt annotauimus in noſtra OEconomia, qua copioſius prodeunte, mammæ & partes humidiores concidunt; flacceſcunt, venæ etiam fluidiores fiunt, vt ſcribitur initio lib. 1. περὶ γυναικείων.

72 δίδυμα δὲ γίνονται] Hunc locum profert Galenus libello qui inſcribitur εἰ ζῷον τὸ κατὰ γαστρός, ex eoq́; probat animal eſſe quod vtero continetur. Sed aliter paulò legitur, & pro χαμαὶ δὲ χάμφου vitioſè ſcribitur.

73 ὅσοι ἔτι ἀνεγχαλᾶται] χαλᾶται videtur legiſſe Cornarius, aut vtranque ſcripturam complexus. Quidam etiam hic negationem tollunt, quæ tamen in omnibus exemplaribus legitur.

74 καὶ ὑγρὸν ἐστι] ἐ ὑγρὸν ἐστι ποι legunt exemplaria quædam Regia manu ſcripta.

75 ἀλλὰ καὶ ἐς δὶς καὶ τρὶς ἀποθρώσκοντα] Hunc locum in noſtra OEconomia appoſuimus, & ἀποθρώσκοντα indicare ſcripſimus velut per æſtum eiici ac expui, & de maris ſpuma dici, rectéque ad ſeminis eiaculationem ac emiſſionem referri, quod non vnico impetu effunditur, ſed ſecunda ac tertia agitatione & eiaculatione emittitur, ac velut iterum tertióque ebullit, neque vnico æſtu, ſed ſecundo ac tertio, veluti efferueſcendo aut ebulliendo expellitur.

IN LIBRVM DE CARNIBVS.

Ἐγὼ τὰ μέχρι τοῦ λόγου] Hic libellus in omnibus exemplaribus περὶ σαρκῶν inſcribitur, etſi nonnulli περὶ ἀρχῶν inſcribi velint, quod ibi de corporis humani principiis, non vulgaribus quidem, & ex communi philoſophorum opinione petitis agatur, ſed veluti propriis, & ſecundum Hippocratis opinionem. Caro verò cùm muſculoſam corporis ſubſtantiam indicet, quæ oculis ſubiicitur, & reliquis totius corporis humani partibus velut fulcrum ſupponitur, inter præcipuas partes nominis prærogatiuam accepit. Atque omnem totius indicaturæ rationem rectè mihi explicare videtur Zuinggerus. Cæterùm hic libellus mihi ad Phyſiologiam ſpectare videtur, etſi ab Erotiano inter φυσικὰ reiicetur.

1 δοκέει δέ μοι ὃ καλέομεν θερμὸν] Hoc calidum quoad originem immortale, animorum noſtrorum diuinitatem atteſtatur, vnde hauſtos, aut acceptos, aut libatos eos omnes habemus. Huius officium & naturam etiam ſatis indicat, quòd omnia quæ alantur & creſcant (vt ſcribit M. Tullius libr. 2. de Nat. Deorum) contineant in ſe vim caloris, ſine qua neque ali poſſent, neque creſcere. Nam omne quod eſt calidum & igneum, cietur & agitur motu ſuo, quod autem alitur & creſcit, motu quodam vtitur certo & æquabili, qui quandiu remanet in nobis, tandiu ſenſus & vita remanet: refrigerato autem & extincto calore, occidimus ipſi, & extinguimur. Idem quoque. Omne quod viuit, ſiue animal, ſiue terra editum, id viuit propter incluſum in eo calorem. Ex quo intelligi debet, eam caloris naturam, vim in ſe habere vitalem, per omnem mundū pertinentem. Rurſuſque intelligi debet, calidum illud atque igneum ita in omni fuſum eſſe natura, vt in eo inſit procreandi vis, & cauſa gignendi, à quo &

animantia omnia, & ea quorum ſtirpes terra continentur, & naſci ſit neceſſe & augeſcere.

[3] ἣ ὀνομῆναί μοι αὐτὸ δοκέει] Idem M. Tullius lib. 1. de Nat. Deorum. vltimum & altiſſimum, atque vndique circunfuſum & extremum, omnia complexum atque cingentem ardorem, æthera vocat. Et lib. 2. ardorem cœleſtem & cœlum ἀπὸ τοῦ αἴθειν, licet & aliam notationem alij adferant. Idem ex Euripidis Theſeo, vocat ſublime fuſum immoderatum æthera, qui terram tenero circumiectu amplectitur. Vt non male hîc τὸ ἀνωτάτω περιβολὴν, ſupremum circumiectum, aut ſupernum ambitum exponas, quo aerem immenſus æther complectitur, qui conſtat ex altiſſimis ignibus (vt idem loquitur) & irrequieto motu cietur.

[4] ξύνοδον αὐτῆς] Sic legunt exemplaria omnia publicata & ſcripta, αὐτοῦ tamen malim.

[5] θερμὸν τι ὂν] θερμὸν τι ὂν καὶ ὑγρὸν legiſſe videntur Caluus & Cornarius. Hac quoque parte vitioſiſſimus eſt Aldinus codex, & aliquot verba omittit.

[6] πλῆθος πολλὰ] Sic legunt omnia exemplaria. Sed Cornarius legiſſe videtur, τὸ δὲ πλῆθος πολλὰ, & ἀπολειφθὲν pro ἀπολειφθὲν.

[7] ὡς ἀεὶ χιτῶνας] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, hoc ſenſu, vt terra temporis ſucceſſu à calore reſiccata, quæ in ea continentur circum ſe velut circum membranas quaſdam putredines excitant. Calor enim internus terræ cauernis concluſus, & in craſſiores terræ partes agens, putredinem concipit, cùm expirare nequeat. Sed οἷον περὶ χιτῶνας, & σηπεδόνα legiſſe videtur Cornarius. Caluus σηπεδόνα. περιχιτῶνας etiam vna dictione legi poſſe aliquando exiſtimaui.

[8] ὅσα μὲν τοῦ ὑγροῦ ἦν] Sic legunt omnia exemplaria, ὑγροῦ tamen cum Cornario legimus, quod etiam Zuinggerus annotauit, qui hunc locum ex Codice Romano alioqui per ſe ſubobſcurum explicauit. Aliam tamen lectionem mihi videtur ſecutus Caluus, & pro his verbis, ὅσα μὲν τοῦ ὑγροῦ [illegible], ὅσα δὲ τοῦ ψυχροῦ [illegible] legiſſe.

[9] ὅτι γὰρ ἦν τοῦ ψυχροῦ αὐτοῦ] αὐτὸ legunt exemplaria quædam vitioſè (vt opinor) πολὺ τοῦ ψυχροῦ tamen videtur legiſſe Caluus, quem omnes Interpretes ſecuti ſunt.

[10] τὸ δὲ ψυχρὸν εἴσω] ἔσω habent exemplaria quædam manu ſcripta, vt frigidi pars interior intelligatur, quæ vi caloris diſſoluta & colliquata eſt. Id τὸ ἔσω τοῦ ψυχροῦ paulò poſt dicitur.

[11] τὸ δὲ ἔσω τοῦ ὑγροῦ] Sic legunt quotquot vidimus exemplaria. Sed Cornarius, & Zuinggerus τοῦ ψυχροῦ rectè mihi legiſſe videntur, quæ ſecuti ſumus.

[12] τὸ πέριξ αὐτοῦ] Sic legunt exemplaria omnia, quidam tamen τὸ πέριξ omittunt, quod de interiore frigido hic agatur. Sed interioris frigidi ambiens ſuperficies intelligitur, non ea quæ omnino exterior eſt, de qua quod ſequitur accipitur. ἀπολειφθὲν etiam, non ἀπολειφθὲν videtur legiſſe Cornarius.

[13] ἣ ὀστεοῦν ταῦτα] Sic legunt omnia exemplaria, cum tamen ὀστέωσαν legere malim, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, hoc ſubindicato loco. Quod tamen etiam per ι ſcribitur. Et [illegible] Heſychio [illegible], exponitur.

[14] ἐν δὲ πολλῷ] ἐν δὲ τῷ πολλῷ legunt exemplaria quædam.

[15] ἐστι μητρόπολις] μητρόπολις hîc arcem, ſedem & matricem ſignificat, hoc eſt, originem, velut μητροπόλεις dicuntur Latinis matrices vrbes, ex quibus coloniæ in alias vrbes deductæ ſunt, velut parentes vrbes & matres. Sic matricem dixit Suetonius Auguſto, eam arborem ex qua ſtolones ſunt propagati, & ex tranſlatione Plut. Symp. 8. ex † Chilone Geometria dicitur ἀρχὴ καὶ μητρόπολις τῶν ἄλλων, origo & matrix cæterarum diſciplinarum, hoc eſt mater & ex qua reliquæ deducuntur. † *probl.* 2.

[16] ἣ αὐτὸ ἐν μυελῷ ὄντα] αὐτὸ pro αὐτοῦ legunt exemplaria quædam.

[17] τὸ δὲ πῖον] παχύτατον legiſſe videtur Caluus. [illegible] autem dulciſſimum diximus. Id enim πῖον ſignificat quod in ſanguine aut alimento dulce eſt & iucundum, pingue aut ſuaue, & quod in calidioribus naturis promptiſſimè inceditur, pinguiſſimum dixerunt Interpretes, & λιπαρὸν vnguinoſum.

[18] ἐν τῷ πρὸς φλέβα] ἐν δὲ τῇ πρὸς φλέβα legunt exemplaria quædam, velut paulò poſt legitur.

[19] [illegible]] Hunc locum longè aliter Caluus, & ſine negatione legiſſe videtur.

[20] ἣ λαχνὴ] ἣ αὐχμὸς legunt exemplaria quædam manu ſcripta & publicata, vitioſè tamen vt apparet.

[21] τὸ δὲ παιδίον] Quod lib. de Natura pueri, & libro de Octimeſtri partu, alimentum per vmbilicum fœtui ſubminiſtrari dixit, hoc loco, ad ſpiritus calidi attractionem, compreſſis labris ex vtero ſugere vult.

[22] τοῦτο αὐτῷ [illegible]] τοῦτο αὐτὸν [illegible] legunt exemplaria quædam.

[23] [illegible]] [illegible] legunt exemplaria quædam. Iſtud verò totum prætermiſiſſe videtur Caluus.

[24] πολὺ ἀπὸ ὑγροῦ ἀπολειφθὲν] ἀπολειφθὲν pro ἀπολειφθὲν videtur legiſſe Cornarius.

[25] ἐν δὲ τῇσι πρὸς λοιπὰ] Sic quidem legunt omnia exemplaria, ſed τῇσι περὶ λοιπὰ malim.

[26] ὅκως δὲ τὸ σῶμα] Hîc vulgatam lectionem eámq; omnibus quæ videre licuit exemplaribus conteſtatam ſecutus ſum. Cornarius verò, ὅκως δὲ τὸ ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι legiſſe videtur, vt ad duo principia naturalia reſpexiſſe videatur.

[27] καὶ τὸ ψυχρὸν πολὺ ἐν τῷ ὑγρῷ] Iſtud videtur omiſiſſe Caluus.

[28] ὅκως δ' ὑπὸ τοῦ θερμοῦ τὸ ὑγρὸν] ἢ δύναται legunt exemplaria quædam, quod in corpore frigidum à calore ſuperatum, vires ſuas exercere nequeat, eiq; eliquanti cedere cogatur, ideóq; humidum cogi aut concreſcere minimè ſit neceſſe.

[29] οὐ ξηραίνεσθαι ξηραινόμενα] Sic legunt quotquot vidimus exemplaria. Interpretes tamen omnes ἣ ξηραινόμενα legunt, quos ſecuti ſumus, etſi lubenter cum Zuinggero, ξηραινόμενα ὑπὸ θερμοῦ lego.

[30] τὸ γλισχρότατον αὐτοῖς] Sic legunt omnia exemplaria. Cornarius autem αὐτοῖς legiſſe videtur, & ad oſſa & articulos retuliſſe, ego verò ad glutinoſum. Vnguium enim materia eſt humidum glutinoſum à calore exiccatum & areſactum, ad extremas partes emiſſum.

[31] ὄνυχες οἱ ὄνυχες] ὄνυχες ὄνυχες vitioſè legunt exemplaria quædam.

[32] τοῦ λιπαροῦ τὸ ἐνὸν] καὶ τοῦ γλισχροῦ τὸ ἐνὸν, videtur legiſſe Cornarius. Exemplaria tamen omnia ſic legunt, [illegible] τοῦ κολλώδεος τοῦ λιπαροῦ τὸ ἐνόν. Pingue glutinoſum propter pinguedinem cùm facilè exuratur, & ob lentorem promptè à calido exiccetur, cùm frigidi nihil inſit, dentes facit oſſe duriores, vt ſcribit Celſus c. 1. l. 8.

[33] ἣ ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ] ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ legit Cornarius, quẽ ſecuti ſumus, quanquam ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ legunt omnia exemplaria.

[34] ἣ γὰρ αἱ φλέβες αἱ ἐκ τοῦ παντὸς ἐς τὸ ἔντερον] Sic legunt ferè omnia exemplaria. Cornarius verò legiſſe videtur, ἣ γὰρ αἱ φλέβες ἐκ τοῦ σώματος ἐς τὸ ἔντερον, quæ lectio valde popularis eſt. Nos etiam ἣ τὸ ἔντερον (vt paulò poſt) legimus.

[35] τὸ δὲ παχύτατον αὐτέων σηπεδόνι] Sic legunt omnia exemplaria, etſi σηπεδόνι videtur legiſſe Cornarius, cùm computreſcit dixit, & vtranq; lectionem complexus eſt.

[36] ἣ τὸ ἔντερον τὸ ἄνωθεν τὸ νῆστις] Iſtud ita accipiendum vt τὸ ἄνωθεν ſuperiorem & inferiorẽ inteſtinorum partẽ, hoc eſt, hinc & hinc ſignificet, nempe duodenum & tenue inteſtinum, quod item vulgò dicitur, ita vt chyli diſtributionem quæ fit in tenuibus inteſtinis per venas intelligat. Hic verò præcipuè ieiuni inteſtini mentionem facit, quòd potiſſimum ipſius chyli diſtributionem iuuet & faciat, cum numeroſa ſobole arboris radicum modo, in ipſius ramum ex meſenterio venæ implantentur, hocque ſit veluti meſenterij centrum, ac propter proximam hepari poſitionem, breuiſſimo ductu ad venæ portæ ramos alimentum deferat, in quos plurima & citiſſima eius fit diſtributio. Quanquam ἣ τὰ ἄνωθεν τὸ νηδύος legiſſe videtur Caluus, & ea quæ in ſuperiore ventriculo ſunt attrahi intelligat. Sed iſta lectio in omnibus quotquot videre licuit exemplaribus eſt conſtantiſſima. Aut certè τὸ ἄνωθεν τὸ νῆστις [illegible] τὸ ἔντερον, ſimul iungendum, tuncq; per τὸ ἄνωθεν ventriculus & ἔντερον intelligentur.

[37] καὶ σιάγονα τὴν προσθεν ἔχοντα] Iſtud ad maxillas retulit Cornarius, cùm in vniuerſum de ſingulis corporis partibus dicatur.

[38] ἐς ἣ νεηνίσκος γίνεται] νεηνίσκον hic adoleſcentem dixi cum reliquis interpretibus, quòd adoleſcentia anno decimo quarto ac decimo octauo ad vigeſimum quintum vſque comprehendatur, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 9. lib. 5. Etſi iuuenis intelligi poteſt, quòd iuuentus à vigeſimo quinto anno ad trigeſimum quintum extendatur, vt ſcribit ibid. Gal. & Com. ad aph. 30. lib. 3. νεηνίσκος autem adoleſcentem & iuuenem comprehendit Celſo cap. 1. lib. 2. vbi Hippocr. aph. 29. lib. 3. Latinum facit. Et hoc loco iuuentutem Caluus poſuit.

[39] ὅτι σωφρονιστῆρες] Hoc eodem nomine σωφρονιστῆρας appellat Rufus Epheſius ὅτι περὶ τὸν τοῦ ἀνθρώπου φαίνονται quod ὥρα καὶ τὸ σωφρονεῖν ἄρχεται. Eos moderatores ideo dicimus, quod eo tempore quo moderatos aut temperatos eſſe oportet, enaſcantur. Sunt hi ex genere molarium, duo in ſuperiore maxilla intimi atque vltimi, & ab vtraque parte vnus. Quibuſdam à decimo octauo anno ad vigeſimum ſextum enaſcuntur, quibuſdam etiam anno octogeſimo exorti ſunt. Intimi & genuini dicuntur † M. Tullio & * Plinio. Vnde genuinum frangere dixit Perſius, pro clanculum alicui obtrectare, & immodeſtiùs aliquem morſu appetere.

† *lib. 2. de Nat. Deorum.* * *lib. 7. cap. 37.*

[40] ἣ ἐν τῷ [illegible]] [illegible] habent exemplaria quædam pro [illegible]

κτεὶς quod pubem & pectinem ſignificat, & ἐφήβαιον & ἥβη alio nomine dicitur.

[41] εἶναι δὲ λόγος περὶ ὀστέων] Sic legit magna codicum pars, quod ſonat. Quibus ea de re hac ratione ſatisfactum velim. Quidam etiam, δὲ λόγος περὶ τούτου ſimpliciter habent.

[42] διὰ τῶν βρογχίων ξηρῶν ἐόντων] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, tum publicata, tum manu ſcripta, & Vaticana quoque, vt apparet ex Caluo. At Cornarius illud ξηρῶν ἐόντων omiſit, quod proceſſus illi mammillares aut papillares dicti, qui ab anterioribus cerebri ventriculis ad nares pertingunt, nō extra craſſam membranam proferantur, † ſed ab ea, foraminulentum operculum accipiunt ad nares productum, ideóq; molliſſimæ ſint ſubſtantiæ, quo odores facillimè admittant & diiudicent, vel ad cerebrum tranſmittant. Quod cùm præcipuum ſit odoratus inſtrumentum, χαλαρὸν καὶ μαλακὸν Galeno dicitur, & libro de loc. in nomine ἀραιὸν τὸ σπογγῶδες laxum quiddam & molle velut ſpongia. Et certè propagines illæ cauæ, ab anterioribus cerebri ventriculis erumpentes, & ad colatoria oſſa deſinentes, in quibus odorandi facultas conſtituitur, neruorum ferè ſunt ſimiles, molliores tamen, ad odoris ſenſum mouendum. Quod facit vt verba iſta [ξηρῶν ἐόντων] ſuperflua videantur Cornario & Zuinggero. At verò vt ad perfectum odorandi ſenſum mollities requiritur, ſic obſtructis iis propaginibus, aut excrementis diffluentibus, odorandi vis vitiatur, vt in grauedine apparet, vt ideo cauitatibus illis ſiccioribus, exquiſitior odorandi facultas percipiatur. Appoſitiſſimè autem additur ξὺν τῷ ἠέρι. Cùm enim odoris materia ſit vapor ex rebus odoratis promanans, hunc ab iis efferri, & aëri ambienti permiſceri, & per nares in cerebrum attrahi, ad odoratum ciendum oportet. Ac multis argumentis probat Galenus lib. περὶ ὀσφρήσεως ὀργάνου, odoratum non niſi attracto in cerebrum ſpiritu fieri poſſe, quod hic quoque paulò poſt refertur. Quædam autem exemplaria ſic hunc locum legunt, ὀσφραίνεται δὲ ὁ ἐγκέφαλος ὑγρὸς ἐὼν διὰ τῶν βρογχίων ξηρῶν, ἕλκων &c. σπογγιῶν etiam legunt exemplaria quædam, quæ ſecutus videtur Cornarius & Zuinggerus, reliqua βρογχίων.

† *lib.8. & 9. de vſu part.*

[43] ὁ δ' ἐωυτῷ ὀσφραίνεται] Sic legunt meliora exemplaria quæ ſecutus ſum, & ad cerebrum retuli. Reliqui interpretes ad nares applicant, vt & Caluus, qui aëris attractionem naribus etiam attribuit, & δ' ἑωυτῶν legunt cum aliis exemplaribus.

[44] καὶ ὅταν ὑπερθερμαίνηται ὁ ἐγκέφαλος] ὑπερθερμαίνεται vitioſè pro ὑπερθερμαίνηται legunt exemplaria publicata, cùm plurima materia à calore præter naturam eliquata intelligatur, & à cerebro in palatum aut fauces & pulmones demiſſa, aut à cerebro colliquefacta.

[45] καὶ ἐν πρήστῃ τῷ θερμῷ] Sic legunt exemplaria omnia quæ videre licuit, quod mihi indicare videtur iſtud cū calore quodam contingere, & modo quodam calido fieri, & materiam illam à calore præter naturam eliquari, quemadmodum libr. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς in grauedine contingere ſcripſit, tuncq; deſtillationem calidam ſentiri, & catarrhum calidum vocari, qui febrem habeat comitem, vt mihi ſe ad popularem vſum accommodaſſe, aut populari voce vſus Hippocrates videatur, quod illi ſæpe aliàs ſolenne eſt. Cornarius tamen, καὶ ἐς τὸ πρῆσμα θερμὸν legiſſe videtur, eadem tamen prope notione. Caluus καὶ ὅσα πρήστης τῷ θερμῷ legit, aut πρηστὴ, aut certè πρήστην πρῆσιν intellexit.

[46] διὰ τοῦ ἰσίου ἰσχνοῦ] ἰσχνὴν videtur legiſſe Caluus, aut illud ἰσχνοῦ ad vtriuſque oculi os retuliſſe, nos alios interpretes & valde popularem lectionem ſecuti ſumus.

[47] καὶ διὰ τῶν] Hunc locum breuiſſimis & nimium circuncifis verbis planè confudit Caluus. Cornarius αὐτὸ περὶ αὐτὸ, δέρμα legiſſe videtur. Senſus eſt, ex glutinoſo quod eſt tenuiſſimum à cerebro in oculum propulſum, aëris externi frigidi occurſu in membranam fuiſſe denſatum, eadem planè ratione quam de reliquis membranis paulò ſupra attulit. Hic autem variant exemplaria. Quædam enim οἷόνπερ περὶ αὐτὸ ἐστὶ τὸ διαφανὲς τοῦ ὀφθαλμοῦ legunt, alia, οἷόνπερ αὐτὸ ἐστι, τὸ διαφανὲς habent. Indicat autem membranam corneam factam eſſe maximè pellucidam, ac ſimilem oculi interno lucidiſſimo, hoc eſt humori cryſtallino. Quare exiſtimaui aliquando non malè legi poſſe, οἷόνπερ περὶ αὐτὸ ἐστι τὸ διαφανές, hac notione, vt corneam membranam ſic pellucidam fieri intelligas, qualis eſt humor cryſtallinus, toto ſuo ambitu & circumferentia. Iam verò illud τὸ περὶ τοῦ εἴρου, ſi ad proximum referas (quod fecit Cornarius) de membrana cornea accipiendum, non de pellucido interno, quòd hic διαφανὲς αὐγοειδὲς & ἶρις dicitur. Sunt etiam quædam exemplaria, quæ hunc locum ſic legunt, καὶ διὰ τῶν αὐτὸ δέρμα παχὺ ἐστιν.

[48] περὶ τοῦ ἔσωθεν διαφανέος] διαφανέα legunt alia exemplaria quę ſecuti ſunt Cornarius & Caluus. Siue igitur de multis tunicis, quæ cryſtallino humori prætenduntur, accipiatur, ſiue de cornea tunica, quæ in multas veluti laminas ſecatur, eæ omnes ſunt pellucidæ ὁκοῖόν περ αὐτό ἐστι, quale pellucidum ipſum exiſtit, quanquam illud ad oculos refert Cornarius. ὁκοῖόν περ αὐτοί εἰσι etiam habent exemplaria quædam.

[49] μὴ δὲ αὐταυγῇ] Sic legunt quotquot videre licuit exēplaria, ſed αὐταυγεῖ lego, vel αὐταυγῆ. Caluus τῶν pro τοῦτο legiſſe videtur.

[50] καὶ ἐὰν τις ἐσχυρίζῃ] Procul omni dubio hic locus corruptus eſt, quod teſtatur aſteriſcus exemplaribus præfixus, nec niſi meliorum codicum ope reſtitui poteſt, cum quotquot ad hunc vſque diē exemplaria videre licuit, in hoc vitium conſpirēt, niſi quod quædam pro ἐσχυρίζῃ ἰσχυρίζῃ legūt. Senſus autem & explicatio facilis eaq; eſſe videtur, quam appoſitiſſimè adſcripſit Zuinggerus. Cæterùm pro ἐσχυρίζει ἰσχυρίζει legiſſe videtur Cornarius.

[51] διὰ τὸ πνεῦμα ἕλκων] Sic legunt ferè omnia exemplaria, & ad hominem referunt qui in vniuerſum corpus ſpiritum attrahit, quò etiam reſpicit αὐτὸς ἑωυτῷ. Quædam etiam ἕλκει legunt, alia quoque ἕλκειν.

[52] οἱ κωφοὶ οἱ ἐκ γενεῆς] Hic κωφοὶ ἄνεοι & mutos ſignificant, quòd qui à primo ortu ſurdi ſunt, ij quoq; muti. Quod indicat Ariſtot. lib. 4. hiſtor. animal. his verbis. ὅσοι δὲ κωφοὶ γίνονται ἐκ γενετῆς πάντες καὶ ἐνεοὶ γίνονται. φωνὴν μὲν οὖν ἀφιᾶσι, διάλεκτον δὲ οὐδεμίαν. Quod mihi videtur ex hoc loco in ſuū vſū trāſtuliſſe Ariſtoteles.

[53] ἀλλ' οὐ τε τὸ πνεῦμα] Iſtud mihi indicare videtur, ad ſermonem non ſolùm ſpiritum, ſiue intrò attractum, ſiue foras redditum ſufficere, ſed cum oportere in faucibus conceptum, à lingua ſuo ad dentes & palatum appulſu, formari & fingi. Etſi aliam eſſe Zuinggero mentem mihi optimè conſcius ſum.

[54] πολλὴν ἐκτείνων τὴν ἐκφορὴν] ἐκφορὴ hîc ſpiritus emiſſio ac foras elatio in edenda voce ac intendenda dicitur. Cæterùm Caluus pro αὐτίκα αὐτίκα legiſſe videtur, & pro αὐτίκαπερ αὐτίκαπερ.

[55] ἐπίπωμα ἡ φάρυγξ] Hic φάρυγξ ſummum guttur ſignificat, ideóque exemplaria quædam ἡ λάρυγξ habent.

[56] ὅτι τὸ πνεῦμα οὐ δύναται] δύνανται videntur legiſſe Interpretes, aut ἕλκειν.

[57] ὁ δ' αἰὼν] Hic ſecuti ſumus exemplaria omnia, quæ hanc partem huic libello adſcribunt, à quo non omnino aliena videtur, etſi propria magis tractatio ad ſeptimeſtrem & octimeſtrem partum referatur Zuinggero. αἰὼν autem vitam aut ætatem ſignificat, nimirum id omne ſpatium quo hominis vitam metimur, à primo ortu ad interitum vſque circumſcribens, vt in OEconomia noſtra ſcripſimus.

[58] ἐς τὰς μήτρας ἔλθῃ ὁ γόνος] ἐς τὰς ὑστέρας legunt exemplaria quædam.

[59] παιδίον τὸ ἄρσεν] Ariſt. hiſt. animal. lib. 7. cap. 3. iſtud abortui maſculo quadraginta dierum in aquam frigidam coniecto tribuit, in eoq; diſcreta & diſtincta omnia membra conſpicua eſſe ſcribit.

[60] καὶ συναφὰς ἔχει τὰ ἄρθρα] τὰ ἄρθρα hic κατ' ἐξοχὴν, coxæ articulum indicat. Caluus tamen & Cornarius ad totius corporis articulos extenderunt, præter Hippocratis mentem, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. Cæterùm pro ἑκάστῳ φανεραί εἰσι. ἑκάστῳ φανερά εἰσι legunt exemplaria quædam. Quædam etiam, ἑκάστου φανεραί εἰσι, καὶ μὴ ἔχει legunt, quæ ſecutus videtur Caluus, & χονδρώδεα addidiſſe.

[61] τέσσαρες δεκάδες ἑβδομάδων] ἑβδομάδων legunt exemplaria Vaticana & Aldina, quæ ſecutus videtur Caluus, qui numerus exactè nouem menſes conficit, & partum perfectè nouimeſtrem facit. ἡμερέων tamen cum Gorræo & aliis legimus, cùm nouem menſium & decem dierum partum hic faciat, & quatuor ſeptimanarum decuriæ dies conſtituant ducentos & octoginta.

[62] ἡμερέων τεσσαράκοντα] τὴν πρώτην ἑβδομάδα καὶ μῆνα addit Cornarius, contra omnium quos videre licuit codicum fidem.

[63] καὶ τεταρταῖοι ἐν δυοῖν ἑβδομάσιν] ὀκτὼ ἑβδομάσιν legiſſe videtur Caluus. Locus autem perobſcurus eſt, neque ſatis conſtat quomodo quartana quarta periodo, aut duabus hebdomadis indicetur, vt neque quintana quinta periodo, aut duabus hebdomadis & dimidia.

[64] ἐν δυοῖν δέκασι] διέχειν legunt exemplaria quædam manu ſcripta, quam lectionem ſecuti ſunt omnes interpretes.

[65] δυοῖν διέχειν] Sic legunt publicata omnia exemplaria, quædam verò ſcripta, καὶ ἐν εἴκοσι δυοῖν διέχειν legunt, quæ ſecutus ſum cum omnibus interpretibus.

[66] ἐὰν δέ τις ἀβακέως θεραπεύῃ] ἀβακέως, ἐπιμελέως, καὶ ἀπερισπάστως ſedulò exponit Erotianus, additq; dictionem eſſe Doricam: Galenus φυλακτικῶς, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia: eaq; vtitur Herodotus Vrania, καὶ σπέρμα ἀβακέως ἔχειν, & ſementis diligentem curam habeat, aut ſementem diligenter & ſedulò curet. Eſt enim ἀβακῶς ἔχειν, φροντίζειν, ἐπιμελῶς ἔχειν.

[67] δυωδεκάτη ἑβδομάδι ἐξήκοντα] Interpretes omnes ἑβδομάδι ἑξήκοντα legūt. Sed cum annus Hippocrati quinquaginta hebdomadas

das, aut quinque hebdomadarum decurias contineat, ſeptem annos trecentæ & quinquag nta hebdomades conficiunt, & hebdomadarum decuriæ quinque & triginta exeunt. Aut igitur ἑϐδομάδες πεντήκοντα καὶ τετρακόσιαι legendum, aut δεκάδες ἑϐδομάδων πέντε καὶ τριάκοντα, vt rectè repoſuit Allemantius.

IN LIBRVM DE SEPTIMESTRI PARTV.

[1] Οἱ δ' ἑπτάμηνοι] Hic fœtus verè eſt Hippocratis germanus, & ab omni antiquitate in Aſclepiadarum familiam receptus inter phyſica numerandus, etſi in cenſum Hippocraticorum ſcriptorum Erotiano non venit. Galenus certè Com. ad ſent. 27. lib. 6. Epid. ſect. 7. ſe in hunc librum Commentarium ſcripſiſſe teſtatur, qui is eſſe videtur, qui Galeni libellis adſcribitur, quo & fuſiſſimè huius libelli initium explicatur.

[2] καὶ ὀγδοήκοντα, καὶ δύο] καὶ ἥμισυ addidit Cornarius, ad anni dimidiũ habita ratione, quod diebus centũ & octoginta duobus ac dimidio cõſtat, addita diei parte octaua, id quod tamẽ per πρὸς ὀγδόης μοίρης intelligi poteſt, etſi paulò poſt minutiùs explicatur, καὶ τῆς ἡμέρας τοῦ μέρεος τοῦ μέρεος τοῦ γινομένου. Cæterùm iſtud apertiſſimè explicatur libello de ſeptimeſtri partu Galeno attributo.

[3] καὶ ἐξήλλαξε τὸ μητρὸς σῶμα κινέον:] Sic legũt publicata exempl. Cornarius autẽ ἐξῆλθε pro ἐξήλλαξε legit, & exempl. ſcripta pro κινέοντες νοσηλεύσονται legũt. Deinde pro ἄν τι ἐν τῷ ὀγδόῳ μηνί, exem. ſcripta, τὸ ὀγδόῳ μηνί legunt, quædã etiam ὅτι. Senſus autẽ mihi ſatis expeditus eſſe videtur, quòd ſeptimeſtres partus rarò viuũt, permutationẽ ſentientes à matre priùs in lucẽ emiſſi, quàm octauo menſo in vtero ægrotent, in quo ſi permanſiſſent, alioqui erant ægrotaturi. Quidam autem hîc ſcriptorum codicum lectionem ſequuntur, & pro μητρὸς, μήτρας legunt. Quæ etſi magis eſt explanata, tamen præter Hippocratis mentem eſſe videtur.

[4] καὶ αὐτὴ ἡ ὀμφαλοῦ ἕλκεται] Sic legunt publicata omnia exemplaria: ſcripta tamen quædam ἀμφὶ pro αὐτὴ legunt, vt ſit hæc notio. fœtus alterationem ſentiunt, ob loci in quo nutriebantur permutationem, tum quia alio migrantes, circa vmbilicum vellicantur, tum etiam propter matris labores.

[5] χρόνον δὲ ὀλίγον ἐν ὀλίγῳ περὶ τοῦτο] Sic legunt exemplaria omnia publicata. Caluus περὶ τούτου legiſſe videtur. Cornarius pro χρόνον ἀσχαλλόντων aut aliud quid tale legit. In totum verò ſuſpecta mihi eſt lectio, & ſi hic ſenſus ferri poſſit, vt omnes mulieres paucis diebus febre vexentur, qua intra dies paucos cum fœtu interimuntur, aut partu expediuntur.

[6] ἀλλὰ καὶ ἡμέρας σεσέσθω] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria. ſed ἡμέρας σεσέσθω cum interpretibus lego.

[7] ἐπὶ δὲ ἄνω τοῦ ἰσχίου] ἐπὶ δὲ ἄνω τοῦ ἰσχίου, his addidiſſe videtur Caluus.

[8] ταῦτα γὰρ μάλιστα γίνεται] Quædam exemplaria ἅπαν legunt, quæ ſecuti ſumus cum Zuinggero. Sed pro γίνεται γινώσκεται videtur legiſſe Caluus.

[9] ἀναμφισβήτητος ἐστὶ] Caluus ἀμφισβήτητος ἐστὶ legit.

[10] ἔστι δυσκρίτως ἔχει] εὐκρίτως ἔχει habent quædam exemplaria manu ſcripta, vt & Vaticana, quod ad menſis octaui facilem cognitionem ex prægnantium laboribus, referri poteſt, vt & δυσκρίτως ad difficilem & prauam iudicationem. Vulgatam autem lectionem ſecutus eſt Caluus. Mercurialis Vaticana exemplaria ſecutus, iudicationem facilem exiſtere dixit.

[11] κατ' ἐμὲ καὶ τὸ μέρος] Hic locus propter codicum varietatem admodum perplexus eſt. Vulgatam lectionem & publicatam ſecutus ſum, vt pars vndecimi menſis, in quam partio incidit, menſis rationem inire debeat, etſi id rarò accidat, ideóque vix commemoratu dignum ſit, vt & hic mihi de menſis vndecimi partu, vt paulò poſt, agere videatur. Quod ſi οὐ μεμνημένοισι legas (quod feciſſe Cornarium & Caluum apparet) iſtud ad partionem vndecimi menſis confirmandam valeat, quæ ſic ſatis memorabilis exiſtat, & cuius ratio facilè & indubitatè inire poſſit. Partum autem in menſem vndecimum cadere vult Hippocrates hoc libro, & περὶ ἑπταμήνου, vt & Ariſtot. cap. 4. lib. 7. hiſt. animal. quemadmodum etiam ſcribit Gal. Comment. in ſentent. 27. ſect. 7. lib. 6. Epid. Caluus rectè hic ἐν δέκα μησί, pro ἕνδεκα legiſſe videtur, & decem menſium partum intellexiſſe. Qui verò ἕνδεκα legunt, partem duodecim menſium, hoc eſt anni, menſem ſolarem conſtituere volunt, itaque menſem octauum ſolarem efficiunt, qui lunarem die vno cum triginta minutiis ſuperat, quod tamen tam exigui eſt momenti, vt commemorari haud debeat. Quidam etiam adſcribunt in quibuſdam codicibus, pro κατ' ἐμὲ, ἐν δὲ legi, & pro οὐ μεμνημένοισι, οὐ μέμφονται.

[12] χρὴ δὲ ἐν ἀπασῶν] Caluus negationem non adſcribit, aut [illegible] pro ἀπασῶν legit.

[13] λέγουσι γὰρ πάντα καὶ ἀεὶ λέγουσι] πάντα ὅπως εἰδείησαν legunt Vaticana exemplaria, quæ ſecutus eſt Caluus.

[14] ἀλλ' ὅ, τι γνοῖεν] ἀλλό τι γνοῖεν quædam exemplaria legunt.

[15] τὰ δὲ βουλόμεθα] In quibuſdam exemplaribus legitur, τῶν δὲ βουλευόμενοι.

[16] καὶ δωδέκατα] Quædam exemplaria ἑνδέκατα omittunt, quædam etiam δέκατα, ſed vtrunq; legitur in codicibus manu ſcriptis, & vtrunque adhibuerunt Caluus & Cornarius.

[17] τὰ ἑπτάμηνα οἱ ἀριθμοὶ] τὰ δὲ ἄλλα ἀριθμοὶ addunt exemplaria Vaticana, quæ ſecutus eſt Caluus & Mercurialis.

[18] ἐγκαταλογιζόμενοι] ἐγκαταλογιζομένων habent codices ſcripti, & ad octauum menſem referunt.

[19] ὅτι καὶ ὁ παθὼν μαλαχθῇ] ὅτι καὶ ὁ παθὼν ἐναλλάχθη legũt exẽplaria quædã.

[20] καὶ οἱ ἔχοντες ἑπταμηνιαῖοι] Sic legunt omnia exemplaria, quædam etiam ἑπταμηναῖοι. Quædam quoque ἑπτάμηνοι, quæ ὅτι καὶ legunt.

[21] ἐν τοῖς ἀσθενέσι πρὸ τοῦ ἀμφὶ τοὺς τόκους ἀσθενεῖν] πρὸ τοῦ τοῦ τόκου ἀσθενεῖν legunt quædam exemplaria ſcripta.

[22] ἐνταῦθα ἐπὶ τὸ πλεῖστον] ἐνταῦθα pro ἐνταῦθα legunt exemplaria quædam.

[23] ἔστιν αἱ γυναῖκες φέρουσι] ἔστιν legunt exemplaria quædam, & ad præcedentia referunt.

[24] ἐστ' ἂν ἐρμάση] ἑρμάση legunt exemplaria quædã manu ſcripta.

[25] αἵ τε ἄδηλοι εἰσί] Pro εἰσί exemplaria quædam manu ſcripta legunt ἄν τε καὶ αἱ νόσοι &c.

[26] φέρουσι ἐπὶ τῷ ἔντοκον τὸ παιδίον τὸ ὄγδοον μῆνα] ἐπὶ τῷ τόκῳ τοῦ παιδίου videtur legiſſe Cornarius & Zuinggerus. Quædam etiam exemplaria ἐπὶ τόκον τοῦ παιδίου habent.

[27] ἰσχυρὰς ἐούσας] ἐούσας legũt exẽplaria quædã manu ſcripta.

[28] ὥστε καὶ διάστασιν ποιέουσιν ἡ νοῦσος] διάστασιν ποιεῖν morbus hîc dicitur, cùm humorum impetu & illapſu in aliquam partem ſeceſſionem facit, eamque mutilat aut vitalitate priuat, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

[29] ἐν ἄλλῳ χρόνῳ] ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

[30] ἀλλὰ κατὰ ἔστιν ἐν τῷ μεθόδῳ χρονιωτέρης] Hîc μέθοδον digreſſionem dicimus aut migrationem, quam facit fœtus laxatis membranis, cùm ſuo pondere in inferiorem vteri partem procumbit, ibiq; quadraginta diebus permanet, cum Cornario, μετακίνησιν aut μεταβολὴν intelligentes. Caluus naturalẽ menſis octaui malignitatem accepit, qua pro natura ſua ac more ſolito fœtum affligit, viam ac rationem communem dicere poſſumus.

[31] ἀριθμέονται. ἀριθμέονται δὲ] Sic quidem legunt ferè omnia exemplaria. Quædam vero ἀριθμέονται δὲ ſemel tantum legunt. Verùm eiuſmodi repetitiones huic authori (vt omnibus Ionibus) ſunt admodum familiares. Cæterùm illud (ὀλίγα δὲ καὶ ἔστιν) de ſeptimeſtribus fœtibus accipit Caluus, cùm de his qui ad nonum menſem perueniũt, illiuſq; initio editi ſunt, accipi debeat.

[32] εἴ τι πάσι] Sic omnia legunt exemplaria, verùm οὔ τι πάσι lego cum Interpretibus.

[33] καὶ πλεῖστον ἀπὸ τῶν γνωρίμων παιδίων] γνώριμα τὰ παιδία hic dicuntur maximè vſitati & cogniti fœtus, hoc eſt communes & maximè familiares, qui maximè communi & vſitato partionis tempore, eduntur, hoc eſt, nono menſe, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. Hanc autem dictionem prætermiſit Caluus. Vitioſa autem ſunt exemplaria quæ hic ὅτι pro ὅν legunt.

[34] κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ χρόνου ἐγγὺς κατὰ τὸ μέγεθος] ἐγγὺς καὶ τὸ μέγεθος legunt exemplaria manu ſcripta. Iſta autem male diſtinguuntur in codicibus publicatis.

[35] ἐν τίσιν ἡμέραις ἀριθμέονται] ἀριθμέονται legunt exempl. quædam, quæ ſecutus eſt Cornarius, præteriit Caluus, qui aliter hunc locum accipit, & quæ ſeptimeſtribus debentur, nouimeſtribus fœtibus attribuit.

[36] ὁμοιάζουσι δὲ τὰ τοιαῦτα] Hunc locum mutuatus eſt Ariſt. lib. 7. hiſt. animal. cap. 3.

[37] ὁκοῖα ἔλεξα] Sic legunt omnia exemplaria, ſed ὁκοῖα ἔλεξα lego. Quædam etiam exemplaria εἰρέω pro εἰρέεται habent.

[38] συνεχεῖς ὥστε μὲν περὶ τοὺς ποδας] ἀζυγέας πόδας legunt exemplaria quædam, vt de imparibus accipiatur.

[39] δύο μὲν περὶ δύο συνημμέναι] Sic legunt quotquot mihi licuit exemplaria videre, tum manu ſcripta, tum publicata, quæ certè immutare magna mihi eſt religio. Scio tamen Zuinggerum & Allemantiũ propter ταυτολογίαν hic ἀσυνημμέναι legere, & Cornarium prius tantum membrum adhibuiſſe. Verùm aliud mihi videtur eſſe συνάπτειν & aliud συζεύγνυσθαι. vt συνημμέναι dicantur τετράδες, quæ inter ſe copulatæ communi vinculo cõiunctas faciunt ſeptimanas. συνεζευγμέναι verò ſunt tãtum coniugatæ neq; ſunt inter ſe communi vinculo aut partium ſimilitudine connexæ aut coniunctæ, ſed ſecũdum quid, vt cum trias ſuæ triadi iuncta eſt, in vna tantùm, aut in duabus ſimul ſeptimanis. Sic enim συνεζευγμέναι dici videntur, quòd vno tantum veluti iugo contineantur, aliæ verò velut coniunctæ & vnitæ.

[40] Ξυ-

40 ἀπόφυσιν οἷον ἰχώρων] ἀποφύσεις, ἐξοχαί exponit Heſychius, fortè hoc ſubindicato loco, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. Sunt etiam excreſcentiæ quæ iam carneæ in maſſa carnea apparentes, quaſi protuberantiæ quædam, non rectæ & exactæ membrorum diſtinctiones.

41 ἐκ γὰρ τοι αὐτοῦ ἤδη] Sic legunt omnia exemplaria quæ etiam ſecutus eſt Caluus, & ad dies referunt, vt his diebus clariùs videant ac intueantur. αὐγὰς tamen quædam habent, quemadmodum legere videtur Cornarius.

42 οὐκ καὶ] οὐδὲ καὶ videtur addere Caluus, contra tamen omnium codicum fidem. Quod efficit vt ψακάδα de titillatione acceperit Cornarius. Ea autem de re ſcribit Ariſt. cap. 10. lib. 7. hiſtor. animal. Quædam etiam exemplaria hic οὔπω pro οὔτε legunt.

43 ἐξ ἧς μαιεύσιν] Sic legunt exemplaria omnia publicata; quædam verò ſcripta μαίευσιν habent, quædam etiam μαιεύσιν.

44 ἐπὶ ἑβδόμην] Iſtud Caluus & Cornarius ſequentibus iungũt, exemplaria tamen omnia ad præcedentia referunt, quæ non immutauimus, & ſecuti ſumus cum Zuinggero, vt ſit, κατὰ λόγον χρόνου, πρὸς τοὺς μῆνας τε καὶ ἡμέρας ἐς τὰς ἑβδομάδας, pro temporis ratione, & iudicationis facultate, quam habent menſes & dies ſinguli ad ſeptenarios collati, vel quæ eſt ad menſes & dies ſingulos per ſeptenarios numeratos.

IN LIBRVM DE OCTIMESTRI PARTV.

1 ΠΕΡΙ δὲ ὀκταμήνων] Hic libellus minimè à ſuperiore diſiungi debet, cùm vtriuſque idem eſſe author videatur, vt & vſus & rerum tractatio ſatis indicant.

2 πρὸς τὸ τόκου χρόνον] Sic Germanica legunt exemplaria, alia πρὸς τὸ τόκου, velut legit Caluus cum Cornario. Ego receptam lectionem non habeo cur mutem, ſi χρόνον ſubaudias, phraſi planè Græca.

3 τίκτεται πολλά] τίκτεται τὰ πολλὰ legunt exemplaria quædam.

4 ἐς οἱ ὀμφαλοί] ἐς οἱ ὀφθαλμοὶ legit Caluus, pudendo mendo.

5 ἐπὶ γὰρ κατὰ τὸν μέτωπον ἐπίπεσεν] Hoc ſenſu expeditior mihi lectio eſſe videtur, vt τοῦ ὀμφαλοῦ στροφέων legatur, etſi στροφόμενον legũt exemplaria omnia, & ad fœtus inuerſionem referunt Interpretes. Cornar. τοῦ περιαγωγὴν τοῦ ὀμφαλοῦ legit, & τὴν κεφαλὴν omiſit. Caluus contra, τὴν κεφαλὴν περιαγωγὴν ποιοῦντα legit, omiſſis his verbis, τοῦ ὀμφαλοῦ στροφέοντος. Zuinggerus alium ſenſum ſecutus, vult hac magis capitis parte vmbilici circumactionem, dum puer vertitur, fieri, hoc eſt, iugulum aut ceruicem vmbilico intercipi & implicari.

6 ἐπὶ δὲ κατὰ δὲ ἀμφι] Sic legunt omnia exemplaria, & αἰτιτιθέναι, vt τύχῃ reperiatur. Sed αἰτιατικὴ legiſſe videtur Cornarius.

7 ἐξ ὧν τὰ μὴ αἴτια] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ἐξ ὧν tamen lego cum Caluo.

8 ὅστις δὲ] ἀλλ' ὅ τι περὶ legunt exemplaria quædam M. S.

9 ἐπὶ τι γὰρ νοσηρὸν ἐπίγονον] ἐπὶ τι γὰρ νοσηρὸν ἢ legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

10 ἐπὶ δὲ τὰς ὧδε] ταῦτα τὰ δὲ legunt exemplaria manu ſcripta, & κατὰ τὸ τόκου τι ἐς τοὺς ἤδη, quæ lubenter amplector cum Interpretibus omnibus. Deinde etiam τιτρωσκε & pro τρωθέν & lego.

11 ἐς αὐτὰ ποιεύμενα] Hũc locum aliter diſtinguo cum Cornario, & pro ἔχω, ἐξ ἐν lego cum ſcriptis quibuſdam membranis. Quę ſanè effecerunt, vt longè aliter hunc locum ſumat Caluus, & ἔξω de pueris in lucem prodeuntibus intellexerit, & ſuperiora verba de iis qui diutius in vteris permanſerunt, perplexa admodum notione.

12 καὶ τοῖσι μείωσι] Sic legunt omnia exemplaria. Caluus tamen ἀσφαλῶς legiſſe videtur, aut etiam vtranq; lectionem adhibuiſſe.

13 μᾶλλον τῶν ὀμφαλῶν] παιδίοισι μόνοισι legunt exemplaria quædam Regia manu ſcripta, & μεσοῦσι χρηστῇ). Quædam etiam exemplaria manu ſcripta μᾶλλον pro μετὰ habent, quæ ſecutus videtur Cornarius.

14 κατὰ τὸν ἀγκῶνα] Hic ἀγκῶνα inteſtititium ſignificat ac pediculum quo fructus arbori inhæreſcit, ex eaque dependet, qua parte connatus eſt, quod quidem vmbilico in fœtu reſpondet, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

15 κατὰ τοὺς συλλοχίας] Sic legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria, ſed συλλοχίας legit Galenus in Exegeſi, & ἀθροίσματα exponit, ex hoc loco, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. Significatur autem pueris in lucem editis, apertas eſſe vias, per quas alimenta ſuſcipiuntur, & excrementa repurgantur, quæ ſenſim irrepentia colliguntur, & in modum cohortis agminatim coaceruantur. Huc enim reſpicit quod ſcribit Galenus, συλλοχισμὸν eſſe ductam ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς λόχοις συναθροιζομένων. Pueris enim iam recèns editis in lucem, ſenſim alimenta ingeruntur, & excrementa veluti repentia coaceruantur. vt illud κατὰ τοὺς συλλοχίας pro coaceruationis & collectionis ratione rectè dici poſſit qua notione ἀθροίσματα exponit Galenus. Quam Galeni explicationem mihi etiam Cornarius animaduertiſſe videtur, cùm dixit [iuxta modum quo agmina congregantur repentia] Siue igitur de excrementis in vtero collectis, ſiue de his quæ extra vterum & iam editis pueris colliguntur, accipiatur, eadem erit vtrobique notio. Scio alium eſſe ſenſum Zuinggero, qui κατὰ τοὺς συλλοχίας, pro puerperii purgamentorum ratione ſumpſit, συλλοχίας etiam Caluus συλλήψιας & conceptus accepit. Sed mihi potior eſt Galeni explicatio & lectio.

16 κρατεύνται] Iſta ad fœtus cum Zuinggero refero, vt validiſſimi fœtus videantur ad iniurias ferendas, tum externi aëris, tum peregrini victus, tum etiam ad eas quas in vtero pati coguntur affectiones, qui ſole ad nos accedente in lucem prodeunt, aut qui ſole connutriti ſunt, hoc eſt, aëre ipſo confirmati & corroborati. Poſſunt quoque de corporis partibus aut meatibus intelligi, qui iuxta partum molles & laxi, in ſeque ſubſident, aëre autem paulò poſt confirmantur & corroborantur, aut tumeſiunt.

17 ἐπὶ ἐν ὁ λύσις] Variant admodum hic exemplaria. Sic enim quædam legunt, alia poſt ἐν diſtinguunt, & ὁ λύσις ſequentibus adſcribunt, quædam etiam ἐπὶ ἐν ὁ λύσις legunt, vt ſit, poſt menſtruas purgationes conceptum mulieribus fieri, cùm iis liberatæ & abſolutæ fuerint, hoc eſt, finita purgatione menſtrua, vt dixit Caluus, quemadmodum etiam liberis ſtudendum deſinentibus aut incipientibus menſibus, monet Hippocrates libris περὶ γυναικείων. Vaticana exemplaria ἐπὶ ἐν ſimpliciter legũt, & ὁ λύσις omittunt, hoc ſenſu, poſt menſtruas purgationes, ſi fluant, quoniam mulieres quædam, licet menſtruas purgationes non experiantur, concipiunt tamen, in quibus purgationis ipſius tempus ad conceptum numerandum, aut ad partus dies conficiendos nullum adfert adiumentum.

18 ἔστιν τῇ γυναικί] Hic quoque admodum variant exemplaria. ἔστιν δὲ ἐν τῇ γυναικὶ Aldina legunt, Germanica δὲ omittunt, Vaticana δὲ ἐν ἔστιν τῇ γυναικί. Regia verò recentiora ἔστιν omittunt, & δὲ ἐν τῇ γυναικὶ habent. Quædam etiam Regia ἀνθρώπου prætermittunt. Rurſus quædam exemplaria αὐτὴ ἡ ἄνθρωπος legunt, quæ ſecuti ſumus cum Interpretibus.

19 ἐς τὴν αἰτίην] τῇσι γυναιξὶ ἐς τῇσι legunt exemplaria quædam manu ſcripta. Caluus vtranq; lectionem adhibuit, & τῇσι γυναιξὶ ἐς τὴν αἰτίην legiſſe videtur.

20 ἐπὶ ἀναρμοίῃ] Codices Regij manu ſcripti vitiosè legunt, ἐπὶ οὐ μὲν, ὅπως ἡμέρῃ μία. Cuius tamen lectionis veſtigia retinere videtur Caluus.

21 ἐν μαρσιπάδεσι] λαβοῦσαι legit Zuinggerus, exemplaria vero quædam manu ſcripta λαμβάνει quæ ſecuti ſumus cum Interpretibus, & illud πρότερον, ad id quod poſteriùs ſcribitur retulimus. Quo etiam reſpiciunt exemplaria quædam manu ſcripta, quæ pro ἀπὸ διχηλιῶν, ἀπὸ διχηλιῶν legunt.

22 τὰς ἐς ἀνέσιας ἐς διχονοίας] Poſt διχονοίας, ἡμέρας addunt exemplaria quædam manu ſcripta.

23 ἐπὶ γὰρ ἐπὶ ἔχῃ] pro ἐπὶ ἔχῃ, ἀπ' ἔχῃ leg. exemplaria quædam manu ſcripta.

24 ἕκαστα ἐς τὸ πλανᾶσθαι] Exemplaria quædam manu ſcripta hæc extrema verba ſic legunt, ἕκαστα ἔχῃ πλανᾶσθαι ἀεὶ ἐς ἀπὸ ἡμέραν. Quam lectionem ſecutus videtur Caluus, niſi quod ἡμέρα pro ἡμέραν legiſſe videtur. Quædam etiam exemplaria habent, ἐπὶ παιδὶ τὸ πλανᾶσθαι ἀεὶ ἐς ἡμέρα.

IN LIBRVM DE SVPERFOETATIONE.

1 ΟΚΟΤΑΝ ἐπικύησις] Hic libellus περὶ ἐπικυήσιος in omnibus exemplaribus inſcribitur, hoc eſt, de ſuperfœtato, aut altero conceptu, etſi περὶ κυήσιος, ἐπικυήσιος, de fœtatione & ſuperfœtatione inſcriptum adſcribat Hieronymus Mercurialis, quòd in eo de vtraque copiosè agatur, & ea quæ puerperis & prægnantibus accidunt, tractentur. Superfœtationis nobile exemplũ ſcribitur lib. 5. Epid. in muliere Lariſſæa, cui quadrageſimo poſt pártum die, præpoſterè conceptus fœtus eiectus eſt. Superfœtationem etiam luculentè probant, vno abortu duodecim egeſta puerperia, & alia exempla quæ recenſet Plinius lib. 7. cap. 11. Qui etiam vtrunque fœtum perferri ſcribit vbi paululũ temporis inter duos conceptus interceſſit. Nobilis quoq; Alcmenæ partus ſuperfœtationẽ teſtatur, & quod ſcribit Plautus Amphytruone. Hodie illa pariet filios geminos duos. Alter decimo poſt menſe naſcetur puer quàm ſeminatus eſt,

alter menſe ſeptimo. Eorum Amphytrionis alter eſt, alter Iouis. Hic verò libellus, etſi ab Erotiano prætermiſſus eſt, inter ſημειωτικὰ recenſeri poteſt, & ad libros περὶ γυναικείων annumerari, quia tamen de primis hominis exordiis & conceptione agitur, quæq; ad prægnantes pertinent ampliſſimè exponuntur, ad reliquos phyſicorum libellos nõ temerè aggregari poſſe videtur.

2 ἢν δ' ἐν τῷ ἑτέρῳ] Hic quædam de primo conceptu in altero contento addit Caluus, contra omnium codicum fidem.

3 τὸ γενόμενον ἀπολυθεῖσα] Iſtud ad mulierem retulit Cornarius, quod mihi aptiſſimè ad vterum referri videtur, qui vitali fœtu priore liberatus, indeq; laxatus & humectus, ſuperfœtatum & præpoſterè conceptum poſtea etiam eiicit. Hîc verò γόνιμον vitalem & maturum primum fœtum vocat.

4 ἢν δ' μὴ αὐτίκα] ἐπικύημα pro ἐπικύησις lego cum Interpretibus, vt de ſuperfœtato non de concepto intelligatur. Quod ſi diutius in vtero moretur, nec confeſtim exeat, graues dolores, febrem, & profluuium album ac graueolens excitat, faciem, tibias & pedes tumor præhendit, vt in muliere Lariſſæa lib. 5. Epid.

5 καὶ ἢν διαλύηται] Sic legunt quotquot vidimus exemplaria, verum non ſine mendi ſuſpicione. καὶ ἢν διαμένῃ legiſſe videtur Cornarius, & ad alterum conceptum retulit, qui ſi pereat, cibum auerſatur mulier donec excidat. Caluus, ſi intus permaneat, dixit eodem referens, vt καὶ ἢν μὴ διαλύηται, aut aliud quid, legiſſe videatur. Quòd ſi καὶ ἢν διαλύηται legas, ad tumorem pedum & faciei referri poteſt, qui etiamſi diſſoluatur, cibum tamen auerſatur mulier, quoad exciderit quod præpoſterè conceptum fuit.

6 ἐκπυίσκηται δ'] Hic locus procul omni dubio corruptus eſt in omnibus exemplaribus, ξυμμεμυκὼς ὁ μήτρη lego cum interpretibus omnibus. οὐ ξυμμεμυκὼς legi poteſt, deinde μήτρη ἐπιφαινομένη τὸ σημεῖον, aut vt in exemplaribus manu ſcriptis legitur, additis verbis, ὁ μὴ ἐπιφαινόμενον quam lectionem etiam ſecutus eſt Caluus. Quod ſequitur legit Cornarius, συμμεμυκὼς δ' μὴ τὸ ἐπικύημα τὰ ἐπικυΐσκομενα ὄσεισι, &c. Legi etiam poteſt, καὶ τὸ ἐπιφαινόμενον τὸ σημεῖον, ὁ μὴ ἐπιφαινόμενον. ἢν συμμεμυκὼς. τὰ δ' ἐπικυΐσκομενα, &c.

7 μᾶλλον καὶ ἐπικυΐσκωνται] ἐπικυΐσκωνται legiſſe videtur Cornarius.

8 καὶ τὸ μὲν παιδίον] καὶ ἢν τὸ παιδίον legit Cornarius, pro δόμησι autem ὁ ῥίμφα legunt exemplaria quædam manu ſcripta. Quam lectionem ſecutus videtur Caluus ex Vaticanis codicibus, cùm dixit, nec partus facilè prodit. ῥίμφα enim εὐχερῶς ſignificat & ῥᾳδίως.

9 ἐκπίπτει γόνιμον ἐόντα] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, iſtamque lectionem ſecutus eſt Caluus. Cornarius tamen ὁ γόνιμον rectè legit, quem ſecuti ſumus. Vngues enim cum ſint neruorum clauſulæ ſummæ, firmitatis & ſoliditatis gratia à natura dati ſunt, qui ſi deficiant, imbecillitatem ſummam indicant.

10 καὶ ἐκπίπτει τὸ μὲν] τὸ μὲν ἐν τῇσι μήτρῃσι τοῦ σώματος ἢ. legunt exemplaria manu ſcripta.

11 ἐλατηρίῳ παχεῖ] Hunc locum expreſſimus in noſtra OEconomia, & hîc ἐλατήριον intelligi diximus medicamentum aliquod fœtum exagitans & expellens, potius quàm elaterium ex cucumeris agreſtis ſucco expreſſum, quod fœtum perdit, vt teſtatur Dioſcorides. Craſſum autem medicamentum aqua dilui vult, quo faciliùs illinatur, quam ad rem galbanum cum myrrha eſt conuenientiſſimum. Poſſunt autem multa eiuſmodi medicamenta fœtus agitantia accommodari. Velut artemiſias in muliebres defeſſus conuenienter adiici ad partus ſecundaſque detrahendas, ſcribit Dioſcorides. Idem anagyris folia difficulter parientibus adalligari teſtatur.

12 ξυστήρ ἐστι] Sic legunt exemplaria omnia, ſed ξυστῆρα lego, & ad τὰ αἰδοῖα refero.

13 διαβαίνουσι εἰς τὸ σῶμα] διαβαίνει lego. cùm tamen διαβαίνει legant exemplaria omnia.

14 καὶ ὄνυχα] Hic ὄνυξ vncum aut vncinum ferreum ſignificat, inſtrumentum quo veteres ἐς τὰς ἐμβρυουλκίας καὶ ἐμβρυοτομίας vtebantur, τὸν σιδηροῦν ὄνυχα vocat Galenus, quod ad volucrium aduncos vngues accedat. Alio nomine ἐλκυστὴρ καὶ ἐμβρυουλκὸς dicitur, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, eumq; ad fœtus immortui extractionem adhibet Hippocrates lib. 1. περὶ γυναικείων, vt ἐμβρυουλκίῳ libello περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου.

15 ἔπειτα πάλιν ἐγείρονται] Sic legunt omnia exemplaria, eamq; lectionem vt conſtantem, retinui, vt ſit, rurſus excitato opere, quod intermiſſum videbatur, ad ventris aut abdominis ſectionem veniendum eſſe. Caluus in vnum cogens dixit, vt quaſi diſtractum & diuiſum ſectione humerorum & capitis contuſione corpuſculum, rurſum in ſe cogi debeat. Cornarius rurſus immiſſa manu dixit, vt πάλιν ἐσείρξαντα aut εἴρξαντα legiſſe videatur. Cæterùm lib. 1. περὶ γυναικείων, ea cautione fœtum extrahit,

vt ne ventrem quidem diſcindi velit, alioqui operoſam nimis extractionem futuram.

16 καὶ τὸ λέχος προσειδεῖς] προσειδεῖς legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

17 ὥσπερ ἐπὶ λασάνου] Hunc locum expreſſimus in noſtra OEconomia, vbi laſanum retinuimus ex Horatio, qui pueros laſanũ portantes dixit, λασανοφόρους exprimens. Videtur autem ſumi pro ſella familiari, aut exonerandæ aluo idonea, aut pro tripode ollario, quemadmodum ſumit Caluus.

18 ὅκως μὴ ἀποστατέῃ τὸ ἄνω φύσιν] ἀποστατέειν τὸ legunt exemplaria manu ſcripta quædam, quæ lectio minimè aſpernanda eſt, etſi ſic quoq; rectè conſtat, vt ad χωρίον referatur, vt fecimus cum Interpretibus.

19 ἐπ' ἀνακλιτοῦ δίφρου] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, ſed ἀνακλίτου legimus, huncque locum bis expreſſimus in noſtra OEconomia. Eſt autem hic ἀνακλιτὸς δίφρος, idem ferè quod ἀνάκλισμος Hippocrati lib. de artic. ἀνάκλιντρον aut ἀνακλιντήριον exponunt. δίφρος ſimpliciter dicitur lib. περὶ γυναικείων φύσιος ſella ad fotum adhibendum perforata, quæ hic ἀνακλιτὸς δίφρος, κλισμὸν vocat Homerus Iliad. θ, & ι. καθίδρας ἀνακλίτους ἔχουσας, ſellas recubitorias.

20 ὡς μάλιστα ξυντιναχθῇ] καὶ ξυντιναχθῇ legunt exemplaria manu ſcripta. Sic verò libr. 1. περὶ γυναικείων ad partum accelerandum & concuſſionem puerperæ moliendam, lectum à capite maximè excitatum & erectum machinatur Hippocrates.

21 δῆσαι πρὸς λέχει] πρὸς δὲ λέχει habent exemplaria manu ſcripta quædam.

22 ὅτε δίδυμα κύουσα, οὐ τίκτει] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, verùm negationem rectè mihi videntur ſuſtuliſſe Interpretes. Senſus autem eſt, gemellos velut eodem die concipiuntur, eodem etiam in lucem edi, cùm vno contineantur inuolucro. Quod tamen non ita ſemper contingit, ſed perſæpe cuique ſuum eſt inuolucrum, idq; interdum conſpicitur, vt res ipſa ſatis indicat, ipſeque Hippocrates atteſtari videtur extremo lib. περὶ φύσιος παιδίου.

23 ἔστ' ἂν τὸ παιδίον ἀπίζῃ] ἀπίζει ἀνασχεθῇ exponit Galenus in Exegeſi, hunc nimirum locum ſubindicans, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, quam explicationem etiam Heſychius eſt ſecutus. Cùm primùm editos fœtus non male intelligit Caluus, quibus non antè ſecandus ſit vmbilicus, quàm moueri aut reſpirare ſenſerimus. Cæterùm pro ἔχωνται ἐνίσχηται legunt exemplaria quædam manu ſcripta, vt ſit ἐν τῇσι γονῇσιν ἐνίσχηται, in partibus naturalibus hæreat, aut locellis, vt dixit Caluus. γοναὶ nanque Hippocrati, τὰ γεννητικὰ μόρια, ὁ καὶ αὐτὰς τὰς μήτρας ſignificant interprete Galeno, vt ſcribimus in noſtra OEconomia.

24 βιάσονται] Sic. legunt exemplaria omnia. Caluus tamen ὁ βιάσονται, non temerè legiſſe videtur.

25 κύουσαι γυναῖκες] Iſta repetuntur lib. περὶ ἀφόρων iiſdem penè verbis.

26 καὶ τὰ χείλεα πλαδαρὰ αὐτῆς] Sic diſtingunt omnia exemplaria, ſed αὐτῆς πλαδαρά τε ᾖ, legunt Caluus & Cornarius. Idem Cornarius ἀπῇ legiſſe videtur: προσίστηται autem malo cum Cornario, quàm προσίσταται, etſi πρότερον poſtea legitur, ſed πρῶτον legit Cornarius.

27 καὶ πίνειν οὐ δύναται] Poſt hæc verba Vaticanæ membranæ adſcribunt, καὶ στόματος ἀναπνέει. Quorum tamen non meminit Caluus.

28 ἢν πως κυΐσκηται] Codices quidam manu ſcripti legunt ἢν πως κυΐσκομένη γυνὴ ἐπιδημέῃ ἰσθίειν. Quam lectionem ſecutus videtur Cornarius.

29 ἢν πως καὶ ὑπὸ περιδίνου]Exemplaria manu ſcripta ἤ πως legunt, & περιδινεῖται. Eadem quoque repetuntur lib. περὶ ἀφόρων, penè iiſdem verbis, vbi tamen περιδινεῖται & χαμαὶ legitur. Caluus etiam ὅ, τι ἂν ἐπὶ τουτέων μάθῃς legiſſe videtur.

30 γυναῖκες ἤ τε]Hæc ſpectat aph. 46. lib. 5. vbi tamen Galenus παρὰ φύσιν τὸ ἐμβαλλόμενον ſumi vult, cùm præter mulieris naturã hic accipi videatur. Caluus pro φλέγματος, πάθεος legit, & vtranque lectionem ſecutus eſt.

31 ὁ σώματος αὐτῆς] αὐτῆς legunt exemplaria quædam manu ſcripta, quam lectionem etiam Caluus agnoſcit ex Codicibus Vaticanis, etſi vtranque appoſuit.

32 ἀφικόμενον] ἀσκούμενον exponitur Galeno in Exegeſi ὁ παχέως ἐγκύμων γινόμενον. Erotiano verò ἀπαλλασσόμενον, ex hoc loco aut libro περὶ ἀφόρων: iſtumq; locũ expreſſimus in noſtra OEconomia.

33 ἢν πως ὀδυνέῃ] ἤ πως ὀδυνέῃ legunt exemplaria manuſcripta quædam. Caluus etiam τὰ ἀλλὰ ὑγιὴς καὶ πῶς legiſſe videtur.

34 μὴ διαφθάρῃ] καὶ μὴ διαφθαρῇ legunt exemplaria quædam manu ſcripta. Hæc autem eadem repetuntur lib. περὶ ἀφόρων.

35 ἢν δ' μὴ. καθαρθῇ.] ἢν δ' μὴ, ἐκκαθαρθῇ, legunt exemplaria quædam manu ſcripta. velut lib. περὶ ἀφόρων.

36 ἢν

36 ἐὰν μὴ συμβῇ ὅτε] ἐὰν μὴ συμβῇ legiſſe videtur Cornarius.fortè verò ἐὰν συμβῇ ἡ καλεομένη κάθαρσις legendum videtur,vt libr. περὶ ἀφόρων.Hanc verò clauſulam non videtur legiſſe Caluus.

37 ἐς αὐτὸ ἀδιαχωρητὸς] ἀδιαχώρητος ὁ μὴ μεθιείς exponitur Galeno apud Hippocratem,hoc ſubindicato loco,aut ex lib. περὶ ἀφόρων, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

38 καὶ ἔξωθεν ὀχή] Sic legunt exemplaria omnia, vt & lib. περὶ ἀφόρων,vt ad mulierem referatur.Caluus verò & Cornarius ὀχεά legiſſe videntur,& ad pudenda retuliſſe.

39 γυναῖκα ἣν πολλάκις ἐκ] Hæc eadem repetuntur lib. περὶ ἀφόρων, eadq; de re agitur lib.1. περὶ γυναικείων.& lib. περὶ γυναικείης φύσ. & aph.44.& 45. lib.5. Sic quoque antea lib. περὶ γονῆς, fœtuum imbecillitatis & tenuitatis cauſam,locellorum & vteri anguſtiam poſuit,cùm in ampliorem magnitudinem dilatari non poſſent.Hic porrò codices Regij manu ſcripti adſcribunt veluti indicaturam quandam, περὶ γυναικὸς ὀλιγοτόκου δήλωσις.

40 καὶ τῶν πάθῃ δὶς ἢ τρίς] Poſt hæc verba, quædam exemplaria manu ſcripta addunt, καὶ πάντη καὶ πάντα.Sed apparet iſtam lectionem deſumptam eſſe ex lib. περὶ ἀφόρων,vbi tamen longè meliùs legitur.

41 πάντῃ ἂν αἱ μῆτραι] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria. Sed lib. περὶ ἀφόρων meliùs,πάντῃ εἰ αἱ μῆτραι, legitur.

42 ἐὰν ποτε αἱ ἄρσεν] ἐὰν ποτε ἐὰν legunt exemplaria quædam manu ſcripta.Sed longè meliùs lib. περὶ ἀφόρων.

43 πάντῃ χρὴ σικύαν ἐμβάλλειν]Locus hic procul omni dubio mihi valde ſuſpectus eſt.Exemplaria quædam manu ſcripta legũt, πάντῃ χρὴ ἐμβάλλειν σικύαν ἐμβάλλειν ἐς τὰς μήτρας. Qua certè occaſione Cornarius σικύαν hic de medicamento ex cucumere agreſti (cucumerarium vocat)ſumere videtur. Quædam etiam exemplaria manu ſcripta σικύας ἔσω legunt,quemadmodum etiam Aldina.At lib. περὶ ἀφόρων,vbi iſta repetuntur, σικύας nulla fit mentio,verùm ſic legitur. πάντῃ χρὴ κλύσαι τὰς μήτρας ὅπως αἱ μήτραι εὐρύνωνται ὑπὸ φαρμάκων. Quæ lectio cùm rectè ferri poſſit,iſtam maximè ſuſpectam reddit. Verùm locus iſte de cucurbita Medica lata,ad vterum apponenda, quò ampliùs diſtendatur,& latior fiat,rectè accipi poſſe videtur, quomodo etiam Caluus ſumpſiſſe intelligitur.Deinde illud ἀποκινεῖν valdè ſuſpectum eſt, etſi de cucurbita ſummouenda accepimus. Pro quo κλύσαι legitur lib. περὶ ἀφόρων. Quod tamen non legit Cornarius,ſed pro [illegible] aut aliud quid adhibuiſſe videtur. Nos certè aliquando exiſtimauimus ἰκμάδας legi poſſe,aut πυρίας,vt de fotu per cucurbitulam, emolliendo & dilatando vtero accommodato,accipiatur,de quo agitur lib. περὶ ἀφόρων. [illegible] etiam legi poſſe aliquando ſuſpicatus ſum, vt ſit [illegible], & idem quod [illegible].

44 ἰκμὰς ἀφιεῖσαν] ἰκμὰς αἱ ἀφιεῖσαι legunt exemplaria quædam manu ſcripta, & lib. περὶ ἀφόρων,ἰκμὰς αἱ προϊοῦσαι.

45 ἐπιὸν δὲ ξυνθεῖν] Sic habent omnia exemplaria, ἐπιὸν δὲ ξυνθεῖν malim,vt libro περὶ ἀφόρων. Hic verò Cornarius legiſſe videtur, μὴ τὰ ἐπιφαινόμενα καταμήνια,& ἐπιφαίνεσθαι omiſiſſe, Libr.vero περὶ ἀφόρων,καὶ φανῇ τὰ ἐπιμήνια legitur.& ἐπιμήνια melius ἐπιφαινόμενα verò aliàs Hippocrati de menſtruis apparentibus effertur, vt & τὰ ἐπιφαινόμενα dicuntur ſine addito lib.2.Epid.

46 ἐὰν πῃ αἱ μῆτραι] ἢ πῃ legunt exemplaria manu ſcripta quædam, & μὴ ἢ πῄ. Quædam etiam ἀφροδισίων pro ἀφροδισίοις, vitioſè,vt tacuiſſe præſtiterit.

47 καὶ μὴ ἐς τὰς ἰσχίας] Sic legunt quotquot licuit videre exemplaria,ſed ἰσχία legit Cornarius. καὶ μὴ ἐς τὰ ἰσχία videtur legiſſe Caluus,vt nec aliter cauſam conſequi poſſis. Nos vero peruulgatam lectionem ſecuti ſumus,quæ etſi hoc ſenſu conſtare poſſit,non parum tamen mihi ſuſpecta eſt. Quidam hanc lectionem adſcribunt ex vetuſtis membranis.καὶ μὴ ἐς τὸ ἰσχίον ἰσχίῳ καὶ χείλεα.&c. quæ ad noſtram accedit. Deinde vbi πάντῃ μᾶλλον paſſim legitur, πάντη legunt omnes Interpretes.

48 ὅκως γὰρ λιπαίνηται καίοντες] λιπαίνουσι καίοντες leg.exemplaria Vaticana & Aldina,quæ ſecutus eſt Caluus. κλύσαντες etiam exemplaria quædam manu ſcripta.Quæ lectio non omnino aſpernanda videtur.Vſtio enim non temerè vtero adhibenda.Alia etiam exemplaria καίοντες pro καίοντες vitioſè legunt.

49 αὐτὰ δὲ λίνεα ἔχειν] ὅθεν δὲ legunt exemplaria quædam manu ſcripta.Deinde pro αὐτοῖς, αὐτὰ lego cum interpretibus omnibus.

50 ὅταν τοιαῦτα] λιποθυμέειν legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

51 πυρίας δὲ καὶ πυρώσιας] Hæc repetuntur libr. περὶ ἀφόρων, ſed pro πυρίας ὀπτῆσαι illic legitur,& μάλιστα pro χωρὶς.

52 ἢ ἀχρόνιος] ἀχρόνιος legunt exempl.quædam manu ſcripta.

53 ἢ εἰ τὸ ἀρχὸν κεκλιμένον] κεκλιμένον rectè legitur lib. περὶ ἀφόρων, de vteri oſculo in anum procumbente & demiſſo.

54 ἢ τὸ χεῖλος ἐπικέκλιται] ἐπικέκλιται τῶν στομάτων τὸ ἕτερον lego, deinde ἰκμάδων καὶ ἡ σκληρὸς,ex lib. περὶ ἀφόρων. Cornarius legit, τῶν στομάτων ἰκμάδων τοῦ ἰσοῦντος.

55 ὁ λιλαίεται] ὁ πάντα videtur addidiſſe Caluus.Exemplaria verò manu ſcripta quædam καὶ πάντα addunt. Sed aliter πολλοῖσι λαλέεται legitur lib. περὶ ἀφόρων.

56 καὶ πρὸς τὰς ἀλφὰς] ἐξ τὰς βλάβας, ὅτι αἱ κωλύει videtur legiſſe Cornarius,vt ſcribitur lib. περὶ ἀφόρων, quæ lectio eſt purior,eamq; ſequimur.Caluus verò aliter diſtinxit & legit, minimeq; ſenſum aſſecutus videtur.

57 μὴ πυρίῃ τὰ ἀχώριστα] ἀφίστησι τὰ κώνωπες legunt exemplaria quædam manu ſcripta,velut lib. περὶ ἀφόρων,quam lectionem ſecuti ſumus cum interpretibus. Eadem etiam exemplaria μὴ πιόντας legunt, ſed πιείειν leg.lib. περὶ ἀφόρων.

58 αἱ δοκεῖ ξυμφέρειν] ἐὰν οὕτω δοκῇ ξυμφέρειν videtur legiſſe Cornarius ἐὰν ὅτε leg.lib. περὶ ἀφόρων.

59 οἶδα σκυτίνης Sic legunt exemplariá omnia. σκυτίνῃ tamen malim,vt lib. περὶ ἀφόρων,καὶ καλυβάστη.

60 ἢ ἐσθίειν σκυλάκια ἑφθὰ] σκυλάκια καὶ ὄλα ἑφθὰ ſcribitur lib. περὶ ἀφόρων,quæ κυνὸς νέα κρέα exponit Erotianus apud Hippocr.Catellorum autem lactentium carnes pro cibo veteribus fuiſſe teſtatur Plin.lib 29,cap.4.& Oribaſius Collect.1.ex Mneſithei Athenienſis ſententia eas collaudauit.Hipp.quoque pluribus locis in variis affectibus in cibo non parum commendauit.Catulinam carnem eſitauiſſe Romanos Plaut.inSaturione refert,vt ſcribit Feſtus.

61 καὶ πουλύποδα ἐν οἴνῳ ἑφθὰ] Sic legunt exemplaria omnia ἰσθίειν tamen malim, vt leg.lib. περὶ ἀφόρων, & adſcribitur ex quibuſdam membranis manu ſcriptis.

62 καὶ μαλάχης] καὶ μαλθακοὶ legitur lib. περὶ ἀφόρων,vt & in quibuſdam membranis.

63 ἐὰν δίχα] διαχωρέειν] ἐὰν δίχα] legit Caluus.

64 καὶ φύσει ἰκμαλέον] Hæc non leguntur in quibuſdam codicibus manu ſcriptis vt nec lib. περὶ ἀφόρων.

65 ἀφίεν κυόνη] ἀφίει μὴ κυΐσκῃ κυόνη legunt exemplaria quædam manu ſcripta, quæ ſecutus videtur Caluus. & aliud quid addidiſſe. Libro verò περὶ ἀφόρων vbi iſta repetuntur, ἀφίει pro ἀφίει legitur.

66 ἔστι αἱ ἐκμαίνονται] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia,vbi & ἐκμαίνονται hic legendum eſſe admonuimus ex Galeno in Exegeſi,qui ἐκμαίνονται legiſſe videtur, quod exponit ἀποκρίνει τὸ σπέρμα.Quam tamen lectionem Hieronymo Mercuriali acceptam referimus, & ſi vulgata lectio ἐκμαίνονται quodammodo ferri poſſit,vt per tranſlationem deſæuire dicatur,poſt ſeminis emiſſionem veneris impetus repreſſus ac remiſſus.

67 καὶ ἣν δίδυμον] καὶ ἣν δὲ ἄρσεν,aut ἰδίσαι cum Interpretibus lego & quibuſdam codicibus manu ſcriptis,vt lib.1. περὶ γυναικείων.Id autem in Hippiatrina à ruſticis aliquando obſeruatũ animaduertitur, vt ſi quando marem generari cuperent,ſiniſtrum admiſſarij equi teſticulum obligarent.

68 φύλλα ἀκτῆς] ἡ ἀκτῆ legunt exemplaria quædam manu ſcripta,ſambuci folia,quorum crebra fit mentio ad ſuffitus in γυναικείοισι θυμιήμασι.

69 κάστορος ὄρχις] Sic caſtoreum dicimus, quod ſcribit * Plinius, Caſtoreum dici Medicis, eas partes, quas fibri Pontici ſibi amputant periculo vrgente,ob hoc ſe peti gnari. † Idem caſtoris teſtes caſtora dici ſcribit. Galenus etiam κάστορα vocari ſcribit τοὺς ὄρχεις τοῦ κάστορος.

* Cap.30.lib.8. † Cap.3.lib.32.

70 ἐπὶν σικύης] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria,ſed ὀποῦ συκῆς legunt omnes Interpretes,quos etiam ſecuti ſumus, vt fici ſuccum vel lac intelligamus,alioqui etiam cucumeris agreſtis ſuccus ſumi poteſt.

71 περὶ ἀρώματα κερτὸς] περὶ ἄρωμα legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

72 κάστορος ὄρχιν] Poſt hæc verba κηρὸν λευκὸν addunt exemplaria quædam manu ſcripta.

73 κάλλιον τι ἐν τῷ μύρῳ] Iſtud non legit Caluus.

74 καὶ τινὰ μέλιτι χολὴν] ταυρείην χολὴν legit Caluus,ταυρείην tamen habent omnia exemplaria.

75 ῥητίνην μίσυ] ῥητίνην ſecundo loco poſitum delent Interpretes, & cætera ſimul iungant. Sic tamen ſtare poſſunt vt in exemplaribus omnibus leguntur,vt ea in ſubditritio aut peſſo adhibeantur. Deinde reſina & mel lana excepta per dies quatuor in ſubditritio apponantur.

76 καὶ λιβανωτοῦ πυρῆνας]Hunc mihi locum diſertis verbis indicare videtur Gal.in Exegeſi, cum πυρῆνας χόνδρους exponit & addit,ὥσπερ τὸ τοῦ λιβανωτοῦ,thuris enim globulos, nucleos, aut granula,hic indicari ſignificat,vt expreſſimus in noſtra OEconomia,etſi πυρῆνας vitioſè legunt Gal.exemplaria.

[77] καλαμινθης ἀγρίης] Sic legunt omnia exemplaria, ſed τῆς ἐπιπεσούσης, aut τὸ ἰσάζον addunt Interpretes.

[78] ἢ σμύρνης πρώτης] Myrrham primariam, hoc eſt probatam & Minæam, quam Troglodyticam vocant, quæ primæ eſt notæ, boniſque odoris, & maximè ad Antidotos expetitur, intelligendam eſſe expreſſimus in noſtra OEconomia. Hæc eadem ἄκρη dicitur lib. 2. περὶ γυναικείων, & ἡ καλλίστη lib. περὶ γυναικείης φύσιος.

[79] μέλαθρον ἢ τεῖχος] ἢ πάλης pro τεῖχος legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

[80] ἢ κρίθας προσμεμιγμένας ἐλαίῳ ξύον] Hanc lectionem vt minimè interruptam & valde popularem ſecuti ſumus cum Interpretibus, etſi Aldina exemplaria poſt προσμεμιγμένας ἴσον addunt, & lectionem disiungunt.

[81] ἀψίνθιον λεῖον] Sic legunt exemplaria omnia, ſed Interpretes ἀψίνθιον λεῖον καθαρὸν legerunt. Alioqui ἀψίνθιον λεῖον dici poſſunt, vt μαλοὶ μέλανες lib. περὶ γυναικείης φύσιος, & lib. 2. περὶ γυναικείων & καθαρὰς ψυχρὰς, artemiſia pura & impermixta, hoc eſt, ſola per ſe ſumta, vt καθαροὶ στρόβιλοι, nuclei pinei per ſe ſumpti & repurgati, Dioſcoridi.

[82] ὄξος ἢ χαλβάνη οἰ αὐτῷ] χάνων videtur legiſſe Cornarius.

[83] φλοιῷ τι παχέα] Sic legunt exemplaria omnia, vt ſit cortice obducta, ſed Interpretes omnes ἐσθόμενα legiſſe videntur.

[84] τοῦ λαλιοῦ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed Cornarius λαλιῶ σίτῳ legit.

[85] ὀνίσκος πυρετὸς] ὀνίσκος πυρετὸς legunt exemplaria quædam. ἰκμάδας etiam alia manu ſcripta. Hunc autem locum in noſtra OEconomia expreſſimus.

[86] χρὴ ταύτην τὰ ἀρνακίδας] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia, & ἀρνακίδας pelles agninas cũ villis & lana ſignificare diximus. Galen. in Exegeſi vocum Hippocratis ἀρνακίδας πόκους exponit, hoc nimirum ſubindicato loco.

[87] σὺν μίξας ἢ ζέας, ἀμεργμένας ὁμοῦ ἀλφίτων] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, tum ſcripta, tum publicata. Quod effecit vt publicatam lectionem ſecutus ſim, & ἀμεργμένας & καὶ legerim. Sed certè mihi valde probatur Cornarij lectio, qui ζειαὶ ἀμεργμένας mihi legiſſe videtur, cum (ammixta etiam zea freſa) dixerit. Ac fortè hunc mihi locum ſubindicare videtur Galenus in Exegeſi, cum ζειαὶ ὄλυραι exponit, niſi quod ὄλυραι potiùs legendum exiſtimo. Zeam autem (quæ frumenti genus eſt, & ſiligo Latinis dicitur) cum corticibus confractam, aut freſam, ad vteri fomenta adhibet Hippocrat. lib. 2. περὶ γυναικείων. Iſtud autem totum omiſiſſe videtur Caluus.

[88] σὺν μέλαν] Ante hæc verba καθαρτήριον pro indicatura quędam exemplaria adſcribunt, quæ ſecutus videtur Cornarius.

[89] καθαρτήριον πρὸ δεκτικόν] Hanc indicaturam non videtur legiſſe Caluus.

[90] καὶ τῆς ἐπιμελείας πολλὰ φθίνει] ἢ φθίνει legit Caluus.

[91] καὶ ἢν μὲν ἐλαθῇ τὰ ὕστερα] ἐλατήριον ἐν οἴνῳ legunt quotquot hactenus videre licuit exẽplaria, quæ mendoſa eſſe & corrupta ſatis apparet. ἐλατήριον ἐν οἴνῳ cum Cornario lego, cùm ad ſecundarum deturbationem elaterium ſæpe adhibeat Hippocrates in muliebrium morborum tractatione, idemque oboli pondere ad puerperiorum repurgationem exhibeat, lib. περὶ γυναικείης φύσιος. Codices autem mendoſos eſſe ex Caluo ſatis apparet, qui τὰ ὕστερα non legit.

IN LIBRVM DE DENTITIONE.

[1] TA φύσει] Hunc περὶ ὀδοντοφυΐης libellum ad cæteros Phyſicos aggregauimus, quod pueri primordia & naturę veluti incrementa ac incunabula contineat, & ad ea referatur.

[2] ὁ σῦτος ἐλκύσαι] Sic legunt exemplaria omnia, quæ propter pluralitatem ſecuti ſumus. Interpretes autem ὁ σῖτος ἑλκύσαι legiſſe videntur. σῦτος autem ad dentium eruptionem refertur.

[3] οὐχ ἱκανῶς διαναλαμβάνει] Sic legunt quotquot huc vſque videre licuit exemplaria. Caluus διαλαμβάνει aut διαλείπουσα legiſſe videtur. Sed διαναλαμβάνει lego & ἀναλαμβάνει, vt mihi legiſſe videntur Interpretes.

[4] τὰ πολλὰ καὶ παραδιδωσι] παραδιδῶσι lego, cùm tamen παραδιδῶσι habeant omnia exemplaria.

[5] γαλαὶ ὀδύνας] ἢ ὀδύνας legit Cornarius, quæ lectio mihi arridet, etſi vulgatam ſecuti ſumus.

[6] τὰ παλινδρομέοντα] παλινδρομέοντα ἐν ἰσχμῷ, diſtinguunt omnia exemplaria, ſed poſt παλινδρομέοντα diſtinguit Cornarius, & pro ὁμοίως τυποῖσι videtur legiſſe. Caluus τὰ παλινδρομέοντα initium ſententiæ facit, & ὁμοίως pro ἰσχίοις &

legit, etſi vtranque lectionem adhibuit.

[7] πολὺ τι χαλεπῶς αὐτέων] Exemplaria Aldina ſic legunt hunc locum, πολὺ τι χαλεπὸς τι ἐν, ἐκ ἀγαθόν. οὐ δεῖ τὴν παιδίον μάλιστα ἑλκυσθῆναι πολλὰ, μὴ τοῖς πρώτοις χείλεσι &c. Sed vitioſa eſſe apparet.

[8] ὡς τι πολὺ] ὡς τι πολὺ malè legitur in Aldino exemplari.

IN LIBRVM DE CORDE.

[1] KAPΔIH] Hic libellus cordis ſubſtantiam & naturam perbelle exprimens, annectendus videtur libello περὶ σαρκῶν, cuius pars quædam eſſe videtur, eamq́; ob cauſam inter φυσικὰ reponendus videtur, aut certè his quæ de partium corporis ſtructura ſuperiore libello περὶ ἀνατομῆς dicta ſunt adiungendus. Qui etſi videtur lectus Galeno, nullam tamen eius mentionem facit, vt nec Erotianus in librorum Hippocratis recenſione. Vt minimè ad Hippocratem referendus videatur, præcipuè cùm neruorum originem & animi præcipuam facultatem in corde conſtituat. Nobilem tamen & antiquam de potu per arteriæ parietes velut irrorando in pulmones delabente opinionem continet; quam rectè inde mutuatus videtur Plato. Proinde mirum ſubit quomodo præteritum hunc relinquat Galenus libro 8. de plac. Hipp. & Plat. Cùm verò hic libellus maximè abſtruſam obſcuritatem contineat, ampliore omnino explicatione mihi indigere viſus eſt.

[2] ἐκείνου χάνου] Sic quidem legunt omnia exemplaria quæ videre licuit. Sed χεῖος legendum eſſe, ex χείτεος craſi facta, in OEconomia noſtra ſcripſimus. Codices verò ſcripti quidam pro χάνους, βόθυνον adſcribunt. Verùm gloſſamentũ eſſe quodDam apparet. χεῖος enim Heſychio βόθυνος exponitur, & ſcrobem ac foueam ſignificat. Hîc autem πῶμα potus copiam cum Cornario diximus, cùm corũ quæ aſſumuntur, hoc eſt, tam cibi quàm potus copiam intelligere poſſemus. Id verò quod ſtatim ſubſequitur, per ſummum guttur ſenſim ac velut per rimam & latenter in arteriam aliquid potionis illabi, ad id nos induxit. Quod certè à Galeno rectè exprimitur & explicatur extremo lib. 8. de plac. Hipp. & Plat. Vetus autem & multis argumentis agitata fuit apud antiquos quæſtio Platoniq́; aſſimulata, de potu ad pulmones penetrante. Cuius certè quæſtionis authorem facit Hippocratem Plutarchus libr. περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις, Philiſtionem Locrenſem, & Dioxippum celeberrimos Medicos, eamque agitat probl. 1. lib. 7. τῶν συμποσιακῶν, ex quo deſumpſit Macrobius cap. 15. lib. 7. Saturnaliorum, eaq́; de re ſcripſit A. Gellius cap. 11. lib. 17. Noct. Attic. Author verò lib. 4. de Morbis potum ad pulmones deferri omnino negat. Iſtam autẽ de potu in pulmones ſenſim ac veluti per rorem illabente opinionem, videtur ex hoc Hippocratis loco mutuatus Plato, quã optime explicat Galenus in fine lib. 8. de placit. Hippocrat. & Platon.

[3] πτῶσιν δὲ ἐς] Hæc vulgata lectio omnibus exemplaribus conteſtata, hunc mihi ſenſum habere videtur, vt potus per guttur aut ſummam arteriam, eius parietes irrorando illabens, velut ex mamma exugi videatur, atq; adeò ſenſim & pauca quantitate extillet, vt eius impetus paulatim influẽdo latere poſſit. Qui verò magna copia & auiditate ebibitur, in gulam & ventriculum demittitur. Eamque lectionem hac ratione ſecutus ſum. Mihi tamen etiam amplectenda videtur Cornarij * lectio, qui ἔσσον δὲ, & οὐχ ῥοιζηδὸν legiſſe videtur, hoc ſenſu, vt minùs quidem in guttur feratur, & quantum per rimam illabendo fallere poſſit. Caluus verò aliter mihi ſumpſiſſe videtur, & illud πτῶσιν δὲ de exugendi voracium puerorum auiditate, ad potionem deriuaſſe, deinde, ἢ πλέον ἂν ᾖ ἀθρόως ῥύμη ἰσχυρὴ legiſſe, cùm dixit quod moleſtat tuſſiculamque mouet, πτῶσις autem Heſychio & Polluci ἀνάγκη ſignificat.

Quam & Æ. Portus ſequi mauult.

[4] πῶμα γὰρ ἂν πινέῃ] Hic οἶνος καλούμενος ἐπιγλωττὶς viſus vt loquitur Plutarchus (explicatur Galeno libro 7. de vtilitat. partium, & Plutarch. quæſt. 1. lib. 7. Sympoſ. & Macrobio lib. 7. Saturnaliorum, & A. Gellio, lib. 17. cap. 11. De ea verò ſic Rufus Epheſius. ἡ ἐπιγλωττὶς ἡ ἐπὶ τῷ λάρυγγι ἐπικειμένη ... ἐπίπωμα τῷ στομάχῳ ... Et Rurſus, ... Quod adhuc repetitur eidem. Author verò Iſagoges Galeno attributæ, hunc iſtius vſum his verbis exprimit. ἡ δὲ ἐπιγλωττὶς ... ... τὸ στόμα τῆς ἀρτηρίας

τοῦ βρόγχου ὑπερβαῖνον αὐτόν. Quæ quidem elegantia verba, cùm plurimùm hanc ad rem faciant,& vitioſè ſcripta ſint noſtris in codicibus, hunc in modum adſcribenda fuerunt.At verò vitioſè in quibuſdam exemplaribus πίνει pro πῖνον legitur, quæ tamen ſecutus eſt Caluus,vt etiam vitioſè in omnibus codicibus καὶ διὰ pro ᾗ καὶ διέσει legitur.

[5] ἐπὴν ἔστιν ἀπημελής] Hic ἀπημελὴς actiuè ſumi poteſt, vt quod curam nullam adhibeat,aut de victu parum ſit ſolicitum. Et paſſiuè quoque, vt de quo cura parua ſit, aut de cuius victu parua cura habeatur,velut ſunt immunda animalia,quæ quouis victu vtuntur.

[6] ἐπεὶ καὶ] Hoc de ſecto iugulo exemplum mihi videtur hinc tranſcripſiſſe Galenus in fine lib.8.de plac. Hippoc.& Plat.Cuius verba ſunt, ... Quod effecit vt hic λαιμὸς, τὸ φάρυγγα ἢ βρόγχον,hoc eſt guttur & arteriæ ſummū ſignificare videatur, cùm propriè de gula dicatur, vt aliàs ſcripſimus.Ideoq; λαιμὸν διατέμνειν,iugulare indicat, Quinctiā Plutarchus ſectæ arteriæ exemplum ſumit,per quam veluti per fiſtulam humor ebibitus,canali rupto erumpit,neq; amplius deglutitur.Quod etiam aſſumit Macrobius.

[7] οἱ ἐπιτροχάζον πλὴν ὀλίγα] De potu quod arteriam apparet aut inſtruat,ad verbum dici poteſt,hoc eſt,viam quandam pulmoni ad recipiendum potum inſtruat, propter id quod paulò poſt ſequitur. ... Quod non niſi potu ad arteriam conuerſo aut vergente fieri poteſt.

[8] ὕδωρ ...] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria,ſed ... legendum eſſe diximus in noſtra OEconomia,vbi hunc locum ſubnotauimus,& iſtam dictionem ... expoſuimus. Sic autem legiſſe Cornarium apparet, etſi ... incidens aqua legi poteſt. Sic enim melius quam quod ... quidam ex hoc loco moleſtiam in vrina annotant. Cæterùm pro ... legendum videtur,ſicq; legiſſe videntur Interpretes,etſi vulgata lectio ferri poteſt.

[9] τὸ γὰρ ...] Sic quidem legunt exemplaria ferè omnia, quædam etiam ..., vt antea. Sed Cornarius ... legiſſe videtur,quem ſecutus ſum. Caluus pro ... legiſſe videtur.

[10] ...] Sic quidem legunt exemplaria omnia, verum ... legiſſe videntur Interpretes, deinde pro χωρίον ἢ χωρίν, vt habent exemplaria quædam.

[11] ταῦτα δὲ ...] ... legunt exemplaria quædam. Hìc mihi verò fuliginoſorum excrementorum per os progreſſum innuere videtur. Aër autem in pulmones attractus, cordis æſtum mitigat,vt & aqua in eius inuolucro contenta,eius immoderato calori moderatur, efficitque vt ipſum continuò madeat, & ne vehementer aut aſſiduè exiccetur prohibet, faciliorémque illi & liberiorem motum præſtat. Quare eleganter τὰς ξυμφύτους πάθας τιμωρίην vocat vt quæ connatæ & ingenitæ affectioni auxilium ferant.

[12] ἡ καρδίη μῦς ἐστι] Libr.4. de Morb. ἡ καρδίη σαρκὸς τε χρῶμα ... Rurſus, ἡ καρδίη ... Eſt enim cordis caro denſa & dura,fibrarum quibus intexitur ſpiſſitudine compreſſa, ſolida & firma, ad robur & iniurias ferendas accommodata,vt ſcribit * Galen.quod hic πίλημα ... dicitur, carnis duritatem, ſpiſſamentum, craſſamentum ac ſpiſſamentum denotans. καρδίη Ruſo, ... Cùm autem cordis caro muſculoſa eſſe videatur,in quo à muſculo differat,rectè ſcribitur Galeno cap.8.lib. 6. de vſu part.curque multiplices fibras nactum ſit,vt & lib. 7. de Anatom.adminiſtr.vbi muſculi corditque ſubſtantiam negligentius inſpicienti,nihil differre ſcribit , neque tamen muſculum eſſe vult,ſed illi actionis præſtantiam, & motum ex tota ſua ſubſtantia ineſſe.

* *Cap.8.lib.6.de vtil.part.*

[13] ...] Inſignem illam venæ cauæ propaginem intelligit, quæ ſepto ſuperato , ad cordis baſim dextram procedens,ſiniſtro ipſius latere adaperitur,& in dextrum eius ventriculum,ad humiliorem baſis ſedem,amplo patentique ad modum orificio inſeritur.

[14] ἡ δὲ δεξιὴ ...] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria , atque hunc mihi ſenſum habere videntur.Et hic dexter,inquam,ventriculus in ſiniſtris,vt de dextro ventriculo ſe ſermonem facere innuat , quem dextrum in ſiniſtris vocat,quod etſi cordis ſitus medium thoracem occupet, dextra tamen mucronis pars in ſiniſtrum magis ipſo baſis centro protenditur, vt videatur totum cor in ſiniſtris ſedem firmaſſe. Cornarius tamen ἡ δὲ ἐν λαιοῖς legit,& de altero,nempe ſiniſtro, cordis ventriculo accipit.Iſtud verò omiſit Caluus.

[15] ἢ λαγαρωτέρη πολλῷ] Sic legunt exemplaria omnia , quod effecit vt λαγαρωτέρην laxiorem hoc eſt,molliorem dextrum ventriculum eſſe dixerimus.Cornarius magis inanem dixit,hoc eſt, nō ita diſtentum ac durum.Dexter enim ventriculus cùm pulmonis gratia conditus ſit, & ſanguinem contineat , mollior eſt ſiniſtro & laxior, ideoque ſanguineus ab Anatomicis dicitur, quod etiam ſcribitur Gal.cap.11.& 16.lib.6.de vſu part. Molliorem etiam dixit Caluus,vt λαπαρωτέρη legiſſe videatur. Dexter autem ventriculus ſiniſtrum amplitudine & capacitate ſuperat,vnde πάμπολυ εὐρυκοιλιος dicitur.

[16] ἀλλ' ἐγκατακλείει τὸ ἔσχατον] Hunc locum in noſtra OEconomia expoſuimus,ſimulq; indicauimus ... hic ſumi pro extremo cordis mucrone,nonnulloſq; ... non malè legere, mihi verò τὸ ὀρσχον videri rectè ſcribi poſſe,quod ... ponit Heſychius,vt ſummus cordis mucro accipiatur, caudam dixit Cornarius , vt iſtam etiam lectionem ſecutus videatur, niſi quòd pro ἐγκατακλείει ... aut ... legiſſe videtur. Innuitur autem his verbis,dextrum cordis ventriculum, etſi ſiniſtro ſit capacior,deorſumq; magis vergens,extremum tamen mucronem non comprehendere.Sed cùm hanc formam à baſi ad mucronem vſque cor retineat,rectè ἐγκαταλείπει mihi legiſſe videtur Cornarius.

[17] ...] Siniſtri ventriculi ſeptem mihi intelligere videtur , quod parem craſſitiem & naturam cum cordis ſubſtantia ſiniſtrum latus conſtituente nactum eſt. Ea verò dextri ventriculi ſubſtantiam craſſitie multis modis ſuperat , & vndique æquè craſſa viſitur, præter quam in baſi, vt ſatis conſtat. Septum verò illud concauum, non vt dextro latere gibbum & exuberans eſſe conſpicitur,ideoq; in ſcrobem excauatum eſſe dicitur,etſi pro ..., ... legiſſe mihi videtur Caluus,niſi ſi vtranque lectionem habuit.

[18] ...] His verbis arteriæ venoſæ ductum in pulmones & vſum mihi intelligere videtur, quæ ex ſiniſtri ventriculi demiſſiore parte enaſcitur,& in duos truncos diuiſa , dextro in dextram pulmonis ſedem diſpergitur, ſiniſtro etiam in ſiniſtrā pulmonis regionē protenſo. ... autem ad vix promptitudinem aut facilitatem referri cùm poſſit,æquiùs tamen viſum eſt ad vſum reſpicere , vt blandam caloris moderationem ac caſtigationem indicet. Aëris enim attracti & mitificati excrementa fuliginoſa in cordis ſyſtole, promptè per arteriam venoſam expelluntur.Atq; ex hoc loco τιμωρίη paulò antea, caſtigationem & pœnam ſignificare poteſt,cùm innatæ affectionis moderationem,medelam,& auxilium indicaret.

[19] ἀμφω γε μὴν δασεῖαι] Vtriuſque cordis ventriculi ſuperficies etſi perquam inæqualis eſt, multiſque quaſi foueis in carneam ſubſtantiam ſuſculptis obſita, ea tamen inæqualitas in ſiniſtro ventriculo longè maior eſt,magiſque inſignis.

[20] παχὺ γὰρ ...] Innuit ſiniſtrum ventriculum craſſiori ſubſtantia eſſe conſtructum ad calidi innati robur cuſtodiendum. Siniſter nanque cordis ventriculus , tanto craſſiore ſubſtantia quàm dexter ventriculus conſtituitur , quanto materia quam continet leuior , rarior , velocior & tranſpiratu promtior eſt, quàm quæ dextro ventriculo continetur. Ita quoque hic ſiniſter cordis ventriculus, aërem ex pulmone per arteriam venoſam attractum,ad ſe dilatato corde allicit,eoque ad calidi innati temperationem, & ſpiritus vitalis ſubſtantiam vtitur , hunc aërem concoquens & præparans, vt vna cum ſanguine in totum corpus diſtribuatur. * Galenus certè ſiniſtrum ventriculum ex craſſiore & denſiore ſubſtantia cōditum eſſe vult , quòd ſpiritū leuem contineat,dextrum verò ex tenuiore & molliore, quod ſanguinem grauem quidem ſuo pondere complectatur, idque ad cordis æquilibrium, & ne in alterutram partem propenderet.Mirum autem ſubit,hìc tam appoſitè internam ſiniſtri ventriculi conſtructionem craſſam & aſperam ad calidi innati robur conſeruandum à natura eſſe conditam adſcribi, ſimulque ventriculorum ſuperficiei inæqualitatem quibuſdam cauis, veluti foueis multis obſitam, hìc tam eleganter depingi cùm huius rei ne vlla quidem apud Galenum libris de vſu partium, ſed leuis tantum libr.7.de Anatom. adminiſtrat. ac velut perfunctoria fiat mentio, cum βοθύνους vocet. Porrò cùm in omnibus exemplaribus ὅτι δασεῖα φύσιος ſcribatur , eam lectionem hoc ſenſu retinuimus, mirum eſſe, cum in ſiniſtro cordis ventriculo non niſi aër & ſpiritus contineatur,cum eſſe à natura craſſiorem & aſperiorem conditum,cui tamen continendo leuis quædam ſubſtantia longè accommodatior eſſe videatur: Cùm tamen non parua ſit ſuſpicio, ᾗ δασεῖα φύσιος legendum eſſe, vt nemini mirum videri debeat, ad aërem inſpiratum & intemperatum continendum & concoquendum , intus aſpe-

rum & multis inſignibus cauitatibus inæqualem, craſſaque ſubſtantia à natura fuiſſe conditum, ne aër facilè diſſiparetur aut expiraret. Atque illius rei cauſa ſubiicitur παίη ἢ ὑχετῶν, &c. Sic enim Galenus cap. 10. lib. 6. de vſu part. ſpiritus vaſa craſſis & denſis tunicis conſtare, ſanguinem verò continentia, tenuibus & raris probat.

* *Cap. 16. Lib. 6. de vſu part.*

20 αὗται γὰρ αἱ φύσιες] Huic loco aptiſſimè conueniunt quæ ſcribuntur à Galeno in fine cap. 7. lib. 6. de vſu part. his verbis: ἐπεὶ τοίνυν ἡ καρδία τῆς ἐμφύτου θερμασίας ᾗ διοικεῖται τὸ ζῷον, οἷον ἑστία τίς ἐστι καὶ πηγή, ταύτης μὲν οὐ μικρὸν αὐτῆς ἦν κόσμον, ἀλλὰ μᾶλλον ἴδιον ἡ χρεία τῷ παντὶ ζῴῳ διαφυλάττει τὴν ζωήν. ἔστι δὲ ἐν τοῖς δυοῖν ἀγγείων στόμασι, κατὰ τὴν ἀριστερὰν αὐτῆς κοιλίαν, ἣν τοῖς ἰατροῖς ἔθος ὀνομάζειν πνευματικήν. διὰ γὰρ δὴ πάντων τῶν σωμάτων ἡ καρδία, διὰ μὲν τῶν μικροτέρων, ταῖς κατὰ τὸν πνεύμονα, διὰ δὲ τῶν μειζόνων ἀπάσαις ταῖς κατὰ τὸ ζῷον ταῖς ἀρτηρίαις συνεχής.

22 ἀγγεῖα δὲ τῆς ἀναπνοῆς] Vide Galenum capit. 15. lib. 6. de vſu part. vbi auricularum cordis vſum & poſitum deſcribit, eique dicuntur τὰ ὦτα τὰ πρόσθεν τῆς κοιλίας πρὸ τῶν στομάτων ἐπιφύσεις ὑπάρχοντα, χαλαρὰ μὲν. Rufus ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου μορίων, τὰ ὦτα τῆς καρδίας dici ſcribit, τὰ ἐπιστρέφοντα τῆς κεφαλῆς ὡς ἐφ' ἑκάτερα κοῖλα, καὶ μαλακά, καὶ κενά, ἐν ᾧ ὁρίζει ἡ καρδία.

23 στόματα δὲ ἐστὶν] Gal. cap. 15. lib. 6. de vſu part. ὦτα μὲν τὰ τῆς καρδίας οὔτε γέγονε, ἀλλ' ὀνόμασται μάτην. οὐ γὰρ σμικρά τις ἐστιν αὐτῶν ἡ χρεία τοῖς ζῴοις ὑπάρχειν. Et rurſus, ὀνόμασται δ' οὕτως, οὐκ ἀπὸ χρείας, οὐδ' ἐνεργείας τινός, ἀλλ' ἀπὸ μικρᾶς ὁμοιότητος, ὅτι τῆς καρδίας ἑκατέρωθεν, ὥσπερ τῆς κεφαλῆς τοῦ ζῴου πρόκειται τὰ ὦτα. Eadem quoq; ſcribuntur Galeno lib. 7. de Anatom. adminiſtrat. vbi eas eſſe ſcribit ἀπόφυσεις νευρώδεις καὶ ὑμενώδεις. Rufus quoque, ὑμένας περὶ ἐκφύσεις ἀρτηρίας ὑμενώδεις vocat, διὰ τὸ περὶ αὐτὸν (τὴν καρδίαν) ὑπ' ἐκείνης ἐσχηματίσθαι.

24 διὰ τὸ πλαταὺν] Sic legunt omnia exemplaria, ideoque hanc lectionem retinuimus, etſi πλαστὸν legiſſe videntur interpretes. Significat autem effuſum extra venas ſanguinem & diſtentum, viſceri ſoliditatem exhibuiſſe, πλαστὸν tamen malim.

25 φυσῆτας αὐτὴν φύσει] Hanc etiam follium ſimilitudinem vſurpauit Gal. ſed non eodem modo ad aures tranſtulit.

26 ὁλορμῆ] Illud ὁλορμῆ tam naturæ cordis propriam, quàm continuam aut perpetuam motus agitationem, quæ illi ex tota viſceris ſubſtantia ineſt, ſignificat, vt τὴν ἰδίην propriam cuique auri inſitam, & peculiarem naturam, ex qua colligit auriculas cordi flabelli loco aut ventilabri eſſe attributas. Cor autem actionis ſuæ præſtantiam, hoc eſt motionem, ex ſua viſceris natura, & toto ipſius corpore habere oſtendit Gal. libr. 7. de Anatom. adminiſtrat. ideoque thorace exemptum etiam diu moueri. Cæterùm ἴδοι ἄν, pro ἴδοις ἄν legendum.

27 διὰ τῶν δὲ φλεβῶν] Hic mihi huius ſubobſcuri loci ſenſus eſſe videtur, vt velit cordis ſubſtantiam internam, per vaſa quæ ventriculos ſubeunt, refrigerari, externam autem per aures veluti ventilari, cùm tamen ſcribat * Galenus, magnæ arteriæ propaginem cum vena quæ circa cordis ipſius caput obuoluitur, & in omnes ipſius partes, ad deferendum alimentum diſpergitur, circumferri, & in omnes partes diſtribui, quæ & ipſius arteriæ magnæ tanta etiam ipſa eſt propago, quanta prædictam venam maximè ſit refrigeratura, caloriſq; natiui externarum cordis partium temperiem probam conſeruatura. Cæterùm φλέβια dicuntur, quæ ex ventriculo ſiniſtro ſubeunt, ex corporis ſubſtantia quam nacta eſt arteria venoſa, vt & ἀρτηρίην vocat, quæ ex dextro oritur, quæ eſt vena arterioſa, quòd arteriæ corpus nactum ſit. Quam appellationem veteribus vſurpatam fuiſſe ſcribit Gal. libr. 7. de Anatom. adminiſtr. qui ſine appendicibus ea vaſa vocarent, cùm tamen appendicibus adiectis appellare præſtaret, his verbis τὰ δ' αὖ δύο μεγάλα ἀγγεῖα ὀνομαζόντων αὐτά, τινὲς μὲν τῷ σώματος φλεβώδους ἕνεκα, τινὲς δὲ τῇ χρείᾳ. κατὰ μὲν οὖν τὸ σωματικὸν εἶδος ἀρτηρία μὲν ἐστὶ τὸ τῆς δεξιᾶς κοιλίας ἀπονεμόμενον ἀγγεῖον, φλὲψ δὲ τὸ τῆς ἀριστερᾶς. κατὰ δὲ τὴν χρείαν ἔμπαλιν ἀρτηρία μὲν τὸ τῆς ἀριστερᾶς, φλὲψ δὲ τὸ τῆς δεξιᾶς. Ac ibi quoq; Galenus variam & diſſentientem inter ſe horum vaſorum appellationem apud veteres fuiſſe adſcribit.

* *Cap. 17. Lib. 6. de vſu part.*

28 ἔστι γὰρ τὸ θερμὸν] Sic legunt exemplaria omnia quæ vidimus. Interpretes tamen omnes negationem addiderunt, quod ſiniſter cordis ventriculus calidi natiui fons ac ſedes eſſe dictus ſit. θερμὸν tamen in dextro ventriculo ineſſe dicitur, hoc eſt, calidus humor, nempe ſanguis, vnde ſanguineus dicitur, vt & ſiniſter ſpirituoſus.

29 ὥς τι διὰ τὴν φύσιν] Id videtur de vena arterioſa dici, quæ ex dextro cordis ventriculo oritur, multò minori quam caua orificio, quæ huic etiam inſeritur. Minùs amplam autem habet capacitatem, quod corpus habeat arterioſum, ſufficiens tamen ad ipſius ventriculi refrigerationem, ne amplior aëris ingreſſu euinceretur. φύσιν autem vocat calidam cordis naturam ſibi inſitam (vt antea) quæ tamen non eadem eſt quæ in ſiniſtro, propter affluentem ex vena caua ſanguinem.

30 κτηδόνας ἐμβάλλουσιν] Hunc locum expreſſimus in noſtra OEconomia, vbi κτηδόνας villos & filamenta dici ſcripſimus. Cæterùm mihi fibras illas intelligere videtur, quæ ex inferiore ſede trium illorum membraneorum proceſſuum frequenti ſerie enaſcuntur, & per ventriculi amplitudinem deorſum ductæ, eiuſdem lateribus iuxta ipſius mucronem adnaſcuntur, & in cordis ſolidam ſubſtantiam inſeruntur. Hæque membranarum extremitates, Herophilo neruoſa corpuſcula dicuntur, vt ſcribit Gal. cap. 6. lib. 1. de plac. Hippocr. & Plat. Ex quo fortaſſe effectum eſt, vt huius loci authoritate ductus * Ariſtoteles, has fibras & neruoſa corpora, neruos eſſe exiſtimarit, & cor neruorum principium eſſe affirmarit. Porrò in quibuſdam exemplaribus, ἀρτῆρσι pro ἀορτῆσι legitur, vt aliàs apud * Hippocratem, ambigua ſanè lectione.

* *Cap. 4. lib. 3. de part. animal.*

* *Lib. de locis in homine.*

31 ἔστι δὲ αὐτῶν ζεῦγος] Has membranas intelligit quæ cordis vaſorum radicibus, ipſorumque exortibus adnatæ ſunt, ac præcipuè eas quæ σιγμοειδεῖς dicuntur, quod dimidiati circuli imaginem repræſentent, quæ arteriæ magnæ & venæ arterioſæ orificia claudunt. Cùm autem par vnum dicit, membranarum illum arteriæ venoſæ circulum intelligit, ex cordis ſubſtantia enatum, qui in duos proceſſus dirimitur, quas duas membranulas vaſis orificium claudentes dicunt Anatomici, idque non omnino exquiſitè, ne fuliginoſis excrementis exitum præpediant. De quibus omnibus aptiſſimè ſcribit † Galen. libr. de vſu part. & libr. de Anatom. adminiſtrat. & lib. de plac. Hippocr. & Plat. adeò vt earum compoſitionem & ſtructuram, tum etiam vſum, non ſine admiratione contemplari poſſis, quod hic etiam apertè innuit. Cæterùm ἀκριβέως cùm legant exemplaria omnia, ἀκριβέες tamen malo cum Cornario, & θυρέα lego, etſi θύρεον paſſim legitur, & αὐτῶν pro αὐτέων.

† *Cap. 14. lib. 6. Lib. 7. Cap. 5. lib. 6.*

32 καὶ τὴν καρδίην] Iſtud antiquum ſacrificiorum ritum reſpicit, in quo cor eximebatur & aris imponebatur, vt de rerum euentu certior diuinatio inſtitueretur, cuius meminit Galen. cap. 7. lib. 2. de plac. Hippocr. & Plat.

33 οὐ γὰρ ἐμπεχαρίδωται] τῷ γὰρ fortè pro πάντη γάρ. Quod verò ſequitur ad eam opinionem refertur, quæ præcipuam animę vim, eiuſq; principatum in corde conſtituit, quam ſecuti ſunt multi nobiles philoſophi, imprimiſque Chryſippus, & ex parte Praxagoras, ac Ariſtoteles, aliiq; magni nominis viri, vt ſcribat Galen. lib. de plac. Hippocr. & Plat. 1. 2. & 3.

34 οὐ τρέφεται δὲ τὴν τροφὴν] Videtur innuere cor nutriri ex ſpirituoſo illo defæcato ſanguine, quem ex dextro ventriculo in ſiniſtrum per latentia & cauernoſa ſepti foramina haurit, & in totú corpus per arterias cum vitali ſpiritu defertur, vt ſcribit * Galenus. Eſt tamen alia, cor ipſum nutriens vena, quæ in id variè diſpergitur, & cordis baſim coronæ modo cingit, quæ ex vena caua, non à corde oritur, nec ab eo ſanguinem accipit, vt teſtatur etiam † Galenus. Quod autem διαβαίνουσα τὰς ἀρτηρίας dicit, id ad facultatem cordis pulſantem, aut ad ſpiritus vitalitatem, quam cor per arterias in totum corpus diſtribuit, referri debet.

* *Lib. 3. de fac. natur.* † *Ibidem.*

35 καὶ ἐν τῷ κατὰ φύσιν] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, tum ſcripta, tum publicata. Quod accipi hac notione poteſt, vt arteria magna ex ea quæ ad ſpinam perreptat in totú ventré diſtributa, eas partes depaſcitur, & vt per totum corpus, ita ad eas etiam partes alimentum non naturale diſtribuit. non naturale autem alimentum vocat, vitalem ſpiritum & halituoſum illum ſanguinem, qui in totum corpus defertur, cùm membra corporis non puro & tenui, ſed craſſo & turbido ſanguine nutriri conſtet, vt ſcribit † Galenus. Qui quidem ſanguis craſſus, naturale alimentum dici poteſt, vt ſanguis alens vocatur Galeno lib. 6. de plac. Hippocr. & Platon. vti purus ille & tenuis, ſpirituale alimentum rectè vocari poteſt, vt innuere videtur Galenus lib. 2. de placit. Hippocr. & Plat. cap. 15. Caluus tamen καὶ τῶν κατὰ φύσιν longè aliter legiſſe videtur.

† *Lib. 3. de Natur. fac.*

36 ὅκως δὲ μὴ ἀνακωχῇ] Hunc locum expreſſimus in noſtra OEconomia. Videtur autem mihi ſignificare membranas illas tres σιγμοειδεῖς dictas ad orificium arteriæ magnæ adnatas, prohibere ne ea quæ in arteria continentur, ſuo exitu ſanguinis ad eam delationem remorentur aut retardent, cum eis exitum occluſerit. Earum autem membranarum cauſa, plùs à corde accipiunt arteriæ, & reddunt quidem minùs, etſi non ita ad vnguem os magnæ arteriæ obſtruere videntur, vt nihil per eam

reddatur

reddatur, vt ſcribit Galenus libello de vſu pulſuum. Alimentum autem in fluctuatione conſtitutum vocat, quod in motu eſt, & in arteriam defertur. αἰωκεχὼ autem lego, non vt exemplaria quædam αἰωκεχὼ, & ἀπαλαιθ.

[17] τροφὴ ἐχ ἡγεμονικὴ] τροφὴν ἡγεμονικὴν hic vocat alimentum primarium ac præcipuum, naturale, & quem antea alentem ſanguinem ex Galeno diximus, hic θρεπτικὸν αἷμα vocatur aut θρεπτικὴν τροφὴν. Arteria autem ſpirituoſo & tenui ſanguine redundat, eumque cum vitali ſpiritu in reliquum corpus diſtribuit.

[18] ἀποπαγῆναι τε τὸ ζῶον] ἀποπνιγῆναι legiſſe videtur Caluus, congelato animali, hoc eſt, mortuo.

[19] τετίω δὲ καὶ τῷ ἄγγει] Sic maxima pars codicum legit, etſi quidam τῷ ἀγγείῳ habent.

[20] ἐς πεύμονας αἷμα] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornarius ἐς πνεύμονα ἀγγεῖα legiſſe videtur, & ψυχρόν.

[21] τὸ αἷμα γὰρ] Sanguis plurimum habet aqueæ terreæque ſubſtantiæ (vt ſcribit Galen. lib. 1. Salub.) Ideoque ſua natura frigidus videtur, per accidens autem calidus, per ſpiritum & calidum innatum, quorum ſedes eſſe videtur. Alioqui iſta ex comparatione dici poſſunt dextri ventriculi cum ſiniſtro, qui calidi innati ſedes & fons rectè nominatur, quique ſpiritu magis quàm ſanguine abundat. Aut certè intelligendum ſanguinem à corde calorem ſortiri & habere, vt ſcribit* Galenus, quod ſpirituum beneficio adeo incaleſcat, vt dum viuit homo eſt ferventiſſimus. At natura eſſe calidum ſanguinem non frigidum, teſtatur Galenus lib. de Tumor. præter naturam. Hanc autem de ſanguine opinionem ex hoc loco mutuatus videtur Ariſtoteles cap. 5. lib. 2. de part. animal.

* *Lib. 1. de Temper.*

IN LIBRVM DE GLANDVLIS.

ΠΕΡΙ δὲ ἀδένων οὐλομελίης] Huius libelli inſcriptio περὶ ἀδένων in omnibus exemplaribus ſcribitur, etſi libro de Artic. promittit Hippoc. ſe περὶ ἀδένων οὐλομελίης ſcripturum, vbi tamen Galenus quamuis eam eſſe iſtius libelli indicaturam teſtatur, Hippocratis eſſe negat, & iuniori cuidam attribuit, in eoque dictionem & Hippocratis mentem requirit. Illic quoque Galenus οὐλομελίην τὴν ὁλόκληρον φύσιν τῆς τῶν ἀδένων φύσεως exponit, & Erotianus apud Hippocratem οὐλομελίης ὅλης φύσεως, etſi οὐλομελίης apud eum vitioſè legitur, vt in Oeconomia noſtra admonuimus. Hic ergo integra & abſoluta glandularum natura, per omnia corporis membra exponitur, quam οὐλομελίην vocat. Quo nomine, etſi ab Erotiano inter Hippocratis libros in proœmio non accenſetur, quia tamen ad corporis compoſitionem & ſtructuram ſpectat, ad φυσικὰ referri debet. Neque tamen in dictionum explicatione ab eo eſſe præteritum, liquido conſtat. Glandularum autem in corpore vſum duplicem exponit Gal. lib. 2. περὶ σπέρματος.

[2] ἀμυγδαλῆς] Glandularum genus ſcribit* Galenus ἀφωρισμένον εἶδ. ἐς ἀμυγδαλῆς. ὑγρότητί τι ποιεῖν, ἄλλο περ ἀμυγδαλῆς δέξεσθαι, αἷς τῶν γε τὰ σχίσεις ἀρτηρίας καὶ φλέβας ὑποβάλλει. * *Lib. 2. de Semine.*

[3] καὶ ἔστιν ὅτι σαρκία] Sic legunt omnes codices. Caluus tamen καὶ ἔγειν ὅτι legiſſe videtur.

[4] τὸ εἶδος λευκὰ] Sanguinem ſpecie album dixi, Interpretes ſecutus, etſi ad glandularum carnem ſpecie albam referri malim, & ad tactum ad inſtar lanæ mollem. Ex quo quædam exemplaria λευκοὶ pro λευκὰ legunt.

[5] ἐν αὐτῇ] Iſtud ad ὑγρὸν retuli, Cornarium ſecutus & exemplaria omnia, etſi ad τὸ σῶμα τῶν ἀδένων referri malim, ideóq; quidam codices αὐτοῖς legunt.

[6] ἐπὴν ὑγρασίη πληρωθῶσι] Quidam codices ſic legunt, ἐπὴν ὑγρασίη πληρωθῶσι τί τοῖσιν ἄλλοισι σώματος δὲ τὴν φλέβα, αἱ δὲ αὐτῇ τίνησιν. Quos mihi ſecutus videtur Caluus. Secutus tamen ſum codicum pluralitatem, & alioqui crebræ ſunt huiuſmodi repetitiones huic ſcriptori & Hippocrati.

[7] ξυντείνουσι αἱ ἀδένες] Sic codicum magna pars legit, quidam etiam αἱ ἀδένες, & paulò poſt. Etſi ſolenne eſt huic ſcriptori ἀδένας fœminino genere efferre, cùm Galenus & reliqui ſcriptores maſculino ſcribant.

[8] ὑπὸ δὲ πίονι ἰησαίης] ὑγραίνη lego, & καὶ πρὸ μαζίνα τὸ ἄρθρα.

[9] καταταναλοῦνται γὰρ] Hunc locum mihi ſubnotare videtur Galenus in Exegeſi, cum καταναλοῦνται ἐς καταλίσκονται exponit, ex quo hoc loco καταναλοῦνται legendum eſſe in noſtra Oeconomia admonuimus. Sic quoque apud Erotianum καταναλώματα pro καταναλώματα vitioſè legi ſcripſimus, quod καταναλίσκεται exponitur, hoc eſt, expenditur, inſumitur, abſumitur, etſi Cornarius ἀνακαλοῦνται reflectitur dixit, & Caluus recuratur. Vterque tamen mihi videtur vtranque lectionem ſecutus, cùm conſumitur & abſumitur appoſuit. Eſt autem καταναλοῦσθαι aut ἀναλοῦσθαι reſimum fieri & recuruari.

[10] τροφὴ ξυνήθεος] τροφὴν ξυνήθεα, alimentum familiare, aſſuetum & accommodatum dico cum Zuinggero, quemadmodum ξυνήθεα οἰκεῖον Galeno exponitur.

[11] ὅτι τὸ ὅλον πλαδαρὸν] Hunc locum expoſuimus in noſtra OEconomia, ſimulque indicauimus cur πλαδαρὰ vliginoſæ corporis partes dicerentur, nimirum quæ ſuperfluam humorum redundantiam reciperent, ſumta ab vliginoſis & humectis terræ locis tranſlatione.

[12] ἀμφιφυχέος ἔτι λαμβάνει] ἀμφι χέος ὃς ὑπολαμβάνει legunt exemplaria quædam, & ὃς τὸ ἐπέρρει.

[13] καὶ ἐκβρασσόμενον] ἐκβρασσόμενον quod cum impetu eiicitur ſignificat, ac velut ebulliendo & æſtuando reiicitur, efferueſcit ac effunditur, quemadmodum expoſuimus in noſtra Oeconomia, hoc ſubnotato loco.

[14] ὅτ' ἐόνδαι αἰεὶ εἰσὶ τῶ εἶναι] Sic legunt ferè omnia exemplaria, quædam etiam τῶ γὰρ εἶναι habent, alia αἰεὶ εἰσὶν ἐς εἶναι.

[15] καὶ ἐκ δὲ φύσι τρίχες] Sic legunt exemplaria omnia, ſed ἐκ δὲ cum Interpretibus lego.

[16] ἀρθροῖσι τῇσι δὲ ἀδένες] τῇσι ἀδένες legunt exempl. quædam.

[17] τὰ μέρεα αὐτοῦ] καὶ τὰ μέρεα αὐτοῦ legunt exemplaria quædam, χώρη etiam lego, non χωρὶ. vt omnia vitioſè.

[18] καὶ τῶ δὲ ἀδένας] Videtur defecta eſſe lectio, ideóque quædam exemplaria ſic legunt, ἐν πλέοσι τῶ δὲ ἀδένας ὅσοι τὰ ἄλλα σώματος ὑγρασίας. Quod etiam annotauit Zuinggerus.

[19] ἐπὴν δὲ αὐτῆς ἕλκη] Hac parte defecta ſunt & vitioſa Aldina exemplaria & aſteriſcum apponunt.

[20] αὐτῇ χοίρας] Sic legunt exemplaria Germanica. Aldina verò hic quoque vitioſa ſunt, & αὐται χρονίαι αἱ τῆς τραχίλου legunt, & aſteriſcum apponunt, vt in ſuſpecta lectione. Exemplaria etiam quædam manu ſcripta χρονίας legunt nullo ſenſu. Pro quo quidam χοίρας reponunt, vt nominis notatione circumſpecta, χοιράδες χοίρων αἱ νόσοι dicantur, quod etiã annotauit Zuinggerus. Vitij autem ſuſpicionem auget hoc loco Caluus, qui longè aliam lectionem mihi ſecutus videtur, cùm longè ceruicis peculiare vitium dixit.

[21] αὐτὴ καὶ ἀπαιωρῶνται] ἀπαιωρῶνται hic vt antea καταναλοῦνται lego in noſtra Oeconomia.

[22] οὐδὲ μία τότε πάσχει] οὐδὲ μίαν legunt exemplaria quædam vitioſè.

[23] ἔχει δὲ ἐγκέφαλον ἴκελον ἀδένι] Sic magna pars codicum legit, quidam etiam, ἔχει δὲ ἐγκέφαλον ἴκελα δὲ ἀδένι.

[24] ἐς ἄκρον δὲ τὰ ῥεύματα] Hic mihi ſenſus eſſe videtur, vt cerebrum ea humiditate, quæ ob prædictas cauſas capiti ineſt, velut auxilium adferens, illud defraudet, & in extremitates per fluxiones foras amandet.

[25] ἐπὶ ἀποκρίσιος] ἐπὶ τοῦ κρίσιος legunt exemplaria quædam, quæ ſecutus mihi videtur Caluus, vbi ἐπὶ pro ἐκ Ionicè poni videtur, vt tanquam per criſim aut iudicationem natura humores ſecernente, fluxiones fiant. Alioqui ἐπὶ ἀποκρίσιος, velut ſecretione fluxiones fieri dicuntur, de iis quæ per humoris effluuium & emiſſionem deponuntur, vt ἐπὶ ἀποκρίσιος, idem quod κατ' ἔκκρισιν indicet, velut διαχωρήσιες κατ' ἔκκρισιν ἢ κατ' ἀπόστασιν Hippocrati dicuntur in Epidemiis. Alij ἐκ τοῦ κρίσιος de humoribus intelligunt, qui cum ſecretione permeatus quoſdam conſpicuos & patentes effluunt, quibus alios minimè patentes opponunt.

[26] καὶ ἐς τὰ ἴνδον ἀπιόν] Sic legunt exemplaria Germanica quæ ſecuti ſumus. Alia & Vaticana, ὅτι δὲ καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι πρὸς τὰ ἴνδον ἀπιόν legunt, quæ ſecutus videtur Caluus.

[27] καὶ αὐτοῖς ὄχλος] Hic locus procul omni dubio in omnibus codicibus corruptus eſt, quem ſic lego, καὶ αὐτοῖς ὄχλος καὶ ὁ χειρ. ἀδένες ὅλοι, καὶ ῥεῦμα μὲν ὁ πρῶτος ὁ ἐγκέφαλος ῥεῦμα ὅτι ἐπιρρεῖ, ἐδίη καὶ ἔλκει. καὶ τὸ μὲν ὅλον ἐστι πλῆθος. τοῦτο πλέον ἂν ὄχη ὁ ῥόος, ἐς τὸ ἀδένα ἀκριβῆ τὴν πλαδαρὴν τὸ ἀρθρον. Scio aliam eſſe huius loci notionem Zuinggero, verùm mihi hæc lectio probabilis videtur. Legi etiam poteſt, καὶ ἀδένων μὲν ὁ πρῶτος ὁ ἐγκέφαλος ῥεῦμα. *Æ. P. ξυνεδρεύει ὅλα, καὶ δ' ἐκεῖ μὲν legendum autumat.*

[28] ἄμφω δὲ] ἀμφοτέροισι lego, vt in noſtra Oeconomia ſcripſimus, hoc ſubindicato loco, etſi ἀμφοτέρῳ habent exemplaria omnia. Rurſus, καὶ τοῖς πάλιν ὄντες παχὺ lego.

[29] καὶ ὁ νόος ἀτρεμέει] ἀτρεμέει habent exemplaria quædam.

[30] ἐν ὥσπερ δὲ ὁ φωνὴ] φρονεῖ videtur legiſſe Caluus.

[31] σαρδόνιοι μειδιάσεις] Sic legunt exemplaria omnia, ſed μειδιάματα legendum eſſe apparet. Sunt enim σαρδόνια μειδιάματα, effuſi riſus, quique diductis labris fiunt, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, hoc ſubindicato loco. Quædam exemplaria pro σαρδόνιοι ἰατρεῖ vitioſè legunt. Cornarius ὁ ἀμαυρὸς legiſſe videtur.

[32] καὶ τὸ οὖς ἀπὸ τῶ χρόνου] ἀποχεῖται legunt exemplaria omnia, hoc ſenſu, vt auris ſucceſſu temporis à crebra fluxione circum-

ſcribatur, ac veluti ſuis limitibus & terminis definiatur, materia illic moram trahente & ſuppurante. Sed certè pro ὀρύσσεται, fortè ὀρύσσηται legendum, vt auris crebra fluxione fodiatur & perforetur, à pure foras manante.

[33] ὅσαι δὲ τὰ ἔξω δῆλαι] fluxiones externas intelligit & oculis conſpicuas, quales ἐμφανέας tres facit, in aures, nares, & oculos, lib. de loc. in homine.

[34] ἀναρῥήγνυται κάτω] Exemplaria manu ſcripta Regia, ἀναρῥήγνυται δὲ κάτω legunt.

[35] καὶ γίνεται τὸ πλεῖον τῶν] Sic legunt exemplaria Germanica, deinde, ἐνδεῶν τοῦ σώματος. Alia, καὶ γίνεται τὸ πλεῖον. τῶν ἐνδεῶν &c. Quædam etiam, ἐκ γίνεται τὸ πλεῖον τῶν, ὁ ἐνδεῶν. Exemplaria verò Regia manu ſcripta, ἐπ' ἐνδεῶς legunt.

[36] ἀλλ' ἄνωθεν] Sic legunt exemplaria omnia, ſed ἀλλ' ἄνωθεν lego cum Interpretibus.

[37] ἐς ὀσφὺν ἤδη τῇ κοτύλῃ] Poſt hæc verba vitioſè ἰσχία adſcribunt Aldini codices, niſi ſi iſta dictio ad ſequentia referatur, ποιεῖ φθίνειν, & ὧδε ἐς ὧδε vtrunque modum quo homo contabeſcit, indicet, nempe cùm per ſpinam delapſa in pectus tabem facit, aut cùm in coxendices, eam etiam per conſenſum inducit, etſi ὧδε καὶ ὧδε legunt exemplaria quædam.

[38] καὶ οὕτω ἀπόλλυται] καὶ οὕτως ἀπολλύονται legiſſe videtur Cornarius, eamque lectionem ex vitioſa quorundam codicum ſcriptione hauſiſſe, qui ἀπολλύουσι pro ἀπόλλυται legunt. Hunc autem locum in OEconomia noſtra expreſſimus & expoſuimus, vbi de intabeſcentibus qui ſenſim colliqueſcunt, & integris viribus, ſenſu ac ratione conſtantes, moriuntur, intelligi diximus.

[39] ἰσχὺ γὰρ ἐς πόνον] Sic legunt omnia quæ videre licuit exemplaria. Cornarius tamen πόνον legiſſe videtur. Hunc autem locum pulcherrimè explicat Zuinggerus, & in OEconomia noſtra attigimus, vt nihil neceſſe ſit nos eſſe longiores.

[40] καὶ διαίρεται] διαίρεται legunt exemplaria quædam, alia δὲ διαίρεται.

[41] κατὰ τὰ ἄλλα] Sic plæraq; legunt exemplaria, quædam ὥσπερ pro κατὰ habent, quædam etiam ἡ φύσις τὰ ἄλλα ſimpliciter. ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα πάντα etiam legunt quidam codices.

[42] εἰ καὶ ὑπερβάλλει τὸ ἐπίπλοον] Sic legunt ferè omnia exemplaria, quædam etiam ἢ ἐς, quæ lectio eſt apertior, & quam ſecuti ſumus cum Interpretibus. Etſi non ignoro vulgatam lectionem arridere Cordæo ſuis in lib. 1. περὶ γυναικείων Commentariis, hoc ſenſu, maximè ſi epiploon redundabit ad partes ſuperiores, in anguſtiam à puello coactum. Similia verò de lactis generatione antea ſcripta ſunt lib. περὶ φύσ. παιδίου, vbi & iſtius loci meminimus.

[43] μετασυμβάλλεται] μετασυμβάλλεται habent quædam exemplaria manu ſcripta, tam bene, quàm vitioſè poſtea ἄνω pro κάτω legunt, quòd & facit Aldinus codex, qui huic loco aſteriſcum apponit.

[44] καὶ ἀσηρὴς] Sic legunt omnia exemplaria, eamque lectionem cum Interpretibus ſecutus ſum, cùm humiditatem non deſiderare dixi, hoc eſt, humoris parum amicum, quod pro duro, & compacto, aut denſo ponitur, mollique & laxo aduerſatur, vt monuimus in noſtra OEconomia, hoc ſubnotato loco & expreſſo. Vbi etiam ſcripſimus nos ἀστεγὴς lubenter legere, quod ſit humorem non continens, vt ἄστεγον σῶμα dicitur. Etſi ἀσηρὴς quidam legunt, eamque lectionem Caluus & Cornarius ſecuti videntur.

[45] ἀναγκάζει δὲ ὁ λόγος] ὅπως ἀναγκάζει ἐκεῖ λόγος lego cum Interpretibus.

[46] παῖσαι καὶ μαλθάσσει] Hæc omittuntur apud Caluum, qui longè aliter hunc locum legiſſe videtur.

[47] ἐς ἡ φωνὴ θρασεῖα] Sic legunt omnia exemplaria, quæ vocem ferocem & grauem ex molli & arguta indicant. Cornarius τραχεῖα legiſſe videtur, cùm aſperam dixit.

[48] οὐ γὰρ ἔσω τῆς μήτρης] Sic legunt exemplaria Germanica & Aldina, ſcripta verò quædam μήτρας, alia μήτρης habent.

IN LIBRVM DE OSSIVM NATVRA.

Ὀστέα χειρὸς] Hic libellus περὶ ὀστέων φύσιος paſſim inſcribitur, eiuſque idem eſſe author videtur, qui & libri περὶ γονῆς, & libri περὶ φύσιος παιδίου. In quibuſdam verò membranis manu ſcriptis ſub hac περὶ ὀστέων φύσιος inſcriptione, Mochlicus etiam continetur & deſcribitur, quod etiam fecit Cornarius, qui nullum alium Hippocratis Mochlicum agnouit, etſi longè alium eſſe & indicari à Galeno, fuſiſſimè in χειρουργούμενα poſtea indicabimus. Neque enim hunc per Mochlicum ſignificari Galeno Comment. in lib. de fract. & Protrhetico, multis iiſque firmiſſimis argumentis conteſtatum aſſerimus. Et tamen à Galeno & Erotiano lectum eſſe, multarum dictionum explicationes teſtantur, etſi nulla illius ab Erotiano facta mentione. At Galenus in Exegeſi (in dictione κοτυλίδες) iſtud ſub nomine τοῦ σμικροτέρου τοῦ μοχλικοῦ comprehendit, vt & ea quæ hìc de venis adſcribuntur, in dictione ἀγγεῖα πάντα. Quod certè effecit, vt in quibuſdam membranis pro Mochlico haberetur. Quonam verò pertineat libellus iſte, non ſatis conſtitutum videtur. Mihi certè cum corporis ſtructuram & compoſitionem reſpiciat, vel ſolo inſcriptionis nomine, ad naturæ crepundia reliquoſque phyſicos libros referri videtur. Quòd ſi ὀστεολογίαν attendas, venarumque in corpus diſtributionem, meritò inter χειρουργούμενα recenſeri poterit, & ex Galeni mente Mochlico adiungi.

[1] ὀστέα χειρὸς] Interpretes Caluus & Cornarius aliud habent huius libelli exordium quod etiam Mochlico eſt præpoſitum, illicque à nobis Latinè expreſſum. Quod quia oſſium naturam exponit, non abs re etiam in membranis ſcriptis Vaticanis, huc adſcribi videtur, quemadmodum ante annos quadraginta Romæ in Bibliotheca Vaticana vidimus, in Hippocrate Græco manu ſcripto, qui ſub num. 216. habetur, vbi hic libellus cum alio exordio poſt librum περὶ φύσιος adſcribitur. Quod ideò à me dictum eſt, quia per mihi mirum videtur, à quibuſdam ſcriptum eſſe, hoc exordium ab Interpretibus huc adſcriptum, in Vaticanis membranis deſiderari. Cuius certè rei vel teſtimonium præbet Calui verſio, qui membranis Vaticanis maximè vſus videtur, & illum quem vidimus codicem ſua etiam manu annotaſſe. Cæterùm manus ſummæ oſſa ponuntur à Galeno 27. libro 2. de vſu part. & lib. de Oſſibus, præter os nonum carpi, & oſſa ſeſamoidea de Anatomicis non enumerata.

[2] ξύμπαντα ϟα] Sic legunt exemplaria quædam, quæ nonaginta & vnum numerata eſſe oſſa indicant. Alia ρα habent, quæ centum & vnum faciunt. Ac rurſus pro ϟα, Caluus ρη legiſſe videtur, cum centum & octo poſuerit. Cùm verò varius neque vnus ſit oſſium corporis apud Anatomicos numerus, non eſt quod quis hìc à me ὀστεολογίαν expectet. Galenus certè lib. 9. de plac. Hippocrat. & Plato. corporis humani ſtructuram plus quam ducentis (aut vt alij volunt trecentis) oſſibus conſtare vult. Qui verò ea de re accuratius ſcripſerunt, oſſium numerum ad 245. extendunt, præter os hyoides, & cordis os cartilagineum. Alij cumulatum in vnum oſſium numerum, vniuerſa faciunt trecenta & tria, & ſi Galenum in oſſis pectoris diuiſione, imitari velis, trecenta & ſeptem. Verùm iſta Medicinæ pars, non adeo exactè à veteribus fuit exculta aut exornata.

[3] ἐν δὲ αὐτῇ φλέβες] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Cornarius verò ἐν δ' αὐτῇ πόροι, legiſſe videtur. Videntur autem venæ ſpermaticæ indicari, quæ in teſtes demiſſæ, ſanguinem ſeminis materiam ad eas deferunt.

[4] θώρηκος] θώρηκος habent exemplaria manu ſcripta. Quæ etiam ἡ pro ὁ.

[5] τὰ κάτω ἰσχί] Hæc ſententia repetitur aph. 6. lib. 6. Epid. ſect. 4. ideóque κοινὸς vt illic cum Cornario lego. Et hic totus locus adeo vitioſè deſcribitur in omnibus exemplaribus, vt Aldini codices aſteriſcum vitij indicem hìc apponant. Lego autem cum Cornario, φρενὸς καρδίη πρὸς ξυγγένειαν.

[7] ἐπὶ τὴν ἕδρην] Sic legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria, ideóq; ſummam manum cum Cornario dixi, vt ἀκρὴ ἡ ἐπικαρπίου ἕδρη accipiatur. Sic enim Galeno in Exegeſi Hippocratis vocum, ἕδρη τὸ ἐπικαρπίου ſignificat. Niſi ſi ἐπὶ τὴν κεφαλὴν pro ἕδρην legiſſe mihi videtur Cornarius.

[8] κοτυληδόνα] Sic legunt exemplaria omnia, κοτυλίδα tamen legiſſe Galenum in Exegeſi hoc loco ſatis apparet, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. κοτυληδόνα verò etiam pro acetabulo ſumi ibidem indicauimus.

[9] ὀστέου γωνίαν ξυνιοῦσα] ὀστέου γὰρ legunt exemplaria quædam.

[10] ἡ ἕλκουσα τὸ ποτὸν] Galenus lib. 1. de facult. natur. contra Aſclepiadem diſputat renes potum attrahere, non autem per eos velut per qualum excolari, & de renum ſitu veriſſimam habet ſententiam.

[11] διὰ δὲ ἐπιδρέουσα] διὰ δὲ καὶ legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

[12] ἀπὸ δὲ τῶν πλευρέων] Hic vena ἄζυγος intelligi videtur, quæ à venæ cauæ ramo inſigni ſupra cor exoritur, & ad inferiores nouem thoracis coſtas defertur. Hæc autem cum dextra feratur, factum eſt, vt pro ἐς τὰ ἀριστερά, ἐς τὰ δεξιά legerit Caluus. Verùm ad ſiniſtram etiam partem tendit, interdumque pro multis illis propaginibus inſignem aliquem ramum emittit, in inferiores coſtas ſimiliter diſtribuendum, ac nonnunquam etiam nominis

nis ἀξίωμα rationem amittit. Hæc verò ſæpe ſupra quintam thoracis vertebram aſcendit, ibiq; contorquetur, & decliuis ſecundum dextrum vertebrarum latus porrigitur.

13 ἀλλ' ἴσας μὲν] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, hoc quidem ſenſu, vt licet non æqualis magnitudinis ſuas ſectiones dextris ac ſiniſtris partibus diſtribuat, æquas tamen, hoc eſt, totidem ſiniſtris quot dextris tranſmittat, & ad inferiorum nouem coſtarum ſpatia intermedia vtrinque transfundat. Cornarius tamen ἄλλας ἴσας μὲν legit.

14 πρὸς αὐχένος μὲν] ἐπὶ πρὸς αὐχένος legunt exemplaria quædam.

15 ἡ δὲ αἱμόῤῥους] Hic αἱμόῤῥους φλὲψ intelligitur, vena quæ ſanguinem magna copia effundit, quæ & παχεῖα dicitur aliàs etiam Hippocrati, & pro vena caua accipi videtur.

16 πρὸς ῥάχιν παλινδρομεῖ] Exemplaria Regia manu ſcripta quædam, ἢ παλινδρομεῖ ἐς μὲν τὸ ἄνω μέρος τοῦ σώματος legunt, quam lectionem mihi ſecutus videtur Caluus.

17 ἄχρι σιδήου συνεχέως] Hunc locum expreſſimus in noſtra Oeconomia, & ab Erotiano ſubindicatum & expoſitum admonuimus, ſi modo apud eum rectè ſcribatur.

18 ἡ δὲ τὸ σφαγεῖον τινὸς] Sic legunt omnes interpretes, exemplaria tamen quædam legunt, ἢ δὲ τὸ σφαγεῖον τινὸς.

19 ἐφ' ἕτερος ὁ ἀδελφὰ καρδίην] ἡ δὲ τὸ σφαγαῖον ἕτερος ὁ ἀδελφὰ καρδίην legiſſe videtur Cornarius. Ex hoc verò loco παραμεθέοντες mihi videtur Erotianus exponere εἰς ἀλλήλας συνδέοντες, εἰς ἑαυτὰς λαβοῦν τέλος, vt indicauimus in noſtra Oeconomia.

20 ἡ μὲν ἐκ τοῦ δεξιοῦ] Hoc membrum à Caluo prætermiſſum videtur.

21 τέσσαρα ζεύγεα] Hunc de venis locum, τὸ περὶ φλεβῶν ὁ ἀφιεῖται τῷ μοχλικῷ vocat Galenus in Exegeſi, eademque repetuntur lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπου antea, & ab Ariſtot. lib. 3. hiſtor. animal. Polybo tribuuntur.

22 καὶ ἰγνύων ἐκ τοῦ ἔξωθεν μέρεος] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Sed εἴσωθεν lego cum Cornario, quemadmodum legitur lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπου vbi etiam διὰ ἰγνύων legitur, ſicque legit Cornarius, & αἱ δὲ ἕτεραι, pro αἱ δὲ δεύτεραι.

23 διὰ τῶν σαρκῶν] διὰ τῶν πηχέων καὶ τῶν χειρῶν εἴσωθεν legitur lib. de Nat. humana σάρκα χειρῶν autem hic manuum volas carnoſas & torulos ſignificant vt indicauimus in noſtra Oeconomia.

24 ἀποσχάζειν δὲ δεῖ] Ea de re vide Celſum cap. 10. lib. 2.

25 αἱ δὲ ἀπὸ τῆς] Hæc repetuntur libro 2. Epidemior. ſection. 4. & à Galen. adſcribitur lib. 6. de placit. Hippocrat. & Platon. & à nobis ſunt excuſſa in Commentariis noſtris ad libr. 2. Epidemiorum.

26 ἐντεῦθεν κατίασιν] κατίασι δι' ὥμου hic legit Cornarius, quemadmodum lib. 2. Epid.

27 τοῦτο αὐτῆς χωρίον] Sic legitur in omnibus exemplaribus quæ ſecutus ſum. lib. 2. Epid. αὐτῆς pro αὐτῆς legitur. Galenus lib. 6. de plac. Hippocr. & Plat. τούτου legit. Cornarius verò αὐτῶν legiſſe videtur.

28 ἄλλαι δὲ ἐμπρόσθεν] Iſtud aliter & vitioſè admodum legitur libr. 2. Epid. vt illic oſtendimus. Aliter quoque legit Galenus lib. 6. de plac. Hippocr. & Plat.

29 καὶ ἔσω ἤρξατο μετεωρίζεσθαι] ἔστ' ἂν ἀφίκωνται ἔσω ἤρξατο μετεωρίζεσθαι, lego ex Galeno & Caluo velut repoſuimus libro 2. Epidemiorum.

30 καὶ τρίτον ὑπαλείπουσι ἀπιοῦσαι] τοῦ ὑπαλείπειν ἀπιοῦσαι legunt exemplaria quædam manu ſcripta ex Galeno.

31 ἐς' αἱ συμπλακῶσι] ἐς' αἱ συμπλακῶσι καὶ ἔλθῃ ἔσω legunt exemplaria quædam manu ſcripta, idque ex Galeno & libr. 2. Epid. eamque lectionem ſecuti ſumus cum Cornario.

32 ἔμπροσθεν τοῦ σφαγείου] Hic ſecuti ſumus lectionem lib. 2. Epid. cum Cornario & vetuſtiſſimis membranis.

33 ἐξῆς ἀφορμὴ κ' εἰς σμικρὸν] ἐξῆς ἀφορμαὶ σμικρὸν κάτωθεν φρενῶν lego ex Galeno & lib. 2. Epid.

34 κατὰ τὸ σπόνδυλον τὸ κατὰ τῶν πλευρέων] τὸ κάτω τῶν πλευρέων legunt exemplaria manu ſcripta ex Galeno & lib. 2. Epid.

35 ἀμφιβεβῶσαι] ἀμφιβεβῶσαι lego ex lib. 2. Epid. Caluus σφαγεῖον τούτοις legiſſe videtur.

36 πρῶτον ἔχουσαι] τόνον ἔχουσαι lego cum Cornario ex Galeno lib. 2. Epidemiorum, etſi illic mendoſa quoque eſt lectio, vt monuimus.

37 ἔπειτα αἱ σπόνδυλοι] Vulgatam hîc lectionem ſecuti ſumus, de qua diximus lib. 2. Epid. vbi & hunc de neruis locum ex Galeno probauimus.

38 ἐκ πλαγίου σπονδύλου] ἐκ πλαγίων σπονδύλων lego, vt lib. 2. Epid. cum Cornario, ad neruorum ſecuritatem, vt illic diximus, vbi etiam hunc locum expoſuimus.

39 ὥσπερ αἱ φλέβες αὗται] ὥσπερ αἱ φλέβες αὗται εἰσι lego ex lib. 2. Epid. etſi illic pro αὗται ὧδε legitur. Quædam exemplaria legunt, ὥσπερ αἱ φλέβες εἰσι quam lectionem ſequuntur Caluus & Cornarius.

40 ὅθεν δὲ αὗται ἐξέλαμον] Aliter legitur libr. 2. Epid. Hic autem hanc lectionem ſecutus ſum, & ἀπὸ τούτου lego, & ἀπολήγουσαι lib. 2. Epid.

41 ξυνδέσιες καὶ ξυνάρτησιν] Sic lego ex codicum pluralitate, quanquam exemplaria quædam manu ſcripta ξυνθέσιες legunt, quas ſecutus videtur Caluus. ξυνάρτησιν verò intelligo connexionem, copulationem, compoſitionem & coagmentationem.

42 ἔσω ἄρθρα] Sic legunt omnia exemplaria: ἄρθρα tamen lego cum Interpretibus.

43 ἐς ἐν ἡμίσει τόπου τέταται] Sic legunt exemplaria omnia. τέταται autem mihi legiſſe videtur Cornarius.

44 ἐκτεταρσωται] Hunc locum mihi indicare videntur Erotianus & Galenus, cum τετάρσωται, πεπλάτυνται & ἐκτέταται exponunt, etſi Galenus in Exegeſi τετάρσωται, pro τετάρσωται legiſſe videtur. Ex quo ἐκτετάρσωται, legendum exiſtimo, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, iſtumque locum expoſuimus.

45 αὐτὴ δὲ ἀπιθύνεται] Sic legunt omnia exemplaria, ἀπευθύνεται tamen lego cum Interpretibus.

46 ἔξωθεν βίαιον παχεῖαν] Sic habent omnia exemplaria. Cornarius tamen πάνυ legiſſe videtur.

47 τὰ ὑπομιμνήσκοντα ὀνομαζομένας] ἡ ὑπομιμνήσκουσα ὀνομαζομένη legit Cornarius. Codices tamen Regij manu ſcripti quidam pro ὑπομιμνήσκουσας ὀνομαζομένας legunt.

48 τῶν μὲν γὰρ αὐτῆς] αὐτίκα ἐκεῖ ὑπεραύχενα legit Cornarius.

49 τὸ δὲ μεταξὺ αὐτῶν] τῶν pro αὐτῶν vitioſè legunt exemplaria quædam. Cæterum hic videtur ſpumoſam pelliculam vocare, carneam illam membranam, qua humeraria ſub cute fulcitur, cùm internum latus muſculi brachium attollentis, & validum tendinem muſculi brachium ad pectus adducentis, perreptat, quem neruum venam appellare mihi videtur.

50 νεῦρον περιέχει] νεῦρον καὶ τόνον περιέχει legunt exemplaria quædam manu ſcripta & publicata, quæ ſecuti ſumus cum aliis interpretibus. Codices manu ſcripti Regij quidam legunt, νεῦρον περιέχει καὶ τόνον δίδωσι.

51 ἐς αὐτὸ ὑγρὸν ὑπεισρεομένην] αὐτὸ δὲ ὑγρὸν ὑπεισρεόμενον legunt exemplaria quædam, quæ mihi ſecutus videtur Cornarius.

52 διὰ δὲ ἃ καὶ ἐπὶ τὸ] Hic locus quodammodo defectus videtur ideoq; ſubobſcurus. Senſus autem eſt. Si quid non conſuetum in huiuſmodi ſpiritus vias illabatur, cum pulmo ſua natura ſpongioſus & rarus, ſuſcipiendis humoribus ſit comparatus, iſtud ſi non educatur, concretionem quandam calloſam efficere, ſpirationemque difficilem inducere. Illud autem, τῶν γὰρ εἰσιόντων ὑγρῶν νόμος ἐστι δέχεσθαι, ſignificat hanc legem ingredientibus humoribus à natura conſtitutam ac præfixam, vt facilè in locum ſpacioſum ac rarum ſubeant, quales ſunt ſua natura pulmones. Vitioſa ſunt autem exemplaria, quæ ἐπὶ τὸ legunt, & τῶν ἰόντων ὑγρῶν.

53 ἀλλὰ δὲ διαλλάσσεται] οὕτως lego cum Cornario, qui etiam τούτῳ non τούτοις legit.

54 τοῦ φύσει] τοῦ φύσιν lego cum Interpretibus, & οὐδ' ἀνάγκην.

55 ἐγκισσοῦνται] Hunc locum ſubindicauimus & expoſuimus in noſtra OEconomia, vbi ἐγκισσώδεις eſſe diximus, ἑλίσσεσθαι δίκην κισσοῦ, inſtar hederæ implicari, & inuolui. At certè ſi coniectura noſtra valet, exiſtimo hoc loco Erotianum & Galenum, pro ἐγκισσοῦνται ἐγκαλεῖσθαι legiſſe, quod Galenus ἐγκαταπλέκονται Erotianus vero, ἀγκιστρωδῶς συμπλέκονται exponit. Hæc enim expoſitio huic loco optimè mihi quadrare videtur. Exemplaria autem omnia ἔντονα δὲ legunt, quæ lectio firmiter & cum robore in ſpinalem medullam inuolui & inſeri ſignificat. Sed pro ἔντονα ἐντεῦθεν legit Cornarius, quem lubenter ſequor, etſi vulgaris lectio plurimum mihi etiam arridet.

56 αὐτὸ δὲ ἐπιπεπλεγμένον] Sic legunt pleraque exemplaria, quædam etiam ἐπιπεπηγμένον, quæ ſecuti ſumus in noſtra OEconomia, vbi hunc locum expreſſimus ex Galeno, qui hic πλεκτανῶν, πλεγμάτων, καὶ ἀναρτημάτων ἀντιλαμβανομένων exponit in Exegeſi, plexus aut circumplectentes appendices intelligens, quibus vicinas partes apprehendit & implicat. ξυνάγει autem pro ξυνάγεται cum interpretibus lego.

57 καὶ τοὺς ἀδελφεοὺς] ἀδελφειοὺς τοὺς ἐπιδιδυμίους ex hoc loco exponit Galenus in Exegeſi, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, teſtium tunicas proprias & intimas, duras illas & craſſas, his omni ex parte contiguas intelligens, in quas vaſa ſpermatica multis anfractuoſis circumuolutionibus delata inſeruntur.

58 ἁρμόζεται] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria. ἁρμόζουσι tamen lego cum Caluo, aut ἁρμοῖ.

59 ἐκτείνεται] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra Oeconomia, vbi ſubindicauimus ἐκτείνεται ſumi poſſe pro

in ſpiram colligi & contrahi, aut ſpiras & volumina facere, hoc eſt circum teſtes conuolui. Secuti tamen ſumus interpretum fidem.

60 τὰ δὲ μὴ βιαζόμενα] Sic legunt exemplaria omnia. Cornarius verò τὰ δὲ βιαζόμενα legit.

61 ἀπὸ τοῦ μυελοῦ τούτου] ἀπὸ τοῦ μυελοῦ τούτου videtur legiſſe Cornarius. Hic vero locus mihi reſpondere videtur his quæ ſcribuntur lib. περὶ γονῆς, vt mihi ferè vtriuſque idem eſſe author videatur. Hos autem locos in OEconomia noſtra expreſſimus & expoſuimus.

62 τῇ κοτυληδόνι] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria. Sed quemadmodum antea κοτυλίδα pro κοτυληδόνα repoſuimus, ſic hoc loco κοτυλίδι aut κοτυλίδα legimus ex Galeno in Exegeſi.

63 δυσγράπτου] Exemplaria quædam vitiosè δυσφράκτου legunt. Cornarius ægrè tranſeuntem dixit, Caluus tractatu difficilem. Nos, quæ ægrè flectatur aut vertatur intelligimus. στραφλοῦσαι enim στρεβλοῦσαι, τανύουσι exponit Heſychius.

64 μεμύρηκεν] Haud dubiè hunc locum exprimit Galenus in Exegeſi, cum μεμύρηκεν συνειλήχει exponit, ἀπὸ τῶν μερμυρισμένων ἐρίων. Sed cum μηρύειν & μηρύομαι, & μήρυμα dicatur, non dubium eſt vitiatam lectionem, & μεμήρυκεν legendum eſſe, & apud Galenum μεμηρυσμένων ἐρίων, quemadmodum emendauimus in noſtra OEconomia.

65 τῇ σφενδόνῃ] Hic σφενδόνην in OEconomia noſtra diximus ſumi pro quodam venarum ductu fundam ſimilitudine referente, anguſtis extremis, & medio latiore. Ideóque permirum videri debet, quod hanc dictionem Galenus in Exegeſi ex hoc loco non explicarit, cùm alias eius dictionis notiones, ex aliis libris appoſuerit, & plurimas alias dictiones ex hoc libro expreſſerit.

66 τὰς ἐπιγουνατίδας] τὰς ἐπιγουνατίδας ἐξέχουσι, ſimul iunximus cum Interpretibus. Caluus tamen ἐπὶ κοῖλον legiſſe videtur.

67 ἀποκεκάρπωται] Hunc locum ab Erotiano expreſſum ſignificauimus in noſtra OEconomia, cùm ἀποκεκάρπωται, ἀποβέβληται & ἀπογεγένηται expoſuit, ſimulque Galeni lectionem in Exegeſi huc reduximus.

68 πρὸς τοῦ χωρίου τοῦ ἰσχίου] τὸ ἰσχίον κοῖλον videtur legiſſe Cornarius. αὖτις verò lego pro αὖθις.

69 ἄνω ὑψηλοτέρως πρὸς τὸ ἧπαρ] Sic legunt omnia exemplaria. Caluus tamen ἱεροῦνται pro ὑψηλοτέρως legiſſe videtur.

70 καὶ ἀσχημόνως ἐτρίβησαν] Sic legunt exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit, ſed apparet ſuſpectam eſſe lectionem. ἀκρατῶς legit Cornarius quem ſecuti ſumus, cùm aliter non liqueat.

71 ἡ δ' ἀποκαυθῶσι] Sic legunt pleraq; exemplaria, præterquam quod quædam ἣν δ' ἀποκαυθῶσι legunt, quam lectionem ſecutus eſt Caluus. Cornarius verò ἣ δ' ἀποχυθῶσι legit. ἢ δὲ ἀποκαμφθῶσι lego.

72 ὀχετεύεται] Sic legunt exemplaria omnia: ὀχέτευται tamen lego ex Galeno in Exegeſi, iſtumq; ab eo locum ſubindicatum exiſtimo, cùm ὀχέτευται exponit, ἐκρύει καὶ διεξόδους ἔχει. Quod etiam expreſſimus in noſtra Oeconomia. Vitioſa autem ſunt exemplaria quæ διὰ τῶν ἰσχίων αὐτῶν legunt pro αὐτῶν.

73 ἐγκυρσεύεται] Hunc locum à Galeno exprimi ſcripſimus in noſtra Oeconomia, cùm ἐγκυρσεύεται exponit in Exegeſi, ἐγκαταπίπτουσιν ἐγκύρσει ὅμοιον. Eundemque Erotianum indicaſſe, ſed ἐγκυρσεύοντα legiſſe, & actiuè vſurpaſſe, cùm περιπίπτοντα expoſuit. Quam lectionem mihi ſecutus videtur Caluus. Vitiosè autem legitur in publicatis exemplaribus, ἣν κυρσεύεται pro ἐγκυρσεύεται, vt in quibuſdam ἣν κυρσεύεται.

74 ἐπικρίνονται] Hunc etiam locum in noſtra Oeconomia expreſſimus, & ex Erotiano expoſuimus, ſimulq; Erotiani lectionem reſtituimus, vbi vitiosè ἐπικρίνοντα pro ἐπικρίνονται, & ἐνίδνουν, aut ἐνίδνουσι, pro ἐνίδνουσι legitur. Sic enim apud Heſychium ἐπικρίνονται, ἐνίδνουσι exponitur, nimirum hoc Hippocratis (vt opinor) ſubindicato loco. Annotatur quoque ex Corintho Ionas ἐπικρίνονται pro ἐνίδνουσι efferre.

75 ἐνεφλεβοτόμησε] Hunc quoque locum ſubindicat Erotianus, cum ἐνεφλεβοτόμησε expoſuit apud Hippocratem ex Bacchij ſententia διεῖλεν εἰς πολλοὺς τόπους τὰς φλέβας, τὰς δὲ ἐμβαίνειν. Quod etiam in Oeconomia noſtra appoſuimus.

76 ἐμπεριεζέσθαι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἐμπεριεζέσθαι lego ex Galeno in Exegeſi, qui (hunc nimirum locum ſubindicans) ἐκτεταμέναι exponit, hoc eſt, extenſæ & exporrectæ. Illud verò κατεπλάγχθησαν in Oeconomia noſtra, à κατεπλάγχθην aoriſto ſecundo paſſiuo deduximus, etſi ad κατεπλάζω, quod eſt diuagor aut deerro referunt interpretes, & κατεπλάγχθη Heſychio exponitur διημαρτεῖν qui deerrauit aut aberrauit, vt tranſlatitiè ſumatur, & dilatari venæ dicantur, quæ latè vagantur aut deerrant, & κατεπλάγχθησαν κατεπλατύνθησαν exponitur, quemadmodum mihi ſumpſiſſe videtur Caluus.

77 ἀποσυνεγγυώθη τὴν χολήν] Hunc locum ipſiſſimis verbis exponit Erotianus cum ſcribit, ἀποσυνεγγυώθη τὴν χολήν, ἀντὶ τοῦ ἀπεστερήθη, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

78 καὶ βραχυίονες] Hunc quoque locum diſertis verbis exponit Galenus in Exegeſi βραχυίονες explicans, λεπτοὺς ἅμα καὶ πολλοὺς φλεβίας, ὥσπερ ἀράχνης ὑφάσματα διαπεπλεγμένα. Quod etiam indicauimus in noſtra Oeconomia. Vitioſa ſunt autem exemplaria, quæ βράχειαι pro βραχυίονες legunt.

79 ἐναιματώσιος] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, ἐναιματώσιος tamen lego cum Interpretibus, ad lienem referens.

80 ἐγχείνηται] Hunc locum in noſtra Oeconomia expreſſimus, vbi quid ſit ἐγχειρίζειν expoſuimus. Ac mihi videtur hunc locum expreſſiſſe Erotianus, ſi pro ἐγχειμπτουσι & πλάζουσι, ἐγχρίμπτουσι & πλάζουσι legatur, vt ſit quæ ad ſpinam accedunt, aut feruntur, appellunt, aut impingunt.

81 ἐξαναλγόμεναι] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Erotianus tamen hoc loco ἐξαμελγόμεναι legiſſe videtur, & ἐκθλαζόμεναι exponit, quod eſt, exuctæ, emunctæ, emulctæ aut excolatæ.

82 ἐκσχαλίνωται περὶ τὰ ὦτα] Ex hoc loco Galeni Exegeſim in Oeconomia noſtra emendauimus, iſtumque expreſſimus & expoſuimus. Cornarius verò, ἐς τὴν καρδίαν ἐκσχαλίνωται ſimul iunxiſſe videtur.

83 καὶ ἶνας ἔχουσι] Sic quidem legunt omnia exemplaria, ſed ἶνας lego cum Caluo, aut ἶνα, fibras intelligens. Et Erotiano apud Hippocratem ἶνες quibuſdam τὰ νεῦρα ſignificant, alij etiam τὰ αὐθεντικὰ τόνου κτεῖνας accipiunt, (ſic enim apud eum lego) Quod ex eorum opinione pendet, qui neruorum originem ex corde petunt, velut antea author libelli περὶ καρδίας. Cornarius tamen ἡνίας legit, & cor ex omni corpore habenas habere dixit, cum vitæ humanæ fons antea dictum ſit.

84 καὶ χαλινούς] ἐκχαλινούς legunt exemplaria quædam Regia manu ſcripta. Hoc verò membrum vitiosè prætermittitur in codice Aldino.

85 ἐρυθρὰ τὰ χρώματα] Hic certè facilè iis aſſentior qui εὔχροα pro χρώματα legunt, etſi hæc eſt omnium codicum lectio, & εὔχροα χρώματα, viuidi colores dici poſſunt.

IN LIBRVM DE AERE LOCIS ET AQVIS.

ΙΗΤΡΙΚΗΝ ὅστις βούλεται] Varia eſt huius libri inſcriptio apud authores Medicos, etſi haud dubiè ad Hippocratem refertur. Galenus ſiquidem libro de libris propriis ſe hunc in librum Commentarios ſcripſiſſe fatetur, & περὶ οἰκήσεων, καὶ ὑδάτων, καὶ ὡρῶν καὶ χωρῶν inſcribit. Idem in Exegeſi in dictione (σφίγγεται) hanc vulgatam indicaturam agnoſcit, vt & aliàs ſæpe, etſi plærunque inuerſam & commutatam. Erotianus vero περὶ τόπων καὶ ὡρῶν vocat, vt περὶ ὡρῶν καὶ τόπων, in dictione, (ὁμαλῶς) Athenæus autem, περὶ ὑδάτων, & περὶ τόπων. Quidam etiam περὶ ἀέρων, τόπων, ὑδάτων, χωρῶν, αἰθρίων, ἀστέρων, ex quibuſdam codicibus manu ſcriptis, legiſſe aſſerunt. Alij etiam περὶ ὡρέων, ἀέρων, ὑδάτων, τόπων. Ad ſanitatis autem tuendæ artem hunc librum ſpectare, & ad Gymnaſticen referri, quæ illius artis pars eſt, ſcribit Galenus libro ad Thraſybulum. Erotianus verò inter αἰτιολογικὰ καὶ φυσικὰ refert, eumque hac in parte ſecuti ſumus.

2 ὁ σκληροὶ τέ τε] καὶ ὀρεινοὶ videtur addidiſſe Caluus, aut ἀτρεμέουσι. ἀτρεμέουσι autem paulò poſt δυσμεταβλήτους exponit Erotianus, iſtumq; locum mihi ſubindicare videtur, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, ideóque coctu difficiles & quæ immutari nequeant diximus.

3 καὶ ἰδεῖν] Caluus καὶ ἐν ἰδέῃ καὶ ἄλλοισι legiſſe videtur.

4 μᾶλλον σύγκειται] Hunc locum adducit Galenus initio Com. 1. in lib. 1. Epid. & paulò aliter legit.

5 ἐς ἐλάχιστον μέρος] Hunc locum mihi innuere videtur Galenus initio libelli ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος.

6 μὴ μετέωρα] Sic quidem legunt omnia exemplaria & omnes interpretes. Caluus non altas aut profundas dixit, quæ ſublimes ſunt, vt mihi μετέωρα, abſque negatione legiſſe videatur, eamq; lectionem in codice Auguſtini Guadaldini reperiri audio. Zuinggerus pro μὴ μετέωρα, τὰ πολλὰ μετέωρα legit, vt in fine libri.

7 καὶ ὅκόσοι μὲν τῶν πόλεων] Hac parte exemplaria omnia Græca mirum in modum vitiata ſunt. Codices Germanici omnes aſteriſcum velut vitij notam apponunt, quod non faciunt Aſulani, etſi

etſi pari vitio coniuncti. Huc tamen ab Interpretibus reponuntur quæ in librum de Capitis vulneribus irrepſerunt, quæ omnia huc probè conſentiunt, & ex Galeni teſtimonio ad iſta referri debet. Hæc autem lacuna multis occaſionem dedit, pro animi ſententia multa reponendi & immutandi, quæ cuiuis, vt volet, æſtimanda & recenſenda relinquam, popularem maxime & ab Interpretibus receptam lectionem ſecutus.

[8] καὶ φαγεδαίνας τοῖσιν ἐγγενέσθαι] Sic quidem legunt plurima exemplaria, & Caluus, qui communem cauſam comprehendit. Cornarius vero αἰεὶ legit, quem lubenter ſequor. Quæ verò paulò poſt ſequuntur, τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχρά, valde ſuſpecta ſunt, & huc videntur irrepſiſſe ex ſuperioribus verbis, τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχρά, neque leguntur in Augustini Guadaldini codice.

[9] ὁ ποιέουσι τὸ παιδίον νόσον] Sic legunt omnia exemplaria quæ adhuc videre licuit, eamq; lectionem ex Galeno ipſo retinuimus, qui eam agnoſcit Com. in ſent. 4. lib. 6. Epid. ſect. 1. his verbis: τὸ δὲ ἐπιληψίας παιδίον ... ἐκ τῶν ... ἐγκεφάλου ... καὶ παιδίον ὀνομάζουσιν τὸ νόσημα, ... ἐν τῷ περὶ ὑδάτων, καὶ ἀέρων, καὶ τόπων, ... ποιέουσι τὸ παιδίον νόσον, καὶ ἱερὴν νοῦσον ... τὸ παιδίον ... ποιέουσι τὸ παιδίον νόσον, καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι). Iſtamq; vulgatam & Galeni lectionem mihi etiam ſecutus videtur Caluus. Codices Aſulani aſteriſcum vt vitij ſuſpicionem apponunt, & vitiosè ἐ ποιέουσι legunt. Scio quoſdam ex membranis ſcriptis alteram lectionem adſcribere, τὸ παιδίον νόσον, vel τὸ θεῖον νόσον. Sed cum iſtius lectionis Galenum teſtem idoneum habeam, non eſt cur in alia inueſtiganda anxiè nimis diſtorqueamur. Idem quoque Com. 5. in lib. 6. Epid. Comitialem morbum παιδίον νόσον vocari ſcribit, huc fortè alludens. At certè niſi me Gal. authoritas moueret, παιδικὸν νόσον lubentiùs, aut παίδων quàm παιδίον legerem.

[10] εἶναι δὲ ἀνθρώποισι δυσεντερίας] Hic videtur eſſe locus quem ex hoc libro adducit Galenus Com. ad aph. 2. lib. 6.

[11] ἢν γὰρ ὄσιν τι] Hunc locum ex hoc libro adducit Galen. Com. ad aph. 33. lib. 6. his verbis. ... ἐν τῷ περὶ ὑδάτων τι καὶ τόπων, καὶ ἀέρων, ... καὶ τοῖσιν ἄλλοις ... ψυχαὶ ἴσχουσι ... τὴν γαστέρα.

[12] τῶν μὲν πολλῶν τὰ νοσήματα] Hunc etiam locum ex hoc libro adducit Galenus initio Comment. 1. in librum 1. Epid. ſed paulò aliter legit.

[13] καὶ σκληρὰς] Hunc locum mihi ſubindicare videtur Erotianus, cum σκληρὰς τοὺς λεπτοὺς καὶ σκελετώδεις exponit, ſed σκληρὰς vitiosè apud eum legitur. σκληρὰς autem exponitur Galeno ξηρὸς, κατεσκελετευμένος. Sic enim dicuntur ſicci, aridi, & exucci, aut emaciati, ac graciles.

[14] καὶ κοιλίας ἀτεράμνους] Hîc ἀτεράμνους κοιλίας indomitos ventres dicimus, eos qui non facilè ſoluantur, aut in lubricos mutentur intelligentes, aut qui ab emollientibus minimè euincantur, ſed qui ſemper contenti ac ſicci manent, velut expoſuimus in noſtra OEconomia, quibus εὐτάτεις opponuntur.

[15] ἐνδυμάτα πλαγίοισι] Sic quidē pleraq; legunt exemplaria, meliora verò ἐνδυμάτα πλαγίοισι. Alij verò legunt, ... δὲ ... ἐνδύματα, πλαγίοισι τι πολλοί. & hic multa immutant, ſed receptam lectionem innouare magna mihi eſt religio.

[16] τά τε ἔθνεα ἀρκτῷα] Hunc locum de vrbibus quæ ad Aquilones obuerſæ ſunt, adducit Galenus libello, Quod animi mores corporis temperaturam ſequantur.

[17] εἶναι μὲν ἀνθρώπους τὰ νοσήματα] Τὰ τὰ νοσήματα ... lego cum Vaticanis exemplaribus, & aliis manu ſcriptis, etſi quædam τά τε τὰ νοσήματα habent.

[18] στρυφναί πολλαὶ γίνονται] Sic quidem legunt exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit, niſi quòd quædam στροφαί legunt. Cùm verò aquis cauſam attribuat, mihi φυσαὶ γυναῖκες eadem notione dici videntur. ac στρυφνότεραι dicuntur lib. περὶ γυναικείων φύσιος acerbæ & adſtrictæ, hoc eſt, ſiccæ, aridæ & contractæ, quibus molles & fluidæ, & ῥοώδεις opponuntur. Etſi mihi hic videtur στρυφναί legiſſe Galenus in Exegeſi, eoque referri cum ξηρὰ & κατεσκελετευμένα exponit, velut στερεὸς † idem κατεσκελετευμένου σκληρὸς, καὶ ἰσχνὸς explicat, vbi tamen φυσαὶ legunt vulgata exemplaria. Erotianus verò mihi στρυφνὸς legiſſe videtur. Alioqui certè στρυφναί intelligi poſſunt acerbæ, duræ & inflexibiles & venerem auerſantes, & quæ nullis blanditiis emolliri aut tractari poſſunt, ideoque conceptui ineptæ & ſteriles, quomodo ſentiunt omnes Interpretes. Quæ expoſitio etiam aridis & ſiccis conuenit, cùm ſiccitas & ariditas plurimum conceptui obſit, & quæ reſiccatæ ſunt & aridæ, nullas ferè habeant purgationes menſtruas. στερεαί etiam legi poteſt, vt στεναὶ & στερεαὶ indicentur, quæ ſunt denſæ, compactæ, aut ſolidæ & compreſſæ, qua ſignificatione etiam στερεαὶ dici poſſunt, ſicuti legiſſe Galenum exiſtimo. Eiuſmodi autem naturas ad conceptum eſſe ineptas, fereque ſteriles indicat aph. 59. & 62. lib. 5.

† Com. in lib. περὶ ἀγμῶν διαίτης.

[19] ψυχρὸν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ] Sic legunt omnia exemplaria, hac notione, vt ipſe aër ſemper matutinum frigus affundat, quod radiis ſolaribus diſpergitur & diſcutitur, ideoque ſole illuſtratæ aquæ ſalubres redduntur. αὐτίκα tamen aut ἐπὶ ... videtur legiſſe Cornarius, vt poſtea. ἰσχύειν autem ſubſtantiuè accipi mihi videtur. Hîc autem quidam codices manu ſcripti legunt, τὰ δὲ ἑωθινὰ ... ἀνθρώπων ... καὶ αἰθρίαι ... μᾶλλον ἢ ἄλλα ... &c.

λαμπρόφωνοί τε οἱ ἄνθρωποι] Hunc locum ex iſto libro adferē Galenus libello, Quod animi mores &c. vbi ... legit.

[20] ὅσα τὰ ... ἑσπέρης] Locus parum integer mihi videtur in vulgaris exemplaribus, hicque mihi ſenſus eſſe videtur. Siue ventos ab occaſu ſpirantes ſpectes, qui ferè autumnum referunt, ſiue huius ciuitatis ſitum, quò ad diei mutationes, conſideres, qui ferè ſimilis eſt ei quod plurimum inter matutinum & veſpertinum tempus intercedit. Ideóque probanda videtur codicum manu ſcriptorum lectio, quæ habet, ὅτι τὰ ... ἑσπέρης πνεύματα ἔοικε τῷ μετοπώρῳ μάλιστα, ὅτι ... τῆς ἡμέρης ... Probatur etiam mihi iſta quorundam manu ſcriptorum codicum lectio, ἐπὶ ... τὰ ... ἑσπέρης πνεύματα ... τῆς ἡμέρης ... πόλιος.

[21] ἰχθὺς μὲν ...] Vide Athenæum lib. 2. vbi hunc locum ex hoc libro adducit.

[22] ἀλλὰ ... ὕδατος ἀνανεουμένου] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, vt eas velut nouo accedēte ſemper imbre refici aut augeri velit. Cornarius ἀνανεουμένου legiſſe videtur, cùm nouam ſemper aquam pluuiam inferri dixit.

[23] ἐ πηλώδεα] Vitioſa ſunt exemplaria quæ πηλώδεα pro πηλώδεα legunt.

[24] καὶ βραγχώδεα] Iſtud non legunt quædam exemplaria, legit tamen Caluus.

[25] καὶ μεμυωμένους] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, plenos dixit Cornarius, moleſtos Caluus, haud ſcio qua ratione. Ego μεμυωμένους σπλῆνας velut μεμυκότας dici exiſtimo & συνεστραμμένους, aut συνεσφιγμένους, compreſſos, concluſos, ac condenſatos, ac velut induratos, ab aquis niualibus & glacialibus: Qua ratione μεμυωμένου, μεμυκότων, & συνεστραμμένων, ac συνεσφιγμένων exponitur Heſychio. At certè ſi quid augurari mihi liceat, exiſtimo hunc locum ſubindicari & explicari à Galeno, cùm μεμυωμένους exponit, ſcribitque quoſdam ... μύων, quoſdam etiam ... καὶ λιθώδεις accipere. Sed certè pro μεμυωμένους, μεμυωμένους legendum apud Galenum cenſeo, vt lienes velut ab aquis niualibus ac glacialibus refrigeratos, aut induratos, ac lapideos indicet. Iſtaque à μύω mihi deducta videntur. Cornarius autem & Zuinggerus à μῦς deduxerunt, cùm in tumorem rotundum elatos ac plenos acceperunt. Paulò poſt verò pro ... quædam exemplaria manu ſcripta ... legunt.

[26] καὶ τε κοιλίας ξηροτάτας] Sic legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen ... legiſſe videtur.

[27] τοῦτο μὲν τὸ νόσημα] Ξύντροφον νόσημα hic accipio velut Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. ξυντρόφους νόσους exponit τὰς ἐκ πολλοῦ χρόνου ... τῷ σώματι ... , velut vna nobiſcum educatos ac connutritos, hoc eſt, aſſuetos, familiares ac diuturnos, velut ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

[28] τοῦτο δὲ γίνεται ἀπὸ ὕδατος] Sic quidem legunt publicata omnia exemplaria. Sed quidam codices manu ſcripti hanc habent lectionem, τοῦτο δὲ γίνεται ... ὑδρωπιῶντας αἱ ...

[29] ἰσχνῶς ἐστι] ἐστι pro εἶναι habent exemplaria omnia, vt & paulò poſt, εἶναι ... pro εἶναι.

[30] ἄριστα δὲ] Hunc locum adducit Athenæus lib. 2. ex libro ... & ... legit, pauloque aliter.

[31] τῷ μὲν ...] Sic quidem legunt omnes quos vidimus codices, quidam tamen τῷ μὲν ... legi annotant, quod etiam fecit Cornarius.

[32] καὶ τὰ μεταξὺ δυσμέων ἀνατολέων] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria. Mihi tamen valde probatur iſta codicis Auguſtini Guadaldini lectio, quam mihi perhumaniſſimè communicauit Iacobus Santalbinus Collega noſter amiciſſimus & doctiſſimus. ... δὲ τὰ πρὸς ... , καὶ τὰ μεταξὺ χειμερινῶν ἀνατολέων καὶ δύσεων. vt ex aquæ maximè improbentur, quæ inter ortum hybernum & occaſum ſcantriginem habent.

[33] καὶ τὰ ...] Sic legunt vulgati codices, vitiosè tamen; quidam etiam manu ſcripti ..., alij ... legunt. Ex quibus aquæ quæ promptè & facilè liqueſcunt, intelliguntur, hoc eſt, emolliuntur, reſoluuntur ac concoquuntur, neque in

hypochondriis hærent. Zuinggerus tamen iſta actiuè ſumere mauult, vt aquas ad eliquandum & coquendum maximè opportunas intelligat. Verùm nobis eſſe ſuſpectam illam lectionem in noſtra Oeconomia indicauimus, & τακερώτατα legendum eſſe monuimus, vt aquæ maxime molles, ac velut coctione eliquatæ & emollitæ, ac delicatæ accipiantur, hoc eſt, quæ facilè coquantur ac reſoluantur. Quibus τὰ ἀτέραμνα καὶ σκληρὰ ſtatim opponit. Cornarius certè τὰ τήκεσθαι κρατιστεύοντα mihi legiſſe videtur. Caluus vero ὅ ἐστι ἄριστα καὶ κρατιστεύοντα.

34 τὰ μὲν οὖν ὕδατα] Hunc de aquis pluuiis locum affert Paulus Ægineta, & exponit. † *Cap.50.lib.1.*

35 τοῦ τε γὰρ ἀρχὴν] Illud τοῦ ἀρχὴν fortè ad Platonica elementorum principia referendū videtur, vt τὴν πυρὸς ἀρχὴν dicit Theophraſtus lib. περὶ πυρὸς, & Caluus aquæ principium dixit. Paulus verò vbi hunc locum explicat, τὸ λεπτότατον καὶ κουφότατον ſimpliciter extulit.

36 ταῦτα μὲν ἐστιν ἄριστα] Sic quidem legunt vulgata omnia exemplaria, quidam tamen ex codicibus manu ſcriptis, ἂν ἔστιν legunt. Verùm aquas pluuias optimæ notæ eſſe ſcribit Paulus cap.50. lib.1. & Gal. ex Hippocr. Com.4. in lib.6. Epid.

37 καὶ δυσσηπτότατα] δυσσηπτότατα lego cum Corn. aut ἀσηπτότατα, etſi δυσσηπτότατα legunt omnia exemplaria, quod à putredine vindicari indicare poteſt. δυς enim in compoſitione interdum priuationem ſignificat, vt in ἄναυδος, & in δυσωδίσκειν (quod ἀσυστρέφεσθαι exponit Gal. in Exegeſi) item δυσαλγέω & ἀπαλγέω.

38 ὄζουσι γὰρ αὐτὰ πάντα] Hac de re vide Plinium cap.3. lib.31. & Paulum cap.50. lib.1.

39 ἂν ὑπὸ ὁ ἥλιος ἀφανίζεται] ἀφανίζεται τὸ κουφότατον legunt exemplaria Aldina, Germanica verò καὶ μετεωρίζεται addunt, quod non legit Caluus.

40 μὴ δὲ ἡ κύστις ἡ αὐτὴ ξυμπυρωμένη ᾖ] Sic quidem legunt publicata exempl. Germanica, reliqua ξυμπιέζεται. & aſteriſcum apponunt, ſuſpectæ lectionis notam. Nec dubium eſt quin ξυμπυρῶται legerit Cornarius, vt veſicæ & vnà cum veſica ardeſcens aut igneum intelligat. Quem in ſenſum vnà cum ea conſpirans diximus, quod per ξυμπιέζεται indicatur, quod paulò poſt τὸ στόμα dicit, etſi de aperto ac minimè obturato, ſed amplo, veſicæ oſculo accipi poteſt. Quam in notionem valde placet codicis Auguſtini Guadaldini lectio, quæ ξυμπιέζεται habet, vt minimè occluſus ſit veſicæ ſtomachus.

41 καὶ συστρέφεται] Sic quidem legunt omnia exemplaria, quæ lectio valde eſt popularis, ſignificatq; in veſica manere ac colligi, coaceruari, & concreſcere quod in vrina eſt maximè craſſum & returbidum ad calculum generandum. Sed Galenus in Exegeſi στρέφεται legiſſe videtur, cum ex hoc libro adducit, & τὸ ἐνοικεῖ exponit, velut inhabitat, aut verſatur, vt indicauimus & expreſſimus in noſtra Oeconomia. Quod facit vt iſta quæ in vulgatis codicibus libro de Capitis vulneribus annectuntur, rectè ab interpretibus ad hunc locum ſint reſtituta. Hic autem παχύτατον καὶ θολωδέστατον, vt antea lego, pro χολωδέστατον, quod etiam in codice Auguſtini Guadaldini legi audio.

42 ταῦτα δὲ θήλεα αἴτια] Iſtud longè aliter mihi videtur legiſſe Caluus. Codex verò Auguſtini Guadaldini legit, ταῦτα δὲ θήλεα λίθου οὐ γίνεται ὁμοίως.

43 ἡ γὰρ τὸ αἰδοῖον ξυντέτρηται] ξυντέτρηται legit codex Auguſtini Guadaldini, & ſubiungit, τὸ δὲ ἄρσεν οὐ ξυντέτρηται. καὶ διότι οἱ οὐρητῆρες οὐκ εὐρεῖς, καὶ στενοὶ μᾶλλον, ὅσοι παῖδες. Quidam tamen pro στενοὶ οὐρέουσι legunt, ſed poſtea, οἱ οὐρητῆρες εἰσὶν εὐρεῖς legunt.

44 ὅτι δὲ αὐτὰς ἐνθυμεόμενον] ὥστε δὲ αὐτὰς ἐνθυμεόμενος legunt exemplaria quædam manu ſcripta. In Regio verò vno manu ſcripto codice ſic legitur hoc principium, ὥστε ὁ αὐτὰς ἐνθυμεόμενος διαγινώσκει. Hic verò vbi περὶ δὲ ὡρῶν legitur, codex Auguſtini Guadaldini περὶ δὲ ὡρέων legit.

45 ἢν μὲν γὰρ κατὰ λόγον] Hunc locum ex hoc libro adducit Gal. ad aph.8. lib.3. & paulò aliter legit. Quid autem ſit ἄδιας χειμὼν, in noſtra OEconomia aperuimus.

46 ἢν δὲ ὁ μὲν χειμὼν] Hunc locum integrum adducit Gal. ex hoc lib. Com. ad aph.11. lib.3. & paulò aliter legit. Pro αὐχμηρὸς autem ξηρὸς habent exemplaria manu ſcripta.

47 καὶ ὀφθαλμίας ἰσχυράς] ἀνάγκη τὸ θέρος πυρετῶδες εἶναι, καὶ ὀφθαλμίας καὶ δυσεντερίας ἐγγίνεσθαι, legiſſe videtur Galenus, vt rectè reponunt interpretes. Exemplaria verò manu ſcripta legunt, κατὰ τὸ θέρος ὀφθαλμίαι γίνονται ἰσχυραί, ταῖσί τε νηυσὶ καὶ γυναιξὶ πυρετοί.

48 ἀνάγκη ἀφικέσθαι τι καῦμα εἶναι] Sic legunt exemplaria publicata vitioſè pro ἀπλόον. Galenus vero ἁπλόον legit.

49 ἔφη τε κοιλίας μὴ ξυνεστηκυίας] μὴ ξυνεστηκυίας legit Galenus, etſi ſatis mihi conſcius ſum, Mercurialem & Zuinggerum ſummos in arte Medica viros, iſta verba, alium in locum reiicere.

50 μὴ ὑπὸ πλαδαρῆς] pro πλαδαρῆς, συντηκτικὰς legit Galen. & συμμετρίαις, pro [illegible]. Sunt verò qui pro πλαδαρῆς, φλαδαρῆς aut μαδαρῆς legūt,

51 καὶ ταῖσι τόκοισι τοῖσι ὑγροτέροισι] καὶ ταῖσι ἀδήλοισι ταῖσι ὑγροτέροισι legit Galenus, vt & exemplaria quædam manu ſcripta.

52 καὶ ἢν μὲν τὸ ἀνω] Iſtis etiam verbis hunc locum attribuit Galenus Com. ad aph.12. lib.3. etſi vitioſè paulò leguntur noſtris in codicibus.

53 ἢν δὲ ὁ μὲν χειμὼν] Vide aph.12. lib 3.

54 πρὸς τοῦ ἦρος καταστάντος] Sic diſtinguunt omnia exemplaria, ſed lego, καὶ ὁ νότος αὐτίκα ἀπὸ τοῦ ἦρος, cum Interpretibus.

55 ταῖσι μὲν οὖν φλεγματίῃσι] Hæc verba ex hoc libro adducit Galenus Com. ad aph.12. lib.3.

56 ὀφθαλμίαι ξηραί] ὀφθαλμίας ξηρὰς legit Galenus.

57 ταῖσι δὲ πρεσβυτέροισι] Galenus legit, ταῖσι δὲ ἤδη πρεσβυτέρῃσιν, & τοῦ ἔτεος ἐπὶ τῶν φλεβῶν. Quam lectionem ſequitur Cornarius. Reliquum etiam ſic legit Galenus, ἐς τὸ ἐξαπίνης ἀπόλλυσθαι, τοῦ δὲ παραπλήκτους γίνεσθαι τὰ δεξιὰ, ἢ τὰ ἀριστερά. Quam lectionem partim ſecuti ſumus, quòd eam bis repetat Galenus, nec horum verborum [ὑπὸ φρενίτιδος] meminerit. Vitioſa autem ſunt exemplaria, quæ τοῦ ἀφανέστατα pro ἀφανέστατα ſcribunt.

58 ὅκόταν γὰρ τοῦ χειμῶνος] Cornarius τοῦ χειμῶνος ἐόντος νοτίου καὶ ἐπομβρίου καὶ θερμοῦ legit. Quædam exemplaria νοτίου καὶ ἐπόμβρου καὶ θερμοῦ, habent. τὸ σῶμα verò lego, pro τοῦ σώματος cum omnibus interpretibus, & ἴδῃ pro ἴδῃ vt legitur in Auguſtini Guadaldini codice manu ſcripto, etſi Cornarius ξυνόδου legiſſe videtur, & πλανῶνται ἅμα τοῦ ἦρος πήγνυνται, cum Caluo. At verò in his quæ ſequuntur Corn. ſecuti ſumus, & illud, καὶ λειποθυμίαι καὶ ὕδρωπες ad hunc locum retulimus. Etſi exemplaria quædam manu ſcripta ſic hunc locum legunt, vt poſt [illegible] hæc addantur, ὅσοι πολλοὶ ἄνθρωποι ἔοντο νόσους πολλὰς ὑπομείναι. καὶ γὰρ λειποθυμίαι καὶ ὕδρωπες ἐπιγίνονται, καὶ πολλῷ πλείους ταῖσι γυναιξί.

59 ἢν δὲ τὸ θέρος ἐπομβρον] Huius loci meminit Galenus Com. ad aph.13 lib.3. iſtóq; ordine collocat, ſed vitioſè legitur noſtris in codicibus Græcis.

60 καὶ τὸ μετόπωρον] καὶ φθινόπωρον αἴθριον legit Galenus, quam lectionem cum omnibus Interpretibus ſecuti ſumus. Quod ſequitur, καὶ τοῖς φλεγματίῃσι aliquantum ſuſpectum videtur, quòd horum nihil omnino adſcribat Galenus, tum quòd pluuioſæ & auſtrinæ tempeſtati non admodum familiares aut congruentes, hi morbi videantur.

61 ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν γένηται] Vide aph.13. lib.3. vbi iſtius loci meminit Galenus, & θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, & τὸ φθινόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον legit, quam lectionem cum Interpretibus ſecuti ſumus. Vitioſa quoque ſunt exemplaria quæ φύσεις pro φθίσιας legunt, quæ tamen ſecutus eſt Caluus.

62 ἢν δὲ βόρειόν τε ᾖ] Vide aph.14. lib.3. vbi huius etiam loci meminit Galenus.

63 ὀφθαλμίαι ξηραί] Pro ξηραὶ ἰσχυραὶ legunt exemplaria quædam manu ſcripta, ſed ξηραὶ bis legit Galenus.

64 τῶν γὰρ χολῶν] Iſtud ſic legit Galenus, τῶν γὰρ χολῶν τὸ μὲν ὑγρότατον καὶ ὑδαρέστατον ἀποξηραίνεται καὶ ἀναλίσκεται, τὸ δὲ παχύτατον καὶ δριμύτατον λείπεται καὶ τοῦ αἵματος κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ἀφ' ὧν ταῦτα τὰ νοσήματα αὐτοῖς γίνεται. Quædam etiam exemplaria manu ſcripta, pro ἀφ' ὧν, ἐφ' ὧ legunt.

65 ἀποξηραίνονται γὰρ] Hunc locum ſic legit Galenus, ἀναξηραίνονται γὰρ καὶ ἐς τὸν χειμῶνα ἀφικνέονται οὐ πλαδῶντες, ἀλλὰ ἀναξηραινόμενοι, hoc ſenſu. Reſiccantur enim & ad hyemem ſuperflua humiditate minimè diffluentes, ſed reſiccati perueniunt. Quam lectionem ſequuntur Interpretes. Eodem tamen recidit vulgata lectio, vt ſimilium temporum ſucceſſione reſiccati, ad hyemem perducantur.

66 κατὰ [illegible] τε] Quæ ante hæc leguntur, ἢν δὲ ὁ χειμὼν βόρειος, ſuſpecta ſunt, cùm paulò ante iam ſcripta ſint, ideóq; cum Interpretibus ea reiecimus. ἐνστησάμενος autem exemplaria quædam manu ſcripta legunt, pro ὁ νοσέων.

67 τὰ δὲ λοιπὰ] λοιπὰ pro λόγου legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

68 περὶ δὲ Ἀσίης πλεῖστον] Hunc locum adducit ex hoc libro Galenus libro, Quòd animi mores corporis temperamentum ſequuntur.

69 καὶ τὰ ἤθεα τῶν ἀνθρώπων] καὶ τὰ ἤθεα τῶν ἀνθρώπων ἠπιώτερα legit Galenus. Exemplaria quædam manu ſcripta ἐνεργότερα legunt, pro εὐοργητότερα.

70 ὅτι ὑπὸ ψυχῆς βεβιασμένα] Sic legunt omnia exemplaria. Sed Galenus lib. Quòd animi mores &c. ὑπὸ ψυχῆς πάσχεται legit, ſi modò vera eſt lectio.

71 τὸ δὲ ἀνδρεῖον] Hunc locum producit Galenus lib. Quòd animi mores &c. ſed ταλαίπωρον legit, & ἔμπονον omittit. Certum autem eſt interpretes omnes ταλαίπωρον legiſſe, cū ἀταλαίπωρον habeant omnia quæ videre licuit exemplaria. Et certè ἔμπονον & ταλαίπωρον rectè iungūtur, & Aſiaticorum imbellis & delicata natura malorum, ærumnarum & laborum tolerantiam refugit.

72 αὐτὸ

72 μή τι ἀμείφυλον] οὔτε ὁμόφυλον, οὔτε ἀλλόφυλον legitur apud Galenum, vitioſè tamen. Idem quoque, ἀλλὰ πλεῖ ἡδονὴν ἀνάγκη κρατέειν, legit. Etſi verò ea notione quam adſcripſimus ſenſus rectè conſtare poteſt, hic tamen totus locus non parum ſuſpectus habetur.

73 τὰς ἡλίου τῆς ἀνατολὰς τῆς χειμερινῆς] pro χειμερινῆς, θερινῆς legit Auguſtini Guadaldini codex manu ſcriptus, quòd conſtet ad æſtiuum Solis ortum poſitam eſſe Mæotidem paludem, non ad hybernum. Nam ortus hybernus ad Capricorni Tropicum infra Æquinoctialem, verſus polum Antarticum ſitus eſt. Mæotis autem palus ad ortum æſtiuum verſus Tropicum Cancri, & verſus Arcticum polum, ab omnibus eſt poſita, vt cuiuis vel in Geographia mediocriter verſato manifeſtū eſſe poteſt. Quod non mediocriter Cardanum torſit, qui tamen vulgatam lectionem retinuit.

74 ποιεῖ γὰρ φύσιας] θνοειδέας τε καὶ ἀφιλόφρονας legunt vulgata exemplaria, quæ ſecuti ſumus cum Cornario. ἰφυδροτέρας tamē habent exemplaria quædam manu ſcripta, quæ ſecuti ſumus cum Cornario, ἀνύδρους autem habent exemplaria quædam manu ſcripta, quæ ſecutus videtur Caluus, quædam etiam ἀφύδρους. Quæ ſanè lectio non improbatur.

75 αἱ δὲ λιμνώδεις] λειμακώδεις exponuntur Erotiano λειμακώδεις, nēpe hoc ſubindicato loco, qui etiā addit λέγονται οἱ λειμῶνες καὶ κατάποτοι, καὶ ὁμαλοὶ τόποι. Ac certè exiſtimo λειμακώδεις & λειμακώδεες apud Erotianum legendum eſſe, & huc referendum.

76 ὁ γὰρ γόνος] Hunc locum innuere videtur Gal. libello, Quod animal ſit quod vtero continetur, aut certè alium huic ſimilem, velut lib. περὶ γονῆς. aut libr. περὶ ἱερῆς νόσου, qua de re antea ſcripſimus.

77 ἐν ἔτει γίνονται αἱ ταραχαί] ἢ ταραχαί legunt exemplaria quædā.

78 ἀλλὰ μεταξύλοισι] hunc locum in OEconomia noſtra expreſſimus.

79 ἀναλδέας εἶναι] Sic quidem legunt quæ omnia vidimus exemplaria, ſed nos ex Erotiano & Galeno ἀναλδεῖς legimus, & ἀναυξεῖς, ἀτρόφους explicamus, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi etiam monuimus quoſdam hic ἀναλδεῖς legere.

80 ἠέρα τε πουλύν] Aerem caliginoſum dicimus, cùm nomine aëris hic qualitas indicetur, conſtetq; Græcis ſic ſæpè aëris vocem ſumi, deinde quòd ex paludibus aër caliginoſus naſcatur, quodque totus Euxinus Pontus nubiloſus ſit.

81 καὶ διερῶ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed pro διεροῦ Erotianum λεπτοῦ hic legiſſe ſcripſimus in noſtra Oeconomia, & μετεώρου καὶ ὑγροῦ exponere.

82 περὶ μὲν τῆς φύσιος] ἢ περὶ μὲν τῆς φύσεως legunt exempl. manu ſcripta. Quod verò ſequitur ἐν τῇ Ἀσίῃ καὶ τῇ Εὐρώπῃ, quidam vltima verba expungenda exiſtimant, quòd nondum de Europæis verba fecerit, & Phaſiani ab omnibus inter Aſiaticos annumerentur, & nominatim à Xenoph. lib. 4. περὶ ἀναβάσεως. Et tum etiā quòd paulò pòſt cùm ad Europæos accedit, περὶ μὲν τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ ſolùm ſcribat. Deinde harum dictionum περὶ μὲν, & περὶ δὲ, vis inſpicienda & coniungenda videtur.

83 περὶ δὲ τῆς ἀθυμίης] Hunc quoq; locum adfert Gal. libello, Quòd animi mores, &c. Sed longè aliter legitur & vitioſè noſtris in codicibus. ἀπολεμώτεροι etiam quædam exemplaria legunt, pro ἀπολεμώτεροι.

84 αἰεί τι ἐγγίνεται] αἴ τι ἐγγίνεται legunt codices quidam manu ſcripti, & ἴσας pro ὁμοίας, vt & Aldina exemplaria.

85 ἀδύνατοι εἰσί] ἀναλκεῖς hîc ἀβοηθήτους mauult ſignificare Erotianus, quā ἀνάνδρους aut ἀδυνάτους. Quod effecit vt omni ope aut auxilio deſtitutum dixerim hoc eſt auxiliaribus aut militaribus copiis, etſi imbelle rectè dixerint omnes interprètes, quod ἀνάνδρους & ἀσθενεῖς exponunt, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

86 ἡμερωτέρους πλεῖ γὰρ ἐλῶν] Sic quidem legunt quæ adhuc videre nobis licuit exemplaria, hoc quidem ſenſu, vt cogantur regionem deſerere propter rei militaris imperitiā ac otium, ſed ἀπολεμίους καὶ ἀργίας lego, vt habent plæraque exemplaria & Aldina, etſi vtramq; lectionem videtur ſecutus Caluus. Mihi tamen valdè probatur Zuinggeri lectio, ἡμερωδέας πλεῖ ὀργῆς, vt neceſſe ſit huiuſmodi hominibus mitiores eſſe animos, propter rei bellicæ inertiam. Quam quidem lectionem deſumptam audio ex codice Auguſtini Guadaldini & Octauiani Ferrarij.

87 δεσπόζονται] Hunc locum adducit Galen. libello. Quòd animi mores, &c.

88 ὥσπερ τὰ ἱερὰ θύονται] θύουσι legunt exemplaria Regia manu ſcripta. Caluus etiam τῷ Νομίῳ legiſſe videtur.

89 ἢ ἐπ' αὐτῷ ἐστιν] καὶ ἐπ' αὐτῷ pro ἢ ἐπ' αὐτῷ legunt exemplaria quædam.

90 καὶ ἀλιμενώδεις] λιμενώδεις legunt Erotianus & Gal. vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi iſtum locum expreſſimus, & ad Galeni expoſitionem adduximus.

91 καὶ ψιλή] Sic legunt ferè omnia exemplaria, quæ nudam & arboribus carentem ſolitudinem ſignificant. Quædam verò exemplaria vt Aldina ὑψηλή legunt, quam lectionem Caluus & Cornarius ſecuti ſunt.

92 αὐτοὶ δὲ πιλοῖς περιεργασμένας] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Caluus & Cornarius πίλοις legiſſe videntur. Erotianus autem πίλοισι legit, addítque, πῖλοι καλοῦνται αἱ λέγουσι τὰ σκεπάσματα ἐκ τῶν χαιτῶν πεποιημένα. Iſtamque lectionem ſecuti ſumus, & πίλοις legimus, cùm coactilibus & lana craſſa compactis obductos currus duximus, etſi πιλοῖς adiectiuè ferri poteſt, quod πιλωτοῖς exponit Heſychius. Qua de re fuſiùs in noſtra OEconomia.

93 πάντα δὲ καὶ ταὐτά] Sic quidem omnes codices legunt, eamq; lectionem ſecutus ſum. Cornarius tamen ἄνετα mihi legiſſe videtur, quaſi ἄνετα.

94 καὶ τὰ πρόβατα ἔστι] Hic τὰ πρόβατα pecorum poſſeſſionē & armentorum gregem mihi ſignificare videntur, non oues tantum. Eoq; reſpexiſſe videtur Erotianus cùm ſcribit, πρόβατα, οὕτω καλεῖ πάντα τὰ τετράποδα κτήνη. Hanc enim dictionem proximè poſt (πίλοισι) ſubiungit. Quod ſignificauit Caluus, cùm vaccarum, & equarum & ouium armenta dixit.

95 καὶ ἱππάκην τρώγουσι] Hac de re abundè ſcripſimus in noſtra OEconomia, ſimulq; hunc locum expoſuimus. Exemplaria autem ſcripta hic κατέχονται pro ἔρχονται legunt.

96 ἀλλ' ἀνάγκη διὰ τῆς ἀρκτου αὐτόθι] Sic quidem legunt exemplaria Germanica, quæ ſecuti ſumus cum Caluo, Cornario & reliquis Interpretibus. Qua de re vide Ariſt. cap. 1. lib. 2. Μετεωρολογ. Codices manuſcripti ἀλλ' ἡ αὐτή legunt. Aſulanus codex ἀλλ' ὁ ἐν τῇ, & aſteriſcum apponit ſuſpectum locum faciens.

97 καὶ ἄναρθρα καὶ ὑγρά] Sic legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria ἄναρθρα tamen lubenter lego, vt præ humiditate ac craſſitie minimè articuli ac iuncturæ conſpiciantur aut appareant, quod antea dixit ἄρθρα κατάδηλα οὐδέν. Annotauit autem quidam codices quoſdam ἄθροα habere. ἄθροα verò, eneruatos eorum habitus & ſine robore propter mollitiem indicat.

98 ἐν τῷ τοῦ γένου ξυμπνίξει] ξυμπνίξεις aut ξυμμίξεις legiſſe videtur Cornarius, & vtramq; lectionem adſcripſiſſe. Caluus verò ἐν τῷ τοῦ σώματος ξυμπνίξει legit. Vitium autem redolent exemplaria quæ τοιοῦ pro γένου legunt. Quod ſequitur etiam codices ſic ſcribunt: ἐν μὴ πρὸς ἀνάγκης τινὸς τύχῃ ἄν, ὃ νόσου, ac fortè melius, τινὸς τύχῃ ἄν.

99 ῥικνοὶ δὲ γίνονται] ῥικνοί lego cum interpretibus omnibus, vt fluida, laxa, fluxa, & mollia Scytharū corpora ſignificet, etſi ῥικνοί legiſſe Galenum exiſtimo in Exegeſi, cùm καμπύλα expoſuerit, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. Quo ſenſu diſtorta & incurua vertit Caluus, quod accidit ob corporis proceritatem, longitudinem, & articulorum mollitiem ac laxitatem.

100 ὅτι νομίζουσι] Iſtud de inſtituto patrio, aut lege ac conſuetudine ſumo, vt minimè illis conſuetum ſit pueros in cunis faſciis inuoluere, vt corpora vaſtiora, craſſiora & carnoſiora euadant & ad inſidendum aptiora & firmiora. Scio aliam eſſe Cornario & Caluo notionem, iſta tamen ad Hippocratis mentem mihi probè accedere videtur. Codices autem manu ſcripti quidam, κοῦφοι pro ἱππεῖς legunt.

101 πυῤῥὸν δὲ τὸ γένος] Id teſtatur Galenus libro 2. de Temperamentis.

102 οὐ γὰρ φθάνουσι] Caluus longè aliter hunc locum legit & pro φθάνουσι, χαίρουσι legere videtur, quod ſecutus videtur Cornarius, qui negationem tamen non appoſuit.

103 ἀνανδρείη] ἀνδρεῖοι legunt exemplaria Aldina, vitioſè vt patet, ſed pro hac voce ἐνάρεας ex Herodoto reponit Mercurialis, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. Ac fortè corrupta illa vox ex hoc loco reſtituenda, quòd ἐνάρεες bellicoſi Ionibus dici quibuſdam exiſtimentur.

104 κέδματα λαμβάνει] Hunc locum expreſſimus in noſtra OEconomia, cùm dictionem iſtam explicaremus. κρεμαμένων autem lego: non κρεμαμένων, vt habent exemplaria omnia.

105 εἰ ἂν σφίσιν ξυμφέρουσι] Sic quidem legunt quotquot mihi videre exemplaria licuit, eo ſenſu quem expreſſimus. Caluus tamen iſta ſequentibus iungit, cum quibus aptiùs cohærent. At Codex Aldinus huic loco aſteriſcum apponit, vt vitij notam indicet, quod certè mihi vero eſt ſimile.

106 εἰσὶ γὰρ φλέβες τὰς φλέβας] Huic loco reſpondet quod antea ſcriptū eſt lib. περὶ γονῆς. ἔχει δὲ καὶ ὡς πλεῖστον εἶναι, ὅθεν λαγνεύουσι μὲν καὶ ἀφλέβες, ὀλίγον δὲ, καὶ ἀδύνατοι, καὶ ἄγονοι. χωρεῖ γὰρ τὸ πλεῖστον τῆς γονῆς, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ ὦτα, ἐς τὸν νωτιαῖον μυελόν. Ex hac autē venarū ſectione nimia ſanguinis profuſionē cerebrū imbecillius redditū, & ſpirituum vitalium influxu priuatū, ad reliquas obeundas actiones, & generationē præcipuè minus eſt idoneum. Etſi iſtud quidam neruis præſectis tribuunt, quos poſt aures ex

ſexta neruorum coniugatione, in teſtes & ſeminaria vaſa deferri aſſerit Veſalius.

107 καὶ ὅτι ἀναξυρίδας] Sic quidem legunt exemplaria publicata. ſcripta verò ἀναξυρίδας, quomodo alij omnes, & ratio etymi apud Euſtathium indicat, ἐκ τοῦ ἀνασύρεσθαι, quam dictionem in OEconomia noſtra expoſuimus, ſimulque hunc locum expreſſimus.

108 ὁ ἀνανδριεῦντας] Iſtum quoque locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia. At Caluus ἀνδρεύονται mihi legiſſe videtur.

109 ἀπὸ τουτέων οἵους αἰδοῖα τοιαῦτα περὶ ῥήματος] οἵους δὲ γένεος legunt exemplaria manu ſcripta quædam.

110 δέον δὲ οὕτω διαλλάχθαι νομίζειν] διαλλάχθαι legunt exemplaria quædam.

111 αἱ γὰρ φθοραὶ μάλιστα ἐγγίγνονται] τοῦ τόνου pro τοῦ γόνου legunt exemplaria quædam, quæ ſecutus videtur Caluus, cùm debilitari & vires perdere dixit.

112 καὶ τὸ ἄμικτον] Sic quidem legunt omnia exemplaria, quod morum integritatem, fidem, ac conſtantiam & pertinaciam ſignificat. Sed ἄμικτον lego ex Galeni libello, Quòd animi mores &c. (etſi illic ἄμικτον vitiosè legitur) quod minimè ſociabile ſignificat, aut non coibile (vt loquitur Gellius) quodq; hominum ſocietatem & communionem auerſatur, quales ſunt natura agreſtes & feri, ſolitarios & ſæuos dixit Caluus. Sunt tamen qui ἀμείλικτον pro ἄμικτον legunt, quod durum & implacabile ſignificat, cui τὸ ἥμερον opponit, vt & περὶ ἀρχὴν τὸ ἥμερον.

113 ἀλλ' ἐν ψυχροτέροις] Sic lego potiùs quàm καὶ ὅτι ἐνψυχροτέροις, quod legunt exemplaria Aldina vitiosè.

114 ἐν δὲ τοῖς μεταβαλλομένοις] Eadem exemplaria vitiosè legunt, ἐν δὲ τοῖς μεταβαλλομένοις.

115 ὅκου μὲν χώρη] Hunc locum adducit Galenus libello, Quòd animi mores, & paulò aliter legit, ὑψηλὴ καὶ ἄνυδρος cum Galeno lego, etſi ψιλὴ καὶ ἄνυδρος legunt exemplaria plæraque.

116 καὶ ἀγνώμονας] Sic legunt omnia exemplaria, etſi Aldina aſteriſcum apponunt, cuius dictionis vim & explicationem in noſtra OEconomia adſcripſimus, & Galeni & Erotiani expoſitionem ſecuti ſumus. Galen. libello, Quòd animi mores, &c. καὶ ἀμαθεῖς legit, quæ videtur eſſe iſtius dictionis explicatio.

117 ἐκ αὖ ὁμοίως ἐστίν] ἐκ αὖ ὁμοίως ἔχοιεν legit Galenus, & νόμος δὲ συγκαταγενόμενος ἐπικρατεῖ. Vbi νόμον exprimit, περὶ νόμων ἐν ἑκάστῃ χώρῃ τὴν δίαιταν λέγει, ἐν ᾗ καὶ τροφὴ, καὶ παιδεία, καὶ συνήθεια ἐπιχώριος ἐνομίζετο, vitæ inſtitutum, educationem, viuendi modum, mores vernaculos, & patriam conſuetudinem.

118 ὁ χαρίεις ἀτηρία ἐστὶ] Sic legit exemplarium magna pars, quędam etiam ὁ χαρίεις ἐστὶ καὶ ἀπαλείη. Cornarius verò ὀρραιεία, pro ἀχλυαία mihi legiſſe videtur. Zuuingerus autẽ λευκαίη. Vitiosè etiam quædam exemplaria, ἰδέα pro εἰδέα habent. Iſtam verò dictionem expoſuimus in noſtra OEconomia, ſimulque locum iſtum expreſſimus.

119 καὶ λείην] καὶ λεπτὴ legit Galenus & quædam exemplaria manu ſcripta, quòd læuem, planam, æquabilem, quaſi λεῖον ἔδαφος ſignificat vt τραχεῖ opponatur. Quod ſequitur ſic legit Galenus, ὅσοι αὖ εἴδεα μεγάλοι, καὶ εὔοπτοι ὑγροὶ καὶ ἄναρθροι, ἀμφότεροι δὲ καὶ ἀμαθέστεροι πάντων εἰσὶ γενόμενοι.

120 ὅκου δὲ λεπτή τε] Pro λεπτὴ λυπρὴ legiſſe Galenum exiſtimo in Exegeſi, cùm λυπρὴ ψιλὴ & ξηρὰ χωρία exponit, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, hoc ſubnotato loco.

121 ταῖς δὲ μεταβολαῖς] Sic legit magna codicum pars, quam lectionem cum Caluo retineo, quam etiam in Auguſtini Guadaldini codice ſcriptam eſſe audio, etſi quædam exemplaria ὑπὸ χειμῶνος legunt, Galenus autem ἐκ ἀκρίτου ἔχει legiſſe videtur, cum ἀκρίτως vitiosè ſcribant noſtra exemplaria.

122 καὶ τὰς ὀργὰς αὐθάδεις τε] καὶ τὰς ὀργὰς αὐθάδεις τε legit Galenus, vt mores & animi impetus arrogantes, & nimium cõfidenter ſibi placentes intelligas. Quòd ſi vulgatam lectionem retineas, mores rigidos, & animum implacabilem ac contumacem ſignificat. Has autem dictiones expoſuimus in noſtra OEconomia.

123 καὶ ὁ χώρη ἐν ᾗ ἂν τε τρέφηται] Sic legunt plæraque exemplaria quæ ſecutus ſum cum Interpretibus. Quædam etiam ἐν ᾗ ἂν τρέφηται legunt, minus rectè (vt opinor) quæ ſecutus videtur Caluus.

124 εὑρήσεις γὰρ ἐπὶ τὸ πλῆθος] ἐπὶ τὸ πολὺ legit Galenus, & τὰ εἴδεα.

125 ἡ γῆ πίειρα] Sic quidem legunt omnia ferè exemplaria, quædam etiam πιαρά, quam dictionem ſæpè vſurpat lib. περὶ φυσῶν. Apud Galenum πιαρὰ vitiosè legitur. Quidam etiam πιηρὰ legunt, quod Ionicum eſt, pro πιαρά, ad quod accedit Galeni lectio, facilis enim lapſus eſt à πιηρὰ in πιαρά.

126 καὶ τὰ ὕδατα κατὰ μετέωρα] κατὰ μετέωρα ἔχουσα legit Galenus.

127 ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ] Iſtud ſubſequentibus iungit Galenus, ſicque legit, ὥς τε ἐπὶ τὸ πολὺ τὸν γε ῥᾴθυμον καὶ τὸν ὑπνηρὸν ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἰδεῖν. Vitiosè autem in noſtris Galeni codicibus πιλαιπωροὶ pro ἀταλαίπωροι legitur.

128 καὶ ἀνώχυρος] ἀνώχυρος regionem non munitam aut defenſam ſyluis ſignificat, vt diximus in noſtra OEconomia. Cornarius natura munitam dixit, quòd eſſet acceſſu difficilis, vt vertit Caluus. Sic autem legit Galenus. ἔνθα δ' ἔστιν ἡ χώρη ψιλὴ, καὶ χήρα ὑπὸ τοῦ χειμῶνος πιεζομένη, ἢ καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καιομένη.

129 καὶ ἰσχνοὺς] ἰσχυροὺς legit Galenus, quam lectionem ſecutus eſt Cornarius. Idem ἀτόνους καὶ ἀκρίτους ἰδεῖν legit.

130 τό τε ἐργατικὸν] Galenus legit τό τε ἐργατικὸν ἔστιν ἐνεὸν ἐν τῇ φύσει τῇ τοιαύτῃ καὶ τὸ ἄγρυπνον.

131 ἐς τὰ πολέμια] τὰ πολέμια, legit Galenus..

IN LIBRM DE FLATIBVS.

EΙΣΙ τινες] Hîc libellus qui περὶ φυσῶν paſſim inſcribitur, ab Erotiano inter αἰτιολογικὰ & φυσικὰ meritiſſimè recenſetur. φῦσα autem hic & lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, ex Erotiani mente, τὰ ἐν ἡμῖν πνεύματα indicat, & flatum aut ſpiritum craſſiorem qui in corpora noſtra ſubit, ſignificat, & τοῦ πνεύματος nomine ſæpe effertur, vt & aër qui corpora noſtra ambit. Hic autem libellus etſi à multis Hippocratis authoritate diminutus cenſetur, plurimis tamen de cauſis ab artis noſtræ dictatoribus, Erotiano præcipuè & Galeno inter Hippocratis fœtus non ingratiis reponitur.

2 ὁ μὲν γὰρ ἰητρὸς] Hanc quidem ſententiam Hippocrati tribuit Gregorius Nazianzenus in Apologetico, & in Epitaphio Cæſarij, quod etiam annotauit Hieronymus Mercurialis.

3 καὶ τὰ μὲν φλαῦρα τῶν ἰητρῶν] Poſt hæc verba, μάθοιμεν τοῦ αἰτίου addunt exemplaria quædam Regia manu ſcripta, quæ etiam legiſſe videtur Caluus.

4 ὅσα μὲν χειρουργίας δεῖ] Hunc quidem locum ſubindicare videtur Galenus lib. 8. de Adminiſt. Anatom. & paulò aliter legere his verbis: αὐτὸ δὲ αἱ χεῖρες καὶ πλεῖσται ἐπιβολαὶ τὸ ἀκριβὲς γυμνάζουσι, ἡ χεὶρ τὴν ἀκριβεστάτην ἐπιδίδωσι ἀποτυποῦσα ὡς ἔλεγεν Ἱπποκράτης, ἐκ τοῦ χειρουργεῖν ἔθος ἀεὶ κατὰ τὴν τέχνην.

5 μάλιστα διδασκαλεῖον] μέγιστον διδασκαλεῖον legũt exemplaria quędam manu ſcripta Regia. Eſt autem elegans ſententia, qua vſus optimus dicendi ludus ac magiſter eſſe ſignificatur, non ſecus ac ſtylus optimus & præſtantiſſimus dicendi perfector ac magiſter dicitur M. Tullio Oratorio primo.

6 εἰ γάρ τις εἰδείη] περὶ αἰτίην τοῦ νοσήματος legunt exemplaria quędã manu ſcripta Regia, vt & Aldina, vitiosè tamen vt opinor. Quæ etiam ſequitur lectio in exemplaribus Aldinis magis eſt explicata hoc modo, οἷός τ' ἂν εἴη προσφέρειν τὰ ξυμφέροντα τῷ σώματι, ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιστάμενος τὰ νοσήματα, vt ex morborum per contraria cognitione, is facilè poſſit exhibere quæ corpori ſunt accommodata. Publicata tamen lectio quam hîc ſecuti ſumus, longè implicitum, eundem tamen habet ſenſum.

7 τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων] Huius præcepti Hippocratici multis in locis meminit Galenus in libr. Methodi medendi, & libr. 1. ſalubrium, Com. etiam 2. in lib. 6. Epid. & Com. 5. Com. quoq; ad aph. 34. lib. 2. & lib. 6. de Comp. Med. κατὰ τόπους & lib. de Conſt. artis Medicæ.

8 ἰητρικὴ γάρ ἐστι] Hunc quoque locum ex Hippocrate adducit Galenus in Iſagoge, & lib. 11. Meth. med. Sed illic legit, πρόσθεσις μὲν τῶν ἐλλειπόντων, ἀφαίρεσις δὲ τῶν πλεοναζόντων. Similis quoque locus legitur in his quæ addita ſunt ad lib. περὶ φύσιος ἀνθρώπου.

9 τὰ γὰρ σώματα τῶν ἀνθρώπων] Hunc locum mihi ſic expreſſiſſe videtur M. Tullius lib. 2. de Nat. Deorum. Nam cum tribus rebus animantium vita teneatur cibo, potione, ſpiritu, ad hæc omnia percipienda os eſt aptiſſimum, quod adiunctis naribus ſpiritu augetur.

10 τὰ δὲ περιέχει] Aliter hunc locum legit Zuuingerus, ſed nos conteſtatam omnibus codicibus lectionem ſecuti ſumus.

11 καὶ τοῦ μὲν ἐπὶ τούτου] καὶ μὴν ἐστι γὰρ τούτου βάθρον, legunt exemplaria Regia quædam manu ſcripta, vt terra aëris ſit ſedes ac fundamentum. Hunc autem locum ſuſpectum facit aſteriſcus Aldino codici præfixus.

12 ἐς μεγάλας χρείας ἰοῦσι] ἰοῦσι legunt exemplaria Regia manu ſcripta quædam.

13 ὁ γὰρ βίος μεταβολέων πλεῖστος ἐστὶ] ἀνάπαυσις ἐστὶ legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

14 καὶ μεμαστευμένοι] ὁ μεμαστευμένος legunt exemplaria manuſcripta Regia. Hunc verò mihi locum conceptis verbis exprimere videtur Erotianus, & μεμαστευμένον legiſſe, cùm μεμαστευμένον exponit λελειμμένον γεγονὸς, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi & hunc locum expreſſimus, & quænam hîc μάσματα intelligantur indicauimus,

15 ὅλῳ μὲν ὅλον τὸ σῶμα τῷ πρήγματι] ὅλον πάντα τῷ πρήγματι legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

16 ἕλκεσι ἢ τοῖς μεγάλοισι προσκόμμασι] Hic προσκόμματα mihi propriè dici videntur pedum offenſiones, cùm in aliquem obicem pedes impingunt aut incurrunt, vnde phlegmone conſequitur, inguium tumor ac febris. Etſi tranſlatitiè ſumi poſſunt conſequentes offenſiones, & quæ phlegmoni ſuccedunt, velut ſumpſiſſe videntur Interpretes.

17 ὁ μὲν οὖν κοινὸς πυρετὸς] Hanc communem de peſte opinionem per contagionem ſeminariorum ortam (quæ hic μιάσματα vocat Hippocrat.) multi ſcriptis celebrarunt & Hieronymus Mercurialis cap. 6. lib. 3. Variarum lectionum ex Lucretio lib. 6. optimè expreſſit.

18 ὁμοίου δὲ ὁμοίως] ὅμοια δὲ ὁμοίῳ legunt exemplaria quædam.

19 ἀλλ' ἔθος τοῖς αὐτοῖς ἐμφερέσιν ἔῃσιν] ἐμφερέσιν ἐοῦσιν legunt exemplaria quædam.

20 τὸ ἰσόσταθμον παντὸς τοῦ σώματος] Exemplaria Aldina τὸ ἰσόσταθμον παντὸς τοῦ σώματος legunt, quam lectionem ſequitur Mercurialis. . . . tamen malim.

21 καὶ πάντα μάλιστα τὰ παιδία τῆς τροφῆς ἀλλοιοῦσθαι] ἀλλοιοῦσθαι legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

22 ἡ δ' αὖ μάλιστα διελθεῖν] ἡ δ' αὖ μάλιστα τοῦ σώματος διεξελθεῖν legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

23 προσπίπτουσα δὲ τοῖς σαρκώδεσι] πρὸς δὲ τὰ σαρκώδεα legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

24 τελευτῇ δὲ τῆς τόπον ψυχθέντος] Hunc certè totum locum de rigore optimè mihi explicare videtur Laurentius Ioubertus vir doctiſſ. Paradox. 4. Decad. 2.

25 ἔλαττον ἰσχυρὸς] ἀσθενέστεροι legunt codices Regij manu ſcripti. Similis verò locus de rigore legitur lib. 1. de Morb. vbi rigorē magis explicat, & apertiùs ab horrore diſtinguit Hippocrates.

26 ἐξ τοῦ ψύξιν ἐκ τε τρεμόντων] Hanc quidem lectionem omnibus exemplaribus conteſtatam ſecuti ſumus. At Interpretes omnes ὑπὸ τρεμόντων legunt.

27 ἀθρόος τι ἀναδεῖ] Exemplaria Regia manu ſcripta legunt ἐπειτα ἀθρόως τι αἴνεδον διεξιὼν αἰτιώδης ἐστι, διϊστησι τὸ στόμα. Elegans eſt autem oſcitationis deſcriptio, quâ craſſus ex viſcerum internorum incendio conceptus aut coacervatus vapor, vi ſurſum erumpens, tanquam vectibus adhibitis, os diducit ac emouet, cùm per acceſſiones febrium os hiare faciat.

28 ὁ ἀὴρ ξυνεστραμμένος] His verbis elegantiſſimis optimè exprimitur vapor craſſus & multa exhalatio à crudiore materia, & multa aquea humiditate, vi caloris expreſſa, coaceruata & condenſata, ad inſtar turbinis conuoluta, & ad ſuperiora erumpens, non ſecus ac ex virentibus lignis, igne ſuppoſito, multus & craſſus fumus, antequàm flamma erumpat, ſurſum ſubuehitur.

29 καὶ τὰ ἄρθρα] Hanc articulorum exolutionem pro pandiculatione ac muſculorum extenſione ſumimus.

30 δαψιλέως δὲ καὶ μᾶλλον πνιγόμενος] Pro μᾶλλον ἀθρόως legunt exemplaria Regia manu ſcripta. De calore autem febrili poſt rigorē ſuccenſo, eadem ferè ſcribuntur libr. 1. de Morb. his verbis: ἐπὴν δὲ μετὰ τὸ ῥῖγος αὖθις πυρετὸς ἐπιλάβῃ, ὁ πάλιν, ἀλλὰ ὡς ἔχει. ἐπὴν ταῦτα τὸ αἷμα διαθερμαίνηται τε καὶ θολοῦται ... ἐς τὴν ἑωυτοῦ φύσιν, καὶ τῆς φλέγματος, καὶ τῆς χολῆς ... αἷμα συμμεμιγμένον γίνηται τὸ αἷμα θερμότερον ... πολλαπλασίως, ... διαθερμαινόμενον, ἀγχίνα πυρετὸν ... ὑπὸ τῆς θερμασίης τοῦ ... μᾶλλον ῥῖγος.

31 τήκεται γὰρ πυρούμενον] Quod incenſum fuit & ab incendio in vaporem conuerſum & colliquatum, ſudoribus materiam præbet, & per corporis meatus foras protenſum, erumpit. Eadem ferè de ſudoribus in febribus ſcribuntur lib. 1. de Morbis.

32 πιμπλάνται γὰρ αἱ φλέβες] αἱ φλέβες addunt exemplaria Regia manu ſcripta. Sic enim vaporoſo ſpiritu impleta ac diſtenta vaſa capitis dolorem inferunt. Et hoc loco φυσώδεις ἐμφυσώδεις mihi dici videntur, inflatæ & diſtentæ venæ, quod φυσῶδες Heſychio exponatur, & πεφυσημένοι οἱ ἐμφυσημένοι dicantur, inflati ac diſtenti. Etſi φρίξαι pro φῦσαι vitioſè apud eū ſcribitur. Vitioſa autem ſunt Aldina exemplaria, quæ pro φυσώδεας φρικώδεας legunt. Incenſas tamen & concalefactas venas aut arterias alij ſumunt, quòd φρύγειν φλέξαι etiam ſignificet. Aliud tamen quiddam mihi legiſſe videtur Cornarius.

33 Εἰς γὰρ τὸ αἷμα ξυνελθὸν] ἀθροίσαντα καὶ διαλύσαντα legunt exemplaria Regia manu ſcripta. Eadem pro ἐμφράγματα ἐρύσματα vitioſè legunt.

34 ἐνειλήματα] εἰλήματα legunt exemplaria Aldina vitioſè. Regia manu ſcripta ἐνειλήματα legunt, velut εἰλήματα dicuntur lib. . . . ἐν τοῖς ἐντέροις, quæ τὰς στροφὰς exponit Gal. in Exeg. Sic autem dicuntur inteſtinorum conuolutiones & inuolucra, aut dolores in ventris partibus inuoluti, inteſtinorum agitationes dixit Cornarius.

35 ὁ ὅτε ἐς τὰ ὑποχόνδρια] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia, ſimulq; quemadmodum ſuſpectum haberemus ſcripſimus.

36 ὁ διάλυσις] ὁ διάχωσις legitur vitioſè in codicibus Regiis manu ſcriptis, fortè pro διέχωσις. διάλυσις legunt exemplaria Aldina, fortè pro διάδοσις, quæ tranſmiſſionem aut diſtributionem ſignificat. διάλυσις autem dicitur, quemadmodum antea τοῦ πνεύματος διεξοδος & ἀίμαλος.

37 ἀραιωθέν γὰρ] ἀραιωθέν malè legunt exemplaria Aldina. Interpretes verò perperam locum mihi diſtinxiſſe videntur, & τῷ πνεύματος τὸ πνεῦμα ſimul iunxiſſe.

38 ὅταν δὲ τὴν κεφαλὴν] ὅτι legunt exemplaria Vaticana & Aldina.

39 ἔπειτα ἐκεῖ] ἐκεῖνο legunt exemplaria Regia manu ſcripta, & ad caput referunt, quod flatibus grauatum, ſpiritus vna cum ſanguine intus conuoluit & agitat. Quædam etiam exemplaria, pro μετὰ τὸ αἷμα, καὶ τὸ αἷμα legunt.

40 τοῦ δὲ τὸ ὑγρὸν ὅταν ἀθροισθῇ] ἀθροισθῇ πολὺ legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

41 ὅταν δὲ ξυμβάλλῃ] Pro τῷ ἀνιόντι, κατιόντι legunt Vaticana & Aldina exemplaria, quæ ſecutus eſt Caluus. Cornarius legiſſe videtur τὸ πνεῦμα ἀνιὸν τῷ ῥεύματι κάτωθεν ἰόντι. Codices verò manu ſcripti Regij, τὸ ῥεῦμα κάτωθεν ἰὸν legunt, vt τῷ ἀνιόντι πνεύματι deſcendens pituita occurrat, quę tuſſim gignat & optima mihi videtur ea lectio, cùm deſcendens pituita aſcendenti ſpiritui occurſarit, & in eum inciderit. Eadem etiam exemplaria Regia manu ſcripta legunt, ἐκ διανοιαν ἀνάγκη ..., καὶ ἀναχρέμπτεσθαι τὸ φλέγμα.

42 ὁ κεφαλὴ] Codices Regij manu ſcripti pro κεφαλὴ ὅρκιμα vitioſè legunt, vt ne meminiſſe quidem præſtiterit.

43 καὶ χαραδρώδεας οἱ πόροι] χαραδρώδεας hoc loco mihi videtur legiſſe Galenus in Exegeſi, iſtumq; locum expreſſiſſe, cùm χαραδρώδεα διέξοδον ἔχον exponit. Sic enim potiùs lego, quàm διέξοδον ἔχων, quomodo legunt noſtra ferè omnia exemplaria, quam tamen expoſitionem quibuſdam hic arridere video. Hūc verò locū aptiſſimè mihi videor expoſuiſſe & expreſſiſſe in dictione χαράδρα in noſtra OEconomia. χαλαδρώδεας autem vitioſè mihi legere videntur exemplaria Aldina.

44 ὑγρῷ φράγματι] ὑγρῷ φράγματι περιεχόμενος legunt exemplaria Regia manu ſcripta, quam lectionem ſecutus etiā videtur Cornarius. ὑγρὸν φράγμα autem vocat naturam humidam, velut ſanguinem, & quicquid eſt humidum, vt φρενῶν τὸ φράγμα διάζωσμα ipſum, velut præcordiorum ſeptum ac ſepimentum quoddam, ſpiritus inſtrumenta à ventre diſcernens. Qua ratione Aureliano thoracis & ventris diſcrimen ſæpe dicitur & diſcretorium.

45 δι' ἣν δ' ὅκως] Hunc locum velut perobſcurum ſic legit Zvvingerus. ἄξιον δ' ὅκως τὸ πνεῦμα τὸ διὰ ῥεύματος αἱ ἀρρήγνυσι; vt quæſtionem eam proponat Hippocrates. Nos verò in tanta codicū conſtantia vulgatam lectionem ſecuti ſumus. Eſt autem ſatis Hippocrati familiaris phraſis, τὸ ῥεῦμα ἀναρρηγνύμενον, qua per vim erumpens fluxio, & violento quodam impetu foras educta ſignificatur.

46 ὅπη ἂν τὰ μάλιστα ῥέψῃ] εἰς τὰ μάλιστα βαρυνθῇ legunt exemplaria Vaticana & Aldina, quæ videtur eſſe quædam alterius dictionis explicatio, qua maximè incubuerit, inclinarit, propenderit, aut ſuo momento procubuerit. Ex eoq; loco & eo qui poſtea ſequitur, ῥέψαι ῥεπών, apud Hippocratem mihi videtur exponere Erotianus. Iſtumq; locum in noſtra Oeconomia expreſſimus & expoſuimus in dictione ῥέψαι. Zvvingerus autem quod hìc ſanguini tribuitur, ſpiritui qui in ſanguine eſt, eumq; agitat attribuit, vt legiſſe videatur τό τι γὰρ μετέχον τὸ πνεῦμα πολὺ ἐρχόμενον.

47 τὰ δὲ ῥεύματα] τὰ δὲ ῥεύματα πάντα legunt exemplaria Vaticana & Aldina. Quænam autem hic ῥεύματα dicantur, exponitur lib. 1. de Morb. his verbis: ὅταν δὲ ἐκτήκηται ἀθρόα χωρῇ τὰ συντήγματα τοῦ τῆς σαρκὸς, ὁ ἐκ τῶν φλεβῶν, ἐκ ... ἀλλὰ γίνεται ὑγρὰ μάλα πολὺ χολῶδεα, καλέεται ῥεύματα.

48 ἐκλύσιες] Iſtud potius ad morbi abſolutionem & liberationem referendum mihi videtur, quàm ad exolutionem & virium defectionem, quæ vacuata affatim aqua hydropicos conſequitur.

49 ἀσφαλὴς δὲ γίνεται καὶ ταῦτα] ἀσφαλὴς οὖν γίνεται legunt exempl. Vaticana & Aldina.

50 ἐσέλθον ἐς τὸ σῶμα] καὶ ἐς τὸ σῶμα legunt exemplaria Regia manu ſcripta & Vaticana quæ mihi etiam ſecutus videtur Caluus, & pro διαταρασσόμενον διαταράσσηται. Sed huic dictioni tanquam ſuſpectæ aſteriſcum adſcribunt exemplaria Aldina.

51 ὅταν γὰρ ἐπέλθῃ τῷ σώματι ὁ πόνος] Sic quidē rectè legūt vulgata exemplaria. Aldina verò vitioſè legunt ἐπιλάβῃ τῷ σώματι πόνος.

52 καὶ τὸ ἔμφραγμα ποιῇ] ἐμφραγῇ leg. exemplaria Regia m. ſc.

[13] τὰ γὰρ παιδεύματα] μαθήματα legunt exemplaria Regia manu ſcripta, vt cognitionem quæ per diſciplinam & doctrinam excipiuntur, intelligant.

[14] τῇ μὲν οὖν ἔοικε] ἔοικεν legunt exemplaria Vaticana & Aldina. Cornarius pro θᾶσσον μᾶλλον legiſſe videtur.

[15] ὑπηρετοῦντος τοῦ θορύβου] Hunc quidem ſenſum vulgatorum & Germanicorum exemplarium ſecutus ſum, vt ſanguinis inæqualis motus ad corporis perturbationem & corporis partium peruerſionem opem ſuggerat. Cornarius verò aliter diſtinguit, & τοῦ σώματος ὑπηρετοῦντος legit, quæ eſt Vaticanorum & Aldinorum codicum lectio. Membranæ etiam Regiæ manu ſcriptæ legunt, καὶ γίνεται τὰ μὲν τοῦ σώματος τὰ ὑπηρετοῦντα τοῦ θορύβου καὶ ταράχου τοῦ αἵματος.

[16] ὑπὸ δὲ τῆς διαφορῆς] τῆς ταραχῆς legunt exemplaria Regia M.S.

[17] καὶ τοῦ παρεόντος χειμῶνος] Præſentem tempeſtatem morbi agitationem, aut acceſſionem accipio cum cæteris Interpretibus, etſi Corn. accedentem hyemem dixit. Sed in tranſlatione perſiſtere mihi author videtur, cùm paulò pòſt morbi ceſſationem γαλήνην vocat.

[18] αἴτιος δὲ διαφαυδεῦσαι] διαφαυδεῦσαι legit exempl. Regia M.S.

[19] διὰ πολλοῦ τινος] διὰ πολλοῦ τινος lego cū Cornario. Exēplaria verò Regia manu ſcripta, πολλοῦ τινος τοῦ νοσήματος legunt.

[20] ὑποχώρησιν δὲ] τῆς νοσήματος φρόνας ἀναιρεῖν legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

[21] αὐτοὶ δὲ τῆς ἀδιαγνωστων] τῆς ἀδιαγνώστων legunt exemplaria Vaticana & Regia manu ſcripta, & ἀπιστεῖν δὲ τις αὐτοῖς, ὡς πείθεσθαι, vt nihilò maiorem aut veritatem, aut fidem habitura ſit oratio.

IN LIBRVM DE MORBO SACRO.

[1] ΠΕΡΙ τῆς ἱερῆς νούσου] Hic liber περὶ ἱερῆς νούσου omnibus exemplaribus inſcribitur, iſtamq; inſcriptionē agnoſcere mihi videtur Cælius Aurelianus cap. 4. lib. 1. Ta. paſſ. cùm Hippocratem de Epilepſia communiter ſcribere dicit. Sic enim τὴν ἱερὴν νοῦσον καλουμένην mihi vertere videtur, ſimulque ibidem multas rationes adſcribere cur Epilepſia ἱερὴ νοῦσος dicatur antiquis. Quibus etiā addendū videtur Ariſtotelem probl. 1. ſect. 30. Epilepſiam morbum ſacrum dictum eſſe ab Hercule cenſuiſſe, quemadmodū & Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. Herculeū morbum antiquis dictū ſcribit, non quòd Hercules eo morbo laborarit, ſed vt hac appellatione morbi magnitudinem indicarent. Vbi huius libelli meminit Gal. vt & Comm. 1. in Prognoſt. ſimulq; hanc opinionem confirmat, neq; ſacrum morbum quòd à diis immittatur, dici probat. Morbum tamen Comitialem ἱερὴν νοῦσον antiquorum more ſæpe vocat Hippoc. lib. de aëre loc. & aq. & lib. περὶ φυσῶν. Hunc quoq; libellum περὶ ἱερῆς νούσου agnoſcit Erotianus, & inter αἰτιολογικὰ καὶ φυσικὰ reponit, eumq; ſua expoſitione ſæpiùs commendauit. Hanc quoq; περὶ ἱερῆς νούσου inſcriptionem agnoſcit Gal. Comment. 1. in lib. de Artic.

[2] καὶ κατὰ μὲν τὴν ἀπορίην] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Caluus tamē ἀγνοίην mihi legiſſe videtur, vt cognitionis imperitiam aut inſcitiam intelligat. Sed ἀπορίην & εὐπορίην pulcherrimè inter ſe ſunt oppoſita. ἀπορεῖν autem hìc mentis & conſilij inopiam ſignificare videtur, & animi conſternationem aut anxietatem, propter morbi difficultatem & deſperationem, quòd eum minimè cognitum habeant, quam ἀμηχανίην paulò pòſt vocat, ideoq; ἀπορεῖν rectè dicatur.

[3] μύχοντας ἀναΐσσοντες] ἀΐσσοντες legunt Aldina exemplaria & Vaticana, quæ etiam paulò pòſt ἄλλα & πολλὰ habent. Hunc verò totum locum ſubindicare mihi videtur Erotianus, cùm ἀναΐσσοντας ἀναπηδῶντας exponit, hoc eſt, aſſilientes, aut ſurſum cum impetu irruentes. Sic enim apud eum lego.

[4] καὶ ἀγείροντες] Hunc locum in noſtra OEconomia expoſuimus, iſtumque diſertis verbis indicare mihi videtur Erotianus, cùm ἀγείροντες exponit dicique ſcribit ἀπὸ τοῦ ἀγείρειν; quòd vagando victum quærerent. Sic enim deducunt Grammatici. ἀγύρτης ὁ πλάνος, & ἀγύρτης ὁ πλάνης. Inde etiam impoſtores, vaniloqui & mendaces dicuntur, & οἱ ψεύσται.

[5] οὗτοι τοίνυν καταμπεχόμενοι] Hunc certè locū mihi videtur exprimere Erotianus, cùm apud Hippocratem καταμπεχόμενοι καλυπτόμενοι exponit, hoc eſt, obducentes, obuoluentes, obtegentes. Additque idem ὁμοίως καὶ τὴν ἀμπεχόνην ἐπὶ τὸν ἀμφιβλητρον. In quo certè mihi vitium eſſe videtur in noſtris exemplaribus, ac lubenter ἀμφίβλησιν pro ἀμφιβλητρον legerem, vt ſit obuolutio aut obductio, quomodo capitis obductionem dixit M. Tullius Orat. pro C. Rabirio. Etſi tamen ἀμφίβλητρον pro obuelamento aut indumento, ac amictu quo quis circumdatur accipi poteſt, quod ἀμπεχόνη ſignificat. Hic autem mihi ſenſus eſſe videtur, vt huiuſmodi homines diuinitatē obuoluentes, obducentes, ac prætendentes, cùm in ſumma rerum inopia, non haberent quo prodeſſe poſſent, ne inſcitiam ſuam proderent, hanc affectionem ſacram eſſe cenſuiſſe, hoc eſt, diuinitatis obtentu ac prætextu, ſuam imperitiam aut inſcitiam obduxiſſe & celaſſe, vt etiam in noſtra OEconomia expoſuimus, etſi paulò aliter cum Cornario legimus.

[6] ἰχθύες γὰρ ἰχθύων] Hic ἐπικαιρότατοι ἰχθύες mihi dici videntur, imprimis animaduertendi aut præcipuè vitandi, tanquam primarij aut inſigniter notabiles, & ad inferendum noxiam valde opportuni, quomodo ἐπίκαιρον τρῶμα & ἐπίκαιρον ἕλκος dicitur Hippocrati, & ἐπικαιρότατα ἐπικινδυνότατα exponit Suidas. Quod etiam animaduertiſſe videtur Hieronymus Mercurialis, qui periculoſiſſimos eſſe piſces dixit, in eoque à Cornarij interpretatione diſceſſit, qui piſces qui opportunè haberi poſſent dixit. Hanc autem clauſulam omiſit Caluus.

[7] πάντα γὰρ χρηστὰ] Iſtam quoq; clauſulam præteriit Caluus, credo quòd vitiatam in ſuis codicibus lectionem haberet. Nam pro παρεχόμενα παρασχόμενα legunt exemplaria Aldina, & aſteriſcum apponunt, vitij notam.

[8] ὠτίδος] ὠτίδα legit Galenus in Exegeſi, & τὸ ὄρνεον exponit, ſcribitq; ab Ariſtotele ὠτίδα dici, & Xenophonti ὠτίδα. Quamuis Athenæus lib. 9. eundem Xenophontis locum adſcribens ὠτίδας ſcribat. Erotianus etiam vtramque ſcripturam mihi agnoſcere videtur, ſed apud eum vitioſè ὠτίδα καὶ ὠτίδας ſcribitur, pro ὠτίδος καὶ ὠτίδος, cui adiungitur ἱστορεῖ γὰρ Ξενοφῶν. ἔστι δὲ ὄρνεον ὅμοιον, ὃ πλεῖστον γίνεται ἐν Θρᾴκῃ καὶ Μακεδονίᾳ καὶ ἄλλοις. Otidas vel Auritas vocant huiuſmodi volucres, Plinius aues tardas libr. 10. cap. 22. affini cum vulgo appellatione. De his agit Ariſtot. hiſt. animal. lib. 6. & 9. noſque huius loci meminimus in noſtra OEconomia.

[9] καὶ τῶν προβάτων αἰγός] Galen. Comm. 1. in lib. de artic. πρόβατον hìc non προβάτου legit, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. Et πρόβατον aut πρόβατα hìc quamuis pecudem ſignificat generali nomine.

[10] τοῦ νούσου αἰγὸς] καὶ τὰ τῆς αἰγὸς legunt exemplaria Vaticana.

[11] εἰ γὰρ σελήνην τε καθαιρεῖν] Hunc locum expoſuimus & expreſſimus in noſtra OEconomia, vbi quid ſit lunam deducere, aut cœlo deturbare indicauimus.

[12] ποιοῦντες ἱερὸν ἄλλο] Sic quidem legunt Germanica exemplaria. Reliqua omnia ποιοῦντες ad ſuperiora referunt. Sed ποιοῦντες lego, hoc ſenſu, vt nec dij facere poſſint, quin homines ſumma mala committant, aut vt homines à ſummis malis abſtineant, quam lectionem mihi etiam Caluus ſecutus videtur. Suſpectam tamē lectionem faciunt Aldina exemplaria, quæ huic loco aſteriſcum apponunt. Vaticanæ membranæ poſt ποιοῦντες diſtinguunt, vt & reliqua exemplaria, deinde ἔτι ἱερὸν ἄλλο legunt.

[13] καὶ ἢν βρυχᾶται] βληχᾶται legendum exiſtimo, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, quòd βληχᾶσθαι ſit ouium & caprarum balantium. Quam lectionem mihi ſecuti videntur omnes interpretes. βρυχᾶται legunt Aldina exemplaria facili lapſu. Alioqui βρυχᾶσθαι eſt dentibus frendere ac fremere, leonibuſque tribuitur, quod eſt rugire, & βρυχᾶται legendum eſſet. Cornarius certè vtramque lectionem retinuit.

[14] Ἐνοδίης φασὶν εἶναι] Hunc locum expoſuimus in noſtra OEconomia, ſimulq; indicauimus hoc eſſe Dianæ aut Proſerpinæ epitheton, quæ Triuia aut Compitalis dicitur. Exemplaria verò Vaticana & Aldina ἐν ὁδίης φασὶν εἶναι legunt, & aſteriſcum, vt vitij notam, apponunt. Quam lectionem etiam ſecutus videtur Caluus.

[15] ἢν δὲ λεπτότερον] Iſtud ad tenuiorem & denſiorem vocem retulit Cornarius, nos cum Caluo ad tenuiorem & crebriorem alui deiectionem, quòd eam propius reſpiciat. Quòd verò morbi ab antiquis ad Deos relati fuerint teſtatur Celſus initio lib. 1. de Æſculapio ſcribens. Eodemq; authore dici poteſt, morbos tum ad iram Deorum immortalium relatos eſſe, & ab iiſdem opem poſci ſolitam.

[16] καὶ ἀνδρὸς τοῦ] ἀντιπάλου pro ἀνδρὸς τοῦ hoc loco legiſſe Erotianum exiſtimo, quem locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia, ἀντιπάλου autem velut Deo oppoſitum & aduerſarium intelligit, velut ἀντίος θεοῦ, etſi ἢ δαίμονος ἐπιτρεπόμενον ἀντὶ τοῦ ἐναντίος ἀνθρώπου exponit Erotianus.

[17] οἱ δὲ μιάσματα] Hunc locum expreſſimus in noſtra OEconomia, & ex Erotiano & Galen. expoſuimus. In quo ſecuti ſumus vulgatam omnibus codicibus lectionem, φόνοις ἢ τισιν ἄλλοις μιάσμασιν ἔχοντας. cædibus aut quibuſdam aliis ſceleribus inuolutos & contaminatos intelligentes, quos φονίους exponit Erotianus. etſi exemplaria Vaticana & Aldina, καὶ φόνοις ἄλλοισι τισι τοιούτοις μιάσμασιν ἔχοντας legunt. Cornarius tamen expiatos ſanguine ægros accipit, & αἵματι ſuperioribus iungit.

[18] ἐ-

18 ἀπολαμβάνηται Hunc locum in noſtra OEconomia expreſſimus & expoſuimus.

19 καὶ ἔρυμα γενόμενον] Aldina exemplaria vitioſè ἔρμα pro ἔρυμα legunt,& hunc locum in noſtra OEconomia indicauimus. ἔρυμα autem pro ἔρμα legendum,quod fulcrum & ſtabilimentum, & ἀσφάλισμα aut ἀσφάλεια exponitur Sudæ.

20 ὡς ὁ γόνος ἔρχεται] Similis locus legitur lib.de aëre locis & aquis,& adducitur à Galeno libello,Quòd animal ſit quod vtero continetur,& in Definit.Med.Exemplaria verò Vaticana legunt,καὶ γὰρ οὐδ' ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν,ὑγιηρὸς,οἱ δὲ ἀπό τε τῶν νοσηρῶν,νοσηρός.

21 μάχεται αὖ κρατηθὲν ὑπὸ τοῦ φλέγματος]Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen αἵματος pro φλέγματος legit.

22 καὶ οἱ ὀδόντες συνίσχονται] συνίσχονται pro συνηρείδονται poſitum diximus in noſtra OEconomia,etſi à συνίσχω aptiſſimè deduci poteſt, quod cohærere dentes rectè dixit Caluus. Hunc autem locum expreſſimus in dictione ξυνήρεισαν ὀδόντες.

23 καὶ σφύζονται]Sic quidem legitur in omnibus codicibus, ſed Caluus πίεσι τοῦ σφύζοντος legit,ac fortè σφίγγονται legendum.

24 ἀφρὸς δὲ ἐκ τοῦ στόματος] Galenus tamen Comm.ad aph.43. lib. 2.vaporem quendam exhalationi ſimilem,ex pulmone, nō ſpumam, prodire contendit, quo quidem concitato & agitato, ſpuma gignitur.

25 καὶ τοῦ στομάχου τῆς γαστρὸς] Hic στόμαχον γαστρὸς mihi ventriculi oſculum accipi videtur,etſi hoc nomine fiſtula illa & anguſta ceruix ventriculi cauo præfixa accipi poteſt,pro veteri τοῦ στομάχου ſignificatione.

26 ἐπιβὰν ὁ ἀὴρ ἀποκλεισθῇ καὶ οὐ δύνηται μένειν]Pro μένειν,στένειν vitioſè legunt exemplaria Aldina & Vaticana.

27 ἐὰν δὲ ἔλθῃ ὁδὸν] Iſtud ad φλέγμα referunt Interpretes,mihi tamen aptiſſimè ῥεῦμα reſpicere poſſe videtur. Hunc autem locum in OEconomia noſtra expreſſimus.

28 ὀλίγα τὰ] Quædam exemplaria iſta ſuperioribus adiungunt, nos pluralitatem & Interpretes ſecuti, ſuperioribus copulauimus.

29 ἐπίβασις δ' αὖ παλαιοῖσι τι] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria,quæ ſecuti ſumus.Cornarius tamen & Galenus ἐν παλαιοῖσι τι legerunt. Sed πάλαιοι dici videntur,qui ſunt extra pubertatem, & ad annum vigeſimum quintum peruenerunt,aph.7.lib.5.

30 καὶ ἔστι στρυφνὸς] Hic στρυφνὸς ἐγκέφαλος dicitur per tranſlationē cerebrum auſterum, rigidum, minimè molle, non diffluens, ſed compreſſum & conſtrictum,cui ὑγρὸς poſtea opponit', vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

31 ὅσα ἐκ παιδοτροφίης] ἐκ παιδοτροφίης τὸ φλέγμα legiſſe videtur Caluus.

32 γυναῖκα δ' αὖτις] Ariſt.ſect.31.Probl.17. hominem ſolum morbo comitiali tentari ſcribit.

33 διὰ λαγαρίζεσθαι τὸ ὑγρὸν] Hunc locum in OEconomia noſtra expreſſimus & expoſuimus.

34 μὴ εἶναι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ locutio etſi popularis eſt & optimè quadrat, καὶ εἶναι tamen lego.

35 ἐν τῇσι μεταβολῇσι] ἐν τῇσι μεταβολῇσι legunt exemplaria Vaticana.

36 καὶ φλαυδᾷ]Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria ſed φλυδᾷ lego, exiſtimoq; iſtum locum à Galeno explicari ac ſubnotari in Exegeſi, cùm φλυδᾷ, ὑγραίνεται, μυδᾷ, explicat, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, Sic etiam φλυδᾷ apud Erotianum legendum exiſtimo, & ἀφλεγμαίνων ac ἀφλεγμαντον ſcribendum.

37 καὶ οὐδὲν ἔτι ἀπορωτέρη]Sic quidem legunt exemplaria vulgata, meliùs quidem. ἀπορωτέρη tamen legunt exemplaria Aldina & Vaticana,vt nihilò reliquis ſit inuentu aut explicatu difficilior, magiſque dubius aut periculoſus.

38 καὶ μαινόμενοι] Eadem omninò ſcribuntur ἐν τῷ μανίης λόγῳ.

39 οἱ δὲ ὑπὸ χολῆς κεκράκται] Hic mihi locus ab Erotiano indicari videtur,cùm κεκράκται φωνητικοὶ explicantur,clamoſi & vociferatores, cui ἀβόητοι, antea opponitur, pro quo ἀβοητεῖ legitur ἐν τῷ μανίης λόγῳ,vbi etiam κράκται pro κεκράκται legitur.

40 καὶ αἱ φλέβες αἱ αἱματίτιδες] Hic αἱματίτιδας φλέβας dici venas ſanguinarias ac ſanguinem deferentes, ſcripſimus in noſtra OEconomia,vt ab arteriis diſcernantur.

41 καὶ ἀσθμαίνει αὐτὸς χωρεῖν] Hunc locum expoſuimus ex Galeno in noſtra OEconomia, & ad Galeni trutinam examinauimus.

42 φλογμῷ] Hunc locum mihi exprimere videtur Galenus in Exegeſi,cùm φλογμῷ exponit πυρώσει μετ' ἐρυθήματος.

43 καὶ ἄλλον περιέχουσι]ἅλσιν habent Vaticana exemplaria, quod ſaltum & palpitationem indicat. Aliam tamen lectionem adhibuiſſe videtur Caluus, cum calorem dixit, vt ἀλέαν legiſſe videatur. Oppreſſum autem ſeptum tranſuerſum, magnam anxietatem,inquietamq; corporis iactationem facit.

44 λέγουσι δέ τινες] Quoſdam animi principatum & intelligentiam cordi tribuiſſe ſatis teſtatur Galenus lib.2. de plac. Hipp. & Plat.

45 ἡ σύνεσις γίνεται] σύνεσιν quid hîc ſignificet expoſuimus in noſtra OEconomia, hoc expreſſo & ſubindicato loco.

46 εἰς αὐτὸν, ἐμπίπτειν φημὶ] ἐμπίπτειν φημὶ legunt exemplaria Vaticana & Aldina.

47 μεταβαλλομένων τι] Iſtud ad ὡρέων mutationes retulit Caluus,nos ad omnes tranſmutationes vehementes non interquieſcentes,vt & Cornarius, pro vulgarium exemplarium lectione.

48 ἀκεστά τε τὰ πολλὰ] ἀκεστὰ τὰ ἰατὰ exponit Galenus in Exegeſi, τὰ ἰάσιμα Erotianus,curabiles aut ſanabiles morbos.

49 τὰ δὲ ἰήσιος] τὰ δὲ, ἰήσιος legunt Exemplaria Vaticana & Aldina.

50 ὡς αἱ τὸ μὲν ἀπολύηται τροφῇ] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria. Cornarius autem ἀπολύηται pro ἀπολύεται legiſſe videtur.

51 χρὴ δὲ καὶ ἐν τούτῳ τῷ νόσῳ] Vt optimi & prudentis oratoris omni ratione prodeſſe reo,imprudentis verò & præuaricatoris cauſa nocere (quemadmodum ſcribit Antonius apud M. Tullium)ita circumſpecti eſt Medici, omni ratione ægrum iuuare,aut ſaltem non nocere, & imperitiſſimi nimis multa moliēdo morbos augere,non profligare aut retundere. Quod etiam ſcribit Hippocrates lib.1.Epid.ſect.2.

52 φθίνει καὶ ἀμαυροῦται]φθίνει exponit Gal.in Exeg. ἀπολλύεται, ἰσχναίνεται, μειοῦται, cui hîc θάλλει καὶ αὔξεται opponitur. Vt enim quod morbo familiare & conſuetum, & vigorem dat & incrementum,ita ab eo quod eſt aduerſum corrumpitur & perit,retunditur & obſcuratur.

53 ὅτε δὲ ὑπίστασθαι] Hunc locum mihi videtur exagitare Cælius Aurelianus cap.4.lib.1.Tard.Paſſionum.

HIPPOCRATIS COI MEDICORVM PRINCIPIS OPERVM OMNIVM,

Sectio IV.

Τὰ διαιτητικὰ hoc eſt, quæ ad victus rationem pertinent, Lib. VII. comprehendens.

Omnia Latina interpretatione & breuibus notis illuſtrata,

Anvtio Foesio Mediomatrico Medico authore.

Hac Sectione continentur

Περὶ διαίτης ὑγιεινῆς, *De ſalubri victus ratione.*
Περὶ διαίτης, *De victus ratione*, Lib. III.
Περὶ ἐνυπνίων, *De inſomniis.*
Περὶ τροφῆς, *De alimento.*
Περὶ διαίτης ὀξέων, *De victus ratione in morbis acutis.*
Περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, *De locis in homine.*
Περὶ ὑγρῶν χρήσιος, *De liquidorum vſu.*

ΙΠΠΟ.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ
ΥΓΙΕΙΝΗΣ.

HIPPOCRATIS
LIBER, DE SALVBRI
VICTVS RATIONE.

Τοὺς ἰδιώτας, ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι. τοῦ μὲν χειμῶνος ἐσθίειν ὡς πλεῖστα. πίνειν δὲ ὡς ἐλάχιστα. εἶναι δὲ τὸ πόμα, οἶνον ὡς ἀκρητέστατον. τὰ δὲ σιτία, ἄρτον. καὶ τὰ ὄψα, ὀπτὰ πάντα. λαχάνοισι δὲ ὡς ἐλαχίστοισι χρῆσθαι κατὰ ταύτην τὴν ὥρην. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸ σῶμα ξηρόν τε εἴη καὶ θερμόν. ὁκόταν δὲ τὸ ἔαρ ἐπιλαμβάνῃ, τότε χρὴ πόμα πλέον πίνειν οἶνον ὑδαρέστερον καὶ κατ᾽ ὀλίγον. καὶ τοῖσι σιτίοισι μαλακωτέροισι χρέεσθαι καὶ ἐλάσσοσι. καὶ τὸν ἄρτον ἀφαιρέοντα, μᾶζαν προστιθέναι. καὶ τὰ ὄψα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀφαιρέειν. καὶ ἐκ τῶν ὀπτῶν, πάντα ἑφθὰ ποιέεσθαι. καὶ λαχάνοισιν ἤδη χρέεσθαι τοῦ ἦρος ὀλίγοισιν, ὅκως ἐς τὴν θερείην καταστήσεται ὁ ἄνθρωπος τοῖσί τε σιτίοισι μαλακωτέροισι χρεώμενος, καὶ τοῖσιν ὄψοισιν ἑφθοῖσι. καὶ λαχάνοισιν ἑφθοῖσι καὶ ὠμοῖσι. ὡσαύτως καὶ τοῖσι πόμασιν ὡς ὑδαρεστάτοισι, καὶ πλείστοισι. καὶ ὅκως μὴ μεγάλη ἡ μεταβολὴ ἔσται, κατὰ μικρὸν μὴ ἐξαπίνης χρεώμενος. τοῦ δὲ θέρεος, τῇ τε μάζῃ μαλακῇ τρέφεσθαι. καὶ τῷ ποτῷ ὑδαρεῖ καὶ πολλῷ. καὶ τοῖσιν ὄψοισι πᾶσιν ἑφθοῖσι. καὶ οὕτω δεῖ χρέεσθαι τουτέοισιν ὁκόταν τὸ θέρος ᾖ, ὅκως ψυχρὸν εἴη τὸ σῶμα καὶ μαλακόν. καὶ γὰρ ἡ ὥρη, θερμή τε καὶ ξηρή. καὶ ποιέει τὰ σώματα καυματώδεα, καὶ αὐχμηρά. δεῖ οὖν τοῖσιν ἐπιτηδεύμασι τουτέοισιν, ἀλέξασθαι. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, ὥσπερ ἐκ τοῦ χειμῶνος εἰς τὸ ἦρ, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ἦρος εἰς τὸ θέρος καταστήσεται. τῶν μὲν σιτίων, ἀφαιρέων, τῷ δὲ ποτῷ προστιθείς. καὶ οὕτω τὰ ἐναντία ποιέοντα, καταστῆσαι ἐκ τοῦ θέρεος εἰς τὸν χειμῶνα. ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ πάλιν, τὰ μὲν σιτία, πλείω ποιεύμενον καὶ ξηρότερα, καὶ τὰ ὄψα κατὰ λόγον. τὰ δὲ ποτά, ἐλάσσω τε καὶ ἀκρητέστερα. ὅκως ὅ τε χειμὼν ἀγαθὸς ἔσται καὶ ἄνθρωπος διαχρήσεται τοῖσί τε πόμασιν ἀκρητεστέροισι καὶ ὀλίγοισι, καὶ τοῖσι σιτίοισιν ὡς πλείστοισί τε καὶ ξηροτάτοισιν. οὕτω γὰρ ἂν καὶ ὑγιαίνοι μάλιστα καὶ ῥιγῴη ἥκιστα. ἡ γὰρ ὥρη, λίαν ψυχρή τε καὶ ὑγρή.

Hac victus ratione priuati homines vti debent, vt hyeme quidem quàm plurimum edant, bibant quàm minimum. Potus ſit vinum quàm meraciſſimum; cibus, panis; obſonia, aſſa omnia. Oleribus autē quàm pauciſſimis hac tempeſtate vtendum. Hac ſiquidē ratione potiſſimùm corpus tum calidū, tum ſiccū fuerit. At verò cum ver inſtat, tunc copioſius & dilutius, paulatimq; vinum bibendum, cibiſq; mollioribus & paucioribus vtendum, panis ſubtrahēdus, & maza offerenda, eademq; ratione opſonia detrahenda, & aſſa omnia cum elixis commutanda. Oleribus etiam paucis vere vtendum, donec ad æſtatem homo deueniat, tum molliores omnes cibos, tum opſonia cocta ſumendo, & olera cocta & cruda, ſimiliterq; potus plurimos & quàm dilutiſſimos, idq; ſenſim, vt ne magna mutatio derepente vtenti contingat. Æſtate autem tum molli maza, tum potu copioſo & diluto, opſoniiſq; omnibus elixis nutriri oportet, iiſq; ita vtendū dum æſtas fuerit, quò corpus molle ſit & frigidum. Siquidem hæc tempeſtas calida eſt & ſicca, & corpora æſtuoſa & ſqualida reddit. Hac igitur inſtituta victus ratione iis ſuccurrendum eſt. Eadem verò ratione, quemadmodum ex hyeme ad ver, ſic etiam ex vere ad æſtatem deueniendum, cibos quidem demendo, potum verò augendo, ad eumq; modum contraria adhibendo ex æſtate ad hyemem perueniendum. In autumno cōtra, cibi quidem maiore copia & ſicciores exhibendi, & obſonia ad eundem modum, potus etiam pauciores & meraciores, vt homo commodam degat hyemē, & potibus vtatur meracioribus & paucis, cibiſq; quamplurimis & ſicciſſimis. Ita enim cùm vel maximè valebit, tum minimè frigus ſentiet, cùm hæc anni tempeſtas admodum ſit frigida & humida. At corporis habitus carnoſos, molles & rubros, maiorem anni partem ſicciore victus ratione vti conuenit, quod eorū natura ſit humida. Duri vero graciles fului & nigri, humidiore victus ratione toto ferè tempore vti debent, cùm eorum corpora ſicca exiſtant,

τοῖς δὲ εἴδεσι τοῖσι σαρκώδεσι, καὶ μαλθακοῖσι καὶ ἐρυθροῖσι, ξυμφέρει δὴ τὸν πλείονα χρόνον τοῦ ἐνιαυτοῦ, ξηροτέροισι διαιτήμασι χρέεσθαι, ὑγρὴ γὰρ ἡ φύσις τῶν εἰδέων τουτέων. τοὺς δὲ στρυφνοὺς καὶ προσεσταλμένους, καὶ πυῤῥοὺς καὶ μέλανας, τῇ ὑγροτέρῃ διαίτῃ χρὴ τὸ πλεῖον τοῦ χρόνου ἐνδιαιτᾶσθαι. τὰ γὰρ σώματα τοιαῦτα, ὑπάρχει ξηρὰ ἐόντα,

Iunioribus corporibus mollior & humidior victus ratio vtilis eſt. Hæc enim ætas ſicca eſt, & eorum compacta ſunt corpora. Senes verò ſicciore victus modo plurimam temporis partẽ degere oportet, quòd ea ætate corpora ſint humida, mollia & frigida. Quare pro ætate, anni tempore, cõſuetudine, regione, loco, corporũ habitu, victus ratio ſic eſt ineunda, vt inſtantibus & caloribus & frigoribus nos opponamus. Nam ita demum optima valetudo conſequetur. Quinetiã per hyemem quidẽ celeriter, & per æſtatem leniter iter faciendum, niſi per ſolis ardorẽ via ſit facienda. Corpulentos autẽ celeriùs, graciles verò leniùs iter facere conuenit. Balneis etiam multis per æſtatẽ, at per hyemem paucis vtendũ. Duris verò quàm corpulentis lauari magis expedit. Et hyeme quidẽ veſtes puras inducere conuenit, æſtate vero oleo imbutas. At craſſi, quiq; tenues fieri cupiũt, ij ieiuni omnes exercitationes ſubire, & adhuc ex labore anhelãtes, necdum refrigerati, cibos aggredi debent, priuſq; vinum bibere dilũtũ, non admodum frigidũ. Opſonia quoq; ex ſeſamis, aut viridibus & ſiccis condimentis, aliiſq; id genus apparata aſſumere. Sint etiã pinguia, quæ admouentur opſonia, ita enim quàm pauciſſimis impleantur. Quin & ſemel cibus capiendus, & balneo abſtinendum, duriter cubandũ, & nuda deambulatione, quoad eius fieri poſſit, vtendum. Qui verò attenuato cùm ſint corpore, craſſiores effici volunt, tum his cõtraria facere, tum ieiuni nullam exercitationem ſubire debẽt. Vomitionibus autẽ & infuſis aluum eluẽtibus, vtendũ hunc in modum. Sex hybernis mẽſibus vomitus ciendus, quòd tempus hoc æſtiuo plus pituitæ gignat, & morbi circũ caput & regionem eã, quæ eſt ſuprà ſeptum tranſuerſum excitantur. At vbi æſtas viguerit, infuſis vtendum. Hæc enim anni tempeſtas æſtuoſa eſt, & corpus bile magis abundat, grauitates etiam lumbos & genua infeſtant, calores oboriuntur, & venter torminibus torquetur. Corpus igitur refrigerãdum, & quæ ſurſum attolluntur, deorſum ex iſtis locis deducenda. At corpulentis & humidioribus, infuſa quidẽ ſalſa magis ac tenuia, ſiccioribus verò, gracilibus & imbecillioribus, pinguiora & craſſiora conueniunt. Sunt autem infuſa pinguia & craſſa, quæ ex lacte parantur, & cicerum decoctum, cæteraq; id genus. Tenuia verò & ſalſa, muria, aqua marina, & quæ ſunt eiuſmodi. Vomitiones autem hunc in modum faciendæ. Obeſi ac minimè tenues, ieiuni vomant à curſu, aut celeri deambulatione circa meridiẽ, Hyſſopi hemina dimidia in aquæ congio contriti potu exhibeatur, affuſo aceto & addito ſale, quò fiat iucundiſſima. Ac primũ quidem ſenſim, deinde verò celeriùs ebibatur. Graciliores autem & imbecilliores à cibis vomitũ cieant hunc in modum. Poſt balneũ calidum præbibant vini meri heminam mox cibos cuiuſuis generis aſſumant, neq; inter cibos aut poſt eos bibant, ſed ſe contineant quanto tẽpore quis quatuor ſtadia percurrat. Deinde triplex illis vinũ in potũ permiſcebis, auſterũ, dulce & acidum, primùm quidem meracius, ſenſim & ex magno interuallo, deinde verò dilutius, celeriùs & affatim. At verò qui ſingulis menſibus bis vomere cõſueuit, hũc præſtat duobus ex ordine diebus vomitũ ciere, quàm decimo quinto die.

καὶ τοῖσι νέοισι τὴν σάρκα ξυμφέρει, μαλακωτέροισί τε καὶ ὑγροτέροισι χρέεσθαι τοῖσι διαιτήμασιν· ἡ γὰρ ἡλικίη ξηρὴ, καὶ τὰ σώματα πέπηγε. τοὺς δὲ πρεσβυτέρους, τὸν ξηρότερον χρὴ τρόπον, τὸ πλεῖον τοῦ χρόνου διάγειν. τὰ γὰρ σώματα ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίῃ, ὑγρὰ καὶ μαλθακὰ, καὶ ψυχρά. δεῖ οὖν πρὸς τὴν ἡλικίην, καὶ τὴν ὥρην, καὶ τὸ ἔθος, καὶ τὴν χώρην, καὶ τὰ εἴδεα, τὰ διαιτήματα ποιέεσθαι, ἐναντιούμενον τοῖσι καθισταμένοισι, καὶ θάλπεσι καὶ χειμῶσι. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ὑγιαίνοιεν. καὶ ὁδοιπορέειν, τοῦ μὲν χειμῶνος, ταχέως χρὴ· τοῦ δὲ θέρεος, ἡσυχῇ, ἢν μὴ διὰ καύματος ὁδοιπορέῃ. δεῖ δὲ καὶ τοὺς σαρκώδεας. θᾶσσον ὁδοιπορέειν. τοὺς δὲ ἰσχνοὺς, ἡσυχέστερον. λουτροῖσι δὲ χρὴ πολλοῖσι χρῆσθαι, τοῦ θέρεος· τοῦ δὲ χειμῶνος, ἐλάσσοσι.[10] χρὴ δὲ τοὺς στρυφνοὺς μᾶλλον λούεσθαι τῶν σαρκωδέων· ἠμφιέσθαι δὲ χρὴ τοῦ χειμῶνος, καθαρὰ ἱμάτια· τοῦ δὲ θέρεος, ἐλαιοπινέα. Τοὺς δὲ παχέας χρὴ, καὶ ὅσοι βούλονται λεπτοὶ γίνεσθαι, τὰς ταλαιπωρίας ἁπάσας, νήστιας ποιέεσθαι. καὶ τοῖσι σιτίοισιν ἐπιχειρέειν,[11] ἔτι ἀσθμαίνοντας ἐκ τοῦ κόπου, καὶ μὴ ἀνεψυγμένους, καὶ προπεπωκότας οἶνον κεκρημένον καὶ μὴ σφόδρα ψυχρόν· καὶ τὰ ὄψα σκευάζειν σησάμοισιν,[12] ἢ ἡδύσμασι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσι τοιουτοτρόποισι. καὶ πίονα ἔστω τὰ προσαγόμενα ὄψα.[13] οὕτω γὰρ ἂν ἀπὸ ἐλαχίστων ἐμπίμπλαιντο. ἀλλὰ καὶ μονοσιτέειν, καὶ ἀλουτέειν, καὶ σκληροκοιτέειν, καὶ γυμνὸν περιπατέειν, ὅσον οἷόν τε μάλιστα ἦ. ὁκόσοι δὲ βούλονται λεπτοὶ ἐόντες παχέες γίνεσθαι, τά τε ἄλλα ποιέειν τἀναντία κείνοισιν οἷσιν ἔφην. καὶ νήστιας μηδεμίην ταλαιπωρίην ποιέεσθαι.[14] Τοῖσι δὲ ἐμέτοισι χρὴ καὶ τοῖσι κατακλύσμασι τοῖσι τῆς κοιλίης, ὧδε χρέεσθαι. ἓξ μῆνας τοὺς χειμερινοὺς ἐμέειν. ἔστι γὰρ ὁ χρόνος οὗτος, φλεγματωδέστερος τοῦ θερινοῦ, καὶ τὰ νοσήματα γίνεται περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ περὶ τὸ χωρίον τοῦτο, τὸ ὑπὲρ τῶν φρενῶν· ὅταν δὲ ᾖ θάλπος, τοῖσι κατακλύσμασι χρέεσθαι. ἡ γὰρ ὥρη καυματώδης, καὶ τὸ σῶμα, χολωδέστερόν ἐστι, καὶ βαρύτητες ἐν τῇ ὀσφύϊ καὶ τοῖς γούνασι, καὶ θέρμαι γίνονται. καὶ ἐν γαστρὶ στρόφοι γίνονται. δεῖ οὖν τὸ σῶμα ψύχειν, καὶ τὰ μετεωριζόμενα κάτω ὑπάγειν ἐκ τῶν χωρίων τουτέων. ἔστω δὲ τὰ κατακλύσματα τοῖσι μὲν παχυτέροισι καὶ ὑγροτέροισιν, ἁλμυρότερα καὶ λεπτότερα. τοῖσι δὲ ξηροτέροισι, καὶ προσεσταλμένοισι, καὶ ἀσθενεστέροισι, λιπαρώτερα καὶ παχύτερα, ἔστι δὲ τῶν κατακλυσμάτων τὰ λιπαρὰ καὶ παχέα, τὰ ἀπὸ τῶν γαλάκτων, καὶ ἀπὸ ἐρεβίνθων ὕδωρ ἑφθὸν, καὶ τῶν ἄλλων τοιουτέων.[15] τὰ δὲ λεπτὰ καὶ ἁλμυρὰ, ἅλμη καὶ θάλασσα, καὶ τὰ τοιαῦτα. τοὺς δὲ ἐμέτους ὧδε χρὴ ποιέεσθαι. ὅσοι μὲν τῶν ἀνθρώπων παχέες εἰσὶ, καὶ μὴ ἰσχνοὶ, νήστιες ἐμεέτωσαν δραμόντες ἢ ὁδοιπορήσαντες διὰ τάχεος, κατὰ μέσον τῆς ἡμέρης. ἔστω δὲ ἡμικοτύλιον ὑσσώπου τετριμμένου ἐν ὕδατος χοΐ, καὶ τοῦτο ἐκπιέτω, ὄξος παραχέων, καὶ ἅλας παραβάλλων, ὅκως ἂν μέλλῃ ἥδιστον ἔσεσθαι. πινέτω δὲ τὸ μὲν πρῶτον, ἡσυχέστερον, ἔπειτα δὲ ἐπὶ θᾶσσον. οἱ δὲ λεπτότεροι καὶ ἀσθενέστεροι, ἀπὸ σίτων ποιείσθωσαν τὸν ἔμετον, τρόπον τοιόνδε.[16] λουσάμενος θερμῷ, προπινέτω ἀκρήτου κοτύλην. ἔπειτα σιτία παντοδαπὰ ἐσθιέτω. καὶ μὴ πινέτω ἐπὶ τῷ σιτίῳ, μηδὲ ἀπὸ τοῦ σιτίου. ἀλλ' ἐπισχέτω ὅσον δέκα στάδια διελθεῖν. ἔπειτα δὲ συμμίξας οἴνους τρεῖς, πίνειν διδόναι αὐστηρὸν, γλυκὺν καὶ ὀξύν. πρότερον μὲν ἀκρητέστερον καὶ κατ' ὀλίγον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου· ἔπειτα δὲ ὑδαρέστερον καὶ θᾶσσον καὶ κατὰ πολλόν. ὅστις δὲ εἴωθε τοῦ μηνὸς δὶς ἐξεμέειν, ἄμεινον ἐφεξῆς ποιέεσθαι τοὺς ἐμέτους, ἐν δυσὶν ἡμέρῃσι μᾶλλον, ἢ διὰ πεντεκαίδεκα.

τὸ δὲ πολὺ τουναντίον ποιέουσιν. [17] ὁκόσοισι δὲ ἐπιτήδειοι ἀνεμέειν τὰ σιτία, ἢ ὁκόσοισιν αἱ κοιλίαι οὐκ εὐδιέξοδοι, τούτοισι πᾶσι ξυμφέρει, πολλάκις τῆς ἡμέρης ἐσθίειν. καὶ παντοδαποῖσι βρώμασι χρέεσθαι, καὶ ὄψοισι πάντας τρόποις ἐσκευασμένοισιν· οἴνους τε πίνειν διασοὺς καὶ τρισσούς. ὁκόσοι δὲ μὴ ἀνεμέουσι τὰ σιτία, ἢ καὶ κοιλίας ἔχουσιν ὑγράς, τούτοισι πᾶσι τουναντίον τουτέου τοῦ τρόπου ξυμφέρει ποιέειν. Τὰ δὲ παιδία χρὴ τὰ νήπια βρέχειν ἐν τῷ θερμῷ ὕδατι ἐπὶ πουλὺν χρόνον. καὶ πίνειν διδόναι ὑδαρέα τὸν οἶνον, καὶ μὴ ψυχρὸν παντάπασι. τοῦτον δὲ διδόναι, ὃς ἥκιστα τὴν γαστέρα μετεωριεῖ καὶ φῦσαν παρέξει. τοῦτο δὲ ποιέειν, ὅκως οἵ τε σπασμοὶ ἧσσον ἐπιλαμβάνωσι, καὶ μείζονα γίνηται, καὶ εὐχροώτερα. Τὰς δὲ γυναῖκας ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι, τῷ ξηροτέρῳ τῶν τρόπων· καὶ γὰρ τὰ σιτία τὰ ξηρὰ, ἐπιτηδειότερα πρὸς τὴν μαλθακότητα τῶν γυναικείων σαρκῶν· καὶ τὰ ἀκρητέστερα πόματα ἀμείνω πρὸς τὰς ὑστέρας, [18] καὶ τὰς κυοφορίας. Τοὺς γυμναζομένους χρὴ τοῦ χειμῶνος καὶ τρέχειν καὶ παλαίειν· τοῦ δὲ θέρεος, παλαίειν μὲν ὀλίγα· τρέχειν δὲ μή· περιπατέειν δὲ πολλὰ κατὰ ψῦχος. ὁκόσοι κοπιῶσιν ἐκ τῶν δρόμων, τούτους παλαίειν χρή· ὁκόσοι δὲ παλαίοντες κοπιῶσι, τούτους χρὴ τρέχειν· οὕτω γὰρ ἂν ταλαιπωρέων τῷ κοπιῶντι τοῦ σώματος διαθερμαίνοιτο καὶ συνισταῖτο καὶ διαναπαύοιτο μάλιστα. ὁκόσους γυμναζομένους διαρροίαι λαμβάνουσι, καὶ τὰ ὑποχωρήματα σιτώδεα καὶ ἄπεπτα, τούτοισι τῶν τε γυμνασίων ἀφαιρέειν μὴ ἔλασσον τοῦ τρίτου μέρεος, καὶ τῶν σιτίων τοῖσιν ἡμίσεσι χρέεσθαι. [19] δῆλον γὰρ δὴ ὅτι ἡ κοιλίη ξυνθάλπειν οὐ δύναται ὥστε πέσσεσθαι τὸ πλῆθος τῶν σιτίων. ἔστω δὲ τούτοισι τὰ σιτία, ἄρτος ὡς ὀπτότατος, [20] ἐν οἴνῳ ἐντεθρυμμένος· καὶ ποτὰ, ὡς ἐλάχιστα καὶ ἀκρητέστατα. καὶ περιπάτοισι μὴ χρέεσθωσαν ἀπὸ τοῦ σιτίου· μονοσιτέειν δὲ χρὴ, ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ξυνθάλποιτο ἡ κοιλίη, καὶ τῶν ἐσιόντων ἐπικρατοίη. γίνεται δὲ ὁ τρόπος οὗτος τῆς διαρροίης τῶν σωμάτων τοῖσι πυκνοσάρκοισι μάλιστα, ὁκόταν ἀναγκάζηται ὁ ἄνθρωπος κρεηφαγέειν, τῆς φύσιος ὑπαρχούσης τοιαύτης. αἱ γὰρ φλέβες πυκνωθεῖσαι, οὐκ ἀντιλαμβάνονται τῶν σιτίων τῶν ἐσιόντων. ἔστι δὲ αὕτη μὲν ὀξείη ἡ φύσις καὶ τρέπεται ἐφ' ἑκάτερα καὶ ἀκμάζει ὀλίγον χρόνον ἡ εὐεξίη, ἐν τοῖσι τοιουτοτρόποισι τῶν σωμάτων. τὰ δὲ ἀραιότερα τῶν εἰδέων καὶ δασύτερα, [21] καὶ τὴν κρεηφαγίην δέχεται, καὶ τὰς ταλαιπωρίας μᾶλλον ὑπομένει, καὶ χρονιώτεραι γίνονται αὐτέοισιν αἱ εὐεξίαι· καὶ ὁκόσοι τὰ σιτία ἀνερεύγονται τῇ ὑστεραίῃ καὶ τὰ ὑποχόνδρια μετεωρίζεται αὐτέοισιν, ὡς ἀπέπτων τῶν σιτίων ἐόντων, τούτοισι καθεύδειν μὲν πλείονα χρόνον ξυμφέρει. τῇ δὲ ἄλλῃ ταλαιπωρίῃ ἀναγκάζειν χρὴ αὐτῶν τὸ σῶμα. [22] καὶ τὸν οἶνον ἀκρητέστερον πίνοντας καὶ πλείω, καὶ τοῖσι σιτίοισιν ἐλάσσοσι χρέεσθαι ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον. δῆλον γὰρ ὅτι ἡ κοιλίη ὑπὸ ἀσθενείης καὶ ψυχρότητος, οὐ δύναται τὸ πλῆθος τῶν σιτίων καταπέσσειν. ὁκόσους δὲ δίψαι λαμβάνουσι, τούτοισι τῶν τε σιτίων καὶ ταλαιπωριῶν ἀφαιρέειν. καὶ τὸν οἶνον πίνοντας ὑδαρέα τε καὶ ὅτι ψυχρότατον. ὁκόσοισι δὲ ὀδύναι γίνονται ἐκ τῶν σπλάγχνων, ἢ ἐκ γυμνασίης, ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς ταλαιπωρίης, τούτοισι ξυμφέρει ἀναπαύεσθαι ἀσιτίῃσι. πόματι δὲ χρέεσθαι, ὃ, τι ἐλάχιστον εἰς τὸ σῶμα ἐσελθὸν, πλεῖστον οὖρον διάξει· ὅπως αἱ φλέβες αἱ διὰ τῶν σπλάγχνων πεφυκυῖαι, μὴ κατατείνωνται πληρεύμεναι. ἐκ γὰρ τῶν τοιουτέων τά τε φύματα γίνονται, καὶ οἱ πυρετοί.

Sed alij contrarium planè faciũt. Qui autem ad cibos vomitione reiiciendos minimè ſunt accommodati, quibuſq; alui non facilè prodeunt, iis omnibus crebrò die cibum ſumere, & omnis generis cibariis vti conducit, ac opſoniis variè apparatis, vinumq; duorum aut trium generum bibere. Qui verò cibos vomitione reiiciunt, & aluos habent humidas, iis omnibus ex vſu eſt vt huic contrariam ineant vitæ rationem. At pueri infantes per multum tempus aqua calida lauandi ſunt, vinumq; iis aquoſum in potu exhibendum, nec prorſus frigidum, idq; offerendum quod minimè ventrem attollat & flatum creet. Quæ facienda ſunt, quò minùs conuulſionibus tententur, magiſq; adoleſcant, & coloratiores euadant. Mulieres autem ſic victus ratione ſicciore victitare oportet. Nam & ſicciores cibi ad muliebrem mollitiem magis ſunt accommodati, & meraciores potus ad vteros & fœtus nutritionem magis valent. Qui exercentur, per hyemem eos currere & luctari conuenit, & æſtate parum quidem luctari, currere verò minimè, ſed multum in frigore deambulare. Qui curſibus defatigantur, ij luctari debent, qui verò lucta defatigantur, iis currendum eſt. Ita enim qui laborat, corporis parte defatigationi obnoxia calefiat, componatur, & maximè quieſcat. Qui, cùm exercentur, alui profluuiis corripiuntur, & alui excrementa cibos referentia & incocta demittunt, ij de exercitationibus tertiam partem vt minimùm, & de cibis dimidium ſubtrahant. Conſtat enim ſanè ventriculum ciborum copiam vt concoquat concaleſacere non poſſe. Cibus eſto panis quàm maximè toſtus in vino intritus, & potus quàm pauciſſimi & meraciſſimi, neq; deambulationibus à cibo vtantur. Sub hoc verò tempus ſemel duntaxat cibum ſumere eos conuenit. Sic enim vel maximè concaleſiat ventriculus, & ingeſtos cibos ſuperauerit. Hoc autem alui profluuij genus corporum habitus denſiore carne præditos potiſſimum exercet, quando ita natura comparatum eſt, vt quis ad carnium eſum compellatur. Venæ ſiquidem condenſatæ cibos ingeſtos non recipiunt. Et hęc quidem natura eſt lubrica, & ad vtramque partem vertitur, & in eiuſmodi naturis paruo tempore viget bona corporis habitudo. At rariores & hirſuti magis corporis habitus, carnium eſum admittunt, laboréſque magis ſuſtinent, diutiúſque in bona corporis habitudine perſeuerant. Qui poſtridie cibos eructant, & quibus præcordia, nimirum cibis non concoctis, attolluntur, iis longior ſomnus confert. Quin etiam ad alios corporis labores cogi debent, vinumque meracius & copioſius bibere, & ſub id tempus paucioribus vti cibariis. Conſtat enim ſanè ventriculum, præ imbecillitate & frigiditate, ciborum multitudinem concoquere non poſſe. At quos ſitis occupat, iis cibi & labores ſubtrahendi, & vinum tum aquoſum, tum quàm maximè frigidum propinandum. Quibus verò viſcerum dolores, aut ab exercitatione, aut ex alio aliquo itinere ſuboriuntur, his quieſcere & cibis abſtinere confert. Potu autem vtantur, qui quàm pauciſſima copia plurimam vrinam ducat, vt ne venæ, natura viſceribus inſitæ, copia diſtendantur. Ex his etenim caſibus tubercula & febres contingunt.

Quibus morbi ex cerebro oriuntur, eos primùm capitis ſtupor detinet, & frequentem vrinam reddunt, eadémque quæ in vrinæ ſtillicidio accidunt, iſtáque ad dies nouem perſeuerant. Et ſiquidem per nares aut aures aqua vel mucus erumpat, morbo liberantur, & ſedatur vrinæ ſtillicidium. Vrinam autem copioſam citra dolorem & albam reddunt, ad vigeſimum vſque diem, dum capitis dolor hominem deſerit, ſed huic oculorum aciem intendenti ſplendor clam ſubducitur. Qui verò intelligentia valet, is bene ſubducta ratione ſecum reputare debet, quàm plurimùm æſtimanda ſit ſanitas, & ex vtilitate ſui conſilij fructum in morbis rectè percipere.

[23] Ὁκόσοισι δὲ νοῦσοι ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου γίνονται, νάρκη πρῶτον ἴσχει τὴν κεφαλὴν, καὶ οὐρέει θαμινὰ, καὶ τ' ἄλλα πάσχει ὁκόσα ἐπὶ στραγγουρίῃ. οὗτος ἐφ' ἡμέρας ἐννέα τοῦτο πάσχει. καὶ ἢν μὲν ῥαγῇ κατὰ τὰς ῥῖνας ἢ κατὰ τὰ ὦτα ὕδωρ, ἢ βλέννα, ἀπαλλάσσεται τῆς νούσου, καὶ τῆς στραγγουρίης παύεται. οὐρέει δὲ πολλὸν, καὶ ἀπόνως, καὶ λευκόν. ἔστ' ἂν εἴκοσιν ἡμέρας παρέλθῃ καὶ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἡ ὀδύνη ἐκλείπει τῷ ἀνθρώπῳ, ἐσορέοντι δὲ [24] βλέπεται ἀπὸ ἡ αὐγή. [25] ἄνδρα δὲ χρὴ ὃς ἐστὶ συνετὸς λογισάμενον ὅτι τοῖσιν ἀνθρώποισι πλείστου ἄξιόν ἐστιν ἡ ὑγιείη, ἐπίστασθαι ἐκ τῆς ἑωυτοῦ γνώμης ἐν τῇσι νούσοισιν ὠφελέεσθαι.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ

Διαίτης τὸ πρῶτον.

HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE, LIB. I.

SI quis ex his, qui antea de hominis victus ratione, quæ ad ſanitatem ſpectat, ſcripſerunt, omnia in totum rectè cognouiſſe, & quantum humanus animus complecti poteſt, ſcriptis comprehendiſſe mihi videretur, ſatis eſſe putarem, ſi aliorum labores, quos rectè ſuſceptos eſſe exiſtimarem, ad eorum cuiuſque vtilitatem accommodarem. At verò cùm multi iam ea de re ſcripſerint, nullus tamen quid ſcribendum fuerit rectè mihi nouiſſe videtur. Alij quidem aliud attigerunt, totum verò ne vnus quidem adhuc ex his, qui ante extiterunt. Neq; tamen eorum quiſquam reprehendendus, quod inuenire nō potuerint, quin potius laudandi omnes, quòd quædam inueſtigatione aggreſſi ſunt. Neque ergo quæ rectè dicta non ſunt, arguere decreui, ſed his quæ abundè ſunt cognita aſſentiri in animo habeo. Quæ igitur ab iis, qui ante nos fuerunt, rectè dicta ſunt, de his fieri non poteſt, ſi aliter ſcribatur, vt rectè ſcribam. Quæ verò non rectè dixerunt, ſi ea quidem quod ita non habeant redarguero, nihil profecero. At eorum quodque quomodo rectè habere videatur exponere & declarare eſt animus. Hanc autem orationem ideo præponendam duxi, quòd plærique vbi aliquem priùs de re aliqua diſſerentem audierint, eum qui poſteriùs his de rebus diſceptat, non approbant, neſcientes eiuſdem mentis eſſe de his, quæ rectè dicta ſunt, cognoſcere. His ergo quæ rectè dicta ſunt, velut dixi, aſſentior, quænam verò ſint, quæ non rectè fuerint cognita, aperiam. Quinetiam quæ eorum nullus, qui ante me fuerunt, explicare aggreſſus eſt, qualia fuerint, demonſtrabo. Qui de hominis victus ratione rectè ſcripturus eſt, eum meo quidem iudicio, primùm totius hominis naturam noſſe ac dignoſcere oportet. Ac noſſe quidem, ex quibus ab initio conſtet, dignoſcere verò, quænam in eo partes ſuperent. Niſi enim primam conſtitutionem nouerit, quodque in corpore ſuperet, ea, quæ homini conducant, minimè offerre poterit. Hæc igitur, qui ſcripturus eſt, cognoſcere debet, deinde verò ciborum omnium ac potionum, ex quibus victus ratio conſtat.

[1] ΕΙ μέν μοι τις ἐδόκεε τῶν πρότερον ξυγγραψάντων περὶ διαίτης ἀνθρωπίνης τῆς πρὸς ὑγιείην, ὀρθῶς ἐγνωκὼς ξυγγεγραφέναι πάντα διὰ παντὸς, ὁκόσα δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ γνώμῃ περιληφθῆναι, ἱκανῶς ἄν εἶχέ μοι ἄλλων ἐκπονησάντων, γνῶναι ὀρθῶς ἔχοντα, [2] τούτοισι χρέεσθαι, καθότι ἕκαστον αὐτῶν ἐδόκεε χρήσιμον εἶναι. νῦν δὲ πολλοὶ μὲν, ἤδη ξυνέγραψαν. οὐδεὶς δὲ ἔγνω ὀρθῶς, καθότι ἂν αὐτοῖς ξυγγραπτέον. ἄλλοι δὲ ἄλλο ἐπέτυχον· τὸ δὲ ὅλον, οὐδείς πω τῶν πρότερον. μεμφθῆναι μὲν οὖν οὐδενὶ αὐτῶν ἄξιόν ἐστιν, εἰ μὴ ἐδυνήθησαν ἐξευρεῖν. ἐπαινέσαι δὲ μᾶλλον πάντας, ὅτι ἀλλ' ἐπεχείρησαν ζητῆσαι. ἐλέγχειν μὲν οὖν τὰ μὴ ὀρθῶς εἰρημένα, οὐ παρεσκεύασμαι. προσομολογέειν δὲ τοῖς ἱκανῶς ἐγνωσμένοισι, διανενόημαι. ὁκόσα μὲν οὖν ὀρθῶς ὑπὸ τῶν πρότερον εἴρηται, οὐχ οἷόν τε ἄλλως ἐμὲ ξυγγράψαντα, ὀρθῶς συγγράψαι. ὁκόσα δὲ μὴ ὀρθῶς εἰρήκασιν, ἐλέγξαι μὲν ταῦτα διότι οὐχ οὕτως ἔχει, οὐδὲν περανῶ. ἐξηγεύμενος δὲ καθότι, αὐτῶν μοι δοκέει ἕκαστον ὀρθῶς ἔχειν, δηλώσαι βούλομαι. διὰ τοῦτο δὲ τὸν λόγον τοῦτον προκατατίθεμαι, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὁκόταν τινὸς πρότερον ἀκούσωσι περί τινος ἐξηγευμένου, οὐκ ἀποδέχονται τοῦ ὕστερον περὶ τούτων διαλεγομένου, οὐ γινώσκοντες ὅτι τῆς αὐτῆς διανοίας ἐστὶ γνῶναι τὰ ὀρθῶς εἰρημένα. ἐγὼ γοῦν ὥσπερ εἶπον, τοῖσι μὲν ὀρθῶς εἰρημένοισι, προσομολογήσω· τὰ δὲ μὴ ὀρθῶς ἐγνωσμένα, δηλώσω ὁκοῖά τινά ἐστιν. ὁκόσα δὲ μηδὲ ἐπεχείρησε μηδεὶς τῶν πρότερον δηλῶσαι, ἐγὼ ἐπιδείξω καὶ ταῦτα ὁκοῖά ἐστι. φημὶ δὲ δεῖν τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ξυγγράφειν περὶ διαίτης ἀνθρωπίνης, πρῶτον μὲν, παντὸς φύσιν ἀνθρώπου γνῶναι καὶ διαγνῶναι. γνῶναι μὲν, ἀπὸ τίνων συνέστηκεν ἐξ ἀρχῆς· διαγνῶναι δὲ, [4] ὑπὸ τίνων μερέων κεκράτηται. εἰ μὴ γὰρ τὴν ἐξ ἀρχῆς σύστασιν ἐπιγνώσεται, τὸ ἐπικρατέον ἐν τῷ σώματι, οὐχ οἷός τε εἴη τὰ ξυμφέροντα τῷ ἀνθρώπῳ προσενεγκεῖν. ταῦτα μὲν οὖν χρὴ γινώσκειν τὸν ξυγγράφοντα. μετὰ δὲ ταῦτα, σίτων καὶ ποτῶν ἁπάντων, οἷσι διαιτώμεθα,

δύναμιν ἣν ἕκαστα ἔχει, καὶ τὴν κατὰ φύσιν, καὶ τὴν δι' ἀνάγκην, καὶ τέχνην ἀνθρωπίνην. δεῖ γὰρ ἐπίστασθαι τῶν τε ἰσχυρῶν φύσει, ὡς χρὴ τὴν δύναμιν ἀφαιρέεσθαι. τοῖσι δ' ἀσθενέσι, ὅκως χρὴ ἰσχὺν προστιθέναι διὰ τέχνης, ὅκου ἂν ὁ καιρὸς ἑκάστων παραγίνηται. γνόντα δὲ τὰ εἰρημένα, οὐκ αὐτάρκης ἡ θεραπείη τοῦ ἀνθρώπου. διότι οὐ δύναται ἐσθίων ἄνθρωπος ὑγιαίνειν, ἢν μὴ καὶ πονέῃ. ὑπεναντίας μὲν γὰρ ἀλλήλοισιν ἔχει τὰς δυνάμιας, σῖτα καὶ πόνοι. συμφέρονται δὲ ἀλλήλοισι πρὸς ὑγείην. πόνοι μὲν γὰρ, πεφύκασιν ἀναλῶσαι τὰ ὑπάρχοντα· σιτία δὲ καὶ ποτὰ, ἐκπληρῶσαι τὰ κενωθέντα. δεῖ δὲ, ὡς ἔοικε, τῶν πόνων διαγινώσκειν τὴν δύναμιν, καὶ τῶν κατὰ φύσιν, καὶ τῶν διὰ βίης γινομένων. καὶ τίνες αὐτῶν ἐς αὔξησιν παρασκευάζουσι σάρκας καὶ τίνες ἐς ἔλλειψιν. καὶ οὐ μόνον ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τὰς συμμετρίας τὰς ἡμετέρας τῶν πόνων τὴν βίην πρὸς τὸ πλῆθος τῶν σιτίων, καὶ τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὰς ἡλικίας τῶν σωμάτων, καὶ πρὸς τὰς ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ πρὸς τὰς μεταβολὰς τῶν πνευμάτων, πρὸς τὰς θέσιας τῶν χωρίων ἐν οἷσι διαιτέονται, πρὸς τε τὴν κατάστασιν τοῦ ἐνιαυτοῦ. ἄστρων τε ἐπιτολὰς καὶ δύσιας γινώσκειν δεῖ, ὅκως ἐπίστηται τὰς μεταβολὰς καὶ ὑπερβολὰς φυλάσσειν, καὶ σίτων, καὶ ποτῶν, καὶ πνευμάτων, καὶ τοῦ ὅλου κόσμου. ἐξ ὧν περ αἱ νοῦσοι τοῖσιν ἀνθρώποισι φύονται. ταῦτα δὲ πάντα διαγνόντι, οὔπω αὐτάρκες τὸ εὕρημά ἐστι. εἰ μὲν γὰρ ἦν εὑρετὸν ἐπὶ τούτοις πρὸς ἑκάστην φύσιν σίτου μέτρον, καὶ πόνων ἀριθμὸς, μὴ ἔχων ὑπερβολὴν, μήτε ἐπὶ τὸ πλέον, μήτε ἐπὶ τὸ ἔλασσον, εὕρητο ἂν ὑγείη τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἀκριβῶς. νῦν δὲ τὰ μὲν προειρημένα πάντα εὕρηται ὁκοῖά ἐστι· τοῦτο δὲ, ἀδύνατον εὑρεῖν. εἰ μὲν οὖν παρείη τις καὶ ὁρῴη, γινώσκοι ἂν τὸν ἄνθρωπον, ἐκδύνοντά τε καὶ ἐν τοῖσι γυμνασίοισι γυμναζόμενον, ὥστε φυλάσσειν ὑγιαίνοντα, τῶν μὲν ἀφαιρέων, τοῖσι δὲ προστιθείς. μὴ παρεόντι δὲ, ἀδύνατον ὑποθέσθαι ἐς ἀκριβείην σῖτα καὶ πόνους. ἐπεὶ ὁκόσον γε δυνατὸν εὑρεῖν, ἐμοὶ εἴρηται. ἀλλὰ γὰρ εἰ καὶ πάνυ σμικρὸν ἐνδεέστερα τὰ ἕτερα τῶν ἑτέρων γένοιτο ἂν, ἐν πολλῷ χρόνῳ ἀνάγκη κρατηθῆναι τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς, καὶ ἐς νοῦσον ἀφικέσθαι. τοῖσι μὲν οὖν ἄλλοισι, μέχρι τούτου ἐπικεχείρηται ζητηθῆναι. εἴρηται δὲ, οὐδὲ ταῦτα· ἐμοὶ δὲ ταῦτα ἐξεύρηται, πρὸ τοῦ κάμνειν τὸν ἄνθρωπον, ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς ἐφ' ὁκότερον ἂν γίνηται προδιάγνωσις. οὐ γὰρ εὐθέως αἱ νοῦσοι τοῖσιν ἀνθρώποισι προσγίνονται, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν συλλεγόμεναι, ἀθρόως ἐκφαίνονται. πρὶν οὖν κρατέεσθαι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ὑγιὲς ὑπὸ τοῦ νοσεροῦ, ἃ πάσχουσιν ἐξεύρηταί μοι, καὶ ὅκως χρὴ ταῦτα καθιστάναι ἐς τὴν ὑγείην. τούτου δὲ προσγενομένου πρὸς τοῖσι γεγυμνασμένοισι τελέεται τὸ ἐπιχείρημα τῶν διανοημάτων. Συνίσταται μὲν οὖν τὰ ζῶα τά τε ἄλλα πάντα καὶ ὁ ἄνθρωπος, ἀπὸ δυοῖν, διαφόροιν μὲν τὴν δύναμιν, συμφόροιν δὲ τὴν χρῆσιν, πυρὸς λέγω καὶ ὕδατος. ταῦτα δὲ ξυναμφότερα αὐτάρκεά ἐστι, τοῖσί τε ἄλλοισι πᾶσι, καὶ ἀλλήλοισιν. ἑκάτερον δὲ χωρὶς, οὔτε αὐτὸ ἑωυτῷ, οὔτε ἄλλῳ οὐδενί. τὴν μὲν οὖν δύναμιν αὐτῶν ἑκάτερον ἔχει τοιήνδε. τὸ μὲν γὰρ πῦρ, δύναται πάντα διὰ παντὸς κινῆσαι.

quam ſingula facultatem, tum ex natura, tum ex neceſſitate & arte humana obtineant. Scire namq; conuenit, quanam ratione ex valentibus naturâ, vis detrahatur, & quomodo imbecillis, vt cuiuſque occaſio ſe obtulerit, vim ex arte adhibere oporteat. Neque commemoratorum cognitio ad hominis curationem ſatis eſſe videtur, quandoquidem qui comedit, niſi etiam laboribus vtatur, ſanus eſſe non poteſt. Cibi enim & labores aduerſas inter ſe facultates, mutuò tamen ad ſanitatem conferentes, obtinent. Labores namq; ea, quæ adſunt conſumere ſolent, cibi verò & potiones, quæ vacuata ſunt, explent. Laborum autem quantum par eſt, facultas, tum eorum qui à natura, tum eorum, qui per vim contingunt, dignoſcenda eſt, & quinam ex ipſis carnes ad incrementum, & qui ad defectum præparent. Neque iſta tantum, verùm etiã conueniens laborum modus, qui à nobis adhibetur, pro ciborum copia, hominis natura & corporum ætate, pro anni temporibus, & ventorum mutationibus, pro locorum ſitu, in quibus vitam agunt, & pro anni conſtitutione. Quinetiam ſyderum ortus & occaſus noſcendi ſunt, vt mutationes & ciborum ac potionum redundantias, ventorumq; & totius mundi, ex quibus ſanè morbi hominibus proueniunt, obſeruare ſciat. Neq; tamẽ cùm hęc omnia cognouerit, ſatis inueniſſe exiſtimandus eſt. Nam ſi præter hæc inuentus fuerit, cuiuſq; naturæ conueniens cibi modus, & laborum numerus, qui neque ſupra, neque infra modum excedat, ſanitas ſane hominibus exactè inuenta fuerit. At nunc prædicta quidem omnia quænam ſint, inuenta ſunt, hoc verò inueniri non poteſt. Si igitur quis præſens adſit, & inſpiciat hominem exuentem ſe & in gymnaſiis exercentem, is vtiq; nouerit, hæc quidem detrahendo, illa verò adiiciendo, vt ſanum ſeruare oporteat. Qui verò minimè præſens adfuerit, is exactè cibos & labores præſcribere non poterit, cum quantum quidem quis inuenire poſſit, à me iam relatum ſit. Nam etſi à cæteris non multum deficiunt, temporis tamen ſpatio corpus ab exceſſu ſuperari, & in morbum incidere neceſſe eſt. Ab aliis igitur, vt hucuſque inueſtigatione prouenirent, tentatum eſt, neque verò hæc dicta ſunt. A me autem inuenta eſt morbi prænotio, antequam quis ab exceſſu ægrotet, vtramuis in partem fiat. Neque enim morbi derepente hominibus contingunt, ſed paulatim collecti aceruatim ſe produnt. Prius ergo quàm quod ſanum eſt à morboſo ſuperetur, à quibus homines afficiantur, & quomodo ſanitati reſtitui debeant, à me inuenta ſunt. Quod vbi ad ea, quæ ſcripſimus, acceſſerit, ad exitum perductum eſt, quod cogitatione aggreſſi ſumus. Omnia igitur tum animantia, tum homo ipſe, ex duobus facultate quidem diuerſis, vſu verò conſentientibus, conſtant, igne inquam & aqua. Quæ duo ſimul iuncta, tum aliis omnibus, tum ſibi inuicem ſatis ſunt: vtrunque verò ſeorſim, neque ſibi ipſi, neque cuiquam alteri ſatis eſſe poteſt. Horum igitur vtrunque hanc obtinet facultatem. Ignis ſiquidem omnia ſemper mouere, aquã verò omnia ſemper nutrire poteſt. At ſecundum partes vtrunque ſuperat & ſuperatur, ſi ad ſummum ac minimum, quoad eius fieri poteſt, conſideretur. Neutrum enim hanc ob cauſam prorſus ſuperare poteſt. Ignis ſiquidem in extremam aquam irruens, alimento deficitur, auertitur igitur vnde ali debuerat.

Aqua verò in extremum ignem irrumpens, motu deficitur, qui in ea ſiſtitur, & cùm conſtiterit, non ampliùs ſuperior exiſtit, ſed ſanè ab irruente igne in alimentum conſumitur, eaſque ob cauſas neutrum penitus ſuperare poteſt. Quòd ſi alterutrum aliquando etiam ſuperaretur, nihil eorum, quæ nunc exiſtunt, velut nunc ſe habet, permaneret. Cùm autem ita ſemper ſe habeant, eadem erunt & neutra, neque ſimul deficient. Ignis igitur & aqua quemadmodum à me dictum eſt, in ſummo ac minimo ſimiliter conſiderata, omnibus in vniuerſum ſatis ſunt. Horum autem vtrique hæc adiacent, igni quidem calidum & ſiccum, aquæ vero frigidum & humidum. Habent autem à ſe inuicem, ignis quidem ab aqua humiditatẽ, ineſt enim ab aqua humiditas, aqua verò ab igne ſiccitatem. Ineſt enim in aqua ab igne ſiccitas. Quibus ſic ſe habentibus, multas cuiuſuis generis tum ſeminum, tum animalium formas, nihil inter ſe, neq; viſu, neque facultate ſimiles, à ſe inuicem ſecernunt. Cùm enim nunquam eodem ſtatu permaneãt, ſed perpetuò permutentur, temporis tandem ſucceſſu, quæ etiam ab his prodeũt, diſſimilia oriri neceſſe eſt. Nihil quidem omninò perit, neq; oritur quod priùs non erat, verùm inuicem commixta & diſcreta alterantur. At homines exiſtimant, id quidem quod ex orco in lucem augetur, oriri, quod verò ex luce ad orcum imminuitur, perire, magiſq; oculis quàm rationi fidem eſſe adhibendam. Ego verò iſta ratione exponam. Animantia namque ſunt, & illa & iſta, neque animal interire poteſt, quin omnia intereant, neq; quod non eſt, generari, cùm non ſit vnde generetur. Verùm augentur omnia & imminuuntur, ad ſummum, & ad minimum, quoad eius fieri poteſt. Quid autem generari & interire vocem, multorum gratia explicandum videtur, eaq; commiſceri, & diſcerni, ſignificare declaro. Habet autem ſe res ad hunc modum. Generari & interire, idem, commiſceri & diſcerni, idem. Generari idem quod commiſceri. Interire, imminui, idem quod diſcerni. Vnumquodque ad omnia, & omnia ad vnumquodque idem ſunt. Lex enim naturæ in his aduerſatur, ſeorſum verò omnia & diuina & humana ſurſum & deorſum viciſſim rependens. Dies & nox ad ſummum & minimum conſiderantur, velut lunæ ſummum ac minimum accedit. Igni ſuus eſt impetus, & aquæ item ſuus. Sol ad longiſſimum & breuiſſimum accedit. Rurſus hæc, & non hæc. Lux Ioui, tenebræ orco. Lux orco, tenebræ Ioui. Commeant & tranſmouentur illa huc, & hæc illuc, & omni quidẽ tempore, illa horum, hæc verò illorum res peragunt, & quæ quidem faciunt, neſciunt, quæ verò faciunt, ſcire videntur, & quæ quidem vident non cognoſcunt. Et tamen his omnia neceſſitate diuina cõtingunt, & quæ volunt, & quæ nolunt. Illis autẽ huc, his verò illuc commeantibus, & inuicem commixtis, fatalem ſuam ſortem quodq; complet, & ad maius, & ad minus. Interitus autem eſt omnib. mutuus, & maiori à minore, & minori à maiore. Quin etiam maius à minore augetur, tum reliqua omnia, tũ hominis animus, & corp⁹ velut anim⁹ certo ordine deſcribitur.

τὸ δὲ ὕδωρ, πάντα διὰ παντὸς θρέψαι· ἐν μέρει δὲ ἑκάτερον κρατεῖ καὶ κρατέεται, ἐς τὸ μήκιστον καὶ τὸ ἐλάχιστον, ὡς ἀνυστόν. οὐδέτερον γὰρ κρατῆσαι παντελῶς δύναται, διὰ τάδε· τὸ μὲν πῦρ ἐπεξιὸν ἐπὶ τὸ ἔσχατον τοῦ ὕδατος, ἐπιλείπει ἡ τροφή. ἀποτρέπεται οὖν ὅκοθεν μέλλει τρέφεσθαι. τὸ δὲ ὕδωρ ἐπεξιὸν ἐπὶ τὸ ἔσχατον τοῦ πυρὸς, ἐπιλείπει ἡ κίνησις. ἵσταται οὖν ἐν τούτῳ· ὁκόταν δὲ στῇ, οὐκ ἔτι ἐγκρατές ἐστιν, ἀλλὰ δὴ τῷ ἐμπίπτοντι πυρὶ ἐς τὴν τροφὴν καταναλίσκεται. οὐδέτερον δὲ διὰ ταῦτα, δύναται κρατῆσαι παντελῶς· εἰ δέ κοτε κρατηθείη, καὶ ὁκότερον, οὐδὲν ἂν εἴη τῶν νῦν ἐόντων ὥσπερ ἔχει νῦν. οὕτω δὲ ἐχόντων αἰεὶ, ἔσται τὰ αὐτὰ, καὶ οὐδὲ ἅμα ἐπιλείψει. τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ ὥσπερ εἴρηταί μοι, αὐτάρκεά ἐστι πᾶσι διὰ παντὸς ἐς τὸ μήκιστον, καὶ τοὐλάχιστον ὡσαύτως, τούτων δὲ προσκέεται ἑκατέρῳ τάδε· τῷ μὲν πυρὶ, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ξηρόν· τῷ δὲ ὕδατι, τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ ὑγρόν· ἔχει δὲ ἀπ' ἀλλήλων· τὸ μὲν πῦρ, ἀπὸ τοῦ ὕδατος τὸ ὑγρόν. ἔνι γὰρ ἀπὸ τοῦ ὕδατος ὑγρότης· τὸ δὲ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ πυρὸς, τὸ ξηρόν. ἔνι γὰρ ἐν ὕδατι ἀπὸ τοῦ πυρὸς ξηρόν. οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἰδέας ἀποκρίνονται ἀπ' ἀλλήλων καὶ σπερμάτων, καὶ ζώων, οὐδὲν ὁμοίων ἀλλήλοισιν, οὔτε τὴν ὄψιν, οὔτε τὴν δύναμιν. ἅτε γὰρ οὔποτε κατὰ τὸ αὐτὸ ἱστάμενα, ἀλλ' αἰεὶ ἀλλοιούμενα, ἔπειτα καὶ ἔπειτα ἀνόμοια ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι, καὶ τὰ ἀπὸ τούτων ἀποκρινόμενα· ἀπόλλυται μὲν οὐδὲν ἁπάντων χρημάτων, οὐδὲ γίνεται, ὅτι μὴ καὶ πρόσθεν ἦν. ξυμμισγόμενα δὲ καὶ διακρινόμενα, ἀλλοιοῦται· νομίζεται δὲ παρὰ τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὲν ἐξ ἅδου ἐς φάος αὐξηθὲν, γενέσθαι· τὸ δὲ ἐκ τοῦ φάεος εἰς ἅδην μειωθὲν, ἀπολέσθαι. ὀφθαλμοῖσι δὲ δεῖ πιστεύεσθαι μᾶλλον, ἢ γνώμῃσιν. ἐγὼ δὲ τάδε γνώμῃ ἐξηγέομαι. ζῶα γὰρ κἀκεῖνα, καὶ τάδε· καὶ οὔτε τὸ ζῶον ἀποθανεῖν οἷόν τε μὴ μετὰ πάντων. ποῖ γὰρ ἀποθανεῖται; οὔτε τὸ μὴ ὂν γενέσθαι. μὴ ἐόντος ὅθεν παραγενήσεται. ἀλλ' αὔξεται πάντα καὶ μειοῦται ἐς τὸ μήκιστον καὶ ἐς τὸ ἐλάχιστον, τῶν γε δυνατῶν. ὅ, τι δ' ἂν διαλέγωμαι γενέσθαι, καὶ τὸ ἀπολέσθαι τῶν πολλῶν εἵνεκεν ἑρμηνεύω. ταῦτα δὲ καὶ ξυμμίσγεσθαι καὶ διακρίνεσθαι δηλῶ· ἔχει δὲ ὧδε· γενέσθαι καὶ ἀπολέσθαι τωὐτό. ξυμμιγῆναι καὶ διακριθῆναι τωὐτό, γενέσθαι ξυμμιγῆναι τωὐτό· ἀπολέσθαι, μειωθῆναι, διακριθῆναι τωὐτό· ἕκαστον πρὸς πάντα, καὶ πάντα πρὸς ἕκαστον τωὐτό· ὁ νόμος γὰρ τῇ φύσει περὶ τούτων ἐναντίος. χωρεῖ δὲ πάντα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα, ἄνω καὶ κάτω ἀμειβόμενα. ἡμέρη καὶ εὐφρόνη ἐπὶ τὸ μήκιστον καὶ ἐλάχιστον· ὡς καὶ τῇ σελήνῃ, τὸ μήκιστον καὶ τὸ ἐλάχιστον· πυρὸς ἔφοδος καὶ ὕδατος· ἥλιος ἐπὶ τὸ μακρότατον καὶ βραχύτατον, πάντα ταὐτὰ, καὶ οὐ ταὐτά. φάος ζηνὶ, σκότος ἅδῃ, φάος ἅδῃ, σκότος ζηνὶ· φοιτᾷ καὶ μετακινεῖται, κεῖνα ὧδε· καὶ τάδε κεῖσε πᾶσαν ὥρην διαπρησσόμενα· κεῖνα τὰ τῶν, τῶνδε· τὰ δὲ τῶνδε, κείνων. καὶ θ' ἃ μὲν πρήσσουσιν, οὐκ οἴδασιν. ἃ δὲ πρήσσουσι, δοκέουσιν εἰδέναι· καὶ θ' ἃ μὲν ὁρῶσι, οὐ γινώσκουσιν. ἀλλ' ὅμως αὐτοῖσι πάντα γίνεται, δι' ἀνάγκην θείην, καὶ ἃ βούλονται καὶ μὴ βούλονται. φοιτεόντων δ' ἐκείνων ὧδε, τῶν δὲ τε κεῖσε· συμμισγομένων πρὸς ἄλληλα τὴν πεπρωμένην μοίρην ἕκαστον ἐκπληροῖ. καὶ ἐπὶ τὸ μέζον, καὶ ἐπὶ τὸ μεῖον. φθορὴ δὲ πᾶσιν ἀπ' ἀλλήλων, τῷ μέζονι ἀπὸ τοῦ μείονος, καὶ τῷ μείονι, ἀπὸ τοῦ μέζονος· αὐξάνεται καὶ τὸ μέζον, ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος. τὰ δ' ἄλλα πάντα καὶ ψυχὴ ἀνθρώπου καὶ σῶμα, ὁκοῖον ἡ ψυχὴ διακοσμέεται.

ἐσέρπει δὲ ἐς ἄνθρωπον, μέρεα μερέων, ὅλα ὅλων ἔχοντα σύγκρησιν πυρὸς καὶ ὕδατος. τὰ μὲν ληψόμενα· τὰ δὲ, δώσοντα. καὶ τὰ μὲν λαμβάνοντα, πλέον ποιέει· τὰ δὲ διδόντα, μεῖον. πρίουσιν ἄνθρωποι ξύλον. ὁ μὲν, ἕλκει, ὁ δὲ, ὠθεῖ. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο ποιέουσι. μεῖον δὲ ποιέοντες, [21] πλέον ποιέουσι. [22] τὸ δ' αὐτὸ καὶ φύσις ἀνθρώπων. τὸ μὲν, ὠθεῖ. τὸ δὲ, ἕλκει· τὸ μὲν, δίδωσι. τὸ δὲ, λαμβάνει· καὶ τῷ μὲν, δίδωσι, τῷ δὲ, λαμβάνει. καὶ τῷ μὲν δίδωσι τοσούτῳ πλέον, [23] ὁ δὲ λαμβάνει τοσούτῳ μεῖον. χώρην δὲ ἕκαστον φυλάσσει τὴν ἑωυτοῦ. καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τὸ μεῖον ἰόντα, διακρίνεται ἐς τὴν ἐλάσσονα χώρην· τὰ δὲ ἐπὶ τὸ μέζον πορευόμενα, συμμισγόμενα ἐξαλλάσσει εἰς τὴν μέζω τάξιν· τὰ δὲ ξεῖνα καὶ μὴ ὁμότροπα, ὠθέεται ἐκ χώρης ἀλλοτρίης. [24] ἑκάστῳ δὲ, ψυχὴ μέζω καὶ ἐλάσσω ἔχουσα περιφοιτᾷ τὰ μόρια τὰ ἑωυτῆς, οὐ προσθέσιος οὐδὲ ἀφαιρέσιος δεομένων τῶν μερέων. κατὰ δὲ αὔξησιν καὶ μείωσιν τῶν ὑπαρχόντων δεομένων. [25] χώρην δὲ ἕκαστα διαπρήσσεται ἐς ἥν τινα εἰσέλθῃ καὶ δέξεται τὰ προσπίπτοντα. οὐ γὰρ δύναται τὸ μὴ ὁμότροπον ἐν τοῖσιν ἀσυμφόροισι χωρίοισιν ἐμμένειν. πλανᾶται μὲν γὰρ ἀγνοούμενα. ξυμμισγόμενα δὲ ἀλλήλοισι, συγγινώσκεται. προσίζει γὰρ τὸ σύμφορον τῷ συμφέροντι. τὸ δὲ ἀσύμφορον, πολεμεῖ καὶ μάχεται καὶ διαλλάσσει ἀπ' ἀλλήλων. διὰ τοῦτο ἀνθρώπου ψυχὴ, ἐν ἀνθρώπῳ αὐξάνεται· ἐν ἄλλῳ δὲ οὐδενί. καὶ τῶν ἄλλων ζώων τῶν μεγάλων ὡσαύτως. [26] ὁκόσα δὲ ἄλλως ἀπ' ἄλλων, ὑπὸ βίης ἀποκρίνεται. περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ζώων, ἐάσω. περὶ δὲ ἀνθρώπου, δηλώσω. ἐσέρπει δὲ ἐς ἄνθρωπον, ψυχὴ πυρὸς καὶ ὕδατος ξύγκρησιν ἔχουσα· μοίρας σώματος ἀνθρώπου. ταῦτα δὲ τὰ θήλεα καὶ ἄρσενα καὶ πολλὰ καὶ παντοῖα τρέφεται. τρέφεται δὲ καὶ αὔξεται διαίτῃ τῇ περὶ τὸν ἄνθρωπον. ἀνάγκη δὲ τὰ μέρεα ἔχειν πάντα τὰ εἰσιόντα. οὗτινος γὰρ μὴ ἐνείη μοῖρα ἐξ ἀρχῆς, οὐκ ἂν αὐξηθείη· οὔτε πολλῆς ἐπιούσης τροφῆς, οὔτε ὀλίγης. οὐ γὰρ ἔχει τὸ προσαυξόμενον. ἔχον δὲ πάντα, αὔξεται ἐν χώρῃ τῇ ἑωυτοῦ ἕκαστον. τροφῆς ἐπιούσης ἀπὸ ὕδατος ξηροῦ, καὶ πυρὸς ὑγροῦ. τὰ μὲν, εἴσω βιαζόμενα, τὰ δὲ, ἔξω. ὥσπερ οἱ τέκτονες τὸ ξύλον πρίουσι. καὶ ὁ μὲν, ἕλκει, ὁ δὲ, ὠθεῖ. τὸ αὐτὸ ποιέοντες. κάτω δὲ πιέζοντος, [27] ἄνω ἕρπει. οὐ γὰρ ἂν παραδέχοιτο, κάτω ἰέναι. ἢν δὲ βιάζωνται, παντὸς ἀμαρτήσονται. τοιοῦτον τροφὴ ἀνθρώπου· τὸ μὲν, ἕλκει· τὸ δὲ, ὠθεῖ. εἴσω δὲ βιαζόμενον, ἔξω ἕρπει. ἢν δὲ βιῆται παρὰ καιρὸν, παντὸς ἀποτεύξεται. χρόνον δὲ τοσοῦτον ἕκαστα τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν, ἄχρι μηκέτι δέχηται ἡ χώρη, μηδὲ τροφὴν ἱκανὴν ἔχῃ [28] ἐς τὸ μήκιστον τῶν ὑδάτων. ἔπειτ' ἐναμείβει ἐς τὴν ἔξω χώρην, θήλεα καὶ ἄρσενα, [29] κατ' ἑωυτὸν τρόπον ὑπὸ βίης καὶ ἀνάγκης διωκόμενα. ὁκότερα δ' ἂν ἐμπλήσῃ τὴν πεπρωμένην μοίρην, ταῦτα διακρίνεται πρῶτα, καὶ ἅμα συμμίσγεται. ἕκαστον μὲν γὰρ διακρίνεται. πάντα δὲ ταῦτα ξυμμίσγεται. χώρην δὲ ἀμείψαντα καὶ τυχόντα ἁρμονίης ὀρθῶς ἐχούσης συμφωνίας τρεῖς, [30] ξυλλαβοῦσαν διεξιὸν διὰ πασέων, ζώει καὶ αὔξεται τοῖσιν αὐτοῖσιν, οἷσι καὶ πρόσθεν. [31] ἢν δὲ μὴ τύχῃ τῆς ἁρμονίης, μηδὲ ξύμφωνα βαρέα τοῖσιν ὀξέσι γένηται ἢ πρώτῃ συμφωνίῃ. [32] ἢν δὲ δευτέρη γένεσις ᾖ, τὸ διὰ παντὸς ἑνὸς ἀπογινομένου, πᾶς ὁ τόνος μάταιος. οὐ γὰρ ἂν προσαείσειεν·

Irrepunt autem in hominem partes partium, tota totorum, quæ ignis & aquæ commixtionem habent, & partim quidem accipiunt, partim etiam exhibent. Et quæ quidem accipiunt, plus faciunt, quæ verò exhibent, minus. Lignũ homines ſerra ſecant, & hic quidem trahit, alter verò trudit, idem tamen faciunt, & minus facientes, plus faciunt. Idem & hominis natura, partim quidem propellit, partim verò trahit, partim dat, partim etiã accipit, & alij quidem dat, ab alio verò accipit, & alij quidem tantò plus dat, hic verò tantò minus accipit. Locum autẽ ſuum quodq; tuetur. & quæ quidem ad minus tendunt, in minorẽ locũ ſecedunt, quæ verò ad maius proficiſcuntur, commixta in maiorẽ claſſem trãſeunt. Externa verò neq; eiuſdẽ generis, ex aliena regione pelluntur. In vnoquoq; autẽ animus maiora & minora habens, ſuas ipſius partes circũmeat, quæ nec appoſitione, nec detractione indigent, cùm tamen eorũ, quæ adſunt accretione & imminutione opus habent. Locum verò ſingula cõficiunt, in quem ingrediãtur, & ea, quæ incidunt ſuſcipiant. Neq; enim poteſt quod nõ eſt eiuſdem generis, in loco minimè ſibi cõueniente permanere. Vagantur ſiquidẽ non agnita, inuicẽ verò permixta ſimul cognoſcuntur. Cõueniens enim cũ cõueniente cohæret, quod autẽ minimè cõuenit, diſſidet & pugnat, & à ſe inuicẽ diſcrepat. Quam ob cauſam hominis animus in homine, neq; in vllo alio incrementũ accipit, eodemq; modo de magnis animalib. Quæ verò aliter habent, ea per vim ab aliis ſecernuntur. Ac vt reliqua animantia prætereã, de homine tamẽ diſſeram. Irrepit autẽ in hominẽ animus, ignis & aquæ temperationẽ ſortitus, corporis humani portionẽ. Hæc autem fœminea & maſcula, multa & cuiuſvis generis nutriuntur. Victus autẽ ratione qua homo vtitur, nutriũtur, & incrementũ accipiũt. Quę verò ingrediuntur, ea omnia partes habere neceſſe eſt. Nã cuiuſcunq; pars non inerit à principio, nullo vnquã modo augeri poterit, neq; copioſo, neq; pauco accedente alimento, cũ non habeat, quod incremẽtum accipiat. Augetur autẽ quodq; in ſuo loco, quod omnia habet. Superueniente verò alimento, ab aqua ſicco, ab igne verò humido, alia quidẽ intro, alia verò foras vi adiguntur. Nõ ſecus ac fabri lignarij, cùm lignum ſerra ſecant, & alter quidem trahit, alter verò trudit, idem ſanè facientes, & qui deorſum vrget, eũ qui ſupra eſt, trahit, neq; enim alias deorſum, deſcenderet, ſin per vim agant, penitus aberrabunt. Tale quid circa hominis alimentum contingit, aliud quidem trahit, aliud verò trudit, intrò verò vi actũ, foras repit. Quòd ſi alieno tempore per vim abigatur, prorſus ſucceſſu fruſtrabitur. Eodẽ autem ordine ſingula tanto tempore procedunt, quoad locus non amplius ſuſcipiat, neq; ſatis alimẽti ad ſummas aquas habeãt. Poſtea ad externam regionẽ tranſeunt, tũ fœminea, tũ maſcula, eodẽ modo vi & neceſſitate coacta. Quęcunque verò fatalem ſortem impleuerint, hæc primũ ſecernuntur, & ſimul commiſcentur. Vnumquodq; ſiquidem ſecernitur, hæc autem omnia commiſcentur. Quæ vbi regionem permutauerint, & concentũ tres conſonantias rectè habentem nacta fuerint, denique per omnia penetrans, iiſdem quibus etiam antea viuit, & incrementũ accipit. Quòd ſi prima conſonantia cõcentum non aſſequatur, & grauia acutis minimè conſona fuerint, & ſi ſecunda generatio adfuerit, quod per totum eſt, vno decedente, totus tenor vanus eſt. Neque enim conſonantiam habent,

ſed à maiore ad minus, ante deſtinatam ſortem tráſitio fit, eo quod neſciunt quid faciunt. At verò cur vtriq;, tum maſculus, tum fœmella generentur, procedente oratione oſtendam. Horũ autẽ quodcunq; cõcentum ſortitum, cùm humidũ exiſtat, ab igne mouetur: motum verò viuiſcit, & alimentũ ad ſe ab iis, quæ in mulierẽ ingrediuntur, cibo & ſpiritu attrahit, imprimis quidẽ vndiquaq; æqualiter, cùm primũ rarum eſt, motu verò & igne ſicceſcit & ſolideſcit, & ſolidum redditũ circumquaq; denſatur. Ignisq; incluſus non ampliùs ſufficiens alimentũ attrahere valet, neq; ſpiritum propter ambientis corporis denſitatẽ expellit. Abſumit enim quicquid intus humoris ineſt. Quæ igitur naturâ ſolida ſunt, in compacto & ſicco, nõ abſumuntur ab igne in alimentum, ſed valida redduntur, & humore deficiente compinguntur, quę quidem oſſa & nerui nominantur. Ignis autem ex cõmixto humore cõmoto, corpus ſecundam naturam propter hanc neceſſitatẽ componit. Neq; enim per ſolidum & ſiccũ diutiùs permeare poteſt, cùm alimentũ non habeat. At per humida & mollia poteſt, quòd hæc ipſius ſint alimentũ. In his autem etiã ſiccitas ab igne nõ conſumpta ineſt. Hæc verò mutuo inter ſe cõſiſtunt. Ignis igitur penitiſſimè cõcluſus, & plurimus eſt, & maximũ exitum fecit, cùm plurimus hoc in loco humor ineſſet, qui venter appellatur, indeq; excidit, cùm alimentũ non habeat, foraſq; exitũ ſibi parauit, quòd plurimus illic humor ineſſet, ad alimentũ conuehendum & concoquendũ. Qui verò ad reliquũ corpus excluſus eſt ignis, triplices circuitus fecit. Quod erat in igne humidiſſimũ, in iis locis remanſit, quæ venæ cauæ appellantur. In medio verò harũ quod reliquum eſt aquæ denſatum conſtitit, & carnes vocantur. Ad ſummã, ignis omnia quæ ſunt in corpore ſuo modo, ad vniuerſi imitationẽ, parua cũ magnis, & magna cum paruis diſpoſuit. Ventrẽ quidem maximũ, ſicci & humidi promptuarium, qui omnibus daret, & ab omnibus acciperet, maris habẽs facultatẽ, quod animalia in eo enutrita fouet, aliena verò perimit. Circum hunc eſt aquæ frigidæ & humidæ coagmentatio, tranſitus ſpiritus frigidi & calidi, ad terræ imitationem, quæ omnia, quæ in eam illabuntur, alterat. Conſumens verò & augens aquę tenuis, & ignis diſperſionem fecit, ad nõ obſcuri & apparentis à compacto ſecretionẽ, in quo delata omnia ſingula pro fatali ſorte in apertum veniũt. In hoc autẽ triplices ignis circuitus fecit, in ſe inuicẽ intrò ac foras tendentes, alios quidẽ ad humorum cauitates, lunæ facultate, alios verò ad exteriorem ſuperficiem, ad ambientem conſiſtentiam, ſyderum facultate, medios autem intrò & foras tendentes, calidiſſimũ & validiſſimum ignem continentes, qui cunctis dominatur, omniaque ſecundum naturam moderatur, ſine ſtrepitu, tum viſu, tum tactu. In quo animus, mẽs, prudentia, incrementum, motus, imminutio, permutatio, ſomnus, vigilia. Hic omnia in totum gubernat, & hæc & illa, neque vnquam quieſcit. At verò homines ex manifeſtis obſcura in conſiderationem adhibere non nouerunt. Ignorant enim quod artibus vtantur naturæ humanæ ſimilibus. Diuina namque mens edocuit ſua opera imitari, cognoſcentes, quæ faciunt, & ignorantes, quæ imitantur.

ἀλλ' ἀμείβῃ ἐκ τοῦ μέζονος εἰς τὸ μεῖον, πρὸ μοίρης διότι οὐ γινώσκουσιν ὅ,τι ποιέουσιν. ἀρσένων μὲν οὖν καὶ θηλειῶν διότι ἑκάτερα γίνεται, προϊόντι τῷ λόγῳ δηλώσω. τούτων δὲ ὁπότερον ἂν τύχῃ τῆς ἁρμονίης ὑγρὸν ἐὸν, κινέεται ὑπὸ τοῦ πυρός. κινεόμενον δὲ, ζωπυρεῖται, καὶ προσάγεται τὴν τροφὴν ἀπὸ τῶν ἐσιόντων ἐς τὴν γυναῖκα σιτίων, καὶ πνευμάτων. τὰ μὲν πρῶτα, πάντῃ ὁμοίως ἕως ἀραιόν ἐστιν. ὑπὸ δὲ τῆς κινήσιος καὶ τοῦ πυρὸς, ξηραίνεται, καὶ στερεοῦται. στερεούμενον δὲ, πυκνοῦται περίξ. καὶ τὸ πῦρ ἐγκλειόμενον, οὐκ ἔτι τὴν τροφὴν ἱκανὴν ἔχει ἐπάγεσθαι. οὐδὲ τὸ πνεῦμα ἐξωθεῖ, διὰ τὴν πυκνότητα τοῦ περιέχοντος. ἀναλίσκει γὰρ τὸ ὑπάρχον ὑγρὸν εἴσω. τὰ μὲν οὖν στερεὰ τὴν φύσιν ἐν τῷ ξυνεστηκότι καὶ ξηρῷ, οὐκ ἀναλίσκεται τῷ πυρὶ ἐς τὴν τροφήν. ἀλλ' ἐγκρατέα γίνεται, καὶ ξυνίσταται τοῦ ὑγροῦ ἐκλείποντος, ἅπερ ὀστέα καὶ νεῦρα ἐπονομάζεται. τὸ δὲ πῦρ ἐκ τοῦ συμμιγέντος κινουμένου τοῦ ὑγροῦ, διακοσμέεται τὸ σῶμα κατὰ φύσιν, διὰ τοιήνδε ἀνάγκην. διὰ μὲν τὸ στερεὸν καὶ ξηρὸν, οὐ δύναται τὰς διεξόδους χρονίας ποιέεσθαι, διότι οὐκ ἔχει τροφήν. διὰ δὲ τῶν ὑγρῶν καὶ μαλακῶν, δύναται. ταῦτα γάρ ἐστιν αὐτῷ τροφή. ἔνι δὲ καὶ ἐν τούτοισι, ξηρότης οὐκ ἀναλισκομένη ὑπὸ τοῦ πυρός. ταῦτα δὲ ξυνίσταται πρὸς ἄλληλα. τὸ μὲν οὖν ἐσωτάτω κατακλεισθὲν πῦρ, καὶ πλεῖστόν ἐστι, καὶ μεγίστην τὴν διέξοδον ἐποιήσατο. πλεῖστον γὰρ τὸ ὑγρὸν ἐνταῦθα ἐνῆν, ὅπερ κοιλίη καλέεται. καὶ ἐξέπεσεν ἐντεῦθεν, ἐπεὶ οὐκ ἔχει τροφὴν ἔξω, καὶ ἐποιήσατο, πλεῖστον γὰρ τὸ ὑγρὸν ἐνταῦθα ἐνῆν, καὶ τροφῆς ἐπαγωγὴν καὶ διάπεμψιν. τὸ δὲ ἀποκλεισθὲν εἰς ἄλλο σῶμα, περιόδους ἐποιήσατο τρισσάς. ὅπερ ἦν ὑγρότατον τοῦ πυρὸς, ἐν τούτοισι τοῖσι χωρίοισιν, αἵτινες φλέβες καλέονται κοῖλαι. ἐς δὲ τὰ μέσα τούτων, τὸ ὑπολειπόμενον τοῦ ὕδατος ξυνιστάμενον πήγνυται, ὅπερ καλέεται σάρκες. ἑνὶ δὲ λόγῳ πάντα διεκοσμήσατο κατὰ τρόπον αὐτὸ ἑωυτῷ, τὰ ἐν σώματι τὸ πῦρ, ἀπομίμησιν τοῦ ὅλου, μικρὰ πρὸς μεγάλα, καὶ μεγάλα πρὸς μικρά. κοιλίην μὲν τὴν μεγίστην, ξηρῷ καὶ ὑγρῷ ταμεῖον, δοῦναι πᾶσι, καὶ λαβεῖν παρὰ πάντων, θαλάσσης δύναμιν ζώων ἐντρόφων, τροφήν. ἀσυμφόρων δὲ, φθορήν. περὶ δὲ ταύτην ὕδατος ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ, σύστασις· διέξοδος, πνεύματος ψυχροῦ καὶ θερμοῦ, ἀπομίμησιν τῆς γῆς, τὰ ἐπεισπίπτοντα πάντα ἀλλοιούσης. καταναλίσκοντα δὲ αὖξον, σκέδασιν ὕδατος λεπτοῦ καὶ πυρὸς ἐποιήσατο, περὶ οὐκ ἀφανέος καὶ φανεροῦ, ἀπὸ τοῦ ξυνεστηκότος ἀπόκρισιν. ἐν ᾧ φερόμενα πάντα ἐς τὸ φανερὸν, ἀφικνέεται ἕκαστα μοίρῃ πεπρωμένῃ. ἐν δὲ τούτῳ ἐποιήσατο, πυρὸς περιόδους τρισσὰς, περαινούσας πρὸς ἀλλήλας καὶ εἴσω καὶ ἔξω. αἱ μὲν πρὸς τὰ κοῖλα τῶν ὑγρῶν, σελήνης δύναμιν. αἱ δὲ ἐς τὴν ἔξω περιφορὴν, πρὸς τὸν περιέχοντα πάγον, ἄστρων δύναμιν. αἱ δὲ μέσαι καὶ εἴσω καὶ ἔξω περαίνουσαι, τὸ θερμότατον καὶ ἰσχυρότατον πῦρ, ὅπερ πάντων ἐπικρατέεται, διέπον ἅπαντα κατὰ φύσιν ἄψοφον καὶ ὄψει καὶ ψαύσει, ἐν τούτῳ, ψυχὴ, νόος, φρόνησις, αὔξησις, κίνησις, μείωσις, διάλλαξις, ὕπνος, ἐγρήγορσις. τοῦτο πάντα διὰ παντὸς κυβερνᾷ, καὶ τάδε καὶ ἐκεῖνα, οὐδέκοτε ἀτρεμίζον. οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐκ τῶν φανερῶν, τὰ ἀφανῆ σκέπτεσθαι οὐκ ἐπίστανται. τέχνῃσι γὰρ χρεώμενοι, ὁμοίῃσιν ἀνθρωπίνῃ φύσει, οὐ γινώσκουσι. θεῶν γὰρ νόος ἐδίδαξε μιμέεσθαι τὰ ἑωυτῶν, γινώσκοντας ἃ ποιέουσι, καὶ οὐ γινώσκοντας ἃ μιμέονται.

πάντα

πάντα γὰρ ὅμοια, ἀνόμοια ἐόντα. καὶ σύμφορα πάντα, καὶ διάφορα ἐόντα· διαλεγόμενα οὐ διαλεγόμενα·[17] γνώμην ἔχοντα, ἀγνώμονα· ὑπεναντίος ὁ τρόπος ἑκάστων·[18] ὁμολογούμενος. νόμος γὰρ καὶ φύσις, οἷσι πάντα διαπρησσόμενα[19] οὐχ ὁμολογέεται ὁμολογεόμενα. νόμον γὰρ ἔθεσαν ἄνθρωποι αὐτοὶ ἑωυτοῖσιν, οὐ γινώσκοντες περὶ ὧν ἔθεσαν.[40] φύσιν δὲ πάντες θεοὶ διεκόσμησαν. τὰ μὲν οὖν ἄνθρωποι ἔθεσαν, οὐδέποτε κατὰ τὸ αὐτὸ ἔχει οὔτε ὀρθῶς, οὔτε μὴ ὀρθῶς. ὁκόσα δὲ θεοὶ ἔθεσαν, ἀεὶ ὀρθῶς ἔχει. καὶ τὰ ὀρθὰ καὶ τὰ μὴ ὀρθὰ, τοσοῦτον διαφέρει. ἐγὼ δηλώσω τέχνας φανερὰς ἀνθρώπου, παθήμασιν ὁμοίας ἐούσας καὶ φανεροῖσι καὶ ἀφανέσι, μαντικὴ τοιόνδε· τοῖσι φανεροῖσι μὲν, τὰ ἀφανέα γινώσκειν· τοῖσι ἀφανέσι, τὰ φανερά. καὶ τοῖσι ἐοῦσι, τὰ μέλλοντα· τοῖσι ἀποθανοῦσι, τὰ ζῶντα. καὶ τῷ ἀσυνέτῳ συνίασιν. ὁ μὲν εἰδὼς, ἀεὶ ὀρθῶς· ὁ δὲ, μὴ εἰδὼς ἄλλοτε ἄλλως φύσιν ἀνθρώπου, καὶ δίαιταν μιμέεται. ἀνὴρ γυναικὶ ξυγγενόμενος, παιδίον ἐποίησε· τῷ φανερῷ τὸ ἄδηλον γινώσκει, ὅτι οὕτως ἔσται. γνώμη ἀνθρώπου ἀφανὴς, γινώσκουσα τὰ φανερὰ, ἐκ παιδὸς εἰς ἄνδρα μεθίσταται. τῷ ἐόντι, τὸ μέλλον γινώσκει.[41] οὐχ ὅμοιον ἀπὸ θανάτου ζῶντι τῷ τεθνηκότι· τὸ ζῶον οἶδε ἀσύνετον· γαστὴρ ταύτῃ συνίει, ὅτι διψῇ ἢ πεινῇ. ταῦτα μαντικῆς τέχνης καὶ φύσιος ἀνθρωπίνης πάθεα. τοῖσι μὲν γινώσκουσιν ἀεὶ, ὀρθῶς· τοῖσι δὲ μὴ γινώσκουσιν αἰεὶ, ἄλλοτε ἄλλως. σιδήρου ὄργανα τέχνης· τὸν σίδηρον περιτήκουσι, πνεύματι ἀναγκάζοντες τὸ πῦρ, τὴν ὑπάρχουσαν τροφὴν ἀφαιρέοντες, ἀραιὸν δὲ ποιήσαντες, παίουσι καὶ συνελαύνουσιν. ὕδατος δὲ ἄλλου τροφῇ ἰσχυρὸν γίνεται. ταὐτὰ πάσχει ἄνθρωπος ὑπὸ παιδοτρίβου· τὴν ὑπάρχουσαν τροφὴν, πυρὶ ἀφαιρέεται, ὑπὸ πνεύματος ἀναγκαζόμενος· ἀραιούμενος δὲ, κόπτεται, τρίβεται, καθαίρεται.[42] ὑδάτων δὲ ὑπαγωγῇ ἄλλοθεν ἰσχυρὸς γίνεται. καὶ οἱ γναφέες, τὸ αὐτὸ διαπρήσσονται. λακτίζουσι, παίουσι, λυμαινόμενοι κόπτουσι, ἕλκουσι·[43] λυμαινόμενοι, ἰσχυρότερα ποιέουσι· κείροντες τὰ ὑπερέχοντα· καὶ παραπλέκοντες καλλίω ποιέουσι. ταὐτὰ πάσχει ὁ ἄνθρωπος. σκυτέες τὰ ὅλα κατὰ μέρεα διαιρέοντες· τέμνοντες δὲ καὶ κεντοῦντες, τὰ σαθρὰ ὑγιέα ποιέουσιν. καὶ ἄνθρωπος δὲ, τὸ αὐτὸ πάσχει· ἐκ τῶν ὅλων, μέρεα διαιρέεται. καὶ ἐκ τῶν μερέων συντιθεμένων, ὅλα γίνεται· κεντούμενοί τε καὶ τεμνόμενοι, τὰ σαθρὰ ὑπὸ τῶν ἰητρῶν ὑγιαίνονται. καὶ ζῶν ἰητρικὴ τὸ λυπέον ἀπαλλάσσει. καὶ ὑφ' οὗ πονέει[44] ἀφαιρέοντα, ὑγιέα ποιεῖ· ἡ φύσις αὐτομάτη ταῦτα ἐπίσταται. καθήμενος, πονέει ἀναστῆναι. κινεόμενος, πονέει ἀναπαύσασθαι. καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἔχει ἡ φύσις ἰητρικῆς. τέκτονες πρίοντες, ὁ μὲν, ὠθέει· ὁ δὲ, ἕλκει· τὸ αὐτὸ ποιέειν ἀμφοτέρως φέρει. τρυπῶσι, ὁ μὲν, ἕλκει· ὁ δὲ, ὠθέει·[45] πιεζόντων ἄνω ἕρπει. τὸ δὲ κάτω, μειοῦ· οἷοι ἐόντες, πλείω ποιέουσι, φύσιν τὴν ἀνθρώπου μιμέονται. πνεῦμα τὸ μὲν, ἕλκει· τὸ δὲ, ὠθέει· τὸ δ' αὐτὸ ποιέειν ἀμφοτέρως φέρει. σιτίων, τὰ μὲν, κάτω πιέζεται· τὰ δὲ, ἄνω ἕρπει. ἀπὸ μιῆς ψυχῆς διαιρεομένης, πλείους καὶ μείους, καὶ μέζονες καὶ ἐλάσσονες. οἰκοδόμοι ἐκ διαφόρων σύμφορα ἐργάζονται, τὰ μὲν ξηρὰ, ὑγραίνοντες, τὰ δὲ ὑγρὰ, ξηραίνοντες. τὰ μὲν ὅλα, διαιρέοντες· τὰ δὲ διῃρημένα, συντιθέντες.

Omnia enim ſimilia, quæ diſſimilia exiſtunt, & conuenientia, quæ ſunt differentia, loquentia, non loquentia, rationem habentia, ratione carentia. Singulorũ modus, qui in confeſſo eſt aliquátulum aduerſatur. Lex enim & natura, quibus omnia conficiuntur, de his quæ in confeſſo ſunt, non conſentiunt. Legem ſiquidẽ ipſi ſibi ipſis homines ſtatuerũt, ignorãtes de quibus ſtatuerunt. Naturã verò Dij omnes certo ordine cõſtituerunt. Quæ igitur homines ſtatuerunt, ea nunquã eodem modo ſe habent, ſiue recta, ſiue non recta ſint. Quæ verò dij ſtatuerunt, ea ſemper rectè habent. Atq; recta & nõ recta, in tantum inter ſe differre videntur. At hominis artes manifeſtas, affectionibus tum manifeſtis, tũ obſcuris ſimiles eſſe demonſtrabo. Diuinationis hoc munus eſt, vt ex manifeſtis obſcura quidẽ cognoſcat, ex obſcuris manifeſta, & ex præſentibus, quæ futura ſunt, ex mortuis viuentia. Ea quoq;, quæ intelligentia carent, intelligunt, ſemper quidẽ rectè, qui doctus eſt, indoctus verò, aliàs aliter. Hominis naturã hæc quoad fieri poteſt, imitantur. Viri cũ muliere congreſſus facit, vt ex re manifeſta obſcura cognoſcatur, quòd ſic puer futurus eſt. Mẽs humana obſcura, manifeſta cognoſcẽs, ex puero in virũ tranſit, ex præſenti quod futurũ eſt cognoſcit. Non eſt ſimile mortuũ viuenti, ex mortuo animal nouit. Venter cùm intelligẽtia careat, ex eo intelligimus, quòd ſitit aut eſurit. Quæ artis diuinandi, & humanæ naturæ affectiones, his quidem, qui agnoſcunt ſemper rectè, ignorantibus verò aliàs aliter ſe habent. Artis ferrariæ inſtrumenta ferrum colliquefaciunt, dum fabri igne vi flatus impulſi, alimentum, quod adeſt, detrahunt, cumq; rarefecerint, feriunt & cogunt, aquæ autem alterius alimento roboratur. Eadem homini à pædotriba cõtingunt, dum alimentum quod adeſt, igne detrahitur, & vi ſpiritus impellitur, rarefactus verò tũditur, fricatur, extenuatur, aquis autẽ aliunde inductis robuſtus euadit. Fullones quoq; idem conficiunt, pedibus calcant, feriũt, inficiendo tundunt, trahunt, detrahendo robuſtiora reddunt, quæ ſupereminent deradendo, & adiiciẽdo pulchriora efficiunt. Eadem etiã homini contingunt. Sutores totis in partes diuiſis, ſecando & pungendo, lacera integra reddunt. Idem etiam in homine contingit, tota in partes diuiduntur, & partium appoſitione tota fiunt, pungendo & ſecãdo, marcida à Medicis ad vitam ſanitati reſtituuntur. Ars Medica ab eo, quod moleſtum eſt, liberat, & id, ex quo quis ægrotat auferendo, ſanitatem reddit. Idem & natura per ſe facere nouit. Qui ſedet, exurgere conatur, & qui mouetur, quieſcere, multaq; eiuſcemodi quæ ſunt artis Medicæ, natura ſibi vendicat. Fabri lignarij dum ſerra ſecant, hic quidem trudit, alter verò trahit, & vt idem efficiãt vterq; intendit. Dum terebrant, vnus quidẽ trahit, alter verò impellit. Premendo alterũ ſurſum repit, alterum deorſum, & quantũ in ſe eſt minuentes, plura faciunt, humanamq; naturam imitantur. Spiritus hic quidem trahit, ille verò pellit, & vt idem efficiat, vterq; intendit. Cibi partim quidem deorſum vrgentur, partim verò ſurſum repunt. Ab vno animo in partes ſecto, plures, maiores, minores & pauciores fiunt. Qui domos cõſtruunt ex rebus differentibus vnam cõuenientem efficientes, ſicca quidem humectant, humida verò ſiccant, & tota quidem in partes ſecant, ſecta verò coniungunt.

Niſi enim ita contingeret nihil vnquam priuatum conſtitui poſſet. In quo victus rationis, quæ homini debetur, quædam imitatio eſt, dum ſicca quidem humectant, humida verò ſiccant, tota in partes ſecant, ſecta verò cõiungunt. Hæc omnia cùm differentia exiſtant, natura conueniunt. In Muſica primum organum ſubſiſtere oportet, in quo concentus, quæ vult, declarat. Compoſitiones ex iiſdem non eædem, ex acuto, ex graui, nomine quidem ſimilibus, ſono vero non ſimilibus. Quæ plurimùm differunt, maximè cõueniunt, quæ minimùm differunt, minimè conueniunt. Quòd ſi quis omnia ſimilia faciat, nulla aderit delectatio. Plurimę & variæ mutationes maximè delectant. Coqui obſonia hominibus dum apparant, cuiuſuis generis differentia, non eadem ex iiſdem ad hominum cibum ac potum conferunt. Quòd ſi omnia ſimilia faciant, nullam habeant delectationem, neq; ſi eodem omnia connectant, ea vtiq; rectè ſe habeant. Pulſatis inſtrumentis muſicis tum ſupernè, tũ infernè, ſoni quidam eduntur. Lingua Muſicam imitatur, & ex his, quæ illabuntur, quod dulce eſt & acidum dignoſcit, & quæ ſunt diſſonantia. Pulſat autem ſonos ſupra & infra, neq; quæ ſupra, ſi infra pulſentur, neq; quæ infra, ſi ſupra, rectè habent. Quòd ſi lingua probè compoſita fuerit, concentus delectat, ſin vero inconcinna fuerit, moleſtia afficit. Qui pelles ſubigunt, radunt, terunt, pectunt, lauant. Eadem eſt, quæ circa pueros adhibetur cura. Qui nectunt aut texunt, fila in orbem ducendo plicant, à principio in principium deſinunt. Quod eſt circuitus in corpore, vnde incipit, eodem deſinat. Qui aurum ad opus adhibent, tundunt, lauant, blando igne liquant (neque enim vehementi coit) quod vbi elaborauerunt, ad omnia vtuntur. Triticum homo tundit, lauat, molit, coq; igne ſubacto vtitur, neq; vehementi quidem igne in corpore conficitur, ſed leni. Statuarij corporis imitationem ſectantur, animo excepto (neque enim mentem habentia fingunt) ex aqua & terra, dum quę ſunt humida, ſiccant, & quæ ſuperant, demunt, & ad ea, quæ deficiunt, adiiciunt, ex minimo ad maximũ incrementum perueniendo. Eadem homini contingunt, ex minimo ad maximum incrementum deducitur, dum quæ ſuperant, detrahit, & quæ deficiunt, apponit, ſicca humectando, & humida ſiccando. Qui figlinam exercent, rotam verſant, quæ neque retrorſum, neq; antrorſum procedit, ſed vtranq; in partẽ ſimul vniuerſi imitationẽ in orbem fertur. In ea autẽ cuiuſuis generis opera, neq; inter ſe ſimilia, circumagendo efficiunt. Ex iiſdem eadẽ hominibus eueniũt, ręliquaq; animantia in eodem circumactu omnia operantur, ex iiſdem nihil ſimile, iiſdem inſtrumentis ex humidis ſicca, & ex ſiccis humida efficiendo. In Grammatica tale quid ineſt, figurarũ cõpoſitio, quæ ſunt humanæ vocis notæ, facultas, quæ præterierunt in memoriam reuocandi, & quæ facienda ſunt demonſtrandi. Per ſeptẽ figuras cognitio habetur. Hæc omnia homo tum literarũ gnarus, tum earum rudis conficit. Per ſeptem figuras ſenſatio homini contingit, auditione ſoni percipiũtur, viſione manifeſta cernuntur, naſus odores, lingua ſuauia & inſuauia diſcernit, os ſermonem format, corpore calidi & frigidi tactus percipitur. Spiritus intrò & foras permeat. Et per hæc hominibus cognitio contingit. Ars palęſtrica, & qui puerorum curam habẽt, tale quid docent, ex inſtituto leges violare, iure iniuriam inferre, decipere, furari, rapere, vim pulcherrimis ac turpiſſimis inferre.

μὴ οὕτω δὲ ἐχόντων, οὐκ ἂν ἔχοι ἰδίως [46] δίαιταν ἀνθρωπίνην μιμέεται, τὰ μὲν ξηρὰ, ὑγραίνοντες. τὰ δὲ ὑγρὰ, ξηραίνοντες. τὰ μὲν ὅλα, διαιρέουσι· τὰ δὲ διῃρημένα, συντιθέασι. ταῦτα πάντα διάφορα ἐόντα, ξυμφέρει τῇ φύσει. μουσικῆς ὄργανον, ὑπάρξαι δεῖ πρῶτον ἐν ᾧ δηλώσει ἃ βούλεται, ἁρμονίη. συντάξιες ἐκ τῶν αὐτῶν, οὐχ αἱ αὐταί. ἐκ τοῦ ὀξέος ἐκ τοῦ βαρέος. ὀνόματι μὲν, ὁμοίων. φθόγγῳ δὲ, οὐχ ὁμοίων. τὰ πλεῖστα διάφορα, μάλιστα ξυμφέρει· καὶ τὰ ἐλάχιστα διάφορα, ἥκιστα ξυμφέρει, εἰ δὲ ὅμοια πάντα ποιήσειέ τις, οὐκ ἔνι τέρψις. αἱ πλεῖσται μεταβολαὶ καὶ πολυειδέσταται, μάλιστα τέρπουσι. μάγειροι ὄψα σκευάζουσιν ἀνθρώποισι, ἐκ διαφόρων παντοδαπὰ ξυγκρίνοντες, ἐκ τῶν αὐτῶν οὐ τὰ αὐτὰ, βρῶσιν, καὶ πόσιν ἀνθρώπων. [47] ἐὰν δὲ πάντα ὅμοια ποιήσῃ, οὐκ ἔχει τέρψιν. οὐδ' εἰ ἐν αὐτῷ πάντα ξυντάξειεν, οὐκ ἂν ἔχοι ὀρθῶς. κρούεται τὰ κρούματα ἐν μουσικῇ, τὰ μὲν, ἄνω· τὰ δὲ, κάτω. γλῶσσα μουσικὴν μιμέεται, διαγινώσκουσα μὲν, τὸ γλυκὺ, καὶ τὸ ὀξὺ τῶν προσπιπτόντων, καὶ τὰ διάφωνα· κρούεται δὲ τοὺς φθόγγους, ἄνω καὶ κάτω. καὶ οὔτε τὰ ἄνω κάτω κρουόμενα, ὀρθῶς ἔχει, οὔτε τὰ κάτω, ἄνω. καλῶς δὲ ἡρμοσμένης γλώττης, τῆς ξυμφωνίης τέρψις. ἀναρμόστου δὲ, λύπη. σκυτοδέψαι, τείνουσι, τρίβουσι, κτενίζουσι, πλύνουσι. ταῦτα παιδίων θεραπηίη. πλοκέες ἄγοντες, κύκλῳ πλέκουσιν, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς εἰς τὴν ἀρχὴν τελευτῶσι. τοῦτο περίοδος ἐν τῷ σώματι, ὁκόθεν ἄρχεται, ἐπὶ τοῦτο τελευτᾷ. χρυσίον ἐργάζονται, κόπτουσι, πλύνουσι, τήκουσι πυρὶ μαλακῷ, ἰσχυρῷ δὲ οὔ ξυνίσταται. ἀπειργασάμενοι, πρὸς πάντα χρῶνται. ἄνθρωπος σῖτον κόπτει, πλύνει, ἀλήθει, πυρώσας, χρῆται, ἰσχυρῷ μὲν πυρὶ, ἐν τῷ σώματι οὐ ξυνίσταται, μαλθακῷ δέ. ἀνδριαντοποιοὶ, μίμησιν σώματος ποιέουσι, πλὴν ψυχῆς. γνώμην δ' ἔχοντα, οὐ ποιέουσιν. ἐξ ὕδατος καὶ γῆς, [48] τὰ ὑγρὰ ξηραίνοντες ἀφαιρέονται ἀπὸ τῶν ὑπερεχόντων καὶ προστιθέασι πρὸς τὰ ἐλλείποντα, ἐκ τοῦ ἐλαχίστου πρὸς τὸ μέγιστον αὔξοντες. ταῦτα πάσχει ὁ ἄνθρωπος. αὔξεται ἀπὸ τοῦ ἐλαχίστου ἐς τὸ μέγιστον. ἐκ τῶν ὑπερεχόντων ἀφαιρεόμενος, τοῖσιν ἐλλείπουσι προστιθείς. τὰ ξηρὰ ὑγραίνων, καὶ τὰ ὑγρὰ ξηραίνων. κεραμέες τροχὸν δινέουσι, καὶ οὔτε ὀπίσω, οὔτε πρόσω χωρεῖ, καὶ ἀμφοτέρωσε ἅμα τοῦ ὅλου μιμητὴς περιφερής. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἐργάζονται, [49] εἴδη περιφερομένων παντοδαπὰ, οὐδὲν ὅμοιον τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ. ἐκ τῶν αὐτῶν ἄνθρωποι ταῦτα πάσχουσι, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα ἐν τῇ αὐτῇ περιφορῇ πάντα ἐργάζονται. ἐκ τῶν αὐτῶν ὅμοιον οὐδὲν, τοῖσι αὐτοῖσι ὀργάνοισιν. ἐξ ὑγρῶν, ξηρὰ ποιέοντες, καὶ ἐκ τῶν ξηρῶν, ὑγρά. γραμματικὴ, τοιόνδε σχημάτων ξύνθεσις. σημήια φωνῆς ἀνθρωπίνης· δύναμις, τὰ παροιχόμενα μνημονεῦσαι, τὰ ποιητέα, δηλῶσαι· δι' ἑπτὰ σχημάτων ἡ γνῶσις. ταῦτα πάντα ἄνθρωπος διαπρήσσεται, καὶ ὁ ἐπιστάμενος γράμματα, καὶ ὁ μὴ ἐπιστάμενος. δι' ἑπτὰ σχημάτων, καὶ ἡ αἴσθησις ἡ ἀνθρώπων. ἀκοὴ, ψόφων· ὄψις, φανερῶν· ῥὶν, ὀδμῆς· γλῶσσα, ἡδονῆς, καὶ ἀηδίης· στόμα, διαλέκτου· σῶμα, ψαύσιος θερμοῦ ἢ ψυχροῦ· πνεύματος διέξοδοι, ἔσω καὶ ἔξω. διὰ τούτων, γνῶσις ἀνθρώποισιν. [50] ἀγωνίη παιδοτρίβαι, τοιόνδε διδάσκουσι παρανομέειν κατὰ νόμον· ἀδικέειν δικαίως· ἐξαπατέειν, κλέπτειν, ἁρπάζειν, βιάζεσθαι τὰ κάλλιστα καὶ αἴσχιστα.

μὴ

ὁ μὴ ταῦτα ποιέων, κακός. ὁ δὲ ταῦτα ποιέων, ἀγαθός. ἐπίδειξις τῆς πολλῶν ἀφροσύνης, θεῶνται ταῦτα, καὶ κρίνουσιν ἕνα ἐξ ἁπάντων ἀγαθόν. τοὺς δ᾽ ἄλλους κακούς. πολλοὶ θαυμάζουσιν. ὀλίγοι γινώσκουσιν. ἐς ἀγορὴν ἐλθόντες ἄνθρωποι, ταὐτὰ διαπρήσσονται. ἐξαπατῶσι πωλέοντες καὶ ὠνεόμενοι. ὁ πλεῖστα ἐξαπατήσας, οὗτος θαυμάζεται. πίνοντες καὶ μαινόμενοι, ταὐτὰ διαπρήσσονται. τρέχουσι, παλαίουσι, μάχονται, κλέπτουσιν, ἐξαπατῶσιν, εἷς ἐκ πάντων κρίνεται. ὑποκριτικὴ ἐξαπατᾷ. πρὸς εἰδότας λέγουσιν ἄλλα, καὶ φρονέουσιν ἕτερα. οἱ αὐτοὶ ἐξέρπουσι καὶ εἰσέρπουσιν, οὐχ οἱ αὐτοί. ἔνι δὲ ἀνθρώπῳ, ἄλλα μὲν, λέγειν ἄλλα δὲ, ποιέειν. καὶ τὸν αὐτὸν, μὴ εἶναι τὸν αὐτόν. καὶ ποτὲ μὲν ἄλλην ἔχειν γνώμην. ὁτὲ δὲ, ἄλλην. οὕτω μὲν αἱ τέχναι πᾶσαι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐπικοινωνέουσιν. ἡ δὲ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου, ὥσπερ μοι καὶ προείρηται, σύγκρησιν ἔχουσα πυρὸς καὶ ὕδατος, μοῖρα δὲ ἀνθρώπου ἐσέρπει ἐς ἅπαν ζῶον, ὅτι περ ἀναπνέει. καὶ δὴ καὶ ἐς ἄνθρωπον πάντα, καὶ νεώτερον καὶ πρεσβύτερον. αὔξεται δὲ οὐκ ἐν πᾶσιν ὁμοίως. ἀλλ᾽ ἐν μὲν τοῖσι νέοισι τῶν σωμάτων, ἅτε ταχείης ἐούσης τῆς περιφορῆς, καὶ τοῦ σώματος ὄντος αὐξίμου, ἐκπυρουμένη καὶ λεπτυνομένη καταναλίσκεται ἐς τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος. ἐν δὲ τοῖσι πρεσβυτέροισιν, ἅτε βραδείης ἐούσης τῆς κινήσιος, καὶ δὴ ψυχροῦ τοῦ σώματος, καταναλίσκεται ἐς τὴν μείωσιν τοῦ ἀνθρώπου. ὁκόσα δὲ τῶν σωμάτων ἀκμάζοντά ἐστι, καὶ ἐν τῇσιν ἡλικίῃσι τῇσι γονίμῃσι, δύναται τρέφειν καὶ αὔξειν. δυνάσται δὲ ἄνθρωποι. ὅστις δύναται πλείστους ἀνθρώπους τρέφειν, οὗτος ἰσχυρός. ἀπολειπόντων δὲ τῶν παρ᾽ αὐτοῦ τρεφομένων, οὗτος ἀσθενέστερος. τοιοῦτον καὶ ἕκαστα τῶν σωμάτων πλεῖστα, ὁκοῖα πλεῖστα δύναται ψυχὰς τρέφειν, ταῦτα ἰσχυρότερα. ἀπελθόντων δὲ τούτων, ἀσθενέστερα. ὅ,τι μὲν οὖν ἄλλοσε ἐσέλθῃ, οὐκ αὔξεται. ὅ,τι δὲ ἐς τὴν γυναῖκα, αὔξεται ἢν τύχῃ τῶν προσηκόντων. διακρίνεται δὲ τὰ μέλεα, ἅμα πάντα καὶ αὔξεται. καὶ οὔτε πρότερον οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου, οὔθ᾽ ὕστερον. τὰ δὲ μέζω, φύσει πρότερα φαίνεται τῶν ἐλασσόνων, οὐδὲν πρότερα γινόμενα. οὐκ ἐν ἴσῳ δὲ χρόνῳ πάντα διακοσμέεται. ἀλλὰ τὰ μὲν, θᾶσσον, τὰ δὲ, βραδύτερον, ὅκως ἂν καὶ τοῦ πυρὸς ἕκαστα τύχῃ, καὶ τῆς τροφῆς. τὰ μὲν οὖν, ἐν τεσσαράκοντα καὶ τρισὶν ἡμέρῃσιν ἴσχει, τὰ δ᾽ ἐν τετραμήνῳ. ὡσαύτως καὶ γόνιμα γίνεται. τὰ μὲν, θᾶσσον ἑπτάμηνα τελείως. τὰ δὲ βραδύτερον, ἐννέα μησὶ τελείως ἐς φάος ἀναδείκνυται, ἔχοντα τὴν σύγκρισιν ἥνπερ καὶ διὰ παντὸς ἕξει. ἄρρενα μὲν οὖν καὶ θήλεα ἐν τῷδε τῷ τρόπῳ γένοιτ᾽ ἂν ὡς ἀνυστόν. τὰ δὲ θήλεα, πρὸς ὕδατος μᾶλλον, ἀπὸ τῶν ψυχρῶν καὶ ὑγρῶν καὶ μαλθακῶν αὔξεται, καὶ σίτων, καὶ ποτῶν, καὶ ἐπιτηδευμάτων. τὰ δὲ ἄρσενα, πρὸς πυρὸς μᾶλλον, ἀπὸ τῶν ξηρῶν δηλαδὴ καὶ θερμῶν, σίτων τε καὶ λοιπῆς διαίτης. ἢν οὖν θῆλυ τεκεῖν βούλοιτο, τῇ πρὸς ὕδατος διαίτῃ χρηστέον. ἢν δὲ ἄρσενα, τῇ πρὸς πυρὸς ἐπιτηδεύσει διαιτητέον. καὶ οὐ μόνον δὲ τὸν ἄνδρα δεῖ τοῦτο διαπρήσσεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν γυναῖκα. οὐ γὰρ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς μοῦνον αὔξιμόν ἐστιν ἀποκριθὲν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γυναικὸς, διὰ τόδε, ἑκάτερον μὲν τὸ μέρος, οὐκ ἔχει ἱκανὴν τὴν κίνησιν τῷ πλήθει τοῦ ὑγροῦ, ὥστε καταναλίσκειν τὸ ἐπιρρέον, καὶ ξυνίσταται δι᾽ ἀσθενείην τοῦ πυρός. ὁκόταν δὲ κατὰ τωὐτὸ ἀμφότερα συνεμπεσόντα τύχῃ, προσπίπτει πρὸς ἄλληλα. τὸ πῦρ τε πρὸς τὸ πῦρ, καὶ τὸ ὕδωρ ὡσαύτως. ἢν μὲν οὖν ἐν ξηρῇ τῇ χώρῃ περικινέηται,

Quæ qui non facit, malus eſt, qui verò facit, bonus: hoc vulgi imprudentiã arguit, hæc ſpectant & vnum præ omnibus probant, reliquos verò vituperãt. Multi admirantur, pauci cognitioné habent. Eadem homines in foro perpetrãt, dum vendendo & emendo decipiunt. Qui plurimũ decepit, eum admirantur. Qui ex potu inſaniunt, eadé peragunt, currunt, luctantur, pugnãt, furantur, decipiunt, vnus omnibus præfertur. Hiſtriones & deceptores coram ſpectatoribus alia dicunt, alia ſentiunt. Iidem prorepũt & irrepunt minimè iidem. Homini verò licet alia quidem dicere, alia facere, eundemq; non eſſe eundem, & interdum quidem aliã habere mentem interdum verò aliam. Ad hunc ſanè modum artes omnes cum natura humana cõmunionem habét. At vero hominis animus (velut à me etiam antea dictũ eſt) ignis & aquæ temperationé ſortitus, partes autem hominis, in omne animal quod reſpirationé habet, irrepit, & in omnem ſanè hominé, tum iuniorem, tum ſeniorem, in omnibus autem non ſimiliter increſcit. Verùm in iuuenibus quidé corporibus, quòd cum nimirum velox ſit circuitus, & corpus ad incrementum aptum, velut aptatis alis euolantes & attenuatæ, in corporis incrementũ abſumuntur. At in ſenioribus, cũ tarda ſit motio, corpuſq; ſanè frigidũ, in hominis imminutioné cõſumuntur. Quæ verò corpora ætate ſunt florẽte & fœcunda, ea nutrire & augere poſſunt. Poteſtate auté homines valent, & vt quiſq; plurimos homines alere poteſt, ita viribus valet. Iis verò, quos alit, deficientibus, imbecillior eſt. Eodem etiã ferè modo circa ſingula corpora ſe habet. Quæ plurimas animas alere poſſunt ea ſunt robuſtiora, his verò diſcedentibus, imbecilliora. Quod igitur in aliud corpus ingreſſum fuerit, non increſcit, quod verò in fœminam, increſcit, ſi quæ cõueniunt, nactum fuerit. Membra auté ſimul omnia diſcernuntur & augentur, neq; alterũ altero prius, neq; poſterius. Quæ tamen natura maiora ſunt, minoribus priora cõſpiciuntur, cùm nihilò priora exiſtant. Neq; verò æquali temporis ſpatio omnia certo ordine deſcribuntur, verũ alia citiùs, alia tardiùs, prout quæq; igné & alimentum ſortita fuerint. Quidã igitur fœtus tribus ac quadraginta diebus cõfirmationé habent, quidã quatuor menſibus. Eodé etiã modo vitales naſcuntur, quidã citiùs, ſeptimo méſe perfectè; quidã tardiùs, nono menſe perfectè in lucem prodeunt, ea coagmentatione, quam ſemper habituri ſunt. Mares igitur & fœminæ hoc modo, quoad eius fieri poteſt, naſcuntur. Fœminæ verò ab aqua magis, & ex frigidis humidis, ac mollibus, tum cibis, tum potibus, & vitæ inſtitutis, incrementũ accipiũt. At mares ab igne magis, ex ſiccis ſcilicet & calidis cibis, reliquaq; vitæ ratione. Si igitur fœminam procreare eſt animus, victus ratione ad aquam tendente eſt vtendum. Si verò marem; victus ratio, quæ ad igné ſpectet inſtituenda eſt. Ac neq; ſolum hoc viro, ſed etiam mulieri peragendum. Neq; enim ſolum quod à viro excernitur, ad incrementum aptum eſt, ſed etiã quod à muliere, iſtam ſanè ob cauſam. Neutrum quidem per ſe ſufficientem habet motionem, vt affluentem humoris copiam abſumat, ſed ex ignis imbecillitate concreſcit. Cùm verò in vnum ambo conuenerint, in ſeſe mutuo incidunt, ignis ad ignem, & aqua eodé modo. Si quidé igitur in ſicco loco circũagitur.

ſimul illapſam aquam ſuperat, ab eaque ignis incrementum accipit, vt non ab illabente vnda extinguatur, ſed & id, quod irruit, excipiat, & quod exiſtit, cogat. Sin in humidũ inciderit, ſtatim ab initio ab illabente vnda extinguitur, & in minorem ordinem diſſoluitur. Vno verò cuiuſq; menſis die, ea, quæ irruũt, cogere & ſuperare valet, idq; ſi contigerit, vt quæ ab vtriſq; immittuntur in eundem locum ſimul conueniant. Coire autem inter ſe poſſunt, & mas & fœmina, quandoquidẽ animus in omnibus animatis idem eſt, cuiuſq; verò corpus differt. Semper igitur animus tum in maiore, tum in minore ſimilis eſt. Neq; enim natura, neque neceſſitate immutatur. Corpus verò nunquam in vllo, neque natura, neque neceſſitate, idem eſt, cùm partim in omnia ſecernatur, partim per omnia commiſceatur. Si igitur contigerit, vt ab vtriſq; maſcula corpora ſecernantur, pro re præſenti increſcunt, procreanturque viri animo clari, & corpore validi, niſi à ſubſequente victus ratione vitium contrahant. Quòd ſi à viro quidem maſculum ſemẽ ſecernatur, à muliere verò fœmineum, & maſculum ſuperauerit, eo quidem caſu ad validiorem aut imbecilliorem genituram commiſcetur, cùm nihil ex his, quæ adſunt, habeat ad quod ſe conferat, & cũ quo meliùs nutriatur. Parua enim maiorem, & maior minorem ſuſcipit, in commune tamen in ea quæ exiſtunt imperium exercent. Et maris quidem corpus increſcit, fœminæ verò minuitur, & ad aliam ſortem ſeponitur. Atque hi quidem prioribus minus clari ſunt, ſed quoniam maſculum à viro excretum dominatum obtinuit, viriles procreantur, & hoc nomen meritò retinent. At ſi à muliere maſculum quidem ſecretum fuerit, & à viro fœmineũ, maſculumque dominatum obtineat, eodem modo quo priùs incrementum accipit, hoc verò minuitur. Androgyni, hoc eſt, ſemiviri procreantur, hocque nomine rectè nuncupantur. Atq; tres hæ quidem hominũ generationes, plus aut minus inter ſe differunt, ob partium aquæ temperationem, alimenta, educationes & conſuetudines, de quibus etiam procedente oratione eſt agendum. Fœmina verò eodẽ modo procreatur, ſi quidem ab vtriſq; fœmineum ſecretum fuerit, maximè ad mollitiem à natura comparatæ naſcuntur. Quòd ſi mulieris quidẽ ſemen fœmineũ, viri verò maſculum fuerit, obtinuerit autem fœmineum, eodem modo increſcit, & prioribus audaciores quidem ſunt, venuſtæ tamẽ & ipſæ. At ſi viri ſemen fœmineũ fuerit, mulieris verò maſculũ, præualueritq; fœmineũ, eodem modo incrementũ accipit, & prioribus longè audaciores naſcuntur, viragineſq; nominantur. Si quis autẽ animũ animo cõmiſceri minimè ſibi perſuadeat, is ratione caret. Quòd ſi carbones ardẽtes ad ardentes, validos ad debiles adiiciat, & ipſis alimẽtũ exhibeat, eandẽ omnes corporis ſpeciẽ præbebunt, neq; alter ab altero dignoſcetur, ſed quocunq; in corpore ignẽ ſuſcitauerint, idem in omnib[us] erit. Vbi verò præſens alimentũ conſumpſerint, in id quod obſcurũ eſt, ſecedunt. Idẽ quoq; humano animo cõtingit. At verò gemellorũ procreationem hæc oratio aperiet. Quorũ ferè quidem natura vteri muliebris in cauſa eſt. Si enim vtraq; ex parte iuxta oſculũ æqualiter à natura comparati fuerint, & æqualiter hiauerint, & à purgatione ſiccentur, alere poſſunt, ſi viri ſemen conceperint, ita vt ſtatim diuidatur. Sic enim in vtrumq; vterum equaliter ſpargi neceſſe eſt.

κρατῇ τοῦ ξυνεμπεσόντος ὕδατος, καὶ ἀπὸ τούτου αὔξεται τὸ πῦρ, ὥστε μὴ κατασβέννυσθαι ὑπὸ τοῦ ἐμπίπτοντος κλύδωνος, ἀλλὰ τό τε ἐπιὸν δέχεσθαι καὶ συνιστᾶν τὸ ὑπάρχον. ἢν δὲ ἐς τὸ ὑγρὸν πίπτῃ, εὐθέως ἀπ' ἀρχῆς κατασβέννυταί τε ὑπὸ τοῦ ἐμπίπτοντος κλύδωνος, καὶ διαλύεται εἰς τὴν μείω τάξιν. ἐν μιῇ δὲ ἡμέρῃ τοῦ μηνὸς ἑκάστου, δύναται συστῆναι καὶ κρατῆσαι τῶν ἐπιόντων, καὶ τοῦτ' ἢν τύχῃ ξυνεμπεσόντα παρ' ἀμφοτέρων κατὰ τὸν τόπον. ξυνίστασθαι δὲ δύναται καὶ τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρσεν πρὸς ἄλληλα. ἡ μὲν ψυχὴ καὶ αὐτὴ πᾶσι τοῖσιν ἐμψύχοισι, τὸ δὲ σῶμα διαφέρει ἑκάστου. ψυχὴ μὲν οὖν αἰεὶ ὁμοίη, καὶ ἐν μείζονι καὶ ἐν ἐλάσσονι. οὐ γὰρ ἀλλοιοῦται οὔτε διὰ φύσιν, οὔτε δι' ἀνάγκην. σῶμα δὲ, οὐδέποτε τὠυτὸ οὐδενὸς οὔτε κατὰ φύσιν, οὔθ' ὑπ' ἀνάγκης. τὸ μὲν, διακρίνεται ἐς πάντα, τὸ δὲ ξυμμίσγεσθαι πρὸς ἅπαντα. ἢν μὲν οὖν ἄρσενα τὰ σώματα ἀποκριθέντα ἀμφοτέρων τύχῃ, αὔξεται κατὰ τὸ ὑπάρχον, καὶ γίνονται οὗτοι ἄνδρες λαμπροὶ τὰς ψυχὰς καὶ τὸ σῶμα ἰσχυροὶ, ἢν μὴ ὑπὸ διαίτης βλαβῶσι τῆς ἐπιγινομένης. ἢν δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἄρσεν ἀποκριθῇ, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς γυναικὸς θῆλυ, καὶ ἐπικρατήσῃ τὸ ἄρσεν, ἢν μὲν τύχῃ προσμίσγεται πρὸς τὴν ἰσχυροτέρην ἢ ἀσθενεστέρην, οὐ γὰρ ἔχει πρὸς ὅ τι ἐμφοιτήσει, ἀποχωρεῖ πρὸς τὸ ὑπεόν. προσδέχεται γὰρ ἡ μικρὴ τὴν μείζω, καὶ ἡ μείζω τὴν ἐλάσσονα. κοινῇ δὲ τῶν ὑπαρχόντων κρατέουσι. τὸ σῶμα, τὸ μὲν ἄρσεν, αὔξεται. τὸ δὲ θῆλυ, μειοῦται, καὶ διακρίνεται εἰς ἄλλην μοίρην. καὶ οὗτοι μὲν ἧσσον τῶν πρόσθεν λαμπροὶ, ὅμως δὲ ὅτι ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἄρσεν ἐκράτησεν, ἀνδρεῖοι γίνονται, καὶ τοὔνομα τοῦτο δικαίως ἔχουσιν. ἢν δὲ ἀπὸ μὲν τῆς γυναικὸς, ἄρσεν ἀποκριθῇ, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀνδρὸς, θῆλυ, κρατήσῃ δὲ τὸ ἄρσεν, αὔξεται τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ προτέρῳ, τὸ δὲ μειοῦται. γίνονται δὲ οὗτοι ἀνδρόγυνοι, καὶ καλέονται τοῦτο ὀρθῶς. τρεῖς μὲν οὖν αὗται φύσιες τῶν ἀνθρώπων. διάφοροι δὲ πρὸς τὸ μᾶλλον καὶ ἧσσον τὸ τοιοῦτον εἰσὶ διὰ τὴν σύγκρησιν τοῦ ὕδατος τῶν μερέων, καὶ τροφὰς καὶ παιδεύσιας, καὶ συνηθείας. δηλώσω δὲ προϊόντι τῷ λόγῳ καὶ περὶ τούτων. τὸ δὲ θῆλυ γίνεται κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. ἢν μὲν ἀπ' ἀμφοτέρων θῆλυ ἀποκριθῇ, θηλυκώτατα καὶ εὐφυέστατα γίνονται. ἢν δὲ, τὸ μὲν ἀπὸ τῆς γυναικὸς, θῆλυ, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ἄρσεν, κρατήσῃ δὲ τὸ θῆλυ, αὔξεται τὸν αὐτὸν τρόπον. καὶ θρασύτεραι μὲν τῶν πρόσθεν. ὅμως δὲ κόσμιαι καὶ αὗται. ἢν δὲ ἢν τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, θῆλυ, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἄρσεν, κρατήσῃ δὲ τὸ θῆλυ, αὔξεται τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ γίνονται τολμηρότεραι τῶν προτέρων, καὶ ἀνδρεῖαι ὀνομάζονται. εἰ δέ τις ἀπιστεῖ, ψυχὴν μὴ προσμίσγεσθαι ψυχῇ, ἄφρων ἐστίν. εἰ ἄνθρακας κεκαυμένους πρὸς κεκαυμένους προσβάλλων, ἰσχυροὺς πρὸς ἀσθενέας, τροφὴν αὐτοῖσι διδοὺς, ὅμοιον τὸ σῶμα πάντες παρασχήσονται, καὶ οὐ διάδηλος ἕτερος τοῦ ἑτέρου, ἀλλ' ἐν ὁκοίῳ σώματι ζωπυρέονται, τοιοῦτον ἀπὸ πάντων ἔσται. ὁκόταν δὲ ἀναλώσωσι τὴν ὑπάρχουσαν τροφὴν, διακρίνονται ἐς τὸ ἄδηλον. τοῦτο καὶ ἀνθρωπίνη ψυχὴ πάσχει. περὶ δὲ τῶν διδύμων γινομένων, ὁ λόγος ὧδε δηλώσει. τὸ μὲν πλεῖστον τῆς γυναικὸς ἡ φύσις αἰτίη τῶν μητρέων. ἢν γὰρ ὁμοίως ἀμφοτέρωσε πεφύκασι κατὰ τὸ στόμα, καὶ ἢν ἀναχάσι ὁμοίως, καὶ ξηραίνωνται ἀπὸ τῆς καθάρσιος, δύνανται τρέφειν, ἢν τοῦ ἀνδρὸς ξυλλαμβάνῃ, ὥστε εὐθὺς ἀποσχίζεσθαι, οὕτω γὰρ ἀνάγκη σκίδνασθαι ἐπ' ἀμφοτέρας τὰς μήτρας ὁμοίως.

ἢν

ἢν μὲν οὖν πολὺ ἀπ' ἀμφοτέρων τὸ σπέρμα καὶ ἰσχυρὸν ἀποκριθῇ, δύναται ἐν ἀμφοτέροισι τοῖσι χωρίοισιν αὔξεσθαι. κρατεῖ γὰρ τῆς τροφῆς τῆς ἐπιούσης. ἢν δέ κως ἄλλως γένηται, [61] γίνονται δίδυμα. ὁκόταν μὲν οὖν ἄρσεν ἀπ' ἀμφοτέρων ἀποκριθῇ, ἐξ ἀνάγκης ἐν ἀμφοτέροισιν ἄρσενα γίνεσθαι. ὁκόταν δὲ θήλεα ἀπ' ἀμφοτέρων, θήλεα γίνεται. ὁκόταν δὲ τὸ μὲν θῆλυ, τὸ δὲ ἄρσεν. ὁκότερον ἂν ἑκατέρου κρατήσῃ, τοιοῦτον ἐπαύξει. ὅμοια δὲ ἀλλήλοισι τὰ δίδυμα διὰ τάδε γίνεται. ὅτι πρῶτον μὲν ἴσα τὰ χωρία ἐν οἷς αὔξεται. ἔπειτα ὅτι καὶ ἅμα ἀπεκρίθη ἔπειτα τῇσιν αὐτῇσι τροφῇσιν αὔξεται. γόνιμά τε ἀνάγεται ἐς φάος. ἐπίγονα δὲ, τῷδε τῷ τρόπῳ γίνεται. ὁκόταν αἵ τε μῆτραι θερμαὶ καὶ ξηραὶ φύσει ἔωσιν, ἥ τε γυνὴ τοιαύτη, τό, τε σπέρμα ξηρὸν καὶ θερμὸν ἐμπέσῃ, οὐκ ἔτι γίνεται ἐν τῇσι μήτρῃσιν ὑγρασίη οὐδεμίη, ἥτις τὸ ἐπεσιὸν σπέρμα κρατήσει διὰ τοῦτο ξυνίσταται ἐξ ἀρχῆς καὶ ζώει. διατελέει δὲ οὐ γίνεται) ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπάρχον προσδιαφθείρει. διότι οὐ ταὐτὰ ξυμφέρει ἀμφοῖν. ὕδατος δὲ τὸ λεπτότατον, καὶ πυρὸς τὸ ἀραιότατον σύγκρησιν λαβόντα ἐν ἀνθρώπου σώματι, ὑγιεινοτάτην ἕξιν ἀποδεικνύει, διὰ τάδε, ὅτι ἐν τῇσι μεταβολῇσι τοῦ ἐνιαυτοῦ τῶν ὡρέων τῇσι μεγίστῃσιν, οὔτε τὸ ὕδωρ ἐς τὸ πυκνότατον ἔρχεται ἐν τῇσι τοῦ ὕδατος ἐφόδοισιν. οὔτε τὸ πῦρ, ἐν τοῖς τοῦ πυρός. [64] οὔτε τῶν ἡλικιῶν, ἐν τῇσι μεταστάσεσιν, οὔτε τῶν σιτίων καὶ ποτῶν, ἐν τοῖσι διαιτήμασι. [65] δύναται γὰρ γένεσίν τε πλείστην δέξασθαι ἀμφότερα καὶ πλησμονήν. χαλκὸς ὁ μαλακώτατός τε καὶ ἀραιότατος, πλείστην κρῆσιν δέχεται, καὶ γίνεται κάλλιστος. καὶ ὕδατος τὸ λεπτότατον, καὶ πυρὸς τὸ ἀραιότατον, σύγκρησιν λαμβάνοντα ὡσαύτως. οἱ μὲν οὖν ταύτην ἔχοντες τὴν φύσιν, ὑγιαίνοντες διατελέουσι τὸν πάντα χρόνον, μέχρι τεσσαράκοντα ἐτέων. οἱ δὲ καὶ μέχρι γήρως τοῦ ἐσχάτου. ὁκόσοι δ' ἂν ληφθῶσιν ὑπὸ νουσήματός τινος, ὑπὲρ τεσσαράκοντα ἔτεα, οὐ μάλα διαφθείρονται. ὁκόσα δὲ τῶν σωμάτων σύγκρησιν λαμβάνει πυρὸς τοῦ ἰσχυροτάτου, καὶ ὕδατος τοῦ πυκνοτάτου, ἰσχυρὰ μὲν καὶ ἐρρωμένα τὰ σώματα γίνεται, φυλακῆς δὲ πολλῆς δεόμενα. μεγάλας γὰρ τὰς μεταβολὰς ἔχει ἐπ' ἀμφότερα. [66] καὶ ἐν τῇσι τοῦ ὕδατος ἐφόδοισιν, ἐς νουσήματα πίπτουσι. καὶ ἐν τῇσι τοῦ πυρὸς, ὡσαύτως. τούτοισιν οὖν διαιτήμασι ξυμφέρει χρέεσθαι τοῖσι πρὸς τὰς ὥρας τοῦ ἔτεος ἐναντιουμένοισι. ὕδατος μὲν ἐφόδου γινομένης, τοῖσι πρὸς ὕδατος χρέεσθαι [67] κατὰ μικρὸν μεθιστάντα. τὰ μὲν, ἀπὸ τῆς ὥρης. ὕδατος τε τοῦ παχυτάτου καὶ πυρὸς τοῦ λεπτοτάτου ξυγκρηθέντων ἐν τῷ σώματι, τοιαῦτα ξυμβαίνει. ἐξ ὧν διαγινώσκειν χρὴ, ψυχρὴν φύσιν καὶ ὑγρήν. τὰ δὲ τὰ σώματα ἐν τῷ χειμῶνι, νοσερώτερα ἢ ἐν τῷ θέρει καὶ ἐν τῷ ἦρι, ἢ ἐν τῷ φθινοπώρῳ. τῶν ἡλικιῶν ὑγιεινότατοι τῶν τοιούτων οἱ παῖδες, δεύτεροι νεανίσκοι. νοσερώτατοι δὲ, οἱ πρεσβύτατοι καὶ οἱ ἐγγύτατα. καὶ ταχέως γηράσκουσιν αἱ φύσιες αὗται. διαιτᾶσθαι δὲ ξυμφέρει τοῖσι τοιούτοισιν, ὁκόσα θερμαίνει καὶ ξηραίνει, καὶ πόνοισι καὶ σιτίοισι. καὶ πρὸς τὰ ἔξω τοῦ σώματος μᾶλλον [68] τοὺς πόνους ποιέεσθαι, ἢ πρὸς τὰ εἴσω. ἢν δὲ λάβῃ πυρός τε τὸ ὑγρότατον καὶ ὕδατος τὸ πυκνότατον, ξύγκρησιν ἐν τῷ σώματι, τοῖσι δὲ γινώσκειν ὑγρὴν καὶ θερμὴν φύσιν. κάμνουσι μὲν μάλιστα οἱ τοιοῦτοι, ἐν τῷ ἦρι. ἥκιστα δὲ, ἐν τῷ φθινοπώρῳ. ὅτι ἐν μὲν τῷ ἦρι ὑπερβολὴ τῆς ὑγρασίης. ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ, συμμετρίη τῆς ξηρασίης.

Si igitur copioſum ab vtriſq; & validũ ſemen excretum fuerit, in vtriſq; locis increſcere poteſt, cùm accedens alimentum ſuperet. Quòd ſi aliter contingat, gemini non naſcuntur. Cùm itaq; ab vtriſq; maſculũ excretũ fuerit, in vtriſq; maſculos generari neceſſe eſt. Cùm verò fœmineum ab vtriſque, fœminæ procreantur. Quòd ſi hoc quidem fœmineum, illud verò maſculum fuerit, quodcunq; alterum ſuperauerit, idipſum incrementum accipiet. Similes verò inter ſe gemelli hanc ob cauſam exiſtunt. Imprimis quidem quòd æqualia ſunt loca, in quibus increſcunt, deinde quòd ex eodẽ ſemine ſati ſunt, poſtea quòd iiſdem alimentis augeſcunt, vitaleſq; in lucem producuntur. Fœtus autem ſuccidanei hunc in modũ gignuntur. Vbi vteri naturâ calidi & ſicci fuerint, & mulier eiuſmodi, ſemenq; calidũ & ſiccum inciderit, nulla ampliùs in vteris exiſtit humiditas, quæ ſuper illapſum ſemen ſuperet. Quam ob cauſam initio coaleſcit ac viuit, permanere autem non poteſt, quinetiam quod priùs ineſt inſuper corrumpit, quòd non eadẽ vtriſq; conducant. At corpus humanum vbi temperationem ex tenuiſſima aqua & rariſſimo igne adeptum fuerit, ſaluberrimum habitũ ideò efficit, quòd neq; in maximis anni tempeſtatum mutationibus, neq; in ætatum tranſmutationibus, neq; in ciborum ac potuũ victus ratione, aqua dẽſiſſima exiſtit in aquæ acceſſionibus, neq; ignis in ignis incurſibus. Poſſunt etiam ambo tũ generationem, tum repletionem copioſam ſuſcipere. Æs tum molliſſimũ, tum rariſſimum, plurimum temperamentum recipit, & optimum redditur. Eadem ratione etiam quod in aqua eſt tenuiſſimum, & quod in igne eſt rariſſimum, inter ſe tẽperata. Qui igitur hac natura ſunt præditi, ſani omni tempore vſq; ad quadrageſimum annum perſeuerant, quidam verò etiam vſq; ad extremã ſenectutẽ. Qui verò ſupra quadrageſimum annũ morbo aliquo correpti fuerint, vix vnquã euadũt. At verò corpora, quæ ignis validiſſimi & aquæ dẽſiſſimæ temperationẽ ſumpſerint, valida quidem & robuſta euadunt, verùm multa cura indigent. Magnas enim vtrãq; in partẽ mutationes habẽt, & in aquę & ignis acceſſionib. eodem modo in morbos incurrunt. Huic igitur victus ratione anni tẽporib contraria vti confert. Aquæ quidẽ acceſſione contingente, iis, quæ aquæ aduerſantur vtendũ, ſenſim quidem pro anni tẽporum ratione trãſmutatione facta. At vbi aquæ craſſiſſimæ & ignis tenuiſſimi in corpore tẽperatio facta fuerit, talia cõtingunt ex quibus frigidam & humidam naturam dignoſcere cõuenit. Et corpora hyeme quàm æſtate, & vere quàm autumno, morboſiora exiſtunt. Inter hos, quo ad ætates attinet, pueri maxime ſani ſunt, ſecundo loco adoleſcẽtes, morbis verò maximè obnoxij ſenes, & qui proximè ad eos accedunt, eæq; naturæ citò ſeneſcũt. His in victus ratione conferunt quæcunq; calefaciunt & ſiccant, tum in laboribus, tũ in cibis, & ad exteriores corporis partes labores adhibere magis, quàm ad interiores conuenit. Si verò quod in igne eſt humidiſſimum, & in aqua denſiſſimum, tẽperaturã in corpore acceperit, ex his humidam & calidã naturam dignoſcere licet. Hi quidẽ vere maximè morbis tentantur, autumno verò minimè, quandoquidem vere humiditatis exceſſus eſt, autumno verò ſiccitatis commoderatio.

Ex ætatibus maximè morbis obnoxiæ, quæ iuniores. Corpora verò celeriter increſcũt, iiq; deſtillationibus obnoxij euadũt. Victus autẽ ratio cõfert, quę ſiccat & refrigerat, tum in cibo, tum in potu, ac laboribus. His quoque partes corporis internas laboribus exercere maximè conducit. At ſi quod in igne eſt validiſſimũ, & in aqua tenuiſſimum, temperaturam adeptũ fuerit, ſicca & calida ea eſt natura, iiq; in ignis acceſſionibus morbo corripiũtur, in aquæ verò acceſſionibus, ſanitate fruuntur. Ætatibus florentibus, quo ad plenioré corporis habitũ comparandum, morboſiſſimi ſunt, ſenes verò, & ad vtroſq; proximè accedentes, admodũ ſani. Victus ratio, quæ refrigeret & humectet, & labores minimè calefacientes & colliquantes, plurimam refrigerationẽ exhibebunt. Eiuſmodi naturæ longiſſimæ ſunt vitæ, & maxima ſanitate fruuntur. Quòd ſi ignis rariſſimi & aquæ ſicciſſimæ temperationẽ acceperit, ſicca & frigida eiuſmodi eſt natura, autumno quidẽ morbis obnoxia. Vere autẽ & proximis temporibus, ſana. Eodem modo cùm 40. annorum ætatẽ attigerint, morboſę, pueri maximè ſani, & cùm ad vtraſque ætates accedunt. Victus ratio conueniens, quæ calefaciendo humectat, & labores, qui ſenſim adhibiti leniter calefaciunt, neq; multũ ex his, quæ adſunt, tollũt. Quòd igitur ad naturæ cognitionẽ attinet, ea ſic ex prima corporis conſtitutione dignoſcenda eſt. Ætates autẽ per ſe conſideratæ, hoc ſe habent modo. Puer quidẽ ex humidis & calidis temperationem habet, quandoquidẽ ex his conſtat, & in his incrementum accepit Quæ igitur ortui ſunt proxima, humidiſſima & calidiſſima, & quàm plurimum increſcũt, eodemq; modo quæ ad hæc accedunt. At adoleſcens calidus quidẽ quoniã ignis acceſſio aquã ſuperat, ſiccus verò, quia puerile humidũ iam cõſumptũ eſt, partim quidem in corporis incremẽtum, partim verò in ignis motionẽ, partim etiã à laboribus. Vir cùm corpus conſtiterit, ſiccus & frigidus, quoniã calidi quidẽ acceſſio nõ ampliùs ſuperat, ſed ſiſtitur incrementum in corpore quieſcẽs, & perfrigeratur Verùm ex iuuenili ætate ſiccitas adeſt, neq; ab accedẽte ætate, neq; aquæ acceſſione humiditatem habet, ideóq; à ſiccis & frigidis ſuperatur. Senes autem frigidi & humidi, quoniam ignis quidem deceſſio, aquæ autem acceſſio adeſt, & ſiccitatis quidẽ ſummotio, humidorũ verò conſtitutio. At verò inter omnes, mares quidem calidiores ſunt & ſicciores, fæminæ verò humidiores & frigidiores eam ob cauſam, quòd vtriq; per exordia in talib. nati ſunt, & ex talibus increuerũt. Quinetiã in lucẽ producti maſculi, laborioſiore victus genere vtuntur, quo incaleſcunt ac reſiccantur, fœminę vero humido magis ac otioſo, & ſingulis menſibus calidi purgationem ex corpore habẽt. At de ea quæ dicitur animi prudẽtia vel imprudẽtia, ſic ſe res habet. Si quod in igne eſt maximè humidũ, & in aqua maximè ſiccũ, in corpore temperata fuerint, prudentiſſima efficiuntur, quoniã ignis quidem ab aqua humiditatem, aqua verò ab igne ſiccitatẽ habet. Vtrunque autem hoc modo ſibi maximè ſatis eſſe videtur. Neq; ignis alimenti inopia longè proficiſcitur, neque aqua motionis penuria admodum ſubleuatur. Vtrunque igitur tum hoc modo ſibi ſatis eſt, tũ inter ſe temperata. Quod enim vicinis minimè indiget, id maximè præſentia amplectitur, ignis qui minimè neq; neceſſitate mouetur, & aqua quæ maximè, non per vim.

τῶν δ' ἡλικιέων, νοσερώταται ὁκόσαι νεώτεραί εἰσιν· αὔξεται δὲ τὰ σώματα ταχέως. καὶ καταρροώδεις τε καὶ τοιοῦτοι γίνονται. διαιτεῖσθαι δὲ ξυμφέρει, ὁκόσα ξηραίνοντα ψύχει, καὶ σίτων, καὶ ποτῶν, καὶ πόνων. τοὺς δὲ πόνους τοὺς τοῖσιν εἴσω τοῦ σώματος ποιέεσθαι, ξυμφέρει μάλιστα. εἰ δὲ σύγκρησιν λάβοι πυρὸς τὸ ἰσχυρότατον καὶ ὕδατος τὸ λεπτότατον, ξηρὴ ἡ φύσις καὶ θερμή, νόσος μὲν τοῖσι τοιούτοισιν ἐν τῇσι τοῦ πυρὸς ἐφόδοισιν· ὑγιείη δ' ἐν τῇσι τοῦ ὕδατος. ἡλικίῃσιν, ἀκμαζούσῃσι πρὸς σαρκὸς αὔξησιν, νοσερώτατοι. ὑγιηρότατοι δὲ οἱ πρεσβύτατοι, καὶ τὰ ἔγγιστα ἑκατέρων. διαιταῖς ὁκόσαι ψύχουσι καὶ ὑγραίνουσι, καὶ τῶν πόνων ὁκόσοι ἥκιστα ἐκθερμαίνοντες καὶ συντήκοντες, πλείστην ψύξιν παρασχήσουσι. αἱ τοιαῦται φύσιες, μακροβιώταται καὶ ὑγιηρόταται γίνονται. ἢν δὲ σύγκρησιν λάβῃ πυρὸς τοῦ ἀραιοτάτου καὶ ὕδατος τοῦ ξηροτάτου, ξηρὴ καὶ ψυχρὴ ἡ τοιαύτη φύσις. νοσερὴ μὲν ἐν τῷ φθινοπώρῳ· ὑγιηρὴ δὲ, ἐν τῷ ἦρι καὶ τοῖσιν ἔγγιστα. ὡσαύτως ἡλικίαι πρὸς ἔτεα τεσσεράκοντα, νοσεραί· παῖδες ὑγιηρότατοι, καὶ τὰ προσέχοντα ἑκατέρῃσι. δίαιται ὁκόσαι θερμαὶ ἐοῦσαι, ὑγραίνουσι καὶ πόνοισι ἐξ ὀλίγου προσαγόμενοι, ἡσυχῇ διαθερμαίνοντες, μὴ πουλὺ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων φέροντες. Περὶ μὲν οὖν φύσιος διαγνώσιος, οὕτω χρὴ διαγινώσκειν τῆς ἐξ ἀρχῆς ξυστάσιος. αἱ δὲ ἡλικίαι αὐταὶ πρὸς ἑωυτὰς, ὧδε ἔχουσι. παῖς μὲν οὖν κέκρηται ὑγροῖσι καὶ θερμοῖσι, διότι ἐκ τούτων ξυνέστηκε, καὶ ἐν τούτοισιν ηὐξήθη. ὑγρότατα μὲν οὖν καὶ θερμότατα ὁκόσα ἔγγιστα γενέσιος, καὶ αὔξεται ὡς πλεῖστον. καὶ ἐχόμενα ὡσαύτως. νεηνίσκος δὲ, θερμὸς μὲν, ὅτι τοῦ πυρὸς ἐπικρατεῖ ἡ ἔφοδος τοῦ ὕδατος· ξηρὸς δὲ, ὅτι τὸ ὑγρὸν ἤδη καταναλωται τὸ ἐκ τοῦ παιδός. τὸ μὲν, ἐς τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος· τὸ δὲ, ἐς τὴν κίνησιν τοῦ πυρός. τὸ δὲ, ὑπὸ τῶν πόνων. ἀνὴρ, ὁκόταν στῇ τὸ σῶμα, ξηρὸς καὶ ψυχρός. διότι τοῦ μὲν θερμοῦ ἡ ἔφοδος οὐκ ἔτι ἐπικρατεῖ, ἀλλ' ἕστηκεν ἀτρεμίζον τὸ σῶμα τῆς αὐξήσιος, καὶ κατέψυκται. ἐκ δὲ τῆς νεωτέρης ἡλικίης, τὸ ξηρὸν ἔνι. ἀπὸ δὲ τῆς ἐπιούσης ἡλικίης καὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἐφόδου, οὐχ ὁ ἔχων τὴν ὑγρασίην, διὰ ταῦτα ξηροῖσι καὶ ὑγροῖσι κρατέεται. οἱ δὲ πρεσβῦται, ψυχροὶ καὶ ὑγροί. διότι πυρὸς μὲν ἀποχώρησις, ὕδατος δὲ, ἔφοδος· καὶ ξηρῶν μὲν, ἀπάλλαξις· ὑγρῶν δὲ, κατάστασις. τῶν δὲ πάντων, τὰ μὲν ἄρσενα, θερμότερα καὶ ξηρότερα· τὰ δὲ θήλεα, ὑγρότερα καὶ ψυχρότερα διὰ τάδε. ὅτι τε ἀπ' ἀρχῆς ἐν τοιούτοισιν ἑκάτερα ἐγένετο, καὶ ὑπὸ τούτων αὔξεται. γενόμενά τε τῇσι διαίτῃσιν ἐπιπονωτέρῃσι χρέεται, ὥστε ἐκθερμαίνεσθαι καὶ ἀποξηραίνεσθαι. τὰ δὲ θήλεα ὑγροτέρῃσι καὶ ῥᾳθυμοτέρῃσι τῇσι διαίτῃσι χρέονται, καὶ κάθαρσιν τοῦ θερμοῦ ἐκ τοῦ σώματος ἑκάστου μηνὸς ποιέονται. Περὶ δὲ φρονήσιος ψυχῆς καὶ ἀφροσύνης ὀνομαζομένης, ὧδε ἔχει. πυρὸς τὸ ὑγρότατον καὶ ὕδατος τὸ ξηρότατον, κρῆσιν λαβόντα ἐν τῷ σώματι, φρονιμώτατα. διότι τὸ μὲν πῦρ ἔχει, ἀπὸ τοῦ ὕδατος τὸ ὑγρόν· τὸ δὲ ὕδωρ, ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὸ ξηρόν· ἑκάτερον δὲ, οὕτως αὐταρκέστατον. οὔτε τὸ πῦρ, τῆς τροφῆς ἐνδεέστερον ἐπὶ πουλὺ φοιτᾷ· οὔτε τὸ ὕδωρ, τῆς κινήσιος ἐπὶ πουλὺ δεόμενον κουφοῦται. αὐτό τε οὖν ἑκάτερον, οὕτως αὐταρκέστατόν ἐστι, πρὸς ἄλληλά τε κρηθέντα. ὅ,τι γὰρ ἐλάχιστα τῶν πέλας δέεται, τοῦτο μάλιστα τοῖσι παρεοῦσι προσέχει. πυρός τε τὸ ἥκιστα κινεύμενον, μὴ ὑπ' ἀνάγκης καὶ ὕδατος, τὸ μάλιστα μὴ ὑπὸ βίης.

ἐν

ἐκ τούτων δὲ ἡ ψυχὴ συγκρηθεῖσα, φρονιμωτάτη καὶ μνημονικωτάτη. εἰ δέ τινι ἐπαγωγῇ χρεομένη τούτων ὁκότερον οὖν αὐξηθείη ἢ μαραίνοιτο, ἀφρονεστάτη ἂν γένοιτο, διότι οὕτως ἔχοντα αὐταρκέστατα. εἰ δὲ πυρὸς τοῦ εἰλικρινεστάτου καὶ ὕδατος σύγκρησιν λάβοι, ἐνδεέστερον δὲ τὸ πῦρ εἴη τοῦ ὕδατος ὀλίγον, φρόνιμοι μὲν καὶ οὗτοι, ἐνδεέστεροι δὲ, τῆς προτέρης. διότι κρατεόμενον τὸ πῦρ ὑπὸ τοῦ ὕδατος, καὶ βραδεῖαν τὴν κίνησιν ποιεύμενον, νωθρότερον προσπίπτει πρὸς τὰς αἰσθήσιας. παραμόνιμοι δ᾽ εἰσὶν ἐπιεικέως αἱ τοιαῦται ψυχαὶ, πρὸς ὅ, τι ἂν προσέχωσιν. εἰ δὲ ὀρθῶς διαιτῷτο καὶ φρονιμώτεροι καὶ ὀξύτεροι γένοιντο παρὰ τὴν φύσιν. [71] ξυμφέρει δὲ τοῖσι τοιούτοισι, τοῖσι πρὸς πυρὸς διαιτήμασι μᾶλλον χρέεσθαι, καὶ μὴ πλησμονῇσι, μήτε σιτίων, μήτε πομάτων. δρόμοισιν οὖν χρέεσθαι ὀξέσιν, ὅκως τοῦ τε ὑγροῦ κενῶται τὸ σῶμα, [72] καὶ τὸ ὑγρὸν ἐπίσταται θᾶσσον. πάλῃσι δὲ, καὶ τρίψεσι, καὶ τοῖσι τοιούτοισι γυμνασίοισιν, οὐ ξυμφέρει χρέεσθαι, ὅκως μὴ κοιλοτέρων τῶν πόρων γενομένων, πλησμονῆς πληρῶνται. βαρύνεσθαι γὰρ ἀνάγκη τῆς ψυχῆς τὴν κίνησιν ὑπὸ τῶν τοιούτων. τοῖσί τε περιπάτοισι ξυμφέρει χρέεσθαι, καὶ ἀπὸ δείπνου καὶ ὀρθρίοισι, καὶ ἀπὸ τῶν δρόμων. ἀπὸ δείπνου μὲν, ὅκως τὴν τροφὴν ξηροτέρην ἡ ψυχὴ δέχηται ἀπὸ τῶν εἰσιόντων. ὄρθρου δὲ, ὅκως αἱ διέξοδοι κενῶνται τοῦ ὑγροῦ, καὶ μὴ φράσσωνται οἱ πόροι τῆς ψυχῆς. ἀπὸ δὲ τῶν γυμνασίων, ὅκως μὴ ἐγκαταλείπηται ἐν τῷ σώματι τὸ ἀποκριθὲν ἀπὸ τοῦ δρόμου, μηδὲ ξυμμίσγηται τῇ ψυχῇ, μηδὲ ἐμφράξῃ τὰς διεξόδους, μηδὲ συνταράξῃ τὴν τροφήν. ξυμφέρει δὲ καὶ ἐμέτοισι χρέεσθαι, ὅκως ἀποκαθαίρηται τὸ σῶμα, εἴ τι ἐνδεέστερον [73] οἱ πόνοι διαπρήσσονται. προσάγειν δὲ ἀπὸ τῶν ἐμέτων, κατὰ μικρὸν προστιθέντα τὸ σιτίον, ἐς ἡμέρας τέσσαρας τὰς ἐλαχίστας. χρίεσθαι δὲ ξυμφορώτερον ἢ λούεσθαι. λαγνεύειν δὲ, ὕδατος ἐφόδων γενομένων, πλείονα. ἐν δὲ τῇσι τοῦ πυρὸς ἐπιφορῇσι, μείονα. εἰ δέ τινι ἐνδεεστέρην τὴν δύναμιν τὸ πῦρ λάβοι τοῦ ὕδατος, [74] βραχυτέρην ἀνάγκη ταύτην εἶναι. καὶ καλέονται οἱ τοιοῦτοι ἠλίθιοι. ἅτε γὰρ βραδείης ἐούσης τῆς περιόδου, κατὰ βραχύ τι προσπίπτουσιν αἱ αἰσθήσιες. καὶ ὀξεῖαι ἐοῦσαι, ἐπ᾽ ὀλίγον ξυμμίσγονταί τι διὰ βραδυτῆτα τῆς περιόδου. αἱ γὰρ αἰσθήσιες τῆς ψυχῆς ὁκόσαι μὲν δι᾽ ὄψιος καὶ ἀκοῆς εἰσὶν, ὀξεῖαι. ὁκόσαι δὲ διὰ ψαύσιος, [75] βραδύτεραι καὶ εὐαισθητότεραι. τούτων μὲν οὖν αἰσθάνονται καὶ οἱ τοιοῦτοι οὐδὲν ἧσσον, ὅσα τε ψυχρῶν καὶ θερμῶν καὶ τῶν τοιούτων. ὁκόσα δὲ δι᾽ ὄψιος ἢ ἀκοῆς αἰσθέσθαι δεῖ, ἃ μὴ πρότερον ἐπίσταται, οὐ δύνανται αἰσθάνεσθαι. ἢν γὰρ μὴ σεισθῇ ἡ ψυχὴ ὑπὸ τοῦ πυρὸς προσπίπτοντος, οὐκ ἂν αἴσθοιτο ὁκοῖόν τί ἐστιν. αἱ οὖν τοιαῦται ψυχαὶ οὐ πάσχουσι τοῦτο [76] διὰ παχύτητα. εἰ δὲ ὀρθῶς διαιτῷτο, βελτίων γένοιτο ἂν καὶ ὁ τοιοῦτος. ξυμφέρει οὖν τὰ διαιτήματα ἅπερ τῷ προτέρῳ. ξηροτέροισι δὲ χρῆσθαι καὶ ἐλάσσοσι τοῖσι σιτίοισι. τοῖσι δὲ πόνοισι, πλείοσι καὶ ὀξυτέροισι. συμφέρει δὲ καὶ πυριῆσθαι καὶ ἐμέτοισι χρῆσθαι ἐκ τῶν πυριησίων καὶ προσαγωγῇσιν ἐκ τῶν ἐμέτων ἐκ πλείονος χρόνου, [77] ἢν ποιέῃ ἐνδεέστερον, καὶ ταῦτα ποιέων, ὑγιηρότερος ἂν καὶ φρονιμώτερος εἴη. ἢν δὲ κρατηθείη ἐπὶ πλέον τὸ πῦρ ὑπὸ τοῦ ἐόντος ὕδατος, τούτους ἤδη οἱ μὲν, ἄφρονας ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ, ἐμβροντήτους. ἔστι δ᾽ ἡ μανίη τοιούτων ἐπὶ τὸ βραδύτερον. οὗτοι κλαίουσί τε, οὐδενὸς λυποῦντος, ἢ τύπτοντος. δεδίασί τε τὰ μὴ φοβερά. λυπέονται ἐπὶ τοῖς μὴ προσήκουσι, καὶ αἰσθάνονται, οἷον οὐ προσήκει τοὺς φρονέοντας.

Ex his autem vbi contemperationem animus habuerit, prudentia & memoria maximè valet. Quod ſi aliquo ſuper inducto vſus fuerit, & horum quodcunque increuerit aut contabuerit, inprudentiſſimus euadit; quòd cùm ſic ſe habeant, ipſa ſibi maximè ſatis eſſe videntur. Quòd ſi ignis & aquæ puriſſimæ temperationem acceperit, & ignis aqua paulò inferior fuerit; ij quidem etiam prudentes ſunt, plus tamé illis quàm in priore temperatione deeſt; quoniam ignis ab aqua ſuperatur; tardamq; motionem efficiens, ſegniùs in ſenſus illabitur. Eiuſmodi autem ferè ſtabiles ſunt, quamcunque ad rem ſe applicuerint. Quòd ſi recta adhibeatur victus ratio, prudétiores & acutiores præter naturam euadant. His autem conducit, vt victus ratione, quæ ad ignem magis accedat, vtantur, & neque cibis, neque potionibus expleantur. Curſibus itaque celeribus vtendum, quò & corpus humore vacuetur, & humor celeriùs ſiſtatur. Lucta autem, frictionibus, & ſimilibus exercitationibus vti non conuenit, vt ne cauiores redditi meatus expleantur. Ab his enim animi motum grauari neceſſe eſt. Deambulationibus etiam tum à cœna, tum matutinis, itemq; poſt curſus, vtendum eſt. A cœna quidem, quò ſiccius alimentum ab iis, quæ ingeruntur, animus accipiat. Mane verò, vt viæ humore vacuentur, & animi meatus minimè obſtruantur. Ab exercitiis autem, ne quod à curſu excretum eſt, in corpore remaneat, & animo commixtum, vias obſtruat, & alimétum conturbet. Confert etiam, vt vomitionibus vtantur, quò corpus repurgetur, ſi quid negligentius labores effecerint. A vomitione autem ſenſim adiiciendo, cibus offerendus, per quatuor, vt minimùm, dies. Vngi verò quàm lauari magis conuenit. Rebus autem venereis in aquæ acceſſionibus magis vtendum, minùs verò, in ignis incurſionibus. At ſi in aliquo inferiorem quam aquæ potentiam ignis ſortitus ſit, tardiorem eum eſſe neceſſe eſt, appellanturq; eiuſmodi ſtolidi. Nimirum enim cum tardus ſit ambitus, paulatim ſenſationes allabútur, & quæ acutæ exiſtunt, ſenſim etiam commiſcétur, propter ambitus tarditatem. Acutæ enim ſunt animi ſenſationes, quæ viſione & auditione percipiútur, quæ verò tactu, tardiores & faciliùs ſentiuntur. Has igitur non minùs ij ſentiunt, quàm quæ ſunt frigida & calida, & eius generis. Quę verò viſione & auditione percipiéda ſunt, quæ non ante ſciunt, percipere nequeunt. Niſi enim ab igne illabente commotus animus fuerit, id qualecunq; ſit, non percipiat. Id igitur huiuſmodi animis ob celeritatem non contingit. Quòd ſi recta victus ratione vtatur, is etiá melior euadere queat. Eadem igitur, quæ priori victus ratio confert, verùm cibis tum ſiccioribus, tum paucioribus, laboribus autem pluribus & vehementioribus vtendum. Confert etiam vt fométis & ab iis vomitionibus vtatur, & poſt vomitus ex longo interuallo cibos exhibeat, ſi minor vomitus cótigerit. Quæ ſi fecerit, magis valebit, & prudétior euadet. Quòd ſi magis ab aqua ignis ſuperetur, hos iam alij deméntes, alij attonitos appellant. Eorum auté inſania tardior exiſtit. Hi plorant, cum à nemine vexentur aut verberentur, minimè metuéda metuút, moleſtia afficiútur vbi minimè cóuenit, & ſentiút, quæ prudétes non deceant.

Iis itaque fomenta conducunt, & à fomentis purgationes ex veratro, & victus ratio quam antea dixi, iſque pulmonis extenuatione & ſiccitate opus habet. At ſi aqua inferiorem quàm ignis facultatem adepta ſit, cùm ſynceram contemperationem habeant, ſanitate corporis & prudentia valent. Eiuſmodi animus citò, quæ ingruunt, percipit, neq; frequenter ad alia ſe transfert. Huius igitur animi natura bona eſt, melior tamen efficiatur, ſi recta victus ratione vtatur; vt deterior, ſi praua. Huic verò victus ratio conducit, quæ ad aquam magis ſpectet, & neq; in cibis, neq; in potionibus, neq; laboribus modum excedat. Curſibus flexis & circenſibus, luctis, & reliquis exercitationibus vtatur, dum in nullo modum ſuperent. Si enim corpus bene valuerit, nullaq; re alia perturbetur, hæc animi contemperatio prudens eſt. Quòd ſi adhuc magis aquæ vis ab igne ſuperetur, eò acutiorem quidem animum eſſe neceſſe eſt, quò citiùs mouetur, & ad ſenſationes celeriùs incurrere, verùm priore minus ſtabilem, quoniam, quæ adſunt, ſecedunt, & in pulmonem celeri impetu feruntur. Huic conducit, vt ea victus ratione vtatur, quæ magis ad aquã ſpectat quàm prior & maza potiùs quàm pane, piſcibus quàm carnibus, potione etiam dilutiore, & venere rariore, & laboribus; qui ſecundum naturam maximè obeuntur, & quàm plurimis, iis verò, qui per vim ſuſcipiuntur, non niſi coactus. Vomitionibus autem poſt ipſas repletiones paucis vtatur, quò corpus quidem euacuetur, quàm minimè verò incaleſcat. His etiam ad prudentiam confert, vt minimè carnoſi euadãt. Ad optimum enim corporis habitum, ardoris inflammationem accedere neceſſe eſt. Quod cùm acciderit, eiuſmodi animus aqua ſuperata in furorem agitur & adducitur. His verò confert, vt negotia cibo ſumpto potiùs quàm ieiuni obeant. Commodo enim alimento ammixto, ſtabilior longè animus euadit, quàm alimẽti indigens. Quòd ſi adhuc magis aqua ab igne ſuperetur, eiuſmodi animus valde acutus eſt, eoſq; ſomniis agitari neceſſe eſt. Hos autem ſubfurioſos vocant. Hoc enim inſaniæ proximum eſt, cùm vel à leui & contemnenda inflammatione inſaniant, & in vini potionibus, & carnis bona habitudine, & à carnium eſu. Sed & hunc ab his quidem omnibus abſtinere oportet, & omni alia repletione, & exercitationibus, quæ per vim obeuntur. In victus autem ratione, maza non ſubacta vtendum, & oleribus coctis, præter quàm purgantibus, & piſciculis ex muria. Quinetiam aquam bibere optimum, ſi fieri poſſit, ſin minus, quod ad hanc proximè accedit, vinum molle & album. Deambulationibus quoque matutinis multis vtatur, à cœna verò exurgat, vt ne cibi quidem à deambulationibus poſt cœnam reſiccentur, corpus autem à matutinis euacuetur. Aqua tepida autem circumfuſa potiùs perfundatur, quàm vngatur. Confert etiã æſtate interdiu ſomno vti breuiore quàm multo, vti ne corpus ab anni tempore reſiccetur. Commodũ etiam eſt vere, fotibus antea præparatos, potionibus ex veratro purgare, deinde ſenſim ad victus rationem adducere; neque hunc ieiunum negotia obire oportet. Et hac ſanè cura eiuſmodi animus prudentiſſimus euaſerit. Prudentis igitur & imprudentis animi, hæc cõtemperatio cauſa eſt, velut à me ſcriptum eſt,

ξυμφέρει τοῖς τοιούτοισι πυριῆσθαι, καὶ ἐλλεβόροισιν ἐκκαθαίρεσθαι ἐκ τῶν πυριησίων· καὶ διαίτῃ χρέεσθαι ᾗ εἴρηται πρότερον.[78] ὑγιασίης δὲ πλεύμονος ἐπιδέεται, καὶ ξηρασίης. Εἰ δὲ τὸ ὕδωρ ἐνδεεστέρην τὴν δύναμιν λάβοι, τοῦ πυρὸς εἰλικρινῆ τὴν σύγκρησιν ἐχόντων, ὑγιαίνουσι σώμασι φρονίμοισιν. ἡ δὲ τοιαύτη ψυχὴ ταχέως αἰσθανομένη τῶν προσπιπτόντων, καὶ οὐ μεταπίπτουσα πολλάκις ἐστί. φύσις μὲν οὖν ἡ τοιαύτη, ψυχῆς ἀγαθῆς. βελτίων δὲ γένοιτο, ὀρθῶς διαιτεύμενος. καὶ κακίων μὴ ὀρθῶς. συμφέρει δὲ τὴν τοιούτην, τῇ διαίτῃ χρέεσθαι τῇ πρὸς ὕδατος μᾶλλον, ὑπερβολὰς φυλασσόμενον καὶ σιτίων, καὶ ποτῶν, καὶ πόνων. καὶ δρόμοισι καμπτοῖσι καὶ διαύλοισι, καὶ πάλῃσι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι γυμνασίοισιν, ὑπερβολὴν οὐδενὸς ποιεύμενον. ἢν γὰρ ἔχῃ ὑγιηρῶς τὸ σῶμα καὶ μὴ ὑπ' ἄλλου τινὸς ξυνταράσσηται, τῆς ψυχῆς φρόνιμος ἡ σύγκρησις. Εἰ δ' ἐπὶ πλέον κρατηθείη ἡ τοῦ ὕδατος δύναμις ὑπὸ τοῦ πυρός, ὀξυτέρην μὲν, τοσούτῳ ἀνάγκη εἶναι τὴν ψυχὴν, ὅσῳ θᾶττον κινέεται, καὶ πρὸς τὰς αἰσθήσιας θᾶσσον προσπίπτει. ἧσσον δὲ μόνιμον τῶν προτέρων,[79] διότι κρίνεται τὰ παραγινόμενα, καὶ ἐπὶ πλείονα ὁρμᾶται διὰ ταχυτῆτα. συμφέρει δὲ τῷ τοιούτῳ διαιτῆσθαι, τῇ πρὸς ὕδατος διαίτῃ μᾶλλον, ἢ τῇ προτέρῃ· καὶ μάζῃ μᾶλλον, ἢ τῷ ἄρτῳ· καὶ ἰχθύσιν, ἢ κρέασι· τῷ ποτῷ, ὑδαρεστέρῳ· καὶ λαγνείῃσιν ἐλασσόνως χρέεσθαι. καὶ τῶν πόνων τοῖσι κατὰ φύσιν μάλιστα καὶ πλείστοισι. τοῖσι δ' ὑπὸ βίης[80] χρέεσθαι μὲν ἀνάγκη. ἐλάττοσι δὲ καὶ ἐμέτοισιν ἐκ τῶν πλησμονέων, ὅκως κενῶται μὲν τὸ σῶμα, θερμαίνηται δὲ ὡς ἥκιστα. Συμφέρει δὲ καὶ ἀσαρκέειν τοῖσι τοιούτοισι, πρὸς τὸ φρονίμους εἶναι. πρὸς γὰρ σαρκὸς αὔξησιν, καὶ αἵματος φλεγμονὴν ἀνάγκη γίνεσθαι. ὁκόταν δὲ τοῦτον πάθῃ ἡ τοιαύτη ψυχὴ, ἐς μανίην καθίσταται, κρατηθέντος τοῦ ὕδατος καὶ ἐπισπασθείσης. ξυμφέρει δὲ τοῖσι τοιούτοισι καὶ τὰς πρήξιας πρήσσειν, βεβρωκόσι μᾶλλον ἢ ἀσίτοισι. στασιμωτέρη γὰρ ἡ ψυχὴ τῇ τροφῇ καταμισγομένη συμφόρῳ μᾶλλον, ἢ ἐνδεὴς οὖσα τροφῆς. Εἰ δὲ ἔτι πλέον ἐπικρατηθείη τὸ ὕδωρ ὑπὸ τοῦ πυρός, ὀξεῖα ἡ τοιαύτη ψυχὴ ἄγαν, καὶ τούτους ὀνειρώσσειν. καλέουσι δὲ αὐτοὺς ὑπομαινομένους. ἔστι γὰρ ἔγγιστα μανίης τὸ τοιοῦτον. καὶ γὰρ ἀπὸ βραχείης φλεγμονῆς καὶ ἀσυμφόρου μαίνονται, καὶ ἐν τῇσι μέθῃσι καὶ ἐν τῇσιν αὐξήσεσι τῆς σαρκὸς, καὶ ὑπὸ τῶν κρεηφαγιῶν. ἀλλὰ χρὴ τὸν τοιοῦτον, τούτων μὲν πάντων ἀπέχεσθαι, καὶ τῆς ἄλλης πλησμονῆς, καὶ γυμνασίων τῶν ἀπὸ βίης γινομένων. μάζῃ δὲ ἀτρίπτῳ διαιτᾶσθαι. καὶ λαχάνοισιν ἑφθοῖσι, πλὴν τῶν καθαρτικῶν· καὶ ἰχθυδίοισιν ἐν ἅλμῃ. καὶ ὑδροποτέειν βέλτιστον, ἢν δύναιτο. Εἰ δὲ μὴ, ὅ, τι ἔγγιστα τούτου. ἀπὸ μαλακοῦ οἴνου καὶ λευκοῦ· καὶ τοῖσι περιπάτοισι τοῖσιν ὀρθρίοισι πολλοῖσι. ἀπὸ δείπνου δὲ ὁκόσοι ἐξαναστῆναι, ὅκως τὰ μὲν σιτία μὴ ξηραίνωνται ἀπὸ τῶν ἀπὸ δείπνου περιπάτων, τὸ δὲ σῶμα κενῶται ὑπὸ τοῦ ὀρθρίου. λούεσθαι δὲ χλιαρῷ ὕδατι περικλύδην μᾶλλον ἢ χρίεσθαι. ξυμφέρει δὲ καὶ ἐν τῷ θέρει τῆς ἡμέρης, ὕπνοισι χρέεσθαι βρα[illegible] ἢ πολλοῖσιν, ὅκως μὴ ἀποξηραίνηται τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς ὥρης. ἐπιτήδειον δὲ τοῦ ἦρος καὶ ἐλλεβόροισι καθαίρεσθαι προπυριηθέντας. Εἶτα ἐπάγειν πρὸς τὴν δίαιταν ἡσυχῇ, καὶ μὴ ἀσίτους τὰς πρήξιας μηδὲ τούτους ποιέεσθαι. ἐκ ταύτης τῆς ἐπιμελείης ἡ τοιαύτη ψυχὴ φρονιμωτάτη ἂν εἴη. περὶ μὲν οὖν φρονίμου καὶ ἄφρονος ψυχῆς ἡ σύγκρησις αὕτη αἰτίη, ὥσπερ μοι καὶ γέγραπται.

καὶ δυνατὰ) ἐκ τῆς διαίτης καὶ βελτίων καὶ χείρων γίνεσθαι. δρόμαιοι δὲ πυρὸς ἐπικρατέοντος, τῷ ὕδατι προσθεῖναι ἀδύνατον ἀΐσως, καὶ ὕδατος ἐπικρατέοντος, ἐν τῇ συγκρήσει τὸ πῦρ αὐξῆσαι. ἐκ τούτων δὲ φρονιμώτεραι καὶ ἀφρονέστεραι γίνονται. τῶν δὲ τοιούτων οὐκ ἐστὶν ἡ σύγκρησις ἔτι· οἷον ὀξύθυμος, ῥάθυμος, δόλιος, ἁπλοῖς, δυσμενής, εὔνοος. τῶν τοιούτων ἁπάντων ἡ φύσις τῶν πόρων δι' ὧν ἡ ψυχὴ πορεύεται, αἰτίη ἐστί. δι' ὁκοίων γὰρ ἀγγείων ἀποχωρεῖ, καὶ πρὸς ὁκοῖα ἄττα προσπίπτει, καὶ ὁκοίοισί τισι καταμίσγεται, τοιαῦτα φρονέουσι. διὸ ταῦτα οὐ δυνατὸν τὰ τοιαῦτα ἐκ διαίτης μεθιστάναι. φύσιν γὰρ μεταπλάσαι ἀφανέα οὐχ οἷόν τε. ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς φωνῆς ὁκοίη τις ἂν εἴη, οἱ πόροι αἴτιοι τοῦ πνεύματος, δι' ὁκοίων γὰρ ἂν τινῶν κινέηται ὁ ἀήρ, καὶ πρὸς ὁκοίους τινὰς προσπίπτῃ, τοιαύτην ἀνάγκη τὴν φωνὴν εἶναι. καὶ ταύτην μὲν δυνατὸν καὶ χείρω καὶ βελτίω ποιέειν, διότι λειοτέρους καὶ βραχυτέρους τοὺς πόρους τῷ πνεύματι δυνατὸν ποιῆσαι, ἐκεῖνο δὲ ἀδύνατον ἐκ διαίτης ἀλλοιῶσαι.

victus tamen ratione melior & deterior fieri poteſt. Ignis autem incurſibus ſuperantibus, forè aquæ aliquid addi non poteſt, vt neque aqua in contemperatione ſuperante, ignis augeri. Ex his verò prudentiores & imprudentiores animi efficiuntur. At verò iſtorum nulla ampliùs contemperatio, cuiuſmodi eſt ad iracundiam præceps, lentus, doloſus, ſimplex, infenſus, beneuolus. Horum omnium meatuum natura, per quos animus fertur, cauſa eſt. Cuiuſmodi enim ſunt vaſa per quæ ſecedit, & ad quæ occurrit, & quibuſcunque commiſcetur, eiuſmodi homines ſentiunt. Ideoq; iſta victus ratione tranſmoueri poſſunt; cùm fieri non poſſit, vt naturam occultam vlla ratione transformes. Eadem vero ratione, & vocis, quæcunque tandem fuerit, ſpiritus meatus cauſa ſunt. Per quos enim aër mouetur, & ad quoſcunque incurrit, talem eſſe vocem neceſſe eſt. Et hæc quidem deteriora & meliora effici poſſunt, quòd leuiores & aſperiores ſpiritus meatus reddere liceat, illud verò victus ratione permutare non poſſis.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE, LIBER. II.

Χωρίων δὲ θέσιν καὶ φύσιν ἑκάστων, ὧδε χρὴ διαγινώσκειν. κατὰ πάντων μὲν εἰπεῖν, ὧδε ἔχει. ἡ πρὸς μεσημβρίας κειμένη, θερμοτέρη καὶ ξηροτέρη τῆς πρὸς τὰς ἄρκτους κειμένης, διότι ἐγγυτέρω τοῦ ἡλίου ἐστίν. ἐν δὲ ταύτῃσι τῇσι χώρῃσιν ἀνάγκη καὶ τὰ ἔθνεα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰ φυόμενα ἐκ τῆς γῆς, ξηρότερα καὶ θερμότερα καὶ ἰσχυρότερα εἶναι, ἢ ἐν τῇσιν ἐναντίῃσιν· οἷον τὸ Λιβυκὸν ἔθνος πρὸς τὸ Ποντικὸν, καὶ τὰ ἔγγιστα ἑκατέρων. αὗται δὲ καθ' ἑαυτὰς αἱ χῶραι, ὧδε ἔχουσι. τὰ ὑψηλὰ καὶ αὐχμηρὰ καὶ πρὸς μεσημβρίαν κείμενα, ξηρότερα τῶν πεδίων τῶν ὁμοίως κειμένων, διότι ἐλάσσονας ἰκμάδας ἔχει. τὰ μὲν γὰρ, οὐκ ἔχει στάσιν τῷ ὀμβρίῳ ὕδατι, τὰ δὲ ἔχει. τὰ δὲ λιμναῖα καὶ ἑλώδεα, ὑγραίνει καὶ θερμαίνει. θερμαίνει μὲν, διότι κοῖλα καὶ περιεχόμενα, καὶ οὐ διαπνεῖται· ὑγραίνει δὲ, διότι τὰ φυόμενα ἐκ τῆς γῆς, ὑγρότερα, οἷσιν ἐκτρέφονται οἱ ἄνθρωποι. τό, τε πνεῦμα ὃ ἀναφέρομεν, παχύτερον διὰ τὸ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τῆς ἀκινησίης. τὰ δὲ κοῖλα καὶ μὴ ἔνυδρα, ξηραίνει καὶ θερμαίνει. θερμαίνει μὲν, ὅτι κοῖλα καὶ περιέχεται. ξηραίνει δὲ, διά τε τῆς τροφῆς τὴν ξηρότητα, καὶ διότι τὸ πνεῦμα ὃ ἀναπνέομεν ξηρὸν ἐὸν, ἕλκει ἐκ τῶν σωμάτων τὸ ὑγρὸν, ἐς τροφὴν ἑωυτῷ, οὐκ ἔχον πρὸς ὅ, τι ἂν ὑγρὸν προσπῖπτον τρέφηται. ὅκου δὲ τοῖσι χωρίοισιν ὄρη προσκέεται πρὸς νότον, ἐν τούτοισιν αὐχμώδεες οἱ νότοι καὶ νοσεροὶ προσπνέουσιν. ὅκου δὲ βόρεια ὄρη πρόσκειται, ἐν τούτοισιν οἱ βορέαι ταράσσουσι καὶ νόσους ποιέουσιν. ὅκου δὲ βορέηθεν κοῖλα χωρία τοῖσιν ἄστεσι προσκέεται, πρὸς τῶν θερινῶν πνευμάτων, θερμὸν καὶ νοσερὸν τοῦτο τὸ χωρίον, διότι οὔτε βορέας διαπνέων καθαρὴν τὴν ἐπαγωγὴν τοῦ πνεύματος παρέχει, οὔτε ὑπὸ τῶν θερινῶν πνευμάτων διαψύχεται. τῶν δὲ νήσων, αἱ μὲν ἐγγὺς ἠπείρων, δυσχειμερώτεραί εἰσιν· αἱ δὲ πόντιαι, ἀλεεινότεραι τὸν χειμῶνα. διότι αἱ χιόνες καὶ πάγοι, ἐν μὲν τῇσιν ἠπείροισιν ἔχουσι στάσιν, καὶ τὰ πνεύματα ψυχρὰ πέμπουσιν ἐς τὰς ἐγγὺς νήσους.

At verò ſingularum regionum ſitum & naturam ſic dignoſcas. In vniuerſum quidé res ita ſe habet. Quæ ad meridié ſita, ea quæ ad ſeptétriones ſpectat calidior & ſiccior, quod ad ſolé magis accedat. In his auté regionibus, homines & quæ è terra producútur, ſicciora, calidiora, & validiora eſſe neceſſe eſt, quàm quæ in cótrariis, velut Libyca gés ſi cùm Pontica cóferatur, & quæ vtriſq; vicina ſunt. Per ſe auté ſi regiones ſpectes, ad húc habent ſe modum. Alta loca & ſqualentia, quæq; ad meridié ſpectát, campeſtribus æqualiter ſitis ſunt ſicciora, quòd pauciores humiditates cótineant. Illa ſiquidé aquam pluuiam non retinent, hæc cótra. Lacuſtria vero & paluſtria humectát & calefaciunt. Calefaciút quidé, quoniam caua ſunt, vndiq; circundata, & ventis minimè perflata. Humectant verò, quod quæ è terra producuntur, & quibus homines aluntur, humidiora ſunt, & ſpiritus, qué attrahimus, propter aquá nó motá craſſior eſt. Caua verò & minimè aquoſa, ſiccát & calefaciút. Calefaciunt quidem quòd caua ſint & vndiq; circundata. Siccant verò, cùm propter aliméti ſiccitaté, tum quod ſpiritus quem attrahimus, cùm ſiccus exiſtat, attracto ad ſui nutritioné è corpore humido, nó habet humoré, quo ſuo occurſu nutriatur. At quibus in locis montes ad auſtrum vergunt, in his auſtri ſqualidi & morboſi ſpirant. Quibus verò ad aquilones móres vergunt, in his aquilones perturbationes & morbos pariunt. Vbi auté ab aquilone caua loca vrbibus adhæréť, ab æſtiuis vétis calidus & morboſus hic locus eſt, quoniam neq; ſpirás boreas purú ſpirirú inuehit, neq; ab æſtiuis vétis perfrigeratur. Quæ auté inſulę cótinenti ſunt vicinæ, eę rigidiores habét hyemes, marinę verò, tepidiores, propterea quòd niues & glacies in cótinenti perdurant, & ventos frigidos ad vicinas inſulas mittunt.

In his verò quæ in alto ſitæ ſunt per hyemem nō perdurant. At verò ventorum quam quiſq; naturam aut facultatem habeat, ad hunc modum dignoſcas. Omnes quidem venti, tum animalium corpora, tum ea, quæ è terra producuntur, ſuapte natura ideo humectant & refrigerant, quòd ventos omnes à niue, à glacie, à vehementi gelu, à fluminibus & ſtagnis, & terra humecta & perfrigerata ſpirare neceſſe eſt, & validiores quidem vētos à maioribus & validioribus, debiliores verò à minoribus & debilioribus. Non ſecus enim ac in omnibus animantibus ſpiritus ineſt, ita in cæteris omnibus, quibuſdam minor, quibuſdam verò maior pro eorum magnitudine adeſt. Venti igitur omnes natura quidē refrigerant & humectant. Verùm ex regionum & locorum ſitu, per quæ ad regiones quaſq; obueniunt, inter ſe differunt, & frigidiores, calidiores, humidiores, ſicciores, morboſiores & ſalubriores exiſtunt. Quorum ſingulorum cauſa ad hunc modum cognoſcenda eſt. Boreas quidem frigidus & humidus ſpirat, quia ab eiuſmodi locis fertur, & ad loca permeat, ad quę ſol non peruadit, neq; aëre exiccato humorem ebibit. Ideoq; ad terram habitatam ſua facultate pollens peruenit, vbi ex regionis ſitu nō corrumpitur. & hic proximis quidem incolis frigidiſſimus eſt, remotiſſimis verò minimè. At auſter à locis naturâ aquiloni ſimilibus ſpirat. Cùm enim ab auſtrali axe ſpiret, & à niue multa, glacieq; & gelu valido prodeat, his quidem, qui illic prope habitant, talis ſpiret, qualis nobis boreas neceſſe eſt. Neque tamen ad totam regionem adhuc ſimilis accedit. Nam cùm per ſolis acceſſus in meridiem ſpirat, exhauſta à ſole eius humiditate, reſiccatus rareſcit, ideoq; calidum & ſiccum ad nos peruenire neceſſe eſt. Proindeq; vicinis regionibus eandem vim calidam & ſiccam ex neceſſitate impertit. Quod & in Libya facit, cùm quę è terra naſcuntur, exareſcant, & homines latenter exiccet. Nam cùm neque è mari, neque è fluuio humorem accipere queat, ex animantibus & plantis humidum exugit. At vbi mare tranſierit, cùm calidus & rarus exiſtat, multa humiditate regionem ad quam occurrit, implet, atque adeò auſtrum calidum & humidum eſſe neceſſe eſt, niſi regionum ſitus in cauſa extiterit. Ad eundem verò modum reliquorum etiam ventorum facultates ſe habent. Ad ſingulas autem regiones hoc modo venti ſe habent. Qui quidem venti ex maris regionibus obueniunt, ij ſicciores ferè exiſtunt. Qui verò è niue, aut glacie, aut ſtagnis, aut fluminibus, ij omnes, tum ſata, tum animantia humectant & refrigerant, & corporibus ſanitatem præſtant, qui frigore modum non excedunt. Hi enim quòd magnas in corporibus caloris & frigoris mutationes faciunt, noxij ſunt. Quod ſanè iis contingit, qui loca paluſtria & calida, iuxta magna flumina incolunt. At reliqui venti, qui ex prædictis ſpirant, vtiles ſunt, tum quòd aërem purum & ſincerum præbent, tum etiam animi calori humiditatem ſuggerūt. Qui autē venti è terra obueniūt, eos cū à ſole & terra reſiccentur, ſicciores eſſe neceſſe eſt. Nam cum non habeant vnde alimentū trahant, à viuentibus humorē exūgunt, ſataq; & animantia omnia lædunt. Et qui quidem relictis montibus ad vrbes perueniunt, nō ſolum ſiccant, verùm etiam ſpiritum quem attrahimus, turbant, & humana corpora morbis obnoxia reddūt.

τὰ δὲ πελάγια, οὐκ ἔχει σῆψιν ἐν χειμῶνι. περὶ δὲ πνευμάτων ἣν ἕκαστα φύσιν ἔχει καὶ δύναμιν ἕκαστα, ὧδε χρὴ διαγινώσκειν. φύσιν μὲν ἔχει τὰ πνεύματα πάντα, ὑγραίνειν καὶ ψύχειν τά τε σώματα τῶν ζώων, καὶ τὰ φυόμενα ἐκ τῆς γῆς, διὰ τάδε. ἀνάγκη ἐστὶ τὰ πνεύματα ταῦτα πάντα πνέειν, ἀπὸ χιόνος, καὶ κρυστάλλου, καὶ πάγων ἰσχυρῶν, καὶ ποταμῶν, καὶ λιμνέων, καὶ γῆς ὑγρανθείσης, καὶ ψυχρανθείσης. καὶ τὰ μὲν ἰσχυρότερα τῶν πνευμάτων, ἀπὸ μειζόνων καὶ ἰσχυροτέρων. τὰ δὲ ἀσθενέστερα ἀπὸ μειόνων καὶ ἀσθενεστέρων. ὥσπερ γὰρ καὶ τοῖσι ζώοισι πνεῦμα ἔνεστιν, οὕτως καὶ τοῖσιν ἄλλοισι πᾶσι. τοῖσι μὲν ἔλασσον πνεῦμα· τοῖσι δὲ κατὰ μέγεθος. φύσιν μὲν οὖν ἔχει ψύχειν καὶ ὑγραίνειν τὰ πνεύματα πάντα. διὰ θέσιν δὲ χωρίων καὶ τόπων, δι᾽ ὧν παραγίνεται τὰ πνεύματα ἐς τὰς χώρας ἑκάστας, διάφορα γίνεται ἀλλήλων· ψυχρότερα, θερμότερα, ὑγρότερα, ξηρότερα, νοσερώτερα, ὑγιεινότερα. τὴν δὲ αἰτίην ἑκάστου, ὧδε χρὴ γινώσκειν. ὁ μὲν βορέας, ψυχρὸς πνέει καὶ ὑγρὸς, ὅτι ὁρμᾶται ἀπὸ τοιουτέων χωρίων, πορεύεταί τε διὰ τῶν τοιούτων τόπων, ὡς ἵνας ὁ ἥλιος οὐχ ἐφέρπει, οὐδὲ ἀποξηραίνει τὸν ἀέρα, ἐκπίνων τὴν ἰκμάδα. ἔς τε παραγίνεται ἐπὶ τὴν οἰκουμένην, τὴν ἑωυτοῦ δύναμιν ἔχων, ἢν μὴ διὰ τὴν θέσιν τῆς χώρης διαφθείρηται. καὶ τοῖσι μὲν οἰκέουσιν ἔγγιστα, ψυχρότατος. τοῖσι δὲ προσωτάτω, ἥκιστα. ὁ δὲ νότος, πνέει μὲν ἀπὸ τῶν ὁμοίων τῇ φύσει, τῷ βορέᾳ. ἀπὸ γὰρ τοῦ νοτίου πόλου πνέων, ἀπὸ χιόνος πολλῆς, καὶ κρυστάλλου, καὶ πάγων ἰσχυρῶν ὁρμώμενος, τοῖσι μὲν ἐκεῖσε πλησίον αὐτοῦ οἰκοῦσιν, ἀνάγκη τοῖον πνέειν, οἷόσπερ ἐν ἡμῖν ὁ βορέας. ἐπὶ δὲ πᾶσαν χώρην, οὐκ ἔτι ὅμοιος παραγίνεται. διὰ γὰρ τὴν ἔφοδον τοῦ ἡλίου καὶ ἐπὶ τὴν μεσημβρίην πνέων, ἐκπίνεται τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ ἡλίου. ἀποξηραινόμενος γὰρ, ἀραιοῦται. διὸ ἀνάγκη θερμὸν αὐτὸν καὶ ξηρὸν ἐνθάδε παραγίνεσθαι. ἐν μὲν οὖν τοῖσιν ἔγγιστα χωρίοισιν, ἀνάγκη τοιαύτην δύναμιν ἀποδιδόναι θερμὴν καὶ ξηρὴν, καὶ ποιέει τοῦτο ἐν τῇ Λιβύῃ. τά τε φυόμενα ἐξαναίνεται, καὶ τοὺς ἀνθρώπους λανθάνει ἀποξηραίνων. ἅτε γὰρ οὐκ ἔχων, οὔτε ἐκ θαλάσσης ἰκμάδα λαβεῖν, οὔτε ἐκ ποταμοῦ, καὶ ἐκ τῶν ζώων καὶ τῶν φυομένων, ἐκπίνει τὸ ὑγρόν. ὁκόταν δὲ τὸ πέλαγος περαιώσῃ, ἅτε θερμὸς ὢν καὶ ἀραιὸς, πολλῆς ὑγρασίης ἐμπιπλᾶ τὴν χώρην ἐμπίπτων. ἀνάγκη δὲ τὸν νότον, θερμόν τε καὶ ὑγρὸν εἶναι, ὅκου μὴ τῶν χωρίων αἱ θέσιες αἴτιαι εἰσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἄλλων πνευμάτων αἱ δυνάμιες ἔχουσιν. κατὰ δὲ χώρας ἑκάστας, τὰ πνεύματα ὧδε ἔχει. τὰ μὲν ἐκ θαλάσσης πνεύματα ἐς τὰς χώρας ἐμπίπτοντα, ξηρότερά πως ἐστί. τὰ δὲ ἀπὸ χιόνος ἢ πάγων, ἢ λιμνέων, ἢ ποταμῶν, ἅπαντα ὑγραίνει καὶ ψύχει καὶ τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῶα. καὶ ὑγιείην τοῖς σώμασι παρέχει ὁκόσα μὴ ὑπερβάλλῃ ψυχρότητι. ταῦτα δὲ βλάπτει, διότι μεγάλας τὰς μεταβολὰς ἐν τοῖσι σώμασιν ἐμποιέει τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ. ταῦτα δὲ πάσχουσιν ὅσοι ἐν χωρίοις οἰκέουσιν ἑλώδεσι καὶ θερμοῖς, ἐγγὺς ποταμῶν ἰσχυρῶν. τὰ δὲ ἄλλα τῶν πνευμάτων ὁκόσα πνέει ἀπὸ τῶν προειρημένων, ὠφελέει, τόν τε ἠέρα καθαρὸν καὶ εἰλικρινέα παρέχοντα, καὶ τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ, ἰκμάδα διδόντα. ὁκόσα δὲ τῶν πνευμάτων κατὰ γῆν παραγίνεται, ξηρότερα ἀνάγκη εἶναι, ἀπό τε τοῦ ἡλίου ἀποξηραινόμενα, καὶ ἀπὸ τῆς γῆς. οὐκ ἔχοντα δὲ τροφὴν ὁκόθεν ἐπάγωνται, τὰ πνεύματα ἀπὸ τῶν ζώντων ἕλκοντα τὸ ὑγρὸν, βλάπτει καὶ τὰ φυτὰ, καὶ τὰ ζῶα πάντα. καὶ ὁκόσα ὑπὲρ τὰ ὄρεα καταλιπόντα παραγίνεται ἐς τὰς πόλιας, οὐ μόνον ξηραίνει, ἀλλὰ καὶ ταράσσει τὸ πνεῦμα, ὃ ἀναπνέομεν. καὶ τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων, ἐπινόσα ἐμποιέει.

φύσι

φύσιν μὲν οὖν καὶ δύναμιν ἑκάστων, οὕτω χρὴ γινώσκειν. ὅκως δὲ χρὴ πρὸς ἕκαστα προσφέρεσθαι, προϊόντι τῷ λόγῳ δηλώσω. Σιτίων δὲ καὶ πομάτων δύναμιν ἑκάστων, καὶ τὴν κατὰ φύσιν, καὶ τὴν διὰ τέχνης, ὧδε χρὴ γινώσκειν. ὅκόσοι μὲν οὖν καθόλου ἐπιχειρέουσιν εἰπεῖν, ἢ περὶ τῶν γλυκέων, ἢ λιπαρῶν, ἢ ἁλμυρῶν, ἢ περὶ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων τῆς δυνάμιος, οὐκ ὀρθῶς γινώσκουσιν. οὐ γὰρ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχουσιν, οὔτε τὰ γλυκέα ἀλλήλοισιν, οὔτε τὰ πικρὰ, οὔτε τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων οὐδέν. πολλὰ γὰρ τῶν τοιούτων, τὰ μὲν διαχωρέει, καὶ ἵστησι, καὶ ξηραίνει, καὶ ὑγραίνει. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. ἔστι δὲ ἃ καὶ στύφει καὶ διαχωρέεται καὶ οὐρέεται. τὰ δὲ οὐδ' ἕτερα τούτων. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν θερμαντικῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἄλλην ἄλλα δύναμιν ἔχει. περὶ μὲν οὖν ἁπάντων, οὐχ οἷόν τε δηλωθῆναι, ὁκοῖά ἐστι. καθ' ἕκαστα δὲ ἥν τινα δύναμιν ἔχει, διδάξω. Κριθαὶ φύσει μὲν, ψυχρὸν καὶ ξηρόν. ἔνι δὲ καὶ καθαρτικὸν, ἀπὸ τοῦ χυλοῦ τοῦ ἀχύρου. τεκμήριον δὲ, ἢν μὲν θέλῃς κριθὰς ἀπτίστους ἑψῆσαι, καθαίρει ὁ χυλὸς ἰσχυρῶς. ἢν δὲ ἐπτισμένας, ψύχει μᾶλλον καὶ ἵστησιν. ὁκόταν δὲ πυρωθῇ, τὸ μὲν ὑγρὸν καθαρτικὸν, ὑπὸ τοῦ πυρὸς οἴχεται, τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καταλείπεται. ὁκόσα δὲ δεῖ ψῦξαι καὶ ξηρῆναι, ἄλφιτα διαφορήσαντα ὧδε. Χρώμεθα μάζῃ παντοδαπῇ, δύναμιν δὲ ἔχει ἡ μάζα αὕτη, τοιήνδε. τὰ συγκομιστὰ ἄλευρα, τροφὴν μὲν ἔχει ἐλάσσω, διαχωρέει δὲ μᾶλλον. τὰ δὲ καθαρὰ, τροφιμώτερα, ἧσσον δὲ διαχωρέει. μάζα προσφυρηθεῖσα, ἄρτι ἄπεπτος, κούφη, καὶ διαχωρέει, καὶ ψύχει. ψύχει μὲν, ὅτι ψυχρῷ ὕδατι ὑγρὴ ἐγένετο. διαχωρέει δὲ, ὅτι ταχέως πέσσεται. κούφη δὲ, ὅτι πολλὴ τῆς τροφῆς μετὰ τοῦ πνεύματος ἔξω ἀποκρίνεται. στενοπόροι γὰρ αἱ διέξοδοι τῆς τροφῆς οὖσαι, ἄλλην ἐπιοῦσαν οὐ δέχονται. καὶ τὸ μὲν ξὺν τῷ πνεύματι λεπτυνόμενον ἀποκρίνεται ἔξω. τὸ δὲ αὐτοῦ ἐμμένον, φύσας ἐμποιέει. καὶ τὸ μὲν ἄνω ἐρυγγάνεται, τὸ δὲ κάτω ὑποχωρέει. πολλὴ οὖν τῆς τροφῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀποπνέεται. ἢν δὲ θέλῃς τὴν μάζαν εὐθέως φυρήσας διδόναι, ἡ τοιαύτη ξηραντική. ἅτε γὰρ τὸ ἄλφιτον ξηρὸν ἐὸν, καὶ ὑπὸ τοῦ ὕδατος διαβεβρεγμένον ἐμπεσὸν ἐς τὴν κοιλίην, ἕλκει ἐξ αὐτῆς τὸ ὑγρὸν, θερμὸν ἐόν. πέφυκε γὰρ τὸ μὲν θερμὸν, ψυχρὸν ἕλκειν. τὸ δὲ ψυχρὸν, θερμόν. ἀναλισκομένου δὲ τοῦ ὑγροῦ ἐκ τῆς κοιλίης, ἀνάγκη ξηραίνεσθαι. τοῦ δὲ ὕδατος, τοῦ σὺν τῇ μάζῃ ἐσελθόντος, ψύχει ἐπαγόμενον. ὁκόσα οὖν δεῖ ξηρῆναι ἢ ψῦξαι, ἢ διαρροίῃ χρώμενον, ἢ ἄλλῃ τινὶ θερμασίῃ τοιαύτῃ, μάζα διαφορήσαντα. ἢν δὲ ξηρὴ πεσσομένη, ξηραίνει μὲν οὐχ ὁμοίως, διὰ τὸ πεπιλῆσθαι ἰσχυρῶς. τροφὴν δὲ τῷ σώματι πλείστην δίδωσιν, ἅτε δὲ κατὰ μικρὸν τηκομένης δέχονται τροφὴν αἱ διέξοδοι. διαχωρέει μὲν οὖν βραδέως, φῦσαν δὲ οὐκ ἐμποιέει, οὐδὲ ἐρυγγάνεται. ἡ δὲ προσφυρηθεῖσα πεπισμένη, τρέφει μὲν ἧσσον, διαχωρέει δὲ, καὶ ἐμποιέει μᾶλλον φῦσαν. Κυκεὼν δὲ μόνον ἐφ' ὕδατι μὲν, ψύχει καὶ τρέφει. ἐπ' οἴνῳ δὲ, θερμαίνει καὶ τρέφει, καὶ ἵστησιν. ἐπὶ μέλιτι δὲ, θερμαίνει μὲν ἧσσον, καὶ τρέφει. διαχωρέει δὲ μᾶλλον, ἢν μὴ ἄκρητον ᾖ τὸ μέλι. ἢν δὲ ᾖ, οὐ διαχωρέει, ἀλλ' ἵστησιν. ἐπὶ δὲ γάλακτι, τρόφιμοι μὲν πάντες. ἀλλὰ τὸ μὲν οἴειον, ἵστησι, τὸ δὲ αἴγειον μᾶλλον διαχωρέει. τὸ βόειον ἧσσον. τὸ δὲ ἵππειον καὶ τὸ ὄνειον, μᾶλλον διαχωρέει.

Horum igitur cuiuſq; natura & facultas ad hūc modum cognoſcenda eſt. Quanam autē ratione ad ſingula ſe accōmodare oporteat, procedente oratione aperiam. At verò cibi & potionis cuiuſq; vim, tū eam quam habet à natura, tum eam, quæ ab arte proficiſcitur, ita cognoſcere oportet. Qui igitur in vniuerſum, vel de dulcium, vel pinguium, vel ſalſorum, vel alterius cuiuſdam eiuſmodi facultate dicere conati ſunt, ij non rectè ſentiunt. Neq; enim candē vim habent, nec dulcia inter ſe, neq; amara, neq; aliorum eiuſmodi quicquam. Horū enim multa & aluum deiiciunt, & ſiſtunt, & ſiccant, & humectant. Eodē modo in reliquis omnibus, quædam adſtringunt, & per alvum ſecedunt, & vrinas mouent. Sunt quæ horum neutrum faciunt. Ad hunc modū & ex calefacientibus, ac reliquis omnibus, alia aliam habent facultatē. Cùm igitur omnia qualianam ſint, declarari nō poſſint, quam quæque vim habeant, aperiam. Hordeum naturâ quidem frigidum & ſiccum. Ineſt & quiddam quod purget, ex palearum ſucco. Cuius rei hoc eſt indicium, quòd ſi hordeum cortice detracto minimè purgatū coquere velis, vehementer purgat is ſuccus. Quòd ſi corticem detraxeris, refrigerabit magis, aluumq; ſiſtet. Vbi verò toſtum fuerit, humor qui purgat igne decedit, frigiditas autē & ſiccitas remanet. Quòd ſi refrigeratione & ſiccitate opus ſit, idipſum in pollinem redactum efficiet. Maza cuiuſuis generis ſic vtimur, eamque hæc habet facultatem. Farinæ confuſaneę minùs quidem nutriunt, magis autem alvum deiiciunt. Puræ verò plus nutriunt, minus autē per alvum ſecedunt. Maza iam pridem ſubacta, conſperſa, minimè intrita, leuis eſt, alvū mouet, & refrigerat. Refrigerat quidem, quia frigida madefacta eſt, alvum verò mouet, quia citò coquitur. Leuis eſt, quòd multum alimenti cum flatu foras excernitur. Cùm enim alimenti viæ anguſtiores ſint, aliud quod ſuperadditur, non recipiunt, & pars quidem cum ſpiritu attenuata foras excernitur, pars verò, quæ intus remanet, flatū inducit, partimque per ſuperiora eructatur, partim etiā per inferiora demittitur. Multum itaq; alimentū è corpore expirat. Quod ſi mazā ſtatim vt ſubacta eſt, exhibere velis, ea ſiccandi vim habet, quòd nimirū farina cū ſicca exiſtat, atq; ita aqua irrigata, in ventriculū calida incidat, humorē ex ipſo trahi. Calidū ſiquidē frigidum, & frigidum calidum trahere ſolet. Ventriculi autem humore conſumpto, vt reſiccetur neceſſe eſt. Aqua verò quæ ſimul mazam ſubiit, inducta, refrigerat. Quæ igitur in alui profluuij, aut alterius eiuſmodi caliditatis profuſione, ſiccare aut refrigerare oportet, hæc maza efficiet. At ſicca, intrita, exiccat quidem, non æquè tamen, propterea quòd vehementer condenſata eſt, alimentum verò plurimum corpori impertit, cùm nimirum ſenſim eliquatæ alimentum viæ excipiant. Per aluum igitur modo demittitur, flatum tamen minimè excitat, neque ructus adfert. Quæ autem iampridem ſubacta & intrita eſt, nutrit quidem minùs, ſed alvum magis mouet & inflat. Cyceon ſolus aqua temperatus, refrigerat, & nutrit, cum vino autem calefacit & ſiſtit. Cum melle, minùs quidem calefacit & nutrit, magis verò alvum ſubducit, ſi mel ſincerum non fuerit, alioqui aluum non ciet, ſed ſiſtit. Cum lacte autem, omnes benè quidem nutriunt. veruntamen ouillum alvum ſiſtit, caprinum verò magis aluum ſubducit, bubulum minus, equinum & aſininum per alvum magis demittitur.

Triticum hordeo quidẽ eſt valentius & magis nutrit, minùs autẽ alvum ſubducit, tum ipſum, tũ ſuccus. Panis ex farina integra nec excuſſa, ſiccat & alvum ſubducit. Purus verò, plus quidem nutrit, minùs verò alvumdeiicit. Ex panibus autem, fermentatus quidem leuis eſt, & per alvũ ſecedit. Ac leuis quidẽ eſt, quoniã fermenti acore humidum cõſumptum eſt, quod in alimentũ tranſit. Secedit autẽ, quia citò coquitur. At non fermentatus, minùs quidẽ alvum deiicit, plus verò nutrit. Ex ſucco autem ſubactus, leuior eſt, abũde nutrit, & per alvum demittitur. Nutrit quidẽ, quia purus. Leuis verò eſt, quòd leuiſſimo ſubactus ſit & ab eodẽ fermentatus & toſtus. Per alvum autẽ ſecedit, quod dulci & alvum ſubducenti tritici parti cõmixtus ſit. Ex panibus item maximi plurimũ habent alimẽti, quòd humidũ ab igne minimè exuratur. Et furnacei panes magis nutriunt, quã qui in foco aut veru aſſati ſunt, quòd minùs ab igne exurantur. Teſtuacei verò & ſubcineritij, ſicciſſimi, hi quidem propter cinerem, illi verò propter teſtũ, humido exucto. Similaginei autẽ horum omniũ validiſſimi ſunt, multoq; magis qui ex alica parantur, & admodũ nutriunt, verùm nõ æquè ſubducũt. Farina pura ex aqua pota refrigerat, & lotura farinæ aqua maceratæ & ſubactæ igne cocta. Furfurũ ſuccus coctus, leuis, alvum ſubducit. At farinæ ex lacte exhibitæ, propter ſerum magis per alvũ ſecedũt, quàm quæ ex aqua, præcipueq; ſi cũ alvum deiicientibus miſceantur. Quæ verò cũ melle aut oleo incoquuntur aut aſſantur omnes æſtũ & ructũ excitant. Ructũ quidẽ, quòd cùm multum alimẽtum exhibeant, per alvum minimè ſecedunt. Æſtum verò, quòd cùm pingues & dulces exiſtant, & inter ſe cõueniãt, neq; eiuſdẽ cocturæ indigeãt, in eodẽ ſunt. Similago & alica cocta, validũ & multũ alimẽtũ exhibent, non tamẽ per alvũ ſecedunt. Tragus ſiue olyra, tritico leuior, & quæ ex ea cõficiuntur, his ſimiliter quæ ex tritico parantur, magis tamen per alvum ſecedunt. Auena in cibo & ſorbitione ſumpta, humectat & refrigerat. Recentes farinæ craſſiores & tenuiores, vetuſtis ſicciores, quòd igni & operationi viciniores exiſtunt. Quæ ibi vetuſtæ ſunt, calor expirat, frigiditas verò inducitur. Panes calidi quidẽ ſiccant, frigidi verò minùs, gracilitatẽ tamẽ quandã inferunt. Fabæ alimentũ quoddam alvum ſiſtens & flatuoſum exhibent. Flatuoſum quidẽ, quoniã meatus aliud ſuperingeſtũ alimentum nõ excipiunt. Alvum autẽ ſiſtens, quoniã totam alimenti fecem cõtinet. Piſa minus quidem inflant, magis alvum deiiciunt. Eruilia & phaſeoli his magis alvum deiiciunt, minùs inflant, & probè nutriunt. Cicer album alvum & vrinã mouet, & nutrit. Nutrit quidem quod carnoſum eſt, dulce per vrinã redditur, ſalſuginoſum per alvum demittitur. Milij grana & farinę ſiccant, & alvum ſiſtũt, & cum ficubus vehementibus doloribus ſuccurrunt. Milium autẽ coctum nutrit, minimè tamen per alvũ ſecedit. Lentes æſtuoſæ ſunt & turbant, & neq; alvũ deiiciunt, neq; ſiſtunt. Eruum alvum ſiſtit & validum eſt, incraſſat, explet, & bonũ colorem homini conciliat. Lini ſemen in cibo ſumptum, alvum ſiſtit & aliquantulum, refrigerat. Hormini ſemen eadem, quæ lini ſemen efficit. Lupini natura validi & calidi, præparatione tamen leuiores & frigidiores euadunt, & per alvum ſecedunt. Irio humectat & alvum deiicit. Cucumeris ſemen, vrinam magis quàm alvum mouet, implet autẽ & incraſſat. Aluo quidẽ ſecedit propter exterius putamẽ, carne verò implet & incraſſat.

πυροὶ, ἰσχυρότεροι κριθῶν καὶ τροφιμώτεροι. διαχωρέουσι δὲ ἧσσον, καὶ αὐτοὶ καὶ ὁ χυλός. ἄρτος δὲ ὁ μὲν συγκομιστὸς ξηραίνει καὶ διαχωρέει. ὁ δὲ καθαρὸς, τρέφει μὲν μᾶλλον, διαχωρέει δὲ ἧσσον. αὐτῶν δὲ τῶν ἄρτων ὁ μὲν ζυμίτης, κοῦφος καὶ διαχωρέει. καὶ κοῦφος μέν ἐστιν, ὅτι ἀπὸ τῆς ζύμης τοῦ ὀξέος, τοὐγρὸν προανάλωται, ὅπερ ἐστὶν ἡ τροφή. διαχωρέει δὲ, ὅτι ταχέως πέσσεται. ὁ δὲ ἄζυμος, διαχωρέει μὲν ἧσσον, τρέφει δὲ μᾶλλον. ὁ δὲ τῷ χυλῷ πεφυρημένος, κουφότερος, καὶ τρέφει ἱκανῶς, καὶ διαχωρέει. τρέφει μὲν, ὅτι καθαρός. κοῦφος δέ ἐστιν, ὅτι τῷ κουφοτάτῳ πεφύρηται καὶ ἐζύμωται ὑπὸ τούτου καὶ πεπύρωται. διαχωρέει δὲ, ὅτι τῷ γλυκεῖ καὶ διαχωρητικῷ τοῦ πυροῦ συμμέμικται. αὐτῶν δὲ τῶν ἄρτων οἱ μέγιστοι, τροφιμώτατοι. διότι ἥκιστα ἐκκαίονται ὑπὸ τοῦ πυρὸς, τὸ ὑγρόν. [16] καὶ οἱ ἰπνῖται ἄρτοι, τροφιμώτεροι τῶν ἐσχαρειτῶν καὶ ὀβελιέων, διότι ἧσσον ἐκκαίονται ὑπὸ τοῦ πυρός. οἱ δὲ κλιβανῖται καὶ οἱ ἐγκρυφίαι, ξηρότατοι. οἱ μὲν διὰ τὴν σποδὸν, οἱ δὲ διὰ τὸ ὄστρακον, ἐκπινόμενοι τὸ ὑγρόν. οἱ δὲ σεμιδαλῖται, ἰσχυρότατοι πάντων τούτων. ἔτι δὲ μᾶλλον καὶ οἱ ἐκ τοῦ χόνδρου, καὶ τρόφιμοι σφόδρα, [17] πλὴν οὐ διαχωρέουσιν ὁμοίως. ἄλητον καθαρὸν πινόμενον ἐν ὕδατι, ψύχει. [18] καὶ πλύμα σταιτὸς ἐπὶ πυρί. πιτύρων χυμὸς ἑφθὸς, κοῦφος, διαχωρέει. τὰ δὲ ἐν γάλακτι διδόμενα ἄλητα, διαχωρέει μᾶλλον ἢ ἐν τῷ ὕδατι, διὰ τὸν ὀρρὸν, καὶ μάλιστα ἐν τοῖσι διαχωρητικοῖσιν. ὁκόσα δὲ ξὺν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ ἕψεται ἢ ὀπτῆται τῶν ἀλήτων, πάντα καυσώδεα, καὶ ἐρευγμώδεα. ἐρευγμώδεα μὲν, ὅτι τρόφιμα ἐόντα, οὐ διαχωρητικά ἐστι. καυσώδεα δὲ, διότι λιπαρὰ ἐόντα καὶ γλυκέα, [19] καὶ ξύμφορα ἀλλήλοισιν, οὐ τῆς αὐτῆς καθεψήσιος δεόμενα, ἐν τῷ αὐτῷ ἐστί. σεμίδαλις καὶ χόνδρος ἑφθὸς, ἰσχυρὰ καὶ τρόφιμα, οὐ μέντοι διαχωρέει. ἡ τίφη, κουφοτέρα πυρῶν, [20] καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς γινόμενα ὁμοίως ἐκ τῶν πυρῶν, καὶ διαχωρητικὰ μᾶλλον. ὁ βρόμος, ὑγραίνει καὶ ψύχει ἐσθιόμενος, καὶ ῥόφημα γινόμενος. τὰ πρόσφατα ἄλφιτα καὶ ἄλητα, ξηρότερα τῶν παλαιῶν, ὅτι ἐγγύτερον τοῦ πυρὸς καὶ τῆς ἐργασίης ἐστί. παλαιούμενα δὲ, τὸ μὲν θερμὸν ἐκπνέει, τὸ δὲ ψυχρὸν ἐπάγεται. ἄρτοι θερμοὶ μὲν ξηραίνουσι, ψυχροὶ δὲ ἧσσον. ἰσχνασίην δέ τινα παρέχουσι. κύαμοι, τρόφιμόν τι, καὶ στατικὸν, καὶ φυσῶδες. φυσῶδες μὲν, ὅτι οὐ δέχονται οἱ πόροι τὴν τροφὴν ἀλέην ἐπιοῦσαν. στάσιμον δὲ, ὅτι ὀλίγην ἔχει τὴν ὑπόστασιν τῆς τροφῆς. οἱ πισοὶ, φυσῶσι μὲν ἧσσον, διαχωρέουσι δὲ μᾶλλον. [21] ὦχροι δὲ καὶ δόλιχοι, διαχωρητικώτεροι τουτέων. ἧσσον δὲ φυσώδεα, τρόφιμα δέ. ἐρέβινθοι λευκοὶ, διαχωρέουσι, καὶ οὐρέονται, καὶ τρέφουσι. τρέφει μὲν, τὸ σαρκῶδες. οὐρέεται δὲ, τὸ γλυκύ. διαχωρέεται δὲ, τὸ ἁλμυρόν. κέγχρων χόνδροι, [22] κυβήλια, ξηρὰ καὶ στάσιμα [23] μετὰ σύκων ἰσχυρὰ τοῖσι πόνοισι. αὐτοὶ δὲ οἱ κέγχροι ἑφθοὶ τρόφιμοι, οὐ μέντοι διαχωρέουσι. φακοὶ δὲ καυσώδεες [24] καὶ ταρακτικοὶ, καὶ οὔτε διαχωρέει, οὔθ' ἵστησιν. ὄροβοι, στάσιμοι καὶ ἰσχυροὶ, καὶ παχύνουσι καὶ πληροῦσι, καὶ εὔχροον ποιέει τὸν ἄνθρωπον. λίνου καρπὸς ἐσθιόμενος, στάσιμον ἔχει δέ τι καὶ ψυκτικόν. ὁρμίνου καρπὸς, παραπλήσια τῷ λίνῳ διαπρήσσεται. θέρμοι, φύσει μὲν ἰσχυροὶ καὶ θερμοί. διὰ δὲ τὴν ἐργασίην, κουφότεροι καὶ ψυκτικώτεροί ἐστι, καὶ διαχωρέει. ἐρύσιμον ὑγραίνει καὶ διαχωρέει. σικύου σπέρμα, διουρέεται μᾶλλον, ἢ διαχωρέει. πληροῖ δὲ καὶ παχύνει. διαχωρέει μὲν, διὰ τὸ ἄχυρον τὸ ἔξω. πληροῖ δὲ καὶ παχύνει δὲ, διὰ τὴν σάρκα.

πεπλυ-

πολυλιπαίνει δὲ διαχωρέει μὲν, ἧσσον δὲ παχύνει δὲ καὶ πληροῖ μᾶλλον.[25] ὑγραίνει δὲ καὶ καίει διότι λιπαρὸς καὶ πίων. κνῆκος διαχωρέει. μήκων στάσιμον, μᾶλλον δὲ ἡ μέλαινα μήκων, ἀτὰρ καὶ ἡ λευκή. τρόφιμον δὲ καὶ ἰσχυρόν. τουτέων δὲ ἁπάντων, οἱ χυμοὶ[26] τῆς σαρκὸς διαχωρητικοί.[27] δεῖ οὖν ἐργασίῃ φυλάσσειν. ὅσα μὲν βούλει ξηραίνειν, τοὺς χυμοὺς ἀφαιρέοντα, τῇ σαρκὶ χρέεσθαι. ὅσα δὲ διαχωρέειν, τῷ μὲν χυμῷ πλείονι, τῇ σαρκὶ ἐλάσσονι, καὶ διυγροτέρῃ. περὶ δὲ ζώων τῶν ἐσθιομένων, ὧδε χρὴ γινώσκειν. βόεια κρέα, ἰσχυρὰ καὶ στάσιμα, καὶ δύσπεπτα τῇσι κοιλίῃσι. διότι παχύαιμον, καὶ πολύαιμόν ἐστι τοῦτο τὸ ζῶον.[28] καὶ τὰ κρέα βαρέα ἐς τὸ σῶμα καὶ αὐταὶ αἱ σάρκες. καὶ τὸ αἷμα καὶ τὸ γάλα. ὅσων δὲ τὸ γάλα λεπτὸν, καὶ τὸ αἷμα ὅμοιον, καὶ αἱ σάρκες παραπλήσιοι. τὰ δ᾽ αἴγεια κρέα, κουφότερα τουτέων, καὶ διαχωρέει μᾶλλον. τὰ δὲ ὕεια, ἰσχὺν μὲν τῷ σώματι ἐμποιέει μᾶλλον τουτέων. διαχωρέει δὲ ἱκανῶς, διότι λεπτὰς τὰς φλέβας ἔχει καὶ ὀλιγαίμους, σάρκας δὲ πολλάς. τὰ δὲ ἄρνεια, κουφότερα τῶν οἰέων, καὶ τὰ ἐρίφεια τῶν αἰγείων, διότι ἀναιμότερα καὶ ὑγρότερα. ξηρὰ γὰρ καὶ ἰσχυρὰ φύσει ὄντα τὰ ζῶα, ὁκόταν μὲν ἁπαλὰ ᾖ, διαχωρέει. ὁκόταν δὲ αὐξηθῇ, οὐχ ὁμοίως. καὶ τὰ μόσχεια τῶν βοείων ὡσαύτως. τὰ δὲ χοίρεια τῶν συείων, βαρύτερα. φύσει γὰρ ἔνσαρκον ὂν τὸ ζῶον, καὶ ἄναιμον,[29] ὑπερβολὴν ὑγρασίης ἔχει ἕως ἂν νέον ᾖ. ὁκόταν οὖν πόροι μὴ δέχωνται τὴν τροφὴν ἐπιοῦσαν, ἐμμένουσα θερμαίνει καὶ ταράσσει τὴν κοιλίην. τὰ δὲ ὄνεια, διαχωρέει, καὶ τῶν πώλων ἔτι μᾶλλον, καὶ τὰ ἵππεια κουφότερα. κύνεια δὲ, θερμαίνει, καὶ ξηραίνει, καὶ ἰσχὺν ἐμποιέει. οὐ μέντοι διαχωρέει. σκυλάκια δὲ ὑγραίνει καὶ διαχωρέει. συὸς ἀγρίου, ξηραίνει καὶ ἰσχὺν παρέχει, καὶ διαχωρέει. ἐλάφου δὲ ξηραίνει. ἧσσον δὲ, διαχωρέει. οὐρέεται δὲ μᾶλλον. λαγῶα, ξηρὰ καὶ στάσιμα, οὐρητικὰ δέ τινα. ἀλωπέκων δὲ[30] ὑγρότερα καὶ ἐχίνων χερσαίων, οὐρητικὰ. ὑγραίνει δέ. περὶ δὲ ὀρνίθων, ὧδε ἔχει. σχεδὸν πάντα τὰ ὄρνιθα, ξηρότερα ἢ τὰ τετράποδα. ὅσα γὰρ κύστιν οὐκ ἔχει, οὔτε οὐρέει, οὔτε σιαλοχοέει, πάντως ξηρά. διὰ γὰρ θερμότητα τῆς κοιλίης, ἀναλίσκεται τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ σώματος ἐς τὴν τροφὴν τοῦ θερμοῦ, ὥστε οὔτε οὐρέεται, οὔτε σιαλοχοέει. ὅτῳ δὲ μὴ ἔνεισι τοιαῦται ὑγρασίαι, ξηραίνειν ἀνάγκη.[31] ξηρότατον μὲν οὖν κρέας, φάσσης. δεύτερον, περιστερῆς. τρίτον, πέρδικος, καὶ ἀλεκτρυόνος, καὶ τρυγόνος. ὑγρότατον δὲ, χηνός. ὅσα δὲ σπερμολογέει, ξηρότερα τῶν ἑτέρων. νήσσης δὲ καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα ἐν ἕλεσι διαιτῆται, ἢ ἐν ὕδασι, πάντα ὑγρά. τῶν δὲ ἰχθύων, ξηρότατοι μὲν οἵδε, σκορπίος. δράκων. καλλιώνυμος. κόκκυξ. γλαῦκος. πέρκη. θρίσσα. κοῦφοι δὲ οἱ πετραῖοι σχεδόν τι πάντες. οἷον κίχλη. φυκίς. ἐλεφιτίς. κωβιός. οἱ τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ προειρημένοι, κουφότεροι τῶν πλανητῶν· ἀτρεμίζοντες γὰρ ἀραιὴν τὴν σάρκα καὶ κούφην ἔχουσιν. οἱ δὲ πλανῆται καὶ κυματοπλῆγες τετρυμμένοι τῷ πόνῳ, στερεωτέρην τὴν σάρκα ἔχουσι, νάρκαι δὲ καὶ ῥῖναι, καὶ ψῆτται, καὶ τὰ τοιαῦτα ὡς ἐλαφρότερα. ὅσοι δὲ τῶν ἰχθύων ἐν τοῖσι πηλώδεσι καὶ ὑδρηλοῖσι χωρίοισι τὰς τροφὰς ἔχουσιν, οἷον κέφαλοι. κεστρέες. ἐγχέλυες. καὶ οἱ λοιποὶ τοιοῦτοι, βαρύτεροι, διότι ἀπὸ τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ πηλοῦ, καὶ τῶν ἐν τουτέοισι φυομένων, τὰς τροφὰς ἔχουσιν, ἀφ᾽ ὅτων καὶ τὸ πνεῦμα ἐσιὸν ἐς τὸν ἄνθρωπον, βλάπτει καὶ βαρύνει. οἱ δὲ ποτάμιοι καὶ λιμναῖοι, ἔτι βαρύτεροι τουτέων.

Lotum verò alvum minùs deiicit, incraſſat autem & explet magis, humectat verò & vrit, quia pingue & oleoſum. Cnicus autem deiicit. Papauer ſiſtit, idq; nigrum præſtat magis, quod etiā album facit, potenter autē nutrit. Horū omniū ſuccus magis, quàm caro alvum mouet. Hæc igitur in præparatione adhibenda cautio, vt in quibus ſiccare velis, in iis ſucco detracto carne vtaris, in quib. verò alvum mouere, ſucco plurimo, & carne pauciore, ac bene ſucculenta. De animalibus autē, quæ in cibū veniūt, ſic ſentiendū. Carnes bubulæ validæ ſunt, & aluū ſiſtunt, nec facilè in ventriculis concoquuntur, quoniā craſſi & multi ſanguinis eſt hoc animal. Et carnes ore ſumptæ graues ſunt, eædemq;, & ſanguis & lac. Quorū autē animalium lac tenue eſt, & ſanguis ſimiliter, eorum quoq; carnes cōſimiles exiſtunt. Caprinæ carnes his leuiores ſunt, & magis alvum deiiciunt. Suillæ, his quidem magis corpus roborant, & abundè alvum deiiciunt, propterea quòd tenues, paucumq; ſanguinē continētes venas hoc animal habet, multā verò carnem. Agninæ ouillis ſunt leuiores, & hœdinæ caprinis, quia exangues magis & humidæ. Sicca enim & valida natura animantia, cùm quidem tenera ſunt, per alvum ſecedunt, cum verò adoleuerint, non item. Vitulinæ carnes ad bubulas eodē ſe habent modo. At porcellorū carnes ſuillis ſunt grauiores. Hoc enim animal natura carnoſum & exangue, quandiu tenellū eſt ſuperabundantē habet humiditatem. Cum ergo ſuperingeſtū alimentū meatus non ſuſcipiant, id quod remanet, vētrem calefacit & turbat. Carnes aſininę per alvū ſecedunt, ſed pullorū præſertim, & equinæ ſunt leuiores. Caninę calefaciunt & ſiccant, roburq; inferunt, non tamē per alvū ſecedunt. Catulinæ verò humectāt, & alvū deiiciūt. Syluestris ſuis caro ſiccat, robur affert, & alvū deiicit. Cerui ſiccat, & min⁹ alvū deiicit, magis autē vrinā prouocat. Leporina ſicca eſt, & alvū moratur. Vrinā tamē quodāmodo ciet. Vulpina humidior eſt. Erinaceorū terreſtriū carnes vrinā prouocāt, & humidiores ſunt. At verò de volucrib⁹ ſic ſe res habet. Omnia ferè volucrū genera quadrupedib. ſicciora exiſtūt. Nā quæ veſicā nō habent, neq; vrinā reddūt, neq; ſaliuā fundūt prorſus ſicca ſunt. Ventris enim caliditate, corporis humiditas in caloris alimētū abſumitur, atq; iccirco neq; vrinā reddūt, neq; ſaliuā fundunt. Cui autē eiuſmodi humiditates deſunt, id ipſum ſiccare neceſſe eſt. Palūbis igitur caro ſicciſſima, deinde columbę, tertio loco perdicis, & galli, ac turturis, anſeris verò, maximè humida. Quæ autē ſemina legūt, prioribus ſicciores ſunt. Anatis verò carnes, & reliquatū auium quę in paludib⁹ aut aquis degunt, omnes humidæ exiſtunt. Ex piſcibus ſicciſſimi quidē ſcorpius, draco, callionymus, cuculus, glaucus, perca, thriſſa. Leues verò, ſaxatiles ferè omnes, velut turdus, phycis, elephitis, gobio. Hi omnes & prædicti, erronibus leuiores ſunt. Cum enim quieſcant, rarā & leuem carnem habent. Errones autem & vndas verberantes, laboribus attriti, ſolidiorē carnem obtinēt. Torpedines & ſquatinæ, ac rhombi, & eiuſcemodi, leuiores ſunt. Qui verò piſces cœnoſis & aquoſis locis cibū capiunt, velut capitones, mugiles, anguillæ, & reliqui id genus, grauiores exiſtunt, quod ab aqua & luto, & his quæ illic producuntur, nutriūtur, ex quib. etiā ſpiritus hauſtus hominem lædit & aggrauat. Fluuiatiles autem & lacuſtres, his etiam grauiores ſunt.

Polybi verò & ſepiæ,atq; eiuſmodi,neq; leues ſunt.vt videntur,neq; alvum deiiciunt,iccircoq; ſi edantur, oculos grauant,illorũ tamen ius alvum mouet.Conchylia verò velut pinnæ,purpuræ, patellæ, buccinæ, oſtrea,ea quidẽ ſicca ſunt, horum autẽ ſucci alvum mouent.Mytuli,pectines & telinæ,his magis per alvum ſecedũt.Vrticæ & qui cartilaginei ſunt generis, maximè humectant & alvum deiiciunt. Erinaciorũ oua,& locuſtarum humor,muſculi,vrſi, cancri, præſertim fluuiatiles,ſed & marini,alvum mouent,& vrinam prouocant.Sale condîti ſiccant & attenuát,plęriq; etiá leniter alvum deiiciunt. Ex ſalitis ſicciſſimi quidẽ marini,deinde fluuiatiles, paluſtres, maximè humidi.Inter ſalę conditos piſces,qui percę nominátur,potenter ſiccant. Ex cicuratis autẽ animalibus, quæ in ſyluis & agris paſcuntur,iis quæ domi nutriũtur,ſunt ſicciora,quia laborando à Sole & frigore reſiccantur,& ſicciore ſpiritu nutriuntur.Fera etiá animalia manſuetis ſicciora,& crudiuora,queq; ſyluarũ materia paſcuntur,& quę parũ edunt, multũ edentibus ſicciora,quæq; fœno ad paſtum vtuntur, iis quæ herbis,item quæ fructus edunt,iis quæ minimè fructibus victitát,quæq; parum bibunt,iis quæ multum, & quę multo ſanguine abundant,exanguibus & paucum ſanguinem habentibus,& quæ in ætatis vigore ſunt cõſtituta,potiùs quàm admodum vetuſta & iuuencula,& maſcula quàm fœminea,& caſtrata,quàm non caſtrata,nigra quàm alba,& hirſuta quàm nuda. His verò cõtraria,humidiora. Animalium autẽ ipſorum carnes validiſſimæ quidẽ,quæ optimè laborant, & ſanguine abundant,& ſupra quas recumbunt. Leuiſſimæ verò,quæ minimè laborant, & in vmbra latent,& in intimis animalis partibus ſitæ ſunt. Exanguium autẽ validiſſimæ,cerebrum & medulla.Leuiſſimæ quæ ſunt in ventre inferiore,muſculi, pectines, pedes. Piſciũ ſicciſſimæ ſunt partes ſuperiores, leuiſſimæ ventris inferioris, & capita humidiora, propter pinguedinẽ & cerebrum. Volucrũ oua validũ quid, & nutriens,& inflans habent.Validum quidẽ,quoniá animalis generationẽ cõtinent. Nutriens verò,quòd hoc in pullo lactis rationẽ habeat.Inflans autem,quia ex parua mole in multá diffundantur.Caſeus validus eſt,æſtuoſus,& alit.Validus quidẽ,quod generationi ſit proximus.Alit verò, quia lactis carnoſa pars in eo remanet.Æſtuoſus eſt,quia pinguis. Alvũ aut ſiſtit, quia ex ſucco & coagulo cõſtat.Aqua refrigerat. Vinũ calidũ & ſiccũ,habet & purgás quiddá à materia. Vina nigra & auſtera,ſicciora ſunt, neq; per alvũ ſecedunt,neq; vriná aut ſputũ mouent,ſed corporis humiditatẽ abſumendo,ſiccant & caliditatẽ inferunt. Mollia,nigra,humidiora ſunt, & flatus excitát, alvũque magis deiiciũt.Dulcia nigra,humidiora ſunt,calefaciunt autẽ & inflant,cùm humiditatẽ inducunt. Alba verò & auſtera calefaciunt, magis autem vriná mouent,quá alvum deiiciant. Vina recentia aluum magis mouent,quòd muſto ſint propiora, & nutriũt, item odora magis quá inodora eiuſdẽ ætatis,quia faciliùs cõcoquuntur.& craſſa quàm tenuia. At tenuia dulcia vriná magis & alvũ mouent, corpuſq; humectát,& ſanguinem imbecillum reddunt, cùm aduerſarium corpori ſanguinem augeant. Muſtum flatum mouet,& ſubducit, turbationemq; in ventre ſuo feruore excitat,alvumq; deiicit.Flatum quidem mouet, quod calefaciat,è corpore aũt ſubducit,quia purgat,

πολύποδες δὲ καὶ σηπίαι καὶ τὰ τοιαῦτα, οὔτε κοῦφα ὥς δοκέει ἐστὶν, οὔτε διαχωρητικὰ, διὸ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς βαρύνουσιν ἐσθιόμενοι, πλὴν οἱ ζωμοὶ τουτέων, διαχωρέουσι. τὰ δὲ κογχύλια οἷον πῖνναι. πορφύραι. λεπάδες. κήρυκες. ὄστρεα. αὐτὰ μὲν ξηραίνει. οἱ δὲ χυμοὶ τούτων διαχωρητικοί. μύες δὲ καὶ κτένες, καὶ τελλίναι τουτέων μᾶλλον διαχωρέουσιν. αἱ δὲ κνίδαι μάλιστα καὶ τὰ σελάχεα, ὑγραίνει καὶ διαχωρέει. τῶν δὲ ἐχίνων τὰ ὠὰ, καὶ τὸ ὑγρὸν καράβου. μύες. καὶ ἄρκοι. καὶ καρκίνοι, μᾶλλον μὲν οἱ ποτάμιοι, ἀτὰρ καὶ οἱ θαλάσσιοι διαχωρέει, καὶ οὐρέεται. Οἱ τάριχοι, ξηραίνουσι καὶ ἰσχναίνουσι. τὰ δὲ πλείονα, καὶ διαχωρέει ἐπιεικῶς. ξηρότατοι μὲν τῶν ταρίχων, οἱ θαλάσσιοι. δεύτεροι, οἱ ποτάμιοι. ὑγρότατοι δὲ, οἱ λιμναῖοι. αὐτέων δὲ τῶν ταρίχων, οἱ λεγόμενοι πέρκαι ἰχθύες, ἰσχυρῶς ξηρότεροι. Τῶν δὲ ζώων τῶν τιθασσῶν, τὰ ἐλόνομα καὶ ἀγρόνομα τῶν ἔνδον τρεφομένων ξηρότερα. ὅτι πονοῦντα ξηραίνεται, καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου, καὶ ὑπὸ τοῦ ψύχους, καὶ τῷ πνεύματι ξηροτέρῳ τρέφεται. τὰ δὲ ἄγρια τῶν ἡμέρων, ξηρότερα. καὶ τὰ ὠμοφάγα καὶ τὰ ὑλοφάγα. καὶ τὰ ὀλιγοφάγα τῶν πολυφάγων" καὶ τὰ καρποφάγα, τῶν ποηφάγων. καὶ τὰ καρποφάγα, τῶν μὴ καρποφάγων. καὶ τὰ ὀλιγόποτα, τῶν πολυπότων. καὶ τὰ πολύαιμα, τῶν ἀναίμων, καὶ ὀλιγαίμων, καὶ τὰ ἀκμάζοντα μᾶλλον, ἢ τὰ λίην παλαιὰ καὶ τὰ νέα. καὶ τὰ ἄρσενα, τῶν θηλειῶν. καὶ τὰ ἄνορχα, τῶν ἐνόρχων. καὶ τὰ μέλανα, τῶν λευκῶν. καὶ τὰ δασέα, τῶν ψιλῶν. τὰ δ' ἐναντία, ὑγρότερα. αὐτῶν δὲ τῶν ζώων, ἰσχυρότεραι μὲν αἱ σάρκες αἱ κάλλιστα πονοῦσαι καὶ εὐαιμόταται" ἐν οἷσι κατακλίνεται. κουφόταται δὲ τῶν σαρκῶν, καὶ ἥκιστα πονοῦσαι, καὶ ἐν τῇ σκιῇ, καὶ ὅσαι ἔσω εἰσὶ τοῦ ζώου. τῶν δὲ ἀναίμων, ἐγκέφαλος καὶ μυελὸς, ἰσχυρότατα." κουφότατα δὲ τὰ ὑπογάστρια. μύες. κτένες. πόδες. τῶν δὲ ἰχθύων, ξηρότατα ἐστὶ τὰ ἄνω. κουφότατα δὲ, τὰ ὑπογάστρια. καὶ κεφαλαὶ ὑγρότεραι, διὰ τὴν πιμελὴν καὶ τὸν ἐγκέφαλον. Τὰ ὠὰ δὲ ὀρνίθων, ἰσχυρὸν μέν τι ἔχουσι καὶ τρόφιμον. καὶ φυσῶδες ἰσχυρὸν μὲν, ὅτι γένεσις ἐστὶ ζώου. τρόφιμον δὲ, ὅτι γάλα ἐστὶ τοῦ νεοττοῦ. φυσῶδες δὲ ὅτι ἐκ μικροῦ ὄγκου εἰς πολὺ διαχέεται. ὁ τυρὸς, ἰσχυρὸν καὶ καυσῶδες. καὶ τρόφιμον. ἰσχυρὸν μὲν ὅτι ἔγγιστα γενέσιος. τρόφιμον δὲ, ὅτι τοῦ γάλακτος τὸ σαρκῶδες ἐστὶν ὑπόλοιπον καυσῶδες δὲ, ὅτι λιπαρόν, στάσιμον δὲ, ὅτι ὀπῷ, καὶ πιτύῃ ξυνέστηκεν. Ὕδωρ, ψυκτικόν. Οἶνος, θερμὸν καὶ ξηρόν. ἔχει δέ τι καὶ καθαρτικὸν ἀπὸ τῆς ὕλης. τῶν δὲ οἴνων οἱ μέλανες, καὶ αὐστηροὶ, ξηρότεροι καὶ οὐ διαχωρέουσιν οὔτε οὐρέονται, οὔτε πτύουσι. ξηραίνουσι δὲ καὶ τὴν θερμασίην, τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ σώματος καταναλίσκοντες. οἱ δὲ μαλακοὶ μέλανες, ὑγρότεροι, καὶ φυσῶσι, καὶ διαχωρέουσι μᾶλλον. οἱ δὲ γλυκέες μέλανες, ὑγρότεροι. θερμαίνουσι δὲ καὶ φυσῶσιν, ὑγρασίην ἐμποιεῦντες. οἱ δὲ λευκοὶ καὶ αὐστηροὶ, θερμαίνουσι, οὐρέονται δὲ μᾶλλον, ἢ διαχωρέουσι. οἱ νέοι μᾶλλον τῶν οἴνων διαχωρέουσιν, διότι ἐγγυτέρω τοῦ γλεύκεός εἰσι καὶ τρόφιμοι. καὶ οἱ ὄζοντες, τῶν ἀόσμων τῆς αὐτῆς ἡλικίης, διότι εὐπεπτότεροί εἰσι. καὶ οἱ παχέες τῶν λεπτῶν. Οἱ δὲ λεπτοὶ γλυκέες, οὐρέονται μᾶλλον καὶ διαχωρέουσι καὶ ὑγραίνουσι τὸ σῶμα. καὶ τὸ αἷμα ἀσθενὲς ποιέουσιν. αὔξοντες δὲ τὸ ἀντίπαλον τοῦ σώματος αἷμα ἐν τῷ σώματι. Γλεῦκος φυσᾷ, καὶ ὑπάγει, καὶ ἐκταράσσει ζέον ἐν τῇ κοιλίῃ, καὶ διαχωρέει. φυσᾷ μὲν, ὅτι θερμαίνει. ὑπάγει δὲ ἐκ τοῦ σώματος, ὅτι καθαίρει.

ταράσσει

ταράσσει δὲ, ζέον ἐν τῇ κοιλίῃ καὶ διαχωρεῖ. Οἱ ὀξώδεες οἶνοι, ψύχουσιν ἰσχναίνουσι καὶ ὑγραίνουσι. ψύχουσι μὲν καὶ ἰσχναίνουσι, κενοῦσιν τὸ ὑγρὸν ἀπὸ τοῦ σώματος ποιεύμενοι. ὑγραίνουσι δὲ, ἀπὸ τοῦ ἐσιόντος ὕδατος σὺν τῷ οἴνῳ. Ὄξος ψυκτικόν. διότι τῆκον τὸ ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι καταναλίσκει. ἵστησι δὲ μᾶλλον ἢ διαχωρεῖ διότι οὐ τρόφιμον καὶ δριμύ. Ἕψημα θερμαίνει, καὶ ὑγραίνει, καὶ ὑπάγει. θερμαίνει μὲν, ὅτι οἰνῶδες, ὑγραίνει δὲ, ὅτι τρόφιμον. ὑπάγει δὲ, ὅτι γλυκύ.[37] Αἱ τρύγες στεμφυλίτιδες, ὑγραίνουσι καὶ ὑπάγουσι καὶ φυσῶσι, διότι καὶ ὁ γλεῦκος τὸ αὐτὸ ποιεῖ. Μέλι θερμὸν καὶ ξηρὸν, ἄκρητον. σὺν ὕδατι δὲ, ὑγραίνει. καὶ διαχωρεῖ τοῖσι χολώδεσι, τοῖσι δὲ φλεγματώδεσιν, ἵστησιν. Ὁ δὲ γλυκὺς οἶνος, διαχωρεῖ μᾶλλον τοῖσι φλεγματώδεσιν. Περὶ δὲ λαχάνων ὧδε ἔχει. σκόροδον, θερμὸν, καὶ διαχωρεῖ καὶ οὐρέεται. καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν οὐκ ἀγαθόν. κάθαρσιν γὰρ τοῦ σώματος πολλὴν ποιεύμενον, τὴν ὄψιν ἀπαμβλύνει. διαχωρεῖ δὲ καὶ οὐρέεται, διὰ τὸ καθαρτικόν. ἑφθὸν ἀσθενέστερον, ἢ ὠμόν. φῦσαν δὲ ἐμποιεῖ, διὰ τοῦ πνεύματος τὴν ἐπίστασιν. Κρόμμυον, τῇ μὲν ὄψει ἀγαθόν. τῷ δὲ σώματι, κακόν. διότι θερμὸν καὶ καυσῶδές ἐστι, καὶ διαχωρεῖ, τροφὴν μὲν οὐδεμίην δίδωσι τῷ σώματι. οὐδὲ ὠφελίην. θερμαῖνον δὲ ξηραίνει διὰ τὸν ὀπόν. Πράσον, θερμαίνει μὲν ἧσσον. οὐρέεται δὲ καὶ διαχωρεῖ. ἔχει δέ τι καθαρτικόν. ὑγραίνει δὲ, καὶ ὀξυρεγμίην παύει. καλὸν δὲ ὕστατον τῶν ἄλλων βρωμάτων ἐσθίειν αὐτό. Ῥαφανὶς ὑγραίνει, διαχέουσα τὸ φλέγμα, τῇ δριμύτητι.[38] τὰ δὲ φύλλα, ἧσσον. πλὴν πρὸς τοὺς ἀρθριτικοὺς μοχθηρά. ἡ ῥίζα. ἐπιπολάζει δὲ καὶ δύσπεπτον. Κάρδαμον θερμὸν, καὶ τὴν σάρκα τήκει. ἵστησι δὲ φλέγμα λευκὸν, ὥστε στραγγουρίην ἐμποιέειν. Νάπυ, θερμὸν, διαχωρητικὸν δὲ πλὴν δυσουρέεται καὶ τοῦτο. ἀτὰρ καὶ τὸ εὔζωμον παραπλήσια ποιεῖ. Κορίαννον, θερμὸν καὶ στατικόν. καὶ τὴν ὀξυρεγμίην παύει, καὶ ὑπνωτικόν, ἐὰν ὕστατον ἐδεσθῇ. Θρίδαξ, ψυχρότατον, πρὶν τὸν ὀπὸν ἔχειν. ἀσθένειαν δέ τινα ποιεῖ ἐν τῷ σώματι. Ἄνηθον, θερμὸν καὶ στατικόν. καὶ πταρμοὺς παύει ὀσφραινόμενον. Σέλινον, οὐρέεται μᾶλλον, ἢ διαχωρεῖ. καὶ αἱ ῥίζαι μᾶλλον ἢ αὐτὸ διαχωρέουσιν. ὤκιμον, ξηρὸν, καὶ θερμὸν, καὶ στάσιμον. Πήγανον, οὐρέεται μᾶλλον, ἢ διαχωρεῖ,[39] καὶ συστρεπτικόν τι ἔχει, καὶ πρὸς τὰ φάρμακα τὰ βλαβερὰ, ὠφέλιμον προπινόμενον. Ἀσπάραγος, ξηρὸν καὶ στάσιμον. Ἐλελίσφακον, ξηρὸν καὶ στατικόν. Στρύχνος, ψύχει καὶ ἐξονειρώσσειν οὐκ ἐᾷ. Ἀνδράχνη, ψύχει[40] ἡ ποταμίη. τεταριχευμένη δὲ, θερμαίνει καὶ καθαίρει. Καλαμίνθη, θερμαίνει καὶ καθαίρει. Μίνθη θερμαίνει καὶ οὐρέεται, καὶ ἐμέτους ἵστησι. καὶ ἢν πολλάκις ἐσθίῃ τις[41] τὸν γόνον αὐτοῦ τήκει ὥστε ῥέειν. καὶ ἐντείνεσθαι κωλύει. καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὲς ποιεῖ. Λάπαθον, θερμαῖνον διαχωρεῖ. Ἀνδράφαξις ὑγρὸν, οὐ μέντοι διαχωρεῖ. Βλίτον θερμὸν, οὐ διαχωρητικόν. Κράμβη θερμαίνει καὶ διαχωρεῖ, καὶ τὰ χολώδεα ἄγει. Τεύτλου, ὁ μὲν χυλὸς, διαχωρεῖ. τὸ δὲ λάχανον ἐσθιόμενον, ἵστησιν. αἱ δὲ ῥίζαι τῶν τεύτλων, διαχωρητικώτεραι. Κολοκύντη, ψύχει, καὶ ὑγραίνει, καὶ διαχωρεῖ. Γογγυλὶς, καυσώδης. ὑγραίνει δὲ καὶ ταράσσει τὸ σῶμα, οὐ μέντοι διαχωρέει, δυσουρέεται δέ. Γλήχων, θερμαίνει καὶ διαχωρέει. Ὀρίγανον θερμαίνει. ὑπάγει δὲ καὶ τὰ χολώδεα. Θύμβρη. παραπλήσια τῷ ὀριγάνῳ διαχωρήσεται. Θύμον, θερμόν. διαχωρεῖ καὶ οὐρέεται. ἄγει δὲ καὶ φλεγματώδεα. Ὕσσωπον, θερμὸν καὶ[42] φλεγματῶδες. τῶν δὲ ἀγρίων λαχάνων, ὅσα τῷ στόματι θερμαντικὰ καὶ εὐώδεα, ταῦτα θερμαίνει καὶ οὐρέεται μᾶλλον, ἢ διαχωρεῖ.

cum verò in ventriculo ferueat, turbationẽ excitat & aluo ſecedit. Vina acida refrigerãt, extenuant, & humectant. Refrigerant quidem & humectãt, quod humidum è corpore educãt. humectãt autẽ, quod aqua vnà cum vino ingrediatur. Acetum refrigerat, quod corporis humidũ colliquando abſumat, magis autẽ alvum ſiſtit, quã deiiciat, quia minimè alit & acre eſt. Sapa calefacit, humectat & ſubducit. Calefacit quidẽ quia vinoſa. humectat verò, quòd nutriat. ſubducit aũt, quia dulcis. Feces vinaceæ humectãt, ſubducunt, & flatum excitãt, quòd etiam muſtum idem efficiat. Mel calidum & ſiccum eſt, ſyncerũ, ex aqua verò humectat, & bilioſis alvum deiicit, pituitoſis verò ſiſtit. At verò vinũ dulce pituitoſis magis per alvum ſecedit. De olerib. autẽ ſic ſe res habet. Allium calidum, vrinã & alvum mouet, oculis minimè bonum. Cùm enim multam corporis purgationẽ faciat, aciem hebetat, alvum autẽ & vrinã ciet, propter vim purgantem, coctum crudo imbecillius, flatũ autẽ parit, propter ſpiritus vehementiam. Cepa oculorum quidem aciei cõmoda, corpori verò noxia, quòd calida & æſtuoſa ſit, & per alvum ſecedat. Nullũ enim alimentũ corpori, neq; vtilitatem præbet, calefaciendo autẽ exiccat, propter ſuccũ. Porrum minùs quidẽ calefacit, vrinã verò & alvum mouet, habetq; vim quandã purgantem, humectat autem, & ructũ acidum ſedat, ipſumq; poſt reliquos cibos comedere præſtat. Raphanus humectat, pituitã ſua acrimonia diffundẽdo, folia verò minùs, niſi in articularibus morbis. Radix vitioſa eſt, quòd per ſumma fluitet, & ægrè cõcoquatur. Naſturtiũ calidũ eſt, & carnẽ liquefacit, pituitã albam ſiſtit, proindeq; ſtranguriã infert. Sinapi calidũ eſt, & alvum deiicit, ſed & hoc vrinæ difficultatem parit. Quin & eadem eruca facit. Coriandrũ calidũ, alvum ſiſtit, & ructum acidum ſedat, ſomnum conciliat, ſi poſtremo loco edatur. Lactuca frigidiſſima eſt priùs quàm ſuccum habeat, imbecillitatem autẽ quãdam corpori infert. Anethum calidum, & alvum ſiſtit, odoratumq; ſternutamentũ ſedat. Apium vrinam magis quã alvũ mouet. radices etiã magis quã ipſum alvum mouent. Ocimum ſiccum eſt, calidum & alvũ ſiſtit. Ruta vrinã magis quam alvum mouet. Quandã etiã cogendi vim habet, & præpota aduerſus venena valet. Aſparagus ſiccus eſt, & alvum ſiſtit. Saluia ſicca eſt, & alvum ſiſtit. Solanũ refrigerat, & in ſomnis veneris ludibria prohibet. Portulaca fluuiatilis refrigerat, & ſale cõdita calefacit, & purgat. Calamintha calefacit & purgat. Mentha calefacit, & vrinã ciet, vomitionemq; ſiſtit, ac ſi quis eã ſępe comedat, eius genitale ſemen ita colliquefacit, vt effluat, & arrigere prohibet, corpuſq; imbecillũ reddit. Rumex calefaciendo alvũ mouet. Atriplex humida eſt, neq; tamen alvum deiicit. Blitum calidum, neque alvum mouet. Braſſica calefacit, per alvum ſecedit, & bilioſa educit. Betæ ſuccus quidem alvũ deiicit, olus autem ipſum cibo ſumptũ ſiſtit, radices verò alvum magis mouẽt. Cucurbita refrigerat & humectat, aluoque ſecedit. Rapum æſtuoſum eſt, humectat autem & corpus cõturbat, non tamen per alvum ſecedit, verùm vrinæ difficultatem adfert. Pulegium calefacit & alvum mouet. Origanum calefacit, bilioſa tamen ſubducit. Thymbra eadem quæ origanum efficit. Thymũ calidum, alvum & vrinam mouet, & pituitoſa educit. Hyſſopum calidum & pituitam ducit. Ex agreſtibus autem oleribus, quæ os calefaciunt & odorata ſunt, ea calefaciunt, & vrinam potiùs quã alvum mouent,

Quæ verò humida ſunt natura & frigida, ac inſipida, odoreq́; graui, per alvum magis ſecedunt, quàm per vrinam. Quæ acerba & auſtera, alvum ſiſtunt. Quæ acria & odorata, vrinam prouocant. Quæ acria & ſicca ſunt in ore, ea omnia ſiccant, quę acida, refrigerãt. Hi ſucci vrinã mouent, crethmi, apij, allij cremor, cythiſi, fœniculi, porri, adianthi, ſolani, qui & refrigerat. Scolopendrium, mentha, ſeſeli, caucalides, hypericũ, vrticæ, alvum mouent & purgant. Cicer, lens, hordeũ, beta, braſſica, mercurialis, ſambucus, cnicus, hæc omnia alvum potiùs quàm vrinam mouent. At verò de fructibus autumnalibus, habet ſe res ad hunc modum. Qui ſemen quidem incluſum habent, ij aluum magis mouent. Virides item magis quàm ſicci. Horũ autẽ facultas dicta eſt. Mora calefaciũt & humectãt, per alvumq́; ſecedunt. Pira matura, alvum deiiciunt, eamq́; purgant, cruda verò ſiſtunt. Mala dulcia ægrè concoquũtur, acida autẽ & matura, minùs. Cydonia adſtringunt, neq; alvum deiiciunt. Malorum autem ſuccus vomitiones ſiſtit & vrinã promouet, quod & odor ante vomitionẽ præſtat. Mala ſylueſtria, alvum ſiſtunt, cocta verò cibo ſumpta, magis alvum deiiciũt. Ad eam autem ſpirandi difficultatem, cùm non niſi erecta ceruice ſpiritus trahitur, tum eorum ſuccus, tum ipſa quoque epota iuuant. Sorba, meſpila, corna, aliaq́; id genus fructus, alvum ſiſtunt, & acerbi ſunt. Mali punici dulcis ſuccus, alvum deiicit, verũ æſtuoſum quiddã habet. Mala punica quæ vinoſo ſunt ſucco, minùs ęſtuoſa ſunt. Acida verò, magis refrigerant. At omnium nuclei alvum ſiſtunt. Cucumeres crudi, frigidi, ægreq́; concoquuntur. Maturi verò, vrinam & alvum deiiciũt, verum flatus excitant. Vuarum racemi, calidi & humidi, alvum deiiciũt, præcipuè quidem albi. Dulces igitur potenter calefaciunt, quòd multum iam calidi obtineant. Immaturi verò, minùs calefaciũt, potu autem magis purgant. Ficus & vuæ paſſæ æſtuoſæ ſunt, alvum tamẽ deiiciunt. Ficus viridis humectat, alvum deiicit, & calefacit. Humectat quidẽ, quòd ſucco prægnãs ſit, calefacit verò, propter lac, ſed alvum deiicit, propter eiuſdem dulcedinem. Primæ ficus vitioſiſſimæ, quia lacte pleniſſimæ, optimæ poſtremæ. Ficus aridę æſtuoſæ, alvum tamen deiiciũt. Amygdalæ ęſtuoſæ ſunt & nutriũt his de cauſis. Æſtuoſæ quidem, quia pingues, nutriunt autem, quia carnoſæ. Et nuces rotundę his ſimiliter ſe habẽt. Latæ verò maturæ, nutriũt & alvum deiiciunt. Purgatæ autem etiã flatus pariunt, earum verò tunicæ alvum ſiſtunt. Glandes ilignę, quercinę & faginęę, crudæ & toſtæ alvum ſiſtunt, coctæ verò, minùs. Carnes pingues æſtuoſæ, ſed alvum deiiciunt. Carnes vino conditæ, ſiccant & nutriunt. Siccant quidem, propter vinum, nutriunt verò propter carnem. Aceto autem conditæ, calefaciunt certè, propter acetũ tamen, minus, ſed abundè nutriunt. At ſale cõditæ, minùs quidem nutriunt, humido à ſale ſpoliatæ, extenuant tamen & ſiccant, abundeque alvum deiiciunt. Singulorum autẽ vires ad hunc modum detrahere & adiicere conuenit. Cùm ex igne & aqua conſtent cuncta cum animantia, tũ è terra naſcentia, & ex his concreſcant, ac in eadẽ reſoluantur, valentiũ quidem cibariorum vim coquendo & refrigerãdo, ſæpe detrahere, contraq́; adiicere ad hũc modũ oportet. Humidis quidẽ, torrẽdo & aſſando humiditatẽ detrahito, ſicca verò macerato & irrigato. Salſa macerato & coquito.

ὁκόσα δὲ ὑγρὰ φύσιν ἔχει καὶ ψυχρὰ καὶ ἀσηρὰ, καὶ ὀσμὰς βαρείας, ὑποχωρέεται μᾶλλον ἢ οὐρέεται. ὁκόσα δέ ἐστι στρυφνὰ καὶ αὐστηρὰ, στάσιμα. ὁκόσα δὲ δριμέα καὶ εὐώδεα, οὐρέεται. ὁκόσα δὲ δριμέα καὶ ξηρὰ ἐν τῷ στόματι, ταῦτα πάντα ξηραίνει. ὁκόσα δὲ ὀξέα, ψυκτικά. οἱ δὲ χυμοὶ, διουρητικοί. κρήθμου, σελίνου, σκορόδου ἀποβρέγματα, χυλοὶ, μαράθου, πράσου, ἀδιάντου. στρύχνου, ψυκτικόν. σκολοπένδριον, μίνθη, σέσελι, καυκαλίδες, ὑπερικὸν, κνίδαι. διαχωρητικὰ καὶ καθαρτικά. ἐρέβινθοι, φακοὶ, κριθαὶ, τεῦτλα, κράμβη, λινόζωστις, ἀκτὴ, κνῆκος. ταῦτα πάντα ὑποχωρέεται μᾶλλον ἢ διουρέεται. Περὶ δὲ ὀπώρης ὧδε ἔχει. τὰ μὲν ἔγκαρπα, διαχωρητικώτερα. τὰ δὲ χλωρὰ, τῶν ξηρῶν. ἡ δὲ δύναμις εἴρηται αὐτέων. Μόρα, θερμαίνει καὶ ὑγραίνει καὶ διαχωρέει. Ἄπιοι πέπειροι, θερμαίνουσι, καὶ ὑγραίνουσι, καὶ διαχωρέουσιν. αἱ δὲ σκληραὶ, στάσιμοι. Ἀχράδες χειμέριοι, πέπειροι, διαχωρέουσι καὶ τῆς κοιλίης καθαρτικαί. αἱ δὲ ὠμαὶ, στάσιμοι. Μῆλα γλυκέα, δύσπεπτα. τὰ δὲ ὀξέα καὶ πέπονα ἧσσον. Κυδώνια στυπτικὰ καὶ οὐ διαχωρέουσιν. οἱ δὲ χυλοὶ τῶν μήλων πρὸς τοὺς ἐμέτους σταλτικοὶ, καὶ οὐρητικοί. καὶ ὀδμαὶ πρὸ τῶν ἐμέτων. τὰ δὲ ἄγρια μῆλα στατικά. ἑφθὰ δὲ ἐσθιόμενα, μᾶλλον διαχωρητικά. πρὸς δὲ τὴν ὀρθόπνοιαν, οἵ τε χυλοὶ αὐτῶν, καὶ αὐτὰ τὰ πινόμενα ὠφελέει. Οὖα δὲ καὶ μέσπιλα καὶ κράνια, καὶ ὅση ἄλλη τοιαύτη ὀπώρη, σταλτικὴ καὶ στρυφνή. καὶ ῥοιῆς γλυκείης ὁ χυλὸς, διαχωρέει, καυσῶδες δέ τι ἔχει. αἱ οἰνώδεες τῶν ῥοιῶν ἧσσον καυσώδεες. αἱ δὲ ὀξεῖαι, ψυκτικώτεραι. οἱ δὲ πυρῆνες πάντων στάσιμοι. Σίκυοι ὠμοὶ ψυχροὶ, καὶ δύσπεπτοι. οἱ δὲ πέπονες, οὐρέονται καὶ διαχωρέονται, φυσώδεες δέ. Βότρυες, θερμοὶ καὶ ὑγροὶ, καὶ διαχωρητικοὶ, μάλιστα οἱ λευκοί. οἱ μὲν οὖν γλυκέες, θερμαίνουσιν ἰσχυρῶς, διότι πολὺ ἤδη τοῦ θερμοῦ ἔχουσιν. οἱ δὲ ὀμφακώδεες, ἧσσον θερμαίνουσι. καθαίρουσι δὲ μᾶλλον πινόμενοι. Σῦκα καὶ σταφίδες καυσώδεα, διαχωρητικὰ δέ. Σῦκον χλωρὸν, ὑγραίνει, καὶ διαχωρέει, καὶ θερμαίνει. ὑγραίνει μὲν, ὅτι ἔγχυλόν ἐστι. θερμαίνει δὲ, διὰ τὸν ὀπόν. διαχωρέει δὲ, διὰ τὸ γλυκὺ τοῦ ὀποῦ. τὰ πρῶτα τῶν σύκων κάκιστα, ὅτι εἰσὶν ὀπωδέστατα. βέλτιστα δὲ, τὰ ὕστατα. τὰ ξηρὰ σῦκα καυσώδεα, διαχωρητικὰ δέ. Αἱ ἀμυγδάλαι καυσώδεες, τρόφιμοι δέ εἰσι διὰ τάδε. καυσώδεες μὲν, διὰ τὸ λιπαρόν. τρόφιμοι δὲ, διὰ τὸ σαρκῶδες. Καὶ κάρυα τὰ στρογγύλα, παραπλησίως ταύταις ἔχουσι. τὰ δὲ πλατέα πέπονα, τρόφιμα καὶ διαχωρητικά. καθαρὰ δέ ἐστι, καὶ φύσας ἐμποιέουσι. οἱ δὲ χιτῶνες αὐτέων στάσιμοι. Βάλανοι, καὶ φηγοὶ, στατικὰ ὠμὰ καὶ ὀπτά. ἑφθὰ δὲ ἧσσον. Τὰ πίονα τῶν κρεῶν, καυσώδεα, διαχωρητικὰ δέ. κρέα τὰ ἐν οἴνῳ μὲν ὄντα, ξηραίνει καὶ τρέφει. ξηραίνει μὲν, διὰ τὸν οἶνον. τρέφει δὲ, διὰ τὴν σάρκα. ἐν ὄξει δὲ τὰ ὑποκείμενα θερμαίνει μὲν, ἧσσον δὲ διὰ τὸ ὄξος. τρέφει δὲ ἱκανῶς. ἐν ἁλσὶ δὲ κρέα ταριχηρὰ, τρόφιμα μὲν ἧσσον, διὰ τὸ ἔξω τοῦ ὑγροῦ ἀπεστερημένα, ἰσχναίνει δὲ, καὶ ξηραίνει καὶ διαχωρέει ἱκανῶς. Τὰς δὲ δυνάμιας ἑκάστων ἀφαιρέειν καὶ προστιθέναι ὧδε χρή. Πυρὶ καὶ ὕδατι πάντα ξυνίσταται, καὶ ζῶα καὶ φυτὰ, καὶ ὑπὸ τουτέων αὔξεται, καὶ ἐς ταῦτα διακρίνεται. τῶν μὲν οὖν ἰσχυρῶν σιτίων, ἕψοντα πολλάκις καὶ διαψύχοντα, τὴν δύναμιν ἀφαιρέειν καὶ προστιθέναι πάλιν ὧδε χρή. τῶν δὲ ὑγρῶν πυρῶντα καὶ φώζοντα, τὴν ὑγρασίην ἐξαιρέεσθαι. τῶν δὲ ξηρῶν, βρέχοντα καὶ νοτίζοντα. τῶν δὲ ἁλμυρῶν, βρέχοντα καὶ ἕψοντα.

τῶν δὲ

τῶν δὲ πικρῶν καὶ δριμέων, τοῖσι γλυκέσι διαχειρέοντα. τῶν δὲ στρυφνῶν, τοῖσι λιπαροῖσι. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πάντων, ἐκ τῶν προειρημένων χρὴ γινώσκειν, ὁκόσα πυρούμενα ἢ φωζόμενα, στατικά ἐστι μᾶλλον τῶν ὠμῶν, διότι τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀφῄρηται.[47] καὶ τὸ πυρῶδες, καὶ τὸ λιπαρόν. ὁκόταν γοῦν ἐς τὴν κοιλίην ἐμπέσῃ, ἕλκει τὸ ὑγρὸν ἐκ τῆς κοιλίης, ἐπ' αὐτὰ συγκλείοντα τὰ στόματα τῶν φλεβίων, ξηραίνοντα καὶ θερμαίνοντα, ὥστε ἴσχει τὰς διεξόδους τοῦ ὑγροῦ.[48] τὰ δὲ ἐκ τῶν ἀνύδρων καὶ ξηρῶν, καὶ πνιγηρῶν χωρίων, ἅπαντα ξηρότερα καὶ θερμότερα, καὶ ἰσχὺν πλείω παρέχεται ἐς τὸ σῶμα. διότι ἐκ τοῦ ἴσου ὄγκου, βαρύτερα καὶ πυκνότερα καὶ πολύφορά ἐστιν, ἢ τὰ ἐκ τῶν ὑγρῶν, καὶ ἀρδομένων καὶ ψυχρῶν. ταῦτα δὲ ὑγρότερα καὶ κουφότερα, καὶ ψυχρότερα. Οὐκοῦν δεῖ τὴν δύναμιν μόνον αὐτέων γινώσκειν τοῦ σίτου καὶ τοῦ πόματος καὶ τῶν ζώων, ἀλλὰ καὶ τὰς πατρίδας ὁπόθεν εἰσίν. ὁκόταν γοῦν βούλωνται τροφὴν ἰσχυρὴν τῷ σώματι προσενέγκειν, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν σιτίων, τοῖσι ἐκ τῶν ἀνύδρων χωρίων χρηστέον, καὶ σιτίοισι καὶ πόμασι καὶ ζώοισι. ὁκόταν δὲ κουφοτέρῃ τῇ τροφῇ καὶ ὑγροτέρῃ, τοῖσιν ἐκ τῶν ἀρδομένων χρηστέον. Τὰ γλυκέα, καὶ τὰ δριμέα, καὶ τὰ ἁλυκὰ, καὶ τὰ πικρὰ, καὶ τὰ αὐστηρὰ, καὶ τὰ σαρκώδεα θερμαίνειν πέφυκε. καὶ ὅσα ξηρά ἐστι καὶ ὅσα ὑγρά. ὁκόσα μὲν οὖν ξηροῦ μέρος πλεῖον ἔχει ἐν αὐτοῖσι, ταῦτα μὲν ξηραίνει, καὶ θερμαίνει. ὁκόσα δὲ ὑγροῦ μέρος ἔχει πλέον, ταῦτα πάντα θερμαίνοντα ὑγραίνει, καὶ διαχωρεῖ μᾶλλον, ἢ τὰ ξηρά. τροφὴν γὰρ μᾶλλον ἐς τὸ σῶμα διδόντα, ἀντίσπασιν ποιέεται ἐκ τῆς κοιλίης, καὶ ὑγραίνοντα διαχωρεῖ. ὁκόσα δὲ διαθερμαίνοντα ξηραίνει, ἢ σῖτα, ἢ ποτὰ, οὔτε πτύσιν, οὔτε οὖρον, οὔτε διαχώρησιν ποιεῦντα, ξηραίνει τὸ σῶμα, διὰ τάδε. θερμαινόμενον τὸ σῶμα, κενοῦται τοῦ ὑγροῦ. τὸ μὲν, ὑπ' αὐτέων τῶν σιτίων. τὸ δὲ ἐς τροφὴν, τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ καταναλίσκεται. τὸ δὲ διὰ τοῦ χρωτὸς ἐξωθέεται, θερμαινόμενον καὶ λεπτυνόμενον. τὰ γλυκέα καὶ τὰ πίονα καὶ τὰ λιπαρὰ, πληρωτικά ἐστι, διότι ἐξ ὀλίγου ὄγκου, πολύχοά ἐστι. θερμαινόμενα δὲ καὶ διαχεόμενα, πληροῖ τὸ θερμὸν ἐν τῷ σώματι, καὶ γαληνίζειν ποιεῖ. τὰ δὲ ὀξέα, καὶ δριμέα, καὶ αὐστηρὰ, καὶ στρυφνὰ,[49] καὶ συνεστῶτα, καὶ ξηρὰ, οὐ πληροῖ. διότι τὰ στόματα τῶν φλεβῶν ἀνοίγει τε καὶ διακαθαίρει. καὶ τὰ μὲν, ξηραίνοντα. τὰ δὲ, δάκνοντα καὶ στύφοντα φρίξαι καὶ συστῆναι ἐς ὀλίγον ἐποίησεν ὄγκον, τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν τῇ σαρκί. καὶ τὸ κενὸν, πουλὺ ἐγένετο ἐν τῷ σώματι. ὁκόταν γοῦν βούλῃ ἀπ' ὀλίγων πληρῶσαι, ἢ ἀπὸ πλειόνων κενῶσαι, τοῖσι τοιούτοισι χρέεσθαι. τὰ πρόσφατα πάντα, ἰσχὺν πλείονα παρέχεται τῶν ἄλλων διὰ τόδε, ὅτι ἐγγύτερον τοῦ ζῶντός ἐστι. τὰ δὲ ἕωλα καὶ σαπρὰ, διαχωρεῖ μᾶλλον τῶν προσφάτων, διότι ἐγγύτερον τοῦ σηπεδόνος ἐστί. τὰ δὲ ὠμὰ τροφώδεα καὶ ἐρυγματώδεά ἐστι, διότι δεῖ τὰ ὑπὸ πυρὸς κατεργασθῆναι, ταῦτα ἡ κοιλίη διαχωρίζεται, ἀσθενεστέρα ἐοῦσα τῶν ἐσιόντων. τὰ δὲ ἐν τοῖσι ὑποτρίμμασιν ὄψα σκευαζόμενα, καυσώδεα καὶ ὑγρὰ, ὅτι λιπαρὰ καὶ πυρώδεα, καὶ θερμὰ καὶ ἀνομοίους τὰς δυνάμιας ἀλλήλοισιν ἔχοντα, ἐν τῷ αὐτῷ ἐστί. τὰ δὲ ἐν ἅλμῃ, βελτίω καὶ οὐ καυσώδεα. περὶ δὲ λουτρῶν, ὧδε ἔχει. ὕδωρ πότιμον, ὑγραίνει καὶ ψύχει. δίδωσι γὰρ τῷ σώματι ὑγρασίην. τὸ δὲ ἁλμυρὸν λουτρὸν, θερμαίνει καὶ ξηραίνει. φύσει γὰρ ἐὸν θερμὸν, ἕλκει ἀπὸ τοῦ σώματος τὸ ὑγρόν.[50] τὰ δὲ θερμὰ λουτρὰ νῆστιν μὲν, ἰσχναίνει καὶ ψύχει. φέρει γὰρ ἀπὸ τοῦ σώματος τὸ ὑγρὸν τῇ θερμασίῃ. κενουμένης δὲ τῆς σαρκὸς τοῦ ὑγροῦ

Amara & acria, dulcium, acerba verò pinguium mixtura temperato. Ac de reliquis omnibus ex prædictis æſtimare oportet. Toſta aut aſſata, crudis magis aluū ſiſtunt, quòd humidum igneum & pingue ab igne detractum ſit. Cùm igitur in ventriculū ingeſta fuerint, humidum ad ſe è ventre trahunt, & venarum oſcula exſiccando & calefaciendo occludunt, proindeq; humoris tranſitus coarctant. Quæ verò locis minimè aquoſis, ſiccis & æſtuoſis proueniunt, ea omnia ſicciora & calidiora ſunt, & robur plurimum corpori exhibent, quòd pari mole & copia grauiora ſunt ac denſiora, vberioremq; fœtum ferunt, quàm quæ humidis, riguis & frigidis locis naſcuntur. Ea autem humidiora, leuiora & frigidiora exiſtunt. Neque igitur ſolùm ipſius cibi & potus, & animantium ipſarum, ſed & patriæ ex qua oriuntur, vim noſſe oportet. Cùm ergo ex iiſdem etiā cibis validum alimentum corpori offerre voles, his quæ ex locis minimè aquoſis prodeunt vtendum; tum cibis, tum potionibus, tū animantibus. Cùm verò leuius atq; humidius, his quæ ex riguis locis naſcuntur vtendum. Dulcia, acria, ſalſa, amara, auſtera, & carnoſa calefacere ſolent, tum quæ ſicca ſunt, tum quæ humida. Quæ igitur plus ſicci in ſe habent, ea ſiccant quidem & calefaciunt. Quæ verò plus humidi, hæc omnia calefaciendo humectant, & magis quàm ſicca per aluum ſecedunt. Nam cùm plus corpus nutriant, in ventriculum attrahunt, & humectando aluum deiiciunt. Quæ verò calefaciendo ſiccant, tum cibi, tum potus, neque ſputum, neq; vrinam, neq; aluum cient, & hanc ob cauſam corpus ſiccant. Incaleſcens corpus humido vacuatur, partimq; ab ipſis cibis, partim etiam à calore animi in alimentum abſumitur, partim verò calefactum & attenuatum, per cutim foras propellitur. Dulcia, pinguia, & oleoſa idcirco implent, quia ex modica mole multum diffundunt. Calefacta verò & diffuſa, calore corpus replent, & tranquillum reddunt. Acida autem, acria, auſtera, acerba, & ex toto collata, & ſicca, non implent, ideo quòd venarum ora tum aperiunt, tum expurgant, & partim quidem ſiccando, partim verò incidendo & adſtringendo horrorem inferunt, & carnis humidum in paruam molem contrahunt, atq; ita vacuum multum in corpore oritur. Cùm igitur paucis implere vel multis vacuare voles, hiſce vtitor. Recētia omnia plus cæteris roborant, propterea quòd vitæ ſunt propinquiora. At vetuſtate marcida, quòd ad putrediné magis accedant, recentibus aluum magis deiiciunt. Crúda verò alimentum præbent & ructus excitant, quod quæ igne coqui oporteat, ea vētriculus, his quæ ingeruntur, cùm debilior exiſtat, cōficere cogatur. At verò opſonia ex intritis præparata ideo ſunt æſtuoſa & humida, quòd pinguia, ignea & calida, & inæquales inter ſe vires ſortita, in eodé reſident. Quæ verò muria condiuntur, meliora, & minimè æſtuoſa. Balnea auté ad hunc ſe habent modum. Aqua potabilis humectat & refrigerat, cùm corpori humiditaté exhibeat. Salſum verò balneū, calefacit & ſiccat. Naturâ enim calidum, humiditaté è corpore trahit. At balnea calida, ieiunum quidé extenuant & refrigerát. Caliditate enim humidū è corpore tollunt, eoq; è carne vacuato,

corpus refrigeratur. Poſt cibũ autem calefaciũt & humectant, cùm ea quæ in corpore ſuperſunt, in maiorẽ molẽ diffundunt. Frigida verò balnea, contrà. Vacuo quidem corpori frigidum calorem quendã impertit, at poſt cibum humiditatẽ præſentem tollit, & ſua frigiditate, ſiccum quod adeſt, auget. Balnei abſtinentia, conſumpta humiditate ſiccat, eodẽ ſane modo neglecta vnctio. At verò vnctio calefacit, humectat, & emollit. Sol autem & ignis has ob cauſas ſiccant, quòd calida cũ ſint & ſicca, corporis humiditatem trahunt. Vmbra & frigus, moderatè humectant, plus enim dãt, quàm accipiũt. Sudores omnes exeuntes ſiccãt & attenuant, cùm corpus humore deſtituatur. Veneris vſus extenuat, humectat, & calefacit. Calefacit quidẽ ob laborẽ & frigiditatis excretionem, attenuat autem ob vacuationẽ, humectat verò propter id quod ex colliquatione à labore in corpore relictum eſt. Vomitiones extenuãt, propter alimenti euacuationẽ, neq; tamen ſiccãt, ſi quis poſtridie recta curatione vtatur, ſed propter repletionẽ & carnis ex labore colliquationẽ humectant. At ſi quis hæc poſtridie in alimentũ à calore cõſumi ſinat, ſenſimq; ad victus rationẽ adiiciat, ſiccant. Aluum autẽ coactam vomitio ſoluit, & plus æquo fluidam ſiſtit, illã quidem humectando, hãc verò ſiccando. Cum igitur quis aluum celerrimè ſiſtere volet, deuoratum cibũ priùs quàm humeſcat & deorſum detrahatur, euomere oportet, & acerbis ac auſteris cibariis potius vtitor. Vbi autẽ aluũ ſoluere volet, diutiùs immorari cibis confert, & acribus ac ſalſis & pinguibus, dulcibuſq;, tum cibariis, tum potionibus vtendum. Somni in ieiuno quidẽ extenuant & refrigerant, nõ nimis longi, eam, quæ adeſt humiditatem vacuando. Longiores verò, calefaciendo carnẽ colliquefaciũt, corpuſq; diffundendo reſoluũt, & imbecillum reddũt. Poſt cibũ autem calefaciẽtes humectãt, alimentũ in corpus diffundẽdo. Somnus poſt matutinas deambulationes, maxime ſiccat. Vigilia poſt cibos noxia, cũ cibum colliqueſcere non ſinat, ieiunos autem extenuat quidẽ, at minus lædit. Ocium humectat & corpus imbecillum reddit. Quieſcens enim animus corporis humidum minimè abſumit. Labor ſiccat, corpuſq; validum efficit. Semel die ſumptus cibus, extenuat & ſiccat, aluumq; ſiſtit, quoniam animi calore ventris & carnis humidũ abſumitur. Prandiũ verò contraria efficit. Aquæ potus calidus extenuat, eodemq; modo etiam frigidus. At verò plus æquo frigidus tum ſpiritus, tum cibus, & potus, humidum in corpore congelant, & congelatione ac frigore aluos cogunt, cum animi humiditatem ſuperent. Contraq; etiam caloris exceſſus in tantum cogit, vt diffundi nequeat. Quæ verò corpus calefaciunt, neque alimentum exhibent, carnem humore vacuant, & cum nihil excedant, frigiditatem homini præbent. Humiditate enim, quæ adeſt, agitata, quod ab ipſo ſpiritu repletur, refrigeratur. At verò de laboribus quam habeant facultatem enarrabo. Sunt enim quidam à natura, quidam violenti. Ex his, qui ſunt à natura, viſionis labor, auditionis, vocis, curæ. Ac viſionis quidẽ hæc eſt facultas. Cum animus in id quod videtur intentus eſt, mouetur & incaleſcit. Calefactus vero, humido vacuato, exiccatur. Per auditionem autem irrumpente ſono, animus concutitur, & laborat,

ψύχεται τὸ σῶμα. βεβρωκότι δὲ θερμαίνει καὶ ὑγραίνει, διαχέοντα τὰ ὑπάρχοντα ἐν τῷ σώματι, ἐς πλείονα ὄγκον. ψυχρὰ δὲ λουτρὰ, τοὐναντίον. κενῷ μὲν τῷ σώματι, δίδωσι [11] θερμόν τι ψυχρὸν ἐόν. βεβρωκότι δὲ, ἀφαιρέεται ὑγροῦ ἐόντος καὶ πληροῖ ψυχρὸν ἐὸν τοῦ ὑπάρχοντος ξηροῦ. ἀλουσίη ξηραίνει, καταναλισκομένου τοῦ ὑγροῦ. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ἀναλειψίη. λίπος δὲ, θερμαίνει καὶ ὑγραίνει, καὶ μαλάσσει. ἥλιος δὲ καὶ πῦρ, ξηραίνει διὰ τάδε. θερμὰ ἐόντα καὶ ξηρὰ, [12] ἕλκει τὸ ἐκ τοῦ σώματος ὑγρόν. σκιὴ δὲ καὶ ψύχεα, [13] τὰ μέτρια ὑγραίνει. δίδωσι γὰρ μᾶλλον, ἢ λαμβάνει. ἱδρῶτες πάντες ἀπιόντες, καὶ ξηραίνουσι καὶ ἰσχναίνουσιν, ἐκλείποντος τοῦ ὑγροῦ ἐκ τοῦ σώματος. λαγνείη, ἰσχναίνει, καὶ ὑγραίνει, καὶ θερμαίνει. θερμαίνει μὲν, διὰ τὸν πόνον [14] καὶ τὴν ἀπόκρισιν τοῦ ψυχροῦ. ἰσχναίνει δὲ, διὰ κένωσιν. ὑγραίνει δὲ, διὰ τὸ ὑπολειπόμενον ἐν τῷ σώματι τῆς συντήξιος ἀπὸ τοῦ πόνου. ἔμετοι, ἰσχναίνουσι διὰ τὴν κένωσιν τῆς τροφῆς. οὐ μέντοι ξηραίνουσιν, [15] ἤν μή τις τῇ ὑστεραίῃ θεραπεύῃ ὀρθῶς, ἀλλ' ὑγραίνουσι διὰ τὴν πλήρωσιν, καὶ διὰ τὴν σύντηξιν τῆς σαρκὸς [16] τὴν ἀπὸ τοῦ πόνου. ἢν δέ τις ἐάσῃ ταῦτα καταναλωθῆναι, τῇ ὑστεραίῃ δὲ ἐς τὴν τροφὴν τῷ θερμῷ καὶ τῇ διαίτῃ ἡσύχως προσαγάγῃ, ξηραίνουσι. κοιλίην δὲ συνεστηκυῖαν, λύει ἔμετος, καὶ διαχωρέουσαν μᾶλλον τοῦ καιροῦ ἵστησι. τὴν μὲν ὑγραίνων, τὴν δὲ ξηραίνων. [17] ὁκόταν μὲν οὖν στῆσαι βούληται τὴν ταχίστην, φαγόντα, χρὴ ἐξεμέειν πρὶν ἂν ὑγρανθῆναι τὸ σιτίον, καὶ κατασπασθῆναι κάτω, καὶ τοῖσι στρυφνοῖσι καὶ τοῖσιν αὐστηροῖσι σιτίοισι μᾶλλον χρέεσθαι. ὁκόταν δὲ λῦσαι τὴν κοιλίην βούληται, ἐνδιατρίβειν ἐν τοῖσι σιτίοισιν ὡς πλεῖστον χρόνον ξυμφέρει, καὶ τοῖσι δριμέσι, καὶ ἁλμυροῖσι, καὶ λιπαροῖσι, καὶ γλυκέσι, καὶ τοῖσι σιτίοισι καὶ πόμασι χρέεσθαι. [18] ὕπνοι δὲ, νήστει μὲν ἰσχναίνουσι καὶ ψύχουσιν, ἢν μὴ μακροὶ ἔωσι, κενοῦντες τοῦ ὑπάρχοντος ὑγροῦ. ἢν δὲ μᾶλλον, ἐκθερμαίνοντες, συντήκουσι τὴν σάρκα καὶ διαλύουσι, τὸ σῶμα διαχέοντες, [19] καὶ ἀσθενὲς ποιέουσι. βεβρωκότα δὲ, θερμαίνοντες ὑγραίνουσι, τὴν τροφὴν ἐς τὸ σῶμα διαχέοντες. ἀπὸ δὲ τῶν ὀρθρίων περιπάτων ὕπνος, μάλιστα ξηραίνει. ἀγρυπνίη δὲ, ἐν μὲν τοῖσι σιτίοισι βλάπτει, οὐκ ἐῶσα τὸ σιτίον τήκεσθαι. ἀσίτοισι δὲ, [20] ἰσχναίνει μὲν, βλάπτει δὲ ἧσσον. ῥᾳθυμίη, ὑγραίνει καὶ ἀσθενὲς τὸ σῶμα ποιεῖ. ἀτρεμίζουσα γὰρ ἡ ψυχὴ, οὐκ ἀναλίσκει τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ σώματος. πόνος δὲ, ξηραίνει, καὶ τὸ σῶμα ἰσχυρὸν ποιεῖ. [21] μονοσιτίη, ἰσχναίνει, καὶ ξηραίνει, καὶ τὴν κοιλίην ἵστησι, διότι τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ, τὸ ὑγρὸν ἐκ τῆς κοιλίης καὶ τῆς σαρκὸς καταναλίσκεται. ἄριστον δὲ τἀναντία διαπρήσσεται τῇ μονοσιτίῃ. ὕδωρ πόμα θερμὸν, ἰσχναίνει. [22] ὡσαύτως δὲ καὶ ψυχρόν. τὸ δὲ ὑπερβάλλον ψυχρὸν καὶ πνεῦμα, καὶ τὸ σιτίον, καὶ τὸ ποτὸν, πηγνύουσι τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν σώματι, καὶ τὰς κοιλίας ξυνίστησι τῇ πήξει καὶ ψύξει. κρατέει γὰρ τοῦ τῆς ψυχῆς ὑγροῦ. καὶ τοῦ θερμοῦ δὲ πάλιν αἱ ὑπερβολαὶ πηγνύουσι καὶ τοσοῦτον, ὡς μὴ διάχυσιν ἔχειν. ὁκόσα δὲ θερμαίνοντα τὸ σῶμα τροφὴν μὴ διδόντα, κενοῖ τὸ ὑγρὸν τῆς σαρκὸς, μηδ' ὑπερβολὴν ποιέοντα, ψύξιν τῷ ἀνθρώπῳ παραδίδωσι. κενουμένου γὰρ τοῦ ὑπάρχοντος ὑγροῦ, [23] πνεύματος ὑπ' αὐτοῦ πληρεόμενον ψύχεται. περὶ δὲ τῶν πόνων ἣν ἔχει δύναμιν, [24] διηγήσομαι. ἔστι γὰρ οἱ μὲν, κατὰ φύσιν· οἱ δὲ, διὰ βίης. οἱ μὲν οὖν κατὰ φύσιν αὐτῶν εἰσιν, ὄψιος πόνος, ἀκοῆς, φωνῆς, μερίμνης. ὄψιος μὲν οὖν δύναμις τοιήδε· προσέχουσα ψυχὴ τῷ ὁρωμένῳ, κινέεται καὶ θερμαίνεται. θερμαινομένη δὲ, ξηραίνεται κενουμένου τοῦ ὑγροῦ. διὰ δὲ τῆς ἀκοῆς ἐσπίπτοντος τοῦ ψόφου, σείεται ἡ ψυχὴ καὶ πονέουσα

πονέουσα

πονέουσα δὲ, θερμαίνεται καὶ ξηραίνεται. ὁκόσα ἐν μερίμνῃ ἄνθρωποι γίγνονται, ἡ ψυχὴ καὶ ὑπὸ τουτέων θερμαινομένη καὶ ξηραινομένη καὶ τὸ ὑγρὸν καταναλίσκουσα, πονέει καὶ λεπτύνει τὰς σάρκας καὶ κενοῖ τοὺς ἀνθρώπους. ὁκόσοι δὲ πόνοι φωνῆς, οἷον λέξις, ἢ ἀνάγνωσις, ἢ ᾠδὴ, πάντες οὗτοι κινέουσι τὴν ψυχήν. κινευμένη δὲ, ξηραίνεται καὶ θερμαίνεται καὶ τὸ ἐν τῷ σώματι ὑγρὸν καταναλίσκει. οἱ δὲ περίπατοι κατὰ φύσιν μέν εἰσι καὶ οὗτοι μάλιστα τῶν λοιπῶν. ἔχουσι δέ τι βίαιον. δυνάμιες δὲ αὐτέων, εἰσὶ τοιαίδε. ὁ ἀπὸ δείπνου περίπατος, ξηραίνει τήν τε[65] κοιλίην καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὴν γαστέρα, καὶ οὐκ ἐᾷ παχεῖαν γίνεσθαι διὰ τάδε. κινευμένου τοῦ ἀνθρώπου, θερμαίνεται καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὰ σιτία. ἕλκει οὖν τὴν ἰκμάδα ἡ σὰρξ, καὶ οὐκ ἐᾷ παχεῖαν κοιλίην ξυνίστασθαι. τὸ μὲν οὖν σῶμα, πληροῦται ἡ δὲ κοιλίη, λεπτύνεται. ξηραίνεται δὲ, διὰ τάδε· κινευμένου τοῦ σώματος καὶ θερμαινομένου, τὸ λεπτότατον τῆς τροφῆς καταναλίσκεται. τὸ μὲν, ἀπὸ τοῦ ξυμφύτου θερμοῦ· τὸ δὲ, σὺν τῷ πνεύματι ἀποκρίνεται ἔξω. τὸ δὲ καὶ οὐρέεται. ὑπολείπεται δὲ τὸ ξηρότατον ἀπὸ τῶν σιτίων, ὥστε τῇ κοιλίῃ ἀποξηραίνεσθαι τὴν σάρκα. καὶ οἱ ὄρθριοι περίπατοι ἰσχναίνουσι· καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν[66] κοῦφά τε καὶ εὐπαγέα, καὶ εὐήκοα παρασκευάζουσι· καὶ τὴν κοιλίην λύουσιν. ἰσχναίνουσι μὲν,[67] διότι κινεύμενον τὸ σῶμα θερμαίνεται, καὶ τὸ ὑγρὸν λεπτύνεται καὶ καθαίρεται. τὸ μὲν, ὑπὸ τοῦ πνεύματος.[68] τὸ δὲ, μύσσεταί τε καὶ χρέμπτεται· τὸ δὲ ἐς τὴν τροφὴν, τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ καταναλίσκεται. τὴν δὲ κοιλίην λύουσι, διότι θερμὴ ἐοῦσα,[69] τοῦ θερμοῦ πνεύματος ἐμπίπτοντος ἄνωθεν ὑποχωρέει τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ.[70] κοῦφα δὲ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ποιέει, διὰ τάδε. ὅταν κενωθῇ ἡ κοιλίη, ἕλκει ἐς ἑωυτὴν ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ ὑγρὸν, θερμὴ ἐοῦσα. κενουμένης δὲ τῆς κεφαλῆς, ἀποκαθαίρεται ἥτε ὄψις καὶ ἡ ἀκοή. καὶ γίνονται εὐαγέες οἱ ἄνθρωποι. οἱ δὲ ἀπὸ τῶν γυμνασίων περίπατοι, καθαρὰ τὰ σώματα παρασκευάζουσι· καὶ ἰσχναίνουσιν, οὐκ ἐῶντες τὴν σύντηξιν τῆς σαρκὸς, τὴν ὑπὸ τοῦ πόνου ξυνίστασθαι, ἀλλ' ἀποκαθαίρουσι.[71] τὰ δὲ ἐκ τῶν δρόμων γίνονται, οἱ μὲν μακροὶ καὶ[72] καμπτοὶ, ἐξ ὀλίγου προσαγόμενοι, θερμαίνοντες τὴν σάρκα συνέψειν καὶ διαχέειν δύνανται. καὶ τὴν δύναμιν τῶν σιτίων τὴν ἐν τῇ σαρκὶ καταπιαίνουσι.[73] βραδύτερα τε καὶ παχύτερα τὰ σώματα παρασκευάζουσι τῶν τροχῶν. τοῖσι δὲ τὰ πολλὰ ἐσθίουσι, ξυμφορώτεροι, καὶ χειμῶνος μᾶλλον, ἢ θέρεος. οἱ δὲ ἐν ἱματίῳ δρόμοι, τὴν μὲν δύναμιν, τὴν αὐτὴν ἔχουσι. μᾶλλον δὲ διαθερμαίνουσι, καὶ ὑγρότερα τὰ σώματα ποιέουσι, ἀχροώτερα δὲ, διότι οὐκ ἀποκαθαίρεται ὑπὸ τοῦ πνεύματος εἰλικρινέος, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ γυμνάζεται πνεύματι. συμφέρει οὖν καὶ τοῖσι ξηροῖσι καὶ τοῖσι πολυσάρκοισιν, ὅστις καθαιρεῖν τὴν σάρκα βούλεται, καὶ τοῖσι πρεσβυτέροισι[74] διὰ ψύχειν τοῦ σώματος. οἱ δὲ δίαυλοι καὶ ἵππειοι ἵπποι, τὴν μὲν σάρκα ἧσσον διαχέουσι, ἰσχναίνουσι δὲ μᾶλλον, διότι τοῖς ἔξω τῆς ψυχῆς μέρεσιν οἱ πόνοι ὄντες,[75] ἀντισπῶσιν ἐκ τῆς σαρκὸς τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ σῶμα λεπτύνουσι καὶ ξηραίνουσιν. οἱ δὲ τροχοὶ, τὴν μὲν σάρκα ἥκιστα διαχέουσιν. ἰσχναίνουσι δὲ καὶ συστέλλουσι τὴν σάρκα, καὶ τὴν κοιλίην μάλιστα, διότι ὀξυτάτῳ τῷ πνεύματι χρώμενοι, τάχιστα τὸ ὑγρὸν ἕλκουσιν ἐφ' ἑωυτούς. τὰ δὲ περισείσματα, ξηραίνουσι μὲν ἐξαπίνης. οὐκ ἐπιτήδεια δὲ, καὶ ἀξύμφορα.

laborans verò incaleſcit & reſiccatur. Ex his, quę cum cura hominibus contingũt, animus incaleſcit & exiccatur, humidoq́; abſumpto laborat & carnes attenuat, hominemq́; vacuat. Vocis autem labores, velut ſermo, lectio, cantus, ij omnes animum mouent, motus verò exiccatur & incaleſcit, humidumq́; corporis abſumit. At deambulationes ipſæ etiam maximè præ reliquis à natura fiunt, habent tamen quid violentum. Earum hæc eſt facultas. A cœna deambulatio; aluum, corpus, & ventrem exiccat, ipſumq́; hanc ob cauſam amarum euadere non ſinit. Cùm homo mouetur, corpus & cibi incaleſcunt. Humiditatem igitur caro attrahit, neque ventrem amarum euadere ſinit. Impletur igitur corpus, venter verò extenuatur. Has autem ob cauſas exiccatur, quòd agitato & incaleſcente corpore, alimenti pars tenuiſſima, partim ab inſito calore conſumitur, partim cum ſpiritu foras excernitur, partim etiam per vrinam emittitur, quod verò in cibis eſt ſicciſſimum, remanet, ita vt cum ventre ſimul etiam caro reſiccetur. Deambulationes matutinæ extenuant, & quæ circa caput ſunt, leuia, agilia & prompta efficiunt, aluumq́; ſoluunt. Extenuant quidem quòd agitatum corpus incaleſcat, & humidum partim quidem à ſpiritu attenuetur & purgetur, partim verò emungatur & excreetur, partim etiam ab animi calore in alimentum abſumatur. Aluum autem ſoluunt, quòd cùm calida exiſtat, ſpiritu frigido ex ſuperioribus partibus irruente, frigido calidum cedit. Quæ verò circa corpus ſunt ideò leuant, quod euacuata aluus & calida exiſtens, è reliquo corpore & capite humidum ad ſe attrahit. Vacuato autem capite, repurgatur viſio & auditio, & agiles homines redduntur. At deambulationes quæ poſt exercitationes obeuntur, corpora pura reddunt & emaciant, neque carnis colliquationem, quæ ex labore prouenit, colligunt, ſed eam repurgant. Ex curſibus autem hæc contingunt. Longi quidem & flexi, ſenſim facti, carnem calefaciendo concoquere ac diffundere queũt, & ciborum vim in carnem concoquunt, tardiora tamen & craſſiora corpora efficiunt, quàm qui in orbem fiunt. His autem, qui multum comedunt, commodiores ſunt, idq́; hyeme magis quàm æſtate. At qui in veſte obeuntur, eadem facultate valent, ſed magis calefaciunt, humidioraq́; corpora & decoloratiora reddunt, quia purus extrinſecus irruens ſpiritus ea non repurgat, ſed in eodem ſpiritu exercentur. Siccis igitur & multum carnoſis conferunt, cum quis carnem detrahere volet, & ſenioribus propter corporis frigiditatem. Curſus autem rurſus ad carceres redeuntes, & indefiniti equeſtres, carnem quidem minùs diffundunt, ſed magis extenuant, quia cum externis animi partibus hi labores obeantur, humidum ex carne retrahunt, corpuſque attenuant & exiccant. Qui verò in orbem fiunt, carnem quidem minimè diffundunt, ſed extenuant, carnemque & ventrem maximè deducunt, quòd cùm citiſſimo ſpiritu vtantur, humidum ad ſe promptiſſimè attrahunt. Concuſſiones autem derepente quidem ſiccant, neque tamen accommodæ, neque vtiles ſunt.

Conuulſiones enim ideò intus adferunt, quòd calefactum corpus cutem vehementer tenuat, carnẽ verò minùs cogũt, quàm curſus, qui in orbẽ obeuntur, eandemq; humore vacuant. Commotiones & in ſublime eleuationes, carnẽ quidem minimè excalefaciũt, ſed corpus & animum commouent, & ſpiritu vacuant. Lucta & frictio, exterioribus corporis partibus laborem magis præbent, carnem autem calefaciunt, firmant, ideoq; augent, quod quæ natura ſolida ſunt, dum fricantur, in ſe coguntur, caua verò augeſcunt. Quod verò in carne denſum eſt, ſi confricatur, in ſe cogitur, caua verò augeſcunt, & quæcunq; venas habent. Excalefactæ enim & exiccatæ carnes, alimentũ ad ſe per venas trahunt, deinde increſcunt. Volutatio in puluere eadem, quæ lucta, facit, ſed propter puluerem magis exiccat, carnemq; minùs gignit. Lucta, quæ fit conſertis ſummis manibus, extenuat carneſq; ad ſuperiora trahit. Ad corycũ decertatio, & manuũ geſticulatio, eadem efficiũt. Spiritus retentio meatus per vim cogere, cutem tenuare, & humiditatem ad cutẽ propellere valet. Quæ in puluere & oleo exercitationes obeuntur, hoc differũt, quòd puluis quidem frigidus, oleum verò eſt calidum. Oleum per hyemẽ ad corporis incrementum magis eſt accommodatũ, quoniam quid de corpore detrahere frigus non ſinit. Per æſtatem verò caloris exuperantia carnem colliquat, cùm etiam ab anni tempore, & oleo, & labore incaleſcat. Puluis autem per æſtatem ad corporis incrementum magis eſt accommodatus. Cùm enim refrigeret, vltra modum incaleſcere non ſinit, per hyemem verò, frigus & algorem adfert. Poſt exercitationes parua in puluere per æſtatem mora, ad refrigerationem quidem iuuat, multa verò ſupra modũ exiccat, & corpora dura ac lignoſa reddit. Frictio ex oleo & aqua emollit, neq; vehementer incaleſcere ſinit. At de laſſitudinibus, quæ circa corpora contingunt, ad hunc ſe res habet modum. Qui quidem non exercentur, ab omni labore laſſitudinem contrahũt. Nulla enim corporis pars ad vllum aliquẽ laborem ſuſcipiendum eſt accõmodata. Quæ verò exercentur corpora, à minimè conſuetis laboribus laſſantur. Quædã etiam à conſuetis exercitationibus in laſſitudines incidunt, ſi his ſupra modum vtantur. Et ea quidẽ ſunt laſſitudinum genera. Earum verò facultas ſic habet. Qui non exercentur, cùm humidam carnem habeãt, vbi laborauerint, cõcalefacto corpore multam colliquationem dimittũt. Quod igitur cum ſudore emiſſum, aut cum corpore repurgatum fuerit, nõ ampliùs vexat corporis partẽ præter conſuetudinem vacuatã. Quod verò poſt ſecretionẽ intus remanet, huic moleſtiam exhibet, & ei parti, quæ humiditatem ſuſcepit, cùm corpori minimè ſit commodum, ſed infenſum. Neque ſanè in corporum carnes æquabiliter coit, ſed in carnoſas partes, ita vt his quidem, donec exeat, moleſtiam exhibeat. Nempe cùm ambitum non habeat & quieſcat, tum ipſum, tum ea, quæ irrumpunt, incaleſcunt. Cùm igitur copioſum fuerit quod ſecretum eſt, id quidem, quod ſanum eſt, ſuperat, ita vt totum corpus concaleſcat, & vehementem febrem inferat. Sanguine enim calefacto & attracto, ea, quæ in corpore inſunt, celerem ambitum faciunt, & tum reliquum corpus à ſpiritu purgatur, tum quod coaluit, calefactum attenuatur, ſimulque ex carne in cutem foras propellitur, idque ſudor calidus vocatur.

ἀποσπάσματα γὰρ ἐμποιέεται, διὰ τάδε. διατεθερμασμένον τὸ σῶμα, τὸ μὲν δέρμα, ἰσχυρῶς λεπτύνει. τὴν δὲ σάρκα, ἧσσον συνίστησι τῶν τροχῶν. κενοῖ δὲ τὴν σάρκα τοῦ ὑγροῦ. τὰ δὲ ἀνακινήματα καὶ ἀνακουφίσματα τὴν μὲν σάρκα ἥκιστα διαθερμαίνουσι, παροξύνει δὲ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τοῦ πνεύματος κενοῦσι. πάλη δὲ καὶ τρῖψις τοῖσιν ἔξω τοῦ σώματος, παρέχει μᾶλλον τὸν πόνον. θερμαίνει δὲ τὴν σάρκα καὶ στερεοῖ, καὶ αὔξεσθαι ποιέει διὰ τάδε. τὰ μὲν στερεὰ φύσει τριβόμενα, συνίστησι. τὰ δὲ κοῖλα αὔξεται· τὸ γοῦν σαρκὸς, τὸ μὲν πυκνὸν τριβόμενον, ξυνίσταται· τὰ δὲ κοῖλα, αὔξεται· καὶ ὁκόσα φλέβες εἰσί. θερμαινόμεναι γὰρ αἱ σάρκες καὶ ξηραινόμεναι, ἕλκουσιν ἐφ᾽ ἑωυτὰς τὴν τροφὴν, διὰ τῶν φλεβῶν, εἶτα αὔξονται. ἀλίνδησις, παραπλήσια τῇ πάλῃ διαπρήσσεται. ξηραίνει δὲ μᾶλλον διὰ τὴν κόνιν καὶ σαρκοῖ ἧσσον. [76] ἀκροχειρίη ἰσχναίνει καὶ τὰς σάρκας ἕλκει ἄνω. καὶ κωρυκομαχίη καὶ χειρονομίη τὰ παραπλήσια διαπρήσσεται. [77] πνεύματος δὲ κατάσχεσις, τοὺς πόρους διαναγκάσαι, καὶ τὸ δέρμα λεπτῦναι, καὶ τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τὸ δέρμα ἐξῶσαι δύναται. ἐν κόνει καὶ ἐλαίῳ γυμνάσια διαφέρει τοσόνδε. κόνις μὲν ψυχρὸν, ἔλαιον δὲ θερμόν. ἐν μὲν τῷ χειμῶνι τὸ ἔλαιον, αὐξιμώτερον, διότι τὸ ψῦχος κωλύει φέρεσθαι ἀπὸ τοῦ σώματος. ἐν δὲ τῷ θέρει, ἔλαιον ὑπερβολὴν θερμασίης πεποιημένον, τήκει τὴν σάρκα. ὁκόταν καὶ ὑπὸ τῆς ὥρης θερμαίνηται, καὶ τοῦ ἐλαίου καὶ τοῦ πόνου. [78] ἡ δὲ κόνις ἐν τῷ θέρει αὐξιμώτερον. ψύχουσα γὰρ τὸ σῶμα, οὐκ ἐᾷ εἰς ὑπερβολὴν θερμαίνεσθαι. ἐν δὲ τῷ χειμῶνι, διαψυκτικὸν καὶ κρυμνῶδες. διατρίβειν δὲ ἐν τῇ κόνει μετὰ τοὺς πόνους ἐν τῷ θέρει, ὀλίγον μὲν χρόνον, ὠφελέει ψύχουσα· πουλὺν δὲ ὑπερξηραίνει, καὶ τὰ σώματα σκληρὰ καὶ ξυλώδεα ἀποδείκνυσι. τρῖψις ἐλαίου σὺν ὕδατι μαλάσσει, καὶ οὐ δεινῶς ἐᾷ διαθερμαίνεσθαι. περὶ δὲ κόπων τῶν ἐν τοῖσι σώμασιν ἐγγινομένων, ὧδε ἔχει. οἱ μὲν ἀγύμναστοι τῶν ἀνθρώπων, ἀπὸ παντὸς κοπιῶσι πόνου. οὐδὲν γὰρ τοῦ σώματος διαπεπόνηται πρὸς οὐδένα πόνον. τὰ δὲ γεγυμνασμένα τῶν σωμάτων, ὑπὸ τῶν ἀήθων πόνων κοπιᾷ. τὰ δὲ, καὶ ἀπὸ τῶν συνήθων γυμνασίων κοπιᾷ, ὑπερβολῇ χρησάμενα. τὰ μὲν οὖν εἴδεα τῶν κόπων, τοιαῦτά ἐστιν. ἡ δὲ δύναμις αὐτέων ὧδε ἔχει. οἱ μὲν γὰρ ἀγύμναστοι ὑγρὴν τὴν σάρκα ἔχοντες, ὁκόταν πονέωσι θερμαινομένου τοῦ σώματος, σύντηξιν πολλὴν ἀφιᾶσιν. ὅ, τι μὲν οὖν συνεξιδρώσῃ, ἢ ξὺν τῷ πνεύματι ἀποκαθαρθῇ, οὐ παρέχει πόνον μέζον ἐν τῷ κενωθέντι τοῦ σώματος παρὰ τὸ ἔθος. ὅ, τι δ᾽ ἂν ἐμμείνῃ τῆς ἀποκρίσιος, [79] τοῦτο παρέχει τὸν πόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ δεξαμένῳ τὸ ὑγρόν. οὐ γάρ ἐστι ξύμφορον τῷ σώματι, ἀλλὰ πολέμιον. εἰς μὲν δὴ τὰς σάρκας τῶν σωμάτων, οὐ ξυνίσταται ὁμοίως, εἰς δὲ τὰ σαρκώδεα, ὥστε τούτοις πόνον παρέχει, ἕως ἂν ἐξέλθῃ. [80] ἅτε δὴ οὐκ ἔχον περίοδον, ἀτρεμίζον θερμαίνεται αὐτό τε καὶ τὰ προσαπτόμενα. ἢν μὲν οὖν πουλὺ γένηται τὸ ἀποκριθὲν, ἐκράτησε καὶ τοῦ ὑγιαίνοντος, ὥστε συνεκθερμαίνει ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ἐνεποίησε πυρετὸν ἰσχυρόν. θερμανθέντος γὰρ τοῦ αἵματος καὶ ἐπισπασθέντος, [81] ταχεῖαν ἐποίησε τὴν περίοδον τὰ ἐν τῷ σώματι. καὶ τό, τε ἄλλο σῶμα καθαίρεται ὑπὸ τοῦ πνεύματος. καὶ τὸ συνεστηκὸς θερμαινόμενον, λεπτύνεταί τε, καὶ συνεξωθέεται ἐκ τῆς σαρκὸς ἔξω ἐπὶ τὸ δέρμα, ὅπερ ἱδρὼς καλέεται θερμός.

τέου δὴ ἀποκριθέντος, τό, τε αἷμα καθίσταται ἐς τὴν κατὰ φύσιν, σύστασιν· καὶ ὁ πυρετὸς ἀνίησι, καὶ ὁ κόπος παύεται μάλιστα τεταρταῖος. χρὴ δὲ τὸν τοιοῦτον κόπον, ὧδε θεραπεύειν. πυριήσι καὶ λουτροῖσι θερμοῖσι διαλύοντα τὸ ξυνεστηκός. [32] καὶ περιπάτοισι βιαίοισιν ὡς ἀποκαθαίρωνται, τῇσιν ὀλιγοσιτίῃσι, καὶ ἰσχνασίῃσι, συνιστάναι τῆς σαρκὸς τὴν κένωσιν καὶ τρίβεσθαι τῷ ἐλαίῳ ἡσυχῇ πουλὺν χρόνον, ὅκως μὴ βιαίως ἀναθερμαίνηται. καὶ τοῖσι χρίσμασι καὶ τοῖσιν ἱδρωτικοῖσι καὶ μαλακτικοῖσι χρῆσθαι, καὶ μαλάσσειν ξυμφέρει. τοῖσι δὲ γυμναζομένοισιν ὑπὸ τῶν ἀήθων πόνων, διὰ τάδε γίνεται. ὁκόταν μὴ πεπονήκῃ τὸ σῶμα, ὑγρὴν ἀνάγκη τὴν σάρκα εἶναι πρὸς τοῦτον τὸν τόπον, πρὸς ὃν μὴ εἴθισται πονεῖν. ὥσπερ καὶ τῶν γυμνασίων, πρὸς ἕκαστα. τὴν μὲν οὖν σάρκα, ξυντήκεσθαι ἀνάγκη καὶ ἀποκρίνεσθαι καὶ συνίστασθαι ὥσπερ τῷ προτέρῳ. ξυμφέρει δὲ θεραπεύεσθαι ὧδε. τοῖσι μὲν γυμνασίοισι χρῆσθαι, τοῖσι συνήθεσιν, ὅκως τὸ ξυνεστηκὸς θερμαινόμενον λεπτύνηται καὶ ἀποκαθαίρηται, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα μὴ ὑγραίνηται, μηδὲ ἀγύμναστον γίνηται. τοῖσι δὲ λουτροῖσι τοῖσι θερμοῖσι ξυμφέρει καὶ τοῦτον χρῆσθαι. καὶ τῇ τρίψει ὁμοίως, ὡς καὶ τὸν πρόσθεν. τῆς δὲ πυριήσιος οὐδὲν δέεται. οἱ πόνοι γὰρ ἱκανοὶ θερμαίνοντες, λεπτύνουσι καὶ ἀποκαθαίρουσι τὸ συστάν. [33] οἱ δὲ ἀπὸ τῶν συνήθων γυμνασίων πόνοι, τοιῷδε τρόπῳ γίνονται. ἀπὸ μὲν συμμέτρου πόνου, κόπος οὐ γίνεται. ὁκόταν δὲ πλείων τοῦ καιροῦ πόνος ᾖ, ὑπεξηραίνει τὴν σάρκα. κενωθεῖσα δὲ τοῦ ὑγροῦ, θερμαίνεταί τε καὶ ἀλγέει, καὶ φρίσσει, καὶ ἐς πυρετὸν καθίσταται μακρότερον, ἢν μή τις ἐνθεραπεύσῃ ὀρθῶς. χρὴ δὲ πρῶτον μὲν αὐτὸν τῷ λουτρῷ, μὴ σφόδρα πολλῷ, μὴ δὲ θερμῷ ἄγαν λούεσθαι. ἔπειτα πίσαι αὐτὸν ἐκ τοῦ λουτροῦ μαλακὸν οἶνον, δειπνεῖν ὡς πλεῖστα καὶ παντοδαπὰ σιτία, καὶ ποτῷ ὑδαρεῖ. οἴνῳ δὲ μαλακῷ χρῆσθαι πολλῷ. [34] ἔστ' ἂν ἐπιλείψῃ χρόνῳ πλείονι, μέχρις ἂν αἱ φλέβες πληρωθεῖσαι ἀρθῶσιν. ἔπειτα δὴ ἐξεμεέτω. καὶ ἀναστάντα ὀλίγον, καθευδέτω μαλακῶς. ἔπειτα προσαγέτω ἡσυχῇ, τοῖσι σιτίοισι καὶ τοῖσι πόνοισι τοῖσι συνήθεσιν ἡμέρας ἕξ, ἐν ταύτῃσι δὲ καταστῆσαι ἐς τὸ σύνηθες καὶ σίτου καὶ ποτοῦ. δύναμιν δὲ ἔχει ἡ θεραπείη, τοιήνδε. ἐξηρασμένον τὸ σῶμα ἐς ὑπερβολήν, ἐξυγρῆναι δύναται ἄτερ ὑπερβολῆς. ἢν μὲν οὖν ᾖ δυνατὸν [35] τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πόνου γνῶναι ὁκόση τις ἐστὶ τοῦ σίτου τῇ συμμετρίῃ ἀκέσασθαι, ὧδε ἂν εἶχε τοῦτο. νῦν δὲ τὸ μὲν ἀδύνατον. τὸ δὲ ῥᾴδιον. ἐξηρασμένον γὰρ τὸ σῶμα τῶν ἐμπεσόντων παντοδαπῶν, ἐφ' ὧν λαμβάνει τὸ ξυμφέρον αὐτὸ ἐν ἑωυτῷ, ἕκαστον τοῦ σώματος ἑκάστου σίτου. πληρωθὲν δὲ καὶ ὑγρανθὲν κενωθείσης τῆς κοιλίης ὑπὸ τοῦ ἐμέτου, ἀφίησι πάλιν τὴν ὑπερβολήν. ἡ δὲ κοιλίη κενὴ ἐοῦσα ἀντισπᾷ. τὸ μὲν οὖν ὑπερβάλλον ὑγρὸν, ἐξερεύγεται ἡ σάρξ. τὸ δὲ σύμμετρον, οὐκ ἀφίησιν, ἢν μὴ διὰ βίης, ἢ πόνων, ἢ φαρμάκων, ἢ ἄλλης τινὸς ἀντισπάσιος. τῇ δὲ προσαγωγῇ χρησάμενος, καθίστησι τῷ σώματι τὴν δίαιταν ἡσυχῇ.

Quo ſanè excreto, tum ſanguis ad naturalem conſtitutionem redit, tum febris remittit, & laſſitudo ſedatur, tertio præſertim die. Hanc autem laſſitudinem hunc in modum curare oportet, fomentis & balneis calidis id quod coaluit diſſoluendo, & violentis deambulationibus expurgando, ciborumque paucitate & extenuatione carnis vacuationem cogendo, ac oleo leniter, ne vehementer recaleſcat, confricando. Vnguentis etiam tum ſudorem elicientibus, tum emollientibus inungere ac emollire confert. His verò qui exercentur, à minimè conſuetis laboribus iccirco laſſitudo contingit, quòd cùm corpus laboribus ſe non exercuerit, ea parte qua laborare non conſueuit, carnem humidam eſſe neceſſe eſt, velut ad ſingulas exercitationes. Carnem igitur colliqueſieri & ſecerni, ac in ſeſe cogi velut in priore neceſſe eſt. Hæc autem curatio confert. Exercitationibus quidem aſſuetis vtendum, vti quod exiit calefactum tenuetur ac detrahatur, reliquumque corpus minimè humectetur, neque ſine exercitationibus eſſe contingat. Huic autem conducit, vt balneis calidis ac frictione, non ſecus ac prior, vtatur. Fomentis autem nihil opus eſt, cum labores calefaciendo, ad id quod coactum eſt tenuandum & detrahendum ſatis eſſe poſſint. At verò ex vſitatis exercitationibus labores hoc modo contingunt. Ex moderato quidem labore nulla oritur laſſitudo. Cùm verò maior quàm par ſit fuerit, carnem ſupra modum exiccat, eàque humore vacuata, incaleſcit, dolet, horrore concutitur, ac niſi quis rectam curationem adhibeat, ad diuturnam febrem deuenit. Imprimis quidem balneo neque admodum multo, neque nimis calido vtendum, deinde à balneo epoto molli vino, in cœna quàm plurima & cuiuſque generis edulia offerenda, & potu aquoſo, vino autem molli ac copioſo vtendum. Poſtea diutiùs confricandum, dum venæ oppletæ turgeſcant. Mox vomendum, & poſt modicam ſtationem, molliter dormiendum. Poſtea per dies ſex ſenſim ad cibos & potiones conſuetas redeundum, & in his ad conſuetum tum cibum, tum potum deueniendum. Quæ curatio hanc habet facultatem, vt ſupra modum reſiccatum corpus, citra exceſſum humectare queat. Quòd ſi quis laboris exuperantia mentis intelligentia comprehenſa, huic quantacunque foret cibi commoderatione mederi poſſet, id bene haberet. Nunc verò vt illud fieri nequit, ita hoc facile. Reſiccatum namque corpus, à cuiuſuis generis ingeſtis, ſibi quod confert aſſumit, & vnaquæque corporis pars de ſingulis cibis, repletum verò & humectatum, vacuato per vomitionem ventriculo, rurſus id quod exudat dimittit. Ventriculus autem cùm vacuus exiſtat, viciſſim attrahit. Exuperantem igitur humiditatem caro effundit, commoderatam verò, non niſi per vim, aut labores, aut medicamenta, aut aliud quoddam reuulſionis genus dimittit. Qui verò cibi paulatim adiectione vtetur, is corpori leniter priſtinam victus rationem reſtituet.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΔΙΑΙΤΗΤΙΚΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE, LIBER. III.

AT de victus humani ratione, ita vt ad ciborum copiam laborũ commoderatio adhibeatur, exactè quis ſcribere nõ poteſt, quemadmodum etiã antea à me dictum eſt. Multa enim ſunt quæ prohibẽt. Primùm quidẽ differentes inter ſe hominũ naturæ. Nam & quæ ſiccæ ſunt, ipſæ inter ſe inuicem, & cum cæteris collatæ, magis & minùs ſiccæ ſunt, & humidæ, ad eundemq; modum de reliquis omnibus dicendum. Deinde etiam ætates, quæ iiſdem minimè indigent. Ad hæc verò & regionũ poſitiones, ventorũmq; mutationes, & tẽpeſtatum tranſmutationes, anniq; conditiones. Quin & inter cibos ipſos magna eſt differẽtia. Triticũ enim à tritico, & vinum à vino differt, reliquaq; omnia ex quibus victum trahimus, cũ diuerſa exiſtãt, impediũt quò minùs quis ea de re exactè ſcribere poſſit. Sed enim inuentæ à me ſunt eorũ quæ in corpore ſuperãt prænotiones, ſiue labores cibos, ſiue cibi labores ſuperẽt, & quanã ratione ſingulis mederi oporteat, tum etiã ſanis proſpicere, vti ne in morbos incidãt, niſi quis valde multũ ac ſæpe delinquat. Quę ſanè ipſa medicamentis iã indigent, etſi ſunt quædã quæ neq; medicamentis ſanari poſſunt. Quoad igitur fieri potuit, inuenta ſunt à nobis quæ quàm maximè ad rẽ facerent, exactè verò à nemine. Primùm quidẽ igitur pleriſq; vulgo ſcribã, ex quibus maximã vtilitatem capiãt, qui cibis quibuſlibet & laboribus neceſſariis, coactiſq; profectionibus vtuntur, tum qui maritimis negotiationibus ad victum parãdum repertis diſtinentur, ſi plus iuſtò incaleſcãt, & magis quàm expediat refrigerentur, reliquaq; victus ratione inſtabili vtantur. His ſanè præſens victus ratio conducit. Annum quidem pleriq; in quatuor partes omnibus ferè notas diuidunt, hyemem, ver, æſtatem, & autumnum. Ac hyemem quidem à Vergiliarum occaſu, ad Æquinoctium vernum. Ver autem ab Æquinoctio, ad Vergiliarum exortum. Æſtatem à Vergiliarum ortu, ad Arcturi exortum. Autumnum verò ab Arcturo, ad Vergiliarum occaſum. Per hyemem igitur, vt anni tempori frigido & conſtricto te opponas, hac victus ratione vti conuenit. Plurimùm quidem ſemel tantum cibus ſumendus, niſi quis aluum valde ſiccam habeat. Sin minus, parum prandendum. Cibis autem vtendum ſiccis, auſteris, calefacientibus, ex toto collatis & meracis. Pane quoque magis, & obſoniis aſſis potius quàm elixis vtendum. Potionibus item nigris, meracioribus, ac paucioribus. Oleribus autem quam minimùm, præterquam calefacientibus & ſiccis. Succis etiam ac ſorbitionibus quàm minimum. Laboribus autem plurimis omnibus, curſibuſque flexis, ſenſim acceſſione facta, & lucta cum oleo, à leuioribus adurgendo. Et deambulationibus quidem poſt exercitationes celeribus, à cœna verò tardis, in loco tepido. Matutinis etiam multis, ex leui initio, vehementer progrediendo, & leniter deſinendo. Duro etiam cubili, & nocturnis itineribus vti, tum etiam per

Περὶ διαίτης αἱ ἀνθρωπίνης ὥσπερ μοι καὶ πρότερον εἴρηται, ξυγγράψαι μὲν οὐχ οἷόν τε ἐς ἀκριβείην, ὥστε πρὸς τὸ πλῆθος τοῦ σίτου, τὴν συμμετρίην ποιέεσθαι τῶν πόνων. πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα. πρῶτον μὲν αἱ φύσιες τῶν ἀνθρώπων διάφοροι ἐοῦσαι. καὶ γὰρ αἱ ξηραὶ αὐταὶ ἑωυτῶν πρὸς ἑωυτὰς, καὶ πρὸς ἄλλας μᾶλλον καὶ ἧσσον, ξηραί τε καὶ ὑγραὶ ὡσαύτως καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι. ἔπειτα καὶ αἱ ἡλικίαι, μὴ τῶν αὐτῶν δεόμεναι. ἔτι δὲ τῶν χωρίων αἱ θέσιες, καὶ τῶν πνευμάτων αἱ μεταβολαὶ, τῶν τε ὡρέων αἱ μεταστάσιες, καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ αἱ καταστάσιες. αὐτῶν τε τῶν σίτων πολλὴ διαφορή. πυροί τε γὰρ πυρῶν, καὶ οἶνος οἴνου, καὶ τἄλλα ὅσα διαιτεόμεθα πάντα διάφορα ἐόντα, ἀποκωλύει δυνατὸν εἶναι ἐς ἀκριβείην ξυγγραφῆναι. ἀλλὰ γὰρ αἱ προγνώσιες ἐξευρημέναι ἔμοιγε τῶν ἐπικρατεόντων ἐν τῷ σώματι, εἴτε οἱ πόνοι κρατέουσι τῶν σιτίων, εἴτε τὰ σιτία τῶν πόνων, καὶ ὡς χρὴ ἕκαστα ἐξακέεσθαι, προκαταλαμβάνειν τε ὑγιείας τῇ φύσει, μὴ προσπελάζειν τε τὰς νούσους, εἰ μή τις μεγάλα πάνυ ἐξαμαρτάνοι, καὶ πολλάκις. τούτων δὲ φαρμάκων δέεται ἤδη. ἔστι δ᾽ ἃ οὐδ᾽ ὑπὸ τῶν φαρμάκων δύναται ὑγιάζεσθαι. ὡς μὲν οὖν δυνατὸν εὑρεθῆναι ἔγγιστα τοῦ ὅρου, ἐμοὶ εὕρηται· τὸ δὲ ἀκριβὲς, οὐδενί. πρῶτον μὲν οὖν τοῖσι πολλοῖσι τῶν ἀνθρώπων συγγράψω, ἐξ ὧν μάλιστα ἂν ὠφελοῖντο, οἵτινες σιτίοισι προστυχοῦσι χρέονται, πόνοισί τε ἀναγκαίοισιν, ὁδοιπορίῃσί τε τῇσι προσαναγκαίῃσι, θαλασσουργίῃσί τε τῇσι πρὸς τὴν συλλογὴν τοῦ βίου, θαλπόμενοί τε παρὰ τὸ σύμφορον, ψυχόμενοί τε παρὰ τὸ ὠφέλιμον, τῇ τε ἄλλῃ διαίτῃ ἀκαταστάτῳ χρεόμενοι. τούτοισι δὴ ξυμφέρει, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὧδε διαιτέεσθαι. Τὸν μὲν ἐνιαυτὸν ἐς τέσσαρα μέρεα διαιρέουσιν, ἅπερ μάλιστα γινώσκουσιν οἱ πολλοί. χειμῶνα, ἦρ, θέρος, φθινόπωρον. καὶ χειμῶνα μὲν ἀπὸ πλειάδων δύσιος, ἄχρι ἰσημερίης ἐαρινῆς. ἔαρ δὲ ἀπὸ ἰσημερίης μέχρι πλειάδων ἐπιτολῆς. θέρος, ἀπὸ πλειάδων μέχρι ἀρκτούρου ἐπιτολῆς. φθινόπωρον δὲ, ἀπὸ ἀρκτούρου μέχρι πλειάδων δύσιος. ἐν μὲν οὖν τῷ χειμῶνι ξυμφέρει πρὸς τὴν ὥρην, ψυχρήν τε καὶ ξυνεστηκυῖαν, ὑπεναντιούμενον τοῖσι διαιτήμασιν, ὧδε χρέεσθαι. πρῶτον μὲν μονοσιτίῃσι χρὴ διάγειν, ἢν μὴ πάνυ ξηρὴν τὴν κοιλίην ἔχῃ. εἰ δὲ μὴ, μικρὸν ἀριστῆν. τοῖσι δὲ διαιτήμασι χρέεσθαι τοῖσι ξηροῖσι καὶ αὐστηροῖσι, καὶ θερμαντικοῖσι καὶ συγκομιστοῖσι, καὶ ἀκρήτοισι. σιτοφαγίῃ δὲ μᾶλλον. καὶ τοῖσιν ὀπτοῖσι τῶν ὄψων μᾶλλον, ἢ τοῖσιν ἑφθοῖσι χρέεσθαι. καὶ τοῖσι πόμασι μέλασιν ἀκρητεστέροισι, καὶ ἐλάσσοσι. λαχάνοισιν δὲ ὡς ἥκιστα, πλὴν τοῖσι θερμαντικοῖσι καὶ ξηροῖσι. καὶ χυλοῖσι καὶ ῥοφήμασιν ὡς ἥκιστα. τοῖσι δὲ πόνοισι πολλοῖσιν ἅπασι, τοῖσί τε δρόμοισι καμπτοῖσιν ἐξ ὀλίγου προσάγοντα, καὶ τῇ πάλῃ ἐν ἐλαίῳ μακρῇ, ἀπὸ κούφων προσαναγκάζοντα. τοῖσι μὲν περιπάτοισιν ἀπὸ τῶν γυμνασίων, ὀξέσιν. ἀπὸ δὲ τοῦ δείπνου, βραδέσιν ἐν ἀλέῃ. ὀρθρίοισί τε πολλοῖσιν ἐξ ὀλίγου ἀρχόμενον, προσάγοντα σφοδρὸν, ἀποπαύοντα ἠσυχῇ, σκληροκοιτίῃσι, καὶ νυκτοβατίῃσι, καὶ χοροβατίῃσι,

καὶ

καὶ κυνοδρομίῃσι χρέεσθαι συμφέρει· πάντα γὰρ ταῦτα, ἰσχναίνει καὶ θερμαίνει· χρέεσθαί τε πλείοσιν. ὁκόταν δὲ ἐθέλῃ λούεσθαι, ἢν μὲν ἐκπονήσῃ ἐν παλαίστρῃ, ψυχρῷ λουέσθω, ἢν δὲ ἄλλῳ τινὶ πόνῳ χρήσηται, τὸ θερμὸν ξυμφορώτερον. χρέεσθαι δὲ καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι, τοῖσι μὲν ὑγροτέροισι, τρὶς τοῦ μηνός, τοῖσι δὲ ξηροτέροισι, δὶς ἀπὸ σιτίων παντοδαπῶν. ἐκ δὲ τῶν ἐμέτων, προσαγαγεῖν ἡσυχῇ πρὸς τὸ εἰθισμένον σιτίον ἐς ἡμέρας τρεῖς. καὶ τοῖσι πόνοισι χρῆσθαι κουφοτέροισι καὶ ἐλάσσοσι, τοῦτον τὸν χρόνον, ἀπὸ δὲ βοείων καὶ χοιρείων κρεῶν ἢ τῶν ἄλλων ὅτι ἂν ὑπερβάλῃ πλησσόμενον, ἐμέειν, καὶ ἀπὸ πυροδέων καὶ γλυκέων καὶ λιπαρῶν ἀηθέων πλησμονῆς, ἐμέειν συμφέρει καὶ ἀπὸ μέθης, καὶ σιτίων μεταβολῆς, καὶ χωρίων μεταλλαγῆς, ἐμέειν. διδόναι δὲ καὶ τῷ ψύχει, καθάπερ ἑωυτόν, πλὴν ἀπὸ τῶν σιτίων καὶ γυμνασίων, ἀλλ᾽ ἔντε τοῖσιν ὀρθρίοισι περιπάτοισιν, ὁκόταν ἄρξηται τὸ σῶμα διαθερμαίνεσθαι, καὶ τοῖσι δρόμοισι, καὶ ἐν τῷ ἄλλῳ χρόνῳ ὑπερβολὴν φυλασσόμενος. ἀγαθὸν γὰρ τῷ σώματι χειμάζεσθαι ἢ γυμνάζεσθαι ἐν τῇ ὥρῃ. οὐδὲ γὰρ τὰ δένδρεα μὴ χειμασθέντα ἐν τῇ ὥρῃ δύναται καρπὸν φέρειν, οὐδὲ αὐτὰ ἔρρωσθαι. χρέεσθαι δὲ καὶ τοῖσι πόνοισι πολλοῖσι ταύτην τὴν ὥρην ἐς ὑπερβολήν, ἢν μὴ οἱ κόποι ἐγγίνωνται. τοῦτο τεκμήριον διδάσκω τοὺς ἰδιώτας. διότι δὲ οὕτως ἔχει, φράσω. τῆς ὥρης οὔσης ψυχρῆς καὶ συνεστηκυίης, παραπλήσια πέπονθε καὶ τὰ ζῶα. βραδέως οὖν ἀνάγκη διαθερμαίνεσθαι τὰ σώματα ὑπὸ τοῦ πόνου. καὶ τοῦ ὑγροῦ μικρόν τι μέρος ἀποκρίνεσθαι τοῦ ὑπάρχοντος. εἶτα ὁ χρόνος ἐν ᾧ μὲν πονεῖ, ἀποδέδοται ὀλίγος. ἐν ᾧ δὲ ἀναπαύεται, πουλύς. ἡ μὲν γὰρ ἡμέρη, βραχείη, ἡ δὲ νύξ, μακρή. διὰ ταῦτα οὖν οὐκ ἔχει ὑπερβολὴν ὁ χρόνος καὶ ὁ πόνος. χρὴ οὖν διὰ ταῦτα τὴν ὥρην ταύτην οὕτω διαιτᾶσθαι. ἀπὸ πλειάδων δύσιος μέχρις ἡλίου τροπέων, ἡμέρας τεσσαράκοντα τέσσαρας. περὶ δὲ τὰς τροπάς, ἐν φυλακῇ ὅτι μάλιστα εἶναι. καὶ ἀπὸ τροπῆς ἡλίου, ἄλλας τοσαύτας ἡμέρας, τῇ αὐτῇ διαίτῃ χρέεσθαι. ἐπὴν δὲ ὥρη ἐπαναγάγῃ τὸν ζέφυρον καὶ μαλακωτέρη γένηται, δεῖ καὶ τῇ διαίτῃ μετὰ τῆς ὥρης ἕπεσθαι, ἡμέρας πεντεκαίδεκα, ὅτε ἀρκτοῦρος ἐπιτέλλει καὶ χελιδὼν ἤδη φέρεται, τὸν ἐχόμενον δὲ χρόνον, ποικιλώτερον ἤδη διάγειν μέχρις ἰσημερίης, ἡμέρας τριάκοντα δύο. χρὴ οὖν καὶ τοῖσι διαιτήμασι χρέεσθαι, τῇ ὥρῃ διαποικίλλοντα φαυλοτέροισι καὶ κουφοτέροισι τοῖσί τε σιτίοισι, καὶ τοῖσι ποτοῖσι, καὶ πόνοισι προσάγοντα ἡσυχῇ πρὸς τὸ ἔαρ. Ὁκόταν δὲ ἰσημερίη γένηται ἤδη μαλακωτέρη, καὶ αἱ ἡμέραι μὲν μακρότεραι. αἱ νύκτες δὲ βραχύτεραι. καὶ ἡ ὥρη θερμή τε καὶ ξηρὴ καθίστηται, καὶ ἡ παρεοῦσα τρόφιμός τε καὶ ἄκρητος. δεῖ οὖν ὥσπερ τὰ δένδρεα παρασκευάζονται ἐν ταύτῃ τῇ ὥρῃ, αὐτοῖσιν ὠφέλειαν ἐς τὸ θέρος οὐκ ἔχοντα γνώμην, αὔξησίν τε καὶ σκιήν, οὕτω καὶ τὸν ἄνθρωπον. ἐπεὶ γὰρ γνώμην ἔχει, τῆς σαρκὸς τὴν αὔξησιν δεῖ ὑγιηρὴν αὐτὴν παρασκευάζειν. χρὴ οὖν, ὡς μὴ ἐξαπίνης τὴν δίαιταν μεταβάλλειν, διελεῖν τὸν χρόνον ἐς μέρεα ἕξ, κατὰ ὀκτὼ ἡμέρας. ἐν γοῦν τῇ πρώτῃ μοίρῃ χρὴ τῶν τε πόνων ἀφαιρέειν, καὶ τοῖσι λοιποῖσιν ὀξυτέροισι χρέεσθαι, τοῖσι δὲ σιτίοισι, μαλακωτέροισί τε, καὶ πώμασιν ὑδαρεστέροισι, καὶ λευκοτέροισι. καὶ τῇ πάλῃ σὺν ἐλαίῳ ἐν τῷ ἡλίῳ χρέεσθαι, ἐν ἑκάστῃ δὲ τῇ ὥρῃ, ἕκαστα τῶν διαιτημάτων μεθιστάναι κατὰ μικρόν. καὶ τῶν περιπάτων ἀφαιρέειν, τῶν ἀπὸ τοῦ δείπνου, τοὺς πλείους. τῶν δὲ ὀρθρίων, ἐλάσσους

puluerem ingredi ac currere confert. Hæc enim omnia extenuant & calefaciunt, iiſque plurimis vtendum. Cum verò quis lauari volet, ſi quidem in palæſtra laborauerit, frigida lauetur. Quòd ſi alio quopiã labore vſus fuerit, calida magis confert. Vomitionibus autem poſt cibos cuiuſuis generis, humidiores ter in menſe vtantur, ſicciores verò bis. A vomitionibus ſenſim per tres dies ad cõſuetum cibum deducendum, & ſub id tempus leuioribus & paucioribus laboribus vtendum. A bubula & porcina carne, aut à quibuſuis aliis, qui ſupra modum repletus vomat. Quinetiam ex caſeoſorũ, & dulcium, & pinguiũ minimè conſuetorum repletione vomere confert. Poſt ebrietatem quoque, & ciborum mutationem, locorumque trãſmutationem vomendum. Parum autem ſe frigori exponere oportet, præterquàm poſt cibos & exercitationes. Sed in deambulationibus matutinis, cùm corpus incaleſcere cœperit, & in curſibus, reliquoque quouis tempore, exuperantia vitanda eſt. Hac enim tempeſtate corpori frigus ſentire, quam exerceri magis confert. Neq; enim arbores quæ hoc tempore frigora non ſenſerunt, fructum ferre aut ſatis valere poſſunt. Hac quoque tempeſtate laboribus etiam multis vtendum, dum laſſitudines minimè contingant. Cuius rei iſtud dabo plebeiis argumentum, curq; hæc ita ſe habeant aperiam. Cùm hoc anni tempus frigidum & conſtrictum exiſtat, ſimilia etiam animalibus contingere ſolent. Corpora igitur lentè ex labore incaleſcere, & humidi quod ineſt paruam quãdam portionem excerni neceſſe eſt. Deinde labori quidem temporis parum conceſſum eſt, quieti verò multum, cùm dies quidem breuis ſit, nox autem longa. Ideoque neque tempus, neque labor modum excedunt. Eam igitur ob cauſam hoc anni tempore, iſta victus ratio inſtituenda eſt, à Vergiliarum occaſu ad Solſtitium vſque, diebus quadraginta quatuor. At circa ſolſtitium, quàm maxima fieri poteſt cuſtodia vtendum, & à ſolſtitio, aliis totidem diebus eadem victus ratio vſurpanda. Vbi autem tempeſtas fauonium reduxerit, & mollior extiterit, victus rationem tempeſtati accommodare conuenit, diebus quindecim, ad Arcturi exortum, & hirundinis aduentum. Quod verò ſequitur tempus, variè magis tranſigere oportet, ad Æquinoctium vſque, diebus duobus & triginta. Victus igitur ratione ad anni temporis varietatem accommodata, molliore & leuiore vtendum, in cibis, potibus & laboribus, ſenſim ad ver adducendo. Cùm autem Æquinoctium iam mollius euaſerit, dieſque longiores, & noctes breuiores, anniq; tempus ad calidum & ſiccum peruenerit, præſens etiam victus probè nutriens ac meracus eſto. Quemadmodum igitur arbores, cùm ratione careant, hac tempeſtate ſibi comparãt ad æſtatis commoditatem, tum incrementũ, tum vmbram; ita homo, cùm mente ſit præditus, carnis incrementum ſalubre ſibi comparare debet. Ne igitur victus ratio derepente immutetur, tempus in ſex partes, per octo dies diuidendum. In prima itaq; parte de laboribus detrahendum, reliquiſq; acutioribus vtendũ. Cibi quoq; molliores exhibendi, & potiones aquoſiores ac calidiores, & lucta cum oleo in ſole vtendũ. In ſingulis autem anni temporibus, vnaquæq; victus ratio paulatim tranſmutanda, & deambulationes à cœna plures detrahendæ, matutinæ vero pauciores.

Maza quoq; panis loco apponenda, & olera cocta exhibenda, optoniaque elixa assis adæquanda. Balneis etiam vtendú, paruo prandio, & rebus venereis paucis. Vomitiones quoque primùm quidem duobus interpoſitis diebus, deinde longiore interiecto tempore, faciendæ, quò & corpus ad puram carnem reduceas, & victus ratioñe hoc tempore mollem inſtituas, ad Vergiliarum exortum. Tunc iam adeſt æſtas, ad quam victus ratioñe accõmodare oportet. Vbi ergo Vergiliæ iam exortæ ſunt, cibis mollioribus & paucioribus vtendum, deinde plus maza, quam pane, eaque prius ſubacta, & minimè intrita. Potibus autem mollibus, albis, aquoſis, prandio modico, & ſomnis à prandio breuibus, & ciborum ac potionum repletionibus quàm minimis. In cibo potu quantum ſatis eſt vtendum. Interdiu verò quàm minimũ bibendũ, niſi neceſſaria aliqua ſiccitate corpus detineatur. Olerib. coctis vtendum, æſtuoſis & ſiccantibus exceptis. Crudis quoq; vtendum, calefacientibus & ſiccantibus exceptis. Ac vomitionibus, niſi ſi qua repletio inſit, minimè vtendum, rebuſq; venereis, omnium minimè. Balneis verò tepidis vti licet. Poma verò cum pro natura humana valentiora ſint, ab his abſtinere præſtat. Quod ſi quis cũ cibis vtatur, minimè deliquerit. Laboribus etiã & curſibus exerceri conuenit, iiſq; ad carceres redeuntib. modicis, multo tẽpore, & deambulationib⁹ in vmbra. Lucta verò in puluere, quò minimùm incaleſcat: Nam volutatio in puluere curſib⁹ præſtat, qui corpus humidũ vacuando deſiccant. A cœna minimè deambulandũ, ſed tãtum ſtandũ. Mane verò deambulationibus vtendũ. Soles vitandi & frigora tum matutina, tũ veſpertina, quæcunq; à fluminibus, aut ſtagnis, aut niuibus ſpirant. In hac autem victus ratione ad ſolſtitiũ æſtiuum vſq; perſeuerãdũ, vti hoc tempore ſicca omnia & calida, ac nigra, & meraca, ac panes detrahas, niſi ſi paulùm quid voluptatis gratia exhibeas. Tempore verò quod poſtea ſequitur, cibis vtatur mollibus & humidis, refrigerantibus & albis, ad Arcturi exortum & Æquinoctium, diebus 93. Poſt æquinoctiũ autem hoc modo victus ratioñe inſtituere oportet, per autumnũ ad hyemem accedendo, ita vt frigorũ ac teporis mutationes veſtitu craſſo deuites. Hoc verò tẽpore priùs in veſte motu vtendũ, frictioneq; & lucta cum oleo, ſenſim adiiciendo, & loco tepido deambulandũ, calidaq; lauandum, & ſomni diurni detrahendi. Cibi etiã aſſumendi calidiores, minus humidi, & puri, potus verò nigriores, molles tamen & nõ aquoſi, olera autẽ minùs. Reliquaq; omni victus ratione ita progrediendũ, vt ab æſtiuis demas, hybernis vtaris, non ad ſummũ, quò quàm proximè ad hybernã victus ratioñe deuenias, per dies duodequinquaginta, ad Vergiliarũ occaſum ab Æquinoctio. Atq; iſta quidem pleriſque hominibus ſuadeo, quibus temerè vitam degere neceſſe eſt, neq; licet reliquis poſthabitis ſuæ ipſorum ſanitatis curam habere. Qui verò ita ſunt comparati, ſibique in animum induxerunt, neque pecuniarum, neque corporis, neque vllius rei vtilitatem, citra ſanitatem æſtimandam eſſe, iis à me inuenta eſt victus ratio, quæ quoad eius fieri poteſt maximè ad veritatẽ accedit, quam procedente oratione demonſtrabo.

καὶ τῇ μάζῃ ἀντὶ τῶν ἄρτων προσίεσθαι, τῶν δὲ λαχάνων τῶν ἑφθῶν προσφαγεῖν. καὶ τὰ ὄψα αἰονᾶν ἐν τοῖς ἑφθοῖς τοῖσιν ὀψοῖσι. λουτροῖσί τε χρέεσθαι, καὶ ἀρίστοισι μικροῖσιν, ἀφροδισίοισί τε ἐλάττοσι, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τῶν δύο ποιέεσθαι, ἔπειτα διὰ πλείονος χρόνου, ὅκως ἂν καταστήσῃ τε τὸ σῶμα ἐς σαρκώμενον καθαρῇ σαρκί, καὶ τὴν δίαιταν μαλακὴν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, μέχρι πλειάδων ἐπιτολῆς.[15] Ἐν τούτῳ ἤδη θέρος, καὶ τὴν δίαιταν ἤδη χρὴ πρὸς τοῦτο ποιέεσθαι. χρὴ οὖν ἐπειδὰν πλειάδες ἐπιτείλῃ, τοῖσί τε σιτίοισι μαλακωτέροισι καὶ ἐλάττοσι χρέεσθαι. ἔπειτα τῇ μάζῃ πλέον, ἢ τῷ ἄρτῳ. ταύτῃ δὲ προφυρητῇ ἀτριπτοτέρῃ. τοῖσι δὲ πόμασι μαλακοῖσι, λευκοῖσιν ὑδαρέσιν. ἀρίστῳ δὲ, ὀλίγῳ. καὶ ὕπνοισιν ἀπὸ τοῦ ἀρίστου βραχέσι. καὶ πλησμονῇσιν ὡς ἥκιστα, τῶν σιτίων τε καὶ ποτῶν. ἱκανῶς ἐπὶ τῷ σίτῳ χρέεσθαι. δι' ἡμέρης δὲ ὡς ἥκιστα πίνειν, ἢν μὴ ἀνάγκη τινὶ ξηρασίη τὸ σῶμα χρήσηται. χρέεσθαι δὲ τοῖσι λαχάνοισι τοῖσιν ἑφθοῖσι, πλὴν τῶν καυσωδέων καὶ ξηρῶν. χρέεσθαι δὲ καὶ τοῖσιν ὠμοῖσι, πλὴν τῶν θερμαντικῶν καὶ ξηρῶν. ἐμέτοισι δὲ, ἢν μή τις πλησμονὴ ἐγγένηται, μὴ χρέεσθαι· τοῖσι δὲ ἀφροδισίοισιν, ὡς ἥκιστα. λουτροῖσι δὲ, χλιεροῖσι χρέεσθαι. Ἡ δὲ ὀπώρη, ἰσχυρότερον τῆς ἀνθρωπίνης φύσιος. βέλτιον οὖν, ὀπωρῶν ἀπέχεσθαι. Εἰ δὲ χρῷτό τις, μετὰ τῶν σιτίων χρεόμενος,[16] ἥκιστ' ἂν ἐξαμαρτάνοι. τοῖσί τε πόνοισι τοῖσί τε δρόμοισι, χρὴ γυμνάζεσθαι. καὶ διαύλοισιν ὀλίγοισι πολλῷ χρόνῳ. καὶ τοῖσι περιπάτοισιν ἐν σκιῇ. τῇ τε πάλῃ, ἐν κόνει, ὅκως ἥκιστα ἐκθερμαίνηται. ἡ γὰρ ἀλίνδησις βέλτιον, ἢ τὰ τροχοί.[17] ψύχουσι γὰρ τὸ σῶμα, κενοῦντες τοῦ ὑγροῦ. ἀπὸ δείπνου τὸ μὴ περιπατέειν, ἀλλ' ἢ ὅσον ἐξαναστῆναι. πρωῒ δὲ χρέεσθαι τοῖσι περιπάτοισιν. ἡλίους δὲ φυλάσσειν καὶ τὰ ψύχεα, τά τε ἐν πρωῒ καὶ τὰ ἐν τῇ ἑσπέρῃ, ὅκοσα ποταμοὶ ἢ λίμναι, ἢ χιόνες ἀποπνέουσι. Ταύτῃ δὲ τῇ διαίτῃ προσεχέτω, μέχρις ἡλίου τροπέων. ὅκως ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἀφαιρήσῃ πάντα, ὅκοσα ξηρὰ, καὶ θερμὰ, καὶ μέλανα, καὶ ἄκρητα, καὶ τοὺς ἄρτους, πλὴν εἴ τι μικρὸν ἡδονῆς πάρεχειν εἵνεκα. τῷ ἐχομένῳ δὲ χρόνῳ διαιτήσεται τοῖσι μαλακοῖσι, καὶ ὑγροῖσι, καὶ ψυκτικοῖσι, καὶ λευκοῖσι, μέχρις ἀρκτούρου ἐπιτολῆς καὶ ἰσημερίης, ἡμέρας ἐνενήκοντα τρεῖς. Ἀπὸ δὲ ἰσημερίης, ὧδε χρὴ διαιτέεσθαι, προσάγοντα πρὸς τὸν χειμῶνα ἐν τῷ φθινοπώρῳ. φυλασσόμενον τὰς μεταβολὰς τῶν ψυχέων, καὶ τῆς ἀλέης ἐσθῆτι παχείῃ. χρέεσθαι δὲ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ἱματίῳ προκινεόμενον τῇ τε τρίψει καὶ τῇ πάλῃ ἐν ἐλαίῳ ἡσυχῇ προσάγοντα. καὶ τοὺς περιπάτους ποιέεσθαι ἐν ἀλέῃ, θερμολουσίῃ τε χρέεσθαι καὶ τοὺς ἡμερινοὺς ὕπνους ἀφαιρέειν, καὶ τοῖσι σιτίοισι θερμοτέροισι, καὶ ἧσσον ὑγροῖσι καὶ καθαροῖσι. καὶ τοῖσι πόμασι μελαντέροισι, μαλακοῖσι δὲ καὶ μὴ ὑδαρέσι. τοῖσί τε λαχάνοισιν ἧσσον.[18] τῇ τε ἄλλῃ διαίτῃ προσάγειν πάσῃ τῶν θερινῶν ἀφαιρέοντα, τοῖσι χειμερινοῖσι χρέεσθαι μὴ ἐς ἄκρον. ὅκως καταστήσῃ ὡς ἔγγιστα τῆς χειμερινῆς διαίτης,[19] ἐν ἡμέρῃσι δυοῖν δεούσῃσι πεντήκοντα, μέχρι πλειάδων δύσιος ἀπὸ ἰσημερίης.

Ταῦτα μὲν συμβουλεύω τῷ πλήθει τῶν ἀνθρώπων, ὁκόσοισιν ἐξ ἀνάγκης, εἰκῇ τὸν βίον διατελέειν ἐστί,[20] μηδ' ὑπάρχει αὐτέοισι τῶν ἄλλων ἀμελήσαντας τῆς ἑωυτῶν ὑγιείης ἐπιμελέεσθαι. οἷσι δὴ τοῦτο παρεσκεύασται καὶ διέγνωσται, ὅτι οὐδὲν ὄφελός ἐστιν, οὔτε χρημάτων, οὔτε σώματος, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδενός, ἄτερ τῆς ὑγιείης, πρὸς τούτους ἐστί μοι δίαιτα ἐξευρημένη, ὡς ἀνυστὸν πρὸς τὸ ἀληθέστατον τῶν δυνατῶν προσηγμένη.[21] Ταύτην μὲν οὖν προϊόντι τῷ λόγῳ δηλώσω.

τῆδε

τόδε δὲ τὸ εὕρημα, καλὸν μὲν ἐμοὶ τῷ εὑρόντι, ὠφέλιμον δὲ τοῖσι μαθοῦσιν. οὐδεὶς δὲ καὶ τῶν προτέρων, οὐδὲ ἐπεχείρησε ξυνεῖναι, ὃ πρὸς ἅπαντα τἄλλα πολλοῦ κρίνω εἶναι ἄξιον. ἔστι δὲ προδιάγνωσις μὲν πρὸ τοῦ κάμνειν, διάγνωσις δὲ τῶν σωμάτων, τί πέπονθε. πότερον τὸ σιτίον κρατεῖ τοὺς πόνους, ἢ οἱ πόνοι τὰ σιτία, ἢ μετρίως ἔχει πρὸς ἄλληλα. ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ κρατέεσθαι ὁκότερον οὖν, νοῦσοι ἐγγίνονται. ἀπὸ δὲ τοῦ ἰσάζειν πρὸς ἄλληλα, ὑγείη πρόσεστιν. ἐπὶ ταῦτα δὲ τὰ εἴδεα ἐπέξειμι, καὶ δείξω ὁκοῖα γίνεται τοῖσιν ἀνθρώποισιν ὑγιαίνειν δοκέουσι, καὶ ἐσθίουσί τε ἡδέως, πονεῖν τε δυναμένοισι, καὶ σώματος καὶ χρώματος ἱκανῶς ἔχουσιν. αἱ ῥῖνες ἄτερ προφάσιος φανερῆς, ἐμπλήσσονται ἀπὸ τοῦ δείπνου. καὶ δοκέουσι μὲν πλήρεες εἶναι, μύσσονται δὲ οὐδέν. ὁκόταν δὲ προϊόντες ἄρχωνται τοῦ ὄρθρου καὶ γυμνάζεσθαι, τότε μύσσονται καὶ πτύουσι. καὶ προϊόντος τοῦ χρόνου, καὶ τὰ βλέφαρα βαρέα ἴσχουσι. καὶ τὸ μέτωπον ξυσμὴ λαμβάνει. τῶν τε σιτίων ἀπέχονται, καὶ πίνειν οὐ δύνανται, ἀχροίη τε τούτοισιν ἢ χρέη γίνεται. καὶ ἢ κατάρροοι κινέονται, ἢ πυρετοὶ φρικώδεες, καθ' ὅ, τι ἂν τύχῃ τὸ χρέος ἡ πλησμονὴ κινηθεῖσα. ὅ, τι δ' ἂν τύχῃ ποιήσας κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, τοῦτο αἰτιῆται, οὐκ αἴτιον ἐόν. τοῦτο γὰρ κρατεύντων τῶν σιτίων τοὺς πόνους, κατὰ μικρὸν ξυλλεγομένη ἡ πλησμονὴ, ἐς νοῦσον ἤγαγεν. ἀλλ' οὐ χρὴ περιέπεσθαι μέχρι τούτου, ἀλλ' ὁκόταν γνῷ τὰ πρῶτα τῶν τεκμηρίων, εἰδέναι ὅτι κρατέει τὰ σιτία τοὺς πόνους, κατὰ μικρὸν ξυλλεγόμενα, πλησμονή ἐστι. μύξαι γὰρ καὶ σίελα, πλησμονῆς ἐστι σημεῖα. ἀτρεμίζοντος μὲν δὴ τοῦ σώματος, φράσσουσι τοὺς πόρους τοῦ πνεύματος, πολλῆς ἐνεούσης τῆς πλησμονῆς. θερμαινόμενον δὲ ὑπὸ τοῦ πόνου, ἀποκρίνεται λεπτυνόμενον. χρὴ δὲ τὸν τοιοῦτον ἐκθεραπεύεσθαι ὧδε. διαπονήσαντα ἐν τοῖσι γυμνασίοισι τοῖσιν εἰθισμένοισιν ἀκόπως, θερμῷ λουσάμενον, σιτίοισι παντοδαποῖσι, καὶ ποιήσασθαι ἔμετον. ἐκ δὲ τοῦ ἐμέτου, κλύσαι τὸ στόμα καὶ τὴν φάρυγγα οἴνῳ αὐστηρῷ, ὅκως ἂν συστύφῃ τὰ στόματα τῶν φλεβῶν, καὶ μηδὲν ἐπισπάσηται, οἷα γίνεται ἀπὸ ἐμέτων. ἔπειτα ἀναστὰς, περιπατησάτω ἐν ἀλέῃ ὀλίγα. ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην, τοῖσι μὲν περιπάτοισι χρέεσθαι, τοῖσι δὲ γυμνασίοισιν ἐλάσσοσι καὶ κουφοτέροισιν ἢ πρόσθεν. καὶ ἀνάριστος διαγέτω ἢν θέρος ᾖ. ἢν δὲ μὴ θέρος ᾖ, μικρὸν ἐπιφαγέτω. καὶ τοῦ δείπνου ἀφαιρείτω τὸ ἥμισυ, οὗ εἰώθει δειπνεῖν. τῇ δὲ τρίτῃ τοὺς μὲν πόνους ἀποδότω τοὺς εἰθισμένους πάντας, καὶ τοὺς περιπάτους. τοῖσι δὲ σιτίοισι προσαγέτω κατ' ὀλίγον, ὅκως τῇ πέμπτῃ ἀπὸ τοῦ ἐμέτου κομιεῖται τὸ σιτίον τὸ εἰθισμένον. κἢν μὲν ἀπὸ τούτου ἱκανῶς ἔχῃ, θεραπευέσθω τὸ ἐπίλοιπον τοῖσι μὲν σιτίοισιν ἐλάσσοσι, τοῖσι δὲ πόνοισι πλείοσιν. ἢν δὲ μὴ καθίστηται τὰ τεκμήρια τῆς πλησμονῆς, διαλιπὼν δύο ἡμέρας ἀφ' ἧς ἐκομίσατο τὰ σιτία, ἐμεσάτω πάλιν, καὶ προσαγέτω κατὰ ταὐτά. ἢν δὲ μὴ, καὶ ἐκ τρίτου, μέχρις ἂν ἀπαλλαγῇ τῆς πλησμονῆς. εἰσὶ δὲ τινὲς τῶν ἀνθρώπων, οἷσιν ὁκόταν κρατέωνται οἱ πόνοι ὑπὸ τῶν σιτίων, τοιάδε πάσχουσιν. ἀρχομένης μὲν τῆς πλησμονῆς, ὕπνοι μακροὶ καὶ ἡδέες αὐτοῖσιν ἐπιγίνονται, καὶ ἐπὶ τῆς ἡμέρης ἐπικοιμῶνται. ὁ δὲ ὕπνος γίνεται τῆς σαρκὸς ὑγραινομένης, καὶ χέεται τὸ αἷμα, καὶ γαληνίζει διαχεόμενον τὸ πνεῦμα. ὁκόταν δὲ μὴ δέχηται ἔτι τὸ σῶμα τὴν πλησμονὴν, ἀπόκρισιν ἤδη ἀφίησιν ἔσω ὑπὸ βίης τῆς περιόδου, ἥτις ὑπεναντιουμένη τῇ τροφῇ, τῇ ἀπὸ τῶν σιτίων, ταράσσει τὴν ψυχήν. οὐκ ἔτι κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἡδέες οἱ ὕπνοι, ἀλλ' ἀνάγκη ταράσσεσθαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ δοκεῖ μάχεσθαι·

Atque iſta inuentio mihi quidem inuentori pulchra eſt, vtilis verò iis qui diſcunt, à nullo adhuc antea tẽtata, & quam ad alia omnia plurimi æſtimo. Eſt autẽ & præcognitio ante quàm ægrotent, & affectus corporum cognitio, vtrum cibi labores, an cibos labores ſuperent, an moderatè inter ſe habeant. Quodcunq; enim ſuperetur, ex eo morbi contingunt, ex mutua verò inter ſe æquabilitate, ſanitas adeſt. Ad has ſanè ſpecies aggrediar, & aperiam quænã iis contingant, qui ſibi bene valere videntur, & cibis ac laboribus iucundè fruuntur, tum corporis tum coloris habent abundè. Nares à cœna citra cauſam manifeſtam implentur, & plenæ eſſe videntur, nihil tamen emungunt. Cùm verò manè deambulare & exerceri cœperint, tum mucum & ſputum reiiciunt, procedenteque tempore palpebras etiam graues habent, frontem pruritus occupat, cibis abſtinent, potumque minùs appetunt, habitus color deperditur, & aut deſtillationes, aut febres cum horrore excitantur quocumq; tempore repletionem commoueri cõtigerit. Eo autem tempore quicquid fortè fecerit, in id culpam reiicit, cùm minimè in cauſa ſit. In hoc enim ſenſim collecta repletio morbum inuexit, quòd cibi labores ſuperant. Verùm non eſt eò vſque differendum, ſed cùm primùm ſigna videris, noſſe oportet, quòd cùm cibi labores ſuperant, paulatim collecta repletio exiſtit. Mucus enim & ſaliua repletionem arguunt, quieſcenteque ſanè corpore, ſpiritus meatus opplent cùm multa inſit repletio, quod verò labore incaleſcit, extenuatum excernitur. Huic curationem iſtam adhibere oportet, vt poſtquam ſe conſuetis exercitationibus citra defatigationem exercuerit, calidaque lauerit, cibos omnis generis offerat, & vomitionem cieat. Poſt vomitionem verò os & fauces vino auſtero colluat, vti venarum oſcula conſtringantur, nihilque conuellatur, velut ex vomitionibus contingere ſolet. Deinde vbi ſurrexerit, loco tepido modicè deambulet. Poſtridie verò deambulationibus quidem vtendum, exercitationibus tamen paucioribus & leuioribus quàm antea, & ſi æſtas fuerit, minimè prandeat, ſin minus, parum comedat, & de cœna conſueta dimidium detrahat. Tertia autem die ad labores quidem conſuetos omnes & deambulationes redeat, ſed cibos ſenſim augeat, vti quinto die poſt vomitionem conſuetus cibus aſſumatur. Quòd ſi inde ſatis erit, de cætero paucioribus quidem cibis, laboribus verò pluribus curetur Si verò plenitudinis ſigna minimè quieuerint, duobus poſt cibos receptos intermiſſis diebus, rurſus vomat, & ad eoſdem ſenſim deducatur. Sin minùs etiam tertio idẽ repete, quoad plenitudine liberetur. At verò quibuſdã, vbi labores à cibis ſuperantur, iſta contingunt. Cùm plenitudo quidem incipit, ſomni longi & ſuaues ipſis obueniunt, & interdiu etiam dormiunt. Fit autem ſomnus humectata carne, & funditur ſanguis, ſpiritus diffuſus tranquillitatẽ habet. Cùm verò corpus plenitudinem ampliùs capere nõ poteſt, ambitus vi ſecretionem intrò iam remittit, quæ alimento ã cibis prouenienti obuiã facta, animum perturbat. Tũc nõ ampliùs ſuaues ſunt ſomni, ſed hominem perturbari neceſſe eſt, ſibique pugnas committere videtur.

Quæ enim corpori contingunt, eadem animus cernit, oculis clauſis. Cùm igitur eò quis deuenerit, prope iam ægrotat. Affuturum autem morbum admodum eſt manifeſtum. Qualis enim ſecretio ad partẽ venerit, & quamcunq; ſuperauerit, eam morbo afficiet. Verùm hoc imprudenter minimè eſt cõtemnẽdum, ſed cùm primũ ſigna cognoueris, curationi inſiſtendum. Et hic ſanè veluti prior curandus eſt, longioris autem temporis etiam inedia opus habet. Sunt autem etiam iſta plenitudinis ſigna. Quibuſdam quidem totum corpus dolet, quibuſdam verò corporis pars quædam, quæcunq; ea fuerit. Dolor verò eſt vti laſſitudo, & laſſitudine teneri ſibi videntur, deſidiaq; & repletione curationem adhibent, quoad in febrem incidant. Neque tamen adhuc hoc cognoſcunt, ſed balneis & cibis adhibitis, morbum ad pulmonis inflammationem deducunt, & in extremum periculũ incidunt. Verùm antequam in hos morbos incidãt, conſilio proſpiciendum, & ad hunc modum curandum, præcipuè quidem mollibus fomentis hominẽ fouendo, ſin minùs multa calida lauando, & corpus quàm maximè diſſoluendo, & poſt exhibitos cibos, primùm quidẽ acres ac plurimos, deinde ſalſos, probè vomitũ ciendo. Poſtea exurgendum, modicoque tempore loco tepido deambulandũ, deinde dormiẽdum. Mane verò deambulationibus paulatim adiectione facta vtendum, exercitationibuſq; leuioribus, & ciborum oblationibus, velut antea. Hoc enim extenuatione plurima & deambulationibus indiget. Quòd ſi nulla adhibita prouidentia, in febrẽ incidat, per dies tres præter aquã nil offerendũ. Interea igitur ſi ſedetur, benè habet, ſin minùs, priſanæ ſucco curatio inſtituẽda, & vel quarto, vel ſeptimo die decedet, ſi ſudauerit. Prodeſt verò ſub iudicationis tempus illitionibus ſudorem mouentibus vti, cùm ad ſudorẽ prouocent. At quibuſdam etiam ex plenitudine hæc contingunt. Caput dolore tentatur & grauatur, palpebræq; ipſis à cœna concidunt, & inter dormiẽdũ turbantur, calorq; ineſſe videtur, & alvus interdũ ſiſtitur. Ex rerum venerearum vſu, leuior ſtatim ſibi videtur, at poſtea grauior. In his caput plenitudinem ad ſe attrahens, tum alvum ſupprimit, cùm ipſum grauatur. Periculum autem imminet, ne quamcunq; in partem plenitudo erumpat, eam ipſam corrumpat. Sed hac ratione prouidendum. Si celerem curationẽ eſſe voles, veratro purgandum, deinde cibi leues & molles, ad dies decem offerendi, iiſq; alvum deiicientes, quò alvus inferior, deorſum reuellendo caput ſuperet. Curſibus tardis & matutinis, ac deambulationibus, quæ ſatis eſſe poſſint, vtendum, luctaq; ex oleo & prandio, ſomnoq; non longè à prandio, à cœna verò tantum exurgere ſatis eſt. Et partim quidẽ balnea, partim verò inunctiones adhibendæ, balnea autem tepida, à coitu autem abſtinendũ. Hæc quidem expeditior eſt curatio. Quòd ſi medicamentorũ potiones ſumere nolit, poſt copioſum balneum, à cibis dulcibus & ſalſis vomat, à vomitu verò exurgat tantùm. Matutinæ autem deambulationes, & exercitationes præſcriptæ, ad dies ſex, ſenſim augendæ. Die verò ſeptimo addita repletione, ex ſimilibus cibis vomitus mouendus eſt, & ad eundem modum ſenſim adiectio facienda. His autem ad quatuor hebdomadas vtendum. Tanto enim ferè tempore reſtituitur.

His vtile eſt tertiam cibi partē detrahere, & poſt vomitum, ſenſim ad dies quinq; adiicere. In aliis autem quinq; diebus totum cibū reponere, & vomitu facto, rurſus eodem modo ſenſim adiiciendo exhibere. Ex his verò quodcunque purum & humidum cœlo inſidêre tibi videbitur, ſanitatem denunciat, quoniam ex æthere in hominem venit, tale verò quale ingreſſum eſt, animus etiā cernit. Quod autem nigrū, impurum, minimè perſpicuum fuerit, morbū portendit, nō ob plenitudinem aut euacuationem, ſed ex eo quod extrinſecus inductum eſt. Huic cōfert vt curſibus circularibus concitatis vtatur, quò quàm minima corporis colliquatio contingat & vbi ſpiritu quàm creberrimo vſus fuerit, id quod aduenit excernat. Poſt curſus autem deambulationibus cōcitatis vtatur. Victus autem ratio ad dies quatuor, mollis & leuis adhibeatur. Quicquid verò purum à Deo ſumere ſibi quis videtur, id bonū eſt ſanitatis augurium. Ea enim quæ in corpus ingeſta ſunt, pura eſſe indicat. At verò quicquid huic contrarium videre quis putat, bonum non eſt. Morbum enim corpori aduenisse ſignificat. Huic igitur, velut priori, eadem curatio adhibenda eſt. Si quis clementi cœlo, molli pluuia complui, & neque vehementer, neq; cum graui tempeſtate demiſſa madefieri videatur, bonum eſt. Commoderatum enim & purum ſpiritū ex aëre ingreſſum eſſe ſignificat. Quòd ſi his contraria contingant, vt quis vehementer complui aqua impura, & cū tempeſtate ac procella videatur, morbum à ſpiritu inducto ſignificat. Verùm huic quoq; eadem victus ratio obſeruanda eſt, iiſq; omnibus modicus cibus exhibendus. Ac de ſignis quidem ſyderum cœleſtibus, ſic ſtatuere & conſilio prouidere, ad idque victus rationem dirigere oportet, & diis ſupplicationes decernere. Ad res quidem proſperas, Soli, Ioui cœleſti, Ioui Cteſio, Mineruæ Cteſiæ, Mercurio, Apollini. Ad aduerſas vero, diis auertuncatoribus, & Terræ, & Heroibus, vt grauia omnia auertant & auerruncent. At verò hæc quoque ſanitatem portendunt, ea quæ in terra fiunt acutè cernere & audire, firmiter itē iter facere, & ſecurè ac ſine metu currere, terram planam ac bene cultam videre, arbores item pullulantes, fructibus onuſtas & ſatiuas. Flumina etiam curſu ſolito labentia, & aqua limpida, neq; copioſiore, neq; pauciore quàm conueniat, fonteſq; & puteos eodem modo. Hæc omnia viſa ſanitatem homini denunciant, corpuſq; & ambitus omnes, ciborumque exhibitiones, & excretiones rectè habere: Quod ſi quid his quodammodo aduerſum videatur, noxiam aliquam in corpore ſignificat. Viſu quidē & auditu læſo, capitis morbus indicatur. Matutinis igitur deambulationibus, & poſt cœnam pluribus vtendū, adiecta priore victus ratione. Cruribus verò læſis, vomitibus reuellendū, & frequentiore lucta vtendū, ſeruata etiā priore victus ratione. Terra verò aſpera, carnē minimè purā indicat. Plurimæ igitur deābulationes poſt exercitationes obeūdæ. Arborū autē ſterilitas, ſeminis humani corruptelā ſignificat. Si igitur ab arboribus folia decidāt, ab humidis & frigidis offenſionē denotant. Sin verò frōdoſæ fuerint arbores, at fructu careant, à calidis & ſiccis. Hæc igitur per victus rationem refrigerare atq; humectare oportet, illa verò ſiccare & calefacere, flumina nō pro more exiſtentia, ſanguinis ambitū denotant, & plus iuſto quidem fluentia, exuperantiam, minùs verò defectum.

τούτοισι ξυμφέρει, τὸ τρίτον μέρος τοῦ σίτου ἀφαιρέεσθαι. ἐμέσαντα δὲ προσάγειν ἐς ἡμέρας πέντε, ἐν ἄλλῃσι δὲ πέντε κομίσασθαι τὰ σιτία πάντα. καὶ ἐμέσαντα πάλιν προσάγειν κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. ὅ, τι δ' ἂν τούτων οὐρανίοισιν ἐφίζεσθαι δόξῃ τοι καθαρὸν καὶ ὑγρὸν ἐὸν, ὑγιαίνειν σημαίνει, διότι ἐκ τοῦ αἰθέρος ἐς τὸν ἄνθρωπον κατελθόν ἐστι. τοιοῦτον δὲ καὶ ἡ ψυχὴ ὁρᾷ, οἷον περ ἐσῆλθεν. ὅ, τι δ' ἂν μέλαν ᾖ ἢ μὴ καθαρὸν, μηδὲ διαφανὲς, νοῦσον σημαίνει, οὔτε διὰ πλησμονὴν, οὔτε διὰ κένωσιν, ἀλλ' ἔξωθεν ἐπαγωγῆς. ξυμφέρει δὲ τούτῳ τροχοῖσιν ὀξέσι κεχρῆσθαι, ὅκως σύντηξις ὡς ἐλαχίστη τοῦ σώματος γίνηται. πνεύματι δὲ ὡς πυκνοτάτῳ χρησάμενος, ἐκκρίνῃ τὸ προσελθόν. ἀπὸ δὲ τῶν τροχῶν, περιπάτοισιν ὀξέσιν. ἡ δὲ δίαιτα, μαλακὴ καὶ κούφη προσαχθήτω ἐς ἡμέρας τέσσαρας. ὅ, τι δ' ἂν λαμβάνειν παρὰ θεοῦ δοκῇ καθαρὸν, ἀγαθὸν πρὸς ὑγείην. σημαίνει γὰρ τὰ ἐσιόντα ἐς τὸ σῶμα, εἶναι καθαρά. ὅ, τι δ' ἂν τούτου τὸ ἐναντίον δοκῇ ὁρᾷν, οὐκ ἀγαθόν. νοῦσον γὰρ ἐς τὸ σῶμα σημαίνει ἐληλυθέναι. χρὴ οὖν ὡς τὸ πρότερον, θεραπεύεσθαι καὶ τοῦτον. Εἰ δὲ δοκέειν ὕεσθαι, ὕδατι μαλθακῷ ἐν εὐδίῃ καὶ μὴ σφόδρα βρέχεσθαι, μηδὲ δεινῶς χειμάζειν, ἀγαθόν. σημαίνει γὰρ συμμέτρως καὶ καθαρὸν τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ ἠέρος εἰσεληλυθέναι. Εἰ δὲ τούτων τἀναντία, σφόδρα ὕεσθαι καὶ χειμῶνα καὶ ζάλην εἶναι, ὕδατί τε μὴ καθαρῷ, νοῦσον σημαίνει ἀπὸ πνεύματος τοῦ ἐπακτοῦ. ἀλλὰ χρὴ καὶ τοῦτον ὡσαύτως διαιτῆσθαι, σιτίοισί τε ὀλίγοισι πάντας τούτους. περὶ μὲν τῶν οὐρανίων σημείων ἄστρων, οὕτω χρὴ γινώσκοντα προμηθέεσθαι, καὶ ἐκδιαιτᾶσθαι, καὶ τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι. ἐπὶ μὲν τοῖσιν ἀγαθοῖσιν, ἡλίῳ, Διῒ οὐρανίῳ, Διῒ κτησίῳ, Ἀθηνᾷ κτησίῃ, Ἑρμῇ, Ἀπόλλωνι. ἐπὶ δὲ τοῖσιν ἐναντίοισι, τοῖσιν ἀποτροπαίοισι, καὶ γῇ καὶ ἥρωσιν ἀποτρόπαια γίνεσθαι τὰ χαλεπὰ πάντα. προσημαίνει δὲ καὶ τάδε πρὸς ὑγείην· τῶν ἐπὶ γῆς ὀξὺ ὁρῇν καὶ ἀκούειν, ὁδοιπορέειν τε ἀσφαλέως, καὶ τρέχειν ἀσφαλέως καὶ ἄτερ φόβου. καὶ τὴν γῆν ὁρῇν λείην καὶ καλῶς εἰργασμένην, καὶ τὰ δένδρεα θάλλοντα καὶ πολύκαρπα, καὶ ἥμερα, καὶ ποταμοὺς ῥέοντας κατὰ τρόπον καὶ ὕδατι καθαρῷ μήτε πλείονι μήτε ἐλάσσονι τοῦ προσήκοντος, καὶ τάς τε κρήνας, καὶ τὰ φρέατα ὡσαύτως. ταῦτα πάντα οὕτως ὁρώμενα, σημαίνει ὑγείαν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ τὸ σῶμα κατὰ τρόπον, πάσας τε τὰς περιόδους καὶ τὰς προσαγωγὰς καὶ τὰς ἀποκρίσιας εἶναι. Εἰ δέ τι τούτων ὑπεναντίον ὁρῷτο, βλάβος σημαίνει τι ἐν τῷ σώματι. ὄψιος μὲν καὶ ἀκοῆς βλαπτομένων, περὶ τὴν κεφαλὴν νοῦσον σημαίνει. τούτῳ οὖν ὀρθρίοισι περιπάτοισι, καὶ τοῖσιν ἀπὸ δείπνου πλείοσι χρηστέον, πρὸς τῇ προτέρῃ διαίτῃ. τῶν σκελέων δὲ βλαπτομένων, ἐμέτοισι ἀντισπᾶν, καὶ τῇ πάλῃ πλείονι χρηστέον πρὸς τῇ προτέρῃ διαίτῃ. τῇ δὲ τραχείῃ, οὐ καθαρὴν τὴν σάρκα σημαίνει. τοῖσιν οὖν ἀπὸ γυμνασίων περιπάτοισι πλείοσι χρηστέον. Δένδρων δὲ ἡ ἀκαρπία σπέρματος τοῦ ἀνθρωπίνου διαφθορὴν δηλοῖ. ἢν μὲν οὖν φυλλορροῇ τὰ δένδρα, ὑπὸ τῶν ὑγρῶν καὶ ψυχρῶν βλάπτεται. ἢν δὲ τεθηλότα, ἄκαρπα δὲ ᾖ, ὑπὸ τῶν θερμῶν καὶ ξηρῶν. τὰ μὲν οὖν τοῖσι διαιτήμασι χρὴ ξηραίνειν καὶ θερμαίνειν, τὰ δὲ ψύχειν καὶ ὑγραίνειν. Ποταμοὶ δὲ μὴ κατὰ τρόπον γινόμενοι, αἵματος περίοδον σημαίνουσι. πλέον μὲν ῥέοντες, ὑπερβολήν. ἔλασσον δὲ ῥέοντες, ἔλλειψιν.

δὲ

δεῖ δὲ τῇ διαίτῃ, τὸ μὲν αὐξῆσαι, τὸ δὲ μειῶσαι. μὴ καθαρὰ δὲ ῥέοντες, ταραχὴν σημαίνουσι. καθαίρεται δὲ ὑπὸ τῶν τρόχων καὶ τῶν περιπάτων, πνεύματι πυκνῷ ἀνακινεύμενα. κρῆναι δὲ καὶ φρέατα δοκέοντα, πνεύματι περὶ τὴν κύστιν σημαίνει. ἀλλὰ χρὴ τοῖσιν οὐρητικοῖσιν ἐκκαθαίρειν. Θάλασσα ταρασσομένη, κοιλίης νοῦσον σημαίνει. ἀλλὰ χρὴ τοῖσι διαχωρητικοῖσι καὶ κούφοισι καὶ μαλακοῖσιν ἐκκαθαίρειν. Γῆ κινευμένη, δοκέουσα, ἢ οἰκίη, ὑγιαίνοντι μὲν ἀσθενείην σημαίνει. νοσέοντι δὲ, ὑγείην καὶ μετακίνησιν τοῦ ὑπάρχοντος. τῷ μὲν οὖν ὑγιαίνοντι, μεταστῆσαι τὴν δίαιταν ξυμφέρει. ἐμεσάτω πρῶτον. εἶτα προσδέξεται αὖθις κατὰ μικρόν. ἀπὸ γὰρ τοῦ ὑπαρχούσης κινέεται ἅπαν τὸ σῶμα. τῷ δὲ ἀσθενοῦντι ξυμφέρει χρῆσθαι τῇ αὐτῇ διαίτῃ. μεθίσταται γὰρ δὴ τὸ σῶμα, ἐκ τοῦ παρεόντος. κατακλυζομένην γῆν ἀπό τινος ὕδατος ἢ θαλάσσης ὁρῇν, νοῦσον σημαίνει, ὑγρασίης πολλῆς ἐνεούσης ἐν τῷ σώματι. ἀλλὰ χρὴ τοῖσιν ἐμέτοισι, καὶ ἀναριστήσι, καὶ τοῖσι πόνοισι, καὶ τοῖσι ξηροῖσι διαιτήμασι χρῆσθαι. ἔπειτα προσάγειν ἐξ ὀλίγων, καὶ ὀλίγοισιν. ἀλλ' οὐδὲ μέλαιναν ὁρῇν γῆν οὐδὲ κατακεκαυμένην δοκεῖ ἀγαθὸν, ἀλλὰ κινδυνεύσεις ἰσχυροῦ νοσήματος ἀντιτυχεῖν καὶ θανασίμου. ξηρασίης γὰρ ὑπερβολὴν σημαίνει ἐν τῇ σαρκί. ἀλλὰ χρὴ τούς τε πόνους ἀφελεῖν, τῶν τε σιτίων ὅσα ξηρά τε καὶ θερμὰ καὶ δριμέα καὶ οὐρητικά. διαιτῆσθαί τε τῆς τε πτισάνης καθέφθῳ τῷ χυλῷ, καὶ πᾶσι τοῖς μαλακοῖσι καὶ κούφοισιν ὀλίγοισι. ποτῷ χρῆσθαι ὑδαρεῖ λευκῷ πλείονι. λουτροῖσι πολλοῖσι θερμοῖσιν. ἀλλὰ μὴ ἄσιτος λουέσθω. μαλακευνείτω. ῥᾳθυμείτω. ψῦχος καὶ ἥλιον φυλασσέσθω. εὔχεσθαι δὲ γῇ, Ἑρμῇ καὶ τοῖσιν ἥρωσιν. Εἰ δὲ κολυμβᾷν ἐν λίμνῃ, ἢ ἐν θαλάσσῃ, ἢ ἐν ποταμοῖσι δοκεῖ, οὐκ ἀγαθὸν, ὑπερβολὴν γὰρ ὑγρασίης σημαίνει. ξυμφέρει δὲ τούτῳ, τῇ διαίτῃ τοῖσί τε πόνοισι χρῆσθαι. πυρέττοντι δὲ ἀγαθόν. σβέννυται γὰρ τὸ θερμὸν ὑπὸ τῶν ὑγρῶν. ὅ,τι δ' ἂν τις περὶ αὑτὸν ὁρᾷ κατὰ τρόπον γενόμενον πρὸς τὴν φύσιν τὴν ἑωυτοῦ, μήτε μεῖζω, μήτε ἐλάσσω, ἀγαθὸν πρὸς ὑγείην ἐστί. καὶ ἐσθῆτα λευκὴν ἐνδεδύσθαι, καὶ ὑπόδεσιν τὴν καλλίστην, ἀγαθόν. ὅ,τι δ' ἂν ἔῃ μεῖζον τῶν μελέων, οὐκ ἀγαθόν. ἀλλ' οὐδ' ὅτι ἂν ἔῃ ἔλασσον, καὶ χρὴ τὸ μὲν αὔξειν τῇ διαίτῃ. τὸ δὲ μειοῦν. τὰ δὲ μέλανα νοσερώτερά τε καὶ ἐπικίνδυνα. ἀλλὰ χρὴ μαλάσσειν καὶ ὑγραίνειν. καὶ τὰ καινὰ μεταλλαγὴν σημαίνει. τοὺς ἀποθανόντας ὁρῇν καθαροὺς ἐν ἱματίοισι λευκοῖσιν, ἀγαθόν. καὶ λαμβάνειν τι παρ' αὐτῶν καθαρὸν, ἀγαθόν. ὑγείην γὰρ σημαίνει καὶ τῶν σωμάτων καὶ τῶν ἐσιόντων. ἀπὸ γὰρ τῶν ἀποθανόντων, αἱ τροφαὶ καὶ αὐξήσιες καὶ σπέρματα γίνονται. ταῦτα δὲ καθαρὰ εἰσέρπειν ἐς τὸ σῶμα, ὑγείην σημαίνει. ἢν δὲ τοὐναντίον τις ὁρῇ, γυμνοὺς ἢ μελανοειμένους, ἢ μὴ καθαροὺς, ἢ λαμβάνοντάς τι, ἢ φέροντας ἐκ τῆς οἰκίας, οὐκ ἐπιτήδειον. σημαίνει γὰρ νοῦσον. τὰ γὰρ ἐσιόντα ἐς τὸ σῶμα βλαβερά. ἀλλὰ χρὴ τοῖσι τρόχοισι καὶ τοῖσι περιπάτοισιν ἀποκαθαίρεσθαι, καὶ τῇ τροφῇ τῇ μαλακῇ τε καὶ κούφῃ προσάγειν ἐμέσαντα. ὁκόσα δὲ ἀλλόμορφα σώματα φαίνεται ἐν τοῖσιν ὕπνοισι καὶ φοβεῖ τὸν ἄνθρωπον, σιτίων ἀσυνήθων σημαίνει πλησμονὴν καὶ ἀπόκρισιν, καὶ χολέραν, καὶ νοῦσον κινδυνώδη. ἀλλὰ χρὴ ἔμετον ποιήσασθαι, καὶ προσάγειν ἐς ἡμέρας πέντε, σιτίοισιν, ὡς κουφοτάτοισι μὴ πολλοῖσι, μηδὲ δριμέσι,

Hunc autem per victus rationem augere, illum verò imminuere oportet. Cùm verò impura defluunt, perturbationem indicant, quæ à curſibus circularibus ac deambulationibus, per denſi ſpiritus agitationẽ expurgatur. Fontes & putei ſi videantur, flatus circa veſicam ſignificant, qui medicamentis vrinam promouentibus ſunt expurgandi. Mare perturbatum, ventris morbũ ſignificat, ſed alvum deiicientibus, & leuibus, & mollibus expurgare oportet. Terra aut domus ſi moueri videatur, ſano quidem imbecillitatẽ, ægro verò ſanitatem, præſentiſq́; ſtatus immutationem portendit. Sano igitur victus rationem tráſmutare conuenit. Imprimis vomat, ac rurſum paulatim cibum aſſumat, nimirum quòd corpus ex præſenti victus ratione totum moueatur. At ægro eadem victus ratio confert, cùm nimirum corpus ex præſenti ſtatu tranſmutetur. Terra ab aquæ aut maris diluuio inundari ſi videatur, morbum ob multam humiditatem in corpore exiſtentem denunciat. Sed vomitibus, prandij abſtinentia, laboribus, & victus ratione ſicca vtendum, deinde ex paruis interuallis modicus cibus adiiciendus. Sed neq; nigram, neq; exuſtam terram videre bonum cenſetur, contra verò ne vehemens ac lethalis morbus conſequatur periculum eſt. Siccitatis enim in carne exuperantiam ſignificat. Sed labores & cibos tum ſiccos, tum calidos & acres, vrináq; cientes detrahere oportet, & in victus ratione ptiſanæ ſuccum decoctum, omniaq; mollia & leuia, ſed pauca exhibere. Potu vtendum diluto, albo, copioſo, balneis calidis, multis, verum ne ieiunus lauer, molliter cubet ac dormiat, in ocio conquieſcat, frigus Solemq; vitet. Terræ autem, Mercurio & Heroibus vota faciat. Quòd ſi in ſtagno, aut mari, aut fluminibus quis natare videatur, bonum non eſt, cum humiditatis exuperantiam indicet. Huic autem victus ratio ſicca & labores conferunt. Ac febricitanti bonũ eſt, quoniam calor ab humoribus extinguitur. Quod autem quis modo conſueto & ad naturam ſuam accõmodato circum ſe fieri videt, neque maius, neq; minus, bonę valetudinis indicium eſt. Veſte etiam alba, & calceamento pulcherrimo indutum eſſe, bonum. Quicquid verò horum iuſto maius fuerit, minimè bonũ, ſed neq; quodcunq; tandem minus fuerit. Et hoc quidem per victus rationem augere, illud verò imminuere oportet. Nigra autem morboſiora ſunt & periculo proxima, verùm emollire & humectare oportet. Noua quoque tranſmutationem ſignificant. Mortuos nitidos & candidatos videre bonũ eſt, bonum quoq; quid purum ab ipſis ſumere. Corporum enim & eorum quæ ingeruntur ſalubritatem indicat, cùm à mortuis alimenta & incrementa & ſemina proueniant. Quæ ſi pura in corpus ingrediuntur, ſanitatem denunciant. Quod ſi contra quis nudos, aut atratos, aut ſordidatos, aut aliquid accipientes, vel ædibus exportantes videat, minimè eſt accommodatum. Morbum enim indicat, quòd quæ in corpus ingerantur noxiæ ſint. Verùm curſibus circularibus & deambulationibus repurgari oportet. & vomitu facto alimentum molle & lene ſenſim adhibere. Quæ verò corpora in ſomnis formam monſtroſam oſtendunt, & hominem perterritant, ciborũ minimè aſſuetorũ repletionem, & ſecretionem, bilioſorumq; per vomitum & ſeceſſum effuſionẽ, ac periculoſum morbũ indicant. Verùm vomitus procurandus, & ad dies quinq; cibi quàm leuiſſimi, nõ multi neq; acres,

neque ſicci, neque calidi ſenſim adhibendi, & laboribus maximè ad naturam accõmodatis, vtendum, præterquàm deambulationibus à cœna. Balneis etiá & calidis lauacris vtendum, & in ocio degendum, ſol & frigus vitanda. Per ſomnum verò ſi quis ſolitos cibos aut potus ſibi edere videatur, aliméti inopiam, animiq; abiectionem indicat. Carnes autem validiſſimæ, maximæ exuperantiæ indices ſunt, debiliſſimę verò, minoris. Quemadmodum enim id quod editur bonum eſt, ita & quod cernitur. Cibos igitur ſubtrahere conuenit, cum alimenti exundantis id ſit indicium. Quin etiam panes ex caſeo & melle confecti, per ſomnum comeſti, eadem indicant. Aquam puram per ſomnum bibere bono eſt indicio, reliqua verò omnia nocent. Quæcunq; ex cõſuetis per quietem quis ſibi cernere videtur, ea animi deſiderium ſignificant. Quæ verò perterritus fugit, ſanguinis repreſſionem præ ſiccitate indicant. Corpus autem refrigerare & humectare conducit. Quòd ſi quis aut pugnare, aut pungi, aut ab aliis vinciri ſibi videtur, ſecretionem ambitui contrariam in corpore factam ſignificat. Vomere igitur confert & attenuare, ac deambulare, cibiſque leuibus vti, & à vomitu per dies quinq;, eos ſenſim adhibere. Quin & errores & aſcenſus in ſomnis apparentes, grauia quædam denunciant. Fluuiorum tranſitus, hoſtes armati, monſtra diſformia, morbum aut furorem præſagiunt. His igitur conducit qui talibus inſomniis detinentur, vt cibis paucis, leuibus ac mollibus vtantur, & vomitibus factis, ad dies quinq; leniter cibos adhibeant. Laborib⁹ quoq; multis naturæ accommodatis vtendum, præterquàm à cœna. Balnea calida, ocium, frigus & ſol vitanda. Qui his velut conſcripta ſunt vtetur, integrã valetudinem ſibi tota vita comparabit. Atq; hæc victus ratio, quantum humano ingenio conſequi licuit, Diis bene iuuantibus, à me eſt inuenta.

μήτε τοῖσι ξηροῖσι, μήτε τοῖσι θερμοῖσι, καὶ τῶν πόνων τοῖσι κατὰ φύσιν μάλιστα, πλὴν τῶν ἀπὸ δείπνου περιπάτων. χρῆσθαι δὲ καὶ λουτροῖσι καὶ θερμολουτέειν, καὶ ῥαθυμέειν. ἥλιον δὲ καὶ ψῦχος, φυλάσσεσθαι. Ἢν δὲ ἐν τῷ ὕπνῳ ἐσθίειν δοκῇ, ἢ πίνειν τῶν συνήθων σιτίων ἢ πομάτων, ἔνδειαν σημαίνει τροφῆς, καὶ ψυχῆς ἀθυμίην. κρέα δὲ τὰ μὲν ἰσχυρότατα, μεγίστης ὑπερβολῆς. τὰ δὲ ἀσθενέστατα, ἥσσω. ὥσπερ γὰρ ἐσθιόμενον ἀγαθὸν, οὕτω καὶ ὁρώμενον. ἀφαιρέειν οὖν τῶν σιτίων, ξυμφέρει. τροφῆς γὰρ ὑπερβολὴν τοῦτο σημαίνει. ἀλλὰ καὶ ἄρτοι τυρῷ καὶ μέλιτι πεποιημένοι καθ' ὕπνους ἐσθιόμενοι, ὡσαύτως σημαίνουσιν. ὕδωρ καὶ καθαρὸν πινόμενον, ἀγαθόν. τὰ δὲ ἄλλα πάντα, βλάπτει. Ὁκόσα δὲ δοκέει ὁ ἄνθρωπος θεωρέειν τῶν συνήθων, ψυχῆς ἐπιθυμίην σημαίνει. ὁκόσα δὲ φεύγει πεφοβημένος, ἐπίστασιν τοῦ αἵματος σημαίνει ὑπὸ ξηρότητος. ξυμφέρει δὲ ψύξαι καὶ ὑγρῆναι τὸ σῶμα. ὁκόσα δὲ ἢ μάχεται, ἢ κεντέεται, ἢ ξυνδέεται, ὑπ' ἄλλου, ἀπόκρισιν σημαίνει ὑπεναντίην τῇ περιόδῳ γεγενῆσθαι τῷ σώματι. ξυμφέρει οὖν ἐμέειν καὶ ἰσχναίνειν καὶ περιπατέειν. καὶ σιτίοισι κούφοισι χρῆσθαι. καὶ προσάγειν ἐκ τοῦ ἐμέτου, ἐς ἡμέρας πέντε. ἀλλὰ καὶ πλάναι καὶ ἀναβάσιες ἐκ φαντασμάτων, χαλεπὰ ταῦτα σημαίνουσι. ποταμῶν διαβάσιες καὶ ὁπλῖται καὶ πολέμιοι. καὶ τέρατα ἀλλόμορφα, νοῦσον σημαίνει, ἢ μανίην. ξυμφέρει οὖν τοῖς ἐν τοιούτοισιν ἐοῦσι, σιτίοισιν ὀλίγοισι, κούφοισί τε καὶ μαλακοῖσι χρέεσθαι. καὶ ἐμέτοισι προσάγειν ἡσυχῇ, ἐπὶ ἡμέρας πέντε. καὶ τοῖσι πόνοισι τοῖσι κατὰ φύσιν πολλοῖσι χρέεσθαι, πλὴν ἀπὸ δείπνου. θερμολουσίην δὲ, ῥαθυμίην, ψῦχος, ἥλιον φυλάσσεσθαι. τούτοισι χρεώμενος, ὡς γέγραπται, ὑγιανεῖ τὸν βίον. καὶ εὕρηταί μοι δίαιτα, ὡς δυνατὸν εὑρεῖν ἄνθρωπον ἐόντα ξὺν τοῖσι θεοῖσιν.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΡΟΦΗΣ.

HIPPOCRATIS DE ALIMENTO, LIBER.

ALimentum & alimenti ſpecies, vnum & multę. Vnum quidem, quatenus genus vnum, ſpecies verò humiditate & ſiccitate circumſcribitur, in hiſque formæ & quantitas ineſt, & ad quædam, & ad tanta referuntur. Auget autem & robur infert, carnem gignit, ſimilitudinem & diſſimilitudinem in ſingulis pro cuiuſq; natura inducit, & ea facultate quam habet ab initio. At ſimilitudiné pro viribus inducit, cum quæ ſuperuenit ſuperat, quæ verò prius adeſt principatum obtinet. Euaneſcit auté interdum quidem prius, tempore dimiſſum aut ſuperappoſitũ, interdum verò poſterius, tempore dimiſſum & ſuperappoſitum. Extrinſecus verò continuò in corpus ſubiens, vtrunque temporis ſpacio & poſt illud tempus abolet, & longo tempore membris omnibus firmiter adnexum, propriam quidem formam producit, priorem autem, interdum etiam priores delet. Alimenti verò vis ad os & omnes illius partes, pertingit, & ad neruum, ad venam, ad arteriam, ad muſculum, ad membranam, ad carnem, pinguedinem, ſanguinem,

ΤΡΟΦΗ καὶ τροφῆς εἶδος, μία καὶ πολλαί. μία μὲν, ᾗ γένος ἕν. εἶδος δὲ, ὑγρότητι καὶ ξηρότητι. καὶ ἐν τουτέοισιν ἰδέαι, καὶ πόσον ἐστί. καὶ ἐς τίνα καὶ ἐς τοσαῦτα. αὔξει δὲ, καὶ ῥώννυσι, καὶ σαρκοῖ, καὶ ὁμοιοῖ, καὶ ἀνομοιοῖ τὰ ἐν ἑκάστοισι κατὰ φύσιν τὴν ἑκάστου, καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναμιν. ὁμοιοῖ δὲ, ἐς δύναμιν. ὁκόταν κρατῇ μὲν, ἡ ἐπιοῦσα. ἐπικρατέει δὲ, ἡ προϋπάρχουσα. γίνεται δὲ καὶ ἐξίτηλος. ὅτε μὲν, ἡ προτέρη ἐν χρόνῳ ἀπολυθεῖσα, ἢ ἐπιπροστεθεῖσα. ὅτε δὲ, ἡ ὑστέρη ἐν χρόνῳ ἀπολυθεῖσα, ἢ ἐπιπροστεθεῖσα. ἀμαυροῖ δὲ ἑκατέρας ἐν χρόνῳ καὶ μετὰ χρόνον ἡ ἔξωθεν συνεχὴς ἐπισκεδασθεῖσα, καὶ ἐπὶ πολλὸν χρόνον ἐρρωμένως πᾶσι μέλεσι διαπλακεῖσα. καὶ τὴν μὲν ἰδίην ἰδέην, ἐξεβλάστησε. τὴν δὲ προτέρην, ἔστιν ὅτε καὶ τὰς προτέρας ἐξημαύρωσε. δύναμις δὲ τροφῆς, ἀφικνέεται, καὶ ἐς ὀστέον, καὶ πάντα τὰ μέρεα αὐτοῦ. καὶ ἐς νεῦρον. καὶ ἐς φλέβα. καὶ ἐς ἀρτηρίην. καὶ ἐς μῦν. καὶ ἐς ὑμένα. καὶ σάρκα. καὶ πιμελήν. καὶ αἷμα.

καὶ φλέ-

καὶ φλέγμα, καὶ μυελὸν, καὶ ἐγκέφαλον, καὶ νωτιαῖον, καὶ τὰ ἐντοσθίδια, καὶ πάντα τὰ μέρεα αὐτῶν. καὶ δὴ καὶ ἐς θερμασίην, καὶ πνεῦμα, καὶ ὑγρασίην. τροφὴ δὲ τὸ τρέφον· τροφὴ καὶ τὸ οἷον τροφὴ, καὶ τὸ μέλλον τροφή. ἀρχὴ δὲ πάντων μία, καὶ τελευτὴ πάντων μία, καὶ ἡ αὐτὴ τελευτὴ καὶ ἀρχή. καὶ ὅσα κατὰ μέρος ἐν τροφῇ καλῶς καὶ κακῶς διοικέεται, καλῶς μὲν, ὅσα προείρηται. κακῶς δὲ, ὅσα τούτοισι τὴν ἐναντίην ἔχει τάξιν. χυλοὶ ποικίλοι καὶ χρώμασι, καὶ δυνάμεσι, καὶ ἐς βλάβην, καὶ ἐς ὠφελείην. καὶ οὔτε βλάπτειν οὔτε ὠφελέειν. καὶ πλήθει, καὶ ὑπερβολῇ, καὶ ἐλλείψει. καὶ διαπλοκῇ τῶν μὲν, τῶν δ' οὔ. [6] καὶ πάντων ἐς θερμασίην βλάπτει καὶ ὠφελεῖ. ἐς ψύξιν βλάπτει καὶ ὠφελεῖ. ἐς δύναμιν βλάπτει καὶ ὠφελέει. δυνάμιος δὲ, ποικίλαι φύσιες. χυλοὶ φθείροντες καὶ ὅλον καὶ μέρος, καὶ ἔξωθεν καὶ ἔνδοθεν. [7] αὐτόματοι καὶ οὐκ αὐτόματοι. [8] ἡμῖν μὲν, αὐτόματοι. αἰτίῃ δ' οὐκ αὐτόματοι, αἰτίῃ δ' αὖ τὰ μὲν δῆλα, τὰ δ' ἄδηλα. καὶ τὰ μὲν δυνατὰ, τὰ δ' ἀδύνατα. [9] φύσις ἐξαρκεῖ πάντα πᾶσιν. [10] ἐς δὲ ταύτην ἔξωθεν μὲν κατάπλασμα, κατάχρισμα, ἄλειμμα, γυμνότης [11] καὶ σκέπη ὅλου καὶ μέρεος. θέρμη καὶ ψύξις κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. καὶ στύψις, καὶ ἕλκωσις, καὶ δῆξις, καὶ λίπασμα. ἔνδοθεν δὲ, ἔνιά τε τῶν εἰρημένων, καὶ ἐπὶ τούτοισιν, αἰτίη ἄδηλος, καὶ μέρει καὶ ὅλῳ. τινί τε καὶ οὐ τινί. ἀποκρίσιες κατὰ φύσιν κοιλίης, οὔρων, ἱδρῶτος, πτυάλου, μύξης, ὑστέρης, καθ' αἱμορροΐδα, [12] θύμιον, λέπρην, φῦμα, καρκίνωμα. ἐκ ῥινῶν, ἐκ πνεύμονος, ἐκ κοιλίης, ἐξ ἕδρης, ἐκ καυλοῦ, κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν. αἱ διακρίσιες τούτων, ἄλλοισι πρὸς ἄλλον λόγον, ἄλλοτε καὶ ἀλλοίως. μία φύσις ἐστὶ τουτέων πάντων, καὶ οὐ μία. πολλαὶ φύσιες εἰσὶ τουτέων πάντων, καὶ μία. φαρμακείη ἄνω καὶ κάτω, καὶ οὔτε ἄνω, οὔτε κάτω. [13] ἐν τροφῇ φαρμακείη, ἄριστον· ἐν τροφῇ φαρμακείη, φλαῦρον. φλαῦρον καὶ ἄριστον πρός τι. ἕλκος, ἐσχάρη, αἷμα, πῦον, ἰχώρ, λέπρη, πίτυρον, ἀχώρ, λειχὴν, ἀλφὸς, ἔφηλις. ὁτὲ μὲν, βλάπτει, ὁτὲ δὲ, ὠφελέει, ὁτὲ δὲ, οὔτε βλάπτει, οὔτε ὠφελέει. τροφὴ, οὐ τροφή. ἢν μὴ οἷόν τε ἦ τρέφεσθαι, οὔνομα τροφὴ, ἔργον δὲ, οὐχί. ἔργον τροφὴ, ὄνομα δὲ οὐχί. ἐς τρίχας τροφὴ, καὶ ἐς ὄνυχας, καὶ ἐς τὴν ἐσχάτην ἐπιφανείην ἔνδοθεν ἀφικνέεται. [14] ἔξωθεν τροφὴ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείης, ἐνδοτάτω ἀφικνέεται. [15] ξύρροια μία. ξύμπνοια μία. συμπαθέα πάντα. κατὰ μὲν οὐλομελίην πάντα, κατὰ μέρος δὲ, τὰ ἐν ἑκάστῳ μέρει μέρεα πρὸς τὸ ἔργον. ἀρχὴ μεγάλη, εἰς ἔσχατον μέρος ἀφικνέεται. [16] ἐξ ἐσχάτου μέρεος εἰς ἀρχὴν μεγάλην ἀφικνέεται. μία φύσις εἶναι καὶ μὴ εἶναι. νούσων διαφοραὶ, ἐν τροφῇ, ἐν πνεύματι. ἐν θερμασίῃ, ἐν αἵματι. ἐν φλέγματι. ἐν χολῇ. ἐν χυμοῖσιν. ἐν σαρκί. ἐν πιμελῇ. ἐν φλεβί. ἐν ἀρτηρίῃ. ἐν νεύρῳ. μυΐ. ὑμένι. ὀστέῳ. ἐγκεφάλῳ. νωτιαίῳ μυελῷ. στόματι. γλώσσῃ. στομάχῳ. κοιλίῃ. ἐντέροισι. φρεσί. περιτοναίῳ. ἥπατι. σπληνί. νεφροῖσι. κύστει. μήτρῃ, δέρματι. ταῦτα πάντα καὶ καθ' ἓν καὶ κατὰ μέρος. μέγεθος αὐτῶν, μέγα καὶ οὐ μέγα. τεκμήρια. [17] γαργαλισμὸς. ὀδύνη. ὄρεξις. γνώμη. ἱδρώς. οὔρων ὑπόστασις, ἡσυχίη, ῥιπτασμὸς. ὄψιες. φαντασίαι. ἴκτερος. λυγμὸς [18], ἐπιληψίη. αἷμα ὁλοσχερές. ὕπνος. καὶ ἐκ τούτων καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ φύσιν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα ἐς βλάβην καὶ ἐς ὠφελείην ὁρμᾷ.

pituitam, medullam, cerebrum, medullam ſpinalẽ; & interanea, omneſq; illorum partes, quinetiã ad caliditatem, ad ſpiritum, & ad humiditatẽ. In alimẽtorum genere id quod alit alimentum eſt, & quod alimento eſt proximũ, & quod alimentum futurum eſt. Omnium autem vnum eſt principium, vnuſq; omniũ finis, idemq; finis & principium. Quæq; in ſingulas partes proba & vitioſa alimenti fit diſpẽſatio, proba quidem vt prædictum eſt, vitioſa verò, his contrarium habet ordinem. Succi coloribus & viribus variant, & qui noceant, & qui iuuent, & qui neque noceant, neque iuuent, & copia, & exuperantia, & defectu, & horum quidem commixtione, horum verò nõ & omnium. Caliditate lædunt & iuuant, frigore lædunt & iuuant, facultate lædunt & iuuant. Facultatis autem variæ ſunt naturæ. Succi & totum, & partem corrumpentes, & extrinſecus, & intrinſecus, ſpontanei & minimè ſpontanei. Quò ad nos quidem ſpontanei, quo ad cauſam autem minimè ſpontanei. Cauſæ rurſus aliæ quidem manifeſtæ, aliæ obſcuræ, & aliæ quidem quæ ſciri poſſunt, aliæ nõ poſſunt. Natura omnia omnibus ſufficit. Ad eam extrinſecus quidem accedunt, cataplaſma, illitus, vnctio, nuditas & tegumentum totius & partis, calor & frigus ad eandẽ rationem, & vlceratio, morſus, & quod pinguefacit. Intrinſecus autẽ, & ex prædictis quędam, & adhęc cauſa occulta, & toti & parti, & cuidã etiam, cuidam verò minimè. Excretiones ſecundum naturam, ventris, vrinarum, ſudoris, ſputi, muci, vteri, per ora venarum quæ ſunt in ano (hæmorrhoidas vocant) thymum, lepram, tuberculum in cutem ſponte erumpens (φῦμα dicitur) carcinoma, ex naribus, è pulmonibus, ex ventre, ex ano, ex cole, ſecundum naturam, & præter naturam horum diſtinctiones, aliis iuxta aliam rationẽ, interdum, interdum etiam alio modo. Vna horum omnium eſt natura, & non vna. Multæ horum omnium naturæ, & non vna. Medicamentum purgans ſurſum & deorſum, & neque ſurſum, neq; deorſum. In alimento medicamẽtum purgans, optimum, in alimento medicamentum purgans, malũ. Malum & optimum ad aliud referũtur. Vlcus, cruſta, ſanguis, pus, ſanies, lepra, furfur, vlcera capitis manantia, impetigo, vitiligo, lentigo, interdum quidẽ lædit, interdum verò iuuat, eſt vbi neq; lædit, neq; iuuat. Alimẽtum, minimè alimentũ. Niſi alere queat, nomine eſt alimentum, non re. Re alimentũ, nomine nõ item. Alimentũ in pilos, in vngues, & in extimã ſuperficiem ab internis partibus peruenit. Ab externis partib. alimentũ, ab externa ſuperficie ad intima peruenit. Cõfluxio vna, cõſpiratio vna, cõſentientia omnia. Ad vniuerſam quidẽ totius naturã, omnia, ad particularẽ verò, partis cuiuſq; particulæ ad opus. Principiũ magnũ ad extremã partem peruenit, ex parte extrema ad magnũ principiũ peruenit. Vna natura, eſſe & nõ eſſe. Morborũ differẽtiæ in alimẽto, in ſpiritu, in calore, in ſanguine, in pituita, in bile, in humoribus, in carne, in pinguedine, in vena, in arteria, in neruo, muſculo, mẽbrana, oſſe, cerebro, ſpinali medulla, ore, lingua, gula, vẽtriculo, inteſtinis, ſepto trãſuerſo, abdomine, iecore, liene, renibꝰ, veſica, vtero, cute, hęc omnia tũ ſigillatim, tũ per partes. Magnitudo ipſorũ magna & non magna. Indicia, titillatio, dolor, ruptio, mens, ſudor, vrinarũ ſedimẽtũ, quies, iactatio, viſus, imaginationes, morb. regius, ſingultus, morbus comitialis, ſanguis integer, ſomnus. Et ex his, & ex aliis quę inſũt à natura, & quęcunq; eiuſmodi ad noxã & vtilitatẽ tendunt.

Labores totius & partis, & magnitudinis ſigna, alterius quidem ad maius, alterius vero ad minus, & ex vtriſq; ad maius, & ex vtriſq; ad minus. Dulce nõ dulce. Dulce facultate, velut aqua, dulce guſtu, velut mel. vtrorumq; ſigna, vlcera, oculi, & guſtus, & in his magis & minus. Dulce ad aſpectum & in coloribus, & in aliis mixturis, dulce magis & minùs. Corporis raritas ad perſpirationẽ, quibus ampliùs aufertur, ſalubrior. Corporis denſitas ad perſpirationem, quibus minùs aufertur, inſalubrior. Quibus corpus probè perſpirat, ij imbecilliores & ſalubriores, exiſtunt, prompteque reſtituuntur. Quibus malè perſpirat, ij priùs quàm ægrotent, robuſtiores ſunt, cùm verò in morbum inciderunt, ægriùs reſtituuntur. Hęc autem & toti & parti attribuuntur. Pulmo contrarium corpori alimentum trahit, & reliqua omnia idem. Alimenti ſpiritus principium nares, os, guttur, pulmo, reliquaq́; perſpiratio. Alimenti tum humidi tum ſicci principium os, gula, ventriculus. At antiquius alimentum per abdomen, vmbilicus. Venarum origo tanquam radix, hepar eſt; & arteriarum, cor. Ex his per omnia ſanguis & ſpiritus peruagatur, calorq; per hæc permeat. Facultas vna & non vna, ex qua hæc omnia, & ab his diuerſa adminiſtrantur. Alia quidem ad totius & partis vitam, alia verò ad ſenſum totius & partis. Lac, alimentũ. quibuſdã pro natura lac alimentum eſt, aliis verò minimè. Sunt quibus vinum alimentũ eſt, ſunt quibus non eſt. Et carnes multæq; aliæ alimenti formæ, & pro regione, & pro cõſuetudine. Aluntur hæc quidem ad incrementũ, & vt ſubſiſtant, hæc verò tãtum vt ſubſiſtant, veluti ſenes, alia inſuper ad robur. Affectio athletica non eſt à natura, præſtat in omnib. habitus ſalubris. Quantitatem aptè ad vires accõmodatam rectã coniectura conſequi, ardua res eſt. Lac & ſanguis, alimenti redundantia. Circuitus ad multa cõſentiunt, ad fœtum, & ad illius alimentum. Rurſus autem ſurſum repit, in lac & in alimentum, & ad infantem. Vitam habent non animantia, vitam habent animantia, & animantiũ partes. Omnium naturæ à nullo edoctæ ſunt. Sanguis alienus vtilis, ſanguis proprius vtilis. ſanguis alienus noxius, ſanguis proprius, noxius. Humores proprij noxij, humores alieni noxij. Humores alieni cõferentes, humores proprij conferentes. Cõſentiens, minimè conſentiens. Diſſentiens minimè diſſentiens. Lac alienũ probum, lac propriũ noxiũ. Lac alienũ noxium, lac propriũ vtile. Cibus iuuenibus leniter coctus, ſenibus, extremè immutatus, in ętatis vigore cõſtitutis minimè immutatus. Ad cõformationẽ, Soles triginta quinq;, ad motionem, ſeptuaginta, ad perfectionẽ, ducenti & decem. Alij tradunt, ad formam, quadraginta quinq;, ad motionem, ſex & ſeptuaginta; ad exitũ ducentos & decem. Alius ad ſpeciẽ, quinquaginta; ad primũ ſaltum, centum; ad perfectionem trecenti. Ad diſtinctionẽ quadraginta, ad tranſitionem, octoginta; ad elapſum, ducenti quadraginta. Non eſt, & eſt. In his autem temporibus, & ex toto, & ex parte, plures & pauciores naſcuntur, neq; verò multò plures quàm pauciores. At pauciores tot, & quæcunq; alia his ſimilia. Oſſium alimentum ex fractura. Naſo bis quinq; dies debentur: maxillæ & clauiculæ, & coſtis, bis totidem: cubito, triplices tibię & brachio, quadruplices: femori, quintuplices, & ſi quod in his plùs aut minùs poteſt. Sanguis humidus, & ſanguis ſolidus. Sanguis humidus, probus, ſanguis ſolidus, vitioſus. Proba omnia & vitioſa ad aliquid referri debent. Via ſurſum deorſum vna

πόνοι ὅλου, καὶ μέρεος. καὶ μεγέθεος σημεῖα, τοῦ μὲν, ἐς τὸ μᾶλλον, τοῦ δὲ, ἐς τὸ ἧσσον. καὶ ἀπ᾽ ἀμφοτέρων ἐς τὸ μᾶλλον, καὶ ἀπ᾽ ἀμφοτέρων ἐς τὸ ἧσσον. γλυκὺ, οὐ γλυκύ. γλυκὺ, ἐς δύναμιν. [19] οἷον ὕδωρ. γλυκὺ ἐς γεῦσιν, οἷον μέλι. σημεῖα ἑκατέρων ἕλκεα, ὀφθαλμοὶ, καὶ γεύσιες. καὶ ἐν τούτοισι τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἧσσον. γλυκὺ ἐς τὴν ὄψιν, καὶ ἐν χρώμασι, καὶ ἐν ἄλλῃσι μίξεσι γλυκὺ μᾶλλον καὶ ἧσσον. [20] ἀραιότης σώματος ἐς διαπνοὴν, οἷσι πλέον ἀφαιρέεται, ὑγιεινότερον. πυκνότης σώματος ἐς διαπνοὴν, οἷσιν ἔλαττον ἀφαιρέεται, νοσερόν. οἱ διαπνεόμενοι καλῶς, ἀσθενέστεροι, καὶ ὑγιεινότεροι, καὶ εὐανάσφαλτοι. οἱ διαπνεόμενοι κακῶς, πρὶν ἢ νοσέειν, ἰσχυρότεροι· νοσήσαντες δὲ, δυσανάσφαλτοι. ταῦτα δὲ, καὶ ὅλῳ καὶ μέρει. [21] πνεύμων ἐναντίην σώματι τροφὴν ἕλκει. τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα τὴν αὐτήν. [22] ἀρχὴ τροφῆς πνεύματος, ῥῖνες, στόμα, βρόγχος, πνεύμων, καὶ ἡ ἄλλη διαπνοή. [23] ἀρχὴ τροφῆς καὶ ὑγρῆς καὶ ξηρῆς, στόμα, στόμαχος, κοιλίη. [24] ἡ δὲ ἀρχαιοτέρη τροφὴ, διὰ τοῦ ἐπιγαστρίου, ὀμφαλός. [25] ῥίζωσις φλεβῶν, ἧπαρ. ῥίζωσις ἀρτηριῶν, καρδίη. ἐκ τούτων ἀποπλανᾶται ἐς πάντα αἷμα καὶ πνεῦμα, καὶ θερμασίη διὰ τούτων φοιτᾷ. [26] δύναμις μία καὶ οὐ μία, ᾗ πάντα ταῦτα καὶ τὰ ἑτεροῖα διοικέεται. ἡ μὲν, ἐς ζωὴν ὅλου καὶ μέρεος. ἡ δὲ, ἐς αἴσθησιν ὅλου καὶ μέρεος. γάλα τροφή. οἷσι γάλα τροφὴ κατὰ φύσιν. ἄλλοισι δὲ οὐχί. ἄλλοισι δὲ οἶνος τροφή. καὶ οἷσιν οὐχὶ τροφὴ καὶ σάρκες. καὶ ἄλλαι ἰδέαι τροφῆς πολλαί. καὶ κατὰ χώρην καὶ ἐθισμόν. [27] τρέφεται τὰ μὲν, ἐς αὔξησιν, καὶ ἐς τὸ εἶναι. τὰ δὲ, ἐς τὸ εἶναι μόνον. οἷον γέροντες. τὰ δὲ πρὸς τούτοισι, καὶ ἐς ῥώμην. [28] διάθεσις ἀθλητικὴ, οὐ φύσει. ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων ἐν πᾶσι. [29] μέγα τὸ ποσὸν εὐστόχως ἐς δύναμιν ξυναρμοσθέν. γάλα καὶ αἷμα, τροφῆς πλεονασμός. [30] περίοδοι ἐς πολλὰ σύμφωνοι, ἐς ἔμβρυον καὶ ἐς τὴν τούτου τροφήν. αὖθις δὲ ἄνω ῥέπει ἐς γάλα, καὶ ἐς τροφὴν, καὶ ἐς βρέφος. [31] ζωοῦνται τὰ μὴ ζῶα. ζωοῦνται τὰ ζῶα. ζωοῦνται τὰ μέρεα τῶν ζώων. [32] φύσιες πάντων ἀδίδακτοι. αἷμα ἀλλότριον, ὠφέλιμον. αἷμα ἴδιον, ὠφέλιμον. αἷμα ἀλλότριον, βλαβερόν. αἷμα ἴδιον, βλαβερόν. χυμοὶ ἴδιοι, βλαβεροί. χυμοὶ ἀλλότριοι, βλαβεροί. χυμοὶ ἀλλότριοι, ξυμφέροντες. χυμοὶ ἴδιοι, ξυμφέροντες. τὸ ξύμφωνον, διάφωνον. τὸ διάφωνον, ξύμφωνον. γάλα ἀλλότριον, ἀστεῖον. γάλα ἴδιον, βλαβερόν. γάλα ἀλλότριον, βλαβερόν. γάλα ἴδιον, ὠφέλιμον. σιτίον νέοισιν [33] ἀκροβαφές. γέρουσι δὲ ἐς τέλος μεταβεβλημένον. ἀκμάζουσιν ἀμετάβλητον. [34] ἐς τύπωσιν, λε΄. ἠέλιοι. ἐς κίνησιν, ο΄. ἐς τελειότητα, σι΄. ἄλλοι φασὶ ἐς μορφὴν, με΄. ἐς κίνησιν, ος΄. ἐς ἔξοδον σι΄. ἄλλοι, ν΄ ἐς ἰδέην. ἐς πρῶτον ἅλμα, ρ΄. ἐς τελειότητα, τ΄. [35] ἐς διάκρισιν, μ΄. ἐς μετάβασιν, π΄. ἐς ἔκπτωσιν, σμ΄. [36] οὐκ ἔστι καὶ ἔστι. [37] γίνεται δὲ ἐν τούτοισι καὶ πλείω καὶ ἐλάσσω. καὶ ὅλον καὶ κατὰ μέρος. οὐ πολλὸν δὲ πλείω ἢ ἐλάσσω. τὰ δὲ ἐλάσσω τοσαῦτα, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοισιν ὅμοια. [38] Ὀστέων τροφὴ ἐκ κατήξιος ῥινὶ δὶς πέντε. γνάθῳ καὶ κληῗδι καὶ πλευρῇσι διπλάσιαι. πήχει, τριπλάσιαι. κνήμῃ καὶ βραχίονι τετραπλάσιαι. μηρῷ πενταπλάσιαι. καὶ εἴ τι ἐν τούτοισι δύναται πλέον ἢ ἔλασσον. αἷμα ὑγρὸν, καὶ αἷμα στερεόν. αἷμα ὑγρὸν, ἀστεῖον. αἷμα στερεὸν, φλαῦρον. [39] πρός τι πάντα, φλαῦρα καὶ ἀστεῖα. ὁδὸς ἄνω κάτω μία. δύναμις

δύναμις τροφῆς κρέσσων, ἢ ὄγκος. ὄγκος τροφῆς κρέσσων, ἢ δύναμις, καὶ ἐν ὑγροῖσι καὶ ἐν ξηροῖσι ἀφαιρέει. καὶ προστίθησι τὸ αὐτό. τῷ μὲν, ἀφαιρέει. τῷ δὲ, προστίθησι τὸ αὐτό. φλεβῶν διασφύξιες. καὶ ἀναπνοὴ πνεύματος καθ' ἡλικίαν. καὶ ξύμφωνα καὶ διάφωνα. καὶ νόσου καὶ ὑγιείης ἐναντία. καὶ ὑγιείης μᾶλλον, ἢ νούσου. καὶ νούσου μᾶλλον, ἢ ὑγιείης. τροφὴ γὰρ καὶ πνεῦμα. ὑγρὴ τροφὴ εὐμετάβλητος μᾶλλον, ἢ ξηρή. ξηρὴ τροφὴ εὐμετάβλητος μᾶλλον, ἢ ὑγρή. ἡ δυσαλλοίωτος, δυσεξανάλωτος, ἡ εὐπρόσθετος, εὐεξανάλωτος. καὶ ὁκόσοι ταχείης προσθέσιος δέονται, ὑγρὸν ἴημα εἰς ἀνάληψιν δυνάμιος κάλλιστον. ὁκόσοι δὲ ἔτι ταχυτέρης, δι' ὀσφρήσιος. ὁκόσοι δὲ βραδυτέρης προσθέσιος δέονται, στερεὴ τροφή. μύες στερεώτεροι, δυστηκτότεροι τῶν ἄλλων, πάρεξ ὀστέου καὶ νεύρου. δυσμετάβλητα τὰ γεγυμνασμένα, κατὰ γένος αὐτὰ αὐτῶν ἰσχυρότερα τῶν ὄντων, διὰ τοῦτο αὐτὰ ἑωυτῶν δυστηκτότερα. πῦον δὲ ἐκ σαρκός. πυώδεες δὲ ἐξ αἵματος, καὶ ἐξ ἄλλης ὑγρασίης. πῦον, τροφὴ ἕλκεος. πῦον, τροφὴ φλεβός. ἀρτηρίης. μυελὸς, τροφὴ ὀστέου, διὰ τοῦτο ἐπιπωροῦται. δύναμις πάντα αὔξει, καὶ τρέφει, καὶ βλαστάνει. ὑγρασίη, τροφῆς ὄχημα.

Alimenti facultas mole præſtantior, alimenti moles facultate præſtantior, & in humidis, & in ſiccis. Detrahit & apponit idem, huic quidem detrahit, illi verò apponit idem. Venarum pulſationes & ſpiritus reſpiratio, pro ætate conſentiunt & diſſentiunt, & morbi & ſanitatis ſunt indicia, magiſque ſanitatis quàm morbi, & morbi magis quàm ſanitatis. ſpiritus enim etiam alimentum eſt. Humidius alimentum faciliùs quàm ſiccum immutatur. Siccum alimentũ faciliùs quàm humidum immutatur. Quod ægrè immutatur, ægrè conſumitur. Quod facilè apponitur, facilè conſumitur. Qui celeri appoſitione indigent, iis humidum medicamentum ad reſumendas vires optimum. Qui verò adhuc celeriore, per odoratum. At qui tardiore appoſitione opus habent, iis ſolidus cibus exhibendus. Muſculi ſolidiores ægriùs reliquis colliqueſcunt, excepto oſſe & neruo. Quæ exercitata ſunt ægrè immutantur, ipſaq; in ſuo genere ſe ipſis, quàm pro natura, valentiora ſunt, ideò ipſa inter ſe ægriùs colliqueſcunt. Pus ex carne, purulentum ex ſanguine, & ex reliquo humore. Pus vlceris alimentum. Pus venæ & arteriæ alimentum. Medulla oſſis alimentum, ideò callo firmatur. Facultas omnia auget, & alit, ac propagat. Humiditas alimento vehiculum præbet.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ.

HIPPOCRATIS DE RATIONE VICTVS IN MORBIS ACVTIS, LIBER.

ΟΙ ξυγγράψαντες τὰς κνιδίας καλεομένας γνώμας, ὁκοῖα μὲν πάσχουσιν οἱ κάμνοντες ἐν ἑκάστοισι τῶν νουσημάτων, ὀρθῶς ἔγραψαν, καὶ ὁκοίως ἔνια ἀπέβαινεν αὐτέων, καὶ ἄχρι μὲν τουτέων, καὶ ὁ μὴ ἰητρὸς δύναιτ' ἂν ὀρθῶς ξυγγράψαι, εἰ εὖ παρὰ τῶν καμνόντων ἑκάστου πύθοιτο, ὁκοῖα πάσχουσιν. ὁκόσα δὲ προσκαταμαθεῖν χρὴ τὸν ἰητρὸν μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, τουτέων τὰ πολλὰ παρεῖται, ἄλλα ἐν ἄλλοισι, καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα, ἐς τέκμαρσιν. ὁκόταν δ' ἐς τέκμαρσιν λέγηται, ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, ἐν τουτέοισι πολλὰ ἑτεροίως γινώσκω ἢ ὡς ἐκεῖνοι ἐπεξήεσαν, καὶ οὐ μοῦνον διὰ τοῦτο οὐκ ἐπαινέω, ἀλλ' ὅτι καὶ ὀλίγοισι τὸν ἀριθμὸν τοῖσιν ἄκεσιν ἐχρέοντο, τὰ γὰρ πλεῖστα αὐτέοισιν εἴρηται, πλὴν τῶν ὀξειῶν νούσων, φάρμακα ἐλατήρια διδόναι, καὶ ὀρὸν, καὶ γάλα τὴν ὥρην πιπίσκειν. εἰ μὲν οὖν ταῦτα ἀγαθὰ ἦν καὶ ἁρμόζοντα τοῖσι νουσήμασιν ἐφ' οἷσι παρῄνεον διδόναι, πολὺ ἂν ἀξιώτερα ἐπαίνου ἦν, ὅτι ὀλίγα ἐόντα αὐτάρκεά ἐστι. νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει. οἱ μέντοι ὕστερον ἐπιδιασκευάσαντες, ἰητρικώτερον δή τι ἐπῆλθον περὶ τῶν προσοιστέων ἑκάστοισιν. ἀτὰρ οὐδὲ περὶ διαίτης οἱ ἀρχαῖοι ξυνέγραψαν οὐδὲν ἄξιον λόγου, καίτοι μέγα τοῦτο παρῆκαν. τὰς μέντοι πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάστῃ τῶν νούσων, καὶ τὴν πολυσχιδίην αὐτέων, οὐκ ἠγνόεον ἔνιοι. τοὺς δ' ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νουσημάτων σάφα φράζειν ἐθέλοντες, οὐκ ὀρθῶς ἔγραψαν. μὴ γὰρ οὐκ εὐαρίθμητον ᾖ, εἰ τουτέῳ τις σημαινεῖται τὴν τῶν καμνόντων νοῦσον, τῷ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι, καὶ μὴ τωὐτὸ νόσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μὴ τωὐτὸ οὔνομα ἔχῃ. ἐμοὶ δ' ἁνδάνει μὲν ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ προσέχειν τὸν νόον,

QVI Cnidias appellatas ſententias ſcriptis tradiderunt, ij ſanè quę in ſingulis morbis ęgri patiũtur, & quomodo eorũ nonnulla ipſis eueniunt, rectè conſcripſerunt, & huc vſq; quidem quæ quiuis etiam Medicinæ ignarus, rectè ſcribere potuerit, ſi probè ex vnoquoq; ægro quæ patiatur intellexerit. At quæcũque Medicũ non referente ęgro prædixiſſe oportuit, ea magna ex parte prætermiſſa ſunt, quidam in quibuſdam, nonnullaq; ad coniecturalem cognitionem valde accommodata. Cùm verò ad coniecturalem cognitionem referatur, quomodo ſingula curare oporteat, in iis multò aliter quàm illi diſſeruerint ſentio. Ac neq; ſolùm ob id non laudo, ſed quod paucis etiam numero remediis vſi ſunt. Nam & plurima ab ipſis relata ſunt (præterquam in morbis acutis) medicamenta deorſum purgantia exhibenda, & ſerum & lac tempeſtiuè propinandum. Hæc igitur ſi bona eſſent, & morbis quibus exhibenda monent conuenientia, longè maiore laude digna eſſent, quòd pauca ſufficerent. Nunc verò res aliter ſe habet. Qui tamẽ poſtea recognouerũt, ij medicè magis, quæ ſingulis exhibenda ſunt, percurrerunt. Sed neq; de victus ratione quicquam effatu dignũ veteres ſcriptis tradiderunt, eamq;, quamuis magna res ſit, omiſerunt. Varia tamẽ morborum ſingulorum genera, multiplicemq; eorum diuiſionem non ignorarunt quidam. At numeros morborum ſingulorũ planè declarare ſtudentes, non rectè ſcripſerunt. Neq; enim quis facilè numeret, ſi quis ex eo ægrotantiũ morbũ æſtimet, quòd ab altero re quadã differat, neq; eundẽ eſſe morbum reputet, niſi eodem nomine nuncupetur. Mihi autẽ placet vt ad omnem artem animum attendamus,

Nam quæ rectè procedunt opera, ea rectè ſingula facere oportet: quæ item celeritate opus habent, celeriter, quæ etiam munditiem deſiderant, mundè, & quæ citra dolorem tractari poſtulant, ea quàm maximè fieri poſſit ſine dolore facere, cæteraq; omnia id genus multò aliter quam proximi meliorem in formam commutare conuenit. Sed maximè eum Medicum probauerim, qui in morbis acutis, quorum vi plerunq; homines intereunt, longè melius cæteris ſe gerat. Sunt autem hi, quantum nominibus veteres complexi ſunt, pleuritis, peripneumonia, phrenitis, lethargus, febris ardens, & quicunque alij morbi ad hos conſequuntur, quorum febres omnino continuę interficiunt. Cùm enim nullũ peſtilentis morbi cõmune genus populariter graſſatum fuerit, ſed diſperſi morbi & nõ ſimiles fuerint, ab his plures quam ab aliis omnibus moriuntur. Populares igitur nõ ſatis diſcernũt eos, qui in his longè proximis excellunt, aliarumq; curationũ potius aut laudatores, aut vituperatores exiſtunt. Deinde id magno eſt argumẽto, quod populares huiuſmodi morborum nullam prorſus habeant intelligentiam, cũ ad eam non niſi ſtudio perueniri poſſit. Nam & qui medicinæ non profitentur ſcientiam, Medici maximè in eiuſmodi morbis eſſe vidẽtur. facile eſt enim nomina, quæ circa huiuſmodi ægrotantes proferri ſolent, ediſcere. Nempe ſi quis ptiſanæ cremorem nominauerit, hocq; vel illud vinum, aut etiã mulſum, eadẽ omnia videntur plebeiis dicere Medici tum meliores, tum deteriores. At non ita ſe res habet, verùm in his ſanè vel maximè aliis præſtant. Videntur autem mihi digniſſima eſſe quæ ſcribantur, quæcunq; Medicis ignorantur, quamuis ſcitu commoda exiſtant, queq; magnas vtilitates, aut magnas noxias inferunt. Quæ igitur ignorantur hæc ſunt. Quanam de cauſa in morbis acutis quidam Medici toto vitæ tempore in ptiſana non colata exhibenda perſeuerent, & rectè ſe curare exiſtiment. Quidam etiam omni ratione contendant, ne vllo modo hordeum æger deuoret, quod inde magnum ſecuturum detrimentum exiſtiment. Verùm per linteum excolantes, eius ſuccũ porrigunt. Horum etiã nonnulli neq; ptiſanam craſſam, neq; ſuccum exhibeant. Et hi quidem dum ſeptimum diem æger attigerit, alij verò dum in totum morbus iudicatus fuerit. Huiuſmodi itaq; quæſtiones non admodum proponere Medici conſueuerunt, ac neq; fortè ſi proponant, inueniuntur. At verò ars tota magnam quidem apud vulgum calumniam ſuſtinet, adeò vt nullam omnino Medicinam eſſe exiſtiment. Siquidem in acutis morbis in tantum inter ſe diſſentiunt artifices, vt quæ alter exhibet veluti optima reputans, ea iam mala alter exiſtimet, fereque ob id ars ipſa diuinationi ſimilis eſſe videatur. Quoniam augures eundem alitem, ſiquidem ſiniſter appareat bonum eſſe exiſtimant, ſi verò dexter, malum. Et in Aruſpicina huiuſmodi quoque alia videntur in aliis. Sed & vaticinantium nonnulli contraria his ſentiunt. Hanc autem ſpeculationẽ tum pulcherrimam, tum quamplurimis in arte maximè commodis cognatam eſſe cenſeo. Etenim omnibus ægris ad ſanitatem magnũ quippiam facit, ſaniſq; ad ſanitatem tuendam, & iis qui ſeſe exercent, ad bonum habitum comparandũ, tum etiam ad id quod quiſque voluerit obtinendum.

καὶ γὰρ ὁκόσα ἔργα δεῖ καλῶς, ἅπαντα χρὴ ποιέειν καὶ ὀρθῶς. καὶ ὁκόσα ταχέως ἔργα, ταχέως. καὶ ὁκόσα καθαρείως, καθαρείως. καὶ ὁκόσα ἀνωδύνως διαχειρίζεσθαι, ὡς ἀνωδυνώτατα ποιέειν. καὶ τ' ἄλλα πάντα τὰ τοιουτότροπα διαφερόντως τῶν πέλας, ἐπὶ τὸ βέλτιον ποιέειν χρή. μάλιστα δ' ἂν ἐπαινέσαιμι ἰητρὸν, ὅστις ἐν τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασιν, ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει, ἐν τουτέοισι διαφέρων τι τῶν ἄλλων εἴη ἐπὶ τὸ βέλτιον. ἔστι δὲ ταῦτα ὀξέα, ὁκοῖα ὠνόμασαν οἱ ἀρχαῖοι, πλευρῖτιν, καὶ περιπλευμονίην, καὶ φρενῖτιν, καὶ λήθαργον, καὶ καῦσον. καὶ τ' ἄλλα νουσήματα, ὁκόσα τουτέων ἐχόμενά ἐστιν, ὧν οἱ πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες, κτείνουσιν. ὅταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νούσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποραδέες ἔωσιν αἱ νοῦσοι, καὶ μὴ παραπλήσιοι, ὑπὸ τουτέων τῶν νουσημάτων ἀποθνήσκουσι μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν ξυμπάντων. οἱ μὲν οὖν ἰδιῶται, οὐ κάρτα γινώσκουσι τοὺς ἐς ταῦτα διαφέροντας τῶν πέλας, ἑτεροίων τε μᾶλλον ἰημάτων ἐπαινέται, ἢ ψέκται εἰσίν. ἐπεὶ καὶ μέγα σημεῖον τόδε, ὅτι οἱ μὲν δημόται, ἀξυνετώτατοι αὐτοὶ ἑωυτῶν περὶ τουτέων τῶν νουσημάτων εἰσὶν, ὥστε μελετητέα εἶναι. οἱ γὰρ μὴ ἰητροὶ, ἰητροὶ δοκέουσιν εἶναι μάλιστα διὰ ταύτας τὰς νούσους. ῥηΐδιον γὰρ τὰ ὀνόματα ἐκμαθεῖν, ὁκοῖα νενόμισται προσφέρεσθαι πρὸς τοὺς τὰ τοιαῦτα κάμνοντας. ἢν γὰρ ὀνομάσῃ τις πτισάνης χυλὸν, καὶ οἶνον τοῖον, ἢ τοῖον, καὶ μελίκρητον, ἅπαντα τοῖσι δημότῃσι δοκέουσιν ἰητροὶ ταὐτὰ λέγειν, οἵ τε βελτίους, καὶ οἱ χείρους. τὰ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ' ἐν τουτέοισι δὴ, καὶ πάνυ μέγα διαφέρουσιν ἕτεροι ἑτέρων. δοκεῖ δέ μοι ἄξια γραφῆς εἶναι ταῦτα μάλιστα, ὁκόσα τε ἀκαταμάθητά ἐστι τοῖσιν ἰητροῖσιν, ἐπίκαιρα ἐόντα εἰδέναι, καὶ ὁκόσα μεγάλας ὠφελείας φέρει, ἢ μεγάλας βλάβας. ἀκαταμάθητα μὲν οὖν, τάδε ἐστί. διὰ τί ἄρα ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν, οἱ μὲν τῶν ἰητρῶν, ἅπαντα τὸν αἰῶνα διατελέουσι πτισάνας διδόντες ἀδιηθήτους, καὶ νομίζουσιν ὀρθῶς ἰητρεύειν. οἱ δέ τινες περὶ παντὸς ποιέονται, ὅκως κριθὴν μηδεμίαν καταπίῃ ὁ κάμνων. μεγάλην γὰρ βλάβην ἡγεῦνται εἶναι, ἀλλὰ δι' ὀθονίου διηθέοντες τὸν χυλὸν, διδόασιν. οἱ δέ τινες αὐτέων, οὔτ' ἂν πτισάνην παχείην δοῖεν, οὔτε χυλόν. οἱ μὲν, μέχρις ἂν ἑβδομαῖος γένηται ὁ κάμνων. οἱ δὲ, καὶ διὰ τέλεος, ἄχρις ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος. μάλα μὲν οὖν οὐδὲ προβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα εἰθισμένοι εἰσὶν οἱ ἰητροί. ἴσως δὲ οὐδὲ προβαλλόμενα γινώσκεται. καίτοι διαβολήν γε ἔχει ὅλη ἡ τέχνη πρὸς τῶν δημοτέων μεγάλην, ὡς μηδὲ δοκεῖν ὅλως ἰητρικὴν εἶναι, ἔν γε τῇσιν ὀξείῃσι τῶν νουσημάτων, τοσόνδε διοίσουσιν ἀλλήλων οἱ χειρώνακτες, ὥστε ἃ ὁ ἕτερος προσφέρει ἡγεύμενος ἄριστα εἶναι, ταῦτα νομίζειν ἤδη τὸν ἕτερον, κακὰ εἶναι. καὶ σχεδὸν ἂν κατά γε τοιόνδε, τὴν τέχνην φαῖεν ὡμοιῶσθαι μαντικῇ. ὅτι οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν ὄρνιθα, εἰ μὲν ἀριστερὸς εἴη, ἀγαθὸν νομίζουσιν εἶναι. εἰ δὲ δεξιὸς, κακόν. καὶ ἐν ἱεροσκοπίῃ τὰ τοιάδε ἄλλα ἐπ' ἄλλοισιν. ἀλλ' ἔνιοι τῶν μαντέων, τἀναντία τουτέων. φημὶ δὲ πάγκαλον εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα, καὶ ἠδελφισμένον τοῖσι πλείστοισι τῶν ἐν τῇ τέχνῃ, καὶ ἐπικαιροτάτοισι. καὶ γὰρ τοῖσι νοσέουσι πᾶσιν ἐς ὑγείην μέγα τι δύναται, καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν ἐς ἀσφάλειαν, καὶ τοῖσιν ἀσκέουσιν ἐς εὐεξίην, καὶ ἐς ὅ, τι ἂν ἕκαστος ἐθέλῃ.

’ Πτισάνη μὲν οὖν δοκέει ὀρθῶς προκεκρίσθαι τῶν σιτηρῶν γευμάτων, ἐν τουτέοισι τοῖσι νουσήμασι. καὶ ἐπαινέω γε τοὺς προκρίναντας. τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτῆς, λεῖον, καὶ ξυνεχὲς, καὶ προσηνές ἐστι, καὶ ὀλισθηρὸν, καὶ πλαδαρὸν μετρίως, καὶ ἄδιψον, καὶ εὐέκπλυτον, εἴ τι καὶ τουτέου προσδέοι· καὶ οὔτε στύψιν ἔχει, οὔτε ἄραδον κακὸν, οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίῃ, ἀνῴδηκε γὰρ ἐν τῇ ἑψήσει, ὁκόσον πλεῖστον ἐπεφύκει διογκοῦσθαι. ὁκόσοι μὲν οὖν πτισάνῃσι χρέονται ἐν τουτέοισι τοῖσι νουσήμασι, οὐδεμιῇ ἡμέρῃ κενεαγγητέον ὡς ἔπος εἰρῆσθαι, ἀλλὰ χρηστέον καὶ οὐ διαλειπτέον, ἢν μή τι δέῃ, ἢ διὰ φαρμακείην, ἢ κλύσιν διαλείπειν, καὶ τοῖσι μέν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, δὶς δοτέον· τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισιν, ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην, ἐκ προσαγωγῆς δέ. ἢν δὲ ἐνδέχηται, τουτέοισι καὶ δὶς δοτέον, ἢν τι δοκέῃ προσδεῖν. πλῆθος δὲ ἀρκέει κατ᾽ ἀρχὰς διδόναι μὴ πολὺ, μηδὲ ὑπέρπαχυ, ἀλλ᾽ ὁκόσον εἵνεκεν τοῦ ἔθεος ἐσιέναι τι, καὶ κενεαγγίην μὴ γενέσθαι πολλήν. περὶ δὲ τῆς ἐπιδόσιος εἰς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος, ἢν μὲν ξηρότερον ᾖ τὸ νούσημα, ἢ ὡς ἄν τις οἴοιτο, οὐ χρὴ ἐπὶ πλέον διδόναι, ἀλλὰ προπίνειν πρὸ τοῦ ῥοφήματος, ἢ μελίκρητον, ἢ οἶνον, ἢ ὁκότερον ἂν ἁρμόζῃ. τὸ δὲ ἁρμόττον ἐφ᾽ ἑκάστοισι τῶν τρόπων εἰρήσεται. ἢν δὲ ὑγραίνηται τὸ στόμα, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πλεύμονος εἴη ὁκοῖα δεῖ, ἐπιδιδόναι χρὴ ὡς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι. τὰ μὲν γὰρ θᾶσσον καὶ μᾶλλον πλαδῶντα, ταχυτῆτα κρίσιος σημαίνει. τὰ δὲ βραδύτερον, καὶ ἧσσον, βραδυτέρην σημαίνει τὴν κρίσιν. καὶ ταῦτα αὐτὰ μὲν καθ᾽ αὑτὰ, τοιάδε τὸ ἐπίπαν ἐστί. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα παρεῖται, οἷσι προσημαίνεσθαι δεῖ, ἃ εἰρήσεται ὕστερον. καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείων ἡ κάθαρσις γίνηται, τοσῷδε χρὴ πλέον ἐπιδιδόναι ἄχρι κρίσιος· μάλιστα δὲ κρίσιος ὑπερβολῆς δύο ἡμερέων· οἷσί γε ἢ πεμπταίοισιν ἢ ἑβδομαίοισιν, ἢ ἐναταίοισι δοκέει κρίνεσθαι, ὡς καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὸ περισσὸν προμηθὴς ᾖ. μετὰ δὲ τοῦτο τῷ μὲν ῥοφήματι ἐς τὸ πρωῒ χρηστέον, ἐς ὀψὲ δὲ ἐς σιτία μεταβάλλειν. ξυμφέρει δὲ τὰ τοιάδε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῖσιν ὅλῃσι πτισάνῃσιν αὐτίκα χρεωμένοισιν. αἵ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσιν αὐτίκα αὐτόματοι παύονται, ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι. αἵ τε καθάρσιες, πολλῷ τελεώτεραι εἰσὶ, καὶ ἔμπυοι ἧσσον γίνονται, ἢ εἰ ἄλλως τις διαιτῴη. καὶ αἱ κρίσιες ἁπλούστεραι, καὶ εὐκριτώτεραι, καὶ ἧσσον ὑποστροφώδεες. τὰς δὲ πτισάνας χρὴ ἐκ κριθέων ὡς βελτίστων εἶναι, καὶ κάλλιστα ἑψῆσθαι, καὶ ἄλλως, ἢν μὴ τῷ χυλῷ μούνῳ μέλλῃς χρέεσθαι. μετὰ γὰρ τῆς ἄλλης ἀρετῆς τῆς πτισάνης, τὸ ὀλισθηρὸν τὴν κριθὴν καταπινομένην ποιέει μὴ βλάπτειν. οὐδαμοῦ γὰρ προσίσχεται, οὐδὲ μένει κατὰ τὴν τοῦ θώρηκος ἴξιν. ὀλισθηροτάτη δὲ, καὶ ἀδιψοτάτη καὶ εὐπεπτοτάτη, καὶ ἀσθενεστάτη ἐστὶν, ἢ κάλλιστα ἑφθὴ, ὧν πάντων δεῖ. ἢν οὖν μὴ προσεξιμερίσῃ τις ὁκόσου δεῖται, αὐτάρκης εἶναι ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης πτισανορροφίης, πολλαχῇ βεβλάψεται. ὁκόσοισι γὰρ σῖτος αὐτίκα ἐγκατακέκλεισται, ἢν μή τις ὑποκενώσας τὸ ῥόφημα δῷη, τὴν ὀδύνην ἐνεοῦσαν προσπαροξύνειεν ἂν, καὶ μὴ ἐνεοῦσαν εὐθὺς ποιήσειεν,

Priſana igitur rectè videtur omnibus frumentaceis eduliis præferri in his morbis acutis, eoſq; qui eam prætulerunt laudo. Nam & lentorem habet læuem, continuum, & ſuauem ac lubricum, mediocriter humeſcentem, ſitim minimè inferentem, & ſi quid elui indiget, probè abluentem, neq; adſtringit nec malam turbationem adfert, neq; in ventre intumeſcit. Nempe inter coquendum, quoad maximè fieri potuit, intumuit. Qui ergo priſana in huiuſmodi morbis vtuntur, ne vna quidem die vaſorum inanitionem (vt ita dicam) fieri permittant, ſed citra intermiſſionem ea vtantur, niſi vel propter medicamentum, vel clyſterem intermittere expediat. Et his quidem qui bis die cibum ſumere conſueuerunt, bis danda eſt, his verò qui ſemel cibum capere conſueuerunt, his primo die ſemel danda, paulatim autem progrediendo, ſi fieri poſſit, iis etiam bis danda, ſi quid adiiciendum videatur. Verùm inter initia neq; multa copia, neque valde craſſa exhibenda, ſed vt conſuetudinis cauſſa aliquid ingeratur, & ne multa vaſorum inanitio fiat. Quòd autem ad ſorbitionis adiiciendæ quantitatem attinet, ſi quidem ſiccior quàm quis exiſtimet morbus fuerit, non magna copia exhibenda, ſed antè ſorbitionem vel mulſa, vel vinum, vel quodcunque magis conueniet, propinandum. In ſingulis verò generibus quodnam ſit accommodatiſſimum dicetur. Quòd ſi os humeſcat, & quæ ex pulmone efferuntur conuenientia fuerint, in ſumma, ſorbitionis quantitatem adiicere conuenit. Quæ namque celeriùs magiſque madeſcunt, iudicationis celeritatem denunciant, quæ verò tardiùs & minùs, tardiorem iudicationem ſignificant. Atque hæc quidem prorſus hoc modo ſe habent. Sed & multa quoque alia peropportuna prætermittuntur, ex quibus ſignificationem capere conuenit, quæ deinceps referentur. Quòque copioſior purgatio fuerit, eò maior quantitas ad iudicationem vſque adiicienda, præcipuè verò duobus ab iudicatione diebus; quibus quidem, aut quinto, aut ſeptimo, aut nono iudicatio fieri videatur, vt etiam dierum paritatis & imparitatis ratio habeatur. Poſt hoc autem mane quidem ſorbitione vtendum, veſpere verò ad cibos tranſeundum. Magna autem ex parte hæc iis conferunt, qui ſtatim priſana integra vtuntur. Nam & pleuriticorum dolores ſtatim ſponte deſinunt, vbi quid effatu dignum ſpuere & expurgari cœperint, purgationeſque longè perfectiores ſunt, & minùs purulenti euadunt, quàm ſi aliam quis victus rationem inſtituat, præterea iudicationes ſimpliciores fiunt, meliuſque iudicantur, & minùs reuertuntur. At priſanam ex hordeo quàm optimo confici & optimè coctam eſſe oportet, idque præſertim ſi non ſolo cremore vti debeas. Ad reliquas enim virtutes iſtud etiam accedit, quòd priſanæ lubricitas efficit vt hordeum deuoratum minimè lædat, cùm nuſquam adhæreſcat, neque ſecundum thoracis rectitudinem immoretur. Eſt autem maximè lubrica, ſitimque minimè infert, & facillimè coquitur, eſtque infirmiſſima, ſi optimè cocta fuerit, quibus omnibus opus habet. Niſi igitur quis quantùm deeſt contulerit, vt idoneus eiuſmodi priſanæ ſorbendæ modus efficiatur, ſæpiùs lædetur. Iam primùm enim quibus cibi recrementum intercluſum eſt, ſi quis eò non vacuato ſorbitionem dederit, dolorem ſi adeſt grauiorem reddet, ſi non adeſt, ſtatim induxerit,

& ſpiratio crebrior euadet. Quod certè prauum eſt, cùm pulmonem exiccet, & præcordia tum imum ventrem, tum ſeptum tranſuerſum dolore fatiget. Quinetiam ſi lateris dolore adhuc continuo, neque ad calida fomenta renittente, ſputoque minimè prodeunte, verùm citra concoctionem extremè glutinoſo reddito, niſi quis dolorem, vel ventre emollito, vel ſecta vena ſoluerit, aut vtrum horum conducere videbitur exhibuerit, ptiſanam autem ita affectis dederit, præcipites eos in mortem adducet. Has igitur ob cauſas aliaſque etiam huiuſmodi, qui tota vtuntur ptiſana, ſeptimo die ac citiùs moriuntur, partim quidem mente læſi, partim verò erectæ ceruicis ſpiratione (orthopnœam dicimus) & ſtertore ſuffocati. Quos ſanè veteres ſyderatos vel ob id maximè exiſtimarunt, neque etiam minùs, quòd ipſis mortuis latus liuidum plagæ non abſimile deprehenditur. Cuius rei hæc cauſa eſt, quòd priùs, quàm dolor ſoluatur moriuntur. Breui ſiquidem anhelatores euadunt. Ex multa autem & crebra reſpiratione (vt iam dictum eſt) ſputum ſummè glutinoſum citra coctionem redditum, egreſſum fieri prohibet. Quinetiam cartilaginoſis aſperæ arteriæ corporibus (pulmonis bronchiis dictis) adhæreſcens, ſtertorem inducit, cúmque ad hoc deuenerit, tum plærumque mortem infert. Etenim ipſum ſputum intrò retentum, ſpiritum quidem intrò ferri prohibet, celeriter autem extra ferri cogit, adeò vt ad perniciem mutuas inter ſe operas conferant. Sputum namque adhæreſcens, crebrum ſpiritum facit, hicque creber effectus, ſputum magis glutinoſum reddit & lubricum fieri prohibet. Neque verò ſolùm iſta prehendunt ſi ptiſana intempeſtiuè vtantur, verùm & multò magis, ſi, quid, quòd ptiſana minùs conueniat aut ederint, aut biberint. Magna igitur ex parte ferè ſimilia ſunt auxilia, tum iis qui tota vtuntur ptiſana, tum his qui ipſius cremore. At his qui neutro horum, aut ſolo potu vtuntur, interdúmque aliter auxiliari oportet. Hunc autem in modum omninò facere oportet. Si quem à recenti cibo, aluo nec dum ſubducta, febris ſiue cum dolore, ſiue ſine dolore prehenderit, à ſorbitione exhibenda tantiſper temperandum, dum cibum ad infernam inteſtini partem ſeceſſiſſe conieceris. Quòd ſi dolor affuerit, aceto mulſo in potu vtendum, hyeme quidem calido, æſtate verò frigido. Et ſi multa ſitis aderit, mulſa & aqua exhibenda. Ac deinceps quidem ſi dolor aliquis adſit, aut periculum aliquod impendeat, ſorbitio neque multa, neque craſſa exhibenda, verùm poſt ſeptimum aut nonum diem, ſi validus æger fuerit. At ſi recenter ſumpto cibo, vetuſtus non ſubierit, ſiquidem validus fuerit, & ætate viguerit, infuſum per clyſterem exhibendum: ſin debilior extiterit, glande vtendum, niſi ſponte probè prodierit. Exhibendæ autem ſorbitionis tempus per initia & per totum morbum iſtud præcipuè obſeruari debet, vt cùm frigidi pedes fuerint, tum à ſorbitione exhibenda, tùm vel maximè à potu abſtineamus. Cùm verò calor ad pedes deſcenderit, tunc dare conuenit, reputaréque cum in omnibus morbis, tùm præcipuè in acutis,

καὶ πνεῦμα πυκνότατον γένοιτ᾽ ἄν. κακὸν δὲ τοῦτ᾽ ἐστί. ξηραντικὸν γὰρ πλεύμονος, καὶ κοπῶδες ὑποχονδρίων καὶ ἤτρου, καὶ φρενῶν. τοῦτο δὲ, ἢν ἔτι τῆς ὀδύνης τοῦ πλευροῦ ξυνεχέος ἐούσης, καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλώσης, καὶ τοῦ πτυέλου μὴ ἀνιόντος, ἀλλὰ καταγλισχραινομένου ἀπέπτως, ἢν μὴ λύσῃ τις τὴν ὀδύνην, ἢ κοιλίην μαλθάξας, ἢ φλέβα ταμὼν, ἢ ὁκότερον ἂν τουτέων ξυμφέρῃ. τὰς δὲ πτισάνας ἢν οὕτως ἔχουσι διδῷς, ταχέως οἱ θάνατοι τῶν τοιουτέων γίνονται. διὰ ταύτας οὖν τὰς προφάσιας, καὶ ἑτέρας τοιαύτας ἔτι μᾶλλον, οἱ ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεώμενοι, ἑβδομαῖοι καὶ ὀλιγημερώτεροι ἀποθνήσκουσιν· οἱ μέν τοι καὶ τὴν γνώμην βλαβέντες, οἱ δὲ ὑπὸ τῆς ὀρθοπνοίης τε καὶ τοῦ ῥέγχεος ἀποπνιγέντες. μάλα δὲ τοὺς τοιούτους οἱ ἀρχαῖοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι, διὰ τόδε μάλιστα· οὐχ ἥκιστα δὲ ὅτι καὶ ἀποθανόντων αὐτέων, ἡ πλευρὴ πελιὴ εὑρίσκεται, ἴκελόν τι πληγῇ. αἴτιον δὲ τουτέου, τόδε ἐστὶν, ὅτι πρὶν λυθῆναι τὴν ὀδύνην, ἀποθνήσκουσι. ταχέως γὰρ πνευματίαι γίνονται. ὑπὸ δὲ τοῦ πολλοῦ, καὶ πυκνοῦ πνεύματος ὡς ἤδη εἴρηται καταγλισχραινόμενον τὸ πτύελον ἀπέπτως, κωλύει τὴν ἐπάνοδον γίνεσθαι, ἀλλὰ τὴν ῥέγξιν ποιέει ἐνισχόμενον ἐν τοῖσι βρογχίοισι τοῦ πλεύμονος. καὶ ὁκόταν ἐς τοῦτο ἔλθῃ, θανατῶδες ἤδη ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ ἐστί. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πτύελον ἐνισχόμενον, κωλύει μὲν τὸ πνεῦμα εἴσω φέρεσθαι, ἀναγκάζει δὲ ταχέως ἔξω φέρεσθαι. καὶ οὕτως ἐς τὸ κακὸν ἀλλήλοισι τιμωρέουσι. τό, τε γὰρ πτύελον ἐνισχόμενον πυκνὸν τὸ πνεῦμα ποιέει. τό, τε πνεῦμα πυκνὸν ἐὸν, ἐπιγλισχραίνει τὸ πτύελον. καὶ κωλύει ἀπολισθαίνειν. καταλαμβάνει δὲ ταῦτα οὐ μόνον ἢν πτισάνῃ ἀκαίρως χρέωνται. ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, ἢν τι ἄλλο φάγωσιν, ἢ πίωσι πτισάνης ἀνεπιτηδειότερον. μάλα μὲν οὖν τὰ πολλὰ παραπλήσιαί εἰσιν αἱ τιμωρεῖαι, τοῖσί τε ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεομένοισι, τοῖσί τε τῷ χυλῷ αὐτέῳ, τοῖσί τε μηδ᾽ ἑτέρῳ τουτέων, ἀλλὰ ποτῷ μούνῳ. ἔστι δ᾽ ὅπῃ καὶ διαφερόντως τιμωρητέον. χρὴ δὲ τό γε πάμπαν οὕτω ποιέειν. ἢν νεοβρῶτι ἐόντι αὐτέῳ καὶ κοιλίης μὴ πάνυ ὑποκεχωρηκυίης ἄρξηται ὁ πυρετὸς, ἤν τε ξὺν ὀδύνῃ, ἤν τε ἄνευ ὀδύνης, ἐπισχεῖν τὴν δόσιν τοῦ ῥοφήματος, ἔστ᾽ ἂν οἴηται κεχωρηκέναι ἐς τὸ κάτω μέρος τοῦ ἐντέρου τὸ σιτίον. χρέεσθαι δὲ ποτῷ, ἢν μὲν ἄλγημά τι ἔχῃ, ὀξυμέλιτι χειμῶνος μὲν, θερμῷ· θέρεος δὲ, ψυχρῷ. ἢν δὲ πολλὴ δίψα εἴη, μελικρήτῳ καὶ ὕδατι. ἔπειτα μέν τοι, ἢν μὲν ἄλγημά τι ἐνῇ, ἢ τῶν ἐπικινδύνων τι ἐμφαίνηται, διδόναι τὸ ῥόφημα, μήτε πουλὺ, μήτε παχὺ, μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην, ἢ ἐνάτην, ἢν ἰσχύῃ. ἢν δὲ μὴ ὑπεληλύθῃ ὁ παλαιότερος σῖτος νεοβρῶτι ἐόντι, ἢν μὲν ἰσχύῃ τε, καὶ ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ, κλύσαι. ἢν δὲ ἀσθενέστερος ᾖ, βαλάνῳ προσχρήσασθαι, ἢν μὴ αὐτόματα διεξίῃ καλῶς. καιρὸν δὲ τῆς δόσιος τοῦ ῥοφήματος, τόνδε μάλιστα φυλάσσεσθαι, κατ᾽ ἀρχὰς καὶ διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος. ὁκόταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν, ἐπισχεῖν χρὴ τοῦ ῥοφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ καὶ τοῦ ποτοῦ ἀπέχεσθαι. ὁκόταν δ᾽ ἡ θέρμη καταβῇ ἐς τοὺς πόδας, τότε διδόναι· καὶ νομίζειν μέγα δύνασθαι τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν ἁπάσῃσι τῇσι νούσοισιν· οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τῇσιν ὀξείῃσι.

μάλιστα

μάλιστα δὲ ἐν τῇσι μᾶλλον πυρετώδεσι, καὶ ἐπικινδυνοτάτῃσι. χρῆσθαι δὲ πρῶτον μάλιστα μὲν, χυλῷ, ἔπειτα δὲ, πτισάνῃ, κατὰ τὰ τεκμήρια τὰ προγεγραμμένα ἀκριβέως σκοπέων. Ὀδύνην δὲ πλευροῦ ἤν τε καὶ κατ᾽ ἀρχὰς γίνηται, ἤν τε ὕστερον, θερμάσμασι μὲν πρῶτον οὐκ ἀπὸ τρόπου ἐστὶ χρησάμενον, πειρηθῆναι διαλῦσαι τὴν ὀδύνην. θερμασμάτων δὲ κράτιστον μὲν ὕδωρ θερμὸν ἐν ἀσκῷ, ἢ ἐν κύστει, ἢ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ, ἢ ἐν ὀστρακίνῳ. προϋποτιθέναι δὲ χρὴ μαλθακόν τι πρὸς τὴν πλευρὴν, προσηνείης εἵνεκεν. ἀγαθὸν δὲ καὶ σπόγγος μαλθακὸς, μέγας, ἐξ ὕδατος θερμοῦ ἐκπεπιεσμένος προστιθέναι. περιστέλλειν δὲ ἱματίῳ τὴν θάλψιν χρή. πλείω τε γὰρ χρόνον ἂν διαρκέσει καὶ τὸ θάλπος, καὶ ἅμα ὡς μὴ ἀτμὶς πρὸς τὸ πνεῦμα τοῦ κάμνοντος προσφέρηται, ἢν ἄρα μὴ δοκέῃ καὶ τοῦτο χρήσιμον πρός τι εἶναι. ἔστι γὰρ ὅτε δεῖ πρός τι. ἔτι δὲ καὶ κριθαὶ καὶ ὄροβοι ἐν ὄξει κεκρημένῳ, σμικρῷ ὀξυτέρῳ, ἢ ὡς αὖτις πίοι, διέντα καὶ ἀναζέσαντα, ἐς μαρσίππιά τε ἀπορράψαντα, προστιθέναι. καὶ πίτυρα τὸν αὐτὸν τρόπον. πυρίῃ δὲ ξηρῇ, ἅλες, κέγχροι πεφρυγμένοι ἐν ἐρινέοισι μαρσιππίοισιν ἐπιτηδειότατοι. καὶ γὰρ κοῦφον καὶ προσηνὲς ὁ κέγχρος. λύει δὲ μάλθαξις ἡ τοιήδε, καὶ τὰς πρὸς κληῖδας περαιούσας ἀλγηδόνας. τομὴ μέντοι γε οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἢν μὴ πρὸς τὴν κληῖδα περαίνῃ ἡ ὀδύνη. ἢν δὲ μὴ λύηται πρὸς τὰ θερμάσματα ὁ πόνος, οὐ χρὴ πολὺν χρόνον θερμαίνειν. καὶ γὰρ ξηραντικὸν τοῦ πλεύμονος τοῦτ᾽ ἐστὶ, καὶ ἐμπυητικόν. ἀλλ᾽ ἢν μὲν σημαίνῃ ἡ ὀδύνη ἐς τὴν κληῖδα, ἢ ἐς τὸν βραχίονα βάρος, ἢ περὶ μαζὸν, ἢ ὑπὲρ τῶν φρενῶν, τάμνειν χρὴ τὴν ἐν τῷ ἀγκῶνι φλέβα, τὴν εἴσω. καὶ μὴ ὀκνεῖν συχνὸν ἀφαιρέειν τὸ αἷμα, ἕως ἂν ἐρυθρότερον πολλῷ ῥυῇ. ἢ ἀντὶ καθαροῦ καὶ ἐρυθροῦ, πελιόν. ἀμφότερα γὰρ γίγνεται. ἢν δὲ ὑπὸ τὰς φρένας ᾖ τὸ ἄλγημα, ἐς δὲ τὴν κληῖδα μὴ σημαίνῃ, μαλθάσσειν δεῖ τὴν κοιλίην, ἢ μέλανι ἐλλεβόρῳ, ἢ πεπλίῳ. μέλανι μὲν δαῦκον, ἢ σέσελι, ἢ κύμινον, ἢ ἄννησον, ἢ ἄλλο τι τῶν εὐωδέων μίσγοντα. πεπλίῳ δὲ, ὀπὸν σιλφίου. ἀτὰρ καὶ μισγόμενα ἀλλήλοισιν, ὁμοιότροπα ταῦτ᾽ ἐστίν. ἄγει δὲ μέλας μὲν καλλίω, καὶ κρισιμώτερα πεπλίου. πέπλιον δὲ, μέλανος μᾶλλον φυσέων καταρρηκτικώτερόν ἐστιν. ἄμφω δὲ ταῦτα, ὀδύνην παύει. παύει δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ὑπηλάτων. κράτιστα δὲ ταῦτα ὧν ἐγὼ οἶδά ἐστιν. ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τοῖσι ῥοφήμασι διδόμενα ὑπήλατα, ἀρήγει, ὁκόσα μὴ ἄγαν ἐστὶν ἀηδέα, ἢ διὰ πικρότητα, ἢ δι᾽ ἄλλην τινὰ ἀηδίην, ἢ διὰ πλῆθος, ἢ χροιὴν, ἢ ὑποψίην τινά. τὴν μὲν πτισάνην ὁκόταν πίῃ τὸ φάρμακον, ἐπιρροφεῖν αὐτίκα χρὴ διδόναι, μηδὲν ἔλασσον ἀξίως λόγου ἢ ὅσον εἴθισται. ἐπεὶ καὶ κατὰ λόγον ἐστὶ, μεσηγὺ τῆς καθάρσιος, μὴ διδόναι ῥοφεῖν. ὁκόταν δὲ λήξῃ ἡ κάθαρσις, τότε ἔλασσον ῥοφεέτω, ἢ ὅσον εἴθισται. μετὰ δὲ τοῦτο ἀναγέτω ἀεὶ ἐπὶ τὸ πλεῖον, ἢν ἥ τε ὀδύνη πεπαυμένη ᾖ, καὶ μηδὲν ἄλλο ἐναντιῶται. ωὑτὸς δέ μοι λόγος ἐστὶ, κἢν χυλῷ πτισάνης δέῃ χρέεσθαι. φημὶ γὰρ ἄμεινον εἶναι αὐτίκα ἄρξασθαι ῥοφεῖν τὸ ἐπίπαν μᾶλλον, ἢ προκενεαγγήσαντα ἄρξασθαι τοῦ ῥοφήματος, ἢ τριταῖον, ἢ τεταρταῖον, ἢ πεμπταῖον, ἢ ἑκταῖον, ἢ ἑβδομαῖον, ἤν γε μὴ προκριθῇ ἡ νοῦσος ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ.

potiſſimumq; in quibus vehementior febris ac maximum periculum ſubeſt, tempus hoc magnam habere facultatem. Ac primum ſucco maximè vtendum. deinde ptiſana, ad præſcripta ſigna diligenti adhibita attentione. Lateris autem dolorem, ſiue per exordia, ſiue poſtea incidat, fomentis calidis tentare diſſoluere abſurdum quidem non eſt. Quorum quidem optimum eſt aqua calida in vtre, vel veſica vaſe æneo aut teſtaceo adhibita. verum molle quippiam lateri, quò lenior fotus fiat, ſupponere oportet. vtiliter etiam admouetur ſpongia mollis & magna ex aqua calida expreſſa, fomentumq; linteo inuoluendum vt longiore tempore ſufficiat & perduret, ſimulq; ne vapor ad laborantis ſpiritum efferatur, niſi fortè & id ad aliquid conuenire videatur, quod & interdum vſu venit. Ad hæc autem & hordeum & eruum in aceto ita temperato, vt paulò acidius ſit quàm quis bibere queat, macerata & feruefacta ſacculis conſuta apponere oportet, furfureſq; eodem modo. Ad ſiccum autem fomẽtum, ſales & miliũ torrefactum in ſacculis laneis maximè accommodantur. Lene enim & blandum eſt milium. Sed & mollia huiuſmodi fomenta dolores etiam ad iugulum pertingentes ſoluunt. At venę ſectio non æquè dolorem ſoluit, niſi dolor ad iugulũ pertingat. Quòd ſi ad calida fomenta dolor non remittat, non multo tẽpore calefacere conuenit, quòd id pulmonẽ exiccet, & pus intra thoracem colligat. Sed ſiquidem dolor ad iugulum de ſe ſignificationem præbeat, ad brachium verò, vel circa mammam, vel ſupra ſeptũ trãſuerſum grauitatis ſenſus inſit, internã in cubiti flexu venam ſecare, & quàm citiſſimè copioſum ſanguinem detrahere conuenit, eò vſq; dum multò rubicundior, aut pro puro & rubro liuidus effluat. vtrumque enim vſuuenit. Si verò eas quæ ſunt ſub ſepto transuerſo partes dolor affligat, nullamq; ad iugulum de ſe ſignificationem præbeat, aluum veratro nigro aut peplio emollire oportet, ea ratione, vt veratro quidem daucum, aut ſeſeli, aut cuminum, aut aniſum, aut aliud quippiam bene olens admiſceat, peplio verò laſeris ſuccum. Quanquam etiamſi inter ſe miſceantur, vnius ſunt generis, neque diſſimiliter agunt. Sed veratrum nigrum tum meliùs quàm peplium ventrem ſoluit, tum etiam ad iudicationem magis valet. Peplium verò flatus magis erumpere facit. Dolorem autem hæc duo ſedant. Sedant etiam & alia multa quæ aluum ſubducunt medicamenta. Sed ex his quæ noui hæc ſunt optima. Quandoquidem & quæ in ſorbitionibus exhibentur aluum ſubducentia medicamenta, iuuant, quæcunque vel propter amaritudinem, vel aliam quandã inſuauitatem, aut copiam, aut colorem, aut aliam quampiam ſuſpicionem non admodum ingrata exiſtunt. Ptiſanam quidem, vbi epotum eſt medicamentum, inſuper ſorbendam ſtatim dare oportet, neq; admodum minore quàm conſuetum eſt quantitate. Quandoquidem rationi conſentaneum eſt, media in purgatione ſorbitionem non exhibere. At vbi deſierit purgatio, tunc minore quàm conſueuerit quantitate abſumatur, deindè verò paulò maiore ſemper adducatur copia, ſi & dolor ſedatus fuerit, nihilque aliud aduerſetur. Idem etiam mihi dicendum vbi ptiſanæ cremore vti opus fuerit. Si quidem melius eſſe aſſero ſtatim omninò ſorbere incipere potiùs, quàm antea exinanitis vaſis, aut tertio, aut quarto, aut quinto, aut ſexto, aut ſeptimo die à ſorbitione inchoare, niſi quidem intra hoc tempus morbus priùs iudicatus fuerit.

Vino etiam nigro, auſtero. Exerceatur quoq; curſibus circularibus, celeribus. Sed neq; multa frictio adhibeatur, ſed modica, neq; etiam lucta, Concertatio quę fit ſummis manibus inter ſe conſertis, & manuum ad rythmum agitatio, & ad corycum decertatio, ac volutatio in puluere, non multa tamé, vtilis eſt. Deambulationibus poſt exercitationes vtatur, pro laborum ratione accommodatis, & à cœna, ad ciborum rationem, pluribus, & matutinis, pro habitus ratione, moderatis. Lauet autem tepida, & quietem agat. Hac victus ratione per decé dies adhibita, cibi dimidium, & laboris tertia pars adiiciatur, & poſt cibos ſiccos & acerbos aſſumptos, vomitus cieatur, neq; cibo immoretur, ſed quàm citiſſimè vomat. Poſt vomitum verò, ad quatuor dies cibus partitus ſenſim exhibeatur. Cùm autem dies decem præterierint, reliquus cibus adiiciatur, & vini potio conſueta, ſed labores parciores. Vomitione facta, paulatim ad conſuetam victus rationem, velut ſcriptum eſt, deducito. Semel verò tantùm cibũ capere per hoc tempus confert, quoad malum conquieuerit. Aliis autem quibuſdam ſiccum quodammodo & exuſtum eſt alui recrementum, oſq; ſiccum & progreſſu temporis amarum euadit, aluus vrinaq; ſupprimitur. Cùm enim inteſtinum humiditatem non habeat, ſtercus ambiens intumeſcit, viaſq; obſtruit, & dolorem parit, calor prehẽdit, & quicquid biberit aut comederit, euomit, tandem etiam ſtercus vomitione reiicit. Quò cùm peruenerit, minimè hic viuere poteſt. Verùm conſilio malis imminentibus ante proſpiciendum, vbi cognoueris quod ſiccitas & caliditas in homine dominantur. Hanc igitur victus rationem huic inſtituere oportet, ex maza prius ſubacta, reſperſa, & pane ex tritico ſitanio, furfurum ſucco fermentato. Oleribus quoq; coctis vti, præterquã acribus & ſiccis, piſcibus etiam leuiſſimis coctis, piſciumq; & locuſtarũ capitibus, mitulis, erinaceis, & cancris, & conchyliorum ſuccis, iiſq; liquidiſſimis. Carnibus verò ſuillis, & animalium trunculis anterioribus coctis, hœdorum etiam & agnorum ac catulorum elixis. Piſcibus ſanè fluuialibus & in ſtagnis degentibus, coctis. Vino molli, aquoſo. Laboribus verò non multis, neq; celeribus, ſed quietis. Deambulationibus autem matutinis vtatur, quæ pro corporis habitu ſatis ſint, & poſt exercitij labores moderatis, à cœna verò minimè deambulet. Balneis quoq; vtatur & ſomnis mollibus, & prandio, ſomnoq; à prandio nõ longo, fructibus etiam humectantibus cum cibis vtatur, & cicere viridi ſiccoq; aqua macerato. De prioribus autem laboribus dimidium à principio ſubtrahatur, & poſt dulces, pingues, ſalſos, multoſq; cibos vomitum faciat, plurimoq; tempore in cibis immoretur, quoad vomat. Deinde per tres dies paulatim cibus aſſumatur, neq; impranſus maneat. Cùm vero dies decem præterierint, labores plures ſenſim adiiciat, & ſi quidem plenitudo ac ventriculi à cibo offenſio adſit, vomat, ſin minùs, reliquo tempore in iſta curatione perſeueret. Cõtingunt autem etiam iſta. Horrores à matutinis deambulationibus proueniunt, & caput grauatur. Huic deãbulationes modum excedũt. Corpus enim & caput humore vacuatum, horrore & grauitate vexatur, procedente verò tempore, in febrem cum horroris ſenſu incidit. Verùm ad hoc deueniendum non eſt, ſed hac curatione occurrendum.

οἴνῳ δὲ μέλανι, αὐστηρῷ. γυμνασίοισι δὲ, τροχοῖσιν ὀξέσιν. ἀλλὰ τρίψις μὴ πολλὴ προσαγέσθω ἀλλ' ὀλίγη, μηδὲ πάλη. ἀκροχείρισις καὶ χειρονομίη, καὶ κωρυκομαχίη, καὶ ἀλίνδησις ἐπιτήδεια, ἀλλὰ μὴ πολλή. τοῖσι δὲ περιπάτοισι καὶ ἀπὸ τοῦ γυμνασίου χρήσθω ἱκανοῖσι κατὰ τοὺς πόνους. καὶ ἀπὸ τοῦ δείπνου, πλείοσι κατὰ τὰ σιτία. καὶ πρωῒ, ξυμμέτρως πρὸς τὴν ἕξιν. λουέσθω δὲ χλιερῷ, καὶ ἀτρεμεέτω. οὕτω διαιτηθεὶς ἡμέρας δέκα. προσαιρείσθω τοῦ σιτίου τὸ ἥμισυ, καὶ τῶν πόνων τὸ τρίτον μέρος. καὶ ἔμετον ποιείσθω, ἀπὸ σιτίων ξηρῶν καὶ στρυφνῶν. καὶ μὴ διατριβέτω ἐν τοῖσι σιτίοισι, ἀλλὰ τὴν ταχίστην ἐμείτω. ἐκ δὲ τοῦ ἐμέτου, προσαγέσθω ἐς ἡμέρας τέσσαρας τὸ σιτίον καὶ τοὺς πόνους μείζων. ὅταν δὲ ἡ δεκὰς τῶν ἡμερέων γένηται, προσαιρείσθω τὸ σιτίον λοιπὸν, καὶ τὸν οἶνον τὸ πόμα, πλὴν τῶν πόνων ἐνδεέστερον. καὶ ἔμετον ποιεύμενος, προσαγέτω καθάπερ γέγραπται. μονοσιτίη δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ξυμφέρει μέχρις ἂν καταστῇ. Ἄλλοισι δέ τισι, ξηραίνεται καὶ διακεκαυμένον τὸ διαχώρημα γίνεται. καὶ τὸ στόμα ξηρόν. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ πικρὸν γίνεται. καὶ ἡ κοιλίη ἵσταται, καὶ ἡ οὔρησις. ὅταν γὰρ μὴ ἔχῃ τὸ ἔντερον ὑγρασίην, περὶ τὸν ἀπόπατον περιειλεῖται, ἀποφράσσει τὰς διεξόδους. ὀδύνην τε παρέχει. καὶ θέρμη λαμβάνει. καὶ ὅ, τι ἂν πίῃ ἢ φάγῃ, ἐξεμέει. τελευτῶν δὲ καὶ κόπρον ἐμέει. οὗτος οὐ βιώσιμος, ὅταν ἐς τοῦτο ἔλθῃ. ἀλλὰ χρὴ πρότερον προμηθέεσθαι, γινώσκοντα ὅτι ξηρότητι καὶ θέρμῃ κρατέεται ὁ ἄνθρωπος. διαιτῆσθαι οὖν χρὴ αὐτὸν, τῇ τε μάζῃ προφυρητῇ ῥαντῇ, καὶ ἄρτῳ σητανίων πυρῶν, τῷ χυλῷ τῶν πιτύρων ἐζυμωμένῳ. λαχάνοισί τε χρῆσθαι, πλὴν τῶν δριμέων καὶ ξηρῶν, καὶ ἑφθοῖσι. καὶ τῶν ἰχθύων τοῖσι κουφοτάτοισιν ἑφθοῖσι. καὶ τοῖσι κεφαλαίοισι τῶν δὲ ἰχθύων καὶ καράβων, μυσὶ καὶ ἐχίνοισι, καὶ τοῖσι καρκίνοισι, καὶ τῶν κογχυλίων, τοῖσι χυλοῖσι, καὶ αὐτοῖσι, ὑγροτάτοισι. κρέασι δὲ τοῖσιν ὑείοισι ἀκροκωλίοισιν ἐμπροσθίοισιν ἑφθοῖσι, καὶ ἐρίφων καὶ ἀρνῶν καὶ σκυλάκων ἑφθοῖσι. ἰχθύων δὲ τοῖσι ποταμίοισι καὶ λιμναρίοισιν ἑφθοῖσι. οἴνῳ μαλακῷ, ὑδαρεῖ. τοῖσι δὲ πόνοισι μὴ πολλοῖσι, μηδὲ ταχέσι, ἀλλ' ἡσύχοισι πᾶσι. τοῖσι δὲ περιπάτοισι πρωῒ μὲν χρήσθω, πρὸς τὴν ἕξιν ἱκανοῖσι, καὶ ἀπὸ γυμνασίου πόνων ξυμμέτροισιν. ἀπὸ δείπνου δὲ, μὴ περιπατείτω. λουτροῖσι δὲ χρήσθω, καὶ ὕπνοισι μαλακοῖσι, καὶ ἀριστάτω. ὕπνῳ τε μετὰ τὸ ἄριστον, οὐ μακρῷ. ὀπώρῃ τε τῇ ὑγραινούσῃ, μετὰ τῶν σιτίων χρήσθω. καὶ τοῖσιν ἐρεβίνθοισι τοῖσι χλωροῖσι καὶ ξηροῖσι βρέξας ἐν ὕδατι. ἀφελέσθω δὲ τῶν πόνων τῶν πρόσθεν τὸ ἡμίσεας. καὶ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἔμετον ποιείσθω ἀπὸ γλυκέων καὶ λιπαρῶν καὶ ἁλμυρῶν καὶ πλειόνων. ἐνδιατριβέτω δὲ τὸν πλεῖστον χρόνον ἐν τοῖσι σιτίοισι πρὸς τὸν ἔμετον. ἔπειτα προσαγέτω τὸ σιτίον ἐς ἡμέρας τρεῖς. καὶ μὴ μενέτω ἀνάριστος. ἐκ τῶν δὲ ἡμερέων δέκα προσαγέτω τοὺς πόνους, προσαγέτω πλείονας. κἢν μὲν οὖν ἡ πλησμονὴ ἐνῇ ἢ ἀπὸ σιτίου ἢ τῆς κοιλίης πλημμέλεια, ἐμεσάτω. ἢν δὲ μὴ, οὕτω θεραπευέσθω τὸν ἐπίλοιπον χρόνον. Γίνεται δὲ καὶ τοιάδε. φρῖκαι ἀπὸ τῶν περιπάτων ἐγίνοντο τῶν τοῦ ὄρθρου, καὶ τὴν κεφαλὴν βαρύνεται. τούτῳ πλείονες οἱ περίπατοι τῆς ξυμμετρίης. κενούμενον γὰρ τὸ σῶμα καὶ ἡ κεφαλὴ τοῦ ὑγροῦ, φρίσσει καὶ βαρύνεται. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ἐς πυρετὸν ἀφικνέεται φρικώδεα. ἀλλ' οὐ χρὴ περιμένειν ἐς τοῦτο. ἀλλ' ἐνθεραπεύεσθαι πρότερον ὧδε.

ὅταν

ὁκόταν γίνηται τάχιστα τῶν τεκμηρίων τινὰ, χρησάμενον, καὶ ἀποπατήσαντα ὀλίγα, τὸ ἄριστον ποιήσασθαι, πλέον τοῦ εἰθισμένου. καὶ πιεῖν ἱκανὸν οἶνον μαλακόν. εἶτα ὕπνῳ χρῆσθαι ἀπὸ τοῦ ἀρίστου ἱκανῶς. ἐς τὴν ἑσπέρην δὲ κούφοισι χρησάμενον γυμνασίοισι θερμῷ τε λουσάμενον, δειπνῆσαι τὸ εἰθισμένον. περιπάτοισι δὲ μὴ χρῆσθαι ἀπὸ δείπνου. διατρίβειν δὲ χρόνον. τῇ δ' ὑστεραίῃ ἀφελέσθω ἐν τῷ ὕδατι. ἐν ὕπνοισί τε μαλακοῖσι διαγέσθω. ἡμέρῃσι δὲ πέντε, ἐπὶ τὸ προσαγέσθω κατὰ μικρόν. Εἰσὶ δέ τινες οἳ φρίσσουσιν ἐκ τῶν γυμνασίων. καὶ ἐπειδὰν ἐκδύηται μέχρις ἂν διαγωνίσηται. ὅταν δὲ ψύχηται, πάλιν φρίσσει. βρυγμός τε τὸ σῶμα ἔχει. ὑπνώσσει τε. ὅταν δὲ ἐξέγρηται, χασμᾶται πολλάκις. ἐκ δὲ τοῦ δείπνου τὰ βλέφαρα βαρέα αὐτῷ. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ πυρετοὶ ἐπιγίνονται φαῦλοι. φυλάσσεσθαι οὖν χρὴ, μὴ προσιέναι ἐς τοῦτο, ἀλλὰ θεραπεύεσθαι προτέρῃ ὧδε. πρῶτον μὲν τῶν γυμνασίων ἀφελέσθω πάντων τὰ ἡμίσεα. σιτίοισι δὲ ἅπασι χρῆσθαι ὑγροτέροισί τε καὶ ψυχροτέροισι. καὶ τοῖσι πόμασι μαλακωτέροισι καὶ ὑδαρεστέροισιν. ὅταν δὲ παρέλθωσιν ἡμέραι πέντε, τῶν πόνων προσθέσθω τὸ τρίτον μέρος τῶν ἀφαιρεθέντων, τοῖσι δὲ σιτίοισι χρῆσθω τοῖσιν αὐτοῖσι, πέμπτῃ δὲ ἡμέρῃ ἄλλῃ, ἐπὶ ἡμίσεας τῶν λοιπῶν πόνων προσθέσθω. αὖτις δὲ πέμπτῃ, μετὰ τοῦτο ἀπόδος ἐπὶ πόνους πάντας, καὶ κουφοτέρους τε καὶ ἐλάσσονας, ὡς μὴ πάλιν ὑπερβολὴ γένηται. τοῖσι γὰρ πάσχουσι ταῦτα τὰ τεκμήρια, οἱ πόνοι κρέσσονες εἰσὶ τῶν σιτίων. ἀϊσῶσαι οὖν χρή. ἔνιοι δὲ οὐ ταῦτα πάσχουσιν. ἀλλὰ τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ. πάντων δὲ τουτέων τῶν τεκμηρίων, οἱ πόνοι κρατέουσι τῶν σιτίων. καὶ ἡ θεραπείη ἡ αὐτή. συμφέρει δὲ τούτοισι, θερμολουτέειν, καὶ μαλακῶς εὐνάζεσθαι. μεθυσθῆναι δὲ ἅπαξ ἢ δὶς, πλέον ἀλλὰ μὴ ἐς ὑπερβολήν. ἀφροδισιάσαι τι ὅταν ἐπιγένηται, ῥᾳθυμῆσαι πρὸς τοὺς πόνους. περιπάτους δὲ μὴ ποιῆσαι ὅλως.

Cùm primùm ſigna aliqua ſe prodiderint, poſt inunctionem ac frictionem modicam, plus ſolito prandendum, & vinum molle abundè bibendum, deinde à prandio quod ſatis ſit dormiendum Sub veſperam verò, poſt leues exercitationes, & calidæ balneum, more ſolito cœnandum. A cœna deambulationibus non vtendum, ſed aliquanto tempore immorandum. Poſtridie verò foueatur, & in mollibus ſomnis vitam traducat. Et per dies quinque ſenſim ad conſueta deducatur. Nonnulli autem poſt exercitationes in horrorem incidunt, & vbi quis exuitur, donec prælium cõferat, cùm verò refrigeratur, ruſus inhorreſcit, & dentium fremitus corpus occupat, ſomnoque grauatur, cùmque expergiſcitur, ſæpiùs oſcitat. A cœna verò ei palpebræ ingraueſcunt, progreſſuque temporis malignæ febres ſuccedunt. Cautione igitur vtendum, nec huc vſque res negligenda eſt, ſed ad hunc modum curatione occurrendum. Imprimis quidem exercitationum omnium dimidium detrahatur. Cibis verò omnibus humidioribus & frigidioribus vtatur, potibuſq; mollioribus & dilutioribus. Vbi autem dies quinque præterierint, detractorum laborum tertia pars adiiciatur, cibis verò iiſdem vtatur. Poſt alios autem quinque dies, reliquorum laborum dimidium adiiciatur. Ruſuſq; alio quinto poſt die, labores omnes ſed leuiores paucioreſq; reſtituito, vt ne iterum exuperantia contingat. Iis enim qui ſignis huiuſmodi conflictantur, labores cibos excedunt. Æquales igitur reddere oportet. Ac quibuſdam hæc non contingunt, ſed partim quædam, partim verò minimè. In omnibus autem iſtis ſignis, labores cibos ſuperant, curatioque eadem eſt. His autem calidæ balneum, & molle cubile conducit, ſemelque atque iterum inebriari, ſed non ſupra modum. Quod ſi poſt hæc rerum venerearum vſus acceſſerit, à laboribus quieſcendum, à deambulationibus verò in totum abſtinendum.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΝΥΠΝΙΩΝ.

HIPPOCRATIS DE INSOMNIIS, LIBER.

Περὶ δὲ τῶν τεκμηρίων τῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, ὅστις ὀρθῶς γινώσκει, μεγάλην ἔχοντα δύναμιν εὑρήσει πρὸς ἅπαντα. ἡ γὰρ ψυχὴ ἐγρηγορέει. ὅταν μὲν οὖν σώματι ὑπηρετέουσα ᾖ, ἐπὶ πολλὰ μεριζομένη, οὐ γίνεται αὐτὴ ἑωυτῆς, ἀλλ' ἀποδίδωσί τι μέρος ἑκάστῳ τοῦ σώματος, ἤγουν τοῖσιν αἰσθητηρίοισιν. ἀκοῇ. ὄψει. ψαύσει. ὁδοιπορίῃ. πρήξει. καὶ πάσῃ τῇ τοῦ σώματος διανοίῃ. αὐτὴ δ' ἑωυτῆς ἡ διάνοια οὐ γίνεται. ὁκόταν δὲ τὸ σῶμα ἡσυχάσῃ, ἡ ψυχὴ κινευμένη, καὶ ἐπεξέρπουσα τὰ μέρη τοῦ σώματος, διοικεῖ τὸν ἑωυτῆς οἶκον. καὶ τὰς τοῦ σώματος πρήξιας ἁπάσας αὐτὴ διαπρήσσεται. τὸ μὲν γὰρ σῶμα καθεῦδον, οὐκ αἰσθάνεται. ἡ δὲ ἐγρηγορέουσα, γινώσκει. καθορῇ τε τὰ ὁρατὰ, καὶ διακούει τὰ ἀκουστά. βαδίζει. ψαύει. λυπέεται. ἐνθυμέεται. ἐν ὀλίγῳ, ὁκόσαι τοῦ σώματος ὑπηρεσίαι, ἢ τῆς ψυχῆς, ταῦτα πάντα ἡ ψυχὴ ἐν τῷ ὕπνῳ διαπρήσσεται. ὅστις οὖν ἐπίσταται κρίνειν ταῦτα ὀρθῶς, μέγα μέρος ἐπίσταται σοφίης. ὁκόσα μὲν οὖν τῶν ἐνυπνίων θεῖά ἐστι,

Qvi de his quæ per ſomnos contingunt rectè coniectauerit, is ea per omnia magnam habere vim comperiet. Animus enim vigilat, & cùm quidem corpori ſubminiſtrat, in multas partes diuiſus, ſui tantum rationem non habet, ſed ſingulis corporis partibus, partem quandam diſtribuit, ſenſibus nimirum, ad audiendum, videndum, tangendum, ambulandum, agendum, denique ad omne corporis obſequium, adeoque ipſa mens ſui ſolum rationem non habet. Cùm verò corpus quieſcit, animus mouetur, & in corporis partes ſubrepens, domum ſuam regit, omneſque corporis actiones obit. Neque enim corpus dum dormit ſentit, ipſe verò vigilans cognoſcit, quæ ſub viſionem & auditionem cadunt, videt & audit, vadit, tangit, triſtitia afficitur, ſecum cogitat, ac (vt ſemel dicam) quæcunque corporis aut animi officia, ea omnia per ſomnum animus peragit. Quiſquis igitur rectè iſta diiudicat, is non minimã ſapientiæ partem aſſequitur. Quæ igitur ſomnia à Diis immittũtur,

& quædã bona, vel mala, aut vrbibus, aut priuato populo, nulla ſua culpa euentura denunciant, quidam de his exquiſito artificio diiudicant. Quas verò corporis affectiones animus ante denunciat, quæ ſcilicet ex repletione, vel inanitione, per rerum à natura inſitarum exuperantiam, vel conſuetarum mutationem contingunt, de his quidem iudicant, & partim aſſequuntur, partim aberrant, neq; vtriuſq; cauſam agnoſcunt, neq; cur aſſequantur, neq; cur aberrent. Cúmque præcauendum eſſe, ne quid detrimenti contingat, adhortantur, neque tamen quomodo cautio adhibenda ſit docent, ſed Diis vota concipere iubent. Quod quidem etſi decorum eſt & optimum, oportet tamen & manus admouentem Deorum opem aduocare. De quibus ſe res habet ad hunc modum. Quæ inſomnia de diurnis actionibus mens humana veſpere ſub noctem in ſomnis offert, & eodem modo reddit, quo per diem in re iuſta, geſta aut conſulta ſunt, ea bona & ſanitatem portendere exiſtimanda ſunt, propterea quod animus neque plenitudine vlla, neque euacuatione, neque alia re quauis extrinſecus irruente ſuperatus, in diurnis conſiliis perſeuerat. At inſomnia quæ diurnis actionibus aduerſantur, neque de his inter ſe conuenit, cùm id contigerit, perturbationem in corpore denunciant. Et vehemens quidem, malum vehemens, leuis verò debilius indicat. De actione igitur vtrum reuocanda ſit nec ne, nihil ſtatuo, corpus verò vti curetur conſulo. Vbi enim plenitudo inciderit, ſecretio quædam excitatur, quæ animum perturbat. Ac ſi quidem quod aduerſum eſt vehemens fuerit, vomitum ciere conducit, & cibos leues ſenſim adhibere ad dies quinque. Deambulationibus quoque multis ac concitatis, ſenſim adiectione facta vti, & exercitationes pro ciborum adiectione moderatas adhibere. Quòd ſi quod aduerſum eſt debilius fuerit, dempta vomitione, cibi tertiam partem detrahito, eamq; ſenſim rurſus ad dies quinq; adiicito, & deambulationes vrgeto. Sed & vocis exercitationes adhibeat, & Diis ſupplicationes decernat, & cõquieſcet perturbatio. Sol, Luna, cælum & ſtellæ, pura quæq; & ſuo motu agitata, in ſomnis viſa, bona ſunt. Sanitatem enim corporis, omniumq; eius partium ſignificant. Atque hunc habitum præſenti victus ratione cõſeruare oportet. Quòd ſi quid contra contingat, aliquem corporis morbum portendit, à vehemẽtibus quidem vehementiorem, a debiliorib. verò leuiorem. Et aſtris quidẽ exterior corporis ambitus reſpondet, Soli medius, Lunæ verò qui ad cauitates ſpectat. Si quod igitur iſtorum ſyderum extingui, aut lædi, aut euaneſcere, aut curſum ſuſtinere videatur, in illa ipſa parte morbum euenturum indicat, & leuiorem quidem ſi ab aëre aut nube huiuſmodi ſyderibus quid cõtingere videat, ſi verò ab aqua aut grandine, grauiorẽ. Secretionem enim humidam & pituitoſam in corpore factã, & in externum ambitũ incidiſſe indicat. Huic igitur cõducit, vt veſtibus indutus curſibus vtatur multis ſenſim increſcẽtibus, vti quam maximè ſudet, & deambulationibus poſt exercitationem multis, etiam abſque prandio, ſubſtractáq; tertia ciborũ parte, paulatim ad dies quinq; adiicere.

καὶ προσημαίνει τινὰ συμβησόμενα ἢ πόλεσιν ἢ τῷ ἰδιώτῃ λαῷ, ἢ κακὰ, ἢ ἀγαθὰ, μὴ δι᾽ αὐτῶν ἁμαρτίην, εἰσὶν οἳ κρίνουσι περὶ τῶν τοιούτων ἀκριβῆ τέχνην ἔχοντες. ὁκόσα δὲ ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος παθήματα προσημαίνει, πλησμονῆς ἢ κενώσιος ὑπερβολὴν τῶν ξυμφύτων, ἢ μεταβολὴν τῶν ἀηθέων, κρίνουσι μὲν καὶ ταῦτα· καὶ τὰ μὲν τυγχάνουσι, τὰ δὲ ἁμαρτάνουσι, καὶ οὐδέτερα τούτων γινώσκουσι, διότι οὕτω γίγνεται, οὔθ᾽ ὅτι ἂν ἐπιτύχωσιν, οὔθ᾽ ὅτι ἂν ἁμάρτωσι, φυλάσσεσθαι δὲ παραινοῦντες, μή τι κακὸν λάβῃ οὐ διδάσκουσιν ὡς χρὴ φυλάξασθαι, ἀλλὰ θεοῖσιν εὔχεσθαι κελεύουσι. καὶ τὸ μὲν εὔχεσθαι, πρέπον, καὶ λίην ἐστὶν ἀγαθόν. δεῖ δὲ καὶ αὐτὸν ξυλλαμβάνοντα, τοὺς θεοὺς ἐπικαλέεσθαι. ἔχει δὲ οὕτω περὶ τούτων τάδε, ὧδε. ὁκόσα τῶν ἐνυπνίων τὰς ἡμερινὰς πρήξιας τοῦ ἀνθρώπου ἢ διανοίας ἐς τὴν εὐφρόνην ἐνυπνιάζεται, ἑσπέρην, καὶ ἀποδίδωσι κατὰ τρόπον γινόμενα, ὥσπερ τῆσιν ἡμέρῃσιν ἐπρήχθη, ἢ ἐβουλεύθη ἐν δικαίῳ πρήγματι, ταῦτα τῷ ἀνθρώπῳ ἀγαθά. ὑγείην γὰρ σημαίνει, διότι ἡ ψυχὴ παραμένει ἐν τοῖσιν ἡμερινοῖσι βουλεύμασιν, οὔτε πλησμονῇ κρατηθεῖσα, οὔτε κενώσει, οὔτε ἄλλῳ οὐδενὶ ἔξωθεν προσπεσόντι. ὅταν δὲ πρὸς τὰς ἡμερινὰς πρήξιας ὑπεναντιῶται τὰ ἐνύπνια, καὶ ἐγγίνηται περὶ αὐτῶν ἢ μάχη, ἢ νίκη, ἂν τοῦτο συμβαίνῃ, ταραχὴν σημαίνει ἐν τῷ σώματι. καὶ ἢν μὲν ἰσχυρὴ ᾖ, ἰσχυρὸν τὸ κακὸν, ἢν δὲ φαύλη, ἀσθενέστερον. περὶ μὲν οὖν τῆς πρήξιος, εἴτε δεῖ ἀποτρέπειν, εἴτε μὴ δεῖ, οὐ κρίνω. τὸ δὲ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου θεραπεύεσθαι ξυμβουλεύω. πλησμονῆς γάρ τινος ἐγγενομένης, ἀπόκρισις ἐγένετό τις, ἥτις ἐτάραξε τὴν ψυχήν. ἢν μὲν οὖν ἰσχυρὸν ᾖ τὸ ἐναντιωθὲν, ἔμετόν τι ξυμφέρει ποιήσασθαι, καὶ τοῖσι σιτίοισι κούφοισι προσάγειν ἐς ἡμέρας πέντε. καὶ τοῖσι περιπάτοισι πολλοῖσι καὶ ὀξέσιν ἐκ προσαγωγῆς χρέεσθαι. καὶ τοῖσι γυμνασίοισιν ἐπιγυμνάζεσθαι συμμέτροισι πρὸς τὴν προσαγωγὴν τῶν σιτίων. ἢν δὲ ἀσθενέστερον τὸ ἐναντιωθὲν γένηται, ἀφελὼν τὸν ἔμετον, τὸ τρίτον μέρος ἄφελε τοῦ σιτίου. καὶ τοῦτο ἡσυχῇ πρόσαγε πάλιν ἐς τὰς πέντε ἡμέρας. καὶ τοῖσι περιπάτοισι πιέζειν. καὶ τοῖσι τῆς φωνῆς πόνοισι χρέεσθαι, καὶ τοῖσι θεοῖσιν εὔχεσθαι. καὶ καταστήσεται αὐτῷ ἡ ταραχή. ἥλιον δὲ καὶ σελήνην, καὶ οὐρανὸν καὶ ἀστέρας, καθαρὰ καὶ εὐαγέα, κατὰ τρόπον ὁρώμενα ἕκαστα, ἀγαθά. ὑγείην γὰρ τῷ σώματι σημαίνει, ἀπὸ πάντων τῶν ὑπαρχόντων. ἀλλὰ χρὴ διαφυλάσσειν ταύτην τὴν ἕξιν, τῇ παρούσῃ διαίτῃ. εἰ δέ τι τούτων ὑπεναντίον γένοιτο, νοῦσόν τινα τῷ σώματι σημαίνει. ἀπὸ μὲν τῶν ἰσχυρῶν, ἰσχυροτέρην· ἀπὸ δὲ τῶν ἀσθενεστέρων, κουφοτέρην. καὶ ἄστρων μὲν οὖν ἡ ἔξω περίοδος· ἡλίου δὲ, ἡ μέση· σελήνης δὲ, ἡ πρὸς τὰ κοῖλα. ὅ, τι μὲν οὖν δοκοίη τούτων τῶν ἄστρων σίνεσθαι, ἢ βλάπτεσθαι, ἢ ἀφανίζεσθαι, ἢ ἐπέχεσθαι τῆς περιόδου, κατ᾽ αὐτὸ τὸ μέρος καὶ τὴν νοῦσον προσημαίνεσθαι. καὶ ἢν μὲν ὑπὸ ἀέρος ὁρᾷ ἢ νεφέλης τι τῶν ἄστρων τούτων πάσχον, ἀσθενέστερον. ἢν δὲ ὑπὸ ὕδατος ἢ χαλάζης, ἰσχυρότερον. σημαίνει δὲ ἀπόκρισιν ἐν τῷ σώματι ὑγρὴν καὶ φλεγματώδεα γενομένην, ἐς τὴν ἔσω περιφορὴν ἐμπεπτωκέναι. ξυμφέρει τοιγαροῦν τούτῳ, τοῖσί τε δρόμοισι τοῖσιν ἱματίοισι κεχρῆσθαι, πολλοῖσιν ἐξ ὀλίγου. προσάγειν, ὅκως ἐξιδρώσῃ ὡς μάλιστα. καὶ τοῖσι περιπάτοισιν ἀπὸ τοῦ γυμνασίου, πολλοῖσι καὶ ἀναρίστοισι χρῆσθαι. τῶν τε σιτίων ἀφελόμενος τὸ τρίτον μέρος, προσάγειν ἐς πέντε ἡμέρας.

εἰ δὲ

εἰ δὲ δοκοίη ἰσχυρὸν εἶναι, καὶ πυριῆσαι. τὴν γὰρ κάθαρσιν διὰ τοῦ χρώματος ξυμφέρει ποιέεσθαι, διότι ἐν τῇ ἔξω περιφορῇ ἐστὶ τὸ βλάβος. σιτίοισι δὲ χρῆσθαι ξηροῖσι, δριμέσιν, αὐστηροῖσιν, [14] ἀκρήτοισι. καὶ τοῖσι πόνοισι, τοῖσι ξηραίνουσι μάλιστα. ἐπὴν δὲ τούτων ἡ σελήνη πάσχῃ, εἴσω τὴν ἀντίσπασιν ποιέεσθαι ξυμφέρει, ἐμέτῳ χρησάμενον ἀπὸ τῶν δριμέων καὶ ἁλμυρῶν, καὶ μαλακῶν σιτίων. τοῖσι δὲ τροχοῖσιν ὀξέσι, καὶ τοῖσι περιπάτοισιν ὀξέσι. τοῖσι δὲ τῆς φωνῆς πόνοισι καὶ ἀναρριστῆσαι, καὶ τοῦ σίτου τῇ ἀφαιρέσει καὶ προσαγωγῇ ὡσαύτως. διὰ τοῦτο δὲ εἴσω ἀντισπαστέον, διότι πρὸς τὰ κοῖλα τοῦ σώματος βλαβερὸν ἐφάνη. εἰ δὲ ὁ ἥλιος τοιοῦτό τι πάσχει ἰσχυρότερον τοῦτο ἤδη καὶ δυσεξαγωγότερον. δεῖ δὲ ἀμφοτέρως τὰς ἀντισπάσιας ποιέεσθαι καὶ τοῖσι δρόμοισι, τοῖσί τε καμπτοῖσι τροχοῖσι χρῆσθαι, καὶ τοῖσι περιπάτοισι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι πόνοισι πᾶσι. τὸν δὲ σῖτον τῇ ἀφαιρέσει, καὶ τῇ προσαγωγῇ ὡσαύτως. ἔπειτα ἐξεμέσαντα, αὖθις προσάγειν πρὸς τὰς πέντε. εἰ δὲ αἰθρίης ἐούσης θλίβεται καὶ ἀσθενέα δοκοίη εἶναι [16] ὑπὸ τῆς ξηρασίης τῆς περιόδου κρατέεσθαι, σημαίνει κίνδυνον εἰς νοῦσον πεσεῖν. ἀλλὰ χρὴ τῶν πόνων ἀφαιρέειν, τῇ τε διαίτῃ ὑγροτέρῃ καὶ μαλακῇ χρέεσθαι. καὶ λουτροῖσι καὶ ῥαθυμίῃ πλείονι. καὶ ὕπνῳ πολλῷ, μέχρις ἂν καταστῇ. εἰ δὲ πυρώδες δοκοίη εἶναι τὸ ἐναντιούμενον καὶ θερμὸν, χολῆς ἀπόκρισιν σημαίνει. εἰ δὲ καὶ ἀφανίζοιτο τὰ κρατέοντα, κίνδυνος ἐς θάνατον ἐκ τῆς νούσου ἐλθεῖν. εἰ δὲ τετράφθαι δοκοίη, τετράφθαι ἐς φυγὴν τὸ ὑπάρχον. θεῖν δὲ ταχέως, [17] τὸν δὲ διώκειν, κίνδυνος μανῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἢν μὴ θεραπευθῇ. ξυμφέρει δὲ τούτοισι πᾶσι [18] κάλλιστα μὲν, ἐλλεβόρῳ καθαρθέντα διαιτῆσθαι. ἢν δὲ μὴ, τῇ πρὸς ὕδατος διαίτῃ χρῆσθαι ξυμφέρει, οἶνον δὲ μὴ πίνειν. [19] εἰ δ' οὖν, λευκὸν, λεπτὸν, μαλακὸν, ὑδαρῆ· ἀπέχεσθαι δὲ δριμέων, ξηραντικῶν, θερμαντικῶν, ἁλμυρῶν. πόνοισι δὲ τοῖσι κατὰ φύσιν πλείστοισι χρέεσθαι. καὶ δρόμοισιν ἐν ἱματίῳ πλείστοισι. τρίψις δὲ μὴ ἔστω. μηδὲ πάλη. μηδὲ ἀλίνδησις. [20] ὕπνοισι μαλακοῖσιν εὑδέτω. καὶ ῥαθυμείτω, πλὴν τῶν κατὰ φύσιν πόνων. ἀπὸ δὲ τοῦ δείπνου περιπατείτω. ἀγαθὸν δὲ καὶ πυριῆσθαι. ἐμέειν δ' ἐκ τῆς πυριῆς. τριήκοντα δὲ ἡμερέων μὴ πληρωθῇ. ὅταν δὲ πληρωθῇ, δὶς ἐν τῷ μηνὶ ἐμεσάτω ἀπὸ τῶν γλυκέων, καὶ ὑδαρῶν, καὶ κούφων. ὁκόσα δὲ τούτων πλανᾶται δῆλον ὅτι δι' ἢν μὴ ὑπ' ἀνάγκης, ψυχῆς τινα ταραχὴν σημαίνει ὑπὸ μερίμνης. ξυμφέρει δὲ τούτῳ [21] ῥαθυμῆσαί τε καὶ τὴν ψυχὴν τραπῆναι πρὸς θεωρίας. μάλιστα μὲν [22] πρὸς τὰς φερούσας γέλωτας. εἰ δὲ μὴ, ὅ,τι μάλιστα ἡσθήσεται θεασάμενος, ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς, καὶ καταστήσεται. εἰ δὲ μὴ, κίνδυνος ἐς νοῦσον πίπτειν. ὅ,τι δ' ἂν ἐκ τῆς περιφορῆς ἐκπίπτειν δοκέῃ τῶν ἄστρων, ὁκόσα μὲν καθαρὰ καὶ λαμπρὰ καὶ πρόσω δοκεῖ φέρεσθαι, ὑγιείην σημαίνει. ὅ,τι γὰρ ἐν τῷ σώματι καθαρὸν ἐὸν, ἐκκρίνεται ἐκ τῆς περιόδου κατὰ φύσιν [23] ἀφ' ἑσπέρας, πρὸς ἠῶ ὀρθῶς ἔχει. [24] καὶ γὰρ τὰ ἐν τῇ κοιλίῃ ἀποκρινόμενα, καὶ τὰ ἐς τὴν σάρκα ἀπερευγόμενα, ἅπαντα ἐκ τῆς περιόδου ἐκπίπτει. ὅ,τι δ' ἂν τούτων μέλαν καὶ ἀμυδρὸν, καὶ πρὸς ἑσπέρην δοκέῃ φέρεσθαι, ἢ ἐς τὴν θάλασσαν, ἢ ἐς τὴν γῆν, ἢ ἄνω, μᾶλλον ταῦτα σημαίνει τὰς νόσους. τὰ μὲν ἄνω φερόμενα, [25] ῥεῦμα κεφαλῆς ἐστι δηλοῦντα. ὁκόσα δὲ ἐς θάλασσαν, κοιλίης νουσήματα. ὁκόσα δὲ ἐς γῆν, ἐκφύματα μάλιστα σημαίνει, τὰ ἐν τῇ σαρκὶ φυόμενα.

Quòd ſi vehemens morbus videatur, etiam fomentis vtendũ. Nam cùm in externo corporis ambitu offenſio exiſtat, purgationem per cutim facere confert. Cibis verò vtendũ ſiccis, acribus, auſteris, meracis, & laboribus maximè exiccãtibus. At ſi ex his aliquid Lunæ contingat, ad interna reuulſionem facere vtile eſt, poſt acres, ſalſuginoſos & molles cibos, vomitione vtẽdo, curſibus verò circularibus citatis, ac deambulationibus celeribus. Vocis etiã exercitatione vtendũ, & prandij abſtinẽtia, cibiq́; ſubſtractione, & viciſſim ſenſim adiectione facta. Ad interiora verò ideò reuellendũ, quoniam in corporis cauitatibus offenſio cõſpicitur. Si autem quid tale Soli contingat, vehementius vtiq; malum eſt, & difficiliùs expellitur. Vtranq; verò in partẽ reuulſiones faciendæ, & curſibus, tum flexis, tum circularibus vtẽdum, & deãbulationibus, aliiſq; omnis generis laborib. Ciborum etiam ſubtractione, & ſenſim facta adiectione eodẽ modo. Deinde vomitu facto, rurſus ad dies quinq; paulatim cibos adhibere. Quod ſi ſereno cœlo ſydera premantur, & imbecilla eſſe videãtur, ambituſq; ſiccitate detineri, imminentis morbi periculũ denunciat. Sed labores ſubtrahendi, & victus ratione humidiore & molli vtendum, & balneis, ocioq́ꝫ copioſiore, & ſomno multo, quoad malum conquieſcat. Si verò igneum & calidũ eſſe videatur, quod eis aduerſatur, bilis ſecretionẽ arguit. Quòd ſi etiam euicta diſpareant, imminens ex morbo mortis periculũ eſt. Si verò terga vertiſſe, & in præſenti in fugam à perſequentib. verti, ac celeriter fugere videantur, inſaniæ periculum, niſi curetur, imminet. His verò omnibus poſt veratri purgationẽ, optimè inſtituta victus ratio cõducit. Alioqui vt victus ratione ad aquã tendente vtantur expedit, neq; vinũ bibãt, niſi albũ, tenue, molle, & dilutum. Acribus, ſiccantibus, calefacientib. ſalſuginoſis abſtineãt, laboribus ſecundũ naturam plurimis vtantur, & curſibus in veſte plurimis. Frictio verò ne adſit, neq; lucta, neque volutatio in puluere. Per ſomnos molliter recubet, & in ocio degat, laboribus ſecundũ naturam exceptis, & à cœna obambulet. Prodeſt etiam fomentis vti, & à fomento vomere. Per triginta dies minimè repleatur, vbi verò repletus fuerit, cibariis ſumptis dulcibus, aquoſis & lenibus, bis in menſe vomat. Quæ verò ex his nulla neceſſitate coacta huc vel illuc oberrãt, animi perturbationẽ quandam ex ſolicitudine indicant. Huic autẽ cõfert, vt cùm animi relaxationẽ adhibeat, tum animũ ad iucunda maximeq́; riſum mouẽtia ſpectacula cõuertat. Sin minùs, per biduum aut triduum ea ſpectet ex quibus maximã voluptatẽ captet, & malum conquieſcet, alioqui periculum eſt ne in morbũ incidat. Quæ autẽ ſydera pura & ſplẽdida ſuo ambitu excidere videntur, ſi prorſum ferãtur, ſanitatẽ denunciant. Quod enim in corpore purũ eſt, cùm ſecundũ naturam ſuo ambitu excernitur, à veſpera ad aurorã fertur, & bene habet. Quæ enim in ventriculo ſecernuntur, & in carnem reiectantur, ea omnia ſuo ambitu excidunt. Quod verò horum nigrum & obſcurũ, ad veſperam ferri videtur, ſi mare, aut terram, aut ſurſum petat, hæc magis morbos portẽdunt. Et quæ quidem ſurſum feruntur, capitis fluxionẽ denotant, quæ verò in mare, ventris morbos. Quæ autem in terram, tubercula potiſſimum in carnẽ eruptura ſignificant.

His vtile eſt tertiam cibi partẽ detrahere, & poſt vomitum, ſenſim ad dies quinq; adiicere. In aliis autem quinq; diebus totum cibũ reponere, & vomitu facto, rurſus eodem modo ſenſim adiiciendo exhibere. Ex his verò quodcunque purum & humidum cœlo inſidêre tibi videbitur, ſanitatem denunciat, quoniam ex æthere in hominem venit, tale verò quale ingreſſum eſt, animus etiã cernit. Quod autem nigrũ, impurum, minimè perſpicuum fuerit, morbũ portendit, nõ ob plenitudinem aut euacuationem, ſed ex eo quod extrinſecus inductum eſt. Huic cõfert vt curſibus circularibus concitatis vtatur, quò quàm minima corporis colliquatio contingat & vbi ſpiritu quàm creberrimo vſus fuerit, id quod aduenit excernat. Poſt curſus autem deambulationibus cõcitatis vtatur. Victus autem ratio ad dies quatuor, mollis & leuis adhibeatur. Quicquid verò purum à Deo ſumere ſibi quis videtur, id bonũ eſt ſanitatis augurium. Ea enim quæ in corpus ingeſta ſunt, pura eſſe indicat. At verò quicquid huic contrarium videre quis putat, bonum non eſt. Morbum enim corpori aduenisſe ſignificat. Huic igitur, velut priori, eadem curatio adhibenda eſt. Si quis clementi cœlo, molli pluuia complui, & neque vehementer, neq; cum graui tempeſtate demiſſa madefieri videatur, bonum eſt. Commoderatum enim & purum ſpiritũ ex aëre ingreſſum eſſe ſignificat. Quòd ſi his contraria contingant, vt quis vehementer complui aqua impura, & cũ tempeſtate ac procella videatur, morbum à ſpiritu inducto ſignificat. Verùm huic quoq; eadem victus ratio obſeruanda eſt, iiſq; omnibus modicus cibus exhibendus. Ac de ſignis quidem ſyderum cœleſtibus, ſic ſtatuere & conſilio prouidere, ad idque victus rationem dirigere oportet, & diis ſupplicationes decernere. Ad res quidem proſperas, Soli, Ioui cœleſti, Ioui Cteſio, Mineruæ Cteſiæ, Mercurio, Apollini. Ad aduerſas vero, diis auertuncatoribus, & Terræ, & Heroibus, vt grauia omnia auertant & auertuncent. At verò hæc quoque ſanitatem portendunt, ea quæ in terra fiunt acutè cernere & audire, firmiter itẽ iter facere, & ſecurè ac ſine metu currere, terram planam ac bene cultam videre, arbores item pullulantes, fructibus onuſtas & ſatiuas. Flumina etiam curſu ſolito labentia, & aqua limpida, neq; copioſiore, neq; pauciore quàm conueniat, fonteſq; & puteos eodem modo. Hæc omnia viſa ſanitatem homini denunciant, corpuſq; & ambitus omnes, ciborúmque exhibitiones, & excretiones rectè habere: Quod ſi quid his quodammodo aduerſum videatur, noxiam aliquam in corpore ſignificat. Viſu quidẽ & auditu læſo, capitis morbus indicatur. Matutinis igitur deambulationibus, & poſt cœnam pluribus vtendũ, adiecta priore victus ratione. Cruribus verò læſis, vomitibus reuellendũ, & frequentiore lucta vtendũ, ſeruata etiã priore victus ratione. Terra verò aſpera, carnẽ minimè purã indicat. Plurimæ igitur deãbulationes poſt exercitationes obeũdæ. Arborũ autẽ ſterilitas, ſeminis humani corruptelã ſignificat. Si igitur ab arboribus folia decidãt, ab humidis & frigidis offenſionẽ denotant. Sin verò frõdoſæ fuerint arbores, at fructu careant, à calidis & ſiccis. Hæc igitur per victus rationem refrigerare atq; humectare oportet, illa verò ſiccare & calefacere, flumina nõ pro more exiſtentia, ſanguinis ambitũ denotant, & plus iuſto quidem fluentia, exuperantiam, minùs verò defectum.

τούτοισι ξυμφέρει, τὸ τρίτον μέρος τοῦ σίτου ἀφαιρέεσθαι. ἐμέσαντα δὲ προσάγειν ἐς ἡμέρας πέντε, ἐν ἄλλῃσι δὲ πέντε, κομίσασθαι τὰ σιτία πάντα. καὶ ἐμέσαντα πάλιν προσάγειν κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. ὅ, τι δ' ἂν τούτων τῶν οὐρανίων ἐμφαίνεσθαι δόξῃ τοι καθαρὸν καὶ ὑγρὸν ἐόν, ὑγιαίνειν σημαίνει, διότι ἐκ τοῦ αἰθέρος ἐς τὸν ἄνθρωπον κατελθόν ἐστι. τοιοῦτον δὲ καὶ ἡ ψυχὴ ὁρᾷ, οἷόν περ ἐσῆλθεν. ὅ, τι δ' ἂν μέλαν ᾖ, ἢ μὴ καθαρὸν, μηδὲ διαφανὲς, νοῦσον σημαίνει, οὔτε διὰ πλησμονὴν, οὔτε διὰ κένωσιν, ἀλλ' ἔξωθεν ἐπαγωγῆς. ξυμφέρει δὲ τούτῳ τροχοῖσιν ὀξέσι κεχρῆσθαι, ὅκως σύντηξις ὡς ἐλαχίστη τοῦ σώματος γίνηται. πνεύματι δὲ ὡς πυκνοτάτῳ χρησάμενος, ἐκκρίνῃ τὸ προσελθόν. ἀπὸ δὲ τῶν τροχῶν, περιπάτοισιν ὀξέσιν· ἡ δὲ δίαιτα, μαλακὴ καὶ κούφη προσαχθήτω ἐς ἡμέρας τέσσαρας. ὅ, τι δ' ἂν λαμβάνειν παρὰ θεοῦ δοκῇ καθαρὸν, ἀγαθὸν πρὸς ὑγείην. σημαίνει γὰρ τὰ ἐσιόντα ἐς τὸ σῶμα, εἶναι καθαρά. ὅ, τι δ' ἂν τοὐναντίον δοκῇ ὁρᾶν, οὐκ ἀγαθόν. νοῦσον γὰρ ἐς τὸ σῶμα σημαίνει ἐληλυθέναι. χρὴ οὖν ὡς τὸ πρότερον, θεραπεύεσθαι καὶ τοῦτον. εἰ δὲ δοκοίη ὕεσθαι, ὕδατι μαλθακῷ ἐν εὐδίῃ καὶ μὴ σφόδρα βρέχεσθαι, μηδὲ δεινῶς χειμάζειν, ἀγαθόν. σημαίνει γὰρ σύμμετρον καὶ καθαρὸν τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ ἠέρος εἰσεληλυθέναι. εἰ δὲ τούτων τἀναντία, σφόδρα ὕεσθαι καὶ χειμῶνα καὶ ζάλην εἶναι, ὕδατί τε μὴ καθαρῷ, νοῦσον σημαίνει ἀπὸ πνεύματος τοῦ ἐπακτοῦ. ἀλλὰ χρὴ καὶ τοῦτον ὡσαύτως διαιτηθῆναι σιτίοισί τε ὀλίγοισι πάντας τούτους. περὶ μὲν τῶν οὐρανίων σημείων ἄστρων, οὕτω χρὴ γινώσκοντα προμηθέεσθαι, καὶ ἐκδιαιτᾶσθαι, καὶ τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι. ἐπὶ μὲν τοῖσιν ἀγαθοῖσιν, ἡλίῳ. Διὶ οὐρανίῳ. Διὶ κτησίῳ: Ἀθηνᾷ κτησίῃ. Ἑρμῇ. Ἀπόλλωνι. ἐπὶ δὲ τοῖσιν ἐναντίοισι τοῖσιν ἀποτροπαίοισι, καὶ γῇ καὶ ἥρωσιν ἀποτρόπαια γίνεσθαι τὰ χαλεπὰ πάντα. προσημαίνει δὲ καὶ τάδε πρὸς ὑγείην· τῶν ἐπὶ γῆς ὀξὺ ὁρῆν καὶ ἀκούειν. ὁδοιπορέειν τε ἀσφαλέως, καὶ τρέχειν ἀσφαλέως καὶ ἄτερ φόβου. καὶ τὴν γῆν ὁρῆν λείην καὶ καλῶς εἰργασμένην. καὶ τὰ δένδρεα θαλέοντα καὶ πολύκαρπα, καὶ ἥμερα, καὶ ποταμοὺς ῥέοντας κατὰ τρόπον καὶ ὕδατι καθαρῷ μήτε πλείονι μήτε ἐλάττονι τοῦ προσήκοντος. τάς τε κρήνας, καὶ τὰ φρέατα ὡσαύτως. ταῦτα πάντα οὕτως ὁρώμενα, σημαίνει ὑγιαίνειν τὸν ἄνθρωπον. καὶ τὸ σῶμα κατὰ τρόπον. πάσας τε τὰς περιόδους καὶ τὰς προσαγωγὰς καὶ τὰς ἀποκρίσεις εἶναι. εἰ δέ τι τούτων ὑπεναντίον ὁρῷτο, βλάβος σημαίνει τι ἐν τῷ σώματι. ὄψιος μὲν καὶ ἀκοῆς βλαπτομένων, περὶ τὴν κεφαλὴν νοῦσον σημαίνει. τούτῳ οὖν ὀρθρίοισι περιπάτοισι, καὶ τοῖσιν ἀπὸ δείπνου πλέοσι χρηστέον, πρὸς τῇ προτέρῃ διαίτῃ. τῶν σκελέων δὲ βλαπτομένων, ἐμέτοισι ἀντισπαστέον καὶ τῇ πάλῃ πλείονι χρηστέον πρὸς τῇ προτέρῃ διαίτῃ. ἡ δὲ τρηχείη, οὐ καθαρὴν τὴν σάρκα σημαίνει. τοῖσιν οὖν ἀπὸ γυμνασίων περιπάτοισι πλείοσι ποιητέον. Δένδρων δὲ ἡ ἀκαρπία σπέρματος τοῦ ἀνθρωπίνου διαφθορὴν δηλοῖ. ἢν μὲν οὖν φυλλορροοῦντα ᾖ τὰ δένδρα, ὑπὸ τῶν ὑγρῶν καὶ ψυχρῶν βλάπτεται. ἢν δὲ τεθηλότα, ἄκαρπα δὲ ᾖ, ὑπὸ τῶν θερμῶν καὶ ξηρῶν. τὰ μὲν οὖν, τοῖσι διαιτήμασι χρὴ ξηραίνειν καὶ θερμαίνειν. τὰ δὲ, ψύχειν καὶ ὑγραίνειν. Ποταμοὶ δὲ μὴ κατὰ τρόπον γινόμενοι, αἵματος περίοδον σημαίνουσι. πλέον μὲν ῥέοντες, ὑπερβολήν. ἔλαττον δὲ ῥέοντες, ἔλλειψιν.

δεῖ δὲ τῇ διαίτῃ, τὸ μὲν αὔξησαι, τὸ δὲ μειῶσαι. μὴ καθαραὶ δὲ ῥέουσαι, ταραχὴν σημαίνουσι. καθαίρεσθαι δὲ ἀπὸ τῶν τρόχων καὶ τῶν περιπάτων, πνεύματι πυκνῷ ἀναταραχθέντα. κρῆναι δὲ καὶ φρέατα δοκέοντα, πνεύματα περὶ τὴν κύστιν σημαίνει. ἀλλὰ χρὴ τοῖσιν οὐρητικοῖσιν ἐκκαθαίρειν. Θάλασσαν ταρασσομένην, κοιλίης νοῦσον σημαίνει. ἀλλὰ χρὴ τοῖσι διαχωρητικοῖσι καὶ κούφοισι καὶ μαλακοῖσιν ἐκκαθαίρειν. Γῆ κινευμένη, σειομένη, ἢ οἰκίη, ὑγιαίνοντι μὲν ἀσθενείην σημαίνει. νοσέοντι δὲ, ὑγείην καὶ μετακίνησιν τοῦ ὑπάρχοντος. τῷ μὲν οὖν ὑγιαίνοντι, μεταστῆσαι τὴν δίαιταν ξυμφέρει. ἐμεσάτω πρῶτον. Εἶτα προσδεξάσθω αὖθις κατὰ μικρόν. ἀπὸ γὰρ τοῦ ὑπάρχοντος κινέεται ἅπαν τὸ σῶμα. τῷ δὲ ἀσθενοῦντι ξυμφέρει χρῆσθαι τῇ αὐτῇ διαίτῃ. μεθίσταται γὰρ δὴ τὸ σῶμα, ἐκ τοῦ παρεόντος. κατακλυζομένην γῆν ἀπό τινος ὕδατος ἢ θαλάσσης ὁρῇν, νοῦσον σημαίνει, ὑγρασίης πολλῆς ἐνεούσης ἐν τῷ σώματι. ἀλλὰ χρὴ τοῖσιν ἐμέτοισι, καὶ ἀναριστήσει, καὶ τοῖσι πόνοισι, καὶ τοῖσι ξηροῖσι διαιτήμασι χρῆσθαι. ἔπειτα προσάγειν ἐξ ὀλίγου, καὶ ὀλίζοσιν. ἀλλ' οὐδὲ μέλαιναν ὁρῇν γῆν οὐδὲ κατακεκαυμένην δοκεῖ ἀγαθὸν, ἀλλὰ κίνδυνος ἰσχυροῦ νοσήματος αὖ τυχεῖν καὶ θανασίμου. ξηρασίης γὰρ ὑπερβολὴν σημαίνει εἶναι ἐν τῇ σαρκί. ἀλλὰ χρὴ τούς τε πόνους ἀφελεῖν, τά τε σῖτα ὁκόσα ξηρά τε καὶ θερμὰ καὶ δριμέα καὶ οὐρητικά. διαιτᾶσθαί τε τῆς τε πτισάνης καθεφθῷ τῷ χυλῷ, καὶ πᾶσι τοῖς μαλακοῖσι καὶ κούφοισιν ὀλίγοισι. ποτῷ χρέεσθαι ὑδαρεῖ λευκῷ πλείονι. λουτροῖσι πολλοῖσι θερμοῖσιν. ἀλλὰ μὴ ἄσιτος λουέσθω. μαλακευνείτω. ῥᾳθυμείτω. ψῦχος καὶ ἥλιον φυλασσέσθω. εὔχεσθαι δὲ Γῇ, Ἑρμῇ καὶ τοῖσιν ἥρωσιν. Εἰ δὲ κολυμβᾷν ἐν λίμνῃ, ἢ ἐν θαλάσσῃ, ἢ ἐν ποταμοῖσι δοκέει, οὐκ ἀγαθόν, ὑπερβολὴν γὰρ ὑγρασίης σημαίνει. ξυμφέρει δὲ τούτῳ τῇ διαίτῃ τοῖσί τε πόνοισι χρῆσθαι. πυρέσσοντι δὲ ἀγαθόν. σβέννυται γὰρ τὸ θερμὸν ὑπὸ τῶν ὑγρῶν. ὅ, τι δ' αὖ τις περὶ αὑτὸν ὁρᾷ κατὰ τρόπον γενόμενον πρὸς τὴν φύσιν τὴν ἑωυτοῦ, μήτε μείζω, μήτε ἐλάσσω, ἀγαθὸν πρὸς ὑγείην ἐστί. καὶ ἐσθῆτα λευκὴν ἐνδεδύσθαι, καὶ ὑπόδεσιν τὴν καλλίστην, ἀγαθόν. ὅ, τι δ' ἂν ᾖ μεῖζον τῶν μελέων, οὐκ ἀγαθόν. ἀλλ' οὐδ' ὅ, τι ἂν ᾖ ἔλασσον, καὶ χρὴ τὸ μὲν αὔξειν τῇ διαίτῃ, τὸ δὲ μειοῦν. τὰ δὲ μέλανα νοσερώτερά τε καὶ ἐπικίνδυνα. ἀλλὰ χρὴ μαλάσσειν καὶ ὑγραίνειν. καὶ τὰ καινὰ μεταλλαγὴν σημαίνει. τοὺς ἀποθανόντας ὁρῇν καθαροὺς ἐν ἱματίοισι λευκοῖσιν, ἀγαθόν. καὶ λαμβάνειν τι παρ' αὐτῶν καθαρόν, ἀγαθόν· ὑγείην γὰρ σημαίνει καὶ τῶν σωμάτων καὶ τῶν ἐσιόντων. ἀπὸ γὰρ τῶν ἀποθανόντων, αἱ τροφαὶ καὶ αὐξήσιες καὶ σπέρματα γίνονται. ταῦτα δὲ καθαρὰ ἑσέρπειν ἐς τὸ σῶμα, ὑγείην σημαίνει. ἢν δὲ τοὐναντίον τις ὁρῇ, γυμνοὺς ἢ μελανοειμένους, ἢ μὴ καθαρούς, ἢ λαμβάνοντάς τι, ἢ φέροντας ἐκ τῆς οἰκίας, οὐκ ἐπιτήδειον. σημαίνει γὰρ νοῦσον. τὰ γὰρ ἐσιόντα ἐς τὸ σῶμα βλαβερά. ἀλλὰ χρὴ τοῖσι τρόχοισι καὶ τοῖσι περιπάτοισιν ἀποκαθαίρεσθαι, καὶ τῇ τροφῇ τῇ μαλακῇ τε καὶ κούφῃ προσάγειν ἐμέσαντα. ὁκόσα δὲ ἀλλόμορφα σώματα φαίνεται ἐν τοῖσιν ὕπνοισι καὶ φοβεῖ τὸν ἄνθρωπον, σιτίων ἀσυνήθων σημαίνει πλησμονὴν καὶ ἀπόκρισιν, καὶ χολέραν, καὶ νοῦσον κινδυνώδεα. ἀλλὰ χρὴ ἔμετον ποιήσασθαι, καὶ προσαγαγεῖν ἐς ἡμέρας πέντε,

Hunc autem per victus rationem augere, illum verò imminuere oportet. Cùm verò impura defluunt, perturbationem indicant, quæ à curſibus circularibus ac deambulationibus, per denſi ſpiritus agitationẽ expurgatur. Fontes & putei ſi videantur, flatus circa veſicam ſignificant, qui medicamentis vrinam promouentibus ſunt expurgandi. Mare perturbatum, ventris morbũ ſignificat, ſed alvum deiicientibus, & leuibus, & mollibus expurgare oportet. Terra aut domus ſi moueri videatur, ſano quidem imbecillitatẽ, ægro verò ſanitatem, præſentiſq; ſtatus immutationem portendit. Sano igitur victus rationem trãſmutare conuenit. Imprimis vomat, ac rurſum paulatim cibum aſſumat, nimirum quòd corpus ex præſenti victus ratione totum moueatur. At ægro eadem victus ratio confert, cùm nimirum corpus ex præſenti ſtatu tranſmutetur. Terra ab aquæ aut maris diluuio inundari ſi videatur, morbum ob multam humiditatem in corpore exiſtentem denunciat. Sed vomitibus, prandij abſtinentia, laboribus, & victus ratione ſicca vtendum, deinde ex paruis interuallis modicus cibus adiiciendus. Sed neq; nigram, neq; exuſtam terram videre bonum cenſetur, contra verò ne vehemens ac lethalis morbus conſequatur periculum eſt. Siccitatis enim in carne exuperantiam ſignificat. Sed labores & cibos tum ſiccos, tum calidos & acres, vrinãq; cientes detrahere oportet, & in victus ratione ptiſanæ ſuccum decoctum, omniaq; mollia & leuia, ſed pauca exhibere. Potu vtendum diluto, albo, copioſo, balneis calidis, multis, verum ne ieiunus lauet, molliter cubet ac dormiat, in ocio conquieſcat, frigus Solemq; vitet. Terræ autem, Mercurio & Heroibus vota faciat. Quòd ſi in ſtagno, aut mari, aut fluminibus quis natare videatur, bonum non eſt, cum humiditatis exuperantiam indicet. Huic autem victus ratio ſicca & labores conferunt. Ac febricitanti bonũ eſt, quoniam calor ab humoribus extinguitur. Quod autem quis modo conſueto & ad naturam ſuam accõmodato circum ſe fieri videt, neque maius, neq; minus, bonę valetudinis indicium eſt. Veſte etiam alba, & calceamento pulcherrimo indutum eſſe, bonum. Quicquid verò horum iuſto maius fuerit, minimè bonũ, ſed neq; quodcunq; tandem minus fuerit. Et hoc quidem per victus rationem augere, illud verò imminuere oportet. Nigra autem morboſiora ſunt & periculo proxima, verùm emollire & humectare oportet. Noua quoque tranſmutationem ſignificant. Mortuos nitidos & candidatos videre bonũ eſt, bonum quoq; quid purum ab ipſis ſumere. Corporum enim & eorum quæ ingeruntur ſalubritatem indicat, cùm à mortuis alimenta & incrementa & ſemina proueniant. Quæ ſi pura in corpus ingrediuntur, ſanitatem denunciant. Quod ſi contra quis nudos, aut atratos, aut ſordidatos, aut aliquid accipientes, vel ædibus exportantes videat, minimè eſt accommodatum. Morbum enim indicat, quòd quæ in corpus ingerantur noxiæ ſint. Verùm curſibus circularibus & deambulationibus repurgari oportet. & vomitu facto alimentum molle & lene ſenſim adhibere. Quæ verò corpora in ſomnis formam monſtroſam oſtendunt, & hominem perterritant, ciborũ minimè aſſuetorũ repletionem, & ſecretionem, bilioſorumq; per vomitum & ſeceſſum effuſionẽ, ac periculoſum morbũ indicant. Verùm vomitus procurandus, & ad dies quinq; cibi quàm leuiſſimi, nõ multi neq; acres;

σιτίοισιν, ὡς κουφοτάτοισι μὴ πολλοῖσι, μηδὲ δριμέσι·

καὶ φλέγμα, καὶ μυελὸν, καὶ ἐγκέφαλον, καὶ νωτιαῖον, καὶ τὰ ἐντοσθίδια, καὶ πάντα τὰ μέρεα αὐτῶν. καὶ δὴ καὶ ἐς θερμασίην, καὶ πνεῦμα, καὶ ὑγρασίην. τροφὴ δὲ τὸ τρέφον· τροφὴ καὶ τὸ οἷον τροφὴ, καὶ τὸ μέλλον τροφή. ἀρχὴ δὲ πάντων μία καὶ τελευτὴ πάντων μία, καὶ ἡ αὐτὴ τελευτὴ καὶ ἀρχή. καὶ ὅσα κατὰ μέρος ἐν τροφῇ καλῶς καὶ κακῶς διοικέεται, καλῶς μὲν, ὅσα προείρηται. κακῶς δὲ, ὅσα τούτοισι τὴν ἐναντίην ἔχει τάξιν. χυλοὶ ποικίλοι καὶ χρώμασι, καὶ δυνάμεσι, καὶ ἐς βλάβην, καὶ ἐς ὠφελείην. καὶ οὔτε βλάπτειν οὔτε ὠφελέειν. καὶ πλήθει καὶ ὑπερβολῇ, καὶ ἐλλείψει, καὶ διαπλοκῇ. ὧν μὲν, ὧν δ' οὔ. [6] καὶ πάντων ἐς θερμασίην βλάπτει καὶ ὠφελεῖ. ἐς ψύξιν βλάπτει καὶ ὠφελεῖ. ἐς δύναμιν βλάπτει καὶ ὠφελεῖ. δυνάμιος δὲ, ποικίλαι φύσιες. χυλοὶ φθείροντες καὶ ὅλον καὶ μέρος, καὶ ἔξωθεν καὶ ἔνδοθεν. [7] αὐτόματοι καὶ οὐκ αὐτόματοι. [8] ἡμῖν μὲν, αὐτόματοι. αἰτίῃ δ' οὐκ αὐτόματοι, αἰτίης δ' αὖ τὰ μὲν δῆλα, τὰ δ' ἄδηλα· καὶ τὰ μὲν δυνατὰ, τὰ δ' ἀδύνατα. [9] φύσις ἐξαρκέει πάντα πᾶσι. [10] ἐς δὲ ταῦτα ἔξωθεν μὲν κατάπλασμα, κατάχρισμα, ἄλειμμα, γυμνότης [11] καὶ σκέπη ὅλου καὶ μέρεος, θέρμη καὶ ψῦξις κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. καὶ στύψις, καὶ ἕλκωσις, καὶ δῆξις, καὶ λίπασμα. ἔνδοθεν δὲ, ἔνιά τε τῶν εἰρημένων, καὶ ἐπὶ τούτοισιν, αἰτίη ἄδηλος, καὶ μέρει καὶ ὅλῳ. τινὶ τε καὶ οὐ τινί. ἀποκρίσιες κατὰ φύσιν κοιλίης, οὔρων, ἱδρῶτος, πτυάλου, μύξης, ὑστέρης, καθ' αἱμορροΐδα, [12] θύμον, λέπρην, φῦμα, καρκίνωμα. ἐκ ῥινῶν, ἐκ πνεύμονος, ἐκ κοιλίης, ἐξ ἕδρης, ἐκ καυλοῦ, κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν. αἱ διακρίσιες τούτων, ἄλλοισι πρὸς ἄλλον λόγον, ἄλλοτε καὶ ἀλλοίως. μία φύσις ἐστὶ τούτων πάντων, καὶ οὐ μία. πολλαὶ φύσιες εἰσὶ τούτων πάντων, καὶ οὐ μία. φαρμακείη ἄνω καὶ κάτω, καὶ οὔτε ἄνω, οὔτε κάτω. [13] ἐν τροφῇ φαρμακείη, ἄριστον· ἐν τροφῇ φαρμακείη, φλαῦρον. φλαῦρον καὶ ἄριστον πρός τι. ἕλκος, ἐσχάρη, αἷμα, πῦον, ἰχὼρ, λέπρη, πίτυρον, ἀχὼρ, ἀλφὸς, ἔφηλις, ὁτὲ μὲν, βλάπτει. ὁτὲ δὲ, ὠφελέει. ὁτὲ δὲ, οὔτε βλάπτει, οὔτε ὠφελέει. τροφὴ, οὐ τροφή. ἢν μὴ οἷόν τε ᾖ τρέφεσθαι, οὔνομα τροφὴ, ἔργον δὲ, οὐχί. ἔργον τροφὴ, ὄνομα δὲ οὐχί. ἐς τρίχας τροφὴ, καὶ ἐς ὄνυχας, καὶ ἐς τὴν ἐσχάτην ἐπιφανείην ἔνδοθεν ἀφικνέεται. [14] ἔξωθεν τροφὴ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείης, ἐνδοτάτω ἀφικνέεται. [15] ξύρροια μία, ξύμπνοια μία, ξυμπαθέα πάντα. κατὰ μὲν οὐλομελίην πάντα, κατὰ μέρος δὲ, τὰ ἐν ἑκάστῳ μέρει μέρεα πρὸς τὸ ἔργον. ἀρχὴ μεγάλη, εἰς ἔσχατον μέρος ἀφικνέεται. ἐξ ἐσχάτου μέρεος εἰς ἀρχὴν μεγάλην ἀφικνέεται. [16] μία φύσις εἶναι καὶ μὴ εἶναι. νούσων διαφοραὶ, ἐν τροφῇ, ἐν πνεύματι, ἐν θερμασίῃ, ἐν αἵματι, ἐν φλέγματι, ἐν χολῇ, ἐν χυμοῖσιν, ἐν σαρκὶ, ἐν πιμελῇ, ἐν φλεβὶ, ἐν ἀρτηρίῃ, ἐν νεύρῳ, μυῒ, ὑμένι, ὀστέῳ, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ, στόματι, γλώσσῃ, στομάχῳ, κοιλίῃ, ἐντέροισι, φρεσὶ, περιτοναίῳ, ἥπατι, σπληνὶ, νεφροῖσι, κύστει, μήτρῃ, δέρματι. ταῦτα πάντα καὶ καθ' ἓν καὶ κατὰ μέρος. μέγεθος αὐτῶν, μέγα καὶ οὐ μέγα. τεκμήρια. [17] γαργαλισμὸς, ὀδύνη, ἄγξις, γνώμη, ἱδρὼς, οὔρων ὑπόστασις, ἡσυχίη, ῥιπτασμὸς, ὄψιες, φαντασίαι, ἴκτερος, λυγμὸς [18], ἐπιληψίη, αἷμα ὁλόκληρον, ὕπνος. καὶ ἐκ τούτων καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ φύσιν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα ἐς βλάβην καὶ ἐς ὠφελείην ὁρμᾷ.

pituitam, medullam, cerebrum, medullam ſpinalē, & interanea, omneſq; illorum partes, quinetiā ad caliditatem, ad ſpiritum, & ad humiditatē. In alimētorum genere id quod alit alimentum eſt, & quod alimento eſt proximū, & quod alimentum futurum eſt. Omnium autem vnum eſt principium, vnuſq; omniū finis, idemq; finis & principium. Quæq; in ſingulas partes proba & vitioſa alimenti fit diſpēſatio, proba quidem vt prædictum eſt, vitioſa verò, his contrarium habet ordinem. Succi coloribus & viribus variant, & qui noceant, & qui iuuent, & qui neque noceant, neque iuuent, & copia, & exuperantia, & defectu, & horum quidem commixtione, horum verò nō & omnium. Caliditate lædunt & iuuant, frigore lædunt & iuuant, facultate lædunt & iuuant. Facultatis autem variæ ſunt naturæ. Succi & totum, & partem corrumpentes, & extrinſecus, & intrinſecus, ſpontanei & minimè ſpontanei. Quò ad nos quidem ſpontanei, quo ad cauſam autem minimè ſpontanei. Cauſæ rurſus aliæ quidem manifeſtæ, aliæ obſcuræ, & aliæ quidem quæ ſciri poſſunt, aliæ nō poſſunt. Natura omnia omnibus ſufficit. Ad eam extrinſecus quidem accedunt, cataplaſma, illitus, vnctio, nuditas & tegumentum totius & partis, calor & frigus ad eandē rationem, & vlceratio, morſus, & quod pinguefacit. Intrinſecus autē, & ex prædictis quędam, & adhęc cauſa occulta, & toti & parti, & cuidā etiam, cuidam verò minimè. Excretiones ſecundum naturam, ventris, vrinarum, ſudoris, ſputi, muci, vteri, per ora venarum quæ ſunt in ano (hæmorrhoidas vocant) thymum, lepram, tuberculum in cutem ſponte erumpens (φῦμα dicitur) carcinoma, ex naribus, è pulmonibus, ex ventre, ex ano, ex cole, ſecundum naturam, & præter naturam horum diſtinctiones, aliis iuxta aliam rationē, interdum, interdum etiam alio modo. Vna horum omnium eſt natura, & non vna. Multæ horum omnium naturæ, & non vna. Medicamentum purgans ſurſum & deorſum, & neque ſurſum, neq; deorſum. In alimento medicamētum purgans, optimum, in alimento medicamentum purgans, malū. Malum & optimum ad aliud referūtur. Vlcus, cruſta, ſanguis, pus, ſanies, lepra, furfur, vlcera capitis manantia, impetigo, vitiligo, lentigo, interdum quidē lædit, interdum verò iuuat, eſt vbi neq; lædit, neq; iuuat. Alimētum, minimè alimentū. Niſi alere queat, nomine eſt alimentum, non re. Re alimentū, nomine nō item. Alimentū in pilos, in vngues, & in extimā ſuperficiem ab internis partibus peruenit. Ab externis partib. alimentū, ab externa ſuperficie ad intima peruenit. Cōfluxio vna, cōſpiratio vna, cōſentientia omnia. Ad vniuerſam quidē totius naturā, omnia, ad particularē verò, partis cuiuſq; particulæ ad opus. Principiū magnū ad extremā partem peruenit, ex parte extrema ad magnū principiū peruenit. Vna natura, eſſe & nō eſſe. Morborū differētiæ in alimēto, in ſpiritu, in calore, in ſanguine, in pituita, in bile, in humoribus, in carne, in pinguedine, in vena, in arteria, in neruo, muſculo, mēbrana, oſſe, cerebro, ſpinali medulla, ore, lingua, gula, vētriculo, inteſtinis, ſepto trāſuerſo, abdomine, iecore, liene, renib⁹, veſica, vtero, cute, hęc omnia tū ſigillatim, tū per partes. Magnitudo ipſorū magna & non magna. Indicia, titillatio, dolor, ruptio, mens, ſudor, vrinarū ſedimētū, quies, iactatio, viſus, imaginationes, morb. regius, ſingultus, morbus comitialis, ſanguis integer, ſomnus. Et ex his, & ex aliis quę inſūt à natura, & quęcunq; eiuſmodi ad noxā & vtilitatē tendunt.

Labores totius & partis, & magnitudinis ſigna, alterius quidem ad maius, alterius vero ad minus, & ex vtriſq; ad maius, & ex vtriſq; ad minus. Dulce nõ dulce. Dulce facultate, velut aqua, dulce guſtu, velut mel. vtrorumq; ſigna, vlcera, oculi, & guſtus, & in his magis & minus. Dulce ad aſpectum & in coloribus, & in aliis mixturis, dulce magis & minus. Corporis raritas ad perſpirationẽ, quibus amplius aufertur, ſalubrior. Corporis denſitas ad perſpirationem, quibus minus aufertur, inſalubrior. Quibus corpus probè perſpirat, ij imbecilliores & ſalubriores, exiſtunt, prompteque reſtituuntur. Quibus malè perſpirat, ij prius quàm ægrotent, robuſtiores ſunt, cùm verò in morbum inciderunt, ægriùs reſtituuntur. Hęc autem & toti & parti attribuuntur. Pulmo contrarium corpori alimentum trahit, & reliqua omnia idem. Alimenti ſpiritus principium nares, os, guttur, pulmo, reliquaq; perſpiratio. Alimenti tum humidi tum ſicci principium os, gula, ventriculus. At antiquius alimentum per abdomen, vmbilicus. Venarum origo tanquam radix, hepar eſt; & arteriarum, cor. Ex his per omnia ſanguis & ſpiritus peruagatur, calorq; per hæc permeat. Facultas vna & non vna, ex qua hæc omnia, & ab his diuerſa adminiſtrantur. Alia quidem ad totius & partis vitam, alia verò ad ſenſum totius & partis. Lac, alimentũ quibuſdã pro natura lac alimentum eſt, aliis verò minimè. Sunt quibus vinum alimentũ eſt, ſunt quibus non eſt. Et carnes multæq; aliæ alimenti formæ, & pro regione, & pro cõſuetudine. Aluntur hæc quidem ad incrementũ, & vt ſubſiſtant, hæc verò tãtum vt ſubſiſtant, veluti ſenes, alia inſuper ad robur. Affectio athletica non eſt à natura, præſtat in omnib. habitus ſalubris. Quantitatem aptè ad vires accõmodatam recta coniectura conſequi, ardua res eſt. Lac & ſanguis, alimenti redundantia. Circuitus ad multa cõſentiunt, ad fœtum, & ad illius alimentum. Rurſus autem ſurſum repit, in lac & in alimentum, & ad infantem. Vitam habent non animantia, vitam habent animantia, & animantiũ partes. Omnium naturæ à nullo edoctæ ſunt. Sanguis alienus vtilis, ſanguis proprius vtilis. ſanguis alienus noxius, ſanguis proprius, noxius. Humores proprij noxij, humores alieni noxij. Humores alieni cõferentes, humores proprij conferentes. Cõſentiens, minimè conſentiens. Diſſentiens minimè diſſentiens. Lac alienũ probum, lac propriũ noxiũ. Lac alienũ noxium, lac propriũ vtile. Cibus iuuenibus leniter coctus, ſenibus, extremè immutatus, in ętatis vigore cõſtitutis minimè immutatus. Ad cõformationẽ, Soles triginta quinq;, ad motionem, ſeptuaginta, ad perfectionẽ, ducenti & decem. Alij tradunt, ad formam, quadraginta quinq;, ad motionem, ſex & ſeptuaginta; ad exitũ ducentos & decem. Alijs ad ſpeciẽ, quinquaginta; ad primũ ſaltum, centum; ad perfectionem trecenti. Ad diſtinctionẽ quadraginta, ad tranſitionem, octoginta; ad elapſum, ducenti quadraginta. Non eſt, & eſt. In his autem temporibus, & ex toto, & ex parte, plures & pauciores naſcuntur, neq; verò multò plures quàm pauciores. At pauciores tot, & quæcunq; alia his ſimilia. Oſſium alimentum ex fractura. Naſo bis quinq; dies debentur: maxillæ & clauiculæ, & coſtis, bis totidem: cubito, triplices tibię & brachio, quadruplices: femori, quintuplices, & ſi quod in his plùs aut minùs poteſt. Sanguis humidus, & ſanguis ſolidus. Sanguis humidus, probus, ſanguis ſolidus, vitioſus. Proba omnia & vitioſa ad aliquid referri debent. Via ſurſum deorſum vna

πόνοι ὅλου καὶ μέρεος, καὶ μεγέθεος σημεῖα, τοῦ μὲν, ἐς τὸ μᾶλλον, τοῦ δὲ, ἐς τὸ ἧσσον. καὶ ἀπ᾽ ἀμφοτέρων ἐς τὸ μᾶλλον, καὶ ἀπ᾽ ἀμφοτέρων ἐς τὸ ἧσσον. γλυκὺ, οὐ γλυκύ. γλυκὺ, ἐς δύναμιν. [19] οἷον ὕδωρ. γλυκὺ ἐς γεῦσιν, οἷον μέλι. σημεῖα ἑκατέρων ἕλκεα, ὀφθαλμοὶ, καὶ γεύσιες. καὶ ἐν τούτοισι τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἧσσον. γλυκὺ ἐς τὴν ὄψιν, καὶ ἐν χρώμασι, καὶ ἐν ἄλλῃσι μίξεσι γλυκὺ μᾶλλον καὶ ἧσσον. [20] ἀραιότης σώματος ἐς διαπνοὴν, οἷσι πλέον ἀφαιρέεται, ὑγιεινότερον. πυκνότης σώματος ἐς διαπνοὴν, οἷσιν ἔλαττον ἀφαιρέεται, νοσερόν. οἱ διαπνεόμενοι καλῶς, ἀσθενέστεροι, καὶ ὑγιεινότεροι, καὶ εὐανάσφαλτοι. οἱ διαπνεόμενοι κακῶς, πρὶν ἢ νοσέειν, ἰσχυρότεροι· νοσήσαντες δὲ, δυσανάσφαλτοι. ταῦτα δὲ, καὶ ὅλῳ καὶ μέρει. [21] πνεύμων ἐναντίην σώματι τροφὴν ἕλκει. τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα τὰ αὐτά. [22] ἀρχὴ τροφῆς πνεύματος, ῥῖνες, στόμα, βρόγχος, πνεύμων, καὶ ἡ ἄλλη διαπνοή. [23] ἀρχὴ τροφῆς καὶ ὑγρῆς καὶ ξηρῆς, στόμα, στόμαχος, κοιλίη. [24] ἡ δὲ ἀρχαιοτέρη τροφὴ, διὰ τοῦ ἐπιγαστρίου, ὀμφαλός. [25] ῥίζωσις φλεβῶν, ἧπαρ. ῥίζωσις ἀρτηριῶν, καρδίη. ἐκ τούτων ἀποπλανᾶται ἐς πάντα αἷμα καὶ πνεῦμα, καὶ θερμασίη διὰ τούτων φοιτᾷ. [26] δύναμις μία καὶ οὐ μία, ἡ πάντα ταῦτα καὶ τὰ ἑτεροῖα διοικέεται. ἡ μὲν, ἐς ζωὴν ὅλου καὶ μέρεος. ἡ δὲ, ἐς αἴσθησιν ὅλου καὶ μέρεος. γάλα τροφή. οἷσι γάλα τροφὴ κατὰ φύσιν. ἄλλοισι δὲ οὐχί. ἄλλοισι δὲ οἷσιν, οἶνος τροφή. καὶ οἷσιν οὐχὶ τροφὴ, καὶ σάρκες. καὶ ἄλλαι ἰδέαι τροφῆς πολλαὶ καὶ κατὰ χώρην καὶ ἐθισμόν. [27] τρέφεται τὰ μὲν, ἐς αὔξησιν, καὶ ἐς τὸ εἶναι. τὰ δὲ, ἐς τὸ εἶναι μόνον. οἷον γέροντες. τὰ δὲ πρὸς τούτοις, καὶ ἐς ῥώμην. [28] διάθεσις ἀθλητικὴ, οὐ φύσει. ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων ἐν πᾶσι. [29] μέγα τὸ ποσὸν εὐστόχως ἐς δύναμιν ξυναρμοσθέν. γάλα καὶ αἷμα, τροφῆς πλεονασμός. [30] περίοδοι ἐς πολλὰ σύμφωνοι, ἐς ἔμβρυον καὶ ἐς τὴν τούτου τροφήν. αὖθις δὲ ἄνω ῥέπει ἐς γάλα, καὶ ἐς τροφὴν, καὶ ἐς βρέφος. [31] ζωοῦται τὰ μὴ ζῷα. ζωοῦται τὰ ζῷα. ζωοῦται τὰ μέρεα τῶν ζώων. [32] φύσιες πάντων ἀδίδακτοι. αἷμα ἀλλότριον, ὠφέλιμον. αἷμα ἴδιον, ὠφέλιμον. αἷμα ἀλλότριον, βλαβερόν. αἷμα ἴδιον, βλαβερόν. χυμοὶ ἴδιοι, βλαβεροί. χυμοὶ ἀλλότριοι, βλαβεροί. χυμοὶ ἀλλότριοι, ξυμφέροντες. χυμοὶ ἴδιοι, ξυμφέροντες. τὸ ξύμφωνον, διάφωνον. τὸ διάφωνον, ξύμφωνον. γάλα ἀλλότριον, ἀστεῖον. γάλα ἴδιον, βλαβερόν. γάλα ἀλλότριον, βλαβερόν. γάλα ἴδιον, ὠφέλιμον. σιτίον νέοισιν [33] ἀκροβαπτές. γέρουσι δὲ ἐς τέλος μεταβεβλημένον. ἀκμάζουσιν ἀμετάβλητον. [34] ἐς τύπωσιν, λε΄, ἡμέραι. ἐς κίνησιν, ο΄. ἐς τελειότητα, σι΄. ἄλλοι φασὶ ἐς μορφὴν, με΄. ἐς κίνησιν, ος΄. ἐς ἔξοδον σι΄. ἄλλοι, ν΄ ἐς ἰδέην. ἐς πρῶτον ἅλμα, ρ΄. ἐς τελειότητα, τ΄. [35] ἐς διάκρισιν, μ΄. ἐς μετάβασιν, π΄. ἐς ἔκπτωσιν, σμ΄. [36] οὐκ ἔστι καὶ ἔστι. [37] γίνεται δὲ ἐν τούτοισι καὶ πλέω καὶ ἐλάσσω, καὶ ὅλον καὶ κατὰ μέρος. οὐ πολλὸν δὲ πλείω ἢ ἐλάσσω. τὰ δὲ ἐλάσσω τοσαῦτα, καὶ ὅσα ἄλλα τουτέοισιν ὅμοια. [38] Ὀστέων τροφὴ ἐκ κατήξιος ῥινὶ δὶς πέντε. γνάθῳ καὶ κληῗδι καὶ πλευρῇσι διπλάσιαι. πήχει, τριπλάσιαι. κνήμῃ καὶ βραχίονι τετραπλάσιαι. μηρῷ πενταπλάσιαι. καὶ εἴ τι ἐν τουτέοισι δύναται πλέον ἢ ἔλασσον. αἷμα ὑγρὸν, καὶ αἷμα στερεόν. αἷμα ὑγρὸν, ἀστεῖον. αἷμα στερεὸν, φλαῦρον. [39] πρός τι πάντα, φλαῦρα καὶ ἀστεῖα. ὁδὸς ἄνω κάτω μίη

δύναμις

δύναμις τροφῆς κρέσσων, ἢ ὄγκος. ὄγκος τροφῆς κρέσσων, ἢ δύναμις, καὶ ἐν ὑγροῖσι καὶ ἐν ξηροῖσιν ἀφαιρέει καὶ προστίθησι τὸ αὐτό. τῷ μὲν, ἀφαιρέει, τῷ δὲ, προστίθησι δὲ τὸ αὐτό. φλεβῶν διασφύξιες. καὶ ἀναπνοὴ πνεύματος καθ' ἡλικίαν. καὶ ξύμφωνα καὶ διάφωνα. καὶ νούσου καὶ ὑγείης σημεῖα. καὶ ὑγείης μᾶλλον, ἢ νούσου. καὶ νούσου μᾶλλον, ἢ ὑγείης. τροφὴ γὰρ καὶ πνεῦμα. ὑγρὴ τροφὴ εὐμετάβλητος μᾶλλον, ἢ ξηρή. ξηρὴ τροφὴ εὐμετάβλητος μᾶλλον, ἢ ὑγρή. ἡ δυσαλλοίωτος, δυσεξανάλωτος, ἡ εὐπρόσθετος, εὐεξανάλωτος. καὶ ὁκόσοι ταχείης προσθέσιος δέονται, ὑγρὸν ἴημα ἐς ἀνάληψιν δυνάμιος κάλλιστον. ὁκόσοι δὲ ἔτι ταχυτέρης, δι' ὀσφρήσιος. ὁκόσοι δὲ βραδυτέρης προσθέσιος δέονται, στερεὴ τροφή. μύες στερεώτεροι, δυσεκτηκτότεροι τῶν ἄλλων, πάρεξ ὀστέου καὶ νεύρου. δυσμετάβλητα τὰ γεγυμνασμένα, ἐν ἰδέᾳ, κατὰ γένος αὐτὰ ἑωυτῶν ἰσχυρότερα τῶν ὄντων, διὰ τοῦτο αὐτὰ ἑωυτῶν δυσεκτηκτότερα. πῦον δὲ ἐκ σαρκός. πυοειδὲς δὲ ἐξ αἵματος, καὶ ἐξ ἄλλης ὑγρασίης. πῦον, τροφὴ ἕλκεος. πῦον, τροφὴ φλεβὸς, ἀρτηρίης. μυελὸς, τροφὴ ὀστέου, διὰ τοῦτο ἐπιπωροῦται. δύναμις πάντα αὔξει, καὶ τρέφει, καὶ βλαστάνει. ὑγρασίη, τροφῆς ὄχημα.

Alimenti facultas mole præſtantior, alimenti moles facultate præſtantior, & in humidis, & in ſiccis. Detrahit & apponit idem, huic quidem detrahit, illi verò apponit idem. Venarum pulſationes & ſpiritus reſpiratio, pro ætate conſentiunt & diſſentiunt, & morbi & ſanitatis ſunt indicia, magiſque ſanitatis quàm morbi, & morbi magis quàm ſanitatis. ſpiritus enim etiam alimentum eſt. Humidius alimentum faciliùs quàm ſiccum immutatur. Siccum alimentū faciliùs quàm humidum immutatur. Quod ægrè immutatur, ægrè conſumitur. Quod facilè apponitur, facilè conſumitur. Qui celeri appoſitione indigent, iis humidum medicamentum ad reſumendas vires optimum. Qui verò adhuc celeriore, per odoratum. At qui tardiore appoſitione opus habent, iis ſolidus cibus exhibendus. Muſculi ſolidiores ægriùs reliquis colliqueſcunt, excepto oſſe & neruo. Quæ exercitata ſunt ægrè immutantur, ipſaq; in ſuo genere ſe ipſis, quàm pro natura, valentiora ſunt, ideò ipſa inter ſe ægriùs colliqueſcunt. Pus ex carne, purulentum ex ſanguine, & ex reliquo humore. Pus vlceris alimentum. Pus venæ & arteriæ alimentum. Medulla oſſis alimentum, ideò callo firmatur. Facultas omnia auget, & alit, ac propagat. Humiditas alimento vehiculum præbet.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ.

HIPPOCRATIS DE RATIONE VICTVS IN MORBIS ACVTIS, LIBER.

Οἱ ξυγγράψαντες τὰς κνιδίας καλεομένας γνώμας, ὁκοῖα μὲν πάσχουσιν οἱ κάμνοντες ἐν ἑκάστοισι τῶν νουσημάτων, ὀρθῶς ἔγραψαν, καὶ ὁκοίως ἔνια ἀπέβαινεν αὐτέων, καὶ ἄχρι μὲν τουτέων, καὶ ὁ μὴ ἰητρὸς δύναιτ' ἂν ὀρθῶς ξυγγράψαι, εἰ εὖ παρὰ τῶν καμνόντων ἑκάστου πύθοιτο, ὁκοῖα πάσχουσιν. ὁκόσα δὲ προσκαταμαθεῖν χρὴ τὸν ἰητρὸν μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, τουτέων τὰ πολλὰ παρεῖται, ἄλλα ἐν ἄλλοισι, καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα, ἐς τέκμαρσιν. ὁκόταν δὲ ἐς τέκμαρσιν λέγηται, ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, ἐν τουτέοισι πολλὰ ἑτεροίως γινώσκω ἢ ὡς ἐκεῖνοι ἐπεξήεσαν, καὶ οὐ μόνον διὰ τοῦτο οὐκ ἐπαινέω, ἀλλ' ὅτι καὶ ὀλίγοισι τὸν ἀριθμὸν τοῖσιν ἄκεσιν ἐχρέοντο. τὰ γὰρ πλεῖστα αὐτέοισιν εἴρηται, πλὴν τῶν ὀξειῶν νούσων, φάρμακα ἐλατήρια διδόναι, καὶ ὀρὸν, καὶ γάλα τὴν ὥρην πιπίσκειν. εἰ μὲν οὖν ταῦτα ἀγαθὰ ἦν καὶ ἁρμόζοντα τοῖσι νουσήμασιν ἐφ' οἷσι παρῄνεον διδόναι, πολὺ ἂν ἀξιώτερα ἐπαίνου ἦν, ὅτι ὀλίγα ἐόντα αὐτάρκεά ἐστι. νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει. οἱ μέντοι ὕστερον ἐπιδιασκευάσαντες, ἰητρικώτερον δή τι ἐπῆλθον περὶ τῶν προσοιστέων ἑκάστοισιν. ἀτὰρ οὐδὲ περὶ διαίτης οἱ ἀρχαῖοι ξυνέγραψαν οὐδὲν ἄξιον λόγου, καίτοι μέγα τοῦτο παρῆκαν. τὰς μέντοι πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάστῃ τῶν νούσων, καὶ τὴν πολυσχιδίην αὐτέων, οὐκ ἠγνόεον ἔνιοι. τοὺς δ' ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νουσημάτων σάφα φράζειν ἐθέλοντες, οὐκ ὀρθῶς ἔγραψαν. μὴ γὰρ οὐκ εὐαρίθμητον ᾖ, εἰ τουτέῳ τις σημαίνεται τὴν τῶν καμνόντων νοῦσον, τῷ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι, καὶ μὴ τωὐτὸ νόσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μὴ τωὐτὸ ὄνομα ἔχῃ. ἐμοὶ δ' ἀνδάνει μὲν ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ προσέχειν τὸν νόον,

QVI Cnidias appellatas ſententias ſcriptis tradiderunt, ij ſanè quę in ſingulis morbis ęgri patiūtur, & quomodo eorū nonnulla ipſis eueniunt, rectè conſcripſerunt, & huc vſq; quidem quæ quiuis etiam Medicinæ ignarus, rectè ſcribere potuerit, ſi probè ex vnoquoq; ægro quæ patiatur intellexerit. At quæcūque Medicū non referente ęgro prædixiſſe oportuit, ea magna ex parte prætermiſſa ſunt, quidam in quibuſdam, nonnullaq; ad coniecturalem cognitionem valde accommodata. Cùm verò ad coniecturalem cognitionem referatur, quomodo ſingula curare oporteat, in iis multò aliter quàm illi diſſeruerint ſentio. Ac neq; ſolùm ob id non laudo, ſed quod paucis etiam numero remediis vſi ſunt. Nam & plurima ab ipſis relata ſunt (præterquam in morbis acutis) medicamenta deorſum purgantia exhibenda, & ſerum & lac tempeſtiuè propinandum. Hæc igitur ſi bona eſſent, & morbis quibus exhibenda monent conuenietia, longè maiore laude digna eſſent, quòd pauca ſufficerent. Nunc verò res aliter ſe habet. Qui tamē poſtea recognouerūt, ij medicè magis, quæ ſingulis exhibenda ſunt, percurrerunt. Sed neq; de victus ratione quicquam effatu dignū veteres ſcriptis tradiderunt, eamq;, quamuis magna res ſit, omiſerunt. Varia tamē morborum ſingulorum genera, multiplicemq; eorum diuiſionem non ignorarunt quidam. At numeros morborum ſingulorū planè declarare ſtudentes, non rectè ſcripſerunt. Neq; enim quis facilè numeret, ſi quis ex eo ægrotantiū morbū æſtimet, quòd ab altero re quadā differat, neq; eundē eſſe morbum reputet, niſi eodem nomine nuncupetur. Mihi autē placet vt ad omnem artem animum attendamus,

Nam quæ rectè procedunt opera, ea rectè ſingula facere oportet: quæ item celeritate opus habent, celeriter, quæ etiam munditiem deſiderant, mundè, & quæ citra dolorem tractari poſtulant, ea quàm maximè fieri poſſit ſine dolore facere, cæteraq; omnia id genus multò aliter quam proximi meliorem in formam commutare conuenit. Sed maximè eum Medicum probauerim, qui in morbis acutis, quorum vi plerunq; homines intereunt, longè meliùs cæteris ſe gerat. Sunt autem hi, quantum nominibus veteres complexi ſunt, pleuritis, peripneumonia, phrenitis, lethargus, febris ardens, & quicunque alij morbi ad hos conſequuntur, quorum febres omnino continuę interficiunt. Cùm enim nullũ peſtilentis morbi cõmune genus populariter graſſatum fuerit, ſed diſperſi morbi & nõ ſimiles fuerint, ab his plures quam ab aliis omnibus moriuntur. Populares igitur nõ ſatis diſcernũt eos, qui in his longè proximis excellunt, aliarumq; curationũ potius aut laudatores, aut vituperatores exiſtunt. Deinde id magno eſt argumẽto, quod populares huiuſmodi morborum nullam prorſus habeant intelligentiam, cũ ad eam non niſi ſtudio perueniri poſſit. Nam & qui medicinæ non profitentur ſcientiam, Medici maximè in eiuſmodi morbis eſſe videntur. facile eſt enim nomina, quæ circa huiuſmodi ægrotantes proferri ſolent, ediſcere. Nempe ſi quis ptiſanæ cremorem nominauerit, hocq; vel illud vinum, aut etiã mulſum, eadẽ omnia videntur plebeiis dicere Medici tum meliores, tum deteriores. At non ita ſe res habet, verùm in his ſanè vel maximè aliis præſtant. Videntur autem mihi digniſſima eſſe quæ ſcribantur, quæcunq; Medicis ignorantur, quamuis ſcitu commoda exiſtant, queq; magnas vtilitates, aut magnas noxias inferunt. Quæ igitur ignorantur hæc ſunt. Quanam de cauſa in morbis acutis quidam Medici toto vitæ tempore in ptiſana non colata exhibenda perſeuerent, & rectè ſe curare exiſtiment. Quidam etiam omni ratione contendant, ne vllo modo hordeum æger deuoret, quod inde magnum ſecuturum detrimentum exiſtiment. Verùm per linteum excolantes, eius ſuccũ porrigunt. Horum etiã nonnulli neq; ptiſanam craſſam, neq; ſuccum exhibeant. Et hi quidem dum ſeptimum diem æger attigerit, alij verò dum in totum morbus iudicatus fuerit. Huiuſmodi itaq; quæſtiones non admodum proponere Medici conſueuerunt, ac neq; fortè ſi proponant, inueniuntur. At verò ars tota magnam quidem apud vulgum calumniam ſuſtinet, adeò vt nullam omnino Medicinam eſſe exiſtiment. Siquidem in acutis morbis in tantum inter ſe diſſentiunt artifices, vt quæ alter exhibet veluti optima reputans, ea iam mala alter exiſtimet, fereque ob id ars ipſa diuinationi ſimilis eſſe videatur. Quoniam augures eundem alitem, ſiquidem ſiniſter appareat bonum eſſe exiſtimant, ſi verò dexter, malum. Et in Aruſpicina huiuſmodi quoque alia videntur in aliis. Sed & vaticinantium nonnulli contraria his ſentiunt. Hanc autem ſpeculationẽ tum pulcherrimam, tum quamplurimis in arte maximè commodis cognatam eſſe cenſeo. Etenim omnibus ægris ad ſanitatem magnũ quippiam facit, ſanisq; ad ſanitatem tuendam, & iis qui ſeſe exercent, ad bonum habitum comparandũ, tum etiam ad id quod quiſque voluerit obtinendum.

καὶ γὰρ ὁκόσα ἔργα δεῖ καλῶς, ἕκαστα χρὴ ποιέειν καὶ ὀρθῶς. καὶ ὁκόσα ταχέως ἔργα, ταχέως. καὶ ὁκόσα καθαρείως, καθαρείως. καὶ ὁκόσα ἀνωδύνως διαχειρίζεσθαι, ὡς ἀνωδυνώτατα ποιέειν. καὶ τ' ἄλλα πάντα τὰ τοιουτότροπα διαφερόντως τῶν πέλας, ἐπὶ τὸ βέλτιον ποιέειν χρή. μάλιστα δ' ἂν ἐπαινέσαιμι ἰητρὸν, ὅστις ἐν τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασιν, ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει, ἐν τουτέοισι διαφέρων τι τῶν ἄλλων εἴη ἐπὶ τὸ βέλτιον. ἔστι δὲ ταῦτα ὀξέα ὁκοῖα ὠνόμασαν οἱ ἀρχαῖοι, πλευρῖτιν, καὶ περιπλευμονίην, καὶ φρενῖτιν, καὶ λήθαργον, καὶ καῦσον, καὶ τ' ἄλλα νουσήματα. ὁκόσα τουτέων ἐχόμενά ἐστιν, ὧν οἱ πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες, κτείνουσιν. ὅταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νούσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποραδέες ἔωσιν αἱ νοῦσοι, καὶ μὴ παραπλήσιοι, ὑπὸ τουτέων τῶν νουσημάτων ἀποθνήσκουσι μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν ξυμπάντων. οἱ μὲν οὖν ἰδιῶται, οὐ κάρτα γινώσκουσι τοὺς ἐς ταῦτα διαφέροντας τῶν πέλας, ἑτεροίων τε μᾶλλον ἰημάτων ἐπαινέται, ἢ ψέκται εἰσίν. ἐπεὶ τόδε μέγα σημεῖον, ὅτι οἱ μὲν δημόται, ἀξυνετώτατοι αὐτοὶ ἑωυτῶν περὶ τουτέων τῶν νουσημάτων εἰσὶν, ὡς μελετητέα ἐστί. οἱ γὰρ μὴ ἰητροὶ, ἰητροὶ δοκέουσιν εἶναι μάλιστα διὰ ταύτας τὰς νούσους. ῥηΐδιον γὰρ τὰ ὀνόματα ἐκμαθεῖν, ὁκοῖα νενόμισται προσφέρεσθαι πρὸς τοὺς τὰ τοιαῦτα κάμνοντας. ἢν γὰρ ὀνομάσῃ τις πτισάνης χυλὸν, καὶ οἶνον τοῖον, ἢ τοῖον, ἢ τὸ μελίκρητον, ἅπαντα τοῖσι δημότῃσι δοκέουσιν ἰητροὶ ταῦτα λέγειν, οἵ τε βελτίους, καὶ οἱ χείρονες. τὰ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ' ἐν τουτέοισι δὴ, καὶ πάνυ μέγα διαφέρουσιν ἕτεροι ἑτέρων. δοκεῖ δέ μοι ἄξια γραφῆς εἶναι ταῦτα μάλιστα, ὁκόσα τε ἀκαταμάθητά ἐστι τοῖσιν ἰητροῖσιν, ἐπίκαιρα ἐόντα εἰδέναι, καὶ ὁκόσα μεγάλας ὠφελείας φέρει, ἢ μεγάλας βλάβας. ἀκαταμάθητα μὲν οὖν, τάδε ἐστί. διὰ τί ἄρα ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν, οἱ μὲν τῶν ἰητρῶν, ἅπαντα τὸν αἰῶνα διατελέουσι πτισάνας διδόντες ἀδιηθήτους, καὶ νομίζουσιν ὀρθῶς ἰητρεύειν. οἱ δέ τινες περὶ παντὸς ποιοῦνται, ὅκως κριθὴν μηδεμίην καταπίῃ ὁ κάμνων. μεγάλην γὰρ βλάβην ἡγεῦνται εἶναι, ἀλλὰ δι' ὀθονίου διηθέοντες τὸν χυλὸν, διδόασιν. οἱ δέ τινες αὐτέων, οὔτ' ἂν πτισάνην παχείην δοῖεν, οὔτε χυλόν. οἱ μὲν, μέχρις ἂν ἑβδομαῖος γένηται ὁ κάμνων. οἱ δὲ, καὶ διὰ τέλεος ἄχρις ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος. μάλα μὲν οὖν οὐδὲ προβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα εἰθισμένοι εἰσὶν οἱ ἰητροί. ἴσως δὲ οὐδὲ προβαλλόμενα γινώσκεται, καί τοι διαβολήν γε ἔχει ὅλη ἡ τέχνη πρὸς τῶν δημοτέων μεγάλην, ὡς μηδὲ δοκέειν ὅλως ἰητρικὴν εἶναι, ὥστ' εἴ γε τοῖσιν ὀξέσι τῶν νουσημάτων, τοσόνδε διοίσουσιν ἀλλήλων οἱ χειρώνακτες, ὥστε ἃ ὁ ἕτερος προσφέρει ἡγεύμενος ἄριστα εἶναι, ταῦτα νομίζειν ἤδη τὸν ἕτερον κακὰ εἶναι, καὶ σχεδὸν ἂν κατά γε τὸ τοιόνδε, τὴν τέχνην φάναι ὁμοιοῦσθαι μαντικῇ. ὅτι οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν ὄρνιθα, εἰ μὲν ἀριστερὸς εἴη, ἀγαθὸν νομίζουσιν εἶναι. εἰ δὲ δεξιὸς, κακόν. καὶ ἐν ἱεροσκοπίῃ τὰ τοιάδε ἄλλα ἐπ' ἄλλοισιν. ἀλλ' ἔνιοι τῶν μαντέων, τἀναντία τουτέων. φημὶ δὲ πάγκαλον εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα, καὶ ἠδελφισμένον τοῖσι πλείστοισι τῶν ἐν τῇ τέχνῃ, καὶ ἐπικαιροτάτοισι. καὶ γὰρ τοῖσι νοσέουσι πᾶσιν ἐς ὑγιείην μέγα τι δύναται, καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν ἐς ἀσφάλειαν, καὶ τοῖσιν ἀσκέουσιν ἐς εὐεξίην, καὶ ἐς ὅ, τι ἂν ἕκαστος ἐθέλῃ.

τοῖσιν

πτισάνη μὲν οὖν δοκέει ὀρθῶς προκεκρίσθαι τῶν σιτηρῶν γευμάτων, ἐν τουτέοισι τοῖσι νουσήμασι. καὶ ἐπαινέω γε τοὺς προκρίναντας. τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτῆς, λεῖον, καὶ ξυνεχὲς, καὶ προσηνές ἐστι, καὶ ὀλισθηρὸν, καὶ πλαδαρὸν μετρίως, καὶ ἄδιψον, καὶ εὐέκπλυτον, εἴ τι καὶ τουτέου προσδέοι· καὶ οὔτε στύψιν ἔχον, οὔτε ἄραδον κακὸν, οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίῃ, ἀνῴδηκε γὰρ ἐν τῇ ἑψήσει, ὁκόσον πλεῖστον ἐπεφύκει διογκοῦσθαι. ὁκόσοι μὲν οὖν πτισάνῃ χρέονται ἐν τουτέοισι τοῖσι νουσήμασιν, οὐδεμιῇ ἡμέρῃ κενεαγγητέον ὡς ἔπος εἰρῆσθαι, ἀλλὰ χρηστέον καὶ οὐ διαλειπτέον, ἢν μή τι δέῃ, ἢ διὰ φαρμακείην, ἢ κλύσιν διαλείπειν, καὶ τοῖσι μέν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, δὶς δοτέον· τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισιν, ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην, ἐκ προσαγωγῆς δέ. ἢν δὲ ἐνδέχηται, καὶ τουτέοισι καὶ δὶς δοτέον, ἤν τι δοκέῃ προσδεῖν. πλῆθος δὲ ἀρκέει κατ' ἀρχὰς διδόναι μὴ πολὺ, μηδὲ ὑπέρπαχυ, ἀλλ' ὁκόσον εἵνεκεν τοῦ ἔθεος ἐσιέναι τι, καὶ κενεαγγίην μὴ γενέσθαι πολλήν. περὶ δὲ τῆς ἐπιδόσιος εἰς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος, ἢν μὲν ξηρότερον ᾖ τὸ νούσημα, ἢ ὡς ἄν τις οἴοιτο, οὐ χρὴ ἐπὶ πλέον διδόναι, ἀλλὰ προπίνειν πρὸ τοῦ ῥοφήματος, ἢ μελίκρητον, ἢ οἶνον, ὁκότερον ἂν ἁρμόζῃ. τὸ δὲ ἁρμόζον ἐφ' ἑκάστοισι τῶν τρόπων εἰρήσεται. ἢν δὲ ὑγραίνηται τὸ στόμα, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πλεύμονος εἴῃ ὁκοῖα δεῖ, ἐπιδιδόναι χρὴ ὡς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι. τὰ μὲν γὰρ θᾶσσον καὶ μᾶλλον πλαδῶντα, ταχυτῆτα κρίσιος σημαίνει. τὰ δὲ βραδύτερον, καὶ ἧσσον, βραδυτέρην σημαίνει τὴν κρίσιν. καὶ ταῦτα αὐτὰ μὲν καθ' αὑτὰ, τοιάδε τὸ ἐπίπαν ἐστί. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα παρεῖται, οἷσι προσημαίνεσθαι δεῖ, ἃ εἰρήσεται ὕστερον. καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείων ἡ κάθαρσις γίνηται, τοσῷδε χρὴ πλέον ἐπιδιδόναι ἄχρι κρίσιος· μάλιστα δὲ κρίσιος ὑπερβολῆς δύο ἡμερέων· οἷσί γε ἢ πεμπταίοισιν, ἢ ἑβδομαίοισιν, ἢ ἐναταίοισι δοκέει κρίνεσθαι, ὡς καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὸ περισσὸν προμηθῇς. ἢν μετὰ δὲ τοῦτο τῷ μὲν ῥοφήματι ἐς τὸ πρωῒ χρηστέον, ἐς ὀψὲ δὲ ἐς σιτία μεταβάλλειν. ξυμφέρει δὲ τὰ τοιάδε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῖσιν ὅλῃσι πτισάνῃσιν αὐτίκα χρεομένοισιν. αἵ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσιν αὐτίκα αὐτόματοι παύονται, ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου, καὶ ἐκκαθαίρεσθαι. αἵ τε καθάρσιες, πολλῷ τελεώτεραί εἰσι, καὶ ἔμπυοι ἧσσον γίνονται, ἢ εἰ ἄλλως τις διαιτῴη. καὶ αἱ κρίσιες ἁπλούστεραι, καὶ εὐκριτώτεραι, καὶ ἧσσον ὑποστροφώδεες. τὰς δὲ πτισάνας χρὴ ἐκ κριθέων ὡς βελτίστων εἶναι, καὶ κάλλιστα ἑψῆσθαι. καὶ ἄλλως, ἢν μὴ τῷ χυλῷ μούνῳ μέλλῃς χρέεσθαι. μετὰ γὰρ τῆς ἄλλης ἀρετῆς τῆς πτισάνης, τὸ ὀλισθηρὸν τὴν κριθὴν καταπινομένην ποιέει μὴ βλάπτειν. οὐδαμοῦ γὰρ προσίσχεται, οὐδὲ μένει κατὰ τὴν τοῦ θώρηκος ἴξιν. ὀλισθηροτάτη δὲ, καὶ ἀδιψοτάτη, καὶ εὐεκπλυτωτάτη, καὶ ἀσθενεστάτη ἐστὶν, ἢ καλλίστα ἑφθὴ, ὧν πάντων δεῖ. ἢν οὖν μὴ προσξυμφέρῃ τις ὁκόσων δεῖται, ὥστε ἱκανὸς εἶναι ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης πτισανορροφίης, πολλαχῇ βεβλάψεται. ὁκόσοισι γὰρ σῖτος αὐτίκα ἐγκατακέκλεισται, ἢν μή τις ὑποκενώσας τὸ ῥόφημα δῷ, τὴν ὀδύνην ἐνεοῦσαν προσπαροξύνειεν ἂν, καὶ μὴ ἐνεοῦσαν αὐτὸς ποιήσειεν,

Priſana igitur rectè videtur omnibus frumentaceis eduliis præferri in his morbis acutis, eoſq; qui eam prætulerunt laudo. Nam & lentorem habet læuem, continuum, & ſuauem ac lubricum, mediocriter humeſcentem, ſitim minimè inferentem, & ſi quid elui indiget, probè abluentem, neq; adſtringit nec malam turbationem adfert, neq; in ventre intumeſcit. Nempe inter coquendum, quoad maximè fieri potuit, intumuit. Qui ergo priſana in huiuſmodi morbis vtuntur, ne vna quidem die vaſorum inanitionem (vt ita dicam) fieri permittant, ſed citra intermiſſionem ea vtantur, niſi vel propter medicamentum, vel clyſterem intermittere expediat. Et his quidem qui bis die cibum ſumere conſueuerunt, bis danda eſt, his verò qui ſemel cibum capere conſueuerunt, his primo die ſemel danda, paulatim autem progrediendo, ſi fieri poſſit, iis etiam bis danda, ſi quid adiiciendum videatur. Verùm inter initia neq; multa copia, neque valde craſſa exhibenda, ſed vt conſuetudinis cauſſa aliquid ingeratur, & ne multa vaſorum inanitio fiat. Quòd autem ad ſorbitionis adiiciendæ quantitatem attinet, ſi quidem ſiccior quàm quis exiſtimet morbus fuerit, non magna copia exhibenda, ſed antè ſorbitionem vel mulſa, vel vinum, vel quodcunque magis conueniet, propinandum. In ſingulis verò generibus quodnam ſit accommodatiſſimum dicetur. Quòd ſi os humeſcat, & quæ ex pulmone efferuntur conuenientia fuerint, in ſumma, ſorbitionis quantitatem adiicere conuenit. Quæ namque celeriùs magiſque madeſcunt, iudicationis celeritatem denuntiant, quæ verò tardiùs & minùs, tardiorem iudicationem ſignificant. Atque hæc quidem prorſus hoc modo ſe habent. Sed & multa quoque alia peropportuna prætermittuntur, ex quibus ſignificationem capere conuenit, quæ deinceps referentur. Quòque copioſior purgatio fuerit, eò maior quantitas ad iudicationem vſque adiicienda, præcipuè verò duobus ab iudicatione diebus; quibus quidem, aut quinto, aut ſeptimo, aut nono iudicatio fieri videatur, vt etiam dierum paritatis & imparitatis ratio habeatur. Poſt hoc autem mane quidem ſorbitione vtendum, veſpere verò ad cibos tranſeundum. Magna autem ex parte hæc iis conferunt, qui ſtatim priſana integra vtuntur. Nam & pleuriticorum dolores ſtatim ſponte deſinunt, vbi quid effatu dignum ſpuere & expurgari cœperint, purgationeſque longè perfectiores ſunt, & minùs purulenti euadunt, quàm ſi aliam quis victus rationem inſtituat, præterea iudicationes ſimpliciores fiunt, meliuſque indicantur, & minùs reuertuntur. At priſanam ex hordeo quàm optimo confici & optimè coctam eſſe oportet, idque præſertim ſi non ſolo cremore vti debeas. Ad reliquas enim virtutes iſtud etiam accedit, quòd priſanæ lubricitas efficit vt hordeum deuoratum minimè lædat, cùm nuſquam adhæreſcat, neque ſecundum thoracis rectitudinem immoretur. Eſt autem maximè lubrica, ſitimque minimè infert, & facillimè coquitur, eſtque infirmiſſima, ſi optimè cocta fuerit, quibus omnibus opus habet. Niſi igitur quis quantùm deeſt contulerit, vt idoneus eiuſmodi priſanæ ſorbendæ modus efficiatur, ſæpiùs lædetur. Iam primùm enim quibus cibi recrementum interclusum eſt, ſi quis eò non vacuato ſorbitionem dederit, dolorem ſi adeſt grauiorem reddet, ſi non adeſt, ſtatim induxerit,

& ſpiratio crebrior euadet. Quod certè prauum eſt, cùm pulmonem exiccet, & præcordia tum imum ventrem, tum ſeptum tranſuerſum dolore fatiget. Quinetiam ſi lateris dolore adhuc continuo, neque ad calida fomenta remittente, ſputoque minimè prodeunte, verùm citra concoctionem extremè glutinoſo reddito, niſi quis dolorem, vel ventre emollito, vel ſecta vena ſoluerit, aut vtrum horum conducere videbitur exhibuerit, ptiſanam autem ita affectis dederit, præcipites eos in mortem adducet. Has igitur ob cauſas aliaſque etiam huiuſmodi, qui tota vtuntur ptiſana, ſeptimo die ac citiùs moriuntur, partim quidem mente læſi, partim verò erectæ ceruicis ſpiratione (orthopnœam dicimus) & ſtertore ſuffocati. Quos ſanè veteres ſyderatos vel ob id maximè exiſtimarunt, neque etiam minùs, quòd ipſis mortuis latus liuidum plagæ non abſimile deprehenditur. Cuius rei hæc cauſa eſt, quòd priùs, quàm dolor ſoluatur moriuntur. Breui ſiquidem anhelatores euadunt. Ex multa autem & crebra reſpiratione (vt iam dictum eſt) ſputum ſummè glutinoſum citra coctionem redditum, egreſſum fieri prohibet. Quinetiam cartilaginoſis aſperæ arteriæ corporibus (pulmonis bronchiis dictis) adhæreſcens, ſtertorem inducit, cúmque ad hoc deuenerit, tum plærumque mortem infert. Etenim ipſum ſputum intrò retentum, ſpiritum quidem intrò ferri prohibet, celeriter autem extra ferri cogit, adeò vt ad perniciem mutuas inter ſe operas conferant. Sputum namque adhæreſcens, crebrum ſpiritum facit, hicque creber effectus, ſputum magis glutinoſum reddit & lubricum fieri prohibet. Neque verò ſolùm iſta prehendunt ſi ptiſana intempeſtiuè vtantur, verùm & multò magis, ſi, quid, quòd ptiſana minùs conueniat aut ederint, aut biberint. Magna igitur ex parte ferè ſimilia ſunt auxilia, tum iis qui tota vtuntur ptiſana, tum his qui ipſius cremore. At his qui neutro horum, aut ſolo potu vtuntur, interdúmque aliter auxiliari oportet. Hunc autem in modum omninò facere oportet. Si quem à recenti cibo, aluo nec dum ſubducta, febris ſiue cum dolore, ſiue ſine dolore prehenderit, à ſorbitione exhibenda tantiſper temperandum, dum cibum ad infernam inteſtini partem ſeceſſiſſe conieceris. Quòd ſi dolor affuerit, aceto mulſo in potu vtendum, hyeme quidem calido, æſtate verò frigido. Et ſi multa ſitis aderit, mulſa & aqua exhibenda. Ac deinceps quidem ſi dolor aliquis adſit, aut periculum aliquod impendeat, ſorbitio neque multa, neque craſſa exhibenda, verùm poſt ſeptimum aut nonum diem, ſi validus æger fuerit. At ſi recenter ſumpto cibo, vetuſtus non ſubierit, ſiquidem validus fuerit, & ætate viguerit, infuſum per clyſterem exhibendum: ſin debilior extiterit, glande vtendum, niſi ſponte probè prodierit. Exhibendæ autem ſorbitionis tempus per initia & per totum morbum iſtud præcipuè obſeruari debet, vt cùm frigidi pedes fuerint, tum à ſorbitione exhibenda, tùm vel maximè à potu abſtineamus. Cùm verò calor ad pedes deſcenderit, tunc dare conuenit, reputaréque eam in omnibus morbis, tùm præcipuè in acutis,

καὶ πνεῦμα πυκνότερον γίνοιτ' ἄν. κακὸν δὲ τοῦτό ἐστι. ξηραντικὸν γὰρ πλεύμονος, καὶ κοπώδες ὑποχονδρίων καὶ ἤτρου, καὶ φρενῶν. τοῦτο δὲ, ἢν ἔτι τῆς ὀδύνης τοῦ πλευροῦ ξυνεχέος ἐούσης, καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλώσης, καὶ τοῦ πτυέλου μὴ ἀνιόντος, ἀλλὰ καταγλισχραινομένου ἀπέπτως, ἢν μὴ λύσῃ τις τὴν ὀδύνην, ἢ κοιλίην μαλθάξας ἢ φλέβα ταμὼν, ἢ ὁκότερον ἂν τουτέων ξυμφέρῃ. τὰς δὲ πτισάνας ἢν οὕτως ἔχουσι διδῷς, ταχέως οἱ θάνατοι τῶν τοιουτέων γίνονται. διὰ ταύτας οὖν τὰς προφάσιας, καὶ ἑτέρας τοιαύτας ἔτι μᾶλλον, οἱ ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεώμενοι, ἑβδομαῖοι καὶ ὀλιγημερώτεροι ἀποθνήσκουσιν· οἱ μέν τι καὶ τὴν γνώμην βλαβέντες. οἱ δὲ ὑπὸ τῆς ὀρθοπνοίης τε καὶ τοῦ ῥέγχεος ἀποπνιγέντες. μάλα δὲ τοὺς τοιούτους οἱ ἀρχαῖοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι, διὰ τόδε μάλιστα· οὐχ ἥκιστα δὲ ὅτι καὶ ἀποθανόντων αὐτέων, ἡ πλευρὴ πελιὴ εὑρίσκεται, ἴκελόν τι πληγῇ. αἴτιον δὲ τουτέου, τόδε ἐστίν, ὅτι πρὶν λυθῆναι τὴν ὀδύνην, ἀποθνήσκουσι. ταχέως γὰρ πνευματίαι γίνονται. ὑπὸ δὲ τοῦ πολλοῦ, καὶ πυκνοῦ πνεύματος ὡς ἤδη εἴρηται καταγλισχραινόμενον τὸ πτύελον ἀπέπτως, κωλύει τὴν ἐπάνοδον γίνεσθαι, ἀλλὰ τὴν ῥέγξιν ποιέει ἐνισχόμενον ἐν τοῖσι βρογχίοισι τοῦ πλεύμονος. καὶ ὁκόταν ἐς τοῦτο ἔλθῃ, θανατώδεις ἤδη ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ ἐστι. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πτύελον ἐνισχόμενον, κωλύει μὲν τὸ πνεῦμα εἴσω φέρεσθαι, ἀναγκάζει δὲ ταχέως ἔξω φέρεσθαι. καὶ οὕτως ἐς τὸ κακὸν ἀλλήλοισι τιμωρέουσι. τό, τε γὰρ πτύελον ἐνισχόμενον πυκνὸν τὸ πνεῦμα ποιέει. τό, τε πνεῦμα πυκνὸν ἐὸν, ἐπιγλισχραίνει τὸ πτύελον. καὶ κωλύει ἀπολισθάνειν. καταλαμβάνει δὲ ταῦτα οὐ μόνον ἢν πτισάνῃ ἀκαίρως χρέωνται, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, ἤν τι ἄλλο φάγωσιν, ἢ πίωσι πτισάνης ἀνεπιτηδειότερον. μάλα μὲν οὖν τὰ πλεῖστα παραπλήσιαι εἰσὶν αἱ τιμωρίαι, τοῖσί τε ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεομένοισι, τοῖσί τε τῷ χυλῷ αὐτέῳ, τοῖσί τε μηδ' ἑτέρῳ τουτέων, ἀλλὰ ποτῷ μούνῳ. ἔστι δ' ὅπη καὶ διαφερόντως τιμωρητέον. χρὴ δὲ τόγε πάμπαν οὕτω ποιέειν. ἢν νεοβρῶτι ἐόντι αὐτέῳ καὶ κοιλίης μήπω ὑποκεχωρηκυίης ἄρξηται ὁ πυρετὸς, ἤν τε ξὺν ὀδύνῃ, ἤν τε ἄνευ ὀδύνης, ἐπισχεῖν τὴν δόσιν τοῦ ῥοφήματος, ἔστ' ἂν οἴηται κεχωρηκέναι ἐς τὸ κάτω μέρος τοῦ ἐντέρου τὸ σιτίον. χρέεσθαι δὲ ποτῷ, ἢν μὲν ἄλγημά τι ἔχῃ, ὀξυμέλιτι χειμῶνος μὲν, θερμῷ, θέρεος δὲ, ψυχρῷ. ἢν δὲ πολλὴ δίψα εἴη, μελικρήτῳ καὶ ὕδατι. ἔπειτα μέν τοι, ἢν μὲν ἄλγημά τι ἐνῇ, ἢ τῶν ἐπικινδύνων τι ἐμφαίνηται, διδόναι τὸ ῥόφημα, μήτε πουλὺ, μήτε παχὺ, μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην, ἢ ἐνάτην, ἢν ἰσχύῃ. ἢν δὲ μὴ ὑπεληλύθῃ ὁ παλαιότερος σῖτος νεοβρῶτι ἐόντι, ἢν μὲν ἰσχύῃ τε, καὶ ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ, κλύσαι. ἢν δὲ ἀσθενέστερος ᾖ, βαλάνῳ προσχρήσασθαι, ἢν μὴ αὐτόματα διεξίῃ καλῶς. καιρὸν δὲ τῆς δόσιος τοῦ ῥοφήματος, τόνδε μάλιστα φυλάσσεσθαι, κατ' ἀρχὰς καὶ διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος. ὁκόταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν, ἐπισχεῖν χρὴ τοῦ ῥοφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ καὶ τοῦ ποτοῦ ἀπέχεσθαι. ὁκόταν δὲ ἡ θέρμη καταβῇ ἐς τοὺς πόδας, τότε διδόναι καὶ νομίζειν μέγα δύνασθαι τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν ἁπάσῃσι τῇσι νούσοισιν. οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τῇσιν ὀξείῃσι.

μάλιστα

μάλιστα δ' ἐν τῇσι μᾶλλον πυρετώδεσι, καὶ ἐπικινδυνοτάτῃσι. χρῆσθαι δὲ πρῶτον μάλιστα μὲν, χυλῷ, ἔπειτα δὲ, πτισάνῃ, κατὰ τὰ τεκμήρια τὰ προγεγραμμένα ἀκριβῶς θεωρεῦντα. Ὀδύνη δὲ πλευροῦ ἤν τε κατ' ἀρχὰς γίνηται, ἤν τε ἐς ὕστερον, θερμάσμασι μὲν πρῶτον οὐκ ἀπὸ τρόπου ἐστὶ χρησάμενον, πειρηθῆναι διαλῦσαι τὴν ὀδύνην. θερμασμάτων δὲ κράτιστον μὲν ὕδωρ θερμὸν ἐν ἀσκῷ, ἢ ἐν κύστει, ἢ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ, ἢ ἐν ὀστρακίνῳ. προϋποτιθέναι δὲ χρὴ, μαλθακόν τι πρὸς τὴν πλευρὴν, προσηνείης εἵνεκεν. ἀγαθὸν δὲ καὶ σπόγγος μαλθακὸς, μέγας, ἐξ ὕδατος θερμοῦ ἐκπεπιεσμένος προστίθεσθαι. περιστέλλειν τε ἱματίῳ τὴν θάλψιν χρή. πλείω τε γὰρ χρόνον ἂν διαρκέσει καὶ τὸ θερμὸν, καὶ ἅμα ὡς μὴ ἀτμὶς πρὸς τὸ πνεῦμα τοῦ κάμνοντος προσφέρηται, ἢν ἄρα μὴ δοκέῃ καὶ τοῦτο χρήσιμον πρός τι εἶναι. ἔστι γὰρ ὅτε δεῖ πρός τι. ἔτι δὲ καὶ κριθαὶ καὶ ὄροβοι ἐν ὄξει κεκρημένῳ, σμικρῷ ὀξυτέρῳ, ἢ ὡς ἂν τις πίοι, διέντα καὶ ἀναζέσαντα, ἐς μαρσίππια τε ἀπορράψαντα, προστιθέναι καὶ πίτυρα τὸν αὐτὸν τρόπον. πυρίη δὲ ξηρὴ, ἅλες, κέγχροι πεφρυγμένοι ἐν εἰρινέοισι μαρσιππίοισιν ἐπιτηδειόταται. καὶ γὰρ κοῦφον καὶ προσηνὲς ὁ κέγχρος. λύει δὲ μάλθαξις ἡ τοιήδε, καὶ τὰς πρὸς κληῖδας περαιούσας ἀλγηδόνας. τομὴ μέντοι γε οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἢν μὴ πρὸς τὴν κληῖδα περαίνῃ ἡ ὀδύνη. ἢν δὲ μὴ λύηται πρὸς τὰ θερμάσματα ὁ πόνος, οὐ χρὴ πολὺν χρόνον θερμαίνειν. καὶ γὰρ ξηραντικὸν τοῦ πλεύμονος τοῦτο ἐστὶ, καὶ ἐμπυητικόν. ἀλλ' ἢν μὲν σημαίνῃ ἡ ὀδύνη ἐς τὴν κληῖδα, ἢ ἐς τὸν βραχίονα βάρος, ἢ περὶ μαζὸν, ἢ ὑπὲρ τῶν φρενῶν, τάμνειν χρὴ τὴν ἐν τῷ ἀγκῶνι φλέβα, τὴν εἴσω. καὶ μὴ ὀκνεῖν συχνὸν ἀφαιρέειν τὸ αἷμα, ἕως ἂν ἐρυθρότερον πολλῷ ῥυῇ, ἢ ἀντὶ καθαροῦ καὶ ἐρυθροῦ, πέλιον. ἀμφότερα γὰρ γίνεται. ἢν δὲ ὑπὸ τὰς φρένας ᾖ τὸ ἄλγημα, ἐς δὲ τὴν κληῖδα μὴ σημαίνῃ, μαλθάσσειν δεῖ τὴν κοιλίην, ἢ μέλανι ἐλλεβόρῳ, ἢ πεπλίῳ. μέλανι μὲν δαῦκον, ἢ σέσελι, ἢ κύμινον, ἢ ἄνισον, ἢ ἄλλο τι τῶν εὐωδέων μίσγοντα. πεπλίῳ δὲ, ὀπὸν σιλφίου. ἀτὰρ καὶ μισγόμενα ἀλλήλοισιν, ὁμοιότροπα ταῦτά ἐστιν. ἄγει δὲ μέλας μὲν καλλίω, καὶ κρισιμώτερα πεπλίου. πέπλιον δὲ, μέλανος μᾶλλον φυσέων καταρρηκτικώτερόν ἐστιν. ἄμφω δὲ ταῦτα, ὀδύνην παύει. παύει δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ὑπηλάτων. κράτιστα δὲ ταῦτα ὧν ἐγὼ οἶδά ἐστιν, ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τοῖσι ῥοφήμασι διδόμενα ὑπηλάτα, ἀρήγει, ὁκόσα μὴ ἄγαν ἐστὶν ἀηδέα, ἢ διὰ πικρότητα, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἀηδίην, ἢ διὰ πλῆθος, ἢ χροιὴν, ἢ ὑποψίην τινά. τὴν μὲν πτισάνην ὁκόταν πίῃ τὸ φάρμακον, ἐπιρροφέειν αὐτίκα χρὴ διδόναι, μηδὲν ἔλασσον ἀξίως λόγου, ἢ ὁκόσον εἴθισται. ἐπεὶ καὶ κατὰ λόγον ἐστὶ, μεσηγὺ τῆς καθάρσιος, μὴ διδόναι ῥοφέειν. ὁκόταν δὲ λήξῃ ἡ κάθαρσις, τότε ἔλασσον ῥοφεέτω, ἢ ὁκόσον εἴθισται. μετὰ δὲ τοῦτο ἀναγέτω αἰεὶ ἐπὶ τὸ πλεῖον, ἢν ἥ τε ὀδύνη πεπαυμένη ᾖ, καὶ μηδὲν ἄλλο ἐναντιῶται. οὗτος δέ μοι λόγος ἐστὶ, καὶ ἢν χυλῷ πτισάνης δέῃ χρέεσθαι. φημὶ γὰρ ἄμεινον εἶναι αὐτίκα ἄρξασθαι ῥοφεῖν τὸ ἐπίπαν μᾶλλον, ἢ προκενεαγγήσαντα ἄρξασθαι τοῦ ῥοφήματος, ἢ τριταῖον, ἢ τεταρταῖον, ἢ πεμπταῖον, ἢ ἑκταῖον, ἢ ἑβδομαῖον, ἢν γε μὴ προκριθῇ ἡ νοῦσος ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ.

potiſſimumq; in quibus vehementior febris ac maximum periculum ſubeſt, tempus hoc magnam habere facultatem. Ac primum ſucco maximè vtendum, deinde ptiſana, ad præſcripta ſigna diligenti adhibita attentione. Lateris autem dolorem, ſiue per exordia, ſiue poſtea incidat, fomentis calidis tentare diſſoluere abſurdum quidem non eſt. Quorum quidem optimum eſt aqua calida in vtre, vel veſica vaſe æneo aut teſtaceo adhibita. verum molle quippiam lateri, quò lenior fotus fiat, ſupponere oportet. vtiliter etiam admouetur ſpongia mollis & magna ex aqua calida expreſſa, fomentumq; linteo inuoluendum vt longiore tempore ſufficiat & perduret, ſimulq; ne vapor ad laborantis ſpiritum efferatur, niſi fortè & id ad aliquid conuenire videatur, quod & interdum vſu venit. Ad hæc autem & hordeum & eruum in aceto ita temperato, vt paulò acidius ſit quàm quis bibere queat, macerata & ferueſacta ſacculis conſuta apponere oportet, furfureſq; eodem modo. Ad ſiccum autem fomẽtum, ſales & miliũ torrefactum in ſacculis laneis maximè accommodantur. Lene enim & blandum eſt milium. Sed & mollia huiuſmodi fomenta dolores etiam ad iugulum pertingentes ſoluunt. At venę ſectio non æquè dolorem ſoluit, niſi dolor ad iugulũ pertingat. Quòd ſi ad calida fomenta dolor non remittat, non multo tẽpore calefacere conuenit, quòd id pulmonẽ exiccet, & pus intra thoracem colligat. Sed ſiquidem dolor ad iugulum de ſe ſignificationem præbeat, ad brachium verò, vel circa mammam, vel ſupra ſeptũ trãſuerſum grauitatis ſenſus inſit, internã in cubiti flexu venam ſecare, & quàm citiſſimè copioſum ſanguinem detrahere conuenit, eò vſq; dum multò rubicundior, aut pro puro & rubro liuidus effluat. vtrumque enim vſuuenit. Si verò eas quæ ſunt ſub ſepto tranſuerſo partes dolor affligat, nullamq; ad iugulum de ſe ſignificationem præbeat, aluum veratro nigro aut peplio emollire oportet, ea ratione, vt veratro quidem daucum, aut ſeſeli, aut cuminum, aut aniſum, aut aliud quippiam bene olens admiſceat, peplio verò laſeris ſuccum. Quanquam etiamſi inter ſe miſceantur, vnius ſunt generis, neque diſſimiliter agunt. Sed veratrum nigrum tum meliùs quàm peplium ventrem ſoluit, tum etiam ad iudicationem magis valet. Peplium verò flatus magis erumpere facit. Dolorem autem hæc duo ſedant. Sedant etiam & alia multa quæ aluum ſubducunt medicamenta. Sed ex his quæ noui hæc ſunt optima. Quandoquidem & quæ in ſorbitionibus exhibentur aluum ſubducentia medicamenta, iuuant, quæcunque vel propter amaritudinem, vel aliam quandã inſuauitatem, aut copiam, aut colorem, aut aliam quampiam ſuſpicionem non admodum ingrata exiſtunt. Ptiſanam quidem, vbi epotum eſt medicamentum, inſuper ſorbendam ſtatim dare oportet, neq; admodum minore quàm conſuetum eſt quantitate. Quandoquidem rationi conſentaneum eſt, media in purgatione ſorbitionem non exhibere. At vbi deſierit purgatio, tunc minore quàm conſueuerit quantitate abſumatur, deindè verò paulò maiore ſemper adducatur copia, ſi & dolor ſedatus fuerit, nihilque aliud aduerſetur. Idem etiam mihi dicendum vbi ptiſanæ cremore vti opus fuerit. Si quidem melius eſſe aſſero ſtatim omninò ſorbere incipere potiùs, quàm antea exinanitis vaſis, aut tertio, aut quarto, aut quinto, aut ſexto, aut ſeptimo die à ſorbitione inchoare, niſi quidem intra hoc tempus morbus priùs iudicatus fuerit.

In hiſq; conſimiles præparationes, quales dictæ ſunt, faciendæ. De ſorbitione igitur exhibenda ſic ſentio. Quin & de potu, qualemcunque tandem ex his qui deſcribentur, quis ſumpturus ſit, eadem omnino eſt ratio. At vero noui Medicos, qui contrà omninò quàm oporteat faciunt. Etenim volunt omnes vbi ſub initia morborum homines inedia præmacerarint, aut duos, aut tres, aut plures etiam dies, ita ſorbitiones & potiones exhibere, idque fortaſſis, quòd magnæ corporis mutationi, magnam etiam quandam mutationem contrà obiicere æquum ipſis videatur. Atqui mutatio quidem non parum bene habet, rectè tamen ipſa ſanè transferenda venit. Quin & ciborum exhibitio mutationis rationem etiam magis obtinet. Plurimùm igitur lædentur, niſi rectè mutatio fiat, qui tota Ptiſana vtentur. Læduntur etiam qui ſolo ſucco vtentur, & qui ſolo potu, quanquam ij minimè. Oportet autem & ex hominum adhuc ſanorum victus ratione, quænam conferant addiſcere. Etenim ſi ſanè in beneualentibus cibi inter ſe plurimum differre videntur, cùm in aliis quibuſdam, tum in mutationibus, an non in morbis multùm, maximeque in acutiſſimis different? Atqui quòd vitioſa victus ratio, tum in potu, tum in cibo, ſui ſemper ſimilis, ad ſanitatem omninò ſit tutior, quàm ſi quis ſubitò ad aliam meliorem magnam mutationem faciat, cognitu ſanè eſt facilè. Quandoquidem tum eos qui bis die, tum eos qui ſemel cibum ſumere conſueuerunt, repentinæ mutationes lædunt, & imbecillos reddunt, & qui quidem prandere non conſueti, ſi prandeant, confeſtim ægrè habent, & toto corpore graues, debiles, & pigri efficiuntur, quòd ſi præterea cœnauerint, acidum eructant, quibuſdam etiam aluus liquida contingit, nempe quòd præter conſuetudinem pondere grauetur ventriculus, inſuper ſiccari aſſuetus, non bis intumeſcere, neque bis cibos coquere. Iis igitur conuenit mutationem rependere. Dormire ſiquidem oportet, tanquàm noctem à cœna agentes, hyeme certè ſine frigore, æſtate verò citra calorem. Quòd ſi dormire nequeant, vbi multos lenta deambulatione circuitus confecerint, neque ſtent, nihilque, aut pauca & innoxia cœnent, prætereaque minùs, neque aquoſum bibant. Is præterea etiam magis afficietur, ſi ter die ad ſatietatem cibum capiat, ac multò magis ſi ſæpiùs. Quanquam multi ſunt qui ter die copioſum cibum facilè ferunt, quòd ita aſſueti ſint. Quin etiam qui bis die cibum ſumere conſueuerunt, niſi pranſi fuerint, debiles & infirmi ſunt, & ad quoduis opus timidi, & oris ventriculi dolore vexantur. Iis enim ſuſpenſa eſſe viſcera videntur, calidam & cum virore pallidam vrinam reddunt, & ſtercus exuritur, nonnullis quoque os amareſcit, oculi grauantur, tempora pulſant, & extrema perfrigerantur. Ac plurimi quidem non pranſi, cœnare nequeunt, qui ſi cœnauerint, ventriculum grauant, & difficiliùs multò decumbunt, quàm ſi pranſi fuiſſent.

αἱ δὲ παρασκευαὶ καὶ ἐπὶ τουτέοισι παραπλήσιαι ποιητέαι, οἷαί περ εἴρηνται. περὶ μὲν οὖν ῥοφήματος προσάρσιος οὕτω γινώσκω. ἀτὰρ καὶ περὶ ποτοῦ ὁκοῖον ἄν τις μέλλῃ πίνειν τῶν γραφησομένων, ωὐτὸς μοι λόγος ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐστί. οἶδα δὲ καὶ τοὺς ἰητροὺς τὰ ἐναντιώτατα ἢ ὡς δεῖ ποιοῦντας. βούλονται γὰρ ἅπαντες ὑπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων προταριχεύσαντες τοὺς ἀνθρώπους, ἢ δύο, ἢ τρεῖς, ἢ καὶ πλείονας ἡμέρας, οὕτω προσφέρειν τὰ ῥοφήματα, καὶ τὰ ποτά. καὶ ἴσως τι καὶ εἰκὸς δοκέει αὐτέοισιν εἶναι. μεγάλης τῆς μεταβολῆς γινομένης τῷ σώματι, μέγα τι κάρτα καὶ ἀντιμεταβάλλειν. τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν εὖ ἔχει, μὴ ὀλίγον. ὀρθῶς μέντοι γε μεταβιβαστέη καὶ ἡ μεταβολή. καὶ ἔκ γε τῆς μεταβολῆς, ἡ προσάρσις τῶν γευμάτων ἔτι μᾶλλον. μάλιστα μὲν οὖν βλάπτοιντο ἄν, ἢν μὴ ὀρθῶς μεταβάλλοιεν οἱ ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεώμενοι. βλάπτοιντο δ' ἄν, καὶ οἱ μούνῳ τῷ χυλῷ χρεώμενοι. βλάπτοιντο δ' ἄν, καὶ οἱ μούνῳ τῷ ποτῷ χρεώμενοι ἥκιστα δὲ οὗτοι. χρὴ δὲ καὶ τὰ μαθήματα ποιέεσθαι ἐν τῇ διαίτῃ τῶν ἀνθρώπων ἔτι ὑγιαινόντων, οἷα ξυμφέρει. εἰ γὰρ δὴ τοῖσί γε ὑγιαίνουσι φαίνεται διαφέροντα μεγάλα, τὰ τοῖα ἢ τοῖα διαιτήματα, καὶ ἐν ἄλλῳ τινί που, καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσι, πῶς οὐχὶ καὶ ἔνγε τῇσι νούσοισι διαφέρει μεγάλα, καὶ τουτέων ἐν τῇσιν ὀξυτάτῃσι μάλιστα; ἀλλὰ μὴν εὐκαταμάθητόν γε ἐστὶν, ὅτι φαύλη δίαιτα βρώσιος καὶ πόσιος, αὐτὴ ἑωυτῇ ἐμφερὴς αἰεὶ ἀσφαλεστέρη ἐστὶ τὸ ἐπίπαν ἐς ὑγείην, ἢ εἴ τις ἐξαπίνης μέγα μεταβάλλοι ἐς ἄλλο κρεῖττον. ἐπεὶ καὶ τοῖσι δὶς σιτεομένοισι τῆς ἡμέρης, καὶ τοῖσι μονοσιτέουσιν αἱ ἐξαπιναῖοι μεταβολαὶ, βλάβας καὶ ἀῤῥωστίην παρέχουσι, καὶ τοὺς μέν γε μὴ μεμαθηκότας ἀριστᾷν, εἰ ἀριστήσουσιν, εὐθέως ἀῤῥώστους ποιέει. καὶ βαρέας ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ἀσθενέας, καὶ ὀκνηρούς. ἢν δὲ καὶ ἐπιδειπνήσωσιν, ὀξυρεγμιώδεας. ἐνίοισι δὲ,[16] καὶ σπατίλη γένοιτ' ἄν, ὁκόταν παρὰ τὸ ἔθος ἀχθοφορήσῃ ἡ κοιλίη, εἰθισμένη ἐπιξηραίνεσθαι καὶ μὴ δὶς διογκοῦσθαι μήτε δὶς ἕψειν τὰ σιτία. ἀρήγει οὖν τουτέοισιν,[17] ἀντισηκῶσαι τὴν μεταβολήν. ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρὴ, ὡς νύκτα ἄγοντα μετὰ τὸ δεῖπνον. τοῦ μὲν χειμῶνος, ἀῤῥιγέως, τοῦ δὲ θέρεος, ἀθαλπέως. ἢν δὲ μὴ δύνηται καθεύδειν, βραδεῖαν, συχνὴν ὁδὸν, πλανηθέντα, μὴ στάσιμον, δειπνῆσαι μηδὲν, ἢ ὀλίγα, καὶ μὴ βλαβερά. ἔτι δὲ ἔλασσον πιεῖν καὶ μὴ ὑδαρές. ἔτι δ' ἂν μᾶλλον, πονήσειεν ὁ τοιοῦτος, εἰ τρὶς σιτοῖτο τῆς ἡμέρης ἐς κόρον. ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ πλεονάκις. καίτοι γε πολλοί εἰσιν οἳ εὐφόρως φέρουσι τρὶς σιτεόμενοι τῆς ἡμέρης ἐς πλῆθος, οἳ ἂν οὕτως ἐθισθῶσιν. ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ μεμαθηκότες δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, ἢν μὴ ἀριστήσωσιν, ἀσθενέες καὶ ἄῤῥωστοί εἰσι καὶ δειλοὶ ἐς πᾶν ἔργον, καὶ καρδιαλγέες. κρεμᾶσθαι γὰρ δοκέει τὰ σπλάγχνα αὐτέοισι. καὶ οὐρέουσι θερμὸν καὶ χλωρὸν. καὶ ἡ ἄφοδος ξυγκαίεται. ἔστι δ' οἷσι καὶ τὸ στόμα πικραίνεται. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ κοιλαίνονται καὶ οἱ κρόταφοι πάλλονται. καὶ τὰ ἄκρα διαψύχονται. καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν ἀνηριστηκότων, οὐ δύνανται κατεσθίειν τὸ δεῖπνον. δειπνήσαντες δὲ βαρύνουσι τὴν κοιλίην, καὶ δυσκοιτέουσι πολὺ μᾶλλον, ἢ εἰ προηριστήκεσαν.

ὁκότε γοῦν τὰ τοιαῦτα γίνεται τοῖσιν ὑγιαίνουσιν εἵνεκεν ἡμίσεος ἡμέρης διαίτης μεταβολῆς παρὰ τὸ ἔθος, οὔτε προσθεῖναι λυσιτελέειν φαίνεται, οὔτε ἀφελεῖν. Εἰ τοίνυν οὗτος ὁ παρὰ τὸ ἔθος μονοσιτήσας ὅλην ἡμέρην κενεαγγήσας δειπνήσειεν ὁκόσον εἴθιστο, εἰκὸς αὐτὸν εἰ τότε ἀνάριστος ἐὼν, ἐπόνεε, καὶ ἠῤῥώστει, δειπνήσας δὲ τότε βαρὺς ἦν, πουλὺ μᾶλλον βαρύνεσθαι. Εἰ δέ γε ἐπὶ πλείω χρόνον κενεαγγήσας, ἐξαπίνης μεταδειπνήσειεν, ἔτι μᾶλλον ἂν βαρύνοιτο. Τὸν γοῦν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγήσαντα ξυμφέρει ταύτην τὴν ἡμέρην ἀντισηκῶσαι ὧδε, ἀῤῥιγέως καὶ ἀθαλπέως καὶ ἀταλαιπώρως. ταῦτα γὰρ πάντα βαρέως ἂν ἐνέγκοι. τὸ δὲ δεῖπνον συχνῷ ἔλασσον ποιήσασθαι, ἢ ὅσον εἴθιστο, καὶ μὴ ξηρὸν, ἀλλὰ τοῦ πλαδαρωτέρου τρόπου. καὶ μετὰ τοῦτο, πιεῖν μὴ ὑδαρὲς, μηδὲ ἔλασσον, ἢ κατὰ λόγον βρώματος. καὶ τῇ ὑστεραίῃ, ὀλίγα ἀριστῆσαι, ὡς ἐκ προσαγωγῆς ἀφίκηται ἐς τὸ ἔθος. αὐτοὶ μὲν τοίνυν σφέων αὐτῶν δυσφορώτερον δὴ τὰ τοιαῦτα φέρουσιν οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω, τὴν δὲ ἀσιτίην τὴν παρὰ τὸ ἔθος, οἱ φλεγματίαι τὰ ἄνω εὐφορώτερον φέρουσι τὸ ἐπίπαν ὥστε καὶ τὴν μονοσιτίην, τὴν παρὰ τὸ ἔθος, εὐφορώτερον ἂν οὗτοι ἐνέγκοιεν. ἱκανὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο σημεῖον, ὅτι αἱ μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμέων καὶ τὰς ἕξιας συμβαινόντων μάλιστα νοσοποιέουσιν. οὐδ᾽ εἰ οἷόν τε παρὰ καιρὸν, οὔτε σφοδροτάτας κενεαγγείας ποιέειν. οὔτε ἀκμαζόντων τῶν νουσημάτων, καὶ ἐν φλεγμασίῃ ἐόντων προσφέρειν. οὔτε ἐξαπίνης οἷόν τε ὅλῳ τῷ πρήγματι μεταβάλλειν, οὔτε ἐπὶ τὰ, οὔτε ἐπὶ τά. Πολλὰ δ᾽ ἄν τις ἀδελφισμένα τουτέοισι τῶν ἐς κοιλίην καὶ ἄλλα εἴποι, ὡς εὐφόρως μὲν φέρουσι τὰ βρώματα, ἃ εἰθισμένοι εἰσὶν, εἰ καὶ μὴ ἀγαθὰ ᾖ φύσει. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ποτά. δυσφόρως δὲ φέρουσι τὰ βρώματα, ἃ μὴ εἰθισμένοι εἰσὶν, εἰ καὶ κακὰ ᾖ. ὡσαύτως δὲ καὶ ποτά. καὶ ὁκόσα μὲν κρεοφαγίη πολλὴ παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα ποιέει. ἢ σκόροδα. ἢ σίλφιον. ἢ ὀπὸς. ἢ καυλὸς. ἢ ἄλλα ὁκόσα τοιουτότροπα, μεγάλας δυνάμιας ἔχοντα ἰδίας. ἧσσον ἄν τις θαυμάσειεν, εἰ τὰ τοιαῦτα πόνους ἐμποιέει τῇσι κοιλίῃσι μᾶλλον τῶν ἄλλων. ἀλλ᾽ εἰ καταμάθοις ὁκόσον ἂν μᾶζα τε ὄχλον, καὶ ὄγκον, καὶ φῦσαν, καὶ στρόφον, τῇ κοιλίῃ παρέχει παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα, τῷ μὴ μαζοφαγέειν εἰθισμένῳ. ἢ αὖθις τε ὁ ἄρτος θερμὸς βρωθείς. οἵην δίψαν παρέχει. καὶ ἐξαπιναίην πληθώρην, διὰ τὸ ξηραντικόν τε καὶ βραδύπορον. καὶ οἱ ἄγαν καθαροί τε καὶ ξυγκομιστοὶ παρὰ τὸ ἔθος βρωθέντες, οἷα διαφέροντα ἀλλήλων ποιέουσι. καὶ μᾶζά τε ξηρὴ παρὰ τὸ ἔθος, ἢ ὑγρὴ, ἢ γλίσχρη. καὶ τὰ ἄλφιτα οἷόν τι ποιέει τὰ ποτάμια, τοῖσι μὴ εἰωθόσι. καὶ τὰ ἑτεροῖα, τοῖσι τὰ ποτάμια εἰωθόσι. καὶ οἰνοποσίη, καὶ ὑδροποσίη παρὰ τὸ ἔθος εἰς θάτερα μεταβληθέντα ἐξαπίνης, καὶ ὑδαρής τε οἶνος, καὶ ἄκρητος παρὰ τὸ ἔθος ἐξαπίνης ποθείς. ὁ μὲν γὰρ πλάδον τε ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ ἐμποιήσει, καὶ φῦσαν ἐς τὴν κάτω. ὁ δὲ παλμὸν φλεβῶν, καὶ καρηβαρίην, καὶ δίψαν. καὶ λευκός τε καὶ μέλας οἶνος παρὰ τὸ ἔθος μεταβάλλοντι εἰ καὶ ἄμφω οἰνώδεες εἶεν, ὅμως πολλὰ ἂν ἑτεροιώσειαν κατὰ τὸ σῶμα. ὡς δὴ γλυκύν τε καὶ οἰνώδεα οἶνον, ἧσσον ἄν τις φαίη θαυμαστὸν εἶναι, μὴ τωὐτὸ δύνασθαι ἐξαπίνης μεταβληθέντα. Τιμωρητέον δὲ τοιόνδε τι μέρος, τῷ ἐναντίῳ λόγῳ, ὅτι ἡ μεταβολὴ τῆς διαίτης

Cùm igitur talia ſanis contingant ob dimidiatæ diei victus à conſuetudine mutationem, neq; apponere quicquam, neque detrahere vtile eſſe videtur. Qui ergo præter conſuetudinem ſemel cibum capiens, vbi tota die exinanitis vaſis pro conſuetudine cœnauerit, hunc par eſt, ſi cum impranſus fuit doluit & debilis fuit, & cùm cœnauit, grauis fuit, multò magis grauari. Quòd ſi longiore tempore exinanitis vaſis repentè cœnauerit, adhuc vtique magis grauabitur. Qui igitur præter conſuetudinem exinanitus fuerit, eum hunc diem ſic rependere conuenit, vt inprimis vitet frigus, calorem & laborem, cùm hęc omnia grauiter ferat; & cœnam longè ſolito minorem capiat, eamq; non ſiccam, ſed quodammodo humentiorem. Deinde minimè aquoſum bibat, neque minùs quàm pro cibi ratione, poſteroq; die parum prandeat, quò ſenſim acceſſione facta ad conſuetudinem redeat. Iſta tamen eorum quidam moleſtiùs ferunt, nempe qui ſupernis partibus copioſam amaram bilem coaceruant. Non conſuetam autem cibi abſtinentiam, faciliùs in totum ferunt, qui partibus ſuperioribus pituitoſi ſunt. Quò fit, vt ij ſemel tantùm cibum præter conſuetudinem capiant, faciliùs eam ferre poſſint. Iſtud igitur euidenti eſt argumento, quòd eorum quæ circa naturam atque habitum noſtrum contingunt, maximæ mutationes, morbos potiſſimùm pariunt. Neque intempeſtiuas, neq; vehementiſſimas vaſorum inanitiones moliri fas eſt, neq; cùm morbi vigent & in inflammatione conſiſtunt, cibum offerre, neque repentè quicquam, in hanc vel illam partem, in toto negotio immutare. Multa verò eorum quæ circa ventrem contingunt, itemque alia his cognata referre quis poſſit. veluti quòd cibos quidem leuiter ferunt quibus aſſueuerunt, etiamſi natura boni non ſint, eodemque modo potiones. Moleſtè autem ferunt cibos quibus minimè ſunt aſſueti, quamuis boni ſint, ſimiliter & potus. Et quæcunque quidem multus præter conſuetudinem carnis eſus facit, vel allium, vel laſer, aut eius ſuccus, aut caulis, aliaq; id genus peculiaribus quibuſdam inſignibus viribus prędita, minùs vtique quis miretur, ſi, quæ ſunt huiuſmodi, dolores ventriculis magis quàm alia adducant. Verùm [minùs fortaſſe miraberis] ſi noueris quantam maza turbationem, & tumorem, & flatum, & tormina præter conſuetudinem ingeſta ventriculo exhibeat ei qui ea veſci minimè conſueuit. vel qualem panis ipſe calidus ingeſtus ſitim inducat & repentinam repletionem, tum quòd exiccet, tum etiam quod tardè deſcendat. Et quàm varia inter ſe efficiant panes puriſſimi & confuſanei, in cibo præter conſuetudinem aſſumpti. Itemq́ue maza præter morem ſicca, aut humida, aut lenta, & qualè quid efficiant polentæ recentes in non aſſuetis, aliæq; iis qui recentibus ſunt aſſueti. Itemq; vini & aquæ potus præter conſuetudinem inuicem derepente permutatus, & aquoſum vinum & merum præter morem ſubitò epotum. Illud namque in ſuperiore ventre redundantem humiditatem, & in inferiore flatum inducet, hoc verò venarum palpitationem, capitis grauitatem & ſitim. Tum etiam vinum album & nigrum ſi quis præter conſuetudinem immutet etiamſi ambo vinoſa fuerint, multa tamen in corpore alterarint, vt minùs quis eſſe mirum dixerit, dulce & vinoſum vinum vbi repente permutata fuerint, non idem poſſe. At contrario ſermoni quadam ex parte fauendum eſt, nempe cùm his victus

ratio facta ſit, corpore neque ad robur, vt cibos adiicere, neq; ad debilitatem, vt cibos demere oporteat, immutato. Inſuper in ſingulis & robur, & morbi genus coniectandum eſt, tum etiam hominis natura, tum ægri victus conſuetudo, neque in cibis ſolùm, verùm etiam in potionibus. Ad ciborum autem adiectionem multò minùs attendendum eſt. Nam & ſubtrahere omninò ſæpenumero expedit, dum ægro ſufficere poſſe videatur, donec morbi vigor ad maturitatem perducatur. Quod in quibus faciendum ſit, paulò poſt ſcribetur. Multa verò etiam alia his quæ dicta ſunt ſimilia quis ſcribere poſſit. Iſtud certè efficacius eſt teſtimonium. Neque enim rei quæ plurimùm in quæſtione verſatur cognatum exiſtit, ſed res ipſa valdè idoneum præbet documentum. Nam & per acutorum morborum exordia,quandoque quidem eodem quo laborare cœperunt die cibos comederunt, quidam etiam poſtridie, nonnulli quoque quiduis, alij etiam quendam potionis cinnum (cyceona dictum) ſorbendo ſumpſerunt. Hæc autem omnia deteriora quidem ſunt, quàm ſi quis aliam victus rationem inſtituat. Multò tamen minùs lædunt quæ hoc tempore peccata committuntur, quàm ſi primis duobus vel tribus diebus, vaſa quis omninò exinanierit, mox quarto vel quinto die talem cibum exhibeat. Quinetiam multò deterius eſt, ſi quis totis his diebus vaſis antea exinanitis, poſterioribus deinceps diebus ita victum inſtituat, priùs quàm morbus maturus euadat. Hac enim ratione plurimis liquidò mortem inferet, niſi mitis omninò morbus extiterit. Quæ verò per initia errata committuntur,his non ſimiliter incurabilia exiſtunt, ſed multò faciliùs ſanantur.Hoc ſanè maximo argumento eſſe arbitror, nulla ſorbitione abſtinendum in quibus paulò pòſt futurum eſt vt his aut illis ſorbitionibus vti debeant. Prorſus igitur ignorant qui hordeacea vtũtur ptiſana, quòd ab ea malè habent, vbi duobus vel tribus,vel etiam pluribus diebus antea exinanitis vaſis ſorbere cœperint. Neque rurſus qui cremore vtuntur, quòd ſorbentes lædantur intelligunt, vbi non rectè ſorbitionem inchoauerint.Hoc tamen cauent & agnoſcunt magnam adferre læſionem, ſi antequam morbus ad maturitatem peruenerit, æger hordeaceam ptiſanam ſorbeat, cremore vti aſſuetus. Hæc igitur omnia magno ſunt indicio, quòd Medici non rectè ægrotantes ad cibos adducant, ſed in quibus morbis vaſa exinaniri non expedit, & in quibus ſorbitione vtendum ſit, in iis vaſa exinaniant, & in quibus ex vaſorum inanitione ad ſorbitiones tranſeundum non ſit, in his tranſeant, idque plerumque exquiſitè. Interdum verò eo tempore ex vaſorum inanitione in ſorbitiones commutant, quo plærumque ex ſorbitionibus ad vaſorum inanitionem accedere expedit, ſi ita morbus ingraueſcens tulerit. Interdum etiam cruda à capite attrahuntur, & à thoracis regione biliosa, vigiliæque iis accedunt, ob quas non coquitur morbus, valdéque triſtes & amarulenti euadunt, delirio tentantur, & iis oculi vibranti ſplendore coruſcant, aures ſono implentur, extrema perfrigeſcunt, vrinæ incoctæ, ſputa tenuia fiunt, ſalſa, & colore ſincero tincta,& pauca,

τουτέοισιν ἐγένετο, οὐ μεταβάλλοντος τοῦ σώματος, οὔτε ἐπὶ τὴν ῥώμην, ὥστε προσθέσθαι δεῖν σιτία, οὔτε ἐπὶ τὴν ἀῤῥωστίην, ὥστε ἀφαιρεθῆναι. προστεκμαρτέα δὴ καὶ ἰσχὺς, καὶ ὁ τρόπος τοῦ νοσήματος ἑκάστου, καὶ τῆς φύσιος τοῦ τε ἀνθρώπου καὶ τοῦ ἔθεος, καὶ τῆς διαίτης τοῦ κάμνοντος, οὐ μόνον σιτίων, ἀλλὰ καὶ ποτῶν. πολλῷ δὲ ἧσσον ἐπὶ τὴν πρόσθεσιν ἰτέον. ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελεῖ, ὅκου διαρκέειν μέλλει ὁ κάμνων, μέχρις ἂν τῆς νούσου ἡ ἀκμὴ πεπανθῇ. ἐν ὁκοίοισι δὲ τὸ τοιόνδε ποιητέον γεγράψεται. πολλὰ δ' ἄν τις καὶ ἄλλα ἠδελφισμένα τοῖσιν εἰρημένοισι γράφοι, τό γε μὴν κρέσσον μαρτύριον. οὐ γὰρ ἠδελφισμένον ἐστὶ τῷ πρήγματι, περὶ οὗ μοι ὁ πλεῖστος λόγος εἴρηται. ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρῆγμα, ἐπικαιρότατόν ἐστι διδακτήριον. οἱ γὰρ ἀρχόμενοι τῶν ὀξέων νουσημάτων, ἔστιν ὅτε οἱ μὲν σιτία ἔφαγον αὐθημερὸν, ἠργμένοι ἤδη. οἱ δὲ, καὶ τῇ ὑστεραίῃ. οἱ δὲ, καὶ ἐῤῥόφεον τὸ προστυχόν. οἱ δὲ, καὶ κυκεῶνα ἐῤῥόφεον. ἅπαντα δὲ ταῦτα, κακίω μέν ἐστιν ἢ εἰ ἑτεροίως τις διαιτηθείη. πολλῷ μέντοι ἐλάσσω βλάβην φέρει, ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἁμαρτηθέντα, ἢ εἴ τις τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς κενεαγγήσειε τελέως. τεταρταῖος δὲ ἐὼν, τοιάδε διαιτηθείη, ἢ καὶ πεμπταῖος. ἔτι μέντοι κάκιον, εἰ ταύτας πάσας τὰς ἡμέρας προκενεαγγήσας, ἐν τῇσιν ὕστερον ἡμέρῃσιν, οὕτω διαιτηθείη, πρὶν ἢ πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον. οὕτω μὲν γὰρ θάνατον φέρει φανερῶς τοῖσι πλείστοισιν, ἢν μὴ παντάπασί τις εὐήθης ἡ νοῦσος ἔῃ. αἱ δὲ κατ' ἀρχὰς ἁμαρτάδες, οὐχ ὁμοίως ταύτῃσιν ἀνήκεστοί εἰσιν, ἀλλὰ πολλῷ εὐακεστότεραι. τοῦτο οὖν ἡγεῦμαι μέγιστον διδακτήριον, ὅτι οὐ στερητέαι αἱ πρῶται ἡμέραι τοῦ ῥοφήματος, ἢ τοίου, ἢ τοίου, τοῖσι μέλλουσιν ὀλίγον ὕστερον ῥοφήμασιν, ἢ τοίοις, ἢ τοίοις χρέεσθαι. πυθμένοθεν μὲν οὖν οὐκ ἴσασιν, οὐδ' οἱ τῇσι κριθώδεσι πτισάνῃσι χρεόμενοι, ὅτι αὐτέῃσι κακοῦνται. ὁκόταν ῥοφέειν ἄρξωνται, ἢν προκενεαγγήσωσι, δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας ἢ καὶ πλείους· οὔτ' αὖ οἱ τῷ χυλῷ χρεόμενοι γινώσκουσιν ὅτι αὐτέοισι βλάπτονται ῥοφέοντες, ὅταν μὴ ὀρθῶς ἄρξωνται τοῦ ῥοφήματος. τόδε μὲν φυλάσσουσι καὶ γινώσκουσιν, ὅτι μεγάλην τὴν βλάβην φέρει, ἢν πρὶν πέπειρον τὴν νοῦσον γενέσθαι κριθώδεα πτισάνην ῥοφήσῃ ὁ κάμνων, εἰθισμένος χυλῷ χρέεσθαι. πάντα οὖν ταῦτα, μεγάλα μαρτύρια, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἄγουσιν εἰς τὰ διαιτήματα οἱ ἰητροὶ τοὺς κάμνοντας, ἀλλ' ἐν ᾗσί γε νούσοισιν οὐ χρὴ κενεαγγέειν τοὺς μέλλοντας ῥοφήμασι διαιτᾶσθαι, κενεαγγέουσιν. ἐν ᾗσί τε οὐ χρὴ μεταβάλλειν ἐκ κενεαγγείης ἐς ῥοφήματα, ἐν ταύτῃσι μεταβάλλουσι, καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ ἁμαρτάνουσιν. ἐνίοτε δὲ, ἐν τοῖσι καιροῖσι μεταβάλλουσιν ἐς τὰ ῥοφήματα ἐκ τῆς κενεαγγείης, ἐν οἷσι πολλάκις ἀρήγει ἐκ τῶν ῥοφημάτων πλησιάζειν τῇ κενεαγγείῃ, ἢν οὕτως τύχῃ παροξυνομένη ἡ νοῦσος. ἐνίοτε δὲ καὶ ὠμὰ ἐπισπῶνται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ περὶ τὸν θώρηκα τόπου χολώδεα. ἀγρυπνίαι τε συμπίπτουσιν αὐτέοισι, δι' ἃς οὐ πέσσεται ἡ νοῦσος. περίλυποί τε καὶ πικροὶ γίνονται, καὶ παραφρονέουσι. καὶ μαρμαρυγώδεα σφέων τὰ ὄμματα. καὶ αἱ ἀκοαὶ ἤχου μεσταί. καὶ τὰ ἀκρωτήρια κατεψυγμένα. καὶ οὖρα ἄπεπτα. καὶ πτύσματα λεπτὰ, καὶ ἁλυκὰ, καὶ κεχρωσμένα ἀκρήτῳ χρώματι σμικρά. καὶ ἱδρῶ-

καὶ ἱδρῶτες περὶ τὸν τράχηλον καὶ διαπορήματα. [26] καὶ πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ, πυκνὸν, ἢ μέγα λίην. ὀφρύες δεινώσιος μετέχουσαι. λειποψυχώδεα πονηρά. καὶ τῶν ἱματίων ἀπορρίψιες ἀπὸ τοῦ στήθεος. καὶ χεῖρες τρομώδεες. ἐνίοτε δὲ καὶ χεῖλος τὸ κάτω σείεται. ταῦτα δὲ ἐν ἀρχῇσι παραφαινόμενα, παραφροσύνης δηλωτικά εἰσι σφοδρῆς. καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἀποθνήσκουσιν. οἱ δὲ διαφεύγοντες ἢ μετὰ ἀποστήματος, ἢ αἵματος ῥύσιος ἐκ τῆς ῥινὸς, ἢ πύον παχὺ πτύσαντες διαφεύγουσιν· ἄλλως δὲ οὔ. οὐδὲ γὰρ τῶν τοιουτέων ὁρέω ἐμπείρους τοὺς ἰητροὺς, ὡς χρὴ διαγινώσκειν τὰς ἀσθενείας ἐν τῇσι νούσοισιν, αἵ τε διὰ κενεαγγείην ἀπολέλυνται, αἵ τε δι' ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν, αἵ τε διὰ πόνον, καὶ ὑπὸ ὀξύτητος τῆς νούσου. ὁκόσα τε ἡμέων ἡ φύσις καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισιν ἐκτεκνοῖ πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα. καίτοι σωτηρίην ἢ θάνατον φέρει, γινωσκόμενα, ἢ ἀγνοούμενα τὰ τοιαῦτα. μέζον μὲν γὰρ κακόν ἐστιν, ἢν διὰ τὸν πόνον καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς νούσου ἀσθενέοντι, προσφέρῃ τις ποτὸν, ἢ ῥόφημα πλεῖον, ἢ σιτίον, οἰόμενος διὰ κενεαγγείην ἀσθενέειν. [27] ἀεικὲς δὲ καὶ διὰ κενεαγγείην ἀσθενέοντα, μὴ γνῶναι καὶ πιέζειν τῇ διαίτῃ. φέρει μὲν γάρ τινα κίνδυνον καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτάς. πολλῷ δὲ ἧσσον, τῆς ἑτέρης. καταγελαστοτέρη δὲ πολλῷ αὕτη μᾶλλον ἡ ἁμαρτὰς τῆς ἑτέρης. εἰ γὰρ ἄλλος ἰητρὸς ἢ καὶ ἰδιώτης εἰσελθὼν, καὶ γνοὺς τὰ συμβεβηκότα, δοίη καὶ φαγεῖν, καὶ πιεῖν, ἃ ὁ ἕτερος ἐκώλυσεν, ἐπιδήλως ἂν δοκέοι ὠφεληκέναι. τὰ δὲ τοιαῦτα μάλιστα καθυβρίζεται τῶν χειρωνακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. δοκέει γὰρ αὐτέοισιν ὁ ἐπεσελθὼν ἰητρὸς, ἢ ἰδιώτης, ὥσπερεὶ τεθνεῶτα ἀναστῆσαι. γεγράψεται οὖν καὶ περὶ τουτέου, σημεῖα οἷσι δεῖ ἕκαστα τουτέων διαγινώσκειν. παραπλήσια μέντοι τοῖσι κατὰ κοιλίην καὶ ταῦτά ἐστι. καὶ γὰρ ἢν ὅλον τὸ σῶμα ἀναπαύσηται πουλὺ παρὰ τὸ ἔθος, οὐκ αὐτίκα ἔρρωται μᾶλλον. ἢν δὲ δὴ καὶ πλείω χρόνον διελινύσαν ἐξαπίνης ἐς τοὺς πόνους ἔλθῃ, φλαῦρόν τι πρήξειεν ἐπιδήλως. οὕτω δὲ καὶ ἓν ἕκαστον τοῦ σώματος. καὶ γὰρ ἢν οἱ πόδες τοιόνδε τι πρήξειαν, καὶ τὰ ἄλλα ἄρθρα μὴ εἰθισμένα πονέειν, ἢν διὰ χρόνου ἐξαπίνης πρὸς τὸ πονεῖν ἔλθῃ. ταὐτὰ δ' ἂν καὶ οἱ ὀδόντες καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ πάθοιεν, καὶ πᾶν ὁτιοῦν. ἐπεὶ καὶ κοίτη ἡ παρὰ τὸ ἔθος μαλθακὴ, πόνον ἐμποιέει. καὶ σκληρὴ παρὰ τὸ ἔθος. καὶ ὕπαιθρος εὐνὴ παρὰ τὸ ἔθος, σκληρύνει τὸ σῶμα. ἅπερ καὶ τὰ τῶν τοιῶνδε πάντων, ἀρκέει παραδείγματα γράψαι. εἰ γάρ τις ἕλκος λαβὼν ἐν κνήμῃ, μήτε λίην ἐπίκαιρον, μήτε λίην εὐηθὲς ὂν, καὶ μήτε ἄγαν δυσελκὴς ὢν, μήτε ἄγαν εὐελκὴς, αὐτίκα ἀρξάμενος ἐκ πρώτης κατακείμενος ἰητρεύοιτο, καὶ μηδαμῇ μετεωρίζοι τὸ σκέλος, [28] ἀφλέγμαντος μὲν ἂν οὗτος εἴη, καὶ ὑγιὴς πολλῷ θᾶσσον οὗτος γένοιτο, ἢ εἰ πλανώμενος ἰητρεύοιτο. εἰ μέντοι πεμπταῖος, ἢ ἑκταῖος, ἢ καὶ ἔτι ἀνωτέρω ἀναστὰς, ἐθέλοι προβαίνειν, μᾶλλον ἂν πονέοι τότε, ἢ εἰ αὐτίκα ἐξ ἀρχῆς πλανώμενος ἰητρεύοιτο. εἰ δὲ καὶ πολλὰ ταλαιπωρήσειεν ἐξαπίνης, πολλῷ ἂν μᾶλλον πονήσειεν, ἢ ἐκείνως ἰητρευόμενος ταῦτα ταλαιπωρήσειεν ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσι. διὰ τέλεος οὖν μαρτυρεῖ ταῦτα πάντα ἀλλήλοισιν, ὅτι πάντα ἐξαπίνης μέζω πολλῷ τοῦ μετρίου μεταβαλλόμενα ἐπὶ τὰ, καὶ ἐπὶ τὰ, βλάπτει. πολλαπλασίη μὲν οὖν κατὰ κοιλίην ἡ βλάβη ἐστὶν, ἢν ἐκ πολλῆς κενεαγγείης, ἐξαπίνης πλέον τοῦ μετρίου προσαίρηται·

ſudores circa ceruicem contingunt, & anxietates, ſpiritus in ea quæ ſurſum fit latione offenſans, creber & magnus valdè, ſupercilia quodammodo amplificantur, prauæ animi defectiones, veſtium à pectore reiectiones, & manus tremulæ, atq; interdū labij inferioris concuſſio. Quæ ſi initiis compareant, grauis delirij ſignificationem exhibent, & plerunq; moriūtur. Qui verò euadunt, ij cum abſceſſu, vel ſanguinis ex naribus profluuio, vel puris craſſi excreatione, neque aliter euadunt. Neq; certè horum ita peritos Medicos video, vt virium infirmitates in morbis dignoſcant, quæ vel ex vaſorum inanitione perficiuntur, & quæ vel ob aliud quoddam irritamentum, quæq; ob dolorem & morbi vehementiam, quaſq; omnis generis affectuum ſpecies natura noſtra & habitus in ſingulis pariat, quamuis hæc cognita aut ignorata ſalutem aut mortem afferunt. Maius ſiquidem malum eſt, ſi ob dolorem aut morbi vehementiam debilitato quis potum aut ſorbitionem copioſiorem aut cibum exhibeat, ob vaſorum inanitionem debilem eſſe ratus. Indecorum autem eſt probroq; vertitur, ſi quis ex vaſorum inanitione ægrè habentē non agnoſcat, & victus ratione opprimat. Periculum ſiquidē quoddam affert hoc erratum, multò tamen minùs quam alterum, illoq; longè maiore riſu dignius eſt. Nam ſi quis alius Medicus aut plebeius acceſſerit, & quę cōtigerunt cognouerit, cibumq; & potum quem alter prohibuerit exhibuerit, is proculdubio auxilium attuliſſe videatur. Atq; iſta præcipuè artifices apud homines infamant. Hic enim ſuperueniens Medicus vel plebeius, tanquam mortuum ſuſcitaſſe videtur. Horum igitur etiam ſigna, ex quibus ſingula dignoſcere oporteat, ſcribentur. Sed tamen & hæc ſunt his quæ circa ventrem contingunt conſimilia. Etenim ſi totum corpus præter ſolitum multum quieuerit, non confeſtim robuſtius euadit. Si verò ſanè ex diutino otio repente ſe ad labores contulerit, manifeſtum quoddam vitium efficiet. Eodem etiam modo de ſingulis corporis partibus exiſtimandum. Nam & pedes tale quiddam efficient, & reliqui articuli laborare non aſſueti, vbi longo poſt interuallo derepente ad laborem ſe conuerterint. Eodemque modo dentes, & oculi, & quæuis alia corporis pars afficietur, quandoquidem & lectus præter conſuetudinem mollis laborem facit, itemque durus præter ſolitum. Quin & ſub dio præter morem ſtratus corpus indurat. Sed & horum omnium exempla ſcribere confert. Si quis enim accepto in tibia vlcere neque admodum inſigni, neque valdè contemnendo, iſque ad vlcera neque admodum difficulter, neque etiam admodum facilè ſe habeat, ſtatim ab initio primo die decumbens curetur, & nequaquam crus attollat, hic quidem ſine inflammatione erit, multoque citiùs hoc modo ſanus euadet, quàm ſi ſenſim obambulans curaretur. Si tamen quinto, vel ſexto, vel ſuperiore adhuc aliquo die ſurgens progredi voluerit, magis vtique tunc affligetur, quàm ſi ſtatim ab initio ſenſim oberrans curatus fuiſſet. Quòd ſi etiam multùm derepente laborauerit, multò magis affligetur, quàm ſi illo modo curatus, illis diebus ita laboraſſet. Hæc igitur omnia inter ſe ſemper atteſtantur, quòd omnis ſubita ſupra modum in hæc vel illa magna mutatio lædit. Varia itaque in ventre eſt læſio, vbi ex multa vaſorum inanitione plus iuſto derepente cibus ingeritur.

Quin & reliquum corpus ſi ex longa quiete ſubitò ad maiorem laborem ſe verterit, multò magis lædetur, quàm ſi ex multo cibo ad vaſorum inanitionem commutetur. His ſanè toto corpore quiſcere cõuenit, atq; ſi ex multa defatigatione derepente ad ocium & ignauiam decidat. His quoq; ventrem à ciborum copia quiſcere oportet. Alioqui corpori dolorem afferet, & totum corpus grauitate afficiet. Plurimus ſanè mihi ſermo habitus eſt de victus rationis in hanc vel illam partem immutatione, nempe quòd iſta nouiſſe valde ſit vtile, cùm ad omnia, tum etiam ad id de quo inſtituta erat oratio, quòd in morbis acutis ex vaſorum inanitione, ad ſorbitiones mutationem faciunt. Mutatio namque velut ego iam iubeo facienda eſt. Deinde ſorbitionibus priùs quàm morbus ad maturitatem peruenerit, minimè eſt vtendum, aut ſignum aliquod aliud circa inteſtina vacuatorium aut proritatorium appareat, vel circa præcordia qualia paulò poſt ſcribentur. Vehemens vigilia potus ciboſque tum crudos, tum incoctiores reddit. Ac rurſus quæ in contraria fit mutatio, corpus diſſoluit, & excoctionem ac capitis grauitatem inducit. At vinum dulce & vinoſum, & album, & nigrum, & aquam mulſam, & aquam, & acetũ mulſum, his notis in morbis acutis diſtinguere oportet. Dulce quidem vinoſo minùs caput grauat, & minùs caput ferit, magiſq; ſanè quàm alterum inteſtinorum deiectiones mouet, viſcerum tamen tumores, hepatis nempe & lienis auget. Neque igitur his qui amaram colligunt bilem conuenit, nempe quòd his ſitim facit. Quinetiam in ſuperiore inteſtino flatum excitat, neque tamen inferiori inteſtino pro flatus ratione eſt aduerſum, & ſi ſanè non valdè penetrat à dulci vino flatus, ſed circa præcordia immoratur. Et certè hoc minùs vrinas prorſus mouet quàm vinoſum album. Sputum tamen potentiùs altero educit quod dulce eſt. Et quibus quidem epotum ſitim facit, iis minùs quàm aliud vinum educit. Quibus verò minimè ſiticuloſum eſt, alio magis educit. At verò vinum album vinoſum plurimùm & maxima ex parte laudatum quidem & vituperatum eſt, in vini dulcis enarratione. Ad veſicam autem altero magis penetrat, & cùm vrinam prouocet, & ſemper perrumpat, multùm in his morbis contulerit. Quamuis enim ad alia altero ſit minùs idoneum, quæ tamẽ ab ipſo fit per veſicam purgatio, liberat, ſi vti debet impellatur. Bonæ hæ ſunt notæ de vini vtilitate & noxa, quæ ſenioribus incognitæ fuerunt. Fuluo vino verò & nigro auſtero in his morbis ad hęc vti poſſis, ſi vtiq; capitis grauitas non inſit, neq; mentis perculſio, neque ſputum ſurſum ferri prohibeatur. neque etiam vrina inhibeatur, ſed alui egeſtiones humentiores & ramentoſiores fuerint. In his ſanè vel maximè ex albo mutationem facere conuenit, & quæcunque iis ſimilia exiſtunt. Iſtud autem inſuper noſſe oportet, ſi dilutius fuerit vinum ſuperiores omnes partes & quæ circa veſicam ſunt, minùs lædere, meracius verò iis quæ circa inteſtina magis prodeſſe. At aqua mulſa per totum morbum in acutis epota, iis prorſus qui bilem amaram coaceruant, & quibus viſcera intumeſcunt, minùs quàm non talibus eſt idonea. Sitim tamen minùs quàm dulce vinum infert. Pulmonem enim emollit, & ſputum mediocriter educit, tuſſimq; ſedat. Habet namque detergens quiddam, quod plus quàm par eſt viſcidum ſputũ reddit.

ἀτὰρ καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα ἢν ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πλείω πόνον ἔλθοι, πουλὺ πλείω βλαβείη, ἢ εἰ ἐκ πολλῆς ἐδωδῆς ἐς κενεαγγείην μεταβάλλοι. δεῖ μέντοι καὶ τὸ σῶμα τουτέοισιν ἐλινύειν. καὶ ἢν ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίης ἐξαπίνης ἐς σχολήν τε καὶ ῥᾳθυμίην ἐμπέσῃ, δεῖ δὲ καὶ τουτέοισι τὴν κοιλίην ἐλινύειν ἀπὸ πλήθεος βρώματος. ἢν δὲ μὴ, πόνον ἐν τῷ σώματι ἐμποιήσει, καὶ βάρος ὅλου τοῦ σώματος. ὁ δὴ οὖν πλεῖστός μοι λόγος γέγονε, περὶ τῆς μεταβολῆς τῆς ἐπὶ τὰ, καὶ ἐπὶ τά. ἐς πάντα μὲν οὖν εὔχρηστον ταῦτα εἰδέναι. ἀτὰρ καὶ περὶ οὗ ὁ λόγος ἦν, ὅτι καὶ ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν ἐς τὰ ῥοφήματα μεταβάλλουσιν ἐκ τῆς κενεαγγείης. μεταβλητέον γὰρ ὡς ἐγὼ κελεύω ἤδη. ἔπειτα οὐ χρηστέον ῥοφήμασι, πρὶν ἡ νοῦσος πεπανθῇ, ἢ ἄλλο τι σημεῖον φανῇ, ἢ κατ' ἔντερον κενεαγγικὸν, ἢ ἐρεθιστικὸν, ἢ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια, ὁκοῖα γεγράψεται σημεῖα. ἀγρυπνίη ἰσχυρὴ, πόματα καὶ σιτία ὠμὰ καὶ ἀπεπτότερα ποιέει. καὶ ἡ ἐπὶ τὰ ἕτερα αὖ μεταβολὴ, διαλύει σῶμα, καὶ ἑφθότητα, καὶ καρηβαρίην ἐμποιέει. Γλυκὺν δὲ οἶνον, καὶ οἰνώδεα, καὶ λευκὸν, καὶ μέλανα, καὶ μελίκρητον, καὶ ὕδωρ, καὶ ὀξύμελι, τοῖσδε σημαινόμενον, χρὴ διορίζειν ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν. ὁ μὲν γλυκὺς, ἧσσόν ἐστι καρηβαρικώτερος τοῦ οἰνώδεος. καὶ ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος. καὶ διαχωρητικώτερος δή τι τοῦ ἑτέρου κατ' ἔντερον. μεγαλόσπλαγχνος δὲ σπληνὸς καὶ ἥπατος. οὐκ ἐπιτήδειος οὖν οὐδὲ τοῖσι πικροχόλοισι. καὶ γὰρ οὖν διψώδης τοῖσί γε τοιουτέοισιν ἐστί. ἀτὰρ καὶ φυσώδης ἐντέρου τοῦ ἄνω. οὐ μὴν πολέμιός γε ἐντέρῳ τῷ κάτω, ὡς κατὰ λόγον τῆς φύσης, καίτοιγε οὐ πάνυ πορίμη ἐστὶν ἡ ἀπὸ τοῦ γλυκέος οἴνου φῦσα, ἀλλ' ἐγχρονίζει περὶ ὑποχόνδρια. καὶ γὰρ οὖν ἧσσον οὗτος διουρητικός ἐστι τὸ ἐπίπαν τοῦ οἰνώδεος λευκοῦ. πτυέλου δὲ μᾶλλον ἀναγωγός ἐστι τοῦ ἑτέρου ὁ γλυκύς. καὶ οἷσι μὲν διψώδης ἐστὶ πινόμενος, ἧσσον ἂν τουτέοισιν ἀνάγοι, ἢ ὁ ἕτερος οἶνος. οἷσι δὲ μὴ διψώδης, μᾶλλον ἀνάγοι ἂν τοῦ ἑτέρου. ὁ δὲ λευκὸς οἰνώδης οἶνος, ἐπῄνηται μὲν καὶ ἔψεκται, τὰ πλεῖστα καὶ τὰ μέγιστα ἤδη ἐν τῇ τοῦ γλυκέος οἴνου διηγήσει. ἐς δὲ κύστιν μᾶλλον πόριμος ἐὼν τοῦ ἑτέρου, καὶ διουρητικὸς καὶ καταρρηκτικὸς, αἰεὶ πολλὰ προσωφελέοι ἂν ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι. καὶ γὰρ εἰ πρὸς ἄλλα ἀνεπιτηδειότερος τοῦ ἑτέρου πέφυκεν, ἀλλ' ὅμως ἡ κατὰ κύστιν κάθαρσις ὑπ' αὐτοῦ γινομένη, ῥύεται, ἢν προτρέπηται, ὁκοῖον δεῖ. καλὰ δὲ ταῦτα τεκμήρια ἐστὶ, τὰ περὶ οἴνου ὠφελίης καὶ βλάβης, ὅκοσα ἀκατάμαθητα ἦν, τοῖσιν ἐμεῦ γεραιτέροισι. κιρρῷ δὲ οἴνῳ καὶ μέλανι αὐστηρῷ ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν, ἐς τάδε ἂν χρήσαιο, εἰ καρηβαρίη μὲν μὴ ἐνείη, μηδὲ φρενῶν ἅψις, μηδὲ τὸ πτύελον κωλύοιτο τῆς ἀνόδου, μηδὲ τὸ οὖρον ἴσχοιτο. τὰ διαχωρήματα δὲ πλαδαρώτερα καὶ ξυσματωδέστερα εἴη. ἐν δὴ τοῖσι τοιουτέοισι πρέποι ἂν μάλιστα μεταβάλλειν ἐκ τοῦ λευκοῦ. καὶ ὅκοσα τουτέοισιν ἐμφερέα. προσξυνιέναι δὲ δεῖ, ὅτι τὰ μὲν ἄνω πάντα καὶ τὰ κατὰ κύστιν, ἧσσον βλάψει, ἢν ὑδαρέστερος ᾖ. τὰ δὲ κατ' ἔντερον, καὶ μᾶλλον ὀνήσει, ἢν ἀκρατέστερος ᾖ. Μελίκρητον δὲ πινόμενον διὰ πάσης τῆς νούσου ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισι, τὸ ἐπίπαν μὲν τοῖσι πικροχόλοισι καὶ μεγαλοσπλάγχνοισιν, ἧσσον ἐπιτήδειον, ἢ τοῖσιν οὐ τοιουτοῖσιν ἐστί. διψῶδές γε μὴν, ἧσσον τοῦ γλυκέος οἴνου. πλεύμονός τε γὰρ, μαλθακτικόν ἐστι, καὶ πτυέλου ἀναγωγὸν μετρίως, καὶ βηχὸς παρηγορικόν. ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι, ὃ μᾶλλον τοῦ μετρίου καταγλισχραίνει τὸ πτύελον.

Οὐρητικὸν δὲ καὶ τὸ μελίκρητον ἱκανῶς, ἢν μή τι τῶν ἀπὸ σπλάγχνων κωλύῃ. καὶ διαχωρητικὸν δὲ κάτω χολωδέων, ἐστὶ μὲν ὅτε καλῶν, ἔστι δ' ὅτε κατακορεστέρων μᾶλλον τοῦ καιροῦ, καὶ ἀφρωδεστέρων. μᾶλλον δὲ τὸ τοιοῦτον τοῖσι χολώδεσί τε καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι γίνεται. πτυάλου μὲν οὖν ἀναγωγὴν, καὶ πλεύμονος μάλθαξιν, τὸ ὑδαρέστερον μελίκρητον ποιέει μᾶλλον. τὰ μέντοι ἀφρώδεα διαχωρήματα καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα, καὶ μᾶλλον θερμὰ, τὸ ἄκρητον μᾶλλον τοῦ ὑδαρέος ἄγει. τὸ δὲ τοιόνδε διαχώρημα, ἔχει μὲν καὶ ἄλλα σίνεα μεγάλα. οὔτε γὰρ ἐξ ὑποχονδρίων καῦμα σβεννύει, ἀλλ' ὁρμᾷ. δυσφορίην τε καὶ ῥιπτασμὸν τῶν μελέων ποιέει. ἑλκῶδές τε ἐστὶ καὶ ἐντέρων καὶ ἕδρης. ἀλεξήματα δὲ τούτων, γεγράψεται. ἄνευ μὲν οὖν ῥοφημάτων μελικρήτῳ χρεώμενος ἀντ' ἄλλου ποτοῦ ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι, πολλὰ ἂν εὐτυχοίης, καὶ οὐκ ἂν πολλὰ ἀτυχοίης. οἷσι δὲ δοτέον, καὶ οἷσι μὴ δοτέον, τὰ μέγιστα εἴρηται, καὶ δι' ὃ οὐ δοτέον. κατέγνωσται δὲ μελίκρητον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς καταγυιοῖ τοὺς πίνοντας, καὶ διὰ τοῦτο ταχυθάνατον εἶναι νενόμισται. ἐκλήθη δὲ τοῦτο, διὰ τοὺς ἀποκαρτερέοντας. ἔνιοι γὰρ μελικρήτῳ μούνῳ χρέονται ποτῷ, ὡς τοιούτου δῆθεν ἐόντος. τὸ δὲ, οὐ παντάπασιν ὧδε ἔχει. ἀλλ' ὕδατος μὲν πολλῷ ἰσχυρότερόν ἐστι ποτὸν μοῦνον, ἢν μὴ ἐκταράσσῃ τὴν κοιλίην. ἀτὰρ καὶ οἴνου λευκοῦ, καὶ λεπτοῦ, καὶ ὀλιγοφόρου, καὶ ἀόδμου, ᾗ μὲν ἰσχυρότερον, ᾗ δὲ ἀσθενέστερον. μέγα μὲν διαφέρει καὶ οἴνου, καὶ μέλιτος ἀκρητότης ἐς ἰσχὺν ἀμφοῖν. ὅμως γε μὴν εἰ καὶ διπλάσιον μέτρον οἴνου ἀκρήτου πίνοι τις, ἢ ὁκόσον μέλι ἐκλείχοι, πολλῷ ἂν δήπου ἰσχυρότερος εἴη ὑπὸ τοῦ μέλιτος, εἰ μὴ ταράσσοιτο τὴν κοιλίην. πολλαπλάσιον γὰρ καὶ τὸ κόπριον διεξίοι ἂν αὐτέῳ. εἰ μέντοι ῥοφήματι χρέοιτο πτισάνῃ, ἐπιπίνοι δὲ μελίκρητον, ἄγαν πλησμονῶδες ἂν εἴη, καὶ φυσῶδες, καὶ τοῖσι κατὰ ὑποχόνδρια σπλάγχνοισιν ἀξύμφορον. προπινόμενον μὲν πρὸ ῥοφήματος μελίκρητον, οὐ βλάπτει ὡς μεταπινόμενον, ἀλλά τι καὶ ὠφελέει. ἑφθὸν δὲ μελίκρητον ἐσιδεῖν μὲν, πολλῷ κάλλιον τοῦ ὠμοῦ. λαμπρὸν γὰρ καὶ λεπτὸν, καὶ λευκὸν, καὶ διαφανὲς γίνεται. ἀρετὴν δὲ ἥν τινα αὐτέῳ προσθέω διαφέρουσαν τοῦ ὠμοῦ, οὐκ ἔχω. οὔτε γὰρ ἥδιόν ἐστι τοῦ ὠμοῦ, ἢν τυγχάνοι γε τὸ μέλι καλὸν ἐόν. ἀσθενέστερον μέντοι τοῦ ὠμοῦ, καὶ ἀκοπρωδέστερον ἐστι. ὧν οὐδ' ἑτέρου ἐπιδεῖται μελίκρητον. ἄγχιστα δὲ χρηστέον αὐτῷ τοιῷδε ἐόντι, εἰ τὸ μέλι τυγχάνοι πονηρὸν ἐὸν, καὶ ἀκάθαρτον, καὶ μέλαν, καὶ μὴ εὐῶδες. ἀφέλοιτο γὰρ ἂν ἡ ἕψησις τῆς κακότητος αὐτέου, τὰ πλείονα τοῦ αἴσχεος. Τὸ δὲ ὀξύμελι καλεόμενον ποτὸν, πολλαχοῦ μὲν εὔχρηστον ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν εὑρήσεις ἐόν. καὶ γὰρ πτυάλου ἀναγωγόν ἐστι, καὶ εὔπνοον. καιροὺς μέντοι τοιούσδε ἔχει. τὸ μὲν γὰρ κάρτα ὀξὺ, οὐδὲν ἂν μεῖζον ποιήσειε πρὸς τὰ πτύελα τὰ μὴ ῥηϊδίως ἀνιόντα. εἰ γὰρ ἀνάγοι μὲν τὰ ἐγχρέμπτοντα, καὶ ὀλισθηρὸν ἐμποιήσειεν, καὶ ὥσπερ διαπτερώσειε τὸν βρόγχον, παρηγορήσειεν ἂν τὸν πλεύμονα. μαλθακτικὸν γὰρ αὐτέῳ. καὶ εἰ μὲν ταῦτα συγκυρήσειεν, μεγάλην ἂν ὠφέλειαν ποιήσειεν. ἔστι δ' ὅτε τὸ κάρτα ὀξὺ οὐκ ἐκράτησε τῆς ἀναγωγῆς τοῦ πτυέλου, ἀλλὰ προσεγλισχρηνέ τε καὶ ἔβλαψε. μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν, οἵπερ καὶ ἄλλως ὀλέθριοί εἰσι, καὶ ἀδύνατοι βήσσειν τε καὶ ἀποχρέμπτεσθαι τὰ ἐνεχόμενα. ἐς μὲν οὖν τόδε προσεκμετρέεσθαι χρὴ τὴν ῥώμην τοῦ κάμνοντος, καὶ ἢν ἐλπίδα ἔχῃ, διδόναι.

Mulſa quoque vrinas abundè prouocat, niſi quid ex viſcerib⁹ prohibeat. Quin & biliosa magis per aluum deiicit, interdum laudabilia quidem, interdum etiam bile ſincera plus quàm par eſt colorata & magis ſpumantia, idq; bilioſis & viſceris alicuius inflammatione laborantibus potius contingit. Mulſa igitur dilutior ſputū magis educit & pulmonē emollit. At ſpumantes alui egeſtiones & plus quàm conuenit ſincera bile exaturatas calidioreſq;, ſincera magis quàm aquoſa demittit. Talis autem deiectio & alias graues quidem habet noxias. Neq; enim præcordiorum ardorem extinguit, ſed concitat, implaciditatemq; & incontinentem membrorum iactationem efficit, inteſtinaq; & ſedem exulcerat, quorum medelæ ſcribentur. In huiuſmodi igitur morbis, relictis ſorbitionibus, ſi aqua mulſa alterius potionis loco vtaris, vt multa fœliciter cōſequeris, ita non multum ſucceſſu fruſtraberis. Quibus ergo danda ſit, & quib⁹ aut quas ob cauſas minimè exhibenda, maxima ex parte dictū eſt. Damnata eſt autem ab hominibus aqua mulſa, quòd epota ad extremā imbecillitatē deducat, ideoque breui mortem afferre exiſtimata eſt. Quod quidem propter eos qui vita per inediā diſcedunt dictū eſt. Sunt enim qui ea ſola in potu vtantur, tanquā certè talis exiſtat. Verùm non prorſus ita ſe res habet, ſed ſola epota aqua longè valentior exiſtit, niſi aluū conturbarit. Sed & vino albo, tenui, paucifero & inodoro, quodammodo eſt validior, quodámodo etiā debilior. Atqui vini & mellis meracitas, ſi vtriuſque vires conferas, inſigne habet diſcrimen. Nam etſi vini meri bis tantundem ad id mellis quod delingit, quis biberit, is longè certè validior à ſolo melle, vbi ventrem non turbauerit reddetur. Multis enim partibus plus ſtercoris ipſi prodibit. Si tamen poſt ptiſanæ ſorbitionem quis aquam mulſam ſuperbibat, valdè replet & inflat, præcordiorumq; viſceribus eſt inutilis. Neq; quidem ſi ante ſorbitionem bibatur lædit, vt poſtea epota, verum etiam quodammodo iuuat. Cocta autem aqua mulſa, aſpectu quidem quàm cruda longè eſt pulchrior. Splendida ſiquidem & tenuis, alba & pellucida exiſtit. Neq; verò aliquam ei virtutem quæ crudam antecellat, attribuere poſſum. Non enim cruda eſt ſuauior, ſi mel probum eſſe contigerit, cruda tamen eſt imbecillior, & minùs habet ſtercoris. Quorum neutro vt iuuare poſſit, aqua mulſa indiget. Præcipuè verò eiuſmodi cocta vtendum, ſi mel prauum fuerit, impurum, nigrum, & mali odoris. Coctura namque huius prauitatis vitium magna ex parte aufertur. Acetum autem mulſum (oxymeli vocatum) epotum, multiplicem quidem in his morbis vtilitatem habere comperies. Nam ſi ſputum ſurſum educit, & facilem reddit ſpirationem. Has verò habet vtendi opportunitates. Quod quidem valdè acre eſt, nihil moderati effecerit ad ſputa quæ non facilè exeunt. Nam ſi ea educeret quæ ſtridulam in faucibus aſperitatem faciunt, & lubricitatem induceret; ac veluti ſi guttur dilataret, pulmonem vtique leniret, cùm ipſum emolliat: Quæ ſiquidem contingerent, magnam vtilitatem præſtarent. Interdum verò quod valdè acre eſt, ſputum minimè educit, ſed magis glutinoſum reddit, noxiamque facit. Maximeque ita affecti ſunt, qui cùm alioqui pernicioſè habeant neque tuſſire, neque ea quæ intus continentur excreare poſſunt. Ad hoc igitur ægrotantis robur conücere oportet, & ſi de eo ſpem conceperis, exhibere.

Et cùm dare volueris perquam tepidum, paulatimque huiuſmodi, neq; affatim exhibebis. Quod autem parum acre eſt, os quidem & fauces humectat, ſputum educit & ſitim ſedat, præcordiis & viſceribus ibi contentis eſt beneuolum. Nam & mellis noxias inhibet, cùm quod in eo bilioſum eſt corrigat, flatus etiam perrumpere facit, & vrinas promouet, inteſtini tamen inferiorem partem plus æquo humentem reddit, & ramenta inducit. Interdum quoque & in acutis morbis hoc prauum eſt, maximè quidē quod flatum penetrare vetat, quinetiam ſurſum recurrere facit, præter hæc autem alias debilitat, & extrema refrigerat. Atque hæc ſola eſt ex aceto mulſo noxa ſcriptione certè digna. Exiguum autem eiuſmodi potum noctu quidem & ieiuno ante ſorbitionē propinare conuenit, quanquam & longo poſt ſorbitionem interuallo nihil vetat bibere. Qui verò ſolo potu citra ſorbitiones in victus ratione vtuntur, iis hoc vti ſemper & perpetuo ob id non conuenit, & maximè quidem propter inteſtini abraſionem vel exaſperationem. Nam cùm ſtercore ſit vacuum citiùs hæc fient, idque accedente vaſorum exinanitione. Poſtea autem & aqua mulſa vires ſuas amiſerit. Si tamen multum huius potus vſum ad totum morbum conferre poſſe ſperaueris, paulùm aceti, vt tantùm agnoſci poſſit, affundere oportet. Ita enim & quæ lædere ſolet minimè lædet, & proderit quibus prodeſſe opus eſt. Vt autem in ſumma dicatur, aceti aciditas bilioſis naturis magis confert quàm melancholicis. Amara enim diſſoluuntur & in pituitam tranſeunt, dum ab ipſo in ſublime attolluntur. Nigra verò fermentantur, in ſublime attolluntur, & multis partibus augentur. Acetum namque nigra ſurſum educit. Mulieribus autem quàm viris acetum longè magis eſt aduerſum, nempe cùm vterum dolore afficiat. Ad aquam autem præter quàm quòd in morbis acutis bibitur, nullum quidem aliud munus habeo quod conferam. Neq; enim tuſſim lenit in pulmonum inflammationibus, neque ſputum educit, imò cæteris minùs, ſi quis perpetuò aquæ potione vtatur. Verùm ſi inter acetum mulſum & aquam mulſam exigua aqua ſorbeatur, ſputum educit, propter potuum qualitatis tranſmutationem. Quandam enim intus inundationem facit. Alioqui neque ſitim ſedat, ſed irritat ſiquidem bilioſæ naturæ bilioſa eſt, & præcordiis mala, ſeipſamque malitia ſuperat, bilioſiſſimaque eſt, vireſque maximè labefactat, vbi in vacuitatem venerit. Lienem etiam & hepar, vbi ſuccenſum fuerit, auget, intus fluctuat & innatat. Nempe quòd frigida ſit & non cocta, tardè permeat, & neque deiectiones neque vrinas mouet. Nonnihil etiam inſuper ob id lædit, quod natura ſtercoris expers ſit. Quòd ſi pedibus etiam dum frigentibus aliquando ebibatur, multo maiores has noxas faciet, ad quancunque tandem inclinauerit. In eiuſmodi tamen morbis, vbi vehementem capitis grauitatem vel mentis læſionem afferre ſuſpicatus fueris, vino omnino eſt abſtinendum, tuncque aqua vtendum, aut vinum aquoſum & album, & penitus inodorum prorſus dandum, & poſt illius potionem aquæ exiguum ſuperbibendum. Hac enim ratione vini robur caput mentemque minùs feriet. In quibus autem maximè aquæ potione vtendum, & quando liberaliter, & quando moderatè, & quando frigida, & quando calida, partim quidem antea dictum eſt, partim etiam ſuo dicetur tempore.

διδόναι δὲ ἢν διδῷς, ἀκροχλίαρον. καὶ κατ' ὀλίγον τὸ τοιόνδε, καὶ μὴ λάβρως. τὸ μέντοι ὀλίγον, ἔποξυ. ὑγραίνει μὲν τὸ στόμα καὶ φάρυγγα. ἀναγωγόν τε πτυέλου ἐστὶ καὶ ἄδιψον. ὑποχονδρίῳ δὲ, καὶ σπλάγχνοισι τοῖσι ταύτῃ εὐμενές. καὶ γὰρ τὰς ἀπὸ μέλιτος βλάβας ταύτας κωλύει. τὸ γὰρ χολῶδες ἐν μέλιτι κολάζεται, ἔστι δὲ καὶ φυσέων καταρρηκτικόν. καὶ ἐς οὔρησιν προτρεπτικόν. ἐντέρου μέντοι, τῶν κάτω μερέων πλαδαρώτερον. καὶ ξύσματα ἐμποιέει. ἔστι δ' ὅτε καὶ φλαῦρον τοῦτο ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισι γίνεται, μάλιστα μὲν ὅτι φύσας κωλύει περαιοῦσθαι, ἀλλὰ παλινδρομέειν ποιέει. ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γυιοῖ καὶ τὰ ἀκρωτήρια ψύχει. ταύτην καὶ οἶδα μούνην διὰ ὀξυμέλιτος γινομένην βλάβην, ἥτις καὶ ἀξίη γραφῆς. ὀλίγον δὲ τὸ τοιόνδε ποτὸν, νυκτὸς μὲν καὶ νήστει πρὸ ῥοφήματος ἐπιτήδειον προπίνεσθαι. ἀτὰρ καὶ ὁκόταν πολὺ μετὰ ῥοφήματος ᾖ, οὐδὲν κωλύει πίνειν. τοῖσι δὲ ποτοῖσι μούνοισι διαιτωμένοισιν ἄνευ ῥοφημάτων, διὰ τόδε οὐκ ἐπιτήδειόν ἐστιν αἰεὶ, καὶ διὰ παντὸς χρέεσθαι τούτῳ, μάλιστα μὲν διὰ ξύσιν, ἢ τρηχυσμὸν τοῦ ἐντέρου. ἀκόπρῳ γὰρ ἐόντι, μᾶλλον ἐμποιέει ἄν. καὶ τῆς κενεαγγείης παρεούσης. ἔπειτα δὲ καὶ τὸ μελίκρητον τῆς ἰσχύος ἀφαιρέοιτο ἄν. ἢν μέντοι ἀρήγειν φαίνηται πρὸς τὴν ξύμπασαν νοῦσον, πολλῷ ποτῷ τούτῳ χρέεσθαι, ὀλίγον χρὴ τὸ ὄξος παραχέειν, ὅσον μοῦνον γινώσκεσθαι. οὕτω γὰρ καὶ ἃ φιλέει βλάπτειν, ἥκιστα ἂν βλάπτοι. καὶ ἃ δέεται προσωφελέειν, προσωφελοίη ἄν. ἐν κεφαλαίῳ δὴ εἰρῆσθαι, αἱ ἀπὸ ὄξεος ὀξύτητες πικροχόλοισι μᾶλλον, ἢ μελαγχολικοῖσι ξυμφέρουσι. τὰ μὲν γὰρ πικρὰ διαλύεται, καὶ ἐκφλεγματοῦται, μετεωριζόμενα ὑπ' αὐτέου. τὰ δὲ μέλανα ζυμοῦται, καὶ μετεωρίζεται. καὶ πολλαπλασιοῦται. ἀναγωγὸν γὰρ μελάνων, ὄξος. γυναιξὶ δὲ τὸ ἐπίπαν, πολεμιώτερον, ἢ ἀνδράσιν, ὄξος. ὑστεραλγὲς γάρ ἐστι. ὕδατι δὲ ποτῷ ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχω ἔργον ὅ τι προσθῶ. οὔτε γὰρ βηχὸς παρηγορικόν ἐστιν ἐν τοῖσι περιπλευμονικοῖσιν, οὔτε πτυέλου ἀναγωγὸν, ἀλλ' ἧσσον τῶν ἄλλων, εἴ τις διὰ παντὸς ὕδατι ποτῷ χρέοιτο. μεσηγὺ μέντοι ὀξυμέλιτος καὶ μελικρήτου ὕδωρ ἐπιρροφεόμενον ὀλίγον, πτυέλου ἀναγωγόν ἐστι, διὰ τὴν μεταβολὴν τῆς ποιότητος τῶν ποτῶν. πλημμυρίδα γάρ τινα ἐμποιέει. ἄλλως δὲ οὔτε δίψαν παύει. ἀλλ' ἐπιπικραίνει. χολῶδες γὰρ φύσει χολώδει, καὶ ὑποχονδρίῳ κακόν. καὶ κάκιστον ἑωυτοῦ, καὶ χολωδέστατον, καὶ φιλαδυναμώτατον, ὅταν ἐς κενεότητα ἐσέλθη. καὶ σπληνὸς δὲ αὐξητικόν, καὶ ἥπατός ἐστιν, ὁκόταν πεπυρωμένον ᾖ. καὶ ἐγκλυδαστικόν τε καὶ ἐπιπολαστικόν. βραδύπορόν τε γάρ ἐστι διὰ τὸ ὑπόψυχρον, καὶ ἄπεπτον εἶναι. καὶ οὔτε διαχωρητικὸν, οὔτε διουρητικόν. προσβλάπτει δέ τι καὶ διὰ τόδε, ὅτι ἄκοπρόν ἐστι φύσει. ἢν δὲ δὴ καὶ ποδῶν ψυχρῶν ποτὲ ἐόντων ποθῇ, πάντα ταῦτα πολλαπλασίως βλάπτει, ἐς ὅ, τι ἂν αὐτέων ὁρμήσῃ. ὑποπτεύσαντι μέντοι ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν ἢ καρηβαρίην ἰσχυρὴν, ἢ φρενῶν ἅψιν, πάμπαν οἴνου ἀποσχετέον. ὕδατι δὲ ἐν τῷ τοιῷδε χρηστέον, ἢ ὑδαρέα καὶ λευκὸν παντελῶς δοτέον οἶνον, καὶ ἄοσμον πάντάπασι, καὶ μετὰ τὴν πόσιν αὐτοῦ, ὕδωρ μεταποτέον ὀλίγον. οὕτω γὰρ ἂν ἧσσον τὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου μένος ἅπτοιτο τῆς κεφαλῆς καὶ γνώμης. ἐν οἷσι δὲ μάλιστα αὐτῷ, ὕδατι ποτῷ χρηστέον, καὶ ὁκότε πολλῷ καρτα, καὶ ὅκου μετρίῳ, καὶ ὅκου ψυχρῷ, καὶ ὅκου θερμῷ, τὰ μέν που πρόσθεν εἴρηται, τὰ δὲ ἐν αὐτοῖσι τοῖσι καιροῖσι, ῥηθήσεται.

περὶ

περὶ δὲ τῶν ἄλλων ποτῶν, οἷον τὸ κρίθινον, καὶ τὰ ἀπὸ χλόης πεποιημένα, καὶ τὰ ἀπὸ σταφίδος, καὶ στεμφύλων, καὶ πυρῶν, καὶ κνίκου, καὶ μύρτων, καὶ ῥοιῆς, καὶ τῶν ἄλλων, ὅτε ὥρη ἂν τινος αὐτέων καιρὸς ᾖ χρέεσθαι, γεγράψεται παρ' αὐτῷ τῷ νοσήματι, ὅκως τε καὶ τ' ἄλλα τῶν συνθέτων φαρμάκων. Λουτρὸν δὲ συχνοῖσι τῶν νοσημάτων ἀρήγοι ἂν χρεομένοισιν, ἐς τὰ μὲν ξυνεχέως, ἐς τὰ δ' οὔ. ἔστι δὲ ὅτε ἧσσον χρηστέον, διὰ τὴν ἀπαρασκευασίην τῶν ἀνθρώπων. ἐν ὀλίγῃσι γὰρ οἰκίῃσι παρεσκεύασται τὰ ἄρμενα, καὶ οἱ θεραπεύοντες ὡς δεῖ. εἰ δὲ μὴ πάγκαλως λούοιτο, βλάπτοιτ' ἂν οὐ σμικρά. καὶ γὰρ σκέπης ἀκάπνου δεῖ, καὶ ὕδατος δαψιλέος, καὶ τοῦ λουτροῦ συχνοῦ, καὶ μὴ λίην λάβρου, ἢν γε μὴ οὕτω δέοι. καὶ μᾶλλον μὲν μὴ σμήχεσθαι. ἢν δὲ σμήχηται, θερμῷ χρέεσθαι αὐτέῳ, καὶ πολλαπλασίῳ, ἢ ὡς νομίζεται, σμήγματι. καὶ προσκαταχεῖσθαι μὴ ὀλίγῳ. καὶ ταχέως μετακαταχεῖσθαι. δεῖ δὲ καὶ τῆς ὁδοῦ βραχείης ἐς τὴν πύελον. καὶ ἐς εὐέμβατον, καὶ ἐς εὐέκβατον. εἶναι δὲ καὶ τὸν λουόμενον κόσμιον, καὶ σιγηλόν. καὶ μηδὲν αὐτὸν προσεξεργάζεσθαι. ἀλλ' ἄλλους καὶ καταχέειν, καὶ σμήχειν. καὶ μετακέρασμα πολλὸν ἡτοιμάσθαι, καὶ τὰς ἐπαντλήσιας ταχείας ποιέεσθαι. καὶ σπόγγοις χρέεσθαι ἀντὶ στλεγγίδος, καὶ μὴ ἄγαν ξηρῷ χρίεσθαι τὸ σῶμα. κεφαλὴν μέντοι ἀνεξηράνθαι χρὴ ὡς οἷόν τε μάλιστα ὑπὸ σπόγγου ἐκμασσομένην. καὶ μὴ διαψύχεσθαι τὰ ἄκρεα, μήτε τὴν κεφαλήν, μήτε τὸ ἄλλο σῶμα. καὶ μήτε νεορρόφητον, μήτε νεόποτον λούεσθαι, μηδὲ ῥοφέειν. μηδὲ πίνειν ταχὺ μετὰ τὸ λουτρόν. μέγα μέντοι μέρος χρὴ νέμειν τοῦ κάμνοντος, ἢν ὑγιαίνων ᾖ φιλόλουτρος ἄγαν, καὶ εἰθισμένος λούεσθαι. καὶ γὰρ ποθέουσι μᾶλλον οἱ τοιοίδε, καὶ ὠφελέονται λουσάμενοι, καὶ βλάπτονται μὴ λουσάμενοι. ἁρμόζει δὲ ἐν περιπλευμονίῃσι μᾶλλον, ἢ ἐν καύσοισι τὸ ἐπίπαν, καὶ γὰρ ὀδύνης τῆς κατὰ τὸ πλευρόν, καὶ στήθεα, καὶ μετάφρενον, παρηγορικόν ἐστι τὸ λουτρόν. καὶ πτυέλου πεπαντικόν, καὶ ἀναγωγόν. καὶ εὔπνοον, καὶ ἄκοπον. μαλθακτικὸν γὰρ καὶ ἄρθρων, καὶ τοῦ ἐπιπολαίου δέρματος. καὶ οὐρητικὸν δέ. καὶ καρηβαρίην λύει. καὶ ῥῖνας ὑγραίνει. ἀγαθὰ μὲν οὖν λουτρῷ τοσαῦτα πάρεστιν, ὧν πάντων δεῖ. ἢν μέντοι τῆς παρασκευῆς ἐνδεία τις ᾖ ἑνὸς ἢ πλειόνων, κίνδυνος μὴ λυσιτελέειν τὸ λουτρόν, ἀλλὰ μᾶλλον βλάπτειν. ἓν γὰρ ἕκαστον αὐτέων μεγάλην φέρει τὴν βλάβην, μὴ παρασκευασθὲν ὑπὸ τῶν ὑπουργῶν, ὡς δεῖ. ἥκιστα δὲ λούειν καιρός, οἷσιν ἡ κοιλίη ὑγροτέρη τοῦ καιροῦ ἐν τῇσι νούσοισιν. ἀτὰρ οὐδ' οἷσιν ἕστηκε μᾶλλον τοῦ καιροῦ, καὶ μὴ προδιελήλυθεν. ἀλλ' οὐδὲ τοὺς γεγυιωμένους χρὴ λούειν, οὐδὲ δὴ τοὺς ἀσώδεας, ἢ ἐμετικούς. οὐδὲ τοὺς ἐπανερευγομένους χολώδες. οὐδὲ τοὺς ἐκ ῥινῶν αἱμορραγέοντας, εἰ μὴ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι. τοὺς δὲ καιροὺς οἶδας. ἢν δὲ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι, λούειν. ἤν τε ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὰ ἄλλα ἀρήγῃ, ἤν τε τὴν κεφαλὴν μοῦνον. ἢν οὖν αἱ παρασκευαὶ ἔωσιν ἐπιτήδειοι, καὶ ὁ κάμνων μέλλῃ εὖ δέξασθαι τὸ λουτρόν, λούειν χρὴ ἑκάστης ἡμέρης, τοὺς δὲ φιλολουτρέοντας καὶ δὶς τῆς ἡμέρης εἰ λούοις, οὐδὲν ἁμαρτοις. χρέεσθαι δὲ λουτροῖσι, τοῖσι ὅλῃσι πτισάνῃσι χρεομένοισι παρὰ πουλὺ μᾶλλον ἐνδέχεται, ἢ τοῖσι χυλῷ μούνον χρεομένοισι. ἐνδέχεται δὲ καὶ τούτοισιν ἐνίοτε. ἥκιστα δὲ καὶ τοῖσι ποτῷ μούνον χρεομένοισι. ἔστι δὲ καὶ οἷσι τούτων ἐνδέχεται.

At de reliquis potibus qualis eſt hordeaceus, & qui ex virente herba, & vua paſſa, & vinaceis, & tritico, & cnico, & myrti baccis, & malo punico, atque ex aliis parantur, tum quando horum aliquo vti tempeſtiuum fuerit, ſcribetur in ipſo morbo, non ſecus ac de aliis etiam compoſitis medicamentis. Balneum verò in pleriſque morbis ad vſum contulerit, partim quidem aſſiduè, partim verò minimè. Interdumque eo minùs vtendum, cùm ad id homines ſint imparati. In paucis enim domibus quæ ſunt ad agendum neceſſaria aut accommodata præparata reperiuntur, neque miniſtri quales decet. At niſi quis perbellè lauetur, non mediocrem incurret noxam. Nam & tecto fumo carente opus eſt, & aqua liberali, & frequenti balneo, ſed non admodum largè affuſo, niſi res ita poſtularit. Et deterſione quidem potiùs minimè vtendum. Quòd ſi deterſione opus ſit, calido ipſo & multò copioſiore quàm fieri ſoleat deterſorio medicamento vtendum. & non pauca aqua affundenda, & celeriter diffundenda. Via ad ſolium ſit breuis, & ad facilem tum ingreſſum, tum exitum. Qui lauatur moderatè ſe componat & taceat, nihilque ipſe faciat, ſed alios perfundere & detergere permittat. Multa etiam medij temperamenti mixtio paranda, & celeres fieri perfuſiones debent, ſpongiſque ſtrigilis loco vtendum, neque valdè ſiccum corpus inungendum. Caput tamen ſpongia deterſum, quoad eius maximè fieri poterit reſiccari oportet, neque extremæ corporis partes, neque caput, neque reliquum corpus refrigerari debet. Et neque poſt recentem ſorbitionem, neque poſt potum lauandum, neque ſtatim à balneo ſorbendum aut bibendum. Magni tamen referre exiſtimandum eſt, ſi æger dum valebat balnei valdè cupidus fuerit, & lauari aſſuetus. Tales enim appetunt magis, & loti vtilitatem ſentiunt, & læduntur non loti. In totum autem pulmonum inflammationibus magis quàm febribus ardentibus conuenit. Nam lateris, pectoris & dorſi dolorem balneum mitigat, ſputum maturat, educit, & facilem ſpirationem reddit, & laſſitudines tollit, cùm articulos & extimam cutim emolliat, vrinas prouocat, capitis grauitatem ſoluit, & nares humectat. Atque huiuſmodi bona balneo adſunt, quibus omnibus eſt opus. Sin verò apparatus penuriâ in vno vel pluribus deficiat, verendum eſt ne magis lædat quàm conferat. Eorum namque ſingula non conuenienter à miniſtris præparata, magnam offenſionem afferunt. At quibus aluus eſt in morbis plus æquo humida, iis balneum minimè opportunum eſt, neque iis quibus plus iuſto ſiſtitur, neque priùs ſoluta eſt. Sed neque eos qui viribus ſunt exolutis lauare oportet, neque ſtomachi faſtidio laborantes, neque vomiturientes, neque bilioſum eructantes, neque quibus ſanguis ex naribus profluit, niſi parciùs quàm occaſio poſtulet effluat. Occaſiones autem noſti. Sin verò parciùs quàm expediat profluxit, lauare conuenit, ſiue corpus vniuerſum in reliquis, ſiue caput dumtaxat vtilitatem ſentiat. Si igitur apparatus conuenientes fuerint, ægerque non grauatè balneum ferre poſſe videatur, quotidiè lauare expedit. Lauandi autem cupidos, ſi bis die laueris, nihil peccabis. Cæterùm qui tota ptiſana vtuntur, multò tutiùs aſſumere balnea poſſunt, quàm qui ſolo ſucco; quanquam & ij interdum vti poſſunt, minimè verò qui ſolo potu, quibus tamen partim quoque licet.

Ex his autem quæ antea ſcripta ſunt, coniiciendum eſt quibus in ſingulis victus rationis modis profuturũ ſit balneum,& quibus minimè. Quibus namq; eorum aliquid maximè deeſt quę balneum bonum reddere & iuuare poſſunt, eos lauare minimè expedit. Quos autem nihil horum deficit,& quibus præſentia ſunt ſigna in quibus lauari conducit, hos lauare oportet. Fit autem febris ardens cùm reſiccatæ venulæ tempore æſtiuo acres & bilioſos tenues humores ad ſe attraxerint,& febris multa detinet, corpuſq; oſſaria laſſitudine vexatum laborat ac dolet. Fit quoque magna ex parte ex longo itinere & longa ſiti, vbi areſactæ venulæ acres calidaſque fluxiones ad ſe attraxerint. Fit etiam lingua aſpera & ſicca, valdeque nigra, & ob ventris morſum dolor eſt, alui egeſtiones tum valde liquidæ, tum pallidæ fiunt, ſitis adeſt vehemens & vigiliæ, interdumque mentis alienationes. Huic aquæ & mulſæ coctæ & aquoſæ quantum volet potui exhibeto, & ſi os amarum fuerit, vomere conducit & aluum ſubluere. Quòd ſi ad hæc non ſoluatur, lacte aſinino cocto purgato. Salſum autem nihil neq; acre exhibeto, neq; enim feret æger. Sorbitionem verò, niſi iudicationis dies exceſſerit, non dabis. Et ſi ex narib. ſanguis profluxerit, ſoluitur affectio, atque ſi ſudores iudicatorij legitimi obuenerint, cum vrinis albis & craſſis,& leuib. ſedimentis,& ſi abſceſſus aliquis fiat. Sin verò citra hæc ſoluatur, reuertetur morbus, vel coxæ, vel crurum dolor continget,& ſi euaſurus ſit, craſſa expuet. Febris ardentis aliud genus eſt, in quo aluus ſubit, ſitis eſt intenſa, lingua aſpera, ſicca, ſalſa, vrinæ intercipiuntur, vigiliæ torquent, & refrigerantur extrema. Huic iudicatio minimè continget, niſi ſanguis ex naribus profluxerit, aut abſceſſus circa collum, aut crurum dolor oboriatur,& ſputa craſſa expuat (quæ aluo ſuppreſſa contingunt) aut coxæ dolor, aut pudendi liuor obueniat. Teſticuli quoq; contenſio iudicationis ſignificationem facit. Sorbitiones attractorias exhibeto. At in morbis acutis ſanguinẽ detrahes, ſi vehemens fuerit morbus, & qui ægrotant ætate florenti fuerint,& virium robore valuerint. Si igitur angina, aut aliquis alius lateris morbus ęgrum diuexarit, medicamentis quæ delinguntur repurgato. Sin verò detracto copioſo ſanguine æger debilior videatur, infuſum alui per clyſterem tertio quoq; die exhibebis, donec in tuto æger fuerit,& fame opus habeat. Præcordia in tumorem ſublata, non eſt ſpirituum interceptione, ſepti tranſuerſi cõtenſiones, protenſę ſpirationes, cum erectæ ceruicis ſpiratione ſicca, quibus pus minimè ſubeſt, ſed quib. ex ſpirituũ interceptione iſta contingunt. Potiſſimùm verò iecoris vehementiſſimi dolores,& lienis grauitates, atq; aliæ inflãmationes, & grauiſſimi ſupra ſeptum tranſuerſum dolores,& morborum collectiones ſolui nequeũt, ſi quis eas primũ medicamento purgante aggreſſus fuerit. Verũ in his venæ ſectio præferẽda eſt. Deinde ad infuſa per aluum veniendũ, niſi magnus & vehemẽs morbus fuerit, alioqui etiã poſtea medicamento purgante vtendũ. Quod & poſt venæ ſectionẽ, ſecuritate & moderatione indiget. Quicunq; autem ſtatim per initia morborum inflammationes medicamento purgante ſoluere tentant, ij de contenta quidem atq; inflammata parte nihil detrahunt, cũ nihil cedat quę adhuc cruda eſt affectio, quæ verò morbo reſiſtunt & ſana ſunt cõtabeſaciunt. At debili reddito corpore morbus ſuperior euadit, qui vbi corpus ſuperarit,

τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ τοῖσι προγεγραμμένοισιν οἷς τε μᾶλλον ἂν ὠφελέοι, ἐν ἑκάστοισι τῶν τρόπων τῆς διαίτης, οἷς τε μή. οἷσι μὲν γὰρ προσδεῖταί τινος κάρτα τούτων, ὅκως ταῦτα ἀγαθὰ ποιέει, λούειν, καὶ ὅτε ἂν λουτρῷ ὠφελέονται. οἷσι δὲ τούτων μηδενὸς προσδεῖ, καὶ πρόσεστιν αὐτέοισι τῶν σημείων, ἐφ' οἷσι λούεσθαι ξυμφέρει, οὐ δεῖ λούειν. [11] Καῦσος δὲ γίνεται, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια ἐν θερινῇ ὥρῃ, ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑωυτά. καὶ πυρετὸς πολὺς ἴσχει. τό, τε σῶμα ὡς ὑπὸ ὀστεοκόπου ἐχόμενον κοπιᾷ καὶ ἀλγέει. γίνεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ, καὶ ἐκ πορείης μακρῆς, καὶ δίψεος μακροῦ, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια, δριμέα καὶ θερμὰ ῥεύματα ἐπισπάσηται. γίνεται δὲ ἡ γλῶσσα τρηχείη, καὶ ξηρὴ, καὶ μέλαινα κάρτα. καὶ τὰ περὶ τὴν νηδὺν δακνόμενος ἀλγέει. τά τε ὑποχωρήματα ὑγρὰ καὶ ὠχρὰ γίνεται. καὶ δίψαι σφοδραὶ ἔνεισι. καὶ ἀγρυπνίη. ἐνίοτε δὲ καὶ παρακοπαὶ φρενῶν. τῷ τοιῷδε δὲ δίδου πίνειν, ὕδωρ τε καὶ μελίκρητον ἑφθὸν, ὑδαρὲς, ὁκόσον ἐθέλει. καὶ ἢν πικρὸν τὸ στόμα γίνηται, ἐμέειν ξυμφέρει. καὶ τὴν κοιλίην ὑποκλύσαι. ἢν δὲ μὴ πρὸς ταῦτα λύηται, γάλα ὄνου ἑψήσας, κάθαιρε. ἁλμυρὸν δὲ μηδὲν μηδὲ δριμὺ προσφέρειν, οὐ γὰρ ἀνέξεται. ῥοφήματα δὲ, ἕως ἂν ἔξω τῆς κρισίμου γένηται, μὴ δίδου. κἢν αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῇ, λύεται τὸ πάθος. κἢν ἱδρῶτες ἐπιγένωνται κρίσιμοι γνήσιοι μετ' οὔρων λευκῶν καὶ παχέων, καὶ λείων ὑφισταμένων, κἢν ἀπόστημα που γένηται. ἢν δὲ ἄνευ τούτων λυθῇ, ὑποστροφὴ πάλιν ἔσται τῆς ἀρρωστίης, ἢ ἰσχίων, ἢ σκελέων ἄλγημα ξυμβήσεται. καὶ πτύσεται παχέα, ἢν ἤδη ὑγιὴς ἔσεσθαι. Καῦσος ἄλλος. Ἡ κοιλίη ὑπάγεται, δίψος ἐστὶ μέγα. γλῶσσα τρηχείη, ξηρὴ, ἁλμυρώδης. οὔρων ἀπόληψις, ἀγρυπνίη. ἀκρωτήρια ἐψυγμένα. τῷ τοιούτῳ ἢν μὴ αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυῇ, ἢ ἀπόστημα περὶ τὸν τράχηλον γένηται, ἢ σκελέων ἄλγημα, καὶ πτύσματα παχέα πτύσῃ. ταῦτα δὲ ξυστάσης τῆς κοιλίης γίνεται, ἢ ἰσχίου ὀδύνη, ἢ αἰδοίου πελίωμα, οὐ κρίνεται. καὶ ὄρχις ἐντεταθεὶς, κελεύει. ῥοφήματα ἐπισπαστικὰ δίδου. τὰ δὲ ὀξέα πάθεα, φλεβοτομήσεις, ἢν ἰσχυρὸν φαίνηται τὸ νόσημα, καὶ οἱ ἔχοντες ἀκμάζωσι τῇ ἡλικίῃ, καὶ ῥώμη παρῇ αὐτέοισιν. ἢν μὲν οὖν συνάγχη ᾖ, καὶ ἐκλεικτοῖσιν ἀνακάθαιρε, εἶτ' ἄλλο τι τῶν πλευριτικῶν. ἢν δὲ ἀσθενέστεροι φαίνωνται, ἢν καὶ πλέον τοῦ αἵματος ἀφέλῃς, κλυσμῷ κατὰ τὴν κοιλίην χρέεσθαι, διὰ τρίτης ἡμέρης, ἕως ἂν ἐν ἀσφαλείῃ γένοιτο ὁ νοσέων καὶ λιμοῦ χρῄζοι. φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια μὴ πνευμάτων ἀπολήψει, φρενῶν ἐντάσιες, ἢ πνευμάτων προστάσιες, σὺν ἀνατάσει ξηρῇ, οἷσι μὴ πῦον ὕπεστιν, ἀλλὰ ὑπὸ πνευμάτων ἀπολήψιος, τὰ παθήματα ταῦτα ὑπογίνεται. μάλιστα δὲ ἥπατος περιωδυνίαι, καὶ σπληνὸς βάρεα, καὶ ἄλλαι φλεγμασίαι τε καὶ ὑπὲρ φρενῶν περιωδυνίαι τε καὶ [illegible] νοσημάτων, οὐ δύναται λύεσθαι ἤν τις πρότερον ἐπιχειρήσῃ φαρμακεύειν. ἀλλὰ φλεβοτομίη τῶν τοιῶνδε ἡγεμονική ἐστιν. ἔπειτα δὲ ἐπὶ κλυσμὸν, ἢν μὴ μέγα καὶ ἰσχυρὸν τὸ νόσημα ᾖ. εἰ δὲ μὴ, καὶ ὕστερον φαρμακείης δεῖ, δέεται δὲ ἀσφαλείης καὶ μετριότητος, μετὰ φλεβοτομίην φαρμακεύειν. [17] ὅκοσοι δὲ τὰ φλεγμαίνοντα ἐν ἀρχῇ τῶν νόσων εὐθέως ἐπιχειρέουσι λύειν φαρμακείῃ, τοῦ μὲν ξυντεταμένου καὶ φλεγμαίνοντος οὐδὲν ἀφαιρέουσιν. οὐ γὰρ ἐνδιδοῖ, ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος. τὰ δὲ ἀντέχοντα τῷ νουσήματι καὶ ὑγιέα συντήκουσιν. ἀσθενέος δὲ τοῦ σώματος γινομένου, τὸ νόσημα ἐπικρατέει. ὁκόταν δὲ τὸ νόσημα ἐπικρατήσῃ τοῦ σώματος,

τὸ τοιόνδε

τὸ τοιόνδε ὧδέ πως ἔχει. τὸ δὲ ἄφωνον ἢν ἐξαίφνης γένηται, φλεβῶν ἀπολήψιες λυπέουσιν, ἢν ὑγιαίνοντι τῷδε ξυμβῇ ἄνευ προφάσιος, ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς. φλεβοτομέειν οὖν χρὴ τὴν βραχίονα τὴν δεξιὸν, τὴν εἴσω φλέβα, καὶ ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος, κατὰ τὴν ἕξιν, καὶ τὴν ἡλικίην διαλογιζόμενον τὸ πλεῖον καὶ τὸ ἔλασσον. ξυμπίπτει δὲ τοῖσι πλείστοισιν αὐτέων, τοιάδε. ἐρυθήματα προσώπου. ὀμμάτων στάσιες. χειρῶν διαστάσιες. ὀδόντων πρισμοί. σφυγμοί. σιαγόνων συναγωγή καὶ κατάψυξις ἀκρωτηρίων. πνευμάτων ἀπολήψιες ἀνὰ τὰς φλέβας. ὁκόταν ἀλγήματα προσγένηται μελαίνης χολῆς, καὶ δριμέων ῥευμάτων ἐπιῤῥύσιες γίνονται. ἀλγέει δὲ τὰ ἐντὸς δακνόμενα. δηχθεῖσαι δὲ καὶ λίην ξηρανθεῖσαι αἱ φλέβες, ἐντείνονταί τε καὶ φλεγμήνασαι, ἐπισπῶνται τὰ ἐπιῤῥέοντα, ὅθεν διαφθαρέντος τοῦ αἵματος, καὶ τῶν πνευμάτων οὐ δυναμένων ἐν αὐτῇσι τὰς κατὰ φύσιν ὁδοὺς βαδίζειν, καταψύξιές τε γίνονται ὑπὸ τῆς στάσιος καὶ σκοτώσιες. καὶ ἀφωνίη, καὶ καρηβαρίη. καὶ σπασμοὶ, ἢν ἤδη ἐπὶ τὴν καρδίην, ἢ τὸ ἧπαρ, ἢ ἐπὶ τὴν φλέβα διέλθῃ, ἔνθεν ἐπίληπτοι γίνονται, ἢ παραπλῆγες, ἢν ἐς τὰ περιέχοντα τοὺς τόπους ἐμπίπτῃ τὰ ῥεύματα, καὶ ὑπὸ τῶν πνευμάτων οὐ δυναμένων διεξιέναι, καταξηρανθῇ. ἀλλὰ χρὴ τοὺς τοιούτους προπυριῶντα, φλεβοτομέειν ἐν ἀρχῇσιν εὐθέως, μετεώρων ἐόντων, πάντων τῶν λυπεόντων πνευμάτων, καὶ ῥευμάτων. εὐβοηθητότερα γάρ ἐστι, καὶ ἀναλαμβάνοντα, καὶ τὰς κρίσιας ἐπιθεωρέοντα φαρμακεύειν, ἢν μὴ κουφίζηται ἄνω. τὴν δὲ κάτω κοιλίην ἢν μὴ ὑποχωρέῃ κλυσμῷ, ὄνου γάλα ἑφθὸν διδοὺς καὶ πινέτω μὴ ἔλασσον δώδεκα κοτυλέων. ἢν δὲ ῥώμη αὐτῷ παρέχῃ, πλεῖον ἑξκαίδεκα. Κυνάγχη δὲ γίνεται, ὁκόταν ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα πουλὺ καὶ κολλῶδες, ὥρῃ χειμερινῇ, ἢ ἐαρινῇ, ἐς τὰς σφαγίτιδας φλέβας ἐπιῤῥυῇ. καὶ τὸ ῥεῦμα πλεῖον, διὰ τὴν εὐρύτητα ἐπισπάσωνται. ὁκόταν δὲ ψυχρόν τε ἐὸν καὶ κολλῶδες ἐμφράξῃ, τοῦ τε πνεύματος τὰς διεξόδους, καὶ τοῦ αἵματος ἀποφράσσουσι, πήγνυσι τὰ ξυνεχέα τοῦ αἵματος, καὶ ἀκίνητον καὶ στάσιμον ποιέει, φύσει ψυχρὸν ἐὸν καὶ ἐμφρακτικόν. διὰ τοῦτο πνίγονται τῆς γλώσσης ἀποπελιουμένης, καὶ στρογγυλουμένης, καὶ ἀνακαμπτομένης διὰ τὰς φλέβας τὰς ὑπὸ τὴν γλῶσσαν. τῆς γὰρ ὑποτεμνομένης σταφυλῆς, ἣν δὴ κιονίδα καλέουσιν, ἑκατέρωθεν φλὲψ παχεῖα. ὁκόταν οὖν πλήρεις αὗται ἐοῦσαι ἐς τὴν γλῶσσαν ἐναποστηρίζονται ἀραιὴν ἐοῦσαν καὶ σπογγοειδέα, διὰ τὴν ξηρασίην, ἤδη ὑπὸ βίης τὸ ἐκ τῶν φλεβῶν δεχομένη ὑγρὸν, ἐκ πλατείης μὲν, στρογγύλη γίνεται, ἐξ εὐχρόου δὲ, πελιδνή, ἐκ μαλθακῆς δὲ, σκληρή, ἐξ εὐκάμπτου δὲ, ἄκαμπτος. ὥστε ταχέως ἀποπνίγεται, ἢν μή τις ὀξέως βοηθῇ. φλεβοτομέειν τε ποιεύμενος ἀπὸ βραχιόνων, καὶ τὰς ὑπὸ τὴν γλῶσσαν φλέβας ὑποτάμνειν. καὶ φαρμακεύειν τοῖσιν ἐκλεικτοῖσι. καὶ ἀναγαργαρίζων θερμοῖσι. καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποξυρεῖν. καὶ κηρώματι κεφαλὴν, καὶ τράχηλον περιθεῖναι. καὶ εἰρίοις περιελίσσειν. καὶ σπόγγοισι μαλθακοῖσι. καὶ ὕδατι θερμῷ ἐκπιέζων τὰ πυριήματα. πίνειν τε ὕδωρ καὶ μελίκρητον, μὴ ψυχρά. χυλὸν δὲ προσφέρειν, ὁκόταν ἐκ κρίσιος ἐν ἀσφαλείῃ ἤδη ᾖ. ὁκόταν ἐν θέρει ἢ μετοπώρῳ ἐκ κεφαλῆς θερμὸν τὸ ῥεῦμα καταῤῥυῇ, καὶ νιτρῶδες ἅτε ὑπὸ τῆς ὥρης δριμὺ καὶ θερμὸν γεγενημένον. δάκνει δὲ τὸ τοιόνδε ἐὸν, καὶ ἑλκοῖ, καὶ πνεύματος ἐμπιπλῇ, καὶ ὀρθόπνοια παραγίνεται. καὶ ξηρασίη πολλή.

curationem non admittit. Cùm quis repente voce defecerit, venarum interceptiones affligunt, vbi id bene valenti citra manifeſtam occaſionem aut validam aliam cauſam contigerit. Venam igitur incidere oportet brachij dextri internam, & ſanguinem detrahere, habita ſecundum habitum & ætatem pluris aut minoris ratione. Horum autem quamplurimis iſta accidunt, faciei rubores, oculorum immobilitates, & manuum diſtentiones, dentium ſtridores, pulſationes, maxillarum adductio, extremorum refrigeratio, & ſpirituum in venis interceptiones. Cùm dolores acceſſerint, bilis atræ acriumque humorum affluxiones fiunt. Demorſæ autem partes internæ dolent, demorſæq; & admodum areſactæ venæ, tum intenduntur, tum inflammatione tentatæ ea quæ affluunt attrahunt. Ex quo corrupto ſanguine, & ſpiritibus vias quæ in ipſo ſecundum naturam habent peruadere nequeuntibus, perfrigerationes fiunt ob ſtabilitatem, vertigines, vocis defectio, capitis grauitas, & conuulſiones, ſi iam ad cor aut hepar, aut ad venam peruenerint. Hinc morbi comitiales aut partium reſolutiones fiunt, ſi in loca quæ eas partes ambiunt fluxiones inciderint, & ſpiritibus exire nequeuntibus exaruerint. His ſanè priùs adhibitis fomentis ſtatim per initia venam ſecare conuenit, cùm adhuc ſublati ſunt qui affligunt, tum ſpiritus, tum humores. Faciliùs enim remedia adhibentur. Et recreatis viribus & ad iudicationes adhibita conſideratione, ſi non leuetur, ventrem ſuperiorem medicamento purgare oportet, ad inferiorem verò aluum, niſi per infuſum ſubducatur, lac aſininum coctum exhibeto, nec minùs quàm duodecim heminas bibat, & ſi virium robur adfuerit, plus quàm ſedecim. Angina fit cùm ſub hyemem aut vernum tempus, multa & lenta fluxio ex capite ad iugulares venas defluxerit, eæque propter amplitudinem, copioſiorem fluxionem attraxerint. Frigida autem & viſcida exiſtens, obſtruit, & ſpiritus ſanguiniſque vias occludens, proximum quemq; ſanguinem condenſat, eumq; immobilem & ſtabilem reddit, cùm natura ſit frigidus & obſtruere natus. Ob id ſuffocantur, lingua liuente & rotunda reddita ac reflexa, propter eas venas quæ linguæ ſubſunt. Secta namque vua, quam quidam columellam appellant, vtraque ex parte vena craſſa apparet. Plenæ igitur ipſæ exiſtentes, in linguam quæ propter ſiccitatem rara eſt, & ſpongioſa, innixæ ſunt. Ea verò præ violentia humorem ex venis recipiens ex lata, rotunda efficitur, ex bene colorata, liuida, ex molli, dura, ex bene flexibili, flecti contumax. Ex quo citò ſuffocari contingit, niſi quis breui ſuccurrat, venis in brachiis & ſub lingua ſectis, & medicamentis, ad delingendum exhibitis, & calidis oris collutionibus. Capite etiam abraſo, ceratum cum collo, tum capiti apponi debet, & obuolutis lanis molli ſpongia ex aqua calida expreſſa fotus adhiberi. Aqua autem & mulſa minimè frigida potui exhibeatur, & ptiſanæ cremorem ſumat, vbi iam ex iudicatione in tuto verſabitur. Cùm æſtate vel autumno ex capite calida, & nitroſa fluxio defluxerit, vt pote tempore acris & calida reddita, cùm eiuſmodi fuerit, mordet, exulcerat, & ſpiritu implet, erectæ ceruicis ſpiratio cum ſiccitate multa accedit,

& quæ in ore conſpiciuntur gracilia apparent, & ceruicis tendones poſteriores intenduntur, videnturq́ velut neruorum diſtentione corripi, vox eſt abrupta & ſpiratio parua, & ſpiritus retractio crebra eſt & violenta. His arteria exulceratur, pulmo incenditur, neque externum aërem admittere queunt. Quibus niſi ſponte ad exteriores ceruicis partes deferatur, grauior & ineuitabilior fit affectio, tum ob anni tempus, tum quòd à calidis & acribus fit humoribus. Si febris corripuerit veteri ſtercore non ſubeunte, vel recenti cibo accepto, ſiue cum lateris dolore, ſiue non, is quieti permittendus, dum primùm ad inferiorem aluum cibi recrementa deſcenderint. Potu verò aceto mulſo vtendum. At cùm grauitas ad lumbos deuenerit, inferiorem aluum infuſo ſubluere, aut medicamento purgante vti oportet. Poſt purgationem, primùm ex ſorbitione victum inſtituere & aquæ mulſæ potum, deinde cibos & piſces coctos, & vinum aquoſum ad noctem exiguum, interdiu verò mulſam aquoſam. Quòd ſi flatus graueolentes fuerint, vel glans, vel alui infuſum proderit. Alioqui in aceti mulſi potu continere oportet, donec cibi ad inferiorem aluum deſcenderint, tuncque per infuſum aluum ſubducere. At ſi liquidam aluum habenti febris ardens oboriatur, ſi tibi medicamentum purgans idoneum videatur, id tribus primis diebus non exhibendum, ſed vel quarto. Poſt medicamenti purgantis exhibitionem, ſorbitionibus vteris, obſeruatis febrium acceſſionibus, vt neque cùm iam præſentes ſunt, neque cùm mox adfuturæ ſunt, vnquam exhibeantur, ſed cùm vel ceſſant, vel quieuerunt, & quàm longiſſimè à principio receſſerunt. Frigentibus autem adhuc pedibus, neque potum, neque ſorbitionem, neque aliud quippiam eiuſmodi exhibebis. Verùm maximi ponderis eſſe exiſtimato, ſi expectes dum valde incaluerint, tumque quod vtile eſt exhibeas. Siquidem vt plurimùm acceſſionis febrilis ſignum eſt, pedum frigiditas. Quo tempore ſi quid exhibueris, maximè per omnia peccaueris. Morbum namque non parum auxeris. At vbi febris deſinit, pedes vice verſa reliquo corpore calidiores euadunt. Vbi enim pedes refrigerat, augetur, & ex thorace accenſa, flammam ad caput remittit. Toto autem calore confertim ſurſum concurrente, & ad caput exhalante, non immeritò pedes, cùm naturâ excarnes ſint & neruoſi, refrigerantur. Præterea etiam à calidis locis multùm diſtantes refrigerantur, ſeſe colligente ad thoracem calore. Rurſuſque eadem ratione cùm febris ſoluitur, & in minutas partes diſſipatur, ad pedes calor deſcendit. Quo tempore cùm caput ipſorum & thorax refrigeratur, ea de cauſa cibus exhibendus. Cùm namque frigidi pedes fuerint, ventrem calore & multo faſtidio redundare neceſſe eſt, præcordiaque intendi, & corpus variè iactari propter internam turbationem, mentis abalienationem & dolores, æger vellicatur, vomere affectat, & cùm praua vomuerit, dolet. At deſcendente calore ad pedes, vrinaque exeunte, quamuis minimè ſudor erumpat, ſedantur omnia, eoque tempore ſorbitionem exhibere conuenit, alioqui pernicioſa eſt. Quibus per febres aluus perpetuò eſt liquida, vbi pedes eximiè calefeceris, ceratis contexeris, faſciiſque obuolueris, attendere animum oportet, vt ne ſint reliquo corpore frigidiores.

καὶ τὰ θαυμβεύμενα ἰσχνὰ φαίνεται. καὶ τοὺς ὄπισθεν τένοντας ἐν τῷ τραχήλῳ ξυντείνεται. καὶ δοκέει ὁ τέτανος ἐπιτετάσθαι. καὶ ἡ φωνὴ ἀπέρρωγε. καὶ τὸ πνεῦμα σμικρὸν καὶ ἡ ἀντίσπασις τοῦ πνεύματος, πυκνὴ καὶ βιαίη γίνεται. οἱ τοιοίδε, τὴν ἀρτηρίαν ἑλκοῦνται καὶ τὸν πνεύμονα πίμπρανται, οὐ δυνάμενοι τὸ ἔξωθεν πνεῦμα ἐπάγεσθαι. τοῖσι τοιουτοίσιν ἢν μὴ εἰς τὰ ἔξω μέρεα τοῦ τραχήλου ἑκούσιον ἀποφέρηται, δεινοτέρη καὶ ἀφυκτοτέρη ἐστὶ, διὰ τὴν ὥρην, ὅτι ἀπὸ θερμῶν καὶ δριμέων. Ην πυρετὸς λάβῃ παλαιῆς κόπρου οὐχ ὑπεούσης, ἢ νεοβρῶτι ἐόντι, ἤν τε ξυνώδυνος πλευροῦ, ἤν τε μὴ, ἡσυχίην ἄγειν, μέχρις οὗ καταβῇ τὰ σιτία προσωτέρω ἐς τὴν κάτω κοιλίην. πόματι δὲ χρεέσθω, ὀξυμέλιτι. ὁκόταν δὲ ἐς τὴν ὀσφὺν βάρος ἥκῃ, κάτω κλύσαι κλυσμῷ, ἢ καθῆραι φαρμάκῳ. ὁκόταν δὲ καθαρθῇ, διαιτᾶν ῥοφήματι πρῶτον, καὶ πόματι μελικρήτῳ. ἔπειτα σιτίοισι, καὶ ἰχθύσιν ἑφθοῖσι, καὶ οἴνῳ ὑδαρεῖ, ἐς νύκτα ὀλίγῳ, ἡμέρης δὲ, ὑδαρεῖ μελικρήτῳ. ὁκόταν δὲ αἱ φῦσαι δυσώδεες ἔωσιν, οὕτως ἢ βαλάνῳ, ἢ κλυσμῷ, εἰ δὲ μὴ, ἐπισχεῖν ὀξύμελι πίνοντα, ἕως ἂν καταβῇ ἐς τὴν κάτω κοιλίην. εἶθ' οὕτως κλυσμῷ ὑπάγειν. ἢν δὲ λαπαρῷ ἐόντι καῦσος ἐπιγένηται, ἤν τοι δοκέῃ φαρμακεύειν ἐπιτηδείως ἔχειν, εἴσω τριῶν ἡμερῶν μὴ φαρμακεύειν, ἀλλ' ἢ τεταρταῖον. ὁκόταν δὲ φαρμακεύσῃς, τοῖσι ῥοφήμασι χρεόμενος, διαφυλάσσων τοὺς παροξυσμοὺς τῶν πυρετῶν, ὅκως μηδέποτε προσοίσῃς ἐόντων, μηδὲ μελλόντων ἔσεσθαι, ἀλλὰ ληγόντων, ἢ πεπαυμένων, καὶ ὡς πορρωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. Ποδῶν δὲ ψυχρῶν ἐόντων, μήτε ποτὸν, μήτε ῥόφημα, μήτ' ἄλλο μηδὲν δίδου τοιοῦτε, ἀλλὰ μέγιστον ἡγοῦ τοῦτ' εἶναι διαφυλάσσεσθαι ἕως ἂν διάθερμοι σφόδρα γένωνται. εἶθ' οὕτω τὸ ξυμφέρον προσφέρειν. ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ σημεῖον ἐστὶ μέλλοντος παροξύνεσθαι τοῦ πυρετοῦ, ψύξις ποδῶν. εἰ δὴ ἐν τουτέῳ καιρῷ προσοίσεις ἅπαντα, τὰ μέγιστα ἐξαμαρτήσεις. τὸ γὰρ νόσημα αὐξήσεις οὐ μικρῶς. ὁκόταν δὲ ὁ πυρετὸς λήγῃ, τοὐναντίον οἱ πόδες θερμότεροι γίνονται τοῦ ἄλλου σώματος. αὔξεται μὲν γὰρ ψύχων τοὺς πόδας, ἐξαπτόμενος ἐκ τοῦ θώρηκος, ἐς τὴν κεφαλὴν ἀναπέμπων τὴν φλόγα. συνδεδραμηκότος δὲ ἀθρόου τοῦ θερμοῦ ἅπαντος ἄνω, καὶ ἀναθυμιωμένου ἐς τὴν κεφαλὴν, εἰκότως οἱ πόδες ψυχροὶ γίνονται, ἄσαρκες καὶ νευρώδεες φύσει ὑπάρχοντες. ἔτι δὲ πολὺ ἀπέχοντες τῶν θερμοτάτων τόπων, ψύχονται, συναθροιζομένου τοῦ θερμοῦ εἰς τὸν θώρηκα. καὶ πάλιν ἀνάλογον λυομένου τοῦ πυρετοῦ, καὶ κατακερματιζομένου, ἐς τοὺς πόδας καταβαίνει. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν χρόνον, ἡ κεφαλὴ καὶ ὁ θώρηξ κατέψυκται αὐτέων. εἵνεκεν τουτέου προσοιστέον. ὅτι ὁκόταν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσι, θερμὴν ἀνάγκη τὴν κοιλίην εἶναι, καὶ πολλῆς ἄσης μεστὴν, καὶ ὑποχόνδριον ἐντεταμένον, καὶ ῥιπτασμὸν τοῦ σώματος, διὰ τὴν ἔνδοθεν ταραχήν. καὶ μετεωρισμὸν γνώμης. καὶ ἀλγήματα. καὶ ἕλκεται. καὶ ἐμέειν ἐθέλει. καὶ ἢν πονηρὰ ἐμέῃ, ὀδυνᾶται. θέρμης δὲ καταβάσης ἐς τοὺς πόδας, καὶ οὖρα διεξιόντος, ἢν μὴ ἱδρώσῃ, πάντα λωφᾷ. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν καιρὸν, δεῖ τὸ ῥόφημα διδόναι. τότε δὲ, ὄλεθρος. ὁκόσοισι δὲ διὰ τέλεος ἡ κοιλίη ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ὑγρή, τουτέοισι διαφερόντως τοὺς πόδας θερμαίνων καὶ περιστέλλων, κηρώμασι καὶ ταινιδίοισι περιελίσσων προσέχειν, ὅκως μὴ ἔσονται ψυχρότεροι τοῦ λοιποῦ σώματος.

θερμοῖσι

θερμαίνουσι δὲ οἷσι, θέρμασμα μηδὲν προσφέρειν, ἀλλὰ παρατηρεῖν, ὅκως μὴ ψυχθήσονται. πόματι δὲ χρέεσθαι, ὡς ἐλαχίστῳ ὕδατι ψυχρῷ, ἢ μελικρήτῳ. Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι, κοιλίη ὑγρὴ καὶ γνώμη τεταραγμένη. καὶ οἱ πολλοὶ τῶν τοιουτέων τὰς κροκίδας ἀφαιρέουσι, καὶ τὰς ῥῖνας σκάλλουσι, καὶ κατὰ βραχὺ μὲν ἀποκρίνονται τὸ ἐρωτώμενον. αὐτοὶ δὲ ἀφ' ἑωυτῶν οὐδὲν λέγουσι κατηρτισμένον. δοκέει οὖν μοι τὰ τοιάδε, μελαγχολικὰ εἶναι. ὅσων τοιῶνδε ἐόντων. ἢν ἡ κοιλίη ὑγρὴ ᾖ, καὶ συντήκη, δοκέει μοι τὰ ῥοφήματα, ψυχρότερα καὶ παχύτερα προσφέρειν. καὶ τὰ πόματα σταλτικὰ, καὶ οἰνωδέστερα, ἢ στυπτικώτερα. Ὁκόσοισι δὲ τῶν πυρετῶν, δῖνοι τε ἀπ' ἀρχῆς, καὶ σφυγμοὶ κεφαλῆς εἰσὶ, καὶ οὖρα λεπτὰ, τουτέοισι προσδέχεσθαι πρὸς τὰς κρίσιας παροξυνόμενον τὸν πυρετόν. οὐ θαυμάσαιμι δ' ἂν, οὐδ' εἰ παραφρενήσειαν. οἷσι ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα νεφελοειδέα, ἢ καὶ παχέα, τούτοισι ὑποκαθαίρειν, ἢν καὶ τὰ ἄλλα ξυμφέρῃ. ὁκόσοισι δὲ ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα λεπτὰ, μὴ φαρμάκευε τοὺς τοιούτους, ἀλλ' ἢν δοκέῃ κλύσον. τούτους ξυμφέρει, οὕτως θεραπεύεσθαι. τὸ σῶμα ἐν ἡσυχίῃ ἄγοντα, ἀλείφοντά τε καὶ περιστέλλοντα, ὁμαλῶς. ποτῷ δὲ χρέεσθαι, μελικρήτῳ ὑδαρεῖ. καὶ ῥοφήματι, χυλῷ πτισάνης ἐς ἑσπέρην. κοιλίην δὲ ὕπαγε κατ' ἀρχὰς κλύσματι. φάρμακα δὲ μὴ προσάγε τουτέοισι. ἢν γὰρ κινήσῃς κατὰ κοιλίην, τὸ οὖρον οὐ πεπαίνεται, ἀλλ' ἀνίδρως τε καὶ ἄκριτος ὁ πυρετὸς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔσται. τὰ δὲ ῥοφήματα ὁκόταν ἐγγὺς τῶν κρισίων ᾖ, μὴ δίδου ἢν θορυβῶνται ἀλλ' ὅταν ἀνῇ καὶ ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον. φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ καὶ πάντων τῶν πυρετῶν τὰς κρίσιας, καὶ ἀφαιρέειν τὰ ῥοφήματα κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν. μεμαθήκασι δὲ μακροὶ οἱ πυρετοὶ οἵδε γίνεσθαι, καὶ ἀποσκήμματα ἴσχειν, ἢν μὲν τὰ κάτω ψυχρὰ ᾖ, παρὰ ὦτα, καὶ τράχηλον. ἢν δὲ μὴ ψυχρὰ, ἄλλας ἴσχει μεταβολάς. ῥέει δὲ καὶ αἷμα ἐκ ῥινῶν. καὶ αἱ κοιλίαι τοῖσι τουτέοισιν ἐκταράσσονται. ὁκόσοισι δὲ πυρετοὶ ἀσώδεες εἰσὶ, καὶ ὑποχόνδρια συντείνουσι, καὶ κατακλιθῆναι οὐκ ἀνέχονται ἐν τῷ αὐτέῳ. καὶ τὰ ἄκρεα ψύχονται πάντα, πλείστης ἐπιμελείας καὶ φυλακῆς δέονται. διάγειν δὲ τούτοισι, προσφέροντας μηδὲν ἄλλο, ἢ ὀξύμελι ὑδαρές. ῥόφημα δὲ μὴ προσφέρε, ἕως ἂν λήξῃ καὶ τὸ οὖρον πεπανθῇ. κατακλίνειν δὲ ἐς ζοφερὰ οἰκήματα. καὶ κατακεκλίσθαι ὡς ἐπὶ μαλθακωτάτοισι στρώμασι πλεῖστον χρόνον ἐπὶ τὰ αὐτὰ καρτερέοντα καὶ ὡς ἥκιστα ῥιπτάζειν. μάλιστα γὰρ τοῦτο τοὺς τοιούτους ὠφελέει. ἐπὶ δὲ τὸ ὑποχόνδριον, λίνου σπέρμα ἐγχέων ἐπιτιθέναι, φυλασσόμενος ὅκως μὴ φρίξῃ περιτιθέμενος. ἔστω δὲ ἀκροχλίαρον, ἑφθὸν ὕδατι καὶ ἐλαίῳ. τεκμαίρεσθαι δὲ ἐκ τῶν οὔρων, τὸ μέλλον ἔσεσθαι. ἢν μὲν γὰρ παχύτερα καὶ ὠχρότερα ᾖ, βελτίω ἢν δὲ λεπτότερα καὶ μελάντερα, πονηρότερα. ἢν δὲ μεταβολὰς ἔχῃ, χρόνον τε σημαίνει καὶ ἀνάγκη τῷ νοσήματι μεταβάλλειν καὶ ἐπὶ τὰ χείρω καὶ ἐπὶ τὰ βελτίω, τὴν ἀνωμαλίην. τοὺς δὲ ἀκαταστάτους τῶν πυρετῶν, ἐᾶν μέχρις ἂν καταστῶσιν, ὁκόταν δὲ στῶσιν ἀπαντᾷν τῇ διαίτῃ καὶ θεραπείῃ τῇ προσηκούσῃ, κατὰ φύσιν θεωρέων. Εἰσὶ δὲ ὄψιες πολλαὶ τῶν καμνόντων, διὸ προσεκτέον τῷ ἰωμένῳ, ὅκως μὴ διαλήσεταί τις τῶν προφασίων. μήτε τῶν κατὰ λογισμόν. μήτε ὁκόσα ἐν ἀριθμοῖς ἀρτίοις, ἢ περισσοῖσι δεῖ φαίνεσθαι. μάλιστα μὲν ἐν τοῖσι περισσοῖσι ἀριθμοῖσι διαφυλάσσεσθαι, ὡς αὗται αἱ ἡμέραι ἐπιρρεπέως ποιέουσι τοὺς κάμνοντας.

Quòd ſi caleant, nihil calidi adhibendum, ſed videndum vt ne refrigerentur. Potus ſit quam minimus, aqua frigida, aut mulſa. At quibus per febres aluus eſt liquida, & mens perturbata, & ex his multi floccos vellunt, nares fodiunt, & parum quidem ad interrogata reſpondent, per ſe verò nihil compoſitum dicunt, iis ſanè talia melancholica eſſe arbitror. His ita ſe habentibus ſi aluus liquida fuerit & colliqueſcens, ſorbitiones frigidiores & craſſiores exhibendæ mihi videntur, & potiones quæ aluum ſiſtant, vinoſiores potiùs quàm adſtringentes. Quibus autem per febres ab initio vertigines & capitis pulſationes adſunt, & vrina tenuis, in his expectandum vt ad iudicationes febris ingraueſcat, neq; mirandum ſi delirent. Quibus per initia vrinæ nebuloſæ ſunt, aut etiam craſſæ exiſtunt, hos, ſi alia quoque conferant, purgare oportet. Quòd ſi inter initia vrinæ tenues fuerint, eos minimè purgabis, ſed ſi viſum fuerit, per infuſum aluum ſublues. Hos ita curare conducit, vt æger corpore quieſcat, tum inungatur, tum æqualiter contegatur. Potu vtatur mulſa aquoſa, & priſanæ ſucco in ſorbitione ad veſperam. Aluum ab initio per infuſa ſubducito, medicamenta autem purgantia minimè exhibeto. Si quid enim circa ventrem commoueris, vrina non coquitur, ſed citra ſudorem & iudicationem febris diutiùs perſeuerabit. Sorbitiones autem ne dederis cum propè iudicationes fuerint, & perturbatio adfuerit, verùm vbi remiſerit, & res in meliùs proceſſerit. Omnium verò febrium iudicationes obſeruandæ, atque eo tempore ſorbitiones detrahendæ. Hæ verò febres protrahi ſolent, & abſceſſus habere circa aures & ceruicem, ſi quidem infernæ partes frigidæ fuerint. Quòd ſi minimè frigidæ fuerint, alias habent mutationes. Fluit namque ſanguis ex naribus & iis alui conturbantur. At quos febres detinent cum anxietudine & præcordiorum contentione, ij iacentes ſtare loco neſciunt, & extremis omnibus perfrigerantur, magnamque tum curam, tum cuſtodiam requirunt. Hos ſic tranſigere oportet, vt nihil præter acetum mulſum dilutum exhibeas, neque ſorbitionem offeras, donec febris deſierit, & vrina concocta fuerit. Recumbere autem debent in domo obſcura, & ſtratis quàm molliſſimis reclinati, longo tempore eundem decubitum perferre, & quàm minimè incontinenter ſe iactare. Id enim eos præcipuè iuuat. Ad præcordia lini ſemen illitum impone ea obſeruatione vt ne inhorreſcat is cui apponitur, ſitque exactè tepidum ex aqua & oleo coctum. Ex vrinis verò quid futurum ſit conijciendum. Craſſiores namque & pallidiores, meliores, tenuiores, & nigriores, deteriores. Quòd ſi mutationem habeant, temporis longinquitatem indicant, morbúſque neceſſario tum ad peius, tum ad melius inæqualitatem commutat. Inconſtantes autem febres, donec conſiſtant, ſinere oportet, atque vbi conſtiterint, victu & conueniente curatione occurrendum, adhibita eorum quæ ſecundum naturam ſunt ratione. Ægrotantium verò facies multæ ſunt, ideoq; Medico aduertendum eſt, vt ne eum manifeſta aliqua cauſa lateat, tum earum quæ ratiocinatione conſiderantur, tum earum quas die pari aut impari apparere neceſſe eſt. Imprimis igitur dies impares verendi ſunt, nempe quòd hi dies magnam ægrorum in hanc vel illam partem inclinationem efficiant.

Obſeruare itaque primum diem oportet, quo æger debilis eſſe, & vnde & quando initium morbi cœpit, quod certè præcipuum cognitu exiſtimatur. Poſtquam autem ipſum interrogaueris, omniaque etiam in conſiderationem adhibueris, primùm quidem caput quonam ſe habeat modo, num dolore vacet & nullam in ſe grauitatem ſentiat, deinde præcordia & latera num dolore careant. Circa præcordia ſiquidem ſpectandum num dolorem ſentiant, aut in tumorem attollantur, vel obliquitatem, vel ſatietatem habeant, vel lateris dolor affuerit, ſimulq; cum dolore aut tuſſicula, aut tormina, aut ventris dolor affligant. Vbi namq; horum quicquam in præcordiis adfuerit, præcipuè aluum per inſuſa ſoluere conuenit. In potu verò aqua mulſa calida decocta vtatur. Conſiderandum etiam ſi cùm exurgit animo linquatur, aut facilè ſpiritum trahit. Inſpicienda quoque alui egeſtio num vehementer colore nigro tincta fuerit, vel pura, quales ſunt ſanorum deiectiones, vel etiam num febris tertio die ingraueſcat. Vbi autem huiuſmodi tertianos circuitus in his morbis probè admodum inſpexeris, præterea etiam alia conſideranda ſunt, & ſi quartus dies ſimiliter in his ipſis quodammodo ſe habeat, æger in periculo verſatur. Quod verò ad ſigna attinet, nigra alui deiectio mortem ſignificat, quæ autem ſani egeſtioni ſimilis eſt, ſi per omnes dies appareat, ſalutaris. At ſi glande ſubdita aluus non ceſſerit, & facilis ſpiratio adfuerit, ſi vbi ad deſidendum exurrexerit; aut in ipſo lecto animo deficiat, hæc ſi vel ægro vel ægræ inter initia affuerint, delirium affore exiſtima. Attendendum quoque ad manus, quæ ſi tremulæ fuerint, huic ſperandum eſt ſanguinem è naribus profluxurum. Nares quoque inſpiciendæ, num ex vtriſque æqualiter ſpiritus ducatur, & ſi multus ex naribus feratur, conuulſio fieri aſſolet. Quæ ſi contingat, mors huic expectanda eſt, eamque prædicere pulchrum fuerit. At ſi in febre hyberna lingua aſpera fuerit, & animi deliquia incidant, huic etſi febris remiſſio contingere conſueuit, eum tamen in perfecta inedia continere, & aquæ ac mulſæ potione ptiſanæq; cremore conſeruare oportet, neque febris remiſſioni fidendum eſt, quòd eiuſmodi ſigna ægrum de vita periclitari teſtentur. Quæ vbi cognoueris, optimeq; contemplatus fueris, ita ſi lubet prædicere poteris. Cùm verò in febribus quinto die quid formidoloſum contigerit, aut aluus liquida repentè deiecerit, aut animi deliquium inciderit, vel vocis defectio prehenderit, vel conuulſio, vel ſingultus, ex quibus anxietate æger premi conſueuit, ſudoreſque ſub naſo & circa frontem ac ceruicem poſteriore capitis parte ſuboriri. Qui caſibus conflictantur huiuſmodi, ſuſpirioſi non multò poſt moriuntur. Quibus autem per febres tubercula in cruribus oriuntur, tractuque temporis perſeuerante etiam febre, non maturantur, & circa fauces ſuffocatio incidit, nullo tumore in faucibus exiſtente, neque tubercula concoquantur, ſed extincta fuerint, iis ſanguis ex naribus effluere conſueuit. Qui ſi multus quidem fluxerit, morbi ſolutionem portendit; ſin minus, longitudinem; quoque minùs fluxerit, eò deteriorem & longiorem. Quòd ſi reliqua facilima fuerint, huic dolores ad pedes expectandi ſunt,

φυλάσσεσθαι οὖν δεῖ τὴν πρώτην ἡμέρην, ἐν ᾗ ἄρχεται ἀσθενέειν ὁ κάμνων, ἰδόντα τὴν ἀρχὴν, ἐξ ὅτου καὶ ὅτε. ἡγέεται γὰρ τοῦτο πρῶτον εἰδῆσαι. ὁκόταν δὲ ἔρῃ αὐτὸν καὶ διασκέψῃ ταῦτα πάντα, πρῶτον μὲν κεφαλὴν, ὅκως ἔχῃ, εἰ ἀνάλγητος, καὶ μὴ βάρος ἔχῃ ἐν ἑωυτῇ. ἔπειτα ὑποχόνδρια καὶ τὰ πλευρὰ, εἰ ἀνάλγητα. ὑποχόνδριον μὲν γὰρ, εἰ ἐπίπονον ᾖ, ἢ ἐπηρμένον, ἢ ἔχῃ τινὰ σκολιότητα, ἢ κόρον, ἢ πλευροῦ ἄλγημα ἐνῇ, καὶ ἅμα τῷ ἀλγήματι, ἢ βηχίον, ἢ στρόφος, ἢ πόνος κοιλίης. ὅταν δέ τι τούτων παρῇ, ἐν ὑποχονδρίῳ μὲν, μάλιστα λύειν τὴν κοιλίην, κλυσμοῖσι. πινέτω δὲ μελίκρητον θερμὸν ἀφεψημένον. καταμανθάνειν δὲ καὶ ἐν τῇσιν ἐξαναστάσεσιν, εἰ λειποθυμέει. καὶ εἰ τοῦ πνεύματος εὐφορίην αὐτὸν ἔχει. ἰδεῖν τε καὶ διαχώρησιν, μή τι μέλαν διαχώρησιν ἰσχυρῶς χρῶμα. καὶ εἰ καθαρὴ, ὁκοῖα ὑγιαινόντων ἂν εἴη διαχωρήματα. καὶ ὁ πυρετὸς ἐς τὴν τρίτην ἐπιπαροξυνόμενος. κατιδεῖν δὲ εὖ μάλα τοὺς τοιούσδε ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι τεταγμένους, πρὸς ταῦτα ἤδη καὶ τἄλλα, σκοπέειν. καὶ ἢν ἡ τετάρτη τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ ὅμοιον ἔχῃ τι τῶν αὐτῶν τούτων, κινδυνώδης ὁ κάμνων γίνεται. τὰ δὲ σημεῖα, ἡ μὲν μέλαινα διαχώρησις θανάτου σημαίνει. ἢν δὲ ὁμοίη ᾖ ὑγιαίνοντι, ὁκόταν ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας φαίνηται, σωτήριον. ὁκόταν δὲ μὴ ὑπακούῃ τῇ βαλάνῳ, ἐνῇ δὲ τοῦ πνεύματος εὐφορίη, διαναστὰς ἐπὶ τὸν θᾶκον, ἢ αὐτοῦ ἐν τῇ κλίνῃ ἢν ἀψυχίη ἐνῇ. ταῦτα δὲ ὁκόταν προσῇ τῷ κάμνοντι ἢ τῇ καμνούσῃ, κατ' ἀρχὰς, παραφροσύνην οἱ ἐσομένην. προσέχειν δὲ χρὴ καὶ τῇσι χερσίν. ἢν γὰρ τρομεραὶ ἔωσι, προσδέχου τῷ τοιῷδε ἀπόστασιν αἵματος ἐκ ῥινῶν ἐσομένην. ὁρῇν δὲ χρὴ καὶ τοὺς μυκτῆρας ἢν ὁμοίως τὸ πνεῦμα δι' ἀμφοτέρων ἕλκηται. καὶ ἢν πολὺ φέρηται ἐκ τῶν μυκτήρων, φιλέει γίνεσθαι σπασμός. ἢν δὲ σπασμὸς γίνηται τῷ τοιῷδε, θάνατος προσδόκιμος. καὶ καλῶς ἔχει προλέγειν. εἰ δὲ ἐν πυρετῷ χειμερινῷ ἡ γλῶσσα τρηχείη γίνηται, καὶ ἀψυχίαι ἐνέωσι, φιλέει τῷ τοιῷδε καὶ ἐπανέσεις εἶναι τοῦ πυρετοῦ. ἀλλ' ὅμως τὸν τοιόνδε διαφυλάσσειν τῇ λιμοκτονίῃ. καὶ τῇ ὑδατοποσίῃ. καὶ μελικρήτου πόσει. καὶ χυλοῖσι διαφυλάσσειν, μηδὲν πιστεύων τῇ ἀνέσει τοῦ πυρετοῦ. ὅσοι δὲ τοιάδε ἔχουσι σημεῖα, ἐπικίνδυνοί εἰσι θνήσκειν. ὁκόταν δὲ ταῦτα συνειδῇς, οὕτω προλέγειν ἢν σοι ἀρέσκῃ θεωρήσαντι εὖ μάλα. ὁκόταν δὲ πυρετοῖσι φοβερόν τι γίνηται πεμπταίοισιν ἐοῦσιν, ἢ κοιλίη τε ἐξαίφνης ὑγρὰ διαχωρήσῃ καὶ ἀψυχίη γίνηται, ἢ ἀφωνίη ἐπιλάβῃ, ἢ σπασμώδης γένηται, ἢ λυγγώδης, ἐπὶ τούτοισι καὶ ἀσώδης φιλέει γίνεσθαι. καὶ περὶ ὑπορίνιον καὶ μέτωπον ἱδρῶτες, καὶ αὐχένα ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς. οἱ δὲ ταῦτα πάσχοντες, θνήσκουσιν οὐκ εἰς μακρὸν πνευματώδεες. ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ σκέλεα γίνεται φυματώδεα, καὶ ἐγχρονίζομενα, μὴ ἐκπεπαίνηται ἔτι ἐόντων ἐν πυρετοῖσι, καὶ προσπίπτῃ πνιγμὸς ἐν φάρυγγι, ἰσχνῶν ἐόντων τῶν περὶ φάρυγγα, καὶ μὴ σβεσθῇ, φιλέει τῷ τοιῷδε, αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥέειν. κἢν μὲν πολὺ ῥυῇ, λύσιν σημαίνει τῆς νούσου. ἢν δὲ μὴ, μακρήν. ὁκόσῳ δ' ἂν ἔλασσον ῥυῇ, τοσῷδε χείρων καὶ μῆκος. ἢν δὲ τἄλλα ῥήϊστα γίνηται, προσδέχεσθαι τῷ τοιῷδε, ἐς πόδας ἀλγήματα.

ἢν δὲ ἅψηται τοῦ ποδὸς, καὶ ἐπιπόνως χρονίως [illegible] ἡ περιφλεγμονὴ [illegible] καὶ μὴ λύηται, [illegible] καὶ ἐς αὐχένα ἀλγήματα, καὶ ἐς κληῖδα, καὶ ἐς ὦμον, καὶ ἐς στῆθος, καὶ ἐς ἄρθρον. [illegible] φυματῶδες γίνεται. [illegible] δὲ τούτων ἢν αἱ χεῖρες [illegible], ἢ τρομεραὶ [illegible], σπασμὸς [illegible] παραφροσύνη. [illegible] καὶ φλυζάκια ἐπὶ τῶν ὀφρύων, καὶ ἐρυθήματα [illegible] καὶ βλέφαρον τὸ ἕτερον [illegible] τὸ ἕτερον [illegible], καὶ [illegible] φλεγμονὴ κατέχει, καὶ οἰδέει ἰσχυρῶς ὁ ὀφθαλμὸς, καὶ παραφροσύνη μέγα ἐπιδιδοῖ. αἱ δὲ νύκτες μᾶλλον σημαίνουσιν ἢ αἱ ἡμέραι, τὰ περὶ τῆς παραφροσύνης. τὰ [illegible] σημεῖα μάλιστα [illegible] πολλὰ ἐπὶ τῶν περισσῶν ἀριθμῶν, ἢ ἐπὶ τῶν ἀρτίων. ὁκότεροι δ' αὖ τούτων τῶν ἀριθμῶν γένωνται, ὀλέθριοι ἐπιγίνονται. [illegible] ἀρχῆς φαρμακεύειν [illegible] πεμπταίου [illegible] βορβορύζῃ ἡ κοιλίη. εἰ δὲ μὴ, ἐᾶν ἀφαρμακεύτους εἶναι. ἢν δὲ [illegible] βορβορύζῃ, καὶ τὰ ὑποχωρήματα χολώδεα ᾖ, σκαμμωνίῳ ὑποκαθαίρειν μετρίως. τῇ δὲ ἄλλῃ θεραπείῃ, ὡς ἐλάχιστα προσφέρειν πόματα καὶ ῥοφήματα, ἵνα βελτιόνως ἔχῃ, ἢν μὴ [illegible] τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἐπιλύσαντες. ὁκόσοισιν [illegible] τεσσαρεσκαιδεκαταίοις ἐοῦσιν ἄφωνίη [illegible], οὐ φιλέει ἡ λύσις ταχεῖα, οὐδὲ ἀπαλλαγὴ τοῦ νοσήματος γίνεται, ἀλλὰ χρόνου [illegible] σημαίνει. ὁκόταν [illegible] φανῇ ἐπὶ τῇ ἡμέρῃ ταύτῃ, μακρότερον ξυμπίπτει. ὁκόσοισι δὲ πυρέσσουσι τεταρταίοις, ἡ γλῶσσα ἐκ [illegible] ἀλλέγηται, καὶ ἡ κοιλίη χολώδεα ὑποχωρέει ὑγρὰ, φιλέει παραληρέειν ὁ τοιοῦτος. ἀλλὰ χρὴ παραφυλάσσειν [illegible] τοῖσιν ἀποβαίνουσι. [illegible] καὶ μετοπωρινῆς ὥρης ἐπὶ τῶν ὀξέων, αἵματος ἀπόσταξις ἐξαπίνης, [illegible] καὶ πολλὴν φλεγμασίην κατὰ τὰς φλέβας δηλοῖ. [illegible] ἐς τὴν ὑστεραίην λεπτῶν οὔρων ἐπιφάσιας. [illegible] ἢν ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ, καὶ τὸ σῶμα ἐκ γυμνασίων ἢ εὔσαρκος ἔχῃ [illegible] χολικὸς, ἢ ἐκ πόσιος χεῖρες τρομεραὶ, καλῶς ἔχει παραφροσύνην προειπεῖν, ἢ σπασμόν. [illegible] ἐπιγίνηται, βέλτιον. ἐν κρισίμῃσι δὲ ὀλέθριον, ἢν [illegible] αἷμα ἐξόδους ποιήσηται τῆς [illegible] κατὰ ῥῖνας, ἢ κατὰ ἕδρην ἢ ἐμπυήσιος, ἢ μεταστάσιος, ἢ ἀποστάσιος, ἢ πόνους ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις, ἢ ἐς ὄρχιας, ἢ ἐς σκέλεα. λυθέντων δὲ τούτων, ἔξοδοι γίνονται [illegible] παχέων οὔρων. λείων. λευκῶν. ἔξοδοι. πυρετοῖσι λυγγώδεσι, ὀπὸν σιλφίου, ὀξύμελι, δαῦκον [illegible] πιπίσκειν, καὶ χαλβάνην ἐν μέλιτι καὶ κύμινον ἐκλεικτὸν, καὶ [illegible] πτισάνης, ἐπὶ τούτοισι ῥοφέειν. ἀφύξεται δὲ ὁ τοιοῦτος, ἢν μὴ ἱδρῶτες κρίσιμοι καὶ ὕπνοι ὁμαλοὶ ἐπιγίνωνται, καὶ [illegible] παχέα καὶ δριμέα καταδράμῃ, ἢ ἐς ἀπόστασιν [illegible]. κῶνος [illegible] καὶ σμύρνα, ἐκλεικτόν. [illegible] τούτοισι διδόναι [illegible] ὡς ἐλάχιστον. ἢν δὲ διψώδεες ἔωσι σφόδρα, [illegible] ὕδωρ. [illegible] περιπνευμονικὰ καὶ πλευριτικὰ ὧδε [illegible], ἢν ὀξὺς τε ὁ πυρετὸς ᾖ, καὶ τὰ ὀδυνήματα [illegible] ἢ ἀμφοτέρων, καὶ [illegible] ἄνω [illegible], καὶ βῆχες ἐνέωσι, καὶ πτύσματα [illegible] πέλια, ἢ καὶ λεπτὰ, καὶ ἀφρώδεα, καὶ ἀνθηρὰ, καὶ εἴτι ἄλλο διαφέρον ἔχει [illegible] ὡς ἂν [illegible]. ἢν μὲν ὀδύνη ἄνω [illegible] πρὸς κληῖδα, ἢ περὶ μαζὸν, ἢ [illegible] χρὴ τὴν ἐν τῷ βραχίονι φλέβα τὴν ἔσω, ἐφ' ὁκότερον ἂν ᾖ τῶν μερέων, κατὰ [illegible] ἀφαιρέειν δὲ κατὰ τὴν [illegible]

qui ſi pedem attigerint, diuturnoq; dolore affecerint; & inflammatio circum oborta paulatim non leuetur; ad ceruicem dolores peruenient, & ad iugulum, humerum, pectus & articulum, huncq; tuberculoſum fieri neceſſe eſt. His verò extinctis, ſi manus contrahantur, vel tremulæ euadant, eum conuulſio & deſipientia prehendit. Quinetiam in ſuperciliis puſtulas & rubores habet, & vna ex palpebris iuxta alteram repullulat, dura inflammatio detinet, oculus vehementer intumeſcit, & delirium valde increſcit. At noctes magis quàm dies delirij ſignificationem præbent. Multa autem ſigna maximè contingunt ad numerum imparem potiùs quàm parem. Vtrouis tamen numero contingant, lethales morbi ſuccedunt. Hos ſi quidem ab initio medicamentis purgare volueris; id ante quintum diem faciendum, ſi venter murmurauerit, alioqui à medicamentis abſtinendi. Quòd ſi murmurauerit, aluiq; egeſtiones bilioſæ fuerint, ſcãmonio exhibito moderatè purgandum. Quod autem ad reliquam curationem attinet, quàm parciſſimi potus & ſorbitiones, quò meliùs ſe res habeat, exhibendæ, donec remiſſione facta decimumquartum exegerint diem. Febricitanti ſub decimumquartum diem ſi vox defecerit, huic neque cita morbi ſolutio, neque liberatio venire aſſolet, ſed temporis longinquitas indicatur. Cùm verò hoc die apparuerit, longior morbus incidit. Febricitanti vbi quarto die lingua perturbatè loquitur, & aluus biliosa liquida deiicit, is delirare aſſueuit. Sed ex euentis quid conſequatur obſeruandum. In acutis morbis æſtiua & autumnali tempeſtate, repentina ſanguinis ſtillatio, contentionem & multum circa venas feruorẽ ſignificat, & poſtero die vrinas tenues futuras. Ac ſi ætate viguerit æger, fueritq; corpore exercitato, bene carnoſo & melancholico; aut ex potatione manus tremulæ fuerint, delirium aut conuulſionem rectè prædixeris. Et ſi quidem paribus diebus acceſſerint, melius, iudicatoriis verò diebus pernicioſum, niſi multus irruens ſanguis viam redundantię per nares aperuerit, aut per ſedem fecerit, aut abſceſſus, aut humorum tranſpoſitus, aut præcordiorum dolores, aut ad teſtes, aut ad crura attulerit. Quibus concoctis viæ ſunt ſputis, & vrinæ excernuntur craſſæ, læues, albæ. In febre ſingultuoſa laſeris ſuccum, acetum mulſum, daucum tritum potui exhibeto, & galbanum ex melle cum cumino delingendum, poſteaq; ptiſanæ cremorem ſorbendum dato. Neque is euadere poteſt, niſi iudicatorij ſudores & ſomni æquales acceſſerint, vrinæq; craſſæ & acres percurrerint, aut ad abſceſſum morbus ſe conuerterit. Nux pinea cum myrrha in eclegmate detur. His verò acetum mulſum quàm minimum potui exhibeatur, ſed ſi admodum ſiticuloſi fuerint, aqua hordei. Circa pulmonum & laterum inflammationes iſtud conſiderandum, num febris adſit acuta, & dolores alterius lateris aut vtriuſque affligant, & num laboret dum ſpiritus ſurſum fertur, tuſſes adſint, & ſputa educantur rufa aut liuida, vel etiam tenuia & ſpumoſa, & florida, atque ſi quid diſcrepet ab iis quæ illis contingere conſueuerunt. His hæc inſtituenda curatio. Si quidem dolor ſurſum ad iugulum tendat, vel ad mammam & brachium, internam brachij venam ſecare oportet, ea parte qua dolor affligit, & ſanguinem detrahere pro

corporis habitu, anni tempore, ætate, & colore, pluſque & cum maiore fiducia, ſi dolor acutus fuerit, ad animi vſque deliquium ducere, poſtea alui infuſum per clyſterem exhibere. Quòd ſi ſub thorace dolor valdè vrgeat, lateris morbo affecto aluum medicamento purgabis. At medio purgationis tempore nihil dandum, poſt purgationem autem acetum mulſum exhibendum. Quarto die medicamentum purgans propinato, tribuſque primis diebus aluum per infuſum ſubluito, atque ſi ſic non leuetur, aliquantulum purgato. Cuſtodia deinde opus eſt, dum æger febris ſit expers & ad ſeptimum diem peruenerit. Deinde ſi in tuto verſari videatur, ſic primùm tenuem modicumque ſuccum ex melle exhibeto. Quòd ſi facilè ſputum educatur, bene ſpiret, & circa latera dolore careat, paulò craſſiorem & copioſiorem, biſq; die dato. Si vero non facilè liberetur, minorem potionem & paucam ſorbitionem, cremorem tenuem & ſemel exhibeto, eo quo meliùs degit tempore, quod ex vrinis deprehendes. Sorbitionem autem his in morbis non priùs offerre oportet, quàm vrinas & ſputa concocta videris. At ſi ex medicamento purgante frequenter deiecerit, minorem quidem & tenuiorem exhibere neceſſe eſt. Neque enim dormire ob vaſorum inanitionem, neque concoquere ſimiliter, neque iudicationes ſuſtinere poterit. Verùm vbi crudorum colliquationes extiterint, & quæ renituntur reiecerit nihil repugnabit. Concocta autem ſputa quidem ſunt, vbi puri ſimilia extiterint, vrinæ verò, vbi ſedimenta habuerint eruo ſimilia. At ad cæteros laterum dolores tepefactoria & ceromata apponere nihil prohibet, crura etiam & lumbos oleo calido inungere, & pinguedine illinere. Ad præcordia autem lini ſemen cataplaſmate ad mammas vſque imponere. Pulmonis inflammatio vbi ſtatim attigerit, niſi repurgetur, remedium non admittit, prauaque eſt ſi æger difficulter ſpiret, vrinæ tenues ſint & acres, ſudoreſque circa ceruicem & caput oborti ſint. Hi enim ſudores mali ſunt ex ſuffocatione, impetu, & violentia vbi ſuperior morbus euadit contingentes, niſi vrinæ multæ & craſſæ proruperint, & ſputa cocta prodierint. Quicquid autem ex his ſponte euenerit, morbi ſolutionem adferet. Ad pulmonis inflammationem medicamentum in ecligmate, nux pinea & galbanum ex melle Attico. Abrotanum in aceto mulſo, piper, veratrum nigrum vbi decoxeris, lateris dolore affecto etiam inter initia, vbi dolor vrget, exhibeto. Confert etiam panacem ex aceto mulſo decoctum & percolatum propinare, tum hepaticis, tum ſepti tranſuerſi dolore plurimùm affectis. Et quæcunq; per aluum aut per vrinas deducere voles, ex melle & vino exhibeto. Verùm quę per aluum, cum aquoſa mulſa copioſiore propinato. Inteſtinorum difficultas ſi ceſſauit, vel abſceſſum, vel tumorem aliquem pariet, niſi in febres vel ſudores vertatur; & vrinæ craſſæ, albæ & læues apparuerint, vel in tertianas, vel varicē, vel teſtem, vel crura, vel in coxēdices dolor obfirmetur. In biliosa febre, morbus regius, ante diem ſeptimum cum rigore ſuccedens, febrem ſoluit, citra rigorem verò intempeſtiuè obortus, lethalis. Neruorū diſtentio circa lumbos, & ex atrabilariis humorib. per venas ſpirituū interceptiones ſi adfuerint, venæ ſectione ſoluuntur. Cùm autem per tendones vehementer anteriore parte reuelluntur, ſudoreſque circa ceruicem & faciem oboriuntur,

σώματος ἕξιν, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην καὶ χροιήν, πλεῖον καὶ θαρσέων. κἢν ὀξὺ τὸ ἄλγημα ᾖ, ἄγειν πρὸς λειποψυχίην. ἔπειτα ὑποκλύζειν μετὰ τοῦτο. ἢν δὲ ὑποκάτω τοῦ θώρηκος ᾖ τὸ ἄλγημα, καὶ συντείνῃ λίην, τῷ πλευριτικῷ τὴν κοιλίην ὑποκάθαιρε. μεσηγὺ δὲ τῆς καθάρσιος, μηδὲν δίδου. μετὰ κάθαρσιν δὲ ὀξύμελι. φαρμακεύειν δὲ τεταρταῖον. τὰς δὲ ἐξ ἀρχῆς τρεῖς ὑποκλύζειν. καὶ ἢν μὴ κουφίζῃ οὕτως, ὑποκάθαιρε. φυλακὴ δὲ ἔστω, ἕως ἀπύρετος ἐς ἑβδόμην. ἔπειτα ἢν ἀσφαλὴς γίνηται εἶναι, οὕτω. χυλῷ ὀλίγῳ καὶ λεπτῷ τὸ πρῶτον, σὺν μέλιτι μίσγων, δίδου. ἢν δὲ ἀναχρέμπτηται ῥηϊδίως, καὶ εὔπνοος ᾖ, καὶ ἀνώδυνος τὰ πλευρά, κατὰ σμικρὸν παχυτέρῳ τε καὶ πλείονι, καὶ δὶς τῆς ἡμέρης. ἢν δὲ μὴ ῥηϊδίως ἀπαλλάσσῃ, ἔλασσόν τι τὸ πόμα, καὶ τὸ ῥόφημα ὀλίγον, χυλὸν λεπτὸν καὶ ἅπαξ. καὶ ἐν ὁποτέρῃ ἂν ὥρῃ, βέλτιον διάγει. γνώσῃ δὲ ἐκ τῶν οὔρων. δεῖ δὲ ῥόφημα προσφέρειν τοῖσιν ἐν τῶν νοσημάτων μὴ πρότερον ἢ πέπονα τὰ οὖρα, ἢ πτύσματα ἴδῃς γεγενημένα. ἢν δὲ φαρμακευθεὶς συχνὰ καθαρθῇ, ἀναγκαῖον διδόναι ἔλασσον καὶ λεπτότερον. οὐ γὰρ δυνήσεται ὑπὸ κενεαγγείης ὑπνώσσειν. οὐδὲ πέσσειν ὁμοίως. οὐδὲ τὰς κρίσιας ὑπομένειν. ἀλλ' ἐπειδὰν ξυντήξιες ὠμῶν γένωνται, καὶ τὰ ἀντίξοα ἀποβάλλῃ, κωλύσει οὐδέν. πέπονα δέ ἐστι τὰ μὲν σίαλα, ὁκόταν γένηται ὅμοια τῷ πύῳ. τὰ δὲ οὖρα τὰς ὑποστάσιας ὑπερυθρέας ἔχοντα, ὁκοῖον ὄροβος. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ἀλγήματα τῶν πλευρέων, καὶ χλιάσματα προστιθέναι, καὶ κηρώματα. ἀλείφειν δὲ τὰ σκέλεα καὶ ὀσφὺν, θερμῷ, καὶ λίπος ἐγκαταλείφειν. ἐπὶ δὲ ὑποχόνδρια λίνου σπέρμα καταπλάσσειν ἕως μαζῶν. ἀκμαζούσης δὲ τῆς περιπλευμονίης, ἀβοήθητος μὴ ἀνακαθαιρομένου, καὶ πονηρὸν ἢν δύσπνοος ᾖ, καὶ τὰ οὖρα λεπτὰ καὶ δριμέα, καὶ οἱ ἱδρῶτες περὶ τράχηλον καὶ κεφαλὴν γένονται. οἱ τοιοῦτοι γὰρ ἱδρῶτες πονηροί, ὑπὸ πνιγμοῦ καὶ ῥωγμῆς καὶ βίης ἐπικρατεόντων τῶν νοσημάτων. ἢν μὴ οὖρα πολλά, καὶ παχέα ὁρμήσῃ, καὶ πτύσματα πέπονα ἔλθῃ, ὅ, τι δ' ἂν τούτων αὐτομάτως, λύσει τὸ νόσημα. Περιπλευμονίης ἐκλεικτὸν, χαλβάνη καὶ κόκκαλος, ἐν μέλιτι ἀττικῷ. ἀβρότονον ἐν ὀξυμέλιτι, πέπερι, ἐλλέβορος μέλας, ἀποζέσας, καὶ πλευριτικῷ ἐν ἀρχῇ προσωδυνέοντι, δίδου. ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ πάνακες ἐν ὀξυμέλιτι ἀναζέσαντα καὶ διηθήσαντα, διδόναι πίνειν. καὶ ἡπατικοῖσι, καὶ τοῖσιν ἀπὸ τῶν φρενῶν προσωδυνέουσι. καὶ ὁκόσα δεῖ ἐς κοιλίην ἢ ἐς οὔρησιν, ἐν οἴνῳ καὶ μέλιτι. τὰ δὲ ἐς κοιλίην, σὺν ὑδαρεῖ μελικρήτῳ πίνειν πλείω δίδου. δυσεντερίη, ἀπόστημα, ἢ ἔκθυμά τι, παυσαμένη ποιήσει, ἢν μὴ ἐς πυρετοὺς, ἢ ἱδρῶτας, καὶ οὖρα παχέα τε καὶ λευκὰ καὶ λεῖα ἐπιφανῇ, ἢ ἐς τριταίους, ἢ ἐς κιρσὸν, ἢ ἐς ὄρχιν, ἢ ἐς σκέλεα, ἢ ἐς ἰσχία στηρίξῃ ἡ ὀδύνη. ἐν πυρετῷ χολώδει πρὸ τῆς ἑβδόμης μετὰ ῥίγεος ἴκτερος ἐπιγενόμενος, λύει τὸν πυρετόν. ἄνευ δὲ ῥίγεος ἢν ἐπιγένηται, ἔξω τῶν καιρῶν, ὀλέθριον. Τέτανοι δὲ ὀσφύος, καὶ ἀπὸ μελαγχολικῶν διὰ φλεβῶν, πνευμάτων ἀπολήψιες ὁκόταν ἔωσι, φλεβοτομίη λύει. ὁκόταν δὲ ἀπὸ τῶν τενόντων σφοδρῶς ἔμπροσθεν ἀνθέλκωνται, καὶ ἱδρῶτες περὶ τράχηλον καὶ πρόσωπον,

ὑπὸ

ὑπὸ τοῦ πόνου διακεκομμένων, καὶ ξηρανθεισῶν τῶν τενόντων, " καὶ τῶν ὀσφυϊδίων, οἳ παχύτατοι τὴν ῥάχιν ξυνέχουσιν, ᾗ οἱ μέγιστοι σύνδεσμοι καταπεφυκότες, ἕως ἐς πόδας ἀποτελευτῶσι, τὸν τοιόνδε, ἢν μὴ πυρετὸς καὶ ὕπνος ἐπιγένηται καὶ τὰ ἑπόμενα οὖρα πέψιν ἔχοντα ἔλθῃ, καὶ ἱδρῶτες κρίσιμοι. πίνειν οἶνον Κρητικὸν οἰνώδεα. καὶ ἄλητον ἑφθὸν ἐσθίειν. καὶ κηρωτῇ ἀλείφειν, καὶ ἐγχρίειν. τά τε σκέλεα περιειλίσσειν ἕως τῶν ποδῶν, θερμῷ προσβρέχων ἐν σκάφῃ. καὶ βραχίονας ἕως δακτύλων κατειλίσσειν. καὶ ὀσφὺν ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἕως τῶν ἰσχίων. πῖλον ἐγκηρώσας μαλακῷ δέρματι, ὅπως καὶ τὰ ἔξωθεν περιέξει. καὶ διαλιπὼν πυρίᾳ ἐν ἀσκίοισι, θερμὸν ὕδωρ ἐγχέων, καὶ περιτείνων σινδόνιον, ἐπὶ τοῦτο κατάκλινε αὐτόν. κοιλίην δὲ μὴ λίην λύσῃς, ἢν μὴ βαλάνῳ, ἢν πουλὺς ὁ χρόνος ᾖ, καθ' ὃν ἀδιαχώρητος ἐστί. καὶ ἢν ἐπιδιδῷ τι ἐπὶ τὸ βέλτιον. εἰ δὲ μή, " τοῦ μύρου τῆς ῥίζης τρίβων ἐν οἴνῳ εὐώδει, καὶ δαῦκον, πίνειν δίδου πρωῒ νήστει, πρὸ τοῦ βρέχειν. καὶ ταχὺ ἐπὶ τούτοισι, τὸ ἄλητον ἑφθὸν χλιαρὸν, ἐσθιέτω ὡς πλεῖστον, καὶ οἶνον ὁκόταν βούληται εὔκρητον ἐπιπινέτω. καὶ ἢν μέν σοι ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον. εἰ δὲ μή, προλέγειν. τὰ δὲ νοσήματα πάντα, λύεται ἢ κατὰ στόμα, ἢ κατὰ κοιλίην, ἢ κατὰ κύστιν, ἢ τοιοῦτος ἄλλου τοιούτου ἄρθρου. ἡ δὲ τοῦ ἱδρῶτος ἰδέη, κοινὴ ἁπάντων. Ἐλλεβορίζειν δὲ χρή, οἷσιν ἀπὸ κεφαλῆς φέρεται ῥεῦμα, ὁκόσοι δὲ ἐξ ἀποστημάτων, ἢ φλεβορραγίης, ἢ δι' ἀκρασίην, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἰσχυρὴν αἰτίην ἔμπυοι γίνονται, μὴ δίδου ἐλλέβορον τοῖσι τοιουτέοισιν, οὐδὲν γὰρ ὠφελήσει. καὶ ἤν τι πάθῃ, αἴτιον δόξει εἶναι ἐλλέβορος. ἢν δὲ διαλύηται τὸ σῶμα, ἢ πόνος ἐν κεφαλῇ, ἢ ἐμπεπλασμένα τὰ ὦτα, ἢ ῥῖνες, ἢ πτυελισμός, ἢ γουνάτων βάρος, ἢ σώματος ὄγκος παρὰ τὸ ἔθος, ὅ τι ἂν ξυμβαίνῃ μήτε ὑπὸ ποτῶν, μήθ' ὑπὸ ἀφροδισίων, μήτε ὑπὸ λύπης, μήτε ὑπὸ φροντίδων, μήτε ἀγρυπνιῶν. κἢν μέν τι τουτέων ἔχῃ αἴτιον, πρὸς τοῦτο ποιέεσθαι τὴν θεραπείην. τὰ δὲ ἐκ πορείης ἀλγήματα, πλευρέων, νώτου, ὀσφύος, ἰσχίων, καὶ ὅσα ἀναπνέοντες ἀλγέουσι πρόφασιν ἔχοντες, πολλάκις γὰρ μεμάθηκα φοιτέειν, ἐκ κραιπαλέων, καὶ βρωμάτων φυσωδέων, ἀλγήματα ἐς ὀσφὺν καὶ ἐς ἰσχία, οἷσι δή ἂν αἴτιον ἢ τοιάδε δυσουρέεται. τούτων δὲ πορείη αἰτίη, καὶ κορυζέων καὶ βραγχέων. Ὁκόσα δὲ ἀπὸ διαιτημάτων, τὰ μὲν πολλὰ ἕκαστος ὡς ἂν παρὰ τὸ ἔθος διαιτηθῇ, μάλιστα ἐπισημαίνει. " καὶ γὰρ ὁκόσοι ἂν μὴ μεμαθηκότες ἀριστῆν, ἢν ἀριστήσωσιν, ὄγκος πολὺς αὐτοῖσι τῆς γαστρὸς, καὶ νυσταγμὸς καὶ πληθώρη. ἢν δὲ ἐπιδειπνήσωσι, κοιλίη ἐκταράσσεται. ξυμφέρει δὲ τουτέοισιν ἐκλουσαμένοισι καθεύδειν κοιμηθέντας δὲ περιπατῆσαι βραδέως συχνὴν περίοδον. κἢν μὲν καταχωρηθῇ, δειπνῆσαι καὶ πιεῖν οἶνον ἐλάσσονα ἀκρητέστερον. ἢν δὲ μὴ καταχωρηθῇ, ὑποχρίεσθαι τὸ σῶμα θερμῷ. καὶ ὑδαρέα οἶνον λευκὸν, ἢ γλυκὺν, ἢν διψῇ ἐπιπίνοντα ἀναπαύεσθαι. ἢν δὲ μὴ ἐγκοιμηθῇ, πλείω ἀναπαύεσθαι. τὰ δὲ ἄλλα ὁμοίως τοῖσιν ἐκ κραιπάλης διαιτᾶσθαι. Τὰ δὲ ἀπὸ πομάτων, ὁκόσα μὲν ὑδαρέα, βραδυπορώτερά ἐστι. καὶ ἐγκυκλεῖται

præ dolore vellicatis & reſiccatis iis qui ad oſſis ſacri extremum pertinent tendonibus, qui craſſiſſimi ſpinam continent, qua parte maxima exoriuntur ligamenta & ad pedes vſque deſinunt. Huic niſi febris & ſomnus acceſſerit, & quæ conſequuntur vrinæ concoctæ, ſudoreſque indicatorij prodierint, vinum Creticum vinoſum bibendum, & farinam coctam edendam exhibeto. Cerato quoque inungere atque illinere conuenit, cruraque in pelui calida madefacta ad pedes vſque velamentis inuoluere, & brachia ad digitos vſque contegere, lumboſque à collo ad coxas molli pelle pinguedine & cera illita, ita vt anteriora etiam contineat, circumdare. Ex interuallis etiam fomentis per vtriculos vtitor, calidaque affuſa, & obuoluto linteo, ipſum in conclaui decumbere iubeto. Aluum verò ne nimiùm, niſi glande ſoluito, ſi ex longo tempore non deiecerit, & ſi quid in meliùs tibi proceſſerit bene ſe res habet. Alioqui modi radicem ex vino odorato tritam, & daucum mane ieiuno ante perfuſionem propinato, & poſt hæc citò farinam coctam tepidam quàm plurimam edat, vinumque bene temperatum, cùm volet, ſuperbibat. Et ſi quidem tibi in meliùs proceſſerit, bene res habet, alioqui prædictione vtendum. At morbi omnes ſoluuntur aut per os, aut per aluum, aut per veſicam, aut alium quendam eiuſmodi articulum. Sudor verò omnibus communis eſt. Veratrum autem exhibendum quibus à capite fluxio fertur. At iis qui ex abſceſſibus, aut ex venæ ruptione, aut ob intemperantiam, aut aliam validam quandam ob cauſam ſuppurati fiunt, veratrum minimè dandum, cùm nihil iuuet, & ſi quid æger patiatur, veratrũ in cauſa eſſe videatur. Si verò exoluto fuerit corpore, vel caput doluerit, aut aures, aut nares oppleãtur, aut ſputatio, aut genuũ grauitas malè vexet, aut corpus præter conſuetudinem intumeſcat, quicquid horum contigerit, exhibebis, dum neque ex potibus, neque ex rebus venereis, neque ex mœrore, aut curis, neque ex vigiliis iſta contingant. Et ſi quidem horum aliquid in cauſa fuerit, ad id curationem inſtituere oportet. Dolores laterum, dorſi, lumborum, coxarum, ex itinere contingunt, & quæcunque inter reſpirandum ex occaſione manifeſta dolorem faciunt. Plærumque namque ex crapulis cibiſque flatulentis ad lumbos & coxas dolores venire conſueuerunt. Atque ex his caſibus vrinæ difficultas accedit. Horum verò ex via defatigatio cauſa eſt, itemque grauedinis & raucedinis. Quæ autem ex victus ratione contingunt, horum quidem magnam partem vnuſquiſque pro mutata præter conſuetudinem victus forma, præcipuè ſignificationem præbet. Qui enim prandere minimè ſoliti, pranſi ſunt, his magnus ventris tumor adeſt, & dormitatio, & plenitudo. Si verò inſuper cœnauerint, aluus exturbatur. His à balneo dormire confert, & à ſomno lenta deambulatione multos conficere circuitus, & ſi quidem venter emollitus fuerit, cœnare, & paucum vinum, ſed meracius bibere. Quòd ſi aluum non exonerarint, corpus oleo calido inungere, & ſi ſitis adfuerit, epoto vino aquoſo albo dulci quieſcere, & ſi non dormierint, ampliùs quieſcere. In reliquis ſimilis iis victus ratio qualis crapula grauatis inſtitui debet. Ex potionibus autem quæ quidem aquoſiores ſunt, tardiùs permeant,

& velut in orbem actæ circum præcordia fluitant, neque ad mixtionem decurrunt. Quibus ſi quis repletus fuerit, is nullum opus ex his celeriter conficiet, quæ corporis contentionem, robur, aut celeritatem ad laborem requirunt. Quam plurimum autem quieſcat, donec vnà cum cibis concoctæ fuerint. At verò meraciores & auſteriores potiones, in corpore palpitationem, & in capite pulſationem efficiunt. Hi benè habent ſi inſuper dormiant, & calidum aliquid ex his quæ ipſis ſunt ſuauiſſima ſorbeant. Ieiunium autem ad capitis dolorem & crapulam malum eſt. Qui ſemel tantùm die cibum capiunt, ij & imbecilli euadunt, & calidàm vrinam reddunt præter conſuetudinem vaſis exinanitis, os ſalſum & amarum redditur, in quouis opere ſunt tremuli, tempora ipſis diſtenduntur, neque cœnam perinde coquere poſſunt ac ſi pranſi eſſent. Hos minùs quàm pro conſuetudine bibere conuenit, mazamque liquidiorem panis loco aſſumere, & inter olera lapathum, aut maluam, aut ptiſanam & betas. In cibo vinum bibant quantum videatur eſſe moderatum & dilutius, & à cœna parum deambulent, donec vrina decurrat, eamque reddiderint, piſcibus coctis etiam vtantur. Cibi autem de ſe maximè indicia præbent. Allium flatum & caliditatem circa thoracem facit, capitis grauitatem & anxietudinem parit, & ſi quis alius dolor fieri conſueuerit, eum grauiorem reddit. Vrinam autem ciet, eaque dote eſt præditum. Optimè autem editur ei qui ſe ad compotationem comparare volet, aut iam ebrius eſt. Caſeus flatum & adſtrictionem parit, cibos incendit, crudum & incoctum edulium exiſtit, eiuſque eſus inter potandum repletis deterrimus. Legumina omnia flatuoſa ſunt, & cruda, & elixa, & frixa, tum etiã macerata, tum viridia. Neque his niſi cum aliis cibis vtendum. Sed horum vnumquodque ſua habet vitia. Cicer flatum quidem tum crudum, tum frictum, & dolorem parit. Lens adſtringit & turbationem inducit, ſi cum cortice fuerit. Ex his lupinus minimùm horum malorum habet. Laſerpitium tum caule, tum ſucco, quibuſdam quidem maximè, inexpertis verò per aluum minimè deſcendit, & choleram aridam nominatam parit, idque præcipuè ſi cum multo caſeo, aut bubularum carnium eſu miſceatur. Nam & melancholicæ affectiones carnium bubularum eſu ingraueſcunt, quòd earum natura minimè ſuperari queat, neque quilibet ventriculus eas concoquere poſſit. Quo periculo optimè defungentur, qui iis percoctis & perquam vetuſtis vtentur. Caprinæ carnes omnia quæ bubulis inſunt vitia habent, & cruditatem, flatuſque & ructus magis mouent, & choleram gignunt. Sunt autem quæ odoratiſſimæ, ſolidæ & ſuauiſſimæ, eæque optimæ percoctæ & frigidæ. Quæ verò inſuauiſſimæ graueolentes & duræ, eæ peſſimæ, quinetiam recentes. Optimæ etiam ſunt æſtate, autumno verò peſſimæ. Porcelli carnes prauæ ſunt, cùm crudiores aut perambuſtæ fuerint. Nempe tum choleram magis gignent, & turbationem facient. Suillæ autem carnium optimæ ſunt, præſtantiſſimæ verò, quæ neque vehementer pingues, neque contrà vehementer graciles, neque veteris victimæ ætatem aſſecutæ, edendæque ſine pelle & ſubfrigidæ. In cholera ſicca venter inflatur,

καὶ ἐπιπολάζει περὶ τὰ ὑποχόνδρια. καὶ ἐς οὔρησιν οὐ κατέρχεται. τοιούτου δὲ πόματος πληρωθεὶς, μηδὲν ἔργον ὀξέως διαπρήξῃ, ὅκου τὸ σῶμα τι ξυντεταθῆναι, βίῃ, ἢ τάχει πονέειν ξυμβαίνει. ὡς μάλιστα δὲ ἡσυχαζέτω, ἕως ἂν καταπεφθῶσι μετὰ τῶν σιτίων. ὁκόσα δὲ τῶν πομάτων ἀκρητέστερά ἐστιν ἢ αὐστηρότερα, παλμὸν ἐν τῷ σώματι καὶ σφυγμὸν ἐν τῇ κεφαλῇ ἐμποιέει, τούτοισι καλῶς ἔχει ἐπικοιμηθῆναι, καὶ θερμόν τι ῥοφέειν, πρὸς ὅπερ μάλιστα ἡδίστως ἔχουσι. νηστείη δὲ πονηρὸν πρὸς τὴν κεφαλαλγίην, καὶ κραιπάλην. [46] ὁκόσοι δὲ μονοσιτέουσι, κεῖνοι καὶ ἀδύνατοί εἰσι, καὶ οὐρέουσι θερμὸν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγέοντες. γίνεται δὲ καὶ τὸ στόμα ἁλικὸν, καὶ πικρόν. καὶ τρέμουσιν ἐν παντὶ ἔργῳ. καὶ κρόταφοι ἐπιξυντείνονται. καὶ τὸ δεῖπνον οὐ δύνανται πέσσειν, ὅκως περ ἢν ἠριστηκότες ἔωσι. τούτοις δὲ χρὴ πίνειν ἐλάσσονι ἢ μεμαθήκασι. καὶ ὑγροτέρην μάζαν ἀντὶ ἄρτου. καὶ λαχάνων λάπαθα, ἢ μαλάχην ἢ πτισάνην, ἢ σεῦτλα. πίνειν δὲ κατὰ τὸ σιτίον, οἶνον, ὁκόσον ξύμμετρον καὶ ὑδαρέστερον. καὶ ἀπὸ δείπνου περιπατῆσαι ὀλίγον, ἕως οὖρα καταδράμῃ καὶ οὐρήσῃ. χρήσθω δὲ καὶ ἰχθύσιν ἑφθοῖσιν. Βρώματα δὲ μάλιστα ἐπισημαίνει. Σκόροδον φύσαν, καὶ θέρμην περὶ (19) θώρηκα. καὶ κεφαλῆς βάρος. καὶ ἄσην. καὶ εἴ τι ἄλλο ἄλγημα εἴη μεμαθηκὸς πρόσθεν παροξύνειεν ἄν. οὐρητικὸν δὲ καὶ τοῦτο ἔχει ἀγαθόν. ἄριστον δὲ αὐτὸ φαγέειν, εἰ μέλλοι τις ἐς πόσιν ἰέναι, ἢ μεθύει. Τυρὸς δὲ φύσαν ἐμποιέει. καὶ στεγνότητα. καὶ σιτίον ἐξάπτει ποιεῖ. τὸ, τ' ὠμὸν, καὶ ἄπεπτον. κάκιστον δὲ ἐν ποτῷ φαγεῖν πεπληρωμένοισιν. Ὄσπρια δὲ πάντα φυσώδεα, καὶ ὠμὰ, καὶ ἑφθὰ, καὶ πεφρυγμένα, καὶ βεβρεγμένα, καὶ χλωρά. τούτοισι δὲ μὴ χρέεσθαι, ἢν μὴ μετὰ καὶ ἑτέρων σιτίων. ἔχει δὲ καὶ ἰδίας μοχθηρείας ἕκαστον αὐτέων. Ἐρέβινθος μὲν φύσαν, ὠμὸς καὶ πεφρυγμένος, καὶ πόνον ἐμποιέει. Φακὸς δὲ στύφει, καὶ ἄραδον ἐμποιέει, ἢν μετὰ τοῦ φλοιοῦ ᾖ. Θέρμος δὲ ἥκιστα τουτέων κακὰ ἔχει. Σιλφίου δὲ καυλὸς καὶ ὀπὸς, ἔστι μὲν οἷσι μάλιστα. τοῖσι δὲ ἀπειρείοισιν οὐ διέρχεται ἡ κοιλίη. ἀλλὰ καλέεται ξηρὴ χολέρη. μάλιστα δὲ γίνεται, ἢν μετὰ πολλοῦ τυροῦ μιχθῇ ἢ κρεηφαγίης βοείων κρεῶν. Τὰ μὲν γὰρ μελαγχολικὰ παθήματα καὶ παροξυνθείη ἂν ὑπὸ βοείων κρεῶν. ἀνυπέρβλητος γὰρ ἡ φύσις αὐτέων, καὶ οὐ τῆς τυχούσης κοιλίης κατεπέψαι. βέλτιστα δ' ἂν καὶ ἀπαλλάττοιεν, εἰ διεφθοῖσί τε χρέοιντο, καὶ ὡς παλαιοτάτοισι. [47] Αἴγεια δὲ κρέα, συμφορώτερα. πλὴν ὅσα τε βοείοισιν ἔνι κακὰ πάντα ἔχει. ἧσσον τήν τε ἀπεψίην, καὶ φυσωδέστερα, καὶ ἐρευγματώδεα. καὶ χολέρης ποιητικά. ἔστι δὲ τὰ εὐωδέστατα, στερεά, καὶ ἥδιστα, ταῦτα ἄριστα διεφθὰ καὶ ψυχρά. τὰ δὲ ἀηδέστατα, καὶ δυσώδεα καὶ σκληρὰ, ταῦτα κάκιστα. ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ πρόσφατα. βέλτιστα δέ ἐστιν ἐν θέρεος καιρῷ. ἐν δὲ μετοπώρου καιρῷ, κάκιστα. Χοίρεα δὲ πονηρὰ, ἐπὴν ὠμότερα, ἢ περικαέα. χολερώτερα δ' ἂν εἴη, καὶ ἐνταρακτικά. Ὕεια δὲ βέλτιστα τῶν κρεῶν ἁπάντων. κράτιστα δὲ τὰ μήτε ἰσχυρῶς πίονα, μήτε πάλιν ἰσχυρῶς λεπτά. [48] μήτε ἡλικίην φέροντα παλαιοῦ ἱερείου. ἐσθίειν δὲ ἄνευ τῆς φορίνης καὶ ὑπόψυχρα. Χολέρης δὲ ξηρῆς ἡ γαστὴρ πεφύσηται.

καὶ ψόφοι

καὶ ψόφοι ἔνεισι. καὶ ὀδύνη πλευρέων, καὶ ὀσφύος. διαχωρέει δὲ οὐδὲν κάτω, ἀλλ' ἀπεστήρικται. τὸν τοιόνδε διαφύλασσε, ὅκως μὴ ἐμέσηται. ἀλλ' ἡ κοιλίη ὑπελάσηται. κλύσον οὖν ὅτι τάχος θερμῷ, καὶ ὡς λιπαρωτάτῳ. καὶ ἐς ὕδωρ ἀλείψας ὡς πλεῖστον κάθιζε θερμὸν, ἐν σκάφῃ κατακλίνων. καὶ τὸ θερμὸν παράχεε κατὰ μικρόν. καὶ ἢν θερμαινομένῳ αὐτέῳ ἡ κοιλίη ὑπάγῃ, λέλυται. ξυμφέρει δὲ καὶ ἐγκοιμᾶσθαι τῷ τοιῷδε. καὶ πίνειν οἶνον λεπτὸν, καὶ παλαιὸν, καὶ ἀκρητέστερον. καὶ ἔλαιον δίδου, ὥστε ἡσυχάζειν, καὶ ἡ κοιλίη ὑπίῃ, καὶ λέλυται. σιτίων δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀπεχέσθω. ἢν δὲ μὴ ἀνῇ ὁ πόνος, ὄνου γάλα δίδου πίνειν, ἕως ἂν καθαρθῇ. ἢν δὲ ὑγρὴ ἡ κοιλίη ᾖ, καὶ χολὴ ὑποχωρέῃ, καὶ στρόφοι, καὶ ἔμετοι, καὶ πνιγμοὶ, τούτοισιν κράτιστον ἀτρεμίζειν. πίνειν δὲ μελίκρητον, καὶ μὴ ἐξεμέειν. Ὑδρώπων δύο φύσιες, ὧν ὁ μὲν ὑποσαρκίδιος ἐγχειρέων γίνεσθαι, ἄφυκτος. ὁ δὲ μετ' ἐμφυσημάτων, πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος. μάλιστα δὲ ὑπὸ ταλαιπωρίης καὶ πυρίης, καὶ ἐγκρατείης, ξηρὰ καὶ δριμέα ἐσθιέτω. οὕτω γὰρ οὐρητικώτατος ἂν εἴη, καὶ ἰσχύοι μάλιστα. ἢν δὲ δύσπνοος ᾖ καὶ ἡ ὥρη ἐαρινὴ ἐοῦσα τύχῃ, καὶ ἡλικίη ἅμα ἀκμάζῃ, καὶ ῥώμη ᾖ, ἀπὸ τοῦ βραχίονος αἷμα ἀφαιρέειν, εἶτα θερμοὺς ἄρτους ἐξ οἴνου μέλανος, καὶ ἐλαίου ἀποβάπτων, ἐσθιέτω. καὶ ὡς ἐλάχιστα πινέτω, καὶ ὡς πλεῖστα πονεέτω. καὶ κρέα ὕεια σαρκώδεα ἐσθιέτω μετ' ὄξεος ἑφθὰ, ὅκως πρὸς τοὺς προσαντίας περιπάτους ἀντέχῃ. Ὁκόσοι κοιλίας τὰς κάτω θερμὰς ἔχουσι καὶ δριμέα τὰ ὑποχωρήματα, καὶ ἀνώμαλα διέρχεται ὑπὸ συντήξιος αὐτέοισιν. ἢν μὲν δυνατοὶ ἔωσιν, ἐλλεβόρῳ τῷ λευκῷ ἀντισπάσαι. ἢν δὲ μὴ, ὁ χυλὸς τῶν σητανίων πυρῶν, παχύς. ψυχρός. καὶ τὸ φάκιον ἔτνος. καὶ ἄρτοι ἐγκρυφίαι. καὶ ἰχθύες, πυρέσσοντι μὲν ἑφθοί. ἀπυρέτῳ δὲ ὀπτοί. καὶ οἶνος μέλας ἀπυρέτῳ. ἢν δὲ μὴ, ὕδωρ ἀπὸ μεσπίλων, ἢ μύρτων, ἢ μήλων, ἢ οὔων. ἢ φοινικοβαλάνων. ἢ οἰνάνθης ἀμπελικῆς. ἢν δὲ πυρετὸς μὴ ἔχῃ, καὶ στρόφοι ἔωσι, γάλα βόειον θερμὸν ὀλίγον τὸ πρῶτον. ἔπειτα ἐκ προσαγωγῆς πλεῖον. καὶ λίνου σπέρμα. καὶ πύρινα ἄλφιτα. καὶ τὸν αἰγύπτιον κύαμον ἐξελὼν τὰ πικρὰ, καταλύσας καὶ ἐπιπάσσων, πινέτω. καὶ ὠὰ ἡμίπαγα ἐσθιέτω ὀπτὰ, καὶ σεμίδαλιν. καὶ κέγχρον. καὶ χόνδρον ἑφθὸν ἐν γάλακτι, ἑφθὰ ψυχρὰ ἐσθίειν. καὶ τὰ τουτέοισιν ὅμοια καὶ ποτὰ καὶ ἐδέσματα προσφερέσθω. τῆς διαιτητικῆς ἐστι μέγιστον, παρατηρεῖν καὶ φυλάσσειν, ὥσπερ ἐν τοῖς ὀξέσι καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσι ἀρρωστήμασι. καὶ τὰς ἐπιτάσιας τῶν πυρετῶν, καὶ τὰς ἀνέσιας, ὥστε τοὺς καιροὺς διαπεφυλάχθαι, ὁκότε μὴ δεῖ τὰ σιτία προσενεγκεῖν. καὶ ἀσφαλέως ὁκότε δεῖ προσενεγκεῖν, εἰδέναι. ἔτι δὲ ὁκότε πλεῖστον ἀπέχουσι τῆς ἐπιτάσιος. εἰδέναι δὲ τοὺς κεφαλαλγικοὺς, ἐκ γυμνασίων ἢ δρόμων. ἢ περιόδων. ἢ κυνηγεσίων. ἢ ἄλλου τινὸς πόνου ἀκαίρου. ἢ ἐξ ἀφροδισίων. τοὺς ἀχρόους. τοὺς βραγχαλέους. τοὺς σπληνώδεας. τοὺς λειφαίμους. τοὺς πνευματώδεας. τοὺς ξηρὰ βήσσοντας. καὶ διψώδεας. τοὺς φυσώδεας. φλεβῶν ἀπολήψιας. ἐντεταμένους ὑποχόνδρια καὶ πλευρὰ καὶ μετάφρενον. τοὺς ἀποναρκωμένους. καὶ ἀμαυρὰ βλέποντας. καὶ οἷσιν ἦχοι τῶν οὐάτων ἐμπίπτουσι. καὶ τῆς οὐρήθρης ἀκρατέως διακειμένους,

& ſtrepitus inſunt, & laterum ac lumborum dolor, nihilque infra deiicit aluus, ſed adſtringitur. Ita affectus ne vomat videto, verùm vt aluus ſubducatur. Infuſo igitur per clyſterem calido & perquam pingui quàm citiſſimè vtitor, perunctumq; in calidâ quamplurimam, in ſolio collocatum, calida ſenſim affuſa, demittito. Et ſi cùm calefactus fuerit, aluus ſubducatur, morbus ſolutus eſt. Huic etiam dormire confert, & vinum tenue, vetus ac meracius bibere. Oleum quoq; exhibeto, vt quieſcat, & aluus ſubeat, ac ſoluitur morbus. Ac cibis atque omnibus aliis abſtineat. Quòd ſi dolor minimè remiſerit, lac aſininum donec purgatus fuerit propinato. At ſi aluus liquida fuerit, & bilis ſubducatur, torminaque vexent, vomitiones & ſuffocationes, iis optimum eſt quieſcere, aquam mulſam bibere, ac minimè vomere. Hydropum cùm duæ ſint naturæ, hic quidem qui hypoſarcidios (velut ſub carne) dicitur, vbi hominem aggreditur euitari non poteſt. Alter verò cum flatibus, multam fœlicitatem ad curationem requirit, præcipueq; multos labores, fotum & temperantiam. Sicca edat & acria, nempe cùm hac ratione plurimam vrinam reddat, & maximè viribus valeat. Quòd ſi difficultate ſpirandi teneatur, anni tempus æſtiuū fuerit, ætas vigeat, & virium robur adſit, ſanguinem ex brachio detrahere conuenit. Deinde panes calidos vino nigro & oleo intinctos edat, quàm pauciſſimo potu vtatur, quàm plurimum laboret, ſuillaq; ex aceto cocta veſcatur, vt aſperis obambulationibus reluctari poſſit. Qui ventres inferiores calidos habent, & acres inæqualeſq; deiectiones prodeunt, id iis ex colliquatione contingit. Quibus quidem ſi validæ vires fuerint, veratrum album ad reuulſionem exhibendum. Alioqui ſuccus tritici Sitanij craſſus & frigidus exhibendus, & lentis freſum, paneſque ſubcinericei, ac piſces, febricitanti quidem elixi, ſine febre autem, aſſi. Vinum etiam nigrum non febricitanti dandum, alioqui aqua ex meſpilis, aut myrti baccis, aut malis, aut ſorbis, aut palmulis, aut vitium œnanthe. Quòd ſi febris non detineat, adſintque tormina, lac aſininum calidum, modicum primùm, deinde ſenſim progreſſu facto ampliùs, & lini ſemen, ac triticeam polentam ammixta hordeacea, vel fabam Ægyptiam detracto cortice amaro, inſpergés potui exhibeto, aut oua edat ſemiconcreta aſſa & ſimilam & milium, & alicam ex lacte coctam. Eaq; cocta frigida edenda, hiſque ſimilia tum potu tum cibo aſſumenda. In victus ratione maximum eſt operæ pretium animaduertere & obſeruare tum febrium intenſiones, tum remiſſiones, non modò in acutis morbis, verùm etiam in longis, quò temporum occaſiones caueas, quibus cibi minimè offerri debent, & quando tutò offerendi ſunt cognoſcas, atque etiam quando plurimùm ab intenſione abfuerint. Animaduertere autem eos oportet quibus caput vel ob exercitationes, vel curſus, vel iter, vel venationem, vel alium aliquem intempeſtiuum laborem dolet, vel ex rebus venereis. Decolores etiam, raucedinoſos, lienoſos, ſanguine defectos, ſpirituoſos, ſicca tuſſi laborantes, ſiticuloſos, flatuoſos, & venarum interceptiones: intenta quoque habentes præcordia, latera & dorſum, ac ſtupore detentos, obſcurè videntes eoſque quibus aures tinniunt, & qui vrinariâ fiſtulam incontinentem habent,

auriginoſos & quorum alui cruda deiiciunt, quique ſanguinem copioſum ex naribus aut ſede profundunt, aut qui inflationibus detinentur, ſi eos vehemens dolor vexet, neque ſuperiores exiſtant. Horum quidem nullos medicamento purgante vacuaueris. Neq; enim res periculo caret, nihilq; profeceris, tum etiã ſpontaneas liberationes & iudicationes auferes. At ſi cui ſanguinem detrahere confert, aluũ firmam reddere atq; hoc modo detrahere oportet, & inediam imperare, vinumq; ei demere. Deinde in reliquo conuenientem victus rationem inſtituere, & fomentis humidis curare. Quòd ſi condenſata tibi aluus videatur, molli infuſo aluum ſublues. At ſi medicamentum purgans tibi exhibendum viſum fuerit, per veratrũ ſupra cum ſecuritate purgabis, at deorſum eorum neminem. Optimum eſt autem ſi ad vrinas, ſudores & deambulationes ægrũ adducas, & leui frictione vtaris, vt ne habitum denſiorem efficias. Quòd ſi in lecto decumbat, eum alij perfricent. Ac ſi quidem in thorace ſupra ſeptum trãſuerſum affectus fuerit, eum vt plurimùm deſidere conuenit, & quàm minimùm reclinari, dum vires valeant, ſedentemq; longo tempore oleo multo calido perfricari. At ſi in inferiore aluo ſub ſepto tranſuerſo dolores teneant, iacêre conducit, nulloq; modo corpus moueri, præter quàm frictione. Quæ verò ex inferiore aluo per vrinas & ſudores ſoluuntur, ſi mediocriter delabantur, ſua ſponte ſoluuntur quæ parua ſunt, ſed vehementia praua exiſtunt. Qui enim ſic habent, aut intereunt aut non ſine aliis malis cõſaneſcunt, ſed quæ ſunt eiuſcemodi aliquò firmari ſolent. Potionem aquæ ſubter cutem laboranti cõcinnabis, ſi cantharidum trium, ablato cuiuſq; capite, pedibus & alis, corpora ex tribus aquæ cyathis contrita exhibueris. Vbi verò ex epoto medicaméto laborarit, calida perfundatur, ex oleo tamen priùs inunctus, ieiunus bibat, edatq; panes calidos ex oleo. Sanguinẽ ſiſtes fici ſucco lana excepto intrò ad venam appoſito. Aut coagulo intorto in nares immiſſo, vel ſi chalcitidé priùs extenſam digito apprimas, & cartilagines vtraque ex parte foris comprimas, aluumque lacte aſinino cocto ſoluas, & capiti raſo refrigerantia adhibeas, ſi anni tempeſtas calida fuerit. Seſamoides ſurſum purgat, ſeſquidrachmæ pondere ex aceto mulſo tritum potu exhibitum. Admiſcetur etiam veratris tertia potionis parte, & ita minùs ſuffocat. Pilos in palpebris enaſcentes (trichoſin vocant) curaueris, ſi ſubiectum acui foramen filum habenti, in ſuperiore palpebræ parte acuminata & tenſa perpunctione facta deorſum tranſmiſeris, aliudque ſub hoc interiore parte traieceris, fila extenſa cõſueris & deligaris quoad decidant. Ac ſi hæc quidem ſufficiant, benè ſe res habet, aliòqui, ſi quid deficit, rurſus eadem facienda. Eodem quoque modo ora venarum in ano ſanguinẽ fundere ſolita (hæmorrhoidas vocant) intruſo in acum quàm craſſiſſimo & maximo lanæ ſuccido filo, deligabis. Securior enim euadit hæc curatio. Deinde compreſſas medicamento putrefacies, neque perfundes donec deciderint, vnamque perpetuò relinques. Poſt hæc etiam vbi vires reſumpſerit, medicamentum purgans ex veratro propinabis. Deinde exercitatione vtatur, & exudet, pro exercitatione ſit frictio multa matutina, curſu abſtineat, ebrietate, & acribus, præter quam origano. Vomat autem ſeptimo quoque die, aut ter in menſe. Hoc enim pacto corpus optimè habebit.

τοὺς ἰκτεριώδεας, καὶ ὧν αἱ κοιλίαι ὠμὰ ἐκβάλλουσι, καὶ αἱμορραγέοντας ἐκ ῥινὸς ἢ καθ᾽ ἕδρην σφοδρῶς. ἢ ἐν ἐμφυσήμασιν ἐόντας ἢν πόνος αὐτοῖσιν ἐπιπέσῃ σφοδρὸς, καὶ μὴ ἐπικρατέωσι. τῶν τοιῶνδε μηδένα φαρμακεύειν. κίνδυνοί τε γὰρ ἔξω, καὶ οὐδὲν ὀνήσεις. τάς τε ἀπὸ ταὐτομάτου ἀπαλλάξιας καὶ κρίσιας ἀφαιρήσεις. ἢν δὲ αἷμα τινὶ ξυμφέρῃ ἀφαιρέειν, πρῶτον στερεὴν ποιέειν τὴν κοιλίην, καὶ οὕτως ἀφαιρέειν καὶ λιμοκτονέειν, καὶ οἶνον ἀφαιρέειν αὐτέων. ἔπειτα τῇ ἄλλῃ διαίτῃ τῇ προσηκούσῃ, τὰ ἐπίλοιπα αὐτέων, καὶ πυρίῃσιν ἐν ἰκμάσιν θεράπευε. ἢν δέ σοι κατάπυκνος ἡ κοιλίη δοκέῃ εἶναι, μαλθακῷ κλύσματι ὑπόκλυζε. ἢν δὲ φαρμακεύσαι δόξῃ, ἐλλεβόρῳ ἀσφαλέως ἄνω κάθαιρε. κάτω δὲ μηδένα τῶν τοιῶνδε. κράτιστα δὲ ἐς οὔρησιν, καὶ ἐς ἱδρῶτας, καὶ ἐς περιπάτους ἄγειν. καὶ τρίψει ἡσύχῳ χρέεσθαι, ἵνα μὴ πυκνώσῃς τὴν ἕξιν. ἢν δὲ κλινοπετὴς ᾖ, ἄλλοι τριβέτωσαν αὐτόν. κἢν μὲν ἐν τῷ θώρηκι ὑπὲρ τῶν φρενῶν λυπέῃ τὸ πάθος, αὐτὸν ἀνακαθίζειν ὡς πλειστάκις. καὶ ὡς ἥκιστα προσκλινέεσθαι, ἕως ἂν δυνατοὶ ἔωσι, καὶ καθίζοντα ἀνατρίβειν μὲν πουλὺν χρόνον, πολλῷ θερμῷ. ἢν δὲ ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ ὑπὸ φρένας ἴσχῃ τὰ ἀλγήματα, ἀνακεῖσθαι ξυμφέρει, καὶ μηδεμίην κίνησιν κινέεσθαι τῷ τοιῷδε σώματι ξυμφέρει, ἔξω τῆς ἀνατρίψιος. τὰ δὲ ἐκ τῆς κάτω κοιλίης λυόμενα δι᾽ οὔρων καὶ ἱδρώτων, ἢν ὀλισθῇ μετρίως, ὑπὸ αὐτοματισμοῦ λύεται, τὰ σμικρά. τὰ σφόδρα δὲ πονηρά. οἱ τοιοῦτοι γὰρ ἢ ἀπόλλυνται, ἢ αὐτὸ ἄλλων κακῶν, οὐ γίνονται ὑγιέες, ἀλλ᾽ ἀποστηρίζει τὰ τοιουτότροπα. Πόμα ὑδρωπιῶντι. κανθαρίδας τρεῖς, ἀφελὼν τὴν κεφαλὴν ἑκάστης, καὶ πόδας καὶ πτερὰ, τρίψας ἐν τρισὶ κυάθοισιν ὕδατος τὰ σώματα, ὁκόταν δὲ πονέῃ ὁ πιὼν, θερμῷ βρεχέσθω. ὑπαλειψάμενος δὲ πρότερον, νῆστις πινέτω, ἐσθιέτω δὲ ἄρτους θερμοὺς ἐξ ἀλείφατος. Ἵσχαιμον. ὀπὸν συκῆς ἐν ἐρίῳ προσθεῖναι εἴσω πρὸς τὴν φλέβα, ἢ πιτύην συστρέψαντα ἐμβῆσαι ἐς τὸν μυκτῆρα. ἢ χαλκῖτιν τῷ δακτύλῳ προσπιάσαι στειλάμενος, πιέζειν. καὶ τοὺς χόνδρους ἔξωθεν προσπιέζειν ἑκατέρωθεν. καὶ τὴν κοιλίην λύειν, ὄνου γάλακτι ἑφθῷ. καὶ τὴν κεφαλὴν ξυρῶν, ψυκτικὰ προσφέρειν, ἢν ἐν ὥρῃ θερμῇ γένηται. σησαμοειδὲς ἄνω καθαίρει, ἡ πόσις ἡμιόλιον δραχμῆς ὁ σταθμὸς, ἐν ὀξυμέλιτι τετριμμένον. ξυμμίσγεται δὲ καὶ τοῖσιν ἐλλεβόροισι, καὶ ἧσσον πνίγει, τὸ τρίτον μέρος τῆς πόσιος. Τριχώσιος ὑποθεὶς τὸ ῥάμμα, τῇ βελόνῃ τῇ τὸ κύαρ ἐχούσῃ, κατὰ τὸ ὀξὺ τῆς ἄνω τάσιος τοῦ βλεφάρου ἐς τὸ κάτω διακεντήσας, δίες καὶ ἄλλο ὑποκάτω τούτου. ἀνατείνας δὲ τὰ ῥάμματα, ῥάψον καὶ καταδεῖ, ἕως ἂν ἀποπέσῃ. κἢν μὲν ἱκανῶς ἔχῃ, ἢν δὲ μὴ, εἰ ἐλλείπῃ ὀπίσω ποιέειν τὰ αὐτά. καὶ τὰς αἱμορροΐδας κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον διώσεις. τῇ βελόνῃ ὡς παχύτατον ἐρίου οἰσυπηροῦ ῥάμμα, καὶ ὡς μέγιστον ἀποδήσας, ἀσφαλεστέρη γὰρ γίνεται ἡ θεραπείη. εἶτα ἀποπιέσας τῷ σηπτῷ, χρέο, καὶ μὴ βρέχε πρὶν ἀποπέσῃ. καὶ αἰεὶ μίην καταλίμπανε. καὶ μετὰ ταῦτα ἀναλαβὼν ἐλλεβοριζέσθω. εἶτα γυμναζέσθω καὶ ἱδρωέτω. γυμνασίων δὲ τρίψις πολλὴ ἀπὸ ὄρθρου. δρόμου δὲ ἀπεχέσθω, καὶ μέθης. καὶ τῶν δριμέων ἔξω ὀριγάνου. ἐμεέτω δὲ δι᾽ ἑπτὰ ἡμερέων, ἢ τρὶς ἐν τῷ μηνί. οὕτω γὰρ ἂν ἔχοι ἄριστα τὸ σῶμα.

οἶνον δὲ κιῤῥὸν αὐστηρὸν, ὑδαρέα τε καὶ ὀλίγον πινέτω. Τοῖσι δὲ ἐμπυΐσκοισι, σκύλλης κατατετμημένους κυκλίσκους, ἕψειν ἐν ὕδατι. καὶ ἀποζέσας εὖ μάλα ἀπόχεον. καὶ ἐπιχέας ἄλλο, ἕψε, ἕως ἂν ἁπτομένῳ δίεφθοι καὶ μαλθακοὶ φανῶσι. Εἶτα τρίψας λεῖον, σύμμισγε κύμινον πεφρυγμένον. καὶ λευκὰ σήσαμα. καὶ ἀμυγδάλας νέας τρίψας ἐν μέλιτι, ἐκλεικτὸν δίδου. καὶ ἐπὶ τούτῳ, οἶνον γλυκύν. ῥοφήματα δὲ, μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὅκοσον λεκίσκιον, ὕδατι δ' εἰς σητανίου πλύμασι ἀφέψου ἑψήσας, μέλι ἐπιχέας, χλιερὸν ἐπιῤῥοφέειν, οὕτω διαγέτω τὴν ἡμέρην. Εἶτα ἐς τὰ ἀποβαίνοντα λογιζόμενος, τὸ δεῖπνον δίδου. Δυσεντερίας. Κυάμων καθαρῶν, τεταρτημόριον. καὶ ἐρυθεδάνου δυοκαίδεκα καρφέα λεῖα συμμίξαντα, καὶ ἑψήσαντα, λιπαρόν τι διδόναι ἐκλείχειν. Ὀφθαλμῶν. Σποδὸς πεπλυμένη, λίπαρος πεφυρημένη, ὡς σταὶς, μὴ ὑγρὸν λεῖον τρίψας, ὀμφακίῳ τῷ τῆς πικρῆς ὄμφακος αἰονήσας, ἐν ἡλίῳ τε ἀναξηράνας, ὑγραίνειν ὡς ἐναλείφεσθαι. ὁκόταν δὲ ξηρὸν γένηται, τρίψας λεῖον ξηρὸν, ὑπάλειφε τοὺς ὀφθαλμούς. καὶ ἐπίπασσε τοὺς κανθούς. Ὑγρῶν. Ἐβένου δραχμὴν. χαλκοῦ κεκαυμένου ἐννέα ὀβολοὺς ἐπ' ἀκόνης τρίβων. κρόκου τριώβολον. ταῦτα τρίψας λεῖα, παραχέαι οἴνου γλυκέος κοτύλην ἀττικήν. κἄπειτα ἐς τὸν ἥλιον θεὶς, κατακαλύψας ὁκόταν συνεψηθῇ, τούτῳ χρέο. Πρὸς τὰς περιωδυνίας. Χαλκίτιδος δραχμὴν. σταφυλῆς ὁκόταν δύο μέρεα ληφθῇ, ἐκπιέσας. σμύρναν, καὶ κρόκον τρίψας, συμμίξας τὸ γλεῦκος, ἕψησον ἐν τῷ ἡλίῳ. καὶ τούτῳ ὑπάλειφε τοὺς περιωδυνέοντας. ἔστω δὲ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ. Ὑπὸ ὑστερικῶν πνιγομένων γνῶσις. πίεσαι τοῖσι δακτύλοισι. κὴν αἰσθάνηται, τὰ ὑστερικά ἐστι. ἢν δὲ μὴ, σπασμώδεα. Τοῖσιν ὑδρωπιώδεσι, μηκώνιον. λεκίσκιον ἀττικὸν στρογγύλον. Πόσις. λεπίδος, μηλαὶ τρεῖς τῷ πλάτει. καὶ ἀλήτου σητανίου κολλήσαντα. ταῦτα λεῖα τρίψας καταπότια δίδου. Κάτω ὕδωρ καθαίρει. καὶ κοιλίην ἐκκοπρεῖ. ἐς ἰσχάδας, ὀποῦ τοῦ τιθυμάλλου ἀπόσταζε, ἑπτάκις ἑκάστην. Εἶτα ἐς καινὸν ἄγγος συνθεὶς ταμιεύεσθαι, δίδου τοῦ εἰρημένου πρὸ τῶν σιτίων. Καὶ τὸ μηκώνιον τρίβων, ὕδωρ ἐπιχέων, καὶ διηθέων, ἄλευρον φυρῶν, ἴτρια ὀπτῶν, μέλι παραχέων, τοῖσιν ὑδρωπιῶσι, τρώγειν δίδου καὶ ἐπιπίνειν οἶνον γλυκὺν, ὑδαρέα, ἢ μελίκρητον ὑδαρές. τὸ δὲ ἀπὸ τῶν κοπρίων μηκώνιον ξυλλέγων, ταμιεύου, καὶ θεράπευε.

Vinum bibat fuluum, auſterum, aquoſum & paucum, purulentis diſſectos ſcyllæ orbiculos ex aqua coquito, & vbi optimè deferbuerit, diffundito, aliaq́; affuſa coquito, dum tactui percocti & molles appareant. Deinde vbi læuigatum triueris, cuminű perfrictű, alba ſeſama & amygdalas recentes tritas admiſce, eaq́; melle excepta in ecligmate exhibeto, poſteaq́; vinű dulce bibat. Sorbitiones ſumat peplum album tritum acetabuli parui menſura, aqua loturæ farinæ ſetaniæ maceratum & coctum, melleq́; affuſo tepidum ſorbeat, eoq́; modo diem tranſigat. Deinde adhibita conſequentium ratione cœnam exhibeto. Ad inteſtinorum difficultatem, fabarum purarum quadrantem, & duodecim rubiæ ſurculos tritos admiſceto & coquito, & ex pingui aliquo delingendum porrigito. Oculis medeberis ſi ſpodium lotum velut farinæ maſſam probè ſubactum, non liquidum, leuiter teras, acerbo vuæ immaturæ & amaræ ſucco humectatum, ac in ſole reſiccatum, ita vt illini poſſit humectaueris. Vbi verò ſiccum extiterit, læuiter tritum ſiccum oculis illine, eorumque angulis inſperge. Humentibus iiſdem medetur. Ebeni drachmam, æris vſti obolos nouem, in cote terito, croci obolos tres. His tritis & læuigatis vini dulcis heminam Atticam affundito. Deinde ſoli expoſito, & contecto, vbi concoctum fuerit, eo vtitor. Ad vehementes eorum dolores. Chalcitidis drachmam, vuæ expreſſæ partes duas, myrrham & crocum terito, muſto admixto in ſole excoquito, eoq́; intenſos oculorum dolores illinito. Sit autem in vaſe æneo. Vteri ſtrangulatum vt dignoſcas, duobus digitis comprimito, & ſi ſentit, vteri ſtrangulatio eſt, alioqui, conuulſio. Ad aqua inter cutem laborantes. Pepli rotundi (quod meconium dicitur) acetabulum paruum Atticum potui exhibeto. Squamæ æris quantum ſpecilla lata tria capiunt, cum ſetaniæ farinæ tenui polline agglutina. Hæc leuiter trita in catapotia dato. Aquam deorſum purgant, & ex aluo ſtercus deturbant. In caricas ſingulas ſucci tithymalli guttas ſeptem inſtilla. Deinde nouo vaſe repoſitum medicamentum & reconditum, prædicto ante cibos exhibeto. Peplum meconium dictum terito, aqua affuſa excolato, & farina ſubactum in placentam coque, mel coctum infundens, aqua inter cutem laborantibus edendum præbeto, & vinum dulce aquoſum, aut mulſam aquoſam ſuperbibendam. At quod ab excrementis meconium collegeris, recondito, ac curato.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΟΠΩΝ τῶν κατ' ἄνθρωπον.

HIPPOCRATIS DE LOCIS IN HOMINE, LIBER.

Ἐμοὶ δοκέει ἀρχὴ μὲν οὐδεμία εἶναι τοῦ σώματος, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως ἀρχὴ καὶ πάντα τελευτή. κύκλου γὰρ γραφέντος ἀρχὴ οὐχ εὑρέθη. καὶ τῶν νοσημάτων ἐπὶ πάντας ὁμοίως τοῦ σώματος. τὸ μὲν ξηρότερον, πεφυκὸς νόσοις ἁλίσκεσθαι, καὶ μᾶλλον πονέειν. τὸ δὲ ὑγρὸν, ἧσσον. τὸ μὲν γὰρ ἐν τῷ ξηρῷ νόσημα πήγνυταί τε καὶ οὐ διαπαύει. τὸ δὲ ἐν τῷ ὑγρῷ, διαῤῥεῖ καὶ τοῦ σώματος ἄλλοτ' ἄλλο μάλιστα ἔχει, καὶ ἀεὶ μεταλλάσσον,

NVLLVM mea quidem opinione corporis eſt principium, ſed omnes partes ex æquo & principium & finis eſſe videntur. Deſcripto namque circulo, principium non inuenitur. Eademque ratio membrorum in toto corpore. Quod enim ſiccius eſt, morbis obnoxium eſſe, magiſque dolere ſolet, humidum verò minùs. Morbus namque qui in parte ſicca eſt fixus eſt, neq; interquieſcit. Qui verò in humida, diffluit, & aliàs aliam præcipuè corporis partem occupat, & ſemper commutando

quietem facit, citiuſque conquieſcit, cùm fixus non ſit. Vnaquæque verò corporis pars altera alteri, cùm hinc vel illinc perruperit, ſtatim morbum facit, venter capiti, & caput carnibus ac ventri, & reliquæ omnes eadem ratione, quemadmodum venter capiti, & caput carnibus ac ventri. Niſi enim venter moderatè ſubducatur, & ſi in eum cibus immittatur, ingeſtorum ciborum humiditate corpus irrigat, ipſa verò humiditas à ventre interſepta, magna copia ad caput viam affectat. Quò cùm peruenerit, à capitis vaſis minimè contenta, quocunque datur effluit, & in capitis ambitum, & in cerebrum, per os tenue, & partim quidem os ſubit, partim verò circum cerebrum per os tenue fertur. Quòd ſi ad ventrem rurſus quidem peruenerit, ventri morbum inducit. Si verò in aliam quampiam partem inciderit, ei ipſi morbum facit. Ad eundem etiam modum reliquæ partes altera alteri morbum inducit. Hacque ratione optimum fuerit ægrotantes partes, per eas, quæ morbos faciunt ad curationem accommodare. Sic enim quàm optimè quis eius quod ægrotat principium ſanauerit. Corpus autem ipſum ſibiipſi idem eſt, & ex eiſdem conſtat. Non eodem tamen modo ſe habent eius partes magnæ & paruæ, itemque infernæ & ſupernæ. Ac ſi vel minima corporis pars malo aliquo afficiatur, eam affectionem, qualiſcunque tandem fuerit, totum corpus ſentiet, quòd minima corporis pars eadem omnia habeat, quæ & maxima. Eaque minima pars quicquid tandem pertulerit, ad cognationem & gentilitatem refert, quæque ad ſuam, ſiue bonum, ſiue malum id fuerit. Ac propterea corpus ob minimæ partis cognationem dolorem aut voluptatem percipit, quòd in minima partes omnes inſunt, eæque ad ea quæ ſui ſunt generis ſingula referunt, & omnia denunciant. At verò corporis natura principium in artis Medicæ ſpeculatione obtinet, eaque primùm quâ parte audimus perforata eſt. Vacua enim circa aures loca, nil aliud præter ſtrepitum & clamorem inaudiunt. Quicquid verò per membranam ad cerebrum peruenerit, id planè hac parte auditur, vbi vnicum foramen per membranam circumuoluentem penetrat. Ad nares autem foramen quidem non tendit, ſed laxum quiddam velut ſpongia, eamque ob cauſam per longius interuallum audit quàm olfacit. Longè enim ab olfactu odor diſpergitur. Ad oculos etiam venulæ tenues ad viſionem ex cerebro per ambientem membranam tendunt. Hæ venulæ humore puriſſimo de cerebro viſionem alunt, in quo etiam rerum ſpecies in oculis apparent. Eædem quoque vbi reſiccatæ fuerint, viſionem extinguunt. Membranæ verò tres ſunt oculos ipſos cuſtodientes, ſuperna quidem craſſior, media verò tenuior, & tertia tenuis, quæ humorem conſeruat. Ex his ſuperior quidem & craſſiſſima, ſi læſa fuerit, morbum facit. Media verò, ipſa etiam periculi plena eſt, & vbi rupta fuerit, foras velut veſica prominet. Tertia tenuiſſima, omninò periculoſa, quæ humorem conſeruat. Cerebri autem membranæ duæ ſunt, ſuperna quidem vna craſſior, altera, quæ cerebrum contingit, tenuis, neque vbi vulnerata fuerit coaleſcit.

ἀνάπαυσιν ποιέει καὶ θᾶσσον παύεται, ὥστε οὐ πεπηγώς. τοῦ δὲ σώματος τὰ μέρεα ἕκαστα τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ ὁπόταν ἔνθα ἢ ἔνθα ὁρμήσῃ, νοῦσον παραυτίκα ποιέει. ἡ κοιλίη τῇ κεφαλῇ, καὶ ἡ κεφαλὴ τῇσί τε σαρξὶ καὶ τῇ κοιλίῃ. καὶ τἄλλα πάντα οὕτω κατὰ λόγον, ὥσπερ ἡ κοιλίη τῇ κεφαλῇ, καὶ ἡ κεφαλὴ τῇσί τε σαρξὶ καὶ τῇ κοιλίῃ. ἡ γὰρ κοιλίη ὁπόταν ὑποχώρησιν μὴ ποιέῃ τὴν μετρίην, καὶ ἐσίῃ ἐς αὐτὴν ἄρδει τῇ ὑγρότητι τὸ σῶμα τῇ ἀπὸ τῶν σιτίων τῶν προσφερομένων. αὕτη δὲ ἡ ὑγρότης ἀπὸ τῆς κοιλίης ἀποφραττομένη, ἐς τὴν κεφαλὴν ὡδοιπόρησεν ἀθρόη· καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν ἐπὴν ἀφίκηται, οὐ χωρεομένη ὑπὸ τῶν τευχέων τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ, ῥεῖ ᾗ ἂν τύχῃ καὶ πέριξ τῆς κεφαλῆς, καὶ ἐς τὸν ἐγκέφαλον διὰ λεπτοῦ τοῦ ὀστέου καὶ ἡ μὲν ἐν τῷ ὀστέῳ ἐνδέδυκεν· ἡ δὲ περὶ τὸν ἐγκέφαλον διὰ λεπτοῦ τοῦ ὀστέου. καὶ ἢν μὲν ἐς τὴν κοιλίην πάλιν ἀφίκηται, τῇ κοιλίῃ νοῦσον ἐποίησεν· ἢν δ' ἄλλῃ ὅπῃ τύχῃ, ἄλλην νοῦσον ποιέει. καὶ τἄλλα οὕτως ὥσπερ τοῦτο τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ νοῦσον ποιέει. καὶ κάλλιστ' οὕτως ἐκτρεπίζοι τὰ νοσήματα, διὰ τῶν τὰς νούσους ποιεύντων. οὕτω γὰρ ἂν κάλλιστα τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσευμένου τις ἰῷτο. τὸ δὲ σῶμα αὐτὸ ἑωυτῷ ταὐτόν ἐστι, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν σύγκειται, ὁμοίως δὲ οὐκ ἔχοντα καὶ τὰ σμικρὰ αὐτοῦ, καὶ τὰ μεγάλα, καὶ τὰ κάτω καὶ τὰ ἄνω. καὶ εἴ τις βούλεται τοῦ σώματος ἀπολαβὼν μέρος κακῶς ποιέειν τὸ σμικρότατον, πᾶν τὸ σῶμα αἰσθήσεται τὴν πεῖσιν ὁποίη ἄν τις ᾖ, διὰ τόδε, ὅτι τοῦ σώματος τὸ σμικρότατον πάντα ἔχει, ὅσα περ καὶ τὸ μέγιστον. τοῦτο δ' ὁποῖον ἄν τι πάθῃ τὸ σμικρότατον ἐπαναφέρει πρὸς τὴν ὁμοεθνίην, ἕκαστον πρὸς τὴν ἑωυτοῦ, ἤν τε κακὸν, ἤν τε ἀγαθὸν ᾖ. καὶ διὰ ταῦτα καὶ ἀλγέει καὶ ἥδεται ὑπὸ ἔθνεος τοῦ σμικροτάτου τὸ σῶμα· ὅτι ἐν τῷ σμικροτάτῳ πάντ' ἔνι τὰ μέρεα. καὶ ταῦτα ἐπαναφέρουσιν ἐς τὰ σφῶν αὐτῶν ἕκαστα, καὶ διαγγέλλουσι πάντα. φύσις δὲ τοῦ σώματος, ἀρχὴ τοῦ ἐν ἰητρικῇ λόγου, πρῶτον διατέτρηται ᾗ ἐσακούομεν. τὰ μὲν γὰρ περὶ τὰ ὦτα πέριξ κενεὰ, οὐκ εἰσακούει ἄλλο ἢ ψόφον καὶ ἰαχήν. ὅτι δ' ἂν διὰ τῆς μήνιγγος ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἐσέλθῃ, τοῦτο διαφραδέως ἀκούεται ταύτῃ [illegible] ἡ τρῆσις διὰ τῆς μήνιγγός ἐστι περὶ τὸν ἐγκέφαλον [illegible]. κατὰ δὲ τὰς ῥῖνας τρῆμα μὲν οὐκ ἔστιν, σομφὸν δὲ, οἷον σπογγιά. καὶ διὰ τοῦτο διὰ πλείονος ἀκούει ἢ ὀσφραίνεται· κατὰ πολὺ γὰρ σκίδναται ἡ ὀδμὴ τῆς ὀσφρήσιος. καὶ ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς φλέβια λεπτὰ ἐς τὴν ὄψιν ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου διὰ τῆς μήνιγγος τῆς περιεχούσης φέρονται. ταῦτα δὲ τὰ φλέβια τὴν ὄψιν τρέφουσι τῷ ὑγρῷ τῷ καθαρωτάτῳ τῷ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου, ἐς ὃ καὶ ἐμφαίνεται ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν. ταῦτα δὲ τὰ φλέβια καὶ ἀποσβεννύουσι τὰς ὄψιας ὅταν ξηρανθῶσι. μήνιγγες δὲ τρεῖς εἰσιν αἳ τοὺς ὀφθαλμοὺς φυλάσσουσιν. ἡ μὲν ἐπάνω, παχυτέρη· ἡ δὲ διὰ μέσου, λεπτοτέρη. ἡ δὲ τρίτη, λεπτὴ, ἣ τὸ ὑγρὸν φυλάσσουσα. τούτων ἡ μὲν ἐπάνω καὶ παχυτάτη νοῦσος ἢν κακωθῇ. ἡ δὲ διὰ μέσου ἐπικίνδυνος αὕτη, καὶ ὅταν ῥαγῇ, ἐξίσχει οἷον κύστις. ἡ δὲ τρίτη ἡ λεπτοτάτη πάμπαν ἐπικίνδυνος, ἡ τὸ ὑγρὸν φυλάσσουσα. μήνιγγες δὲ δύο εἰσὶ τοῦ ἐγκεφάλου, ἡ μὲν ἐπάνω παχυτέρη, ἡ δὲ λεπτὴ τοῦ ἐγκεφάλου ἁπτομένη, οὐκέτι ἡ αὐτὴ, ἐπὴν τρωθῇ.

φλέβες

φλέβες δὲ περαίνουσι μὲν ἐς τὴν κορυφὴν διὰ τῆς σαρκὸς ἔχουσαι πρὸς τὸ ὀστέον. φέρονται δὲ διὰ τῆς σαρκὸς, δύο μὲν ἐκ τῆς κορυφῆς κατ' ἰθὺ ᾗ αἱ ὀφρύες συγκλείονται καὶ τελευτῶσιν ἐς τοὺς κανθοὺς τῶν ὀφθαλμῶν. μία δὲ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐς τὴν ῥῖνα φέρεται, καὶ σχίζεται ἐς τὸν χόνδρον τῆς ῥινὸς ἑκάτερον. ἄλλαι δύο φλέβες παρὰ τοὺς κροτάφους φέρονται, ἐν μέσῳ τῶν κροτάφων καὶ τῶν ὤτων, αἳ πιέζουσι τὰς ὄψιας καὶ σφύζουσιν ἀεί. μόναι γὰρ αὗται οὐκ ἀρδεύουσι τῶν φλεβῶν, ἀλλ' ἀποτρέπεται ἐξ αὐτῶν τὸ αἷμα. τὸ δὴ ἀποτρεπόμενον ἀποσυμβουλεύει τῷ ἐπιρρέοντι. καὶ τὸ μὲν ἀποτρεπόμενον βουλόμενον ἀποχωρέειν. τὸ δ' ἄνωθεν ἐπιρρέον βουλόμενον κάτω χωρέειν ἐν τούτῳ ὠθεύμενά τε καὶ ἀναχεόμενα πρὸς ἄλληλα καὶ κυκλεύμενα, σφυγμὸν παρέχουσι τοῖσι φλεβίοισιν. ἡ δὲ ὄψις τῷ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου ὑγρῷ τρέφεται. ὅταν δέ τι τοῦ ἀπὸ τῶν φλεβῶν λάβῃ, τῇ ῥύσει ταράσσεται, καὶ οὐκ ἐμφαίνεται ἐς αὐτὸ, καὶ προσκινέεσθαι δοκέει ἐν αὐτῷ ὅτε μὲν οἷον εἴδωλον ὀρνίθων, ὅτε δὲ οἷον φακοὶ μέλανες [10] καὶ τἄλλα οὐδὲν ἀτρεκέως κατ' ἀλήθειαν δύναται ὁρᾶν. ἄλλαι δύο φλέβες ἐν μέσῳ τῶν τε ὤτων καὶ τῶν ἄλλων φλεβῶν, αἳ φέρονται ἐς τὰ ὦτα, καὶ πιέζουσι τὰ ὦτα. ἄλλαι δύο φλέβες ἐκ τῆς συγκλείσιος τοῦ ὀστέου ἐς τὰς ἀκοὰς φέρονται. αἱ δὲ κάτω τοῦ σώματος τετραμμέναι. δύο μὲν φλέβες παρὰ τοὺς τένοντας τοῦ τραχήλου, φέρονται δὲ καὶ παρὰ τοὺς σπονδύλους. καὶ τελευτῶσιν ἐς τοὺς νεφρούς. αὗται δὲ καὶ ἐς τοὺς ὄρχιας παραρέουσι. καὶ ὅταν αὗται πονέσωσιν, αἷμα οὐρέει ὥνθρωπος. ἄλλαι δύο φλέβες ἀπὸ τῆς κορυφῆς φέρονται ἐς τοὺς ὤμους. καὶ δὴ καὶ ὠμιαῖαι καλέονται. ἄλλαι δύο φλέβες ἀπὸ τῆς κορυφῆς παρὰ τὰ ὦτα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν τοῦ τραχήλου ἑκατέρωθεν ἐς τὴν κοίλην φλέβα, καλεομένην φέρονται. ἡ δὲ κοίλη φλὲψ παραφέρεται μὲν ὡς ὁ οἰσοφάγος, πέφυκε δὲ μεταξὺ τοῦ τε βρόγχου καὶ τοῦ οἰσοφάγου. φέρεται δὲ διὰ τῶν φρενῶν. καὶ διὰ τῆς καρδίης. καὶ μεταξὺ τῶν φρενῶν, καὶ σχίζεται ἐς τοὺς βουβῶνας, καὶ ἐς τοὺς μηροὺς ἔσω καὶ τὰς διασφαγὰς ἐν τοῖσι μηροῖσι ποιέεται, καὶ ἐς τὰς κνήμας φέρεται ἔσω παρὰ τὰ σφυρά. αὗται καὶ ἀκάρπους ποιέουσι τοὺς ἀνθρώπους ὅταν ἀποτμηθῶσιν, αἳ καὶ ἐς τοὺς μεγάλους δακτύλους τελευτῶσιν. ἐκ δὲ τῆς κοίλης φλεβὸς ἀποπέφυκεν ἐς τὴν χεῖρα τὴν ἀριστερήν. φέρεται δὴ ὑποκάτω τοῦ σπληνὸς ἐς τὴν λαπάρην τὴν ἀριστερὴν ὅθεν ὁ σπλὴν ἀποπέφυκε διὰ τοῦ ἐπιπλόου. καὶ τὴν ἀποτελεύτησιν ἴσχει [11] ἐς τὸν κίθαρον. ἀποπέφυκε δὲ κατὰ τὰς φρένας, καὶ ξυμβάλλει τῇ ὠμιαίῃ [12] κάτω τοῦ ἄρθρου τοῦ ἀγκῶνος, καὶ τοῦ σπληνὸς τάμνεται αὕτη. καὶ ἄλλη ἐς τὴν δεξιὴν, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀποπέφυκεν [14] ἀπὸ τῆς κοίλης. κοινωνέουσι δὲ πᾶσαι αἱ φλέβες καὶ διαρρέουσιν ἐς ἑωυτάς. αἱ μὲν γὰρ σφίσιν ἑωυτῇσι ξυμβάλλουσιν. αἱ δὲ διὰ τῶν φλεβίων τῶν διατεταμένων ἀπὸ τῶν φλεβῶν, αἳ τρέφουσι τὰς σάρκας ταύτῃ διαρρέουσι πρὸς ἑωυτάς. καὶ ἀπὸ τῶν φλεβῶν ὅτι ἂν νόσημα γίνηται, ῥᾷόν ἐστιν ἢ ἀπὸ τῶν νεύρων. διαφορέει γὰρ σὺν τῷ ὑγρῷ τῷ ἐνεόντι ἐν τῇσι φλεψὶ, καὶ οὐκ ἀτρεμίζει. καὶ ἡ φύσις τῇσι φλεψὶν ἐν ὑγρῷ ἐστὶν ἐν τῇσι σαρξί. τὰ δὲ νεῦρα ξηρά τέ ἐστι καὶ ἀκοίλια καὶ πρὸς τῷ ὀστέῳ πεφύκασι, καὶ τρέφονται δὲ τὸ πλεῖστον ἀπὸ τοῦ ὀστέου. τρέφονται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς σαρκὸς, καὶ τὴν χροιὴν καὶ τὴν ἰσχὺν μεταξὺ τοῦ ὀστέου καὶ τῆς σαρκὸς πεφύκασι.

Venæ autem ad verticem quidem per carnem permeant, & oſſi cohæreſcunt. Ex vertice verò, duæ quidem rectà per carnem feruntur, qua parte ſupercilia clauduntur, & ad oculorum angulos deſinunt. Vna autem de vertice ad nares fertur, & in vtramque nariuma cartilaginem ſcinditur. Aliæ duæ venæ iuxta tempora feruntur, inter tempora & aures, quæ oculos premunt, ſemperque pulſant. Ex venis enim hæ ſolæ ſanguine minimè rigantur, ſed auertitur ab ipſis ſanguis. Qui verò auertitur, ei qui influit motum habet contrarium, & qui quidem auertitur, cùm diſcedere cupiat: qui autem ex ſuperioribus partibus affluit, infra procedere, hic mutuò inter ſe propulſa ac diffuſa, & in orbem agitata, venulis pulſum præbent. Cùm autem viſio ex cerebri humore nutriatur, ſi quid humoris à venis acceperit, fluxione turbatur, neque in eo apparent rerum ſpecies, ſed obuerſari videntur interdum quidem velut auicularum imagines, interdum verò vt lentes nigræ, nihilq; de cætero exactè te vera cernere poteſt. Aliæ duæ venæ per medium aurium & reliquarum venarum, ad aures tendunt iiſque incumbunt. Aliæ duæ venæ ex oſſis coniunctione, ad aures feruntur. Ex his autem quæ ad inferiorem corporis partem connectuntur, duæ quidem venæ iuxta ceruicis tendines, & iuxta vertebras feruntur, ac in renes deſinunt, eædemque etiam ad teſtes permeant, cumque hæ malè affectæ fuerint, homo cruentum lotium reddit. Aliæ duæ venæ ex vertice ad humeros tendunt, & eæ ſanè humerales appellantur. Aliæ duæ venæ ex vertice iuxta aures, per anteriorem ceruicis partem, vtrinque in cauam appellatam venam deferuntur. At verò vena caua velut gula quidem producitur, mediaq; inter guttur & gulam exiſtens, per ſeptum tranſuerſum fertur, & per cor, & inter ſeptum. Ad inguina autem & femora interiore parte ſcinditur, & diſparationes in cruribus facit, & ad tibiarum interiorem partem iuxta malleolos fertur. Eæ ſi ſectæ fuerint, hominem infœcundum reddunt, quæ & in magnos digitos deſinunt. Ex vena autem caua propago in manum ſiniſtram deducitur, & ſubter lienem fertur, ad ſiniſtri lateris inanitatem, vnde lien per omentum emergit, & ad thoracem deſinit. Exoritur autem iuxta ſeptum tranſuerſum, & cum humerali committitur, infra cubiti articulum, ipſaq; lienis gratia ſecatur. Alia etiam ad dextram manum eodem modo à caua propaginem émittit. Hæ autem omnes venæ inter ſe communicant & mutuò confluunt. Aliæ ſiquidem ſibi inuicem committuntur, aliæ verò per venulas, quæ à venis diſtenduntur, & carnes nutriunt, ea parte inter ſe confluunt. Quicunque autem à venis morbus oritur, is leuior eſt, quàm qui à neruis. Diffluit enim vnà cum humore in venis contento, neq; quieſcit, venarumq; ea natura eſt, vt humorem contineant, & carnibus diſtribuant. Nerui verò cùm ſicci ſunt, tum cauitatibus carent, & oſſi adhæreſcunt, maximamq; partem ab oſſe nutriuntur, & ii quoque ex carnibus alimentum habent, coloremque & robur inter os & carnem medium naturâ ſortiti ſunt,

& humidiorem quidem carnoſioremq́; quàm os, ſicciorem verò & ad os magis accedentem quàm carnes naturam obtinent. Quicunq; autem morbus ad eos acceſſerit, eodem loco firmatur & conſiſtit, nec niſi ægrè expellitur. Præcipuè verò cor appetunt diſtentiones, aliiq; morbi ex quib. tremor corpus prehendit, quiq; tremorem inducunt. Nerui autem articulos conſtringunt, per totum corpus diſtenti, potiſſimumque validi & ſemper maximè craſſi ſunt, in his corporis partibus, in quibus pauciſſimæ carnes ſunt, totumque corpus neruorum plenum eſt. At circa faciem & caput non ſunt nerui, ſed fibræ neruorum nô abſimiles, inter os & carnem, tenuiores & ſolidiores, partim etiam nerui cauitatem habentes. Capita ſuturas habent, alia quidem tres, alia quatuor. Quæ quidem quatuor habent, his ſunt iuxta aures vtraq; ex parte, & vna ſutura anteriore, altera poſteriore capitis parte. Et ſic quidem ſe habet caput quod quatuor ſuturas habet. Quod verò tres ad aures vtrinque, & anteriore parte. At velut in eo quod quatuor habet, hac parte [poſteriore ſcilicet] nulla ſutura enaſcitur. Qui plures ſuturas habent, hi capite meliùs valent. Inter ſupercilia os intercedit & maxillarum coniunctio in medio mento, & ſuperiore parte ad caput eſt. Vertebras hi quidem plures, hi verò pauciores habent. Quibus pauciores, his ſunt duodeuiginti, quarum aliæ quidem ſurſum ad caput, aliæ verò deorſum ad ſedem feruntur. Coſtæ ſeptem partim quidem poſteriore corporis parte ad vertebras, partim verò anteriore in pectore inter ſe committuntur. Claiculæ articulos habent, partim quidem in medio pectore iuxta guttur, eaq́; parte articulis connectuntur, partim verò ad humeros ad ſcapulas reclinatos, quæ humeris ſemper adhæreſcunt. At ſcapulæ ad membra articulis connectuntur, ſuper os quod in membro eſt incumbentes. Ab hoc oſſe appendices duæ protenduntur, vna quidem interiore parte, altera exteriore, quæ ad ſcapulas oſſi cohæreſcentes, inferiore ex parte articulis coniunguntur. Quæ verò ſunt in cubiti flexu, infra quidem radio in articulum coniunguntur, iuxta os natura ſua cauum, paulum autem ſupra radium in cubiti gibbum, tum os, tum radius in eundem locum committuntur, & articulationem in cubiti gibbo efficiunt. Ad vlnam verò appendices protenduntur valdè tenues quatuor, duæ quidem ſuperiore parte, duæ verò inferiore, & ad cubiti quidem gibbum duæ appendices adnatæ, ſuperiore parte ex oſſe exoriuntur. Hæ cum oſſe cohæreſcentes, ad oſſis articulum, in cubiti gibbum articulo committuntur. Quæ verò infra ſitæ ſunt, & intrò reclinatæ, eæ vtræque ad radium qui ſuperiore parte ad membrum defertur, concurrentes, interiore membri parte articulo committuntur, eæque inter ſe interiore cubiti parte commiſſæ, radium appellatum efficiunt. Inferiore verò parte ad manum, os articulum habet. Cùm autem hac parte appendices teneræ exiſtant, duæ quidem in articulum non tendunt, ſuperior verò & inferior cum oſſe ad manum articulo committuntur. Manus multos habent articulos. Quæ enim oſſa inter ſe connectuntur, omnia articulos faciunt. Digiti multos habent articulos, tres vnuſquiſque. Vnum quidem ſub vngue, inter vnguem & tuberculum, alterum in ipſo tuberculo, quâ parte etiam digitos inflectunt, tertium, quâ parte digitus ex manu emergit. In coxendicibus autem duo ſunt articuli, acetabula appellata, & iis fœmora articulo connexa.

καὶ ὑγρότερα μέν εἰσι τοῦ ὀστέου καὶ σαρκωδέστερα, ξηρότερα δ' εἰσὶν ἢ αἱ σάρκες καὶ ὀστωδέστερα. νόσημα δ' ὅτι ἂν ἐς αὐτὰ ἔλθῃ, ῥώννυταί τε καὶ ἀτρεμίζει ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ χαλεπόν ἐστιν ἐξελάσαι. μάλιστα δ' ἐσέρχονται, τέτανοί τε καὶ ἄλλα ἀφ' ὧν τρόμος τὸ σῶμα λαμβάνει, καὶ τρέμειν ποιέει. τὰ δὲ νεῦρα πιέζουσι τὰ ἄρθρα, καθ' ἅπαν τεταμένα τό ἐστι περὶ ὅλον τὸ σῶμα. ἰσχύουσι δὲ μάλιστα ἐν ἐκείνοισι τοῦ σώματος, καὶ αἰεὶ παχύτατά ἐστιν, ἐν οἷσι τοῦ σώματος αἱ σάρκες ἐλάχισταί εἰσι. καὶ τὸ μὲν σῶμα πᾶν ἔμπλεον νεύρων. περὶ δὲ τὸ πρόσωπον καὶ τὴν κεφαλὴν, οὐκ ἔστι νεῦρα, ἀλλὰ ἶνες παρόμοιαι νεύροις, μεταξὺ τοῦ τε ὀστέου καὶ τῆς σαρκὸς, λεπτότεραι καὶ στερεώτεραι. αἱ δὲ νευροκοίλιοι. αἱ κεφαλαὶ ῥαφὰς ἔχουσιν. αἱ μὲν, τρεῖς· αἱ δὲ, τέσσαρας. αἱ μὲν τέσσαρας ἔχουσαι, κατὰ τὰ ὦτα ἑκατέρωθεν, ῥαφὴ ἄλλη ἔμπροσθεν, ἄλλη ἐξόπισθεν τῆς κεφαλῆς, οὕτω μὲν ἡ τὰς τέσσαρας ἔχουσα. ἡ δὲ τὰς τρεῖς κατὰ τὰ ὦτα, ἑκατέρωθεν καὶ ἔμπροσθεν. ὥσπερ δὲ ἡ τὰς τέσσαρας ἔχουσα, οὐ διαπέφυκεν οὐδὲ ταύτῃ ῥαφή. ὑγιεινότεραι δ' εἰσὶ τὴν κεφαλὴν, αἱ τὰς πλέονας ῥαφὰς ἔχοντες. ἐν τῇσιν ὀφρύσι διπλόον τὸ ὀστέον, καὶ ἡ σύγκλεισις τῶν γενύων ἔν τε τῷ γενείῳ μέσῳ, καὶ ἄνω πρὸς τῇ κεφαλῇ. σπονδύλους οἱ μὲν πλέονας, οἱ δὲ ἐλάσσονας ἔχουσι. καὶ οἱ μὲν πλέονας ἔχοντες, δυοῖν δέοντες εἴκοσί εἰσιν, οἱ μὲν ἄνω πρὸς τῇ κεφαλῇ, οἱ δὲ κάτω πρὸς τῇ ἕδρῃ. πλευραὶ ἑπτά. τὰ μὲν, ὄπισθεν τοῦ σώματος πρὸς τοὺς σπονδύλους. τὰ δ' ἔμπροσθεν ἐν τῷ στέρνῳ πρὸς ἑωυτάς. κληῖδες ἄρθρα ἔχουσι, τὰ μὲν ἐν μέσῳ τοῦ στέρνου κατὰ τὸν βρόγχον, κατὰ ταῦτα ἤρθρωνται· τὰ δὲ πρὸς τοὺς ὤμους κεκλιμένα πρὸς τὰς πλάτας, αἳ ἐπὶ τοῖς ὤμοις αἰεὶ πεφύκασιν. αἱ δὲ πλάται πρὸς τὰ γυῖα ἤρθρωνται, ἐπιβεβήκασιν ἐπὶ τὸ ὀστέον τὸ ἐν τῷ γυίῳ. παρὰ δὲ τὸ ὀστέον ἀποφύσιες δύο προήκουσιν, ἡ μὲν, ἔνδοθεν, ἡ δὲ, ἐκτός. αἱ πρὸς τὰς πλάτας τῷ ὀστέῳ προσπεφυκυῖαι, ἤρθρωνται κάτω. αἱ δ' ἐν τῷ ἀγκῶνι, κάτω μὲν ἀποφύσει ἤρθρωνται, κάτω πεφυκυῖαι, ἄνω δὲ σμικρὸν τῆς ἀποφύσιος ἐς τὸν ἀγκῶνα. τό τε ὀστέον καὶ ἡ ἀπόφυσις ἐς τὸ αὐτὸ συμβάλλοντα. ἄρθρον ἐν τῷ κυβίτῳ ποιέει. παρὰ δὲ τὸν πῆχυν ἀποφύσιες παρήκουσι λεπταὶ πάνυ, τέσσαρες, αἱ μὲν δύο, ἄνω· αἱ δὲ δύο, κάτω. καὶ πρὸς μὲν τὸν ἀγκῶνα δύο ἀποφύσιες πεφυκυῖαι, ἄνω ἐκ τοῦ ὀστέου πεφύκασιν. αὗται σὺν τῷ ὀστέῳ πεφυκυῖαι, παρὰ τὸ τοῦ ὀστέου ἄρθρον ἤρθρωνται ἐς τὸν κύβιτον. αἱ δὲ κάτω πεφυκυῖαι καὶ ἐντὸς κεκλιμέναι, αὗται ἀμφότεραι ξυμβάλλουσαι πρὸς τὴν ἀπόφυσιν τὴν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ γυίου φερομένην, ἐντὸς τοῦ γυίου ἤρθρωνται, καὶ περόνην καλεομένην ποιέουσιν, αὗται ἑωυταῖς ξυμβάλλουσαι ἐν τῷ κυβίτῳ ἐντός. κάτω δὲ πρὸς τὴν χεῖρα τὸ ὀστέον ἄρθρον ἔχει. αἱ δὲ ἀποφύσιες ταύτῃ ἁπαλαὶ ἐοῦσαι, αἱ μὲν δύο οὐκ ἐξήκουσιν ἐς τὸ ἄρθρον, ἡ δ' ἄνω καὶ ἡ κάτω, σὺν τῷ ὀστέῳ ἤρθρωνται πρὸς τὴν χεῖρα. αἱ δὲ χεῖρες ἄρθρα ἔχουσι πολλά. ὅσα γὰρ ὀστέα πρὸς ἑωυτὰ συμβάλλουσι, πάντα ἄρθρα ποιέουσι. δάκτυλοι ἄρθρα ἔχουσι πολλά, ἕκαστος τρία. ἓν μὲν ὑπὸ τῷ ὄνυχι ἐν μέσῳ τοῦ τε ὄνυχος καὶ τοῦ κονδύλου. ἄλλο ἐν τῷ κονδύλῳ, ᾗ καὶ ξυγκάμπτουσι τοὺς δακτύλους. ἄλλο τρίτον, ᾗ ὁ δάκτυλος ἀπὸ τῆς χειρὸς ἀποπέφυκεν. ἐν δὲ τῇσιν ἰσχίοισιν ἄρθρα δύο εἰσὶν αἱ κοτύλαι καλεόμεναι, καὶ οἱ μηροὶ ἐς ταύτας ἐνήρθρωνται.

πρὸς δὲ τὸν μηρὸν ἀφῆκαν δύο προσήκουσιν, ἡ μὲν ἐντὸς, ἡ δ' ἐκτὸς, καὶ ἐς τὸ ἄρθρον οὐδετέρη ἐξήκει, οὐδ' ἑτέρωθεν, ἀλλὰ πρὸς τῷ ὀστέῳ προσπεφύκασι πρὸς τῷ μηρῷ. ὁ δὲ μηρὸς, ἄνωθεν μὲν ᾗ ἐς τὴν κοτύλην ἐμβάλλει, δικραῖος ἐστι τοιῇδε δικραιότητι. ἐπὶ μὲν τοῦ ἐντὸς κεκλιμένου τοῦ δικραίου ἐπὶ τοῦ ἄκρου ἐπιπέφυκε στρογγύλον καὶ λεῖον, ὃ καὶ ἐς τὴν κοτύλην ἐμβάλλει, τὸ δ' ἕτερον τὸ ἔλασσον τοῦ δικραίου τὸ ἐκτὸς μᾶλλον ἔξω ἐξέχει, καὶ φαίνεται ἐν τῷ πυγαίῳ κάτω, καὶ ἰσχίον καλέεται. πρὸς δὲ τὸ γόνυ τὸ ὀστέον τοῦ μηροῦ τοιόνδ' ἐστὶ δικραῖον. τῷ δὲ δικραίῳ τούτῳ τὸ ὀστέον ἡ κνήμη καλεομένη ὥσπερ ἐν γιγγλύμῳ ἐνήρμοσται. ἄνωθεν δὲ τοῦ ἐνηρμοσμένου, ἡ μύλη ἐπίκειται, ἣ ἀποκωλύει ἐς τὸ ἄρθρον ἀναπιπλάμενον ἐσιέναι τὴν ὑγρότητα, τὴν ἀπὸ τῆς σαρκός. πρὸς δὲ τὴν κνήμην ἀφῆκαν δύο προσήκουσιν, αἱ κάτωθεν μὲν, πρὸς τοῦ ποδὸς τὰ σφυρὰ τελευτῶσιν. ἄνωθεν δὲ πρὸς τοῦ γούνατος, οὐκ ἐξήκουσι πρὸς τὸ ἄρθρον. πρὸς δὲ τὸν πόδα ἡ κνήμη κατὰ τὰ σφυρὰ ἄρθρον ἔχει, καὶ ἄλλο κατώτερον τῶν σφυρῶν. καὶ ἐν τοῖσι ποσὶν ἄρθρα πολλὰ, ὥσπερ καὶ ἐν τῇσι χερσίν. ὅσα γὰρ τὰ ὀστέα, τοσαῦτα καὶ ἄρθρα, καὶ ἐν τοῖσι δακτύλοισι τῶν ποδῶν, κατὰ ἀριθμὸν ἴσα κατὰ ταὐτά. ἄρθρα δὲ πολλὰ ἐν τῷ σώματι σμικρὰ, οὐχ ὁμοίως πᾶσιν, ἀλλὰ ἄλλα ἄλλοις. τὰ δὲ γεγραμμένα πᾶσιν ὁμοίως εἰσίν, ἄλλα τε φλέβια εἰσὶν ἄλλοις, ἀλλ' οὐκ ἄξια λέγειν. Μύξα πᾶσιν ἐστὶ φύσει. καὶ ὅταν αὕτη καθαρὴ ᾖ, ὑγιαίνουσι τὰ ἄρθρα, καὶ διὰ τοῦτο εὐκίνητά ἐστιν, ὥστε ὀλισθηρὰ ὄντα πρὸς ἑωυτά. πόνος δὲ καὶ ὀδύνη γίνεται, ὅταν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ὑγρασίη ῥυῇ πονηρά. τὸ πρῶτον μὲν πήγνυται τὸ ἄρθρον. οὐ γὰρ ὀλισθηρὴ ἡ ὑγρότης ἡ ἐπιρρυεῖσα ἀπὸ τῆς σαρκός. ἔπειτα ὥστε πολλὴ λίην κεχυμένη, καὶ οὐκ ἀρδομένη ἐκ τῆς σαρκὸς, αἰεὶ ξηραίνεται. καὶ ὥστε πολλὴ ἐοῦσα, καὶ οὐ χωρέοντος τοῦ ἄρθρου ἐκχεῖ, κακῶς τε πεπηγυῖα μετεωρίζει τὰ νεῦρα, οἷσι τὸ ἄρθρον συνδέδεται, καὶ ἀδύνατα ποιέει καὶ διαλελυμένα, καὶ διὰ τοῦτο χωλοὶ γίνονται. καὶ ὅταν μὲν τοῦτο μᾶλλον γένηται, μᾶλλον, ὅταν δὲ ἧσσον, ἧσσον. ἐς δὲ τὴν κοιλίην καὶ τὰ ἐσθιόμενα καὶ τὰ πινόμενα χωρέουσιν. ἐκ δὲ τῆς κοιλίης, ἶνες ἐς τὴν κύστιν, ᾗ διηθεῖ τὸ ὑγρὸν τεταμέναι εἰσί. ῥόοι δὲ γίνονται καὶ διαψυχθείσης τῆς σαρκὸς λίην, καὶ διαθερμανθείσης, καὶ ὑπερφλεγμαινούσης. ῥόοι δὲ διὰ μὲν τὸ ψῦχος γίνονται, ὅταν ἡ σὰρξ ἡ ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ αἱ φλέβες τεταμέναι ἔωσιν. αὗται φριξάσης τῆς σαρκὸς καὶ ἐς μικρὸν ἀφικνουμένης καὶ ἐκθλιψάσης ἐκθλίβουσι τὴν ὑγρότητα. καὶ αἱ σάρκες ἅμα αὗται, αἳ ἐκθλίβουσιν ἐς μικρὸν ἀφικνεόμεναι. καὶ αἱ τρίχες ἄνω ὀρθαὶ γίνονται, ὥστε πάντοθεν ἅμα ἰσχυρῶς πιεζόμεναι. ἐντεῦθεν ὅτι ἂν ἐκθλιφθῇ, ῥεῖ ᾗ ἂν τύχῃ. ῥεῖ δὲ καὶ διὰ τὴν θερμότητα, ὅταν αἱ σάρκες ἀραιαὶ γενόμεναι διόδους παρέχωσι, καὶ τὸ ὑγρὸν θερμανθὲν λεπτότερον γένηται. πᾶν γὰρ τὸ ὑγρὸν θερμαινόμενον, λεπτότερον γίνεται. καὶ πᾶν τὸ ὑπεῖκον, ῥεῖ, μάλιστα δ' ὅταν λίην ὑπερφλεγμαίνῃ, διὰ τόδε ῥεῖ. αἱ σάρκες λίην ἔμπλεαι γινόμεναι ὅτι ἂν μὴ δύνωνται χωρέειν, ῥεῖ τὸ ὑγρὸν τὸ μὴ δυνάμενον χωρέεσθαι. ῥεῖ δὲ, ᾗ ἂν τύχῃ. ἐπὴν δὲ ἅπαξ ὑγροὶ αἱ ῥόαι γένωνται, ῥεῖ καὶ ὁ χωρίον ᾗ ἂν τύχῃ, ἔστ' ἂν συμπιεσθῶσιν αἱ δίοδοι τοῦ ῥόου, δι' ἰσχνότητα ὅταν τὸ σῶμα ξηρανθῇ.

Ad femora duæ appendices porriguntur, vna quidem intus, altera foris, neutraque in articulum tendit, neque ex altera parte, ſed oſſi in ipſo femore annexæ ſunt. femur autem ſuperiore quidem parte, quâ in acetabulum immittitur, hoc modo bifidum eſt. In ea quidem bicipitij parte, quæ intrò inclinat, in ſummo adnatum eſt rotundum ac læue, quod in acetabulum ingreditur. Altera verò pars minor quæ in biſurculo protuberat, foras magis prominet, & inferiore parte ad nates apparet, coxendixq; nominatur. Ad genu autem femoris os hoc modo bifidum eſt. Huic verò bicipitio, os quod tibia appellatur, velut in cardine adaptatur. Supra id quod adaptatum eſt mola incumbit, quæ ad articulum dum extenditur humiditatem à carne deſcendere prohibet. Ad tibiam autem pertingunt appendices duæ, quæ inferiore quidem parte ad pedis malleolos deſinunt, ſuperiore verò ad genu, non perueniunt ad articulum. Ad pedem autem tibia iuxta malleolos articulum habet, aliumq; infra malleolos. In pedibus articuli multi quemadmodum etiam in manibus ſunt. Quot enim oſſa, tot ſunt articuli, & in pedum digitis pari numero & eodem ſe habent modo. Multi quoque in corpore articuli parui ſunt, non ſimili tamen modo in omnibus, ſed aliis alij, hi autem à nobis enumerati, in omnibus ſimiliter ſe habent. Aliæ quinetiam ſunt aliis venæ, nec tamen effatu dignæ. Mucus omnibus à natura ineſt, & cùm purus fuerit, bene valent articuli, ideoq; facilè mouentur, cùm ſint inter ſe lubrici. Oboritur autem labor & dolor, vbi vexauerit quæ à carne fluit humiditas. Imprimis quidem rigidus fit articulus. Neque enim lubrica eſt quæ ex carne affluxit humiditas. Deinde ſua copia valde diſperſa, neque à carne irrigata, ſemper reſiccatur, cumq; eam ob multitudinem articulus capere non poſſit, effluit, maleq; concreſcens, neruos quibus articulus connectitur, attollit, elaxat, & diſſoluit. Eamque ob cauſam vel magis, vel minùs claudi fiunt. At verò quæ eduntur aut bibuntur in ventrem feruntur, & ex ventre fibræ in veſicam extenduntur, quâ parte humorem tranſmittit. Fluxiones autem contingunt, & perfrigerata valde carne, & ſupertumefacta. Propter frigus quidem fluxiones fiunt, cùm capitis caro & venæ diſtentæ fuerint, eæque carne propter horrorem in anguſtum coacta & elidente, humorem exprimunt, ſimul etiam carnes ipſæ in anguſtum contractæ, viciſſim exprimunt, & capilli velut vndique ſimul vehementer compreſſi eriguntur. Hinc quod expreſſum fuerit, quocunque ſors tulerit, fluit. Quin & ob caliditatem fluit, cùm carnes rarefactæ tranſitus præbuerint, humorque calefactus tenuior euaſerit. Quicquid enim humidum concalfactum fuerit, tenuius euadit, & quicquid cedit, fluit. Potiſſimùm autem vbi quid valde ſupertumefactum fuerit, hanc ob cauſam fluit. Carnes admodum repletæ, cùm copiam capere nequeant, humor qui contineri non potuit effluit, fluitque quocunque datum fuerit. Omninò autem fluidis factis fluxionibus, fluidus etiam fit locus in quem fertur, quoad fluxionis viæ præ gracilitate compreſſæ fuerint, cùm corpus reſiccatum fuerit.

Cùm enim corpus ſibi ipſi communicet, quancunq; in partem humor obtigerit, ſiccitatem in ſe ſuſcipit ac deducit. Neque verò ipſam deducere eſt difficile, cùm corpus vacuum exiſtat, minimeq; præ gracilitate intumeſcat. Cùm autem inferiores partes ſiccæ euaſerint, ſuperiores verò humidæ (ſuperiora enim vaſa magis humida ſunt, cùm plures venæ ſint parte ſuperiore quàm inferiore, & capitis carnes minore indigeant humiditate) tùm ſanè ſicca corporis pars humorẽ ex capite ducit, ſimulq; meatus ei, quæ ducit magis patent, quàm ei à qua ducitur. Cùm enim ipſi ſicci exiſtant, ex eo ſibi quæſtum parant, ſimulq; humores natura deorſum ferri ſolent, vel ſi vis modica cõtingat. At verò fluxiones ex capite ſeptẽ ſunt. Quædam ſi quidem in nares, quædam in aures, quædam in oculos decumbit. Atq; hæ quidem ex capite fluxiones, oculis ſunt conſpicuæ. Vbi verò in thoracem ob frigus defluxerit bilis exiſtit. Quod ideò ferè contingit, quod ad guttur facilè defluat, cùm minimè ſit contectum. Eos verò qui à frigore bile vexantur laſſitudo eam ob cauſam detinet, quòd carnes bene habitæ minimè quieſcunt, ſed cõcutiuntur, concuſſæq; moleſtia & laſſitudine tentantur, non ſecus ac ex via concuſſæ. Quinetiam cũ in thoracem fluxio decubuerit, ſuppurati & tabidi fiunt. Cùm verò in medullam fluxio contigerit, tabes cœca oritur. Quòd ſi verò in vertebras & carnes defluxerit, aqua inter cutem ſuboritur. Inde verò dignoſcas licet, quòd anteriores partes ſiccæ ſunt, caput ſcilicet, nares & oculi. Quin & oculorum caligo accedit, & vnà cũ reliquo corpore ex virore palleſcunt, neq; quicquam expuitur, ne ſi multum quidem defluat. Fluxio enim per mediam carnem poſteriore parte delapſa, & ab anteriore auerſa, anteriores partes ſiccas reddit, carnéq; in poſteriora irrigat, eamq; magis quæ ad interiora eſt, ad ventrẽ, quàm quæ ad exteriora, ad nares. Eamq; ob cauſam corpus exteriore parte magis quàm interiore ſolidum exiſtit, & foramina habet anguſtiora. Quæ cũ tenuia ſint, conſtipantur, ipſaq; ſibi ipſis medentur, nullaq; hac parte fluxio ferri poteſt. Intra autẽ cùm latiora ſunt, tum intermedia tenuiora habent, fluxio verò cùm ex altioribus delabatur, & tenuia contra ſe obiecta habeat, defluit, & carnes humiditate replet. Quin & humiditas quæ ex cibis eodẽ defertur, corrumpitur ipſaq; ex commixtione corrupta, & quod cũ ea ex capite defluit, corpus nutriunt. Plurimo verò humore carnes nutritæ, & morboſo turgidæ, aqua inter cutẽ replentur. Quòd ſi parũ defluxerit, coxarium morbum & diuturnos articulorum affectus (*κέδματα* dicuntur) facit, ſi fluere ceſſauerit. Nam cũ exiguum ſit quod affluit, & vndiquaq; à potentioribus partibus depulſum, ad articulos ſe recipit. Diuturni quoque articulorum affectus. *κέδματα* dicti, & coxendicum morbi, iis qui ab eiuſmodi morbis conualuerunt, cõtingunt, quando quod morbum facit, ſanum euaſerit, in carne verò quid remanſerit, cui cùm neq; intrò denuò, neq; foras exitus pateat, ſed in cute tuberculum creet, in ipſo exitu confugit ad id quod cedere poteſt, articulos nimirum, & aut articulorũ diuturnos affectus (*κέδματα* vocant) aut coxendicum morbum parit. Quòd ſi nares intumuerint, & pituita eaq; concreta repleantur, ea vbi concreuerit, aut fomentis, aut medicamentis extenuanda, miniméque auertenda eſt. Etenim ſi auerſa alio feratur, omninò fluxio maiorem morbum efficiet. Cùm verò ad aures fluxerit, primùm dolorem exhibet,

ὥστε γὰρ τὸ σῶμα κοινωνέον αὐτὸ ἑωυτῷ διαλαμβάνει καὶ ἄλλῃ, καθ' ὅτι ἂν ὑγρὸν ἐπιτύχῃ, ἐς ἑωυτὸ ξηρὸν, ἄγειν δὲ οὐ χαλεπὸν αὐτό ἐστιν· ὥστε τοῦ σώματος κενοῦ τε καὶ οὐ συνοιδέοντος ὑπὸ ἰσχνότητος. ὅταν δὲ τὰ κάτω ξηρὰ γένωνται, τὰ δ' ἄνω, ὑγρὰ (μᾶλλον δὲ τὰ ἄνω ὑγρά ἐστι τεύχεα· αἱ γὰρ φλέβες ἄνω πλείονές εἰσιν ἢ κάτω, καὶ αἱ σάρκες ἐλάσσονες ὑγρότητος δεόμεναι αἱ ἐν τῇ κεφαλῇ,) ἄγει δὲ τὸ ξηρὸν τοῦ σώματος τὸ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑγρόν. καὶ ἅμα καὶ διοδοί εἰσι τῷ ἄγοντι μᾶλλον, ἢ τῷ ἀγομένῳ. καὶ γὰρ αὐταὶ κερδαίνουσιν ὥστε ξηραὶ ἐοῦσαι· καὶ ἅμα καὶ τὰ ὑγρὰ πέφυκε κάτω χωρέειν, καὶ ἢν βραχεῖά τις ἀνάγκη γένηται. ῥόοι δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἑπτά. ὁ μὲν κατὰ τὰς ῥῖνας. ὁ δὲ, κατὰ τὰ ὦτα· ὁ δὲ κατὰ τοὺς ὀφθαλμούς. οὗτοι μὲν ῥόοι καταφανέες ἐκ τῆς κεφαλῆς εἰσιν ὀφθαλμοῖσιν. ἐπὴν δ' ἐς τὸν θώρηκα ῥυῇ ὑπὸ ψύχεος χολὴ γίνεται. μᾶλλον δὲ ῥεῖ ἐς τὸν θώρηκα ὑπὸ ψύχεος, διὰ τόδε, ὅτι ἔρυμον γίνεται ἐς τὸν βρόγχον. ὥστε ἐκεῖνο ξυγκεκλημένον ὑπὸ δὲ τοῦ ψύχεος καὶ κόπος ἔχει. διὰ τοῦτο τοὺς ὑπὸ τῆς χολῆς ἐχομένους, ὅτι αἱ σάρκες, ὅταν εὐχυμίη ᾖ, οὐκ ἀτρεμίζουσιν, ἀλλὰ σείονται. καὶ σφόδρα μοχθέουσι, καὶ κοπιῶσιν, ὥστε, σφόδρα ὥσπερ ἐν τῇσιν ὁδοιπορίῃσιν. καὶ ἔμπυοι γίνονται ὅταν ἐς τὸν θώρηκα ῥέῃ, καὶ φθισιῶντες. ὅταν δ' ἐς τὸν μυελὸν ῥόος γένηται, φθίσις δὴ γίνεται. ὅταν δ' ὄπισθεν ἐς τοὺς σπονδύλους, καὶ ἐς τὰς σάρκας ῥυῇ, ὕδρωψ γίνεται. καὶ τῷ δ' ἔστι γινώσκειν. ἢν ξηρὰ τὰ ἔμπροσθεν ᾖ, ἡ κεφαλὴ καὶ αἱ ῥῖνες καὶ οἱ ὀφθαλμοί καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι γίνεται ἀμβλυώσσειν, καὶ χλωροὶ γίνονται καὶ τὸ ἄλλο σῶμα καὶ οὐκ ἀποπτύει οὐδὲν, οὐδ' ἢν πολὺ ῥέῃ· ὁ δὲ γὰρ ὁ ῥόος διὰ τῆς σαρκὸς μέσης ῥέων τῆς ὄπισθεν καὶ τῆς ἔμπροσθεν ἀποστραφεὶς, ξηρὰ τὰ ἔμπροσθεν ποιέει, τὴν δ' ὄπισθεν ἄρδει σάρκα. καὶ τὴν ἐντὸς μᾶλλον πρὸς τὴν κοιλίην, ἢ ἐκτὸς πρὸς τὴν ῥῖνα. διὰ τοῦτο δὲ ἐκτὸς μᾶλλον ἢ ἐντὸς στερεώτερον τὸ σῶμα, καὶ στενωτέρας διατρήσιας ἔχει. ὥστε δὲ λεπταὶ ἐοῦσαι συμπιλέονται καὶ ἀκέονται αὐταὶ σφίσιν ἑωυταῖς, καὶ ῥόος οὐ δύναται ταύτῃ ἰέναι οὐδείς. αἱ δ' εὐρύτεραί τε εἰσιν αἱ ἐντὸς, καὶ λεπτότερα τὰ μεταξὺ ἔχουσαι. ὁ δὲ ῥόος, ὥστε ἀφ' ὑψηλοτέρου, καὶ λεπτὰ τὰ ἀντικωλύοντα ἔχων, ῥεῖ καὶ πιμπλᾶσιν ὑγρότητος τὰς σάρκας. καὶ ἀπὸ τῶν σιτίων ἐς τὸ αὐτὸ χωρέουσα ἡ ὑγρότης, διέφθαρται διεφθαρμένη δ' αὐτὴ ὑπὸ τῆς συμμίξιος, καὶ τὸ ῥέον σὺν αὐτῇ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, τρέφουσι τὸ σῶμα. λίην δὲ πολλῷ ὑγρῷ αἱ σάρκες τρεφόμεναι, καὶ νοσηλῶς θάλλουσαι, ὕδρωπος ἔμπλεαι εἰσιν. ἢν δ' ὀλίγον ῥυῇ, ἰσχιάδα καὶ κέδματα ἐποίησεν, ἐπὴν ῥέον παύσηται. ὥστε γὰρ ὀλίγον ἐρρυηκὸς, καὶ πάντοθεν ἀθεόμενον ὑπὸ παντὸς κρέσσονος ἐόντος, ἐς τὰ ἄρθρα ἀποφυγὴν ποιέεται. γίνεται δὲ κέδματα καὶ ἰσχιάδες καὶ ἀπὸ τοιούτων νοσημάτων ὑγιῶν γενομένων· ὅταν τὸ μὲν νόσημα τὸ ποιέον ὑγιὲς γένηται, καταλειφθῇ δέ τι ἐν τῇ σαρκὶ, καὶ μὴ ᾖ αὐτῷ ἡ ἔξοδος. μήτ' αὖ ἔσω, μήτε ἔξω, ἀλλ' ἐς τὸ δέρμα φῦμα ποιήσῃ, ἔξοδον φθάνει ἐς τὸ ὑπεῖκον ἐς τὰ ἄρθρα, καὶ ἢ κέδματα, ἢ ἰσχιάδα ἐποίησεν. ἢν δὲ συνοιδήσωσιν αἱ ῥῖνες, καὶ φλέγματος ἔμπλεαι ἔωσι συμπεπηγότος τούτου, χρὴ τὸ φλέγμα τὸ συμπεπηγὸς λεπτύνειν ἢ πυριῇσιν, ἢ φαρμάκοισι, καὶ μὴ ἀποτρέπειν. ἢν γὰρ ἀποτρεφθὲν ἄλλῃ παρέλθῃ, πάντη τὸ ῥέεθρον μείζονα νόσον ποιέει. ὁπόταν δ' ἐς τὰ ὦτα ῥέῃ, τὸ πρῶτον ὀδύνην παρέχει.

ῥέῃ γὰρ χωρέει. πόνον δὲ παρέχει, [17] ἔστ' ἂν ἀποσυριγγωθῇ. ἐπὴν δὲ μάθῃ ῥέειν, οὐκέτι πόνον ποιέει, παύεται τῆς ὀδύνης. ἐγχέειν φάρμακον θερμὸν φύσει, χλιαρὸν ποιήσαντα, [18] ἀναμίσγοντα μετωπίῳ ἐγχεῖν. καὶ ὄπισθεν σικύην ἐμβάλλειν. ἢν μὲν τὸ ἀριστερὸν ἀλγέῃ, ἐς τὸ δεξιόν. καὶ ἢν τὸ δεξιόν, ἐς τὸ σκαιόν. μὴ κατακρούειν δὲ, ἀλλ' ὡς ἂν ἕλκῃ μοῦνον. ἢν δὲ μὴ πρὸς ταῦτα παύηται, ψύχοντα ἐγχεῖν φύσει ψυχρὰ, καὶ φάρμακον πίσαι, ὅ τι ἂν κάτω ὑποχώρησιν ποιέῃ, ἄνω δὲ μὴ, ὥσπερ οὐδὲ πρήγει ἐμέειν, καὶ τὰ ἄλλα ψύχειν. καὶ αἰεὶ δὲ ἐν οὐχ ὑγιὲς μὴ ποιέοντος τρόπου μεταλλάσσειν. καὶ ἢν μὲν κάκιον ποιέῃ, ἔχειν ἐς τὸ ὑπεναντίον. ἢν δὲ ῥέπῃ ἐς τὸ ὑγιὲς, τὸ παράπαν μὴ ἀφελεῖν τι τῶν προσφερομένων, μηδ' ἀποζευγνῦναι, μηδὲ προσθεῖναι ἄλλο τι. ἢν δὲ ἐσυριγγωμένον ἤδη ᾖ καὶ πεπυωμένος ῥέῃ ἰχὼρ παχὺς, καὶ κακὸν ὀζόμενος, [19] οὕτω ὧδε ποιέειν. σπογγίον δεῦσαι ξηραίνοντι τινὶ φαρμάκῳ ξηρῷ, πρὸς τὴν ἀκοὴν ὡς πλεῖστα προσθεῖναι. καὶ πρὸς τὰς ῥῖνας καθαρτήριον, ὅπως τοῦ ἐς τὰ ὦτα ῥέοντος, πρόσθεν ἐς τὰς ῥῖνας φέρηται, καὶ μὴ ἐς τὴν κεφαλὴν πάλιν ἀποχωρέῃ, νοσηλὸν ἐόν. ὅταν δὴ ἐς ὀφθαλμοὺς ῥεῦμα ἴῃ, φλεγμαίνουσιν οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ οἰδέουσιν. τοῦτον χρὴ φαρμάκῳ ἢ τῷ ὑγρῷ ἢ τῷ ξηρῷ ἐμπαστῷ ἰᾶσθαι. ἢν δὴ εὐθέως φλεγμαίνωσι μὴ ἐγχρίειν μηδὲν, [40] ἀλλ' ἢ κλύσαι κάτω τὰ ἰσχυρότατα, ἢ ἄλλῳ τινὶ ἀπισχναίνειν ὑποχωρητικῷ φαρμάκῳ, φυλασσόμενος μὴ ἔμετον ποιήσῃς. ἢν δὲ οἷον λίθοι ὑποτρέχωσιν, φάρμακον ἐγχρίειν, ὅ, τι πλεῖστον ἄξει δάκρυον μέλλει. καὶ τὸ ἄλλο σῶμα ὑγραίνοντα καὶ φλεγμαίνειν ποιέοντα, ὡς ὑγρότεροι οἱ ὀφθαλμοὶ γένωνται [41] καὶ ἐκκεκλυσμένοι, ὡς τὸ δάκρυον συμπεπηγὸς ὑποτρέχειν ποιέῃς. ὅταν δ' ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς κατὰ σμικρὸν ῥέῃ, [42] καὶ κνησμὸν παρέχῃ, τοῦτον ἐγχρίειν μαλθακῷ τινι, ὅ, τι μέλλει ξηραίνειν ἅμα καὶ δάκρυον ὀλίγον ἄγειν. καὶ πρὸς τὰς ῥῖνας φάρμακον προσφέρειν ἢ ἑκάστης ἡμέρης, ἢ διὰ τρίτης τῷ αὐτῷ χρώμενος. τοιοῦτον ἔστω τὸ φάρμακον, ὅ, τι μὴ πλέον ἢ ἐμβάφιον ἀπάγειν μέλλει κατὰ τὰς ῥῖνας. ἀπάγειν δὲ κατὰ σμικρὸν, τὸ δὲ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποξηραίνειν. ὡς ὅτι ἂν τὸ τῶν ὀφθαλμῶν φάρμακον ἀποξηραίνῃ καὶ ἀποφράξῃ, καὶ κατὰ τὰς ῥῖνας ἀποτράπηται. τὰ δὲ φάρμακα τὰ τῆς κεφαλῆς καθαρτήρια, ἃ μὲν αὐτῶν ἰσχυρά ἐστιν, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἄγει ὅλης. ἃ δὲ ἀσθενέα, ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν. καὶ αὐτόθεν ἀπὸ τῶν πέλας τῆς ῥινός. ἢν δὴ ἀπὸ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ ὀστέου μύξης ὑποστάσης, μεταξὺ τοῦ ὀστέου καὶ τῆς σαρκὸς ῥεῦμα ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐγχύνηται, τῷδε δῆλόν ἐστιν, [43] ὅτι ἐντεῦθεν ῥεῖ τὸ ῥεῦμα· τὸ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φλιβόμενον καὶ ὑπείκει, καὶ ἕλκεα ἐς τὴν κεφαλὴν ἐκθύουσιν, [44] καὶ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύουσιν, καὶ οὐχ ἑλκοῦνται τὰ βλέφαρα, οὐδὲ δάκνει, οὐδ' ἀμβλυώσσειν ποιέει, ἀλλ' ὀξὺ ὁρᾶν γίνεται. τὸ γὰρ ῥεῦμα οὐχ ἁλμυρόν ἐστιν, ὡς οὐκ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου, ἀλλὰ μυξῶδες μᾶλλον. τοῦτον ὧδε χρὴ ἰᾶσθαι. φαρμάκῳ καθαίρειν χρὴ τὴν κεφαλὴν μὴ ἰσχυρῷ. καὶ τὸ σῶμα ἰσχναίνειν, καὶ σιτίοισι καὶ φαρμάκοισι κάτω ὑπάγοντα, ὡς ἀποξηρανθῇ ἰσχναινομένου τοῦ σώματος, [45] ἢ ἐκτραπῇ τῷ κατὰ τὰς ῥῖνας προστιθεμένῳ φαρμάκῳ. πρὸς δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς οὐδὲν δεῖ φάρμακον προσφέρειν. ἢν δὲ μηδ' οὕτως ὑγιὴς γένηται, τὴν κεφαλὴν κατατάμνειν ἔστ' ἂν πρὸς τὸ ὀστέον ἴῃς, μὴ μετεώρους, μηδ' ἐπικαρσίους τὰς τομὰς ποιέειν.

vi enim fertur. Dolorem autem exhibet, quoad fiſtula contracta fuerit. Vbi autem fluere conſueuerit, non amplius infeſtat. At verò ei quem dolor detinet, medicamentum naturâ calidum teperactum, & Metopio ſubactum infundendum, & retrò cucurbitula admouenda, ad dextram, ſi ſiniſtra auris doluerit, ad ſiniſtram verò, ſi dextra. Nec verò ſcalpello cutis pertundenda, ſed vt trahat tantùm. Quòd ſi per hæc dolor minimè ſedetur, ea quæ naturâ refrigerant, frigida infundito, & medicamentum quòd infra deiectionem moueat propinato. ſupra autem minimè, cùm vomitus nihil conferat, & in reliquo refrigerantibus vtendum. Semperq́ modus, qui ſanitatem non inducit permutandus eſt. Quòd ſi grauius quidem malum reddiderit, contrariam viam amplectitor. Sin verò ad ſanitatem vergat, nihil omninò ex his quæ adhibentur auferendum, neque aliud quicquam adiungendum aut apponendum. At vbi iam contracta fiſtula fuerit, multaq́ ſanies purulenta & graueolens effluxerit, iſtud ita faciendum. Spongiam ſicco quodam medicamento ſiccandi facultate prædito imbutam, quàm penitiſſimè, in aurem indito, & medicamentum purgans naribus admoueto, vt quod priùs ad aures defluebat, in nares feratur, neque id cùm morboſum exiſtat, ad caput rurſus redeat. At verò cùm ad oculos fluxio decubuerit, oculi inflammatione & tumore vexantur. Sic affectus medicamento aut liquido, aut ſicco aſperſo curandus eſt. Quòd ſi ſubitò inflammationem concipiant, nihil omninò illinito, ſed vel fortiſſimo aliquo medicamento quàm maximè infernas partes vrito, vel alio quopiam aluum ſubducito & attenuato, cautione adhibita ne vomitum prouoces. Quòd ſi velut lapilli decurrant, medicamentum quod plurimam lachrymam cieat illinito, & reliquum corpus humectum & tumidum reddito, quò oculi humidiores euadant, ac colluantur, vt concretam lachrymam decurrere facias. Cùm autem paulatim in oculos fluxerit, pruritúmque exhibuerit, ſic affectum molli medicamento, quod ſiccare ſimulque modicam lachrymam ciere poſſit, illinito, naribuſque medicamentum admoueto, aut ſingulis diebus, aut tertio quoque die eodem vtens. Sit autem medicamentum eius generis, quod non ampliùs quàm acetabulum per nares educat, idque paulatim. Quod verò oculis admouetur, ſiccandi facultate valeat, vti quod oculorum medicamentum reſiccarit & obturarit, etiam per nares deducatur. At medicamenta caput purgantia, quæ quidem ſunt valentia à toto capite deducunt, quæ verò imbecillia, ab oculis, & inde à vicinis naſo partibus. Quòd ſi muco inter os & carnem ſubſiſtente, ex carne & oſſe in oculos fluxio decumbat, ex eo cognoſces, quòd his ex locis defluat. Quod in capite comprimitur, cedit, & vlcera in capite erumpunt, oculiq́ illachrymantur, palpebræ non exulcerantur, neque mordet fluxio, neque oculorum aciem hebetat, ſed æger acutiùs cernit. Siquidem fluxio minimè ſalſa eſt, cùm de cerebro non procedat, verùm mucoſa magis. Sic affectus hac ratione curandus eſt. Caput medicamento non valenti purgandum, & corpus tum cibis, tum medicamentis infra ſubducentibus attenuandum, quò attenuato corpore fluxus reſiccetur, aut per medicamentum naribus admotum diuertatur. Quòd ſi ne ſic quidem conualeſcat, caput ad os vſq́ ſecandum, non ſublimibus, neq́ tranſuerſis ſectuiis,

ſed ad os ipſum pertingentibus, & crebris quidem, quo collectus humor citiùs per vlcera effluat, ſimulque crebræ ſciſſuræ efficiant. vti caro ad os inſiſtat. Eaq; curatio huiuſmodi ſucceſſum eſt habitura. Sin minùs hæc commodè præparata fuerint, non eſt elotus oculus, vt iſta elotione acutiùs cernere poſſit, ſempérque potiùs ab incumbente humore ſplendeſcens redditur, hominiſq; acies extinguitur. Quòd ſi in ipſius viſus humorem purum, cruentus aliquis humor inciderit, huic pupilla intus in oculo minimè eſſe rotunda ob eam cauſam apparet, quòd in quo cruentum illud ineſt, viſionem non recepit, huicque quod cernitur deſinit rotundum eſſe, & ante oculos ei quædam obuerſari videntur, nihilóque quicquam, re vera vt eſt, cernit. Huic venas adurito, quæ videndi aciem premunt, quæq; ſemper pulſant, & inter aurem & tempora à naturâ ſitæ ſunt, eaſq; vbi occluſeris, medicamenta quæ humectant oculis adhibeto, lachrymamq; quamplurimam educito, vti quod in oculis conſiſtit & morbum facit, colluatur. Quòd ſi rumpatur oculus, mollibus & acerbis medicamentis vtendum, vt conſtrictum vlcus in anguſtum redigatur, cicatrixq; tenuis fiat. Cùm verò albugo fuerit, lachrymæ oculo conferunt. At cùm in thoracem fluxio decubuerit, biliſq; fuerit, quod hinc manifeſtum eſt, dolor lateris mollitudinem prehendit, & clauiculam quæ ei è regione reſpondet, febris adeſt, linguáque ſuperiore parte ex viridi pallescit, & concreta excreantur. In hoc morbo periculum ſeptimo aut nono die inſtat. Vbi vtraque latera doluerint, reliquáque ſimiliter vt in priore ſe habuerint, hæc quidem pulmonis inflammatio eſt, illa verò pleuritis: eámque ob cauſam oriuntur. Cùm de capite per guttur & arterias aſperas in pulmonem fluxio incubuerit, is nimirum ſua naturâ rarus & ſiccus cùm exiſtat, quicquid humoris poteſt in ſe attrahit, & vbi influxerit, maior redditur, & ſi quidem in totum fluxerit, fibræ maiores redditæ vtrumque latus attingunt, pulmoniſque inflammationem faciunt: cùm verò alterum tantùm lateralis fit morbus, pleuritis dictus. Pulmonis inflammatio longè periculi plenior eſt, & dolores ad laterum mollitudinem & clauiculas multò vehementiores habet, linguáque longè eſt pallidior, fauces ex fluxione dolor occupat, vehemens laſſitudo detinet & ſpirandi difficultas ſexto aut ſeptimo die prehendit. Hunc niſi febris ſeptimo die dimiſerit, moritur aut ſuffocatur, aut vtrumque contingit. Quòd ſi nono die, duobus interpoſitis diebus corripiat, hic etiam vt plurimùm aut moritur, aut ſuppuratus euadit. Si verò duodecimo die, ſuppuratus fit; ſi decimoquarto, conualeſcit. Et qui ex pulmonis inflammatione, aut morbo laterali pus intrò colligunt, minimè moriuntur, ſed conualeſcunt. Purulenti verò, vt plurimum, fiunt, cùm fluxio ad eundem locum, velut in bilis fluxionibus, decubuerit: ſed in bilis quidem fluxionibus multum defluit, & vbi defluxit, ſedatur, purulentis verò, tum minùs defluit, tum minimè ſedatur. Purulenti quinetiam fiunt, cùm minùs excreant, quàm ad pulmonem defluat. Quod enim in pulmone colligitur & defluit, in pus vertitur.

τάμνειν δὲ ἄχρι τούτου ἄχρις ἂν τοῦ ὀστέου θίγῃς. τάμνειν δὲ πυκνὰ, ὥστ' ἂν τὸ συνεστηκὸς ἐξέλθῃ θᾶσσον διὰ τῶν ἑλκέων ἀπορρέον. ἅμα δὲ αἱ τομαὶ πυκναὶ ἐοῦσαι [46] πρόσστασιν ποιέωσι τῇ σαρκὶ πρὸς τὸ ὀστέον. οὕτως ἰᾶσθαι δεῖ, ἐπὶ τούτῳ τοιάδε ἡ ἀποτελεύτησις ἔσται. ἢν μὴ ταῦτ' εὐπρεπῆ ἔῃ, οὐκ ἐκκέκλυσται, ὡς ἐκκλυσθεῖσαν ὀξὺ ὁρᾶν ποιεῖν, [47] ἀεὶ τοῦ ἐφισταμένου μαρμαρυγώδης μᾶλλον γίνεται, καὶ τὸ ὀξὺ ὁρᾶν τοῦ ἀνθρώπου ἀποσβέννυται. ἢν δὲ ἐς τὴν ὄψιν ἐς τὸ ὑγρὸν καθαρὸν, αἱματῶδές τι ἐσέλθῃ ὑγρὸν, τούτῳ ἡ ὄψις ἔνδον ἐμβαίνεται τοῦ ὀφθαλμοῦ, οὐ στρογγύλη ἐοῦσα διὰ τόδε· ἐν ᾧ ἂν τὸ αἱματῶδες ἐνῇ, τοῦτο οὐκ ἐμφαίνεται, τούτῳ δὴ ἐλλείπει τὸ φαινόμενον περιφερὲς εἶναι. καὶ προσκινέεσθαι αὐτῷ δοκέει περὶ τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ οὐδὲν κατ' ἀλήθειαν ὁρᾷ. [48] τούτου χρὴ τὰς φλέβας ἀποκαίειν, τὰς πιεζούσας τὰς ὄψιας, αἳ σφύζουσιν αἰεὶ καὶ μεταξὺ τοῦ τε ὠτὸς, καὶ τοῦ κροτάφου πεφύκασι. καὶ ἐπειδὰν ταύτας ἀποφράξῃς, πρὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς φάρμακα ὅσα ὑγραίνει προσφέρειν. καὶ δάκρυον ἄπαγε ὡς πλεῖστον, ὅπως τὸ συνεστηκὸς ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἐκκλυσθῇ, τὸ τὴν νοῦσον παρέχον. ἢν δὲ ὀφθαλμὸς ῥαγῇ, μαλθακοῖσι φαρμάκοισι χρῆσθαι, καὶ στρυφνοῖσιν, ὡς συναγόμενον τὸ ἕλκος ἐς μικρὸν συνίῃ, καὶ ἡ οὐλὴ λεπτὴ ᾖ. [49] ὅταν δὲ ἂρ ἐπηγμένον δακρύειν τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρήγει, ὁπόταν δὲ ἐς τὸν θώρηκα ῥέῃ καὶ χολὴ ᾖ, τῷδε δῆλόν ἐστιν. ὀδύνην ἔχει ἐς τὴν λαπάρην καὶ ἐς τὴν κληῖδα [50] πρὸς τὴν ἐς τὴν λαπάρην, καὶ πυρετὸς, καὶ ἡ γλῶσσα τὰ ἄνω χλωρὴ γίνεται. καὶ ἀποχρέμπτεται ξυμπεπηγότα. ταύτης τῆς νούσου, ἑβδομαῖος ὁ κίνδυνός ἐστιν ἢ ἐναταῖος. [51] Ὁκόταν ἀμφότερα τὰ πλευρὰ ἀλγέῃ, τὰ δὲ ἄλλα ὅμοια ᾖ τῇ ἑτέρῃ, αὕτη μὲν περιπλευμονίη ἐστίν, ἡ δὲ ἑτέρη πλευρῖτις. αὗται δὲ γίνονται διὰ τόδε. ὅταν ἐς τὸν πλεύμονα ῥεύσῃ ἐκ τῆς κεφαλῆς [52] διὰ τοῦ βρόγχου καὶ τῶν ἀρτηριῶν, ὁ πλεύμων ἅτε ἀραιὸς ἐὼν καὶ ξηρὸς φύσει, ἕλκει ἐφ' ἑωυτὸν τὸ ὑγρὸν ὅ, τι ἂν δύνηται. καὶ ἐπὴν ἐσρυῇ, μείζων γίνεται, καὶ ὅταν μὲν ἐς ὅλον ῥεύσῃ, μείζων ὁ λοβὸς γενόμενος, ἀμφοτέρων ἔψαυσεν τῶν πλευρέων, καὶ περιπλευμονίην ἐποίησεν. ὅταν δὲ τῆς ἑτέρης μοῦνον, πλευρῖτις ἦν. ἡ περιπλευμονίη πολὺ ἐπικινδυνοτέρη ἐστί, καὶ ὀδύναι πολὺ ἰσχυρότεραί εἰσιν αἱ ἐς τὰς λαπάρας καὶ ἐς τὰς κληῖδας· καὶ ἡ γλῶσσα πολὺ ὠχροτέρη. καὶ τὴν φάρυγγα ἀλγέει ὑπὸ τοῦ ῥεύματος, καὶ κόπος ἔχει ἰσχυρὸς, καὶ πνεῦμα ἑκταῖον ἢ ἑβδομαῖον λάζεται. τοῦτον ἢν μὲν ἑβδομαῖον ὁ πυρετὸς ἀφῇ, ἀποθνήσκει καὶ ἀποπνίγεται, ἢ ἀμφότερα. ἢν δὲ ἐναταῖον δύο ἡμέρας διαλιπὼν λάζηται, ὡς τὰ πολλὰ, καὶ οὗτος ἢ ἀποθνήσκει, ἢ ἔμπυος διαφεύγει. ἢν δὲ δωδεκαταῖος, ἔμπυος γίνεται. ἢν δὲ τεσσαρεσκαιδεκαταῖος, ὑγιὴς γίνεται. καὶ ἔμπυοι ὅσοι ὑπὸ περιπλευμονίης ἢ πλευρίτιδος γίνονται, [53] οὐκ ἀποθνήσκουσιν, ἀλλ' ὑγιέες γίνονται. ὡς τὰ πολλὰ ἔμπυοι γίνονται, ὅταν ῥεῦμα ἐς τὸ αὐτὸ ὥσπερ ἐπὶ τῇσι χολῇσι γίνηται. ἀλλὰ τῇσι μὲν χολῇσι, πολὺ ἀπορρέει καὶ ἀπορρέουσα παύεται. τοῖσι δὲ ἐμπύοισιν ἔλασσόν τι ῥεῖ καὶ οὐ παύεται. καὶ ἔμπυοι γίνονται, ὅταν ἔλασσον ἀποχρέμπτωνται ἢ ἐπιρρέει ἐς τὸν πλεύμονα. τοῦτο γὰρ τὸ ἐν τῷ πλεύμονι συνιστάμενόν τι καὶ ἐπιρρέον, πύον γίνεται.

τὸ δὲ

τὸ δὲ πύον συνιστάμενον ἐν τῷ πλεύμονι καὶ ἐν τῷ θώρακι, ἑλκοῖ καὶ σήπει. καὶ ἐπὴν ἑλκωθῇ, ἀπὸ τοῦ ἡλκωμένου ἐπιρρεῖ, καὶ ἐπὴν ἀναχρέμπτηται ἀπορρεῖ. ἅμα μὲν ἡ κεφαλὴ μᾶλλον ῥεῖ σειομένη. ἅμα δὲ ἐκ τοῦ ἡλκωμένου ἐν τῷ θώρακι καὶ τῷ πλεύμονι μᾶλλον ῥεῖ. καὶ τὰ ἕλκεα κινεόμενα ἀναρρήγνυται. ὥστε καὶ ἢν παύσηται τὸ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέον, τὸ ἀπ' αὐτέων τῶν ἑλκέων ἱκανὸν ἐστὶ νοῦσον παρέχειν. γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ ἕλκεος ἔμπυος, καὶ ῥᾴων αὕτη ἡ νοῦσος. γίνεται δὲ καὶ ἐκτὸς τοῦ πλεύμονος, μάλιστα μὲν ἀπὸ ῥήγματος, καὶ ὅταν ἡ σὰρξ φλασθῇ. κατὰ τοῦτο γὰρ πύον ξυνίσταται, καὶ συνιστάμενον ἤν τις σείῃ τὸ σῶμα, κλυδάζεται, καὶ ψόφον παρέχει. καὶ καίονται ταῦτα. φθίσις δὲ γίνεται, ὅταν ἐς τὸ αὐτὸ ὥσπερ τῷ ἐμπύῳ ὁ ῥόος γίνηται διὰ τοῦ βρόγχου [14] καὶ τῶν ἀορτέων αἳ ξυνέχουσι τὸν πλεύμονα καὶ τὸν βρόγχον. ἐς δὲ τὸν πλεύμονα ῥέει θαμινὰ καθ' ὀλίγον, [15] καὶ ὑγρότητα ἐν τῷ πλεύμονι μὴ ποιεῖ πολλήν. ξηραινόμενον γὰρ τὸ ἐπιρρέον ἐν τῷ βρόγχῳ πήγνυται, ὥστε οὐκ ἐκκλυζόμενον, ἀλλὰ καθ' ὀλίγον ἐπιρρέον [16] καὶ ἐνεχόμενον, βῆχα ποιέει. [17] ἔν τε τῇσιν ἀορτῇσιν ἐνεχόμενον τὸ ῥέον, ὥστε στενὰς διατρήσιας ἐχούσας τὰς ἀορτὰς, στενοχωρίην τῷ πνεύματι παρέχει, [18] καὶ τοῦτο ποιέει πνεῦμα ἔχειν. ὥστε γὰρ ἀπολειπόμενον αἰεὶ ἐπιθυμέει ἀναπνεῖν. καὶ ἐν τῷ πλεύμονι, ὥστε οὐχ ἱκανῶς ὑγρῷ ἐόντι, ξυσμὸς ἐγγίνεται. ὅταν δὲ πολλὴ ἀπόρρευσις τῆς κεφαλῆς ᾖ, οὐκ ἐν τῷ πλεύμονι ξυσμὸς γίνεται· πολὺ γὰρ αὐτέῳ τὸ ἐπιρρέον ἐστί, καὶ ἔμπυοι ἐκ τῶν φθισίων τούτων γίνονται, ὅταν ὑγρότερον τὸ σῶμα γένηται. καὶ ὅταν ξηρότερον γένηται, ἐκ τῶν ἐμπύων φθισιῶντες. ἔμπυοι τοῖσδε δῆλοι γίνονται· τὴν λαπάρην ἀρχόμενον πόνος ἔχει. ἐπὴν δὲ πύον ξυνεστήκῃ ἤδη, ὅ τε πόνος ὁμοίως ἔχῃ, βήξ τε γίνεται, καὶ ἐπὴν ἀναχρέμπτηται πύον, καὶ πνεῦμα ἔχει. ἢν δὲ μή πω ἐρράγῃ ἐν τῇ λαπάρῃ, σείεται καὶ ψοφέει ὥσπερ ἐν ἀσκῷ. [19] ἢν δὲ τούτων μηδὲν παρέῃ, ἔμπυος δὲ ᾖ, τοῖσδε χρὴ τεκμαίρεσθαι. πνεῦμα πουλὺ ἔχει, φθέγγεταί τε ὑποβραγχότερον. καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι καὶ τὰ γούνατα. μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν λαπάρην ἐν ᾗ τὸ πύον ἐστί. καὶ ὁ θώραξ συγκεκαμμένος ἐστί. καὶ λειποψυχίη γίνεται καὶ ἱδρὼς ἀμπέχεται ὅλον τὸ σῶμα. καὶ τοτὲ μὲν δοκέει θερμὸς αὐτὸς ἑωυτῷ εἶναι, τοτὲ δὲ, ψυχρός. καὶ οἱ ὄνυχες περιτεταμένοι εἰσί. καὶ ἡ κοιλίη θερμὴ γίνεται, τούτοισι χρὴ γινώσκειν τοὺς ἐμπύους. ὅταν δὲ ὄπισθεν ῥεύσῃ ἐς τὴν ῥάχιν φθίσις γίνεται τοιάδε. τὴν ὀσφὺν ἀλγέει καὶ τὰ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς κενὰ δοκέουσιν αὐτῷ εἶναι. χολὴ δὲ ὧδε ἐστὶν ἐπικίνδυνος, ἢν ἴκτερος ἐπιθῆται ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν, καὶ ἐν τοῖσιν ὄνυξι πελιδνὰ ὅταν γένωνται. καὶ ἐς τὸ σῶμα ὅταν ἔχῃ ἕλκεα, καὶ τὰ περὶ τὰ ἕλκεα, πελιδνὰ ᾖ. καὶ ὁ ἱδρὼς ὁκόταν μὴ καθ' ὅλον τὸ σῶμα ἐκθέῃ, ἀλλὰ καθ' ἓν μέρος τοῦ σώματος. καὶ ὅταν τοῦ πυρετοῦ ἐόντος ἀναχρέμπτηται χλωρόν. ἢ ἐνεόντος ἐν τῷ πλεύμονι ἔτι τοῦ χλωροῦ, ἡ ἀναχρέμψις παύσηται. [20] τοῦτο δὲ δεῖ γινώσκειν ὅταν ἐνῇ καὶ ὅταν μὴ ἐνῇ. ὅταν ἐνῇ ἐμψοφεῖ ἐν τῇ φάρυγγι ἀναπνέοντος, καὶ πνεῦμα ἐπικίνδυνον [21] καὶ λὺγξ, καὶ ὁ πυρετὸς ἀπιὼν, ἀποχρέμματος ἔτι ἐν τῷ πλεύμονι ἐόντος. καὶ ἡ κοιλίη ἀσθενέος ἤδη ἐόντος ὑποχωρέουσα.

Pus autem in pulmone & thorace collectum, vlcerat & putrefacit. Et vbi vlcus exiccatum fuerit, ab vlcerata parte, & ab eo quod per ſputum repurgatur defluit. Ac ſimul quidem caput concuſſum magis fluit, ſimulque ex vlcerato thorace & pulmone magis fluit, & vlcera motu ipſo reſerantur, vt etiamſi quod à capite defluit, ceſſet, id tamen quod ab ipſis vlceribus procedit, ad morbum faciendum ſatis eſſe poſſit. Fit etiam ab vlcere purulentus, & leuior hic morbus eſt. Fit verò etiam extra pulmonem, potiſſimùm quidem ex rupto, & vbi caro contuſa fuerit, circa quam pus colligitur, collectumque, ſi quis corpus concutiat, fluctuat, & ſtrepitum facit. Et hæc quidem inuſtione curantur. At verò tabes fit, cùm ad eundem locum, velut in purulento, fluxio fertur, per guttur & aſperas arterias aortas appellatas, quæ pulmonem & guttur coniungunt. Defluit autem in pulmonem ſenſim aſſiduè, nec copioſam in pulmone humiditatem facit. Dum enim reſiccatur quod defluit in gutture concreſcens, nimirum cùm non eluitur, ſed ſenſim influit ac detinetur, tuſſim inducit, & in aſperis arteriis (aortis dictis) detentum quod influit, cùm hæ anguſta foramina habeant, anguſtiam ſpiritui exhibet, eamque ſpirandi difficultatem facit, vt ea velut deficiente, ſemper reſpirare deſideret. Quinetiam in pulmone, cùm non admodum humidus exiſtat, pruritus exoritur. Cùm verò multum ex capite defluxerit, pruritus in pulmone non fit, cùm ſi quidem copioſum ſit quod in ipſum defluit, & ſuppurati ex tabidis huiuſmodi fiunt, vbi humidius corpus redditum fuerit, contraque vbi ſiccius, ex ſuppuratis tabidi. Suppuratos hac ratione dignoſcas. Lateris mollitudinem ab initio dolor detinet, vbi verò iam pus collectum eſt, & dolor ſimiliter vexat, cùm tuſſis ſuboritur, tum pus excreatur, & difficultas ſpirandi occupat. Quòd ſi nondum pus eruperit, in lateris mollitudine concuſſum, velut in vtre ſtrepitum edit. At ſi horum nihil adfuerit, ſuppuratio tamen adſit, ex his ſignis coniecturam facias. Magna ſpirandi difficultas adeſt, ſubraucum loquitur, pedes & genua intumeſcunt, magis verò ex ea lateris mollitudine in qua pus ineſt, thorax incuruatur, & membrorum ſolutio oritur, ſudore etiam totum corpus perfunditur, interdum quidem ſibi calidus, interdum etiam frigidus videtur, vngues circumtenduntur, & venter incaleſcit. Atque ex his ſuppurati dignoſcendi ſunt. Cùm verò poſteriore ex parte fluxio in ſpinam decubuerit, huic tabes eiuſmodi suboritur. Lumbos dolor occupat, & anteriores capitis partes ipſi vacuæ videntur. At verò bilis hoc modo periculi plena eſt, ſi in oculis regius morbus oboriatur, in vnguibus liuores ſubortí fuerint, corpus vlcera habeat, parteſque circa vlcera liuidæ fuerint, cùm ſudor non toto corpore, ſed aliqua tantùm corporis parte erumpit, & cùm febre remanente ex pallido vireſcens excreatur, aut ſi excreatio ceſſet, cùm adhuc in pulmone remanet ex pallido vireſcens. Quod ipſum contineatur necne dignoſcendum. Cùm remanet, in faucibus reſpirantis ſtrepitum edit, difficultas ſpirandi periculi plena adeſt, & ſingultus febriſque diſcedit excreatione adhuc in pulmone exiſtente, & debili iam ægro aluus ſecedit

Iſta ſunt pulmonum inflammationis & lateralis morbi periculoſa indicia. Lateris morbi hæc inſtituenda curatio eſt. Febrem per ſeptem dies ne ſedato, potione verò aut aceto mulſo, aut aceto & aqua vtendum, eaque quàm plurima offerenda, vt quæ inde contingit madefactio, excreationem faciat. Dolor medicamentis calefacientibus, ſedandus, & ſorbitione exhibendum quicquid excreationé mouere poſſit. Balneis etiam quarto die vtendum, quinto autem & ſexto oleo illinendum. Septimo lauandum, niſi febris dimiſerit, vti ex balneo ſudor oboriatur. Quinto inſuper & ſexto validiſſimis vtendum excreationem promouentibus medicamentis, quò quàm faciliimè ſeptimum tranſigat diem. Quòd ſi neque ſeptimo die deſierit, nono deſinet, niſi aliud quiddam periculum contingat. At vbi febris dimiſerit, ſorbitiones quàm debiliſſimæ offerantur. Si verò vacuatio oboriatur, ſiquidem corpus adhuc iuuenile exiſtat, potum ſubducito. Quòd ſi febris deceſſerit, triticeis ſorbitionibus vtitor. Eodemque modo pulmonis inflammationem curato. Suppuratis, caput minimè validis medicamentis purgandum, ſed ſenſim ad nares auertendum, cibiſque ventrem ſubducentibus vtendum. Et vbi morbi principium non ampliùs fuerit, ſed fluxus diuertitur, excreatio promouenda, & tuſſis excitanda, & tum medicamentis quæ infunduntur, tum cibis vtendum. Cùm autem excreatio mouenda eſt, pluribus etiam cibis, tum ſalſis, tum pinguibus, vinoque auſtero vtendum, & cùm hoc modo habuerit, tuſſis excitanda. Tabidos quinetiam quo ad reliqua curabis ad eundem modum, præter quàm quòd cibaria non multa ſimul exhibenda, neque opſonia plura quàm cibaria, & vino diluto inter cibos, ne calefaciat, vtendum, & in corpore debili calorem exhibeat, & vtraque ſimul eodem tempore calefaciant, & calore multam fluxionem inducant. Vbi per gulam in ventrem fluxio decubuerit, infra accumulatio interdumque ſupra fit. Huic quidem ſi dolor in ventre adfuerit, is primùm medicamento aut ſucco ſubducendus, deinde medicamento valentiore vtendum, cibis verò aluum ſubducentibus, quamdiu dolor detinuerit. At vbi dolor ſedatus fuerit, cibis roborantibus vtendum. Ad eundem verò modum etiam vbi per multos dies accumulatio detinuerit curato. Quòd ſi imbecillus fuerit, & præ imbecillitate iſta offerri nequeant, primùm quidem priſanæ ſucco aluus per infuſum eluēda, deinde vbi per hunc purgaris, adſtringente aliquo vtendum. Cùm autem in carnem poſteriore parte iuxta vertebras illapſa fluxio aquam inter cutem excitarit, hunc in modum curato. Ceruicis carnem, quæ in medio eſt venarum, tribus cruſtis inurito, inuſtum conſtringito, & quàm tenuiſſimas cicatrices facito. Et vbi viam intercluſeris, medicamentum ad nares admoueto, vt eò diuertatur, & imbecillum ruſus, donec aliò auertatur, ac anteriores quidem capitis partes calefacito, poſteriores verò refrigerato. Et poſtquam partibus capitis anterioribus excalfactus tibi videbitur, cibos edat qui corpus maximè tumefaciunt, & minimè ventrem ſubducunt, quò fluxionis meatus anteriore capitis parte quàm maximè dilatentur. Poſteaquam verò viam intercluſeris, & id quod affluit auerteris, ſi quid priùs quàm fluxionem ad curationem accommodaris, ad corpus peruenerit, hoc modo curare oportet,

ταῦτα πλευρίτιδος καὶ περιπλευμονίης ἐπικίνδυνα. πλευρῖτιν ὧδε χρὴ ἰᾶσθαι. τὸν πυρετὸν μὴ παύειν ἑπτὰ ἡμερέων. ποτῷ δὲ χρῆσθαι, ἢ ὀξυμελικρήτῳ, ἢ ὄξει, καὶ ὕδατι. τοῦτο δὲ χρὴ προσφέρειν ὡς πλεῖστα, ὡς ἐπὶ τέγξις γίνηται καὶ γενομένη ἐπάναχρεμψιν ποιέῃ. καὶ τὴν ὀδύνην παύειν θερμαντηρίοισι φαρμάκοισι, καὶ ῥοφεῖν διδόναι, ὅτι ἐπάναχρεμψιν ποιήσει. καὶ λουτροῖσι χρῆσθαι τεταρταίοισι. τῇ δὲ πέμπτῃ καὶ τῇ ἕκτῃ χρίειν ἐλαίῳ. τῇ δὲ ἑβδόμῃ λούειν, ἢν μὴ ὁ πυρετὸς μέλλῃ ἀφιέναι, ὡς ἀπὸ τοῦ λουτροῦ ὁ ἱδρὼς ἐγγίνηται. καὶ ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ τῇ ἕκτῃ ἰσχυροτάτοισι χρῆσθαι τοῖσιν ἐπαναχρεμπτηρίοισι φαρμάκοις, ὡς τὴν ἑβδόμην ὅτι ῥήϊστα ἡμέρην ἀγάγῃ. ἢν δὲ μηδὲ τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρῃ παύσηται, τῇ ἐνάτῃ παύσεται, ἢν μή τι ἄλλο τῶν ἐπικινδύνων γίνηται. [61] ἐπὴν δὲ ὁ πυρετὸς ἀφῇ, ῥοφήματα ὡς ἀσθενέστατα ποιεῖν προσφέρειν. [62] ἢν δὲ ἰσθμὸς ἐγγίνηται, ἢν μὲν ἔτι νεαροῦ τοῦ σώματος ἐόντος, τὸ ποτὸν ἀφαιρέειν. ἢν δὲ τοῦ πυρετοῦ ἀφίκηται, πυρίνοισι τοῖς ῥοφήμασι χρῶ. καὶ τὴν περιπλευμονίην κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἰῶ. τοὺς ἐμπύους καθαίρειν τὴν κεφαλὴν μὴ ἰσχυροῖσι φαρμάκοισιν, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ἀποτρέπειν ἐς τὰς ῥῖνας, καὶ ἅμα διαχωρητικοῖσι σιτίοισι χρῆσθαι. καὶ ἐπὴν ἡ ἀρχὴ τοῦ νοσήματος μηκέτι ᾖ, ἀλλ' ἐκτρέπηται ὁ ῥόος ἐπάναχρεμψιν ποιέεσθαι. καὶ βῆχα ποιεῖν. [64] καὶ ἐγχύτοισι φαρμάκοισι χρῆσθαι καὶ σιτίοισιν ἅμα. ὁπόταν δὲ δεῖ ἀποχρέμψιν ποιέεσθαι, καὶ πλείοσι σιτίοισι καὶ ἁλμυροῖσι χρῆσθαι καὶ λιπαροῖσι. καὶ οἴνῳ αὐστηρῷ. καὶ βῆχα ποιέειν ὅταν ὧδε ἔχῃ. καὶ τοὺς ὑπὸ τῆς φθίσιος κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τἄλλα, πλὴν τὰ σιτία μὴ πολλὰ ἅμα. καὶ τὰ ὄψα μὴ πλέονα ἢ τὰ σιτία, καὶ τῷ οἴνῳ ὑδαρεῖ χρῶ ἐπὶ τῷ σιτίῳ, ὡς μὴ θερμαίνῃ, καὶ τῷ σώματι ἀσθενεῖ ἐόντι θερμότητα παρέχῃ, καὶ ἅμα ἀμφότερα θερμαίνωσιν ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, καὶ θερμωλὴ ποιέωσι ῥεῦμα πουλύ. ὁπόταν διὰ τοῦ οἰσοφάγου ἐς τὴν κοιλίην ῥεύσῃ [65] ὕποις γίνεται κάτω. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἄνω. τούτῳ ἢν μὲν ὀδύνη ἐν τῇ γαστέρι ἐνῇ, ὑπεξάγειν πρῶτον φαρμάκῳ ἢ χυλῷ. [66] ἔπειτα φαρμάκῳ ἰσχυροτέρῳ χρῆσθαι. τοῖσι δὲ σιτίοισι διαχωρητικοῖσιν ἕως ἂν ἡ ὀδύνη ἔχῃ. ἐπὴν δὲ παύσηται ἡ ὀδύνη, καὶ τοῖσι σιτίοισιν ἰσχυντηρίοισι χρῆσθαι. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὴν πολλὰς ἡμέρας ἡ νοῦσος ἔχῃ, ἰᾶσθαι. ἢν δὲ ἀσθενὴς ᾖ καὶ μὴ δύνηται προσφέρεσθαι ὑπὸ ἀσθενείης, ἀλλ' ὑπεξάγειν πρῶτον μὲν χρὴ χυλῷ πτισάνης. ἔπειτα ἐπὴν τούτῳ καθάρῃς, [67] τῷ στύφοντι τινί. ὁπότε δ' ἐς τὴν σάρκα ὄπισθεν παρὰ τοὺς σπονδύλους ῥυεῖσα τὸν ὕδρωπα ποιήσῃ, ὧδε χρὴ ἰᾶσθαι, καίειν τὴν σάρκα τὴν ἐν τῷ τραχήλῳ μεταξὺ τῶν φλεβῶν, ἐσχάρας τρεῖς, καὶ ἐπὴν καύσῃς, ξυνάγειν καὶ ποιέειν ὡς ἰσχνοτάτας οὐλάς. καὶ ἐπὴν ἀποφράξῃς, πρὸς τὰς ῥῖνας φάρμακον προσφέρειν, ὡς ἐκτρέπηται [68] καὶ ἀσθενὲς αὖθις, ἕως ἂν ἀποτρεφθῇ. καὶ τὰ μὲν ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς θέρμαινε, τὰ δ' ὄπισθεν ψῦχε. καὶ ἐπὴν σοι ἐκτεθερμασμένος ᾖ τὰ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς, [69] σιτία ἐσθιέτω τὰ φλεγματωδέστατα, καὶ ἥκιστα διαχωρητικά, ὡς ἐν μάλιστα διευρύνωνται αἱ ῥοαὶ αἱ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς. ἔπειτα δ' ἐπὴν ἀποφράξῃς καὶ ἀποτρέψῃς τὴν ἐπίρρυσιν, ἤν τι πρὶν ἢ ἀποτρέπειν τὸ ῥεῦμα ἐς τὸ σῶμα ἔλθῃ, ὧδε χρὴ ἰᾶσθαι.

ἢν μὲν

ἢν μὲν μᾶλλον πρὸς τὸ δέρμα ἐκκεχωρηκὸς ᾖ, τὰ ἔξωθεν πυριῶντα. ἢν δὲ ἔνδον πρὸς τὴν κοιλίην, ἔξωθεν δὲ μὴ δῆλον ᾖ, [70] φάρμακον πιπίσκοντα. ἢν δὲ ἐς ἀμφότερα, ἀμφοτέρωθεν ἀφαιρέειν. ἐπιτηδεύειν δὲ χρὴ ἐγγυτάτην ἔξοδον ποιέειν, ἤν τε κάτω, ἤν τε ἄνω, ἤν τῃ ἄλλῃ ὅπῃ τοῦ σώματος ἔξοδοι ἔωσιν. ὁπόταν ἰσχιὰς ἀπὸ ῥόου γίνηται, σικύην χρὴ προσβάλλειν, καὶ ἕλκειν ἔξω, καὶ μὴ καταχρίειν, καὶ ἔνδοθεν θερμαντήρια φάρμακα πιπίσκοντα διαθερμαίνειν, ὅπως ἔξοδος ᾖ καὶ ἔξω ἐς τὸ δέρμα ὑπὸ τῆς ἑλκύσιος τῆς σικύης, καὶ ἔνδον πρὸς τὴν κοιλίην ὑπὸ τῆς θερμασίης. ὁπόταν γὰρ ἀποφραχθῇ, καὶ μὴ ἔχῃ ὅπῃ ὁδοιπορέῃ, ὁδοιπορέουσα ἐς τὰ ἄρθρα ῥεῖ ἐς τὸ ὑπεῖκον, καὶ ἰσχιάδα ποιέει [72] ἢ ὄπισθεν φθίσιν. οὕτω τὴν κεφαλὴν καθαρτέον ἀσθενεῖ φαρμάκῳ, ἕως ἂν ἀποτραφθῇ ὁ ῥόος. καὶ τῇ διαίτῃ, ὥσπερ ἔμπροσθεν χρῆσθαι. [73] φάρμακον δὲ πίσαι ἐλατήριον, καὶ κάτω γάλακτι κλύσαι. τὰ δ' ἄλλα πυριῶν ἰᾶσθαι. ὁ σπλὴν ὑπὸ πυρετοῦ μέγας γίνεται. γίνεται δὲ ὅταν τὸ σῶμα λεπτυνθῇ. τοῖσι γὰρ αὐτοῖσιν ὅ, τε σπλὴν θάλλει [71] καὶ τὸ σῶμα φθίνει. ὅταν δὲ τὸ σῶμα λεπτὸν ᾖ καὶ ὁ σπλὴν θάλλῃ καὶ τὸ ἐπίπλοον ἅμα τῷ σώματι λεπτυνθῇ, ἡ πιμελὴ ἡ ἐν τῷ ἐπιπλόῳ ἐκτήκεται. ἐπὴν δὲ ταῦτα κενὰ πιμελῆς γίνηται, καὶ ἀπὸ τοῦ σπληνὸς θάλλοντος ἀπορρέει ἐς τὸ ἐπίπλοον, ὡς ἐγγυτάτω ἐὸν τὸ ἐπίπλοον, ὥστε τεύχεα ἔχον, [74] καὶ ταῦτα κενεὰ ἐσδέχεται. καὶ ἐπὴν τὸ νόσημα ἅπαξ ἐν τῷ σώματι γίνηται, ἐς τὸ νοσέον τρέπεται, ἢν μή τις ἀντρεπίζῃ. ὡς [75] καὶ τὸ ἀντρεπιζόμενον ἐπὶ κινδύνου. τοῦτον ὧδε ἰᾶσθαι. φάρμακα πιπίσκειν ὑφ' ὧν ὕδωρ καθαίρεται, καὶ σιτία τὰ φλέγμα ποιέοντα διδόναι. ἢν δὲ μὴ οὕτω ῥᾷον γίνηται, καίειν ὡς λεπτότατα καὶ ὡς ἐπιπολαιότατα, [76] ὅπως τὸ ὕδωρ ἴσχει δινῇ πέριξ τοῦ ὀμφαλοῦ κύκλον καὶ ἐς τὸν ὀμφαλὸν μίαν, καὶ ἀφιέναι ἑκάστης ἡμέρης. τῶν νοσημάτων ὅ, τι ἂν ἐπικινδυνότατον ἔῃ, ἐν τούτοισι παρακινδυνεύειν χρή. ἐπιτυχὼν μὲν γὰρ ὑγιέα ποιήσεις. ἀτυχήσας δὲ ὅπερ καὶ ὣς ἔμελλε γίνεσθαι, τοῦτ' ἔπαθε. παιδίῳ δὲ χρὴ ὑδρωπιῶντι ὧδε ἰᾶσθαι. τὰ οἰδέοντα καὶ ὕδατος ἔμπλεα ἐξοίγειν μαχαιρίῳ, [77] πυκνὰ καὶ σμικρὰ ἐξοίγοντα, ἐξοίγειν δὲ ἐν μέρει ἑκάστῳ τοῦ σώματος. καὶ πυριῇσι χρῆσθαι. καὶ αἰεὶ τὸ ἐξοιγόμενον χρίειν θερμαντηρίῳ φαρμάκῳ. πλευρῖτις ξηρὴ ἄνευ ῥόου γίνεται ὅταν ὁ πλεύμων λίην ξηρανθῇ ὑπὸ δίψης ἀναγκαίης. ὁ γὰρ πλεύμων, ἅτε ξηρὸς ἐών, ἐπὴν ἔτι μᾶλλον ξηρανθῇ τῆς φύσιος, ἰσχνὸς γίνεται καὶ ἀκρατὴς γενόμενος [78] καὶ κλιθεὶς ἐς τὸ πλευρὸν ὑπ' ἀκρασίης, ψαύει τοῦ πλευροῦ. καὶ ἐπὴν θίγῃ, ὑγροῦ ἐόντος ἅπτεται, καὶ πλευρῖτιν ποιέει. τότε δὲ καὶ ὀδύνη γίνεται ἐς τὸ πλευρὸν καὶ ἐς τὴν κληῖδα. καὶ πυρετός. καὶ ἀποχρέμπτεται λευκόν. τοῦτον χρὴ πολλοῖσι ποτοῖσιν ἰᾶσθαι. καὶ λούειν. καὶ τῆς ὀδύνης φάρμακον διδόναι. καὶ τἆλλα τὰ ἀναχρέμψιν ποιεῦντα. οὗτος ἐν ἡμέρῃσιν ἑπτὰ ὑγιὴς γίνεται. καὶ τὸ νόσημα ἀκίνδυνόν ἐστι. καὶ σιτία οὐ χρὴ διδόναι. πυρετοὶ δι' αὐτὰ δὲ γίνονται· ὁπόταν τοῦ σώματος ὑπερφλεγμηνάντος αἱ σάρκες ἀνοιδήσωσι καὶ τὸ φλέγμα καὶ ἡ χολὴ κατακλεισθέντα ἀτρεμίζωσι, καὶ μὴ ἀναψύχηται μηδὲν μήτ' ἐξιόν, μήτε κινεόμενον, μήτ' ἄλλου ὑπιόντος. ὁπόταν κόπος ἔχῃ καὶ πυρετὸς καὶ πλησμονὴ λούειν χρὴ πολλῷ

Siquidem ad cutem magis proceſſerit, externis partibus fomentum adhibendo, ſi verò intrò ad ventrem, neque foris conſpicuum ſit, medicamentum propinando, ſin vtramque in partem, vtrimque detrahendo. Diligentia autem adhibenda eſt, vt quàm proximum exitum facias, ſiue ſuprà, ſiue infra, ſiue alia quauis corporis parte exitus detur. Cùm coxendicum morbus ex fluxione oritur, cucurbitula admota foras attrahere oportet, neque cutem ſcalpello pertundere & calefacientia propinando intus calefacere, vt exitus pateat tum extra ad cutẽ per cucurbitulæ tractionem, tum intra ad ventrem, per caliditatem. Vbi nanque fluxioni via intercluſa fuerit, neque habuerit quo procedat, via ad articulos facta, in id quod cedit defluit, & coxendicum morbum inducit, aut poſteriorum partium tabem. Sic affecto caput medicamento imbecillo purgandum, donec aliò auertatur fluxio & victus ratione, velut antea, vtendum. Medicamentum autem potui exhibeto deorſum purgans, & aluum inferiorem lacte infuſo ſubluito, cætera fomentis curato. Cùm lien ex febre tumidus extiterit, quod fit cùm corpus extenuatur. Ex iiſdem enim & lien augeſcit, & corpus contabeſcit. Cũ autem corpus extenuatur, & lien turgeſcit, vnà etiã cùm corpore omentum extenuatum fuerit eius pinguedo colliqueſcit. Vbi verò partes iſtæ pinguedine vacuæ fuerint, & ex liene turgeſcente in omentum defluxerit, quod cùm nimirum valde vicinum exiſtat, & vaſa vacua habeat, id excipit, atque vbi ſemel in corpore morbus exortus fuerit, ad id quod morboſum eſt vertitur, niſi quis rectè tracter, vt etiamſi bene tractetur, periculo non careat. Hunc ſic curato. Medicamenta per quæ aqua purgetur potui exhibenda, & cibi maximè tumefacientes offerendi. Quòd ſi ne ſic quidem leuius habeat, quàm tenuiſſimis & leuiſſimis cruſtis, quò aquam emittere poſſis, in vmbilici ambitu inurito, & ſupra vmbilicum vnam, ſingulíſque diebus emittito. Cumque morbus inter alios maximè periculi plenus ſit, in his periclitari oportet. Nam ſi quidem ſucceſſerit, ſanum reddes, ſin verò fruſtratus fueris, nihil grauius quàm quod euenturum erat perpetietur. At in puero aquam inter cutem ſic curato. Tumidas & aquæ plenas partes gladiolo aperito, crebroque ac parum, & à ſingulis corporis partibus educito, fomentíſque vtitor, & ſemper quod apertum eſt calefaciente medicamento illinito. Lateralis morbus ſiccus citra fluxionem oritur, cùm ex vehementi ſiti pulmo admodum reſiccatus fuerit. Pulmo enim cùm ſiccus exiſtat, vbi ampliùs quàm pro natura reſiccatus fuerit, gracilis euadit, & impotens redditus, ad latus præ impotentia inclinatur, ipſumque contingit, eoque contacto, cùm humidum exiſtat, ei adhæreſcit, & morbum lateralem facit. Tunc verò dolor ad latus & iugulum oboritur, & febris, & album excreat. Hic multis potionibus curandus eſt & lauandus, eique medicamentum quod dolorem ſedet exhibendum, aliaque quæ excreationem faciunt. Hic intra ſeptimum diem conualeſcit, neque morbus perculoſus eſt, neque cibos exhibere oportet. At verò febres hanc ob cauſam oriuntur. Cum corpore tumidiore reddito carnes intumuerint, pituita biliſque concluſæ conquieuerint, nihilque refrigeretur, neque exeat, neque moueatur, neque aliud quid ſubeat. Cum laſſitudo febris & plenitudo detinuerit, multa aqua lauandum,

& liquido illinendum, & quàm maximè calefaciē-dum, quò calor aperto per ſudorem corpore exeat, hæcq; conſequenter tribus aut quatuor diebus faciē-da. Quòd ſi non ſedetur, medicamentum quod bilē educat propinato, & febrē perfrigerato, priùs quàm ad quartanam deueniat. Neq; tamē dum corpus turgeſcit medicamentum potui exhibendū. Non enim indicationem niſi paruam ſubeunt, nimirū corpore intumeſcente. Cùm autem gracilis fuerit, propinandum, & expurgabitur. In febre cibus minimè offerendus, neq; ſorbitionib aluus ſubducenda. In potu exhibenda calida, aqua mulſa, & acetum cum aqua, eaq; quàm plurima propinanda. Potus enim minimè frigidus in corpus ingeſtus, cùm calidus exiſtat & maneat, ex ægro corpore detrahit, ſiue vrinas deducat, ſiue ſudorem eliciat. Vndiq; enim apertū corpus & reſpirans ac motum, quod conducat faciet. Quòd ſi gracilem febris vrat, manifeſtum quod non ob corporis tumorem febris detinet, ac ſi non ceſſet, nutrire & tumidum reddere oportet. Quòd ſi ne ſic quidem conducat, manifeſtum non oportuiſſe per oblatos cibos febrem inducere. Huic medicamentum propinandum, quod educat qua parte magis febris detinet, ſiue ſuperiore, ſiue inferiore. Et ſi ſuperiore quidem ſupra, ſi inferiore, infra. Nihilo verò minùs etiā debilibus medicamenta valentia ſunt propinanda, ſed ſimiliter, aut hoc modo tantùm, robuſtis quidem vt valens, debilibus verò debile exhibeatur. Ardores autem potionibus & ſorbitionibus, veluti febrem refrigerante medicamento exoluito, aut alio quopiam id genus. Ac vbi ex refrigerante ad nauſeam deuenerit, calefacientibus deinceps vtitor. Quòd ſi non ceſſet, refrigerantibus rurſus vtendum. Morbum regium ad hunc modum curare oportet. Vbi in manus ſumpſeris, nutrito, lauato, & pinguefacientibus, tum potibus, tum cibis, tribus aut quatuor diebus humectato. Vbi verò corpus humectatum fuerit, purgato, ipſumque exiccato, pinguiaq; confeſtim ſubmoueto, & vndiq; admoto medicamento ſi fieri poſſit, humiditatem educito, ad caput imbecillo purgatorio vtitor, & quæ vrinas ducant propinato, & ante cibos eo tempore quo turbatam humiditatem repurgaris, potui exhibeto, ne poſt hoc tempus corpus nutriatur. Cùm verò extenuatum fuerit, balneis purgato, & cucumeris agreſtis radicem contuſam & in aquam coniectam, inde balneū parato. Medicamenta bilē educentia ne propinato, ne corpus ipſum magis conturbent. Vbi verò ſiccum fuerit quod conturbatum fuit, nutrito, nullo admixto aluum ſubducente, aut vrinas ciente medicamento, ſed vino generoſo, & his quæ rubicundiorem reddant. Quòd ſi colore ſit ex viridi palleſcente, rurſus exhaurito, neque vllo modo reſiccato, ne color ille defixus inhæreſcat. Vlcus ferinum hanc ob cauſam corpus inuadit. Vbi caro circumcirca inflammationem conceperit, & vlceris labra intumuerint, vlcuſque humidum & in vlcere ſanies reſiccata inerit, aut vlcus cōpactū fuerit, putris ab vlcere ſanies defluens, à compacto vlcere foras ad carnē prodire prohibetur, caro autem ſuſcipit, cùm nimirum ex inflammatione ſublimis exiſtit, cumque eò peruenerit ſubterfluens ſanies, putrefacit & attollit. Hunc medicamentis humectātes, vlcus ipſum illinere oportet, vti ex humectato vlcere foras fluxio neque ſubter carnem effluat. Et quæ ad vlcus affluunt, refrigerantibus medicamentis illinenda, vti caro frigore condenſata coëat, & minimè diffracta rurſus fluxionem immittat.

καὶ χλιεῖν ὑγρῷ· καὶ θερμαίνειν ὡς μάλιστα, [79] ὡς ἡ θέρμη ἀνοιχθέντος τοῦ σώματος ὑπὸ τοῦ ἱδρῶτος ἐξέλθῃ. ἑξῆς δὲ ταῦτα ποιέειν καὶ τρεῖς καὶ τέσσαρας ἡμέρας. καὶ ἢν μὴ παύηται, φάρμακον πίσαι χολαγωγόν. καὶ ψύχειν τὸν πυρετὸν, πρὶν ἢ τεταρταῖος ᾖ. [80] μὴ δὲ ὡς ἂν τὸ σῶμα θάλλῃ πιπίσκειν φάρμακον. οὐ γὰρ κενοῦνται εἰ μὴ σμικρὸν, ὥστε συνοιδέοντος τοῦ σώματος. ἐπὴν δὲ ἰσχνὸς ᾖ, πιπίσκειν, [81] καὶ ἐνόσει πυρετός. σιτίον μὴ προσφέρειν, μηδὲ ῥοφήμασιν ὑπεξάγειν. καὶ πιὼν ὕδωρ θερμὸν καὶ μελίκρατον, καὶ ὄξος σὺν ὕδατι. ταῦτα δὲ πιπίσκειν ὡς πλεῖστα. [82] ἢν γὰρ μὴ ψυχρὸν ἐὸν τὸ ποτὸν, θερμὸν ἐὸν, καὶ μένον, ἐκ τοῦ σώματος τοῦ νοσέοντος ἀφαιρέει, ἤν τε διουρήσῃ ἤν τε διϊδρώσῃ. πάντη δὲ ἀνοιγόμενόν τε καὶ ἀναπνέον, καὶ κινεύμενον τὸ σῶμα συμφέρον ποιήσει. ἐπὴν δὲ ἰσχνὸν ἐόντα καίῃ, δῆλον ὅτι οὐ διὰ τὸ φλεγμαίνειν ὁ πυρετὸς ἔχει. καὶ ἢν μὴ παύηται τρέφειν, καὶ φλεγμαίνειν ποιέειν, καὶ ἢν μηδ᾽ οὕτω ξυμφέρῃ, δῆλον ὅτι οὐκ ἔχρην τὸν πυρετὸν ἐπάγειν, τοῦτον χρὴ φάρμακον πίσαι, ὡς ὑπεξάγῃ, ὅπῃ ἂν μάλιστα ὁ πυρετὸς ἔχῃ, ἤν τε κάτω, ἤν τε ἄνω. ἢν μὲν ἄνω, ἄνω, ἢν δὲ κάτω, κάτω. οὐδὲν δὲ ἧσσον δεῖ τοῖσιν ἀσθενέσι τὰ ἰσχυρὰ φάρμακα πιπίσκειν. ἀλλ᾽ ὁμοίως ἢ μᾶλλον οὕτω, τοῖσι μὲν ἰσχυροῖς, ἰσχυρά. τοῖσι δὲ ἀσθενέσιν, ἀσθενέα. τὰς δὲ πυρώσιας ποτοῖσι καὶ ῥοφήμασιν, ὥσπερ τὸν πυρετὸν ψυκτηρίῳ φαρμάκῳ ἐκλύειν, [83] χαμαιμήλῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ. καὶ [84] ἐπὴν ναυτιώδης τῷ ψυκτηρίῳ, θερμαντηρίοισι χρῆσθαι ἑξῆς. ἐπὴν δὲ μὴ παύηται, ψυκτηρίοισι πάλιν χρῆσθαι. ἴκτερον ὧδε χρὴ ἰᾶσθαι. ἐπὴν παραλάβῃς τρέφε καὶ λουτροῖσι καὶ πιαντηρίοισι. καὶ ποτοῖσι καὶ σιτίοισι καθυγραίνειν τρεῖς ἢ τέσσαρας ἡμέρας. ἐπὴν δὲ ὑγρανθῇ τὸ σῶμα, καθαίρειν καὶ ξηραίνειν τὸ σῶμα. λιπαρά τε ἐξαίφνης ἐξαρύσαι. πάντη τε προσφέρων φάρμακον, εἰ δυνατὸν ἡ ὑγρότητα ἐξάγειν. πρὸς δὲ τὴν κεφαλὴν καθαρτηρίῳ ἀσθενεῖ. καὶ οὐρητικὰ πιπίσκειν. καὶ πρὸ τῶν σιτίων τοῦτον τὸν χρόνον ἣν καθαρῇς τὴν τεταραγμένην ὑγρότητα, [85] κατὰ ποτὸν δίδου, ὡς μὴ τρέφηται ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου τὸ σῶμα. ὅταν δὲ ἰσχναίνηται καὶ λουτροῖσι καθαίρειν. τοῦ δὲ σικύου τοῦ ἀγρίου τὴν ῥίζαν κόψας, ἐς ὕδωρ ἐμβαλὼν, ἀπὸ τούτου λοῦε. χολαγωγὰ δὲ φάρμακα μὴ πιπίσκε, ὡς μὴ περιαστημένον τὸ σῶμα τούτων. ἐπὴν δὲ ξηρὸν ᾖ τὸ τεταραγμένον, τρέφε μηδενὶ ὑποχωρητικῷ φαρμάκῳ, μηδὲ διουρητικῷ, [86] ἀλλ᾽ οἴνῳ οἰνώδεϊ καὶ ἅσσα ἐρυθρότερον ποιέει τὸν ἄνθρωπον τούτοισιν. ἢν δὲ χλωρὸς ᾖ, πάλιν ἐξαρύσαι, ξηραίνειν δὲ μηδαμὰ, ὡς μὴ παγῇ χλωρὸς ἐών. [87] θηρίον ἐνδέχεται ἐπὶ τὸ σῶμα διὰ τόδε. ἐπὴν φλεγμαίνῃ ἡ σὰρξ ἡ πέριξ, [88] καὶ οἱ κρημνοὶ μετέωροι ἔωσιν τοῦ ἕλκεος, καὶ τὸ ἕλκος ὑγρὸν, καὶ ἐπὶ τοῦ ἕλκεος ἐξηρασμένος ἐστὶν ἰχὼρ, ἢ τὸ ἕλκος συμπεπηγὸς ᾖ, ξυνεστηκὼς ὁ ἰχὼρ ὁ ἀπὸ τοῦ ἕλκεος ἀπορρέων, κωλύεται ἔξω χωρέειν ὑπὸ τοῦ ἐπιπεπηγότος ὑπὸ τοῦ ἕλκεος πρὸς τὴν σάρκα. ἡ δὲ σὰρξ ὑποδέχεται, ὥστε μετέωρος ἐοῦσα ὑπὸ φλεγμασίης. [89] καὶ ἐπὴν ἀφίκηται ὁ ἰχὼρ ὑπορρέων σήπει καὶ μετεωρίζει. τοῦτον φαρμάκοισιν ὑγραίνοντα αὐτὸ τὸ ἕλκος χρίειν, ὡς ὑγραινομένου ἔξω τὸ ῥεῦμα ῥέῃ ἐκ τοῦ ἕλκεος, καὶ μὴ ὑπὸ τὴν σάρκα. καὶ τὰ καταρρέοντα τοῦ ἕλκεος ψύχουσι φαρμάκοισιν, [90] ὡς χειμαζομένη συμπιλῆται ἡ σὰρξ, καὶ μὴ διαρραγεῖσα ἀντεπιρρέῃ.

καὶ τἄλλα δὲ ἕλκεα ψυχρὰ προσχρίειν, καὶ ἐπ' αὐτὰ τὰ ὑγραίνοντα ἐπιτιθέναι. Κυνάγχη ἀπὸ αἵματος γίνεται, ὅταν τὸ αἷμα παγῇ τὸ ἐν τῇσι φλεψὶ τῇσιν ἐν τῷ τραχήλῳ· τούτῳ ἀπὸ τῶν ἐν τοῖσι γυίοισι φλεβῶν αἷμα ἀφαιρέειν, καὶ ἅμα κάτω ὑπεξάγειν, ὡς τὸ τὴν νοῦσον παρέχον τοῦτο παρασπασθῇ. καὶ γλῶσσαν ὁπόταν ἕλκεα μεγάλα ἔχῃ, ὡσαύτως εὐτρεπιστέον. Τὰ νοσήματα χρὴ ἀπ' ἀρχῆς ἰᾶσθαι· ὅσα μὲν ἀπὸ τῶν ῥόων γίνεται, τοὺς ῥόους παύειν πρῶτον. ὅσα δ' ἀπ' ἄλλου, παύειν τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος, καὶ εὐτρεπίζειν· ἔπειτα τὸ συνερρυηκὸς, ἢν μὲν πολὺ ᾖ, ἐξάγειν· ἢν δὲ ὀλίγον, διαίτῃ καθιστάναι. Κεφαλῆς κατάγματα. ἢν μὲν τὸ ὀστέον καταγῇ καὶ ξυντριβῇ, ἀκίνδυνον. ὑγιάζεσθαι χρὴ τοῖσιν ὑγραίνουσι φαρμάκοισιν. ἢν δὲ ῥαγῇ, καὶ ἡ ῥωγμὴ ἔσω ἔλθῃ, ἐπικίνδυνον. τοῦτον πρίειν ὡς μὴ κατὰ τὴν ῥωγμὴν τοῦ ὀστέου ἰχὼρ ῥέων τὴν μήνιγγα σήπῃ. ὥστε γὰρ κατὰ στενὸν ἐσιὼν μὲν, ἐξιὼν δὲ οὔ, λυπέει καὶ μαίνεσθαι ποιέει τὸν ἄνθρωπον. τοῦτον χρὴ πρίειν ὡς ἔξοδος ᾖ τῷ ἰχῶρι, μὴ μοῦνον ἔσοδος, εὐρέως διατρηθέντος, καὶ φαρμάκοισι χρῆσθαι, ἅσσα ἐφ' ἑωυτὰ τὸ ὑγρὸν ἕλκουσι, καὶ λούειν. Πυρεταίνοντι κεφαλὴν μὴ κάθαιρε, ὡς μὴ μαίνηται. θερμαίνουσι γὰρ τὴν κεφαλὴν καθαίροντα φάρμακα. πρὸς δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ πυρετοῦ θερμὸν, τὸ ἀπὸ τοῦ φαρμάκου προσελθὸν μαίνεσθαι ποιέει. Θανάσιμα τρώματα, ἐφ' ὧν ἤν τινι κακῶς ἔχοντι χολὴν μέλαιναν ἀπεμέσῃ, ἀποθνήσκει ὁ τὸ τρῶμα ἔχων, καὶ ὑπὸ ἰνηθμοῦ ὁ ἐνεχόμενος, ὁ ἔχων ἀσθενέως, καὶ λεπτὸς ἐὼν ἐξαπίνης ξηρὰ καθίζει, ἀποθνήσκει. ἐπὴν ὑπὸ θέρμης ἐχομένῳ ἑλκύδρια ἐξανθήσωσιν ἀσθενεῖ ἐόντι, πέριξ πελιδνὰ, ἀποθνήσκει. ἐπὴν ὑπό τινος νοσήματος ἐχομένῳ ἀσθενεῖ ἤδη ἐόντι, πελιδνὰ ἐξανθῇ, θανάσιμον. ἐπὴν φάρμακόν τις πιὼν ὑπερινήσῃ, καὶ κάτω καὶ ἄνω ὑπεκχωρέῃ, οἶνον καταρροφεῖν, τὸ μὲν πρῶτον κεκρημένον, ἔπειτα ἄκρητον θαμινὰ διδόναι, καὶ παύεται. φάρμακον δὲ μήτ' ἰνηθμῶδες μήτ' ἐμετήριον. χολὴ δ' ἐπὴν αὐτομάτη ῥαγῇ κάτω ἢ ἄνω, χαλεπωτέρη παύειν. ἡ γὰρ αὐτομάτη ὑπὸ βίης γενομένης τῷ σώματι βιᾶται. ἢν δ' ὑπὸ φαρμάκου ῥέῃ, οὐχ ὑπὸ συγγενέος βιᾶται. ἐπὴν ὑπερκαθαρθεὶς οἰνώμενός τι καὶ ἐμέων ᾖ, μὴ παύειν τὸν ἔμετον. ὁ γὰρ ἔμετος τὸν ἰνηθμὸν παύει. ῥᾷον δὲ ὁ ἔμετος ὕστερον παύσεται. ἢν δ' αὖ ἀσθενὴς ᾖ ὁ ταῦτα πάσχων, ὕπνου φάρμακον ἐμετηρίοισι διδόναι. τὸ μὲν αἷμα ὁπόταν νοῦσον ποιέει, ὀδύνην παρέχει. τὸ δὲ φλέγμα, βάρος, ὡς τὰ πολλά. Τῶν νοσημάτων ὧν μὴ ἐπίσταταί τις, φάρμακον πίσαι μὴ ἰσχυρόν. ἢν δὲ ῥᾴων γίνηται, δέδεικται ὁδὸς, εὐτρεπιστέον ἐστὶν ἰσχναίνοντα. ἢν δὲ μὴ ῥάων ᾖ, ἀλλὰ χαλεπώτερον ἔχῃ, τἀναντία. ἢν μὴ ἰσχναίνειν ξυμφέρῃ, φλεγμαίνειν συνοίσει καὶ θαμινὰ μεταλλάσσειν, ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρεώμενος. τῶν δὲ νοσημάτων ἤν τις ἰσχύοντος μὲν τοῦ ἀλγέοντος παραλλάξῃ, τοῦ δὲ νοσήματος ἀσθενέος, ἐνταῦθα μὲν ἰσχυροτέροισι θαρσοῦντα τοῦ φαρμάκου τοῦ νοσήματος χρῆσθαι. ὥστε καὶ ἤν τι τοῦ ὑγιαίνοντος ἐξαπάγῃ σὺν τῷ ἀσθενέοντι, οὐδεμία βλάβη ἐστίν. ἢν δὲ τὸ νόσημα ἰσχυρότερον ᾖ, τὸν νοσέοντα ἀσθενέα λάβῃς, ἀσθενέσι τοῖσι φαρμάκοισιν εὐτρεπίζειν, ἅσσα αὐτὰ τοῦ νοσήματος κρέσσονα, καὶ ἀπάξουσιν, ἀσθενέστερον δὲ μηδὲν ποιήσουσι τὸν ἀλγέοντα.

Quin & reliqua vlcera refrigerantibus medicamentis oblinenda ſunt, iiſque humectantia adhibenda; Angina à ſanguine oritur, cùm ſanguis in venis quæ in collo ſunt concreſcit. Sic affectis à venis quæ in brachiis ſunt ſanguinem detrahito, ſimulque aluum ſubducito, vt id quod morbũ exhibet, auellatur. Linguá quoq; cùm magna vlcera habuerit ſimiliter tractato. Morbi quidem circa initia curandi ſunt, & in his quidé qui à fluxionibus oriuntur, primùm fluxiones ſedandæ. Qui verò alia ex cauſa, in his morbi principium ſedandum & curandum. Deinde quod influxir, ſi quidem copioſum eſt, educendum, ſin modicũ, victus ratione compeſcendum. In capitis fracturis, ſi os quidem fractum ſit & contritum, periculo vacat, & medicamentis humectantibus curandum. Quod ſi fiſſum fuerit, & fiſſura intro procedat, periculi plenum eſt. Huic ſerram adhibere oportet, ne ſanies per oſſis fiſſuram affluens, membranam putrefaciat. Nam cùm per anguſtum quidem ſubeat, nec tamen exeat, moleſtia afficit, hominemque ad inſaniam adigit. Huic terebram adhibere oportet, vt latè terebrato oſſe, ſaniei exitus, neq; ſolùm ingreſſus pateat, & medicamentis quæ humorem ad ſe attrahant vtendum ac lauandum. Febricitanti caput ne purgato, vt ne ad inſaniam agatur. Caput ſiquidem medicamenta purgantia calefaciunt, ſaneque ad febrilem calorem medicamenti calor accedens, inſaniam excitat. Lethalium vulnerum hæc ſigna ſunt. Si quis quauis ex cauſa malè affectus, bilem atram vomitione refuderit, moritur qui vulnus habet, quique euacuatione detentus, imbecillus ac extenuatus, derepente ſiccas conſidet, moritur. Vbi caliditate detento, vlcuſcula in ambitu liuida, imbecillo exiſtenti eruperint, moritur. Cùm quopiam morbo detento, imbecillo iam exiſtenti, liuores eruperint, lethale. Cùm quis ex medicamenti potione malè affectus fuerit, & infrà ſupraque demittit, vinum primò quidem dilutum, deinde meracum frequenter ſorbendum exhibeto, & ſedabitur. Medicamentum autem neque purgans, neque vomitum excitans dato. Si bilis ſua ſponte, aut infra, aut ſupra proruperit, difficiliùs ſedatur. Quæ enim ſponte fertur, vi corpori illata propellitur. Quod ſi ex medicamento effluat, à nulla re cognata cogitur. Cùm euacuatum & vomentem curandum ſuſceperis, vomitum ne ſedato. Vomitus ſiquidem euacuationem ſedat, faciliùs autem poſtea vomitus ſedabitur. Quod ſi ita affectus debilis fuerit, à vomitu medicamentum ſomnum concilians exhibeto. Sanguis quidem cùm morbum facit, dolorem inducit, pituita verò, vt plurimùm grauitatem. In morbis quos quis minimè cognoſcit, medicamẽtum minimè vehemens potui exhibendum. Quòd ſi inde leuior æger euadat, demonſtrata via eſt, & extenuando curatio inſtituenda eſt. Sin verò, minimè leuiùs, ſed ægriùs habeat, contraria facienda. Si extenuare minimè conducit, tumidum reddere contulerit, crebroque permutare, hoc conſilio vſus. Quibus in morbis robuſto ægro, quis permutatione vtetur, morbo verò debili, tunc quidem audacter valentiore quàm morbus eſt medicamento vtendum, vt quamuis quod ſanum eſt vna cum ægroto educatur, nulla inde fit noxia. At vbi morbum valentiorem, ægrum verò debilem nactus fueris, debilibus medicamentis curatio inſtituenda eſt, quæ morbo ſuperiora ſint, ipſumque abducant, ægrum autem nihilo debiliorem efficiant.

Ars corporum exercitatrix, quæ Gymnaſtica dicitur, & Medicina, contrariæ inter ſe eſſe ſolent. Siquidem quæ exercitationibus præeſt, nullis eget permutationibus, velut Medicina. Sano namq; præſentem ſtatum permutare nihil prodeſt, ſed ægroto. Morbi quicunque vlcerum genere continentur, & reliquo corpore ſupereminēt, vnà cum medicamentis etiam fame curandi ſunt. Fluxione ex capite manante vomitus confert. Morbi vetuſti difficiliùs quā recentes curantur, verùm vetuſtos morbos primùm recentes facito. Vlcus calloſum, vbi quod durum eſt medicamento putrefaciente expuleris, demùm conſtringito. Medicamenta quæ tumorem facere maximè ſolent, ea pura conſtringunt, quæ verò extenuant, ea purgant. Quòd ſi quis quæ nondum matura ſunt conſtringat, corpus morboſum nutrit quod vlcus habuerit. Et ſiquidem vlcus conſtringere ac implere opus ſit, tumefacere iuuat, vel ſi carnem in capite producere velis. Cibis enim connutrita caro, eam quæ à medicamento computruit, propellit, & debellat. Elatam verò in tumorem & læuē cibis extenuare oportet. Mœrore confectis & malè habentibus, mortemque laqueo ſibi conſciſcere volentibus, mandragoræ radicem manè propinato, minore tamen pondere quàm quod furorem excitēt. Conuulſionem hoc modo curare oportet. Ex vtraque lecti parte ignem ſuccendito, & mandragoræ radicem propinato, minore quàm quod inſaniā excitet pondere, & ad poſteriores tendones ſacculos calidos admoueto. A conuulſione ſi febris prehendit eodem die ceſſat, aut poſtero, aut etiam tertio. Ex rupto febris non vltra tres aut quatuor dies prehendit. Quòd ſi prehendat, ratus quis ex rupto ea detineri, alia quapiam ex cauſa corripuit, neq; ea veluti ex rupto tractanda Cùm homo diſtortis pedibus aut manibus fuerit inſaniam ſibi inducit. Venam autem ſic inurere oportet, vt morbo quocunque quis ægrotarit, conueniat. Si inuſtus quis fuerit, fluat autem ſanguis, vt ne ipſi periculum afferat, ambo hæc facere licet. Si inuſſeris qua parte dolor eſt, cuius gratia vrebatur, non coaleſcit, verùm ad fluxum contulit. Si enim peruſta fuerit, minimè effluit. Tunc enim vtcunque venæ extremum qua parte peruſtum eſt recurrit, ſimulque exiccatur. Quod ſi quid relictum fuerit, ab ea parte quæ relicta eſt profluente, humectatur. At ſi ſanguis ex vena effluit, eam obliquam perurito. Quòd ſi non ceſſet, ad hæc ſuperiore & inferiore parte vtrimque incidito, quò ſanguinis fluxus auertatur. Interceptus enim faciliùs quàm confertus, medicamento ſedatur. In capitis dolore ſanguinem ex venis detrahito. Quòd ſi non ceſſet, ſed diuturnus ſit, venas inurito, & conualeſcit. Si verò caput purgaueris, magis affliges. Ars Medica vt citò addiſcatur fieri nequit, propterea quòd in ea firma aliqua doctrina tradi non poteſt. Verbi gratia, qui vno modo quem docent pingere didicit, omnia nouit, & qui ſciunt omnes eodem modo, ideò quod idem eſt, & eodem modo fit, & nunc & non nunc, neque contrario modo fieri poteſt, ſed ſemper meritò ſimile eſt, neque temporis occaſione opus eſt. Ars verò Medica, & nunc, & paulò poſt, non idem facit, & ſibi contraria facit, eaque ſibi ipſis contraria. Primùm aluum ſubducentia nō ſemper hoc faciunt, eaque vtrumque faciunt. Neque fortè ſic ſe habent aluum ſubducentia, vt aluum ſiſtentibus ſint contraria. Aluo ſuppreſſa, ob vehementem ſuppreſſionē

⁸ ὁ ἐπέχων τὸ κάθοδον] Sic quidem legunt exemplaria omnia publicata, itemque Vaticana quæ ſecutus eſt Caluus. Quædam verò manu ſcripta, ἀπέχων τὸ κύκλον habent, quomodo legit Zuinggerus, quod exorbitare, aut à curſu deflectere, aut abſiſtere ſignificat. Motum igitur ſyderis vitioſum, aut planè deficientem ac quieſcentem iſtud indicat.

⁹ καὶ ἀπὸ τοῦ ἀέρος ἀρξ] Sic legunt publicata omnia exemplaria, quæ ſecuti ſumus. Vaticana verò & manu ſcripta quædam ὁρᾶται legunt, quæ ſecuti ſunt Caluus & Zuinggerus.

¹⁰ ἀπὸ δὲ ὕδατος] Sic meliora legunt exemplaria, quædam etiam ſimpliciter legunt, ἀπὸ δὲ ὕδατος ἢ χαλάζης.

¹¹ ἐς τὴν ἔσω περιφορὴν] Hæc eſt exemplarium omnium lectio, ſed τὴν ἔξω περιφορὴν lego cum interpretib. omnibus, quod ſyderibus exteriorem corporis ambitum, hoc eſt circunferentiam ipſam paulò antea attribuerit, qua ſenſus & motus ab animali facultate per neruos ad exteriora confertur. Cui etiam conſentit quod poſtea dicitur, vitium in externo corporis ambitu reſidere.

¹² ἐν ϐίοισιν ἱματίοισι] Sic legunt Germanici codices. Aldini verò ἐν πᾶσιν ἱματίοισι, habent, quos ſecuti ſunt Caluus & Zuinggerus.

¹³ τὴν γὰρ ὑπερβολὴν διὰ τοῦ χρώματος] Sic quidem legunt exemplaria omnia publicata, ideoque hîc χρῶμα pro cutis ſuperficie diximus ſumi in noſtra Oeconomia, vt χρῶμα εὔχρουν de corporis colore laudabili effertur lib. 4. epidem. quòd is in externa corporis ſuperficie & cute appareat. Sed χρωτὸς legiſſe mihi videtur Caluus ex Vaticanis exemplaribus manu ſcriptis. Quidam etiam annotant χρώματος hîc ſumi ἀπὸ τοῦ δέρματος.

¹⁴ ἀκρήτοισι] Caluus hîc ϐίοισι addidiſſe videtur. Verùm cibi meraci intelliguntur, qui ſine condimento, aut citra præparationem aliquam aſſumuntur.

¹⁵ ἀπὸ τῆς ξηρασίης τῆς σαρκὸς κρατηθεὶς] Sic quidem legunt publicata omnia exemplaria. Vaticana verò, ἐκ δὲ ἀδηλίης ἐνίοτε δὲ ἀπὸ τῆς ξηρασίης, καὶ τῆς σαρκὸς κρατηθείσης.

¹⁶ φεύγοντες ψυχὴν τι ὑπαίσσων] Iſtud ad præſentis ſtatus immutationem, eamque per aſtrorum fugam portendi vult Cornarius. Mihi ſanè ea omnia aſtrorum fugam reſpicere videntur, vt violentiorè aſtrorum metum & magis coactum indicent, cùm iam terga vertiſſe, & à potentioribus in fugam celeriter verti neceſſariò videantur.

¹⁷ καὶ δὲ δίναιεν] ἀγνοεῖ δὲ δίαιταν legunt exemplaria quædam manu ſcripta, ſed explicatio quædam eſſe videtur.

¹⁸ ϐίαια δὲ, ἐπιλείψειν πρέπειν ὀλέσας διαιτηθεὶς] Hæc eſt publicatorum omnium codicum lectio. Verùm Vaticanæ membranæ leg. μάλιστα δὲ ἐπιλείψειν τὰ δὲ ἐφ' ὕπνοις διαιτηθεὶς. Quam lectionem ſecuti ſunt Caluus & Cornarius. Zuinggerus verò pro κάλλιστα πίνεσθαι legit, quod lib. 3. περὶ διαίτης, ἐλλεβόρῳ καθαίρεσθαι per veratrum, ἀπορρεῖν verò per victus rationem eſſe dixerit.

¹⁹ εἰ δ' οὐ, λευκὸν] εἰ δὲ μὴ, λευκὸν, legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

²⁰ ὕπνοισι μαλακοῖσιν εὐδίῃσι] Sic quidem legunt exemplaria Germanica. Aldina verò, ὕπνοισι μαλακοῖσιν. Sed μαλακευνίῃσι legendum exiſtimo, vt molle cubile & ſtratum per ſomnos ſuadeatur. At exemplaria Regia manu ſcripta, ὕπνοισι μαλακοῖσιν ἀραιοῖσι. καὶ μαλακευνίῃσι legunt, quibus verbis & molle ſtratum, & lenis motus imperatur. Sed μαλακευνίῃσι magis probo, quòd eam dictionem ſæpiùs vſurpet Hippoc. videaturq; ſuperiorum verborum eſſe interpretatio quædam.

²¹ ῥαθυμίῃσί τε] Sic legunt Germanica exemplaria & Vaticana, Aldina verò ῥαθυμίαις, καὶ τὴν ψυχὴν τρέπεσθαι. Sed pro τρέπεσθαι, θρέψαι legunt Vaticana exemplaria, vitioſè pro τρέψαι.

²² θέας καὶ θρήσιας γέλωτας] Sic habent exemplaria omnia. Sed Regia quædam manu ſcripta pro γέλωτας γελοίων habent, & pro μάλιστα ἡδέσθαι, ὅτι legunt.

²³ ἀφ' ἑσπέρας πρὸς ἕω] πρὸς ὄρθρον ἕξει, legunt exemplaria quædam manu ſcripta Regia, pro ὀρθὸν ἕξει. ſed videtur vocis ἕω eſſe explicatio quædam. ὀρὸς δ' autem, aut ὀρὸς ἕω, idem quod πρὸς ἕω ſignificat, & ad auroram aut ortum ferri & ſpectari ſignificat, cui ἀφ' ἑσπέρας opponitur, quod eſt ad veſperam aut occaſum, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

²⁴ καὶ γὰρ τι ἐν τῇ νοσῷ ἐν δεσποτείῃσιν] Hæc eſt publicatorum omnium codicum lectio. Vaticana verò exemplaria, ἐς τὴν κοιλίην legunt, qua de lectione ſcripſit Zuinggerus.

²⁵ ῥεῦμα κεφαλῆς ἐπὶ ϐίολοστη] ἐκλουσθῆ legunt Vaticana exemplaria. Aldina verò ἐὰν ἢ ἐς φῦμα. pro ῥεῦμα vitioſè.

²⁶ ψυχεῖν καὶ ψυχὴν] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornar. verò pro ψυχὴν λευκὴν legiſſe videtur propter ἄλλας quod ſequitur.

²⁷ μὴ δὲ ἀραιὰς] μὴ ἀραιὰς lego cum Interpretibus.

²⁸ πνεύματος τοῦ ἰσιόντι] Sic quidem legunt exemplaria Germanica publicata, quam lectionem ſecuti ſumus, vt à ſpiritu in corpus inuecto aut inducto, hoc eſt extra aſcito, & in corpus recepto morbus contractus eſſe indicetur. Aldina verò exemplaria, ἀπὸ τοῦ πλήθεος τῆς ἐν αὐτῷ legunt, quam lectionem ſecutus videtur Cornarius. Caluus autem ἐν τῷ ἀμφοῖν legit.

²⁹ ϐίοισι διοσημείοισι] διοσημείοισι potius eſſe legendum ſcripſimus in noſtra Oeconomia vbi quinam eſſent διοσημεῖα. Dij diximus, hoc ſubnotato & explicato loco.

³⁰ τὴν δὲ γῆς ἐξ ὀρθὴν] ϐίλοις pro ἐκ γῆς legunt manu ſcripta exemplaria Regia quædam. vitioſè vt opinor.

³¹ ἄφεος ἢ ἄλλως] ἐπ' ὄψεως δὲ καὶ ἀκοῆς legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

³² τῇ δὲ τραχείῃ] Sic quidem legunt publicata exemplaria, pro τῇ δὲ τραχείῃ, vt τῇ λείῃ opponatur, quemadmodum rectè vidit Cornarius.

³³ ἄνδρας δὲ ἢ ἀπορίῃ] Sic exemplaria Germanica rectè legunt, Aldina verò, καὶ ἀπορίῃ vitioſè.

³⁴ σπέρματος τοῦ ἀνθρωπίνου] Sic ferè omnia legunt exemplaria, quædam verò manu ſcripta σώματος pro σπέρματος legunt.

³⁵ κατὰ σμικρὸν ἔμετος αὐθις] Iſtud ſubobſcurum eſt. Caluus & Cornarius de repetito vomitu ſumunt, malo tamen ad repetitum & ſenſim aſſumptum cibum referre, quod κατὰ μικρὸν ſignificat.

³⁶ ἀλλ' οὐδὲ μέλανας ὁρᾷν γλῶ] ὁρᾷν deſideratur in Aldinis exemplaribus, vitioſè vt apparet.

³⁷ διαιτᾶσθαί τι τοῖς τι πλέοσι] διαιτᾶσθαί τι legunt Aldina exemplaria & Vaticana.

³⁸ τῇ διαίτῃ τοῖσι τι πόνοισι χρῆσθαι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed τῇ διαίτῃ ἐχρῆν cum interpretibus lego. Quædam verò exemplaria πόνοισι pro πόνοισι legunt, vitioſè tamen.

³⁹ ὅ, τι δ' ἂν ἢ μεῖζον τὸ μέλος] Aldina exemplaria & Vaticana ſic legunt hoc membrum ὅ τι δ' ἂν ἢ μεῖζον τῷ μέλει, ἢ ἔλασσον, ἐπ' ἀμφότερα. ἀλλ' οὐδ' ὅπερ ἂν ἐν ἐλάσσω. Et Caluus de membris maioribus aut minorib. accepit. Sed vulgata lectio magis probatur.

⁴⁰ ὁ φέρεται ἐκ τῆς οἰκίας] Vitioſè legitur in Aldinis exemplaribus, ὁ φέρεται ἐς οἰκίας.

⁴¹ ϐίσταται τοῦ αἵματος] ϐίσταται τοῦ αἵματος hîc ſanguinis repreſſionem ſignificat, cum ſanguis reprimitur, cohibetur ac ſiſtitur, & præ ſiccitate ad motum ineptus redditur, quem locum in noſtra Oeconomia ſubnotauimus.

IN LIBRVM DE ALIMENTO.

¹ Τροφὴ καὶ τροφῆς εἶδος] Hic libellus περὶ τροφῆς nomine paſſim inſcribitur, & ab Erotiano inter eos qui ad victus rationem pertinent reponitur, in quo eum ſequimur. A Galeno quoque multis locis Hippocrati tribuitur, etſi veteres ac primi librorum Hippocratis cenſores, huius libelli authorem Theſſalum, aut Herophilum, quidam etiam Philiſtionem & Pherecydem ex Galeno faciunt. Sed certè etſi genere, & tractationis breuitate aut obſcuritate, at ſententiarum pondere aut authoritate, à germanis Hippocratis fœtibus non diſſidet, adeò vt multas ex eo ſententias ſuis ſcriptis paſſim aſperſerit Galenus, qui etiam Commentarios in eum ſe ſcripſiſſe fatetur.

² ἑκάστου κρατίην δὲ] Iſtud ad facultatem aliunde influentem refero cum Zuinggero, vt id quod ſequitur ad inſitam & vnicuique parti propriam, etſi alij ad alimentum, velut Cornarius, qui etiam κρατίην pro κρατεῖν legere videtur.

³ γίνεται δὲ καὶ ἔξιτηλος] ἐξίτηλος ἀδηλος exponitur Erotiano, hoc ſubnotato loco. Eſt autem ἐξίτηλος ἡ τροφὴ alimentum euaneſcens aut exoleſcens, quodq; nullum augmentum parti confert, ex alimenti vitio aut errore, vnde pars gracileſcit aut atrophia laborat, vel quia ante tempus, hoc eſt, ante perfectam coctionem emittitur, aut excernitur, quod eſt ἀπολύεται aut ἀποκρίνεται, aut vbi appoſitum conſumitur ac diſſipatur, quod eſt ἀπαναλίσκεται. Sic ἡ πρώτη hic dicitur de ſanguinis in hepate concoctione, quæ eſt ordine ſecunda, & ἡ ὑστέρη de tertia quæ fit in ſingulis membris, etſi ſcio alios id aliter accipere.

[4] ἐν δὲ καὶ ἀγρίας] καὶ ἀγρίας pluralitatis numero mihi dicere videtur, quod primas ſecundæ & tertiæ concoctionis formas corrumpat circa alimentum error, vel cibi, vel facultatis vitio contingens, alienaſque inducat, aut quòd ſingulis membris ſua quæque ſit propria. Etſi pro ἀγρίας ὑστέρας legere mauult Zuinggerus, qui etiam variam huius loci lectionem adfert, ex Commentariis qui Galeni nomine circumferuntur.

[5] τροφὴ δὲ τὸ τρέφον] Hunc inſignem locum multis locis ex Hippocrate ſcriptis ſuis celebrat Galenus, vt Comment.ad aph.39. lib.5. & in fine lib.1. de ſanit.tuenda. Præcipuè vero explicat libro primo de fac.Natur.& lib.3. de Temperamentis,vbi propriè alimentum τὸ τρέφον dici ſcribit τρεφόμενον, & primo generi attribuit, vt ſecundo, τὸ προσομοιούμενον καὶ προσφυόμενον, tertio verò τὸ πρὶν ὅλως ἐν ταῖς φλεψὶ καὶ τῇ γαστρὶ περιέχεται, quodque foris aſſumitur. Quibus ex locis aliter etiam hunc locum Galenum legiſſe comperies.

[6] καὶ πάντων] Iſtud ad ſuccorum omnium facultatis commixtionem refero cum Zuinggero, cùm quorundam facultates inter ſe proportione contemperantur, vel facultatibus commiſcentur, quæ vel inter ſe omnes concurrunt, vel quædam tantùm, etſi multò aliter ſumunt interpretes quidam,& iſta ſequentibus iungunt omnes codices.

[7] αὐτόματοι] Quinam dicantur hîc ſucci αὐτόματοι aperuimus in noſtra Oeconomia.

[8] ἡμῖν μὲν αὐτόματοι] Hunc mihi locum ſubindicare videtur Galenus lib.4. de placit. Hippocrat. & Platon. cùm ſcribit contra Chryſippum, nihil re vera temerè & caſu fieri, ſed ad cognitionem noſtram, his verbis : [illegible] Vbi aliam fuiſſe Galeni lectionem agnoſcis.

[9] φύσις ἐξαρκεῖ] Vt Naturæ ſapientiam ac prudentiam nunquam ſatis admiratus eſt Hippocrates, ita & eius poteſtatem ſemper ſummis laudibus extulit. Quam ad rem hanc ſententiam multis locis celebrat Galenus, potiſſimumque lib.1. de diebus decretoriis, & lib.1. de facult. Natur. & lib. ad Thraſybulum, & lib. quod animal eſt quod vtero continetur. Quibus in locis αὐτάρκης legit Galenus,vt & Commentariis qui in hunc librum eius nomine circumferuntur. At lib. de facult. natural. ὡς αὐτάρκης ἐξαρκεῖν τοῖς ζώοις dicit.

[10] ἐς δὲ ταῦτα ἔξωθεν] Hæc in cauſis naturam impedientibus, tam internis, quàm externis, ex Medicorum erratis accenſent Gal. Commentarij. Alij in cauſis velut inſtrumentalibus naturam vel adiuuantibus, vel impedientibus annumerant. Hunc autem locum ſic legit Galenus libr.1. de dieb. decret. [illegible] Vbi iſta in erratis quæ ſtatos naturæ curſus ad criſim impediunt enumerat Galenus, velut in ſuis Commentariis ad Medicorum aut ægrorum errata refert, quæ prædictionem euariant ac præpediunt.

[11] καὶ κατὰ ὅλον] Sic quidem legunt Germanica exemplaria. Aldina verò & Vaticana reliquaque omnia omittunt, & legunt, γνωμόνες καὶ ὅλου καὶ μέρεος. Quam lectionem etiam ſecutus videtur Gal. in Comm. & Caluus.

[12] θύμοι] θύμοι hic legere videtur Galenus,& inter cutis eminentias & abſceſſus reponere, veluti formicas, clauos & toſos, vnde verrucam & verruculam quidam exponunt. Nos tamen Græcam appellationem retinere maluimus.

[13] ἐν τροφῇ φαρμακείη] Id intelligitur de cibis qui qualitatẽ quandam habent medicamentoſam, velut lens, braſſica, & ſerum lactis, & marina ferè omnia, aut de his quibus medicamentoſa quædam admiſcentur, vt cùm ptiſanæ mel aut ſcammonium permiſcetur. Vtriſque enim hanc ſententiam accommodat Galenus lib.1. de alim.facult. Aëtius etiam cap.57. lib.3. tetrab.1. iſtam ſententiam cibis quibus medicamenta permiſcentur attribuit, vt vinis & potionibus medicatis, & conditis cæteriſq; id genus. Aretæus verò ſæpe ad cibos medicamentoſos refert, vt in pleuriticorum curatione cap.10. lib.1.de cur.ac. cùm ſcribit [illegible] Et rurſus ibidem, [illegible] Idem quoque cap.2.lib.2. cur.acut. [illegible] Celſus * medicamentis ſtomachum lædi ſcribit, ideóque catharticis omnibus aloën admiſcendam cenſet,neque iis vti conſulit, niſi morbus ſine febre ſit. At vbi febres ſunt, ſatius eſſe dicit, eius rei cauſa cibos potioneſque aſſumere, qui ſimul & alant,& ventrem molliant.

* cap.12. lib.1.

[14] ἔξωθεν ἔσω] Hunc locum mihi innuere videtur Galenus lib. 3. de fac.natur. cùm ſcribit per eaſdẽ vias ab exterioribus partibus intrò ferri alimentum, per quas priùs delatum fuerat, his verbis : [illegible] Quæ ferè omnia videntur in Commentarios qui in hunc librum Galeni nomine circumferuntur eſſe tranſlata.

[15] ξύρροια μία] Multis locis iſta adducit Galenus indubitata ex Hippocrate,præcipueq; lib.1. de facult.natur. & lib.3.vbi & alimenti delationi per eaſdem vias per quas priùs delatũ fuerat, vt hîc quoque tribuitur,& corporis attractrici aut expultrici facultati. Libro quoque 2.de differ. febrium. & lib.1. de vſu pulſuum. Lib.etiam de rigore palp. & tremore,& lib.1. de vſu partium,vbi legit, [illegible] Et lib.2.de cauſis pulſuum,vbi legitur, [illegible] Hunc etiã locum ex Hippocrate adfert Alexander Trallianus libro primo.cap.de Melancholia.

[16] μία φύσις] Hoc ad calorem vitæ fontem & principium refert Gal. quo præſente omnia ad vitam adminiſtrantur, eóque abſente omnia deficiunt.

[17] γαργαλισμὸς] γαργαλισμὸς eſt pruritus ac titillatio totius corporis. γάργαλον & γαργαλίζειν ἐρεθισμὸν dici ſcribit Erotianus, à mulieribus libidine prurientibus deducto nomine,vt ſcripſimus in noſtra OEconomia,hoc ſubindicato loco, quem etiam ab Erotiano denotari diximus.

[18] θηλυφίη] Sic quidem legunt omnia quæ vidimus exemplaria, ſed Caluus [illegible] legiſſe videtur.

[19] ἢ ὕδωρ] Sic legunt publicata omnia exemplaria. Vaticana vero ſcripta, ἢ γλυκὺ ὕδωρ legunt, quam lectionem ſecutus eſt Caluus. Eadem quoque paulò poſt legunt, καὶ ἐν πᾶσι δὲ τὸ μᾶλλον, ἐν πᾶσι δὲ τὸ ἧσσον, quam etiam lectionem ſequitur Caluus.

[20] ἀρίστης σώματος] Hic locus adducitur à Galeno libro primo & ſexto ſalubrium,vbi etiam paulò aliter legitur. Ex quibus locis magna pars eorum quæ in Commentariis hiſce ſcribuntur, deſumpta videtur. Et libello quoque de optima corporis conſtitutione, & Comment.3. in librum ſextum epidemiωn. Hunc etiam locum mihi ſubindicare videtur Galenus lib.de Cauſ.pulſuum, cum ſcribit : [illegible]

[21] πνεύμονι ἐναντίην τροφὴν] Galenus in Commentariis hanc alimenti contrarietatem ad pulmonis primam conſtitutionem & vaſorum in eo formam refert, qua leuiſſimum, tenuiſſimum & valde ſpirituoſum ſanguinem, quo alitur, attrahit, cùm reliquæ partes craſſo & optimo ſanguine nutriantur. Alij ad alimenti motionem contrarietatem iſtam referunt, cùm aër qui ſpiritus eſt alimentum, per corporis ambitum in pulmones & cor attrahatur, ſanguis verò ab hepate veluti ex penu interiore, in extremos corporis artus & omnia membra ſuppeditetur.

[22] ἀρχὴ τροφῆς πνεύματος] Iſtum locum ex Hippocrate adfert Galenus lib. περὶ χρείας σφυγμῶν. vbi pro [illegible] legit. Libro quoque ſecundo de plac.Hippocrat.& Plat.iſtam ſententiam explicat,vbi & eadem ferè à Gal.ſcribuntur, quæ in Commentariis in hanc ſententiam.

[23] ἀρχὴ καὶ ὀχέων] Hanc quoque ſententiam Hippocrati adſcribit Galenus libro 2. de plac. Hippocrat. & Platon. loco ſupra adducto.

[24] ὁ δὲ ἀρχαιότερος] Hunc locum adducit Galenus ex Hippocrate libello de Vteri conceptu, quo probat animal eſſe quod vtero continetur,vbi [illegible] legitur, ibique fœtum non ſolum per vmbilicum nutriri vult, ſed ore etiam alimentum ſugere ex Hippocrate lib. περὶ φύσιος παιδίου probat. Quod etiam ante nos annotauit Mercurialis.

[25] ῥίζωσις φλεβῶν] Hæc verba ſæpius adfert Galenus ex Hippocrate lib.6. de plac. Hippocr.& Plat. vbi hepar venarum originem, vt cor arteriarum eſſe ex Hippocrate confirmat. Vbi etiam cur ῥίζωσιν à plantis ad animalia transtulerit indicat,& ῥίζωσιν velut originem tum venarum tum arteriarum ex hepate & corde tanquam ex radice pendere. Et quemadmodum ex plantis, radicationes deorſum aguntur, & ſtirps ſurſum exoritur, ita è corde arteriæ, & è iecinore etiam venæ in vniuerſum corpus diſtribuuntur. Atque illæ venæ radicibus ſunt ſimiles, quæ in ventrem pertingunt, vt ex Hippocrate lib. περὶ χυμῶν confirmat. In hiſque omnibus (vt ibidem eleganter ſcribit Galenus) [illegible] Hunc etiam locum adfert Aretæus, vt grauiſſimus ita & vetuſtiſſimus author, cap.7. lib.1. περὶ ἰκτέρου & cap.13. lib.2. περὶ χρονίων.

ſuperauerint, tum alui deiectiones, tum varia vitia adferũt. Quãdo verò id cui offertur immutatur, id quod offertur immutari neceſſe eſt. Immutatũ enim corpus cùm euictũ ſit parum eſt efficax, & ex quouis offenſiones renouat. Hoc autẽ efficiunt quæ aluum ſubducunt, & quæ vigorẽ inducunt, hæc corpus extenuatũ reddunt, & reliqua omnia quæ his cõtrario modo afficiuntur. At verò ars Medica breuẽ habet occaſionẽ, & qui hoc nouit, illud conſtitutũ habet, & nouit quæ ſint rerũ ſpecies, vel nõ, ad quas cognoſcendas occaſio non eſt in arte Medica, nẽpe quòd alui ſubductiones per aluum non ſecedãt, & reliqua quòd cõtrario modo ſe habent, & quòd maximè cõtraria, non ſunt maximè cõtraria. Hæc eſt autẽ ciborum offerendorũ occaſio, vt ea copia exhibeantur, quã corpus ſuperare valeat. Quod ſi contingat cibũ aluũ ſubducentẽ oblatum, aluũ ſubducere, & corpus tumefacientẽ, tumefacere omninò neceſſe eſt. Si igitur cibos corpus ſuperauerit, neq; morbus, neq; ex his quæ offerũtur cõtrarietas oritur, eaq; eſt occaſio quam Medicus cognitã habere debet. Vbi verò occaſionẽ prætergreſſus fuerit contrariũ accidit, & antequam eò deueniãt, ſe incaleſcere exiſtimant. Quandiu enim quod offertur corpus ſuperauerit, id nutritur. Vbi verò hãc occaſionem prætergreſſum fuerit contrariũ contingit, ſiquidẽ extenuatur. Quin & reliqua omnia, & quæ tumefaciunt quoad ea corpus ſuperauerit, prętereaq; pro occaſione oblata fuerint, etiã in ſingulis, ſuam naturã ſeruant, & tumorẽ excitant. At vbi occaſionẽ exceſſerint, cõtraria contingunt. Omnia medicamẽta ſunt, quę pręſentẽ ſtatum dimouent, valẽtiora autẽ omnia immutant. Licet autẽ, ſiquidem velis, medicamento tranſmouere, ſin minùs, cibo. Ægrotãti verò omnia è præſenti ſtatu dimouens opẽ fert. Niſi enim quod morbũ facit dimoueris, augetur. In morbis debilibus medicamẽta natura valentia minimè ſunt exhibenda, neq; imbecillitas medicamẽti paucitate metionda eſt. Sed in valentibus natura, valentibus medicamentis vtendũ, debilibus verò non valentia medicamẽta danda. Neq; medicamentũ tranſmutandũ eſt, ſed ſingulis ſecundũ ſuam naturã exhibendũ, ita vt debilibus quidẽ, debilia natura medicamenta, valẽtibus verò morbis, valentia natura medicamenta exhibeãtur. Morbi autẽ per eam partẽ cui maximè vicini eſſe ſolẽt, educendi. Per eã autẽ partẽ qua ſingulis quàm proximus eſt exitus, educi debẽt. Hæc aluũ ſubducũt, quæcunq; lubricant & incidũt, & quæcunq; in calidis attenuãtur. Vẽter enim calidus eſt, & reliqua quę ſalſa ſunt, & quæ ex his plurimũ habent. Minimè autẽ aluum ſubducunt, ſed ſiſtunt, quæcunq; flatum exhibẽt. Humida enim reſiccata flatũ pariunt, quæq; adſtringũt, & quæ calore cõcreſcunt, friabilia ſunt & ſicca. Quæcũq; autẽ foris extenuant, ea omnia intro aſſumpta tumefaciũt, eademq; roborant & tumorẽ inducũt, quæq; aluum ſubducẽtia extenuãt, eadem calefaciũt. Ad hæc verò etiã acida pituitoſa ſunt. Quæcunq; autẽ ventrẽ refrigerãt, eadẽ aluũ ſubducũt, & quæ frigida ſunt, & humida, cùm verò aluũ minimè ſubducũt, calefaciũt. Calida autẽ in ventrem aſſumpta, citò etiam refrigerant. Quæ verò aluũ non mouẽt, in ventre calida exiſtunt. Ex his quę plenitudinem inducunt, maximè tumefaciunt. Quæ verò plurima ingeſta plenitudinem non faciunt, ea aluum deiiciunt. Ars ſanè Medica iam mihi tota inuenta eſſe videtur, quæ ſic comparata eſt, vt ſingulas & conſuetudines, & temporum

κρατέωσιν, ἀποχωρήσιές τε ποιέουσι καὶ ἄλλας κακίας. [115] ὁπότε δὲ ὁ προσφέρεται τοῦτο μεταλλάσσεται, ἀνάγκη καὶ τὸ προσφερόμενον μεταπρέπεσθαι. τὸ γὰρ σῶμα μεταπεπτωκόμενον νικώμενον καὶ ὀλιγοεργές ἐστι, καὶ ἀπὸ παντὸς τὰς παλιγκοτίας παρέχει. τοῦτο δὲ ποιεῖ καὶ τὰ ὑποχωρητικὰ καὶ τὰ θάλλειν ποιέοντα, ἰσχναίνοντα τὸ σῶμα ποιέουσι. καὶ τἄλλα πάντα [116] τὰ ὑπεναντία τούτοισι παρέχονται. ἡ δὲ ἰητρικὴ ὀλιγοκαιρός ἐστι. καὶ ὃς τοῦτο ἐπίσταται ἐν φρονήσει καθέστηκε. καὶ ἐπίσταται [117] τὰ εἴδεα, καὶ τὰ μὴ εἴδεα, ἃ μή ἐστιν ἐν ἰητρικῇ ὁ καιρὸς γνῶναι. [118] ὅτι τὰ ὑποχωρήματα οὐχ ὑποχωρητικὰ γίνεται. καὶ τἄλλα ὁμοίως ὑπεναντία ἐστι. καὶ τὰ ὑπεναντιώματα οὐχ ὑπεναντιώματα. ὁ δὲ καιρὸς οὗτος ἐστι, τὰ σιτία προσφέρειν, ὅσων μέλλει τὸ σῶμα προσφερόμενον τὸ πλῆθος κρατέειν. ὥστ' ἢν μὲν οὕτω ποιέῃ, πᾶσα ἀνάγκη τὸ ὑποχωρητικὸν σιτίον προσφερόμενον ὑποχωρητικὸν εἶναι. καὶ τὸ φλεγματῶδες, φλεγματῶδες. ἢν κρατέῃ οὖν τὸ σῶμα τῶν σιτίων, οὔτε νοῦσος, οὔτε ὑπεναντίωσις γίνεται τῶν προσφερομένων. καὶ οὗτος ὁ καιρός ἐστιν ὃν δεῖ τὸν ἰητρὸν εἰδέναι. ἐπὴν δὲ τὸν καιρὸν ὑπερβάλλῃ, τὸ ὑπεναντίον γίνεται. [119] καὶ πρὶν ὑπερπεσεῖν οἴονται ἔχειν καὶ τὸ θερμαίνεσθαι. ἕως μὲν γὰρ ἂν τὸ σῶμα τοῦ προσιόντος κρατέῃ, τρέφεται τὸ σῶμα. [120] ἐπὴν δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν ὑπερβάλλῃ, τὸ ὑπεναντίον γίνεται, ἰσχναίνεται γάρ, καὶ τἄλλα πάντα δὲ τὰ φλεγμαίνειν ποιεῦντα, ἕως μὲν ἂν κρατέῃ τὸ σῶμα, ἔτι τε πρὸς τὸν καιρὸν, καὶ τὰ κατὰ φύσιν ποιέουσιν ἕκαστον. τὰ φλεγματώδεα φλεγμαίνειν. ἐπὴν δὲ ὑπερβάλλῃ τὸν καιρόν, τὰ ὑπεναντία γίνεται. πάντα φάρμακά εἰσι τὰ μετακινέοντα τὸ παρεόν. πάντα δὲ τὰ ἰσχυρότερα μετακινέουσιν. ἔξεστι δὲ, ἢν μὲν βούλῃ, φαρμάκῳ μετακινέειν. [121] ἢν δὲ μὴ βούλῃ, σιτίῳ. ἅπαντα δὲ νοσέοντι μετακινέειν ἐκ τοῦ παρεόντος ἀρήγει. ἢν γὰρ μὴ μετακινήσῃς τὸ νοσέον, αὔξεται. φάρμακα οὐ χρὴ τὰ ἰσχυρὰ φύσει ἐπὶ τῶν ἀσθενέων νοσημάτων διδόναι, ὀλιγότητι τοῦ φαρμάκου ἀσθενέα ποιεῦντα. ἀλλὰ τοῖσι μὲν ἰσχυροῖσι φύσει, φαρμάκοις ἰσχυροῖσι χρῆσθαι, τοῖς δ' ἀσθενέσι, φαρμάκοις μὴ ἰσχυροῖσι. μηδὲ τὰ ποιεῦντα τὸ φαρμακὸν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν ἑκάστοισιν. τοῖσι μὲν ἀσθενέσι, ἀσθενῆ φάρμακα φύσει. τοῖσι ἰσχυροῖσι νοσήμασιν, ἰσχυρὰ φύσει τὰ φάρμακα. τὰ δὲ νοσήματα [123] ᾗ πλησιαίτατα πέφυκεν ἐξάγειν. ταύτῃ δ' ἐξάγειν ᾗ ἑκάστῳ ἔξοδος ἐγγυτάτω. Τὰ ὑποχωρητικὰ τοιάδε ἐστὶν ὅσα ὀλισθηρὰ καὶ τμηματώδεα. καὶ ὅσα ἐν τοῖσι θερμοῖσι λεπτύνονται. ἡ γὰρ κοιλίη θερμή ἐστι. καὶ τἄλλα τὰ ἁλμυρὰ καὶ ὅσα τῶν τοιούτων πλεῖστον ἔχουσι, τὰ δ' οὐ διαχωρητικά, ἀλλὰ στάσιμα, ὅσα φῦσαν παρέχουσι. τὰ γὰρ ὑγρὰ ξηραινόμενα φῦσαν ποιέουσι. καὶ τὰ στύφοντα. καὶ τὰ ὑπὸ θερμοῦ πηγνύμενα, καὶ τὰ ψαθυρὰ, καὶ τὰ ξηρά. πάντα δὲ τὰ ἐκτὸς φλεγμαίνειν ποιέουσι προσφερόμενα, ἅσσα τὰ ἐντὸς ἰσχναίνουσι. ταῦτα δὲ καὶ ἰσχυρότερά ἐστι καὶ φλεγματώδεα. καὶ τὰ ὑποχωρητικὰ ἰσχναίνοντα θερμαίνουσι τὰ τοιαῦτα. ἔτι δὲ τὰ ὀξέα καὶ φλεγματώδεα. πάντα δὲ τὰ ψύχοντα τὰ ἐν τῇ κοιλίῃ. τὰ δὲ τοιαῦτα ὑποχωρητικά ἐστι. καὶ τὰ ψυχρὰ καὶ τὰ ὑγρά. ὁπόταν δὲ μὴ ὑποχωρητικὰ ἔωσι θερμαίνουσιν. ψύχουσι δὲ καὶ τὰ θερμὰ ἐς τὴν κοιλίην προσφερόμενα [124] καὶ ταχύ, διαχώρησιν δὲ μὴ ποιεύμενα θερμά ἐστιν ἐν τῇ κοιλίῃ. τούτων ὅσα πλησμονὴν ποιεῖ, μάλιστα φλεγματώδεά ἐστιν. ἃ δὲ πλεῖστα προσφερόμενα, οὐ ποιεῖ πλησμονὴν, διαχωρητικά. ἰητρικὴ δή μοι δοκέει ἤδη ἀνευρῆσθαι ὅλη, ἥτις οὕτως ἔχει, ἥτις διδάσκει ἕκαστα καὶ τὰ ἔθεα,

καὶ τοὺς

τοῦ καιροῦ· ὅς γὰρ οὕτως ἰητρικὴν ἐπίσταται, ἐλάχιστα τὴν τύχην ἐπιμένει. ἀλλὰ καὶ ἄνευ τύχης, καὶ ξὺν τύχῃ εὖ ποιηθείη ἄν. βέβηκε γὰρ ἰητρικὴ πᾶσα, καὶ φαίνεται τῶν σοφισμάτων τὰ κάλλιστα ἐν αὐτῇ συγκείμενα, ἐλάχιστα τύχης δεῖσθαι. ἡ γὰρ τύχη αὐτοκρατὴς καὶ οὐκ ἄρχεται. οὐδ' ἐπ' εὐχῇ ἐστιν αὐτὴν ἐλθεῖν. ἡ δ' ἐπιστήμη ἄρχεταί τε καὶ εὐτυχής ἐστιν, ὁπόταν βούληται ὁ ἐπιστάμενος χρῆσθαι. ἔπειτα τί καὶ δεῖται ἰητρικὴ τύχης; εἰ μὲν γὰρ ἐστὶ τῶν νοσημάτων φάρμακα σαφῆ, οἶμαι, οὐκ ἐπιμένει τὴν τύχην, τὰ φάρμακα ὑγιᾶ ποιῆσαι τὰ νοσήματα, εἴπερ ἐστὶ τὰ φάρμακα. εἰ δὲ σὺν τῇ τύχῃ δίδοται ὠφελεῖ, οὐδὲν μᾶλλον τὰ φάρμακα ἢ καὶ τὰ μὴ φάρμακα σύν γε τῇ τύχῃ ὑγιᾶ ποιέουσι προσφερόμενα τοῖσι νοσήμασιν. ὅς τις τὴν τύχην ἐξ ἰητρικῆς, ἢ ἐξ ἄλλου τινὸς ἐξελάσει, φάμενος τοὺς καλῶς τι πρῆγμα ἐπισταμένους χρῆσθαι τύχῃ, τὸ ὑπεναντίον δοκέει μοι γινώσκειν. ἐμοὶ γὰρ δοκέουσι μοῦνοι καὶ ἐπιτυγχάνειν καὶ ἀτυχεῖν οἱ καλῶς τι καὶ κακῶς πρῆξαι ἐπιστάμενοι. ἐπιτυγχάνειν τε γὰρ τοῦτ' ἐστι, τὸ καλῶς ποιέειν. τοῦτο δὲ οἱ ἐπιστάμενοι ποιέουσιν. ἀτυχεῖν δὲ τοῦτ' ἐστὶν, ὃ ἂν τις μὴ ἐπίσταται, τοῦτο μὴ καλῶς ποιέειν. ἀμαθὴς δὲ ἐὼν, πῶς ἂν ἐπιτύχοι; εἰ γὰρ τι καὶ ἐπιτύχοι, οὐκ ἂν ἀξίως λόγου τὴν ἐπιτυχίην ποιήσαιτο. ὁ γὰρ μὴ καλῶς ποιέων οὐκ ἂν ἐπιτύχοι, τἄλλα τὰ εἰκότα μὴ πρήσσων. Τὰ γυναικεῖα νοσήματα καλεύμενα αἱ ὑστέραι πάντων τῶν νοσημάτων αἴτιαί εἰσιν. αὗται γὰρ ὅπῃ ἂν ἐκ τῆς φύσιος μεταχωρήσωσι νούσους παρέχουσιν, ἤν τε προέλθωσιν, ἤν τε παραχωρήσωσιν. καὶ ὅταν μὲν μὴ βάλλουσαι τὸ στόμα αἱ μῆτραι καὶ μὴ ψαύουσαι τοῦ κρημνοῦ μετακινηθῶσιν ἔσω ἔξω, σμικροτάτη νοῦσός ἐστιν. ἐπὴν δὲ προσκινηθέωσιν ἐς τὸ ἔμπροσθεν καὶ ἐμβάλλωσι τὸ στόμα ἐς τὸν κρημνόν. πρῶτον μὲν ψαύουσα, πόνον παρέχει. εἶτα ἀποφραχθεῖσα ἡ μήτρη καὶ ἐπιπωμασθεῖσα ὑπὸ τῆς ἐμβλήσεως, τῆς ἐς τὸν κρημνὸν, οὐ γίνεται ῥόος τὰ καταμήνια. τοῦτο δὲ συνιστάμενον οἶδός τε καὶ ὀδύνην παρέχει. καὶ ἢν μὲν κάτω κατελθοῦσα καὶ ἀποστραφεῖσα ἐμβάλλῃ ἐς τὸν βουβῶνα, ὀδύνην παρέξει. ἢν δὲ ἄνω ἐπαναχωρήσασα ἀποστραφῇ καὶ ἀποφραχθῇ, καὶ οὕτω διὰ τὴν ἀραιότητα νοῦσον παρέχει. ὁπόταν δὲ διὰ τοῦτο νοσέῃ, ἐς τὰ ἰσχία καὶ τὴν κεφαλὴν ὀδύνην ποιέει. ὁπόταν δὲ αἱ μῆτραι πληρωθεῖσαι συνοιδήσωσιν, οὐ ῥεῖ οὐδὲν, καὶ πλέαι γίνονται. ἐπὴν δὲ πλέαι γένωνται, ψαύουσι δὲ τῶν ἰσχίων, ὀδύνας παρέχουσι καὶ ἐς τὰ ἰσχία καὶ τὸν βουβῶνα. καὶ οἷον σφαῖραι ἐν τῇ γαστρὶ ὑποστρέφουσι. καὶ τὴν κεφαλὴν πονέουσι, τοτὲ μὲν ἐς τὸ ἕτερον μέρος, τοτὲ δὲ ὅλην. οἵη γὰρ καὶ ἡ νοῦσος. ὧδε δὴ ταῦτα ἰητρευτέον. ἢν μὲν προέλθῃ μοῦνον καὶ ᾖ ἐξαλείφειν, χρῶ ὅτῳ ἂν βούλῃ τῶν κακοδμέων, ἢ κέδρῳ, ἢ μυσσωτῷ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν βαρυτέρων καὶ κακὸν ὀζομένων, καὶ κάπνιζε, καὶ μὴ πυρία, μηδὲ σιτίῳ, μηδὲ ποτῷ οὐρητικῷ χρῶ τοῦτον τὸν χρόνον, μηδὲ λοῦε θερμῷ. ἢν δὲ ἀναχωρήσῃ καὶ μὴ ἀπεστραμμένη ᾖ, τοῖσιν εὐόδμοισι προσθέτοισι χρῶ, ὅσα ἀναθερμαίνουσιν ἅμα. τοῖσι δὲ τοιοῖσδε, εἴτε σμύρνῃ, ἢ μύρῳ, εἴτε ἄλλῳ τινὶ εὐόδμῳ καὶ θερμαίνοντι ἅμα. τοιούτοισι προσθέτοισι χρῶ, καὶ πυρίαν οἴνῳ κάτωθεν, καὶ θερμῷ ὕδατι λούειν, καὶ διουρητικοῖσι χρῶ. τὸ δὲ δῆλόν ἐστιν, ἢν μὴ ἀποστραφῇ ἀνακεχωρηκυῖα, ῥεῦμα γίνεται. ἢν δὲ ἀπεστραμμένη ᾖ, οὐ γίνεται ῥόος τὰ καταμήνια καλεύμενα. τοῦτο τὸ νόσημα πυρίῃ πρῶτον τοιῇδε χρὴ ἰᾶσθαι, ἐς οἶνον ἐρινεὰ ἐμβάλλοντα θερμαίνοντα τοῦτο προσθέντα σικυωνίην,

occaſiones doceat. Qui enim hoc pacto artis Medicę cognitionem habet, is minimum ex fortuna pendet; ſed & citra fortunam, & cum fortuna, rectè eam adminiſtrabit. Firma enim eſt ars tota Medica, eiuſque præceptiones ex quibus cõſtat pulcherrimæ, fortuna minimùm indigere videntur. Sui enim iuris eſt fortuna, nullius imperio paret, neq; fœlici ſucceſſu caret, ſi quis ea inſtructus vti volet. Deinde quanã in re Medicina fortunæ indiget? Si quidẽ explorata ſunt morborum medicamenta, quemadmodũ reor, ea vt morbis ſanitatem adferant, minimè fortunã morantur, ſi quidem medicamẽta ſunt. Quòd ſi cum fortuna ea exhibere iuuat, non magis medicamenta, quàm quæ talia non ſunt, vna quidem cum fortuna morbis oblata ſanitatem reſtituunt. At verò quiſquis fortunã ex arte Medica, aut quouis alio negotio penitus eiicit, negátque eos qui probè aliquid nouerũt, fortuna vti, is mihi cõtra quàm debet ſentire videtur. Ij enim ſoli vel ſucceſſu potiri, vel eo fruſtrari vidẽtur, qui rectè quid vel malè facere nouerũt. Eſt enim proſperè ſuccedere rectè facere, quod faciũt, qui ſciunt. At verò ſucceſſu fruſtrari, eſt cùm quis quod minimè ſciat, id nõ rectè faciat. Ignaro enim quomodo proſperè ſuccedere queat? Quòd ſi quid etiam ex animi ſententia ſucceſſit, nõ magni certè faciendũ ſucceſſum habebit. Nã qui nõ rectè facit, huic ex animi ſententia ſuccedere non poterit, cùm reliqua quæ ſunt cõſentanea nõ faciat. Morborum omnium, qui muliebres vocantur, vteri in cauſa ſunt. Hi enim quocunq; è ſede naturali moti fuerint, morbos afferunt, ſiue foras proceſſerint, ſiue intrò ceſſerint. Et quando quidem vteri non demiſſo ſuo oſculo, neque muliebris pudendi labra attingentes, foras emoti fuerint, leuiſſimus eſt morbus. Vbi autem demiſſo in pudendi labra oſculo, in anteriora proceſſerint, primùm quidem ipſo contactu dolorem exhibet, deinde obturato vtero & obducto, ex eo quod in pudendi labra ſe immittit, profluuium menſtruum non contingit, quod vbi collectum fuerit, tumorem & dolorem præbet. Ac ſiquidem inferiora petat, & auerſus ad inguina incumbat, dolorem afferet. Quòd ſi ſurſum ſe recipiens, auerſus & occluſus fuerit, ſic quoque propter raritatem morbum adfert, & vbi ex eo ægrotarit, ad coxendices & caput dolorem immittit. Cùm verò repleti vteri in tumorem ſublati fuerint, nihil effluit, & pleni euadunt. Quod vbi euenit, coxendices contingunt, & ad coxendices & inguina dolorem adferunt, ac tanquam pilæ in ventre diſcurrunt, caputque dolore afficiunt, modò quidem altera parte, modò verò totũ, qualis etiam morbus contingit. Hæc ſanè hoc modo curanda ſunt. Siquidẽ ſolũ foras proceſſerit, vt inungere liceat, quocunq; voles ex graueolentiũ genere vtitor, aut cedro, aut pulmẽto ex allij aut cepæ intrito (quod *myſſotos* dicitur) aut alio quodam ex grauiter & malè olentibus, & ſuffito, miniméq; foueto, neq; cibũ aut potum vrinam cientem hoc tempore exhibeto, neq; calida lauato. Quòd ſi retrò ceſſerit minimèq; auerſus fuerit, bene olentibus ſubdititiis medicamentis, quæ vna calefaciant, vtitor, veluti myrrha, aut vnguento, aut alio quodam odorato ſimulq; calefaciẽte. His ad vuluam appoſitis vtitor, ſubterq; ex vino fomentum adhibeto, & calida lauato, vrinamq; ducentia adhibeto. Inde autem conſtat ſi auerſus non fuerit cùm ſe ſurſum receperit, fluxus cõtingit. Quod ſi auerſus fuerit, fluxus non fit menſtruus appellatus. Hic morbus primùm huiuſmodi fomento curandus. Immiſſis in vinũ ficubus immaturis, ipſum calefacito, cucurbita

ad os vaſis in quo calefit, ad hunc modum appoſita. Cucurbita media diſſecta & repurgata, ſummaq; eius parte parũ reſciſſa, velut in vtriculis fieri aſſolet, ipſum veluti cooperculo circumtegito, quò odor per anguſtum immiſſus, ad vterum pertingat, & calida perfundito medicamentisq; calidis ſubdititiis vtitor. Ex his autem quæ ſupra relata ſunt, calefaciunt quæ educũt, & quæ ſunt huiuſmodi, ſtercus bubulum, fel bubulũ, myrrha, alumen, galbanum, & ſi quid aliud id genus. Harum quamplurimis aluum etiam medicamentis deorſum purgãtibus ſubducito, debilibus quæ vomitum faciunt, vt ne ex immodica purgatione euacuatio contingat. Peſſos autẽ ſubdititios ſi valentes deſideras, ſic conficito. In mel ſemicoctũ ex medicamentis appoſititiis præſcriptis immitte quæ educere poſſunt, & cùm immiſeris, glandulas ad earum inſtar quę in ſedem immittuntur efformato, eaſq; longas & tenues fingito. Deinde mulieri ſupinæ, in lectulũ à pedibus altiùs inſtratum reclinatæ, glandulã apponito, & panniculo illigatam aut alia re conſimili calefacito, dum colliqueſcat. Quòd ſi debilioré glandulã apponere voles, in tenue linteum obligato. At ſi humore plenis vteris oſculum intumeſcat, & menſium ſuppreſſionem præbeant, fluxum medicamentis ſubdititiis procurando curare oportet, & fomentis (vt dictũ eſt) ſic adhibitis, vt in priore fluxus ſuppreſſione. Quinetiam ſi anteriorem in partẽ progreſſus vterus auerſus fuerit, fluxionẽ cõcitare, velut in ſuperiore mẽſium ſuppreſſione oportet. Cùm verò profluuiũ nimiũ fuerit, neq; calida, neq; alio quopiã calefacere oportet, neq; vrinam mouentibus, neq; aluũ ducentibus cibis vtendũ. Lectus à pedibus altior ſternendus, vt ne declinatio profluuio faciliorẽ viam præbeat, ſimulq; adſtringentibus peſſis ſubdititiis vtitor. Profluuia verò, ſi quidem ſubito purgatio proceſſerit, confeſtim ſubcruenta fiunt, ſi verò tardiùs prodierit, purulenta. Ex iunioribus ferè ſubcruenta prodeunt, ſeniores autem, mucoſos magis appellatos menſes habent.

πρὸς τὸ στόμα τοῦ τεύχεος ἐν ᾧ ἂν θερμαίνηται ὧδε ποιήσας. σικυωνίην μέσην διατεμὼν ἐκκενώσας, τὸ ἄκρον ἀποτεμὼν σμικρὸν, ὡς ἐπ' ἀσκίου τὸν πυθμένα ποιῆσαι, ὅπως ἡ ὀδμὴ διὰ τοῦ στενοῦ ἰοῦσα πρὸς τὰς μήτρας ἀφίκηται, καὶ θερμῷ ὕδατι αἰονᾶν, καὶ φαρμάκοισι θερμαίνουσι χρῆσθαι προσθετοῖσι. θερμαίνοντα δή ἐστι τὰ ἄγοντα τῶν προσθέτων. τὰ δὲ τοιάδε. βόλβιτον, χολὴ βοός. σμύρνα. στυπτηρία. χαλβάνη. καὶ ἄλλο, ὅ τι τοιοῦτόν ἐστι. τούτων ὡς πλείστοισι καὶ ὑποκαθαίρειν ἐλατηρίοισι φαρμάκοισι κάτω, τοῖς δὲ ἔμετον ποιέουσιν, ἀσθενέουσιν, ὅπως μὴ ἰσχνὸς γένηται ἐκ τῆς ὑποκαθάρσιος. τὰ δὲ προσθετὰ, ὧδε χρὴ ποιεῖν ἢν βούλῃ ἰσχυρὰ ποιεῖν. μέλι ἡμίεφθον ποιέων ἐμβάλλειν γεγραμμένων προσθέτων τῶν ἄγειν ποιεύντων. καὶ ἐπὴν ἐμβάλῃς ποίησον ὥσπερ τὰς βαλάνους τὰς πρὸς τὴν ἕδρην προστιθεμένας. μακρὰς δὲ ποίει καὶ λεπτὰς ταύτας. τὴν δὲ γυναῖκα ὑπτίην κατακλίνας ἄνω τοὺς πόδας ποιήσας τῆς κλίνης τοὺς πρὸς ποδῶν. ἔπειτα προσθεὶς καὶ θερμαίνειν ἐν ῥακίῳ ἄλλῳ τῳ, ἕως ἂν καταστῇ. ἢν δὲ ἀσθενέστερον βούλῃ τὸ πρόσθετον προστιθέναι, ἐς ὀθόνιον ἐνδέειν. καὶ ἢν ὑγρότητος ἔμπλεαι οὖσαι αἱ μῆτραι τὸ στόμα οἰδίσκωσι, καὶ ἀρροίην παρέχωσι, ῥόον χρὴ ποιέοντα ἰᾶσθαι προσθετοῖσι φαρμάκοισι, καὶ πυριῶντα ὡς γέγραπται οὕτω ποιεῦντα, ὥσπερ καὶ τὴν πρόσθεν ἀρροίην. καὶ ἢν ἐς τὸ ἔμπροσθεν προχωρέουσα ἀποστραφῇ ῥόον χρὴ ποιέειν ὥσπερ ἐπὶ τῆς προτέρης ἀρροίης. ὅταν δὲ ῥόος ᾖ λίην, οὔτε θερμαίνειν χρὴ θερμῷ ὕδατι, οὔτ' ἄλλῳ οὐδενί. οὔτε οὐρητικοῖσι χρῆσθαι. οὔτε σιτίοισι διαχωρητικοῖσι. τῆς γὰρ κλίνης τὰ πρὸς ποδῶν ὑψηλότερα ἔστω, ὡς μὴ ἡ κατάκλισις ὄρθιος ᾖ. καὶ προσθετοῖσιν ἅμα τοῖς στύφουσι χρῆσθαι. οἱ δὲ ῥόοι ὁπόταν μὲν αὐτίκα ἴσχηται ἡ κάθαρσις, αὐτίκα ὑφαιμώδεες γίνονται. ὁπόταν δὲ παλαιὸν ᾖ, πυώδεες. καὶ τῇσι νεωτέρῃσιν ὕφαιμα μᾶλλον. αἱ δὲ πρεσβύτεραι, μυξώδεα μᾶλλον ἔχουσι τὰ καταμήνια καλεόμενα.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΥΓΡΩΝ ΧΡΗΣΙΟΣ.

HIPPOCRATIS DE LIQVIDORVM VSV, LIBER.

AQVA ad potum accommodata, ſalſa, mare. Potui quidem apta, ad officinam Medicam optima. Ad ferramenta enim & æramenta optima, & ad plurima inueterata medicamenta conuenientiſſima. At corpori admota, aut humectat, aut refrigerat, aut calefacit. Potu verò ad nullum alium vſum vtilis eſt aut noxia. Si potabili modica cum ſpongia vtaris, ad oculos eſt optima. Calidæ aſperſione ipſa ſumma cuticula exulceratur. Fotus corporis totius, aut partis. Cutis duræ emollitio, intenſæ relaxatio, neruorum, carniũ, ſuccorum effuſio, ſudoris diſceſſus, prolutione humectare, velut nares, veſicam, flatus, carne implere, tenerum reddere, liquefacere, imminuere, colorẽ reuocare, colorẽ diſſipare. Somnum conciliat capiti affuſa & aliis partibus. Conuulſiones, diſtẽtiones lenit, auris, oculorũ dolores obtundit, & quæ ſunt eiuſcemodi. Frigida calefacere, velut pix, vlcerib. præterquã ex quib. ſanguis effluit, aut effluxurus videtur, fractis, luxatis, reliquis quib. per lintea Medicus medetur, capitis grauitati. In vnoquoq; quod moderatũ, ne vltra

ὝΔΩΡ ποτὸν. ἁλμυρὸν, θάλασσα. ποτὸν μὲν, κατ' ἰητρεῖον κράτιστον, καὶ γὰρ σιδηρείοισι, καὶ χαλκείοισι κράτιστον. καὶ φαρμάκοισι τοῖσι πλείστοισι παλαιουμένοισι κοινότατον. ἐς δὲ χρῶτα γνῶναι δεῖ, ὅτι τοῦτο ἢ τέγξει, ἢ ψύξει, ἢ θερμαίνει, ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ ὠφελέει, ἢ βλάπτει ποτόν. ὅσα ὀλίγου ποτοῦ σπόγγῳ χρῆσθαι ἄριστον ὀφθαλμοῖσιν. αὐτὸ τὸ δέρμα ἑλκοῦται, θερμοῦ αἰονήσει. πυρίη τοῦ σώματος ἅπαντος ἢ μέρεος, δέρματος σκληροῦ, μάλθαξις. συντεταμένων, χάλασις. νεύρων, σαρκῶν ἐκχύμωσις. ἱδρῶτος ἄφοδος, ὑγρῆναι προσκλύσει δὲ ῥῖνας, κύστιν, φύσας. σαρκῶσαι. ἁπαλῦναι. τῆξαι. μινυθῆσαι χροιὴν ἀνακαλέσαι, χροιὴν ἀνασκεδάσαι. ὑπνωτικὸν καὶ κατὰ κεφαλῆς καὶ ἄλλων. σπασμῶν, τετάνων παρηγορικόν. ὀδύνας κουφοῖ, ὤτων, ὀφθαλμῶν. ὅσα τοιαῦτα. τὰ ψυχρὰ, θερμαίνει, οἷον πίσσα ἕλκεσι, πλὴν τοῖσιν αἱμορραγέουσιν, ἢ μέλλουσι. κατήγμασιν. ἐκπτώμασι. τοῖσιν ἄλλοισι, οἷσιν αἱ ὀθόνια ἰητρός. καρηβαρίῃ. τὸ μέτριον ἑκάστῳ μὴ προσιὸν,

οἶδα

οἶδε μὲν βασανίζειν, οἷσι δὲ τὸ θερμὸν τῇ χειρὶ διὰ ὑπερβολῆς ἐφ' ἑκάτερα, ὡς ἀμφοῖν μὴ ἁμαρτάνειν, συμβαλλόμενος ταῖς βλάβαις, ἢ ταῖς ὠφελείαις. οἷσι δὲ χλιαροῦ. διὸ ἢ τοῖσι βλάβησιν, ἢ τοῖσιν ὠφελείῃσι κἢν ὦσι, χρῆσθαι μέχρι τοῦ ὠφελέοντος ἢ μέχρι τοῦ βλάπτοντος. τέγξις μὲν οὖν, ἀσθενές. ψύξις δὲ καὶ θάλψις, ἰσχυρόν, ὡς ἐξ ἡλίου. τὸ δὲ ψυχρὸν, θερμὸν ἐὸν ὡς ποτὸν ἀσθενέοντι. ἀλλὰ τὸ μὲν θερμὸν, μὴ προσωτέρω χεῖν, κρίνειν δὲ αὐτὸς, πλὴν τοῖσιν ἀφώνοισιν, ἢ παραπληγικοῖσιν, ἢ ναρκώδεσιν, ἢ οἷα ἐπὶ τρώμασι, καταψυχομένοισιν, ἢ ὑπεροδυνέουσι. τούτοισι δὲ αἰσθάνεται. λάθοις γὰρ ἂν κατακαύσας. καὶ τὰ ἐκπτώματα δὲ τὰ βαθέα, καὶ τὰ μεγάλα. ἤδη καὶ πόδες ἀπέπεσον καταψυχθέντες, ἐκ καταχύσιος θερμοῦ. ἀλλὰ τούτοισιν ὁ τοῦ καταχέοντος χρὼς, κριτὴς καὶ ψυχροῦ δὲ ὡσαύτως. τούτων δὲ αὐτῶν τὸ ὀλίγον ἑκατέρου, ἀσθενές· τὸ δὲ πολὺ, ἰσχυρόν. ἀλλὰ μὴν ἐᾶν μέχρι γένηται οὗ ἕνεκα ποιέεται· τὸ ἔσχατον προσποιέειν, πρὶν γενέσθαι. τούτων δὲ ἑκατέρων βλάπτει. βλάπτει δὲ τὸ θερμὸν πλέον χρεωμένοισι· σαρκῶν ἐκθήλυνσιν, νεύρων ἀκρατείαν, γνώμης νάρκωσιν, αἱμορραγίας, λειποθυμίας ταύτας ἐς θάνατον. τὸ δὲ ψυχρὸν, σπασμούς, τετάνους, μελασμούς, ῥίγεα πυρετώδεα· αἱ μὲν μετριότητες ἐκ τούτων. τὰ δὲ ἄλλα βλάπτει καὶ ὠφελέει τὰ εἰρημένα, ἡδονῇσι, καὶ εὐφορίῃσι, καὶ ἀηδίῃσι, καὶ δυσφορίῃσιν αἳ καθ' ἓν ἕκαστον αὐτῶν ὁμολογέουσαι φαίνονται ὑμέες. σῶμα τὸ μὲν ἐν σκέπῃ εἰθισμένον, ὅτι ἀήθες, ὃ, ἥκιστα προσώτατω τοῦ οἰκείου θάλπεος. ἐλυπεῖται δὲ τοῦ ἀλλοτρίου ψύχεος, διὰ ταῦτ' ἄρα τῷ θερμῷ ἥδεται, καὶ φέρειν δύναται. ἐγκέφαλος καὶ ὅσα ἀπὸ τούτου, ψυχρῷ μὲν ἄχθεται. θερμῷ δὲ ἥδεται. καὶ ἢν ἄρα ἢ ψυχρότερον καὶ στερεώτερον φύσει καὶ προσωτάτω οἰκείου θάλπεος. καὶ πλεῖστα αὐτῶν. διὰ τοῦτο ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροισι, τὸ ψυχρὸν πολέμιον. τὸ δὲ θερμὸν φίλιον. ὅτι ἀπὸ τούτων σπασμοί, τέτανοι, ῥίγεα πυρετώδεα. ἃ τὸ μὲν ψυχρὸν ποιέει. τὸ δὲ θερμὸν, παύει. διὰ τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, ἡδοναί καὶ προσκλήσιες, ἀπὸ δὲ τοῦ ψυχροῦ ἀλγηδόνες, καὶ ἀποτρέψιες. διὰ τοῦτο ὀσφῦς, στῆθος, νῶτον, ὑποχόνδρια, μᾶλλον ψυχρῷ ἄχθεται. θερμῷ δὲ ἥδεται καὶ φέρειν δύναται. διὰ τοῦτ' ἄρα ὀσφὺς νῶτον, στῆθος, ὑποχόνδρια, τὰ ἐναντία πέπονθεν, ὅτι ἐναντία. διὰ τοῦτ' ἄρα τούτῳ τῷ χωρίῳ ἀσώδεις ἐν ταῦθα χρεωμένοισι τῷ θερμῷ. τὸ δὲ ψυχρὸν παύει. διὸ τοῦτ' ἄρα ποτῷ ψυχρῷ ἥδεται. διὰ τοῦτ' ἄρα βρώμασι τοῖσι θερμοῖσιν ἥδεται. διὰ τοῦτ' ἄρα τὸ κατὰ τῶν ἄκρων ἐν λειποθυμίαις, τὸ ψυχρὸν καταχεόμενον, ὠφελέει. οἷα δὲ τὰ ὄπισθεν τῶν ἔμπροσθεν τὸ θερμὸν μᾶλλον ἀνέχεται, τὰ εἰρημένα αἴτια. οἷα δὲ καὶ τὰ ψυχρὰ ὀρθῶς. τά τε γὰρ ἄκρα ἔμπροσθεν καὶ οὐκ ἐν σκέπῃ εἰθισμένα. ὥσπερ τὸ εἴσω τοῦ ἔξω. μνηστέον δὲ καὶ οἷα ἑκάτερον ἐφ' ἑκάτερον τοῦ σώματος κρέσσον τοῦ δέρματος τοῦ ἔξω, οἷα συνεχὲς τε ἑωυτῷ καὶ νεύρῳ ἐναίμῳ διὰ τὸ ἔξω τοῦ οἰκείου θερμοῦ. ἐν τῷ ἔξω ψυχρῷ εἶναι, ἐπ' ἀμφοῖν πυκνὰ κρατέεται, καὶ ἑκατέρων πυκνὰ δεῖται. πυκνὰ δὲ μᾶλλον θερμοῦ ἐς ἡδονήν. πάσχει δὲ καὶ ἄκρα τοιοῦτο, ὥστε ταχέως ἐπαισθάνειν πολλῶν. βραδέως δὲ προτεροῦν ἐπαείρεται καὶ φλεβῶν ἄλλοι αἱ πρότερον καὶ ὕστερον. οὕτως πάντα φαίνεται ὅκου τε ψύχεται ἄκρεα, ὅκου τε θερμαίνεται. ἐν κενεαγγείῃσιν. ἐν λειποθυμικοῖσιν. ἐκ κατὰ λόγον, εἰκότως ἄρα φλέβας, καὶ

exploremus, velut calidum corpori adhibitũ, exceſſu in vtramq; partem vitato; vt vtraq; ex parte minimè aberret, qui coniecturã ex eo quod nocet, aut non iuuat ſumpſerit, velut in tepida. Iis enim quæ lædunt aut iuuant, & ſi ſunt eiuſmodi, euſque vti conuenit, quoad iuuare vel lædere videantur. Madefactio igitur debile quid eſt, refrigeratio verò & calefactio validũ quid, velut ex Sole. At quæ calida eſt, frigida videtur; velut potabilis aqua ægrotanti. Verùm calida ne vlterius procedat, vt vrat. De his autem ipſi ægroto iudiciũ permittendum, præter quàm in voce defectis, aut leuiter ſyderatis, aut ſtupore affectis, aut velut in vulneribus perfrigeratis, aut vehemẽti dolore conflictatis. Iis verò hæc non ſentiuntur. Neque enim ſi aduras ſentiunt, vt nec profundas ac magnas luxationes. Iam verò etiam quibuſdam pedes perfrigerati deciderunt ex calidę affuſione. Verùm in his eius qui affundit cutis iudex eſto, ac ſimiliter in frigida. Harũ vtraq; modicè adhibita, debilis, copioſè verò, valida eſt. Verùm ſinere oportet, donec id cõtingat cuius gratia fiunt; priùs tamen deſinendũ quàm extremũ ſuccedat. Harum autem vtraq; noxiam adfert. Et calidæ copioſior vſus hæc parit incõmoda, carnium effœminationem neruorum impotentiam, mentis torporem, ſanguinis profuſiones, animi deliquia, ex quibus mors contingit. Frigida verò conuulſiones, diſtenſiones, nigrores, rigores febriles affert. Ac moderatus quidem horum vſus iuuat. Reliqua autem prædicta omnia lædere vel prodeſſe conſpiciuntur, ex voluptate & tolerandi facilitate, ex dolore etiam & ferendi moleſtia, quæ ſingula pro cuiuſq; confeſſione ad ſalubritatem conſentire videntur. Corpus quidem tegi ſolitum, quicquid minimè eſt aſſuetum & longiſſimè à familiari calore abeſt, alieno verò frigori eſt proximum, auerſatur, ideoq; calida delectatur & ferre poteſt. Cerebrũ quęq; ex eo oriuntur, frigida quidẽ offenduntur, calida verò delectantur, etiamſi natura ſit frigidius & ſolidius. Eã ob cauſam oſſibus, dentibus, neruis, frigida aduerſa eſt, calida verò grata, quoniã conuulſiones, diſtenſiones, rigores febriles, quos frigida creat, calida ſedat. Propterea etiam calida voluptates & illecebras facit, frigida verò dolores & auerſationes. Ob id lumbi, pectus, dorſum, præcordia, magis offenduntur frigida; calida verò gaudent, eamq; perferunt. Eam ſanè ob cauſam, lumbi, dorſum, pectus, præcordia, contraria perpetiuntur, quòd ſint cõtraria. Iccirco ſanè anxietatem hac in parte à calida obortã, frigida ſedat. Ideoq; etiam frigidæ potu gaudet, & cibariis calidis delectatur. Ideoq; ſanè in animi defectionibus, frigida ſummis partibus affuſa prodeſt. Quæ autem dicta ſunt, in cauſa ſunt, cur partes poſteriores calidam magis ferant quàm anteriores, quodq; etiam frigida rectè ferant. Extremæ etiam partes anteriores ſunt, & frigori externo aſſuetæ, neq; tegi ſolitæ, vt internæ. Sciendũ autem quod vtrunq; in vtraque corporis parte cuterm externam ſuperat, quæ cùm ſibi ipſi & neruo ſanguineo ſit continua, eò quòd extra proprium calorem in frigore externo verſatur, ab vtriſque frequenter ſuperatur, & vtrorumq; frequenter indiget, frequẽtiùs tamen calido ad voluptatem. Tale quiddam etiam partibus extremis contingit, ideoq; citò multa ſentiunt, tardè autem primum attolluntur. Ex venis etiã alias priùs, alias poſteriùs affici conſtat. Sic conſpiciuntur omnia vbi tum refrigerãtur extremæ partes, tum caleſiunt, in vaſorũ euacuationibus, in animi defectionibus. Neque citra rationem ſanè venas ſequuntur

quæ ex illis dependent,eaq́; primum calida calefacit, velut internas manus. At verò vlcera calida delectari,quod tegi ſint ſolita, omnium opinione conſtat. Neque ſanè iniuria ab altera moleſtia afficiuntur. Iure ſanè ipſæ etiam venæ,quòd ſint in calido. Iure ſanè ipſe etiam thorax, ipſeq; ventriculus à frigida ſuperatus vehementer ægrè fert, & lethaliter afficitur, ob maximam inſolentiam. Verùm plurimum abeſt ab eo vt patiatur, cùm ipſa indigentia huic ſit maximè propinqua. Iure itaque frigidæ potu gaudet. Sicq; omnia iſta inter ſe conſentiunt. Iam verò valde conſentaneum eſt, vt omnia in ſuperficie deſquamata & ambuſta,non admodum tegi ſolita, frigidam ægerrimè ferant,cùm citiſſimè ſuperentur. Quæque valde in profundo ſunt poſita, ſi ſuperentur, maxima vtique moleſtia afficientur, idque ſanè ſi natura neruoſa conſtent. Quòd autem imus venter calida delectari videatur,conſiderandus locus eſt. Quinetiam partes extremæ, & veſicæ, & vterus, & aliæ partes genitales denudatæ, ſuapte natura frigidiores ſunt quàm quis exiſtimet. Surſum enim non deorſum caliditas prorumpit. Iccirco calida delectatur, quòd poſt calidæ vſum corpus perfrigeratum magis frigeſcit, & poſt frigidæ vſum contractum magis recaleſcit. Velut aquam cùm refrigerare volumus calefacere oportet, vt ei tenuitatem conciliemus, cùm poſt calidi vſum magis indureſcat ac reſiccetur,non aliter quàm oculi poſt frigidæ vſum. Illud enim aeri ambienti eſt ſimile, hoc verò minimè. Aqua marina his qui pruritum ſentiunt, & ab acribus humoribus mordentur, tum lotione,tum fotu calida prodeſt,his quidem qui minimè aſſueti ſunt, moleſtiam quandam exhibet. Vlceribus autem ex ambuſtione & abraſione, & reliquis huiuſmodi aduerſatur. Puris verò eſt accommodata, & valet ad probè extenuandum, & ad piſcatorum vlcera, vt quæ neque ſuppurent, niſi attigeris, & ad prima fracturarum ſubligamina. Quinetiam depaſcentia vlcera ſedat ac ſiſtit, non ſecus ac ſal,ſalſugo,& nitrum. Hæc autem omnia parciore quidem vſu, adhibita, irritant, liberaliore verò, proſunt. Præſtat autem ad plurima calida. Acetum cuti & articulis admotum eandem habet cum aqua marina facultatem, potentiorem tamen perfuſione & fotu obtinet. Valet etiam ad vlcera recens vulneratis, & ad ſanguinis grumos, vbi nigredines ſunt in pudendis, & aurium ac dentium ardor adeſt. Calidum autem hæc & alia præſtat. Sed & ex anni tempore coniectura facienda eſt. Ex eliquatione ſalis, etiam ad alia quæcunque impetiginibus, lepris, & vitiliginibus conducunt, & in ſole calido inſpiſſatum, præcipuè verò vnguibus ſcabris confert, quos temporis progreſſu ſuperat, verrucas formicarias attenuat,aurium ſordibus medetur, cutem etiam emollit. Multis quoque aliis modis valeret, niſi odore, præcipueq; mulieribus noceret. Valeret etiam ad pedum dolorem, niſi cutem vulneraret. Eadem aceti fæx præſtat. Vinum dulce diuturnis vulneribus aſſiduo vſu idoneũ, quinetiam ad medicamentorum purgantium potiones eſt accommodatum. At auſterum vinum,tum album, tum nigrum, frigidum ad vlcera adhibetur, frigidum propter caliditatem. Lanæ quæ refrigerationis quidem gratia, aut perfunduntur, aut induntur, aut imbuuntur, velut aqua frigidiſſima adhibendæ. Quæ verò adſtrictionis gratia,ea vino nigro cũ lana irrigato,velut etiã betarũ folia,aut linteola,in plurimis quę adſtrictione valent, intincta adhibẽtur,qualia ſunt hederæ albæ folia,aut ſi quæ ſunt magis acerba ac friabilia, velut hedera & rubus,rhus coriarius,ſaluia. At ea etiã quæ emollitione indigent, quale quid farina cocta facit.

καὶ τὰ ἀπὸ τουτέων ἐπὶ), καὶ θερμαίνει πρῶτον τὸ θερμὸν, οἷον χειρῶν ἔσω. τὰ δὴ ἕλκεα θερμῷ ἥδεται ὁμολογουμένως, ὅτι ἐν σκέπῃ εἴθισται. εἰκότως ἄρα τῷ ἑτέρῳ ἄχθεται. εἰκότως ἄρα καὶ αὗται αἱ φλέβες, ὅτι ἐν θερμῷ εἰσὶν, εἰκότως ἄρα καὶ αὐτὸς ὁ θώρηξ. καὶ αὐτὴ ἡ κοιλίη κρατουμένη ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ μάλιστα ἀγανακτεῖ καὶ θανατοῖ, ὅτι μάλιστα ἀήθεα.[25] ἀλλὰ πλεῖστον ἀπέχει τοῦ παθεῖν. τούτου γὰρ ἐγγύτατα τοῦτο τὸ δεῖσθαι. εἰκότως ἄρα ποτῷ ψυχρῷ ἥδεται. οὕτω ὁμολογεῖ ταῦτα πάντα, ὅτι δὲ μάλιστα πάντα τὰ ἀποσύρματα καὶ τὰ ἐπικαύματα τὰ ἐπιπολῆς, οὐ μάλιστα εἰθισμένα ἐν σκέπῃ, μάλιστα ἐν ψυχρῷ ἀγανακτεῖ. εἰκότως. τάχιστα γὰρ κρατέεται. καὶ τὰ βαθύτατα εἰ κρατοῖτο, μάλιστ' ἂν ἄχθοιτο· ἐπεί γε καὶ τῆς φύσιος τῆς νευρώδεος μετέχει. ὅτι ὑπογάστριον ἥδεσθαι δοκεῖ θερμῷ,[26] σκεπτέον τὸ χωρίον καὶ μετέχει,[27] τὰ ἄκρεα. καὶ κύστις, καὶ γονή. καὶ ἄλλος χῶρος ὁ γυμνὸς ἐστὶ τῇ φύσει ψυχρότερος, ἢ ὥς τις οἴεται. ἄνω γὰρ οὐ κάτω θερμὸν ἀΐσσει. διὰ ταῦτα ἥδεται, ὅτι μετὰ τὸ θερμὸν ψύχεται τὸ σῶμα διὰ ψυχθὲν μᾶλλον. μετὰ δὲ τὸ ψυχρὸν, ἀναθερμαίνεται μᾶλλον συσταλέν. δεῖ καὶ τὰ ὕδατα ψυκτέα θερμαντέα διὰ λεπτότητα.[28] ὅτι μετὰ τὸ θερμὸν σκληρύνεται μᾶλλον ἐπιξηρανθέν. δεῖ ὀφθαλμοὶ μετὰ τὸ ψυχρόν. τὸ μὲν γὰρ ὅμοιον τῷ περιέχοντι, τὸ δὲ οὔ. Θάλασσα δὲ τοῖσι κνησμώδεσι, καὶ δακνώδεσι, καὶ λύσει καὶ πυρίῃ θερμή. τοῖσι μὲν ἀήθεσιν[29] ὑπολυπέονται. πρὸς ἕλκεα δὲ πυρικαυστὰ καὶ ἀποσύρματα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, πολέμιον. ἐπιτήδειον δὲ, τοῖσι καθαροῖσι, ἀγαθὸν καὶ ἰσχναίνειν εὖ ὡς τὰ τῶν ἁλιέων ἕλκεα. ταῦτα γὰρ οὐδ' ἐκπυεῖ, ἢν μὴ ψαύῃ.[30] καὶ πρὸς ὑποδεσμίδας. καὶ τὰ νεμόμενα παύει καὶ ἵστησιν. ὡς ἅλες καὶ ἁλμυρίδες καὶ λίτρον. ταῦτα δὲ ταῦτα σμικρῷ μὲν χρωμένοισιν, ἐρεθιστικά· πλεονάζουσι δὲ, ἀγαθά. βέλτιον δὲ θερμὴ πρὸς τὰ πλεῖστα. ὄξος δὲ χρωτὶ μὲν, καὶ ἄρθροισι, παραπλήσιον θαλάσσῃ. καὶ δυνατώτερον. καταχέειν. καὶ πυρίῃ καὶ ἑλκέσι τοῖσι νεοτρώτοισι, θρόμβοισιν, οὗ μελάσματα αἰδοίων.[31] καύσεις ὤτων, ἢ καὶ ὀδόντων, θερμῷ δὲ ταῦτα, τάτε ἄλλα καὶ τῇ ὥρῃ συντεκμαίρεσθαι.[32] ἐκ τήξεως ἅλες καὶ πρὸς ἄλλα δὲ ὅσα λειχῆσι, λέπρῃσιν, ἀλφοῖσι. συντεῖνον παχυνθὲν ἐν ἡλίῳ θερμῷ, μάλιστα δὲ ὄνυξι λεπροῖσι. κρατεῖ γὰρ μετὰ χρόνον. μυρμηκίας ἀπαμβλύνει. καὶ τὰ ἐν ὠσὶν ἰᾶται ῥύπους, μαλάσσει δὲ καὶ χρῶτα. πολλαχῇ δὲ καὶ ὀνήσει, εἰ μὴ ὀδμὴ ἔβλαπτε καὶ μάλιστα γυναῖκας. ἐδύνατο δὴ ἂν καὶ ποδαγρῇ, εἰ μὴ χρῶς ἐτιτρώσκετο. ταῦτα καὶ τρὺξ ὄξους ποιεῖ. Οἶνος δὲ γλυκὺς ὅσα χρόνια τρώματα συνεχέως χρωμένοισιν αὐταρκὴς, ἀτὰρ καὶ ἐς φαρμακοποσίην. αὐστηρὸς δὲ ὁ λευκὸς καὶ μέλας οἶνος, ψυχρὸς ἐπὶ τὰ ἕλκεα ἐνδίχεται, ψυχρὸς διὰ τὴν θέρμην.[33] εἴρια δὲ ὅσα μὲν ψύξιος εἵνεκα, ἢ καταχέεται, ἢ ἐνδέεται), ἢ ἐμβάπτεται ὡς ὕδωρ ψυχρότατον.[34] ὅσα δὲ ψύξιος, ὁ μέλας οἶνος καὶ εἴρια καταρραίνει. δεῖ καὶ φύλλα τεύτλων, ἢ ὀθόνια βάλλεσθαι ἐπὶ τὰ πλεῖστα. ὅσα δὴ ἐπὶ στύψιος. δεῖ κισσοῦ φύλλα, ὁ λευκός. καὶ ὅσα στρυφνότερα, ἢ ψαθυρώτερα. δεῖ κισσός τε καὶ βάτος ῥοῦς σκυτοδεψική. ἐλελίσφακος.[35] καὶ ὅσα μαλθάξαι δεῖ, δεῖ ἄλητον ἑφθόν,

τὸ ψυχρὸν

[10] καὶ περιπάτοισι] περιπάτοισι lego cum Vaticanis & aliis exemplaribus, Interpretibuſq; omnibus.

[11] ἡμέρας πεντεκαιτεσσαράκοντα] ἡμέρας τεσσαράκοντα videtur legiſſe Caluus.

[12] ὁπόταν δὲ ὥρη] ἡ ὥρη legunt Vaticana & Aldina exemplaria.

[13] φαυλοτέροισι καὶ χυδαιοτέροισι] μαλακωτέροισι pro φαυλοτέροισι legunt Interpretes, quos ſecuti ſumus.

[14] καὶ ἡ ὥρη θερμὴ ᾖ] ἡ ὥρη θάλπει legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

[15] ἐν τούτῳ δὲ τῷ θέρει] ἐν τούτῳ θέρει ſimpliciter legunt Vaticana & Aldina exemplaria.

[16] ἄριστα ἀπεξηραμμένα] ὁ βλαβέντα καὶ ἄριστα ἀπεξηραμμένα, legunt exemplaria Vaticana, quæ etiam ſecutus eſt Caluus.

[17] ψύχουσι γὰρ τὸ σῶμα] ξηραίνουσι γὰρ lego cum Caluo, & ad curſus refero, qui humidum è corpore vacuando deſiccant. Cornarius & Zuinggerus ad πηλὸν & ἀλινδήσιας referunt, & volutationes in puluere, quæ propter puluerem refrigerant.

[18] τῇ δὲ ἄλλῃ διαίτῃ σύμφωνον χρῆσθαι] σύμφωνον legunt Aldina exemplaria, quæ ſecutus eſt Cornarius, cùm dixit: diætam omnem ſic conſonam adhibere oportere. Nos communem lectionem ſecuti, nihil immutauimus.

[19] ἐν ἡμέρῃσι δ' οὐκ ἔλασσον] Sic Vergiliarum occaſum ab Æquinoctio autumnali diebus circiter quinquaginta conſtituit Galenus Comment. 1. in lib. 1. epid.

[20] μὴ δὲ ἀναψύχει] ἀναψύχειν vitiosè legunt Vaticana & Aldina exemplaria, quæ quidem mihi ſecutus videtur Caluus.

[21] ταύτῃ γὰρ οὖν] ταυτὶ δὲ cum omnibus Interpretibus lego.

[22] καὶ ὑπὸ πλείστων πόνων] ὑπὸ ταράξιος legunt exemplaria quædam.

[23] κατὰ μικρὸν ξυλλεγέσθω] Sic quidem legunt omnia exemplaria, ſed cum Interpretibus, κατὰ μικρὸν ξυλλεγέσθω σπασμῶδες lego.

[24] εἰ μηδὲν ἐπισπασματώδες] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἐπισπασματώδες legiſſe videtur Caluus, quam lectionem amplectimur. Solet enim plærunque ex vomitionibus conuulſio contingere. Etſi retineri poteſt Mercurialis lectio, ἐν σπασματώδει, vt nihil ampliùs diuellatur.

[25] ἤ ἔδωσι] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Sed omnes Interpretes εἴωθε pro ἔδωσι legiſſe videntur. Caluus verò illam clauſulam prætermiſiſſe videtur, καὶ αὐξέεσθαι, &c.

[26] τὰ βραχὺ ὑγρανθέντα] Sic quidem legunt exemplaria Germanica. Aldina verò τὰ βραχὺ ſimpliciter legunt, quæ ſecutus videtur Cornarius. Caluus τὰ βραχὺ αὐξανθέντα legiſſe videtur.

[27] εἰς μάλιστα χρονίσῃ] Sic quidem legunt ferè omnia exemplaria. Vaticana tamen ἐξελθόντα τὸ σῶμα εἰς μάλιστα legunt, quæ ſecuti ſumus cum Caluo.

[28] ἐξυγραίνει δὲ] ὑγραίνει δὲ legunt Vaticana exemplaria manu ſcripta.

[29] τὴν κεφαλὴν κάτω αἰωρέουσαν] Sic quidem legunt ferè omnia exemplaria. Quædam tamen manu ſcripta, τὴν ἄνω κεφαλὴν αἰωρέουσαν habent, quæ ſecutus videtur Caluus.

[30] καθιστάναι δὲ τὴν αἰτίην] Sic quidem legunt omnia exemplaria, ſed τὴν διαίτην lego cum Cornario.

[31] ὁκόταν δ' ἡ γῆ ἀνῇ] ὁκόταν δ' ἤτοι ἡ γῆ ἀνῇ, legunt exemplaria Vaticana manu ſcripta & Aldina.

[32] ἐὰν δὲ ἡ κοιλίη ξηραίνηται] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen ἡ δὲ κοιλίη legiſſe videtur.

[33] ἐν τοῖς κρέασι] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Zuinggerus tamen pro ἐν κρέασι συναλείμμασι legit, quorum antea meminit lib. 2. & parum carnes calefacere, corpus autem & animum acuere ſcripſit.

[34] καὶ ἐν ὀλίγοισι πολλῷ χρίεσθαι] χρίεσθαι legit Zuinggerus, & de inunctionibus accipi vult.

[35] ἐν μέσον περιπάτοισι χρῆσθαι] Aldina & Vaticana exemplaria legunt, καὶ ἐν μέσῳ περιπάτῳ.

[36] εἰς καὶ τὴν γαστέρα τὴν διαχωρέειν ποιέοντας] Sic legunt Germanica exemplaria & publicata. Aldina verò, εἰς καὶ τὴν γαστέρα τὴν ποιέοντας, ſimpliciter legunt, quæ ſecutus eſt Cornarius.

[37] γίνηται δὲ πως καὶ διὰ] πονέει legunt Aldina exemplaria, vt ad πλησμονὴν referatur.

[38] ἄχρις ἂν αὐτῷ ὄρθρος] Sic quidem legunt publicata omnia exemplaria. Regia verò manu ſcripta habent, ἔχειν δὲ δεῖ ἐν τῷ σώματι.

[39] ἀκροχειρισμοῖσιν, ἀκροχειρίης] Hæc eſt Germanicorum codicum publicatorum lectio. Aldina verò & Vaticana exemplaria ἀκροχειρίησι legunt, vt vtrumque ἀκροχειρίησι & χειρονομίησι coniunctè legantur, vt fecit Caluus. Cornarius vero χειρονομίησι legiſſe videtur, aut ἢ χειρονομίη.

[40] πίνουσι δέ τινες] Hunc locum adducit Galenus Comment. ad aphoriſ. 1. lib. 6. atque ita legit, πίνουσι δέ τινες καὶ ἔτι ὕστερον, ἀναγκάζει αὐτοῖς τι σιτίον ἰσχύν, ἀπολύειν. οὐ δεῖ τοίνυν, τῇ λεπτότητι, οὐδὲ πίνειν ἐς ἔνα μαζῶν.

[41] ἀπὸ δὲ τοῦ δείπνου] ἀπὸ δὲ τοῦ δείπνου περιπατεῖν, legunt exemplaria manu ſcripta Regia.

[42] καὶ προσαγαγέσθαι ἐς τέσσαρας ἡμέρας τὸ σιτίον] καὶ ἡμέρας addit Cornarius, propter ea quæ ſequuntur, contra tamen omnium codicum fidem.

[43] ἀπὸ δὲ δείπνου, ὅταν ἐξανιστῆται] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, tum publicata, tum manu ſcripta. ἀπὸ δείπνου autem lego cum Interpretibus omnibus, quod ἐξανιστῆται verbum ſæpius vſurpet Hippocrates, in his qui à cœna ſurgunt, quòd recumbentes & iacentes in ſtratis cœnarent antiqui.

[44] καὶ μάλα κινείτω] Hæc eſt Germanicorum codicum lectio. Aldina verò exemplaria μαλακευέτω legunt. Sed μαλακευέτω legendum videtur, velut legiſſe videtur Cornarius.

[45] ξηρόν τι καὶ ἐξυγραινόμενον] συνεξυγραινόμενον legunt exemplaria quædam Regia manu ſcripta.

[46] οὐδὲ τὸ δὲ ἄλλο ἀκροθίνιον] ἀκροθίνιον legunt Vaticana exemplaria & Aldina.

[47] ὅτι ξηρῷ τῷ θέρμῃ] ξηρῷ καὶ θέρμῃ lego cum Cornario, etſi Caluus ξηρῷ μᾶλλον ἢ θέρμῃ legiſſe videtur, vt ſiccitate potiùs quàm calore vexetur æger. Ad quam lectionem accedunt exemplaria Aldina, quæ ὅτι ξηρῷ ἢ θέρμῃ legunt, & aſteriſcum apponunt, vt vitium indicent.

[48] μὴ δὲ παχέα] ταχέα lego cum interpretibus omnibus, etſi παχέα legunt exemplaria omnia.

[49] καὶ μὴ ἀλούτῳ αἰωρείσθω] μηδὲ αἰωρείσθω. legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

[50] καὶ ἀπὸ σιτίων ἡ κοιλίη πλημμυρίῃ] Sic quidē lego cum Zuinggero & Germanicis exemplaribus. Cornarius verò legit, ἐὰν δὲ οὖν πληρωθῇ ὑπὸ σιτίων, ἡ κοιλίη πλημμυρίῃ. Aldina verò exemplaria & Vaticana, ἐὰν δὲ οὖν ἀπόπειρα ᾖ ἀπὸ σιτίων, ἡ κοιλίη πλημμυρίῃ. Caluus tamen πλημμυρέει aut πλημμυρίῃ legiſſe videtur, cùm redundantiam dixit.

[51] τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἀφαιρέεσθω ἐν τῷ ἔδει] Sic quidem legunt exemplaria omnia vitiosè, ſed ἀπαλλάσσεσθω lego cum omnibus interpretibus.

[52] ἡμέρῃσι δὲ πέντε τὰ προσαγέσθω] Sic legunt exemplaria omnia publicata, ſcripta verò Regia & Vaticana, τούτους προσαγέσθω. Videtur verò ad τοὺς δρόμους referendum, vt ſenſim ad deambulationes & exercitationes reducantur. Quædam etiam exemplaria οὕτως προσαγέσθω legunt, quædam etiam τὸν προσαγέσθω. Sed hæc mihi in loco ſubobſcuro hominum commenta videntur.

[53] μίσγειν αὐξανομένη] Sic quidem legunt publicata exemplaria, manu verò ſcripta Regia, μίσγειν ἀεὶ αὐξανομένῳ, quædam etiam αὐξανόμενοι legunt.

[54] ἀλλὰ διαπονηθεὶς] Pro διαπονηθεὶς quædam exemplaria διαπονηθέντας legunt.

IN LIBRVM DE INSOMNIIS.

[1] ΠΕΡΙ δὲ τῶν τεκμηρίων] hic liber de inſomniis videtur pars eſſe quędam librorum de Diæta, vt ſatis teſtatur hoc principium in codicibus antiquis Vaticanis & Aldinis exemplaribus, libri tertij extremo adſcriptum. Ideoq; mihi ritè atq; ordine illos ſequi videtur in omnibus ferè exemplaribus, vt eos parum ad Hippocratis mentem facere, neq; vero multum ad huius libri authoritatē, qui eum longè relegant, cum tractatione & ſtyli genere prope ſit ſimilis. Ad Artis autem σημειωτικὴν ac διαγνωστικὴν pertinere videtur, non malè tamen ad διαιτητικὴν refertur.

[2] ὅταν γὰρ οὖν σῶμα ὑπηρετέῃ] ὅταν γὰρ τὸ σῶμα ὑπηρετέῃ ἡ legunt exemplaria Vaticana & Aldina, eamq; lectionem ſecutus eſt Caluus.

⁴ ἰσχύει ἐν τῇ πεττήσει] τῇ πεττήσει pluralitatis numero mihi dicere videtur, quod primas ſecundæ & tertiæ concoctionis formas corrumpat circa alimentum error, vel cibi, vel facultatis vitio contingens, alienaſque inducat, aut quòd ſingulis membris ſua quæque ſit propria. Etſi pro πεττήσει οὐσίης legere mauult Zuinggerus, qui etiam variam huius loci lectionem adfert, ex Commentariis qui Galeni nomine circumferuntur.

⁵ τροφὴ δὲ τὸ τρέφον] Hunc inſignem locum multis locis ex Hippocrate ſcriptis ſuis celebrat Galenus, vt Comment. ad aph. 39. lib. 5. & in fine lib. 1. de ſanit. tuenda. Præcipuè vero explicat libro primo de fac. Natur. & lib. 3. de Temperamentis, vbi propriè alimentum τὸ τρέφον dici ſcribit τὸ ἤδη τρέφον, & primo generi attribuit, vt ſecundo, τὸ προσομοιούμενον καὶ προσφυόμενον, tertio verò τὸ οἷον ἔσται ἐν τοῖς φλεψὶ καὶ τῇ γαστρὶ περιεχόμενον, quodque foris aſſumitur. Quibus ex locis aliter etiam hunc locum Galenum legiſſe comperies.

⁶ καὶ πάντων] Iſtud ad ſuccorum omnium facultatis commixtionem refero cum Zuinggero, cùm quorundam facultates inter ſe proportione contemperantur, vel facultatibus commiſcentur, quæ vel inter ſe omnes concurrunt, vel quædam tantùm, etſi multò aliter ſumunt interpretes quidam, & iſta ſequentibus iungunt omnes codices.

⁷ αὐτόματοι] Quinam dicantur hîc ſucci αὐτόματοι aperuimus in noſtra Oeconomia.

⁸ ἡμῖν μὲν αὐτόματοι] Hunc mihi locum ſubindicare videtur Galenus lib. 4. de placit. Hippocrat. & Platon. cùm ſcribit contra Chryſippum, nihil re vera temerè & caſu fieri, ſed ad cognitionem noſtram, his verbis: [Greek quotation illegible] ... ἡμῖν μὲν αὐτόματοι, αἰτίᾳ δὲ οὐκ αὐτόματοι. Vbi aliam fuiſſe Galeni lectionem agnoſcis.

⁹ φύσις ἐξαρκεῖ] Vt Naturæ ſapientiam ac prudentiam nunquam ſatis admiratus eſt Hippocrates, ita & eius poteſtatem ſemper ſummis laudibus extulit. Quam ad rem hanc ſententiam multis locis celebrat Galenus, potiſſimumque lib. 1. de diebus decretoriis, & lib. 1. de facult. Natur. & lib. ad Thraſybulum, & lib. quod animal eſt quod vtero continetur. Quibus in locis [Greek] legit Galenus, vt & Commentariis qui in hunc librum eius nomine circumferuntur. At lib. de facult. natural. [Greek] dicit.

¹⁰ ἐκ δὲ τῶν ἔσωθεν ἔξωθεν] Hæc in cauſis naturam impedientibus, tam internis, quàm externis, ex Medicorum erratis accenſent Gal. Commentarij. Alij in cauſis velut inſtrumentalibus naturam vel adiuuantibus, vel impedientibus annumerant. Hunc autem locum ſic legit Galenus libr. 1. de dieb. decret. [Greek illegible]. Vbi iſta in erratis quæ ſtatos naturæ curſus ad criſim impediunt enumerat Galenus, velut in ſuis Commentariis ad Medicorum aut ægrorum errata refert, quæ prædictionem euariant ac præpediunt.

¹¹ καὶ κατὰ ὅλον] Sic quidem legunt Germanica exemplaria. Aldina verò & Vaticana reliquaque omnia omittunt, & legunt, ξυμπαθέα δὲ ὅλον ἢ μέρος. Quam lectionem etiam ſecutus videtur Gal. in Comm. & Caluus.

¹² θύμοι] θύμοι hîc legere videtur Galenus, & inter cutis eminentias & abſceſſus reponere, veluti formicas, clauos & tofos, vnde verrucam & verruculam quidam exponunt. Nos tamen Græcam appellationem retinere maluimus.

¹³ ἐν τροφῇ φαρμακείη] Id intelligitur de cibis qui qualitatẽ quandam habent medicamentoſam, velut lens, braſſica, & ſerum lactis, & marina ferè omnia, aut de his quibus medicamentoſa quædam admiſcentur, vt cùm ptiſanæ mel aut ſcammonium permiſcetur. Vtriſque enim hanc ſententiam accommodat Galenus lib. 1. de alim. facult. Aëtius etiam cap. 57. lib. 3. tetrab. 1. iſtam ſententiam cibis quibus medicamenta permiſcentur attribuit, vt vinis & potionibus medicatis, & conditis cæteriſq; id genus. Aretæus verò ſæpe ad cibos medicamentoſos refert, vt in pleuriticorum curatione cap. 10. lib. 1. de cur. ac. cùm ſcribit [Greek illegible]. Et rurſus ibidem, [Greek illegible]. Idem quoque cap. 2. lib. 2. cur. acut. [Greek illegible]. Celſus * medicamentis ſtomachum lædi ſcribit, ideóque catharticis omnibus aloën admiſcendam cenſet, neque iis vti conſulit, niſi morbus ſine febre ſit. At vbi febres ſunt, ſatius eſſe dicit, eius rei cauſa cibos potioneſque aſſumere, qui ſimul & alant, & ventrem molliant.

* *cap. 12. lib. 1.*

¹⁴ ἔξωθεν τροφή] Hunc locum mihi innuere videtur Galenus lib. 3. de fac. natur. cùm ſcribit per eaſdẽ vias ab exterioribus partibus intrò ferri alimentum, per quas priùs delatum fuerat, his verbis: [Greek quotation illegible] ... Quæ ferè omnia videntur in Commentarios qui in hunc librum Galeni nomine circumferuntur eſſe translata.

¹⁵ ξύρροια μία] Multis locis iſta adducit Galenus indubitata ex Hippocrate, præcipueq; lib. 1. de facult. natur. & lib. 3. vbi & alimenti delationi per eaſdem vias per quas priùs delatũ fuerat; vt hîc quoque tribuitur, & corporis attractrici aut expultrici facultati. Libro quoque 2. de differ. febrium. & lib. 1. de vſu pulſuum. Lib. etiam de rigore palp. & tremore, & lib. 1. de vſu partium, vbi legit, κατὰ μὲν [Greek] ξύμπνοια, κατὰ δὲ τὰ μέρια, τὰ [Greek] πρὸς τὸ ἔργον. Et lib. 2. de cauſis pulſuum, vbi legitur, πάντα μὲν συμπαθέα, φύσις μία. Hunc etiã locum ex Hippocrate adfert Alexander Trallianus libro primo. cap. de Melancholia.

¹⁶ μία φύσις] Hoc ad calorem vitæ fontem & principium refert Gal. quo præſente omnia ad vitam adminiſtrantur, eóque abſente omnia deficiunt.

¹⁷ γαργαλισμὸς] γαργαλισμὸς eſt prutitus ac titillatio totius corporis. γάργαλον & γαργάλην ἐρεθισμὸν dici ſcribit Erotianus, à mulieribus libidine prurientibus deducto nomine, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, hoc ſubindicato loco, quem etiam ab Erotiano denotari diximus.

¹⁸ εὐαλθέα] Sic quidem legunt omnia quæ vidimus exemplaria, ſed Caluus κακοψυχίη legiſſe videtur.

¹⁹ τὸ ὕδωρ] Sic legunt publicata omnia exemplaria. Vaticana vero ſcripta, τὸ γλυκύθυμον legunt, quam lectionem ſecutus eſt Caluus. Eadem quoque paulò poſt legunt, ἐν τῇ πίσι δὲ τὸ μᾶλλον ἐν πίσι δὲ τὸ ἧσσον, quam etiam lectionem ſequitur Caluus.

²⁰ ἀρχίαι σώματος] Hic locus adducitur à Galeno libro primo & ſexto ſalubrium, vbi etiam paulò aliter legitur. Ex quibus locis magna pars eorum quæ in Commentariis hiſce ſcribuntur, deſumpta videtur. Et libello quoque de optima corporis conſtitutione, & Comment. 3. in librum ſextum epidemiωn. Hunc etiam locum mihi ſubindicare videtur Galenus lib. de Cauſ. pulſuum, cum ſcribit: [Greek illegible].

²¹ πνεύμων ἐναντίην σιτίων] Galenus in Commentariis hanc alimenti contrarietatem ad pulmonis primam conſtitutionem & vaſorum in eo formam refert, qua leuiſſimum, tenuiſſimum & valde ſpirituoſum ſanguinem, quo alitur, attrahit, cùm reliquæ partes craſſo & optimo ſanguine nutriantur. Alij ad alimenti motionem contrarietatem iſtam referunt; cùm aër qui ſpiritus eſt alimentum, per corporis ambitum in pulmones & cor attrahatur, ſanguis verò ab hepate veluti ex penu interiore, in extremos corporis artus & omnia membra ſuppeditetur.

²² ἀρχὴ τροφῆς πνεύματος] Iſtum locum ex Hippocrate adfert Galenus lib. περὶ χρείας ἀναπνοῆς, vbi pro [Greek], [Greek] legit. Libro quoque ſecundo de plac. Hippocrat. & Plat. iſtam ſententiam explicat, vbi & eadem ferè à Gal. ſcribuntur, quæ in Commentariis in hanc ſententiam.

²³ ἀρχὴ δὲ ὁ χῶς] Hanc quoque ſententiam Hippocrati adſcribit Galenus libro 2. de plac. Hippocrat. & Platon. loco ſupra adducto.

²⁴ ὁ δὲ ἀρχαιοτέρη] Hunc locum adducit Galenus ex Hippocrate libello de Vteri conceptu, quo probat animal eſſe quod vtero continetur, vbi [Greek] legitur, ibique foetum non ſolum per vmbilicum nutriri vult, ſed ore etiam alimentum ſugere ex Hippocrate lib. περὶ σαρκῶν probat. Quod etiam ante nos annotauit Mercurialis.

²⁵ ῥίζωσις φλεβῶν] Hæc verba ſæpius adfert Galenus ex Hippocrate lib. 6. de plac. Hippocr. & Plat. vbi hepar venarum originem, vt cor arteriarum eſſe ex Hippocrate confirmat. Vbi etiam cur ῥίζωσιν à plantis ad animalia transtulerit indicat, & ῥίζωσιν velut originem tum venarum tum arteriarum ex hepate & corde tanquam ex radice pendere. Et quemadmodum ex plantis, radicationes deorſum aguntur, & ſtirps ſurſum exoritur, ita è corde arteriæ, & è iecinore etiam venæ in vniuerſum corpus diſtribuuntur. Atque illæ venæ radicibus ſunt ſimiles, quæ in ventrem pertingunt, vt ex Hippocrate lib. περὶ χυμῶν confirmat. In hiſque omnibus (vt ibidem eleganter ſcribit Galenus) ἡ ῥίζωσις ἀρχὴ τῶν ... [Greek illegible]. Hunc etiam locum adfert Aretæus, vt grauiſſimus ita & vetuſtiſſimus author, cap. 7. lib. 1. περὶ αἰτίων & cap. 13. lib. 2. περὶ χρονίων.

²⁶ δυνάμιος μίη] Hunc locum ex Hippocrate adducit Galenus Comment. ad aphoriſ. 16. libri ſecundi, his verbis: ... Quam eandem expoſitionem adhibet in Commentariis qui eius nomine circumferuntur.

²⁷ τρέφονται τὰ μὲν] Sic lego cum Galeno, cùm tamen exemplaria omnia τρέφονται ſuperioribus iungant.

²⁸ διάθεσις ἀθλητικὴ] Hunc locum multis libris ex Hippocrate celebrat Galenus, vt ἐν τῷ προτρεπτικῷ λόγῳ πρὸς τὰς τέχνας & lib. περὶ εὐεξίας. Item lib. ad Thraſybulum, num ars ſanit. tuendæ ad Medicinam pertineat, vbi duobus locis hunc in modum legitur διάθεσις ἀθλητικὴ οὐ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων. Eadem etiam quæ in Commentariis ad hunc locum circunferuntur, illic adſcribuntur, nominatimq; Platonis locus ex lib. 3. de Repub. Hic vero iure quodam ἕξιν τῇ διαθέσει opponit, quod τὸ ἕξιος nomen ad corporis mediocritatem & ſymmetriam naturæ referatur, & ab antiquis verè ſano corpori attributum ſit, cum ſit ἕξις, ἐμμόνιος τε ἢ δυσκίνητος διάθεσις. Bonus autem athletarum ad ſummum habitus, & facilè mutabilis eſt, & periculoſus. Nam cum neque incrementi capax ſit, ſiquidem ad ſummum peruenit, neque poſſit in eodem conſiſtere, neque quieſcere, reliquum eſt, vt in deterius ruat, vt ſcribit Galenus in orat. ſuaſoria ad artes. In quibus etiam omnibus locis animaduertendum eſt Galenum ἐν πᾶσι non addere, ſed ſequentibus adſcripſiſſe, contra tamen omnium codicum fidem.

²⁹ μέγα τὸ ποσὸν] Quod hic de alimentorum quantitate effertur, ad auxiliorum medicorum quantitatem transfert Galenus, initio libri ad Glauconem his verbis: ...

³⁰ ἀρχαῖαι] ἀρχαίας naturales intelligit, velut ſanguinis & alimenti circuitus & motus, quibus à natura ad vterum, deinde ab vtero in mammas ad fœtus nutritionẽ defertur. Quæ tamen Galenus in Commentariis ad quatuor fœtus tempora retulit.

³¹ ζωοῦται τὰ μὲν ζῶα] γίνεται pro ζωοῦται legit Gal. in Comm. quemadmodum etiam libello de vteri conceptu γίνεται τὰ μέγιστα legit, ex iſtoq; loco probat quod vtero continetur animal eſſe, etſi longè aliter mihi legiſſe videtur.

³² φύσιες πάντων] Hanc ſententiam multis locis celebrat & miris laudibus extollit Galenus, vt lib. 1. de vſu part. & lib. 6. de loc. aff. vbi hædi ſtatim in lucem editi naturalem induſtriam in obeundis naturæ muniis pro exemplo affert, cuius etiam meminit Comment. 5. in lib. 6. epid. Quibus duobus in locis φύσιες ζώων ἀδίδακτοι legit Galenus. At libello de vteri conceptu φύσιες πάντων ἀδίδακτοι legit. Quod etiam ſcriptum eſt ab Hippocrate aph. 2. ſect. 5. lib. 6. epid. ἀνευρίσκει ἡ φύσις αὐτὴ ... Quod eſt huc à Galeno adſcriptum.

³³ ἀμφιλαφὲς] ἀμφιλαφὲς ex hoc loco exponitur τὸ ἐκ βραχὺ μεταβάλλον Galen. in Exegeſi, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Indicat enim hunc locũ Gal. lib. περὶ κρίσεων ἡμερῶν, vbi aliter legitur his verbis: ... Quibus in veteris poſt ἄμφω diſtinguendum cenſeo, vt ἄμφω μεταβάλλων intelligatur ex mente Hippocratis, idem qui ἀμφιλαφὲς, cibus leuiter ac parum immutatus. Alioqui ſi ἄμφω ἀκμάζων iungas (quod fecit interpres) ætates tantum duas includas contra Hippocratis mentem. Quod etiam mihi animaduertiſſe videtur Hieronymus Mercurialis cap. 7. lib. 2. variarum lectionum.

³⁴ ἐς τὸν ...] Omnibus eſt notum iſta de fœtus conformatione, motione, & editionis tempore accipi, vt motionis tempus duplum conformationi reſpondeat, & editionis in lucem tempus triplum ſit, ad id quo fœtus mouetur. Quod ex Galeni Commentariis ad hunc locum Arabum doctrina in medium protulit, & ex fragmentis Galeni à Rabi Moſe Collectis ex hoc loco adſcribitur.

³⁵ ἐς διάκρισιν] Vaticana exemplaria manuſcripta legunt, ἄλλως, ἐς διάκρισιν. Quam etiam lectionem ſecuti ſunt Caluus & Cornarius.

³⁶ ...] Hunc locum aliter legiſſe Gellium apparet cap. 4. lib. 3. Noct. Attic. Ex quo reponendum quidam cenſent, ... Ad idque interpretationem ex Sabino quam adſcribit Gellius apponunt, quæ etiam cum ea quam ex Sabino hoc loco adfert Galenus planè conuenit. Verùm iſta mihi accipi videntur de non ſatis determinato ac Medicorum reſcriptis ſtato geſtationis fœtuum aut partus tempore, ac de varia menſium partus numerandi ratione.

³⁷ γίνεται δὲ ἐν τούτοις] Hunc locum certè longè aliter legit Gellius, hoc modo, γίνεται δὲ ἐν τούτοις καὶ πλείω καὶ ἐλάσσω. ... (Sic enim apud eum legendum cenſeo.) Quem locum etiam de velociore ac tardiore fœtuum editione exponit. Quam certè lectionem Galenum in ſuos Commentarios tranſtuliſſe apparet. Nos tamen codicibus omnibus vulgatam lectionem ſecuti ſumus, & de longiore aut breuiore fœtuum tempore cum Interpretibus accipimus, neque tamen multò productiore aut contractiore, quod tamen neque tam certum eſt, quin interdum euariet.

³⁸ ὀστέων πωρώσει] Id de oſſium conformatione, aut quibus diebus conſolidentur explicat Galenus. Cui conuenit quod in Rabi Moſis fragmentis collectis ſcribitur, & Galeni Comment. 4. in lib. de alimento. Naſi oſſa fracta, diebus decem ſanantur, maxillæ, clauiculæ, pectoris, & frontis diebus viginti, humeri diebus triginta, pedis verò & brachij diebus quadraginta, coxæ, diebus quinquaginta. Eundem ſanè dierum numerum his oſſibus conformandis aſſignat Hippocrates lib. de fractur. & artic.

³⁹ πρὸς τὸ πάντα] Hunc librum verè Hippocraticum agnoſcit Galenus lib. 1. de Compoſ. med. κατὰ γένη, his verbis: ... Ruſuſque libro ſexto Compoſ. pharm. κατὰ τόπους, cùm ſcribit, ...

⁴⁰ καὶ περισσὸν τοῦτο αὐτὸ] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria. Interpretes tamen omnes τὸ αὐτὸ legiſſe videntur. Quam lectionem etiam retinuit Gal. Commentarius. Zuinggerus tamen ἢ τὸ αὐτὸ legere mauult.

⁴¹ ...] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Sed ... legiſſe videtur Caluus.

⁴² ἡ δυσκολίας] Hunc locum ex Hippocrate adducit & explicat Gal. Com. ad aph. 18. lib. 2.

⁴³ ...] Hunc etiam locum exponit Galenus Comment. ad aphoriſ. 11. lib. 2. vt & in Commentariis in hunc locum, aphoriſmum illum apponit. Et libro tertio de Cauſ. pulſuum. Sed in aphoriſmis legitur, ...

⁴⁴ ὑγρασίη πρώτη ὄχημα] Hunc locum ex Hippocrate adfert Galenus lib. 4. de Vſu partium, & Comm. 3. in lib. de rat. vict. in morbis acutis. Vbi eadem ferè quæ in Commentariis in hunc locum ſcribuntur. Eundem etiam locum ex Hippocrate vſurpat Alexander Trallianus capite primo libro ſexto. eóque etiam alludit Aetius cap. 165. ſerm. 3. Tetrab. 1. cum ὕδωρ τροφῆς ὄχημα vocat.

IN LIBRVM DE RAT. VICT. IN MORBIS ACVTIS.

¹ OI ξυγγράψαντες] Variam eſſe & multiplicem huius libri inſcriptionem omnes palam fatentur, & diuerſa authorum ſcripta clamant. Interdum nanque περὶ πτισάνης indicaturam præ ſe fert, quòd ptiſanæ, quæ ex hordeo fit, laudes vno volumine condiderit Hippocrates, quæ omnes in aliẽam transferunt. Quam denominationem agnoſcit * Plinius, & * * Cælius Aurelianus, eam tamen ſæpius conuellit Galenus. Sunt etiam qui πρὸς τὰς κνιδίας γνώμας inſcribi velint, quod Cnidiorum Medicorum placita hic inſectetur Hippocrates, ideóque ad Cnidias ſententias ſcriptum hunc librum dicit Cælius Aurelianus lib. 2. Eamq; inſcriptionem agnoſcit Galenus lib. 3. περὶ διαίτης. & Comment. 2. in lib. περὶ ἀγμῶν, & Pollux in dictione ὀξύβαφον, & Rufus Epheſius ἐν τῷ περὶ ὀνομάτων μορίων. Sunt quoque qui περὶ διαίτης dici velint, quod hic præcipuè victus ratio intendatur. Alij etiam περὶ ὀξέων νοσημάτων, quod præter victus rationem, reliqua etiam morborum acutorum curatio non minimùm hic inſtituatur. Quas certè omnes inſcriptiones agnoſcit Athenæus libro ſecundo, qui etiam huius libri dimidium nothum & illegitimum eſſe ſcribit, non ſecus ac multa hoc in libro paſſim habet ſuſpecta Galenus. At huius libri authorem Hippocratem Heraclidæ filium agnoſcit Galenus Comment. in hunc librum, & libro tertio περὶ δυσπνοίας. & lib. 3. de aliment. facult. Erotianus certè in librorum Hippocrat. recenſione inter διαιτητικὰ reponit, & εἰς διαίτας refert, etſi περὶ πτισάνης vocat. Ex quo non malè διαιτητικὸν ab Hippocrate vocari ſcribit Cælius Aurelianus cap. 29. lib. 2. acut. etſi alioqui non parum in hunc librum animatus apparet, in eoq; ſæpius exagitando animi

nimi morbum prodere videtur. At verò Cnidiorum Medicorum placita commemorantur à Galeno lib. 1. Meth. med. eiuſque familiæ princeps Euryphon claruiſſe.

* *cap. 7. lib. 18. & cap. 25. lib. 22.*
** *cap. 12. lib. 1. acut. & lib. 2. cap. 19.*

[1] ὁκόσα δὲ παρημελημένα ἐστὶ] Quænam prætermiſſa ſint à Cnidiis Medicis, variè à multis accipiuntur, verùm ea refert Galenus ad ſcopos in ratione victus ægrorum animaduertendos, quos negligenter & nimium ſupinè omiſerant Cnidij, quales ſunt, morbi natura, morbi concoctio, excrementorum vacuatio, doloris lenitio, cibi ingeſti ad inteſtina deſcenſus, ægri virtus & vires, conſuetudo, corporis natura & temperies, morbi vigor, cæteraque id genus, quæ ad victus rationem ægris inſtituendam maximum habent momentum, & ad artis dignitatem plurimùm valent, ſuntq; ad artificialem coniecturam peropportuna, quæ poſtea explicat Galenus.

[2] ὡς χρὴ εἰδέναι ἰητρεύειν] ἢ ὡς χρὴ εἰδέναι ἰητρεύειν habent membranæ Vaticanæ, vt ſatis patet ex Caluo, cuius lectionis etiam meminit Galenus.

[3] σφόδρα ἱκανὰ εἶναι] Ex hoc loco proprio quodam modo mihi videtur Erot. ἱκανὰ apud Hipp. exponere ...

[4] τῷ δὲ ἀριθμῷ ἑκάστου] Hunc locum mihi diſertè exprimere videtur Erot. cùm ſcribit, ἀριθμοῖς, τὰ ὀνόματα τῶν νόσων. morborum nanque nomina intelligit, quibus in indiuiduis morbos diſtinguebant & numerabant Cnidij Medici.

[5] οὐδὲ ἔστιν ἄξια χρῆσθαι] Hunc totum locum fuſiſſimè exponit Gal. lib. 9. de plac. Hipp. & Plat.

[6] εἰ δὲ τινες αὐτέων] οἱ δέ τινες αὐτέων legunt ſcripta quædam exemplaria Regia.

[7] ἵνα μηδὲ τὰ ἐγκαλέσματα εἴσεται] ἀξίωσιν pro εἴσεται legunt exemplaria quædam manu ſcripta, ſatis probabili lectione, hoc ſenſu, fortè etiam neque ſi proponuntur, ſoluantur aut decernuntur, hoc eſt, de quibus nihil ſtatuatur aut decernatur.

[8] πλείονα δὲ τοῦ] Hunc locum mihi expreſſiſſe videtur Plin. cap. 25. lib. 22. Aretæus etiam imprimis vetus & grauis author in Curat. pleuritidis, eundem ſic imitari videtur, de ptiſana ſermonem faciens ...

[10] ...] ... ſignificare ex Galeno ſcripſimus in noſtra OEconomia, iſtumque locum expreſſimus, cuius etiam multis in locis meminit Galenus, nempe lib. 3. περὶ δυσπ. lib. 1. περὶ κρίσεων, & Comm. 2. in Prorrh. & Com. 3. in lib. 6. epid.

[11] ...] ἀδαῆεις legiſſe Galenum apparet, exemplaria tamen publicata ἀπειλεῖς habent, quædam etiam manu ſcripta ἀπαθεῖς, quam lectionem ex membranis Vaticanis ſecutus videtur Caluus. Sed pro ἀδαῆεις poſitum apparet, quam lectionem vt germanam probauimus in noſtra Oeconomia.

[12] πνευματίας γίνονται] πνευματίαι dicuntur ex hoc loco Galeno lib. 3. περὶ δυσπ. ... & Com. 3. in Prorrh. vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, anhelatores & anheloſos vocamus.

[13] ἀλλὰ τὴν μέγχειν ποιεῖν] In quibuſdam exemplaribus hæc clauſula deſideratur, eam tamen adſcribit Galenus lib. 3. περὶ δυσπ. & meliores codices ſcripti, tum etiam Vaticanæ membranæ, vt patet ex Caluo. Quem etiam locum mihi ſubnotare videtur Galen. in Explicatione vocum Hippocratis, cum μέγχειν & μέγχειν pro eodem agnoſcit.

[14] θερμάσμασι μὴ ...] χλιάσμασι legunt exemplaria quædam Regia manu ſcripta, vt tepefacientia fomenta intelligant. Sed θερμάσμασι legiſſe Galenum apparet.

[15] ὁμοιόγονον ...] ὁμοιόγονον ex hoc loco ſibi ſimiligena vertit Cælius Aurelian. lib. 2. acut. cap. 19.

[16] ἢ σταιτίαν ...] σταιτίαν ... exponitur Galeno in Exegeſi, ex hoc loco. Vnde etiam apud Erotianum σταῖτα vitioſè, pro σταιτίαν ... ſcribitur, ...

[17] ἀντισηκῶσαι τὴν μεταβολὴν] Hic ἀντισηκῶσαι τὴν μεταβολὴν mutationem rependere diximus, quod eſt mutationem ipſam alia quadam mutatione aut viciſſitudine retaliare & compenſare, ac veluti exæquare. Quod in noſtra Oeconomia abundè expoſuiſſe nobis videmur.

[18] ...] ἀντισηκῶσαι ... hanc diem rependere diximus, quod eſt veluti exæquare & compenſare, figuratè tamen pro reficere, ac noxam acceptam reponere & veluti reſarcire, velut in noſtra Oeconomia expoſuimus.

[19] οἱ πεφριχότες τὰ ὦτα] Ex hoc loco οἱ πεφρικότες τὰ ὦτα, ... ponuntur Erotiano, ... Quæ verba in Oeconomia noſtra ſatis expoſuiſſe nobis videmur.

[20] εἰ ἢ μηδὲ ...] Hic ſecutus ſum codicum pluralitatem, etſi quædam exemplaria, ... legunt. Malim tamen ... legere. Quæ certè lectio non parum mihi animaduertenda videtur. velut etiam antea, ...

[21] ἢ συγχρωμένῳ] Ex hoc loco συγχρωμένῳ ἄρτῳ exponuntur Galeno in Exegeſi ... vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Etſi ferè vbique ξυγκομιστῷ ſcribitur.

[22] πημαίνεσθαι δὲ ...] Huius loci hæc videtur eſſe notio, vt contrario ſermoni quodammodo patrocinium adhibendum eſſe videatur, & contraria ſententia vera ſit exiſtimanda. Quem in ſenſum accommodat Galenus libro ſecundo de vtil. part. corp. humani, etſi illic ... legit. Nam cùm in ſanis etiam in victus ratione permutatio periculoſa ſit, non ideo tamen prohibenda eſt in ægris mutatio, ſed contrarium potiùs verum exiſtimandum, quòd in ſanis nulla inſit mutatio, quæ, aut ciborum adiectionem, aut imminutionem indicet, vt in ægris fieri videmus. In quibus mutatio quidem ritè & ordine facta & cum magna cautione etiam iuuat.

[23] ἢ ὁ τρόπος ...] Sic legunt plæraque exemplaria, ... quædam tamen habent.

[24] ...] Hanc dictionem ex hoc loco explicat Galenus in Exegeſi & Erotianus, vt docuimus in noſtra Oeconomia.

[25] ἢ ὡς ... τὸ πολὺ ἀπορεῖ] Sic legunt exemplaria meliora manu ſcripta, quæ ſecuti ſumus cum Galeno, etſi idem ... legit in Exegeſi, hunc etiam locum ſubindicans & paulò aliter ſcribens. Vbi & ..., temerè, inconſultè ſignificare poteſt, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, aut non conuenienter, quemadmodum apud Galenum ſumere videtur Dioſcorides. Vulgata tamen exemplaria, ἢ ὡς ... τὸ πολὺ ἁμαρτάνουσι habent. Quæ lectio valdè eſt popularis, eamq; agnoſcunt membranæ Vaticanæ, vt ſatis conſtat ex Caluo.

[26] ἢ πτισάνῃ ...] Huius loci ſæpius meminit Galenus, vt lib. 3. περὶ δυσπ. & Comm. ad aph. 68. lib. 4. vbi ... legit.

[27] ἀσιτ. ...] ... ex hoc loco Erotianus apud Hippocr. ..., ... exponit.

[28] ἀφλέγμαντοι ...] ... legunt exemplaria quædam, & ad ... referunt, & ... tamen legiſſe videtur Galenus.

[29] ...] Hic certè locus adeo obſcurus apparet, vt multis anſam dederit literam immutandi, quod & fecit Cornarius. Caluus ſanè aliud quid ex Vaticanis membranis mihi ſubauguratus videtur. Quotquot tamen adhuc mihi videre licuit exemplaria, in hac lectione ſibi conſtant, quam profectò immutare mihi magna religio eſt, quamq; ſecutum eſſe Galenum optimè mihi conſcius ſum, etſi valde eſt implicata.

[30] ἢ δυσχερεῖς ...] ... cum Galeno lego, etſi plæraque exemplaria, tum publicata, tum ſcripta, ... legunt.

[31] ...] Hunc certè locum mihi diſertis verbis ſubodorari videtur Galenus in Exeg. ... exponens, ...

[32] ...] οἱ μὴ ... legiſſe videtur Galenus, ... tamen legunt omnia ferè exemplaria, quædam etiam ... .

[33] ...] Huc certè referri poteſt quod Erotianus ... ab Hippocrate poni teſtatur, quod eſt, præcipuè, maximè, etſi frequenter etiam aut ferè nominalè ſignificat.

[34] ἢ μεταπίπτει ...] Hunc certè locum ſubindicare videtur Galenus in Exegeſi, cum ... ex hoc libro, ... exponit, vt ſatis docuiſſe videmur in noſtra Oeconomia.

[35] ...] Hoc loco magna eſt ſcriptarum membranarum varietas. Exemplaria quædam Regia reconditæ vetuſtatis nihil eorum quæ ſequuntur adſcribunt, quædam etiam ... apponunt, nonnulla etiam ... . Sed tamen conſtat ex Caluo ea membranas Vaticanas adſcripſiſſe, in quo Gal. iudicium & pluralitatem ſequimur. Et certè τὰ ... περὶ διαίτης, non raro pro teſtimonio adducuntur à Galeno in Exegeſi.

36 ἡ ποικιλίη τῶν σεσηπότων] Sic legunt vulgata omnia exemplaria, ſed σεσηπότων legunt Galeni exemplaria, idemq́; lib. 3. περὶ διαιτ. ὀξ. ex hoc loco adducit, & τὴν διαφθορὰν δηλοῦσθαι indicari ſcribit, velut hic quoque τὰ σεσηπότα ... τὰ δὲ ἐγκεχυμένα exponit. Etſi σεσηπότα paſſim legunt omnia exemplaria, quæ σεσηπότα etiam ferri poſſe declarant.

37 ἐκάθισε τὰ ὑποχωρήματα] Hic locus in tota medicandi ratione valdè communis celebratur Galeno lib. 1. περὶ κρισ. cap. 9. & Comm. ad aphoriſm. 1. lib. 4. & Aëtio cap. 33. lib. 3. qui paulò etiam aliter legit. Repetitur etiam poſtea lib. περὶ παθῶν & ex hoc loco περὶ χυμῶν adducitur, paulùm immutata lectione.

38 φλεβῶν ἀπολήψιες λυπέουσι] Sic quidem legunt publicata exemplaria, ſed φλεβῶν ἀπολήψιες λυπέουσι habent vetuſtiſſima exemplaria manu ſcripta, & Vaticana quoque, vt patet ex Caluo. Quinetiam Cælius Aurelianus huius libri aſſiduus exagitator, ſuffragari huic lectioni videtur cap. 10. lib. 2. Acut. Galenus tamen lib. 2. de Cauſ. morb. & in fine libelli περὶ εὐεξίας, φλεβῶν ἀπολήψιες τὸ σῶμα λυπέουσι legit.

39 καὶ ἀσκαρίδες δὲ γίνονται] Hunc locum exagitat Cælius Aurelianus cap. 4. lib. 3. acut.

40 μετεωρίζονται δὲ] Hic variant membranæ ſcriptæ. Quædam enim ὡς μετεωρίζονται ſcribunt, & ſuperiorib. adſcribunt, deinde, οἱ δὲ μακροὶ οἱ πυρετοὶ οἱ τοιοῦτοι γίγνονται. Quam lectionem videtur ſecutus Caluus ex codicibus Vaticanis. Vulgatam tamen lectionem ſecutus ſum, quòd ea phraſis huic libro valde ſit familiaris, vt multis exemplis probauimus in noſtra Oeconomia. Ἀπεστάσιας quoque habent meliora exemplaria manu ſcripta.

41 λάβρον δὲ αἷμα] Hic λάβρον δὲ αἷμα irruens ſanguis dicitur & ad eruptionem incitatus, quę eſt lectio vulgaris & omnibus exemplaribus conteſtata. Quædam tamen exemplaria ἐπιμανὲς habent, quæ lectio cum impetu irruentem ſanguinem, & contentione quadam erumpentem ſignificat. Quo in loco animaduertenda quoque eſt membranarum varietas, quæ ſic hunc locum legunt, ἢν μὴ πολὺ ἄλλως ἐπιμανὲς ᾖ, ἐξίῃ ὡς πεπαίνεται τῆς ... καὶ ἔχει ὕδρωπα ..., ἢ ... Ibidem quoque ... legitur. Quædam etiam membranæ λυδίνται pro ... habent, quædam quoque ... omittunt.

42 καὶ οὖρα παχέα] Sic legunt quotquot adhuc mihi videre licuit exemplaria, tum manu ſcripta, tum publicata. Quod etſi de craſſis, albis, & valde perſpicuis vrinis accipit Cornarius, mihi tamen non leuem ſcrupulum iniicit, quod huiuſmodi vrinæ vix ſimul conſiſtere videantur, etſi perſpicuæ vrinæ aliò humori impetum conuerſum eſſe ſignificant. Reliqui omnes interpretes de læuibus vrinarum ſedimentis accipiunt, vt λεῖα legiſſe videantur. Cui etiam lectioni Vaticanas membranas ſuffragari, ex Caluo ſatis patet. Quam lectionem etſi ſatis probabilem duxi, neque tamen in ea mihi ſatisfacio. Et ſi quid coniectura valet, καὶ οὖρα παχέα καὶ λευκὰ λίαν ... legendum exiſtimo, vt ad vrinas valde craſſas & albas referatur, quæ ab abſceſſu liberare conſueuerunt ex aphoriſm. 74. libro 4. Alioqui καὶ λίαν vrinarum copiam & multitudinem ſignificare poterit, quæ cum vrinarum craſſitudine & albedine, ſolutionis ſpem ampliorem facit. Ad hunc porro locum optimè facit quod ſcribitur in Coac. Prænot. ... , ... πλευρίτιν, ἢ σπλάγχνοισιν, ... ἀρθρίτιν ... ἀραιὰ μὲν χολώδεα, ἐς ἄρθρα ... ὁ δὲ αἱματώδεα ἐς πλευρίτιν, ἢ σπλάγχνοισιν.

43 καὶ τὴν ἱδρώδεα] Apparet Galenum hunc locum in Exegeſi ſubindicare, cùm ἱδρώδεα explicat, τὸν ἄχρι τοῦ ἱδρῶτος ἐκτεινόμενον, quem hîc etiam ſecuti ſumus, iſtumque locum in noſtra Oeconomia adduximus. Omnia tamen exemplaria, tum ſcripta, tum publicata ἱδρώδεα habent, & ferè omnia καὶ τὴν ἱδρώδεα. Quam lectionem ex Vaticanis membranis Caluum ſecutum eſſe apparet, cùm tamen Galenus in Commentario τὸν πυρετὸν τὸν ἱδρώδεα legat, eamq́ue lectionem vt maximè popularem ſecuti ſumus. Ibi quoque ferè omnia exemplaria οἱ παχύτεροι leguat, ſed nos cum Caluo οἱ παχύτεροι legimus.

44 τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ῥίζης] Potiones ex radice bryoniæ & dauco atque vino confectas, vertit Cælius Aurelianus cap. 7. lib. 3. acut. vbi huius loci meminit.

45 καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἄν] Eadem ferè elegantiſſimis verbis ſcribuntur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς. εἰ γὰρ ... ξυμφέροντας ... , αὐθις βαρέας, ... τὸ σῶμα, καὶ ... , ... πληγείη ..., καὶ ... ..., καὶ ... ...

46 ὁκόσοι δὲ μυσσονται] Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς eandem in rem ſcribitur. ... ἐπὴν ... ξυμφέρον μὴ ..., ὅταν τάχιστα παρέλθῃ ἡ ὥρη, αὐτίκα ἀδυναμίη δεινή, τρόμος, ἀψυχίη. ... ὀφθαλμοὶ ..., οὖρον παχὺ καὶ θερμόν. ... καὶ τὰ σπλάγχνα ...

47 ἄγριον κρέα] Hîc Galeni lectionem ſecuti ſumus cum omnibus interpretibus, quod melior ſit & longè plauſibilior, cui diſſentiunt vulgata exemplaria.

48 μὴ τι ὀλιγῶν εἶησι] De iuuenilis aut veteris victimæ porcorum ætate vide Ioannis Langij doctiſſimam Epiſt. 61. lib. 1. vbi etiam hunc locum explicat.

49 μάλιστα δὲ τῶν ...] Cælius Aurelianus in his quæ malè adſcribuntur capiti 1. lib. 5. Tard. Paſſ. & in finem libri 3. reiicienda ſunt, huius loci meminit, eumq́; ſic vertit. Hippocrates verò libris quos ad ſententias Cnidias ſcripſit, magis vtendum dicit egeſtate atque vaporatione, & continentia, & danda ſicca vel arida quæque, & acriora mandenda. In reliquis certè non parum mihi deprauatus videtur.

50 ἢν δὲ μή, ὁ χυλὸς τῆς ... πυρῶν] Hunc etiam locum exagitare mihi videtur Cælius Aurelianus cap. 3. lib. 5. Tard. Paſſ. vbi φάκινον ..., quod lenticulæ fictum, aut lenticulæ freſæ decoctum ſignificat, pulentum vertere videtur, niſi potius pulmentum ſimpliciter ſcribendum videatur, quod paulò antea lenticulæ pulmentum dixit.

51 πῖνε ἰδ ...] Hunc locum ſubindicat Cælius Aurelianus cap. 1. lib. 5. Tard. Paſſ. & cantharidas tres detracto capite, & pedibus, & pinnis, in tribus cyathis aquæ contritas exponit. facetè autem dictionis obſcuritatem & amphibologiam, tum etiam medicamenti vim ſuſpectam ridet Galenus in Commentario.

IN LIBRVM DE LOCIS IN HOMINE.

1 Ἐμοὶ δοκεῖ] Hic liber paſſim hac inſcriptione inſcribitur ab Erotiano, Galeno, & Rufo Epheſio: & ab Erotiano inter ... reponitur. τόποι verò cùm corporis humani partes dicantur (vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia) non infœliciter mihi videtur partium corporis humani indicaturam præ ſe ferre, quòd earum tum ſecundum naturam, tum præter naturam affectiones contineat, vt etiam ad φυσιολογίαν & παθολογίαν, aut αἰτιολογίαν, aut etiam θεραπευτικὴν non immeritò referri poſſit. Atque hunc librũ ab antiquis inter Hippocraticos fœtus eſſe numeratum, id teſtatur quod Cælius Aurelianus iſchiadis curationem quæ hoc libro continetur vellicat lib. 5. Tard. Paſſ. prætereaque quæ à Galeno ex hoc libro explicantur, & quod de ſplene ab eo ex Hippocrate adducitur lib. 2. de facult. Natur. Quod certè hinc eſſe deſumptum minimè eſt ambiguum.

2 κοιλίη γὰρ χωρίσσεται] Sic lib. περὶ ... φύσιος. κοιλίη δὲ ... ἀρχὴ οὐχ εὑρέθη.

3 ὁμοίως δὲ οὐκ ἔχοντες] Sic legunt quotquot vidimus exemplaria. Cornarius tamen, ὁμοίως δὲ ἔχοντες legiſſe videtur.

4 πρὸς τὴν ὁμοιοθείην] ὁμοιοθείην eſſe diximus in noſtra Oeconomia, gentilitatem & cognationem, mutuamque partium corporis conſenſionem, qua altera alteri affectum communicat & quadam inter ſe communione conſpirant. In quibuſdam manu ſcriptis Regiis codicibus ex Scholio quodam ὁμοιοθείη explicatur ἡ τοῦ σώματος συμπάθεια καὶ ὁμοιότης.

5 φύσις δὲ τοῦ σώματος] Hunc locum adducit Rufus Epheſius libro primo. περὶ ὀνομασίας τῶν κατ' ἄνθρωπον, & Galenus initio libelli, ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος, ſed τὸ κατ' ἰατρικὴν λόγου ... legit.

6 τῶν διαφερόντων ἀκούειν] Hunc locum ſubindicauimus in noſtra Oeconomia, ſimulque ſcripſimus Erotianum hîc nobis videri διαφαρὰς legiſſe, quod ... expoſuit. Secutus verò ſum publicatos codices & vulgatam lectionem, quæ ἀκούειν ταῦτα habet, etſi aliter legunt Interpretes.

7 ... δὲ, ἢ ...] Lib. περὶ ... antea ... dixit. ... verò Erotianus τὸ χαῦνον exponit, fortè hoc ſubindicato loco.

8 ἢν κωφωθῇ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed κωφωθῇ hic mihi videtur legere Erotianus, quod ἐάν βλαβῇ, πηρωθῇ exponit, quod eſt, ſi læſa aut impedita fuerit. Ac fortè κωφωθῇ apud Erotianum meliùs legatur, vt & idem κώφωσιν ὀφθαλμοῦ ... πήρωσιν apud Hippocratem annotat.

9 ἀντιμεθέλκει τῇ ...] Hîc ἀντιμεθέλκει occurrere vertunt Interpretes, quod eſt contrario motu ferri, aut motum habere contrarium, vt mihi ἀντιμεθέλκει pro ἀντιμεθέλκει ſumere videantur, quod Heſychius ... exponit. Quod verò motus ille ſit contrarius, quidam pro ..., ... legunt, cui ... opponitur.

10 καὶ πολλὰ ...] Hunc locum mihi videtur ſubindicare Erotianus, cum ... apud Hippocratem ex hoc

hoc libro adducit, etſi ἀναιθὲς rectè ſignificare videatur, præſertim cùm κατ' ἀλλήλων addatur.

11 καὶ ἐξαραχϑῇ] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia.

12 ἐς τὸ σίδηρον] Hunc etiam locum ex Galeno in OEconomia noſtra indicauimus & expoſuimus.

13 μετὰ τοῦ ἄρϑρου τοῦ ἀγκῶνος] Aliter hunc locum legit Caluus, cùm tamen iſtam lectionem habeant exemplaria omnia.

14 διὰ τῆς κοιλίης]Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed διὰ τῆς κοιλίας lego, cum Interpretibus.

15 αἱ δὲ ἐνδοτάτω] Iſtud omittunt Interpretes Caluus & Cornarius, cùm tamen in omnibus codicibus legatur, idque propter neruos opticos poſitum videatur.

16 ἐς τὴν ἱερήν] Ante hæc verba in quibuſdam codicibus manu ſcriptis & Vaticanis hæc dictio ἄρϑρα adſcribitur, quæ velut indicaturam præ ſe fert, monetque ſe deinceps de oſſium coniunctionibus ac commiſſuris inter ſe, ſermonem habiturum. Quam lectionem etiam ſecutus eſt Caluus.

17 ἐχει δὲ πλείονας ἔχοντες] Sic legunt exemplaria omnia. πλείονας ἔχοντες tamen lego cùm Cornario. Quod ſequitur variè legitur in quibuſdam codicibus. Nos pluralitatem ſecuti ſumus cum Cornario. Vaticanę membranæ legũt, ἐν ᾗ δὲ αὐτῶν πρὸς τὸ ὀστέον κεφαλῆς. ᾗ δὲ πρὸς τὸ ἄρϑρον. Quam lectionem ſecutus videtur Caluus. Exemplaria Aldina, ᾗ δὲ legunt.

18 πρὸς τοὺς πλάτας] Ex hoc loco πλάτας τὰς ὠμοπλάτας exponere mihi videtur Erotianus. Quòd verò ſcribitur, αἱ δὲ πρὸς τὰς ὤμους ἐπὶ μοχλευταί, id mihi dictum videtur, propter σύνδεσιν aut firmiſſimam connexionem, quam facit ἀκρώμιον clauiculæ cum ſcapulis, ideoq; ad clauiculas mihi referri videtur, etſi Interpretes ad articulos referunt, vt ὁ non αἱ mihi legiſſe exiſtimentur.

19 ἐπιβάλλονται]Hoc ſic legunt Vaticana exemplaria manu ſcripta, τὰ δὲ πρὸς τοὺς ὤμους ἐπιβάλλονται, quam lectionem ſecutus eſt Caluus. γυῖα verò cum τὰ κῶλα ſignificent, & craſſiora membra, hic pro brachio accipiantur, etſi corporis alueum indicare poſſunt, qua notione ſumpſit Caluus.

20 περὶ τὰς δύο περόνας] Ex hoc loco περόνην exponit Erotianus ἀκροπίταιαν. περόνην etiam hic ἐπίφυσιν τοῦ ἰσχίου (ex Galeno in Exegeſi) ſumo, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

21 μέχρι τοῦ περονίου]Exemplaria Vaticana pro his verbis κατὰ τὸ περόνιον κυλινδρῶδες legunt, quæ ſecuti ſumus cum Interpretibus.

22 ἄρϑρον ἐς τὸ κυλίνδρου ποιέει] Hic mihi videtur locus, aut qui paulò poſt ſequitur, ex quo κυλίνδρον τὸ ἀγκῶνος apud Hippocratem exponit Erotianus, etſi apud eum κυλινδροὺς legitur, quemadmodum Heſychius κυλίνδρον.

23 ἄρϑρον δὲ ἐς τὸν κύβιτον]Hunc mihi locum ſubindicare videtur Galenus, cum κύβιτον in Exegeſi exponit τὸ ὠλέκρανον, ὅπερ καὶ ἀγκών. Idemq; ſcribit à Dioſcoride ſic vocari τὸ κόνδυλον τοῦ βραχίονος medium & minimum, vbi cauitas eſt trochleæ ſimilis, circa quam cubitus mouetur. τὸ μουνῶς κυλινδρῶδες paulò antea dictum eſt, vt & lib. de fract. & lib. de artic. τὸ κοῖλον τοῦ βραχίονος.

24 αἱ δὲ χεῖρες] Hunc locum adducit Erotianus, vbi ἄρϑρα exponit τὰς συμβολὰς τῶν ὀστέων, ſicque legit. ὅτι γὰρ ὀστέων ξυμβάλλουσιν, ταῦτα ἄρϑρα ποιέουσι.

25 ἐς δὲ τὸ ἰσχίον] Hunc etiam locum ibidem profert Erotianus, vbi ἄρϑρον impropriè accipi vult pro altera oſſis parte quæ committi debet.

26 τοῦ δὲ τὸ μηροῦ] Hunc etiam locum mihi ſubindicare videtur Erotianus, cum μηρίας exponit τὰς κονδυλώδεις τῶν ἰσχίων ἐπαναστάσεις. Sic enim nodoſæ ac tuberculoſæ illæ femoris prominentiæ mihi intelligi videntur, quæ ſunt duæ apophyſes, in ſuperiore femoris ceruice, τροχαντῆρες dictæ.

27 ἐς δικραίην]Pro δικραίην his locis δίκραιαν mihi videtur legiſſe Erotianus, qui ex hoc loco δίκραιαν, τὴν διῃρημένην εἰς δύο, καὶ δὲ δικραία καὶ διέρεισα exponit.

28 αὐτόθι δὲ τὸ ἐπιγουνατίδα ἡ μύλη καλεῖται]μύλη patella Celſo dicitur, os femoris & tibiæ commiſſuram cogens, & quod ſupra genu incubet, ἐπιγονατὶς dicitur vt ſcribit Galenus Com. 3. in lib. de fract. & lib. de Oſſibus. ἐπιγουνὶς verò Hippocrati lib. 4. περὶ ἀγμῶν, & ἐπιμυλὶς in Mochlico. Ruſus verò Epheſius ἐπιμυλίδα Hippocrati & μύλην dici teſtatur, vt hunc mihi locum, aut librum κατ' ἰητρεῖον ſubindicare videatur. Toti autem genu ſuperponitur, vt acceſſum firmiorem faciat, quod hic dicit, vt humiditatem à carne prohibeat.

29 ἐξ ἄκρης κατώτερον ἀστράγαλον]Aſtragalum intelligit, qui ab imis tibiæ & peronæ finibus (qui malleolos conſtituunt) vtrinque comprehenditur, & ſic vndiquaq; contegitur, vt ne ipſum quidem tangere poſſis, ac minimè appareat, ideoque multi non paruo errore malleolos aſtragalos vocant, quod ſcribunt Galenus lib. de oſſibus, & Ruſus Epheſius.

30 καὶ ὑποφλεγμαίνεται] Hic ſupertumefactam carnem diximus, propter ea quæ ſequuntur, cum φλεγμαίνειν non ſolum inflammare aut incendere apud Hippocratem ſignificet, ſed etiam intumeſcere & in mollem creſcere, quòd quæ inflammantur tumidiora redduntur, & in molem attolluntur, quemadmodum ſcripſimus in noſtra OEconomia, eaque notione hoc toto libro ſæpius ſumi probauimus.

31 ῥέει δὲ ἀφ' ὅτε τι ψύχος γίνεται] Poſt hæc verba quædam exemplaria adſcribunt ἐκ δὲ τὰς πολλὰς ῥέουσι, quæ certè redundare videntur.

32 ὅταν τὸ σῶμα ξηρανϑῇ] Hæc ſuperioribus iunxi ſecutus codicum pluralitatem. Cornarius tamen & Caluus, ὅταν δὲ τὰ σώματα legiſſe videntur.

33 ἀπὸ τοῦ σώματος] ὑπὸ γὰρ legunt exemplaria quædam, quæ ſecutus eſt Cornarius.

34 ὑπὸ τοῦ πλήϑεος ᾗ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vt ſignificent humorem copia magis quàm qualitate moleſtum eſſe. Verùm Cornarius ὑπὸ χολῆς ᾗ aut ἰοῦ legiſſe videtur. Caluus verò lõgè aliam lectionem ſecutus, & ὑπὸ ἐκ τῆς κεφαλῆς legiſſe, cum ὑπὸ αἰτίης μίας, legunt Vaticani codices, vt annotauit etiam Hieronymus Mercurialis.

35 ἐβλισ ἀλλ᾽ ᾖ, ἐὰν] Sic ſanè legunt quotquot adhuc mihi videre exemplaria licuit. Nemini tamen dubium videri debet, quin hũc locum ſubindicet Galenus in Exegeſi, cum ἀσκαιόλιον ei exponitur, ὁ δὲ τυφλὸς ᾗ ἀόρατος, velut cœca & inconſpicua. Quem certè locum rectè mihi ſubolfeciſſe videtur Cornarius. ἀορίστοις autem velut ἀδηλ dicitur & τυφλὸς exponitur. Quod etiam in noſtra OEconomia adſcripſimus.

36 καὶ λεπτὰ δὲ αὐτῇ κάτω ἄνω δὲ] Hunc mihi ſanè locum ſubindicare videtur Galenus in Exegeſi, cum λεπτὰ δὲ ἀραιά ex hoc libro ſignificare adſcribit. Tenuia igitur & rara obiectæ impedimenta, hoc eſt leuia, habere fluxionem ſignificat, cum interiore parte foramina ſint ampliora quàm exteriore, ideoque facilè carnes humiditate repleri.

37 ἐς τὰ ὦτα ἀποστερχϑεὶς] Hunc locum in OEconomia noſtra expreſſimus & expoſuimus monuimúſque Erotianum ἀποστεγχϑῆ hic legiſſe, & ἀπογυρώσῃ expoſuiſſe, καϑάπερ αἱ πεδιωμέναι σύριγγες. Quod ad τὰ ὦτα mihi retuliſſe videtur, & aures flatu diſtentas, velut inflatas fiſtulas intellexiſſe, hoc eſt in fiſtulas verſas.

38 δίδου μετώπω ἐγχεῖν] μετώπιον legendum cenſeo cum Mercuriali cap. 19. lib. 2. variarum lectionum, aut μέτωπον quemadmodum legunt Caluus & Cornarius. Quod etiam monuimus in noſtra OEconomia, vbi Metopium vnguentum Ægyptium eſſe calidum diximus, & pro μέτωπον ſumi apud Hippocratem, quod etiam ab eodem ad ſurditatem adhibetur lib. 5. Epid. Metopium autem cur dicatur, illic etiam adſcripſimus.

39 καὶ τοῦ δὲ ἀπὸ ποιέειν] Sic legunt omnia quidem exemplaria. Caluus verò τόπον legiſſe mihi videtur.

40 ἀλλ' ὁ κοῦφον φάρμακον ἰσχυρότατον]Etſi hîc lubenter amplector Hieronymi Mercurialis lectionem quam ex manu ſcripto codice adhibet cap. 8. lib. 2. variarum lectionum, & in ſuis ad hunc locum annotat. exemplarium tamen fidem & Interpretum omnium conſenſum ſecutus ſum, tum quod ſatis ſit vſu cognitũ & experientia conteſtatum, in oculorum morbis inferioribus partibus pyrotica admoueri, tum verò quod etiam nominatim hîc aluum ſubducens medicamentum apponatur. Quod verò in vulgaris codicibus legitur, ἐὰν δ' ἐν τοῖς φλεγμαίνουσι, οὐ δεῖ legunt exemplaria Aldina, quæ cum Interpretibus ſecuti ſumus. Zuinggerus tamen αὐτίκα legit.

41 καὶ ἐκκαϑαίρειν] Sic quidem legunt omnia exemplaria. Caluus tamen λεκαυλοιπεῖν legiſſe videtur.

42 καὶ κατάπλασμα ξηρὸν] κατάπλασμα exponit Galenus in Exegeſi ex hoc loco, additq; ἔστι δὲ τοῦ ξηροῦ διαλείμματος. Quibus verbis Erotianum ſubintelligere videtur, qui κατάπλασμα ξηροῦ διαλείμματος exponit, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. Videtur autẽ hæc dictio eſſe ἐκ τῶν ἅπαξ εἰρημένων (vt loquitur Erotianus) neque enim aliàs apud Hippocr. legitur.

43 ἐν τοσούτῳ καὶ τὸ ῥεῦμα] Sic ferè legunt exemplaria omnia, quædam etiam, καὶ τὸ ῥεῦμα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς φλεβῶν, habent. Alia quoque, τὸ ῥεῦμα τὸ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φλεβῶν legunt, quam lectionem ſecutus videtur Cornarius. Quædam etiam καὶ non habent. Sed hæ omnes lectiones eodem recidunt.

44 ἐς κατὰ τοὺς ὀφϑαλμοὺς ἀκρῶνται]Sic legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria: negationem tamen addit Caluus, vt fluxio minimè ad oculos feratur, ideoq; paulò poſt oculis nullum medicamentum adhiberi vult.

45 ἵνα ἐκτεϑῇ] legunt exemplaria quædam, velut antea dixi, καὶ κατὰ τὰς ῥῖνας χωρήσῃ, vt fluxio per nares deducatur & auertatur. Quo etiam reſpicit vulgata lectio, cùm ad nares

diuertit aut deflectit, quaſi à via abducatur aut decedat, quod per ἐκτρέπεσθαι indicatur.

46 σφίγγεσθαι ποιέουσι] Hunc locum expoſuimus in noſtra OEconomia, ſimulque indicauimus σφίγγεσθαι veluti σφίγγεσθαι accipi, & contactum oſſis à carne intelligi, quò vacuatis per ſecturas ſuperfluis humoribus, & muco qui intermedius exiſtit, caro naturali habitu ad oſſa inſiſtat aut adhæreſcat. Cornarius verò carnis ad os extenſionem dixit, vt à σφίγγεσθαι aut σφιγγεσθαι deducere videatur.

47 ἀεὶ τῇ ἰσχυρῇ ἀεθίζειν] Sic legunt ferè omnia exemplaria, pro αἰεὶ tamen quædam ἀγαθὰ adſcribunt, & alioqui non parum mihi ſuſpectus locus videtur, & illud τῇ ἰσχυρῇ ἀεθίζειν non ſatis eſt explicatum. Etſi hoc ſenſu intelligi poteſt, vt ſi minùs iſta commodè præparata fuerint, neq; rectè proceſſerit curatio, ipſo lachrymarũ fluxu non eluitur oculus, quò acutiùs cernere queat, ſed ab infeſtante humore fulgores ei potius obuerſantur, ſenſimq; videndi acies hebeſcit & extinguitur. Fluxum tamen nõ oculum elotum dicit Cornarius, hoc eſt lachrymarum effluxu mitigatum & depoſitum. Caluus verò longè aliter locum iſtum mihi accepiſſe videtur.

48 τὰς φλέβας καίειν] Vide Ariſtot. probl. 5. ſect. 31. vbi ſcribit in oculorum fluxionibus venas temporum ferro ardente Medicos inurere, συγκαίουσι τὰς ἐπὶ κροτάφοις φλέβας Ideoq; hic καίειν διαφράξας dicit, quod aliter ſumpſit Zuinggerus.

49 ὁπόταν δ' ἄρ' ἐπαγόμενον] Hic locus in omnibus exemplaribus vitium ſubolet, ideoque aſteriſco ſubnotatur. Zuinggerus vt lacunam ſuppleat legit, ὁπόταν δ' ἄρ' ὀδυνώμενον, quædam etiam exemplaria manu ſcripta, ἐπαγόμενον, nullo ſenſu, omneſque Interpretes locum de oculo humoribus pleno & turgente accipiunt. Nos in noſtra OEconomia legimus, ὅταν δ' ἄργεμον ᾖ, & huius lectionis ex Erotiani authoritate rationem reddidimus, locumque περὶ ἀργέμου, & de albugine intelligendum ſcripſimus, quæ ex oculi ruptione contingit. Aliam etiam illic lectionem adſcripſimus.

50 πρὸς τὸ ἐς τὸ λαπάρην] πρὸς τὸ λαπάρην lego, aut τὸ ἐς τὸ λαπάρην vt in Aldino codice.

51 ἐπὴν τὰς ἀμφοτέρας τὰ σκέλεα] Cornarius ante hæc verba ἀπὸ χολῆς, pro indicatura adſcribit, vt aliam à bile fluxionem indicet, quod tamen in nullis exemplaribus comperi. Neque verò iſta cum Prognoſtico aut Coacis Prænot. aut cum libris de Morbis conſentiunt, vbi peripneumoniam altera pulmonis parte inflammata facit Hippocrates.

52 ἀπὸ τῆς βρόγχου ἐς τὰς ἀρτηρίας] Sic quidem legunt exemplaria quæ huc vſque videre licuit, ſed τὰς ἀρτηρίας cum Cornario lego, vt & paulò poſt, & aortas dictas intelligo, ipſas aſperas arterias pulmonem conſtituentes, velut ampliſſimè ſcripſimus in noſtra OEconomia, iſtumque locum ab Erotiano indicari ſignificauimus, ſi modò rectè legatur. Quidam verò ἀορτὰς legiſſe Cornarium exiſtimant, ſed nos ἀορτὰς aut ἀρτηρίας legiſſe cenſemus, velut & apud Erotianum legendum eſſe monemus, pro ἀρτηρίας.

53 ἐκ ὑποθυμιήσιος] Caluus legiſſe videtur ἢ ἐκ ὑποθυμιήσιος, ὑγιέες γίνονται, quemadmodum etiam habent codices quidam manu ſcripti, ſed ἀγαθὰ addunt.

54 ἢ τὰς ἀορτίας] Hunc etiam locum in noſtra OEconomia expreſſimus & expoſuimus. Quidam verò codices ἀορτέων etiam legunt.

55 ἢ ὑψηλότερα ὅσα τῷ πλεύμονι πρὸς τὰ μικά] ὅσα μικά malunt legere codices quidam ſcripti.

56 ἢ ἐπεγχέασθαι] ἢ ὑπεγχέασθαι legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

57 ὅτι τῶν ἀορτέων] ἀορτέων legunt exemplaria quædam manu ſcripta & Aldina, quædam etiam ἀορτέων.

58 ἢ τοῦτο μικρὰ πρὸς ἐχέτω] videtur legiſſe Cornarius vt & quædam Exemplaria.

59 λοῦ δὲ τούτων ὑπὸ ἀγρυπνίης] ἀγρυπνίης legunt exemplaria quædam pro ἀγρυπνίης.

60 τοῦτο δὲ ἐς χολώδεα] τοῦτο habent exemplaria quædam. Cornarius verò ὑπὸ legiſſe videtur.

61 ἢ λύξ] Sic ferè legunt omnía exemplaria, quædam etiam ἢ λύγξ. ἀποχρέμπτεται autem ex hoc loco ἀποπτύεται mihi exponere videtur Heſychius, etſi ἀποχρέμπτεται vitioſè legunt exemplaria quædam.

62 ἐκλύσῃ δὲ ὁ πυρετὸς αὐτοῦ] αὐτοῦ lego cum Interpretibus omnibus, quandoquidem de pleuritide iam inclinante & diem ſeptimum ſuperante agere videtur.

63 λοῦ δὲ ἰνηθμὸς ἐπιγίνηται] ἰνηθμὸς, κύδαρος κοιλίης exponitur Erotiano ex hoc libro, & Galeno κίνησις in Exegeſi. Eſt autem alui fluor pleuritidi & peripneumoniæ ſuccedens, periculoſum alioqui ſymptoma, ex aph. 16. lib. 8. ideoque potus ſubducendus. Variant tamen hîc exemplaria, quædam enim ἰνηθμὸς vitioſè pro ἰνηθμὸς legunt Vaticana ἰυγμὸς, pro quo λυγμὸς legiſſe videtur Caluus. Vulgatam tamen lectionem malo, etſi Vaticanam quidam præferunt.

64 ἢ ἐγχέειν φαρμάκοισιν] Sic legunt ferè omnia exemplaria, quędam verò ἐγχύλοισι habent.

65 νοῦσος γίνεται αὕτη] Iſtum locum expreſſimus in OEconomia noſtra, & per νοῦσον morbum ex humorum collectione aut coaceruatione in inteſtinis aut ventre per fluxionem ortum intelligi diximus. Caluus verò νόσον legiſſe videtur, & Cornarius νόθος.

66 ἔπειτα φαρμάκῳ ἰσχυρστέρῳ] ἰσχυρστέρῳ pro ἰσχυρστέρῳ legunt Aldina exemplaria & manu ſcripta, vt medicamento corroborante aut vires confirmante vti velint, poſt alui deturbationem. Interpretes tamen omnes ſecutus ſum cum peruulgata lectione.

67 τῶν ὑγρῶν πρί] Poſt hæc verba membranæ quædam ſcriptæ hæc adſcribunt. ὕστερον τούτῳ κλυσθῇ aut κλύση.

68 ἢ αὐτοῖς αὐθις] Sic legunt vulgata exemplaria. Cornarius verò ἄλλο αὐθις legit. Manu verò ſcripti codices αὐτοῖς ὕστερον habent. Iubet autem primò vehementius medicamentum adhiberi, ad fluxionem repellendam à partibus poſterioribus, deinde verò leuius, quo conſueſcat eò fluere, vt diuertatur, & demum omnino auertatur.

69 σιτία ἐσθίειν τὰ φλεγματώδεστατα] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra Oeconomia, ciboſq; corpus maximè tumefacientes, hoc eſt implentes & nutrientes intelligi potius quàm maximè pituitoſos diximus.

70 φάρμακον πτισσόμενον] πτισσόμενον, πτιζόμενον exponit Erotianus inter dictiones ex hoc libro expreſſas.

71 ἢ ἰσχιάδα φθίσιν] Sic legunt meliora exemplaria, vt ex fluxione in articulos aut in poſteriora, tabes oriatur, aut coxendicum morbus. Interpretes ἢ ἰσχιάδα φθίσις legunt, cuius curatio ſequitur. Iſtam autem Iſchiadis curationem exagitat Cælius Aurelianus cap. 1. lib. 5. Tard. Paſſ.

72 φάρμακον δὲ πίνειν ἐλατήριον] Hîc incertum eſt num ἐλατήριον τὸ κάτω κοιλίης ἐλαῦνον ſimpliciter ſignificet, quemadmodum exponit Galenus apud Hippocratem, num verò ex cucumeris agreſtis ſucco paratum, Elaterium dictum, cùm aluum inferiorem lactis infuſo eluat. Sic enim mihi vtraque ſignificatio conuenire videtur.

73 ἢ τὸ σῶμα φθίνει] Hunc certè mihi locum ἰδίως ſubindicare videtur Galenus, cum φθίνει exponit συντήκεται, ἰσχναίνεται, μαραίνεται, ἀτροφεῖ. Huic nanq; loco notiones iſtæ omnes proprio quodam modo conueniunt; quibus τὸ θάλλειν optimè opponitur. Hunc quoque locum diſertiſſimis verbis ſubindicare mihi videtur Galenus in fine lib. 2. de fac. natural. cùm de liene agit contra Eraſiſtratum. Verum aliter legiſſe Galenum apparet, vt rectè annotauit Hieronymus Mercurialis.

74 ἢ τὰ κατὰ] τὰ τὰ κατὰ legunt exemplaria quædam, vt pro τὰ, τείχεα legiſſe videtur Cornarius.

75 ἢ τὸ συστρεφόμενον ἐπανοιδέειν] ἐπανοιδέειν habent exemplaria manu ſcripta.

76 ὅπως τὸ ὕδωρ ἴσχῃ ὁ σικύη] Hic ἴσχῃ idem quod ἀνίεται ſignificare ſcripſimus in noſtra Oeconomia, & accipi pro emittere aut ſcatebram facere, quam notionem etiam ex Budæo adſcripſimus. Etſi Cornarij explicationem non aſpernor, cùm tenuiſſimis & maximè ſuperficialibus cruſtis, ideoq; minimè profundis, aquam contineri vult ne affatim effluat, ſicque ægro periculum adferat. Zuinggerus certè hic σικύην μέγαν de cucurbitula admouenda intelligit circa vmbilicum ex libello περὶ ἰητροῦ, & circa vmbilicum & ad vmbilicum magnam cucurbitam admouet, & pro ἐς τὸν ὀμφαλὸν μίαν, μέγαν legit, non contemnendo ſenſu. Neque enim incidendus eſt vmbilicus, ſed circa vmbilicum inciſuras faciendas aut retro, præcipit Hippocrates lib. περὶ παθῶν, in hydropicorum ſectione. Ideoque quidam ἢ ἐς τὸν ὀμφαλὸν μὴ legunt.

77 πυκνὰ ἢ σμικρὰ ἐξοίγοντα] Sic quidem legunt exemplaria omnia & ἐξοίγειν vt crebrò & parum, & in vnaquaque corporis parte aperire velint. Sed Interpretes ſecutus ἐξάγοντα & ἐξάγειν lego.

78 ἢ κλυσθεὶς ἐς τὸ ἀκρόν] κλυσθεὶς etiam legunt exemplaria manu ſcripta.

79 ὡς ὁ θερμώδης] θερμώδης πυρετὸς exponitur Erotiano, hoc propriè (vt opinor) expreſſo loco. Addit autem, μὴ ποτε ἢ πᾶσα θερμασία ἐπ' αὐτοῦ θερμώδης λέγεται. Annotatur ex Corintho θερμαντικὸν πυρετὸν apud Ionas indicare. Quam notionem ſecutus eſt Caluus.

80 μὴ δ' ὡς τὸ σῶμα θάλλῃ] ἕως pro ὡς legiſſe videtur Cornarius, aut ὡς pro ἕως ſumſiſſe, idemq; μινύθῃ pro κλαίνηται legiſſe.

Sed

Sed κοθαίρεσθαι interdum ſolui,terminari & vacuari ſignificat,quòd eiuſmodi vacuationes in iudicationes incidant.

[81] καὶ ἰνίον] Hunc mihi locum ἰδίως ob oculos ponere videtur Erotianus, cùm ἰνίον καθαρθῆναι exponit. Exemplaria tamen omnia ἰνίοντα πυρετοῦ coniungunt. Sed Interpretes ſecutus ſum.

[82] οὐ γὰρ μὴ ψυχρὸν]οὐ γὰρ ψυχρὸν legiſſe videtur Caluus,& negationem omiſiſſe.

[83] καυμαίνῃ] Sic legunt quotquot adhuc mihi videre licuit exemplaria. Erotianus tamen & Galenus hic καυμαίνῃ legunt vt abundè ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi hunc locum expreſſimus & expoſuimus. Apparet autem Erotianum πυρέας pro πυρέτους legiſſe & ὁ καυμαίνῃ, Cornarium verò τῷ καυμαίνῃ, πυρέτους autem hic καύματα, febrium ardores ac feruores exponit Galenus.

[84] ἀνλεὴ καυστὸν]Erotianum ſic legiſſe apparet, καὶ ἀνλεὴ μὲν λέγει τὸ ψυχρεῖν φαρμάκῳ, θερμαντεῖν χρή. Quam lectionem etiam bis inculcat.

[85] καὶ ποιεῖ δὲ τὸ]ἄπυρον legunt exemplaria Vaticana manu ſcripta,vt patet ex Caluo, quam lectionē ſequitur & exponit Mercurialis. Nos publicatam non immutauimus.

[86] ἀφ' εἴτω αἰτιάδες] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed Caluus οἷον ὑδατώδεις legiſſe videtur,aut αἰτιάδεα εἶναι ſumpſiſſe φλαῦρον, quemadmodum quoſdam apud Hippocr.accepiſſe teſtatur Erotianus,quibus tamen ipſe refragatur,& ἀκαίρως potiùs intelligit,& Galenus ἰσχυρόν Com.in lib.de rat.vict.in Morb. acutis,vt abundè ſcripſimus in noſtra OEconomia,vbi hunc etiam locum ſubnotauimus.

[87] θωρεῖν ἐπίσχεται]Hunc locum diſertiſſimis verbis profert Galenus in vocum explicatione apud Hippocrat. & θωρεῖν τὸ ἄγχειν ἰᾶσαι hic exponit.

[88] ἐκ τοὺς κρημνούς]Ex hoc loco κρημνοὶ exponuntur Galeno in Exeg. τὰ χείλεα τῶν ἑλκῶν, vlceris margines & labra, à ſimilitudine quā habent cum riparum aut foſſarum marginibus, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia,vbi etiam ſubnotauimus vitioſe ſcribi apud Erotianum κρηνοὶ pro κρημνοί.

[89] καὶ ἄν τ' αὖ πήξεται] Hæc verba adducit Galenus in Exegeſi in dictione θωρεῖν,ſed legit ὁκόταν ὠφελῆται ὁ ἰχὼρ ἀποξηρὴν.

[90] ὡς χειμῶνα συμπίλεῖται ἡ σάρξ] Sic legunt omnia ferè exemplaria,præter quam in manu ſcriptis codicibus συμπίλεῖται legi annotat quidam.Et nos ex hoc loco hunc ſenſum expreſſimus in noſtra OEconomia,vt caro frigore condenſata coëat,aut perfrigerata conſtringatur,cogatur,aut conſtipetur , & legimus ὡς χειμῶνα συμπιλεῖται ἡ σάρξ, à verbo συμπιλέομαι quo antea vſus eſt hoc libro. χειμῶνα verò ψυχεινόν, ψύχει exponitur Galeno in Exegeſi ex hoc loco. (Sic enim potiùs quàm χειμῶνα apud Galenum lego.) Caluus certè longe aliam mihi lectionem ſecutus videtur, & χειμῶνα συμπιλεῖται, aut aliud quid eiuſmodi legiſſe. Cornarius verò συμπιλεῖται pro πίλεῖται ſumpſit. Ac συμπιλεῖται aut συμπεπίλεῖται aut συμπίλεῖται, vt ex manu ſcriptis codicibus adſcribitur,legendum cenſemus.

[91] παραλήψ καὶ σπίγματος] Hæc verba quæ veluti pro indicatura habentur,in Aldinis exemplaribus deſiderantur, quæ nec Caluus legiſſe videtur,qui etiam τοῦδε pro τοῦδε priore loco legit , ad os referens.

[92] καὶ λίαν] Iſtud mihi de medicamentis detergentibus & ſaniē à membrana abluentibus intelligendum videtur,quæ poſſint(vt loquitur * Gal.)ἀποσμήχειν καὶ ἀποκαθαίρειν ἀπὸ τῆς μήνιγγος τοὺς ἰχῶρας. Sic quoque dum humectantia hic medicamenta præcipiuntur, dolores mitigantia , inflammationem ſedantia , & emollientia mihi accipi videntur quo faciliùs os eximatur.

* *in fine lib.6. Meth.med.*

[93] θανάσιμα τρώματα] Hæc quoque indicatura deſideratur in Aldino exemplari. Caluus autem ad capitis lethalia vulnera retulit,quæ alioqui in vniuerſum ad quotuis etiam vulnera referri poſſunt,iſthucque mihi reſpondere videtur aph.23.lib 4.Codices verò manu ſcripti ἐφ' ᾧ ἄν τινι legunt.

[94] ὁ τι τρῶμα ἔχει] Iſtud variè diſtinguunt exemplaria,quædam enim ſuperioribus iungunt,quod fecimus cum Cornario:quædam hoc ſententiæ initium ſumunt,& reliquis iungunt. Caluus σῶμα pro τρῶμα legiſſe videtur,idemq; ἰσθμὸν,λαιμὸν (vt antea quoque)accepit. Quod verò poſtea ſcribitur, ξηρὴν καθίζει, valde obſcurum eſt,ac vereor vt parum integrum, etſi in eo mirè cōſentiunt exemplaria. ξηρὴν καθίζει legiſſe videtur Cornarius, & de corporis mole,ac ſucculentia , ſiccitate derepente ſubſidente accipi poteſt,quod valde pernicioſum eſt,aut καθίζει naturaliter ſumi,pro conſidere aut ſidere.

[95] ἀνλεὴ καθαλλῆς ἀποπλύνειν τι καὶ ἰατρεύειν] Sic legunt quotquot adhuc mihi videre licuit exemplaria, quod de vinolento accipiunt Interpretes. Sed hic de vacuatione ſiue ſpontanea ſiue per medicamentum agitur,vt ſatis indicat, ὑπὸ ἰσθμοῦ ὁ ἄνθρωπος ἐμέσας, & φάρμακον δὲ μὴ τ' ἰσθμὸν. deinde bilis ſponte effuſa euacuationem promouet. Ideoque lubenter ἐκκεχυμένον aut ἐκκεκαθαρμένον lego, vt euacuatum aut purgatum, aut eum qui cum vomitu purgationem aut euacuationem habet coniunctam intelligas,vt ſæpe in bilis refuſione cōtingit. Eſt enim ἀνλεὴς Heſychio ἐκκεκαθαρμένος, τουτέστι κεκενωμένος. Vnde ἀπεσπασμένος Erotiano exponitur ἐκκεχυμένος, aut potius ἐκκεκαθαρμένος, idemq; quod ἀπεσπασμένος ſignificat, τὸν κεκενωμένον καὶ ἀπεσχισμένον ἄνθρωπον exponit Galenus. Cuius dictionis vim rectè mihi aperire videtur † Pollux,cum ἀποσπασμένον exponit his verbis, τὸ δὲ κενοῦσθαι ἀπὸ τοῦ καθαίρεσθαι, καὶ ἐξεκενοῦσθαι λέγεται, καὶ ἐξεκενωμένον ὁ κωμῳδίας κεκαθαρμένον, ὡς ἐκ τῆς ὑπὸ φαρμάκου τῆς χολῆς δι' αὐτὸν καὶ ἀπεσπασμένον φασὶ τὸν ἀπίεντα. Scio hic aliam eſſe Mercuriali mentem,qui pro ἰσθμὸν μέθυον legit,ſed inter ſe tam arctè conſpirantia exemplaria temerè immutare magna mihi eſt religio. Certè tale quid ſuſpicatum eſſe Caluum auguror,qui ſic affectum vertit,hoc eſt,per bilis refuſionem,vt per medicamentum perpurgatum & euacuatum,niſi ſi ἀπὸ αἵματος eum legiſſe ſuſpicamur, qui & ῥυσὰ ἐμέτου, pro ῥοῖαν poſtea etiam legiſſe videtur, cùm defluentem vomitum dixerit. *† Cap.55.lib.4.*

[96] τὰ δὲ νοσήματα] Ea intelligere videtur quæ in cutem aut ſuperficiem corporis erumpunt,iterumq; ad eorum alludere opinionem qui morbos in vlcera & alios morbos diuidebant, cuius etiam meminit Hippocrates lib.de fract.

[97] τὰ ἀρχαῖα ποιέειν] Vetuſti morbi vt faciliùs curentur interdum nouandi & recentes faciendi. Cuius rei exemplum in vlcere calloſo proponitur. Id imitatus videtur Celſus †cum ſcribit,circumſpecti eſſe hominis,& nouare interdum , & augere morbum,& febres accendere,quia curationem vbi id quod eſt non recipit,poteſt recipere id quod futurum eſt.

† Cap.9.lib.3.

[98] καὶ ξυμμαχεῖ] τῇ φύσει ξυμμαχεῖ videtur legiſſe Caluus,vt vna cum natura ad debellandum conſpiret, aut in propellendo adiuuet.

[99] ἀπὸ σπασμοῦ πυρετὸς] Hæc conuulſionis medela repetitur lib. περὶ κρισίων,& in Coac.Prænot.& aphor.26.libr.2. & 57.libr.4.

[100] ὁκόταν ἄνθρωπος] Iſtud videtur de conuulſione intelligendum,velut eidem adſcribitur libello περὶ κρισίων , etſi parum integrum videtur,ac incertum eſt an huic venarum inuſtionem pro curatione apponat, vt volunt quidam codices & Interpretes.

[101] ῥὶν δὲ τοῦ αἵματος]ῥὶν δὲ τι τῶν αἱμάτων legit Caluus,qui etiam aliud quid adſcripſiſſe videtur ex aliis codicibus, quod ἀφαιρέσεως explicet , vt ſanguis inuſtione aut alia quapiam ratione, nempe ſectione detrahatur.

[102] ἀπολελαμμένον γὰρ] ἀπολελαμμένον legunt exemplaria quædā, idq; Ionicè magis. Cæterum conſtat ex Caluo Vaticanos codices pro ἀνθρώπου ἀνθρώπων legere,quod tamen non placet.

[103] ἀποκαίειν τὰς φλέβας] Venarum temporum inuſtio veteribus celebrata,ad inueteratos capitis dolores,cuius etiam ad oculorum fluxiones,compeſcendas meminit Ariſt.ſect.15.probl.35. Hanc tamen damnat Aëtius.Huius etiam meminit Galenus in fine libri de Curat.per ſanguinis miſſionem.

[104] ὀδυνώδεις, τὸ κακὸν] Sic legunt meliora exemplaria, quædam etiam ὀδυνώδεις habent.

[105] ἢν δὲ μὴ ὑποχωρέῃ] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Zuinggerus ἢν δὲ καὶ μὴ legit.

[106] ἀνλεὴ ἐκλυθῇ] Quædam exemplaria ἐκπλυθῇ habent, quod ad alui lubricitatem , ablutionem,& humectationem refertur, qua quod morbum facit eluitur,ac veluti lotione abſoluitur,ſed nos ἐκλυθῇ legimus. ἐκπλυθῇ verò legiſſe videtur Caluus.

[107] καὶ ἀρχαῖα] Cornarius videtur legiſſe καὶ ἀρχαίως, καὶ τὸ ἰσχυρὸν μᾶλλον. Secuti tamen ſumus codicum pluralitatem.

[108] ἢν μὴ τι ἰσχυρὸν]Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria. Interpretes tamen ἢν τι ἰσχυρὸν legunt.

[109] ὀδύνη τι γίνεται] Hunc locum diſertis verbis adducit Galenus lib.7.de placitis Hippocr.& Plat.paulùm alioqui immutata lectione, vbi ὀδύνη γίνεται legitur,vt & codices quidam manu ſcripti γίνεται. διὰ τὸ παῖον ſimpliciter etiam legit Galenus.

[110] καὶ ἐν τῷ πόνῳ ἐψυγμένοι φύσει]Sic legit Galenus καὶ ἐν μὲν τῷ πόνῳ ἐψυγμένοι τοῦ σώματος, διὰ τὸ θερμὸν μὲν, ἐν δὲ τοῖσι πόνοισι μᾶλλον διὰ τὸ ψυχρόν. Cornarius verò ἐκ τοῦ σώματος pro ἐν τῷ σώματος legiſſe videtur.

[111] πάσι γὰρ φύσει διαλλασσομένοισι]Hic locus de doloris cauſis celebratur multis locis apud Galenum, ex quibus etiam explicatur,vt lib.de ſympt.cauſ.lib.7.de Plac. Hippocr. & Plat. lib. de tremore & palpit.Comment.6.in librum 6.Epidem. vbi tamen vitioſè legitur in noſtris exemplaribus , & lib.de Inæquali intemperie, nullibi tamen ἰσχυρῶς legitur.

¹¹² δημαθέντα] Sic ferè legunt exemplaria omnia, quædam tamen δημαθέντα habent, non malè.

¹¹³ ὧν δὲ διὰ τὸ παθεῖν] ὧν δὲ lego vt in manu ſcriptis legitur & Aſulanis codicibus. Locus autem etſi ſubobſcurus videtur, ſic mihi accipiendus eſt, vt interdum per vomitum mouentia, vomitus curetur, interdum verò per ea medicamenta quæ vomitum ſedant, & materiam quæ vomitum facit deturbant, atq; vtroque modo, licet contrario, ſanus quis euadit. Neque tamen ideo dibuitur aut euertitur præceptio illa Medica, curationem per cõtraria procedere, vt ſcribitur à Galen. 11. Meth. med. vbi multa ſunt huic loco conuenientia. Atque adeo quomodo δι' ὧν ὁ ἐμετὸς παύει, ex aphor. 2. ſect. 2. lib. 6. Epidem. & per ſimilia curatio fiat, explicat Galen. Comment. in illam ſentẽtiam, vbi docet primo & per ſe contraria contrariorum eſſe remedia, planius edocturus ſi extaret libellus quem ea de re inſtituerat.

¹¹⁴ καὶ ὁπόταν κρατέωνται τὸ σῶμα] Hæc ſic leguntur in exemplaribus omnibus publicatis, ſed ea ita diſtinguo, καὶ ὁπόταν κρατέωνται [τὰ σιτία] τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν προσδιαιτημάτων θάλλει μᾶλλον. τὰ γὰρ κρατηθέντα &c. Sic enim de cibis hæc mihi intelligi videntur, qui cum euincuntur à corpore, efficiunt vt id bene habitum repleatur aut turgeat, cutiſq; viuido colore floreſcat ac vigeat. Etſi non improbo iſtam quorundam codicum lectionem, qui ſic legunt, poſt μεταλλάξαι, κρατέωνται τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν προσδιαιτημάτων. κρατέωνται δὲ καὶ τὰ σιτία, καὶ ὁπόταν κρατέωνται, θάλλει μᾶλλον τὸ σῶμα. Iſtamque lectionem approbat Zuinggerus. Caluus certè longè aliam ſecutus lectionem videtur.

¹¹⁵ ὁπότε δὲ ὁ προσφέρεται] Sic legunt omnia quidem exemplaria, ſed ex Caluo ᾧ προσφέρεται lego. Cornarius verò pro τὸ προσφερόμενον, ᾧ προσφέρηται legiſſe videtur. Cui lectioni quod ſequitur propiùs reſpondet.

¹¹⁶ τὰ ὑπεναντία τοῖσιν νόσοισι] Sic quidem legunt omnia exemplaria. νοσέουσι tamen legunt Interpretes.

¹¹⁷ τὰ εἴδεα, καὶ τὰ μὴ εἴδεα] τὰ εἴδεα indicare mihi videntur rerum ſpecies, & res ipſas natura ſubſiſtentes, quæ per ſe & ſecundum naturam aliquid efficiunt, contra verò, quæ non per ſe, ſed per accidens, τὰ μὴ εἴδεα. Horum autem omnium cognoſcendorum in arte Medica occaſio non datur, niſi valde lubrica & anceps. Cornarius τὰ ἴδεα καὶ τὰ μὴ ἴδεα legiſſe videtur. Caluus quæ bona ſunt & cõtra dixit. Zuinggerus verò ſimilia & diſſimilia rectè mihi dixiſſe videtur & explicaſſe. Illud verò ὅκοῖον μεθίστησι. Cornarius & Zuinggerus ὅκοῖον legunt, & ἃ δὲ ἴδεα, pro ἃ μὴ ἔστι legit Zuinggerus.

¹¹⁸ ὅτι τὰ ὑποχωρήματα] Sic legunt exemplaria omnia, ſed Interpretes τὰ ὑποχωρέοντα legiſſe videntur. Quidam codices etiam τὰ ὑποχωρητικὰ habent.

¹¹⁹ καὶ οἱ ὀψὲ ὑπερπεσσοῦν] Sic legunt publicata omnia exemplaria, ex quibus hic mihi elici poſſe ſenſus videtur, vt antequam ad contrarium delabantur, ſe incaleſcere exiſtiment, nimirum ex cruditate ſuborta febre. Exemplaria tamen quædam manu ſcripta ὑπερπέσσειν legunt, quod eſt ſupra modum coquere. Vnde aliam amplectitur lectionem Zuinggerus, quæ mihi quoq; arridet, καὶ οἱ πρὶν ὑπερπέσσειν οἷοί τ' ἐόντες, νῦν οὐδὲ θερμαίνεσθαι, vt qui antea cibum ſupra modũ coquere poterant, vix nunc ſentiant ſe incaleſcere. Caluus in totum iſtud omiſit, vt quod vitium ſuboleat. Illud verò ἐπὴν δὲ χωρίον ὑπερβάλλῃ, ad corpus mihi referri videtur, etiam paulò poſt.

¹²⁰ ἐπὶ δὲ τούτοισι τὸ χωρίον ὑπερβάλλῃ] ἐπὴν δὲ legunt manu ſcripta exemplaria & Aldina, aut ἐπεὶ legendum.

¹²¹ ἐν δὲ μὴ βάλλῃ] Sic legunt omnia exemplaria. Cornarius autem καὶ αὐτὸς ἐσβάλλῃ legiſſe videtur.

¹²² μετὰ τὸ τοιοῦτο τὸ φάρμακον] Sic legunt exemplaria omnia, quæ adhuc videre licuit, in quo mihi tamen vitium ſubolere videntur, quod etiam aſteriſcus atteſtatur Aldino codici præfixus. Lego igitur, μηδὲ μετὰ τοιοῦτο τὸ φάρμακον vt ne medicamenti quidem naturam immutari velit, ſed pro ſua natura cuique exhiberi, ita vt neque mixtura, neq; medicamenti paucitate, validum medicamentum imbecillum reddas, aut contra, quod antea dixit. ἰσχυρότερον τοῦ φαρμάκου ἀσθενὲς ποιεῦντα. Cornarius tamen de partiendo medicamento intellexit.

¹²³ ἢ πλεῖστα πέφυκεν] ᾗ πλεῖστα lego cum Cornario, huicq; loco reſpondet aphoriſmus 21. lib. 1. & 21. ſect. 2. lib. 6. Epid.

¹²⁴ καὶ ταχὺ] καὶ ταχὺ διαχωρέοντα ποιέειν legit Cornarius, non malè. Nos tamen exemplaria omnia ſecuti ſumus.

¹²⁵ εἰ μὴ ἐς διαιτήματα] εἰ μὴ γὰρ legunt exemplaria manu ſcripta.

¹²⁶ ἐς τι προσλάβωσι] Sic quidem legunt vulgata exemplaria, manu verò ſcripta Regia προσταλάβωσι, quæ quidem amplector.

¹²⁷ ἃ μὴ φαίνεται διὰ κρημνῶν] Ex his locis κρημνοὶ exponuntur Galeno in Exegeſi vocum Hippocratis, τὰ περιγρώματα τοῦ γυναικείου αἰδοίου, vt docuimus in noſtra OEconomia.

¹²⁸ οὗτος δὲ συνεστραμμένον] Sic quidem legunt meliora exemplaria, quod de menſtrua ſanguinis collectione, & ad deſcenſum coaceruatione intelligi debet, vt vitium mihi Aldini codices ſubolere videantur, qui ὁ συνεστραμμένον habent, niſi effuſione minimè coaceruatum aut collectum intelligas, quod retentum dixit Caluus.

¹²⁹ καὶ ἄνω διὰ τὴν ἀραιότητα] Sic quidem legunt quotquot mihi ad hunc vſque diem videre exemplaria licuit. Interpretes verò στενότητα aut πυκνότητα addiderunt, & anguſtiam ac coarctationẽ dixerunt, compreſſionem quam facit vterus, ſeſe velut ſurſum recipiens, intelligentes. Apud Erotianum ἀραιὸν Bacchius τὸ λεπτὸν exponit: quidam etiam πυκνὸν καὶ στενὸν, & de tenui aut anguſto ingreſſu dici Homerico teſtimonio confirmat. Alioqui hîc ἀραιότης vteri leuitatem qua ſurſum ferri ac repere videtur, indicare poteſt, velut ἀραιὰ τὰ σώματα, ὁ μανὰ dicuntur libro περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, corporis partes raræ, laxæ & molles, quæ plurimis in ſuperficie meatibus ac cauernulis refertæ ſunt, ideoque ſpongioſæ etiam dicuntur, quemadmodum τὰ ἀραιὰ Hippocrati, quæ τὰ διεστῶτα ἀγγεῖα exponit Erotianus. Cæterũ Cornarius πόνον pro νοῦσον legiſſe videtur, contra tamen omnium codicum fidem.

¹³⁰ φαίνεται δὲ διὰ ἰσχίον] Quidam poſt hæc verba, ex codicibus Vaticanis iſta adſcribit, ἐπὴν δὲ πλανῶνται αἱ μῆτραι ἰσχόντες, καὶ διαφθείρονται ὑστερίαν, φαίνεται δὲ διὰ ἰσχίον. Verùm iſtorum non meminit Caluus, neque admodum neceſſaria videntur.

¹³¹ καὶ τῶν στραφῇ] Iſtud omiſit Caluus, quod permirum mihi videtur, cùm id in dies ſe mulieres experiri teſtentur, & omnibus ſit exemplaribus conteſtatum. Lego autem καὶ τὴν κεφαλὴν πονέειν, non πονεῖν, quemadmodum habent exemplaria Germanica.

¹³² ἡ μυωτή] Sic quidem legunt exemplaria omnia; tum manu ſcripta, tum publicata. Sed nos μυωτῇ, aut μυδωτῇ legendum eſſe in noſtra Oeconomia docuimus, vbi quid ſit μυωτὴ ex Galeno & Erotiano aliiſque primæ notæ authoribus abundè aperuimus. Caluus tamen μυωτὸν pro μυωτῇ legiſſe videtur.

¹³³ σκυτίνην πίεζε] Huiuſmodi fomento vtitur lib. περὶ γυναικ. φυσ. ad ſtranguriam, quàm pleniſſimè in pudendum muliebre immiſſa cucurbitæ ſumma parte reſciſſa & pertuſa, quò fumus eò perueniat. ἐμβάλλοντες verò vitioſè pro ἐμβάλλοντα legunt codices quidam.

¹³⁴ δημαίνεται δὲ τῶν] Hoc loco aſteriſcum apponit Aldinus codex, qui locum ſuſpectum facit vt parum integrum. Quòd autem hic βόλβιτον pro βόλβιτον quidam reponunt, hoc cum ſit cõtra omnium codicum fidem, nos publicatam lectionem retinuimus, præſertim cùm aliàs etiam non rarò ad vteri fotum βόλβιτον adhibeatur apud Hippocratem veluti in vteri hydrope libro περὶ γυναικ. φυσ. & libro primo. περὶ γυναικείων. Itemque libro περὶ γυναικ. φύσ. & libr. 1. & 2. περὶ γυναικείων cum ex ſtercore bubulo in acetabuli aut alueoli formã efficto, ſuffitum paret. Quin & † Dioſcorides ſcribit βόλβιτον, hoc eſt ſtercus bubulum, bouis præcipuè maſculi, procidentes vuluas comprimere. † *Lib. 2. cap. 98.*

¹³⁵ ἐν τῷ ὑπεναντίως] ὑπεναντίως ὑπερφλεγμαίνοντας exponitur Galeno, quem locum ſubindicauimus in noſtra Oeconomia. Hîc autem Cornarium ſecutus ſum, vt quampluſtimis mulieribus medicamenta deorſum purgantia adhiberi velit, debilibus verò quæ vomitum moueant, etſi mihi legiſſe videtur, καὶ ὅθεν. Caluus tamen aliter ſumpſit.

¹³⁶ ἐν ἀκάνθῃ] Sic quidem legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Sed locum ſuſpectum eſſe in noſtra OEconomia indicaui, & ἐν ῥάκει δίοντα ἄγε τῷ legendum exiſtimaui, quod in tota γυναικείων tractatione ἐν ῥάκει ἢ εἰρίῳ illigata medicamenta ad vuluas apponantur.

¹³⁷ ἐς ἰδεῖν ἰοδίον] ἰ δίον pro ἰοδίον vitioſè legere mihi videntur exemplaria quædam.

¹³⁸ καὶ ἀφροῦσιν ἀφροῖσι χεῦσι] ἀφροῦσι & ἀφροῦς legunt quidem exemplaria omnia vt ſatis apparet. Hîc autẽ ἀφροῦσι ἐπισχεῖν ἐμμηνίων, ſuppreſſam menſium fluxionem ex Galeno intelligimus, ſimulque hunc totum locum apertiſſimè in noſtra OEconomia explicaſſe nobis videmur, & ad Galeni & Erotiani mentem & locos accommodaſſe. Quod autem in omnibus exemplaribus ſcribitur, ὅκωσπερ καὶ τὴν πρόσθεν ἀφροῦσι. ὅκωσπερ κατὰ τὴν πρόσθεν ἀφροῦσιν lego, eamq; paulò ſupraſcriptam fluxus menſtrui ſuppreſſionem accipio, ex vteri auerſione & ſurſum progreſſione, in qua fomentis & ſuffitu, & ſubdititiis medicamentis curationem fieri præcepit.

¹³⁹ ὅκωσπερ ἐπὶ τῆς προτέρης ἀφροῦσι] Hunc certè mihi locum ſubindicare videtur Erotianus, cum ἀφροῦσι ἀφροσύνας exponit, ſi modò ἀφροῦς & ἀφροσύνας apud eum legatur. Hæc enim dictio inter

eas

eas quæ illi ex hoc libro explicantur, reponitur. Superiorem autem affectionem accipe vteri aueſtionem & ſurſum progreſſionem, cuius paulò ante memini. Hoc verò totum omiſiſſe Caluus videtur, & aliter legiſſe.

[100] ὑπὸ διαμάδεος] Vitioſa ſunt exemplaria, quæ ὑπὸ διαμάδεος legunt, pro ὑπὸ aut ὑπό.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE LIQVIDORVM VSV.

ΥΔΩΡ ποτὸν] Hic libellus valde eſt mutilus, in quibuſdam exemplaribus manu ſcriptis Vaticanis omnino deſideratur, & in his quæ ſecutus eſt Caluus principium tantum adſcribitur. Et licet ex eo dictiones quaſdam & teſtimonia depromant Galenus & Erotianus, nuſquam tamen illius nomen aut inſcriptionem expreſſerunt. Videtur autem ex multis membranis conſarcinatus, inter aduerſaria & ὑπομνήματα reponendus. Nobis autem hoc loco inter διαιτητικὰ recenſetur quod liquidorum materia præcipuum quoddam in victus ratione momentum habeat.

[2] ἄριστος σκληρῶν μαλάξεις] Hanc ſententiam ex Hippocrate multis in locis adducit Galenus, vt lib. 3. Salub. & lib. 5. de ſimpl. med. facult. & lib. 7. Comp. medic. κατὰ τόπους, Comm. etiam ſecundo in librum de natur. hum. vbi ex libro 6. Epid. profert Galenus, vt & Com. primo in librum ſexto Epid. Quibus in locis τὸ σκληρὸν μαλακῷ, & τὸ συνεπτωκὸς χαλαρῷ opponit Galenus; vt & Com. 1. in lib. 6. Epid.

[3] ἐκχύμωσις] ἐκχύμωσις χυμῶν ἔκχυσις exponitur Galeno in Exegeſi ex hoc loco, ideoq; vniuerſalem ſuccorum ex vaſis refuſionem mihi indicare videtur, vt ἐκχυμώματα aliàs Hippocr. τὰ ἐκ τῶν ἀγγείων ἐκχύσεις καὶ ῥεύσεις vocat, ſent. 6. ſect. 2. lib. 6. Epid.

[4] προσχλιεῖ] Sic legunt exemplaria omnia, ſed προσχλιαίνει lego cum Cornario, vt calida proluendo humectare dicatur, & veluti fluidum reddere quod erat denſatum ac congelatum, velut pituitam. In eoq; non leuiter ſuſpectam locum facit aſteriſcus Germanico codici præfixus.

[5] φύσας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed φύσας lego cum Cornario, vt calida calefaciendo flatus ſoluat ac diſſipet. Sunt qui φύσας ἐρρώσεις legunt & ad corporis habitum carnoſum referunt.

[6] ἁπαλύνει] ἁπαλύνειν hic molle, turgidum, ac tenerum reddere mihi ſignificare videtur, vt ad σαρκῶσαι referatur, & ad corpus quod carne molli & tenera impleatur, calido prolutione, vt ἁπαλύνεσθαι τὰ ὦτα dicitur lib. de artic. & ἁπαλύνειν in mochlico, cui ξηραίνει & ἀπομυζᾶν opponit.

[7] ὑπνωτικὸν καὶ κατὰ κεφαλὴν] Illud ad τὸ θερμὸν refero, vt capiti aliiſq; partibus affuſa calida, ſomnum humectatione conciliet.

[8] ὀδύνας κωφοῖ σπᾷ] Hic mihi videtur locus quem ſubindicat Galen. in Exeg. cum ſcribit in dictione [κωφοῖ] τῷ δὲ κατὰ τὰ ὑγρὰ χρήσεως ἀναλόγως ... κωφοῖ, ἀμαυροῖ καὶ ἀμβλύνει δηλοῖ. Pro quo κωφοῖ mihi legiſſe videtur Erotianus, cum ὀδύνας κωφοῖ, λύει, παύει καὶ ὀδύνας exponit. Quod etiam in noſtra OEconomia adſcripſimus.

[9] τῇ ψύξει] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed locum ſuſpectum reddit aſteriſcus Aldino codici ad hunc locum adſcriptus. Sunt qui φύσας legere malint, vt calida flatus ſuo calore tenuet & diſſipet.

[10] ὀθονίων ἰησιν] Ea intelligit quibus per lintea Medicus curationem adhibet, velut vulnera, vomicæ ac tumores quibus manum admouet, quibus etiam omnibus calida leniendo & mitigando aut reſoluendo confert.

[11] οἷσι δεῖ ὑγραίνειν] Hunc locum aperuimus & expreſſimus in noſtra OEconomia.

[12] ὁ τῷ προσχέοντι χρὴ] Hic Medici qui affundit iudicium requiritur, vbi æger ſenſu aut mente caret. Sed Cornarius ὁ τῷ προσχεομένῳ χρὴ legiſſe videtur.

[13] ἀλλὰ μὴν ἐάν] Sic quidem legunt Aldina & Germanica exemplaria & Vaticana. Quædam tamen manu ſcripta μήτε legunt, vt non ſit deſiſtendum in vtraq; adhibenda, donec id quod volumus conſequamur, priùs tamen quam ſummum ſuccedat, ceſſandum eſſe.

[14] ἑλκέων δὲ τῷ] Eadem ſcribuntur aph. decimoſexto lib. 5.

[15] τὸ δὲ ψυχρὸν] Eadem repetuntur aphor. 17. & 20. lib. 5.

[16] αἱ περὶ ἐν ἰήσει] ὁμολογοῦσι φαίνονται ὑγιείας legunt exemplaria Vaticana & Aldina. ὑγιεῖς verò Germanica minùs rectè, hoc ſenſu quæ in ſingulis pro ægrorum confeſſione, ad ſanitatem conferre videntur, vt hæc quoque pro ægrorum ſenſu lædere vel iuuare dicantur.

[17] ἐγκέφαλος] Quædam exemplaria iſtud ad præcedentia referunt, & καὶ θερμὸν ἢ σῶμα ἐγκέφαλος legunt, quam lectionem ſecutus videtur Zuinggerus, cum tamen hanc loquendi formulam non ferat Græcus ſermo, ſed ὁ ἐγκέφαλος ſcribendum videatur. Nos maximè popularem lectionem ſecuti ſumus cum Cornario.

[18] ἢ πρὸς ὅτι ἐπὶ ... θάλπειν] Hæc etſi in codicibus omnibus adſcribuntur, mihi tamen non leuiter ſuſpecta ſunt, tum quòd à Cornario ſint prætermiſſa, tum quod in codice Aldino ſint aſteriſco notata. Id autem ſonant, & ad quemcunque familiarem calorem admoueantur etiam horum plæraque. Vt præcedentia verba καὶ ὅσα ὑπὸ ψυχόντων καὶ συνάγοντος ὀφθ, velut parentheſi includantur. Quidam verò pro πρὸς ὅτι, πρὸς τὸ legunt, vt Zuinggerus.

[19] καὶ προσχλιαίνει] Hunc locum expreſſimus & indicauimus in noſtra OEconomia. προσχλιαίνει etiam legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

[20] ὅτι δὲ καὶ τῇ ψυχρῇ ὀρθῶς] Sic lego cum exemplaribus omnibus, & ad frigidi tolerantiam refero. Alij poſt ψυχρῇ diſtinguunt, & ὀρθῶς per ſe accipiunt. Cornarius etiam τὰ δὲ ψυχρὰ ad partes poſteriores frigidas retulit.

[21] ὅπως τὸ ἔσω τὸ ἔξω] Hæc verba valde ſunt obſcura. Mihi tamē ſignificari videtur, extremas partes minimè tegi ſolitas, vt internas quæ neque aëri externo ſunt aſſuetæ. Cornarius aliter, πρὸς τὸ ἔξω mihi legiſſe videtur.

[22] καὶ σάρξ ἰσχυρὴ] Hic σάρκα ἰσχυρὴν dici panniculum carnoſum, qui perſubiectam carnem ab extremitatibus vaſorum cuti ſubtenditur, eamq; conſtituit, adeoque illi cohæret, vt non niſi ægrè ab ea diuelli poſſit, in OEconomia noſtra ſcripſimus, iſtumque locum aperuimus, vbi ab Erotiano etiam indicari admonuimus. Verùm hic vulgatam lectionem ſecuti ſumus, quæ habet, ὑπὸ ἰσχύος ἐκ ἰητρείων τοῦ σώματος κρίνει τῷ δέρματος τῷ ἔξω. Zuinggerus verò aliter accipit & legit. Nam poſt κρίνει diſtinguit, & τὸ δέρμα τὸ ἔξω, ὅ τι συνεχὲς τι ἐν τῷ, ſcribit. ἰητρεῖον verò calidum & frigidum intelligo, à quo cutis externa alteratur & ſuperatur, vt & ἄμφω paulò poſt. Sed ἐφ' ἰητρεῖον τοῦ σώματος, de vtriſq; corporis partibus, anterioribus & poſterioribus, internis & externis accipitur, etſi pro ἐφ' ἰητρεῖον, ἐφ' ἰητρῶν, legiſſe videntur Interpretes, & ἐν τῷ ἔξω ψυχρῷ ἢ, pro ψυχρῷ.

[23] μικρὰ δὲ καὶ ἄκρα τοῦ] Hic mihi ſenſus eſſe videtur, vt extremę partes corporis, propter conſenſionem facilè internarum partium affectionem ſentiant, etſi primùm tardè attolluntur, hoc eſt, priores neque reliquo affecto corpore, ægrè vehementem alterationem ſubeunt, quòd externo aëri ſint aſſuetæ. Eaq; notione hunc locum expreſſimus in noſtra OEconomia, in dictione ἐπαίρεσθαι. Pro πολλοῖς autem ἀλλοῖς legere mauult Zuinggerus.

[24] καὶ κατὰ λοιπὰ] κατὰ λοιπὰ mauult legere Zuinggerus, vt ad alias leuiores affectiones referatur, in quibus idem ſit conſenſus, idemque iudicium. Sed ego nihil muto, & vulgatam lectionem cum interpretibus ſecutus ſum, & de venatum conſenſione cum his quæ ab iis dependent aut oriuntur, intelligo.

[25] ἀγαθὸν τοῦ μικρὰ] Hic certè locus mihi deploratus videtur, cùm nullam opem adferant quæ adhuc videre licuit exemplaria. Scio Zuinggerum pro ſua virili opem afferre voluiſſe, & locum quantum fieri potuit ſuo ſenſui accommodaſſe. Sed cum ſanè malo intactum relinquere, quàm nugas in re ſeria commentari. Suſpectum locum facit etiam aſteriſcus Aldino codici appoſitus. Etſi hoc ſenſu ita accipi poſſint, vt ventriculus & thorax plurimum abſint, vt aliquid noxæ ab aëre frigido externo perpetiantur, cùm contra is ſit illis vel maximè familiaris, eoque veluti indigeant ac delectentur, longeque illis ſit familiariſſima aëris externi indigentia, quod de thorace potiſſimùm intelligitur, idque frigidæ exemplo oſtendit. Verùm neque in hoc mihi ipſe ſatisfacio.

[26] σκεπτέον τὸ χωρίον] Siue id de conſideranda loci natura intelligatur, ſiue de tegendo loco & muniendo à frigore, velut accepit Zuinggerus, non magni refert. Quod verò ſequitur, καὶ μικρὰ, mihi omnino deprauatum & ſuſpectum videtur, præſertim cum diſparatè admodum legatur in Aldino codice, aſteriſco etiam præfixo, ac parum huic loco quadret. Zuinggerus quidem καὶ μικρὰ τὸ ἀλλὰ δὲ ὅσον ex ſuperiori repetit, & ad imi ventris naturam refert. Poteſt etiam intelligi, καὶ μικρὰ τὸ θερμὸν. Sed neq; iſta ſatis congruere videntur, & planè conclamatus mihi locus videtur. Cornarius certè vt locum ſuſpectum habuit, ita pro μικρὰ μετὰ δὲ, aut aliud quid legiſſe videtur.

[27] καὶ ἄκρα] Mihi hic totus locus vt ſuſpectus, ita valde obſcurus videtur. Sed certè mihi ſic accipi poſſe videtur, vt intelligendus veniat de corporis partibus quę in alto ſunt poſitæ & velut in abſcondito, atq; à caloris fonte nempe thorace remotiſſime, vt quæ in inferiore ventre ſitæ ſunt, & quæ inter genitales partes immorantur. Quæ quidem cùm neruoſæ ſint naturâ, calido delectantur & gaudent, eoq; ad ventrem & ad obeunda ſua mu-

nia excitantur. Scio aliam eſſe Zuinggero notionem, qui hunc locum totum longe aliter legit, quàm habeant vulgata exemplaria. γυῖα verò hic mihi non malè pro vtero ſumi videtur, præſertim cùm ἀπὸ τοῦ γένος ἐγγυᾶν addatur, quibus verbis pudendum virile, velut denudatum ac propendulum indicatur, etſi iis verbis virilis pudendi detectam glandem intellexit Cornarius.

28 ἐπὶ μὲν τὸ θερμὸν σκληρυνθέντα] Iſtud de corpore poſt calidæ vſum reſiccato ac indurato intelligit Cornarius. Poteſt etiam de aqua accipi, quæ poſt caliditatē tenuioribus & aëreis partibus reſolutis, terreſtres & craſſiores retinuerit, ad conſeruandam frigiditatem aptiores, à quibus incraſſata ac velut reſiccata, indureſcit, nō ſecus ac oculi frigidæ vſu conſtrictis poris robur acquirunt. Iſta autem ex aph.21.& 26.lib.5.dependent.

29 ἀπολεπταίνεται] Sic quidem legunt omnia exemplaria, ſed valde mihi eſt ſuſpecta lectio, etſi quidam ἀπολεπταίνεται αἱ σάρκες ſubintelligūt, vt minimè aſſueris aqua marina carnes atterat, corrodat, & attenuet. Mercurialis etiam ἀπολυμαίνει τι aut ἀπολεπτύνει τι legere mauult. Alij etiam ἀπολυμαίνει τι ſubſtituunt, quod aqua marina humores attenuet & vacuet. Quidam etiam ἀπόλυσιν τι ſcribunt, velut Zuinggerus, hoc eſt moleſtiam quandam adfert. Quam lectionem mihi ſecutus videtur Cornarius, niſi pro ἀπολεπταίνεται λυμαίνεται legiſſe videatur. Ac fortè pro ἀπολεπταίνεται, ἀπολυμαίνεται legi poteſt, vt ſordes & excrementa deponat, aut etiam humores corrumpat, vt ſit ἀπολυμαίνεται idē quod τὰ λύματα καὶ καθάρσια ἐκβάλλει, aut idem quod καθαίρει.

30 καὶ περὶ ἀποδεσμίδας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quibus verbis faſciæ primùm membris fractis iniectæ intelliguntur, quæ marina aqua imbutæ exiccare & abſtergere poſſunt, maiuſq; robur addere. Sed ſuſpectam facit lectionem Cornarius, qui καὶ ὑπονομάς, aut σύριγγας, aut aliud quid legiſſe videtur, cùm cuniculoſa vlcera verterit.

31 κλαίουσι ὠσίν] Sic quidem legunt quotquot videre nobis exemplaria licuit. κλύσεις tamen legit Cornarius, vt ad dentium & aurium collutionem valeat.

32 ἐν ἡλίῳ ἅλες] Salem aceto liquatum mihi intelligere videtur, & ſub Sole incraſſatum aut inſpiſſatum, impetiginibus, lepris, ac vitiliginibus deterendis adhibendum. Verùm Cornarius ἐν ὄξει ἅλες, aut ὀπὸς legiſſe videtur, & pro παχυνθέν, ἐπαχυνθέν, etſi πλυθέν, non malè legi videatur, vt ad Solem aſperſum aut mixtum acetum accipiatur.

33 νεῖα δὲ] Hic locus etſi ſic quidem ſtare poteſt, non parum tamen ſuſpectus eſt, vt indicant aſteriſci codicibus publicatis præfixi. Ideoq; hanc dictionem νεῖα in contextum irrepſiſſe quidam exiſtimant.

34 ἰδὼ δὲ ψύξεις] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ſuſpecta eſſe aſteriſcus appoſitus indicat. σύψεις igitur cum Cornario lego, in eoque Cornarij lectionem ſecutus ſum, quòd ad vulgatorum codicum lectionem mihi magis accedere videatur, etſi non parum Zuinggeri lectio mihi probatur.

35 καὶ ἰδὼ μαλθακτικοῖσι] Hic mihi videtur eſſe ſenſus, vt vinum dulce cum farina cocta, iis quæ emollitione indigent adhibeatur.

36 τοὺς σπλήνας ἑλκυσμοὺς] Sic quidem legunt exemplaria Germanica, & σπλήνας ἑλκυσμοὺς ſplenia attractoria medicamētis attrahentibus illita accipiunt Interpretes, ſed οἷα διὰ τοὺς σπλῆνας ἑλκυσμοὺς αἴσχυνει legit Cornarius, puſtulas quæ per ſplenia attractoria exurgunt ac exoriuntur accipiens. At Aldina exemplaria habent, οἷα οἱ τοὺς σπλῆνας ἐγχυμοὺς ἴσχουσι, hoc eſt, quales ſuſtinent qui lienes habent tumidos, quam lectionem ſecuti ſumus.

37 ὑπόψυχρα] Sic quidem omnia exemplaria, Cornarius vero ὑπόθερμα legit.

38 ἀλυκαὶ λέγουσι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἀδηλίαις lego ex Erotiano, Galeno & Heſychio, vt in noſtra OEconomia ſcripſimus, vbi hunc locum emendauimus & expreſſimus. Cornarius verò ἀδηλίαις legit.

39 ἐν γυναικείων αἰδοίων] αἰδοιωπῶν lego & ἱδρώτων.

40 ὁ ἰκώς πτωχώσεως κεγχρώδεα] κεχρώδεα legunt Aldina exemplaria, Germanica verò κεγχρώδεα, quæ miliaceas cutis aſpredines, & ad inſtar milij exaſperatæ in cute increſcunt, comprehendunt, ad quas etiam τὰ κεγχρώδεα tralatione quadam accommodari poſſunt. Hic verò exemplaria vtraque, tum Aldinana, tum Germanica, vt in ſuſpecto loco aſteriſcum apponunt, & valdè diſparatè iſta legunt.

41 ᾗ δὲ ἄμβροσ] Hic ſecuti ſumus vulgata exemplaria, etſi non parum mihi ſuſpecta ſunt. Cornarius verò ex aph.29. lib.5. hunc totum locum emendat, eiq; illam totam lectionem non malè mihi accommodare videtur.

42 καὶ σώματι πολλῷ] ἀνάρματα pro σώματα cum Interpretibus lego, & καταχεόμενον pro καταχεόμενος, etſi καταχεόμενον ſubſiſtere poteſt, vt qui hanc frigidam copioſam ſudantibus affuderit, corpora extenuauerit, & dolorem ſtupore inducto, ſuſtulerit.

43 ὕδωρ δὲ παλαιὸν] Hæc ſanè parum integra mihi videntur, eaq; ſuſpecta facit aſteriſcus codici Aldino præfixus. Cornarius certè aliter ea mihi legiſſe videtur.

44 θερμὰ ἐγχέοντες] Hic locus omnino ſuſpectus eſt, & vitium redolet aſteriſcus huic dictioni in Aldino codice appoſitus.

45 καὶ ὕδωρ ἐπισβέννυσιν] Hunc certè locum ab Erotiano expreſſum in noſtra OEconomia indicauimus, ſimulq; locum expoſuimus, & Erotiani lectionem emendauimus. ἀφέντες verò legendum, cùm ἀφέντες legant exemplaria omnia.

46 οἷα ἀχωρώδεα] Sic codices Germanici legunt, neque leuiter ſuſpectus eſt locus. ἀχωρώδεα legit Cornarius, χοιραδώδεα Aldinus codex. In OEconomia noſtra ſignificari diximus tumores circa thoracem erumpentes, in ſuperficie furfuraceam ſcabritiem & inæqualitatem habentes, velut aceroſa quædam & feſtucis ſimilia, quibus an velit frigidam conferre, an verò eos gignere valde eſt arbitrarium, quemadmodum an velit humorū in venis collectionibus frigidam vtilem eſſe, an verò eas procreare, valde eſt incertum, cùm ſit τὸ ψυχρὸν μᾶλλον συστρεπτικόν, vt ſcribitur aph.10.ſect.3.lib.6.Epid.

47 ἕλκεσι τὸ μὲν ψυχρὸν] Eadem ſcribuntur aph.20.lib.5. ψυχρὰ μετεκλυσμένα lego, etſi θερμὰ legunt Vaticana Exemplaria, vt calidi tumores intelligantur.

48 τὸ ῥῖγος] Sic legunt exemplaria omnia aſteriſco annotato, qui locum ſuſpectum facit. ῥίγεται autem lego cum Interpretibus ex aph.21.lib.5. Quæ verò ſequuntur, τὸ δὲ ἐν κεφαλῇ καὶ καρηβαρίας, cum Interpretibus aliena putamus, etſi ex omnibus codicibus adſcribuntur, & ad calidam referri poſſunt, quæ capitis grauitates creat.

49 ἀπολύσεις καὶ ἀνώδυνον] Hæc verba etſi adſcribuntur in omnibus exemplaribus, ego primo loco cum Interpretibus deleo.

50 οἷαι ἀποσύρματα] οἷαι ἀποσύρματα videtur legiſſe Cornarius, vt exulcerationes aut excoriationes voluntarias declarare videatur, alioqui litera eos indicat quibus cutis deſquamationes aut abraſiones adſunt.

51 ἢ ἐν ῥίγεσιν] ἢ ἐν ἕλκεσιν lego cum Interpretibus omnibus. Aliter tamen habetur aph.22.lib.5.

52 κρυσταλλώδες] κρυσταλλώδεσι lego. Cornarius ὁ εἰδὼς κρυσταλλώδεσι legiſſe videtur.

HIPPOCRATIS COI MEDICORVM PRINCIPIS OPERVM OMNIVM,

Sectio V.

τὰ θεραπευτικά, hoc eſt, quæ ad curationem pertinent, octo libris continens.

Omnia nunc recens Latina interpretatione donata, & brevibus notis illuſtrata,

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico authore.

Hæc Sectio continet,

Περὶ νούσων, *De Morbis*, *Lib.* IIII.
Περὶ παθῶν, *De affectionibus*, *Lib.* I.
Περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, *De internis affectionibus*, *Lib.* I.
Περὶ παρθενίων, *De his quæ ad virgines ſpectant*, *Lib.* I.
Περὶ γυναικείης φύσιος, *De natura muliebri*, *Lib.* I.
Περὶ γυναικείων, *De mulierum morbis*, *Lib.* II.
Περὶ ἀφόρων, *De his quæ vterum non gerunt*, *Lib.* I.
Περὶ ὄψιος, *De videndi acie*, *Lib.* I.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΝΟΥΣΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

HIPPOCRATIS DE MORBIS,

LIBER PRIMVS.

QVi de morborum curatione tum ſcitè interrogare, tum ad quæſita reſpondere volet, & commodè obiecta refutare, hæc ſecum reputare conuenit. Primùm quidem ex quibus morbi omnibus hominibus oriuntur. Deinde verò, qui morbi cùm neceſſarias cauſas habeāt, aut longi ſunt, aut breues, aut lethales, aut minimè lethales, num pars aliqua corporis mutila reddatur, nécne. Et qui vbi exorti ſunt, euenta habent dubia, aut mala, aut bona, & ex quibus in quoſnam tranſitiones fiant, quæq; Medicis in ægrorum curatione proſperè ſuccedunt, & quæ ægrotantibus in morbis mala aut bona contingunt, quæq; intempeſtiuè dicũtur aut fiunt à Medico erga ægrum, aut ab ægro erga Medicum, quæ etiam in arte exactè fiunt aut dicuntur, & quæ in ea recta, vel quæ non recta, quodq; eius principiũ, vel finis, vel medium, aut aliud quid ex his, quòd in ea rectè ſe habere, vel nõ habere demonſtretur, & quæ parua, quæ magna, quæq; copioſa & pauca. Quodq; totum in ea vnum eſt, & omnia quicquid vnum. Et quæ effici poſſe conſtat cùm intelligere, tum dicere, & ſi opus eſt, neq; noſſe, neq; dicere, neq; facere. Et quicquid in ea promptitudinem habet, aut non habet, & quicquid opportunum, & inopportunũ. Quibuſq; aliis artibus ſimilis ſit, & quibus nihil ſimilis. Corpuſq; quodnam calidum, aut frigidum, aut ſiccum, aut humidum, & quodnam robuſtum aut debile, aut denſum, aut rarum. Et quæ ex multis pauca fiũt, aut in peius, aut melius vertunt. Quodq; honeſtè vel turpiter, vel tardè, vel citò, vel rectè, vel non rectè, & quodnam malum malo ſuccedere neceſſe eſt. Quæ animo ſecum reputantem in oratione obſeruare oportet, & in quo quis aut dicendo, aut veſtigando, aut reſpondendo, ab his aberret, an quæ multa ſunt, pauca, & quæ fieri non poſſunt, ea fieri poſſe aſſerat, & quicquid aliud dicendo peccarit, hoc modo obſeruando, contraria oratione inſectari. Morbi igitur omnes oriuntur partim quidem ex his quæ in corpore inſunt, pituita & bile, partim verò ex his quæ extra obueniunt, laboribus & vulneribus, quin & à calido ſupra modum calefaciente, & frigido ſupra modum refrigerante, & ſicco plus æquo reſiccante, & humido etiam plus æquo humectante.

Ὅστις περὶ ἰήσιος ἐθέλει ἐρωτᾶν τε ὀρθῶς, καὶ ἐρωτῶντι ἀποκρίνεσθαι, καὶ ἀντιλέγειν ὀρθῶς, ἐνθυμέεσθαι χρὴ τάδε. πρῶτον μὲν, ἀφ' ὧν αἱ νοῦσοι γίνονται πᾶσαι τοῖσιν ἀνθρώποισιν. ἔπειτα δὲ, ὁκόσα ἀναγκαίως ἔχει τῶν νοσημάτων, ὡς ὅταν γένηται, εἶναι ἢ μακρὰ, ἢ βραχέα, ἢ θανάσιμα, ἢ μὴ θανάσιμα. ἢ ἔμπηρόν τι τοῦ σώματος γενέσθαι, ἢ μὴ ἔμπηρον. καὶ ὁκόσα ἐπὴν γένηται, ἐνδοιαστὰ ἢ κακὰ ἀπ' αὐτέων ἀποβαίνει, ἢ ἀγαθά. καὶ ἀφ' ὁκοίων νοσημάτων, ἐφ' ὁκοῖα μεταπίπτει. καὶ ὁκόσα ἐπιτυχίην ποιέουσιν οἱ ἰητροὶ θεραπεύοντες τοὺς ἀσθενέοντας. καὶ ὁκόσα ἀγαθὰ ἢ κακὰ οἱ νοσέοντες ἐν τῇσι νούσοισι πάσχουσι. καὶ ὁκόσα ἀκαιρίῃ ἢ λέγεται ἢ ποιέεται ὑπό τε τοῦ ἰητροῦ πρὸς τὸν νοσέοντα, ἢ ὑπὸ τοῦ νοσέοντος πρὸς τὸν ἰητρόν. καὶ ὁκόσα ἀκριβῶς ποιέεται ἐν τῇ τέχνῃ καὶ λέγεται, καὶ ἅτε ὀρθὰ ἐν αὐτῇ, καὶ ἅτε μὴ ὀρθά. καὶ ὅ, τι αὐτῆς ἀρχὴ, ἢ τελευτὴ, ἢ μέσον, ἢ ἄλλο τι ἀποδεδειγμένον τῶν τοιούτων, ὅ, τι καὶ ὀρθῶς ἐστιν ἐν αὐτῇ εἰρημένον, ἢ μὴ εἰρημένον. καὶ τὰ σμικρὰ καὶ τὰ μεγάλα. καὶ τὰ πολλὰ καὶ τὰ ὀλίγα. καὶ ὅ, τι ἅπαν ἐστὶν ἐν αὐτῇ ἕν. καὶ πάντα καὶ ὅ, τι ἕν. καὶ τὰ δυνατὰ νοῆσαί τε καὶ εἰπεῖν. καὶ εἰδέναι, μήτε νοῆσαι, μήτε εἰπεῖν, μήτε ποιῆσαι. καὶ ὅ, τι εὐχερείη ἐν αὐτῇ. καὶ ὅ, τι ἀχερείη. καὶ ὅ, τι καιρὸς, καὶ ὅ, τι ἀκαιρίη. καὶ τῶν τεχνέων τῇσιν ἄλλῃσι τε ἔοικε, καὶ οἷσιν οὐδὲν ἔοικε. καὶ τοῦ σώματος, ὅ, τι θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρόν. καὶ ὅ, τι ἰσχυρὸν ἢ ἀσθενὲς, ἢ πυκνὸν ἢ ἀραιόν. καὶ ὁκόσα τῶν πολλῶν ὀλίγα γίνεται, ἢ ἐπὶ τὸ κάκιον, ἢ ἐπὶ τὸ ἄμεινον. καὶ ὅ, τι καλῶς ἢ αἰσχρῶς, ἢ βραδέως ἢ ταχέως, ἢ ὀρθῶς ἢ μὴ ὀρθῶς. καὶ ὅ, τι κακὸν ἐπὶ κακῷ ἀνάγκη γενέσθαι, ταῦτα ἐνθυμηθέντα διαφυλάσσειν δεῖ ἐν τοῖσι λόγοισιν, ὅ, τι ἂν δή τις τούτων ἁμαρτάνῃ ἢ λέγων, ἢ ἐρωτῶν, ἢ ἀποκρινόμενος. καὶ ἢν πολλὰ ἐόντα σμικρά. καὶ ἢν ἀδύνατα ἐόντα, δυνατὰ φῇ εἶναι. ἢ ὅ, τι ἂν ἄλλο ἁμαρτάνῃ λέγων, ταῦτα φυλασσόμενον χρὴ ἐπιτίθεσθαι ἐν τῇ ἀντιλογίᾳ. αἱ μὲν οὖν νοῦσοι γίνονται ἅπασαι, τῶν μὲν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων, ἀπό τε χολῆς καὶ φλέγματος. τῶν δὲ ἔξωθεν, ἀπὸ πόνων καὶ τρωμάτων. ἀλλὰ καὶ τοῦ θερμοῦ καὶ ὑπερθερμαίνοντος, καὶ τοῦ ψυχροῦ καὶ ὑπερψύχοντος, καὶ τοῦ ξηροῦ, καὶ ὑπερξηραίνοντος. καὶ τοῦ ὑγροῦ καὶ ὑπερυγραίνοντος.

καὶ ἡ μὲν χολὴ καὶ τὸ φλέγμα, γινομένοισί τε συγγίνεται, καὶ ἔνεστιν ἐν τῷ σώματι, ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον. τὰς δὲ νούσους παρέχεται, τὰς μὲν, ἀπὸ σιτίων καὶ ποτῶν. τὰς δὲ, ἀπὸ τοῦ θερμοῦ ὑπερθερμαίνοντος. καὶ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ ὑπερψύχοντος. ἀνάγκη δὲ τὰ τοιάδε ἔχει, ὥστε γίνεσθαι ὁκόταν γίνηται, ἐν μὲν τοῖσι τρώμασι, νεῦρα τὰ παχέα τιτρωσκομένοις, ἀνάγκη χωλοῦσθαι. καὶ τῶν μυῶν τὰς κεφαλὰς, μάλιστα τῶν ἐν τοῖσι μηροῖσιν. ἀποθνήσκει δὲ, ἢν τις ἐγκέφαλον τρωθῇ. ἢ ῥαχίτην μυελόν. ἢ ἧπαρ. ἢ φρένας. ἢ κύστιν. ἢ φλέβα αἱμόρροον. ἢ καρδίην. μὴ ἀποθνήσκειν δὲ τιτρωσκόμενον, ἐν οἷσι τῶν μελέων μὴ ἐστὶν, ἀλλὰ τούτων προσωτάτω ἐστί. τῶν δὲ νοσημάτων τὰ τοιάδε, ἔχει ἀνάγκας ὥστε ὑπ' αὐτῶν ἀπόλλυσθαι ὅταν γίνωνται. φθίσις. ὕδρωψ ὑποσαρκίδιος, καὶ γυναῖκα ὁκόταν ἔμβρυον ἔχουσαν περιπνευμονίη, ἢ καῦσος λάβῃ, ἢ πλευρῖτις, ἢ φρενῖτις, ἢ ἐρυσίπελας ἐν τῇσιν ὑστέρῃσι γίνηται. ἐνδοιαστὰ δὲ τὰ τοιάδε ἀπολλύναί τε καὶ μή. περιπνευμονίη. καῦσος. φρενῖτις. πλευρῖτις. κυνάγχη. σταφυλή. ἡπατῖτις. σπληνῖτις. νεφρῖτις. δυσεντερίη. γυναικὶ ῥόος αἱματώδης. τὰ δὲ τοιάδε, οὐ θανάσιμα, ἢν μή τι αὐτοῖσι προσγένηται. κέδματα. μελαγχολίη. ποδάγρη. ἰσχιάς. τεινεσμός. τεταρταῖος. τριταῖος. στραγγουρίη. ὀφθαλμίη. λέπρη. λειχῆνες. ἀρθρῖτις. ἔμπηροι δὲ πολλάκις ἀπὸ τῶνδε γίνονται πολλοί. ἀπόπληκτοι μὲν χεῖρας καὶ πόδας. καὶ φωνῆς ἀκρατέες. καὶ παραπλῆγας ὑπὸ μελαίνης χολῆς. χωλοὶ δὲ ὑπὸ ἰσχιάδων. ὄμματα δὲ πηροῦνται καὶ ἀκοὴν ὑπὸ φλέγματος κατασκήψαντος. μακρὰ δὲ τάδε ἀνάγκη εἶναι. φθίσιν. δυσεντερίην. ποδάγρην. κέδματα. φλέγμα λευκόν. ἰσχιάδα. στραγγουρίην. γεραιτέροισι δὲ, νεφρῖτιν. γυναιξὶ δὲ, ῥόον αἱματώδη, αἱμορροΐδας, σύριγγας. καῦσος. φρενῖτις. περιπνευμονίη. κυνάγχη. σταφυλή. πλευρῖτις ταχέως κρίνει. μεταπίπτει δὲ τάδε. ἐκ πλευρίτιδος, εἰς καῦσον. καὶ ἐκ φρενίτιδος ἐς περιπνευμονίην. ἐκ δὲ περιπνευμονίης, καῦσος οὐκ ἂν γένοιτο. ἐς δυσεντερίην, τεινεσμός. ἀπὸ δὲ δυσεντερίης, λειεντερίη. ἐκ δὲ λειεντερίης, ἐς ὕδρωπα. καὶ ἐκ λευκοῦ φλέγματος, ἐς ὕδρωπα. καὶ ἐκ περιπνευμονίης καὶ πλευρίτιδος, ἐς ἔμπυον. τὰ δὲ ἐπὶ κακοῖσιν, ἀνάγκη κακὰ γίνεσθαι. ῥῖγος ἢν λάβῃ, πῦρ ἐπιλαμβάνει. καὶ νεῦρον ἢν διακοπῇ, σπασμὸν ποιεῖ καὶ μήτε συμφῦναι διακοπὲν, φλεγμαίνειν τε ἰσχυρῶς. καὶ ἢν ἐγκέφαλος σεισθῇ τε καὶ πονέσῃ, πληγέντος, ἄφωνον παραχρῆμα γίνεσθαι ἀνάγκη, καὶ μήτε ὁρᾶν, μήτε ἀκούειν. ἢν δὲ τρωθῇ, πυρετόν τε ἐπιγίνεσθαι, καὶ χολῆς ἔμετον. καὶ ἀπόπληκτόν τι τοῦ σώματος γίνεσθαι, καὶ ἀπόλλυσθαι. ἐπίπλοον δὲ ἢν ἐκπέσῃ, ἀνάγκη τοῦτο ἀποσαπῆναι. καὶ ἢν αἷμα, ἐκ τρώματος ἢ φλεβὸς ῥυῇ ἐς τὴν ἄνω κοιλίην, ἀνάγκη τοῦτο πύον γίνεσθαι. Καιροὶ δὲ, ὡς μὲν καθάπαξ εἰπεῖν, πολλοί τέ εἰσι ἐπὶ τῇ τέχνῃ καὶ παντοῖοι, ὥσπερ καὶ τὰ νοσήματα καὶ τὰ παθήματα καὶ τούτων θεραπεῖαι. εἰσὶ δὲ ὀξύτατοι μὲν, ὅσοις ἢ ἐκψυχοῦσι δεῖ τι ὠφελῆσαι. ἢ οὐρῆσαι, ἢ ἀποπατῆσαι μὴ δυναμένοισιν, ἢ πνιγομένοισιν. ἢ γυναῖκα τίκτουσαν, ἢ τιτρωσκομένην ἀπαλλάξαι, ἢ ὅσα τοιαῦτά ἐστι.

Ac bilis quidem & pituita vnà oriuntur cum his quæ in nobis naſcuntur, & in corpore modò plus, modò minùs inſunt. Morbos autem exhibent, partim quidē ex cibis & potibus, partim verò ex calido ſupra modum calefaciente, & frigido ſupra modum refrigerante. Hæc autem cùm fiunt ex neceſſitate contingūt, in vulneribus quidem, ſi craſſi nerui & muſculorū capita, in femoribus præſertim vulnus acceperint, neceſſaria eſt claudicatio. Moritur etiam ſi quis vulneratū habet cerebrū, aut ſpinalem medullā, aut iecur, aut ſeptum tranſuerſum, aut veſicam, aut venam aliquam multum ſanguinem effundentem, aut cor. Ex vulnere autem minimè mori contingit, ſi his partibus vulnus acceptum non fuerit, ſed ab his quā longiſſimè abſit. At hi morbi ex neceſſitate cùm adſunt mortem afferūt, tabes, aqua ſubter cutem, mulierem vtero gerentem ſi pulmonis inflammatio, aut febris ardens, aut morbus lateralis, aut phrenitis prehendit, aut ſi eryſipelas in vtero oriatur. Hi verò morbi dubium habent vitæ exitum, pulmonis inflammatio, febris ardens, phrenitis, lateris dolor, angina, vua, hepaticus & ſplenicus affectus, renum morbus, inteſtinorum difficultas, in muliere ſanguinis fluor. Iſti verò minimè lethales, niſi quid ipſis accedat, diuturnæ in articulos fluxiones (κέδματα dictæ) melancholia, podagra, coxendicū affectus, crebra & inanis deſidendi voluntas quartana, tertiana, ſtranguria, lippitudo, lepra, impetigo, morbus articularis. Multi autem plærumq; ab his parte aliqua corporis mutilantur, manuum quidem & pedum reſolutione tentantur, vocis impotentia tenentur, & ab atra bile leuiter reſoluuntur, claudi ex coxendicum morbo euadunt, oculis & auditione priuantur, pituita illuc incumbente. Lōgos autem hos eſſe neceſſe eſt, tabem, inteſtinorū difficultatē, podagram, diuturnas in articulos fluxiones (κέδματα dictas) pituitam albam, morbum coxariū, ſtranguriam: ſenibus verò renum dolorem, mulieribus fluorem ſanguineum, venarum quæ in ano ſunt profluuium (hæmorrhoidas vocant) fiſtulas. Febris ardens, phrenitis, pulmonū inflammatio, angina, vua, lateris dolor, citò ad iudicationem perueniunt. Hi autem in alios tranſeunt, morbus lateralis in febrem ardentem, & phrenitis in pulmonum inflammationem, ex pulmonis autē inflammatione febris ardens non fit. Crebra & inanis egerendi voluntas (τεινεσμὸς dicitur) in inteſtinorum difficultatem tranſit, & ad inteſtinorum difficultatem inteſtinorum læuitas ſiue lienteria cōſequitur. Ex inteſtinorum læuitate & pituita alba, in aquam intercutē tranſitus fit, & ex pulmonis inflammatione & morbo laterali in thoracis ſuppuratione̅. Hæc verò mala malis ſuperuenire neceſſe eſt. Si rigor corripuerit, calor igneus ſuccedit, & neruus præciſus conuulſionem facit, & vt minimè coaleſcit, ita vehementer inflammatur. Et ſi cerebrū tum concuſſum fuerit, tum alicui ex plaga doluerit, eum illico voce deficere, neque videre, neq; audire neceſſe eſt. Sin verò vulneratum fuerit, febrem & bilis vomitionem ſuccedere, corporiſq; partem aliquam reſolutam fieri ac perire. Omentum ſi procidat, vt putrefiat neceſſe eſt. Quòd ſi ſanguis ex vulnere aut vena in ſuperiorem ventrem fluxerit, id in pus verti neceſſe eſt. Opportunitates autem (vt ſemel dicam) multæ ſunt, in arte & variæ, velut & morbi & affectiones, eorumq; curationes. Ac celerrimæ quidem ſunt, quibus aut animo deficientibus opitulari licet, aut qui neque vrinam neque ſtercus reddere poſſunt, aut qui ſuffocantur, aut mulierem prægnantem aut vulneratam liberare, aut quæ ſunt eiuſmodi.

Et hæc quidem celeres, neq; confert paulò poſt, cùm plærique paulò poſtea moriantur. Opportunitas tamé eſt, cùm quid tale homini contingit, ſi quis ante quàm animam emittat iuuetur, id vbi tempore opportuno ſumpſerit, ſuccurret. Eſt igitur hæc ferè opportunitas etiam in aliis morbis. Semper enim quocunq; tempore quis auxilium attulerit, opportuno tempore auxilium attuliſſe dicitur. Qui verò morbi aut vulnera minimè mortem afferunt, ſed periculo ſunt obnoxia, & dolores habent, poſſunt tamen ſi quis rectè curauerit, ſedari. His non conferunt adhibita à Medico remedia, vbi admouentur. Etenim etiam nō præſente Medico ceſſare poſſunt. Sunt autem alij morbi, qui opportunè matutino diei tempore curantur, nihilq; refert, an ſummo mane, an paulò poſteriùs. Alij verò morbi ſemel die opportunè curantur, neq; refert quando id fiat. Quidam etiam tertio quoq; aut quarto die, quidam etiam ſemel menſe, & alij quidem tertio quoq; menſe, neq; refert an tertio ineunte aut deſinente id fiat. Atq; eiuſmodi ſunt temporum opportunitates, in quibus non aliam quàm iſtam exquiſitam diligentiam inuenias. Temporis autem inopportunitatem habent, quæ quidem mane curanda ſunt, ſi meridie curentur. Intempeſtiuè autem hac ratione fiunt, quandoquidem ad peius inclinant, ob minimè opportunam curationem. Quæ verò celerem curationem poſtulant, ſiue meridie, ſiue veſperi, ſiue noctu curentur, intempeſtiuè curantur, & ſi quæ vere curari debeant, hyeme curentur, aut quæ hyeme, æſtate curentur, aut ſi quod iam curari oporteat, id ipſum differatur, aut quod differri oportuit, ſi iam curetur, hæcq; omnia intempeſtiuam curationem habent. In arte autem iſta rectè vel non rectè fiunt. Non rectè quidem fit, ſi cùm alius morbus exiſtat, alium apparere dicas, ſi cùm magnus ſit, paruum, & ſi cùm paruus ſit, magnum pronuncies, & eum qui ſuperſtes futurus eſt, ſuperſtitem futurum non affirmare, neque eum qui periturus eſt, periturum dicere, & eum qui ſuppuratus eſt non cognoſcere, neque noſſe ſi magnus in corpore morbus increſcat, & ſi quis medicamento aut potione indigeat, vtro opus ſit neſcire, & quæ ſanari poſſunt, minimè ſanari poſſe, & quæ non poſſunt, ſanari poſſe affirmare. Atq; hæc quidem non recto mentis conſilio fiunt. Iſta verò malam habent manuum tractationem, vlceris aut tuberculi pus non cognoſcere, oſſa fracta, & vbi ſuis ſedibus exceſſerunt, non noſſe, capitis os ſpecillo admoto fractum ne ſit non dignoſcere, & fiſtulam in veſicam immiſſam demittere non poſſe, neq; lapidem in veſica, neq; pus thorace collectū ex concuſſione noſſe, & ſecando aut vrendo fundum aut latitudinem non attingere, & vrere aut ſecare quæ non oportet. Et hæc quidem non rectè fiunt, iſta autem rectè, ſi quis morbos quinam ſint & ex quibus oriantur cognoſcat, & quinam ex his longi, quinam breues, & qui lethales, & qui minimè lethales, qui in alios tranſeunt, qui increſcunt, quinam emarceſcunt, qui magni, qui parui; & inter curandum hos quidem curari poſſe, hos verò non poſſe, & noſſe quamobrem non poſſint, & dum curantur, qui ita ſe habent, curatione quoad eius fieri poteſt prodeſſe. At quæ ægrotantibus offeruntur, ea ſic obſeruare oportet, rectè ne an non rectè fiant, ſi quis quæ ſiccari oportet humectet, aut ſi quæ incraſſare conuenit, ea non exhibeat ex quibus incraſſare oportet, aut quæ attenuanda, non attenuet, aut refrigeranda, non refrigeret,

καὶ οὗτοι μὲν ὀξέως, καὶ οὐκ ἀρκέει ὀλίγῳ ὕστερον. ἀπόλλυνται γὰρ οἱ πολλοὶ ὀλίγῳ ὕστερον. ὁ μέντοι καιρός ἐστιν ἐπὴν πάθῃ τοιοῦτον ὁ ἄνθρωπος, ὅ, τι ἤν τις πρὶν τὴν ψυχὴν μεθεῖναι ὠφεληθῇ, τοῦτο ἐπὴν ἐν καιρῷ λάβῃ ὠφελεῖται. ἔστι μὲν οὖν σχεδόν τι οὗτος ὁ καιρὸς, καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισι νουσήμασιν. αἰεὶ γὰρ ἐν ᾧ ἄν τις ὠφελήσῃ, ἐν καιρῷ ὠφέλησεν. ὁκόσα δὲ τῶν νοσημάτων ἢ τρωμάτων μὴ ἐς θάνατον φέρει, ἀλλὰ χρόνιά ἐστιν, ὀδύναι τε γίνονται ἐν αὐτοῖσιν, ἀλλ' οἷά τέ ἐστιν, ἤν τις ὀρθῶς θεραπεύσῃ, παύσασθαι. τούτοισι δὲ οὐκ ἀρκέουσι γενόμεναι ὠφέλειαι ἀπὸ τοῦ ἰητροῦ ἀπόντος γίνονται. καὶ γὰρ μὴ παρεόντος ἰητροῦ, ἐπαύσαντο αὐτέων. ἕτερα δὲ νουσήματά ἐστιν, οἷσι καιρός ἐστι θεραπεύεσθαι τὸ πρωῒ τῆς ἡμέρης. διαφέρει δὲ οὐδὲν ἢ πάνυ πρωῒ, ἢ ὀλίγῳ ὕστερον. ἕτερα δὲ νουσήματά ἐστιν, οἷσι καιρὸς θεραπεύεσθαι ἅπαξ τῆς ἡμέρης, καὶ ὁπηνίκα γε οὐδὲν διαφέρει. ἕτερα δὲ, διὰ τρίτης ἢ τετάρτης ἡμέρης. καὶ ἕτερα ἅπαξ τοῦ μηνός. καὶ ἕτερα γε διὰ τριῶν μηνῶν. καὶ τοῦ τρίτου ἱσταμένου ἢ φθίνοντος, οὐδὲν διαφέρει. τοιοῦτοι μὲν οἱ καιροί εἰσιν, ἐν οἷσι καὶ ἀκριβείην οὐκ ἔχουσιν ἄλλην ἢ ταύτην. ἄκαιρα δέ ἐστι τὰ τοιάδε. ὅσα μὲν πρωῒ δεῖ θεραπεύεσθαι, ἢν μεσημβρίῃ θεραπεύηται. ἀκαίρως δὲ ταῦτ' ἐπεὶ ῥοπὴν ἴσχει ἐς τὸ κάκιον, διὰ τὸ μὴ ἐν καιρῷ θεραπείην. ὅσα δὲ ἐς τάχα ἤν τε μεσημβρίης, ἤν τε ὀψὲ, ἤν τε τῆς νυκτὸς θεραπεύηται, ἀκαίρως θεραπεύεται. καὶ ἢν τοῦ ἦρος δέοι θεραπευθῆναι, θεραπεύοιτο δὲ χειμῶνος. ἢ τοῦ μὲν χειμῶνος δέοι, τοῦ θέρεος δὲ θεραπεύηται. ἢ ὅ, τι ἤδη δεῖ θεραπεύεσθαι, τοῦτο δὲ ἀναβάλληται. ἢ ὅ, τι ἀναβάλλεσθαι δεῖ, τοῦτ' ἤδη θεραπεύηται. τὰ τοιαῦτα ἀκαίρως θεραπεύεται. Ὀρθῶς δὲ ἐν αὐτῇ, καὶ οὐκ ὀρθῶς τὰ τοιάδε. οὐκ ὀρθῶς μὲν, ἤν τε νοῦσον ἑτέρην ἐοῦσαν, ἑτέρην φάσκειν, καὶ μεγάλην ἐοῦσαν, μικρὴν φάσκειν, καὶ σμικρὴν ἐοῦσαν, μεγάλην. καὶ περιεσόμενον, μὴ φάναι περιέσεσθαι. καὶ μέλλοντα ἀπολεῖσθαι, μὴ φάναι ἀπολεῖσθαι. καὶ ἔμπυον ἐόντα, μὴ γινώσκειν. μηδὲ νοῦσον μεγάλην προτρεφομένην ἐν τῷ σώματι, γινώσκειν. καὶ φαρμάκου δεόμενον ἢ ποτοῦ, ὅτου δεῖ, μὴ γινώσκειν. καὶ τὰ δυνατὰ, μὴ ἐξιῆσθαι. καὶ τὰ ἀδύνατα, φάναι ἐξιήσεσθαι. Ταῦτα μὲν οὖν εἰσι κατὰ γνώμην οὐκ ὀρθῶς. κατὰ δὲ χειρουργίαν, τάδε. πύον ἐν ἕλκει ἐόντι ἢ ἐν φύματι, μὴ γινώσκειν. καὶ τὰ κατήγματα καὶ τὰ ἐκπτώματα μὴ γινώσκειν. καὶ μηλοῦντα κεφαλὴν μὴ γινώσκειν, εἰ τὸ ὀστέον κατέηγε. μηδὲ εἰς κύστιν καυλίσκον καθιέντα, δύνασθαι καθιέναι. μηδὲ λίθον ἐν κύστει ἐνεόντα, γινώσκειν. μηδὲ ἔμπυον ἐόντα, διασείοντα γινώσκειν. καὶ τάμνοντα ἢ καίοντα ἐκλείπειν, ἢ τοῦ βάθεος, ἢ τοῦ μήκεος. ἢ καίειν τε καὶ τάμνειν, ἃ οὐ χρή. καὶ ταῦτα μὲν οὐκ ὀρθῶς. ὀρθῶς δὲ, τά τε νουσήματα γινώσκειν ἅ τέ ἐστι καὶ ἀφ' ὅτων. καὶ τὰ μακρὰ αὐτῶν, καὶ τὰ βραχέα, καὶ τὰ θανάσιμα, καὶ τὰ μὴ θανάσιμα. καὶ τὰ μεταπίπτοντα. καὶ τὰ αὐξανόμενα. καὶ τὰ μαραινόμενα, καὶ τὰ μεγάλα, καὶ τὰ σμικρά. καὶ θεραπεύοντα, τὰ μὲν, ἀνυστὰ ἐκθεραπεύειν, τὰ δὲ μὴ ἀνυστὰ εἰδέναι, διότι οὐκ ἀνυστά. καὶ θεραπεύοντα τὰ τοιαῦτα ἔχοντα, ὠφελέειν ἀπὸ τῆς θεραπείης ἐς τὸ ἀνυστόν. τὰ δὲ προσφερόμενα τοῖσι νοσέουσιν ὧδε χρὴ φυλάσσειν, τά τε ὀρθῶς καὶ τὰ μὴ ὀρθῶς. ἤν τις ἃ δεῖ ξηραίνειν, ὑγραίνῃ. ἢ παχύνειν δέῃ, μὴ προσφέρῃ ἀφ' ὧν δεῖ παχύνειν. ἢ ἃ δεῖ λεπτύνειν, μὴ λεπτύνῃ. ἢ ψύχειν,

ἢ ψύχειν, μὴ ψύχῃ· ἢ θερμαίνειν, μὴ θερμαίνῃ· ἢ σήπειν, μὴ σήπῃ, καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τούτοισι. τὰ δὲ τοιάδε αἱ θεραπεῖαι ἀπὸ ταὐτομάτου ἐν τῇσι νούσοισι γίνονται, τά τε κακὰ καὶ τὰ ἀγαθά. πυρέσσοντι μὲν καὶ χολῶντι, ἐν καιρῷ σκεδασθεῖσα ἔξω ἡ χολὴ, ἀγαθόν. ὑπὸ δὲ δέρμα δὲ κεχυμένη καὶ ἐσκεδασμένη, εὐπετεστέρως ἔχειν τῷ τε πάσχοντι, καὶ τῷ ἰωμένῳ ἰῆσθαι. κεχυμένη δὲ καὶ ἐσκεδασμένη, πρὸς ἕν τι τοῦ σώματος προσκατασκήψασα, κακόν. [21] κοιλίη ταραχθεῖσα ὑπὸ πλευρίτιδος ἐχομένῳ ἢ περιπνευμονίης, ἢ ἐμπύῳ ἐόντι κακόν. πυρέσσοντι δὲ ἢ τρῶμα τετρωμένῳ κοιλίη ἀποξηρανθεῖσα, κακόν. ὑφύδρῳ καὶ σπληνώδει [24] ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ, ταραχθεῖσα ἡ κοιλίη ἰσχυρῶς, ἀγαθόν. [25] ἐρυσίπελας ἢν ἔξω καταχεχυμένον, ἔσω τράπηται, κακόν. ἢν δὲ ἔσω καταχεχυμένον ἔξω τράπηται, ἀγαθόν. [26] διαρροίῃ δὲ ἐχομένῳ ἰσχυρῇ, ὁ ἔμετος γινόμενος, ἀγαθόν. [27] γυναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ τὰ καταμήνια ῥαγῆναι, ἀγαθόν. ὑπὸ ῥόου δὲ πιεζομένῃ, ἐς τὰς ῥῖνας ἢ ἐς τὸ στόμα μεταπεσεῖν τὸν ῥόον, ἀγαθόν. γυναικὶ ὑπὸ σπασμοῦ πιεζομένῃ ἐκ τόκου, πυρετὸν ἐπιγενέσθαι, ἀγαθόν. [28] καὶ τετάνου ἔχοντος καὶ σπασμοῦ, πῦρ ἐπιγενέσθαι, ἀγαθόν. τὰ γὰρ τοιαῦτα δι' οὐδεμίην οὔτε ἀμαθίην οὔτε σοφίην ἰητρῶν, γίνεταί τε καὶ οὐ γίνεται, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου καὶ ἐπιτυχίης γινόμενά τι ὠφελέει καὶ βλάπτει κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. ἐπιτυχίη δὲ τὰ τοιάδε τοῖς ἰητροῖσι ποιέουσιν ἐν τῇ θεραπείῃ ἀγαθά. ἄνω φάρμακον δόντες, καθαίρουσι, καὶ ἄνω καὶ κάτω καλῶς. καὶ γυναικὶ φάρμακον δόντες κάτω χολῆς ἢ φλέγματος, ἐπιμήνια ἐπισχόμενα κατέρρηξαν. καὶ σπλῆνα ἔμπυον ἔχοντι, κάτω φάρμακον δόντες ὥστε χολὴν καὶ φλέγμα καθῆραι, πύος κάτω ἐκαθῆραν ἀπὸ τοῦ σπληνὸς καὶ ἀπήλλαξαν τῆς νούσου. καὶ λιθιῶντι φάρμακον δόντες, τὸν λίθον ἐς τὸν οὐρητῆρα προσέωσαν ὑπὸ βίης τοῦ φαρμάκου, ὥστε ἐξουρηθῆναι. καὶ πύον ἔχοντι ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ ἐν φύματι, οὐκ εἰδότες ὃ εἶχε, δόντες ἄνω φάρμακον, ὃ τὸ φλέγμα καθαίρει, ἤμεσε δὲ πύον καὶ ἐγένετο ὑγιής. καὶ ἐκ φαρμάκου ὑπερκαθαιρόμενον ἄνω θεραπεύοντες, καταρραγείσης τῆς κοιλίης ἀπὸ ταὐτομάτου τοῦ ἐμέτου, ὑγιέα ἐποίησαν. κακὰ δὲ τάδε ἀπεργάζονται ἀπὸ ἀτυχίης. φάρμακον δόντες ἄνω χολῆς ἢ φλέγματος, φλέβα ἐν τοῖσι στήθεσιν ἔρρηξαν ὑπὸ τοῦ ἐμέτου, οὐδὲν ἔχοντος πρόσθεν ἄλγημα ἐν τοῖς στήθεσι φανερόν, καὶ ἐγένετο νοῦσος. καὶ γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἄνω φάρμακον δόντες, καταρραγεῖσα ἡ κοιλίη, ἐξέτρωσε τὸ ἔμβρυον. καὶ ἔμπυον θεραπεύοντι ἡ κοιλίη ῥυεῖσα διέφθειρε. καὶ ὀφθαλμοὺς θεραπεύοντι καὶ ὑπαλείψαντι, ὀδύναι ἐνέπεσον ὀξύτεραι, καὶ ἢν οὕτω τύχῃ, ῥήγνυνται οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ ἀμαυροῦνται, καὶ αἰτιῶνται τὸν ἰητρὸν, ὅτι ὑπήλειψε. καὶ λεχοῖ ἐπὶ γαστρὸς ὀδύνῃς, ἢν δώῃ τι ὁ ἰητρὸς καὶ κακῶς σχῇ, ἢ καὶ ἀπόλλυται, ὁ ἰητρὸς αἴτιος. σχεδὸν δὲ ὅσα ἀνάγκας ἔχει ὥστε γίνεσθαι ἐν τοῖσι νοσήμασι καὶ τρώμασι, κακὰ ἐπὶ κακοῖσι, τὸν ἰητρὸν αἰτιῶνται τούτων γενομένων. καὶ τὴν ἀνάγκην τὴν τὰ τοιαῦτα ἀναγκάζουσαν γίνεσθαι οὐ γινώσκουσιν. καὶ ἢν ἐπὶ πυρέσσοντα ἢ τρῶμα ἔχοντα, ἐπελθὼν καὶ προσενέγκας τὸ πρῶτον μὴ ὠφελήσῃ, ἀλλὰ τῇ ὑστεραίῃ κάκιον ἔχῃ, τὸν ἰητρὸν αἰτιῶνται. ἢν δὲ ὠφελήσῃ, [29] τοῦτο δὲ οὐχ ὁμαλῶς ἐπαινέουσι, χρῆν γὰρ πεπονθέναι αὐτὸν, δοκέουσι. τὰ δὲ ἕλκεα φλεγμαίνει, καὶ ἐν τῇσι νούσοισιν, ἔστιν ὀδύνας ἃς χρὴ γίνεσθαι αὐτοῖσιν, οὐδὲ τὰ τοιάδε ὥστε μὴ γίνεσθαι.

aut calefacienda, nõ calefaciat, aut putrefacienda nõ putrefaciat, & reliqua ſecundum rationem. Hæc autem in morbis tum bona tum mala ſua ſponte hominibus contingunt. Febricitanti quidem & bilioſo, ſi bilis ſuo tempore, extra diſperſa fuerit, bono eſt. Sub cutem verò effuſa ac diſperſa, ægroto toleratu facilior, & Medico curatu promptior. Effuſa autē ac diſſipata, & in vnam aliquam corporis partem incumbens, malo eſt. In morbo laterali aut pulmonis inflammatione detento, aut ſuppuratum thoracem habenti, aluus perturbata, malo eſt. Febricitanti verò aut accepto vulnere aluus reſiccata, malum denunciat. Subaquoſo & lienoſo, albaq; pituita detento, aluus vehementer perturbata, bono eſt. Si eryſipelas foras diffuſum intrò vertatur, malum, ſi verò intus effuſum, foras vertatur, bonum. Vehementi alui profluuio detento, ſuccedens vomitus bono eſt. Mulieri ſanguinē vomenti, profluuium menſtruum erumpere, bonum. Ei autem quæ fluore muliebri vrgetur, ad nares aut os fluorem tranſire, bono eſt. Mulieri ex partu conuulſione infeſtatæ, ſi febris ſuccedat, bono eſt. Si diſtentio aut conuulſio detineat, febrem ſuperuenire bonum. Hæc enim eiuſmodi ex nulla Medicorum inſcitia, neq; ſcientia contingunt, ſed cùm ſpontè fœliciter ſuccedant, eadem ratione tum iuuant, tum nocēt. Hæc autem Medicis inter curandū benè fœliciterq; ſuccedunt, ſi medicamento purgante exhibito, purgatio per ſuperiora & inferiora rectè procedat. Et ſi mulieri exhibito medicamēto, quod bilem aut pituitam deorſum educat, menſes retardati erumpat. Et ſi cui lienem ſuppuratum habenti medicamento exhibito quòd bilem & pituitam deorſum educat, pus ex liene per inferiora expurgarunt, & morbo liberarunt. Sic q; calculum habenti exhibito medicamento purgante, calculum in meatum vrinarium medicamenti vi protruſerunt, ita vt cum vrina exeat. Et ſi ei qui pus in ſuperiore ventre ex tuberculo collectum habet, id ipſum ignorantes, medicamentum quod pituitam ſurſum educat exhibuerint, iſq; pus vomitione reiecerit, ſanusq; euaſerit. Et cùm curando eum qui ex medicamento per ſuperiora purgante ſupra modum purgatur, aluo ſponte erumpente, à vomitu ſanum reddunt. At mala hæc aduerſa fortuna perpetrant Medici, ſi exhibito quod pituitam ſurſum educat, venam in pectore præ vomitione ruperint, cùm nullus antea ibi manifeſtus dolor exiſteret, & morbus contrahatur. Si mulieri vtero gerenti exhibito medicamento ſurſum purgante, aluus affatim deorſum erumpens, fœtum abortione eiecit. Si ſuppuratum dum curatur aluus profluens perdit. Siq; dum oculos curat & inungit, vehementiores dolores incidunt, ac fortè fortuna oculi rumpuntur & obſcurantur, idq; Medico crimini dant, qui oculos ſubleuerit. Et ſi puerperæ in ventris dolore quid Medicus exhibuerit, & malè habeat, aut etiam pereat, Medicus in culpa eſſe dicitur. Ac ferè in morbis & vulneribus, vbi mala malis ex cauſis neceſſariis ſuccedunt, cùm iſta contingunt in Medicum cauſam conferunt, neq; talia ex neceſſitate fieri agnoſcunt. Et ſi ad febricitantem aut vulneratum ingreſſus, & oblatum quàm primùm remedium non iuuet, ſed poſtridie æger peiùs habeat, in Medicum culpam reiiciunt. Quòd ſi proſit, id tamen non perinde laudant, cùm id ei contingere oportere exiſtimant. Vlcera verò inflammantur in morbis, & in quibuſdam dolores fieri oportet, neq; aliter contingere poteſt.

Neruus præciſus non coaleſcit, neque veſica, neque aliquod ex tenuibus inteſtinis, neque vena multum effundens ſanguinem, neque tenuis genæ pars, neque præputium. Principium autem medicationis nullum eſt demonſtratione q idem conſtans, quod vniuerſæ artis rectè principium ſit, nec ſecundum aliquod, nec medium, nec finis, ſed quandoque in ea a verbis, quandoque ab opere initium ſumimus, eodemque modo definimus. Ad eandem rationem in opere, neque ab iiſdem operibus initium ſumimus, neque in eadem definimus. Apta verò manuum tractatio in his eſt, ſi quis ſecando aut vrendo, neque venam, neque neruum attingat, & in purulento vrendo, ſi ad pus deueniat, & in ſecando eadem ratione. Si fracturas rectè componat, & corporis particulam quæ naturali loco exciderit, ſi rectè in ſuum locum compellat. Quæ vehementer apprehendere oportet, ea ſi apprehendendo premat, & quæ leuiter apprehendenda ſunt, apprehendendo non premat. Quæ recta ſunt deligando, ſi minimè detorqueat, neque premat quæ premenda non ſunt. Et quicquid attigerit, in contactu ſi nullum ſuperuacaneum dolorem exhibeat. Atque hæc quidem ad aptam manuum tractationem pertinent. At digitis decenter, aut probè, aut non probè, aut longis, aut breuibus aliquid apprehendere, aut probè deligare, & cuiuſquemodi deligaturas facere, non in arte ad promptam manuum tractationem pertinere iudicandum, ſed ſeparatim tractandum. Qui pulmone, aut ſuperiore, aut inferiore ventre pus colligunt, aut tubercula, ſiue ſuperiore, ſiue inferiore ventre, aut pulmone habent, aut vlceribus interioribus laborant, aut ſanguinem vomitione vel ſputo reiiciunt, aut dolore aliquo aut in pectore, aut dorſo conflictantur, hæc omnia illis contingunt, ex his quidem quæ in corpore inſunt, à bile & pituita, ex his verò quæ corpus extra afficiunt, ab aëre inſito calori commixto, quinetiam à laboribus & vulneribus. Atque ex his quidem cauſis pus in pulmone colligitur. Si pulmonis inflammatione detentus, diebus qui talia decernere creduntur non purgetur, ſed ſputum & pituita in pulmone remaneat, ſuppuratus fit. Qui ſi confeſtim curetur, plærunque euadit, ſin verò neglectus fuerit, pulmo ab eo quod inhæret putreſcente tum corrumpitur, tum vlceratur, & pus colligit, neque ampliùs intrò ad ſe effatu memorabile alimentum attrahit, neque ab eo quicquam per ſuperiora repurgatur, ſed cùm ſuffocatur, tum ſemper maiore ſpirandi difficultate premitur, & inter reſpirandum ſtertit, indeque ſuperiore pectore reſpirat, tandem verò obturatis à ſputo meatibus, perit. Fit quoque ſuppuratus, ſi ipſi pituita ex capite in pulmonem defluxerit, ac primùm quidem vt plurimùm latenter defluit, tenuémque tuſſim exhibet, ſputúmque paulò ſolito amarius exiſtit, calórque tenuis adeſt. Progreſſu verò temporis, tum pulmo exaſperatur, tum intus à pituita inhæreſcente & putreſcente exulceratur, pondúſque in pectore, & dolorem acutum antè & retrò exhibet, corpus vehementer incaleſcit, pulmo à calore ad ſe pituitam ex toto corpore, præcipuéque ex capite trahit. Caput verò calefactum ex corpore, eámque putreſcentem ſubcraſſam expuit. Quantò verò longiùs tempus proceſſerit, tantò ſincerum magis pus expuit,

νεῦρον διακοπὲν, οὐ συμφύει. οὐδὲ κύστις. οὐδὲ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν. οὐδὲ φλὲψ αἱμόρρους. οὐδὲ γνάθου τὸ λεπτόν. οὐδὲ τὸ ἐπὶ τοῦ αἰδοίου δέρμα. ἀρχὴ δὲ ἰήσιος ἀποδεδειγμένη μὲν οὐκ ἔστιν ἥτις ὀρθῶς ἀρχή ἐστι πάσης τῆς τέχνης. οὐδὲ δεύτερον οὐδέν. οὐδὲ μέσον. οὐδὲ τελευτή. ἀλλὰ ἀρχόμεθά τε αὐτῆς, ἄλλοτε λέγοντες, ἄλλοτε ἐργαζόμενοι. καὶ τελευτῶμεν ὡσαύτως. καὶ οὔτε λέγοντες ἀρχόμεθα ἐκ τῶν αὐτῶν λόγων, οὐδ' ἢν τὰ αὐτὰ λέγωμεν, οὐδὲ εἰς ταὐτὸ αὖθις τελευτῶμεν. καὶ ἐργαζόμενοι κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, οὔτε ἀρχόμεθα ἐκ τῶν αὐτῶν ἔργων, οὔτε τελευτῶμεν ἐς τὰ αὐτά. εὐχειρίη δέ ἐστι τὰ τοιάδε. ὅταν τις τάμνων ἢ καίων μήτε νεῦρον τάμνῃ ἢ καίῃ, μήτε φλέβα. καὶ ἢν ἔμπυον καίῃ, ἐπιτυγχάνῃ τοῦ πύου. καὶ τάμνοντα δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. καὶ κατήγματα συνθεῖναι ὀρθῶς. καὶ ὅ τι ἂν τοῦ σώματος ἐκπέσῃ ἐκ τῆς φύσιος, ὀρθῶς ἐς τὴν φύσιν τοῦτο ἀπώσασθαι. λαβεῖν τε ἃ δεῖ ἰσχυρῶς, καὶ λαμβάνοντα δὲ πιέζειν, καὶ ὅσα ἀτρέμα λαβεῖν τι δεῖ, καὶ λαβόντα μὴ πιέζειν. καὶ ἐπιδέοντα στρεβλὸν μὴ ποιέειν τῶν ὀρθῶν. μηδὲ πιέζειν ἃ μὴ δεῖ. καὶ ψαύοντα ὅ τι ἂν ψαύῃ, μὴ ὀδύνην παρέχειν ἐκ περιουσίης. ταῦτα μὲν οὖν ἐστιν εὐχειρίη. τὸ δὲ τοῖσι δακτύλοισιν ἡρμοσμένως λαμβάνειν. ἢ καλῶς, ἢ μὴ καλῶς, ἢ μακροῖσιν, ἢ βραχέσιν. ἢ καλῶς ἐπιδεῖν, καὶ ἐπιδέσιας παντοίας, οὐ πρὸς τῇ τέχνῃ κρίνεται εὐχειρίης πέρι, ἀλλὰ χωρίς. ὁκόσοι ἔμπυοι γίνονται τὸν πλεύμονα, ἢ τὴν ἄνω ἢ τὴν κάτω κοιλίην, ἢν φύματα ἴσχωσιν εἴτε ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ εἴτε ἐν τῇ κάτω, ἢ ἐν τῷ πλεύμονι, ἢ ἕλκεα ἔνδοθεν, ἢ αἷμα ἐμέσωσιν ἢ πτύσωσιν, ἢ ἄλγημά τι ἔχωσιν, ἢ ἐν τοῖσι στήθεσιν ἢ ἐν τῷ νώτῳ, ταῦτα πάντα ἴσχουσι. τὰ μὲν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων, ἀπὸ χολῆς καὶ φλέγματος, τὰ δὲ ἔξωθεν, ἀπὸ τοῦ ἠέρος ἐπιμισγομένου τῷ συμφύτῳ θερμῷ. ἅπερ καὶ ἀπὸ πόνων καὶ τρωμάτων. καὶ ὁκόσοι μὲν τὸν πλεύμονα ἔμπυοι γίνονται, ἀπὸ τῶνδε γίνονται. ἢν περιπλευμονίῃ ληφθεὶς μὴ καθαρθῇ ἐν τῇσι συνεστώσῃσιν ἡμέρῃσιν, ἀλλ' ὑπολειφθῇ ἐν τῷ πλεύμονι πτύαλόν τε καὶ φλέγμα, ἔμπυος γίνεται, καὶ ἢν μὲν αὐτίκα θεραπευθῇ, διαφεύγει ὡς τὰ πολλά. ἢν δὲ ἀμεληθῇ ἐν τῷ πλεύμονι, διαφθείρεται, ἐνισταμένου τε τοῦ σηπομένου, ἑλκοῦταί τε ὁ πλεύμων, καὶ διάπυος γίνεται. καὶ οὐκ ἔτι εἴσω ἕλκει ἐς ἑωυτὸν, ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου τῆς τροφῆς, οὔτε τι ἀποκαθαίρεται ἀπ' αὐτοῦ ἄνω οὐδὲν, ἀλλὰ πνίγεταί τε καὶ δυσπνοεῖ αἰεὶ ἐπὶ μᾶλλον. καὶ ῥέγχει ἀναπνέων, καὶ ἀναπνέει αὐτόθεν ἄνωθεν ἐκ τῶν στηθέων, τέλος δὲ, ἀποφράσσεται ὑπὸ τοῦ πτύσματος, καὶ ἀποθνήσκει. γίνεται δὲ καὶ ἔμπυος, καὶ ἢν ἐκ τῆς κεφαλῆς φλέγμα τῷ καταρρυῇ ἐς τὸν πλεύμονα. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ὡς τὰ πολλὰ λανθάνει καταρρέον. καὶ βῆχά τε παρέχει λεπτήν. καὶ τὸ σίαλον πικρότερον ὀλίγῳ τοῦ εἰωθότος. καὶ ἄλλοτε θέρμη λεπτή. ὁκόταν δὲ ὁ χρόνος προΐῃ, τρηχύνεταί τε ὁ πλεύμων καὶ ἑλκοῦται ἔνδοθεν ὑπὸ τοῦ φλέγματος, ἐνισταμένου καὶ σηπομένου. καὶ βάρος παρέχει τοῖσι στήθεσι. καὶ ὀδύνην ὀξείην, πρόσω καὶ ὀπίσω. θέρμαι τε ὀξύτεραι ἐμπίπτουσιν ἐς τὸ σῶμα. καὶ ὁ πλεύμων ἀπὸ τῆς θερμασίης ἄγει ἐς ἑωυτὸν ἐκ παντὸς τοῦ σώματος φλέγμα, καὶ μάλιστα ἐκ τῆς κεφαλῆς. ἡ δὲ κεφαλὴ θερμαινομένη ἐκ τοῦ σώματος. καὶ τοῦτο σηπόμενον, πτύει ὑπόπαχυ. ὅσῳ δ' ἂν ὁ χρόνος προΐῃ, εἰλικρινὲς πτύει πύον.

καὶ

καὶ οἱ πυρετοὶ ὀξύτεροι γίνονται. καὶ ἡ βὴξ πυκνὴ καὶ ἰσχυρή. [13] καὶ ἡ ἀσιτίη διαλυμαίνει. καὶ τέλος, ἡ κοιλίη ἡ κάτω ταράσσεται. ταράσσεται δὲ ὑπὸ τοῦ φλέγματος. τὸ δὲ φλέγμα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταβαίνει. ἔστι δ' ὅταν ἐς τοῦτο ἀφίκηται, ἀπόλλυται καθάπερ εἴρηται ἐν τοῖσιν ἔμπροσθεν, διαπυίου τοῦ πλεύμονος καὶ σαπροῦ γινομένου, [14] ἢ τῆς γαστρὸς ῥυείσης τῆς κάτω. γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ τῶνδε ἔμπυος ὁ πλεύμων. ἐπὴν τὸ ἐν αὐτῷ φλέβιον ῥαγῇ. ῥήγνυται δὲ ὑπὸ πόνων. καὶ ὅταν ῥαγῇ, αἱμορροεῖ τὸ φλέβιον. κἢν μὲν παχύτερον ᾖ, μᾶλλον· ἢν δὲ λεπτότερον, ἧσσον. καὶ τὸ μὲν, παραυτίκα τοῦ αἵματος πτύει. τὸ δὲ, ἢν μὴ στεγνωθῇ ἡ φλέψ, χεῖται εἰς τὸν πλεύμονα καὶ σήπεται ἐν αὐτῷ. καὶ ὅταν σαπῇ, πῦον ποιεῖ. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ἄλλοτε πῦον εἰλικρινές, ἄλλοτε πῦον ὕφαιμον, ἄλλοτε τὸ αἷμα. καὶ ἢν μέζον πληρωθῇ τὸ φλέβιον, ἀπεμεῖ τὸ πλήρωμα ἀφ' ἑωυτοῦ ἅπαξ τοῦ αἵματος. τό, τε πῦον πτύεται παχὺ ὑπὸ τοῦ προσσηπομένου καὶ ἐνσηπομένου φλέγματος. ἔστι δ' ἢν καταληφθῇ ἀρχομένου τοῦ νουσήματος πρὶν ἢ τὴν φλέβα αἱμορροεῖν καὶ χαλᾶν ἰσχυρῶς, πρίν τε λεπτὸν θᾶσσον καὶ κλινοπετέα γίνεσθαι, καὶ τὴν κεφαλὴν ἄρξασθαι φθίνειν, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα τήκεσθαι, ἐξάντης τῆς τοιῆσδε νούσου γίνεται. ἢν δ' ἀμεληθῇ καὶ ταῦτα καταλάβῃ, ὥστε πάσχειν ἢ πάντα ἢ τὰ πλεῖστα, ἀπόλλυται. ἀπόλλυται δὲ ἔστιν ἢ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἃ εἴρηκα ἔμπροσθεν, ἢ ὑπὸ ἐμέτου, αἵματος πολλοῦ πολλάκις ἐμεομένου. ἢν δὲ τὸ φλέβιον παντάπασι μὲν μὴ διαρραγῇ, [15] κιρσὸν δ' ἐν αὐτῷ ἐγγένηται, γίνεται δὲ μάλιστα οὗτος κιρσός. ὃ καὶ παραυτίκα μὲν ὅταν γένηται, ὀδύνην τινὰ παρέχει λεπτήν, καὶ βῆχα ξηρήν. ἢν δὲ χρονίσῃ τε καὶ ἀμεληθῇ, διαδιδοῖ αἵματος μὲν πρῶτον ὀλίγον καὶ ὑπομέλαν. ἔπειτα δὲ ἐπὶ πλεῖόν τε καὶ εἰλικρινέστερον. εἶτα πῦον. καὶ πάσχει τε ὅσα περ ἐν τοῖσιν ἔμπροσθεν εἴρηται. συμφέρει δὲ τοῖσι τοιούτοισιν ἢν κατ' ἀρχὰς λάβῃς θεραπεύων. [16] ὥστε αἵ τε φλέβες ἐξιμῶνται ἐκ τῶν χειρῶν. καὶ δίαιτα, ὑφ' ἧς ἔσται ξηρότατός τε καὶ ἀναιμότατος. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, καὶ τὰ ἐν τῷ πλευρῷ φλέβια πάσχει. [17] ὅταν ἔσω ἀκρόπλοα εἶναι. ἐκ τούτου πονήσῃ, κιρσώδεά τε γίνεται, καὶ μετέωρα εἶναι. καὶ ἢν μὲν ἀμεληθῇ, τάδε πάσχει. ἐκρήγνυνταί τε καὶ πτύουσί τε ἀπὸ σφέων, αἷμα. καὶ ἐνίοτε καὶ ἐμέουσι, καὶ ἔμπυοι γίνονται καὶ ὡς τὰ πολλὰ διεφθάρησαν. ἢν δὲ θεραπευθῶσιν ἀρχομένου τοῦ νοσήματος, αὖτις κατὰ χώρην ἱζάνουσιν εἰς τὸ πλευρὸν τὰ φλέβια, καὶ γίνεται ταπεινά. καὶ ὁ μὲν πλεύμων ἀπὸ τούτων ἔμπυος γίνεται, καὶ πάσχουσί τε ταῦτα, καὶ τελευτῶσιν οὕτω. τὴν δὲ ἄνω κοιλίην, ἔμπυοι γίνονται πολλαχῶς. καὶ γὰρ ὅταν φλέγμα ῥυῇ ἐκ τῆς κεφαλῆς, ἁλὲς ἀθρόον ἐς τὴν ἄνω κοιλίην σήπεταί τε καὶ γίνεται πύος. σήπεται δέ, [18] ἐν ἡμέρῃσι μάλιστα, μιῇ καὶ εἴκοσιν. τοῦτο οὖν διασείεται καὶ ἐγκλυδάζεται, τὸ πύος εἰς τὰ πλευρὰ προσπῖπτον. ἔστι δ' ἢν καυθῇ ἢ τμηθῇ, πρὶν χρονίσαι τὸ πύος, ὑγιὴς γίνεται ὡς τὰ πολλά. γίνονται δὲ καὶ κατὰ τὴν ἄνω κοιλίην, ἔμπυοι, καὶ ἐκ πλευρίτιδος ὅταν ἰσχυρὴ γένηται. καὶ ἐν τῇσι κρισίμοισιν ἡμέρῃσι μήτε σαπῇ μήτε πτυσθῇ, ἀλλ' ἑλκωθῇ τὸ πλευρὸν ὑπὸ τοῦ προσσηπομένου φλέγματος, καὶ χολῆς. καὶ ὅταν ἕλκος γένηται, ἀναδιδοῖ ἀπὸ ἑωυτοῦ πύος, καὶ ἐκ τῶν πλησίον χωρίων ὑπὸ θερμασίης ἄγει ἐφ' ἑωυτὸ φλέγμα.

& febres acutiores fiunt, tuſſiſque crebra & vehemens, inedia vexat, & ad extremum inferior aluus turbatur. Turbatur autem à pituita quæ ex capite deſcendit. Hic cùm eo peruenerit, perit quemadmodum in ſuperioribus dictum eſt, vbi pulmo purulentus & putridus extiterit, aut venter deorſum effluxerit. Ex his quoque purulentus pulmo exiſtit: cùm quædam in eo parua vena rupta fuerit, quæ ex laboribus rumpitur. Et cùm rupta fuerit, craſſior quidem plus fundit ſanguinis, tenuior verò minùs, partimque confeſtim quidem ſanguinem expuit, partim verò, niſi adſtricta vena fuerit, in pulmonem effunditur, in eoque putreſcit, cumque putruerit, pus facit. Procedente verò tempore, interdum pus ſincerum, interdum ſubcruentum, quandoque etiam ſanguinem, & ſi vena copia magna redundarit, ipſum copioſum ſanguinem confeſtim à ſe vomitione reiicit, puſque craſſum ab accedente pituita intus putrefacta expuitur. Hic ſi per morbi initia, antè quàm vena ſanguinem effundere & vehementer laxari cœperit, curatione præoccupetur, & prius quàm extenuetur ac lecto decumbat, & priùs quam caput corrumpi reliquumque corpus tabeſcere incipiat, incolumis ab eiuſmodi morbo euadit. Quod ſi neglectus fuerit, iſtaque prehenderint, ita vt his omnibus aut plæriſque affectus ſit, perit. Hic autem perit ex iis quæ antè dixi, aut ex vomitu, copioſo ſanguine vomitione reiecto. At ſi vena quidem non omninò rupta fuerit, ſed ea præcipuè velut varix diſtenditur, quod etiam confeſtim quidem vbi factum fuerit, dolorem quendam tenuem & tuſſim ſiccam exhibet. Si verò diutiùs traxerit & neglecta fuerit, primùm quidem paucum & ſubatrum ſanguinem tranſmittit, mox etiam copioſiorem & maximè ſincerum, deinde pus, & patitur quæ in ſuperioribus dicta ſunt. His confert, ſi circa exordia curandos ſuſceperis, vt manuum venæ relaxentur, & victus ratione vtatur ex qua ſicciſſimus & maximè exanguis euadat. Ad hunc verò eundem modum etiam venis in latere, quæ intus in ſummo innatant, accidit. Cùm igitur ex labore varicum modo intus eleuatæ fuerint, ſiquidem neglectæ fuerint, hæc perpetiuntur, & ſponte ſanguis erumpit ac expuitur, eúmque interdum vomitione reiiciunt, & ſuppurati fiunt, ac plærumque pereunt. Quòd ſi inter initia morbi curationem adhibeant, rurſus venulæ ſuo loco ad latus ſubſidunt, & humiles fiunt. Et pulmo quidem ab his ſuppuratus redditur, & ab ipſo talia perpetiuntur ſicq; moriuntur. At verò multis modis ſuperiore ventre pus colligunt. Nam cùm pituita multa à capite confertim in ſuperiorem ventrem confluxerit, putreſcit & pus euadit. Putreſcit autem maximè diebus vno & viginti. Pus igitur ad latera illabens, commouetur & intus fluctuat. Hic ſi antequàm pus diutiùs permaneat, vratur aut ſecetur, plærumque ſanus euadit. Ex morbo quoque laterali ſuperiore ventre purulenti fiũt, cùm vehemens fuerit, neque diebus iudicare ſolitis computruerit, neq; per ſputum reiectus fuerit, ſed adhæreſcente ad latus pituita & bile ipſum vlceratum fuerit, cumque vlcus factum fuerit, ex ſe pus effundit, & de vicinis locis calore pituitam ad ſe adducit,

quæ vbi computruit, pus expuitur. Interdum verò etiam ex venis ſanguis ſe ad vlcus transfundit, qui putrefactus in pus vertitur. Hic ſi confeſtim curandus ſuſcipiatur, plærumque ſanus euadit, ſi verò negligatur, perit. Purulenti quoque etiam fiunt, ſi pituita è capite in latus defluat, illicque adhæreſcens putreſcat. Tum enim plærumque latus ipſum incenditur, eademque perpetitur, quæ qui ex morbo laterali purulentus euadit. Fiunt etiam cùm ex immoderato labore aut exercitatione, aut quauis alia ratione parte anteriore aut poſteriore ruptio ita facta fuerit, vt non confeſtim ſanguis expuatur, ſed vulſum in carne contingit, quæ diuulſa paucam humiditatem attrahit, & ſubliuida euadit. Quod quidem qui ita affectus eſt præ robore aut bono corporis habitu non ſtatim ſentit, aut ſi ſentit, pro nihilo reputat. Hic cùm perceperit ſe ſic febribus detineri vt extenuetur, aut ex potionibus, aut venere, aut quauis alia re, caro vulnerata, aliquantulum reſiccatur & incaleſcit, & ex vicinis, tum venis, tum carnibus, humiditatem ad ſe trahit, cumque attraxerit intumeſcit & inflammatur, doloremque tenuem inducit, & tuſſim raram & ſiccam primum, deinde magis ad ſe adhuc attrahit, vehementioremque dolorem, & tuſſim crebriorem infert, & primùm quidem aliquàtum purulentum expuit, interdum verò ſubliuidum & ſubcruentum. Quóque plus temporis intercesſerit, eò magis ad ſe trahit & putrefacit, & quicquid in carne circa initia liuidum erat, in pus vertitur, dolorémque excitat acutum & febrem, & tuſſim, tum multam, tum crebram, & pus ſincerum per ſputum reiicit. Quòd ſi pus in ventre diu traxerit, ab eo totum corpus, præcipueq́; partes maximè vicinæ incaleſcunt, incaleſcente autem corpore, humidum maximè colliqueſcit. Et partim quidem à ſuperioribus partibus in ſuperiorem ventrem præcipuè confluit, & in pus vertitur, ad id quod iam intus eſt accedés. Partim verò ad inferiorem ventrem defluit, ab eoq́; interdum aluus turbatur, & hominem perimit. Cibi enim ingeſti per aluum ſecedunt, nullumq́; corpori ab his alimentum accedit, neque ſputi per ſuperiora æquabilis fit expurgatio, cum nimirum incaleſcens aluus deorſum omnia ad ſe deducat. Et à ſputo quidem ſuffocatur, & non repurgatus ſtertit, ab aluo autem fluente debilis euadit, & plærumque perit. In huiuſmodi autem morbis hanc fluxionem caput excitat, nimirum cum cauum exiſtat, & ſuperiore parte locatum. Cùm enim ab aluo concalefactum fuerit, tenuiſſimam pituitam è corpore ad ſe trahit, quam in ſe coaceruatam, rurſus conſertam & craſſam velut dictum eſt reddit, partimque in ſuperiorem ventrem, partim verò in inferiorem defluit. Vbi igitur caput fluere, corpuſque reliquum non ampliùs æquabiliter colliqueſcere cœperit, ne vſtione quidem ſuperſtites euadunt. Ad pus enim influentia mala accedunt, quæ exuperant ea quæ defluunt, carnéſque magis à malis colliqueſcunt, quam ab ingeſtis cibis nutriantur. Qui morbis huiuſmodi detinentur, ab his quidem intra breue tempus pereunt, quidam etiam diutiùs trahunt. Præſtat enim corpus corpori,

καὶ τοῦτο ὁκόταν σαπῇ, πτύεται πύος. ἐνίοτε δὲ καὶ ἐκ τῶν φλεβίων διαδίδοι ἐς τὸ ἕλκος, αἷμα. καὶ γίνεται σαπέν μέντοι πύος. ἔστι ἢν μὲν προσχρῆμα ὑποληφθῇ, ὑγιὴς γίνεται ὡς τὰ πολλά. ἢν δὲ ἀμεληθῇ, διαφθείρεται. γίνονται δὲ ἔμπυοι, καὶ ἢν φλέγμα ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥυῇ, πρὸς τὸ πλευρὸν προσπαγῇ καὶ σαπῇ. τότε γὰρ τὸ πλευρὸν ὡς τὰ πολλὰ καίεται καὶ πάσχει, ὅσαπερ ἐκ πλευρίτιδος ὅταν ἔμπυος γένηται. γίνονται δὲ καὶ ὁκόταν ὑπὸ ταλαιπωρίης, ἢ ἐκ γυμνασίης, ἢ ἄλλως πως ῥαγῇ, ἢ ἔμπροσθεν ἢ ὄπισθεν. ῥαγῇ δὲ, ὥστε μὴ παραυτίκα πτύσαι αἷμα, ἀλλ' ἐν τῇ σαρκὶ σπάδων γένηται. καὶ ἡ σὰρξ σπασθεῖσα, εἰρύσῃ ἰκμάδα ὀλίγην, καὶ γένηται ὑποπέλιδνος. καὶ παραυτίκα μὲν μὴ αἰσθάνηται ὁ παθὼν ὑπὸ ῥώμης καὶ εὐεξίης. εἰ δὲ καὶ αἰσθάνεται, μηδὲν πρῆγμα ἡγήσεται. ἔστι ὅταν καταλάβῃ ὥστε αὐτὸν ὑπὸ πυρετῶν ληφθέντα λεπτυνθῆναι, ἢ ποσίων, ἢ λαγνείης, ἢ ἄλλου του, ἡ σὰρξ ἡ τετρωμένη, ὑποξηραίνεταί τε καὶ ὑποθερμαίνεται, καὶ ἕλκει ἰκμάδα ἐς ἑωυτὴν, ἀπὸ τῶν πλησίον καὶ φλεβῶν, καὶ σαρκῶν. ὅταν δὲ εἰρύσῃ, οἰδίσκεταί τε καὶ φλεγμαίνει, καὶ ὀδύνην παρέχει λεπτήν. καὶ βῆχα ἀραιήν τε καὶ ξηρὴν τὸ πρῶτον. ἔπειτα ἐπὶ μᾶλλον ἕλκει τι ἐς ἑωυτὴν, καὶ ὀδύνην παρέχει ἰσχυροτέρην, καὶ βῆχα πυκνοτέρην. καὶ πτύει τὸ μὲν πρῶτον, ὑπόπυον. ἐνίοτε δὲ, ὑποπέλιδνον καὶ ὕφαιμον. ὅσῳ δὲ ἂν ὁ χρόνος προΐῃ, ἕλκει τε μᾶλλον ἐς ἑωυτὴν καὶ σήπει. καὶ αὐτῆς τῆς σαρκὸς, ὅσον πελιδνὸν ἐγένετο τὴν ἀρχὴν, τοῦτο πύος γίνεται. καὶ ὀδύνην παρέχει ὀξείην. καὶ πυρετόν. καὶ βῆχα, πολλήν τε καὶ πυκνήν. καὶ τὸ πτύσμα εἰλικρινὲς πτύει πύος. ἢν δὲ χρονίσῃ τὸ πύος ἐν τῇ κοιλίῃ, διαθερμαίνεται ὑπ' αὐτοῦ τὸ σῶμα πᾶν, μάλιστα δὲ τὰ ἐγγυτάτω. θερμαινομένου δὲ τοῦ σώματος, μάλιστα ἐκτήκεται τὸ ὑγρόν. καὶ τὸ μὲν ἀπὸ τῶν ἄνω, ἐς τὴν ἄνω κοιλίην μάλιστα συρρέει, καὶ γίνεται πύος, πρὸς τοῦ ἐνεόντος. τὸ δὲ καὶ ἐς τὴν κάτω κοιλίην ῥεῖ. καὶ ἐνίοτε ταράσσεται ἡ κοιλίη ὑπ' αὐτοῦ, καὶ διέφθειρε τὸν ἄνθρωπον. τὰ γὰρ ἐσιόντα τῶν σιτίων, διαχωρεῖ ἄπεπτα. καὶ τροφὴ ἀπ' αὐτῶν οὐ γίνεται τῷ σώματι. καὶ ἡ τοῦ πτύσματος ἄνω κάθαρσις, οὐχ ὁμαλὴ γίνεται. ἅτε διατεθερμασμένης τῆς κοιλίης καὶ ἀγούσης πάντα κάτω, ἐφ' ἑωυτήν. καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ πτύσματος, πνίγεταί τε καὶ ῥέγχει οὐ καθαιρόμενος. ὑπὸ δὲ τῆς γαστρὸς ῥεούσης, ἐξασθενεῖ, καὶ ὡς τὰ πολλὰ διαφθείρεται. μάλιστα δὲ ἐν τῇσι τοιαύτῃσι τῶν νούσων τὸ ῥεῦμα τοῦτο ἡ κεφαλὴ παρέχει, ἅτε κοίλη ἐοῦσα, καὶ ἄνω ὑπερκειμένη. ὁκόταν γὰρ διαθερμανθῇ ὑπὸ τῆς κοιλίης, ἕλκει ἐς ἑωυτὴν ἐκ τοῦ σώματος τὸ λεπτότατον τοῦ φλέγματος. ὅταν δὲ ἀθροισθῇ ἐν αὐτῇ, ἀποδιδοῖ πάλιν αὖθις καὶ παχὺ, ὥσπερ εἴρηται. καὶ αὐτοῦ τὸ μὲν, ἐς τὴν ἄνω κοιλίην καταρρεῖ. τὸ δὲ, ἐς τὴν κάτω. ὁκόταν οὖν ἄρξηται ἡ κεφαλὴ ῥεῖν, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα τήκεσθαι, οὐκ ἔτι ὁμαλῶς, οὐδὲ καυθέντες περιγίνονται. κρατεῖ γὰρ πρὸς μὲν τοῦ πύος τὰ ἐπιρρέοντα κακὰ ἢ τὰ ἀπορρέοντα. αἱ δὲ σάρκες τηκόμεναι μᾶλλον ὑπὸ τῶν κακῶν, ἢ τρεφόμεναι ὑπὸ τῶν εἰσιόντων. ὅτι οὐκ ἔστι τοῖς τὰ ἔξω τὰ νουσήματα ἴσχουσι. καὶ ἀπὸ τούτων ἔνιοι μὲν, δι' ὀλίγου ἀπόλλυνται. ἔνιοι δὲ πουλὺν χρόνον ἕλκουσι, διαφέρει γὰρ σῶμα σώματος.

καὶ ἡλι-

καὶ ἡλικίη ἡλικίης, καὶ πάθημα παθήματος, καὶ ὥρη ὥρης ἐν ᾗ ἂν νοσέωσι. καὶ τὰ μὲν, τὰ ἀλαιπωρότερά εἰσιν ἐν τῇσι νούσοισι. τὰ δὲ, ταλαιπωρέειν ἀδύνατα. οὐ κῶν ἔστι τὸ ἀκριβὲς τοῦ χρόνου ἐν ᾧ ἀπόλλυνται, οὔτε εἰ πολλὸν, οὔτ' εἰ ὀλίγον. οὔτε γὰρ ἐστὶν ὁ χρόνος ἀκριβὴς ὃν εἰσὶ λέγοντες οἱ τὰ πολλὰ, οὐδὲ κατὰ τοῦτον ἐκπύει. διαφέρει γὰρ καὶ ἔτος ἔτεος, καὶ ὥρη ὥρης. ἀλλ' ἤν τις ταῦτα περὶ αὐτῶν ὀρθῶς γινώσκῃ καὶ λέγῃ, γνώσεται ἐν ᾗσιν ὥρῃσιν, καὶ ἀπολλυμένους καὶ περιγινομένους καὶ πάσχοντας ἃ πάσχουσιν. οἱ δὲ κάτω κοιλίην, ἔμπυοι γίνονται, μάλιστα μὲν, ὅταν φλέγμα ἢ χολὴ συῤῥυῇ ἐς μέσον τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ δέρματος. γίνονται δὲ καὶ ἀπὸ σπασμάτων. καὶ ὅταν φλεβίον σπασθὲν ῥαγῇ, τὸ αἷμα ἐκχυθὲν, σήπεται καὶ ἐκπυεῖ. ἢν δὲ σὰρξ σπασθῇ, ἢ φλασθῇ, ἕλκει τε ἐκ τῶν παρ' ἑωυτῇ φλεβίων αἷμα, καὶ τοῦτο σήπεται καὶ ἐκπυεῖ. τούτοισιν ἢν μὲν ἔξω ἀποσημαίνῃ, καὶ πύον διαῤῥαγῇ, ὑγιέες γίνονται. ἢν δὲ ἔσω ῥαγῇ, ἀπόλλυνται. χεόμενον δὲ πύον ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ, ὥσπερ ἐν τῇ ἄνω εἴρηται, ἐξυγιάζεσθαι οὐκ ἂν δύναιτο ἐκπτυσθῆναι, ἀλλ' ὥσπερ μοι εἴρηται ἐν χιτῶσί τισι καὶ ἐν φύμασιν ἐγγίνεται. καὶ ἢν μὲν ἔνδον ἀποσημαίνῃ, δυσκαταμάθητος γίνεται. οὔτε γὰρ διασείσαντα ἔστιν εἰδέναι. γινώσκεται δὲ μάλιστα τῇ ὀδύνῃ ἐν ᾧ ἂν ᾖ. καὶ ἢν καταπλάσῃς τῇ κεραμίτιδι, ἢ ἄλλῳ τῳ, ἀποξηραίνει δι' ὀλίγου. ἐρυσίπελας δὲ ἐν τῷ πλεύμονι γίνεται, ὅταν ὑπερξηρανθῇ ὁ πλεύμων. ὑπερξηραίνεται δὲ καὶ ὑπὸ καύματος, καὶ ὑπὸ πυρετοῦ, καὶ ὑπὸ ταλαιπωρίης καὶ ἀκρασίης. καὶ ὁκόταν ὑπερξηρανθῇ, ἕλκει τοῦ αἵματος πλεῖστον ἐφ' ἑωυτὸν, μάλιστα μὲν καὶ πλεῖστον ἐκ τῶν μεγάλων φλεβῶν. αὗται γὰρ αὐτῷ ἐγγυτάταί εἰσι, καὶ ἐπίκεινται ἐπ' αὐτῷ. ἕλκει δὲ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τῶν πλησίον. ἕλκει δὲ τὸ λεπτότατον καὶ ἀσθενέστατον. ὁκόταν δὲ εἰρύσῃ, πυρετὸς ἀπ' αὐτοῦ γίνεται ὀξὺς, καὶ βὴξ ξηρὴ, καὶ πληθώρη ἐν τοῖσι στήθεσι, καὶ ὀδύνη ὀξείη ἐν τοῖσιν ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν. μάλιστα δὲ κατὰ τὴν ῥάχιν, ἅτε τῶν φλεβῶν τῶν μεγάλων διαθερμαινομένων. καὶ ἐμέουσιν, ἄλλοτε μὲν, ὕφαιμον, ἄλλοτε δὲ, πελιδνόν. ἐμέουσι δὲ καὶ φλέγμα καὶ χολήν, καὶ ἐκψύχονται πυκνά. ἐκψύχονται δὲ, διὰ τοῦ αἵματος τὸ μετάστασιν ἐξαπίνης γινομένην. καὶ μάλιστα διασημαίνει τοῦτο, ὅτι ἐπὶ τοῦ πλεύμονος ἐπιτρέπεται ἐρυσίπελας, καὶ τοῦ πυρετοῦ ἡ συνεχὴς λῆψις. τοῦτο εἰ μὲν δύο ἢ τριῶν ἢ τεσσάρων τὸ πλεῖστον ἡμερέων διαχυθῇ καὶ μεταστῇ ἢ τὸ εἴσω ἐς τὸ ἔξω, ὑγιὴς γίνεται ὡς τὰ πολλά. ἢν δὲ μὴ διαχυθῇ καὶ μεταστῇ, ἐνσήπεταί τε καὶ ἔμπυος γίνεται καὶ ἀπόλλυται. ἀπόλλυνται δὲ δι' ὀλίγου, ἅτε τοῦ πλεύμονος ἐμπύου ἐόντος ὅλου καὶ σαπροῦ. ἢν δὲ ἔξω καὶ ταχὺ χυθὲν, εἴσω τράπηται, καὶ λάβηται τοῦ πλεύμονος, τοῦτον οὐδεμίη ἐλπὶς περιγενέσθαι. ὅταν γὰρ προαπεξηρασμένος ὁ πλεύμων, εἰρύσῃ ἐς ἑωυτὸν, οὐκ ἂν ἔτι μεταστήσειεν, ἀλλὰ παραχρῆμα ὑπὸ τοῦ καύματος καὶ τῆς ξηρασίης, οὐκ ἔτι δέχεται οὐδὲν, οὔτε ἄνω ἀναδιδοῖ οὐδὲν, ἀλλὰ διαφθείρει. φῦμα δὲ γίνεται ἐν τῷ πλεύμονι ὧδε. ὁκόταν φλέγμα ἢ χολὴ συστραφῇ, σήπεται. καὶ ἕως μὲν ἂν ἔτι ὠμότερον ᾖ, ὀδύνην τε παρέχει λεπτὴν, καὶ βῆχα ξηρήν. ὁκόταν δὲ πεπανθῇ, ὀδύνη γίνεται καὶ ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν ὀξείη. καὶ θέρμαι λαμβάνουσι, καὶ βὴξ ἰσχυρή. καὶ ἢν μὲν ὅτι τάχιστα πεπανθῇ, καὶ ῥαγῇ καὶ ἄνω τράπηται τὸ πύον,

ætas ætati, & affectio affectioni, & anni tempeſtas tempeſtati, in qua ægrotarint. Quidam enim morbos faciliùs tolerant, quidam verò omninò tolerare nequeunt. Non igitur certum tempus in quo pereunt dari poteſt, neque ſi longum, neque ſi breue futurum ſit. Neque enim certum tempus eſt, quod quidam prædicunt, cum plærumque neque hoc ipſum ſupputet. Annus namque inter ſe & anni tempora differunt. Verùm qui volet rectè de his decernere ac prædicere, ſic iudicabit, quonis anni tempore & perire & ſupereſſe, & quæ patiuntur euenire. At verò inferiore ventre ſuppurati euadunt, præcipuè quidem cùm pituita & bilis inter carnem & cutim affatim collecta fuerit. fiunt etiam & ex conuulſionibus, cumque vena diuulſa rupta fuerit, & ſanguis effuſus putreſcit, & pus intus gignit. Quòd ſi caro diuulſa aut contuſa fuerit, ſanguinem ex venis quæ ſunt in eius ambitu attrahit, iſque putreſcit & pus intus gignit. His ſi quidem de ſe foras ſignificationem præbuerit, & pus exierit, ſani euadunt, ſi verò ſpontè intus erumpat, pereunt. Effuſum autem pus in inferiore ventre generati haudquaquam poterit, velut in ſuperiore ventre fieri dictum eſt, ſed in tunicis & tuberculis innaſcitur, velut à me dictum eſt. Et ſi quidem internas de ſe notas præbuerit, non facilè deprehenditur, cùm nec concutiendo cognoſcere liceat. Ex dolore tamen præcipuè vbi fuerit, dignoſcitur, & ſi argillam, aut aliud quid eiuſcemodi illeueris, breui id reſiccat. At verò eryſipelas in pulmone gignitur, cùm ſupra modum is reſiccatus fuerit, quod vel ab ardore, vel febribus, vel nimio labore, vel intemperie contingit. Qui cùm maximè reſiccatus fuerit, plurimum ſanguinem in ſeſe trahit, eumque præcipuè ex magnis venis, quæ ei maximè vicinæ ſunt, ipſique ſuperincumbunt. Trahit autem etiam ex aliis vicinis magis tenuem & debilem. Cùm autem traxerit, febris acuta oritur, & tuſſis ſicca, plenitudo in pectore, dolor vehemens in anterioribus & poſterioribus partibus, præcipuè vero ad ſpinam, cùm nimirum magnæ venæ incaleſcant, & interdum quidem ſubcruentum, interdum verò liuidum vomunt; pituitam verò & bilem etiam vomunt, crebróque animo linquuntur, quòd ob repentinam ſanguinis tranſmutationem contingit. Idque præcipuè obortum eſſe in pulmone eryſipelas indicat, ſique febris aſſidua prehenderit. Huic ſiquidem duobus, aut tribus, aut quatuor ad ſummum diebus diffuſum fuerit, & quod intus eſt foras tranſierit, plærumque ſanus euadit. Si verò neque diffuſum, neque tranſmutatum fuerit, intus putreſcit & ſuppuratus euadit, ac breui perit, cùm nimirum totus pulmo purulentus ac putridus exiſtat. Quòd ſi extra diffuſum intrò vertatur, pulmonemq; prehendat, hunc ſupereſſe poſſe nulla ſpes eſt. Cùm enim antea reſiccatus pulmo ad ſeſe traxerit, non ampliùs tranſmittit, ſed confeſtim præ ardore ac ſiccitate neq; quicquam amplius ſuſcipit aut ſurſum diſtribuit, ſed corrumpit. Pulmonis verò tuberculum ad hunc modum oritur. Cùm pituita aut bilis collecta fuerit, putreſcit, & quamdiu quidem adhuc crudum fuerit, tum dolorem tenuē, tum tuſſim ſiccam exhibet. Vbi verò maturuerit, anteriore & poſteriore parte grauis dolor oritur, calores inuadunt & tuſſis vehemens. Et ſi quidem pus quam ciciſſimè maturuerit, erupetit, ſurſum vergat,

& totum expuatur, ventérque in quo pus erat conſidat ac reſiccetur, prorſus ſanus euadit. Si verò quàm citiſſimè ruptum fuerit, maturuerit, ac repurgatum fuerit: neque tamen penitus reſiccari poſſit, ſed ipſum tuberculum ex ſe pus effundat, pernicioſum id eſt, & ex capite reliquóque corpore pituita ad tuberculum defluens, putreſcit, in pus vertitur ac expuitur, ex quo corruptus perit. Perit autem ex ventris profluuio ex his quæ antea dicta ſunt, ipſóque confabulante & omnia æquè vt priùs intelligente reſiccatur ac refrigeratur, omnéſque corporis venæ contrahuntur, cùm nimirum ipſarum ſanguis à febre exuſtus ſit, interdum verò tum ex temporis longitudine, & morbi magnitudine, tum etiam ex inſtantibus ac ſuperuenientibus malis. Quòd ſi neque ſponte, neq; à medicamentis multo tempore rumpi poſſit, dolorum vehementia, inedia, tuſſi, ac febribus qui laborat conſumitur, ac plærumque perit. Si verò extenuato & lecto decumbenti pus eruperit, neq; ſic admodum ſuſtinent, ſed eo modo perimuntur. Quòd ſi quàm citiſſimè ruptum quidem & maturatum fuerit, magnaque ſui parte ad ſeptum tranſuerſum effundatur, confeſtim quidem leuiùs habere videtur, progreſſu tamen temporis, ſi quidem totum per ſputum reiiciat, & venter in quo pus inerat conſidat ac reſiccetur, ſanus euadit. Verùm ſi tum tempus longius, tum ipſe debilior fuerit, neque expuere poſſit, ſed per vſtionem aut ſectionem pus exeat, cōfeſtim quidem hoc ſanè etiam modo leuiùs habere videtur, progreſſu tamen temporis, ab his quæ in priore dicta ſunt, perimitur. In latere autem tubercula quidem oriuntur, tum à pituita, tum à bile, non aliter quàm in pulmone. Ex laboribus quoque etiam oriuntur, cùm vena aliqua diuulſa rupta fuerit, neque tamen penitus rupta fuerit, ſed ita vt in ipſa conuulſio facta ſit. Si quidem igitur rupta fuerit, confeſtim ſanguis ex vena effuſus putreſcit & in pus vertitur. Quòd ſi conuulſio in vena facta ſit, hæc quidem per exordia dolorem excitat & pulſat, progreſſu vero temporis ſanguinem ad carnem tranſmittit, qui in carne putreſcens, in pus vertitur. Ad eandem verò rationem etiam caro ſi quidem plus laborarit, plurimùm ad ſe ſanguinem ex maximè vicinis venis trahit, & confeſtim in pus vertit. Si verò minùs laborarit, & tardiùs trahit, & pus efficit. Quibuſdam autem cùm imbecilla in carnibus ac venis conuulſa facta fuerint, non ſuppurant, ſed diuturni fiunt dolores, & ruptiones vocantur. Et quæ quidem in carne fiunt, ad hunc modum fiunt. Cum caro aut diuulſa, aut ex plaga, aut aliquo modo affecta, dolorem aliquem habuerit, liuida, velut antea dixi, euadit, non ſincero ſanguine, ſed tenui & aquoſo, eoque pauco. Vbi verò plus ſolito reſiccata fuerit, tum incaleſcit, tum dolorem exhibet, & ad ſe ex venis & carnibus propinquis humiditatem trahit, ac vbi ſupra modum humectata fuerit, eaque humiditas à carne admodum incaluerit, per totum corpus, qualis attracta eſt diſpergitur. Et magis ſanè in venas quàm in carnes ſpargitur, cum hæ magis quàm carnes trahant, quanquam etiam carnes trahunt.

καὶ ἀναπτυσθῇ πᾶν,[43] καὶ ἡ κοιλίη ἐν ᾗ τὸ πῦον ἦν συμπέσῃ καὶ ἀναξηρανθῇ, ὑγιὴς γίνεται παντελῶς. ἐὰν δὲ ῥαγῇ μὲν ὡς τάχιστα καὶ πεπανθῇ καὶ ἀνακαθαίρηται, ἀποξηρανθῆναι δὲ παντάπασι μὴ δύνηται, ἀλλ' αὐτὸ ἀφ' ἑωυτοῦ τὸ φῦμα ἀναδιδοῖ τὸ πῦον,[44] ὀλέθριον τοῦτο. καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς δὲ καὶ τοῦ ἄλλου σώματος φλέγμα καταῤῥέον ἐς τὸ φῦμα, σήπεταί τε καὶ πῦον γίνεται καὶ πτύεται, δι' οὗ ἐφθάρη. διαφθείρεται δὲ ὑπὸ γαστρὸς ῥύσιος, ἀφ' ὧνπερ καὶ ἐπὶ τῶν πρόσθεν εἴρηται.[45] λεσχηνεύοντός τε αὐτοῦ καὶ φρονέοντος, πάντα χρήματα ὁμαλῶς ὡς καὶ ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ, ἀποξηραίνεταί τε καὶ ἀποψύχεται, καὶ συμμύει τὰ φλέβια τὰ ἐν τῷ σώματι πάντα, ἅτε τοῦ αἵματος ἐξ αὐτέων ἐκκαυθέντος ὑπὸ πυρετοῦ. ἐνίοτε δὲ ὑπὸ χρόνου τε πλήθεος, καὶ μεγέθεος τῆς νούσου, καὶ τῶν ἐόντων κακῶν, καὶ τῶν προσεπιγινομένων. ἐὰν δὲ μὴ δύνηται πολλοῦ χρόνου ῥαγῆναι, μήτε ἀπὸ ταὐτομάτου, μήτε ὑπὸ φαρμάκων, τήκεται ὁ ἀσθενέων ὑπὸ ὀδυνέων ἰσχυρέων, καὶ ἀσιτίης, καὶ βηχὸς, καὶ πυρετοῦ, καὶ ὡς τὰ πολλὰ διαφθείρεται. ἐὰν δὲ ἤδη λελεπτυσμένῳ καὶ κλινοπετεῖ ἐόντι ῥαγῇ τὸ πῦον, οἱ δὴ οὕτω μάλα ἀναφέρουσιν, ἀλλὰ διαφθείρονται τρόπῳ τοιῷδε. ἐὰν δὲ ῥαγῇ μὲν ὡς τάχιστα καὶ πεπανθῇ, πεπανθὲν δὲ ἐκχυθῇ ἐπὶ τὰς φρένας τὸ πολλὸν αὐτοῦ, τὸ παραυτίκα δοκέει μὲν ῥάων εἶναι. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ἐὰν μὲν ἀναπτύσῃ πᾶν, καὶ ἡ κοιλίη ἐν ᾗ τὸ πῦον ἐνῆν, συμπέσῃ τε καὶ ἀναξηρανθῇ, ὑγιὴς γίνεται. ἐὰν δὲ ὅ, τε χρόνος πλείων γένηται, καὶ αὐτὸς ἀσθενέστερος, καὶ ἀναπτύσαι μὴ δύναται, ἀλλὰ καυθῇ ἢ τμηθῇ καὶ τὸ πῦον ἐξέλθῃ, παραυτίκα μὲν καὶ οὕτω δὴ δοκέει ῥάων γεγονέναι. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, διαφθείρεται ὑπὸ τῶν αὐτῶν, ὑφ' ὧνπερ καὶ ἐν τῷ προτέρῳ εἴρηται. ἐν δὲ τῷ πλευρῷ γίνεται μὲν φύματα, καὶ ἀπὸ φλέγματος καὶ ἀπὸ χολῆς κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τοῖσιν ἐν τῷ πλεύμονι. γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν πόνων, ὁκόταν τι τῶν φλεβίων σπασθὲν ῥαγῇ. μὴ ῥαγῇ δὲ παντελῶς, ἀλλὰ σπάδων ἐν αὐτῷ γένηται. ἐὰν μὲν οὖν ῥαγῇ, παραυτίκα τὸ αἷμα τὸ ἐκχυθὲν ἐκ τοῦ φλεβίου, σήπεταί τε καὶ ἐκπυεῖ. εἰ δὲ σπάδων ἐν τῷ φλεβίῳ γένηται, τοῦτο κατ' ἀρχὰς μὲν ὀδύνην τε παρέχει καὶ σφύζει. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, διαδίδωσιν ἡ φλὲψ τοῦ αἵματος ἐς τὴν σάρκα, καὶ τοῦτο σηπόμενον ἐν τῇ σαρκὶ, πῦος γίνεται. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ ἡ σὰρξ ἐὰν μὲν μᾶλλον πονέσῃ, πλεῖόν τι τοῦ αἵματος ἑλκύσασα ἐκ τῶν ἐγγυτάτω φλεβῶν,[46] καὶ παραχρῆμα ἐκπυεῖ. ἐὰν δὲ ἧσσον πονέσῃ, χαλεπώτερόν τι καὶ ἕλκει καὶ ἐκπυεῖ. ἐνίοισι δὲ ὁκόταν ἀσθενέα γένηται τὰ σπάσματα ἐν τῇσι σαρξὶν, ἢ ἐν τῇσι φλεψὶν, οὐκ ἐκπυΐσκεται, ἀλλὰ γίνονται ἀλγήματα πολυχρόνια,[47] καὶ καλέουσι ῥήγματα. καὶ ὁκόσα μὲν ἐν τῇ σαρκὶ γίνεται, ὧδε γίνεται. ὁκόταν ἡ σὰρξ πονέσῃ ἢ σπασθῇ, ἢ πληγεῖσα, ἢ ἄλλως πως πάθουσα, γίνεται, ὥσπερ προείρηται, πελιδνὴ, οὐκ εἰλικρινεῖ αἵματι, ἀλλὰ λεπτῷ τε καὶ ὑδαρεῖ, καὶ τούτῳ ὀλίγῳ. ὅταν δὲ ὑποξηρανθῇ μᾶλλον τοῦ εἰωθότος, διαθερμαίνεταί τε καὶ ὀδύνην παρέχει, καὶ ἕλκει ἐς ἑωυτὴν ἀπὸ τῶν φλεβίων καὶ σαρκῶν τῶν πλησίον τὸ ὑγρόν. καὶ ὁκόταν ὑπερυγρανθῇ, καὶ τοῦτο αὐτὸ τὸ ὑγρὸν ὑποθερμανθῇ ὑπ' αὐτῆς τῆς σαρκὸς, σκίδναται ἀνὰ τὸ σῶμα πᾶν, οἷόν περ εἰρύσθη. καὶ μᾶλλον δὲ σκίδναται ἐς τὰς φλέβας, ἢ ἐς τὰς σάρκας. ἕλκουσι γὰρ αἱ φλέβες μᾶλλον τῶν σαρκῶν. ἕλκουσι δὲ καὶ αἱ σάρκες.

ὁκόταν

ὁκόταν δὲ ἐς πολλὸν ὑγρὸν, τὸ ἐν τῷ σώματι, ὀλίγον τὸ ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἑλκυσθῇ, ἄδηλον γίνεται καὶ ἀνώδυνον. καὶ αὖ τι νενοσηκότος, γίνεται ὑγιὲς τῷ χρόνῳ. ἢν δὲ διαθερμανθῇ τε μᾶλλον ἡ σὰρξ, καὶ εἰρύσῃ πλέον τὸ ὑγρὸν, ὀδύνην παρέχει. καὶ ὅπῃ ἂν τοῦ σώματος ἀπ' αὐτῆς ὁρμήσῃ καὶ κατασκήψῃ, ὀδύνην παρέσχεν ὀξεῖαν. καὶ δοκέουσιν ἔνιοι αὐτοῖσι τὸ ῥῆγμα μεθιστάναι. τὸ δ', οὐκ ἀνυστόν. ἐγγυτάτω δὲ ἕλκεός ἐστιν ὁκόσα τοιαῦτα καὶ ἄλλα. τὸ ἀπὸ τῆς σαρκὸς ὑγρὸν, αἴτιον διὰ τῶν φλεβίων. ὅταν δὲ διαθερμανθῇ τε καὶ παχυνθῇ, καὶ γίνηται πλέον, καὶ ὀδύνην παρέχει, ἔστ' ἂν γίνηται ὅμοιον τῷ ἄλλῳ ὑγρῷ κατὰ λεπτότητα καὶ ψυχρότητα. [48] ὁκόσα δὲ ἐν τοῖσι φλεβίοισι γίνεται, αὐτὸ μὲν τὸ φλέβιον ὁκόσον ἔσπασται, κατὰ χώρην μένει· ὅταν δὲ σπασθῇ, [49] σπᾶται δὲ ὑπὸ πόνου καὶ βίης, γίνεται οἷον κιρσός. διαθερμαίνεται δὲ καὶ ἕλκει ἐς ἑωυτὸν, ἰκμάδα τινὰ ὑγρήν. ἡ δὲ ἰκμάς ἐστιν ἀπὸ χολῆς καὶ φλέγματος. καὶ ὁκόταν μιχθῇ τό, τε αἷμα καὶ τὸ ὑγρὸν, τὸ ἀπὸ τῆς σαρκὸς, παχύνεται τὸ αἷμα καὶ πολλαπλασίως αὐτὸ ἑωυτοῦ ταύτῃ, ᾗ ἂν ἡ φλὲψ τυγχάνῃ ἐσπασμένη, καὶ νοσωδέστερον γίνεται καὶ στασιμώτερον τὸ ἐπιπλέον. καὶ ὁκόταν πλέον γένηται, μεταπέσῃ τὸ πλήρωμα, ᾗ ἂν τύχῃ. καὶ ὀδύνην παρέχει ὀξεῖαν, ὥστε ἐνίοισι δοκέειν τὸ ῥῆγμα ἑωυτοῖσι μεθιστάναι. καὶ ἢν τύχῃ ὥστε ἐς τὸν ὦμον μεθιστάναι, βάρος τε ἐν τῇ χειρὶ παρέχει, καὶ νάρκην καὶ νωθρίην. [50] καὶ ἢν μὲν ἐς τὴν φλέβα σκιμφθῇ, ἢ ἐς τὸν ὦμόν τε καὶ τὸν νῶτον τείνῃ, παύεται ἡ ὀδύνη παραχρῆμα ὡς τὰ πολλά. γίνεται δὲ σπάσματα καὶ ἀπὸ πόνων καὶ πτωμάτων, καὶ ἀπὸ πληγῆς, καὶ ἢν τις ἄχθος μεῖζον αἴρηται, καὶ ἀπὸ δρόμων καὶ πάλης, καὶ τῶν τοιούτων πάντων. ὁκόσοι δὲ ἀπὸ τρωμάτων ἔμπυοι γίνονται, ἢ ὑπὸ δόρατος, ἢ ἐγχειριδίου, ἢ τοξεύματος ἔσω τρωθῶσι, τέως μὲν ἢν ἔχῃ τὸ ἕλκος ἔξω ἀναπνοὴν, ἀνὰ τὸ ἀρχαῖον τρῶμα, ταύτῃ τε τὸ ψυχρὸν ἐπάγεται ἐφ' ἑωυτό. [51] καὶ τὸ θερμὸν ἀφ' ἑωυτοῦ ταύτῃ ἀφίησι, καὶ ἀποκαθαίρεται ἁπλόως τὸ πῦον [52] ἢ ὅ, τι ἂν ἄλλο. καὶ ἢν μὲν ὑγιανθῇ τό, τε εἴσω καὶ τὸ ἔξω ὁμοῦ, ὑγιὴς γίνεται παντελῶς. ἢν δὲ τὸ μὲν ἔξω ὑγιανθῇ, τὸ δὲ εἴσω μὴ ὑγιανθῇ, ἔμπυος γίνεται, καὶ ἢν ὑγιανθῇ μὲν ὁμοῦ καὶ τὸ εἴσω καὶ τὸ ἔξω, ἡ δὲ οὐλὴ εἴσω ἀσθενὴς γένηται καὶ τρηχείη καὶ πελιδνὴ, ἀνελκοῦται ἐνίοτε, καὶ οὕτως ἔμπυος γίνεται. ἀνελκοῦται δὲ καὶ ἢν τι πονέσῃ πλέον, καὶ ἢν λεπτυνθῇ, καὶ ἢν φλέγμα ἢ χολὴ πρὸς τὴν οὐλὴν προσπαγῇ, καὶ ἢν νούσῳ ἑτέρῃ ληφθεὶς λεπτυνθῇ. ὅταν δὲ γένηται ἕλκος, ἤν τε οὕτως, ἤν τε προσυμφυῇ τὸ ἔξω τοῦ εἴσω, ὀδύνην τε παρέχει ὀξεῖαν, καὶ βῆχα, καὶ πυρετόν. καὶ τήν τε ψύξιν ἐπάγεται αὐτὸ ἑωυτῷ τὸ ἕλκος, διὰ τὸ πλέον τε θερμότερον εἶναι. καὶ αὐτὸ ἀφ' ἑωυτοῦ ἀποπνεῖ τὸ θερμὸν, καὶ τὸ πῦον ἀποκαθαίρεται. καὶ προσθεραπεύεταί τε διὰ πλείονος, καὶ χαλεπώτερον ὑγιαίνεται. ἐνίοτε δὲ, οὐδ' ὑγιαίνεται. ἡ γὰρ σὰρξ, τό, τε ἕλκος ὑπὸ τοῦ καύματος τοῦ ἐν τῷ σώματι ἕψεται, καὶ ὑπερυγραίνεται, ὥστε μὴ δύνασθαι μήτε ξηρανθῆναι, μήτε σαρκοφυῆσαι, μήτε ὑγιανθῆναι. ἀλλ' ὁκόταν ὁ χρόνος προΐῃ, τελευτᾷ πάσχων τὰ τοιαῦτα, ἃ καὶ ἐν τῇ πρόσθεν εἴρηται. ἢν δὲ τύχῃ ὥστε τρωθῆναί τι τῶν φλεβίων τῶν παχυτέρων, καὶ εἴσω ῥυῇ τὸ αἷμα καὶ σαπῇ, ἔμπυον γίνεται.

Cùm verò ad copioſam corporis humiditatem pauca à carne attracta fuerit, obſcura & doloris expers euadit, & pro morboſa temporis tractu ſaneſcit. Quòd ſi caro tum magis incaluerit, tum copioſam humiditatem traxerit, dolorem exhibet, & ad quamcunque corporis partem ab ipſa cum impetu delata fuerit ac incubuerit, dolorem grauem excitat, & quibuſdam videtur ruptum tranſmutatum eſſe, quod tamen fieri non poteſt. Sed quæ ſunt eiuſmodi & alia propè ad vlcus accedunt. Humiditas autem de carne per venas prorumpit, cumque incaluerit, & craſſior copioſiorque euaſerit, dolorem exhibet, donec reliquo humori tenuitate & frigiditate ſimilis extiterit. Quòd autem attinet ad ea quæ in venis fiunt, ipſa quidem vena in quantum conuellitur, loco manet, cùm verò conuulſa fuerit (quod contentione & vi accidit) ſimilis fit varici. Incaleſcit autem & ad ſe vaporem quendam humidum attrahit, qui ex bile & pituita prouenit, cúmque ſanguis & humiditas de carne permixta fuerint, incraſſeſcit ſanguis, ipſéque multis modis, qua parte venam conuelli contingit, ſe ipſo morboſior & longè ſtabilior euadit, cumque copioſior extiterit, plenitudo quolibet transfertur, doloremque grauem adfert, ita vt quibuſdam ruptum loco migraſſe videatur. Quòd ſi fortè ad humerum tranſierit, grauitatem in manu & ſtuporem ac torporem inducit. Et ſi in venam incubuerit, aut ad humerum & dorſum tendat confeſtim plærumque dolor ſedatur. Fiunt etiam conuulſiones ex laboribus, ex caſibus, ex plaga, & ſi quis onus maius tollat, & ex curſibus, ac lucta, & omnibus id genus. Qui autem ex vulneribus purulenti fiunt, aut haſta, aut pugione, aut iaculo intrò vulnus acceperint, quamdiu quidem vlcus per antiquum vulnus foris aërem attraxerit, ea parte frigidum ad ſe inducit, & calidum à ſe emittit, & pus facilè aut ſanè ſi quid aliud expurgatur. Et ſi quidem tum interna parte, tum externa ſimul ſaneſcat, penitus ſanus euadit. Sin autem externa quidem parte ſaneſcat, interna verò minimè, purulentus fit. At ſi ſimul quidem tum interna, tum externa parte ſaneſcat, cicatrix autem intus debilis, aſpera & liuida extiſtat, quandoque refricatur, eoque modo purulentus euadit. Iterum verò etiam exulceratur, ſi quid plùs iuſtò laborarit & extenuatus fuerit, pituitáq; & bilis ad cicatricem affigatur, & ſi morbo alio detentus extenuatus fuerit. Cùm autem vlcus extiterit, aut hoc modo, vel ſi pars externa priùs quàm interna coaleſcat, dolorem vehementē & tuſſim, & febrem affert, ipſumque vlcus, cùm ampliùs calidum exiſtat, ſibi ipſi refrigerationem inducit, & à ſe caliditatem exhalat, puſque expurgatur, & longiore tempore curatur, tardiuſq; ſaneſcit, quandoque verò minimè ſaneſcit. Caro etenim vlcuſque ab ardore corporis coquitur, & ſupra modum humectatur, vt neque reſiccari, neque carnem producere, neque ſaneſcere queat. Verùm procedente tempore, qui hoc modo velut etiam antea dictum eſt afficitur, perit. Quòd ſi fortè fortuna contigerit, vt ex craſſioribus venis aliqua vulneretur, ſanguiſque intrò fluat & putreſcat, in pus vertitur.

Ac ſiquidem totum hoc pus expuatur, & vulnerata vena conſtringatur, vlcuſque intus & foris ſaneſcat, prorſus conualeſcit. Quòd ſi neque vlcus intus coaleſcere poſſit, neque vena conſolidetur, ſed ſubinde ſanguinem effundat, & ſi confeſtim vomitione aut ſputo refundatur, aut etiam putreſcat, & pus expuatur, plerumque perit, aut confeſtim ſanguinem vomitione reiiciens, vel poſtea, ab iiſdem cauſis quæ priùs dictæ ſunt conſumptus. At ſæpè quibus vena aliqua ex vulneribus, laboribus, aut exercitationibus, aut alia re quauis ſauciatur, cùm coaluerit aut ſana eſſe videbitur, iterum alio tempore vena perrumpitur, idque ex iiſdem cauſis à quibus priùs affectus erat. Qua iterum rupta ſanguinem effundunt, confeſtimque copioſo & crebro ſanguine vomitione reddito pereunt, aut ſubinde recentem ſanguinem vomunt, multum autem & craſſum pus per totum diem ſpuentes, eodem aut conſimili modo conſumuntur, velut in aliis morbis dictum eſt. At verò in his qui eiuſmodi aut ſimilibus morbis detinentur, multùm ad faciliorem aut difficiliorem à morbo liberationem intereſt vírne ſit an mulier, iuuenis an ſenex, & mulier iuuencula, an vetula. Inſuper quoque quo anni tempore, & num ex alio morbo ægrotent néćne. Præſtat etiam affectus affectui, maior minori, corpus corpori, & curatio curationi. Quæ cùm ita ſe habeant, tempus etiam differre neceſſe eſt, & alios quidem longiore tempore, alios verò breuiore perire, aut non, & aliis quidem mala perdurare & maiora eſſe, aliis verò minora & breuioris temporis, alios quoque ad ſenectutem vſque comitari, & cum illis mori, alios verò ab ipſis intra breue tempus interire. Et quibus quidem iunioribus, quæ ex laboribus affectiones fieri dictæ ſunt, contingunt, ij magis & vehementiùs afficiuntur, pluſque cæteris dolent, & confeſtim iis manifeſtæ fiunt, ita vt ſanguinem aut ſputo, aut vomitione reiiciant. Quaſdam etiam propter bonam corporis habitudinem fieri non ſentiunt. Seniores verò raró quidem & debiliùs afficiuntur, cùm debiliores exiſtunt, iiſque leuiores ſunt affectiones, earumque maiorem curam habent. Seniori igitur hæc per initia minùs contingunt, quàm iuniori cumque fiunt, ſeniori quidem debiliores, iuniori verò vehementiores exiſtunt. Et iuniori quidem ob corporis intentas vires & ſiccitatem, carnemque denſam & validam, ad oſſa adhæreſcentem, & cutem ei vndique obtentam, ſi quid plus ſolitò laborarit, vehementes conuulſiones magis & derepentè contingunt, multæque & variæ venarum & carnium ruptiones. Atque horum partim quidem manifeſta fiunt, partim verò poſtea comparent. Senioribus autem valida corporis firmitas non ineſt, carnéſque circum oſſa diffluunt, cutiſque carnes ambiens, & ipſa rara eſt ac debilis, & neque ſenior eiuſcemodi aut ſimiliter vt iunior afficitur, ſed leuiùs afficitur, ſtatimque manifeſtum redditur.

καὶ ἢν μὲν τοῦτο τὸ πῦον ἀποκαθαρθῇ πᾶν, καὶ ἡ φλὲψ ἡ τετρωμένη στεγνωθῇ, καὶ τὸ ἕλκος ὑγιανθῇ καὶ τὸ ἔσω καὶ τὸ ἔξω, ὑγιὴς γίνεται παντελῶς. ἢν δὲ μὴ δύνηται μήτε τὸ ἕλκος συμφυῆναι τὸ ἔνδον, μήτε ἡ φλὲψ στεγνωθῇ ἡ τετρωμένη, ἀλλ' ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἀναδιδοῖ αἷμα, καὶ ἢν παραυτίκα ἐμέηται, καὶ ἀποπτύεται, ἢ καὶ σήπεται, καὶ πῦον ἀποπτύεται, διαφθείρεται ὡς τὰ πολλὰ, ἢ παραυτίκα ἐμέων αἷμα, ἢ ὑστέρῳ χρόνῳ ὑφ' ὧν καὶ ἐν τῇ πρόσθεν εἴρηται διαφθειρόμενος. πολλάκις δὲ ἔστι καὶ τῶν φλεβίων ἔστι τὰ τιτρώσκονται ὑπὸ τρωμάτων, ἢ ὑπὸ τῶν πόνων, ἢ γυμνασίων, ἢ ὑπ' ἄλλου τοῦ, ὁκόταν συμφυῇ καὶ δοκέῃ ὑγιὲς εἶναι τὸ φλέβιον, ἀναρρήγνυται ἑτέρῳ χρόνῳ. ἀναρρήγνυται δὲ ὑπὸ τῶν αὐτῶν, ὑφ' ὧν καὶ πρόσθεν πάσχειν. ὁκόταν δὲ ἀναρραγῇ, αἱμορροεῖ. καὶ παραυτίκα ἀπόλλυνται ἐμέοντες αἷμα πολλόν τε καὶ πολλάκις. ἢ ἄλλοτε μέν τε καὶ ἄλλοτε αἷμα ἐμέουσι πρόσφατον. πῦον δὲ πτύοντες ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην πολλόν τε καὶ παχὺ, διεφθάρησαν τρόπῳ τοιούτῳ, ἢ παραπλησίῳ, ὡς καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσι νούσοισιν εἴρηται. τοῖσι δὲ ταῦτα τὰ νοσήματα ἔχουσι, καὶ ὅσα τοιαῦτα, διαφέρει ἐς τὸ εὐπετεστέρως τε ἀπαλλάσσειν καὶ δυσπετεστέρως. ἀνήρ τε γυνή, γυναικός. νεώτερος, γεραιτέρου, καὶ γυνὴ νεωτέρη, παλαιοτέρης. καὶ πρὸς τούτοισιν, ἥ τε ὥρη τοῦ ἔτεος, ἐν ᾗ ἂν νοσέωσι. καὶ ἢν ἐξ ἑτέρης νούσου νοσέωσιν ἢ μὴ ἐξ ἑτέρης. διαφέρει δὲ καὶ πάθημά τε παθήματος, μέζον τε καὶ ἔλασσον. καὶ χρὼς χρωτός. καὶ θεραπείη θεραπείης. τούτων δὲ οὕτω διαφερόντων, ἀνάγκη διαφέρειν καὶ τὸν χρόνον. καὶ τοῖσι μὲν, πλέω γίνεσθαι, τοῖσι δὲ ἐλάσσω τε καὶ ἀπόλλυσθαι, ἢ μή. καὶ τοῖσι μὲν, παραμόνιμά τε εἶναι καὶ μέζω. τοῖσι δὲ, ἐλάσσω τε καὶ ὀλιγοχρόνια. τοῖσι δὲ, παραμένειν ἐς τὸ γῆρας τὰ νοσήματα, καὶ συναποθνῄσκειν. τοὺς δὲ ἀπόλλυσθαι δι' ὀλίγου ὑπ' αὐτῶν. καὶ ὁκόσοι μὲν νεώτεροι πάσχουσι, τούτων ὅσα εἴρηται ἀπὸ πόνων παθήματα γίνεσθαι, πάσχουσι πλέω τε καὶ ἰσχυρότερα, καὶ ἀλγέουσιν οὗτοι μᾶλλον τῶν ἄλλων, καὶ παραυτίκα ἔκδηλα αὐτοῖσιν. ὥστε ἢ πτύουσιν ἢ αἷμα ἐμέουσι. τὰ δὲ καὶ γινόμενα λανθάνει αὐτοὺς, ὑπὸ εὐεξίης τοῦ σώματος. οἱ δὲ γεραίτεροι, πάσχουσι μὲν ὀλιγάκις. καὶ ὅταν πάθωσιν, ἀσθενέστερα πάσχουσιν, ἅτε ἀσθενέστεροι ἐόντες, καὶ ἐπαΐουσι μᾶλλον, καὶ ἐπιμελέονται μᾶλλον τῶν παθημάτων. γίνεται οὖν τὴν ἀρχὴν παράπαν ἧσσον τῷ γεραιτέρῳ ἢ νεωτέρῳ. καὶ ὁκόταν γίνηται, τῷ μὲν γεραιτέρῳ, ἀσθενέστερα γίνεται. τῷ δὲ νεωτέρῳ, ἰσχυρότερα, καὶ τῷ μὲν νεωτέρῳ, ἅτε τοῦ σώματος τόνον ἔχοντος, καὶ ξηρασίην. καὶ τὴν σάρκα πυκνήν τε καὶ ἰσχυρὴν, καὶ πρὸς τοῖσιν ὀστέοισι προσκαθημένην. καὶ περὶ αὐτὴν τοῦ δέρματος περιτεταμένου, ὁκόταν τι πονήσῃ πλέον τοῦ εἰωθότος μᾶλλον καὶ ἐξαίφνης, σπασμοί τε γίνονται ἰσχυροὶ, καὶ ῥήγματα πολλά τε καὶ παντοῖα τῶν φλεβῶν καὶ τῶν σαρκῶν. καὶ τούτων τὰ μὲν, παραυτίκα ἔκδηλα γίνονται. τὰ δ' ὑστέρῳ χρόνῳ ἀναφαίνεται. τοῖσι δὲ γεραιτέροισι, τόνος ἰσχυρὸς οὐκ ἔνι. αἵ τε σάρκες περὶ τὰ ὀστέα περιρρέουσι. καὶ τὸ δέρμα περὶ τὰς σάρκας. καὶ αὐτὴ ἡ σὰρξ, ἀραιή τε καὶ ἀσθενής. καὶ οὔτε τι ἂν πάθοι τοιοῦτον ὁμοίως ὡς καὶ ὁ νεώτερος. καὶ ἢν τι πάθῃ, πάσχει ἀσθενέα τε καὶ παραυτίκα οἱ ἔκδηλα γί-

τοῖσι μὲν ἐν τῇ ἀρχῇ τῶν παθημάτων, δυσχερέστερον ἀπαλλάσσουσιν οἱ νεώτεροι τῶν γεραιτέρων. ἐπὴν δὲ ἡ νοῦσος ἐμφανὴς γένηται, καὶ ἢ πύον, ἢ αἷμα πτύωσιν, ἢ ἀμφότερα, ὅσοι μὲν νεώτεροί εἰσιν, ἅτε τοῦ σώματος εὐτόνου τε ὄντος καὶ πυκνοῦ, οὐ δύνανται ἀποκαθαίρεσθαι ὁμαλῶς, ἀπὸ τῶν ἑλκέων ὧν ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ τὸ πύον. ὅ, τε γὰρ πλεύμων οὐ κάρτα ἕλκει ἐς τὰς ἀρτηρίας, πυκνότερος ἐών. αἵ τε ἀρτηρίαι λεπταὶ καὶ στεναί εἰσιν, οὐκ εἰσδέχονται τὸ πύον, εἰ μὴ ὀλίγον τε καὶ ὀλιγάκις. ὥστε ἀνάγκη τὸ πύος ἐν τῷ θώρακί τε καὶ ἐπὶ τῶν ἑλκέων, ἀθροίζεσθαί τε καὶ παχύνεσθαι. τῷ δὲ ἀφηλικεστέρῳ, ὅ, τε πλεύμων ἀραιότερος καὶ κοιλότερος. καὶ αἱ ἀρτηρίαι εὐρύτεραι, ὥστε μὴ ἐγχρονίζειν τὸ πύος ἐν τῇ κοιλίῃ, καὶ ἐπὶ τῶν ἑλκέων. καὶ ὅ, τι ἂν ἐπιγένηται, τοῦτο ἀναγκαίη πᾶν ἀνασπᾶσθαι ἄνω ὑπὸ τοῦ πλεύμονος ἐς τὰς ἀρτηρίας, καὶ παραχρῆμα ἐκπτύεσθαι. τῷ μὲν οὖν νεωτέρῳ, ἅτε τῶν παθημάτων ἰσχυροτέρων ἐόντων, καὶ τῆς καθάρσιος οὐ γενομένης κατὰ λόγον τοῦ πτύσματος, οἵ τε πυρετοὶ ὀξύτεροι καὶ πυκνότεροι γίνονται. καὶ ὀδύναι ἐμπίπτουσιν ὀξεῖαι αὐτοῦ τε τοῦ παθήματος, καὶ τοῦ ἄλλου σώματος, ἅτε τῶν φλεβίων ἐντόνων τε ἐόντων καὶ ἐναίμων. ὅταν δὲ ταῦτα διαθερμανθῇ, ὑφ᾽ ἑωυτῶν ὀδύναι διαΐσσουσιν ἄλλοτε ἄλλῃ τοῦ σώματος. καὶ οὗτοι μὲν διαφθείρονται ὡς τὰ πολλὰ δι᾽ ὀλίγου. τοῖσι δὲ γεραιτέροισιν, ἅτε τῶν παθημάτων ἀσθενεστέρων ἐόντων, καὶ τοῦ πτύσματος ἀπ᾽ αὐτῶν καθαιρομένου. οἵ τε πυρετοὶ λεπτότεροι καὶ ὀλίγοι γίνονται. καὶ ὀδύναι ἔνεισι μέν. ἔνεισι δὲ, λεπταί. καὶ παντάπασι μὲν τῶν παθημάτων τῶν τοιούτων οὐκ ἀπαλλάσσονται οὐδὲ οἱ γεραίτεροι, ἀλλ᾽ ἔχοντες αὐτὰ πουλὺν χρόνον, καταφθείρονται. καὶ ἄλλοτε πύον πτύουσιν. ἄλλοτε δὲ οὐδέτερον. τέλος δὲ συναποθνήσκει αὐτοῖσιν. ἀποθνήσκουσι δὲ οὕτως, ὅταν τι αὐτοῖς νόσημα τούτῳ, ᾧ ἂν ἔχωσι, παραπλήσιον καταλάβῃ, ὥστε ἔχειν καὶ τοῦτο καὶ ὃ ἂν ἔχωσι νόσημα ἰσχυρότερον γίγνεται, καὶ ὡς τὰ πολλὰ διαφθείρονται. ταῦτα δέ ἐστι τὰ μάλιστα ἐξεργαζόμενα τῶν νοσημάτων, πλευρῖτις τε καὶ περιπλευμονίη. Πυρετὸς δὲ ἀπὸ τῶνδε γίνεται. ὁκόταν χολὴ ἢ φλέγμα θερμανθῇ, θερμαίνεται τὸ ἄλλο πᾶν σῶμα ἀπὸ τούτων. καὶ καλέεται τοῦτο πυρετός. θερμαίνεται δὲ, ἡ χολὴ καὶ τὸ φλέγμα, ἔνδοθεν μὲν ἀπὸ σιτίων καὶ ποτῶν, ἀφ᾽ ὧν καὶ τρέφεται καὶ αὔξεται. ἔξωθεν δὲ, ἀπὸ πόνων καὶ τρωμάτων. καὶ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ὑπερθερμαίνοντος, καὶ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ ὑπερψύχοντος. θερμαίνεται δὲ καὶ ἀπὸ ὄψιος καὶ ἀκοῆς. ἐλάχιστα δὲ ἀπὸ τούτων. Τὸ δὲ ῥῖγος ἐν τῇσι νούσοισι γίνεται μὲν, καὶ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἀνέμων, καὶ ὕδατος, καὶ αἰθρίης, καὶ ἑτέρων τοιούτων. γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἐσιόντων σιτίων καὶ ποτῶν. μάλιστα δὲ καὶ ἰσχυρότερον γίνεται, ὅταν χολὴ καὶ φλέγμα συμμιχθῇ ἐπὶ τὸ αὐτὸ αἵματι, ἢ τὸ ἕτερον, ἢ ἀμφότερα. μᾶλλον δὲ ἂν τὸ φλέγμα μοῦνον ξυμμιχθῇ. ψυχρότατον γὰρ φύσει, τὸ φλέγμα. θερμότατον δὲ, τὸ αἷμα. ψυχροτέρη δέ τι καὶ ἡ χολὴ τοῦ αἵματος. ὅταν οὖν ταῦτα συμμιχθῇ, ἢ ἀμφότερα, ἢ τὸ ἕτερον ἐς τὸ αἷμα, πήγνυσι τὸ αἷμα. οὐ παντάπασι δὲ, οὐδὲ γὰρ ἂν δύναιτο ζῆν ὁ ἄνθρωπος. εἰ τὸ αἷμα πυκνότερόν τε καὶ ψυχρότερον γένοιτο πολλαπλασίως αὐτὸ ἑωυτοῦ. ψυχομένου οὖν τοῦ αἵματος, ἀνάγκη ψύχεσθαι καὶ τὸ ἄλλο σῶμα πᾶν.

Adeò quidem per affectionum exordia difficiliùs iuniores quàm ſeniores liberantur. At verò quibus morbus conſpicuus redditur, quique pus aut ſanguinem, aut vtrumque expuunt, ſi quidem iuniores fuerint, cùm nimirum firmum & denſum corpus habeant, non æqualiter ab vlceribus, quæ pus in ſuperiore ventre habent, repurgari poſſunt. Neque enim pulmo, cùm denſior exiſtat, admodum ad arterias trahit, arteriæque tenues & anguſtæ, pus niſi paucum & rarò non excipiunt, vt proinde pus in thorace & vlceribus colligi & craſſeſcere neceſſe ſit. [I] verò qui iam florentem ætatem exegit, pulmo rarior & magis cauus eſt, arteriæque ampliores, adeò vt pus in ventre & vlceribus diutiùs non immoretur, & quicquid inſuper acciderit, id totum à pulmone in arterias ſurſum attrahi, confeſtimque expui neceſſe ſit. In iuniore igitur cùm affectiones ſint vehementiores, & purgatio pro ſputi ratione non procedat, febres acutiores & crebriores oriuntur, doloréſque graues tum ipſius affectus, tum reliqui corporis incidunt, cùm nimirum venæ contentæ ſint & ſanguine refertæ. Vbi verò hæ incaluerint, ex ipſis dolores aliàs ad aliam corporis partem peruadunt, & hi quidem plærumque intra breue tempus pereunt. Senioribus verò cùm debiliores ſint affectiones, & ab his ſputum repurgetur, tum febres leniores paucæque oriuntur, tum dolores adſunt quidem ſed exiles. Et ab huiuſmodi quidem affectionibus nec ſenes quidem prorſus liberantur, ſed multo tempore morbum trahentes, conſumuntur, interdumque pus ſpuunt, interdum ſanguinem, quandoque verò neutrum, tandem etiam vnà cum his moriuntur. Sic autem moriuntur, cùm aliquis morbus huic quem habent ſimilis eos prehenderit, ita vt hoc detineantur, & is quem priùs habuerint, vehementior exiſtat, & vt plurimùm conſumpti pereunt. At morbi qui hæc potiſſimùm efficiunt, ſunt morbus lateralis & pulmonum inflammatio. Ex his autem febris gignitur. Cùm bilis aut pituita incaluerit, ab his reliquum totum corpus caleſcit, & hoc appellatur febris. Caleſcit autem bilis & pituita, intra quidem, à cibis & potibus ex quibus & nutritur & increſcit, extra verò à laboribus & vulneribus, & à calido ſupra modum calefaciente, & à frigido plus æquo refrigerante. Incaleſcit quoque etiam à viſu & auditu, ab his autem minimum. At verò rigor in morbis fit quidem etiam ab externis, ventis, aqua, & aëre ſereno, & aliis id genus. Fit quoque & ab ingeſtis cibariis & potibus. Præcipuè autem vehementior fit, cùm bilis & pituita, aut ex his alterum, aut vtrumque ſanguini permixtum fuerit. Magis tamen ſi ſola pituita permixta fuerit. Pituita enim natura frigidiſſima eſt, ſanguis verò calidiſſimus, bilis autem aliquantò ſanguine frigidior. Vbi igitur hæc vnà cum ſanguine permixta fuerit, aut vtraque, aut eorum alterum, ſanguinem condenſant, non penitus tamen. Neq; enim viuere homo poſſit, ſi ſanguis multò denſior & frigidior ſeipſo euaderet. Vbi igitur ſanguis refrigeratur, totum corpus refrigerari neceſſe eſt,

idque cùm euenit rigor appellatur, & ſi quidem vehemens rigor extiterit, vehementior etiam eſt tremor. Sanguine enim in ſe coëunte & condenſato, dum venæ contrahuntur, corpus contrahunt & tremorem excitant. Quòd ſi minùs in ſe coëat ſanguis, hoc modo rigor appellatur, horror autem dicitur quod eſt debiliſſimum. At verò quòd poſt rigorem neceſſariò maior aut minor febris prehendit, ſic ſe res habet. Cùm ſanguis per vim quandam incaluerit, ruſuſque in ſuam naturam abierit, quod pituitæ & bilis ſanguini permixtum eſt, ſimul incaleſcit, ſanguiſque ſe ipſo multò calidior euadit. His igitur percalefactis, poſt rigorem, ad ſanguinis caliditatem, febrem ſuperuenire neceſſe eſt. Sudor verò iſtam ob cauſam ſuboritur. Morbi qui præcipuis ad iudicationem diebus iudicantur, & ignis dimittit, in his quicquid eſt in ſanguine pituitæ & bilis tenuiſſimum eliquatur & ſecernitur, partimque foras prodit, partim verò intus in corpore remanet, quod autem à calore attenuatum eſt, in vaporem vertitur, & cum ſpiritu mixtum foras prodit. Hæc igitur ſunt eiuſmodi, & ex his ſudor oritur. Cur autem interdum quidem calidus, interdum verò frigidus ſit, hac ratione contingit. Calidus certè ex percalefacto malo & exuſto, attenuatóque ac debili, neque admodum multo ſecernitur, eumque ex corpore calidiorem excerni neceſſe eſt. frigidus autem ex malo copioſior ſecretus, ex eóque quod remanet adhuc inualeſcente, necdum putrefacto, neque attenuato, neque exuſto, frigidior, craſſior & graueolentior prodit. Quod inde manifeſtum fit. Qui frigidum ſudorem emittunt, plærumque longis morbis conflictantur, inualeſcente malo quod in corpore remanet. Qui verò calidum ſudorem emittunt, celeriùs morbis defunguntur. At verò morbus lateralis & pulmonum inflammatio, ad hunc modum oriuntur. Lateris quidem morbus, qui pleuritis dicitur, cùm cumulatæ & validæ potiones admodum occuparint. Ex vino enim incaleſcit, totum corpus & humectatur, potiſſimum verò bilis & pituita. Quibus ſanè agitatis & humectatis, temulentum ſiue ſobrium rigore corripi continget, præſertim cùm latus ex reliquo corpore præcipuè naturâ carne nudatum ſit, neque quicquam intus habeat quod renitatur, præter ventriculum: ideoque maximè rigorem ſentit. Cúmque rigorem & perfrigerationem ſenſerit, tum caro quæ eſt in latere, tum venulæ contrahuntur & conuelluntur, & quicquid in ipſa carne, aut in eius venulis, bilis & pituitæ ineſt, id magna ex parte, aut totum intrò ad caliditatem propulſum, carne extra condenſata ſecernitur, & ad latus impingitur, doloremq; vehementem excitat & incaleſcit, propterq; calorem ad ſe ex proximis venis & carnibus pituitam & bilem trahit. Id igitur hoc modo contingit. Cùm verò quæ ad latus impacta ſunt putruerint & per ſputum reddita fuerint, conualeſcunt. Quòd ſi & antiquum multum ad latus impingatur, & aliud inſuper accedat, ſtatim moriuntur,

καὶ καλέεται ῥῖγος, ὁκόταν τοῦτο τὸ τοιοῦτο γένηται. καὶ ἢν μὲν ἰσχυρὸν γένηται ῥῖγος, ἰσχυρότερός ἐστι καὶ ὁ τρόμος. αἱ γὰρ φλέβες συσπώμεναι καὶ συνιόντος καὶ πηγνυμένου τοῦ αἵματος, συσπῶσί τε τὸ σῶμα καὶ τρόμον ποιέουσι. ἢν δὲ ἧσσον ἡ σύνοδος τοῦ αἵματος γένηται, τοῦτο δὲ καλέεται ῥῖγος. φρίκη δὲ λέγεται τὸ ἀσθενέστατον. Ὅτι δὲ μετὰ τὸ ῥῖγος ἀνάγκη πυρετὸν ἐπιλαβεῖν ἢ πλέω ἢ ἐλάσσω, ὧδε ἔχει, ὁκόταν τὸ αἷμα διαθερμαίνηταί τε καὶ ἀποβαίνῃ, καὶ αὖθις πάλιν ἐς τὴν ἑωυτοῦ φύσιν, συνδιαθερμαίνεται καὶ τοῦ φλέγματος καὶ τῆς χολῆς, τὸ ἐν τῷ αἵματι συμμεμιγμένον. καὶ γίνεται τὸ αἷμα θερμότερον αὐτὸ ἑωυτοῦ, πολλαπλασίως. τούτων οὖν διατεθερμασμένων, ἀνάγκη πυρετὸν ἐπιγίνεσθαι, ὑπὸ τῆς θερμασίης τοῦ αἵματος, μετὰ ῥῖγος. Ἱδρὼς δὲ γίνεται, διὰ τόδε. ὁκόσαι αἱ νοῦσοι κρίνονται ἐν τῇσι κυρίῃσι τῶν ἡμερέων. καὶ τὸ πῦρ μεθίει, ἐκτήκεται ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ αἵματι φλέγματος, καὶ τῆς χολῆς τὸ λεπτότατον, καὶ ἀποκρίνεται. καὶ χωρέει, τὸ μὲν, ἔξω τοῦ σώματος. τὸ δὲ, ἔνδον καὶ αὐτοῦ ἐν τῷ σώματι ὑπολείπεται. τὸ δὲ ὑπὸ θερμασίης λεπτυνόμενον, ἀτμὸς γίνεται καὶ σὺν τῷ πνεύματι μισγόμενον ἔξω χωρέει. ἔστι μὲν ταῦτα τοιαῦτα. καὶ ἀπὸ τούτων ἀπογίνεται ὁ ἱδρώς. διότι δὲ ὁτὲ μὲν θερμὸς, ὁτὲ δὲ ψυχρός ἐστιν οὕτως. θερμὸς μὲν, ἀπὸ διατεθερμασμένου τε τοῦ κακοῦ, καὶ ἐκκεκαυμένου, καὶ λελεπτυσμένου, καὶ ἀσθενέος, καὶ οὐ λίην πολλοῦ ἀποκρίνεται καὶ ἀνάγκη θερμότερον αὐτὸν ἐκκρίνεσθαι ἐκ τοῦ σώματος. ὁ δὲ ψυχρός, ἀπὸ πλέονος τοῦ κακοῦ, ἀποκρινόμενος τοῦτε ὑπολειπομένου καὶ ἔτι ἰσχύοντος, καὶ οὔπω σεσηπότος, οὐδὲ λελεπτυσμένου, οὐδὲ ἐκκεκαυμένου, ψυχρότερος καὶ παχύτερος καὶ κακωδέστερος ἐκχωρέει. δηλοῖ δὲ τοῦτο ἐν τῷδε. Οἱ ψυχρῷ ἱδρῶτι ἱδροῦντες, μακρὰς νούσους νοσέουσιν ὡς ἐπιτοπουλὺ, ἐπισχύοντος τοῦ κακοῦ, τοῦ ἐν τῷ σώματι ὑπολειπομένου. Οἱ δὲ θερμῷ ἱδρῶτι ἱδροῦντες, ταχύτερον ἀπαλλάσσονται τῶν νουσημάτων. Πλευρῖτις δὲ καὶ περιπλευμονίη, γίνονται ὧδε. ἡ μὲν πλευρῖτις, ὁκόταν πόσιες ἀθρόαι τε καὶ ἰσχυραὶ, κατάσχωσι. διαθερμαίνεται γὰρ τὸ σῶμα ἅπαν ὑπὸ τοῦ οἴνου καὶ ὑγραίνεται. μάλιστα δὲ ἥτε χολὴ καὶ τὸ φλέγμα, διαθερμαίνεταί τε καὶ ὑγραίνεται. καὶ δὴ τούτων κεκινημένων τε καὶ ὑγρασμένων, συγκυρήσει ὥστε ῥιγῶσαι μεθύοντα ἤν τε νήφοντα, ἅτε ἐὸν τὸ πλευρὸν ψιλὸν φύσει σαρκὸς, μάλιστα τοῦ σώματος, καὶ οὐκ ἐόντος αὐτοῦ ἔσωθεν τοῦ ἀντιπιέζοντος, οὐδενὸς, ἀλλὰ κοιλίης, αἰσθάνεται μάλιστα τοῦ ῥίγεος. καὶ ὁκόταν ῥιγώσῃ τε καὶ ψυχθῇ, συνέλκεταί τε καὶ συσπᾶται ἥτε σὰρξ ἡ ἐπὶ τῷ πλευρῷ, καὶ τὰ φλέβια. καὶ ὅσον τι ἐν αὐτῇ τῇ σαρκὶ ἔνι χολῆς καὶ φλέγματος, ἢ ἐν τοῖσιν ἐν αὐτῇ φλεβίοισι, τοῦτο πολλὸν, ἢ πᾶν ἀποκρίνεται ἔσω συνειλούμενον πρὸς τὸ θερμὸν, πυκνουμένης τῆς σαρκὸς ἔξωθεν καὶ προσαράσσεται πρὸς τῷ πλευρῷ, καὶ ὀδύνην παρέχει ἰσχυρὴν καὶ διαθερμαίνεται. καὶ διὰ τῆς θερμότητος, ἄγει ἐφ' ἑωυτὸ, καὶ ἀπὸ τῶν πλησίον φλεβῶν καὶ σαρκῶν, φλέγμα τε καὶ χολήν. γίνεται μὲν οὖν τοῦτο τῷ τρόπῳ. ὁκόταν δὲ τὰ πρὸς τὸ πλευρὸν προσαραχθέντα σαπῇ καὶ πτυσθῇ, ὑγιέες γίνονται. ἢν δὲ τι, τε ἀρχαῖον πολλὸν προσαραχθῇ πρὸς τὸ πλευρὸν, καὶ ἄλλο προσεπιπλήσηται. αὐτίκα ἀπόλλυνται.

οὐ δυνά-

οὐ δυνάμενοι ἀναπτύσαι ὑπὸ πλήθεος τοῦ σιάλου, ἢ ἔμπυοι γίνονται. καὶ οἱ μὲν, ἀπόλλυνται· οἱ δὲ, διαφεύγουσι. διαδηλοῖ δὲ ταῦτα ἐν τῇσιν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢ ἐννέα, ἢ ἕνδεκα, ἢ τεσσαρεσκαίδεκα. ὀδύνην τε παρέχει, ἐς τὸν ὦμον, καὶ ἐς τὴν κληῗδα, καὶ ἐς τὴν μασχάλην, διὰ τόδε. Ἡ φλὲψ ἡ σπληνῖτις καλεομένη, τείνει ἀπὸ τοῦ σπληνὸς ἐς τὸ πλευρόν. ἐκ δὲ τοῦ πλευροῦ ἐς τὸν ὦμον, καὶ ἐς τὴν χεῖρα τὴν ἀριστερήν. ἡ δὲ ἡπατῖτις εἰς τὰ δεξιὰ ὡσαύτως. καὶ ὁκόταν ταύτης τὸ ἐπὶ τοῦ πλευροῦ συνειρυσθῇ ὑπὸ τοῦ ῥίγεος καὶ φρίξῃ τὸ αἷμα τὸ ἐν αὐτῇ, ἔς τε τὴν μασχάλην, καὶ τὴν κληῗδα, καὶ τὸν ὦμον, συνέρχεταί τι καὶ σπᾷ, καὶ ὀδύνην παρέχει. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ τὰ περὶ τὸν νῶτον χωρία, διαθερμαίνεται ὑπὸ τοῦ προσπεπηγότος ὑγροῦ πρὸς τῷ πλευρῷ, φλέγματός τε καὶ χολῆς. παρέχει δὲ ὀδύνην ἐνίοτε καὶ τοῖσι τοῦ πλευροῦ κάτωθεν χωρίοισι. πολλάκις δὲ ἢν ἐς τὰ κάτω τράπηται, ὀδύνην διαδιδοῖ ἐς τὴν κύστιν διὰ τῶν φλεβίων, καὶ οὐρέει πολλόν τε καὶ χολῶδες. νομίζουσι δὲ ταύτης τῆς νούσου τὸ ῥῖγος αἴτιον εἶναι καὶ ἀρχήν. Ἡ δὲ περιπλευμονίη γίνεται, [17] ὁκόταν κεκινημένου καὶ ὑγρασμένου τοῦ φλέγματος καὶ τῆς χολῆς, ἑλκύσῃ ὁ πλεύμων ὑπὸ θερμασίης ἐφ' ἑωυτὸν, ἀπὸ τῶν πλησίον χωρίων πρὸς τοῖσιν ὑπάρχουσιν ἐν ἑωυτῷ, διαθερμαίνει μὲν πᾶν τὸ σῶμα καὶ ὀδύνην παρέχει, μάλιστα δὲ τῷ τε νώτῳ, καὶ τῇσι πλευρῇσι καὶ τοῖσιν ὤμοισι, καὶ τῇ ῥάχει, ἅτε ἀπὸ τούτων ἕλκων ἐς ἑωυτὸν τὴν ἰκμάδα τὴν πλείστην, καὶ ὑπερξηραίνονται ταῦτα καὶ ὑπερθερμαίνονται. ὁκόταν δὲ εἰρύσῃ ἐς ἑωυτὸν καὶ ἕδρην λάβῃ, ἥ τε χολὴ καὶ τὸ φλέγμα ἐς τὸν πλεύμονα σήπεται, καὶ ἐμπυοῦται. καὶ ἢν μὲν ἐν τῇσι κρισίμοισι τῶν ἡμερέων ταῦτα πτυσθῇ, περιγίνονται. ἢν δὲ τά τε ἐπελθόντα τὴν ἀρχὴν δέχηται, καὶ προσεπιγίνηται ἕτερα, καὶ μήτε πτύσῃ, μήτε σήπων κρατῇ, ὑπὸ πλήθεος τῶν ἐπιγενομένων, ἀποθνήσκουσιν ὡς τὰ πολλά. [18] ἢν δὲ πρὸς τὰς ἡμέρας διαγένωνται τὰς δύο καὶ εἴκοσι, καὶ ὁ πῦρ μεθῇ, καὶ ἐν ταύτῃσι μὴ ἐκπτυσθῇ, ἔμπυοι γίνονται). γίνονται δὲ μάλιστα ἐκ τούτων οἷσιν ἰσχυρόταται, ἥ τε πλευρῖτις καὶ ἡ περιπλευμονίη. γίνεται δὲ καὶ ἄπτυστος περιπλευμονίη καὶ πλευρῖτις, ἄμφω ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ, ὑπὸ ξηρασίης. ξηραίνει δὲ καὶ τὰ θερμὰ, ὅταν ὑπερθερμήνῃ καὶ τὰ ψυχρὰ, ὅταν ὑπερψύχῃ. πήγνυται δὲ τὸ πλευρὸν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ τῷ πλευρῷ φλέβια καὶ σπᾶται. καὶ ὁκόσον ἐν αὐτῷ ἔνι φλέγματος καὶ χολῆς, τοῦτο ὑπὸ τῆς θερμασίης ἐνισχνανθέν τε καὶ ὀδύνην παρέχει, καὶ ὑπὸ τῆς ὀδύνης πυρετόν. τούτῳ ξυμφέρει τὴν φλέβα ἀποσχάσαι τὴν ἐν τῇ χειρὶ, τὴν σπληνῖτιν καλεομένην, ἢ τὴν ἡπατῖτιν, καθ' ὁποτέρην ἂν εἴη τὸ νούσημα. καὶ οὕτως ἡ ὀδύνη μαλακωτέρη γίνεται τοῦ πλευροῦ τε καὶ τῶν ἄλλων. ἡ γὰρ φλὲψ, ὅσον ἔνι ἐν αὐτῇ χολῆς καὶ φλέγματος, αὐτοῦ τοῦ αἵματος νενοσηκότος, μετὰ τούτων μεθίει τὸ πουλὺ ἔξω. τὸ δὲ ἐκ τῆς σαρκὸς ὑπό τε φαρμάκων, καὶ ποτῶν διαχέεται, καὶ ὑπὸ χλιασμάτων προστιθεμένων ἔξωθεν, ὥστε τὴν νοῦσον σκίδνασθαι ἀνὰ πᾶν τὸ σῶμα. καλέεται δὲ αὕτη πλευρῖτις ἄπτυστος. ἡ δὲ περιπλευμονίη, ὁκόταν ὁ πλεύμων ὑπερξηρανθῇ καὶ αὐτὸς, καὶ ὁκόταν ἐν αὐτῷ ἐνεὸν τὸ χολῆς ἢ φλέγματος, οὔτε σήπει ὁμαλῶς, οὔτε τὸ σίαλον ἀναδιδοῖ.

cùm ſaliuæ copiam expuere nequeant, aut purulenti euadunt, & alij quidem intereunt, alij verò euadunt. Hæc a item ſeptem, aut nouem, aut vndecim, aut quatuordecim diebus, de ſe ſignificationem exhibent, doloremq; ad humerum & iugulum hanc ob cauſam excitant. Vena quæ ſplenitis nominatur, à liene ad latus fertur, ex latere verò ad humerum & ad manum ſiniſtram. Iecoraria autem in dextram partem ad eundem modum. Cumque eius pars quæ in latere eſt, à rigore contracta fuerit, ſanguiſque qui in ea continetur inhorruerit, alam & iugulum humerumque petit, & conuellit, & dolore afficit. Ad eandem quoque rationem loca quæ circa dorſum ſunt incaleſcunt, ab impacto lateri pituitæ & bilis humore, & lateris locis inferioribus quandoque dolorem exhibet, & plærumque, ſi ad inferiores partes conuertatur, dolorem per venulas ad veſicam tranſmittit, copioſaq; & biliosa vrina redditur, huiuſq; morbi cauſam & principium rigorem eſſe exiſtimant. At verò pulmonis inflammatio fit, cùm commotam & humectatam pituitam & bilem, propter calorem ex vicinis locis pulmo ad ſe traxerit, ſuper ea quæ iam in ipſo exiſtunt. Totum quidem corpus percalefacit, doloremque præcipuè dorſo, lateribus, humeris, ac ſpinæ exhibet, cùm nimirum ab his plurimam ad ſe humiditatem attrahat, hæq; partes ſupra modum reſiccantur, nimiumque incaleſcunt. Cùm verò ad ſe traxerit, tumq; bilis, tum pituita ſedem in pulmone fixerit, putreſcit & in pus vertitur. Et ſiquidem præcipuis ad iudicationem diebus, putrefacta per ſputum reddita fuerint, ſuperſtes euadit æger. Si verò ſuſceperit quæ per initia obuenerunt, aliaq; præterea acceſſerint, & neque putrefacta per ſputum reiiciat, præ copia ſuperuenientium plærumque moriuntur. Quòd ſi ad duos & viginti dies perueniunt, febriſq; dimittit, neque in his per ſputum repurgati fuerint, purulenti euadunt. At verò ex his maximè quibus vehementiſſimus laterum morbus, aut pulmonis inflammatio contingit. Pulmonis autem inflammatio & morbus lateralis ſine ſputo, ambo ex eadem cauſa, ex ſiccitate contingunt. Siccant verò calida etiam, vbi ſupra modum calefaciunt & frigida quoque ſi ſupra modum refrigerant. Induratur autem latus & conuellitur, quæque in eo inſunt venulæ, & quantum in eo eſt pituitæ & bilis, id à caliditate intus creſcit, doloremq; infert, & ex dolore febrem. Huic confert venam pertundere in brachio ſplenitidem appellatam, aut iecorariam, ad veram ſanè morbus vergit. Sicq; lateris & aliarum partium dolor leuior contingit. Vena enim quicquid in ea ineſt pituitæ & bilis, & ſanguinis morboſi, vnà cum his magna ex parte foras emittit. Pars verò ex carne per medicamenta & potiones diffunditur, & per calefactoria extrinſecus admota, adeò vt morbus per totú corpus ſpargatur. Et hic morbus lateralis ſine ſputo appellatur, pulmonis verò inflammatio, cùm ipſe etiam pulmo ſupra modum exiccatur, cumq; quod in eo bilis aut pituitæ ineſt, neque æquabiliter putrefacit, neq; per ſaliuam ſurſum reiicit,

& quicquid in eo eſt humiditatis, aut ex potione, aut ſorbitione, aut ex proximis locis, id totum nimia ſiccitate & caliditate exurit. Huic confert potiones bibere ex quibus pulmo humectatur & expuit. Niſi enim expuat, & durior pulmo euadit, ſimulq; areſcit, & hominem perimit. At verò febris ardens ferè billioſos prehendit, corripit etiam pituitoſos, hoc modo. Vbi bilis toto corpore commota fuerit, & fortè euenerit, vt venæ & ſanguis magnam bilis copiam ex carnibus & ventriculo trahant. Qui verò priùs ineſt, vtpote naturâ calidiſſimus in corpore ſanguis exiſtens, cùm ex carnibus & ventriculo incaluerit, ſupra eum qui iam ineſt, amplius adhuc à bile, reliquum etiam omne corpus calefacit. Et quædam quidem partes ob copioſam humiditatem penitus reſiccari nequeunt. Quòd ſi reſiccatæ fuerint, homo perit. Quædam verò in ſummis corporis partibus cùm naturâ ſiccæ ſint, reſiccantur, plurimumq; ex ipſis humidum exuritur. Quas ſi attingere velis, frigidas ipſas & ſiccas comperias. Eamq; ob cauſam qui febre ardente corripiuntur, internis quidem partibus à febre vruntur, externis verò frigidi ſunt, linguaq; & fauces ex interno ſpiritu & caliditate exaſperantur & areſiunt. Quicquid autem bilis in ventriculo & veſica gignitur, quod quidem in ventriculo eſt, interdum quidem per inferiora exturbatur, plærumque verò primis diebus, aut quatuor, aut quinque, hanc ob cauſam euomitur. Cùm ſuperior ventriculus ſupra modum incaluerit, ad ſe trahit, & vomitus excitatur. Eamq; ipſam ob cauſam ex febre ardente & morbo laterali, in pulmonis inflammationem potiſſimùm morbi tranſeunt. Vbi enim ſuperior ventriculus ſupra modum incaluerit, ad ſeſe trahit, pulmoq; excipit, fitq; pulmonis inflammatio, ac plærumq; pereunt, cùm nimirum debiles exiſtant, alioq; ſuborto nouo morbo, dies ſuperare nequeant, dum ſputum in pulmone concoctum fuerit, ſed vt plurimùm debilitate pereunt, quidam verò ſuperſunt. Quibus autem ad veſicam bilis aliquid confluit, iis vrina craſſa, idq; à pituita, redditur; bilioſum verò deorſum ſecedit, eò quòd exuſta ſunt quæ in ventre inſunt. Phrenitis autem (quæ eſt perpetuum cum febre delirium) ad hunc ſe habet modum. Sanguis qui in homine exiſtit, magnam partem ad prudentiam confert, vt quidam verò dicunt, totam. Vbi igitur bilis commota venas & ſanguinem ſubierit, ex ſolita compage & motione ſanguinem dimouet & ſero diluit, & percalefacit. Qui percalefactus totum etiam reliquum corpus calefacit, & homini mens alienatur, neque apud ſe eſt, propter febris copiam, & ſanguinis non conſuetam dilutionem & agitationem. Qui verò phrenitide detinentur, quòd ad mentis alienationem, his qui atra bile laborant ſunt aſſimiles. Atra enim bile vexati, cùm à bile & pituita ſanguis corruptus fuerit, morbo corripiuntur, & mente alienantur, quidam etiam inſaniunt. Et in phrenitide ſimiliter contingit. Quò verò bilis pituita eſt imbecillior, eò minor tum inſania, tum mentis alienatio contingit. At in morbo laterali & pulmonis inflammatione, hanc ob cauſam ſubcruentum & liuidum ſputum expuunt.

ὅσον τι ἐν αὐτῷ ἐστιν ἰκμάδος, ἢ ἀπὸ ποτοῦ, ἢ ἀπὸ ῥοφήματος, ἢ ἀπὸ τῶν πλησίον χωρίων, τοῦτο πᾶν ἐκχέει ὑπὸ τῆς ὑπερξηρασίης τε καὶ θερμασίης. τούτῳ ξυμφέρει πόματα πίνειν, ὑφ' ὧν ὑγραίνεται ὁ πλεύμων καὶ πτύσκεται. ἐὰν γὰρ μὴ πτυσθῇ, σκληρότερός τε γίνεται ὁ πλεύμων, καὶ συναναξηραίνεται, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀπόλλυσι. Καῦσος δὲ λαμβάνει μὲν μᾶλλον, τοὺς χολώδεας. λαμβάνει δὲ, καὶ τοὺς φλεγματίας. λαμβάνει δὲ ὧδε. ὁκόταν χολὴ κινηθῇ ἀνὰ τὸ σῶμα καὶ συγχωρήσῃ ὥστε τὰς φλέβας καὶ τὸ αἷμα ἐρύσασθαι τῆς χολῆς. ἐρύσαι δὲ τὸ πλεῖστον, ἐκ τῶν σαρκῶν καὶ τῆς κοιλίης. τὸ δὲ πρόσθεν ἐνεὸν, ἅτε καὶ τῇ φύσει θερμότατον ἐὸν ἐν τῷ σώματι τὸ αἷμα. ὁκόταν γοῦν διαθερμανθῇ ἐκ τῶν σαρκῶν καὶ τῆς κοιλίης, πρὸς τῷ ἐνεόντι μᾶλλον ἔτι ὑπὸ τῆς χολῆς, διαθερμαίνει καὶ τὸ ἄλλο σῶμα πᾶν. καὶ τὰ μὲν ὑπὸ τῆς πολλῆς ἰκμάδος, οὐ δύναται ἀποξηραίνεσθαι παντάπασιν. ἐὰν δὲ ἀποξηρανθῇ, ἀποθνήσκει ὁ ἄνθρωπος. τὰ δὲ ἐν τοῖσιν ἀκρωτηρίοισι τοῦ σώματος, ἅτε ξηρὰ ἐόντα φύσει, ἀποξηραίνεταί τε καὶ ἐκκαίεται ἐξ αὐτῶν τὸ ὑγρὸν τὸ πλεῖστον. καὶ ἐθέλοις ψαύειν, ψυχρά τε εὑρήσεις αὐτὰ καὶ ξηρά. διὰ τοῦτο ὁκόσοι ὑπὸ καύσου ἔχονται, τὰ μὲν ἔσω, καίονται ὑπὸ τοῦ πυρός. τὰ δὲ ἔξω, ψυχροί εἰσιν. ἥ τε γλῶσσα καὶ ὁ φάρυγξ τρηχύνεταί τε καὶ αὐαίνεται ὑπὸ τοῦ ἔσω πνεύματος καὶ τῆς θερμότητος. Ὅσον δὲ ἂν ἐν τῇ κοιλίῃ καὶ ἐν τῇ κύστει ἐγγένηται χολῆς. τὸ μὲν ἐν τῇ κοιλίῃ, ἐνίοτε μὲν διαχωρέεται κάτω. τὰ δὲ πολλὰ, ἐμέεται ἐν τῇσι πρώτῃσιν ἡμέρῃσιν, ἢ ἐν τέσσαρσιν, ἢ ἐν πέντε. ἐμέεται δὲ διὰ τόδε. ὁκόταν ἡ ἄνω κοιλίη ὑπερθερμανθῇ, ἕλκει ἐφ' ἑωυτὴν, καὶ γίνεται ἔμετος. διὰ τοῦτο δὴ αὐτὸ καὶ ἐς περιπλευμονίην, ἐκ καύσου τε καὶ ἐκ πλευρίτιδος μάλιστα μεθίσταται τὰ νουσήματα. ὁκόταν γὰρ ἡ ἄνω κοιλίη ὑπερθερμανθῇ, ἕλκει ἐφ' ἑωυτὴν, καὶ ὑποδέχεται ὁ πλεύμων, καὶ γίνεται περιπλευμονίη. καὶ ὡς τὰ πολλὰ ἀπόλλυνται, ἅτε ἀσθενέες ἤδη ἐόντες. καὶ ἑτέρης νούσου καινῆς ἐπιγενηθείσης, οὐ δυνάμενοι τὰς ἡμέρας διαπλέειν, ἄχρις οὗ τὸ σίαλον πεπανθῇ ἐν τῷ πλεύμονι. ἀλλ' ὡς τὰ πολλὰ ἀπόλλυνται ὑπὸ ἀσθενείης. ἔνιοι δὲ περιγίνονται. Ὁκόσοισι δὲ ἐς τὴν κύστιν συρρέει τι χολῆς οὖρέεται παχύ. παχὺ δὲ ὑπὸ φλέγματος. χολῶδες δὲ διαχωρέει, ὑπὸ τοῦ συγκεκαῦσθαι ἐν τῇ κοιλίῃ τὰ ἐνεόντα. Φρενῖτις τε ὧδε ἔχει. τὸ αἷμα τὸ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ πλεῖστον ξυμβάλλεται μέρος συνέσιος. ἔνιοι δὲ λέγουσι, τὸ πᾶν. ὁκόταν οὖν χολὴ κινηθεῖσα ἐς τὰς φλέβας καὶ ἐς τὸ αἷμα ἐσέλθῃ, διεκίνησε καὶ διεθέρμηνε τὸ αἷμα ἐκ τῆς εἰωθυίης συστάσιός τε καὶ κινήσιος, καὶ διεθέρμηνε. διαθερμανθὲν δὲ διαθερμαίνει καὶ τὸ ἄλλο σῶμα πᾶν καὶ παραφρονέει ὁ ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἐν ἑωυτῷ ἐστιν, ὑπό τε τοῦ πλήθεος, τοῦ πυρετοῦ, καὶ τοῦ αἵματος, τῆς διαθερμάνσιός τε καὶ κινήσιος γενομένης οὐ τῆς εἰωθυίης. προσεοίκασι δὲ μάλιστα οἱ ὑπὸ τῆς φρενίτιδος ἐχόμενοι, τοῖσι μελαγχολῶσι κατὰ τὴν παράνοιαν. οἵ τε γὰρ μελαγχολώδεες ὁκόταν φθαρῇ τὸ αἷμα ὑπὸ χολῆς καὶ φλέγματος, τὴν νοῦσον ἴσχουσι καὶ παράνοοι γίνονται. ἔνιοι δὲ καὶ μαίνονται. καὶ ἐν τῇ φρενίτιδι ὡσαύτως. οὕτω δὲ ἧσσον ἡ μανίη τε καὶ ἡ παραφροσύνη γίνεται, ὅσῳπερ ἡ χολὴ τοῦ φλέγματος ἀσθενεστέρη ἐστίν. ὕφαιμον δὲ καὶ πελιδνὸν ἐν τῇ πλευρίτιδι καὶ περιπλευμονίῃ τὸ πτύαλον, διὰ τόδε πτύουσι.

κατ' ἀρχὰς μὲν ὡς τὸ πολὺ, οὐδέτερα πτύουσιν. οὔτε πελιδνὸν, οὔτε ὕφαιμον. εἰδέναι δὲ χρὴ τὴν νοῦσον ἰσχυρὴν ἐοῦσαν. ὁκόταν δὲ τὸ σίαλον ὑπόπαχυ ἄρξωνται πτύειν, καὶ καθαίρονται μάλιστα τότε. πτύεται δὲ ἀπὸ διατάσιος τῶν φλεβῶν. τὸ μὲν πλευρίτιδος, ἐκ τῶν ἐν τῷ πλευρῷ· τὸ δὲ περιπνευμονίης ἐν τῷ πλεύμονι, καὶ θερμασίην ἐπάγει ἐφ' ἑωυτήν. Ἢν δὲ ῥηγματίης ἐῇ ὁ τὴν νοῦσον ἔχων, καὶ σαθρὸς, ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρης, αἷμα, καὶ ὕφαιμον πύος καὶ πελιδνὸν σὺν σιάλῳ πτύει. τὸ δὲ πελιδνὸν, ἀπὸ τοῦ αἵματος γίνεται, ἢν ὀλίγον συμμίγνυται ἐς πουλὺ σίαλον, καὶ μὴ παραυτίκα πτύηται, ἀλλὰ ἐμμαθὲς ἡμίσαπρές ἐόν, καὶ ἐκτεθηλυσμένον ἐν τῷ σώματι. ἀποθνήσκουσι δὲ ἀπὸ μὲν τῆς πλευρίτιδος, ὁκόταν πολλὸν μὲν τὴν ἀρχὴν ἐς τὸ πλευρὸν προσπαγῇ, φλέγμα τε καὶ χολή. πολλὸν δὲ προσεπιρρυῇ καὶ ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος. καὶ μήτε πτύων κρατέῃ ὑπὸ πλήθεος, μήτε σήπων. πιμπλῶνται δὲ αἱ ἀρτηρίαι ὑπὸ τῶν ἐνεόντων, φλέγματός τε καὶ πύου. τοῦτο δὲ ῥέγχει καὶ ἀναπνεῖ, πυκνόν τε καὶ αὐτόθεν. τέλος δὲ ἀποφράσσεται πάντα καὶ ἀποθνήσκει. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον οὗτοι καὶ ἐκ περιπνευμονίης ἀπόλλυνται. ὅσοι δὲ ὑπὸ καύσου ἀποθνήσκουσι, πάντες ὑπὸ ξηρασίης ἀποθνήσκουσιν, ἀποξηραίνεται πρῶτον μὲν αὐτῶν τὰ ἀκρωτήρια πόδες τε καὶ χεῖρες. ἔπειτα δὲ τὰ ἐπιξηρότερα. ὁκόταν δὲ ἐκκαυθῇ καὶ ἀποξηρανθῇ παντάπασι τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ σώματος, τὸ μὲν αἷμα, πήγνυταί τε παντελῶς καὶ ψύχεται. τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ἀποξηραίνεται, καὶ οὕτως ἀποθνήσκει. ὑπὸ δὲ τῆς φρενίτιδος ἀπόλλυται ὧδε. παραφρονέουσιν ἐν τῇ νούσῳ διὰ παντὸς, ἅτε τοῦ αἵματος ἐφθαρμένου τε καὶ ἐκκεκινημένου τὴν εἰωθυῖαν κίνησιν. καὶ ἅτε παραφρονέοντες, οὔτε τι τῶν προσφερομένων δέχονται, ὅ, τι ἄξιον λόγου. ὅταν δὲ προΐῃ ὁ χρόνος, μαραίνονταί τε καὶ μινύθουσιν ὑπό τε τοῦ πυρετοῦ, καὶ ὑπὸ τοῦ μηδὲν τρέφεσθαι. καὶ πρῶτα μὲν τὰ ἐν τοῖσιν ἀκρωτηρίοισι μινύθει τε, καὶ ψύχεται. ἔπειτα δὲ τὰ ἐγγυτάτω. καὶ ψύχεος δὲ καὶ πυρετοῦ καὶ πόνων, ἀρχὴν ταύτην ἴσχει. ὅταν τὸ αἷμα τὸ ἐν τῇσι φλεψὶν ὑπὸ τοῦ φλέγματος ψυχθῇ, μεταπίπτει τε καὶ συσπᾶται ἄλλες, ἄλλοτε ἄλλο καὶ τρέμει. τέλος δὲ ψύχεται πάντα καὶ ἀποθνήσκει.

Per exordia quidem ſæpè neutrum expuunt, neque liuidum, neque ſubcruentum. Noſſe autem oportet morbum vehementem exiſtere. Vbi verò ſputum aliquantum craſſum ſpuere cœperint, tum præcipuè purgantur. Expuitur autem ex venarum diſtenſione; in morbo laterali quidem, ex his quæ ſunt in latere; in pulmonis verò inflammatione, ex his quæ ſunt in pulmone, qui caliditatem ad ſeſe trahit. Quòd ſi ægro abſceſſus intrò ruptus fuerit, & purulentus euadat, ſtatim primo die ſanguinem & pus ſubcruentum & liuidum cum ſaliua expuit. Liuidum autem à ſanguine euadit, ſi pauci ſanguinis ad multam ſaliuam commixtio fiat, neq; confeſtim ſpuatur, ſed aliquandiu intus remaneat ſemiputrefactum & in corpore effœminatum. Ex morbo autem laterali intereunt, cùm circa exordia copioſa quidem pituita & bilis ad latus impacta fuerit, multaque ex reliquo corpore præterea affluxerit, quam neque ſpuendo propter copiam, neque putrefaciendo ſuperare poſſit. Arteriæ autem implentur ab his quæ intus ſunt, pituita & pure, ob idq; ſtertit, crebroq; inde reſpirat, ad extremum autem omnia occluduntur, & interit. Ad eundem etiam modum ex pulmonis inflammatione pereunt. At verò qui ex febre ardente intereunt, omnes ex ſiccitate intereunt. Primùm quidem extremæ eorum partes, pedes & manus, reſiccantur, deinde verò ſicciores. Cùm autem penitus corporis humor exuſtus & reſiccatus fuerit, ſanguis quidem penitus concreſcit & perfrigeſcit, reliquum verò corpus reſiccatur, eoque modo interit. Ex phrenitide verò ita perit. In hoc morbo perpetuo delirio vrgentur, cùm nimirum ſanguis corruptus, & extra ſolitam agitationem motus ſit, cumque deſipiant, neque quicquam effatu dignum eorum quæ offeruntur ſuſcipiunt. Procedente verò tempore marceſcunt & conſumuntur, tum à febre, tum quòd nihil nutriantur. Ac primùm quidem extremæ partes imminuuntur & perfrigerantur, deinde etiam proximæ. At frigoris & febris & dolorum hoc habet principium. Cùm ſanguis qui in venis eſt à pituita refrigeratus fuerit, confeſtim in aliam atque aliam partem tranſit, & conuellitur, ac tremit, ad extremum etiam refrigerantur omnia & interit.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΝΟΥΣΩΝ
τὸ δεύτερον.

HIPPOCRATIS DE MORBIS,
LIBER SECVNDVS.

Οὐρέεται πολλὸν ὅταν ὑπερθερμανθῇ ἡ κεφαλή. τήκεται γὰρ ἐν αὐτῇ τὸ φλέγμα· τηκόμενον δὲ χωρέει, τὸ μὲν ἐς τὰς ῥῖνας, τὸ δὲ ἐς τὸ στόμα, τὸ δὲ διὰ τῶν φλεβῶν τῶν ἀγουσῶν ἐς τὸ αἰδοῖον. ὅταν δὲ ἐς τὸ αἰδοῖον ἀφίκηται, οὐρέει καὶ πάσχει οἷά περ ὑπὸ στραγγουρίης. ἀμβλυώσσουσι δὲ ὅταν ἐς τὰ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι φλέβια ἐσέλθῃ φλέγμα. ὑδαρεστέρη τε γὰρ γίνεται ἡ ὄψις, καὶ θολερωτέρη. καὶ τὸ λαμπρὸν τὸ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὐχ ὁμοίως λαμπρόν ἐστιν, οὐδὲ καταφαίνεται ἐν αὐτοῖς, ἐὰν ἐθέλῃ ὁρᾶν ὁμοίως, ὡς καὶ ὅτε λαμπρὸς καὶ καθαρὸς ἦν. οὗτος ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι μάλιστα ὑγιάζεται.

CVM caput ſupra modum percalefactum fuerit, copioſa vrina redditur. Siquidem in eo liquatur pituita, quæ liquata, partim quidem ad nares, partim ad os, partim etiam per venas quæ ad pudendum tendunt, ſecedit. Quò cùm peruenerit, vrinam reddit, & velut vrinæ ſtillicidio afficitur. Cùm verò oculorum venas pituita ſubierit, oculorum caligine vexantur. Viſus enim aquoſior & turbidior euadit, neque oculorum ſplendor ſimiliter ſplendidus eſt, neque ſi quis cernere velit, comparet velut cum lucidus & purus erat. Hic quadraginta diebus potiſſimùm ſanus euadit.

Quòd ſi longo poſt tempore morbus redeat, cutis capitis incraſſeſcit, & corpus reliquum tumidum, craſſius, & bene coloratum redditur. Hæc pituita ad carnes vertitur, ideóque æger craſſior eſſe videtur. Carnes enim cùm perfuſæ tumidiores & rariores extiterint, ex venis ſanguinem trahunt, ac propterea bene colorati eſſe videntur. Alius morbus. Caput vlceribus completur, corpus intumeſcit, & colore eſt auriginoſo, & alia atque alia, corporis parte vlcera erumpunt, febris ſubinde corripit, & ex dorſo aqua defluit. Cùm in huius capite pituita aliquantum bilioſa innutrita fuerit, vlcera quidem oriuntur. Vbi ſinciput pituita & bile madefactum fuerit, pituitáque & bilis rara confertaque extiterit. Hæc enim concreſcit, putreſcit, & exulceratur. Extenuata verò pituita, ad aures tranſmittitur. In reliquo autem corpore ad eandem rationem qua in capite vlcera oriuntur, quacunque in parte putrefactus ſanguis & bilis coaceruata fuerint. Ea enim parte caro putreſcit & vlceratur, prætereáque aduenientem pituitam & bilem putrefacit, puſque gignitur. Alius morbus. Toto capite dolor obtinet, & bilem vomitione reiicit, difficultate vrinæ premitur, & delirat. Huic quidem totum caput dolet, quòd ſupra modum calefactum ſit. Mente autem alienatur, cùm ſanguis qui eſt in capite à bile & pituita calefactus fuerit, & præter conſuetudinem agitatus. Bilem verò vomit, cùm nimirum ipſa in corpore ſit agitata. Et caput propter caliditatem ad ſe trahit, & craſſiſſimum quidem vomit, tenuiſſimum verò ad ſe trahit. Vrinam autem reddit in hoc morbo ex iiſdem cauſis, velut in ſuperiore dictum eſt. Alius morbus. Si circa cerebrum venulæ ſanguinem ſupereffundunt, nomen quidem non rectè morbo impoſitum videtur. Neque enim fieri poteſt vt vena aliqua, neque ex minoribus, neque ex maioribus, ſupereuomat. Superuomitum tamen appellant & dicunt. Quòd ſi quàm maximè ſupereuomat, morbus ab eo fieri minimè videtur. Neque enim ex bono malum oriri poteſt, vt neque ex malo bonum, neque rurſus bonum plus iuſtò fieri poteſt. Verùm ſupereuomere videntur, vbi bilis & pituita venas ſubierit. Venæ enim attolluntur & pulſant, & dolor toto capite oboritur, aureſq; ſonitum percipiunt, & nihil audiunt. Ac ſonitum quidem percipiunt, cùm nimirum venæ pulſeat ac palpitent. Tunc enim ſonitus in capite percipitur. Grauiter verò audiunt, partim quidem ob internum ſtrepitum & ſonitum, partim etiam vbi cerebrum & ipſum ambientes venulæ ſuſtolluntur. Nam propter nimiam caliditatem vacuam circa aurem partem cerebrum ex ſe implet, & cùm nimirum par aëris copia non inſit, velut antea, neq; æqualem ſonum exhibeat, ea quę dicuntur nõ æqualiter de ſe ſignificationẽ præbent, indéq; grauis auditus oboritur. Hic ſi quidẽ ei ad nares, aut ad os, aqua & pituita erumpat, ſanus euadit. Sin minùs, ſeptimo ferè die moritur. Quòd ſi in capite venæ ſupereuomuerint, ſupereuomunt autem ab iiſdem quæ antea dicta ſunt, quodque hoc modo fiat, eius rei hoc eſt indicium. Vbi quis aut manum, aut caput, aut aliam corporis partem ita affectam ſecuerit, ſanguis ater & turbidus, ac morboſus effluit,

ἢν δὲ χρόνῳ ὕστερον πολλῷ ὑποστρέψῃ ἡ νοῦσος, τὸ δέρμα τῆς κεφαλῆς παχύνεται. καὶ τὸ ἄλλο σῶμα αἴρεται καὶ παχύνεται καὶ εὐχροέει. τοῦτο τὸ φλέγμα εἰς τὰς σάρκας τρέπεται καὶ ὑπὸ τούτου δοκέει παχὺς εἶναι. αἱ γὰρ σάρκες ἅτε διάβροχοι ἐοῦσαι καὶ ὀργῶσαι καὶ ἀραιότεραι, ἕλκουσιν ἐκ τῶν φλεβῶν αἷμα, καὶ διὰ τοῦτο δοκέουσιν εὔχροοι εἶναι. Ἑτέρη νοῦσος. Ἡ κεφαλὴ ἑλκέων καταπίμπλαται καὶ τὸ σῶμα οἰδέει. καὶ ἡ χροιὴ ἰκτερώδης. καὶ ἄλλοτε ἄλλῃ τοῦ σώματος, ἕλκεα ἐκφύει. καὶ πυρετὸς λαμβάνει, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. καὶ ἐκ τοῦ νώτου ὕδωρ ῥεῖ. τούτῳ ὅταν ἐν τῇ κεφαλῇ φλέγμα ὑπόχολον ἐντραφῇ, τὰ μὲν ἕλκεα γίνεται, ὅταν τὸ βρέγμα διάβροχον γένηται τῷ φλέγματι καὶ τῇ χολῇ. καὶ ἀραιὸν ἔῃ καὶ ἁλὲς τὸ φλέγμα καὶ ἡ χολή. ἵσταται γὰρ τοῦτο καὶ σήπεται καὶ ἑλκοῦται. ἐς δὲ τὰ ὦτα λεπτυνόμενον τὸ φλέγμα, διαδιδοῖ. ἐν δὲ τῷ ἄλλῳ σώματι, τά τε ἕλκεα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὥσπερ ἐν τῇ κεφαλῇ γίνεται, σεσηπομένου τοῦ αἵματος καὶ τῆς χολῆς ᾗ ἂν τύχῃ ἀλισθέντα. ταύτῃ γὰρ ἡ σὰρξ σήπεται καὶ ἑλκοῦται. προσκατασήπει τὸ ἐσελθὸν τοῦ φλέγματος καὶ τῆς χολῆς, καὶ γίνεται πύον. Ἑτέρη νοῦσος. Περιωδυνίη τὴν κεφαλὴν ἴσχει. καὶ ἐμέει χολήν. καὶ δυσουρέει. καὶ παραφρονέει. ἔστι περιωδυνέει μὲν ὑπὸ τῆς ὑπερθερμασίης τῆς κεφαλῆς. παραφρονέει δὲ ὅταν τὸ αἷμα τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ ὑπὸ χολῆς ἢ φλέγματος ὑπερθερμανθῇ, καὶ κινηθῇ μᾶλλον τοῦ εἰωθότος. ἐμέει δὲ χολήν, ἅτε κεκινημένης αὐτῆς ἐν τῷ σώματι. καὶ ἡ κεφαλὴ ὑπὸ τῆς θερμασίης ἕλκει ἐφ' ἑωυτήν. καὶ τὸ μὲν παχύτατον, ἐμέει. τὸ δὲ λεπτότατον, ἕλκει ἐφ' ἑωυτήν. οὐρέει δὲ καὶ ἐν ταύτῃ ὑπὸ τῶν αὐτῶν, ὡς καὶ ἐν τῇ πρόσθεν εἴρηται. Ἑτέρη νοῦσος. Ἢν περὶ τὸν ἐγκέφαλον φλέβια ὑπερεμέσῃ, τὸ μὲν οὔνομα οὐκ ὀρθὸν τῇ νούσῳ. οὐδὲ γὰρ ἀνυστὸν ὑπερεμέσαι οὐδὲν τῶν φλεβίων. οὔτε τῶν ἐλασσόνων, οὔτε τῶν μειζόνων. ὀνομάζουσι δὲ καὶ φασὶν ὑπερέμετον. εἰ δὲ ὡς μάλιστα ὑπερεμήσειε, νοῦσος ὑπ' αὐτοῦ οὐκ ἔοικε γίνεσθαι. ἀπ' ἀγαθοῦ γὰρ κακὸν, οὐχ οἷόν τε γενέσθαι. οὐδὲ ἀπὸ κακοῦ ἀγαθὸν γένοιτο ἄν. οὐδὲ αὖ ἀγαθὸν πλέον τοῦ δέοντος οἷόν τε γενέσθαι. ἀλλ' ὑπερεμέειν δοκέει, ὅταν ἐς τὰς φλέβας χολὴ ἢ φλέγμα ἐσέλθῃ. μετεωρίζονται γὰρ αἱ φλέβες. καὶ σφύζουσι. καὶ ὀδύνη κατὰ πᾶσαν τὴν κεφαλὴν ἐγγίνεται. καὶ τὰ ὦτα ἠχέει καὶ ἀκούει οὐδέν. καὶ ἠχέει μὲν ἅτε τῶν φλεβίων σφυζόντων καὶ παλλομένων, τηνικαῦτα γὰρ ἦχος ἔνεστι ἐν τῇ κεφαλῇ. βαρυηκοεῖ δὲ τὸ μέν τι, ὑπὸ τοῦ ἔσωθεν ψόφου καὶ ἤχου. τὸ δὲ ὅταν ὁ ἐγκέφαλος καὶ τὰ φλέβια τὰ περὶ αὐτὸν ἐπαρθῇ. ὑπὸ γὰρ τῆς ὑπερθερμασίης ἐμπίπλησι τὸ κατὰ τὸ οὖς κενὸν ὁ ἐγκέφαλος ἑωυτοῦ. καὶ ἅτε οὐκ ἐνεόντος τοῦ ἠέρος ἴσου πλήθεος, ὡς καὶ ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ, οὐδὲ τὸν ἦχον ἴσον προσδέχοντος, οὐκ ἐνσημαίνει τὰ λεγόμενα ὁμαλῶς, καὶ ἀπὸ τούτου βαρυηκοεῖ. ἔστι ἢν μὲν ῥαγῇ αὐτῷ ἐς τὰς ῥῖνας, ἢ ἐς τὸ στόμα ὕδωρ καὶ φλέγμα, ὑγιὴς γίνεται. ἢν δὲ μὴ ῥαγῇ, ἑβδομαῖος μάλιστα ἀποθνήσκει. ἢν δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ ὑπερεμέσωσι φλέβες, ὑπερεμέουσι δὲ ὑπὸ τῶν αὐτῶν, ἃ καὶ ἐν τῷ πρόσθεν εἴρηται. σημήϊον δὲ ὅτι τοιούτῳ τρόπῳ ὑπερεμέουσι τόδε. ὅταν τὶς ἢ χεῖρα τοῦτο πάσχουσαν ἐπιτάμῃ, ἢ κεφαλὴν, ἢ ἄλλο τι τοῦ σώματος, τὸ αἷμα μέλαν ῥεῖ, καὶ θολερὸν καὶ νοσῶδες.

καί τι οὐδὲ αἷμα δίκαιον εἰπεῖν κατ' οὔνομα, ἀλλ' ἐρυθρὸν καὶ εἰλικρινὲς ῥεῖν. ὅταν δὲ ὑπερεμέσωσιν ἀπὸ τῶν αὐτῶν, ἴσχει ὀδύνη καὶ σκοτοδινίη καὶ βάρος ἔχει τὴν κεφαλήν, ὀδύνη μὲν ὑπὸ τῆς ὑπερθερμασίης τοῦ αἵματος. σκοτοδινίη δὲ ὅταν ἀθρόον ἐπὶ τὸ πρόσωπον χωρήσῃ τὸ αἷμα. βάρος δὲ ἅτε τοῦ αἵματος πλείονος ἐόντος ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ θολερωτέρου, καὶ νοσωδεστέρου ἢ ἔσωθεν. Σφακελισμὸς ἐγκεφάλου. Ἢν σφακελίσῃ ὁ ἐγκέφαλος, ὀδύνη ἔχει ἐκ τῆς κεφαλῆς τὴν ῥάχιν, καὶ ἐπὶ τὴν καρδίαν φοιτᾷ, ἀψυχίη καὶ ἱδρώς. καὶ ἄυπνος τελέθει. καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἷμα ῥεῖ. πολλάκις δὲ καὶ αἷμα ἐμέει. σφακελίζεται δὲ ὁ ἐγκέφαλος, ὧδε πάσχων· ὅταν ἢ ὑπερθερμανθῇ ἢ ὑπερψυχθῇ, ἢ χολώδης ἢ φλεγματώδης γένηται μᾶλλον τοῦ εἰωθότος. ὅταν δὲ ταῦτα πάθῃ, ὑπερθερμαίνει καὶ τὸν νωτιαῖον μυελόν. καὶ διαθερμαινόμενος καὶ οὗτος, ὀδύνην τῇ ῥάχει παρέχει. ἀψυχέει δὲ ὅταν προσαΐσσῃ πρὸς τὴν καρδίην φλέγμα ἢ χολή. προσαΐσσεσθαι δὲ ἀνάγκη, κεκινημένων καὶ ὑγρασμένων. ἱδρὼς δὲ γίνεται ὑπὸ πόνου. τὸ αἷμα δὲ ἐμέει, ὅταν αἱ φλέβες μὲν ἐν τῇ κεφαλῇ ὑπὸ τοῦ ἐγκεφάλου θερμανθῶσιν. αἱ δὲ παρὰ τὴν ῥάχιν, ὑπὸ τῆς ῥάχιος. ἡ δὲ ῥάχις, ὑπὸ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ. ὁ δὲ μυελός, ὑπὸ τοῦ ἐγκεφάλου ὅθεν περ πέφυκεν. ὅταν οὖν θερμανθῶσιν αἱ φλέβες, καὶ τὸ αἷμα [6] ἐν αὐτῇ συζέσῃ, διαδιδοῦσιν αἱ μὲν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ἐς τὰς ῥῖνας. αἱ δὲ ἀπὸ τῆς ῥάχιος αἱμόρροοι, ἐς τὸ σῶμα. οὗτος τεταρταῖος ἀπόλλυται, ἢ πεμπταῖος ὡς τὰ πολλά. Ἑτέρη νοῦσος. [7] Ἐξαπίνης ὀδύνη λαμβάνει τὴν κεφαλήν, καὶ παραχρῆμα ἄφωνος γίνεται, καὶ ἀκρατὴς ἑωυτοῦ. οὗτος ἀποθνήσκει ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢν μή μιν πῦρ ἐπιλάβῃ. εἰ γὰρ ἐπιλάβοι, ὑγιαίνει. πάσχει δὲ ταῦτα, ὅταν αὐτῷ μέλαινα χολὴ ἐν τῇ κεφαλῇ κινηθεῖσα ῥυῇ. καὶ μάλιστα καθ' ὃ τὰ πλεῖστά ἐστι φλέβια, ἐν τῷ τραχήλῳ φημὶ καὶ τοῖς στήθεσιν. ἔπειτα καὶ τῇ ἑξῆς ἀπόπληκτος γίνεται καὶ ἀκρατής, ἅτε τοῦ αἵματος ἐψυγμένου. καὶ ἢν κρατήσῃ ὥστε τὸ αἷμα θερμανθῆναι, ἤν τε ὑπὸ τῶν προσφερομένων, ἤν τε ὑφ' ἑωυτοῦ, μετεωρίζεταί τε καὶ διαχέεται καὶ κινέεται. καὶ τὸ πνεῦμα ἐσάγεταί τε καὶ ἀφρέει, καὶ χωρίζεται τῆς χολῆς, καὶ ὑγιὴς γίνεται. ἢν δὲ μὴ κρατήσῃ, ψύχεται μᾶλλον. καὶ ὅταν παντάπασι ψυχθῇ καὶ ἐκλείπῃ ἐξ αὐτοῦ τὸ θερμόν, πήγνυται καὶ κινηθῆναι οὐ δύναται, ἀλλ' ἀποθνήσκει. [8] ἢν δὲ ἐκ θωρηξίων ταῦτα πάθῃ, καὶ γὰρ πάσχει ὑπὸ τῆς αἰτίης, καὶ ἀπόλλυται. Τερηδών. Ὅταν τερηδὼν γένηται ἐν τῷ ὀστέῳ, ὀδύνη λαμβάνει ἐκ τοῦ ὀστέου, χρόνῳ δὲ ἀφίσταται τὸ δέρμα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἄλλη καὶ ἄλλη. ἔστι δὲ ταῦτα πάσχει ᾧ ἂν ἐν τῇ διπλόῃ τοῦ ὀστέου, ὅταν φλέγμα ἐπιγενόμενον ἀποξηρανθῇ. ταύτῃ γὰρ ἀραιὸν γίνεται καὶ ἐκλείπει ἐξ αὐτοῦ ἡ ἰκμὰς πᾶσα. καὶ ἅτε ξηροῦ ἐόντος, ἀφίσταται τὸ δέρμα ἀπ' αὐτοῦ. αὕτη ἡ νοῦσος οὐ θανάσιμός ἐστιν. Ἑτέρη νοῦσος. [9] Ἢν βλητὸς γένηται, ἀλγέει τῆς κεφαλῆς τὸ ἔμπροσθεν [10] καὶ νοσεῖ ὀφθαλμοῖσι, οὐχ ὁμαλῶς ὁρᾷ. [11] καὶ κωμαίνει. καὶ αἱ φλέβες σφύζουσι. καὶ πυρετὸς ἴσχει βληχρός. καὶ τοῦ σώματος ἀκρασίη. οὗτος ταῦτα πάσχει, ὅταν αἱ ἐν τῇ κεφαλῇ φλέβες θερμανθῶσιν. καὶ θερμανθεῖσαι, εἰρύσωσι φλέγμα ἐς ἑωυτάς. ἡ μὲν οὖν ἀρχὴ τῆς νούσου, ἐκ τούτου γίνεται. τὸ δὲ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς, διὰ τόδε ἀλγέει. ὅτι αἱ φλέβες ἐν ταύτῃ εἰσὶν αἱ παχύταται. καὶ ὁ ἐγκέφαλος ἐς τὸ πρόσω μᾶλλον κεῖται τῆς κεφαλῆς, ἢ ἐς τοὔπισθεν.

quamuis neq; ſanguinem nominare æquum ſit, niſi qui ruber & ſincerus effluit. Cùm autem ex iiſdem cauſis ſupereuomuerint, caput dolor, tenebricoſa vertigo & grauitas occupat. Dolor quidé ex ſanguinis nimia caliditate. Tenebricoſa verò vertigo cum ſanguis conferta copia ad faciẽ proceſſerit. Grauitas autem nimirũ cùm ſanguis turbidior & morboſior, in capite maiore ſit copia quàm intus. Cerebri ſyderatio. Si cerebrum ſyderatio occupauerit, dolor ex capite ſpinam occupat, & ad cor permeat, animo linquitur, ſudor adeſt & inſomnia, ex naribus ſanguis effluit, & plærunque ſanguis vomitione refunditur. Syderatur autem hoc modo cerebrum, cùm aut ſupra modum calefactum aut refrigeratum fuerit, aut plus ſolitò bilioſum aut pituitoſum extiterit. Vbi ſanè horum aliquid contigerit, ſpinalem medullam ſupra modum calefacit, quæ etiam incaleſcens, ſpinæ dolorem exhibet. Animi autem deliquium adeſt, vbi pituita & bilis ad cor impegerit, quod his agitatis & humectatis fieri neceſſe eſt. Sudor verò ex dolore oritur. Sanguinem autem vomitione refundit, cùm capitis quidem venæ à cerebro calefactæ fuerint, quę verò ad ſpinam ſunt, à ſpina, ſpina autem à ſpinali medulla, & ſpinalis medulla à cerebro, vnde originem ducit. Cùm igitur venæ incaluerint, & ſanguis in his efferbuerit, venæ quidem capitis ad nares tranſmittunt, quæ verò ad ſpinam ſunt ſanguinem continentes, ad corpus. Hic tertio aut plerunque quinto die moritur. Alius morbus. Dolor derepente caput prehendit, ſtatimque vox deficit, & ſui impotens euadit. Hic intra ſeptem dies, niſi eum febris corripuerit, interit. Quòd ſi corripuerit, conualeſcit. Hæc autem affectio contingit, cùm ei bilis atra in capite agitata fluxerit, præcipueq; in partem in qua plurimæ ſunt venæ in ceruicem nempe & pectus. Deinde poſtridie reſolutione corporis tentatur, & fit ad motionem impotens, ſanguine nimirum perfrigerato. Quòd ſi ſuperior euadat, adeò vt ſanguis incaleſcat, ſiue ab his quę offeruntur, ſiue ex ſeſe, eleuatur, diffunditur, ac mouetur, ſpirationemq; inducit, & ſpumeſcit, à bile ſeparatur, & conualeſcit. Si verò minimè ſuperet, magis refrigeratur, cumque omninò refrigeratus fuerit, eumque calor defecerit, concreſcit, neque moueri poteſt, ſed moritur. Quòd ſi ex ebrietate ſic afficiatur (id enim ex ea contingere ſolet) etiam moritur. Caries in capitis oſſe. Cùm verò oſſis caries contigerit, dolor ex oſſe inuadit. Spatio autem temporis cutis à capite modò hàc, modò illa parte diſcedit. Ita autem afficitur, cui ad duplicatam oſſis laminam accedens pituita reſiccata fuerit. Hac enim parte rareſcit, & omnis ab eo humiditas deficit, cumque ſiccum exiſtat cutis ab eo diſcedit. Hic morbus minimè lethalis eſt. Alius morbus. Si derepente velut ſydere ictus concidat, anteriore capitis parte dolor inuadit, neque oculis facilè videt, & ſopore detinetur, venæ ſaliunt, & febris lenta detinet, & corporis ad motum impotentia. Hic ita afficitur, vbi capitis venæ calefactæ pituitam ad ſe attraxerint. Morbi igitur principium inde oritur. Eam verò ob cauſam anteriorem capitis partem dolor occupat, quòd in ea venæ ſunt craſſiſſimæ & cerebrum anteriore magis capitis parte quàm poſteriore poſitum habet.

Proptereáque oculis non videt, illuc procumbente cerebro ac inflammato. Ad motionem verò impotentiæ ideò corpus detinent. Vbi venæ pituitam ad ſe traxerint, pituitæ frigiditate vti nunc ſanguis magis quàm antea ſiſtatur & refrigeretur neceſſe eſt. At non moto ſanguine, fieri nõ poteſt quin corpus quieſcat, & profundo ſomno veluti alto ſopore detineatur. Et ſiquidem ſanguis reliquumq́; corpus ſuperarit, adeò vt caleſcat, æger euadit. Quòd ſi pituita ſuperauerit, ſanguis magis refrigeratur & concreſcit. Et ſi refrigeratio & concretio magis increſcant, homo prorſus congelatus ac refrigeratus perit. Angina. Oritur autem angina, cùm pituita in capite agitata, deorſum confertim fluxerit, & in maxillis ac circa ceruicem conſtiterit. Hic ſaliuam deglutire non poteſt, nec niſi per vim ſpiritum attrahit, ac ſtertit, interdúque eum febris detinet. Ea igitur eſt morbi origo, & interdũ ſub ipſa lingua, interdum paulò ſupra pectus contingit. Vua curgulionis affectus. Fit autem vua, cũ ad curgulionẽ ex capite pituita delata fuerit, iſq́; pendulus & rubicundus euadit, & ſucceſſu temporis ad hunc modum nigreſcit. Curgulio venoſus eſt & craſſus, & vbi inflammationem concepit, incaleſcit, propterq́; caliditatẽ ſanguinẽ à quo nigreſcit, ex vena attrahit. Quare niſi turgentẽ ſeces, cõfeſtim ſeſe vibrãdo ſpiritum & animam efflant ægri. Vena enim calefacit, & præ caliditate circunſtantia curgulionẽ loca ſanguine implet, intraq́; breue tempus ſuffocantur. Tonſillæ. Tonſillæ autem & partes ſub lingua intumeſcentes, gingiuarũ & linguę tumores, quæq́; id genus hoc loco cõtingere ſolent, ex omnes partes ex pituita afficiuntur. Pituita autem ex capite defertur. Caput verò vbi calefactum fuerit, ex corpore trahit. Incaleſcit autem à cibariis, ſole, laboribus & igne. Morbi ex capite orti. Cùm caput repletur, & ex horum aliquo incaleſcere contingit, torpor caput detinet, & crebro vrinam reddit, aliiſq́; afficitur quæ ex ſtranguria contingere ſolent, eaque nouem diebus patitur. Et ſi quidem per nares aut aures aqua vel mucus erumpat, à morbo vindicatur, ſtranguria ceſſat, vrinamq́; multam & albam ad viginti dies citra laborem reddit, capitis dolor deſinit, & intuenti ſplendor ex oculis ipſi clam ſubducitur, & dimidiatas rerum facies ſibi cernere videtur. Hic intra quadrageſimum diem prorſus conualeſcit, multis tamen quandoque morbus ſeptimo, aut decimoquarto anno reuertitur. Capitis cutis ei craſſeſcit, & tactui cedit, ac ex paucis cibariis mollis benéque coloratus apparet, neq́; acutè audit. Cùm ſic habentem per morbi initia offenderis, antequam per nares & aures aqua erumpat, eumque intenſus dolor detineat, deraſo capite, circum frontem ſcorteo vtriculo, aqua quàm ferre poterit calidiſſima, pleno alligato, ipſum calefieri ſinito, vbique refrixerit alterum adhibeto. Quòd ſi debilis euadat, ceſſato, & intermiſſione facta, rurſus eadem repetito, quoad vehemens dolor remittat. Si verò aluus non ſubducatur, eum ſubluito, & propinatis vrinam ducentibus, aquam mulſam aquoſam ſuperbibendam exhibeto, & quàm maximè foueto, ſuccumq́; ptiſanæ tenuem ſorbeat.

καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν διὰ τοῦτο οὐχ ὁρᾷ, προσκειμένου τοῦ ἐγκεφάλου καὶ φλεγμαίνοντος. τὸ δὲ σῶμα διὰ τόδε ἀκρασίαι ἴσχουσιν. αἱ φλέβες ἐπὴν ἐς ἑωυτὰς ἐρύσωσι φλέγμα, ἀνάγκη ὑπὸ ψυχρότητος τοῦ φλέγματος τὸ αἷμα ἵστασθαι μᾶλλον νῦν ἢ ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ, καὶ ἐψῦχθαι. μὴ κινουμένου δὲ τοῦ αἵματος, οὐχ οἷόν τε μὴ οὐχὶ καὶ τὸ σῶμα ἀτρεμίζειν καὶ κεκαρῶσθαι. καὶ ἢν μὲν τὸ αἷμα καὶ τὸ ἄλλο σῶμα κρατήσῃ ὥστε διαθερμανθῆναι, διαφεύγει. ἢν δὲ τὸ φλέγμα κρατήσῃ, ἐπιψύχεται μᾶλλον τὸ αἷμα καὶ πήγνυται. καὶ ἢν ἐς τοῦτο ἐπιδιδῷ ψυχόμενον καὶ πηγνύμενον, πήγνυται παντελῶς καὶ ἐμψύχεται, ὁ ἄνθρωπος καὶ ἀποθνήσκει. Κυνάγχη. Κυνάγχη δὲ γίνεται, ὅταν ἐν τῇ κεφαλῇ φλέγμα κινηθὲν ῥυῇ ἁλὲς κάτω, καὶ στηρίζηται ἐν τῇσι σιαγόσι, καὶ περὶ τὸν τράχηλον. οὔτε τὸ σίαλον δύναται καταπίνειν. ἀναπνεῖ δέ τε βιαίως καὶ ῥέγχει. καὶ ἔστιν ὅτε καὶ πυρετὸς αὐτὸν ἴσχει. τὸ μὲν οὖν νούσημα ἀπὸ τούτου γίνεται. καὶ ἄλλοτε ὑπ' αὐτὴν τὴν γλῶσσαν, ἄλλοτε ὑπὲρ τῶν στηθέων, ὀλίγον. Σταφυλή. Σταφυλὴ δὲ γίνεται, ὅταν ἐς τὸν γαργαρεῶνα καταβῇ φλέγμα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, καὶ καταχρήμναται, καὶ γίνεται ἐρυθρός. ἢν δὲ πλείων χρόνος γένηται, μελαίνεται. μελαίνεται δὲ ὧδε. ἐπὶ φλεβός ἐστιν ὁ γαργαρεὼν παχέης, καὶ ἐπὴν φλεγμήνῃ, θερμαίνεται. καὶ ὑπὸ τῆς θερμασίης ἕλκει καὶ ἐκ τῆς φλεβὸς τοῦ αἵματος, καὶ μελαίνεται ὑπ' αὐτοῦ. διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἢν μὴ ὀργῶντα τάμνῃς, παραχρῆμα ἀποσφαδάζουσιν. ἡ γὰρ φλὲψ διαθερμαίνεται, καὶ ὑπὸ τῆς θερμασίης ἐμπιπλεῖ τὰ περὶ τὸν γαργαρεῶνα αἵματος. καὶ δι' ὀλίγου ἀποπνίγονται. Ἀντιάδες. Ἀντιάδες δὲ καὶ ὑπογλωσσίδες καὶ οὖλα καὶ γλῶσσα. καὶ ὅσα τοιαῦτα ταύτῃ πεφυκότα, ταῦτα πάντα νοσέει ἀπὸ τοῦ φλέγματος. τὸ δὲ φλέγμα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταβαίνει. ἡ δὲ κεφαλὴ ἐκ τοῦ σώματος ἕλκει. ἕλκει δὲ, ὅταν διαθερμανθῇ. διαθερμαίνεται δὲ, ὑπὸ σιτίων καὶ ἡλίου, καὶ πόνων, καὶ πυρός. ὅταν δὲ διαθερμανθῇ, ἕλκει τὸ λεπτότατον ἐς ἑωυτὴν ἐκ τοῦ σώματος. ὅταν δὲ ἐρύσῃ, καταβαίνει καὶ πάλιν ἐς τὸ σῶμα. Νοῦσοι αἱ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς γενόμεναι. Ὅταν πλήρης γένηται ἡ κεφαλὴ, καὶ τύχῃ ὑπό τινος τούτων διαθερμανθεῖσα, νάρκη ἴσχει τὴν κεφαλὴν. καὶ οὐρέει συχνά. καὶ τὰ ἄλλα πάσχει ἅπερ ὑπὸ στραγγουρίης. ὁ αὐτὸς ἡμέρας ἐννέα, ταῦτα πάσχει. καὶ ἢν μὲν ῥαγῇ κατὰ τὰς ῥῖνας, ἢ κατὰ τὰ ὦτα ὕδωρ καὶ βλέννα, ἀπαλλάσσεται τῆς νούσου. καὶ παύεται τῆς στραγγουρίης. οὐρέει τε ἀπόνως καὶ πουλὺ καὶ λευκὸν, ἐς τὰς εἴκοσιν ἡμέρας. καὶ ἡ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὀδύνη ἐκλείπει. καὶ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἐσορῶντι κλέπτεταί οἱ ἡ αὐγή. καὶ δοκέει τὸ ἥμισυ τοῦ προσώπου ὁρᾷν. ἐν τεσσαρακοσταῖος ὑγιὴς παντελῶς γίνεται. ἐνίοτε δὲ πολλοῖς ὑποστρέψαι ἡ νοῦσος ἑβδόμῳ ἔτει, ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ. καὶ τὸ δέρμα τὸ παχύνεται τὸ τῆς κεφαλῆς. καὶ ψαυόμενον ὑπείκει. καὶ ἀπ' ὀλίγων σιτίων ἁπαλὸς καὶ εὔχροος φαίνεται, καὶ ἀκούει οὐκ ὀξέα. ὅταν οὕτως ἔχοντι ἐπιτύχῃς ἀρχομένης τῆς νούσου πρὸ τοῦ ῥαγῆναι κατὰ τὰς ῥῖνας τὸ ὕδωρ, καὶ κατὰ τὰ ὦτα, καὶ ἔχῃ αὐτὸν ἡ περιωδυνίη, ἀποξυρήσαντα τὴν κεφαλὴν, περιδήσαντα περὶ τὸ μέτωπον τὸν ἀσκὸν τὸν σκύτινον, ὕδατος ἐμπιπλάντα, ὡς ἂν ἀνέχηται θερμοτάτου, ἐᾶν αὐτὸν χλιαίνεσθαι, καὶ ἐπὴν ἀποψυχθῇ, ἕτερον ἔχειν. ἢν δὲ ἀσθενὴς γένηται, παύεσθαι. καὶ διαλιπὼν, αὖθις ποιέειν ταῦτα ἔστ' ἂν χαλάσῃ ἡ περιωδυνίη. καὶ ἢν ἡ κοιλίη μὴ ὑποχωρέῃ, ὑποκλύσαι αὐτόν. καὶ πιπίσκοντα τὰ οὐρητικὰ μελίκρητα διδόναι ἐπιπίνειν ὑδαρέα καὶ θάλπεσθαι ὡς μάλιστα. ῥοφανέτω δὲ τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης, λεπτόν.

ἢν δὲ

ἢν δὲ ἡ γαστὴρ μὴ ὑποχωρέῃ, λινόζωστιν ἑψήσας ἐν ὕδατι, τρίβων, διηθέων τὸν χυλὸν, συμμίσγειν ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς πτισάνης χυλῷ καὶ τῷ ἀπὸ τῆς λινοζώστιος, καὶ μέλι ὀλίγον παραμίσγειν ἐς τὸν χυλόν. τοῦτον ῥοφανέτω τρὶς τῆς ἡμέρης. καὶ ἐπιπινέτω οἶνον μελιχρὸν, ὑδαρέα, λευκὸν, ὀλίγον ἐπὶ τὸ ῥόφημα. ἐπὴν δὲ τὸ φλέγμα ῥαγῇ κατὰ τὰς ῥῖνας τὸ βλεννῶδες, καὶ οὐρέει παχὺ, καὶ τῆς ὀδύνης ἀπαλλαγῇ ἐκ τῆς κεφαλῆς, τῷ ψυχρῷ μηκέτι χρήσθω, ἀλλὰ λουόμενος πολλῷ θερμῷ, πινέτω τὰ διουρητικὰ καὶ μελίκρητον ὑδαρέα. καὶ τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας κέγχρον λειχέτω, καὶ κολοκύντην ἐσθιέτω, ἢ τεῦτλα τρεῖς ἡμέρας. ἔπειτα σιτίοισι χρήσθω, ὡς μαλθακωτάτοισι καὶ διαχωρητικωτάτοισι, προστιθεὶς ὀλίγον αἰεὶ τῶν σιτίων. ἐπὴν δὲ τεσσαράκοντα ἡμέραι διέλθωσι, καθίσταται γὰρ μάλιστα ἡ νοῦσος ἐν τοσούτῳ χρόνῳ, καθήρας αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, πρόσπισον τὸ φάρμακον δοῦναι κάτω καθῆραι, ἢν ὥρη ᾖ τοῦ ἔτεος. ἔπειτα ὀρρὸν μεταπιπίσκειν ἑπτὰ ἡμέρας. ἢν δὲ ᾖ ἀσθενὴς, ἐλάσσονας. ἢν δὲ ὑποστρέψῃ ἡ νοῦσος, πυριάσας ὅλον ἐς αὔριον, ἐλλέβορον πίσαι. κἄπειτα διαλείπειν ὅσον ἄν σοι δοκέῃ χρόνον, καὶ ἔπειτα τὴν κεφαλὴν καθήρας κάτω πιπίσκειν δὸς φάρμακον, καῦσον τὴν κεφαλὴν, ἐσχάρας ὀκτώ. δύο μὲν παρὰ τὰ οὔατα, δύο δὲ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐν τῇ κοτύλῃ. δύο ἐν τῇ ῥινὶ, παρὰ τοὺς κανθούς. τὰς φλέβας καίειν δὲ τὰς μὲν παρὰ τὰ ὦτα, ἔστ' ἂν παύσωνται σφύζουσαι. τοῖσι δὲ σιδηρίοισι, σφηνίσκους ποιησάμενος, διακαίειν πλαγίας τὰς φλέβας. ταῦτα ποιήσας ὑγιὴς γίγνεται. Ἄλλη νοῦσος. ἕλκεα καταπίμπλαται τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰ σκέλεα οἰδίσκεται, ὥσπερ ἀπὸ ὑδρωπιώσης, καὶ ἐν τῇσι κνήμῃσιν ἐμπλάσσεται. καὶ ἢν πιέσῃς, ἡ χροιὴ ἰκτεριώδης. καὶ ἐκφύει ἕλκεα ἄλλοτε ἄλλῃ, μάλιστα δὲ περὶ τὰς κνήμας, καὶ φαίνεται πονηρὰ προσιδεῖν. ἀποφλεγμήναντα δὲ ταχέως ὑγιέα γίνονται. καὶ πυρετὸς ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε λαμβάνει. ἡ δὲ κεφαλὴ αἰεὶ θερμή ἐστι. καὶ ἐκ τῶν ὤτων ὕδωρ ῥέει. ὅταν οὕτως ἔχῃ, φάρμακον δοῦναι, ὑφ' οὗ φλέγμα καὶ χολὴ καθαιρεῖται ἄνω. ἢν μὲν ψῦχος ᾖ, προπυριάσας καὶ λούσας θερμῷ. ἔπειτα διαλείπειν ἡμέρας τρεῖς, τὴν κεφαλὴν καθῆραι. μετὰ δὲ κάτω φάρμακον πίσαι. ἢν δὲ ὥρη ᾖ, καὶ ὀρρὸν μεταπιπίσκειν, εἰ δὲ μὴ, γάλα ὄνου. μετὰ δὲ τὰς καθάρσιας, σιτίοισιν ὡς ἐλαχίστοισι χρήσθω, καὶ διαχωρητικωτάτοισι, καὶ ἀλουτείτω. ἢν δὲ ἡ κεφαλὴ ἡλκῶται, τρύγα κεκαυμένην οἴνου, σμῆγμα ποιῶν σύμμισγε τὸ βαλάνου τὸ ἔκλεμμα, λεῖον τρίβων. λίτρον συμμίσγων ἴσον ἀποσμήξας τούτοισι, λούσθω πολλῷ θερμῷ. χριέσθω δὲ τὴν κεφαλὴν, δαφνίδας τρίψας κηκῖδας. καὶ σμύρναν. καὶ λιβανωτόν. καὶ ἀργυρίου ἄνθος. καὶ ὕειον στέαρ. καὶ δάφνινον ἔλαιον. ταῦτα μίξας χρίειν. μετὰ δὲ ταῦτα χρόνον, ἐμέτοισι χρήσθω τρὶς τοῦ μηνός. καὶ γυμναζέσθω καὶ θερμολουτείτω. ἢν δέ σοι ταῦτα ποιέοντι, ἐκ μὲν τοῦ ἄλλου σώματος ἡ νοῦσος ἐξελήλυθεν, ἐν δὲ τῇ κεφαλῇ ἔτι ἕλκεα γίνηται, καθήρας τὴν κεφαλὴν αὖθις, φάρμακον κάτω μεταπίσαι. ἔπειτα ξυρήσας τὴν κεφαλὴν κατατάμνειν τομὰς λεπτάς. καὶ ἐπὴν ἀπορρυῇ τὸ αἷμα, κατατρῖψαι. ἔπειτα εἴρια πινόεντα οἴνῳ ῥαίνων, ἐπιδεῖν. καὶ ἐπὴν ἀπολύσῃς, περισπογγίζειν καὶ μὴ βρέχειν. ἔπειτα κυπάρισσον ἐπιπάσσειν, ἐλαίῳ ὑποχρίειν. τοῖσι δὲ εἰρίοισι ἐπιδέσμοισι χρήσθω, ἔστ' ἂν ὑγιὴς γένηται. Ἄλλη νοῦσος.

Quòd ſi venter non ſubducatur, mercurialem aqua coctam terito, ſuccum percolato, eiúſque parem portionem cum priſanæ ſucco permiſceto, & pauco melle ſucco admixto, hunc ter die ſorbeat, vinumq; mulſum, aquoſum, album, modicum, poſt ſorbitionem propinato. At poſtquam ei per nares mucoſa eruperint, & vrinam craſſam reddiderit, doloréque capitis liberatus fuerit, vtre ne ampliùs vtatur, ſed multa calida lotus, vrinam mouentia, & aquam mulſam aquoſam bibat. Et primis quidem diebus milium lingat, & cucurbitam aut betas tribus diebus edat, deinde cibis quàm molliſſimis, & aluum maximè ſubducentibus vtatur, pauco ſemper cibo addito. Diebus verò quadraginta elapſis (tanto enim tempore morbus præcipuè circumſcribitur) vbi ipſius caput repurgaueris, primùm medicamentum deorſum purgans exhibebis, ſi anni tempeſtas permiſerit, deinde ſerum ſeptem diebus propinabis, aut ſi debilis exiſtat, paucioribus. Quòd ſi reuertatur morbus, toti corpori fomento adhibito, poſtridie veratrum potui exhibeto, deinde quantum videbitur intermiſſione facta, túncque ad caput repurgandum exhibito medicamento deorſum purgante, caput octo cruſtis inurito, duabus quidem ad aures, duabus verò ad poſteriorem capitis partem, hinc atque hinc ad ceruicis initium, duabus in naribus, iuxta oculorum angulos. Venas autem iuxta aures quoad pulſare ceſſent, vrito. ferramentis verò quæ cuneolos faciant, eas tranſuerſas perurito. Atq; hæc vbi feceris ſanitas continget. Alius morbus. Vlceribus circa caput impletur, & crura intumeſcunt, velut ex aquæ potu tibiæ vlceribus offarciuntur, ac ſi premas, color eſt auriginoſus, vlceráque aliàs alia corporis parte, præcipuéque in tibiis pullulant, & maligna aſpectu apparent, depoſita verò inflammatione celeriter ſanantur, febriſque ſubinde corripit, caput perpetuò calet, & ex auribus aqua effluit. Cùm ſic habet, medicamentum ei exhibeto quod pituitam & bilem ſurſum purget, ſi quidem frigus fuerit, vbi priùs foueris & calida laueris. Deinde trium dierum intermiſſione facta caput purgato, poſteaq; medicamentum deorſum purgans bibendum dato, & ſi anni tempus opportunum fuerit, ſerum deinceps propinato, ſin minùs, lac aſininum. Poſt purgationes autem cibis quàm pauciſſimis, maximeque aluum ſubducentibus vtatur, neque lauet. Quòd ſi caput vlceretur, ſmegmate ex vini fœce vſta parato, glandis putamen læuiter tritum admiſceto, nitri pari portione admixta, quibus defrictus multa calida lauetur. Caput autem inungatur baccis lauri tritis, gallis, myrrhà, thure, argenti flore, adipe ſuillo, & oleo laurino, quibus commixtis illinito. Poſt hæc autem vomitionibus ter in menſe vtatur, exerceat ſe & calida lauetur. Quòd ſi cùm hæc feceris, morbus quidem ex reliquo corpore diſceſſerit, in capite autem adhuc ipſi vlcera oriantur, rurſus capite purgato, medicamentum deorſum purgans poſtea propinato, deinde caput deraſum leuibus inciſuris incidito. cúmque ſanguis effluxerit, confricato, mox lanas ſuccidas vino madidas obuoluito, cumque ſolueris, ſpongia detergito, nec madefacito. Deinde inſparſo cypariſſi puluere, oleo ſublinito. Laneis autem vinculis, quoad ſanus euadat, vtatúr. Alius morbus.

Caput dolor vehemens prehendit, & vbi quis vel paululùm agitatur, bilem vomit, interdum verò difficulter vrinam reddit, & mente alienatur, cúmque ad ſeptimum diem peruenerit, quandoque moritur. Quòd ſi hunc tranſmiſerit, etiam nono aut vndecimo die, niſi ei per nares, vel aures effluxerit. Si verò eruperit, euadit. Fluit autem aqua aliquantulum bilioſa, deinde ſucceſſu temporis, putredine in pus vertitur. Cùm igitur ita habuerit, quoad quidem dolor vehemens detinuerit, per initia antequam ex naribus & auribus erumpat, ſpongias calida madefactas capiti propius admoueto. Si verò his minimè remittat, vtre eo modo quo in priore morbo vtitor. Aquam auté mulſam aquoſam bibat, ſin minùs poſt mulſam, aquam in qua farina hordei craſſior macerata fuerit. Priſanæ verò ſuccum ſorbeat, & vinũ albũ aquoſum ſuperbibat. Vbi autem per aures eruperit, febriſq; & dolor remiſerit, cibis vtatur aluum ſubducentibus, à paucis initio ducto, ſemper aliquid addendo. Calida caput lauet, & aures aqua limpida proluat, ſpongiamq; melle imbutam imponat. Quòd ſi ne ſic quidem reſiccetur, verùm diuturna fluxio euadat, poſt colluuionem factam, argentiq; florem, ſandaracham, ceruſam, ſingula pari portione tenuiter trita immittito, his aures impleto ac refercito, & ſi quid ſuperfluat, aliquid de medicamento ſuperiniicito. Cũ verò auris reſiccata fuerit, vbi expurgaueris medicamentũ abluito, deinde, cùm primùm auris reſiccata obſurdeſcat, lenibus fomentis aures foueto. Sic enim non niſi ægrè, ac longo tempore conquieſcet. Moriuntur quoque ſi etiam vehemens dolor aurem occupet, neq; intra ſeptem dies eruperit. Hunc calida multa lauato, & ſpongias aqua calida maceratas, tepidas expreſſas, ad aurem apponito. Quòd ſi ne ſic quidem rumpatur, ei fomentum ad aurem admoueto. Sorbitionibus autem & potionibus iiſdem quibus in ſuperioribus vtitor. Alius morbus. Aqua ſi in cerebro ſuborta fuerit, dolor acutus ſinciput & tempora, interdumque alia capitis parte detinet, ſubindeque rigor ac febris, oculorum regiones dolor occupat, iique caligant, pupilla ſcinditur, & ex vno duo ſibi cernere videtur, & ſi ſurrexerit, ipſum tenebricoſa vertigo prehendit, neque ventum, neq; ſolem ſuſtinet, aures tinniunt, auditoque ſtrepitu indignatur, ſaliuam & pituitã vomitione refundit, quandoq; verò etiam cibos, capitis cutis extenuatur, & contactu gaudet. Cùm ita habeat, primùm quidem medicamentum ſurſum purgans, quod pituitam educat exhibeto, poſt hæc caput purgato, deinde intermiſſione facta medicamentum deorſum purgans propinato, mox eum cibis quàm maximè aluũ ſubducentib. reficito, ſenſim ſemper adiiciendo. Vbi verò iam ſatis ciborũ comederit, ieiunus vomitionib. vtatur, lenticulæ decocto melle & aceto admixto, olera comedens, eoq; die quo vomuerit, primùm quidem cyceonem liquidũ bibat, deinde ſub veſperum paucis cibis vtatur, neq; lauet, poſt cibos deambulet & mane, ventum & ſolem deuitans, neq; ad igné accedat. Quòd ſi cùm hæc feceris, ſanus euadat, ſat eſt, ſin minus, vbi eum vere primùm quidem veratro ante purgaueris, deinde etiam in nares medicamentum infundito, & paruo tempore intermiſſo, deorſum purgato. Deinde poſtquam cibis eum refeceris, demum ſecto iuxta ſinciput capite, ad cerebrum vſque perforato, & velut ſectionem per terebram curato. Alius morbus. Rigor, febris, & dolor caput vexat,

Περιωδυνίη λαμβάνει τὴν κεφαλὴν, καὶ ἐπὴν κινήσῃ τι ἢ πίῃ, ἐμέει χολήν. ἐνίοτε δὲ καὶ δυσουρέει καὶ παραφρονέει. ἐπὴν δ' ἑβδομαῖος γένηται, ἐνίοτε ἀποθνήσκει. ἢν δὲ τὴν ἑβδόμην διέλθῃ, καὶ ἐναταῖος ἢ ἑνδεκαταῖος. ἢν μὴ οἱ ῥαγῇ κατὰ τὰς ῥῖνας ἢ κατὰ τὰ ὦτα. ἢν δὲ ῥαγῇ, ὑπεκφυγγάνει. ῥεῖ δὲ ὑπόχολον ὕδωρ. ἔπειτα τῷ χρόνῳ, πύον γίνεται σηπόμενον. ὅταν οὖν οὕτως ἔχῃ, ἕως μὲν ἂν ἡ περιωδυνίη ἔχῃ κατ' ἀρχὰς, πρὶν ῥαγῆναι ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τῶν ὤτων, σπόγγους ἐν ὕδατι θερμῷ βρέχων, ἄσσον προστιθέναι πρὸς τὴν κεφαλήν. ἢν δὲ μὴ τούτοισι χαλᾷ, τῷ ἀσκῷ χρέεσθαι τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ἐπὶ τῆς προτέρης. πινέτω δὲ μελίκρητον ὑδαρέα. ἢν δὲ μὴ, ἀπὸ τοῦ μελικρήτου, τὸ ἀπὸ τῶν κριμνῶν ὕδωρ πινέτω. ῥοφανέτω δὲ τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης, καὶ ἐπιπινέτω λευκὸν οἶνον ὑδαρέα. ἐπὴν δὲ ῥαγῇ κατὰ τὰ ὦτα, καὶ πυρετὸς ἀνῇ καὶ ἡ ὀδύνη, σιτίοισι χρήσθω διαχωρητικοῖσιν, ἀρξάμενος ἐξ ὀλίγων, προστιθεὶς αἰεί. καὶ λούσθω θερμῷ κατὰ κεφαλῆς. καὶ τὰ ὦτα διακλυζέτω ὕδατι καθαρῷ. καὶ ἐντιθέτω σπογγίον μέλιτι ἐμβάπτων. ἢν δέ τοι μὴ ξηραίνηται οὕτως, ἀλλὰ χρόνιον γένηται τὸ ῥεῦμα, διακλύσας, ἐμβάλλειν ἀργύρου ἄνθος, καὶ σανδαράχην, ψιμμύθιον, ἴσον ἑκάστου, λεῖα τρίβων ἐμπιπλὰς τὸ οὖς, σάσσειν. καὶ ἢν παραρρέῃ, ἐπεμβάλλειν τοῦ φαρμάκου. ἐπὴν δὲ ξηρὸν γένηται τὸ οὖς, ἐκκαθήρας, ἐκκλύσαι τὸ φάρμακον. ἔπειτα, κωφοὶ γὰρ γίνονται τὸ πρῶτον ἀποξηρανθὲν, πυριᾶν αὐτὸν βληχρῇσι πυρίῃσι τὰ ὦτα. καταστήσεται γὰρ οὕτω μόλις καὶ ἐν χρόνῳ. ἀποθνήσκουσι δὲ καὶ ἢν ἐς τὸ οὖς περιωδυνίη γενομένη μὴ ῥαγῇ ἐν τῇσιν ἑπτὰ ἡμέρῃσι. τοῦτον λούειν πολλῷ θερμῷ, καὶ σπόγγους ἐν ὕδατι θερμῷ βρέχων, ἐκπιάσαντα χλιαροὺς, προστιθέναι πρὸς τὸ οὖς. ἢν δὲ μὴ οὕτω ῥήγνυται, πυριᾶν αὐτοῦ τὸ οὖς. ῥοφήμασι δὲ καὶ πόμασι, τοῖσιν αὐτοῖσι χρέεσθαι, οἷσι περ ἐπὶ τοῖσι πρόσθεν. Ἑτέρη νοῦσος. Ἢν ὕδωρ ἐπὶ τῷ ἐγκεφάλῳ γένηται, ὀδύνη ὀξείη ἴσχει διὰ τοῦ βρέγματος καὶ τῶν κροτάφων ἄλλοτε ἄλλῃ, καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. καὶ τὰς χώρας τῶν ὀφθαλμῶν ἀλγέει καὶ ἀμβλυώσσει, καὶ ἡ κόρη σχίζεται, καὶ δοκέει ἐκ τοῦ ἑνὸς δύο ὁρᾶν. καὶ ἢν ἀναστῇ, σκοτοδινίη μιν λαμβάνει, καὶ τὸν ἄνεμον οὐκ ἀνέχεται, οὐδὲ τὸν ἥλιον. καὶ τὰ ὦτα τέτριγε. καὶ τῷ ψόφῳ ἄχθεται ἀκούων. καὶ ἐμέει σίελα καὶ λάπην, ἐνίοτε δὲ καὶ τὰ σιτία. καὶ τὸ δέρμα λεπτύνεται τῆς κεφαλῆς, καὶ ἥδεται ψαυόμενος. ὅταν οὕτως ἔχῃ, πρῶτον μὲν δοῦναί οἱ πιεῖν φάρμακον ἄνω, ὅ, τι φλέγμα ἄξει, καὶ μετὰ τοῦτο τὴν κεφαλὴν καθῆραι. ἔπειτα διαλείπων φάρμακον πῖσαι κάτω. ἔπειτα σιτίοισιν ἀνακομίζειν αὐτὸν, ὡς ὑποχωρητικωτάτοισιν, ὀλίγα αἰεὶ προστιθείς. ἐπὴν δὲ καταπλησθῇ ἤδη τὰ σιτία ἀρκοῦντα, ἐμέτοισι χρήσθω νῆστις, τῷ φακίῳ συμμίσγων μέλι καὶ ὄξος, λάχανα προτρώγων. καὶ τῇ ἡμέρῃ ταύτῃ ᾗ ἂν ἐμέσῃ, πρῶτον μὲν κυκεῶνα πινέτω λεπτόν. ἔπειτα ἐς ἑσπέρην, σιτίοισιν ὀλίγοισι χρήσθω καὶ ἀλουτείτω. καὶ περιπατείτω ἀπὸ τῶν σιτίων, καὶ ὄρθρου φυλασσόμενος τὸν ἄνεμον καὶ τὸν ἥλιον. καὶ πρὸς πῦρ μὴ προσίτω. καὶ ἢν μὲν ταῦτα ποιήσαντι ὑγιὴς γένηται, εἰ δὲ μὴ, προκαθήρας αὐτὸν τοῦ ἦρος πρῶτον μὲν ἐλλεβόρῳ, ἔπειτα καὶ ἐς τὰς ῥῖνας ἐγχέαι φάρμακον. καὶ διαλιπὼν ὀλίγον χρόνον, κάτω καθῆραι. ἔπειτα ἀνακομίσας σιτίοισιν, εἶτα κατατάμνειν τὴν κεφαλὴν κατὰ τὸ βρέγμα, τρυπῆσαι πρὸς τὸν ἐγκέφαλον καὶ ἰῆσθαι ὡς πρίσμα. Ἄλλη νοῦσος. Ῥῖγος, ὀδύνη καὶ πυρετὸς διὰ τῆς κεφαλῆς, μάλιστα

μάλιστα δὲ ἐς τὸ οὖς, καὶ ἐς τοὺς κροτάφους, καὶ ἐς τὸ βρέγμα. καὶ τὰς χώρας τῶν ὀφθαλμῶν ἀλγέει. καὶ αἱ ὀφρύες δοκέουσιν οἱ ἐπικέεσθαι. καὶ τὴν κεφαλὴν βάρος ἔχει. καὶ ἤν τις μιν κινήσῃ, οὐρέει. καὶ οὐρέει πουλὺ καὶ ῥηϊδίως. καὶ τοὺς ὀδόντας ναρκᾷ. καὶ αἱμωδίην ἔχει, καὶ αἱ φλέβες αἴρονται, καὶ σφύζουσι τῇ κεφαλῇ. καὶ οὐκ ἀνέχεται ἠρεμέων, ἀλλ' ἀλύει καὶ παραφρονέει ὑπὸ τῆς ὀδύνης. τούτῳ ἢν μὲν κατὰ τὰς ῥῖνας, ἢ κατὰ τὰ ὦτα ῥαγῇ, ὕδωρ ῥεῖ ὑπόπυον, καὶ ὑγιὴς γίνεται. ἢν δὲ μή, ἀποθνήσκει ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ὡς τὰ πολλά. αὕτη ἡ νοῦσος γίνεται μάλιστα ἐκ λιπυρίης, ἐπὴν ἀπαλλαγῇ τοῦ πυρετοῦ ἀκάθαρτος ἐών, ἢ σιτίων ἐμπλησθῇ, ἢ θωρηχθῇ, ἢ ἐν ἡλίῳ κάμῃ. ὅταν οὕτως ἔχῃ, πρῶτον μὲν ἀφεῖναι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ αἵματος, ὁπόθεν ἄν σοι δοκέῃ. ἐπὴν δὲ ἀφῇς, τὴν κεφαλὴν ξυρήσας, ψύγματα οἱ προσφέρειν. καὶ ἢν μὴ ὑποχωρέῃ ἡ γαστήρ, ὑποκλύσαι. πίνειν δὲ διδόναι τὸν ἀπὸ τῆς πτισάνης χυλὸν ψυχρόν, καὶ ἐπιπίνειν ὕδωρ. ἢν δὲ ὁ πόνος τὰ ψύγματα μὴ χαλᾷ, μεταβάλλων, τῷ ἀσκῷ χρῆσθαι καὶ θερμαίνειν. ἐπὴν δὲ παύσηται ἡ ὀδύνη, σιτίοισι χρῆσθαι διαχωρητικοῖσι, καὶ μὴ ἐμπιπλάσθω. ἐπὴν δὲ ἤδη εἴκοσι ἡμέρας πεπαυμένης τῆς ὀδύνης, πυριήσας αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν πρὸς τὰς ῥῖνας φάρμακον προσθεῖναι, καὶ διαλιπὼν ἡμέρας τρεῖς, φάρμακον πῖσαι κάτω. Ἑτέρη νοῦσος. Ἢν ὑπερεμέσῃ τὰ φλέβια τὰ αἵματος τὰ περὶ τὸν ἐγκέφαλον, θερμαίνει τὸν ἐγκέφαλον, πυρετὸς ἴσχει ἰσχυρὸς καὶ ὀδύνη ἐς τοὺς κροτάφους, καὶ τὸ βρέγμα, ἐς τὸ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς. καὶ τὰ ὦτα ἠχεῖ, καὶ πνεύματος ἐμπίπλαται, καὶ ἀκούει οὐδέν. καὶ ἀλύει καὶ ῥιπτάζει αὐτὸς ἑωυτὸν ὑπὸ τῆς ὀδύνης. οὗτος ἀποθνήσκει πεμπταῖος, ἢ ἑκταῖος. ὅταν οὕτως ἔχῃ, θερμαίνειν αὐτοῦ τὴν κεφαλήν. ἢν γὰρ ῥαγῇ διὰ τῶν ὤτων ἢ τῶν ῥινῶν ὕδωρ, οὕτως ἐκφυγγάνει τὸν ὄλεθρον. ἢν δὲ φύγῃ τὰς ἡμέρας τὰς ἕξ, διαιτᾶν αὐτὸν ὥσπερ τὸν πρότερον. Ἑτέρη νοῦσος. Ἢν ὑπερεμέσωσιν αἱ φλέβες ἐς τὴν κεφαλήν,[16] ὀδύνη ἔχει βραχέη τὴν κεφαλὴν πᾶσαν, καὶ ἐς τὸν τράχηλον. καὶ μεταβάλλει, ἄλλοτε ἄλλῃ τῆς κεφαλῆς. καὶ ἐπὴν ἀναστῇ, σκοτοδινίη μιν ἴσχει. πυρετὸς δὲ οὐ λαμβάνει. ὅταν οὖν οὕτως ἔχῃ, ξυρήσας τὴν κεφαλήν, ἢν μὴ τοῖσι χλιάσμασιν ὑπακούῃ,[17] σχάσαι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τὸ μέτωπον, ᾗ ἀπολήγει τὸ δασύ. ἐπὴν δὲ τάμῃς διαστείλας τὸ δέρμα ὅταν ἀποῤῥυῇ τὸ αἷμα, ἁλσὶ λεπτοῖσι διαπάσαι. ἐπὴν δέ σοι τὸ αἷμα ἀποῤῥυῇ, συνθεὶς τὴν τομήν, κρόκῃ διπλῇ κατειλίξαι πᾶσαν αὐτήν. ἔπειτα περιχρίσας τῇ κηρωτῇ σπληνίσκον, ἐπιθεὶς κάτω ἐπὶ τῷ ἕλκει, ἔρια οἰσυπηρὰ ἐπιθεὶς, καταδῆσαι. καὶ μὴ λῦσαι ἄχρις ἑπτὰ ἡμερέων, ἢν μὴ ὀδύνη ἔχῃ. ἢν δὲ ἔχῃ, ἀπολύσασθαι. διδόναι δὲ ἔστ' ἂν ὑγιὴς γένηται, πίνειν μὲν τὸ ἀπὸ τῶν κριμνῶν. ῥοφάνειν δὲ τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης, καὶ ἐπιπίνειν ὕδωρ. Ἑτέρη νοῦσος. Ἢν δὲ χολᾷ ὁ ἐγκέφαλος, πυρετὸς ἴσχει βληχρὸς καὶ ῥῖγος. καὶ ὀδύνη διὰ τῆς κεφαλῆς πάσης, μάλιστα δὲ ἐς τοὺς κροτάφους, καὶ ἐς τὸ βρέγμα, καὶ ἐς τὰς χώρας τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ αἱ ὀφρύες ἐπικρέμασθαι δοκέουσι. καὶ ἐς τὰ ὦτα, ὀδύνη ἐσφοιτᾷ. καὶ ἐνίοτε καὶ κατὰ τὰς ῥῖνας χολὴ ῥεῖ. καὶ ἀμβλυώσσουσι τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι. καὶ τοῖσι μὲν πλείστοισιν, ἐς τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς ἡ ὀδύνη ἐσφοιτᾷ. γίνεται δὲ καὶ ἐν πάσῃ τῇ κεφαλῇ. ὅταν οὕτως ἔχῃ, ψύγματα τῷ προστιθέναι πρὸς τὴν κεφαλήν. καὶ ἐπὴν ἥ τε ὀδύνη[18] καὶ τὸ ῥεῦμα παύσηται, σελίνου χυλὸν ἐς τὰς ῥῖνας ἐγχεῖν.

præcipuè verò ad aurem & tempora, ac ſinciput, & oculorum regiones dolet, ſupercilia velut pondus incumbere videntur, & caput grauatur, ac ſi quis eum agitet, vrinam reddit copioſè & facilè, dentes torpor & ſtupor detinet, venæ attolluntur & in capite pulſant, quietem ferre nequit, ſed anxietudine premitur, & præ dolore mente alienatur. Huic ſi quidem per nares aut aures eruperit, aqua effluit aliquantum purulenta, & conualeſcit, ſin minùs, ſeptem diebus ferè moritur. Hic morbus præcipuè ex febre lipyria ortum habet, cùm febre liberatus, neque purgatus, aut cibis & vino ſe impleuerit, aut inebriatus fuerit, aut in ſole ſe exercuerit. Cùm ſic habuerit, primùm quidem ſanguinem ex capite quacunque parte viſum fuerit demito, eoque detracto, raſo capite ei refrigerantia admoueto, & ſi venter non ſubducatur, per infuſum ſubluendus. Potui autem ptiſanæ ſuccus frigidus exhibendus, & aqua ſuperbibenda. Quòd ſi ad refrigerantia ei non remittat morbus, mutatione facta, vtre vtitor & calefacito. Vbi verò dolor ſedatus fuerit, cibis alium ſubducentibus vtatur, neque impleatur. Cùm autem ſedato dolore ad vigeſimum diem peruenerit, fomento capiti adhibito, medicamentum ad nares admoueto, & intermiſſione trium dierum facta, medicamentum deorſum purgans propinato. Alius morbus. Si venulæ copiam ſanguinis circa cerebrum ſupereuomuerint, & cerebrum calefecerint, febris ac dolor vehemens ad tempora, ſinciput, & poſteriorem capitis partem detinet, aures tinniunt, flatibus implentur, nihil audit, æſtuat, & præ dolore ſe ipſe incontinenter iactat. Hic quinto aut ſexto die moritur. Cùm ſic habuerit, caput calefacito. Etenim ſi per aures aut nares aqua proruperit, periculum effugit. Quòd ſi ſextum diem euaſit, eandem victus rationem quam in priore morbo inſtituito. Alius morbus. Si venæ in caput ſupereuomuerint, dolor leuis totum caput detinet, & ad ceruicem pertingit, interdumque ad alias capitis partes tranſmittit, deinde vbi ſurrexerit, cum tenebricoſa vertigo occupat, febris non prehendit. Cùm ſic habuerit, deraſo capite, niſi calefactoriis ceſſarit, à capite frontem quà capillus definit, ſcindito, ſectam cutim diducito, vbi ſanguis defluxerit, tenuiſſimo ſale conſpergito. Poſtea verò quàm ſanguis defluxerit, totam ſectionem duplici filo inuolutam componito, deinde ſplenium cera & pice illitum, vlceri inferiore parte imponito, lana ſuccida appoſita deligato, & finito ad dies ſeptem, niſi dolor detineat, qui ſi detineat, ſoluito. Aquam autem in qua farina hordei craſſior macerata fuerit, quoad conualuerit, ei bibendam exhibeto, ptiſanæ verò ſuccum ſorbendum, aquam etiam ſuperbibendam dato. Alius morbus. Si cerebrum bilis vexet, febris lenis & rigor detinet, dolorque toto capite, præcipuè verò ad tempora, ſinciput, & oculorum regiones, ſupercilia ſuſpendi videntur, & ad aures dolor peruadit, quandoque per nares bilis effluit, oculi caligant, & pleriſque quidam ad dimidiam capitis partem dolor peruenit; toto etiam capite oritur. Cùm ita habuerit, refrigerantia ei ad caput ad moueto, & vbi dolor & fluxio quieuerit, apijſuccum in nares inſtillato,

neq; lauet quamdiu dolor detinet, & milium liquidum pauco melle affuſo ſorbeat, & aquam bibat. Quòd ſi aluus non ſubducatur, braſſicas edat, & ſuccum ſorbeat, ſin minùs, foliorũ ſambuci ſuccum ad eundem modum. Cumq; tempeſtiuũ tibi videbitur, cibos quàm maximè aluum ſubducentes ei porrigito. Ac ſi propulſata fluxione & dolore, ad ſupercilia iuxta naſum pondus quoddam ei incumbere videatur, mucuſq; craſſus ſit & putridus, fomento ex aceto, aqua & origano adhibito, mox calida loto, æris florẽ & myrrham ad nares admoueto. Hæc vbi feceris, plærunq; ſanum videbis, morbus autem minimè eſt lethalis. Alius morbus. Si ſyderatum cerebrum fuerit, dolor ex occipitio ad ſpinam tendit, & cor frigus permeat, derepente nouus ſudor oritur, & per nares ſanguis fluit, plerìq; etiam vomunt. Hic intra tres dies moritur. Quòd ſi ſeptimum diem ſuperauerit (plerìq; verò minimè ſuperant,) & ſi ſanguinem vomat, aut ex naribus effluat, neq; eum calida lauato, neq; calefactoria admoueto. Acetũ verò album aqua temperatum potui exhibeto, & ſi debilis fuerit priſanam ſorbendã dato. Quòd ſi plus æquo ſanguinẽ tibi vomitione refundere, aut ei ex narib. effluere videatur, à vomitu quidem farinã ſetaniam aquæ inſperſã bibat. Si verò ex naribus fluat, brachiorũ & temporũ venas, ſpleniis ſuppoſitis deligato. At ſi horum neutrũ affuerit, occipitium autem, & ſpinã dolor vexet, & ad cor frigus procedat, eruo pectus, dorſum, occipitiũ, & ceruicem calefacito. Hęc cùm feceris maximè iuueris. Pauci verò ex hoc morbo euadũt. Alius morbus. Derepente ſanum capitis dolor prehendit, cõfeſtimq; vox eum deficit, ſtertit, & os apertum eſt, & ſi quis eum vocet aut agitet, ſolùm ingemiſcit, nihil intelligit, vrinã copioſam reddit, eamq; ſe reddere nõ percipit. Hic niſi eum febris corripiat, intra ſeptem dies moritur. Quòd ſi corripuerit, plærunq; ſanus euadit. Huiuſmodi autem morbus ſenioribus ferè cõtingit, magiſq; quàm iunioribus. Hic cùm ſic habeat, multa calida lauãdus eſt, & quàm maximè fouendus, eiq; aqua mulſa tepida in os inſtillanda. Quòd ſi ad ſe redeat & morbum effugiat, cùm eum cibis refeceris, & vires valere videbuntur, immiſſo in nares medicamento, paucisq; intermiſſis diebus medicamentum deorſum purgans propinato. Niſi enim purgaueris, metus eſt ne rurſus morbus reuertatur. Ferè autem ex priore minimè euadunt. Alius morbus. At ſi quis ex temulentia voce deficiat, ſi quidẽ iam confeſtim eum febris corripiat, cõualeſcit, ſin minùs, intra tertium diem moritur. Cùm ita habentem offenderis, multa calida lauato, & ſpongias calida imbutas ad caput admoueto, & in nares cepas detracto cortice immittito. Hic ſiquidem apertis oculis & voce recuperata ad ſe redeat, neq; nugas loquatur, eo die ſopore detentus iacet, poſtero verò conualeſcit, Quòd ſi erectus bilem vomuerit, in inſaniam agitur, fereq; diebus quinque, niſi dormiat, moritur. Hunc igitur hæc facere oportet, multa calida lauare, donec ad ſe redeat, deinde copioſo oleo illitum, in mollibus ſtratis, veſtimentis contectum recumbere, neque apud eum lucernam ardere, neque loqui.

καὶ μὴ λουέσθω ἕως ἂν ἡ ὀδύνη ἔχῃ. καὶ ῥοφανέτω κέγχρον λεπτὸν, μέλι ὀλίγον παραχέων. καὶ πινέτω ὕδωρ. ἢν δὲ μὴ ὑποχωρέῃ, κράμβας ἐσθιέτω καὶ τὸν χυλὸν ῥοφανέτω. ἢν δὲ μὴ, [40] τῆς ἀκτῆς τῶν φύλλων τὸν χυλὸν τὸν αὐτὸν τρόπον. καὶ ἐπήν σοι δοκέῃ καιρὸς εἶναι, σιτία προσφέρειν οἷα ὡς ὑποχωρητικώτατα. καὶ ἢν ἀπηλλαγμένου τοῦ ῥεύματος καὶ τῆς ὀδύνης, [41] ὑπὸ τῆς ὀσφύος αὐτῷ βάρος τι γίνηται κατὰ τὸν μυξωτῆρα, ἢν μύξα παχείη ᾖ καὶ σαπρὴ, πυριήσας αὐτὸν ὄξει καὶ ὕδατι καὶ ὀριγάνῳ, ἔπειτα λούσας θερμῷ ὕδατι, προσθεῖναι τὸ ἄνθος τοῦ χαλκοῦ καὶ τὴν σμύρναν πρὸς τὰς ῥῖνας. ταῦτα ποιήσας, ὡς τὰ πολλὰ [42] ὑγιέα δείξεις. ἡ δὲ νοῦσος οὐ θανατώδης. Ἑτέρη νοῦσος. Ἢν σφακελίσῃ ὁ ἐγκέφαλος, ὀδύνη λάζεται ἐκ τῆς κοτύλης ἐς τὴν ῥάχιν. καὶ ἐπὶ τὴν καρδίην καταφοιτᾷ ψῦχος. καὶ ἱδρὼς ἐξαπίνης καινὸς τελέθει. καὶ διὰ τῶν ῥινῶν αἷμα ῥεῖ. πολλοὶ δὲ καὶ ἐμέουσιν. οὗτος ἐν τρισὶν ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκει. ἢν δὲ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας ὑπερφύγῃ, οὐχ ὑπερφεύγουσι δὲ οἱ πολλοί. ἢν οὖν τὸ αἷμα ἐμέῃ ἢ ἐκ τῶν ῥινῶν ῥέῃ, μήτε λούειν αὐτὸν θερμῷ, μήτε χλιάσματα προσφέρειν. πίνειν δὲ διδόναι, ὄξος λευκὸν [43] ὑδαρέα κιρνάς. καὶ ἢν ἀσθενέῃ, τὸν πτισάνης ῥοφανέτω. ἢν δὲ πλείονός σοι δοκέῃ τοῦ δικαίου ἐμέειν τὸ αἷμα, ἢ ἐκ τῶν ῥινῶν ῥέῃ, ἀπὸ μὲν τοῦ ἐμέτου πινέτω [44] ἄλητον σητάνιον ἐπὶ ὕδωρ ἐπιπάσσων. ἢν δὲ ἐκ τῶν ῥινῶν ῥέῃ, καὶ ἀποδείτω τὰς φλέβας τὰς ἐν τοῖσι βραχίοσι, καὶ τὰς ἐν τοῖσι κροτάφοισι, σπλήνας ὑποθείς. ἢν τούτων μηδέτερον ἔῃ, ἀλγέῃ δὲ τὴν κοτύλην, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὴν ῥάχιν, καὶ ἐπὶ τὴν καρδίην ἴῃ τὸ ψῦχος, χλιαίνειν ἐν τοῖσιν ὀρόβοισι τὰ στέρνα, καὶ τὸν νῶτον. καὶ τὴν κοτύλην. καὶ τὸν τράχηλον. ταῦτα ποιέων, μάλιστα ἂν ὠφελέοι. ἐκφεύγουσι δὲ τὴν τοιαύτην νοῦσον, ὀλίγοι. Ἑτέρη νοῦσος. [45] Ἐξαπίνης ὑγιαίνοντα ὀδύνη ἔλαβε τὴν κεφαλὴν. καὶ παραχρῆμα ἄφωνος γίνεται. καὶ ῥέγκει. καὶ τὸ στόμα χάσκει. καὶ ἤν τις αὐτὸν καλέῃ ἢ κινήσῃ, στενάζει μοῦνον. συνίει δὲ οὐδέν. καὶ οὐρεῖ πολύ. [46] καὶ οὐκ ἐπαΐει οὐρέων. οὗτος ἢν μὴ πυρετὸς λάβῃ, ἐν τῇσιν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκει. ἢν δὲ λάβῃ, ὡς τὰ πολλὰ ὑγιὴς γίνεται. ἡ δὲ τοιαύτη νοῦσος πρεσβυτέροισι μάλιστα γίνεται, ἢ νεωτέροισι. τοῦτον ὅταν οὕτως ἔχῃ, λούειν χρὴ πολλῷ καὶ θερμῷ. καὶ θάλπειν ὡς μάλιστα. καὶ ἐνστάζειν μελίκρητον χλιαρὸν ἐς τὸ στόμα. ἢν δὲ ἔμφρων γίνηται καὶ ἐκφύγῃ τὴν νοῦσον, ἀνακομίσας αὐτὸν σιτίοισιν, ἐπήν σοι δοκέῃ ἰσχύειν, ἐς τὰς ῥῖνας ἐνθεὶς αὐτῷ φάρμακον, καὶ διαλιπὼν ὀλίγας ἡμέρας, κατωτερικὸν δὸς πιεῖν. ἢν γὰρ μὴ καθήρῃς, δεῖμα αὖθις τὴν νοῦσον ὑποστρέψαι. ἐκφυγγάνουσι δὲ οὐ μάλα ἐκ τῆς προτέρης. Ἑτέρη νοῦσος. Ἢν δὲ ἐκ θωρήξιος ἄφωνος γένηται, ἢν μὲν αὐτίκα δὴ καὶ παραχρῆμα λάβῃ μιν πυρετὸς, ὑγιὴς γίνεται. ἢν δὲ μὴ λάβῃ, τριταῖος ἀποθνήσκει. [47] ἢν δὲ μὴ οὕτως ἔχοντι ἐπιτύχῃς, λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ. καὶ πρὸς τὴν κεφαλὴν σπόγγους ἐν ὕδατι βάπτων θερμῷ, προστιθέναι, καὶ ἐς τὰς ῥῖνας κρόμμυα ἀπολέπων ἐνθεῖναι. οὗτος ἢν μὲν ἀνατείνας τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ φθεγξάμενος περὶ ἑωυτοῦ γένηται καὶ μὴ φλυαρῇ, τὴν μὲν ἡμέρην ταύτην κεῖται κοιμώμενος. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ὑγιὴς γίνεται. ἢν δὲ ἀνιστάμενος χολὴν ἐμέῃ, μαίνεται καὶ ἀποθνήσκει μάλιστα ἐν πέντε ἡμέρῃσιν, ἢν μὴ κατακοιμηθῇ. τοῦτον ὅταν χρὴ ταῦτα ποιέειν. λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ, ἐς τ' ἂν αὐτὸς ἐς ἑωυτὸν παρῇ. ἔπειτα ἀλείψας ἀλείφατι πολλῷ κατακλῖναι ἐς στρώματα μαλθακὰ, καὶ ἐπιβάλλειν ἱμάτια. καὶ μήτε λύχνον καίειν παρ' αὐτῷ, μήτε φθέγγεσθαι.

ὡς γὰρ

ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ ἐκ τοῦ λουτροῦ καταχοιμᾶται. καὶ ἢν κοιμηθῇ, ὑγιὴς γίνεται. ἐπὴν δὲ παρ' ἑωυτὸν γένηται, τὰς πρώτας ἡμέρας τρεῖς ἢ τέσσαρας, διδόναι κέγχρον λεπτὸν ῥοφάνειν, ἢ πτισάνης χυλόν. καὶ οἶνον μελιτώδεα πινέειν. ἔπειτα σιτίοισι χρῆσθαι ὡς μαλθακωτάτοισι καὶ ὀλίγοισιν τὸ πρῶτον. Σφάκελος ἐγκεφάλου. Ἢν σφάκελος λάβῃ, ἡ ὀδύνη ἴσχει μάλιστα τὸ πρόσθεν τῆς κεφαλῆς ἐκ τοῦ κατὰ μικρὸν καὶ ἀνοιδέει. καὶ πελιδνὸν γίνεται, καὶ πυρετὸς καὶ ῥῖγος καταλαμβάνει. ὅταν οὕτως ἔχῃ, τάμνειν χρὴ ᾗ ἂν ἐξοιδέῃ. καὶ διακαθήραντα τὸ ὀστέον, ξύειν ἕως ἂν ἀφίκηται εἰς τὴν διπλοΐδα. εἶτα ἰῆσθαι ὡς κάτηγμα. Τερηδών. Ὅταν τερηδὼν γένηται ἐν τῷ ὀστέῳ, ὀδύνη λαμβάνει ἀπὸ τούτου τὸ ὀστέον. τῷ δὲ χρόνῳ λεπτὸν γίνεται. καὶ ἀναφυσᾶται. καὶ γίνεται ὑπ' αὐτῷ κάτηγμα. καὶ ἢν τοῦτο ἀνατάμῃς, εὑρήσεις ἀνατετρημένον ὀστέον καὶ τρηχὺ καὶ πυρρόν. ἐνίοισι δὲ καὶ διαβεβρωμένον πρὸς τὸν ἐγκέφαλον. ὅταν οὕτως ἔχοντι ἐπιτύχῃς, ἢν μὲν ᾖ πέρην διαβεβρωμένον, ἐᾶν ἄριστον. καὶ ἰῆσθαι ὡς τάχιστα τὸ ἕλκος. ἢν δὲ τετρημένον μὲν μὴ ᾖ, τρηχὺ δέ, ξύσας μέχρι τῆς διπλόης, ἰῆσθαι ὥσπερ τὸ πρόσθεν. Ἑτέρη νοῦσος. Ἢν βλητὸς γένηται, καὶ ἀλγέει τὸ πρόσθεν τῆς κεφαλῆς. καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν οὐ δύναται ὁρᾶν. ἀλλὰ κῶμα μιν ἔχει. καὶ ἢν αἱ φλέβες ἐν τοῖσι κροτάφοισι σφύζωσι. καὶ πυρετὸς βληχρὸς ἔχῃ. καὶ τοῦ σώματος παντὸς ἀχρησίη, καὶ μινύθῃ. ὅταν οὕτως ἔχῃ, καὶ λούειν αὐτὸν θερμῷ πολλῷ. καὶ χλιάσματα πρὸς τὴν κεφαλὴν προστιθέναι. ἐκ δὲ τῆς πυρίης ἐγχεῖν ἐς τὰς ῥῖνας σμύρναν καὶ ἄνθος χαλκοῦ. ῥοφανέειν δὲ τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης. καὶ πίνειν ὕδωρ. καὶ ἢν μὲν ταῦτα ποιέοντι ῥάων γένηται. εἰ δὲ μή, αὕτη γὰρ μούνη ἐλπίς, σχάσαι αὐτοῦ τὸ βρέγμα. καὶ ἐπὴν ἀπορρυῇ τὸ αἷμα, συνθεὶς τὰ χείλεα, ἰῆσθαι. καὶ καταδῆσαι. ἢν δὲ μὴ σχάσῃς, ἀποθνήσκει ὀκτωκαιδεκαταῖος, ἢ εἰκοσταῖος ὡς τὰ πολλά. Κυνάγχη. Πυρετὸς λαμβάνει καὶ ῥῖγος καὶ ὀδύνη τῆς κεφαλῆς. καὶ τὰ σιαγόνια οἰδίσκεται. καὶ τὸ πτύαλον χαλεπῶς καταπίνει. ἀποπτύει δὲ καὶ τὰ σίαλα σκληρά, κατ' ὀλίγα. καὶ ἐν τῇ φάρυγγι κάτω ῥέγχει. καὶ ἢν καταλαβὼν τὴν γλῶσσαν σκέπτῃ, ὁ μὲν γαργαρεὼν οὐ μέγας, ἀλλὰ λαπαρός. ἡ δὲ φάρυγξ ἔσωθεν σιάλου γλίσχρου ἔμπλεως, καὶ οὐ δύναται ἐκχρέμπτεσθαι, καὶ οὐκ ἀνέχεται κεῖσθαι, ἀλλ' ἢν κατακλίνηται πνίγεται. τοῦτον ἢν οὕτως ἐπιτύχῃς ἔχοντα, ποιέειν τάδε. πρῶτον μὲν σικύας προσβάλλειν πρὸς τὸν σπόνδυλον τὸν ἐν τῷ τραχήλῳ τὸν πρῶτον. ἔπειτα περιξυρήσας ἐν τῇ κεφαλῇ παρὰ τὰ οὖς, ἑκατέρωθεν ἔνθεν καὶ ἔνθεν. καὶ ἐπὴν ἀποσφίγξῃς τὴν σικύην, ἐᾶν προσκέεσθαι ὡς πλεῖστον χρόνον. ἔπειτα πυριᾶν αὐτὸν ὄξει καὶ λίτρῳ καὶ ὀριγάνῳ καὶ καρδάμου σπέρματι, τρίψας λεῖα, κεράσας τὸ ὄξος ἴσῳ ὕδατι. καὶ ἄλειφα ὀλίγον ἐπιστάξας, διεῖναι τοῦτο. ἔπειτα ἐς χυτρίδα ἐγχέας ἐπιθεὶς ἐπίθημα, καλάμου ἐνθεῖναι κοῖλον. ἔπειτα ἐπιθεὶς ἐπ' ἄνθρακας ἀναζέσαι. καὶ ἐπὴν διὰ τοῦ αὐλοῦ τοῦ καλάμου ἡ ἀτμὶς ἀνίῃ, περιχάσκων ἑλκέτω εἴσω τὴν ἀτμίδα, φυλασσόμενος μὴ κατακαύσῃ τὴν φάρυγγα. ἔξωθεν δὲ σπόγγους βάπτων ἐς ὕδωρ θερμόν, προστιθέσθω πρὸς τὰς γνάθους καὶ τὰ σιαγόνια. ἀναγαργαρίσσειν δὲ αὐτὸν ποιέειν, ὀρίγανον καὶ θύμβρην, καὶ σέλινον, καὶ μίνθην, καὶ λίτρον ὀλίγον. μελίκρητόν τε κεράσας ὑδαρές, ὄξος ὀλίγον ἐπιστάξας. λεῖα τρίψας τὰ φύλλα τῶν προειρημένων βοτανῶν, καὶ τὸ λίτρον τοῦτο διεὶς, χλιερῷ ἀναγαργαριζέτω.

A balneo enim ferè ſomno corripitur, & ſi dormierit, ſanus euadit. At poſtquam ad ſe redierit, tribus quatuórve primis diebus, milium liquidum, aut priſanæ ſuccum ſorbendum, & vinum mellitum bibendum exhibeto. deinde cibis molliſſimis primumq́; paucis vtatur. Cerebri ſyderatio. Si ſyderatio corripit, dolor ſenſim anteriorem ferè capitis partem detinet, & intumeſcit, liueſcit, febriſq́; ac rigor prehendit. Cùm ſic habuerit, qua parte tumeſcit, ſecare oportet, & os perpurgatum radere, donec ad duplicatam laminam perruperit, deinde non ſecus ac fracturam curare. Caries. Cùm caries in oſſe oborta fuerit, ex ea os dolor corripit, ſucceſſu verò temporis tenue euadit, inflatur, in eoque fractura contingit. Quod ſi ſecueris, os diſtentum, aſperum, & fuluum reperies, quibuſdam verò etiam ad cerebrum vſque corroſum. Cùm ita habentem offenderis, ſiquidem vltra corroſum fuerit, ſinere optimum, & quàm citiſſimè vlcus curare. Si verò perforatum non fuerit, ſed aſperum, deraſum ad duplicatam vſque laminam, ſicuti præcedens curato. Alius morbus. Si quis ſit velut ſyderatus, & capitis anteriore parte dolet, oculiſq́; videre non poteſt, ſed ſopor ipſum detinet, & ſi temporum venæ pulſent, & leuis febris totiúſque corporis ad motum impotentia detineat, & imminuatur: cùm ſic habuerit, tum eum multa calida lauato, tum ad caput calefactoria admoueto. A fomento verò myrrham & æris florem in nares infundito. Priſanæ ſuccum ſorbendum & aquam bibendam dato. Et ſiquidem cum hæc feceris meliùs habeat, ſat eſt, ſin minùs (hæc enim vnica ſpes eſt) ei ſynciput diuidito, cúmque ſanguis effluxerit labra componito, curato & deligato. Quòd niſi diuiſeris, decimooctauo aut vigeſimo die ferè moritur. Angina. Febris & rigor corripit, caput dolet, maxillæ intumeſcunt, ægrè ſputum deglutit, ſaliuam duram ſenſim expuit, & in imis faucibus ſtertit. Quòd ſi apprehenſa lingua conſideraueris, curculionem quidem non magnum, ſed mollem videbis. Fauces interiores ſaliua viſcida implentur, neque excreare poteſt, neque decubitum ſuſtinet, ſed ſi decumbat ſuffocatur. Cùm ſic affectum offenderis, hæc facito. Imprimis quidem cucurbitulas ad primam ceruicis vertebram admoueto, deinde capiti ante raſo ad aurem vtraque ex parte apponito, & vbi ſcarificaueris, cucurbitulam quàm plurimo tempore adhærere ſinito. Deinde ſuffitum illi ex aceto, nitro, origano, & naſturtij ſemine parato. Quæ leuiter trita, pari aquæ menſura ad acetum permixta, & pauco oleo inſtillato, macerato, poſtea in ollam infuſa, operculo appoſito, arundine caua indita, mox prunis impoſita feruefacito, & vbi per arundinis fiſtulam ſurſum vapor aſcenderit, eum aperto ore intro trahat, ea cautione adhibita ne fauces adurat. Exteriore verò parte ſpongias aqua calida imbutas ad genas & maxillas apponat. Oris autem collutionem ei facito ex origano, ſatureia, apio, mentha, & pauco nitro, aquáque mulſa aquoſa admixta, paucum acetum inſtillato. Prædictarum herbarum foliis læuigatis ac tritis, nitróque in ea macerato, tepido os colluat.

Si verò ſaliua retinetur, læuigato myrti ſurculo, & ſumma eius parte tenella inflexa molli lana obuoluta, conſpectis faucibus, ſaliuam expurgato, & ſi venter non ſubeat, glandem adhibeto, aut infuſo ſubluito. Priſanæ autem ſuccum ſorbeat, & aquam inſuper bibat. Quòd ſi ei tumor rubicundus enaſcatur, & ad pectus intumeſcat, & ardeat, ſalutis maior ſpes eſt. Hæc autem ei facienda ſunt. Vbi foras inflammatio vertitur, betas frigida imbutas admoueto, tepidis autem os colluat, & ne lauet. Quibus factis ferè euadet. Morbus autem lethalis eſt, & omninò pauci euadunt. Alia angina. Febris & dolor caput prehendit, fauces & maxillæ inflammantur, neque ſaliuam deuorare poteſt, ſed craſſum & copioſum expuit, & ægrè loquitur. Cùm ſic habuerit, primùm quidem eo quo ſupra diximus modo cucurbitulam admoueto, deinde ſpongiam calida maceratam ceruici & maxillis apponito, aquam mulſam aquoſam ad os colluendum exhibeto, & priſanæ ſuccum ſorbere cogito. Quòd ſi vbi hæc fecerit ſaliua non exeat, ſuffitum eodem modo velut in ſuperiore parato. Quòd ſi ei ad pectus aut ad ceruicem inflammatio vertatur, betis aut cucurbitis conciſis in aquam calidam coniectis, frigidam ſuperſorbeat & bibat, quò faciliùs ſputum excreetur. Cùm verò tumor in pectore extuberat, plures euadunt. At ſi faucibus & tumoribus ſedatis ad pulmonem morbus verſus fuerit, confeſtim febris & lateris dolor inſuper corripit; & vbi hoc contingit, plærunque moritur. Quòd ſi dies quinque effugerit, purulentus euadit, niſi ipſum confeſtim tuſſis corripuerit, quæ ſi corripuerit, excreato & repurgato ſputo conualeſcit. Huic quamdiu dolor lateris detinet, latus calefaciendum, & offerenda quæ pulmonis inflammationi conueniunt. Quòd ſi dies quinque ſuperarit, & febris remiſerit, tuſſis verò detinet, primis quidem diebus ſorbitionibus vtatur. Cùm verò cibos ſumere occœperit, quàm pinguiſſimos & maximè ſalſos edat. At ſi tuſſis non adſit, verùm purulentum fieri cognoſcas, vbi cœnauerit, cumque dormire volet, allia quàm plurima cruda edat, & vinum generoſum meracius ſuperbibat. Quòd ſi ſic quidem ei pus eruperit, bene habet; ſin minùs, poſtridie vbi calida laueris, ſuffitum exhibeto, & ſi eruperit, velut purulentum curato. Alia angina. Linguæ pars poſterior inflammatione tentatur, locuſque ſub tonſillis ad guttur (qui Græcis κλεῖθρον dicitur) neque ſaliuam, neque aliud quicquam deuorare poteſt, ſed ſi cogatur, ei per nares effluit. Cùm ſic habuerit, mentham viridem, apium, origanum, nitrum, & rhois rubri portionem terito, melle ſubigito, iiſque craſſioribus redditis linguam interiore parte qua intumeſcit illinito. Deinde ficus aqua decoquito, rhois triti paruam portionem hoc ficuum decocto macerato, cóque ſi poſſit ad gargariſandum vtatur, ſin minùs, os colluat. Aquam verò in qua craſſiores farinæ hordeaceæ partes maceratæ fuerint, potui exhibeto. Exteriore autem parte collo & maxillis cataplaſma ex farina calida in vino & oleo cocta imponito, & panes calidos admoueto. Vt plurimùm enim locus ſub tonſillis ad guttur ſuppurat. Quòd ſi ſua quidem ſponte eruperit, ſanus euadit, ſin minùs, vbi

ἢν δὲ τὸ σίαλον ἴσχηται, μύρτου λαβὼν κλάδον λεῖον ποιήσας, καὶ τὸ ἄκρον αὐτῆς ἐπικάμψας τὸ ἁπαλὸν, περιελίξας αὐτὸ ἐν εἰρίῳ μαλθακῷ, καθορέων ἐς τὴν φάρυγγα, τὸ σίαλον ἐκκαθαίρειν. καὶ ἢν ἡ γαστὴρ μὴ ὑποχωρέῃ, βάλανον προσθεῖναι, ἢ ὑποκλύζειν. ῥοφανέτω δὲ τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης, καὶ ὕδωρ ἐπιπινέτω. Εἰ δέ οἱ οἴδημα ἐκφύῃ καὶ οἰδίσκηται πρὸς τὰ στήθεα καὶ ἐρυθρὸν ἔῃ, καὶ καίηται, ἐλπίδες πλέονες σωτηρίης. ποιέειν δέ οἱ τάδε, ἐπὴν ἔξω τράπηται τὸ φλέγμα, τεῦτλα ἐμβάπτων ἐς ὕδωρ ψυχρὸν, προστιθέναι. ἀναγαργαριζέτω δὲ χλιαροῖσι καὶ μὴ λουέσθω. ταῦτα ποιέων, μάλιστα ἂν ἐκφυγγάνοι. ἡ δὲ νοῦσος θανατώδης, καὶ ἐκφυγγάνουσιν ὀλίγοι. Ἑτέρη κυνάγχη. Πυρετὸς καὶ ὀδύνη λαμβάνει τὴν κεφαλήν. καὶ ἡ φάρυγξ φλεγμαίνει. καὶ τὰ σιαγόνια. καὶ τὸ σίαλον καταπίνειν οὐ δύναται. πτύει δὲ παχὺ καὶ πολλόν. καὶ φθέγγεται χαλεπῶς. ὅταν οὕτως ἔχῃ, πρῶτον μὲν σικύην προσβάλλειν, τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ καὶ ἄνωθεν εἴρηται. ἔπειτα προσίσχειν σπόγγον βρέχων ἐν ὕδατι θερμῷ, πρὸς τὸν τράχηλον καὶ τὰ σιαγόνια. ἀναγαργαρίζειν δὲ διδόναι μελίκρητον ὑδαρές. ῥοφάνειν δὲ ἀναγκάζειν τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης. ἢν δέ οἱ ταῦτα ποιέοντι τὸ σίαλον μὴ ἐξίῃ, πυριᾶν οἱ αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ ἐν τῇ πρόσθεν. ἢν δέ οἱ ἐς τὰ στήθεα τράπηται, ἢ ἐς τὸν τράχηλον τὸ φλέγμα, τεῦτλα ἢ κολοκύντας κατατεμὼν, ἐμβαλὼν ἐς ὕδωρ χλιαρὸν, ἐπιρροφανέτω καὶ πινέτω ψυχρὸν, ὅπως τὸ σίαλον εὐπετέστερον ἀποχρέμπτηται. ὅταν δὲ ἐξοιδήσῃ ἐς τὰ στήθεα, οἱ πλέονες ἐκφυγγάνουσιν. ἢν δὲ τῆς φάρυγγος καθεστηκυίης, καὶ τῶν οἰδημάτων, τραπῇ ἐς τὸν πλεύμονα ἡ νοῦσος, πυρετὸς εὐθὺς ἐπιλαμβάνει καὶ ὀδύνη τοῦ πλευροῦ, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀπέθανεν, ἐπὴν τοῦτο γένηται. ἢν δὲ ὑπερφύγῃ ἡμέρας πέντε, ἔμπυος γίνεται, ἢν μή μιν βὴξ ἐπιλάβῃ αὐτίκα. ἢν δὲ ὑπολάβῃ ὑποχρεμψάμενος καὶ ἀποκαθαρθεὶς, ὑγιὴς γίνεται. τούτῳ ἔστ' ἂν ἡ ὀδύνη τὸ πλευρὸν ἔχῃ, χλιαίνειν τὸ πλευρὸν, καὶ προσφέρειν ὅσα τῇ περιπλευμονίῃ. ἢν δὲ ὑπερφύγῃ τὰς πέντε ἡμέρας, καὶ ὁ πυρετὸς ἀνῇ, ἡ δὲ βὴξ ἔχῃ, τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας, ῥοφήμασι διαχρῆσθαι. ἐπὴν δὲ τῶν σιτίων ἄρξηται, ὡς λιπαρώτατα καὶ ἁλυκώτατα ἐσθίειν. ἢν δέ οἱ βὴξ μὴ ἔῃ, ἀλλὰ γινώσκῃς ἔμπυον γινόμενον, δειπνήσαντα ἐπὴν μέλλῃ καθεύδειν, σκόροδα ἐσθιέτω ὠμὰ ὡς πλεῖστα. καὶ ἐπιπινέτω οἶνον οἰνώδεα ἀκρητέστερον. καὶ ἢν μὲν οὕτως οἱ ῥαγῇ τὸ πύον. ἢν δὲ μὴ, τῇ ὑστεραίῃ λούσας θερμῷ θυμιάσαι καὶ ἢν ῥαγῇ, ἰᾶσθαι ὥσπερ ἔμπυον. Ἑτέρη κυνάγχη. Φλεγμαίνει τοὔπισθεν τῆς γλώσσης. καὶ τὸ κλεῖθρον τὸ ὑπὸ τὸν βρόγχον. καὶ οὐ δύναται καταπίνειν τὸ σίαλον, οὐδ' ἄλλο οὐδέν. ἢν δ' ἀναγκασθῇ, διὰ τῶν ῥινῶν οἱ ῥέει. ὅταν οὕτως ἔχῃ τρίψας μίνθην χλωρὴν, καὶ σέλινον, καὶ ὀρίγανον, καὶ νίτρον, καὶ τὸν ῥοῦν τὸν ἐρυθρὸν, μέλιτι δεύσας, παχὺ ποιέων ἐγχρίειν τὴν γλῶσσαν ἔσωθεν ᾗ ἂν οἰδέῃ. ἔπειτα ἀναζέσας σῦκα καὶ ἀποζέσας ἐς ὕδωρ, τρίψας τὸν ῥοῦν ὀλίγον, διεῖναι τοῦ συκίου τούτῳ καὶ ἀναγαργαρίζειν ἐὰν δύνηται. ἢν δὲ μὴ, διακλύζεσθαι. πίνειν δὲ διδόναι τὸ ἀπὸ τῶν κριμνῶν ὕδωρ. ἔξωθεν δέ οἱ αὐχένα καὶ τὰ σιαγόνια καταπλάσσειν ἀλήτῳ ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ἕψοντα χλιαρῷ. καὶ ἄρτους προστιθέναι θερμούς. ἀποπυΐσκεται γὰρ ὡς τὰ πολλὰ ἐν τῷ κλεῖθρῳ. καὶ ἢν μὲν ῥαγῇ αὐτόματον, ὑγιὴς γίνεται. ἢν δὲ μὴ ῥήγνυται, ψηλαφήσας τῷ δακτύλῳ

δακτύλῳ ἢν μαλθακὸν ᾖ, σιδήριον ὀξὺ προσδησάμενος πρὸς τὸν δάκτυλον τρῆσαι. ταῦτα ποιήσαντες, πολλοὶ ὑγιαίνουσιν. ἡ δὲ νοῦσος αὕτη, ἥκιστά ἐστι θανατώδης. [67] Σταφυλή. Ἢν σταφυλὶς ἐν τῇ φάρυγγι γένηται, ἐμπίπλαται ἄκρος ὁ γαργαρεὼν, ὕδατος. καὶ γίνεται στρογγύλος τὸ ἄκρον καὶ διαφανής. καὶ ἐπιλαμβάνει τὴν πνοιήν. καὶ ἢν φλεγμαίνῃ τὰ σιαγόνια ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἀποπνίγεται. ἢν δὲ αὐτὴ ὑφ᾽ ἑωυτῆς γένηται, τούτων μὴ φλεγμαινόντων, ἧσσον ἀποθνήσκει. ὅταν οὕτως ἔχῃ, λαβὼν τῷ δακτύλῳ τὸν γαργαρεῶνα ἄνω ἐς τὴν ὑπερῴην ἀποπιέσας, διατεμεῖν ἄκρον. ἔπειτα διδόναι ἀναγαργαρίζειν, [68] τὸ ἀπὸ τῶν φύλλων. λείχειν δὲ ἄλητον ψυχρόν. καὶ ὕδωρ ἐπιπίνειν καὶ μὴ λούεσθαι. [69] Ἀντιάδες. Ἢν ἀντιάδες γένωνται, παροιδέει ὑπὸ τὴν γνάθον ἔνθεν καὶ ἔνθεν, καὶ ψαυόμενον σκληρόν ἐστιν ἔξωθεν. καὶ ὁ γαργαρεὼν ὅλος φλεγμαίνει. ὅταν οὕτως ἔχῃ, καθεὶς τὸν δάκτυλον, διωθέειν τὰς ἀντιάδας. πρὸς δὲ γαργαρεῶνα, προσχρίειν ἄνθος χαλκοῦ ξηρόν. καὶ ἀναγαργαρίζειν [70] τὸ ἀπὸ τῶν φύλλων ἑψηθέντων. ἔξωθεν τι καταπλάσσειν, ᾗ ἂν ἀποιδέῃ, ὠμήλυσιν. ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ἑψῶν χλιαρήν. ἐπὴν δέ σοι δοκέωσι τὰ φύματα μαλακὰ εἶναι, [71] ἔσωθεν ἀφασσόμενα, ὑποτύψαι μαχαιρίῳ. ἔνια δὲ καὶ αὐτόματα καθίσταται. [72] Ὑπογλωσσίς. Ἢν ὑπογλωσσὶς γένηται, ἡ γλῶσσα οἰδίσκεται. καὶ τὸ ὑποκάτω καὶ τὸ ἔξω ψαυόμενον σκληρόν ἐστι. καὶ τὸ σίαλον καταπίνειν οὐ δύναται. ὅταν οὕτως ἔχῃ, σπόγγον ἐς ὕδωρ θερμὸν ἐμβάλλων, προστιθέναι. καὶ τὴν ὠμήλυσιν ἑψῶν ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, καταπλάσσειν ἔξω ᾗ ἂν ἀποιδέῃ. ἀναγαργαρίζειν δὲ τῷ σύκῳ, καὶ μὴ λούεσθαι. ἐπὴν δὲ διάπυον γένηται, τάμνειν. ἐνίοτε δὲ αὐτόματον ἐκρήγνυται καὶ καθίσταται οὐ τμηθέν. ἐπὴν δὲ ἔξω ἀποπυήσῃ, διακαῦσαι. Φλέγμα συστὰν ἐς τὴν ὑπερῴην. Ἢν δὲ φλέγμα συστῇ ἐς τὴν ὑπερῴην, ἀποιδέει καὶ ἐμπυΐσκεται. ὅταν οὕτως ἔχῃ, καίειν τὸ φῦμα. ἐπὴν δὲ ἐξίῃ τὸ πῦον, κλύζειν τὸ λοιπόν. πρῶτον μὲν λίτρῳ, καὶ ὕδατι χλιαρῷ. ἔπειτα οἴνῳ, ἐπὴν δὲ ἐκκλύσῃ, σταφίδα τρίψας λευκὴν, ἐξελὼν τὸ γίγαρτον, ἐντιθέναι ἐς τὸ χάσμα. ἐπὴν δὲ ἐκρυῇ, οἴνῳ ἀκρήτῳ χλιαρῷ διακλυζέσθω. καὶ ἐπὴν μέλλῃ τι ἐσθίειν ἢ ῥοφάνειν, σπόγγιον ἐντιθέσθω. ταῦτα ποιέειν ἔστ᾽ ἂν ὑγιὴς γένηται. [73] Πώλυπος. Ἢν πώλυπος γένηται ἐν τῇ ῥινὶ, ἐκ μέσου τῶν χόνδρων κατακρέμαται, οἷον γαργαρεών. καὶ ἐπὴν ὦσῃ τὴν πνοιὴν, προέρχεται ἔξω, καὶ ἔστι μαλθακός. καὶ ἐπὴν ἀναπνεύσῃ, οἴχεται ὀπίσω. καὶ φθέγγεται σομφόν. καὶ ἐπὴν καθεύδῃ ῥέγχει. ὅταν οὕτως ἔχῃ, σπόγγιον κατατεμὼν στρογγύλον καὶ ποιήσας οἷον σπεῖραν, [74] κατειλίξαι λίνῳ αἰγυπτίῳ καὶ ποιῆσαι σκληρόν. εἶναι δὲ μέγεθος, ὥστε ἐναρμόζειν ἐς τὸν μυκτῆρα. καὶ δῆσαι τὸ σπόγγιον λίνῳ τετραχόθι. μῆκος δὲ ἔστω, ὅσον πυγονιαῖον ἕκαστον. ἔπειτα ποιήσας αὐτῶν μίαν ἀρχὴν, ῥάβδον λαβὼν κασσιτερίνην λεπτὴν [75] ἐκ τοῦ ἑτέρου κύαρ ἔχουσαν, διείρειν ἐς τὸ στόμα τὴν ῥάβδον, ἐπὶ τὸ ὀξύ. καὶ ἐπὴν λάβῃ, διείρας διὰ τοῦ κύαρος τὸ λίνον ἕλκειν, ἔστ᾽ ἂν λάβῃ τὴν ἀρχήν. [76] ἔπειτα χηλὴν ὑποθεὶς ὑπὸ τὸν γαργαρεῶνα, ἀντερείδων ἕλκειν ἔστ᾽ ἂν ἐξειρύσῃς τὸν πώλυπον.

digito immiſſo contrectaueris an molle ſit, acuto ferramento ad digitum alligato, perforato. Quibus factis multi conualeſcunt. Hic verò morbus minimùm lethalis eſt. Vua curculionis affectio. Si vua in faucibus oriatur, ſummus curculio aqua impletur, eiuſque extrema pars rotunda & pellucida redditur, reſpirationemque intercipit. Quòd ſi maxillæ vtraque ex parte inflammatione tentatæ fuerint, ſtrangulatur. Sin verò citra horum inflammationem, hæc affectio per ſe exoriatur, minùs perit. Cùm ſic habuerit, curculionem digito apprehenſum, & ſurſum ad palatum appreſſum, extrema parte præcidito. Deinde herbarum hortenſium odoratarum & condimentis vſurpatarum decoctum ad gargariſandum dato, & farinam frigidam delingendam, aquamque ſuperbibendam, neque lauet. Tonſillæ. Si tonſillæ oriantur, ſub maxillis ex vtraque parte tumor fit, qui ad contactum foris durus eſt, & totus curculio inflammatione vexatur. Cùm ſic habuerit, immiſſo digito tonſillas protrudito, ad curculionem verò æris florem ſiccum illinito & herbarum hortenſium odoratarum decoctum inſolatum, gargariſandum exhibeto, & extrinſecus, qua parte tumor eſt, hordeaceam farinam in vino & oleo coctam in cataplaſmate tepidam admoueto. Vbi verò tubercula mollia eſſe videbuntur, intus contrectata, ſcalpello pertundito. Quædam tamen etiam ſua ſponte ſedantur. Hypogloſſis. Si hypogloſſis aut tuberculum ſub lingua oriatur, lingua intumeſcit parſque ſub ipſa & externa ad contactum dura, eſt, & ſaliuam deuorare non poteſt. Cùm ſic habuerit, ſpongiam calida madefactam apponito, & farinam hordeaceam vino & oleo incoctam, parte exteriore qua intumeſcit in cataplaſmate admoueto, ficuum decoctum ad gargariſandum dato, nec lauato. Vbi verò purulentum fuerit, ſecato. Quandoque autem ſua ſponte erumpit, & citra ſectionem conſidit. Cùm verò parte externa ſuppurauerit, inurito. Inflammatio in palato conſiſtens. Si verò inflammatio in palato contracta fuerit, intumeſcit & ſuppurat. Cùm ſic habuerit, tuberculum vrito, vbi pus exierit, reliquum eluito, primùm quidem nitro & aqua tepida, deinde vino. Poſtquam elueris, vuam albam paſſam detractis acinis tritam in vſturæ locum imponito, cumque effluxerit, vino meraco tepido colluat, & vbi quid edere aut ſorbere volet, ſpongiam immittito, iſtaque donec conualeſcat facito. Polypus. Si polypus oriatur in naſo, ex mediis cartilaginibus velut curculio dependet, & vbi ſpiritum expellit, foras mollis progreditur, vbi verò attrahit, regreditur, vocem obſcuram, & inter dormiendum ſtertorem facit. Cùm ſic habuerit, ſpongiam rotundam conciſam, & in orbem velut ſpiram contortam, lino Ægyptio conuoluito, & duram reddito. Sit autem ea magnitudine quæ naribus ſit adaptata. Spongiam quadruplici lineo filo, quod cubitali ſit longitudine vnumquodque, deligato. Deinde ea in vnum principium coacta, ſumptaque tenui virga ſtannea, quæ altera parte acus foramen habeat, virgam acuta ſui parte in os tranſmittito, & tranſmiſſo per acus foramen lineo filo, eam apprehenſam trahito, donec filorum principium apprehendas. Deinde ſpecillo ad vngulæ ſimilitudinem biſulco, curculioni ſubdito, obnixè trahito, donec polypum eduxeris.

Cumq́ue extraxeris,& ſanguis fluere deſierit,ſiccum linamentum ſpecillo conuolutum immittito, & de cætero,æris flore cum melle feruefacto, linamentum illitum in nares imponito. Vlcere iam percurato, plumbum ita efformatum vt ad vlcus pertingat, melle illitum, donec conualeſcat apponito. Alius polypus. Naſus carne impletur, quæ ad contactum dura apparet, neque naribus reſpirare poteſt. Cùm ſic habuerit, immiſſa fiſtula, ferramentis tribus aut quatuor inurere oportet. Poſt vſtionem veratrum nigrum tritum iniicito,& vbi caro computruerit & exciderit, penicillum lineum melle cum æris flore illitum, imponito. Cumque vlcus percuratum fuerit, plumbeas laminas melle illitas indito, donec conualeſcat. Alius polypus. Interiore ex parte caro rotunda ex cartilagine prominet, ad contactum verò mollis eſt. Cùm ſic habuerit, neruco fune accepto, in eo tenuem laqueum facito, tenui filo conuoluito, deinde alterum initium per laqueum tranſmittito, maiore laqueo facto, mox initium per virgam ſtanneam traiicito. Poſtea immiſſum in nares laqueum,per ſpecillum inciſum circum polypum extendito, quo obducto, virgam per os traiicito, eamq; correptam trahito, ſpecillo inſtar vngulæ biſulco ad eundem mopum ſub curculione obfirmato. Vbi verò extraxeris, velut ſuperiorem curato. Alius polypus. Interiore ex parte circa cartilaginem durum quid aliqua ex cauſa adnaſcitur, quod caro eſſe videtur, ſi verò attigeris ſonat velut lapillus. Cùm ita habuerit, naſum per ſcalpellum diuiſum expurgato, mox inurito, quo facto rurſus naſum conſuito, & penicillo vnguine illito impoſito, vlcus curato, ac vbi circum putruerit, æris florem cum melle illinito,plumbea verò lamina immiſſa percurato. Alius. In cartilaginis ſumma parte ex obliquo velut cancri parui exoriuntur, quos omnes inurere oportet, inuſtos veratro aſpergito. Vbi verò putruerint,æris flore cum melle exterito,plumbea lamina percurato. Morbus regius. Facies nigricat, præcipueq; partes in vmbra latentes, oculi ex virore palleſcunt,lingua inferiore parte venæq; ſub lingua craſſæ ſunt & nigræ, febre caret, & vrinam craſſam bilioſamq; reddit. Cùm ſic habuerit, primùm quidem venas ſub lingua pertundito,deinde vbi multa calida laueris,aſphodeli radices quinque pari portione, repurgatas & vino incoctas apij foliis admixtis quantum manus capere poſſit, ieiuno bibendas exhibeto. Vini dulcis tres dimidias heminas Æginenſes affuſas ad dimidiam heminam coquito, hoc permixtum ex iiſdem propinato. Poſtquam verò vrinam reddiderit, cibis aluum ſubducentibus vtatur, poſt cibum cicer album edat, vinum album, copioſum,aquoſum bibat,apium & porrum in cibo comedat. Hæc ſeptem diebus faciat,& ſi quidem in his color moderatè tibi repurgatus eſſe videatur, ſat eſt, ſin minùs,aliis tribus eadem faciat.Poſtea verò vnius aut alterius diei mora interpoſita,medicamentum ad nares admoueto, deinde medicamentum deorſum purgans,ex quo bilis repurgetur,propinato. Et ſi quidem lienoſus fuerit, lac aſininum aut ſerum poſtea bibendum dato, hiſque factis ſanum reddes. Alius morbus regius. Febris leuis prehendit, caput grauitas detinet, nonnullis etiam febris ceſſat,

ἐπὴν δ' αὐτὸν ἐκσπάσῃς καὶ παύσηται τὸ αἷμα ῥέον, περιελίξας περὶ τὴν μήλην ξηρὸν ὀθόνιον, μοτῶσαι. καὶ τὸ λοιπὸν αἰονάζειν τοῖς ἄνθεσιν ἐν μέλιτι, καὶ χρίων τὸν μοτὸν προστιθέναι ἐς τὴν ῥῖνα. καὶ ἐπὴν ἤδη τὸ ἕλκος ἀπυγιαίνηται, μόλιβδον ποιησάμενος ὥστε καθήκειν πρὸς τὸ ἕλκος, τοῦτον μέλιτι χρίων, προστιθέναι ἔστ' ἂν ὑγιὴς γένηται. Ἕτερος πολύπους. Ἐμπίπλαται ἡ ῥὶς κρέασι. καὶ ψαυόμενον τὸ κρέας, σκληρὸν φαίνεται. καὶ διαπνεῖν οὐ δύναται διὰ τῆς ῥινός. ὅταν οὕτως ἔχῃ, ἐνθέντα χρὴ σύριγγα, καῦσαι σιδηρίοισιν, ἢ τρισὶν, ἢ τέσσαρσιν. ἐπὴν δὲ καύσῃς, ἐμβάλλειν τοῦ ἐλλεβόρου τοῦ μέλανος, τρίψας. καὶ ἐπὴν ἐκσαπῇ καὶ ἐκπέσῃ τὸ κρέας, μοτοὺς τοὺς λιναίους χρίων τῷ μέλιτι, ἐπιτιθέναι σὺν τῷ ἄνθει. ἐπὴν δὲ καθαρὸν γένηται, τοὺς μολιβδίους χρίων τῷ μέλιτι ἐστιθέναι, ἄχρις ἂν ὑγιὴς γένηται. Ἕτερος πολύπους. Ἔσωθεν ἐκ τοῦ χόνδρου, προσέχει κρέας στρογγύλον. ψαυόμενον δὲ μαλθακόν ἐστιν. ὅταν οὕτως ἔχῃ χορδὴν λαβὼν νευρίνην, βρόχον αὐτῇ σμικρὸν ποιήσας, κατειλίξαι λίνῳ λεπτῷ, ἔπειτα τὴν ἀρχὴν τὴν ἑτέρην διεῖναι διὰ τοῦ βρόχου, μείζονα ποιήσας τὸν βρόχον. ἔπειτα τὴν ἀρχὴν διείρειν διὰ τῆς ῥάβδου τῆς κασσιτερίνης. ἔπειτα ἐνθεὶς τὸν βρόχον ἐς τὴν ῥῖνα, τῇ μήλῃ τῇ ἐντετμημένῃ περιτείνας τὸν βρόχον, περὶ τὸν πολύποδα, ἐπὴν περιέχηται, διαιρεῖν τὴν ῥάβδον ἐς τὸ στόμα. καὶ λαβὼν ἕλκειν τὸν αὐλὸν τρόπον τῆς χηλῆς ὑπερειδούσης. ἐπὴν δὲ ἐξελκύσῃς, ἰῆσθαι ὥσπερ τὸν πρόσθεν. Ἕτερος πολύπους. Ἔσωθεν παρὰ τὸν χόνδρον, ὑπότε σκληρὸν φύεται καὶ δοκέει μὲν εἶναι κρέας. ἢν δὲ ψαύσῃς αὐτοῦ, ψοφέει οἷον λίθος. ὅταν οὕτως ἔχῃ, σχίσαντα τὴν ῥῖνα σμίλῃ ἐκκαθῆραι. ἔπειτα ἐπικαῦσαι. τοῦτο δὲ ποιήσαντα συρράψαι πάλιν τὴν ῥῖνα, καὶ ἰῆσθαι τὸ ἕλκος τῷ χρίσματι ἐναλείφων, ῥάκος ἐντιθέναι. καὶ ἐπὴν περισαπῇ, ἐγχρίειν τὸ ἄνθος τὸ ἐν τῷ μέλιτι. ἀφθίσκειν δὲ τῷ μολίβδῳ.

Ἄλλως. Φύεται ἐκ πλαγίου τοῦ χόνδρου ἐν ἄκρῳ οἷον καρκίνια. πάντα δὲ ταῦτα καίειν χρή. ὅταν δὲ καύσῃς, ἐπιπάσαι τοῦ ἐλλεβόρου. ἐπὴν δὲ σαπῇ, καθαίρειν τῷ ἄνθει σὺν τῷ μέλιτι. ἀφθίσκειν δὲ τῷ μολίβδῳ. Ἴκτερος. Ἡ χροιὴ μέλαινα γίνεται. καὶ τὸ πρόσωπον. μάλιστα δὲ τὰ ἔσκια σώματα. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ χλωροί. καὶ ἡ γλῶσσα κάτωθεν. καὶ αἱ φλέβες αἱ ὑπὸ τῇ γλώσσῃ, παχεῖαι καὶ μέλαιναι. καὶ ἄπυρος γίνεται. καὶ οὐρέει παχὺ χολῶδες. ὅταν οὕτως ἔχῃ, πρῶτον μὲν τὰς φλέβας τὰς ὑπὸ τῇ γλώσσῃ ἀποσχάσαι. ἔπειτα λούοντα πολλῷ τῷ θερμῷ, διδόναι πίνειν νήστει, τοῦ ἀσφοδέλου τὰς ῥίζας, ἀποκαθαίρων ἑψῶν ἐν οἴνῳ ἴσον πέντε ῥίζας, καὶ σέλινα συμμίξας ὅσον χεῖρα πλήρεα τῶν φύλλων. ἐπιχεῖν δὲ οἴνου γλυκέος, τρία ἡμικοτύλια αἰγιναῖα. καὶ λείπειν ἡμικοτύλιον. τοῦτο κιρνὰς κατὰ τὸ αὐτὸ διδόναι πίνειν. ἐπὴν δὲ οὐρήσῃ, σιτίοισι χρήσθω διαχωρητικοῖσι. καὶ μετὰ τὸ σιτίον ἐρεβίνθους λευκοὺς τρωγέτω. καὶ πινέτω οἶνον λευκὸν, πολυϋδαρέα. καὶ σέλινα τρωγέτω ἐπὶ τῷ σιτίῳ καὶ πράσα. ποιείτω δὲ ταῦτα, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι. καὶ ἢν μὲν σοι δοκέῃ ἐν ταύτῃσιν ἡ χροιὴ κεκαθάρθαι ἐπιεικέως. ἢν δὲ μὴ, καὶ ἑτέρας τρεῖς ταῦτα ποιείτω. μετὰ δὲ ἐπισχὼν μίαν ἢ δύο ἡμέρας, προσθέτω φάρμακον πρὸς τὰς ῥῖνας. μετὰ δὲ φάρμακον πισάτω κάτω, ὑφ' οὗ χολὴν καθαιρεῖται. καὶ ἢν μὲν σπληνώδης ᾖ, ὄνου γάλα, ἢ ὀρρὸν μεταπίσαι. ταῦτα ποιέων, ὑγιῆ ποιήσεις. Ἕτερος ἴκτερος. Πυρετὸς λαμβάνει βληχρὸς καὶ τὴν κεφαλὴν βάρος ἔχει. καὶ ὁ πυρετὸς ἐπαύσατο ἐνίοισιν.

αὐτὸς

αὐτὸς δὲ γίνεται χλωρὸς, οἵ τε ὀφθαλμοὶ μάλιστα. καὶ ἀσθενέει, καὶ ἀκρασίη τοῦ σώματος, καὶ οὐρέει παχὺ καὶ χλωρόν. τοῦτον θερμῷ λούειν, καὶ διδόναι πίνειν διουρητικά. ἐπὴν δέ σοι δοκέῃ καθαρώτερος εἶναι, καὶ ἡ χροιὴ βελτίων γίνηται, προσθεὶς φάρμακον πρὸς τὰς ῥῖνας, καὶ μεταπίσαι κάτω. σιτίοισι δὲ ὡς μαλθακωτάτοισι χρῆσθαι. οἶνον δὲ πινέτω λευκὸν, γλυκὺν, ὑδαρέα. ταῦτα ποιέων ὑγιὴς γίνεται. Πυρετοὶ ἀπὸ χολῆς. Ἢν χολᾷ ὁ ἄνθρωπος, πυρετὸς αὐτὸν λαμβάνει καθημερινὸν, καὶ ἀφίει. ἔχει δὲ μάλιστα τὸ μέσον τῆς ἡμέρης. καὶ τὸ στόμα πικρόν. καὶ ὅταν ἄσιτος ᾖ, λυπέει αὐτόν. ἐπὴν δὲ φάγῃ, πνίγεται. καὶ ὑπὸ ὀλίγων σιτίων ἐμπίπλαται. [84] καὶ βδελύσσεται καὶ ἔμετοι μιν λαμβάνουσιν. [85] καὶ ἐς τὴν ὀσφὺν βάρος ἐμπίπτει. καὶ ἐς τὰ σκέλεα καὶ ὑπνώττει πολλά. [86] τοῦτον ἢν μετὰ τὸ πῦρ ἐξιδρώσῃ, καὶ ὁ ἱδρὼς ψυχρὸς καὶ πουλὺς ᾖ, καὶ τοῦ πυρετοῦ μὴ ἀπαλλάσσηται, ἡ νοῦσος χρονίη γίνεται. ἢν δὲ μὴ ἱδρώσῃ, θᾶσσον κρίνεται. ὅταν οὕτως ἔχῃ, ἐπὴν ἡμέρη γένηται ἐναταῖος, φάρμακον διδόναι. ἢν γὰρ αὐτίκα ἀρχομένου τοῦ πυρετοῦ διδῷς, ἐπὴν καθαρθῇ ἐπέλαβε πυρετὸς, καὶ αὖθις φαρμάκου δεῖται. [87] ἐπὴν δὲ τὸ μὲν στόμα μὴ πονέῃ, ἐς δὲ τὴν νειαίρην γαστέρα στρόφος ἐμπίπτει, φάρμακον πῖσαι κάτω. καὶ μεταπῖσαι γάλα ὄνου, ἢ ὀρρὸν, ἢ τὸν χυλὸν τινά. ἢν δ' ἀσθενὴς ᾖ, ὑποκλύσαι. πρὸ δὲ φαρμάκου τῆς πόσιος ὃς ἂν πυρεταίνῃ, ἕωθεν μὲν διδόναι μελίκρητον ὑδαρές. [88] τῇ δ' ἄλλῃ ἡμέρῃ ἐφ' ἢν ὁ πυρετὸς ἔχει, ὕδωρ ὁπόσον ἂν θέλῃ διδόναι ψυχρὸν πίνειν. ἐπὴν δὲ ἀνῇ ὁ πυρετὸς ῥοφᾶν διδόναι, πτισάνης χυλὸν, ἢ κέγχρον λεπτὸν καὶ ἐπιπίνειν οἶνον λευκὸν, οἰνώδεα, ὑδαρέα. ἢν δ' ἔμπυρος ᾖ, καὶ μὴ ἀνῇ μήτε τῆς νυκτὸς μήτε τῆς ἡμέρης. ψαυόμενος δὲ ἢν μὲν τὰ ἄνωθεν ἔχῃ θερμὰ, ἡ κοιλίη δὲ καὶ οἱ πόδες ἔωσι ψυχροὶ καὶ ἡ γλῶσσα τρηχείη, τούτῳ μὴ δοῦς φάρμακον, ἀλλ' ὑποκλύζειν μαλθακῷ κλύσματι, καὶ διδόναι ῥοφέειν τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης ψυχρὸν, δὶς τῆς ἡμέρης, καὶ ἐπιπίνειν οἶνον ὑδαρέα. τὸν δὲ ἄλλον χρόνον, πίνειν ὕδωρ ὡς ψυχρότατον. οὗτος ἢν μὲν ἑβδομαῖος ἐξιδρώσῃ, καὶ τὸ πῦρ αὐτὸν μεθῇ. ἢν δὲ μὴ, τεσσαρεσκαιδεκαταῖος ἀποθνήσκει ὡς τὰ πολλά. Ἄλλος πυρετός. Ἔξωθεν ἀφασσόμενος ἐστὶ βληχρὸς, ἔσωθεν δὲ καίεται. καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ τρηχείη. καὶ πνεῖ διὰ τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος θερμόν. ὅταν δὲ πεμπταῖος γένηται, τὰ ὑποχόνδρια σκληρὰ καὶ ὀδύνη ἔστι, καὶ ἡ χροιὴ, οἵη ὑπὸ ἰκτέρου ἐχομένου φαίνεται. καὶ οὐρέει παχὺ καὶ χολῶδες. [89] τοῦτον ἢν μὲν ἑβδομαῖον ὄντα, ῥῖγος λάβῃ καὶ πυρετὸς ἰσχυρὸς καὶ ἐξιδρώσῃ. ἢν δὲ μὴ, ἀποθνήσκει ἑβδομαῖος ἢ ἐναταῖος. λαμβάνει δὲ μάλιστα, ἢν μὴ τὸ ἔτος αὐχμηρὸν γίνηται [90] αὕτη ἡ νοῦσος. ὅταν οὕτως ἔχῃ, λούειν θερμῷ ἑκάστης ἡμέρης. καὶ πίνειν διδόναι, μελίκρητον ὑδαρὲς πολλόν. καὶ ῥοφάνειν τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης ψυχρὸν, δὶς τῆς ἡμέρης. ἐπὶ δὲ τῷ ῥοφήματι, πίνειν οἶνον ὑδαρέα, λευκὸν, ὀλίγον. ἢν δὲ ἡ γαστὴρ μὴ ὑποχωρέῃ, ὑποκλύσαι, ἢ βάλανον προσθεῖναι. σιτίον δὲ μὴ προσφέρειν, ἕως ἂν ὁ πυρετὸς ἀνῇ. ἐπὰν δὲ παύσηται, φάρμακον πῖσαι κάτω. ὑποστρέφει γὰρ ἔστιν ὅτε ἡ νοῦσος. ἢν ἀκάθαρτος διαφέρηται. Ἡ νοῦσος αὕτη πάλιν λαμβάνει, ἢν ὑπέρχολον τὸ αἷμα. ἢν τριταῖος πυρετὸς ἔχῃ. [91] ἢν μὲν οὖν μετὰ τρεῖς λήψιας τῇ τετάρτῃ λάβῃ, φάρμακον πῖσαι κάτω. ἢν δέ σοι δοκέῃ φαρμάκου μὴ δεῖσθαι,

ipſe verò ex virore pallidus euadit, præcipuéq; eius oculi, debilis eſt, corporis ad motionem impotentiâ grauatur, & vrinam craſſam ac cum virore pallidam reddit. Hunc calida lauato, & quę vrinas ducunt bibẽda exhibeto. Vbi verò purior eſſe, & color tibi melior videbitur, medicamento naribus admoto, etiam medicamentum deorſum purgans poſtea bibendum dato. Cibis autem quàm molliſſimis vtatur, vinum album, dulce, aquoſum bibat, quib. factis ſanum reddes. Febres ex bile. Si quis bile vexetur, febris eum quotidie prehendit & dimittit, potiſſimùm verò medio die detinet, os amarum eſt, & cùm ſine cibo fuerit, offenditur, vbi verò comederit, ſtrangulatur, & paucis cibis impletur, eos execratur, & vomitionib. tentatur, ad lumbos & crura grauitas decũbit, multumq; dormit. Huic, ſi poſt febrem frigido & copioſo ſudore exudarit, neq; febre liberetur, diuturnus morbus euadit. Si verò minimè exudarit, citiùs iudicatur. Cùm ſic habuerit, vbi nonum diem attigerit, medicamentum purgans exhibeto. Si enim ſtatim per febris exordia exhibueris, poſtquam purgatus fuerit, febris repetit, rurſuſq; medicamento indiget. Cùm verò os minimè laboret, ſed ad imum ventrem tormina decumbant, medicamẽtum deorſum purgans propinato, poſteaq; lac aſininum, aut ſerum, aut ſuccum aliquem bibendum dato. Quòd ſi debilis fuerit, aluum infuſo ſubluito. At verò ante medicamenti purgantis potionem ſi quis febre vexetur, mane quidem aquam mulſam aquoſam exhibeto, alio verò die quo febris detinet frigidam quantam volet bibendam dato. Cùm verò febris remiſerit, ptiſanæ ſuccum, aut milium liquidum ſorbendum, & vinum album, generoſum, aquoſum ſuperbibendum dato. Quòd ſi febre detineatur, neq; de nocte, neq; de die remiſerit, & ad contactum ſuperiores quidem partes calidas habeat, venter autẽ & pedes frigidi ſint, & lingua aſpera, huic medicamentum purgans minimè exhibeto, ſed molli infuſo aluum ſubluito, & ptiſanæ ſuccum bis die frigidum ſorbendum dato, poſteaq; vinum aquoſum propinato, reliquo verò tempore aquam quàm frigidiſſimam bibendam. Hic ſi quidem ſeptimo die exudarit, & febris eum dimiſerit, bene habet, ſin minùs, plærumq; decimoquarto die moritur. Alia febris. Exteriore parte ad contactum febris leuis eſt, intus verò ardet, lingua eſt aſpera, narib. & ore calidum exſpirat. Vbi verò diem quintum attigerit, præcordia dura ſunt, dolentia, & color qualis in ictero detento apparet, vrinamq; craſſam ac biliosam reiicit. Hunc ſi quidem ſeptimo die rigor & vehemens febris prehenderit, ac exudarit, bene habet, ſin minùs ſeptimo aut nono die moritur. Corripit autem maximè hic morbus, ſi anni tempus minimè ſqualidum fuerit. Cùm ſic habuerit, quotidie calida lauato, aquam mulſam aquoſam copioſam propinato, & ſuccum ptiſanæ frigidum bis die ſorbendum dato, & poſt ſorbitionem vinum aquoſum, album, modicum bibendum. Quòd ſi aluus minimè ſubeat, per infuſum ſubluito, aut glandem apponito. Cibum, quoad febris remiſerit, ne exhibeto, vbi verò ceſſauerit, medicamentum deorſum purgans bibendum dato. Quandoque enim reuertitur morbus, ſi impurgatus permanſerit. Idẽ morbus rurſus prehendit, ſi ſanguis ſupra modum bilioſus fuerit. Si tertiana febris detineat, ſi quidẽ poſt tres acceſſiones quarta prehendat, medicamentum deorſum purgans propinato. Quòd ſi medicamento tibi minimè indigere videatur,

pentaphylli radices acetabuli quantitate in aqua tritas, bibendas dato. Si verò ne ſic quidem ſedetur, vbi multa calida lauerit, trifolium & laſeris ſuccum cum vino pari aqua admixta, propinato, reclinatúmque multis veſtimentis donec exudet contegito. Poſt ſudorem ſi ſitiat, polentam ex aqua bibendam dato, veſperi verò milium tenue coctum ſorbeat, vinúmque ſuperbibat. Cibis verò quàm molliſſimis vtatur, donec dimittat. Febris quartana. Cùm febris quartana detinet, ſi quidem ex alio morbo non purgatum corripiat, medicamentum deorſum purgans propinato, deinde caput repurgato, poſtea medicamentum deorſum purgans iterum dato. Quòd ſi nec his factis ceſſet, interpoſitis duabus poſt purgationem per inferiora acceſſionibus, poſt multæ calidæ balneum, ſemen hyoſcyami milij magnitudine, mandragoram pari portione, laſeris ſuccum trium fabarum quantitate, & trifolij parem modum, ex vino meraco bibendum exhibeto. Si verò robuſtus eſſe, & bene ſibi valere videatur, & ex laſſitudine ac itinere febris in eo contracta ad quartanam perducta ſit, poſt fomenta adhibita, allium melle maceratum ipſi exhibeto, deinde lentis cremorem, melle & aceto admixto ſuperbibat. Vbi cibo expletus fuerit, vomat. poſt calidæ balneum, poſtquam refrixerit, cyceonem ex aqua bibat, veſpere verò cibis mollibus neque multis vtatur. Secunda autem acceſſione, calida loto, & veſtimentis contecto quoad exudet, confeſtim veratri albi radicum trium digitorum longitudinem, trifolij drachmæ quantitatem, ſucci laſeris duarum fabarum pondus ex vino meraco propinato. Quod ſi vomitiones ipſum detineant, vomat, ſin minùs, eodem modo, poſt capitis purgationem. Cibis verò quàm molliſſimis & acerrimis vtatur. Cùm autem ipſum acceſſio inualerit, ne ieiunus medicamentum bibat. Lateris morbus. Lateris morbus vbi prehendit, febris & rigor detinet, dolor per ſpinam ad pectus peruadit, erectæ ceruicis ſpiratio (orthopnœam dicunt) & tuſſis vexat, ſputum album, aliquantulum bilioſum, non facilè tuſſi reiicit, ad inguina dolor eſt, & vrinam cruentam reddit. Cùm ſic habuerit, ſi quidem febris ſeptimo die remiſerit, conualeſcit. Quòd ſi non remiſerit, morbus ad vndecimum aut decimum quartum diem peruenit. Plærique itaque his diebus intereunt. Si verò decimumquartum diem ſuperet, euadit. Cùm hoc modo dolor detinet, fomenta calida admoueto. Mel autem decoctum pari affuſa aceti menſura bibat, deinde ad mellis cocti & aceti menſuram, aquæ vndeuigeſimam portionem affuſam ſenſim & crebrò bibendam dato, poſteáque pauco affuſo aceto aquam admiſceto. Milij ſuccum pauco melle inſtillato frigido, quantum heminæ quadrantem, in ſingulos cibos ſorbeat, & vinum album, generoſum, aquoſum, paucum bibat. Vinum autem ſit quàm molliſſimum, & minimè odoratum. Cum verò febris dimiſerit, duobus quidem diebus milium bis die ſorbeat, & betas ſuauiſſimè apparatas comedat. Poſt hæc catuli aut auiculæ decoctæ ius ſorbeat, & paucas carnes edat. Denique verò, præcipuè quamdiu morbo tentabitur, milium in prandio aſſumat, veſperi autem cibariis quàm pauciſſimis & molliſſimis vtatur. Alter lateralis morbus. Febris & tuſſis detinet, & rigor, & lateris dolor,

τρίψας τοῦ πενταφύλλου τῶν ῥιζῶν, ὅσον ὀξύβαφον ἐν ὕδατι, δοῦναι πιεῖν. ἢν δὲ μηδὲ ἐν τούτῳ παύηται, λούσας αὐτὸν πολλῷ θερμῷ πίσαι τὸ τρίφυλλον καὶ ὀπὸν σιλφίου ἐν οἴνῳ ἰσοκρατέι. καὶ κατακλίνας ἐπιβάλλειν ἱμάτια ἕως ἱδρώσῃ. ἐπὴν δὲ ἐξιδρώσῃ, ἢν διψῇ, δοῦναι πιεῖν ἄλφιτον καὶ ὕδωρ. ἐς ἑσπέρην δὲ καὶ κέγχρον ἑψήσας λεπτὸν, ῥοφησάτω. καὶ οἶνον ἐπιπινέτω. ἕως δ' ἂν διαλείπῃ, καὶ σιτίοις ὡς μαλθακωτάτοισι χρήσθω. Πυρετὸς τεταρταῖος. Τεταρταῖος πυρετὸς ὅταν ἔχῃ, ἢν μὲν ἐξ ἄλλης νούσου λάβῃ ἀκάθαρτον, φάρμακον πίσαι κάτω. ἔπειτα τὴν κεφαλὴν καθῆραι. ἔπειτα φάρμακον πίσαι κάτω, ἢν δὲ μὴ ταῦτα ποιήσαντι παύηται, διαλείπων δύο λήψιας, μετὰ τὴν κάτω κάθαρσιν, λούσας αὐτὸν πολλῷ θερμῷ, πίσαι τοῦ καρποῦ τοῦ ὑοσκυάμου, ὅσον κέγχρον, καὶ μανδραγόρου ἴσον καὶ ὀποῦ τρεῖς κυάμους, καὶ τριφύλλου ἴσον ἐν οἴνῳ ἀκρήτῳ πιεῖν. ἢν δὲ ἐρρωμένος καὶ ὑγιαίνειν δοκέων ἐκ κόπου ἢ ἐξ ὁδοιπορίης πυρετήνας καταστῇ αὐτῷ ἐς τεταρταῖον, πυριήσας αὐτὸν, σκόροδα δίδου, ἐς μέλι βάπτων. ἔπειτα ἐπιπινέτω φάκιον, μέλι καὶ ὄξος μίξας. ἐπὴν δὲ πλησθῇ, ἐμεσάτω. ἔπειτα λουσάμενος θερμῷ ἐπὴν ψυχθῇ, πινέτω κυκεῶνα ἐφ' ὕδατι. ἐς ἑσπέρης δὲ σιτίοισι μαλθακοῖσι καὶ μὴ πολλοῖσι διαχρήσθω. τῇ δὲ ἑτέρῃ λήψει λούσας θερμῷ πολλῷ, ἱμάτια ἐπιβαλὼν, ἕως ἐξιδρώσῃ, πίσαι παραχρῆμα λευκοῦ ἐλλεβόρου τῶν ῥιζέων ὅσον τριῶν δακτύλων μῆκος. καὶ τοῦ τριφύλλου ὅσον δραχμῆς μέγεθος, καὶ ὀποῦ δύο κυάμους ἐν οἴνῳ ἀκρήτῳ καὶ ἢν ἐμέσαι μὲν ἔχωσιν, ἐμεσάτω. ἢν δὲ μὴ, ὁμοίως. μετὰ δὲ τὸ καθῆραι τὴν κεφαλὴν. σιτίοισι δὲ χρήσθω, ὡς μαλθακωτάτοισι καὶ δριμυτάτοισιν. ὅταν δὲ ἡ λῆψις μιν ἔχῃ, μὴ νῆστις ἐὼν τὸ φάρμακον πινέτω. Πλευρῖτις. Πλευρῖτις ὅταν λάβῃ, πυρετὸς καὶ ῥῖγος ἔχει. καὶ ὀδύνη διὰ τῆς ῥάχιος ἐς τὸ στῆθος. καὶ ὀρθόπνοιη. καὶ βὴξ. καὶ τὸ σίαλον λευκὸν, καὶ ὑπόχολον. καὶ ἀποβήσσεται οὐ ῥηϊδίως. καὶ διὰ τῶν βουβώνων ὀδύνη. καὶ οὐρέει αἱματῶδες, ὅταν οὕτως ἔχῃ. ἢν μὲν τὸ πῦρ αὐτὴ ἑβδομαῖον ὄντα, ὑγιὴς γίνεται. ἢν δὲ μὴ αὐτὴ ἀφίκηται ἡ νοῦσος ἐς τὰς ἕνδεκα ἡμέρας, ἢ τὰς τεσσαρεσκαίδεκα. καὶ μὲν οὖν πολλοὶ ἐν ταύτῃσιν ἀπόλλυνται. ἢν δὲ ὑπερβάλλῃ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἐκφυγγάνει. ὅταν οὕτως ἡ ὀδύνη ἔχῃ, χλιάσματα προστιθέναι. πινέτω δὲ καὶ μέλι, ἀναζέσας αὐτὸ καὶ ἐπιχέας ὄξος, ἴσον τῷ μέτρῳ τοῦ μέλιτος. ἔπειτα ὁπόσον ἂν γένηται μέτρον τοῦ ἑφθοῦ μέλιτος καὶ τοῦ ὄξεος, ἐπιχέαι ὕδατος ἑνὸς δέοντος τὸ εἰκοστόν. τοῦτο διδόναι πίνειν κατ' ὀλίγον πυκνά. καὶ μεταμίσγειν ὕδωρ, ὄξος ὀλίγον παραχέων. ῥοφεέτω δὲ καὶ κέγχρου χυλὸν, μέλι ὀλίγον παραστάζων ψυχρὸν, ὅσον τεταρτημόριον κοτύλης, ἐφ' ἑκατέρῳ σιτίῳ. καὶ πινέτω οἶνον λευκὸν, οἰνώδεα, ὑδαρέα, ὀλίγον. ὁ δὲ οἶνος ἔστω, ὡς μαλθακώτατος, ὀδμὴν μὴ ἔχων. ὅταν δὲ ὁ πυρετὸς ἀφῇ, ἡμέρας μὲν δύο τὸν κέγχρον ῥοφεέτω δὶς τῆς ἡμέρας. καὶ τεῦτλα ἡδύτατα ἐσθιέτω. ἔπειτα μετὰ ταῦτα σκύλακα ἢ ὄρνιθα καθεφθὸν ποιήσας, τοῦ ζωμοῦ ῥοφεέτω. καὶ τῶν κρεῶν φαγέτω ὀλίγα. τὸν δὲ λοιπὸν χρόνον μάλιστα ὅσον ὑπὸ τῆς νούσου εἴχετο, ἀριστιζέσθω μὲν τὸν κέγχρον. ἐς ἑσπέρην δὲ, σιτίοισιν ὡς ἐλαχίστοισι χρήσθω καὶ μαλθακωτάτοισιν. Ἑτέρη πλευρῖτις. Πυρετὸς ἔχει καὶ βὴξ. καὶ ῥῖγος καὶ ὀδύνη ἐς τὸ πλευρὸν,

καὶ

καὶ ἐς τὴν κληῖδα ἐνίοτε, καὶ τὸ σίαλον πτύει ὑπόχολον καὶ ὕφαιμον. [100] ὅταν τύχῃ ῥηγματίας ἐών, τούτῳ ᾗ ἂν ὀδύνη ἔχῃ, μάλιστα προστιθέναι χλιάσματα, καὶ λούειν θερμῷ, ἢν μὴ πυρετὸς αὐτὸν πολὺς ἔχῃ. ἢν δὲ μή, μή. πίνειν δὲ διδόναι, [101] κηρίον ἐν ὕδατι ἀποβρέξαντα ἄρτι ὑπόγλυκυ ποιέων. καὶ μεταμίσγειν ὕδωρ. ῥοφάνειν δὲ τὸν χυλὸν τοῦ κέγχρου, δὶς τῆς ἡμέρης. καὶ ἐπιπινέτω οἶνον λευκὸν ὑδαρέα. καὶ ἢν ὑπερφύγῃ τὰς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας, ὑγιὴς γίνεται. Ἄλλη πλευρῖτις. Πυρετὸς ἔχει, καὶ βρυγμὸς, καὶ βὴξ ξηρή. καὶ ἐκβήσσεται χλωρά. ἔστι δ' ὅτε καὶ πελιδνά. καὶ τὸ πλευρὸν ὀδύνη λαμβάνει. καὶ τὸ μετάφρενον ὑπέρυθρον γίνεται. χλιαίνεται δὲ τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ στήθεα. ποτὲ δὲ τὴν κοιλίην καὶ τοὺς πόδας καὶ τὰ σκέλεα. καὶ ἀνακαθήμενος μᾶλλον βήσσει. καὶ ἡ γαστὴρ ταράσσεται. καὶ τὸ ἀποπάτημα πάνυ χλωρὸν καὶ κάκοδμον. οὗτος ἐν εἴκοσιν ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκει. ἢν δὲ ταύτας ἐκφύγῃ, ὑγιὴς γίνεται. [102] τούτῳ ἔστ' ἂν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι παρέλθωσι, διδόναι πίνειν τὸ ἀπὸ τοῦ κρίμνου. καὶ μεταπίνειν οἶνον λευκὸν, οἰνώδεα, ὑδαρέα. ῥοφέειν δὲ τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης ψυχρὸν, δὶς τῆς ἡμέρης. αὐτὰρ δὲ τοῦ μέλιτος ἀντὶ τὸν χυλὸν μίσγειν [103] ῥοιῆς χυλὸν οἰνώδεα, ὅταν ἤδη ὁ χυλὸς ἑφθὸς ᾖ, καὶ λούειν μὴ πολλῷ. ἐπὴν δὲ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι παρέλθωσιν ἔπειτα ἀριστιζέσθω τὸν κέγχρον. ἐς ἑσπέρην δὲ τοῖσι κρέασι τοῖσιν ὀρνιθίοισι καὶ τῷ ζωμῷ, καὶ τοῖσι σιτίοισιν ὀλίγοισι χρήσθω. τὴν δὲ τοιαύτην νοῦσον ὀλίγοι ἐκφυγγάνουσιν. Περιπλευμονίη. Πυρετὸς ἔχει ἡμέρας τεσσαρεσκαίδεκα τὸ ἐλάχιστον. τὸ δὲ μακρότατον δύο δεούσας εἴκοσι. καὶ βήσσει ταύτας τὰς ἡμέρας, ἰσχυρῶς. καὶ ἀποχρέμπτεται τὸ μὲν πρῶτον, σίαλον παχὺ καὶ καθαρὸν, ἑβδόμῃ καὶ ὀγδόῃ. ἐπὴν δὲ ὁ πυρετὸς λάβῃ ἐνάτῃ καὶ δεκάτῃ, ὑπόγλυκυ καὶ πυώδες, ἔστ' ἂν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι παρέλθωσι. καὶ ἢν μὲν ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρῃ ξηρανθῇ ὁ πλεύμων καὶ ἐκβήξῃ, ὑγιάζεται. ἢν δὲ μή, δύο δεούσας εἴκοσι προσέχειν. καὶ ἢν μὲν ἐν ταύτῃσι [104] παύηται τοῦ βήγματος, ἐκφεύγει. ἢν δὲ μὴ παύηται, εἴρεσθαι αὐτὸν, εἰ γλυκύτερον αὐτῷ δοκέει τὸ σίαλον. καὶ ἢν φῇ, ἡ νοῦσος ἐνιαυσίη γίνεται. ὁ γὰρ πλεύμων ἔμπυος γίνεται. τούτῳ χρὴ τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας, οἶνον διδόναι γλυκὺν, λευκὸν, ὑδαρέα, κατ' ὀλίγον πίνειν πυκνά. ῥοφάνειν δὲ τῆς πτισάνης τὸν χυλὸν διδόναι, μέλι παραμίσγοντα [105] τρὶς τῆς ἡμέρης, ἔστ' ἂν αἱ ὀκτωκαίδεκα ἡμέραι παρέλθωσι, καὶ ὁ πυρετὸς παύσηται. κινδυνεύει δὲ μάλιστα ἐν τῇσιν ἑπτὰ, ἢ ἐν τῇσι τεσσαρεσκαίδεκα. ἐπὴν δὲ τὰς ὀκτωκαίδεκα ἡμέρας ὑπερβάλλῃ, οὐκ ἔτι ἀποθνήσκει, ἀλλὰ πτύει πύον, καὶ τὰ στήθεα πονέει, καὶ βήσσει. ὅταν οὕτως ἔχῃ, [106] πιπίσκειν νῆστιν τὸ σὺν τοῦ ἐλελισφάκου. καὶ ῥοφάνειν ἔτνος, στέαρ συμμίσγων πλέον, ἢν μὴ θάλπος ᾖ. ἢν δ' ᾖ, μὴ ῥοφανέτω. ἀλλὰ σιτίοισι χρήσθω ἁλυκοῖσι καὶ λιπαροῖσι. καὶ τοῖσι θαλασσίοισι μᾶλλον ἢ κρέασι. καὶ ἢν σοι δοκέῃ καθαίρεσθαι κατὰ λόγον, [107] ἐγχεῖν καὶ πυριᾶν. ἢν μὲν παχὺ ᾖ τὸ πύον, πυριᾶν. ἢν δὲ λεπτὸν, ἐγχεῖν.

quandoque etiam ad iugulum, ſputum expuit aliquantulum bilioſum & ſubcruentum. Quòd ſi contigerit vt ei intro abſceſſus ruptus fuerit, qua parte maximè dolor detinet, fomenta calida admoueto, & niſi multa febris vexet, calida lauato, ſin minùs minimè. In potu verò aquam faui recentis maceratione condulcatam exhibeto, poſtea etiam immixta aqua. Milij autem ſuccum bis die ſorbeat, & vinum album aquoſum ſuperbibat. Qui ſi quatuordecim dies effugerit, ſanus euadit. Alius lateralis morbus. Febris detinet, dentium ſtridor & tuſſis ſicca vexat; cum virore pallida, quandoque etiam liuida tuſſi reiicit, dolor lateris prehendit, & dorſum ſubrubrum euadit, caput & pectus calet, interdúmque etiam venter, pedes & crura. Erectus ſedens tuſſi magis vexatur, aluus turbatur, & alui egeſtio ex virore admodum pallida eſt & graueolens. Hic intra dies viginti perit, quos ſi effugerit, conualeſcit. Huic donec quatuordecim dies præterierint, farinæ hordeaceæ craſſioris maceratæ dilutum bibendum exhibeto, & vinum album, generoſum, aquoſum, poſtea propinato, ptiſanæ ſuccum frigidum bis die ſorbendum dato. Cúmque iam ſuccus decoctus fuerit, mellis loco, mali punici ſuccum vinoſum, & ptiſanæ ſuccum admiſceto, neque calida multa lauato. Vbi verò dies quatuordecim præterierint, poſtea milium in prandio aſſumat, veſperi autem auicularum carnibus cum iure, & paucis cibis vtatur. Ex hoc autem morbo pauci euadunt. Pulmonis inflammatio. Febris vt minimùm quatuordecim dies detinet, ad ſummum autem duodeuiginti, quibus diebus vehementer per tuſſim reiicit, & primùm quidem ſputum craſſum & purum ſeptimo & octauo die excreat. Vbi verò febris prehenderit, nono & decimo die ſubdulce & purulentum, quoad quatuordecim dies præterierint. Quòd ſi decimo quidem quinto die pulmo reſiccatus fuerit, & per tuſſim reiiciat, conualeſcit. Sin minùs, ad duos de viginti attendito, quibus quidem ſi ſputum tuſſi reiectum ſedatum fuerit, euadit. At ſi non ceſſet, eum interrogato, num ei ſputum eſſe dulcius videatur. Quòd ſi affirmauerit, morbus annuus euadit, cum pulmo pus intrò colligat. Huic primis quidem diebus vinum dulce, album, aquoſum, paulatim crebrò bibendum exhibeto. Ptiſanæ verò ſuccum melle ammixto ter die ſorbendum, quoad dies decem & octo præterierint, & febris ceſſauerit. Periculum autem præcipuè die ſeptimo & decimoquarto incurrit. Cùm verò octodecim dies ſuperauerit, non ampliùs moritur, ſed pus expuit, pectus dolet, & per tuſſim reiicit. Cùm ſic habuerit, ieiuno lentis decoctum propinato, eiuſque freſum multo adipe admixto ſorbendum dato, ſi æſtus non adfuerit, qui ſi adſit, ne ſorbeat, ſed cibis vtatur ſalſis ac pinguibus, & marinis potiùs quàm carnibus. Quòd ſi tibi ritè purgari videatur, infuſo ac fomento vtitor, ſi quidem pus craſſum fuerit, foueto, ſed ſi tenue, infundito.

Et cibis quàm maximè adhæreat, acribus, carnibus bubulis, ouillis & ſuillis abſtineat. Cùm ex pulmonis inflammatione purulentus extiterit, febris vexat, tuſſis ſicca, difficultas ſpirandi, pedes intumeſcunt, & manuum ac pedum vngues contrahuntur. Cùm ſic habuerit, decimo pòſt die ex quo purulentus fieri cœperit, huic multa calida loto, ari radicem tritam aſtragali magnitudine, ſalis granum, & parum mellis, ex aqua & pauco oleo, extracta lingua tepidum infundito, deinde humerum concutito. Quòd ſi ex eo quidem pus erumpat, ſat eſt, ſin minùs, aliud facito. Ciborum acrium & cyclaminis ſuccum expreſſum, vtriuſque acetabulum paruum ſumito, deinde laſeris ſuccum tritum fabæ quantitate, lactis caprini aut aſinini acetabulo dilutum & commixtum, tepidum infundito. Si verò ob id non erumpat, raphani corticem, & æris florem trium fabarum quantitate leuiter tritum, olei heminæ quadrante ſubactum, tepidum infundito. Sit autem raphani quantitas dupla. Quòd ſi pus erumpat, cibis, quàm ſalſiſſimis & maximè pinguibus vtatur. Sed ſi pus minimè prodierit, paulatim ad os ſuffitum adhibeto ex ſij ſucco, vino Tornio, lacte bubulo aut caprino, pari cuiuſque admixta menſura, ita vt trium heminarum modum faciat. Deinde furni teſtas ignitas immittito, hoc per fiſtulam trahat, ea cautione adhibita, vt ne aduratur. Vbi verò purius ſputum fuerit, vrticæ ſemen, thus, origanum, ex vino albo, melle, & pauco oleo tertio quoque die infundito, poſtea verò butyrum, reſinam, in melle liquefactam, neque ampliùs cibis ſalſis & pinguibus vtatur. Intermediis autem diebus ex infuſis ieiunus bibat ſaluiam, rutam, ſaturciam, origanum pari portione, ex vino meraco ac acetabuli menſuram, cum omnibus his aſperſis. Quòd ſi ab his infuſis non prorumpat, nil mirandum. Plærumque enim in ventrem erumpit, confeſtimque meliùs habere videtur, cùm ex anguſto in ampliorem locum venerit. Alius morbus. Cùm longiùs tempus progreſſum fuerit, febris vehemens, & tuſſis prehendit, latus dolet, neque in ſanam quidem partem decubitum ferre poteſt, ſed in dolentem, pedes, & oculorum cauitates intumeſcunt. Poſt decimumquintum ab eruptione diem, huic multa calida loto, & in ſella ſtabili collocato, alter manus detineat, tu verò agitato humero quonam in latere affectio ſtrepitum faciat auſcultato, votum autem eſt vt in ſiniſtro. Ad hunc igitur locum ſectionem adhibeto, quod minùs lethale eſt. At ſi præ craſſitudine & copia nullum tibi ſtrepitum edere videatur, quò ipſum deprehendas, quod ſit interdum, latus quod intumuerit & magis doluerit, quàm inſima parte ſub ipſum tumorem potiùs quàm anteriore parte ſecato, quo facilior puri exitus pateat. Primùm autem inter coſtas cutem ſpecillo lato exciſorio ſecato, deinde ſpecillo acuto panniculo doligato, cuius extremam partem vnguis pollicis magnitudine relictam intrò adigito.

καὶ τῶν σιτίων ἔχεσθαι ὡς μάλιστα καὶ τῶν δριμέων ἀπέχεσθαι, καὶ κρεῶν βοείων, καὶ οἰείων καὶ χοιρείων. Ὅταν ἐκ περιπλευμονίης ἔμπυος γένηται, πυρετὸς ἴσχει, καὶ βὴξ ξηρή, καὶ δύσπνοια, καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι, καὶ οἱ ὄνυχες ἕλκονται τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν. τοῦτον ὅταν οὕτως ἔχῃ, ἐπὴν δεκαταῖος γένηται, ἀφ' ἧς ἂν ἄρξηται ἔμπυος γίνεσθαι, λούσας πολλῷ θερμῷ τρίψας ἄρου ῥίζαν, ὅσον ἀστραγάλου μέγεθος, καὶ ἅλος χόνδρον, καὶ μέλι ὀλίγον, καὶ ὕδωρ, καὶ ἄλειφα ὀλίγον, ἐξειρύσας τὴν γλῶτταν, ἐγχέαι χλιαρόν. ἔπειτα κινῆσαι τὸν ὦμον. καὶ ἢν μὲν ὑπὸ τούτου τὸ πύον ῥαγῇ, εἰ δὲ μή, ἕτερον ποιῆσαι. σιτία δριμέα ἐκχυμώσας καὶ κυκλάμινον ὅσον ὀξύβαφον τὸ μικρὸν ἑκατέρου ἔστω. ἔπειτα ὀπὸν σιλφίου τρίψας ὅσον κύαμον, διεῖναι καὶ συμμίξαι γάλακτος ὅσον ὀξύβαφον αἰγὸς ἢ ὄνειον, τοῦτο χλιαρὸν ἐγχεῖν. ἢν δὲ ὑπὸ τούτου μὴ ῥαγῇ, ῥαφανίδος φλοιὸν καὶ ἄνθος χαλκοῦ ὅσον τρεῖς κυάμους, τρίψας λεῖον, διπλάσιον δὲ ἔστω τῆς ῥαφανίδος, ἐλαίῳ διεῖναι, ὅσον τεταρτημορίῳ κοτύλης, τοῦτο ἐγχεῖν χλιαρόν. καὶ ἢν ῥαγῇ τὸ πύον, σιτίοισιν ὡς ἁλμυρωτάτοισι καὶ λιπαρωτάτοισι χρῆσθαι. καὶ ἢν μὴ ἴῃ τὸ πύον, κατ' ὀλίγον πυριᾶν κατὰ τὸ στόμα σίου χυλῷ, οἴνῳ τορνίῳ, γάλακτι βοείῳ, ἢ αἰγείῳ, ἴσον ἑκάστου συμμίξας. ἔστω δὲ ὅσον τρεῖς κοτύλαι. ἔπειτα ἐμβάλλειν ἰπνοῦ ὄστρακα διαφανέας, τοῦτο ἑλκέτω διὰ τοῦ αὐλοῦ, φυλασσόμενος ὅπως μὴ κατακαίηται. ἐπὴν δὲ καθαρώτερον πτύῃ, [108] ἐγχεῖν αὐτῷ κνίκης σπέρμα. λιβανωτόν. ὀρίγανον ἐν οἴνῳ λευκῷ καὶ μέλιτι. καὶ ἐλαίῳ ὀλίγῳ. ἐγχεῖν δὲ διὰ τρίτης ἡμέρης. [109] μετὰ δὲ βούτυρον, ῥητίνην, ἐν μέλιτι διατήκων. καὶ σιτίοισι μηκέτι χρῆσθαι ἁλμυροῖσι μηδὲ λιπαροῖσι. πινέτω δὲ νῆστις τὰς ἐν μέσῳ ἡμέρας τῶν ἐγχύτων, ἐλελίσφακον. πήγανον. θύμβρον. ὀρίγανον ἴσον ἐν οἴνῳ ἀκρήτῳ ὅσον ὀξύβαφον μετὰ πάντων ἐπιπάσσων. [110] ἢν δὲ μὴ ῥαγῇ ὑπὸ τῶν ἐγχύτων, πολλάκις γὰρ ἐκρήγνυται ἐς τὴν κοιλίην, καὶ αὐτίκα δοκέει ῥάων εἶναι, ὅταν ἐκ στενοῦ ἐς εὐρυχωρίην ἔλθῃ. Ἄλλη νοῦσος. Ὁκόταν ὁ χρόνος πλείων γένηται, ὅ, τε πυρετὸς ἰσχυρός, καὶ ἡ βὴξ ἐπιλαμβάνει. καὶ τὸ πλευρὸν ὀδυνᾶται. καὶ ἐπὶ μὲν τὸ ὑγιὲς οὐκ ἀνέχεται κατακείμενος, ἐπὶ δὲ τὸ ἀλγέον μέρος. καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι καὶ τὰ κοῖλα τῶν ὀμμάτων. τοῦτον ὅταν ἡμέρη πεντεκαιδεκάτη γένηται ἀπὸ τῆς ἐκρήξιος, λούσας πολλῷ θερμῷ καθίσας [111] ἐπὶ ἕδρην ὅ, τι μὴ ὑποκινήσει. ἕτερος μὲν τὰς χεῖρας ἐχέτω. σὺ δὲ τὸν ὦμον σείων, ἀκροάζεσθαι ἐς ὁκότερον ἂν τῶν πλευρέων, τὸ πάθος ψοφέῃ. [112] βούλεσθαι δὲ ἐς τὸ ἀριστερόν. κατ' οὖν τοῦτον τὸν τόπον τομέειν. ἧσσον γὰρ θανατῶδες. ἢν δέ σοι ὑπὸ τοῦ πάχεος καὶ τοῦ πλήθεος μὴ ψοφέῃ, ὥστε καταμαθεῖν αὐτό, ποιέει γὰρ τοῦτο ἐνίοτε, ὁκότερον ἂν ἀποιδέῃ τῶν πλευρέων καὶ ὀδυνᾶται μᾶλλον, τοῦτο τάμνειν ὡς κατωτάτω, ὄπισθεν τοῦ οἰδήματος μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν, ὅκως σοι ἡ ἔξοδος τοῦ πύου εὔροος ᾖ. τάμνειν δὲ μεταξὺ τῶν πλευρέων, [113] στηθοειδεῖ μαχαιρίῳ, τὸ πρῶτον δέρμα, [114] ἔπειτα ὀξυβελεῖ ἀποδήσας ῥάκει, τὸ ἄκρον τῆς μαχαιρίδος λιπὼν ὅσον τὸν ὄνυχα τοῦ δακτύλου τοῦ μεγάλου, καθεῖναι εἴσω.

ἔπειτα ἀφεὶς τὸ πύον ὁκόσον ἄν σοι δοκέῃ, [115] μοτοῦν ὠμολίνῳ μοτῷ λίνον ἐκδήσας. ἀφιέναι δὲ τὸ πύον ἑκάστης ἡμέρης ἅπαξ. [116] ἐπὴν δὲ ᾖ ἡμέραι δεκαταῖος, ἀφεὶς ἅπαν τὸ πύον, ὀθονίῳ μοτοῦν. ἔπειτα ἐγχέειν οἶνον καὶ ἔλαιον χλιαρὸν αὐλίσκῳ, ὡς μὴ τὸ ἐξαπίνης ὁ πλεύμων εἰθισμένος βρέχεσθαι τῷ πύῳ, ἀποξηρανθῇ. ἐξιέναι δὲ τὸ ἔγχυμα, τὸ μὲν ἕωθεν ἐς ἑσπέρην, τὸ δὲ ἐς ἑσπέρην, ἕωθεν. ἐπὴν δὲ τὸ πύον λεπτὸν οἷον ὕδωρ ᾖ, καὶ γλίσχρον τῷ δακτύλῳ ψαυόμενον, καὶ ὀλίγον, ἐντιθέναι μοτὸν κασσιτέρινον κοῖλον. ἐπὴν δὲ παντάπασι ξηρανθῇ ἡ κοιλίη, ἀποτάμνων τοῦ μοτοῦ κατὰ μικρὸν, συμφύειν τὸ ἕλκος, ἔστ᾽ ἂν ἐξέλῃς τὸν μοτόν. σημεῖον δὲ ἢν μέλλῃ ἐκφεύξεσθαι. [117] ἢν μὲν τὸ πύον ᾖ λευκὸν καὶ καθαρὸν, καὶ ἶνες αἵματος ἐνέωσιν, ὡς τὰ πολλὰ ὑγιὴς γίνεται. ἢν δὲ οἷον λεκιθώδης ἀπορρυῇ τῇ πρώτῃ, ἢ τῇ ὑστεραίῃ ἀπορρυῇ παχὺ, ὑπόχλωρον, ὄζον, ἀποθνήσκουσιν ἐπειδὰν ἐκρυῇ τὸ πύον. [118] Ἑτέρη. Ὅταν πλεύμων φθίνῃ, τὸ σίαλον παχὺ ὑπόχλωρον γλυκὺ βήσσεται, καὶ βρυγμὸς καὶ ὀδύνη ἐς τὸ στῆθος καὶ ἐς τὸ μετάφρενον. καὶ συρίζει ἐν τῇ φάρυγγι λεπτόν. καὶ ἡ φάρυγξ ξηρὴ γίνεται. [119] καὶ τὰ κοῖλα ἐρυθρά. καὶ βαρείη ἡ φωνή. καὶ οἱ πόδες οἰδίσκονται. καὶ οἱ ὄνυχες ἕλκονται. [120] καὶ καταλεπτύνονται τὰ ἄνω, καὶ μινύθει. καὶ μυσάττεται τὸ σίαλον, ἐπὴν ἀποχρεμψάμενος ἔχῃ ἐν τῷ στόματι. καὶ βήσσει τὸν ὄρθρον καὶ μέσον νύκτα μάλιστα. βήσσει δὲ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον. καὶ λαμβάνει μᾶλλον γυναῖκα νεωτέρην ἢ πρεσβυτέρην. [121] τούτῳ ἢν μὲν αἱ τρίχες ἤδη ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέωσι, καὶ ψιλῶται ἤδη ἡ κεφαλὴ ὡς ἐκ νούσου, καὶ πτύοντι ἐπὶ ἄνθρακας βαρὺ ὄζῃ τὸ σίαλον, φάναι αὐτὸν ἀποθανεῖσθαι ἐν τῷ ὀλίγῳ χρόνου, τὸ δὲ κτεῖνον, ἔσεσθαι διάρροιαν. ἐπὴν γὰρ ἤδη τὸ πύον τὸ περὶ τὴν καρδίην σήπηται, τοῦτο ὄζει κνίσσης ἐπὶ τοῖσιν ἄνθραξι. καὶ ξυνθερμαινόμενος ὁ ἐγκέφαλος ῥεῖ ἁλμυρόν, [122] ἣ κινεῖ τὴν κοιλίην. σημεῖον δὲ τούτου, ῥέουσιν ἐκ τῆς κεφαλῆς τρίχες. [123] τοῦτον μὴ ἰᾶσθαι ὅταν οὕτως ἔχῃ. ἢν δὲ κατ᾽ ἀρχὰς ἐπιτύχῃς τῇ νούσῳ, φάκιον δὸς πιεῖν. εἶτα διαλιπὼν μίαν ἡμέρην, ἐλλέβορον δοῦναι κεκρημένον, ὅκως τὴν κάτω κοιλίην μὴ κινῇ. καὶ ἐπὴν ἐς τὸ στόμα τῆς νυκτὸς αὐτοῦ φοιτᾷ ἅλμη, πρὸς τὰς ῥῖνας αὐτοῦ προσθεῖναι φάρμακα πυκνότερα. ἢν δὲ μὴ ῥέῃ, προσθεῖναι μὲν, διὰ πλέονος δὲ χρόνου, καὶ τοῦ μηνὸς ἅπαξ προσαποπίσκειν ἐλλέβορον, ὅσον τοῖσι δακτύλοισι δύο ἄραι, ἐν οἴνῳ γλυκεῖ κεκρημένον. φάκιον δὲ αὐτίκα διδοὺς ἐπιπίνειν. φάρμακα δὲ ὡς ἐλάχιστα πινέτω, ἢν μὴ αὐτὸν οἱ πυρετοὶ ὀξύτεροι ἐπιλαμβάνωσι, [124] τὴν ῥίζαν τὴν λευκὴν καὶ τοῦ ἐλλεβόρου λείχειν. ἐν μέλιτι δὲ οὔ. οὕτω γὰρ ἥκιστα τὴν κοιλίην κινήσει. ἢν δὲ στρόφος ἐγγίνηται ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ, πρῶτον μὲν κλύσαι ἐκείνῳ, ἐς ὃ κόκκος συμμίσγεται. ἢν δὲ μηδ᾽ οὕτω παύηται, γάλακτι ὀνείῳ ἑφθῷ καθῆραι. φάρμακον δὲ μὴ δίδου κατωτερικόν. ἢν δὲ πρὸ τοῦ φαρμακίου προπίνων τὸν ἐλλέβορον χολὴν ἐμέῃ, αὐτοῦ τοῦ φακίου ἐπιπινέτω. σιτίοισι δὲ χρήσθω, [125] ἢν μὲν οἱ πυρετοὶ ὀξέες ἔχωσι, κρέασι μηλείοισιν ἑφθοῖσι, καὶ ὀρνιθίοισι, καὶ κολοκύνθῃ, καὶ τεύτλοισι.

Poſtea vbi quantum puris videbitur emiſeris, vulnus penicillo ex lino crudo, cui filum alligaris, obducito, quotidie pus ſemel emittito. Poſt decimum diem, vbi totum pus emiſeris, penicillum ex linteo indito, deinde vinum & oleum tepida per fiſtulam infundito, ne pulmo pure madeſcere conſuetus, derepente reſiccetur. Infuſum autem matutinum ſub veſperam, at veſpertinum mane educito. At vbi pus tenue velut aqua, aut ad digiti contactum glutinoſum & paucum fuerit; ſtanneum penicillum cauum indito. Cùm verò prorſus venter reſiccatus fuerit, paulatim reſecato penicillo, dum ipſum eximas, vulnus coaleſcere ſinito. Indicio autem eſt euaſurum ægrum; ſi quidem pus album & purum fuerit, fibræque ſanguinis inſint, vt plurimùm conualeſcit. At ſi primo die oui luteo ſimile, aut poſtero die craſſum defluat, aliquantulum ex virore pallidum, & graueolens, vbi pus effluxerit, moriuntur. Alius morbus. Cùm quis ex pulmonis vitio tabeſcit, huic ſputum craſſum, aliquantulum ex virore palleſcens & dulce per tuſſim reiicitur, dentium ſtridor eſt, dolor pectus & dorſum occupat, tenuis ſibilus in faucibus editur, eæque ſicceſcunt, cauitates rubent, vox grauis eſt, pedes intumeſcunt, vngues contrahuntur, partes ſuperiores extenuantur & imminuuntur, ſputum ore contentum excreaturus deteſtatur, matutino tempore & media nocte maximè tuſſis vexat, itemque alio tempore, hicque morbus iuuenculam mulierem potiùs quam vetulam prehendit. Si quidem iam capilli è capite huic defluant, caputque velut ex morbo nudetur, & ſuper prunas expuenti ſputum grauiter oleat, hunc intra breue tempus periturum aſſerito, & ex alui profluuio periturum. Vbi enim iam pus circa cor computruit, id prunis impoſitum nidorem exhalat, & vna incaleſcens cerebrum ſalſuginem emittit, quæ aluum ciet, cuius rei indicium eſt quòd capilli ex capite defluunt. Hunc cùm ita habuerit ne curato. At ſi per initia tibi morbus obtigerit, lenticulæ cremorem propinato, deinde intermiſſo vno die, veratrum ita temperatum vt ne inferiorem aluum cieat, exhibeto. Cumque noctu ad os ſalſugo deueniat, crebriora ei medicamenta ad nares admoueto. Sed ſi non effluat apponito quidem, verum ex maiore interuallo, & ſemel in menſe, veratro quantum duobus digitis tolli poteſt, ex vino dulci temperato, inſuper epoto. Lenticulæ verò decoctum confeſtim inde bibendum dato. Medicamenta autem purgantia, niſi eum febres acutiores prehendant, quàm pauciſſima bibat. Dracunculi radicem & veratri delingat, non tamen ex melle. Sic enim minimè aluum mouebit. Quod ſi tormina in aluo inferiore ſuboriantur, eam primùm quidem ex infuſo, in quod coccus cnidius commiſcetur, ſublnito. Quòd ſi neque ſic ſedentur lacte aſinino cocto purgato, medicamentum autem deorſum purgans ne exhibeto. Si verò ante medicamentum epoto veratro bilem vomat, ipſo lentis decocto aſſumpto vomat. Cibis autem vtatur, ſi quidem febres acutæ detinent, carnibus ouillis coctis, & volucrium, cucurbita & betis.

Iuſculum ne ſorbeat, neque ad intinctus vtatur. Piſcibus autem vtatur ſcorpiis, & mollibus aut cartilagineis cõctis, neque calidum quicquam comedat, neque lauet, ſi multa febris detineat, neque oleribus acribus vtatur, excepta ſatureia aut origano, vinum album bibat. At ſi febris ſit expers, calores autem ſubinde corripiant, piſces quàm optimos & pinguiſſimos edat, & pinguia & dulcia, & quàm maximè ſalſa. Deambulationibus vtatur neq; in vento, neque in Sole, & poſt cibos, cùm tempeſtiuum videbitur, vomat, tepidaque lauet, capite excepto. Ex cibariis panis melior, iis qui maza non victitant, his verò vtraque commiſceto. Alius morbus qui tabes vocatur. Tuſſis vexat, & ſputum copioſum & liquidum, interdumque facilè per tuſſim reiicitur, puſque grandini eſt ſimile, & digitis tritum durum & graueolens exiſtit. Vox clara & ſine dolore emittitur, neque febres corripiunt, ſed quandoque calor, & alioqui debilis eſt. Huic veratrum & lentis decoctum propinato, & quàm plurimis cibis ſatiato, dum ab acribus, carnibus bubulis, ſuillis, & ouillis abſtineat. Exercitationibus paucis & deambulationibus vtatur, poſt illas vomitiones adhibeat, venere abſtineat. Morbus hic ſeptem aut nouem annis durat, quod ſi huic per initia curationem adhibeas, ſanus euadit. Alius morbus. Si pulmonis fiſtula vlcere feruido & ſuperficiario laborarit, febris lenis detinet, medio pectore dolor vexat, & totius corporis pruritus, vox rauceſſit, ſputum liquidum ac tenue expuit, interdum etiã craſſum, ac velut priſanę ſuccum. In eius ore grauis odor, qualis ex piſcibus crudis cõtingit, ſuboritur, ſubindeque in ſputo dura quædam velut fungi fruſtula ex vlcere apparent, ſuperiora, atque adeò totus homo extenuatur, malæ rubent, vngues temporis ſucceſſu contrahuntur, aridi & ex virore palleſcentes euadunt. Confeſtim autem perit ſanguinem & pus per ſputum reiiciẽdo, niſi curetur. Poſtea etiam vehementes ſuperuenientes febres ipſum interficiunt. At ſi curatus fuerit, ex hac tabe euadit. Curare autem oportet, vt epoto lenticulæ decocto vomat. Quòd ſi tempeſtiuum tibi videatur veratrum per ſe, ſi quidem per hominis vires liceat, propinato, ſin minùs, dimidium potionis ad lenticulæ decoctum admiſceto, ita vt quinta aut ſexta potione deſinas. Ventrem autem inferiorem, niſi febres vehementes prehenderint, medicamento purgante ne agitato. Quòd ſi non prehenderint, lacte aſinino per inferiora purgato. Si verò adeò debilis ſit, vt bibere nequeat, per infuſum ſubluito, caput autem minùs agitato. Quòd ſi ſputum quidem copioſum & ſalſum ad os defluat naribus quod bilem minimè ducat apponito. Si verò fluxio ad os non vergat, capiti nihil adhibeto. Cùm autem ſputum graueolens fuerit, intermediis inter lenticulæ decoctum diebus, medicamentum in pulmones, per infuſum immittito, intermiſſo verò vno die ſuffito. Cibis vtatur, carnibus ouillis & volucrium, piſcibus mollibus & cartilagineis, & ſcorpiis coctis. Quarto quoque die ſalſamentum quàm optimum & maximè pingue comedat, in prandio quidem maza vtatur, in cœna verò huic panem admiſceat, neque quicquam ſorbeat, neque cyceonem bibat,

ζωμὸν δὲ μὴ ῥοφεέτω. μηδὲ βαπτέσθαι, ἰχθύσι δὲ χρήσθω, σκορπίοισι καὶ σελάχεσιν ἐφθοῖσι. θερμὸν δὲ μηδὲν ἐσθιέτω. μὴ δὲ λουέσθω, ἢν ὁ πυρετὸς ἔχῃ πολύς. μηδὲ λαχάνοισι δριμέσι χρήσθω, ὅτι μὴ θύμβρῃ ἢ ὀριγάνῳ. [116] οἶνον δὲ λευκὸν πινέτω. ἢν δὲ ἄπυρος ᾖ, θέρμαι δὲ λαμβάνωσιν ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, ἐσθιέτω ἰχθῦς ὡς ἀρίστους καὶ πιοτάτους. καὶ λιπαρὰ καὶ γλυκέα, καὶ ἁλμυρὰ ὡς μάλιστα, καὶ περιπάτοισι χρήσθω, μήτε ἐν ἀνέμῳ, μήτε ἐν ἡλίῳ. καὶ ἐμείτω ἀπὸ τῶν σιτίων, ὅταν τοι δοκέῃ καιρὸς εἶναι. καὶ λούσθω χλιαρῷ, πλὴν τῆς κεφαλῆς. σιτίων δὲ ἄρτος ἀμείνων, ὅσοι μὴ μαζοφάγοι εἰσί. τούτοισι δὲ ἀμφότερα συμμίσγειν. Ἑτέρη νοῦσος ἣν καλέεται φθίσις. Βὴξ ἔχει καὶ τὸ πτύσμα πολλὸν καὶ ὑγρόν. καὶ ἐνίοτε ῥηιδίως ἀναβήσσεται. καὶ τὸ πῦον οἷον χάλαζα. καὶ διατριβόμενον ἐν τοῖσι δακτύλοισι, σκληρὸν καὶ κακῶδες γίνεται. ἡ δὲ φωνὴ καθαρὴ καὶ ἀνώδυνος, καὶ τοι πυρετοὶ οὐ λαμβάνουσι. θέρμη δὲ ἐνίοτε, ἀτὰρ ὅμως τε καὶ ἀσθενής. τοῦτον χρὴ ἐλλέβορον πιπίσκειν καὶ φάκιον. καὶ διωχέειν ὡς μάλιστα ἀπεχόμενον τῶν δριμέων. καὶ κρεῶν βοείων, καὶ χοιρείων, καὶ οἰείων, καὶ γυμνάζεσθαι ὀλίγα καὶ περιπατέειν. καὶ ἀπὸ σιτίων ἐμέτοισι χρῆσθαι. καὶ λαγνείης ἀπέχεσθαι. αὕτη ἡ νοῦσος γίνεται ἑπτὰ ἔτεα ἢ ἐννέα. οὗτος ἢν ἐξ ἀρχῆς θεραπευθῇ, ὑγιὴς γίνεται. Ἢν ἀφθήσῃ ἡ σῦριγξ τοῦ πλεύμονος, πυρετὸς ἴσχει βληχρός. καὶ ὀδύνη μέσον τὸ στῆθος καὶ τοῦ σώματος κνησμός. καὶ ἡ φωνὴ βραγχώδης. καὶ τὸ σίαλον ὑγρόν. καὶ λεπτὸν πτύει. ἐνίοτε δὲ παχὺ καὶ οἷον πτισάνης χυλόν. καὶ ἐν τῷ στόματι ὀδμὴ τοι ἐγγίνεται βαρείη, οἵη ἀπὸ ἰχθύων ὠμῶν καὶ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐν τῷ σιάλῳ ἐμφαίνεται σκληρά, [117] οἷον μύκης ἀφ' ἕλκεος. καὶ τὰ ἄνω λεπτύνεται, μάλιστα δὲ ἅπας. καὶ τοι [118] κύκλοι τοῦ προσώπου ἐρυθριῶσι. καὶ τοι ὄνυχες τῶν χειρῶν ἕλκονται καὶ ξηροὶ καὶ χλωροὶ γίνονται. τελευτᾷ δὲ αὐτίκα, ἢν μὴ θεραπευθῇ, [119] αἷμα πτύων καὶ πῦον. [120] ἔπειτα καὶ πυρετοὶ ἰσχυροὶ ἐπιγενόμενοι αὐτὸν ἐκτείνουσι. ἢν δὲ θεραπευθῇ, ἐκφυγγάνει ἐκ ταύτης τῆς φθίσιος. θεραπεύειν δὲ χρή, φάκια πιπίσκοντα ἐμέειν. ἢν δέ σοι καιρὸς δοκέῃ εἶναι, ἐλλέβορον πίνειν. ἢν μὲν δυνατὸς ᾖ ὁ ἄνθρωπος, αὐτόθι· ἢν δὲ μή, παραμίσγειν τῷ φακίῳ, ἥμισυ πόσιος, διαλείπων ἐν πέμπτῃ ἢ ἐν ἕκτῃ πόσει. τὴν δὲ κάτω κοιλίην, μὴ κινέειν φαρμάκῳ, ἢν μὴ τοι πυρετοὶ λαμβάνωσιν ἰσχυροί. ἢν δὲ μὴ λαμβάνωσι, γάλακτι ὄνου ὑποκαθαίρειν. ἢν δὲ ἀσθενὴς ᾖ ὥστε πίνειν, ὑποκλύσαι. [121] ἧσσον δὲ κεφαλήν. καὶ ἢν μὲν τὸ σίαλον ἐς τὸ στόμα ἴῃ πολλὸν καὶ ἁλμυρόν, πρὸς τὰς ῥῖνας προσθεῖναι ὅ, τι χολὴν μὴ ἄξει. ἢν δὲ μὴ ἴῃ τὸ ῥεῦμα ἐς τὸ στόμα, μὴ προστιθέναι πρὸς τὴν κεφαλήν. ἐπὴν δὲ τὸ σίαλον δυσῶδες ᾖ, τὰς μεταξὺ τῶν φακίων ἐγχεῖν ἐς τὸν πλεύμονα φάρμακον. μίαν δὲ διαλιπὼν ἐπὴν ἔχῃς ἡμέρην θυμιᾶν. σιτίοισι δὲ χρῆσθαι, κρέασι μηλείοισι καὶ ὀρνιθίοισι. καὶ ἰχθύσι σελάχεσι. καὶ σκορπίοισιν ἑφθοῖσι. διὰ τετάρτης ἡμέρης, τάριχον ἐσθιέτω ὡς ἄριστον καὶ πιότατον. καὶ ἀριστάτω μὲν μᾶζαν. δειπνείτω δὲ ταύτῃ συμμίσγων καὶ ἄρτον, καὶ μήτε ῥοφανέτω μηδὲν, μήτε κυκεῶνα πινέτω,

ἢν

τὸν ἐσθίειν δυνατὸς ᾖ. τὰ δὲ ὄψα ἡδύνειν, καὶ ἐσθίειν σησάμῳ ἀντὶ τοῦ πυροῦ. καὶ κοριάννῳ καὶ ἀνήθῳ. σιλφίῳ δὲ μηδὲν χρῆσθαι, μηδὲ τῷ ἄλλῳ λαχάνῳ δριμεῖ, ὅτι μὴ ὀριγάνῳ, ἢ θύμῳ, ἢ πηγάνῳ. περιπάτοισι δὲ χρήσθω καὶ πρὸ τοῦ σιτίου καὶ μετὰ τὸ σιτίον, φυλασσόμενος τὸν ἄνεμον καὶ τὸν ἥλιον. πληρησμονῆς ἀπεχέσθω καὶ ἀφροδισίων. λουέσθω δὲ χλιαρῷ, πλὴν τῆς κεφαλῆς. ταύτην δὲ ὡς διὰ πλείστου χρόνου. Φθίσις νωτιάς. Ἡ νωτιὰς φθίσις ἀπὸ τοῦ μυελοῦ γίνεται. λαμβάνει δὲ μάλιστα νεογάμους, καὶ φιλολάγνους. γίνονται δὲ ἄπυροι. καὶ ἐσθίειν ἀγαθοί. καὶ τήκονται. καὶ ἢν ἐρωτᾷς αὐτὸν φήσει οἱ ἄνωθεν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς [113] κατὰ τὴν ῥάχιν κατέρχεσθαι δοκεῖν οἷον μύρμηκας. καὶ ἐπὴν οὐρέῃ ἢ ἀποπατέῃ, προσέρχεταί οἱ θορὸς πουλὺς καὶ ὑγρός. [115] καὶ γόνιμος οὐκ ἐγγίνεται. καὶ ὀνειρώσσει, κἂν συγκοιμηθῇ γυναικὶ, κἂν μή. καὶ ὅταν ὁδοιπορήσῃ ἢ δράμῃ, ἄλλως τε [114] καὶ πρὸς ἄναντες, ἄσθμα μιν καὶ ἀσθενείη λαμβάνει. καὶ τῆς κεφαλῆς βάρος. καὶ τὰ ὦτα ἠχεῖ. τοῦτον ἐν τῷ χρόνῳ ὅταν ἐπιλάβωσι πυρετοὶ ἰσχυροὶ, [115] ἀπώλετο ὑπὸ λιπυρίου. ὅταν οὕτως ἔχῃ, ἢν ἐξ ἀρχῆς μεταχειρίσῃ πυριάσας αὐτὸν ὅλον, φάρμακον δοῦναι πίνειν ἄνω. καὶ μετὰ τοῦτο τὴν κεφαλὴν καθῆραι. μετὰ δὲ, πίσαι κάτω. ἐπὴν χρῄζῃς δὲ βούλεσθαι μάλιστα ἦρος, καὶ μεταπιπίσαι ὀρρὸν ἢ γάλα ὄνειον. βόειον δὲ γάλα διδόναι πίνειν τεσσαράκοντα ἡμέρας. ἐς ἑσπέρην δὲ ἕως ἂν γαλακτοποτέῃ, χόνδρον διδόναι ῥοφεῖν. σιτίων δὲ ἀπεχέσθω. ἐπὴν δὲ παύσηται γαλακτοποτέων, σιτίοισι διακομίζειν αὐτὸν μαλθακοῖσιν ἐξ ὀλίγου ἀρχόμενος. καὶ παχύνειν ὡς μάλιστα. καὶ ἐνιαυτὸν πληρησμονῆς ἀπεχέσθω. καὶ ἀφροδισίων. καὶ ταλαιπωριέων, ὅτι μὴ περιπάτοισι, φυλασσόμενος τὰ ψύχεα, καὶ τὸν ἥλιον. λουέσθω δὲ χλιαρῷ. Πλεύμονος νοῦσος. Τὸ σίαλον παχὺ καὶ λιγνυῶδες βήσσεται. καὶ ἡ χροιὴ μέλαινα, καὶ ὑποιδαλέη. καὶ ὀδύναι λεπταὶ ὑπὸ τὸ στῆθος καὶ ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας. [116] καὶ δυσαλθέες γίνονται. ἧσσον δὲ ἐπικίνδυνος τοῦ ἑτέρου ἐστί. καὶ ἐκφυγγάνουσι πλέονες. τούτῳ χρὴ ἐλλέβορον πιπίσκειν, καὶ αὐτὸν καὶ τοῖσι φακίοισι μίσγοντα. καὶ ἐγχέειν εἰς τὸν πλεύμονα καὶ θυμιᾶν, καὶ εὐωχέειν ἀπεχόμενον κρεῶν βοείων, [117] καὶ οἰείων, καὶ χοιρείων, καὶ λαχάνων δριμέων, ὅτι μὴ ὀριγάνῳ ἢ θύμβρῃ. καὶ περιπάτοισι χρήσθω. [118] ἐξ ἠοῦς δὲ πρὸς ἄναντες, ὁδοιπορέειν νῆστιν. ἔπειτα πίνειν τῶν φύλλων ἐν τῷ οἴνῳ ἐπιπάσσοντα, κεκρημένῳ. τὰ δὲ λοιπὸν σιτίοισι χρήσθω τοῖσιν εἰρημένοισιν. Ἀρτηρίη τρωθεῖσα. Ἢν τρωθῇ ἡ ἀρτηρίη, βὴξ ἔχει καὶ αἷμα βήσσεται. καὶ λανθάνει ἡ φάρυγξ πιμπλαμένη τοῦ αἵματος. καὶ ἐκβάλλει θρόμβους. καὶ ὀδύνη γίνεται ἐκ τοῦ στήθεος ἐς τὸ μετάφρενον ὀξείη. καὶ τὸ σίαλον γλίσχρον καὶ πολύ. καὶ ἡ φάρυγξ ξηρή. καὶ πυρετὸς καὶ ῥῖγος ἐπιλαμβάνει, [119] καὶ κέρχεται ἡ φάρυγξ, οἷον ὑπὸ λιπαροῦ. ἔστε μὲν πεντεκαίδεκα ἡμέρας, πάσχει τοιαῦτα. μετὰ δὲ, πῦον πτύει. [140] καὶ οἷα ἕλκεος κέρχνεες, καὶ αὖθις βὴξ, καὶ ἐρράγη δίχα τὸ αἷμα. καὶ μετὰ τὸ πῦον, παχύτερον πτύει. καὶ ὁ πυρετὸς ἰσχυρότερος γίνεται. καὶ τελευτᾷ ἐς πλεύμονα. [141] καὶ καλέεται ῥηγματίας πλεύμονος.

ſi comedere poſſit. Opſonia ſeſamo pro tritico condita, & coriandro, & anetho comedat. Laſere ſilphióve ne vtatur, néque vllo alio olere acri, præter quàm origano, aut thymo, aut ruta. Deambulationibus autem ante & poſt cibum vtatur, vitato vento & ſole, à crapula & venere abſtineat, tepida lauet, capite excepto, quod quàm rariſſimè quidem lauet. Tabes dorſalis. Tabes dorſalis ex ſpinali medulla oritur, præcipuè verò recentes ſponſos & libidinoſos corripit. Febris ſunt expertes, bene comedunt & colliquantur. Quòd ſi ita affectum percontéris, aſſeret ſibi videri ex ſuperioribus partibus à capite velut formicas in ſpinam demitti, cumque vrinam aut ſtercus reddit, ſemen genitale copioſum & liquidum ei prodit, neque generatio fit, & inter dormiendum, cum vxore dormiat, nécne, veneris ludibria patitur. Cumque aliàs tum præcipuè per locum arduum iter fecerit aut cucurrerit, anheloſus & imbecillus euadit, caput grauatur, & aures ſonant. Hic temporis progreſſu vehementibus febribus correptus perit ex lipyria febre. Cùm ita habuerit, ſi per exordia curandum ſuſceperis, fomento toti corpori admoto, medicamentum per ſuperiora purgans bibendum exhibeto poſteaque caput purgato, deinde verò deorſum purgans propinato. Ad curationem autem vere præcipuè aggredi velis, poſteáque ſerum aut lac aſininum propinato. Lac verò bubulum per quadraginta dies bibendum exhibeto. Veſperi quamdiu lac bibet, alicam ſorbendam dato, à cibis autem abſtineat. Cùm verò à lactis potu ceſſauerit, mollibus cibis à paucis initio ducto, eum reficito, & quàm maximè incraſſato. Per annum crapula, venere & immoderatis exercitationibus abſtineat, præterquàm deambulationibus, in quibus frigora & ſolem vitet. Tepida autem lauet. Pulmonis morbus. Sputum craſſum & atra fuligine tinctum per tuſſim reiicitur, color niger eſt, aliquantulum intumeſcit, dolores leues ſub pectore & ſcapulis detinent, & vlcera his ægrè ſaneſcunt. Hic morbus ſuperiore minùs periculoſus, pluresque euadunt. Huic veratrum per ſe aut lentis decocto admixtum propinare oportet, in pulmonem autem infuſa immittere & ſuffitibus vti, & liberaliter cibum ſumere, dum carnibus bubulis, ouillis & ſuillis abſtineat, & oleribus acribus, præterquàm origano & satureia. Deambulationibus vtatur, & matutino tempore ieiunus ad arduum locum iter faciat. Deinde folia hortenſia condimentis vſurpata vino temperato aſperſa bibat. De reliquo cibis commemoratis vtatur. Arteria vulnerata. Si arteria vulnerata fuerit, tuſſis detinet, ſanguis tuſſi expuitur, fauces latenter ſanguine implentur, ſanguinis grumos reiicit, dolor acutus ex pectore ad dorſum permeat, ſputum glutinoſum eſt & copioſum, fauces ſiccæ, febris & rigor corripit, fauces creperum & ſtridulum ſonum edunt, velut ex pingui aliquo, & ad dies quindecim hoc modo afficitur. Poſtea verò pus expuit, ac veluti vlceris fruſtula ricinis ſimilia, hoc eſt cartilagineas pulmonis partes, bronchia dicta, ac rurſus tuſſis, & ſanè ſanguis erumpit, poſteaque pus craſſum expuit, febris vehementior euadit, & in pulmonem deſinit, vocaturque is, cui ex pulmone velut ex rupto abſceſſu pus erumpit.

Quòd ſi pòſt primum ſanguinem pus non expuat, à vehementi labore & exercitatione quieſcẽs, in vehiculum conſcendat, vbi cibis abſtinuerit ſalſis, vnguinoſis, pinguibus, & acribus oleribus. Cumque corpus optimè habere videbitur, pectus & dorſum, viciſſim vtrumque inurito. Vlceribus curatis, per annum ebrietate abſtineat, non impleatur ſupra modum, neque manibus vehementer laboret, neque vehiculum conſcendat, ſed quàm maximè craſſum corpus reddatur. Pulmonis vtrinque dependentes fibræ conuulſæ. Si ex pulmone dependens fibra conuellatur, ſputum candidum interdumque cruentum expuit, delirio & febre tenetur, dolor pectus, dorſum & latus occupat, & ſi ſe conuertat, tuſſi & ſternutatione corripitur. Huic quà parte dolor detinet calefactoria admoueto, centaurium, daucum, ſaluiæ folia trita, melle & aceto affuſo, ex aqua antè ſorbenda dato. Priſanæ etiam ſuccum antè ſorbeat, & vinũ aquoſum ſuperbibat. Cùm verò dolor quieuerit, ſaluiam tuſam & cribratam, hypericum & eryſimum læuigata, cum polenta, pari ſingula portione, vino temperato admixta, ieiuno bibenda exhibeto. At ſi ieiunus non fuerit, leguminis freſi decoctum ſalis expers ſorbendum dato. Si verò æſtus fuerit, cibis quàm molliſſimis, inſulſis, & minimè nidoroſis vtatur, cùm iam moderatè corpus, & pectus & dorſum ſe habuerit. Quòd ſi vtrinque dependentes pulmonis fibræ vellicentur, tuſſis detinet, ſputum craſſum & album cernitur, dolor vehemens ad pectus, ſub ſcapulis, & ad latus occupat, ardor detinet, & puſtulis velut ex igne rubentibus completur, pruritus vexat, neq; ſedere, neq; iacere, neq; ſtare ſuſtinet, ſed infirmis eſt viribus. Hic quarto ferè die perit, quem ſi effugerit, ne ſic quidem ſpes multa ſupereſt, cùm & ſeptimo die periculum ſubeat quem ſi ſuperauerit, conualeſcit. Hunc cùm ita habuerit, bis die calida multa lauato, cumq; dolor detinet, calefactoria admoueto, & mel cum aceto propinato, ſuccúmque priſanæ ſorbendum dato, & vinum album generoſum ſuperbibendum. Quòd ſi balneo & tepefactoriis vexetur, neque ea ferat, detriti linei panniculi aqua intincti, ei ſunt admouendi, & ad pectus & dorſum adhibendi, fauumque ex aqua maceratum frigidiſſimum propinato, & priſanæ ſuccum frigidum, aquamque ſuperbibendam dato. Loco frigido decumbere iubeto, iſtaque facito, verum morbus lethalis eſt. Eryſipelas in pulmone. Si oriatur in pulmone eryſipelas, tuſſis detinet, & ſputum multum ac liquidum expuit, velut ex gutture quod cruentum non eſt, dolor dorſum & inanes ac molles laterum partes occupat, viſcera ſtrepitum edunt, pituitam acidam vomit, dentes obſtupeſcunt, febris, rigor ac ſitis corripit, cùm quid comederit, in viſceribus ſtrepitus editur, acidum eructat, venter ſtridet, & corpus torpeſcit. Cùm vomuerit, meliùs habere videtur, vbi verò minimè vomuerit, decedente die tormina & dolor in ventre ſuboriuntur, & liquidum ſtercus demittitur. Hic morbus maximè ex crapula, carnium eſu, & aquæ mutatione contingit, atque aliis etiam de cauſis detinet. Huic medicamentum deorſum purgans propinato, poſteaq; lac aſininum bibat, niſi natura lienoſus fuerit.

ἢν δὲ μετὰ τὸ πρῶτον αἷμα μὴ πτύσῃ πύον, παυσάμενον χρὴ ταλαιπωρίης καὶ γυμνασίων, καὶ ἐπ᾽ ὄχημα ἀναβαίνειν, σιτίων ἀπεχόμενον καὶ ἁλμυρῶν [142] καὶ λιπαρῶν, καὶ πιόνων, καὶ λαχάνων δριμέων. καὶ ἐπὴν αὐτὸς ἑωυτῷ δοκέῃ ἄριστα τοῦ σώματος ἔχειν, καῦσαι τὰ στήθεα καὶ τὸ μετάφρενον, ἐν μοίρῃ ἑκάτερον. καὶ ἐπὴν τὰ ἕλκεα ὑγιέα γένηται, ἐνιαυτὸν ἀπεχέσθω θωρηξίων, καὶ μὴ ὑπερπιμπλάσθαι. μηδὲ τῇσι χερσὶ ταλαιπωρέειν. μηδὲ ἐπ᾽ ὄχημα ἀναβαίνειν, ἀλλὰ παχύνειν αὐτὸν, ὡς μάλιστα τὸ σῶμα. [143] Ἄρθρα τοῦ πλεύμονος ἀποσπασθέντα. Ἐπὴν ἄρθρα ἀποσπασθῇ τοῦ πλεύμονος τὸ πτύσμα λευκὸν πτύει. [144] ἐνίοτε δὲ αἱματῶδες. ἀφροσύνη τε καὶ πυρετὸς ἴσχει, καὶ ὀδύνη τὸ στῆθος καὶ τὸ μετάφρενον, καὶ τὸ πλευρόν. καὶ ἢν στραφῇ, βήσσει καὶ πτάρνυται. τοῦτον ᾗ ἂν ὀδύνη ἔχῃ, χλιάσματα προστιθέναι. καὶ διδόναι προσροφάνειν, κενταύρειον καὶ δαῦκον. καὶ ἐλελισφάκου φύλλα τρίβων. καὶ μέλι καὶ ὄξος ἐπιχέων. καὶ ὕδωρ διδόναι καταρροφάνειν. καὶ πτισάνης χυλὸν προσροφανέτω. καὶ ἐπιπινέτω οἶνον ὑδαρέα. ἐπὴν δὲ τῆς ὀδύνης παύσηται, ἐλελίσφακον κόψας καὶ σήσας, καὶ ὑπερικὸν καὶ ἐρύσιμον λεῖα, καὶ ἄλφιτον ἴσον ἑκάστου. ταῦτ᾽ ἐπιβαλὼν ἐπὶ οἶνον κεκρημένον, διδόναι πίνειν νήστει. καὶ ἢν μὴ νῆστις ᾖ, διδόναι δὲ ῥοφάνειν ἔτνος ἄναλτον. ἢν δὲ θάλπος ᾖ, σιτίοισι διαχρῆσθαι ὡς μαλθακωτάτοισιν ἀνάλτοισι, καὶ ἀκνισώτοισιν. ἐπὴν ἤδη ἐπιεικέως ἔχῃ τὸ σῶμα, καὶ τὸ στῆθος, καὶ τὸ νῶτον. Ἢν δὲ ἀμφότερα ἀποσπασθῶσι βὴξ ἴσχει. καὶ τὸ σίαλον βλέπεται παχὺ καὶ λευκόν. καὶ ὀδύνη ὀξεῖα ἴσχει ἐς τὸ στῆθος. καὶ ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας, καὶ τὸ πλευρόν. καὶ καῦμα ἔχει. [145] καὶ καταπίμπλαται φλυδῶν. καὶ ξυσμὴ ἔχει. καὶ οὐκ ἀνέχεται, οὔτε καθήμενος, οὔτε κείμενος, οὔτε ἑστηκώς, [146] ἀλλὰ δυσθενέει. οὗτος τεταρταῖος μάλιστα ἀποθνήσκει. ἢν δὲ ταύτας ὑπερφύγῃ, ἐλπίδες μὲν οὐ πολλαί. κινδυνεύει δὲ καὶ ἐν τῇσιν ἑπτά. ἢν δὲ καὶ ταύτας διαφύγῃ, ὑγιάζεται. τοῦτον ὁπόταν οὕτως ἔχῃ, λούειν πολλῷ θερμῷ δὶς τῆς ἡμέρης. καὶ ὁπόταν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, χλιάσματα προστιθέναι. καὶ διδόναι πίνειν μέλι, καὶ ὄξος ῥοφάνειν, καὶ χυλὸν πτισάνης, καὶ ἐπιπίνειν οἶνον λευκὸν οἰνώδεα. ἢν δὲ πρὸς τὸ λουτρὸν καὶ τὰ χλιάσματα πονέῃ καὶ μὴ ἀνέχηται [147] προσφέρειν αὐτῷ ῥάκια ἡμιτυβίου, καὶ βάπτων ἐς ὕδωρ, ἐπὶ τὰ στήθεα καὶ τὸ νῶτον ἐπιτιθέναι. καὶ πίνειν διδόναι κηρίον, ἐν ὕδατι ἀποβρέχων ὡς ψυχρότατον. καὶ τὸν χυλὸν ψυχρὸν καὶ ὕδωρ ἐπιπίνειν. καὶ κεῖσθαι πρὸς τὸ ψῦχος. ταῦτα ποιέειν. ἡ δὲ νοῦσος θανατώδης. [148] Ἐρυσίπελας ἐν πλεύμονι. Ἢν ἐρυσίπελας ἐν πλεύμονι γένηται, βὴξ ἔχει. καὶ τὸ σίαλον ἀποπτύει πουλὺ καὶ ὑγρὸν, οἷον ἀπὸ βρόγχου. ἔστι δὲ οὐχ αἱματῶδες. καὶ ὀδύνη ἴσχει τὸ μετάφρενον. καὶ τοὺς κενεῶνας. καὶ τὰς λαπάρας καὶ τὰ σπλάγχνα μύζει. καὶ ἐμέει λάπην, καὶ οἷον ὄξος. καὶ τοὺς ὀδόντας αἱμωδιᾷ. καὶ πυρετὸς καὶ ῥῖγος, καὶ δίψα λαμβάνει. καὶ ὅταν τι φάγῃ, ἐπὶ τοῖσι σπλάγχνοισι μύζει, καὶ ἐρεύγεται ὀξὺ καὶ ἡ κοιλίη τρίζει. καὶ τὸ σῶμα ναρκᾷ. καὶ ὅταν ἐμέσῃ, δοκέει ῥᾴων εἶναι. ὅταν δὲ μὴ ἐμέσῃ ἀπιούσης τῆς ἡμέρης, στρόφος καὶ ὀδύνη ἐγγίνεται ἐν τῇ γαστρί. καὶ ἀποπατεῖ ὑγρὸς γλοιώδεος, διεχώρησεν. ἡ δὲ νοῦσος μάλιστα γίνεται ἐκ τῶν θωρηξίων, καὶ ἐκ τῶν κρεοφαγιῶν. καὶ ἐξ ὕδατος μεταβολῆς. ἴσχει δὲ καὶ ἄλλως. τοῦτον φάρμακον πιπίσκειν κάτω. καὶ μεταπιπίσκειν γάλα ὄνου, ἢν μὴ σπληνώδης ᾖ φύσει.

ἢν δὲ

ἢν δὲ σπληνώδης ᾖ, μὴ καθαίρειν, μήτε χυλοῖσι, μήτε γάλακτι, μήτε ὀῤῥῷ, ἀλλ' ὅτι ὀλίγον ἐσελθὸν, πολὺ ἐξάξει. ὑποκλύζειν δὲ τὰς κοιλίας, καὶ βαλάνους προστιθέναι, ἢν μὴ ἡ κοιλίη ὑποχωρέῃ, ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι. καὶ ψυχρολουτέειν ἐν ταύτῃ τῇ νούσῳ καὶ γυμνάζεσθαι, ὅταν οἱ πυρετοὶ ἀνιῶσι, καὶ δοκέῃ ἐπιεικέως ἔχειν τοῦ σώματος. καὶ τοῦ ἦρος καὶ τοῦ μετοπώρου ἔμετον ἐμποιέειν. σκορόδων δὲ κεφαλὰς, καὶ ὀριγάνου δραχμίδα [149] ὅσον τοῖσι δακτύλοισι περιλαβεῖν, ἕψειν ἐπιχέαντα δύο κοτύλας οἴνου γλυκέος. καὶ κοτύλην ὄξεος ὡς ὀξυτάτου. καὶ μέλιτος ὅσον τεταρτημόριον. ἕψειν δὲ ἕως ἂν ἡ τρίτη μοῖρα λειφθῇ. κἄπειτα γυμνώσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ λούσας ὕδατι χλιαρῷ, πίσαι θερμόν. καὶ πτισάνης φάκιον, μέλι καὶ ὄξος συμμίσγων ἔστ' ἂν ἐμπλησθῇ, ἔπειτα ἐμεέτω. καὶ τὴν ἡμέρην ταύτην πιὼν ἄλφιτον καὶ ὕδωρ, ἐκνηστευέτω. ἐς ἑσπέρην δὲ τεῦτλον φαγέτω, καὶ μάζης μικρόν. καὶ πινέτω οἶνον ὑδαρέα. ἀνὰ δὲ τὸν ἄλλον χρόνον, [150] ἐμεέτω τοῖσι φακίοισι καὶ ἀπὸ σιτίων. καὶ ἢν ἀφίσηται ἡ ὀδύνη ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας, σικύην προσβάλλειν. καὶ τὰς φλέβας ἀποτέμνειν τὰς ἐν τῇσι χερσί. σιτίοισι δὲ χρῆσθαι ἀνάλτοισι, καὶ μὴ λιπαροῖσι, μηδὲ πίοσι. δριμέα δὲ καὶ ὀξέα, ἐσθιέτω, καὶ ψυχρὰ πάντα. καὶ περιπάτοισι χρήσθω. ταῦτα ποιέων ἄριστα ἂν διαιτῷτο, καὶ διὰ πλείστου χρόνου ἡ νοῦσος γένοιτο. ἔστι δὲ οὐ θανατώδης, ἀλλ' ἀπογηράσκοντας ἀπολείπει. Εἰ δὲ βούλοιο [151] νεώτερον ἐόντα, θᾶττον ἀπαλλάξαι τῆς νούσου, καθήρας αὐτὸν, καῦσον τά τε στήθεα καὶ τὰ μετάφρενα. Νωτιάς. Ῥῖγος καὶ πυρετὸς καὶ βὴξ καὶ δύσπνοια λαμβάνει. καὶ τὸ σίαλον πτύει χλωρόν. ἔστι δὲ ὅτε καὶ ὕφαιμον. καὶ πονέει μάλιστα τὸ μετάφρενον. καὶ τοὺς βουβῶνας. καὶ ἡμέρῃ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ οὐρέει αἱματώδεα. καὶ ἀποθνήσκει ἑβδομαῖος. [152] ἐπὴν δὲ τὰς τεσσαρεσκαίδεκα ἐκφύγῃ, ὑγιὴς γίνεται. ἐκφυγγάνει δ' οὐ μάλα. τούτῳ διδόναι μελίκρητον ἀναζέσας ἐν καινῇ χύτρῃ ψυχρὸν, σελίνου φλοιὸν ἀποτέγξας ἢ μαράθου. τοῦτο διδόναι πίνειν, καὶ πτισάνης χυλὸν δὶς τῆς ἡμέρης. καὶ ἐπιπίνειν οἶνον λευκὸν ὑδαρέα. ἢν δὲ ὀδύνη προσίστηται χλιαίνειν. καὶ λούειν θερμῷ, ἢν μὴ ὁ πυρετὸς πολὺς ἔχῃ. ἐπὴν δὲ αἱ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι παρέλθωσιν, ἀριστίζεσθαι μὲν τὸν κέγχρον. ἐς ἑσπέρην δὲ, κρέα σκυλάκεια, ἢ ὀρνίθεια ἑφθὰ ἐσθίειν. καὶ τοῦ ζωμοῦ ῥοφανέειν. σιτίοισι δὲ, ὡς ἐλαχίστοισι χρῆσθαι τὰς πρώτας ἡμέρας. Φῦμα ἐν τῷ πλεύμονι. Ἐπὴν φῦμα φύῃ ἐν τῷ πλεύμονι, βὴξ ἔχει καὶ ὀρθοπνοίη. καὶ ὀδύνη ἐς τὸ στῆθος ὀξείη. καὶ ἐς τὰ πλευρά. καὶ ἴσως μέχρι τῶν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων πάσχει. τοῖσι γὰρ πλείστοισι ταύτας ἡμέρας μάλιστα φλεγμαίνει τὸ πάθος τοῦ φύματος. καὶ τὴν κεφαλὴν δὲ ἀλγέει καὶ τὰ βλέφαρα, καὶ ὁρᾷν οὐ δύναται. καὶ τὸ σῶμα ὑπόπυῤῥον γίνεται. [153] καὶ φλεβῶν ἐμπίπλαται. τοῦτον λούειν πολλῷ θερμῷ. καὶ μελίκρητον διδόναι πίνειν ὑδαρές. καὶ τῆς πτισάνης τὸν χυλὸν ῥοφανέειν. καὶ οἶνον ὑδαρέα ἐπιπίνειν. ἢν δὲ ἡ ὀδύνη πιέζῃ, χλιαίνειν. ἐπὴν δὲ παύσηται, σιτίοισιν ὡς μαλθακωτάτοισι χρῆσθαι. ἢν δὲ ἀπηλλαγμένον τῆς νούσου δύσπνοια λαμβάνῃ, ἐπὴν πρὸς ὄρθιον χωρίον ἴῃ, ἢ σπεύσῃ τι ἄλλως, φάρμακον διδόναι, [154] ὑφ' οὗ ἡ κοιλίη ἡ κάτω μὴ κινέεται. καὶ ἢν ἅμα τῷ ἐμέσματι πύον ἕπηται, ἢν μὲν τὸ πύον ᾖ λευκὸν, καὶ ἶνες ἐν αὐτῷ ὕφαιμοι ἔωσιν, ἐκφυγγάνει.

Quòd ſi ſit, nec ſuccis, neque lacte, neque ſero purgato. ſed eo quod pauca quantitate ſumptum plurimum foras educat. In omnibus morbis, vbi aluus non ſubducitur eam per infuſum ſubluito, aut glandes ſupponito. Hoc in morbo frigidæ balneo & exercitatione vtendum, vbi febres remiſerint, & corpus moderatè habere videbitur. Vere & autumno vomitus excitandus. Alliorum capita & origani pugillum, quantum digitis comprehenditur, vini dulcis duabus heminis affuſis; & aceti quàm acerrimi hemina vna, melliſque quarta parte, coquito dum tertia pars remaneat. Deinde poſt exercitationes & tepidæ balneum, homini calidum bibendum exhibeto, lenticulæque decoctum, melle & aceto admixto, dum expleatur, propinato, deinde vomat, eóque die polenta ex aqua epota ieiunus permaneat. Sub veſperum betam & mazæ parum comedat, & vinum aquoſum bibat. Reliquo tempore ex lenticulæ decocto poſt cibos vomat. Quòd ſi ad ſcapulas dolor ſeceſſerit, cucurbitulam affigito, & manuum venas pertundito. Cibis vtatur non ſalſis, neque vnguinoſis, neque pinguibus, veſcatur acribus & acidis, frigidiſque omnibus, ac deambulationibus vtatur. Quæ cùm fecerit, optimâ victus ratione ſequetur, morbuſque in multum tempus protrahetur. Neque verò lethalis eſt, ſed conſeneſcentes deſerit. Sed ſi iuuenem aliquem citiùs à morbo liberare voles, poſt purgationem ei pectus & dorſum inurito. Dorſalis morbus. Rigor, febris, tuſſis & ſpirandi difficultas prehendit, & ſputum cum virore pallidum, interdumque aliquantulum cruentum expuit, dolor dorſum præcipuè & inguina vexat, tertio aut quarto die vrinam cruentam reddit, & ſeptimo die moritur; vbi verò decimumquartum effugerit conualeſcit, quem ferè non effugit. Huic aquam mulſam in olla noua decoctam & refrigeratam, in qua apij aut fœniculi cortex maceratus fuerit, bibendam exhibeto, & ptiſanæ ſuccum bis die, vinumque album aquoſum ſuperbibendum. Quà dolor inſtat tepefactoria adhibeto, & niſi multa febris detinet calida lauato. Vbi verò quatuordecim dies præterierint, milium in prandio quidem ſumat; ſub veſperam autem carnes catulinas, aut volucrium coctas edat, & de iuſculo ſorbeat, ſed cibis quàm pauciſſimis primis diebus vtatur. Pulmonis tuberculum. ſi in pulmone tuberculum exortum fuerit, tuſſis detinet, ſpirandique difficultas quæ non niſi erecta ceruice obitur, dolor acutus pectus & latera occupat, & ad decimum quidem quartum diem ita afficitur. Pleriſque enim tuberculi affectus tot diebus inflammationem concipit. Sed & caput & palpebras dolor vexat, videre nequit, corpus ſubſuluum euadit, & puſtulis velut ex igne rubentibus completur. Hunc calida multa lauato; aquam mulſam aquoſam propinato, & ptiſanæ ſuccum ſorbendum, vinumque aquoſum ſuperbibendum dato, & ſi dolor premat tepefactoria admoueto, vbi verò quieuerit, cibis quàm molliſſimis vtatur. Quòd ſi morbo liberatum, dum ad locum rectum pergit, vel alioqui feſtinat, difficultas ſpirandi inuadat, medicamentum purgans, ex quo aluus inferior minimè moueatur exhibeto. Et ſi vna cum vomitu pus album, & in quo fibræ ſanguinis inſint, ſubſequatur, euadit.

ſi verò liuidum, cum virore pallidum, & graueolens, perit. Repurgantur autem in quadraginta diebus, ex quo ruptio facta eſt, multis etiam annuus fit morbus. Huic eadem quæ ſuppurato facito. Quòd ſi non eruperit, cum quibuſdam procedente tempore ad latus abſceſſum faciat, & intumeſcat, vbi hoc contigerit, hunc ſecato aut inurito. Pulmo repletus. Si pulmo repleatur, tuſſis, difficultas ſpirandi quæ fit erecta ceruice, & anhelatio detinet, linguam exerit, puſtulis velut ex igne rubentibus impletur, pruritus occupat, dolor acutus pectus & ſcapulas vexat, neque ſedere, neque recumbere, neque ſtare poteſt, ſed infirmis eſt viribus. Hic quarto fere die moritur, quem ſi ſuperauerit, ſpes plærumque ſupereſt, ſæpe tamen etiam ſeptimo die periculum ſubit, quem ſi effugerit, conualeſcit. Hunc cùm ſic habeat calida multa bis die lauato, cumq; dolor detinuerit, tepefactoria admoueto, mel cum aceto coctum bibendum, & ptiſanæ ſuccum ſorbendum, vinumque ſuperbibendum præbeto. Quòd ſi balneo & tepefactoriis vexetur, neque ea ferat, quod refrigeret ei apponito, & fauum aqua maceratum quàm maximè frigidum bibendum dato, & loco frigido decumbat, iſtoq; modo curato. Morbus autem ægrè curatur & lethalis eſt. Pulmo in latus procumbens. Si pulmo in latus incubuerit, tuſſis & ſpirandi difficultas qua ſpiritus erecta ceruice trahitur, detinet, ſputum album cum tuſſi expuitur, dolor pectus & dorſum occupat, pulmo lateri adhæreſcens propellit, & pondus quoddam lateri incumbere videtur, dolorq; acutus pungit, ſanguis velut corium ſtridet, & reſpirationem retinet, in latus quidem affectum decubitum ſuſtinet, in ſanum verò minimè, verùm ei pondus quoddam ex latere dependere, & per pectus tranſpirare videtur. Hunc calida multa bis die lauato & aquam mulſam propinato. A balneo vinum album pauco ammixto melle, in quo dauci & centaureæ tritum ſemen maduerit, his tepidum ſorbendum dato, ad latus aquam tepidam in vtriculum aut veſicam bubulam infuſam admoueto, & faſcia pectus alligato, ac in latus ſanum decumbere iubeto, ptiſanæ ſuccum tepidum & vinum aquoſum ſuperbibendum dato. Quòd ſi ex vulnere iſtud contingat, aut cùm quis purulentus factus fuerit (id enim accidere ſolet) veſicam fiſtulæ adalligatam & flatu impletam, huic intrò immittito, & penicillum ſtanneum ſolidum indito, & penitiſſimè intrudito. Hac curatione inſtituta, voti maximè compos fies. Lateris tuberculum. Vbi tuberculum in latere ſuboritur, tuſſis dura detinet, & dolor, & febris, pondus in latus incumbit, dolor acutus eundem locum ſemper occupat, ſitis vehemens vexat, & calidum potum reiicit, decubitum in latus affectum non ſuſtinet, ſed in ſanum. Verùm vbi decumbit velut ſaxum illi ſuſpenſum eſſe videtur, intumeſcit ac rubet, pedeſque in tumorem ſublati ſunt. Hunc ſecato aut inurito, deinde pus ad decimum vſque diem emittito, & penicillum ex lino crudo imponito. Poſt decimum diem, vbi totum pus exierit, vinum & oleum, ne derepente ſicceſcat, tepida iniicito, & linamento ex linteolo obducito. Vbi quod infuderis emiſſum fuerit, aliud infundito, iſtaq; per dies quinque facito. Cùm autem pus tenue

ἢν δὲ πελιδνὸν, καὶ χλωρὸν, καὶ κακῶδες, ἀποθνήσκει. καθαίρονται δὲ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ἀφ' ἧς ἂν ῥαγῇ, πολλοῖσι δὲ καὶ ἐνιαυσίη γίνεται ἡ νοῦσος. ποιέειν δὲ χρὴ τοῦτον, ἅπερ τὸν ἔμπυον. ἢν δὲ μὴ ῥαγῇ, ἐνίοισι γὰρ τῷ χρόνῳ ἀφίσταται ἐς τὸ πλευρὸν καὶ ἐξοιδίσκεται. τοῦτον χρὴ, ἢν τοιοῦτο γίνηται, τάμνειν ἢ καίειν. Πλεύμων πλησθείς. Ἢν πλησθῇ ὁ πλεύμων, βὴξ ἴσχει καὶ ὀρθοπνοίη, καὶ ἆσθμα. καὶ τὴν γλῶσσαν ἐκβάλλει. καὶ πίμπλαται φωδῶν. καὶ ξυσμὸς ἔχει. καὶ ὀδύνη ὀξείη ἴσχει ἐς τὸ στῆθος καὶ κατὰ τὰς ὠμοπλάτας. καὶ οὐκ ἀνέχεται οὔτε καθήμενος, οὔτ' ἀνακείμενος, οὔθ' ἑστηκὼς, ἀλλὰ δυναστεύεται. τεταρταῖος μάλιστα ἀποθνήσκει. ἢν δὲ ταύτας ὑπερφύγῃ, ἐλπίδες ὡς τὰ πολλά. κινδυνεύει δὲ πολλάκις καὶ ἐν τῇσιν ἑπτά. ἢν δὲ ταύτας ὑπεκφύγῃ, ὑγιάζεται. τοῦτον ὅταν οὕτως ἔχῃ, λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ δὶς τῆς ἡμέρης. καὶ ὅταν ὀδύνη ἔχῃ, χλιάσματα προστιθέναι. καὶ ἐπιπίνειν διδόναι, μέλι καὶ ὄξος ἑφθόν. καὶ ῥοφάνειν χυλὸν πτισάνης.[155] καὶ ἐπιπίνειν οἶνον. ἢν δὲ πρὸς τὸ λουτρὸν καὶ τὰ χλιάσματα πονέῃ καὶ μὴ ἀνέχηται, προσφέρειν αὐτῷ ψύγματα. καὶ πίνειν διδόναι κηρίον ἐν ὕδατι ἀποβρέχων, ὡς ψυχρότατον. καὶ κεῖσθαι πρὸς τὸ ψῦχος, τοῦτο ποιέειν. ἡ δὲ νοῦσος χαλεπὴ καὶ θανατώδης. Ὁ πλεύμων προσπεσὼν ἐς τὸ πλευρόν. Ἢν ὁ πλεύμων πρὸς τὸ πλευρὸν προσπέσῃ, βὴξ ἴσχει καὶ ὀρθοπνοίη. καὶ σίαλον βήσσεται λευκόν. καὶ ὀδύνη τὸ στῆθος καὶ τὸ μετάφρενον ἴσχει. καὶ ὠθέει προσκείμενος καὶ δοκέει τι ἐγκέεσθαι βαρὺ ἐν τοῖσι στήθεσι. καὶ κεντέουσιν ὀδύναι ὀξεῖαι.[156] καὶ τρίζει τὸ αἷμα δὴ μάσθλης. καὶ τὴν πνοιὴν ἐπέχει. καὶ ἐπὶ μὲν τὸ πονέον, ἀνέχεται κατακείμενος, ἐπὶ δὲ τὸ ὑγιὲς, οὔ, ἀλλὰ δοκέει τι αὐτῷ, δὴ ἐκκρέμασθαι βαρὺ ἀπὸ τοῦ πλευροῦ. καὶ διαπνέειν δοκέει διὰ τοῦ στήθεος. τοῦτον λούειν θερμῷ πολλῷ, δὶς τῆς ἡμέρης. καὶ μελίκρητον πιπίσκειν. καὶ ἐκ τοῦ λουτροῦ, οἶνον λευκὸν κεραννὺς, καὶ μέλι ὀλίγον. καὶ δαύκου καρπὸν τρίψας. καὶ τῆς κενταυρείης δοὺς, τούτοισι διδόναι χλιαρὸν καταρροφάνειν. καὶ προστιθέναι πρὸς τὸ πλευρὸν ἐς ἀσκίον, ἢ ἐς βοείην κύστιν ὕδωρ χλιαρὸν ἐγχέων.[157] καὶ ταινίῃ σπειδεῖν τὰ στήθεα. καὶ κεῖσθαι ἐπὶ τὸ ὑγιές. καὶ τὸν χυλὸν διδόναι τῆς πτισάνης χλιαρόν. καὶ ἐπιπίνειν οἶνον ὑδαρέα. ἢν δὲ ἐκ τρώματος τοῦτο γίνηται, ἢ τμηθέντι ἐμπύῳ, γίνεται γάρ,[158] τούτῳ κύστιν πρὸς σύριγγα προσδήσας, ἐμπιπλάναι τῆς φύσης, καὶ ἐσιέναι ἔσω, καὶ μοτὸν στερεὸν κασσιτέρινον ἐνθεῖναι, καὶ ἀπωθέειν πρόσω. οὕτω διαιτῶν, τυγχάνοις ἂν μάλιστα. Τοῦ πλευροῦ φῦμα. Ἐπὴν πλευροῦ φῦμα γίνηται, ἡ βὴξ ἴσχει σκληρή. καὶ ὀδύνη. καὶ πυρετός. καὶ ἐγκέεται βάρος ἐν τῷ πλευρῷ καὶ ὀδύνη ὀξείη ἐς τὸ αὐτὸ αἰεὶ χωρίον λαμβάνει. καὶ δίψα ἰσχυρή.[159] καὶ ἀπορρίπτεται τὸ πόμα, θερμόν. καὶ ἐπὶ μὲν τὸ ἀλγέον, οὐκ ἀνέχεται κατακείμενος, ἐπὶ δὲ τὸ ὑγιές. ἀλλ' ἐπὴν κατακλιθῇ, δοκέει οἷον περ λίθος ἐκκρέμασθαι καὶ ἐξοιδέει. καὶ ἐρυθαίνει. καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι. τοῦτον τάμνειν ἢ καίειν. ἔπειτα ἀφιέναι τὸ πύον, ἕως ἂν γίνηται δεκαταῖος. καὶ μοτοῦν ὠμολίνῳ. ἐπὴν δὲ γίνηται δεκαταῖος, ἐξιεὶς τὸ πύον πᾶν, ἐσιέναι οἶνον καὶ ἔλαιον χλιαίνας, ὡς μὴ ἐξαπίνης ἀποξηρανθῇ. καὶ μοτοῦν ὀθονίῳ. ἐξιεὶς δὲ τὸ ἐγκεχυμένον, ἐγχέειν ἕτερον. ποιέειν δὲ ταῦτα, πέντε ἡμέρας. ἐπὴν δὲ τὸ πύον λεπτὸν ἀπορρέῃ

δὴ πύ-

ὅτι πτισάνης χυλός. [160] καὶ ὀλίγον ἐν τῇ χειρὶ ψαυόμενον, ἢ κασσιτέρινον μοτὸν ἐντιθέναι. καὶ ἐπὴν παντάπασι ξηρανθῇ, ἀποτάμνων τὰ τοῦ μοτοῦ ὀλίγον, αἰεὶ ξυμφύεσθαι τὸ ἕλκος [161] πρὸς τὸν μοτόν. Ὕδερος πλεύμονος. Ἢν δὲ ὕδερος ἐν τῷ πλεύμονι γένηται, πυρετὸς καὶ βὴξ ἴσχει, καὶ ἀναπνεῖ ἁθρόον. καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι. καὶ οἱ ὄνυχες ἕλκονται πάντες, καὶ πάσχει οἷάπερ ἔμπυος γινόμενος. βληχρότερον δὲ καὶ πολυχρονιώτερον. καὶ ἢν ἐγχέῃς, ἢ πυριᾷς, ἢ θυμιᾷς, οὐχ ὁμαρτεῖ πύον. τούτῳ ἂν γνοίης ὅτι, οὐ πύον ἀλλὰ ὕδωρ ἐστί. καὶ ἢν πολλὸν χρόνον προσέχων τὸ οὖς ἀκουάζῃ, πρὸς τὰ πλευρά, [162] ὀζεῖ ἔσωθεν οἷον ὄξος, καὶ ἕως μέν τινος τοῦτο πάσχει. ἔπειτα δὲ ῥήγνυται πρὸς τὴν κοιλίην. καὶ αὐτίκα μὲν δοκέει ὑγιὴς εἶναι καὶ τῆς νόσου ἀπηλλάχθαι. τῷ δὲ χρόνῳ ἡ κοιλίη ἐμπίπλαται. καὶ ταῦτα αὐτὰ πάσχει καὶ μᾶλλον. ἔνιοι δὲ καὶ οἰδίσκονται τὴν γαστέρα, καὶ τὴν ὀσχέην, καὶ τὸ πρόσωπον. καὶ ἔνιοι δοκέουσιν εἶναι ἀπὸ τῆς κοιλίης τῆς κάτω, ὁρῶντες τὴν γαστέρα μεγάλην, καὶ τοὺς πόδας οἰδέοντας. οἰδίσκεται γὰρ ταῦτα ἢν ὑπερβάλῃς τὸν καιρὸν τῆς τομῆς. τοῦτον χρή, [163] ἢν μὲν ἀποιδήσῃ, ἔξω ταμόντα διὰ τῶν πλευρέων, ἰᾶσθαι. ἢν δὲ μὴ ἀποιδέῃ, λούσαντα πολλῷ θερμῷ καθίσαι ὥσπερ τοὺς ἐμπύους. καὶ ὅπῃ ἂν ψοφέῃ, ταύτῃ τάμνειν. βούλεσθαι δὲ ὡς κατωτάτω ὅκως τοι ῥέῃ εὔροον. ἐπὴν δὲ τάμῃς, μοτὸν ὠμολίνου, παχὺν καὶ ἔπακρον ποιήσασθαι τὸν μοτόν, [164] καὶ ἀφιέναι τοῦ ὕδατος φειδόμενος ὡς ἐλάχιστα. καὶ ἢν μέν σοι ἐν τῷ μοτῷ πύον προσέχηται, πεμπταίῳ ἐόντι, ὡς τὰ πολλὰ ἐκφυγγάνει. ἢν δὲ μὴ προσέχηται, ἐπὴν ἐξεράσῃς τὸ ὕδωρ, δίψα ἐπιλαμβάνει καὶ βὴξ, καὶ ἀποθνήσκει. Στῆθος ἢ μετάφρενον ῥαγέν. Ἢν τὸ στῆθος ἢ τὸ μετάφρενον ῥαγῇ, ὀδύναι ἴσχουσι τὸ στῆθος, καὶ τὸ μετάφρενον [165] διαμπερές. καὶ θέρμη ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐπιλαμβάνει. καὶ τὸ σίαλον ὕφαιμον βήσσεται. τὸ δὲ οἷον θρὶξ διατρέχει διὰ τοῦ σιάλου αἱματώδης. μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχει, ἢν τῇσι χερσί τι πονήσῃ. ἢ ἐφ' ἅμαξαν ἐπιβῇ, ἢ ἐφ' ἵππον. τοῦτον καίειν καὶ ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν [166] μοιρήσῃ ἑκάτερον. καὶ οὕτως ὑγιὴς γίνεται. ἐπισχεῖν δὲ τὸν πόνον ἐνιαυτὸν καὶ παχύναι ἐκ τῆς καύσιος. Πυρετὸς καυσώδης. Πυρετὸς ἴσχει καὶ δίψα ἰσχυρή. καὶ ἡ γλῶσσα τρηχείη. καὶ μέλαινα. καὶ χλωρή. καὶ ξηρή. καὶ ὀξέως ἐρυθρὴ ἰσχυρῶς. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ χλωροί. καὶ ἀποπατέει ἐρυθρόν, καὶ χλωρόν. καὶ οὐρέει τοιοῦτο καὶ πτύει πολλόν. πολλάκις δὲ καὶ μεθίσταται ὡς ἐπὶ περιπλευμονίην, καὶ παρακόπτει, τούτῳ ἂν γνοίης ὅτι περιπλευμονίη γίνεται. οὗτος ἢν μὲν γένηται περιπλευμονικός, καὶ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας ὑπερφύγῃ, ὑγιὴς γίνεται. ἢν δὲ γένηται ἐν ὀκτωκαίδεκα ἡμέρῃσιν, ἢν μὴ ἀκάθαρτος γινόμενος ἔμπυος γένηται, τοῦτον χρὴ πίνειν τὸ ἀπὸ τοῦ κρίμνου. καὶ μεταπίνειν ὄξος, ὡς εὐωδέστατον λευκόν. καὶ ῥοφάνειν τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης, δὶς τῆς ἡμέρης. ἢν δὲ ἀσθενὴς ᾖ, τρίς, καὶ ἐπιπίνειν οἶνον οἰνώδεα, λευκόν, ὑδαρέα. καὶ λούειν ὡς ἐλάχιστα. ἢν δὲ ἔμπυος γένηται, διαιτᾶν ὡς ἔμπυον. [167] πυρετὸς λυγγώδης. [168] πυρετὸς ἴσχει ἰσχυρός. καὶ ῥῖγος, καὶ βὴξ, καὶ λύγξ. καὶ βήσσει ἅμα τῷ σιάλῳ θρόμβους αἵματος. καὶ ἑβδομαῖος ἀποθνήσκει. ἢν δὲ δέκα ἡμέρας ὑπερφύγῃ, ῥάων γίνεται. εἰκοστῇ δὲ ἡμέρῃ ἐμπυΐσκεται. καὶ βήσσει τὰς πρώτας ἡμέρας πύον ὀλίγον. ἔπειτα ἐπιπλέον· καθαίρεται δὲ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι. τούτῳ τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας, πιπίσκειν τὸ ὄξος καὶ τὸ μέλι ἑφθόν. [169] καὶ μεταμίσγειν ὄξος καὶ ὕδωρ ὑδαρὲς πίνειν.

velut ptiſanæ cremor;& ad manus contactum parũ defluxerit, penicillum ſtanneum immittito. Atque vbi prorſus reſiccatum fuerit, paulatim reſecto penicillo, vlcus ad linamentum ſemper vt coaleſcat, ſinito. Aquæ copia in pulmone collecta. Si aquæ copia in pulmone collecta fuerit, febris & tuſſis vexat, confertim reſpirat, pedes intumeſcunt, vngues omnes contrahuntur, velut ſuppuratus afficitur, verùm remiſſiùs ac diutiùs. Quòd ſi infuſum, aut fomentũ, aut ſuffitum adhibeas, pus non ſequitur, indeq́; cognoſcas, nõ pus; ſed aquam intus eſſe. At ſi diutiùs aure ad latera admota auſcultaueris, intrinſecus velut acetum olet, & aliquantiſper ita afficitur, poſtea in ventrem erumpit, confeſtimq́; ſanus & morbo liberatus eſſe videtur. Procedente autem tempore vẽter incẽditur, eadéq; illa, maioraq; patitur. Quibuſdam etiam venter, & ſcrotum ac facies intumeſcit. Et nonnulli iſtud ab inferiore aluo prouenire exiſtimant, cùm ventrem magnum & pedes intumeſcere videant. Quæ certè intumeſcunt, ſi ſectionis tempus prætereris. Hunc quidem ſi exteriore parte intumeſcit, inter coſtas ſectione facta curare oportet. Sin verò minimè intumeſcit poſt multæ calidæ balneum, velut purulento in ſella collocato, & quâ parte ſtrepitum edet, ea ſecato, votumq́; eſt, quò ſanè facilè effluat, vt quàm infimo loco id fiat. Poſt ſectionem autem linamentum ex lino crudo craſſum & in ſummo acutum imponito, & quàm pauciſſimam aquam emittito. Et ſi quidem quinto die linamentum pure obductum fuerit, plerumq; euadit, ſin verò minimè obductum fuerit, poſtquam aquam eduxeris, ſitis corripit & tuſſis, ac perit. Pectoris & dorſi ruptio. Si pectus aut dorſum ruptum fuerit, dolores pectus & dorſum per totũ detinẽt, calor ſubinde inuadit, & ſputum ſubcruentum tuſſi reiicit, per quod capillus velut cruentus intercurrit. Eaq́; maximè contingunt, ſi manibus laborarit, aut in currum, aut equum conſcenderit. Hunc anteriore & poſteriore parte inurito, ita vt vtrinque diuidas, ſicq́; conualeſcit. Per annum à labore compeſcito, & ab inuſtione incraſſato. Febris ardens. Febris & ſitis vehemens detinet, lingua eſt aſpera, nigra, ex virore pallida, ſicca, & valde rubra, oculi ex virore palleſcunt, alui excrementum deiicit rubrum & ex virore pallidum, talemque vrinam reddit, & multum ſpuit. Plerumque etiam velut ad pulmonis inflammationem tranſmutatur, & delirat. Ex eo nempe pulmonis eſſe inflammationem cognoſcas. Hic ſi quidem pulmonis inflammatione laborarit, & decimum quartum diem ſuperet, conualeſcit. Si verò ad decimumoctauum perueniat, niſi impurgatus purulentus euadat, hunc aquam in qua farinæ hordeaceæ craſſiora fruſtula macerata fuerint, bibere oportet, poſteaq; acetum album quam odoratiſſimum bibere, & ptiſanæ ſuccum bis die ſorbere, ter verò ſi debilis exiſtat, & vinum generoſum, album, dilutum ſuperbibere, & quàm minimum lauare. Si verò purulentus fiat, huic purulenti curationem inſtituito. Febris ſingultuoſa. Febris vehemens detinet, rigor, tuſſis & vomitus, ſanguinis grumos cum tuſſi reiicit, ac ſeptimo die moritur. Quòd ſi decimũ diem ſuperauerit, meliùs habet. Vigeſimo autem die ſuppuratus euadit, primiſq́; diebus pus paucum cum tuſſi reiicit, deinde copioſiùs, & intra quadrageſimũ diem expurgatur. Huic primis quidem diebus acetum cum melle coctum propinato, poſtea commixto aceto & aqua, quò aquoſiorem potionem reddas.

Priſanæ ſuccum pauco admixto melle ſorbeat, & vinum album generoſum ſuperbibat. Vbi verò decem dies præterierint, ſi febris ceſſet, ſputumq́; purum fuerit, priſanam integram & milium ſorbeat. Si verò vigeſimo die pus expuat, ſaluiam, rutam, ſatureiam, origanum & hypericum, ſingula æquis portionibus admixta, tuſa & cribrata, omnium quantū conchæ paruæ teſta capit, bibat, & cum pari polentæ modo, ex vino dulci temperato, ieiuno bibenda dato. Sorbitionibus etiam vtatur, ſi hyems, aut autumnus, aut ver fuerit, æſtate verò minimè. Verùm amygdalas tritas, cucumeris ſemen torrefactum, ſeſamum, ſingula æquis portionibus, in totum verò quantum conchæ teſta capit, aqua heminæ Æginenſis menſura affuſa, aſperſa farina & fauo, id poſt potionem ſorbeat. Cibis autem vtatur pinguibus & ſalſis, & piſcibus marinis potiùs quàm carnibus. Calida lauet, caput verò minimè. Quæ ſi feceris, morbo liberatur. In morbo qui Lethargus vocatur, tuſſis detinet, ſputum copioſum & liquidum expuit, & delirat, cumq́ delirium quieuerit, dormit, & alui excrementum malè olens deiicit. Huic aquam in qua farina hordeacea craſſior macerata fuerit, propinato, poſteaq́; vinum album generoſum bibendum exhibeto, ptiſanæ ſuccum etiam, mali punici ſucco admixto ſorbeat, vinumq́; album generoſum ſuperbibat, neque lauet. Hic intra dies ſeptem moritur, quos ſi effugerit, ſanus euadit. Alius morbus Græcè *ἀυαστὴ*, hoc eſt, reſiccatorius dictus. Non inediam, non cibum ſumptum ferre poteſt, ſed ieiuno quidem, viſcera rugitum edunt, & ventriculi os mordetur, & aliàs varia vomit, bilem, ſaliuam, pituitam, & acre, poſtque vomitionem aliquantiſper meliùs habere videtur. Vbi autem cibum ſumpſit, ructus ei contingunt, cum rubore inceditur, ſemper ſe copioſum alui recrementum deiecturum exiſtimat, cùm verò deſederit, flatus infra demittitur, caput dolore vexatur, totum corpus huc & illuc velut acu pungi videtur, crura grauantur, debilitantur, & imminuuntur, debiliſque euadit. Huic medicamentum primùm quidem per inferiora purgans, deinde verò per ſuperiora propinato, & caput purgato. Cibis abſtineat dulcibus, oleoſis & pinguibus, & crapula. Succis poſt cibos vomitum cieto, & ſi anni tempus ferat, poſt exhibitum lac aut ſerum aſininum: medicamentum, vtro tibi magis opus eſſe videatur inſuper propinato. Frigidæ balneo æſtate & vere vtatur, autumno verò & hyeme vnguento, & deambulatione, exercitationéque modica. Quòd ſi debilior ſit quàm vt exerceri queat, iter conficiat, cibis frigidis & aluum deiicientibus vtatur, & ſi venter non infra ſubeat, molli infuſo ſubluito Hic morbus diuturnus eſt, nec niſi conſeneſcentes deſerit, alioqui ad mortem vſque comitatur. Febris mortifera dicta. Febris & rigor detinet, ſupercilia ſuſpenſa eſſe videntur, caput dolor vexat, ſaliuam calidam & bilem copioſam vomitione reiicit interdumque per inferiora demittit, oculorum loca eos capere nequeunt, dolor ceruicem & inguina occupat, infirmis eſt viribus, & delirat. Hic intra ſeptem dies aut etiam priùs moritur, quos ſi ſuperauerit, plærumque conualeſcit, morbus autem lethalis eſt. Huic refrigerantia ad viſcera & caput admouere oportet, & hordea torrefacta vnà cum paleis confracta bibenda exhibere, & ex aqua in qua macerata fuerint excolata, mulſam conficere eamque dilutam propinare. Cibus autem neque

ῥοφανέτω μετὰ χυλὸν πτισάνης, μέλι ὀλίγον συμμίσγων. καὶ οἶνον ἐπιπινέτω λευκὸν οἰνώδεα. ἐπὴν δὲ δέκα ἡμέραι παρέλθωσιν, ἢν τὸ πῦρ παύσηται, καὶ τὸ πτύελον καθαρὸν ᾖ, τὴν πτισάνην ὅλην ῥοφανέτω, ἢ τὴν κέγχρον. ἢν δὲ εἰκοσταῖος τὸ πύον πτύσῃ, πινέτω, κόψας καὶ σήσας τὸν ἐλελίσφακον. καὶ πήγανον. καὶ θύμβρην καὶ ὀρίγανον, καὶ ὑπερικόν. ἴσον ἑκάστου ξυμμίσγων, [170] ὅσον σκαφίδα σμικρὴν, ξυμπάντων, καὶ ἄλφιτον τὸ αὐτὸ ἐπὶ οἴνῳ γλυκεῖ κεκρημένῳ, νήστει πινέτω. καὶ ῥοφανέτω ἢν χειμὼν ᾖ, ἢ μετόπωρον, ἢ ἔαρ. ἢν δὲ θέρος ᾖ, μή. ἀλλ' ἀμυγδάλια τρίβων καὶ σικύου σπέρμα πεφωσμένον, καὶ σήσαμον ἴσον ἑκάστου, σύμπαν δὲ ὅσον σκαφίδα, ἐπιχέας ὕδατος ὅσον κοτύλην αἰγιναίην, ἄλφιτον ἐπιπάσσων καὶ κηρίον, τοῦτο ῥοφανέτω μετὰ τὸ πόμα. σιτίοισι δὲ χρήσθω λιπαροῖσι, καὶ ἁλμυροῖσι, καὶ θαλασσίοισι μᾶλλον, ἢ κρέασι. λούσθω δὲ θερμῷ, τὴν κεφαλὴν ὡς ἐλάχιστα. ταῦτα ποιέων, ἀπαλλάσσεται τῆς νούσου. Νοῦσος ἡ καλουμένη λήθαργος. Βὴξ ἴσχει. καὶ τὸ σίαλον πτύει πολὺ καὶ ὑγρόν. καὶ φλυηρεῖ καὶ ὅταν παύσηται φλυηρέων, εὕδει. καὶ ὑποχωρεῖ κάκοδμον, τοῦτον πιπίσκειν τὸ ἀπὸ τῶν κριμνῶν. καὶ μεταπιπίσκειν οἶνον λευκὸν οἰνώδεα. καὶ ῥοφεῖν τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης ξυμμίσγειν δὲ, ῥοιῆς χυλόν. καὶ οἶνον ἐπιπίνειν οἰνώδεα λευκόν. καὶ μὴ λούειν. οὗτος ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκει. ἢν δὲ ταύτας ὑπερφύγῃ, ὑγιὴς γίνεται. Ἑτέρη νοῦσος ἡ λεγομένη [171] αὐαστή. Οὐκ ἀνέχεται ἄσιτος, οὐδὲ βεβρωκώς, ἀλλ' ὅταν μὲν ἄσιτος ᾖ, τὰ σπλάγχνα μύζει, καὶ καρδιώσσει, καὶ ἐμεῖ ἄλλοτε ἀλλοῖα. καὶ χολὴν, καὶ σίαλον καὶ λάπην. καὶ δριμύ. καὶ ἐπὴν ἐμέσῃ, ῥᾴων δοκεῖ εἶναι ὀλίγον. ἐπὴν δὲ φάγῃ, ἐρύγματα αὐτῷ γίνεται, [172] καὶ φλογιᾷ. καὶ ἀποπατήσειν αἰεὶ οἴεται πολύ. ἐπὴν δὲ καθίζηται, φῦσα ὑποχωρεῖ. καὶ τὴν κεφαλὴν ὀδύνη ἔχει. καὶ τὸ σῶμα πᾶν [173] ὥσπερ ῥαφίσι κεντεῖσθαι δοκεῖ, ἄλλοτε ἄλλῃ. καὶ τὰ σκέλεα βαρέα καὶ ἀσθενέα. [174] καὶ μινύθει καὶ ἀσθενὴς γίνεται. τοῦτον φάρμακον πιπίσκειν. πρῶτον μὲν κάτω, ἔπειτα δὲ ἄνω, καὶ τὴν κεφαλὴν καθαίρειν, καὶ σιτίων ἀπέχεσθαι γλυκέων καὶ λιπαρῶν καὶ πιόνων. καὶ θωρηξίων. ἐμεῖν δὲ τοῖσι χυλοῖσι, καὶ ἀπὸ σιτίων. καὶ τὴν ὥρην ὄνου γάλα ἢ ὀρρὸν πιπίσκειν. φάρμακον προσπίσαι, ὁκότερον ἂν δοκέῃ μᾶλλον δεῖσθαι. ψυχρολουτεῖν τὸ θέρος καὶ τὸ ἔαρ. τὸ φθινόπωρον δὲ καὶ τὸν χειμῶνα ἀλείμματι χρῆσθαι, καὶ περιπατεῖν καὶ γυμνάζεσθαι ὀλίγα. ἢν δὲ ἀσθενέστερος ᾖ, ὥστε γυμνάζεσθαι, ὁδοιπορεῖν χρῆσθαι. καὶ σιτίοισι ψυχροῖσι καὶ διαχωρητικοῖσι χρήσθω. καὶ ἢν ἡ γαστὴρ μὴ ὑποχωρέῃ, ὑποκλύζειν κλύσματι μαλθακῷ. ἡ δὲ νοῦσος χρονίη. καὶ ἀπογηράσκει ταύτῃ, [175] ἢν μέλλῃ ἀπολείπειν. ἢν δὲ μή, συναποθνήσκει. [176] Πυρετὸς ὁ φονώδης λεγόμενος. Πυρετὸς ἴσχει καὶ ῥῖγος. καὶ αἱ ὀφρύες ἐπικρέμασθαι δοκέουσι. καὶ τὴν κεφαλὴν ἀλγεῖ. καὶ ἐμεῖ σίαλον θερμόν. καὶ χολὴν πολλήν. ἐνίοτε καὶ κάτω ὑποχωρεῖ. καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς [177] αἱ χῶραι οὐ χωρέουσι. καὶ ὀδύνη ἐς τὸν αὐχένα, καὶ ἐς τοὺς βουβῶνας ἴσχει. καὶ δυσθενεῖ καὶ φλυηρεῖ. οὗτος ἑβδομαῖος, ἢ καὶ πρότερον ἀποθνήσκει. ἢν δὲ ταύτας ὑπερφύγῃ, ὡς τὰ πολλὰ ὑγιαίνει. ἡ δὲ νοῦσος θανατώδης. τούτῳ ψύγματα χρὴ προστιθέναι, πρὸς τὰ σπλάγχνα καὶ πρὸς τὴν κεφαλήν. καὶ πίνειν διδόναι [178] ἐρρήξαντα τὰς κάχρυς σὺν τοῖσιν ἀχύροισι, καὶ ἀποβρέξαντα, καὶ ἀπηθήσαντα τὸ ὕδωρ ἐν τούτῳ μελίκρητον ποιέοντα, ὑδαρὲς τοῦτο διδόναι. σιτίον δὲ μὴ προσφέρειν

φέρειν, μηδὲ ῥόφημα μηδὲν πρὶν ἢ ἑπτὰ ἡμερέων ἄγῃς. ἢν μὴ ἀσθενὴς σοι δοκέῃ εἶναι. ἢν δὲ ᾖ, χυλὸν πτισάνης ψυχρὸν καὶ λεπτὸν ὀλίγον διδόναι δὶς τῆς ἡμέρης, καὶ ἐπιπίνειν ὕδωρ. ἐπὴν δὲ ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσι καὶ τὸ πῦρ μεθῇ, κέγχρον λείχειν. ἐς ἑσπέρην δὲ κολοκύνθην, ἢ τεῦτλα διδόναι ὀλίγα καὶ οἶνον λευκὸν ὑδαρέα ἐπιπίνειν, ἐς ἂν γένηται ἐνναταῖος. ἔπειτα σιτίῳ ὡς ἐλαχίστῳ χρήσθω, ἀριστιζόμενος κέγχρον. λουτρῷ δὲ ἕως ἂν ἡ ὀδύνη ἔχῃ καὶ ὁ πυρετὸς, μὴ χρήσθω. ἐπὴν δὲ παύσηται, λουέσθω πολλῷ. ἢν δὲ ἡ γαστὴρ μὴ ὑποχωρέῃ, ὑποκλύζειν κλύσματι μαλθακῷ, ἢ βαλάνους προστιθέναι. ἐπὴν δὲ ἰσχύσῃ, προσθεὶς πρὸς τὰς ῥῖνας φάρμακον μαλθακὸν, τὴν κοιλίην κάτω καθήρας. ἔπειτα γάλα ὄνου μεταπιπίσκειν. [179] Πελίη νοῦσος. πυρετὸς ἴσχει ξηρός. καὶ φρὶξ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀλγέει. καὶ τὰ σπλάγχνα ὀδύνη ἔχει. καὶ ἐμέει χολήν. καὶ ὁπόταν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, [180] οὐ δύναται ἀνορᾷν, ἀλλὰ βαρύνεται. [181] καὶ ἡ γαστὴρ, σκληρὴ γίνεται. καὶ ἡ χροιὴ πελιδνή. καὶ τὰ χείλεα, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ λευκὰ, πελιδνά. [182] καὶ ἐξορᾷ ὡς ἀγχόμενος. ἐνίοτε καὶ τὴν χροιὴν μεταβάλλει. καὶ ἐκ πελιδνοῦ, ὑπόχλωρος γίνεται. τοῦτον φάρμακον πιπίσκειν καὶ κάτω καὶ ἄνω. καὶ ὑποκλύζειν. καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἀποκαθαίρειν. καὶ θερμῷ ὡς ἥκιστα λούειν, ἀλλὰ καὶ ἐπὴν λούσηται, [183] εἰλήθερειν, καὶ ὀρὸν τὴν ὥρην καὶ γάλα ὄνου πιπίσκειν. καὶ σιτίοισιν ὡς μαλθακωτάτοισι χρήσθω, καὶ ψυχροῖσιν, ἀπεχόμενον τῶν δριμέων καὶ τῶν ἁλμυρῶν. λιπαρωτέροισι δὲ καὶ γλυκυτέροισι καὶ ποτοῖσι χρήσθω. ἡ δὲ νοῦσος ὡς τὰ πολλὰ συναποθνήσκει τῷ κάμνοντι. [184] Νοῦσος ἐρευγματώδης. Ὀδύνη λάζεται ὀξέη. καὶ πονέει ἰσχυρῶς. καὶ ῥιπτάζει αὐτὸς ἑωυτόν. καὶ βοᾷ. καὶ ἐρεύγεται θαμινά. καὶ ἢν ἀπερύγῃ, δοκέει ῥᾴων εἶναι. πολλάκις δὲ καὶ χολὴν ἀπεμέει ὀλίγην, [185] ὅσον βρέγμα. καὶ ὀδύνη λαμβάνει ἀπὸ τῶν σπλάγχνων, ἐς τὴν νειαίρην γαστέρα καὶ τὴν λαπάρην. καὶ ἐπὴν τοῦτο γένηται, ῥᾴων δοκέει εἶναι. καὶ ἡ γαστὴρ φυσᾶται. καὶ σκληρὴ γίνεται. καὶ ψοφέει. καὶ ἡ φῦσα οὐ διαχωρέει, οὐδὲ ὁ ἀπόπατος. τοῦτον ἢν ὀδύνη ἔχῃ, λούειν πολλῷ θερμῷ. καὶ χλιάσματα προστιθέναι. ὅταν δὲ ἐν τῇ γαστρὶ ἡ ὀδύνη ᾖ καὶ ἡ φῦσα, ὑποκλύζειν καὶ τῆς λινοζώστιος ἑψῶν τὸν χυλὸν, ξυμμίσγειν τῷ τῆς πτισάνης χυλῷ. καὶ ἐπιπίνειν οἶνον γλυκὺν ὑδαρέα. σιτίον δὲ μὴ προσφέρειν ἔστ' ἂν ἡ ὀδύνη χαλάσῃ. πινέτω δὲ ἓξ ἡμέρας ἐκ νυκτὸς στέμφυλα βρέχων γλυκέα, τὸ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τούτων. ἢν δὲ μὴ ἔχῃ στέμφυλα, μέλι καὶ ὄξος ἑφθόν. [186] ἐπὴν δὲ τῆς ὀδύνης ἀποκινήσῃ, φαρμάκῳ κάτω τὴν κοιλίην καθαίρειν. σιτίοισι δὲ χρήσθω μαλθακοῖσι καὶ ὑποχωρητικοῖσι, καὶ θαλασσίοισι μᾶλλον ἢ κρέασι, κρέασι δὲ ὀρνιθείοισι καὶ μηλείοισιν ἑφθοῖσι. καὶ τεῦτλα καὶ κολοκύνθην. τῶν δὲ ἄλλων ἀπεχέσθω. ἡ δὲ νοῦσος ὅταν μὲν νέον λάβῃ, χρόνῳ ἐξέρχεται. ἢν δὲ πρεσβύτερον, συναποθνήσκει. Νοῦσος φλεγματώδης. Λάζεται μὲν καὶ ἄνδρα, μᾶλλον δὲ γυναῖκα. καὶ παχέη μέν ἐστι, καὶ εὔχροος. ὁδοιπορέουσα δὲ ἀσθενέει, [187] μάλιστα δὲ ἐπὴν πρὸς ἄναντες ἴῃ. καὶ πυρετὸς λεπτὸς λαμβάνει, ἐνίοτε καὶ πνῖγμα. καὶ ἀπεμέει μὲν ὅταν ἄσιτος ᾖ, χολὴν καὶ σίαλα πολλά. πολλάκις δὲ καὶ ὅταν φάγῃ. οὐ δὲ σιτίου οὐδέν. καὶ ὅταν πονήσῃ ὀδυνᾶται, καὶ ἄλλοτε ἄλλῃ τὸ στῆθος καὶ τὸ μετάφρενον. [188] καὶ καταπίμπλαται πομφῶν ὡς ὑπὸ κνίδης. τοῦτον φάρμακον πιπίσκειν. καὶ ὀρὸν καὶ γάλα ὄνου πινέτω.

ſorbitio ante ſeptimum diem offerenda, niſi tibi debilis videatur. Quòd ſi ſit, ptiſanæ ſuccus frigidus & liquidus paucus bis die exhibendus, & aqua ſuperbibenda. At vbi ſeptimus dies præterierit, & febris dimiſerit, milium delingendum. Sub veſperum cucurbita & betæ paucæ exhibendæ, vinumq́; album aquoſum ſuperbibendum, quoad nonum attingat diem: Deinde quàm minimo cibo vtatur, milio in prandio ſumpto. Balneo quamdiu dolor & febris detinet, ne vtatur. Vbi verò quieuerit, multa lauet. Quòd ſi venter non demittat, eum molli infuſo ſubluito, aut glandes ſubdito. At vbi vires valuerint, molli medicamento ad nares admoto, aluum per inferiora purgato, deinde lac aſininum propinato. Liuidus morbus. Febris ſicca detinet, ſubindeq́; horror, caput dolet, viſcera dolor occupat, bilem vomitione reiicit, cumq́; dolor detinet ſurſum tueri nequit, ſed grauatur, venter indureſcit, color liuidus redditur, labra & oculorum candida liueſcunt, perinde vt qui ſtrangulatur aſpicit, interdum etiam colorem mutat, & ex liuido cum virore aliquantulum palleſcit. Huic medicamentum, tum ſupra, tum deorſum purgans propinato, aluum ſubluito, & ex capite purgato. Calida quàm minimùm lauet, verùm vbi lauerit, inſoletur, ſerum & lac aſininum, ſi anni tempus ferat, bibat, cibis quàm molliſſimis & frigidis vtatur, acribus & ſalſis abſtineat, vnguinoſa verò & dulcia pinguiáque aſſumat. Hic autem morbus ægrum plærumque ad mortem vſque comitatur. Morbus ructus ciens. Dolor acutus prehendit, vehementerque laborat, ſeipſum diſiicit, vociferatur, frequenter eructat, ac vbi eructauerit meliùs habere videtur. Plærumque verò paucam bilem vomitione reiicit, quantum poculi parui menſura, dolor ex viſceribus ad imum ventrem & laterum mollitudinem pertingit, cumque id contigerit, meliùs habere videtur, venter inflatur & indureſcit, ſonitum edit, neque flatus neque ſtercus demittitur. Hunc ſi dolor detinet, calida multa lauato, & tepefactoria admoueto. Cùm verò in ventre dolor & flatus extiterit, per infuſum ſubluito, & mercurialis ſuccum coctum ad ptiſanæ ſuccum admiſceto, & vinum dulce aquoſum ſuperbibendum dato. Cibum quoad dolor remiſerit, ne porrigito, aquam autem ex vinaceis dulcibus per noctem maceratis, ſex diebus bibat. Quòd ſi vinacea non habeat, mel cum aceto coctum bibat. At poſtquam dolore vacuus fuerit, medicamento aluum per inferiora purgato. Cibis vtatur mollibus & aluum ſubducentibus, & marinis potiùs quàm carnibus. Carnibus autem auicularum & ouium coctis, betas etiam & cucurbitam aſſumat; reliquis verò abſtineat. Hic autem morbus ſi iuuenem inuaſerit, progreſſu temporis decedit; ſenem verò ad mortem comitatur. Morbus pituitoſus. Virum quidem etiam, mulierem tamen magis inuadit, & hæc quidem craſſa eſt & bene colorata, iter faciens imbecilla eſt, præſertim verò vbi ad arduum aut accliuem locum contendit. Febris tenuis interdumque ſuffocatio prehendit, & ieiuna quidem bilem ſaliuamque copioſam vomitione reiicit, & plerumq; vbi cibum ſumpſit, cibi tamen nihil. Cum laborarit, dolor modò pectus, modò dorſum occupat, & tumidis ac rubicundis cutis eminentiis velut ab vrtica inuſtis completur. Huic medicamentum purgans propinato, ſerum & lac aſininum bibat:

Quòd ſi ſerum bibat, multis antè diebus medicamentum per inferiora purgans bibendum exhibeto, cumque ſerum bibere deſierit, lac aſininum poſtea bibat, & vbi biberit, cibis quidem abſtineat, vinum autem quàm ſuauiſſimum bibat vbi purgari deſierit. Cùm verò à potione ceſſauerit, milium in prandio ſumat, ſub veſperum autem cibo quàm molliſſimo & pauciſſimo vtatur, & pinguibus, dulcibus, ac oleoſis abſtineat, ſubindéque, præſertim hyeme, vbi olera ante comederit, ex lenticulæ decocto vomat, calida quàm minimùm lauet, ſed ad ſolem calefiat. Hic verò morbus ad mortem vſque comitatur. Pituita alba. Totum corpus albo tumore intumeſcit, venter ad contactum craſſus eſt, pedes, coxæ, tibiæ & ſcrotum intumeſcunt, reſpiratio coaceruata eſt, vultus rubicundus, os aridum, & ſitis detinet, cumque comedit, ſpiratio crebra incidit. Hic eodem die interdum quidem meliùs, interdum verò peiùs habet. Huic ſi venter per morbi initia ſua quidem ſponte conturbatus fuerit, ſanitati eſt proximus. Quòd ſi non turbetur, medicamentum deorſum purgans ex quo aqua purgetur, exhibeto, calida ne lauet, aëri exponito, & ſcrotum vbi inflatum fuerit, pertundito. In cibo pane puro, frigido vtatur, & beta, piſcibuſq; ſcorpiis coctis, iure autem quàm modico. Frigida omnia ſumat, non dulcia, neque pinguia, ſed contrita, & acida, & acria, allio excepto, cepa & porro. Origanum autem & ſatureiam copioſam edat, vinumq; aquoſum ſuperbibat, & ante cibum iter faciat. At ſi à medicamento intumeſcat, infuſo per clyſterem vtitor, cibo premito, deambulationibus & illuuie: medicamenta autem purgantia quàm pauciſſima exhibeto, minimè verò ſurſum purgans, priuſquàm tumores ad inferiora deſcenderint. Si verò extenuato iam exiſtente in pectore ſuffocatio oboriatur, veratrum bibendum dato, caput purgato, deinde medicamentum deorſum purgans propinato. Hic verò morbus nullum ferè deſerit. Cura grauis morbus. Viſcera veluti ſpinarum aculeis pungi videntur, anxietudo ipſum inuadit, lucem & homines refugit, tenebras amat, metus corripit, ſeptum tranſuerſum exteriore parte intumeſcit, ad contactum dolet, expaueſcit, in ſomnis terriculamenta & formidanda cernit, quandoque & mortuos. Morbus hic interdum plurimos vere prehendit. Veratrum huic propinato & caput purgato, poſt capitis purgationem, medicamentum per inferiora purgans bibendum exhibeto; & poſtea lac aſininum. Cibis quàm pauciſſimis, niſi infirmis fuerit viribus, vtatur, & frigidis ac aluum ſubducentibus, non acribus, non ſalſis, non pinguibus, neque dulcibus. Calida non lauet, neque vinum bibat, ſed aquam quidem maximè, alioqui, vinum dilutum, neque ſe exerceat, neque deambulet. Quæ cùm feceris, temporis ſucceſſu morbo liberabitur. At niſi diligentem curam adhibueris, ad mortem vſque comitatur. Morbus niger. Bilem atram tanquam fecem vomit, interdum quidem velut ſanguinem, interdum verò velut vinum ſecundarium, quandoque etiam velut polypi atramentum, quandoq; acidum tanquam acetum, nonnunquam verò ſaliuam & pituitam tenuem, nonnunquam bilem ex viridi pallidam. Et cùm nigrum quidem cruentum vomuerit, cædem olere videtur, fauces & os ex vomitu incenduntur, dentes obſtupeſcunt, & quod vomitione reiectum eſt terram attollit, cùmq; vomuerit paulò melius habere videtur,

Obſeruandus tamen ad decimumquartum, poſt quē ſaneſcit. Quibuſdam autem morbo laterali laborantibus, purum ſputum expuitur, vrina cruenta redditur, qualis ſanies ex carnibus aſſatis defluens, dolores verò acuti per ſpinā ad pectus & inguina perueniunt. Hic ſi ſeptimum diem effugerit, ſanus redditur. Cùm verò alicui morbo laterali laboranti dorſum rubeſcere contigerit, & humeros incaleſcere, dumq́ue deſidet, pondere grauari, ſi venter perturbatus ex virore pallida & graueolentia admodum demittat, hic ex ventris deiectione primo & vigeſimo die moritur, quem ſi effugerit, conualeſcit. At quibus confeſtim expuitiones cuiuſuis ſunt generis, & dolores admodū acuti, ij tertio die moriuntur, quem ſi effugerint, conualeſcunt. Qui verò ſeptimo, aut nono, aut decimo die, ſanus non fuerit, pus intrò colligere incipit. Præſtat autem ſuppurari, minùs enim lethale eſt, quamuis laborioſum ſit. Præter autem cōmemorata ſigna, in vnoquoq; morbo laterali hęc in lingua ſpectare oportet. Bulla enim aliquātū liueſcēte in lingua ſuborta, qualis ferro candēte in oleū intincto fieri aſſolet, ſi quidem per initia aſpera fuit, difficilior morbi liberatio contingit, & diebus quibus oportet, ſanguinem tuſſi reiicere neceſſe eſt. Quòd ſi progreſſo etiam morbo id contingat, iudicationes quidem ad decimumquartum diem procedent, ſed ſanguinē expuere neceſſe eſt. De morbi autem liberatione ſic ſe res habet. Si tertio quidem die maturari & expui cœperit, celeriores ſunt liberationes. Si verò poſteriùs matureſcat, poſteriùs etiā iudicationes contingunt, quemadmodum in ſignis capitis. In omnibus autem lateris morbis, dolores ferè interdiu potiùs quā noctu leuiores eſſe ſolent. Curandi autē ſunt morbi laterales hūc in modū, plerunq; velut phrenitis & pulmonis inflāmatio, præter quam quod balneis calidis & vino dulci vtendum. Si quidē igitur primo aut poſtero ab acceſſione die ægrū ſuſceperis, ſi ſtercus quidem ſubiit purum, aut leuiter bilioſum & paucum, ex infuſo thapſiæ aluus ſubluenda. Quòd ſi aluus emota, noctu quidem demittat, poſtero verò die dolore & torminibus detineatur, rurſus ſubluenda. Si verò æger natura bilioſus fuerit, & minimè purgatus morbo correptus ſit, priùs quam bilioſum ſputum expuat, medicamento etiā bilem probè purgato. Iam verò bilioſa expuenti, medicamentū ne exhibueris. Si enim exhibueris, ſputum per ſuperiora prodire minimè poterit, ſed ſeptimo aut nono die ſtrangulabitur, idq; magis ſi præcordia doleant. At ſi ad laterum dolores etiam præcordiorum dolor acceſſerit, aluum ſubluere oportet, & ieiuno potui exhibere ariſtolochiam, hyſſopum, cuminum, laſerpitium, peplum album, æris florem & mel ex aceto & aqua. At per medicamenta quidem primis diebus ad hunc modū procedere curatio debet. Reliqua verò ſic ſe habent. Calida multa virium ægri habita ratione, præter quàm caput, lauato, cúmque iudicationes procedent, partes dolentes humidis fomentis tepefacito, & oleo ſublinito. Vbi verò cum impetu morbi irruunt, tum ægrum, tum Medicum à curationib. quieſcere oportet, vt ne quid mali cōparetur. Priſanæ autem ſuccus coctus exhibendus, paulò craſſior admixto melle, redditus. Poſt balnea, vinū dulce dilutum potui exhibendum, minimè frigidum, paucum, ex anguſti oris poculo. Cumq́ue tuſſes inuaſerint, ſuperbibendū & quàm maximè excreandum,

φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ μέχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης. μετὰ δὲ ταύτας ὑγιὴς γίνεται. ἐνίοισι δὲ τῶν πλευριτικῶν, τὸ μὲν πτύαλον καθαρὸν, ἡ δὲ οὔρησις αἱματώδης, οἷον ἀπὸ κρεῶν ὀπτῶν ἰχωροειδής. ὀδύναι δὲ ὀξεῖαι διὰ τῆς ῥάχιος ἐς τὸ στῆθος καὶ ἐς τοὺς βουβῶνας τείνουσιν. ἢν τὴν ἑβδόμην διαφύγῃ, ὑγιαίνει. ὁκόταν δὲ τοῦτον τὴν πλευρίτιδα ἔχοντι προσγένηται τὸ νῶτον ἐρυθριᾶν, καὶ τοὺς ὤμους θερμαίνεσθαι, καὶ ἀνακαθίζοντα βαρύνεσθαι, καὶ ἡ γαστὴρ ἐκταράσσηται χλωρῷ καὶ δυσώδει σφόδρα, ἢν διὰ τὴν ὑποχώρησιν τῆς γαστρὸς, εἰκοστῇ καὶ μιῇ ἀποθνήσκει. ταύτας δὲ διαφυγὼν, ὑγιαίνει. οἷσι δὲ αἱ πτύσιες εὐθὺς παντοδαπαί εἰσι, καὶ τὰ ἀλγήματα πάνυ ὀξέα, οὗτοι τριταῖοι θνήσκουσι. ταύτας δὲ διαφυγόντες, ὑγιαίνουσιν. ὁ μὴ γενόμενος δὲ ὑγιὴς, τῇ ἑβδόμῃ ἢ τῇ ἐνάτῃ, ἢ τῇ δεκάτῃ, ἄρχεται ἐμπυΐσκεσθαι. κρεῖσσον δὲ ἐμπυῆσαι. ἧσσον γὰρ θανατῶδες, καὶ ἐπίπονον ἤ. πρὸς δὲ τοῖσι σημείοισι τοῖσιν εἰρημένοισιν, ἐν ἑκάστῃ τῇ πλευρίτιδι, καὶ τάδε χρὴ σκοπέεσθαι τὴν γλῶτταν. πομφόλυγες γὰρ ὑποπελίδνου γενομένης ἐπὶ τῆς γλώσσης, οἷα σιδηρίου βαφέντος εἰς ἔλαιον, ἢν μὲν ἐν ἀρχῇ γένηται τραχεῖα, χαλεπωτέρη ἡ ἀπαλλαξις τῆς νούσου. καὶ ἀνάγκη αἷμα ἀποβῆξαι ἐν τῇσιν ἡμέρῃσιν, ἐν ᾗσι δεῖ. εἰ δὲ καὶ προκεχωρηκυίης τῆς νούσου γένοιτο, αἱ μὲν κρίσιες ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέραν, ἀνάγκη δὲ πτύσαι αἷμα. ἔχει δὲ οὕτως περὶ τῆς ἀπαλλάξιος. εἰ μὲν τριταῖος ἄρχοιτο πεπαίνεσθαι καὶ πτύεσθαι, θᾶσσονες αἱ ἀπαλλάξιες. εἰ δὲ ὕστερον πεπαίνοιτο, ὕστερον καὶ αἱ κρίσιες γίνονται. ὡς ἐν τοῖσι τῆς κεφαλῆς σημηΐοισι. τὰ δὲ ἀλγήματα τὰ ἐν ἁπάσῃσι τῇσι πλευρίτισιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κουφίζει μεθ' ἡμέρην μᾶλλον ἢ νύκτωρ. θεραπεύειν δὲ χρὴ τὰς πλευρίτιδας οὕτως. τὰ μὲν πολλὰ ὡς τὴν φρενῖτιν καὶ περιπλευμονίην, πλὴν λουτροῖσι χρῆσθαι θερμοῖσι, καὶ οἴνοισι γλυκέσιν. ἢν μὲν οὖν τῇ προτέρῃ ἢ τῇ ἐπιούσῃ λάβῃς τῆς ἐπιλήψιος, ἢν μὲν ὑπεληλύθῃ ἡ κόπρος καθαρὴ, ἢ ἀτρέμα χολώδης καὶ ὀλίγη, ὑποκλύσαι θαψίῃ. ἢν δὲ καταστῇ ἡ κοιλίη, τὴν μὲν νύκτα χαλάσῃ, τῇ δὲ ὑστεραίῃ ὀδύνη καὶ στρόφος ἔχῃ, πάλιν ὑποκλύσαι. ἢν δὲ ὁ κάμνων χολώδης ᾖ τῇ φύσει, καὶ ληφθῇ τῇ νούσῳ ἀκάθαρτος ἐὼν, πρὶν ἀναπτύσασθαι τὸ σίαλον χολῶδες καὶ τῷ φαρμάκῳ καθῆραι χολὴν δεῖ. ἐκπτύοντι δὲ ἤδη χολώδεα, μὴ δίδου τὸ φάρμακον. ἢν γὰρ δῷς, τὸ πτύσμα οὐ δυνήσεται ἄνω ἀνιέναι, ἀλλ' ἑβδομαῖος ἢ ἐναταῖος ἀποπνιγήσεται, ἢν μάλλον καὶ τὰ ὑποχόνδρια ἀλγέῃ. ἢν δὲ πρὸς τῇσιν ἐν τῇσι πλευρῇσιν ὀδύνῃσι καὶ τὰ ὑποχόνδρια ἀλγέῃ, ὑποκλύσαι δεῖ. καὶ πιπίσκειν διδόναι νῆστιν, ἀριστολοχίαν, καὶ ὕσσωπον, καὶ κύμινον. καὶ σίλφιον. καὶ μήκωνα λευκὴν, καὶ ἄνθος χαλκοῦ, καὶ μέλι, καὶ ὄξος, καὶ ὕδωρ. πρὸς μὲν τὰ φάρμακα, οὕτω δεῖ ποιέεσθαι τὰς θεραπείας τὰς πρώτας. τὰ δὲ ἄλλα ὧδε ἔχει. λούειν πολλῷ θερμῷ πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ κάμνοντος, πλὴν τῆς κεφαλῆς. καὶ ὁκόταν αἱ κρίσιες ὦσι, τὰ ὀδυνώμενα χλιαίνειν ὑγρῇσι πυρίῃσι, καὶ ἀλείφειν ἐλαίῳ. ὁκόταν δὲ καταιγίζωσιν αἱ νοῦσοι, ἡσυχάζειν καὶ τὸν κάμνοντα καὶ τὸν ἰητρὸν τῇσι θεραπείῃσιν, ὅκως μὴ κατεργάσωνταί τι κακόν. πτισάνης δὲ χυλὸν κατεφθὸν διδόναι, ὀλίγῳ παχύτερον μελίκρητον ποιέων. μετὰ δὲ τὰ λουτρὰ, καὶ οἶνον γλυκὺν καὶ ὑδαρέα προσπιπίσκειν, μὴ ψυχρὸν, ὀλίγον ἐκ βομβυλίου ἀρυσάμενον. καὶ ὁκόταν βῆχες ἐπίωσιν, ἐπιπίνειν καὶ χρέμπτεσθαι ὡς μάλιστα.

καὶ

καὶ τῷ ποτῷ ὑγραίνειν, ἵνα ὁ πλεύμων ὑγρότερος ἐὼν, ῥᾷον καὶ θᾶσσον ἀποδιδῷ τὸ πτύσμα, καὶ ἡ βὴξ ἧσσον πονέῃ. καὶ ῥοιῆς δὲ γλυκείης οἰνώδεος χυλὸν, γάλακτι αἰγείῳ ὀλίγῳ καὶ μέλιτι μίσγων, κατὰ μικρὸν πολλάκις δίδου. νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέρην, καὶ ὕπνον ὡς μάλιστα διακωλύειν, ἵνα κάθαρσις γίνηται, θᾶσσόν τε καὶ πλεῖον. τὴν δὲ αἱματώδεα πλευρῖτιν, θεραπεύειν χρὴ οὕτως. μετὰ δὲ τὰς κρίσιας, ἀνακομίζειν σιτίοισι κούφοισι καὶ ἡσυχάζειν. καὶ φυλάσσεσθαι προσιστὰς, ἡλίους, ἀνέμους, πλησμονὰς, ὀξέα, ἁλμυρὰ, λιπαρὰ, καπνὸν, φύσας τὰς ἐν τῇ κοιλίῃ, πόνους, λαγνείας. ἢν γὰρ ἡ νοῦσος ὑποτροπιάσῃ, θάνατος ἔσεται. ἐν δὲ τῇσι πτύσεσιν, ἢν ὀδύνη τε ἔχῃ, καὶ μὴ δύνηται ἀποπτύειν, νήστει δίδου. ἄνθος χαλκοῦ, ὅσον κοτινάδα. καὶ ὀποῦ σιλφίου τούτου τὸ ἥμισυ. καὶ τριφύλλου καρποῦ ὀλίγον, ἐν μέλιτι λείχειν. ἢ πεπέρεος κόκκους πέντε. καὶ ὀποῦ σιλφίου, ὅσον κύαμον. καὶ μέλι. καὶ ὄξος. καὶ ὕδωρ πίνειν χλιαρὸν, νήστει δίδου. τοῦτο καὶ τὰς ὀδύνας παύει. ἢν δὲ μὴ δύνηται πτύειν κατὰ λόγον, ἀλλ' ἐνίσχηται ἐν αὐτῷ, καὶ ῥέγχῃ ἐν τοῖσι στήθεσιν, ἄρου τοῦ μεγάλου ῥίζης χηραμίδα, καὶ ἔλαιον σὺν μέλιτι μίξαι. ἐπιρροφεῖν δὲ, ὄξος κεκρημένον ὕδατι ἰσχυρόν. ἄνθος χαλκοῦ ὅσον κύαμον. καὶ νίτρον ὀπτὸν διπλάσιον. καὶ ὑσσώπου, ὅσον τοῖσι τρισὶ δακτύλοισι λαβεῖν μέλιτι μίξας. καὶ ὕδωρ καὶ ἔλαιον μικρὸν ἐπιστάξας, χλιαρὰς ἐν χηραμίδι ἐγχέειν ἵνα μὴ ἀποπνιγῇ. καὶ ἐν περιπλευμονίῃ ἢν μὴ καθαίρηται, τοῦτο δὴ ποιέειν. ἢν δὲ μήτε ῥέγχῃ, μήτε πτύῃ ὡς δεῖ, καππάρεως καρποῦ ὅσον τοῖσι τρισὶ δακτύλοισι λαβεῖν. καὶ πέπερι. καὶ νίτρον ὀλίγον. καὶ μέλι. καὶ ὄξος. καὶ ὕδωρ μίξας, τοῦτο χλιαρὸν ἐπιρροφεῖν. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ, ἐν ὄξει καὶ μέλιτι καὶ ὕδατι ἀναζέσας ἐπιρροφεῖν· τοῦτο καὶ τοῖσι ῥέγχουσι διδόναι, καὶ μὴ δυναμένοισι καθαίρεσθαι. εἰ δὲ ἰσχυρότερον βούλῃ ποιέειν, ὑσσώπου, καὶ νάπυος, καὶ καρδάμου κόγχην ἢ χηραμίδα τρίψας ἐν μέλιτι καὶ ὕδατι, καὶ ἀναζέσας καὶ διηθήσας, ἐπιρροφεῖν χλιαρὸν δίδου. οὕτω τούτων τὰ νουσήματα θεραπευόμενα, ὑγιέα γίνονται, ἢν μή τι τοῦ πτύσματος ὑπολειφθὲν ἐν τῷ πλεύμονι πῦος γένηται, ὑφ' οὗ βήσσουσι ξηρὰ βηχία. καὶ πῦρ καὶ φρίκη ἴσχει. καὶ ὀρθόπνοιη ἔχει. καὶ πυκνὸν καὶ ἀθρόον ἀναπνεῖ. καὶ ἡ φωνὴ βαρυτέρη ὀλίγον. καὶ χροιὴ σὺν τῇ θέρμῃ τὸ πρόσωπον ἴσχει. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, μᾶλλον καὶ ἡ νοῦσος σάφα δηλοῦται. τοῦτον εἰ ἐντὸς τῶν δέκα ἡμερέων λάβῃς, θερμήναντα χρὴ διαίτῃ καὶ λουτρῷ θερμῷ, ἐγχέαι ἐς τὸν πλεύμονα, ὅ, τι πῦον ἄξει. καὶ τοῖσιν ἄλλοισι χρῆσθαι, τοῖσι τὸ πῦον ἄγουσι, καὶ διαιτᾶν ὧδε ὡς ἔμπυον. καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποξηραίνειν, ἵνα μὴ ἐπιρρέῃ. ἢν δὲ τῷ ἐγχύτῳ μὴ ἀνάγηται τὸ πῦον, ῥήγνυται αὐτὸ ἐκ τοῦ πλεύμονος εἰς τὸν θώρηκα. καὶ μετὰ τὴν ῥῆξιν, δοκέει ὑγιὴς εἶναι, ὅτι ἐκ τῆς στενοχωρίης εἰς τὴν εὐρυχωρίην ἦλθε τὸ πῦον. καὶ τὸ πνεῦμα ὃ ἀναπνέομεν, ἕδρην ἔχει ἐν τῷ πλεύμονι. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, τὰ στήθεα πύου πληρεῦνται, καὶ βῆχες. καὶ πυρετοὶ, καὶ τὰ ἄλλα ἀλγήματα πάντα μᾶλλον πιέζει αὐτόν. καὶ ἡ νοῦσος διαδηλοῦται. τοῦτον μετὰ τὴν ῥῆξιν, ἐᾶσαι δεῖ ἡμέρας πεντεκαίδεκα, ὅκως πάλιν πεπανθῇ τὸ πῦον. ἅτε γὰρ εἰς εὐρυχωρίην ἐλθὸν τὸ πῦον, ἀνέψυχέ τε καὶ τὸ ἐνεὸν ὑγρὸν ἐν τῷ θώρηκι προσηγάγετο πρὸς ἑωυτὸ, ὥστε αὐτὸ ἡμισαπὲς εἶναι.

& potu humectandum, vt pulmo humidior redditus, faciliùs ac citiùs ſputum reiiciat, & tuſſis minùs vexet. Et mali punici dulcis vinoſi ſuccum, cum lacte caprino pauco & melle mixtum, noctu & interdiu, ſenſim ac ſæpè exhibeto, ſomnumq́; quàm maximè prohibeto, quò celerior ac copioſior purgatio contingat. At morbum lateralem cruentum hoc modo curare oportet. Poſt iudicationes autem, vires leuibus cibis reficiendæ, & quieſcendum, præcipueq́; vitandi ſoles, venti, plenitudines, acida, ſalſa, pinguia, fumus, vẽtris flatus, labor, venus. Si enim reuerterit morbus, mors ſequetur. Inter ſpuendum verò ſi dolor detinet, neque expuere poſſit, ieiuno æris florem baccæ oleaſtri magnitudine, ſucci laſeris eius dimidium, ſeminis trifolij parum, ex melle delingenda exhibeto. Aut piperis grana quinque, & ſucci laſeris fabæ quantitatem, mel, acetum, & aquam, ieiuno tepida propinato. Hoc etiam dolores ſedat. Quòd ſi pro ratione ſpuere nequeat, ſed in ipſo ſputum retineatur, & in pectore ſtertorem edat, radicis dracunculi magni cõcham maiorem, & oleum cum melle admiſceto, & acetum aqua temperatum inſuper ſorbendum dato. Aliud vehemens. Æris florem fabæ quantitate, nitrum aſſatum dupla portione hyſſopi quantum tribus digitis capitur, melle admixto, aqua & oleo inſtillato, paulatim per concham maiorem, ne ſtranguletur, infundito. Quod etiam in pulmonis inflammationes, ſi non purgetur, faciendum. Si verò neque ſtertat, neque, vt conuenit, ſpuat, capparis ſemen quantum tribus digitis capitur, piper, nitri modicum, cum melle, aceto & aqua admixta, tepidum ſorbendum dato. Poſtridie verò id ex aceto, melle & aqua feruefactum ſorbendum, quod & ſtertentibus, & iis qui expurgari nequeunt exhibendum. At ſi valentius expetis, hyſſopi, ſinapis, & naſturtij quantum conchæ teſta maior capere poteſt, ex melle & aqua tritum, feruefactum, & colatum, tepidum ſorbendum præbeto. Ad hunc modum curati hi morbi ſanantur, niſi ſputi aliquid in pulmone relicti in pus vertatur, ex quo tuſſis ſicca excitatur, febris & horror detinet, ſpiritus erecta ceruice trahitur, frequenti & conferta reſpiratione æger affligitur, vox paulò grauior redditur, & color cũ calore vultum occupat. Procedente verò tempore etiam magis apertè hic morbus declaratur. Hunc ſi intra decimum diem curandum ſuſceperis, poſtquam victus ratione & balneo calido calefeceris, per infuſum pus è pulmone educito, & aliis quæ pus ducant vtitor, eamq́; victus rationem quæ ſuppurato debetur inſtituito, & caput ne quid influat, reſiccato. At ſi per infuſum pus minimè educatur, id ex pulmone in thoracem erumpit, poſtq́; ruptionem ſanus eſſe videtur, quòd pus ex anguſto in ampliorẽ locum conceſſerit, & ſpiritus quem attrahimus in pulmone ſedem habeat. Sed progreſſu temporis, pure pectus impletur, tuſſes & febres aliique dolores omnes magis vrgent, morbuſq́; manifeſtus euadit. Hunc quindecim poſt eruptionem diebus ſinere cõuenit, pus vti rurſus matureſcat, cùm nimirum in ampliorem locum pus veniẽs, tum refrixerit, tũ adducto ad ſe eo quod in thorace erat humido, ipſum ſemiputridũ eſſe neceſſe ſit.

Per hoc tempus igitur ſi ſponte ſpuere incipiat, bene habet; ſin minùs, medicamentis aut potionibus ſuccurrẽdum, vltimis quindecim diebus, ad virium corporis refectionem, antequam magis attritũ ſit, inſurgendo, & caput vt purum ſit propter affluxionem curando. Si verò non ſpuatur, ſed ad latera ſui ſignificationem exhibeat, ſecato aut inurito. At ſi neque ſpuatur, neque de ſe in coſtis ſignificationem præbeat, ieiunum poſt copioſæ calidæ balneum, & minimè potum, in ſella firma collocato, cumq́; alter eum ex humeris apprehenderit, tu ipſe eum concutito, aurem coſtis admouens, vt noſcas quanam ex parte ſui ſignificationem præbeat. Votum autem eſt, vt id ad ſiniſtra magis contingat, quòd inuſtio aut ſectio in dextris mortem magis afferat. Quò enim dextra valentiora ſunt, eò in ipſis vehementiores morbi apparere ſolent. Quòd ſi propter craſſitudinem humor non fluctuet, neque ſtrepitus edatur in pectore, crebrum autem ſpiritum trahat, pedes intumeſcunt, & tuſſicula quædam vexat, ne decipiaris videto, ſed ſcito thoracem pure plenum eſſe. Linteo itaque tenui in rubrica liquida, admodum trita & tepida intincto, thoracem in orbem obtegito, quáque parte primùm reſiccatum fuerit, ea ſectionem aut vſtionem facere oportet, vt quàm proximè ad ſeptum tranſuerſum accedas, ea tamen adhibita cautione ne ipſum attingas. Quòd ſi voles, vbi rubricam illeueris, eadem velut in linteo ſpectato. Multi autem ſimul illinant, ne partes quæ primùm illinuntur, reſiccentur. Poſt ſectionem verò aut vſtionem, penicillo ex lino crudo vtere, & paulatim pus emittito. Cùm verò ſecare aut inurere voles, nota impreſſa fac vt eandem figuram ſeruent inter ſecandum aut vrendum, ne te cutis figuram immutando ſurſum aut deorſum vergens decipiat. Tuſſes quoque in victus ratione vitandæ, ne rurſus in pulmonem (quod malum eſt) pus reuellant, ſed ſinendum, vt ad ſectionem citiſſimè reſiccetur. Poſteaquam verò duodecimum attigerit diẽ, pus reliquum totum emittito, & penicillo ex linteo appoſito, bis die pus educito, ſuperioremq́; ventrẽ victus ratione quàm maximè reſiccato. Ad hunc modum ſuppurationes, quæ tum ex vulneribus, tum ex pulmonis inflammatione, & ex magnis defluxionibus, incumbente in latera pulmone contingunt, ſpectare & curare oportet. Has autem potiones refrigerantes febre ardente laborantibus, cùm voles, exhibeto, quæ multarum ſunt virium, aliæ ſiquidem mictionem prouocãt, aliæ alui ſubductionem, aliæ vtrunque, aliæ neutrum, aliæ tantum refrigerant, non ſecus ac ſi quis in vas aquæ feruentis frigidam infundat, vel vento frigido vas ipſum exponat. Alia verò aliis exhibeto. Neque enim omnibus dulcia conferunt, neque acerba, neq; eadem bibere poſſunt. Fauorum ſiccorum heminas duas aqua maceratas, & contritas dum aqua guſtu ſubdulcis reddatur, deinde excolatas, iniecto apio, bibendas dato. Seminis lini acetabulum, aquæ decem heminis affuſis, in olla noua prunis impoſita decoquito, igne depoſitum vt tranſpiret ſinito, quoad ſuccus tactui pinguis euadat. Aquã mulſam aquoſam ad dimidias decoquito, deinde apiũ iniicito, hoc frigidum paulatim exhibeto. Hordeũ Achilleũ, hoc eſt magnũ & optimum reſiccatũ, & dempto quod acutũ eſt, ad heminæ menſuram, & bene lotum, aquæ congio affuſo, ad dimidias coquito, refrigeratũ potui exhibeto.

ἢν μὲν οὖν αὐτόματον ἄρξηται πτύεσθαι ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἢν μὴ, φαρμάκοισι τιμωρέειν ἢ ποτοῖσιν, ἐν τῇσι τελευταίῃσιν ἡμέρῃσι τῶν ἡμερέων τῶν πεντεκαίδεκα, ἀντιδιδόναι ἀναστῆναι πρὶν μᾶλλον τρύχεσθαι τὸ σῶμα, φυλάσσων τὴν κεφαλὴν καθαρὴν τῆς ἐπιρροῆς εἵνεκα. ἢν δὲ μὴ πτύηται, ἀποσημαίνηται δὲ ἐς τὰς πλευρὰς, τάμνειν ἢ καίειν. ἢν δὲ μήτε πτύηται, μήτε ἀποσημαίνηται ἐς τὰς πλευρὰς, λούσας πολλῷ καὶ θερμῷ νῆστιν, καὶ ἀποκαθίσας ἐπὶ ἕδρης ἀκινήτου. ἕτερος δὲ τῶν ὤμων ἀναλαβέτω. αὐτὸς δὲ σεῖε τοῦτον, τὸ οὖς προσβάλλων ἐς τὰς πλευρὰς, ἵν' εἰδῇς ὁκοτέρωθεν ἀποσημαίνει. βούλου δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ ἀριστερά. θανατωδέστερον γὰρ πρὸς τὰ δεξιὰ καίειν ἢ τάμνειν. ὁκόσῳ γὰρ αὐτὰ ἰσχυρότερά ἐστι τὰ δεξιὰ, τόσῳ καὶ τὰ νουσήματα ἐν αὐτοῖσιν ἰσχυρότερα δείκνυται. ἢν δὲ ὑπὸ πάχεος τὸ ὑγρὸν μὴ κλυδάζηται, μηδὲ ψόφος ᾖ ἐν τῷ στήθει, πυκνὸν δὲ ἕλκῃ τὸ πνεῦμα καὶ οἱ πόδες οἰδέωσι, καὶ βηχίον τι προσῇ, μὴ ἐξαπατάτω, ἀλλ' εὖ ἴσθι πλήρη ἐόντα τὸν θώρηκα πύου. ἐς τὴν ἐρετρίδα γῆν ὑγρὴν, καὶ λίην τετριμμένην καὶ χλιαρὴν, ἐπιβάψας ὀθόνιον λεπτὸν, περικάλυψον κύκλῳ τὸν θώρηκα. καὶ ὅκου ἂν πρῶτον ξηραίνηται, ταύτῃ χρὴ τάμνειν ἢ καίειν, ὡς ἐγγυτάτω τῶν φρενῶν, φυλασσόμενος αὐτὰς τὰς φρένας. ἢν δὲ βούλῃ ἀλείφων τῇ ἐρετριάδι, σκόπει ὁμοίως ὡς ἐν τῷ ὀθονίῳ. πολλοὶ δὲ ἅμα ἀλείφουσιν, ἵνα μὴ τὰ πρῶτα ἀλειφόμενα ἀποξηραίνηται. μετὰ δὲ τὴν τομὴν ἢ τὴν καῦσιν, τῷ μοτῷ ἐκ τοῦ ὠμολίνου χρῶ. καὶ ἐξίει κατ' ὀλίγον τὸ πύον. ὁκόταν δὲ μέλλῃς τάμνειν ἢ καίειν, ὑποσημαινόμενος τὸ αὐτὸ σχῆμα ἔχοντα, ὅπερ ἂν, ὁκόταν μέλλῃς τάμνειν ἢ καίειν, ἵνα μὴ ἐξαπατήσῃ ἀνωτέρω γινόμενον ἢ κατωτέρω τὸ δέρμα, ἐν τῇ μεταβολῇ τοῦ σχήματος. καὶ τὰς βῆχας φυλάσσειν ἐκ τῆς διαίτης, ὅκως μὴ ἀντισπάσωσι πάλιν ἐς τὸν πλεύμονα τὸ πύον, κακὸν γὰρ, ἀλλ' ἐὰν μετὰ τὴν τομὴν ὡς τάχιστα ἀποξηραίνεσθαι. ἐπὴν δὲ δωδεκαταῖος ᾖ, ἅπαν ἀφιέναι τὸ λοιπὸν πύον, καὶ ἀπὸ τοῦ ὀθονίου μοτοῦ. καὶ ἀφιέναι δὶς τῆς ἡμέρης τὸ πύον. καὶ τὴν ἄνω κοιλίην ἐκ τῆς διαίτης ὡς μάλιστα ξηραίνειν. ὧδε χρὴ καὶ τὰς ἐκ τῶν τρωμάτων, καὶ τὰς ἐκ τῆς περιπλευμονίης, καὶ ἐκ καταρρόων μεγάλων ἐκπυήσιας, καὶ προσπεσόντος τοῦ πλεύμονος τῇσι πλευρῇσι σκοπεῖν καὶ θεραπεύειν.[45] ψυκτήρια δὲ τάδε δίδου ἐπὶ τοῖσι καύσοισι πίνειν ὁκόταν βούλῃ. πολλὰ δὲ ἀπεργάζεται. τὰ μὲν γὰρ, οὔρησιν ἐμποιέει. τὰ δὲ, διαχώρησιν. τὰ δὲ, ἄμφω. τὰ δὲ, οὐδέτερα, ἀλλὰ ψύχει μοῦνον, ὡς ἄγγος ὕδατος ζέον, ἤν τις ἐπιχέῃ ψυχρὸν ὕδωρ, ἢ ψυχρῷ αὐτὸ τὸ ἄγγος πνεύματι προσαγάγῃ, δίδου δὲ ἄλλα ἄλλοισιν. οὔτε γὰρ τὰ γλυκέα πᾶσι συμφέρει, οὔτε τὰ στρυφνὰ, οὔτε τὰ αὐτὰ πίνειν δύνανται.[46] τοῦτο μὲν, κηρίων ξηρῶν, ὅσον δύο κοτύλας, βρέχων ὕδατι, καὶ ἀναπείσας, χρὴ ἐᾶν ἕως ἂν ὑπόγλυκυ γένηται. εἶτα διηθήσας, σέλινα ἐμβαλὼν, δίδου πίνειν. τοῦτο δὲ λίνου καρποῦ ὀξύβαφον, ὕδατος κοτύλας δέκα ἐπιχέας, ἕψειν ἐν χύτρῃ καινῇ ἐπ' ἀνθράκων[47] ἄζεον, ἵνα ἀναπνέῃ, ἕως ἂν ὁ χυλὸς ἁπτομένῳ λιπαρὸς γένηται. τοῦτο δὲ[48] μελίκρητον ὑδαρὲς καθεψήσας, τὸ ἥμισυ λείπειν. ἔπειτα σέλινα ἐπιβαλὼν, τοῦτο ψυχρὸν κατ' ὀλίγον δίδου. τοῦτο δὲ[49] κριθὰς ἀχιλληΐδας κοτύλην ἀνήρας,[50] φρύξας τὸν ἀθέρα καὶ πλύνας εὖ, ἐπιχέας ὕδατος χοέα, ἕψε. καὶ τὸ ἥμισυ ἀπολείπων, ψύχων δίδου πίνειν.

τοῦτο

τοῦτο δὲ αἰθιοπικοῦ κυμίνου, κοτύλης δέκατον μέρος, ἐπιχέας τρία ἡμιχόεα ἕψε πηλῷ τετριχωμένῳ καταλείψας ἄζεστον, ἕως τρίτον μέρος λείπῃ. καὶ ψύξας, δίδου. τοῦτο πρὸς πάντα καύσον καὶ λοιπὸν πυρετόν. τοῦτο δὲ ὕδωρ οὐράνιον αὐτὸ καθ' αὐτό. τοῦτο δὲ πτισάνης κοτύλη, χοέα ὕδατος ἐπιχέας, λείπεσθαι τὸ ἥμισυ ἕψων. ἔπειτα διηθήσας σέλινα ἐπιβαλὼν, δίδου ψυχρόν. τοῦτο δὲ οἱ σταφίδων λευκοὶ οἶνοι ὑδαρέες. τοῦτο δὲ τρύγες σταφυλίτιδες σταφιδίτιδες ὑδαρέες. τοῦτο δὲ ἀσταφὶς λευκὴ ἄνευ γιγάρτων κοτύλη. καὶ πενταφύλλου ῥιζέων χειροπληθὴ φλάσας, εἴκοσι κοτύλας ὕδατος ἐπιχέας, ἀφεψήσας, καὶ τὸ ἥμισυ λείπων, δίδου ψυχρὸν κατ' ὀλίγον. τοῦτο δὲ κριμνῶν κριθέων ἁδρῶν ἡμιχοίνικα, ὕδατος χοέα ἐπιχέας, ὁκόταν ἤδη ἀνοιδέῃ τὰ κρίμνα, τρίβειν τῇσι χερσὶν, ἕως ἂν λευκὸν τὸ ὕδωρ γένηται. καὶ ἀδιάντου δραχμίδα ἐμβαλὼν, αἰθριάσας δίδου. τοῦτο δὲ ὠῶν τὸ λευκὸν τριῶν ἢ τεττάρων, καταχυθὲν ἐν ὕδατος χοῒ πινέτω. τοῦτο δὲ ψύχει σφόδρα, καὶ τὴν κοιλίην ὑπάγει τῶν νοσεόντων προσκατακεκλικά. τοῦτο δὲ ἡμιχοίνικον κάχρυων εὖ ἀποπλύνας ἐν ὕδατος χοῒ, ζέσας δὶς ἢ τρὶς, ψυχρὸν δίδου. τοῦτο δὲ πτισάνης χυλὸν, καθεφθὸν λευκὸν, καὶ οἶνον γλυκὺν δίδου. τοῦτο οὐκ ἄγει. τοῦτο δὲ σικύου πέπονος, ἄνευ τοῦ δέρματος πάλης, ἐφ' ὕδατι. τοῦτο οὐρέεται, καὶ ψύχει, καὶ τὴν δίψαν παύει. τοῦτο δὲ ὀρόβους ἐν ὕδατι προεψήσας, εἶτα χύτραν καινὴν ἐν χύτρῃ μείζονι θεὶς, πλέῃ ὕδατος, ἐπιχέας ἕτερον ὕδωρ τοῖσιν ὀρόβοισιν ἕψε ὀλίγον χρόνον. εἶτα ἀποχέας τὸ τρίτον μέρος, ἐπειδὰν καθεφθοὶ ἔωσιν οἱ ὄροβοι ψύξας δίδου. κατὰ κύαθον ἐπιπάσσων τῆς τοῦ σικύου πάλης, καὶ τὴν ἐκ τῶν ὀρόβων πάλην. τοῦτο δὲ βεβαίως δίψαν παύει. τοῦτο δὲ Θάσιον οἶνον παλαιὸν, πέντε καὶ εἴκοσι ὕδατος καὶ ἕνα οἴνου δίδου. τοῦτο δὲ τρίφυλλον τὸ σικυῶδες, ἐν ὕδατι καὶ κρίμνα κριθέων, βρέχων δίδου. τοῦτο δὲ σέλινα, ὅσον τρεῖς τῇ χειρὶ περιλαβεῖν, καὶ γλήχωνος δραχμίδας δύο ἕψων, ἐν ὄξεος κοτύλῃσι δέκα ὡς τρίτον μέρος λείπῃ. τοῦτο μέλιτι καὶ ὕδατι κεκρημένον ὑδαρὲς, πινέτω, ἀδιάντου δραχμίδα ἐμβαλών. τοῦτο δὲ οὖρον ἄγει καὶ τὴν κοιλίην λύει. τοῦτο δὲ μῆλα εὐώδεα γλυκέα φλάσας, καὶ ἐν ὕδατι ἀποβρέξας, δίδου πίνειν τὸ ὕδωρ. τοῦτο δὲ μῆλα κυδώνια ὡσαύτως ἢν ἡ κοιλίη λελυμένη ᾖ, ἐν πυρετῷ καυσώδει. ἴκτερον δὲ ἐπιλαβόντος, ἀσταφίδος λευκῆς ἄνευ γιγάρτων καὶ ἐρεβίνθων λευκῶν, ἡμικοτύλιον ἀμφοτέρων, καὶ κριθέων ἀχιλληΐδων ἴσον καὶ κνίκου ἴσον. ὕδατος κοτύλας δέκα. καὶ σέλινα καὶ μίνθην καὶ κορίανον, ὀλίγον ἑκάστου ἀνατρίβειν, ἕως ἂν ἠρέμα γλυκανθῇ. καὶ ἀδιάντου δραχμίδα ὕστερον ἐμβαλὼν, αἰθριάσας δίδου. τοῦτο δὲ καὶ τὰ τούτοισιν ὅμοια μιμέεσθαι. πάντα δὲ τῷ πυρέσσοντι ᾐθριασμένα δίδου, πλὴν ὅσοισιν αἱ κοιλίαι μᾶλλον τοῦ δέοντος ῥέουσιν. τοῦτο δὲ γλήχωνος δραχμίδας τρεῖς, σελίνου διπλάσιον οἴνῳ κεκρημένῳ ἕψων δίδου. τοῦτο δὲ οὐρέεται, καὶ διὰ τῆς κοιλίης χολὴν ἄγει.

Cumini Æthiopici heminæ decimam partem, tribus aquæ ſemicongiis affuſis decoquito, luto piloſo olla oblita ad tertias feruefactum & refrigeratum, hoc ad omnem febrem ardentem aliamque febrem exhibeto. Aqua etiam cœleſtis per ſe ſola exhibita prodeſt. Ptiſanæ heminam, aquæ congio affuſo, ad dimidias coquito, deinde colatum iniecto apio, frigidum potui dato. Vina etiam alba ex vuis paſſis, aquoſa exhiberi poſſunt. Vuarum paſſarum feces vinaceæ expreſſæ, dilutæ, ad idem valent. Vuæ paſſæ albæ exemptis vinaceis heminam, radicum pentaphylli manipulum contuſum, affuſis aquæ heminis viginti, ad dimidias decoquito, frigidum paulatim exhibeto. Farinæ hordei pleni craſſiores partes ad chœnicem dimidiam, affuſo aquæ congio, cùm craſſiores farinæ partes iam intumuerint, manibus terito quoad aqua alba reddita fuerit, & adianti pugillo iniecto, nocturno ſereno expoſitum præbeto. Trium aut quatuor ouorum candidum in aquæ congio ſubactum bibat. Hoc admodum refrigerat, & ægrum ad aluum ſubducendam etiam concitat. Hordei torrefacti probe loti chœnicem dimidiam, in aquæ congio bis aut ter feruefactam, frigidam exhibeto. Ptiſanæ cremorem coctum tenuem, & vinum dulce exhibeto. Hoc non mouet. Cucumeris maturi ſine cortice pollinem ex aqua propinato. Hoc vrinam mouet, refrigerat & ſitim ſedat. Eruum in aqua ante decoctum, deinde ollæ nouæ in maiore olla aqua plena impoſitum, alia eruo affuſa aqua parum coquito, poſtea effuſam tertiam partem, vbi eruum coctum fuerit, refrigeratum præbeto, ad cyathos ſingulos inſperſo cucumeris & erui polline. Hoc indubitanter ſitim ſedat. Vinum Thaſium vetus, aquæ quinque & viginti partibus, ad vnam vini partem admixtis, exhibeto. Trifolium, cucumeris pollinem, ex aqua in qua craſſiores hordeaceæ farinæ partes maduerint, præbeto. Apij manipulos tres, pulegij pugillos duos, in aceti heminis decem, ad tertias decoquito, hoc melle & aqua admixta aquoſum bibat, adianti pugillo iniecto, quod vrinam mouet & aluum ſoluit. Mala odorata dulcia contuſa, aqua macerata, aquam potui exhibeto. Mala cydonia eodem modo macerata, ſi aluus in febre ardente ſoluta fuerit. At ſi morbus regius inſuper inuaſerit, vuæ paſſæ albæ detractis vinaceis, ciceris albotum, vtrorumque heminam dimidiam, hordei Achillei tantundem, cnici tantundem, aquæ heminæ decem, apium, mentham, coriandrum, cuiuſque parum, ſimul terito, quoad aqua leuiter dealbeſcat, poſtremò adianti pugillo iniecto, nocturno ſereno expoſitum exhibeto. His etiam ſimilia imitari poteris. Omnia autem nocturno ſereno expoſita febricitanti exhibeto, his exceptis quibus aluus plus æquo eſt fluida. Pulegij pugillos tres, apij duplum, vino aqua temperato decoquito & propinato. Hoc vrinam mouet bilemque per aluum educit.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΝΟΥΣΩΝ
τὸ τέταρτον.

HIPPOCRATIS DE MORBIS,
Liber Qvartvs.

Semen ex omnibus tum viri, tum mulieris membris, ad hominis generationem veniens, & in mulieris vterum illapſum concreſcit, ex eoque tempore accedente natura, humanam formam referens, procreatur. Habet autem tum mulier, tum vir, in corpore quatuor humidi formas ex quibus morbi oriuntur, qui nulla vi contingunt. Hæ verò ſunt, pituita, ſanguis, bilis & aqua. Ex hiſq; non minima neq; debiliſſima pars ad ſemen confertur. Et poſtquam animal ex parentibus procreatum eſt, tot humoris formas, tum ſani, tum morboſi, in ſe continet. Quæ verò ex vnaquaque forma, tum plura, tum pauciora in corpore contingunt, aperiam, & ex quo ægrotant, quodque morbi diebus imparibus iudicantur, & quænam ſunt morborum principia, & quænam horum ſingula in corpore faciunt, & morbum adducunt, ex quo etiam rigor ipſe febrilis contingit, quamq; ob cauſam poſt eum febris ſuccedit. Ac primùm quidem quanam ratione bilis, ſanguis, aqua, & pituita ex cibariis & potibus copioſiora & pauciora oriantur, demonſtrare volo, hoc modo. Ventriculus vbi plenus exiſtit, omnium in corpore fons eſt, vacuus verò ex corpore tabeſcente haurit. Sunt autem etiam quatuor alij fontes, ex quibus horum quiſq; in corpus procedit. Poſtquam igitur hi fontes ex vẽtriculo acceperint, ipſiq; vacuati fuerint, ex corpore hauriunt. Trahit quoque ipſum corpus, cùm quid in ſe ventriculus habuerit. Sanguinis quidem certe fons eſt cor, pituitæ caput, aquæ lien, bilis locus in iecore. Atque hi ſunt quatuor iſtorum humorum fontes, præter ventriculum. Ex his maximas habent cauitates caput & lien. In eo enim ampliſſimus locus eſt. Sed de hoc paulò pòſt melius diſſeram. Sic autem ſe res habet. In his omnibus quæ eduntur aut bibuntur, bilioſi aliquid, & aquoſi & ſanguinis, & pituitoſi ineſt, plus minúſve in hoc vel illo. Quam ob cauſam quæ comeduntur & bibũtur ad valetudinem inter ſe differunt. Atq; hæc quidem hactenus. Cùm quis comederit aut biberit, corpus ad ſe ex ventriculo commemoratam humiditatẽ attrahit. & fontes per venas de ventriculo trahunt, ſimilis humiditas, ſimilem, & in corpus diſtribuunt, non ſecus ac in plantis, ſimilis humiditas ex terra ſimilẽ attrahit. Sic enim in ſe varias & innumeras terra facultates habet. His namq; omnibus quæ in ipſa producuntur, cuique ſimilem humiditatem præbet, velut & id quod producitur, ſibi cognatione ſimilem habet, & trahit vnumquodque ex terra alimentum, quale ſanè ipſum eſt. Nam & roſa talem ex terra humiditatem trahit, qualis & ipſa facultate eſt, & allium talem ex terra humiditatẽ trahit, quale etiam ipſum facultate exiſtit, reliquaq; omnia quæ producuntur,

Τοῦ αἰδοίου ἐς τὴν γένεσιν ἀπὸ πάντων τῶν μελέων τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς ἐλθὸν τὸ σπέρμα, καὶ ἐς τὰς μήτρας τῆς γυναικὸς πεσὸν, ἐπάγη. χρόνου δὲ γενομένου, φύσις ἀνθρωποειδὴς ἐγένετο ἐξ αὐτέου. ἔχει δὲ καὶ ἡ γυνὴ καὶ ὁ ἀνὴρ, τέσσαρας ἰδέας ὑγροῦ ἐν τῷ σώματι, ἀφ᾽ ὧν νοῦσοι γίνονται, ὁκόσαι μὴ ἀπὸ βίης νουσήματα γίνονται. αὗται δὲ αἱ ἰδέαι εἰσὶ, φλέγμα. αἷμα. χολή. καὶ ὕδρωψ. καὶ ἀπὸ τούτων ἐς τὸ σπέρμα, οὐκ ἐλάχιστον οὐδὲ ἀσθενέστατον συνέρχεται. καὶ ἐπεὶ τὸ ζῶον ἐγένετο κατὰ τὸν τοκέας, τοσαύτας ἰδέας ὑγροῦ ὑγιηροῦ τε καὶ νοσεροῦ ἔχει ἐν ἑωυτῷ. ἀποφανέω δὲ ὅκως ἐν ἑκάστῃ τουτέων τῶν ἰδεῶν τὰ πλείω καὶ ἐλάσσω ἐν τῷ σώματι γίνεται. καὶ ὑπὸ τούτου νοσέουσι. καὶ ὅ, τι αἱ νοῦσοι κρίνονται ἐν τῇσι περισσῇσιν ἡμέρῃσι. καὶ τίνες ἀρχαὶ τῶν νούσων εἰσί, καὶ ὁκοῖα αὐτέων ἑκάστη ἐν τῷ σώματι ἐργασαμένη τὴν νοῦσον ἐπάγει. καὶ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ῥῖγος πυρετῶδες γίνεται, καὶ διότι τὸ πῦρ ἐπιπίπτει μετ᾽ αὐτό. ἐθέλω δὲ ἀποφῆναι πρῶτον, πῶς ἡ χολὴ, καὶ τὸ αἷμα, καὶ ὁ ὕδρωψ, καὶ τὸ φλέγμα, πλείονα καὶ ἐλάσσονα γίνεται, ἀπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῶν πομάτων, τρόπῳ τοιῷδε. Ἡ κοιλίη τῷ σώματι πάντων πηγή ἐστι πλέη ἐοῦσα. κενὴ δὲ γενομένη, ἐπαυρίσκεται ἀπὸ τοῦ σώματος τηκομένου. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πηγαὶ τέσσαρες ἀφ᾽ ὧν χωρέει τούτων ἕκαστον ἐς τὸ σῶμα. ἐπὴν οὖν αὗται ἀπὸ τῆς κοιλίης λάβωσι, καὶ αὗται ἐπὴν κενῶνται, ἀπὸ τοῦ σώματος ἐπαυρίσκονται. ἕλκει δὲ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα, ἐπὴν ἡ κοιλίη τι ἔχῃ ἐν ἑωυτῇ. τῷ μὲν δὴ αἵματι ἡ καρδίη πηγή ἐστι. τῷ δὲ φλέγματι, ἡ κεφαλή. τῷ δὲ ὕδατι, ὁ σπλήν. τῇ δὲ χολῇ, τὸ χωρίον, τὸ ἐπὶ τῷ ἥπατι. αὗται αἱ τέσσαρες τουτέοισίν εἰσι πηγαὶ, ἄνευ τῆς κοιλίης. ἀπὸ τούτων δὲ εἰσὶ κοιλόταται, ἡ κεφαλὴ, καὶ ὁ σπλὴν, εὐρυχωρίη γὰρ ἐν αὐτοῖς πλείστη ἐστίν. ἀλλὰ περὶ τούτου, ὀλίγον ὕστερον ἀποφανέω κάλλιον. ἔχει δὲ καὶ τάδε οὕτως. ἐν τοῖσι βρωτοῖσι καὶ τοῖσι ποτοῖσιν ἔνεστι πᾶσι, καὶ χολῶδές τι, καὶ ὑδρωπῶδες, καὶ αἱματῶδες, καὶ φλεγματῶδες. τῇ μὲν πλέον, τῇ δὲ ἔλασσον. διότι καὶ διαφέρει τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα ἀλλήλων ἐς τὴν ὑγιείην. καὶ ταῦτά μοι ἐς τοῦτο εἴρηται. ἐπὴν δὲ φάγῃ ἢ πίῃ ὁ ἄνθρωπος, ἕλκει τὸ σῶμα ἐς ἑωυτὸ ἐκ τῆς κοιλίης τῆς ἰκμάδος τῆς εἰρημένης· καὶ αἱ πηγαὶ ἕλκουσι διὰ τῶν φλεβῶν ἀπὸ τῆς κοιλίης, ἡ ὁμοίη ἰκμὰς τὴν ὁμοίην, καὶ διαδιδοῦσι τῷ σώματι, ὥσπερ ἐπὶ τῶν φυτῶν ἕλκει ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ὁμοίη ἰκμὰς τὴν ὁμοίην. ἔχει γὰρ ὧδε ἡ γῆ ἐν ἑωυτῇ δυνάμιας παντοίας καὶ ἀναριθμέας. ὅκοσα γὰρ ἐν αὐτῇ φύεται, πᾶσιν ἰκμάδα παρέχει ὁμοίην ἑκάστῳ. ἔστι καὶ αὐτὸ τὸ φυόμενον αὐτῷ ὁμοίην κατὰ ξυγγενὲς ἔχει. καὶ ἕλκει ἕκαστον ἀπὸ τῆς γῆς τροφὴν, οἷόν περ καὶ αὐτό ἐστι. τό, τε γὰρ ῥόδον ἕλκει ἀπὸ τῆς γῆς ἰκμάδα τοιαύτην, οἷόν περ καὶ αὐτὸ δυνάμει ἐστί. καὶ τὸ σκόροδον ἕλκει ἀπὸ τῆς γῆς ἰκμάδα τοιαύτην, οἷόν περ καὶ αὐτὸ δυνάμει ἐστὶ, καὶ τ᾽ ἄλλα πάντα τὰ φυόμενα,

ἕλκει

ἕλκει ἐκ τῆς γῆς καθ' ἑωυτὸ ἕκαστον. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο οὕτως εἶχεν, οὐκ ἂν ἐγένετο τὰ φυόμενα ὅμοια τοῖσι σπέρμασιν. ὅταν δὲ τῶν φυομένων ἐν τῇ γῇ ἰκμὰς, κατὰ ξυγγένειαν, τοῦ δέοντος πολλῷ πλείων ἐστὶ, νοσέει ἐκεῖνο τὸ φυτὸν, ὅτῳ δὲ ἐλάσσων τοῦ χρεοῦ, ἐκεῖνο αὐαίνεται. ἢν δὲ ἐξ ἀρχῆς μὴ ἐνῇ ἰκμὰς τῷ φυτῷ, ἣν ἕλκει κατὰ τὸ συγγενὲς, οὐδ' ἂν βλαστῆσαι δύναιτο. παρέχει δὲ νοηθῆναι, ὅτι εἰ μὴ ἔχει ἰκμάδα κατὰ φύσιν τὸ φυτὸν, οὐ βλαστάνει τὴν ἀρχήν. ἡ γὰρ Ἰωνίη χώρη καὶ ἡ Πελοπόννησος, τοῦ ἡλίου τῶν ὡρέων οὐχ ἥκιστα κέεται, ὥστε δύνασθαι ἐξαρκεῖν τοῖσι φυομένοισι τὸν ἥλιον· ἀλλ' ὅμως οὐ δύνανται πολλοὶ ἤδη πειραζόμενοι, οὔτε ἐν Ἰωνίῃ, οὔτε ἐν Πελοποννήσῳ, [6] σίλφιον φῦσαι. ἐν δὲ τῇ Λιβύῃ, αὐτόματον φύεται. οὐ γὰρ ἔστιν οὔτε ἐν Ἰωνίῃ οὔτε ἐν Πελοποννήσῳ ἰκμὰς τοιαύτη, ὥστε τρέφειν αὐτό. ὅτι δὲ πολλὰ καὶ ἄλλα, ὅσα τοῦ ἡλίου ἐξαρκέοντος αἱ χῶραι οὐ δύνανται τῶν φαρμάκων τρέφειν, ἄλλαι δὲ φύουσιν αὐτόματα, παρέχει καὶ τοῦτο σκέψασθαι ὃ μέλλω ἐρέειν, [7] ὁκόσοι χῶροι χώρου κάρτα πλησιάζουσι διαφέρει ἐς τὴν ἡδυοινίην, τοῦ ἡλίου ὁμοίως ἐξαρκέοντος. ἔνθα μὲν γὰρ τῆς γῆς ἰκμάς ἐστιν ἥτις τὸν οἶνον ἡδὺν παρέξει, ἔνθα δὲ οὔ. ἔστι δὲ καὶ ἄγρια φυόμενα ἐν χωρίῳ οὐκ ὀλίγα. μεταρθέντα δὲ ὅσον ὀργυιὴν, οὐκ ἂν εὕροις ἔτι φυόμενα. οὐ γὰρ ἔχει ἡ γῆ μεταρθέντι τοιαύτην ἰκμάδα οἵην τοῖσιν ἀγρίοισι φυτοῖσιν ἐκείνη παρεῖχεν. ἔστι γὰρ αὐτέων τὰ μὲν ἰωδέστερα, τὰ δὲ ὑγρότερα, τὰ δὲ γλυκύτερα, τὰ δὲ ξηρότερα, τὰ δὲ τρηχύτερα. ἄλλα δὲ μυρία ἄλλως ἔχει. μυρίαι γὰρ ἐν αὐτῇ δυνάμιές εἰσι. καὶ διὰ ταῦτα τὰ γένεα ἐκ τῆς γῆς πρῶτον οὐδὲν ἕτερον ἑτέρῳ ὅμοιον ἔφυ, ὅτι μὴ συγγενές. ἄγρια δέ μοι δοκέει ταῦτα πάντα εἶναι· ἄνθρωποι δὲ ταῦτα ἡμερώσαντες ἐργαζόμενοι καρποφορέειν κατὰ τὸ σπέρμα ἕκαστον. ἕλκει γὰρ ἐκ τῆς γῆς ἡ ὁμοίη ἰκμὰς τὴν ὁμοίην, [8] καὶ τούτοισιν αὔξεται καὶ τρέφεται. καὶ οὐδὲν ἕτερον ἑτέρῳ ὅμοιόν ἐστι τῶν φυομένων, οὔτε ἴσην οὔτε ὁμοίην ἐκ τῆς γῆς ἰκμάδα ἕλκει. ἕλκει δὲ ἕκαστον τῶν φυομένων βρωτῶν τε καὶ ποτῶν ἐν ἑωυτῷ, πολλὰς δυνάμιας ἀπὸ τῆς γῆς. ἐν παντὶ δέ ἐστί τι φλεγματῶδες, καὶ αἱματῶδες. ἀνάγκην δ' ἐμαυτῷ προσηναγκασάμην, ὅτι ἀπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῶν ποτῶν ἐς τὴν κοιλίην χωρεόντων, ἕλκει τὸ σῶμα, αὐταὶ πηγαὶ ἃς ὠνόμασα ἡ ὁμοίη ἰκμὰς τὴν ὁμοίην διὰ φλεβῶν. σημεῖον δὲ ἀποφανέω ἕτερον ὥστε διέλκει ἕκαστον κατὰ τὰ εἰρημένα, καὶ ἅμα φράσω, ὅθεν τὸ φλέγμα γίνεται ἐν τῷ σώματι. Ἐπὴν τις φάγῃ τυρὸν, ἢ ὅ τι ἐστὶ δριμὺ, ἢ ἄλλο τι φάγῃ, ἢ πίῃ, ὅ τι ἐστὶ φλεγματῶδες, αὐτίκα οἱ ἐπιθέει ἐπὶ τὸ στόμα καὶ τὰς ῥῖνας. καὶ τοῦτο οὕτως γινόμενον πάντες ἑωρῶμεν. τοῦτο δὲ χρὴ ἐλπίζειν, ὅθεν ἐγὼ ἐρέω. φημὶ δὲ, ὁκόσον ἐν τῷ βρώματι ἢ πόματι φλεγματῶδες ἐνῇ, κείνου ἐς τὴν κοιλίην ἐλθόντος, τὸ μὲν σῶμα ἕλκει ἐς ἑωυτὸ, τὸ δὲ ἡ κεφαλὴ κοίλη ἐοῦσα. [10] καὶ ὥσπερ σικύη ἐπικειμένη, ἕλκει τὸ φλέγμα, ἅτε γλίσχρον ἐόν. ἕπεται δὲ τοῦτο τὸ ἕτερον διὰ τοῦ ἑτέρου ἐς τὴν κεφαλήν. τὸ μὲν νέον φλέγμα τὸ γινόμενον ἐκ βρώματος, μένει ἐν τῇ κεφαλῇ, τὸ δὲ παλαιὸν ὁκόσῳ πλεῖον τὸ νέον, ὑπ' ἐκείνου βιώμενον ἐξέρχεται. καὶ διὰ τοῦτο ἐπὴν τις φάγῃ ἢ πίῃ ὅ τι φλεγματῶδες, ἀποχρέμπτεται φλέγμα, ἔχει δὲ καὶ ταῦτα οὕτως.

vnumquodque è terra quod ſibi cognatum eſt trahunt. Quod niſi ita eſſet, quæ producuntur ſuis ſeminibus non eſſent ſimilia. Cùm verò quod ex terra naſcitur plus habet cognati humoris quàm conueniat, id ipſum ægrotat, quod verò iuſto minus habet, illud marceſcit. Ac niſi quod producitur ab initio habuerit, quem ſibi humorem cognatum attrahat, ne ſuccreſcere quidem poterit. Quod verò id quod producitur, pullulare ab initio nequeat, niſi humorem ſecundum naturam habeat, id inde intelligitur, quod Ionia & Peloponneſus regio eſt, quæ pro anni temporibus non minimum à ſole vritur, ita vt ſol iis quæ è terra naſcuntur ſatis eſſe poſſit, neque tamen fieri poteſt, etſi multi iam tentarint, vt in Ionia aut Peloponneſo Laſer producatur, cùm in Libya ſponte producatur. Neque enim in Ionia, neq; in Peloponneſo eſt huiuſmodi humor, qui ipſum nutriat. Quòd verò multa etiam alia medicamenta regiones, etiamſi ſol ſufficiat, alere non poſſint, aliæ verò ſponte producant, id quod dicturus ſum conſiderandum præbet, quantum locus loco etiam valdè vicino ad vini ſuauitatem præſtet, quamuis ſol æqualiter ſufficiat, cùm in hoc terræ humor ſit qui vinum ſuaue exhibeat, in illo verò minimè. Sunt quoque agreſtia non pauca in loco naſcentia, quæ ad vlnæ ſpatium tranſlata, non amplius produci comperias. Neque enim terra eiuſmodi humorem tranſlato accommodatum habet, qualem illa agreſtibus plantis ſuppeditabat. In his enim ſunt quædam magis virulenta, quædam magis humida, quædam dulciora, ſicciora quædam, aſperiora etiam quædam, aliaq; ſexcenta aliter ſe habent. Innumeræ enim ſunt in ea facultates. Ac propter eiuſmodi genera, primùm nihil ex terra alteri ſimile producitur, quod cognationem non habeat. Ac mihi ſanè hæc omnia agreſtia eſſe videntur. Verùm ea homines cultura mitia reddiderunt, effeceruntque vt quidque ſuo ſemini ſimilem fructum ferret. Humor enim ſimilis ſimilem ex terra trahit, ex eoque increſcit & nutritur, & ex iis quæ ex terra producuntur, alterum alteri ſimile nihil eſt, neque æqualem, neq; ſimilem humorem attrahit. Eorum autem ſingula quæ ad cibos aut potiones è terra producuntur, multas ad ſe è terra facultates trahunt, & in quoque aliquid pituitoſi & ſanguinei ineſt. Hac igitur ex neceſſitate adductus ſum, quòd de cibis ac potibus qui in ventriculum veniant, corpus ad fontes nominatos trahit, ſimilis humor ſimilem per venas. Quòd verò vnumquodque per prædicta trahat, hoc aliud proferam argumentum, ſimulque aperiam vnde pituita in corpore gignatur. Cùm quis caſeum aut aliquid acre comederit, aut aliud quid pituitoſum ederit aut biberit, confeſtim ei ad os & nares accurrit. Quod omnes ita contingere cernimus, idque ex eo quod referam credere oportet. Aſſeuero autem quòd quicquid in cibo aut potu pituitoſum ineſt, id vbi in ventriculum venerit, partim corpus ad ſe trahit, partim verò caput, quod cauum exiſtit. Quod velut cucurbita corpori incumbens, pituitam attrahit, quæ cum viſcoſa ſit, hanc alia ex alia ad caput ſequitur. Et quæ quidem recens pituita ex cibo gignitur in capite manet, vetus autem à recente, cùm ſit copioſior, vi illata expellitur. Eamque ob cauſam vbi quis aliquid pituitoſum ederit aut biberit, pituitam excreat. Habet autem hæc ſe res ad hunc modum.

Cùm quis quid pituitoſum ederit aut biberit, ſi quod copioſum exiſtit rurſus non exeat, neque per os, neque per nares, id in capite manere, vel ex capite in corpus deferri, & ventriculum petere neceſſe eſt, & ad ventriculum peruenire. Et optimè quidem ceſſerit, ſi ad ventriculum perueniat: cum ſtercore enim exierit. Siquidem copioſum & humidum fuerit, & ſtercus humidum reddiderit. Si verò paucum fuerit, id non fecerit. Quod ſi in capite permanſerit, multum dolorem capiti exhibuerit, cùm in venis fuerit, paucum verò, id non fecerit. Copioſum autem aut paucum ſui ſignificationem exhibet. At verò ſi ad corpus deueniat, illic cum alio humore permiſcetur. & ſi quidem copioſa pituita fuerit, cõfeſtim corpus grauarit, ſi verò pauca, non vtiq; grauarit, cùm nimirum corpus magnum ſit, niſi aliud ei principium relinquatur. Succedente verò tempore, ſi quidem altera pituita acceſſerit, lædat vtique. Quòd ſi corpus ad veſicam & ventriculum tranſmittat, & hæc foras deferant, nihil ex ea mali habuerit. In hac igitur oratione demonſtratum eſt, quomodo caput ex ventriculo pituitam trahat, & ſimile ad ſimile veniat, ſimulq; à me commemoratum eſt, quomodo & quã ob cauſam copioſior pituita in homine ex cibis & potibus gignitur. Nunc verò de bile dicendum, quomodo & quam ob cauſam copioſior in homine gignatur, & quomodo locus eius qui eſt in hepate, ipſam trahat. Ad hunc quidem modum ſe res habet. Cùm quis aliquid amarum aut alioqui bilioſum & leue comederit aut biberit, tum copioſior bilis in hepate gignitur, tum confeſtim hepar dolet, quod pueri cor vocant, idq; fieri cernimus, & ex cibo ac potu cõtingere nobis apertum eſt. Siquidem omnem commemoratum humorem ex cibis corpus ad ſe attrahit. Locus autẽ qui eſt in hepate, quicquid illic bilioſi ineſt, ad ſe trahit. Et ſi derepente copioſa bilis extiterit, hepar homini dolet, & copioſa ex ventre gignitur. Hoc enim ſi contingit, vetus bilis propter multitudinem ad ventriculum fertur, & inde tormina in ventriculo oriuntur, & ipſius pars quædam per veſicam quidem, pars verò per ventrem foras procedit, ſicq; pauciſſima in homine exiſtit, & dolores ceſſant. Si verò horum neutrum contingat, primum vetus bilis in corpus procedit, ſi quidem in ipſum tranſmittitur, & ſi copioſa fuerit, confeſtim reliquo humori permixta, de ſe ſignificationem exhibet, ſin pauca, minimè vtique grauarit, nimirum ſi corpus magnum ſit, niſi aliquod aliud principium ſuboriatur. At ſucceſſu temporis, ſi quidem altera bilis acceſſerit, plurimum hominem lædit. Quòd ſi minimè acceſſerit, eã corpus percolauerit, ita vt bilem & quæcunq; bilioſa ſunt demittat. Quę enim eduntur & bibuntur, alia aliorum ſunt medicamenta. Ita ſanè etiam quæ lædunt medicamenta, vbi aliud ex alio in ventriculum illapſum eſt, ſua facultate cauſam habet, vt id quod ſuperatum eſt foras expellat, ipſumq; lædat. Vbi verò ex his quæ in ventriculũ illabuntur, alia bilis corpori acceſſerit, inde morbus oritur. Hoc ego loco demõſtraui, cur bilis & quam ob cauſam ex cibariis aut potibus copioſior oriatur, quodq; locus hepatis, quod bilioſum eſt, quia ſimile, ex his quæ comeduntur & bibuntur, ad ſe attrahat. Nunc verò de aqua mihi dicendũ eſt qua ratione quamq; ob cauſam copioſior in corpore oritur & quomodo eã ad ſe lien attrahit.

ἢν φαγόντος ἢ πίνοντος τοῦ ἀνθρώπου ὅ, τι ἐστὶ φλεγματῶδες, μὴ ἐξέλθοι πάλιν, ἐν ὅσῳ πλέον ἐγένετο μήτε κατὰ τὸ στόμα, μήτε κατὰ τὰς ῥῖνας, ἀνάγκη ἐστὶ μένειν αὐτὸ ἐν τῇ κεφαλῇ ἢ ἐς τὸ σῶμα καταβῆναι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ ἐς τὴν κοιλίην ἀφικέσθαι, καὶ ἄριστον ἂν συμβαίη, εἰ ἐς τὴν κοιλίην ἀφίκοιτο, ἐξέλθοι γὰρ ἂν σὺν τῇ κόπρῳ. εἰ μὲν πολλὸν εἴη καὶ ὑγρὸν, ὑγρὴν ἔθηκε τὴν κόπρον, εἰ δὲ ὀλίγον, οὐκ ἂν ποιήσειεν. εἰ δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ μείνειε, πολλὸν ἂν πόνον παρέχοι τῇ κεφαλῇ, ἐν τῇσι φλεψὶν ἐόν. εἰ δὲ ὀλίγον, οὐκ ἂν ποιήσειε τοῦτο. ἐπισημαίνοι δ' ἂν, ἢ πλέον ἢ ἔλασσον. ἢν δὲ ἐς τὸ σῶμα ἀφίκηται, κεῖσε τῇ μέμικται τῇ ἄλλῃ ἰκμάδι. κἢν μὲν πολλὸν ἔῃ τὸ φλέγμα, ἐσάσσει ἐς τὸ σῶμα αὐτίκα. ἢν δὲ ὀλίγον, οὐκ ἂν ἐσάσσειεν, ἅτε μέγα τὸ σῶμα ἐόν, εἰ μή τις τῇ ἀρχὴ ὑπολείποιτο καὶ ἄλλη. χρόνῳ δὲ ἢν μὲν ἕτερον ἐπιγένηται φλέγμα, σινέοιτο ἄν. ἢν δὲ τὸ σῶμα τῇ κύστει καὶ τῇ κοιλίῃ διαφέρῃ, καὶ ταῦτα ἔξω διδῷ, οὐδὲν ἂν κακὸν ἀπ' αὐτέου εἴη. ἐν τούτῳ μὲν οὖν τῷ λόγῳ ἀποπέφανται ὅκως ἡ κεφαλὴ ἐκ τῆς κοιλίης φλέγμα ἕλκει, καὶ τὸ ὅμοιον ἔρχεται πρὸς τὸ ὅμοιον. καὶ ἅμα εἴρηταί μοι, ὅκως τε καὶ διότι πλεῖον γίνεται ἐν ἀνθρώπῳ, ἀπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῶν ποτῶν. νῦν δὲ ἐρέω περὶ χολῆς, ὅκως τε καὶ διότι πλείων γίνεται ἐν τῷ σώματι. καὶ ὅκως ἕλκει τὸ χωρίον αὐτὴν, τὸ ἐπὶ τοῦ ἥπατος. ἔχει δὲ οὕτως. ἐπὴν φάγῃ καὶ πίῃ ὁ ἄνθρωπος, ὅ, τι ἐστὶ πικρὸς, καὶ ἄλλως χολῶδες, καὶ κοῦφον, πλείων καὶ ἡ χολὴ γίνεται ἐπὶ τῷ ἥπατι. καὶ αὐτίκα ἀλγέει τὸ ἧπαρ, ὅπερ οἱ παῖδες καρδίην καλέουσι. καὶ τοῦτο εἰσειδόμεθα γενόμενον. καὶ ἐμφανὲς ἡμῖν ἐστιν, ὅτι ἀπὸ τοῦ βρώματος ἢ τοῦ ποτοῦ ἐγένετο, ἕλκει μὲν γὰρ τὸ σῶμα εἰς ἑωυτὸ ἀπὸ τῶν βρωμάτων τὴν πᾶσαν ἰκμάδα τὴν εἰρημένην. ἕλκει δὲ καὶ τὸ χωρίον τὸ ἐπὶ τῷ ἥπατι ἐς ἑωυτὸ, ὅ, τι ἂν αὐτόθι τὸ χολῶδες ἐνῇ. καὶ ἢν ἐξαπίνης πολλὴ γένηται ἡ χολὴ, ὀδυνᾶται τὸ ἧπαρ ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀπὸ τῆς νηδύος πλέον γίνεται. τούτου γὰρ γινομένου, ἔρχεται ἀπὸ τῆς παλαιῆς χολῆς διὰ τὴν πληθὺν ἐς τὴν κοιλίην, καὶ στρόφος ἐκ τούτου τῇ κοιλίῃ γίνεται. καὶ διέρχεται αὐτῆς, τὸ μὲν κατὰ τὴν κύστιν, τὸ δὲ κατὰ τὴν κοιλίην, καὶ οὕτως ἐλάχιστον ἐς τὸν ἄνθρωπον γίνεται. καὶ παύονται οἱ πόνοι. ἢν δὲ τούτων μηδέτερον γένηται, χωρέει τὸ πρῶτον ἀπὸ τῆς παλαιῆς ἐς τὸ σῶμα. διαδίδοται γὰρ ἐς αὐτό. κἢν μὲν πολλὴ ἔῃ, αὐτίκα ἐπισημαίνει μιχθεῖσα τῷ ἄλλῳ ὑγρῷ. ἢν δὲ ὀλίγη, οὐκ ἂν ἐσάσσειεν, ἅτε μέγα τὸ σῶμα ἐὸν, ἢν μή τις καὶ ἄλλη ἀρχὴ προγένηται. χρόνῳ δὲ ἢν μὲν ἑτέρη χολὴ ἐπιγένηται, πλεῖον σίνεται τὸν ἄνθρωπον. ἢν δὲ μὴ ἐπιγένηται, διηθήσειεν ἂν τὸ σῶμα, ὥστε τὴν χολὴν προϊέναι. ἅσσα δέ ἐστι χολώδεα, ἕτερα γὰρ τῶν ἑτέρων τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα φάρμακά ἐστιν, οὕτω δὴ καὶ τὰ ἄλλα ὁκόσα σινόμενα φάρμακά ἐστιν, ὑφ' ἑτέρου ἕτερον ἐσπεσὸν ἐς τὴν κοιλίην τῇ ἑωυτοῦ δυνάμει, αἰτίην ἔχει τὸ κρατηθὲν ἔξω καὶ σινέεται τοῦτο. ἐπὴν δὲ ἐπιγένηται ἄλλη χολὴ ἐν τῷ σώματι ἀπὸ τῶν ἐς τὴν κοιλίην πιπτόντων, νοῦσος ἐντεῦθεν γίνεται. ἐν τούτῳ δὲ ἐγὼ ἐπισημαίνω, ὅκως ἡ χολὴ, καὶ διότι πλείων γίνεται ἐν τῷ σώματι ἀπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῶν ποτῶν. καὶ ὅτι ἕλκει ἐς ἑωυτὸ χωρίον τὸ ἐπὶ τῷ ἥπατι κατὰ τὸ ὅμοιον τὸ χολῶδες ἀπὸ τῶν σιτίων καὶ τῶν ποτῶν. Νῦν δὲ ἐρέω περὶ ὕδρωπος, ὥστε καὶ διότι πλείων γίνεται ἐν τῷ σώματι. καὶ ὅκως ἕλκει ὁ σπλὴν ἐς ἑωυτόν.

φημὶ δὲ ἢν πλέον ὁ ἄνθρωπος πίνῃ πλεῖον, ἕλκειν ἐς ἑωυτὸν ἐκ τῆς κοιλίης τοῦ ὕδατος, καὶ τὸ σῶμα καὶ τὸν σπλῆνα. καὶ ἢν πλεῖον ἐπιρρύσῃ τοῦ καιροῦ, πονέειν αὐτίκα τὸν ἄνθρωπον. καὶ τοῦτο ἴσασι γενόμενον, ὁκόσοι σπληνώδεες τῶν ἀνθρώπων εἰσίν. ἐπὴν δὲ ἐπιρρύσῃ ὁ σπλὴν, ἄριστα μὲν εἰ ἐν τῇ κύστει διηθεῖν ἀπὸ τοῦ ὕδατος τὸ παλαιὸν τὸ ἐνεὸν ἐν τῷ σπληνὶ ἢ τῇ κοιλίῃ, καὶ ταύτῃ ἐκδιηθήσειε. κατὰ τὰ ἄνω γὰρ χωρία οὐκ ἀποκαθαίρεται τὸ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ σπληνὸς, ἢν μὴ ὁκόσον δὴ ἐν τοῖς ἀγγείοις ἐνεόν ἐστι τοῖσιν ἀπὸ τοῦ σπληνός· ἀλλ' εἴη ἐστὶν ἀποκάθαρσις ἐς τὴν κοιλίην καὶ ἐς τὴν κύστιν. ἢν δὲ ταῦτα μὴ εὔροα ᾖ, μηδὲ διηθῇ ἔξω, ἀπὸ τοῦ σπληνὸς ἔρχεται τὸ ὕδωρ ἐς τὰ κάτω. κἀνθάδε μίσγεται τῇ ἄλλῃ ἰκμάδι. κἢν μὲν ὀλίγον ἔῃ, οὐκ ἂν ἐσιάσειεν, ἀλλὰ διηθεῖν ἂν ἀπὸ τοῦ σώματος ἐς τὴν κύστιν καὶ ἐς τὴν κοιλίην διὰ τῶν φλεβῶν. εἰσὶ γὰρ ἐκ τούτου κατατείνουσαι πολλαί, αἳ ἕλκουσιν ἐς ἑωυτὰς ἐκ τῶν κάτωθεν χωρίων, ἐπὴν ξηρότεραι γένωνται ἢ πρὶν ἦσαν. ἢν δὲ γένηται ἕτερον ὕδωρ, καὶ ἡ κοιλίη καὶ ἡ κύστις μὴ διηθῇ ἔξω, αἴρεται ὁ σπλὴν, καὶ τὰ κάτω τοῦ σώματος ἐπίπονα γίνεται. ταῦτα δή μοι εἴρηται, ὅκως τε καὶ δι' ὅ τι τὸ ὕδωρ πλεῖον γίνεται ἐν τῷ σώματι ἀπὸ τοῦ ποτοῦ, καὶ ὅκως ὁ σπλὴν ἕλκει. Νῦν δὲ ἐρέω περὶ αἵματος ὅκως τε καὶ δι' ὅ τι πλεῖον γίνεται ἐν τῷ σώματι. ἐπὴν τι πίῃ ἢ φάγῃ ὁ ἄνθρωπος, ὅ τί ἐστιν αἱματῶδες, ἕλκει τι καὶ τὸ σῶμα ἅπαν ἐς ἑωυτό. ἕλκει δὲ καὶ ἡ καρδίη τὸ αἱματῶδες ἐς ἑωυτήν. καὶ ἐπὴν πλέον ἐπιρρύσῃ, οὐ γίνεταί οἱ τῇ καρδίῃ πόνος. στερεὸν γάρ τι χρῆμα καὶ πυκνόν ἐστιν ἡ καρδίη, καὶ διὰ τοῦτο οὐ πονέει. καὶ ἐξ αὐτῆς παχεῖαι φλέβες τείνουσιν αἱ σφαγίαι καλεόμεναι, ἐς ἃς ταχέως ἢν πλεῖον προσγένηται, διαδίδοται τὸ αἱματῶδες. καὶ πιμπλάμεναι κεῖναι τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ σώματι διδόασιν ἐν τάχει. καὶ ἐπὴν τι φάγῃ ἢ πίῃ, ὅ τί ἐστιν αἱματῶδες, αὐτίκα αἱ σφαγίαι φλέβες αἴρονται, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρυθρόν. προσγενομένου δὲ τῇ καρδίῃ καὶ τῷ σώματι τοῦ αἵματος πλείονος τοῦ ἱκανοῦ, ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν, καὶ μισγομένου τῷ ἄλλῳ ὑγρῷ, ἢν μὴ ἀπ' αὐτοῦ ἐξέλθῃ κατὰ τὴν κοιλίην ἢ κατὰ τὴν κύστιν, μισγόμενον τῇ ἄλλῃ ἰκμάδι, ἐν τῷ σώματι πόνον παρέχει. ἢν δὲ ὀλίγον προσγένηται, οὐκ ἐσιάσειεν ἂν τὸ σῶμα. χρόνῳ δὲ διαδίδοται ἀπ' αὐτοῦ ἐς τὴν κοιλίην ἢ κατὰ τὰς ῥῖνας. τὰ δὲ διηθεῖ ἔξω, καὶ ἀσινέες γίνονται. ἢν δὲ ἐξ ὀλίγου πλέον γένηται, ἐπίνοσον γίνεται. ὅκως δὲ πλέον τὸ αἷμα γίνεται, εἰρημένον μοι. τεσσάρων ἐόντων, τό τε αἷμα καὶ ἡ χολὴ καὶ τὸ φλέγμα καὶ ὕδρωψ, ἀποπέφανται ταῦτα πάντα ὅκως τε καὶ δι' ὅ τι πλεῖον γίνεται ἐν τῷ σώματι ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν. ὅτι δὲ γίνεται ἀπὸ τούτων, σημεῖον τόδε ἐστί. εἰ ἄνθρωπος ὀλίγα ἐσθίει καὶ ὀλίγα πίνει, οὐδεμίαν τούτῳ νοῦσον ἐπάγει. καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτό μοι εἴρηται. προπέφανται δέ μοι δηλοῦσθαι τῷ συνετῷ, καὶ ὅκως ταῦτα ἐλάσσονα γίνεται. δηλώσω δὲ περὶ αὐτῶν κάλλιον ὀλίγῳ ὕστερον. τὰς δὲ πηγὰς ἃς ὠνόμασα, αὗται τῷ σώματι, ὁκόταν πλήρεες ἔωσιν, αἰεὶ ἐπιδιδόασιν. ὁκόταν δὲ κεναί, ἐπισπῶνται ἀπ' αὐτοῦ. οὕτω δὲ καὶ ἡ κοιλίη ποιέει. ἔχει γὰρ οὕτως, ὥσπερ εἴ τις εἰς χαλκεῖα τρία καὶ πλείονα ὕδωρ ἐγχέας, καὶ συνθεὶς ὡς ἐπὶ ὁμαλωτάτου χωρίου, καὶ συναρμόσας ὡς κάλλιστα διαθείη, αὐλοὺς ἐναρμόσας ἐς τὰ τρυπήματα, καὶ ἐγχέῃ ἡσυχῇ ἐς ἓν τῶν χαλκείων ὕδωρ μέχρις οὗ πλησθῇ ἀπὸ τοῦ ὕδατος πάντα. ἀπὸ γὰρ τοῦ ἑνὸς, ῥεύσεται ἐς τὰ λοιπὰ χαλκεῖα μέχρις ὅτου καὶ τὰ ἄλλα πλησθῇ. ἐπὴν δὲ πλήρεα γένηται τὰ χαλκεῖα,

Aſſeuero autem quod vbi quis ampliùs biberit, corpus & lien aquam ex ventriculo ad ſe attrahunt, & ſi plus æquo traxerint, confeſtim hominem laborare, idque ita contingere ſentiunt, quicunque lienoſi ſunt. At vbi lien traxerit, optimè quidem ceſſerit, ſi vetus aqua quæ in liene aut ventriculo ineſt, ad veſicam percoletur, & iſthac veluti per colum effundatur. Neque enim per ſuperiora loca aqua de liene expurgatur, niſi certè quantum in vaſis ineſt, quæ à liene procedunt, ſed in ventriculum & veſicam repurgatio fieri poteſt. Hæc autem niſi fluida fuerint & foras percolentur, aqua de liene ad inferiores partes fertur, illicque reliquo humori commiſcetur. Et ſiquidem pauca fuerit, minimè vtique grauarit, ſed de corpore ad veſicam & ventriculum per venas percolabitur, multæ enim ex eo deferuntur, quæ vbi ſicciores quàm anteà fuerint, ad ſe ex inferioribus partibus trahunt. Quòd ſi altera aqua oriatur, neque ventriculus, neque veſica foras percolet, lien attollitur. & inferiores corporis partes dolore affliguntur. Iſtaque à me dicta ſunt, quomodo & quam ob cauſam aqua copioſior ex potu in corpore oriatur, & quanam ratione lien trahat. Nunc verò quomodo & quàm ob cauſam ſanguis copioſior in corpore gignatur dicendum eſt. Cùm quis quid ſanguineum biberit aut comederit, id totum quidem ad ſe corpus trahit. Trahit autem etiam cor ad ſe quod ſanguineum eſt, neque vbi copioſius attraxerit, cor afficitur. Cor enim cùm ſit ſolida quædã res & denſa, eam ob cauſam minimè dolore affligitur, ex eóque venæ craſſæ, iugulares dictæ, feruntur, in quas quod ſanguineum eſt confeſtim tranſmittitur, ſi copioſius acceſſerit, illæque impletæ, capiti & corpori celeriter diſtribuunt. Cumque quid ſanguineum comederit aut biberit, confeſtim iugulares venæ extolluntur, & facies rubet. Cordi autem & corpori vbi ex cibis ac potibus plùs æquo ſufficiens ſanguis acceſſerit, reliquoque humori ammixtus fuerit, niſi per ventrem aut veſicã reliquo humori permixtus exierit, corpori dolorem exhibet. At ſi paucus accedat, vtique corpus minimè grauarit, procedente verò tempore ab ipſo ad ventriculum aut ad nares tranſmittitur, quæ foras excolant, nihilque lædunt. Si verò paulatim copioſior euadat, morboſus redditur. Quanam autem ratione copioſior ſanguis gignitur, à me expoſitum, cúmque quatuor in corpore exiſtant, ſanguis, bilis, pituita, & aqua, hæc omnia quomodo quámque ob cauſam ex cibis & potibus copioſiora gignerentur, à me eſt demonſtratum. Quòd verò ex his gignantur, hoc conſtat argumento, quod ſi quis pauca edat, & pauca bibat, nullum ei morbum adfert. Atque de his quidem hactenus. In quo etiam intelligenti à me demonſtratum eſt, quomodo hæc pauciora fierent, quod & melius paulò poſt declarabo. Quos verò appellaui fontes, ij cum pleni fuerint, ſemper in corpus tranſmittunt, cùm verò vacui ab ipſo vndique obſidentur. Sic etiam & ventriculus facit, habétque ſe res ad hunc modũ, velut ſi quis affuſa in tria aut plura vaſa ænea, aqua, ea quàm planiſſimo loco ſtatuat, & quàm optimè coaptata diſponat, cõiunctis ad foramina fiſtulis, ſenſimque in vnum vas aquam donec omnia impleta fuerint affundat. Ex vno enim in reliqua vaſa defluet, quoad cetera etiã impleta fuerint. Plenis verò vaſis,

ſi quis ex vno aquam exhauriat, viciſſim contra refluat aqua in vas æneum, & rurſus aqua ex vaſis vacuabitur, quemadmodum eam exceperunt. Ita ſanè & in corpore ſe res habet. Vbi enim cibi & potus in ventriculum deciderint, corpus ex ventriculo haurit, ſimúlque eum fontibus expletur. At vbi ventriculus vacuatur, rurſus retrò humor redditur, quemadmodum etiam acceperat, non ſecus ac ex aliis vaſis in vnum vas. Venæ enim multæ & crebræ, aliæ quidem tenuiores, aliæ craſſiores, per totum corpus feruntur. Hæ quandiu homo viuit, apertæ ſunt, & nouum humorem excipiunt & emittunt. Eo mortuo conniuent & extenuantur. Quoad igitur homo viuit, corpus quidem ex ventriculo, ſi quid in ſe habuerit, haurit, hauriunt & fontes, & expleti corpori tranſmittunt. Niſi enim corpus humiditatem ex ventriculo attraheret, ſed ſoli fontes, neque ad corpus tranſmitterent, nòn vtique ſufficiens haberet corpus alimentum, ſed parcius. Neque enim alimentum amplius haberent, quod in corpus fontes diſtribuerent. Ac niſi fontes iſti adeſſent, dum comedimus aut bibimus, non vtique certò dignoſceremus quid in cibo & potu ſuaue eſſet aut inſuaue, hac neceſſitate, quam dicam, coacti. Hæc nimirum loca cùm parua ſint, & intra reliquum corpus collocata, priùs quàm vnumquodque impleatur, ſua ipſius facultate reliquo corpori ſemper denunciat, quid ex his quæ comeduntur & bibuntur, bilioſum, pituitoſum, ſanguineum & aquoſum ſit. Ex his enim ſingulis, quicquid in cibo & potu plus iuſto adfuerit, illos nobis inſuaues reddit, quæ verò maximum ſui deſiderium faciunt, ea ratione ſuauia ſunt. Quod ſi ex fontibus aliquis cibo aut potu indigeat, ea ratione etiam corpus ab his attrahet, donec humor iuſto paucior euadat, túncque quis comedere aut bibere deſiderat, quod portionem illam expleat, & reliquis æqualem faciat. Eamq; ob cauſam cùm multum edimus aut bibimus, interdum cibum aut potum appetimus, nihilque ſuauius ſumimus, quàm quod appetimus. Vbi verò cibum ſumpſerimus, humorq; quoad eius fieri potuerit, in fontibus & corpore adęquatus fuerit, tunc in eo appetentia ſedatur. Ac de his quidem hactenus. Quòd verò in loco quidem qui eſt in hepate, ex cibis & potionibus ſola bilis ſecernitur, ita etiá ſe res habet. Venulæ enim cùm debiles & tenues exiſtant, alium humorem craſſioré & grauiorem attrahere nequeunt, ſimulque ea non eſt loci capacitas, vt ibi alius humor conſiſtat, hicq; locus bili natura maximè familiaris eſt. Proptereaq; nullus in eo alius oritur morbus, niſi quem *καρδιωγμὸν*, hoc eſt, cordis morſum vocant. At verò caput, cor, & lien, omnis humoris participes ſunt. Vnumquodque, niſi ægrotet, plurimum eius qui cuique natura ineſſe dictus eſt, particeps fit, caput quidem pituitæ, cor ſanguinis, lien aquæ. Venæ etiam amplæ & craſſæ, & clauicularum in modum intortæ, ad ſe alium humorem attrahunt, ita vt vbi traxerint alium alius ſequatur. Et cordi quidé vicinæ ſunt iugulares venæ craſſæ, in quas ſi quid ei plus iuſto acceſſerit, celeriter diſtribuitur, hæ verò reliquo corpori tranſmittunt, ſimulque cor ipſum ſolidum & denſum exiſtit, adeò vt ab humore affligi nequeat,

ἢν τις ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἀφύσσῃ τοῦ ὕδατος, ἀντιπαλινδρομέει ὀπίσω ῥέον τὸ ὕδωρ εἰς τὸ χαλκεῖον. καὶ κενὰ ἔσται τὰ χαλκεῖα πάλιν ὥσπερ καὶ ἐδέξατο. οὕτω δὴ καὶ ἐν τῷ σώματι ἔχει. ἐπὴν γὰρ ἐς κοιλίην πέσῃ τὰ βρώματα καὶ τὰ ποτὰ, ἐπαυρίσκεται τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς κοιλίας, καὶ πληροῦται ἐκ τῇσι πηγῇσιν. ἐπὴν δὲ ἡ κοιλίη κενῶται, ἀποδίδοται αὖθις ὀπίσω ἡ ἰκμὰς, ὥσπερ καὶ ἐπεδέξατο, ὡς ἐκ τῶν ἄλλων ἐς τὸ ἓν χαλκεῖον. φλέβες τε γάρ εἰσι διὰ παντὸς τοῦ σώματος τείνουσαι, αἱ μὲν λεπτότεραι, αἱ δὲ παχύτεραι πολλαὶ καὶ πυκναί. αὗται δὲ μέχρις οὗ ἂν ζώῃ ὁ ἄνθρωπος, ἀνεῳγμέναι δέχονται, καὶ ἀφιᾶσί τι καὶ νεοτυχές. ἐπὴν δὲ ἀποθάνῃ, συμμύουσι καὶ γίνονται λεπταί. μέχρι μὲν οὖν ζώῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐπαυρίσκεται μὲν τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς κοιλίης, ἐπὴν τι ἔχῃ ἐν ἑωυτῇ. ἐπαυρίσκονται δὲ αἱ πηγαὶ καὶ πιμπλάμεναι διαδιδοῦσι τῷ σώματι. εἰ γὰρ τὸ σῶμα μὴ ἕλκῃ ἀπὸ τῆς ἰκμάδος τῆς κοιλίης, ἀλλ᾽ αἱ πηγαὶ μοῦναι, καὶ ἐς τὸ σῶμα μὴ ἐδίδοσαν, οὐκ ἂν εἶχε τὸ σῶμα τροφὴν ἀρκέουσαν, ἀλλὰ ἐλάσσονα. οὐ γὰρ ἂν ἔτι εἶχον τῷ σώματι τὴν τροφὴν διαδιδόναι αἱ πηγαί. αἱ δὲ πηγαὶ εἰ μὴ ἦσαν, ἐσθίοντες ἂν καὶ πίνοντες, οὐκ ἂν διεγινώσκομεν ἀτρεκέως, οὔτε ὅ τι ἡδύ ἐστιν, οὔτε ὅ τι ἀηδές. κατ᾽ ἀνάγκην τοιῶνδε, ἣν μέλλω ἐρέειν. ταῦτα τὰ χωρία ἅτε μικρότερα ἐόντα, καὶ ἔνδοθεν τοῦ ἄλλου σώματος, ἀεὶ καὶ πρὶν τὸ ἐσάσσαι ἕκαστον κατὰ τὴν ἑωυτοῦ δύναμιν, ἑρμηνεύει τῷ ἄλλῳ σώματι τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων, ὅ τι τε χολῶδές ἐστι, καὶ ὅ τι φλεγματῶδες, καὶ ὅ τι αἱματῶδες, καὶ ὅ τι ὑδρωπῶδες. τούτων γὰρ ἡμῖν, ὅ τι ἂν ἑκάστου πλέον τοῦ καιροῦ ἐνῇ, καὶ ἐν τοῖσι ποτοῖσι καὶ ἐν τοῖσι βρωτοῖσιν, κεῖνα οὐδὲ ἡδέα γίνεται. ἅσσα δὲ χατίζει μάλιστα, κατὰ ταῦτα κεῖνα ἡδέα ἐστίν. ἢν δὲ βρωτῶν καὶ ποτῶν ἐνδεήσεται τῶν πηγέων τις, κατὰ τοῦτο καὶ τὸ σῶμα ἑλκύσει ἀπ᾽ αὐτέων, τέως καὶ τοὐλάχιστον ἐλάσσων τοῦ καιροῦ γένηται, τότε ἱμείρεται ἄνθρωπος, ἢ φαγέειν ἢ πιέειν τοιοῦτον, ὅ τι τὴν μοίρην ἐκείνην ἀναπλήσει, καὶ ἰσώσει τῇσιν ἄλλῃσι. καὶ διὰ τοῦτο βεβρωκότες πολλὰ ἢ πεπωκότες, ἔστιν ὅ τι ἱμειρόμεθα ἢ βρωτοῦ ἢ ποτοῦ, καὶ ἄλλο οὐδὲν ἂν ἡδέως φαγοίμεθα, εἰ μὴ ὅ τι ἱμειρόμεθα. ἐπὴν δὲ φαγώμεθα καὶ ἰσωθῇ ἡ ἰκμὰς κατὰ ταῦτα αὐτὰ ἐν τῇσι πηγῇσι καὶ ἐν τῷ σώματι, τότε δὲ πέπαυται ὁ ἵμερος. καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτό μοι εἴρηται. ἔχει δὲ καὶ τόδε. ὅτι ἐς μὲν τὸ χωρίον τὸ ἐπὶ τῷ ἥπατι, ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν ἀποκρίνεται ἡ χολὴ μοῦνον. τὰ γὰρ φλέβια ἀσθενέα καὶ λεπτὰ ὑπάρχοντα οὐ δύναται ἕλκειν τὴν ἄλλην ἰκμάδα παχυτέρην καὶ βαρυτέρην ἐοῦσαν. καὶ ἅμα εὐρυχωρίη οὐκ ἔστι τῇ ἄλλῃ ἰκμάδι, ὥστε ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ εἶναι. συνηθές τέ ἐστι τῇ χολῇ τοῦτο τὸ χωρίον κατὰ φύσιν μάλιστα. καὶ διὰ τοῦτο ἐν αὐτῷ οὐδεμία νοῦσος γίνεται ἄλλη, ἢ ἣν καλέουσι καρδιωγμὸν οἱ ἄνθρωποι. ἡ δὲ κεφαλὴ καὶ ἡ καρδίη καὶ ὁ σπλὴν, μετέχουσι τῆς ἰκμάδος πάσης. ἕκαστον, ἢν μή τι νοσέῃ, μετέχει πλεῖστον κατὰ φύσιν τὴν ἑωυτοῦ τῶν εἰρημένων, ἡ μὲν κεφαλὴ, τοῦ φλέγματος. ἡ δὲ καρδίη, τοῦ αἵματος. ὁ δὲ σπλὴν, τοῦ ὕδατος. ἕλκουσι δὲ καὶ τῆς ἄλλης ἰκμάδος αἱ φλέβες ἐς ἑωυτὰς, εὐρεῖαι, καὶ παχεῖαι καὶ ἑλικοειδέες ἐοῦσαι. ὥστ᾽ ἐπὴν ἑλκύσωσιν, ἕπεσθαι ἑτέρην ἑτέρῃ τῆς ἄλλης ἰκμάδος. καὶ τῇ μὲν καρδίῃ, πλησιάζουσιν αἱ σφαγίτιδες φλέβες, παχεῖαι ἐοῦσαι, ἐς ἃς διαδίδοται ταχέως, ἐπὴν δὲ πλέον τοῦ καιροῦ προσγένηται. αἱ δὲ τῷ ἄλλῳ σώματι ἐκδιδόασι. καὶ ἅμα αὐτὴ ἡ καρδίη στερεὴ καὶ πυκνή ἐστιν, ὥστε μὴ νοσέειν ὑπὸ τῆς ἰκμάδος.

καὶ τοῦτο νόσημα ἐν τῇ καρδίῃ οὐδὲν γίνεται. ἡ δὲ κεφαλὴ καὶ ὁ σπλὴν, μάλιστα ἐπίνοσά ἐστι. νοσεῖ γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν φυσεόντων, ὅταν πλείονα προσγένηται τοῦ καιροῦ, νοσεῖ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλης ἰκμάδος. φλέβες γὰρ ἐς αὐτὰ παχεῖαί τε καὶ πολλαί εἰσι. καὶ αὐτὰ φλεβώδεά καρτά ἐστι καὶ ἔγκοιλα, ὥστε εὐρυχωρίην καὶ τῇ ἄλλῃ ἰκμάδι ἐν αὐτοῖσιν εἶναι χωρεούσῃ κατ᾽ ὀλίγον καὶ μισγομένῃ τῇ φύσει ἐούσῃ. ὥσπερ ἐν ἀγγείῳ μεγάλῳ εὐρυχωρίην ἐστὶ πολλὴν ἢ ἐν μικρῷ. οὕτω δὲ καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ, ἢ ἐν σπληνὶ, ἔχει. εὐρυχωρίη γὰρ τούτων τῶν χωρίων μάλιστα ἐν αὐτοῖσιν ἐστί. ἢν δὲ πληρωθῶσιν ἰκμάδος αἱ φλέβες αὐτόθι, ἀπ᾽ ἐκείνης ἐν αὐτοῖσι νοῦσος γίνεται. ταῦτα δέ μοι ἐς τοῦτο εἴρηται νῦν. ἐθέλω δὲ ἀποφῆναι κάλλιον, ὅκως ἑκάστη ταύτης τῆς ἰκμάδος ἐν τῷ σώματι ἐλάσσων γίνεται. Τέσσαρα μὲν δὴ ὑγρὰ ἐόντα ἀπέδειξα τῷ ἀνθρώπῳ συνεόμενα.[24] τέσσαρας δὲ σφι πηγὰς λέγω εἶναι, ᾗσιν ἀποκαθαίρεται ὁ ἄνθρωπος τούτων ἕκαστον, ταῦτα δέ ἐστι, τό, τε στόμα, καὶ αἱ ῥῖνες, καὶ ὁ ἀρχὸς, καὶ ἡ οὐρήθρη. καὶ ὁπόταν τις πλείων γένηται τῆς ἰκμάδος τῆς πονεούσης, ἢν ἀποκαθαίρηται ὁ ἄνθρωπος ταύτῃ, οὐδεμία μιν νοῦσος πιέζει ἀπὸ ταύτης. καὶ ἢν ἡ κοιλίη πλήρης ᾖ, τηκομένου τοῦ σώματος ἀπὸ τῆς ἰκμάδος, καταρρέει ἐς αὐτὴν καὶ ἔξω ἔρχεται κατά τι τῶν χωρίων τούτων. καὶ διὰ ταῦτα τὸ ὑγρὸν ἔλασσον γίνεται ἐν τῷ σώματι. τὸ γὰρ σῶμα ὥσπερ μοι καὶ πρότερον εἴρηται, τῇ κοιλίῃ ἐπιδιδοῖ, ἐπὴν κενὴ ἔῃ. καὶ ἐπαυρίσκεται, ἐπὴν πλήρης ἔῃ ἀπ᾽ αὐτῆς. ταῦτα δέ μοι εἴρηται, ὅκως τε καὶ διότι ἐλάσσονα γίνεται τὰ πονέοντα τῷ ἀνθρώπῳ. ὅκως δὲ καὶ διότι ὁ ἄνθρωπος ὑγιαίνει, ἐρέω. Ἐπὴν φάγῃ, καὶ πίῃ καὶ ἀφίκηται ἡ ἰκμὰς ἐς τὸ σῶμα, τρόπῳ ὥσπερ εἴρηται, μίσγεται καὶ τῇ ἄλλῃ, καὶ τῇ ἐν τῷ σώματι, καὶ τῇ ἐν τῇ πηγῇ ἐούσῃ,[25] τῇ μὲν ἡμέρῃ ᾗ προσγένηται μένει ἐν τῷ σώματι. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, ἄλλη ἡ ἰκμὰς προσγίνεται. αὗται δύο μὲν ἡμέραι εἰσί. δύο δὲ ἰκμάδες ἐν τῷ σώματι. τῇ μὲν ἑτέρῃ τῶν ἰκμάδων, δύο ἡμέραι εἰσί. τῇ δὲ ἑτέρῃ, μία.[26] ἡ μὲν δὴ ὑστεραίη μένει ἐν τῷ σώματι ἅτε παχεῖα ἐοῦσα. ἡ δὲ ἑτέρη πεφθεῖσα ὑπὸ τῆς θέρμης διαχέεται. καὶ λεπτὴ γενομένη, παραγίνεται ἐν τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ εἰς τὴν κοιλίην, διὰ παντὸς τοῦ χρόνου ἐξωθουμένη ὑπὸ τῆς νέης. ἐλθοῦσα δὲ ἐς τὴν κοιλίην, πέσσει τὰ σιτία ἐν τῷ τόπῳ. καὶ ποιεῖ τὸ αἷμα ἀπ᾽ αὐτῆς ἐν τῷ σώματι. μείνασα δὲ γίνεται ὑπὸ τοῦ χρόνου κάκοδμος. τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐξέρχεται σὺν τῇ κόπρῳ καὶ τῷ οὔρῳ. πλῆθος αὐτὴ ἑωυτῇ πάσῃ, ἴση τε καὶ παραπλησίη, καὶ ἰσόρροπος.[27] καὶ ἢν ἑωυτῆς μέρος τι εἴη, ὅμως ἡ ἰκμὰς μένει ἐν τῷ σώματι κατὰ λόγον τὸν εἰρημένον. ἐπιρρέει δὲ καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ τῆς ἰκμάδος ἀπὸ τοῦ σώματος ἐπὶ τὴν κοιλίην, πλεῖον καὶ κακοδμότερον, τὸ ἐπίλοιπον γενόμενον[28] ὑπὸ τῆς ἑτέρης, καὶ καταφέρει τὰ βρώματα πεπεμμένα, καὶ ὅ, τι ἐν τῷ σώματι νοσερόν ἐστι. καὶ αὖθις συνέρχεται. σημαίνει δὲ τὸ οὖρον ἁλμυρὸν ἐὸν, ὅτι καὶ καταφέρει ἀπὸ τοῦ σώματος τὸ νοσερὸν τὰ σιτία.[29] ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην, αἰεὶ διαχωρέει. ἡ δὲ ἰκμὰς ἐς τὴν τρίτην, οὕτως ὑγιείην συμβαίνει γίνεσθαι. καὶ ταῦτα μὲν εἴρηται, ὅκως τε καὶ διότι ὑγιαίνουσιν οἱ ἄνθρωποι. ἡ δὲ ἰκμὰς αὕτη, εἰ κατὰ μέρος ἔξω χωρέοι ἐς τὴν ὑστεραίην, τὰ σιτία οὐχ ὁμοίως ἂν ἐκ τῆς κοιλίης κάκοδμα γενόμενα, ἔξω χωρέει, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἑφθά. καὶ τὸ οὖρον, τῷ ποτῷ παρόμοιον.[30] καὶ τὸ σῶμα αἰεὶ κενοῦται ἀεί. καὶ ἰσχναίνει διὰ παντὸς τοῦ χρόνου ὁ ἄνθρωπος, ἐπὴν ἀποπατήσῃ καὶ οὐρήσῃ,

ideóque nullus in corde morbus ſuboriatur. Caput autem & lien morbis maximè ſunt obnoxia. Afficiuntur enim ab his quæ natura inſunt, cùm plus iuſto acceſſerint, afficiuntur quoque & ab aliis humoribus. Venas enim craſſas & multas in ſe habent, cumque admodum venoſa ſint & caua, amplam capacitatem alteri excipiendo humori exhibent, qui ſenſim ad ea procedit, & ei qui à natura ineſt permiſcetur. At quemadmodum in magno vaſe amplior eſt capacitas, quàm in paruo, ſic & in capite & liene ſe res habet. In his enim præcipuè horum locorum ampla eſt cauitas. Quòd ſi iſthic humore venæ expletæ fuerint, in his ab eo morbus oritur. Atq; de his nunc hactenus. Quomodo autem horum humorũ quiſq; in corpore parcior gignatur, melius demonſtrare volo. Quatuor equidem eſſe humores homini noxios demonſtraui, quatuor etiam ipſorum eſſe fontes aſſeuero, per quos eorum vnumquemq; homo repurget, iique ſunt, os, nares, podex & vrinæ fiſtula. Et vbi copioſior aliquis humor moleſtus fuerit, ſi per hanc viã homo repurgetur, nullus inde eum morbus vexat. Ac ſi ventriculus plenus fuerit, tabeſcente corporis humore, ad eum defluit, & per aliquem ex his locis extra fertur, ideoq; parcior in corpore humor gignitur. Corpus enim, quemadmodum à me antea dictum eſt, ventriculo, vbi vacuus fuerit, diſtribuit, & ex eo haurit, vbi plenus fuerit. Atq; hæc dicta ſint, quomodo & quare humores homini moleſti pauciores fiãt. Quomodo autem & quam ob cauſam homo ſanus degat, mihi dicendum. Vbi comederit & biberit, humorque ad corpus peruenerit, quo dictum eſt modo alteri permixtus, tum ei qui in corpore, tum ei qui in fonte eſt, eo quidem quo acceſſit die in corpore manet, poſtridie verò ei alius humor accedit. Atque hi quidẽ duo dies ſunt, & duo in corpore humores. Humorum quidem alteri duo dies ſunt, alteri verò vnus. Poſterior quidem certè, vt qui craſſus ſit, in corpore manet. Alter verò à calore coctus diffunditur, & vbi tenuis euaſerit, poſtridie ſemper à recenti protruſus, ad ventriculum reuertitur. Quò cùm peruenerit, cibos loci illius coquit, & de ſe ſanguinẽ in corpore facit. Cùm autem permanſerit, tempore graueolens redditur. Tertio verò die, vnà cum ſtercore & vrina, copia ſibi ipſi toti æqualis & ſimilis, æquabilique momento foras egreditur. Et ſi ſui ipſius portio quædam fuerit, humor tamen iuxta dictam rationem in corpore manet. Tertio autem die ex corpore humoris maior copia & graucolentior ad ventriculum confluit, id quod videlicet ab altero relictum fuit, & cibaria concocta deducit, & quicquid in corpore morboſum eſt, rurſus cum eo defertur. Vrina verò, quæ ſalſa exiſtit, indicat quòd cibaria è corpore quod morboſum eſt deducunt, & ſemper poſtridie per aluum ſecedunt, humor verò tertio die. Eoque modo contingere ſanitas ſolet. Et iſta quidem dicta ſunt, qua ratione & quam ob cauſam homines ſanitate fruantur. Quòd ſi humor hic ſigillatim poſtridie foras prodeat, cibaria non ſimiliter graueolentia reddita, ſed velut cocta, ex ventriculo foras concedunt, vrináq; potui ſimilis redditur, corpuſque ſemper vtique euacuatur, omnique tempore vbi quis aluum exonerauerit, aut vrinam reddiderit,

ſtatim potu & cibo indiget, pro egeſtionis verò copia validus erit, cùm humoris non ſatis in corpore relinquatur, ſed poſtridie aut eodem die, vnà cum ſtercore foras prodeat. Et ſi quidem quid comedat, nec ne, vbi vacuatus fuerit, debilis ſit, neque humor incraſſari queat, ſi poſtridie foras prodeat, cùm ſufficiens in corpore non relinquatur. At nunc cùm ventrem exoneramus bene valemus, & biduo nihil edẽtes, & eſſe, & aliquid facere ſuſtinemus, neque hoc tempore propter vacuationem prorſus debilitamur. Humor enim in corpore relictus, robur præſtat. Atq; hæc quidem quomodo & quam ob cauſam humor ad corpus accedens, non eodem die, ſed neque poſtridie foras prodire queat, dicta ſunt. Id autem affirmo, quòd ſi plus quã tres dies in corpore humor permaneat, aut alius qui impleat copioſus acceſſerit, vbi venæ incaluerint & conſtiterint, homini maius aut minus malum denunciari, hyeme quidem minus & tardius, æſtate verò maius & celerius. Atq; hæc quidem contingere ſolere, ſi humor in corpore maneat, dicta ſunt. Si verò corpus cibos ſtatim per aluum demittat, non vtiq; quod ſatis ſit humoris nobis ſuppetat, & homines graciles & debiles eſſent. At nunc cùm cibi & potus tanto tempore in corpore permaneant, corpus ex ventriculo attrahens, ſenſim haurit & expletur. Iſtaque à me dicta ſunt, quomodo & quam ob cauſam cibaria eadem die exire nõ poſſint. Quòd ſi cibi in ventriculo plùs quàm conueniat immorentur, aliique ad eos accedant, corpus vtique implebitur, & compreſſis à plenitudine venis, calor ac dolor corpori aderit, æſtate quidem citiùs, hyeme verò tardiùs. Æſtate enim hominem circumſtans aër calidus eſt, calidioremque ad ſe corpus attrahit. Ac ſi calido adhuc ventriculo, iuſto calidior homini ſpiritus adiungatur, minimè mirandum eſt ex eo hominem febricitare. Cùm verò ſpiritum frigidũ hyeme ad ſe attrahat, multò magis corpus plenitudinem perferre queat, homine parum aluum exonerante. Atque hæc ita contingere, ſi cibi in ventriculo diutiùs permaneant, dicta ſunt. Quin etiam leuiter à me demonſtratum eſt, omnem humoris & cibi in tempore, tum longiore, tum breuiore differentiam, in cauſa eſſe cur homines ægrotent, quod etiam procedente tempore pulchriùs declarabo. Ac mihi rurſus vnde digreſſus ſum redeundum eſt, & de ſanitate dicendum, quod hominis corpus ex cibis & potibus humorem haurit, quodque dum valet, tum cibi tum humor, ſecundum commemoratam rationem foras prodeunt, & ſi quidem plus humoris quàm ex cibis & potibus adfuerit, foras prodeat, homo extenuatus redditur. Ob hanc verò cauſam, foras plus prodit quàm adfuerit. Si quidem quis quieſcat neque exerceatur, malè corpus afficitur, verùm quòd alias multa ſanitate fruatur, non admodum grauatur. Eſt autem affectio eiuſmodi. Cùm quid ex his quatuor quæ in corpore gignuntur non ita longè copioſum aduenerit, corpus ſenſim incaleſcit, vt non admodum grauetur, & in ventriculo colliqueſcit, inſuauemque homini cibum reddit. Si verò humor alius alio copioſior fuerit, inde febris homini ſuboritur.

αὐτίκα πόσιος καὶ βρώσιος κατὰ τὸν ἀπόπατον, πλήθεος ἕνεκα μᾶλλον ἰσχύει, ἰκμάδος μὴ ὑπολειπομένης ἐν τῷ σώματι ἀρκεούσης, ἀλλὰ χωρεούσης σὺν τῇ κόπρῳ ἔξω τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ. καὶ εἰ μὲν ἔφαγεν, εἰ δὲ μὴ κενωθεῖσα ἀχανές τι ἦν, οὐδ᾽ ἂν δύναιτο παχυνθῆναι ἡ ἰκμὰς τῇ ὑστεραίῃ ἔξω χωρέειν. οὐ γὰρ περιλιμπάνεται ἐν τῷ σώματι ἀρκέουσα. νῦν δὲ ἐξαποπατέοντες ὑγιαίνομεν, καὶ δύο ἡμερέων μηδὲν φαγόντες, καὶ εἶναι καὶ πρήσσειν τι ὑπομένομεν. καὶ οὐκ ἐξασθενέομεν τελείως ὑπὸ κενώματος ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ. ἡ γὰρ ἰκμὰς ἡ ἐν τῷ σώματι μένουσα τὴν ἰσχὺν παρέχει. καὶ ταῦτα μὲν εἴρηταί μοι ὅκως τε καὶ διότι οὐχ οἷόν τε τὴν ἰκμάδα, τὴν προσγενομένην ἐν τῷ σώματι, ἐξελθεῖν ἔξω αὐθημερόν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῇ ὑστεραίῃ. φημὶ δὲ ἤν τι ἐμμένῃ πλείονας τῶν τριῶν ἡμερέων ἡ ἰκμὰς ἐν τῷ σώματι, ἢ ἄλλη προσγένηται πολλὴ πιμπλαμένη, τῶν φλεβῶν θερμαινομένων καὶ ἱσταμένων, ἐπισημαίνει τῷ ἀνθρώπῳ κακὸν ἢ μεῖζον, ἢ ἔλασσον. χειμῶνος μὲν ἔλασσον καὶ ὕστερον, θέρεος δὲ μεῖζον καὶ πρότερον. ταῦτα δέ μοι εἴρηται, ὅ τι συμβαίνει γίνεσθαι, ἢν μένῃ ἡ ἰκμὰς ἐν τῷ σώματι. εἰ δὲ βρώματα διαχωρέει τὸ σῶμα, οὐκ ἂν ἐπαυρίσκετο ἡμῖν τῆς ἰκμάδος ἐπαρκέον, ἀλλ᾽ ἦσαν οἱ ἄνθρωποι λεπτοὶ καὶ ἀσθενέες. νῦν δ᾽ ἐμμενόντων τῶν βρωμάτων καὶ τῶν ποτῶν, τοσοῦτον χρόνον διαμένει, τὸ σῶμα ἐπαυρίσκεται καθ᾽ ἡσυχίην, ἕλκον ἀπὸ τῆς κοιλίης καὶ πιμπλάται. ταῦτα δέ μοι εἴρηται, ὅκως τε καὶ διότι τὰ βρώματα, οὐχ οἷά τέ ἐστιν αὐθημερὸν ἐξιέναι. ἢν δὲ ἐμμένῃ τὰ σιτία ἐν τῇ κοιλίῃ πλείονα τοῦ δέοντος χρόνου, καὶ ἕτερα εἰς αὐτὰ πίπτῃ, τὸ σῶμα πληρωθείη ἄν. καὶ πιεζομένων τῶν φλεβῶν ὑπὸ τῆς πληθώρης, θέρμη ἂν καὶ πόνος τῷ σώματι παραγίνοιτο, θέρεος μὲν θᾶσσον, χειμῶνος δὲ ὕστερον. τοῦ μὲν γὰρ θέρεος τὸν ἄνθρωπον θερμόν ἐστι τὸ περιέχον, καὶ θερμότερον ἕλκει τὸ σῶμα ἐς ἑωυτόν. κἢν ἔτι θερμῆς τῆς κοιλίης ἐούσης, θερμότερον τοῦ καιροῦ τὸ πνεῦμα τῷ ἀνθρώπῳ προσγένηται, οὐ θαῦμά ἐστι τὸν ἄνθρωπον ἐκ τοῦ τοιούτου πυρεταίνειν. χειμῶνος δὲ ψυχρὸν ἕλκοντος τὸ πνεῦμα ἐς ἑωυτόν, μᾶλλον πολλῷ δύναιτ᾽ ἂν τὴν πληθώρην ἀναφέρειν τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἀποπατέοντος ὀλίγον. ταῦτα δέ μοι εἴρηται, ὅ τι συμβαίνει γίνεσθαι, ἢν μένῃ τὰ σιτία πλείονα χρόνον ἐν τῇ κοιλίῃ. καὶ προείρηταί μοι ἀποδεῖξαι ἅπαντα περὶ τῆς ἰκμάδος καὶ τῆς βρώσιος τοῦ χρόνου τοῦ πλείονος καὶ τοῦ ἐλάσσονος, τὸ διαφέρειν, διότι νοσέουσιν οἱ ἄνθρωποι. δηλώσω δὲ περὶ τούτου κάλλιον, τοῦ χρόνου προϊόντος. ἀναβήσομαι δ᾽ αὖθις ὀπίσω, περὶ τῆς ὑγιείης ἐρέων, ὅτι δὴ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν τῆς ἰκμάδος ἐπαυρίσκεται. καὶ χωρέει ἔξω τῷ ὑγιεῖ κατὰ τὸν εἰρημένον λόγον, τά τε βρώματα καὶ ἡ ἰκμάς. καὶ ἢν μὲν ἔξω χωρέῃ τῆς ἰκμάδος πλέον ἢ ὅσον προσεγένετο ἀπὸ τῶν σιτίων καὶ τῶν ποτῶν, λεπτὸς γίνεται ὁ ἄνθρωπος. πλείω δὲ χωρέει ἔξωθεν τῆς προσγενομένης, διὰ τόδε. Ἢν μὲν δι᾽ ἡσυχίης ᾖ ὁ ἄνθρωπος καὶ μὴ ταλαιπωρέῃ, κακόν τι ἐν τῷ σώματι ἔνεστιν, ὑπὸ δὲ τῆς ἄλλης ὑγιείης πολλῆς ἐούσης, οὐκ ἐσαισθάνεται κάρτα. τὸ δὲ κακὸν τοιόνδε ἐστίν. ἐπὴν τούτων τι τῶν τεσσάρων τῶν γενομένων τῷ σώματι, ἐπέλθῃ πλέον τι μὴ πολλῷ, τὸ σῶμα θερμαίνεται καθ᾽ ἡσυχίην, ὡς μὴ ἐσαισθάνεσθαι κάρτα. καὶ τήκεται ἐν τῇ κοιλίῃ. καὶ τὴν σιτίην ἀηδέα τῷ ἀνθρώπῳ ποιέει. ἢν δὲ πλέον εἴη ἡ ἰκμὰς ἡ ἑτέρη τῆς ἑτέρης, πυρετὸς ἐκ τούτου τῷ ἀνθρώπῳ προσγίνεται.

ἀλλὰ

ἀλλὰ περὶ τούτου ἀτρεκέστερον ὀλίγῳ ὕστερον ἀποφανέομαι. ἔστι δὲ ὅτε καὶ τοῦ σίτου ἐόντος ἡδέος, λεπτὸς γίνεται ὁ ἄνθρωπος. αἴτιον δὲ τὸ αὐτό. Τούτων δὲ γινομένων, ἐξέρχεται τῆς ἰκμάδος πλέον, ἢ καταπίνεται. καὶ διὰ τοῦτο τὸ μὲν ἡσυχάζοντι συμβαίνει λεπτῷ γενέσθαι. ταλαιπωρεόντων δὲ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ σῶμα θερμαίνεται. καὶ γὰρ ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίης τούτου θερμαινομένου, καὶ ἡ ἰκμὰς ἐν αὐτῷ διαχέεται· καὶ γίνεται ἡ νοῦσος ἥδε λεπτή. ἀχρεῖος δὲ γινομένη, καταρρέει καὶ ἐς τὴν κοιλίην, καὶ ἐς τὴν κύστιν. τὸ δὲ διηθεῖ ἔξω, τὸ δὲ, δι᾽ αὐτῆς διαχωρέει ἔξω, διὰ τοῦ ἔνδον ἀραιώματος. τὸ δὲ ἔτι καὶ ἐμμένον, ἱδρὼς γινόμενος, ἔξω χωρέει κατὰ τὸ σῶμα. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ γυμνάσια τῶν νέων, τὸ αὐτὸ τῇ ταλαιπωρίῃ προσεργάζεται. ἢν δὲ καὶ μὴ ἔτι ἐλάσσων ἡ ἰκμὰς τῆς πρότερον ἐξιούσης, προσγινομένη τι ἔτι ἄλλη ἀπὸ τῶν ποτῶν καὶ προσσιτίων ἀπὸ τῶν βρωτῶν, λεπτὸς γίνεται διὰ τοῦτο ὁ ἄνθρωπος. ἐλάσσων δὲ προσγίνεται, ἢν μὴ ἄλλο τι δύνηται ἐσθίειν. καὶ πρὸς μὲν τὸ ποιέειν κατὰ τὴν προτέρην ταλαιπωρίην ἢ γυμνασίην, ἄλλοισιν ἄλλα ἐλάσσω γίνεται.

Ἐπιγίνεται δὲ κατὰ τὴν βρῶσιν εὐεξίη, διὰ τόδε. ἐπὴν ἀναινηται ἐν τῷ τῆς ἰκμάδος χρόνῳ, καὶ ἐν τῇ προτέρῃ ταλαιπωρίῃ ἐξέλθῃ πρότερον ἑτέρη τῆς ἑτέρης ἔστιν ὅτε πλείων, καὶ κρατέῃ μίη ἄλλη τῶν ἄλλων κάρτα, πληθώρης ἐστίν. ἢν μὲν δὴ ὑπὸ πολλῶν κάρτα κρατέηται, πῦρ ἐκ τοῦ τοιούτου τρόπου γίνεται. ἢν δὲ ὑπὸ ὀλίγων, ὀλίγα. καὶ τὸ σῶμα δὲ οὕτως ἀναφέρειν δύναται, τῆς ὑγρότητος πλείονος ἐνεούσης ἑωυτῆς, τὴν θέρμην ἀπολύεται. θερμαίνεται γὰρ τὸ σῶμα τῷ πυρί. κἢν μὲν ὀλίγον ἔῃ τὸ λυπέον, τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ μεθῆκε τρόπῳ τῷ αὐτῷ. τὰς δὲ δύο ἔχει συνεχέως. ἢν δὲ πλεῖον, πεμπταίη ἡμέρῃ. τὰς δὲ τέσσαρας ἔχει κατὰ λόγον. οὕτω τῶν ἡμερέων αἱ νοῦσοι κρίνονται. ἢν δὲ μεθῇ τὸ πῦρ ἐν τῇσι περισσῇσι τῶν ἡμερέων, καὶ ὑγιὴς γίνεται ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀποθνήσκει. διότι δὲ ὀλίγῳ ὕστερον ἀποφανέω. νῦν δὲ ἐρέω, διότι μεθίει τὸ πῦρ. φημὶ δὲ εἶναι ὅ, τι ἂν ἀπὸ τοῦ σώματος πῦρ λάβῃ τὸν ἄνθρωπον. ἀνάγκη ἐστὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ ἐξιέναι τὴν ἰκμάδα τὴν λυπέουσαν ἀπὸ τοῦ σώματος, ἢ ἐν ἄλλῃ τινὶ τῶν περισσῶν ἡμερέων, κατὰ τὸν πρότερον εἰρημένον λόγον. οὐ γὰρ ἐξέρχεται πρὶν ἢ ἡ ἑτέρη προσθῆται ἀπὸ τῆς κοιλίης ἀγαθή. τῇ γὰρ μέσῃ καὶ τῇ ὑστεραίῃ, ἕλκει τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς κοιλίης, ὅ, τι ἂν αὐτὸ ἐς ἑωυτὴν ἀφῇ τῇ προτέρῃ ἡμέρῃ, ἢν μὴ ἡ κοιλίη διηθήσῃ καὶ ἑτέρην σχῇ ἰκμάδα. καὶ τοῦτο πονηρὸν τῷ ἀνθρώπῳ γίνεται. ἢν δὲ μεθῇ τὸ πῦρ τριταῖον, τῷ αὐτῷ τρόπῳ, μεθίει, ὥσπερ καὶ αὐθημερὸν ὡς εἴρηται. καὶ οὕτω μὲν συμβαίνει τὸ πῦρ γινόμενον ἀπὸ τοῦ σώματος, ἐν τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ ἀνίεσθαι. φημὶ δὲ καὶ ἢν πεμπταίῃ ἡμέρῃ καὶ ἢν ἑβδόμῃ καὶ ἢν ἐνάτῃ μεθῇ, τρόπῳ τῷ αὐτῷ μεθιέναι, ὥσπερ καὶ τὸ τριταῖον ἐξέρχεται. ἔστι γὰρ ἡ τροφὴ τῷ πυρὶ κατὰ τὰ χωρία, ὁκοῖα ὀλίγῳ πρότερον εἴρηκα. ἐπικρατούσης γὰρ μᾶλλον τῆς ὑγρασίης πλείονος ἐούσης ἀνέχεται ὁ ἄνθρωπος. μεθίει δὲ τὸ πῦρ ἐν τῇσι περισσῇσι, διὰ τόδε· ὅτι ἐν τῇσιν ἀρτίῃσι τῶν ἡμερέων, ἕλκει τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς κοιλίης· ἐν δὲ τῇσι περισσῇσιν ἀφίει. ἡ δὲ κοιλίη, διηθεῖ ἔξω τῷ ὑγιεῖ. κατ᾽ ἀνάγκην τοίνυν αἱ νοῦσοι κρίνονται ἐν τῇσι περισσῇσι τῶν ἡμερέων. καὶ ἐν τούτῳ μὲν τῷ λόγῳ ὁ ἄνθρωπος πυρέξας, ὑγιὴς ἐγένετο. φημὶ δὲ καὶ τὸ πονέεσθαι μάλιστα τοὺς νοσέοντας ἐν τῇσι περισσῇσιν ἡμέρῃσι, διὰ τόδε καὶ κατὰ λόγον γίνεσθαι. ταράσσεται μὲν δὴ ὁ ἄνθρωπος, ὁκόταν πυρεταίνῃ. σημεῖον δὲ τοῦτο, ὅτι φρίκη διαΐσσει διὰ τοῦ σώματος, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. τοῦτο δὲ οὐκ ἂν ἐγίνετο οὕτως, εἰ μὴ ἐταράσσετο τὸ ὑγρὸν

Sed de his paulò poſt exactiùs edisferam. Interdū autem etiaſi cibus ſuauis exiſtat, homo extenuatus redditur, cauſa verò eadē eſt. Quæ ſi contingant, plus humoris exit quàm apponatur, eáq; ob cauſam in quiete degentem extenuari cōtingit. Hominum autē laborantium corpus incaleſcit. Hoc enim ex labore incaleſcente, & humor in ipſo diffunditur, & morbus hic extenuatorius exoritur. Cùm autē inutilis reddatur, ad vētriculum & veſicam defluit, quæ foras tráſcolans, & partim ſanè per internam raritatem foras exhalat, partim verò adhuc intus manens, in ſudorem verſus, foras per corpus procedit. Quin eodem etiam modo iuuenum exercitationes idem quod labor efficiunt. Quòd ſi etiam parcior non fuerit humor quàm qui priùs exiuit, neq; alius adhuc à potibus ac etiam cibis accedat, cā ob cauſam quis extenuatur. Parcior autem adiungitur, ſi quid aliud comedere non poſſit; & ſi pro prioris laboris & exercitationis ratione laborare nequeat, aliis alia pauciora euadunt. At verò bona corporis habitudo per cibos hác ob cauſam accedit. Vbi tēpore reſiccatus humor fuerit, & in priore labore alius alio priùs exierit, interdum copioſior, & vnus alius alios admodum ſuperauerit, id plenitudinē facit. Et ſi quidem à multis valde ſuperetur, hoc modo febris contingit. Si verò à paucis, parum, corpuſq; hoc modo perferre poteſt, cùm copioſior in ipſis humiditas inſit, quę calorem diſſoluit. Corpus enim à febre incaleſcit, & ſi modicū quidē fuerit quod moleſtum eſt, tertio die eodem modo dimittit, duobus verò diebus continenter vexat. Sin verò copioſius, quinto die, quatuor autē pro ratione habet. Sic morbi per dies iudicantur. Quòd ſi febris dimittat diebus imparibus, & ſanus quis euadit, & moritur. Quam verò ob cauſam, paulò poſt declarabo, nunc autē dicendum, cur febris dimittat. Cuius rei cauſam eſſe affirmo, quòd ſi febris hominis corpus prehenderit, tertio die aut alio quodam impari, humorē moleſtum è corpore exire ſecundum commemoratā prius rationem neceſſe ſit. Neq; enim priùs exit, quàm ei bonus alius ex vētriculo acceſſerit. Intermedio namq; & poſtero die corpus ex ventriculo trahit, quicquid in ſuum vſum primo die in ipſum demiſerit, niſi ventriculus tranſcolarit, & aliū humorē habuerit, quod certè homini malè ceſſerit. Quòd ſi febris tertio die dimittat, eodem modo quo primo die dimittit, vt dictum eſt. Et ſic quidē contingit febrē in corpore excitatā tertio die remittere. Aſſero autē quòd ſi quinto die, aut ſeptimo, aut nono dimittat, eodem modo dimittere, velut tertio die exit. Eſt enim febris alimentum in locis quos paulò ante commemoraui. Exuperantem enim copioſiorē humorem, homo ſuſtinere nō poteſt. Imparibus autē diebus illam ob cauſam febris dimittit, quòd paribus diebus corpus ex ventriculo attrahit, imparibus verò dimittit. Ventriculus autē in homine ſano foras tranſmittit. Ac propterea neceſſariò diebus imparibus morbi iudicātur, iſtaq; ratione cùm quis febre detinetur, ſanus euadit. Iſtamq; ob cauſam ægrotos aſſero diebus imparibus maximè affligi, idq; ex ratione quadam. Conturbatur equidem homo cum febricitat, iſtiuſq; rei indiciū eſt horror, qui ſubinde per totum corpus impetu quodam fertur. Quod ſanè minimè contingeret, niſi humor conturbaretur,

& ab ipſo copioſior aut parcior ſecerneretur, & alius alium ſuperaret. Maximè verò etiam cõturbatur diebus imparibus, cùm ægrotat, tuncq; horror præcipuè contingit. Sic enim ſe res habet. Humoris moleſti aliquid à recenti humore ſuperatum, extra corpus propellitur, & ad inferiorem aluum defertur, quæ vna cum moleſto humore incaleſcit, in ſeq; magis quàm antea recipit, quod in morbi iudicatione præcipuè contingit. Quòd ſi corpus paulatim ad vẽtrem dimittat, neque copioſum fuerit quod homini moleſtum eſt, ventriculus calorem perfert, corpuſq; ad iudicationem validum eſt, & homo conualeſcit, vbi is qui affligit humor exierit, & qui febri alimentum ſuppeditat conſumptus fuerit. Si verò ſanus ſuperauerit, hac ratione qui ægrotat, propter commemoratas à me cauſas, ſanus euadit. Nunc verò dicendum eſt cur moriantur diebus imparibus. Ac mea quidem opinione, ſi copioſum fuerit quod corpori moleſtum eſt, plus iuſto conturbatur, copioſumq; ac validum ad ventriculum defertur, eoq; corpus cùm alterum perferre non poſſit fruitur, graueolentemq; ſpirationem fieri neceſſe eſt. Cumq; corpus præ imbecillitate ſpiritum, quo quæ in ventriculo ſunt refrigerentur, attrahere nequeat, nimirum cùm omnis humor morboſus exiſtat, quicquid in humore vitalitatis ineſt, foras exhalat, ſicq; quis moritur. Neque enim alter humor ſalubris ſuperat, ſed totus à morboſo copioſo ſuperatus, & à febre conſumptus expirauit. Sic ſanè diebus imparibus dolor contingit, idq; nemo eſt qui non nouerit. Quinetiam quòd quidem humor iiſdem diebus conturbetur, iſtud indicio eſt. Qui iam febre continente detenti, diebus paribus medicamentum purgans ſumpſerunt, ij ſanè ſupra modum nunquam purgati ſunt. Qui verò diebus imparibus vehemens medicamentum ſumpſerunt, ij purgati ſunt, multique etiam ſupra modum purgati perierunt. Superiores igitur Medici in hoc maximè peccarunt, quòd diebus imparibus medicamenta purgantia exhibebant, & homines interimebant, id ita ſe habere ignorantes. Humor enim in ægrotãtis corpore magis diebus imparibus conturbatur, nimirum cùm corpus ad ventriculum humiditatem tranſmittat. Et ſi quis iam commotũ medicamento iniecto magis commoueat, non mirum eſt, ſi quis ex his pereat. Vlcera etiam ſiquidem curẽtur, his maximè diebus inflammationem concipiunt. Humor enim cùm commouetur in omnes venas fertur, eaſque implet. Et vbi morbus ad vlcus deuenit, ſiquidem curetur, puſq; ab humore in conturbatione veniente, foras propulſum exitum habeat, vlcus foras expurgatur. Quòd ſi non curetur, neq; exitum pus illic habeat, vnà cum eo qui acceſſit permanet, doloremque exhibet, & carnem vlcus ambientem attollit. Ex quo ſiquidem in cruribus vlcus habuerit, in crurum connexionibus venæ attolluntur, ſi verò in manibus, venæ quæ ſunt in manuũ connexionibus, indeq; glandularum tumores oriuntur. At quibus febris contingit, ſi nullo alio affectu laborent, ea ex pinguiore quàm par ſit humore incidit, venæque impletæ dolorem & calorem vlceri exhibent.

καὶ ἀπεκρίνετο ἀπ' αὐτοῦ ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον. καὶ ἐκρατέετο ἄλλοτε ἄλλου. μάλιστα δὲ καὶ ταράσσεται ἐν τῇσι περισσῇσι τῶν ἡμερέων, ὁκόταν νοσέῃ. καὶ ἡ φρίκη δὴ μάλιστα τότε γίνεται. ἔχει γὰρ ὧδε. ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ τοῦ πονέοντος, ἐξωθέεταί τι ἐκ τοῦ σώματος, [44] ὑπὸ τοῦ νεωστὶ τῆς ἰκμάδος νικώμενον. καὶ χωρέει ἐς τὴν κάτω κοιλίην, καὶ ἡ κοιλίη προσθερμαίνεται τοῦ πονέοντος, δεχομένη ἐς ἑωυτὴν μᾶλλον, ἢ τῷ πρὶν χρόνῳ. τοῦτο δὲ γίνεται μάλιστα ἐν τῇ κρίσει τῆς νούσου. καὶ ἢν κατ' ὀλίγον τὸ σῶμα ἐς τὴν κοιλίην ἀφίῃ, καὶ μὴ πολλὸν ἔῃ τὸ λυπέον τὸν ἄνθρωπον, [44] ἀναφέρει τὴν θέρμην ἡ κοιλίη, καὶ τὸ σῶμα δύναται ἐν τῇ κρίσει, καὶ γίνεται ὑγιὴς ὁ ἄνθρωπος, ἐπὴν ἐξέλθῃ ἡ ἰκμὰς ἡ πονέουσα. καὶ ἢν ἡ τροφὴ τῷ πυρὶ ἐοῦσα, ἐξαναλωθῇ. ἢν δὲ ἡ ὑγιηρὴ ἐπικρατήσῃ, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ νοσήσας ὁ ἄνθρωπος, ὑγιὴς ἔσεται, δι' αἰτίας τὰς εἰρημένας. νῦν δὲ ἐρέω διότι ἀποθνήσκουσιν, ἐν τῇσι περισσῇσι τῶν ἡμερέων. φημὶ δέ, ἢν πολλὸν ἔῃ τὸ πονέον ἐν τῷ σώματι μᾶλλον τοῦ χρεοῦ ταράσσεται, καὶ ἀλὲς ἰσχυρὸν ἐς τὴν κοιλίην καὶ μὴ δυνάμενον ἀναφέρειν τὴν θέρμην, τὸ σῶμα ἐπικαίεται. καὶ δυσωδίας δεῖ γίνεσθαι περὶ τὸ πνεῦμα. καὶ οὐ δυνάμενον τὸ σῶμα ὑπὸ ἀσθενείης, ἅτε τοῦ ὑγροῦ παντὸς νοσεροῦ γενομένου, τὴν πνοὴν ἕλκειν, ὡς ἀποψύχηται τὰ ἐν τῇ κοιλίῃ, ἐξατμίζει ἔξω τοῦ ὑγροῦ πᾶν τὸ ζωτικόν, καὶ οὕτως ἀποθνήσκει ὁ ἄνθρωπος. οὐ γὰρ ἐπικρατέει ἑτέρη ἡ ὑγιηρὴ ἰκμάς, ἀλλὰ πᾶσα ὑπὸ τῆς νοσερῆς πολλῆς ἐούσης [45] ἐπικρατηθεῖσα, ἐξαναλωθεῖσα ὑπὸ τοῦ πυρὸς διεξήτμισεν. οὕτω δὴ ἐν τῇσι περισσῇσιν ἡμέρῃσι μάλιστα ὁ πόνος γίνεται. τοῦτο πᾶς οἶδεν ὅς τις ποτέ. καὶ μὴν ὅτι γε τὸ ὑγρὸν ταράσσεται ἐν αὐτῇσι τῇσιν ἡμέρῃσι σημήϊόν ἐστι τόδε. Ὁκόσοι ἤδη ὑπὸ πυρὸς ξυνεχέος ἐχόμενοι ἐφαρμακεύθησαν ἐν τῇσιν ἀρτίῃσι τῶν ἡμερέων, οὗτοι οὐ μὴν ὑπερεκαθάρθησαν. ὁκόσοι δὲ ἐν τῇσι περισσῇσιν ἐφαρμακεύθησαν ἰσχυρῇ φαρμακείῃ, [46] ἐκαθάρθησαν. πολλοὶ δὲ καὶ ἀπώλοντο ὑπερκαθαρθέντες. τῶν γοῦν προτέρων ἰητρῶν, ἐν τούτῳ μάλιστα ἡμάρτανον, ἐφαρμάκευον γὰρ ἐν τῇσι περισσῇσιν ἡμέρῃσι, καὶ ἀπώλλυον τοὺς ἀνθρώπους, οὐ γινώσκοντες ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχει. τὸ γὰρ ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι τοῦ νοσέοντος ταράσσεται μᾶλλον ἐν τῇσι περισσῇσι τῶν ἡμερέων. οἷα τοῦ σώματος ἐς τὴν κοιλίην μεθιέντος τῆς ἰκμάδος. καὶ ἤν τις ἐπιτεταραγμένῳ ἐόντι, ἔτι μᾶλλον ταράξῃ, φάρμακον ἐμβαλών, οὐ θαυμαστόν ἐστιν, ἐκ τῶν τοιούτων ἀπόλλυσθαι τῶν ἀνθρώπων. καὶ τὰ ἕλκεα ἢν μὲν μελεδαίνηται, φλεγμαίνει μάλιστα ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσιν. ἔρχεται γὰρ τὸ ὑγρὸν ἐς ἁπάσας τὰς φλέβας, ὁκόταν ταράσσηται, καὶ πληροῖ, [47] ἐπὴν ἔλθῃ ἐς τὸ ἕλκος ἡ νοῦσος. καὶ ἢν μὲν μελεδαίνηται καὶ ἔχῃ ἔξοδον τὸ πύος ἐξωθούμενον ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ τοῦ ἐλθόντος ἐν τῇ ταραχῇ, ἔξω ἀποκαθαίρεται τὸ ἕλκος. ἢν δὲ μελεδαίνηται οὐκ ἔχον ἔξοδον τὸ πύος, αὐτοῦ κατημένον σὺν τῷ κατελθόντι, πόνον παρέχει, καὶ αἴρει τὴν σάρκα τὴν περὶ τὸ ἕλκος. καὶ ἀπ' ἐκείνου ἢν μὲν ἐν τοῖσι σκέλεσιν ἔχῃ τὸ ἕλκος, αἴρονται αἱ φλέβες αἱ ἐν τῇσι προσφύσεσι τῶν σκελέων ἐοῦσαι. ἢν δὲ ἐν τῇσι χερσί, αἱ τῶν χειρῶν τῇσι προσφύσεσι ἐοῦσαι, καὶ ἐκ τούτου βουβῶνες γίνονται. ὁκόσοισι δὲ τῶν ἀνθρώπων πῦρ ἐμπίπτῃ, ἄλλο μηδὲν τοῦ ἀνθρώπου κακὸν ἔχοντος, ἀπὸ τῆς πιοτέρης ἐούσης τοῦ ὑγροῦ ἐμπίπτει, καὶ πληρεύμεναι αἱ φλέβες πόνον καὶ θέρμην τῷ ἕλκει παρέχουσι.

ὃ δὲ θερμανθὲν, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα θερμαίνει· καὶ ἡ θερμασίη, οὕτως ἐς τὰ ἕλκεα γίνεται. θερμαίνεται γὰρ τὸ σῶμα, καὶ τὰ ἕλκεα ὑπὸ τῆς κλονήσιος τοῦ ὑγροῦ. καὶ ἡ ταλαιπωρίη τοιόνδε ἐργάζεται. ἀποφλεγμαίνει δὲ τὰ ἕλκεα πεμπταῖα. καὶ κατὰ λόγον τουτέων τῶν ἡμερέων, ὡς ἂν καὶ τὰ ἕλκεα μεγέθεος ἔχῃ, καὶ τριταῖα, καὶ πεμπταῖα, καὶ ἑβδομαῖα, καὶ ἐνναταῖα, καὶ ἑνδεκαταῖα. [10] Εἶτα ἀπηρτισμένης τῆς πρώτης περιόδου, πάλιν δευτέρας ἀρχῆς τρίτη, ἥτις ἐστὶν ἀπὸ τῆς πρώτης τεσσαρεσκαιδεκάτη. τὰ δὲ μέγιστα αὐτῶν τεσσαρεσκαιδεκαταῖα ἀποφλεγμαίνει. οὗτος ὁ λόγος ἐρεῖ, τὰ νοσήματα κρίνεσθαι ἐν τῇσι περισσῇσι τῶν ἡμερέων. καὶ τὴν ἰκμάδα τοῦ ὑγιέος, τριταίην ἀξιοῦται, τὴν δὲ κόπρον, δευτεραίην. καὶ τὰ τριταῖα ἐόντα, [10] ἰσορρόπως δηλοῦσιν, ὅτι οὕτως ἔχει. οὕτω δέ μοι ὁ λόγος οὗτος πᾶς ἐκκεκορύφωται. νῦν δὲ ἐθέλω ἀτρεκέστερον εἰπεῖν, διότι νοσέουσιν οἱ ἄνθρωποι. ἐρέω δὲ σὺν τύπῳ τοῦ λόγου, καὶ τίνες ἀρχαὶ τῶν νούσων εἰσί, καὶ ὁκοῖα ἑκάστη αὐτέων ἐργάζεται. φημὶ δὲ, ἐὰν μὲν ἐμμείνῃ τὰ σιτία πλείονα τοῦ καιροῦ ἤδη πεπεμμένα ἐόντα, καὶ ὁ ἄνθρωπος μὴ ἀποκαθαίρηται, καὶ ἕτερα σιτία ἐπιπέσῃ, τὸ σῶμα πληρεύμενον ὑπὸ τῆς ἰκμάδος τῆς προτέρης καὶ τῆς νέης, θερμαίνεται. καὶ πῦρ ἐκ τούτου γίνεται τῷ ἀνθρώπῳ. τὸ δὲ πῦρ οὕτως γινόμενον, οὐκ ἄπορον οὐδὲ ἰσχυρόν ἐστιν, ἐν ᾧ ἰκμὰς ἰσάζει, κατὰ πλῆθος ἡμέας λυπέουσα ὀλίγῳ πλέον. ἐὰν γὰρ τοῦτο οὕτως ἔχῃ, καί τις καρτερὸς ἰσχυρὸς ᾖ, καὶ τὰ ἐπιτήδεια προσενέγκῃ, ὑγιὴς γίνεται. ἓν δὲ νόσημα μοῦνον ἀπὸ πάσης τῆς ἰκμάδος, καὶ σημεῖα ἴσχει ἑπτά. [11] βὴξ τε γὰρ ἴσχει μὲν βληχρὴ καὶ ξηρὴ ἐοῦσα. γαστήρ τε σκληρὴ γίνεται, ἅτε τοῦ ἀποπάτου ἐόντος ἐντός. καὶ τὴν κεφαλὴν βαρέεται. καὶ ἐμέει καὶ πυρεταίνει· καὶ οὖρον οὐ χρηστῶς διέρχεται. ταῦτα δέ ἐστι τῆς νούσου ταύτης ἀπὸ πάσης τῆς ἰκμάδος γινομένης, σημεῖα ἑπτά. ἐὰν δὲ τοῦ ἀποπάτου μὴ διαχωρέοντος κρατέῃ μία τῶν ἄλλων ἰκμάς, [12] κάλλιον ἐμπολήσει ὁ ἄνθρωπος. καὶ ἐάν τις τῷ πυρετῷ γινομένῳ [13] ἀπὸ πάσης τῆς ἰκμάδος τὰ ἐπιτήδεια μὴ προσενέγκῃ, περιέσεται ἡ νοῦσος. ἐς ὃ δὴ ἂν αὐτὴ κρατέῃ τῶν ἰκμάδων, τρόπῳ τοιῷδε. [14] θερμαινομένου τοῦ σώματος, ἐξατμίζει μάλιστα διὰ τοῦτο τὸ ὑδρωπῶδες, ὅ, τι ἐστὶ τῷ πυρὶ πολεμιώτατον. καταλείπεται δὲ τὸ λιπαρὸν καὶ κοῦφον, ὅ τι ἐστὶ χολῶδες καὶ τῷ πυρὶ τροφὴ μάλιστά ἐστιν. ἐξατμίζει δὲ τρόπῳ τοιῷδε. ὥσπερ εἴ τις ὕδωρ καὶ ἄλειφα ἐς χαλκεῖον ἐγχέας, ξύλα πολλὰ ὑποκαίοι πουλὺν χρόνον. τὸ μὲν δὴ ὕδωρ, πολλῷ ἔλασσον ἔσται, ἐξατμισθήσεται γὰρ ἐκ τοῦ χαλκείου. τὸ δὲ ἄλειφα, ὀλίγῳ ἔλασσον. ὅτι τὸ μὲν ὕδωρ, ὑπὸ τῆς ἀραιότητος καταλεπτύνεσθαι δύναται ὑπὸ τοῦ πυρὸς, καὶ κοῦφον γινόμενον ἐξατμίζει. τὸ δὲ ἄλειφα, ἅτε συναφὲς ἐὸν καὶ πυκνὸν, οὐ δύναται καταλεπτύνεσθαι, οὐδὲ ἀτμίζει ὁμοίως τῷ ὕδατι. οὕτω δὴ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἔχει. ὁ μὲν γὰρ ὕδρωψ θερμαινομένου τοῦ σώματος ἐξατμίζει ἔξω. τὸ δὲ χολῶδες, ἅτε συναφὲς ἐὸν καὶ πυκνὸν, οὐ δύναται ἀτμίζειν καταλεπτυνόμενον ὁμοίως. τὸ δὲ χολῶδες καταλεπτυνόμενον, μᾶλλον ποιεῖ θερμαίνεσθαι τὸ σῶμα. πλείων γὰρ καὶ καλλίων τροφὴ τῷ πυρὶ γίνεται ἡ χολή, [15] καὶ ῥαινόμενον ἐν τῷ σώματι ἢ στηριζόμενον, τὴν νοῦσον ἐπικρατεῖν ποιεῖ τῇσι προτέρῃσι. καὶ ταῦτα μὲν εἴρηται, ὅ, τι πάσχει ὁ ἄνθρωπος, ἢν μὴ καθαίρηται καὶ μελεδαίνηται. ἢν δὲ μὴ αὐτῶν πλῆθος κρατέῃ, εἴτε ἐς ἅπαξ πολλὴ γινομένη, εἴτε καὶ κατὰ μικρὸν συλλέγηται, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα ὀδυνᾶται. τοῦτο γινόμενον ὑπὸ ἰσχύος ἀναφέρει, μέχρις οὗ ἀρχή τις ἐπιγίνηται. [16] καὶ ἢν τὸ πλῆθος γινόμενον ὑπερέχῃ, μὴ ἀποκαθαίρηται ὁ ἄνθρωπος,

Quod verò incaluit, etiam reliquum corpus calefacit, eoq; modo calor in vlceribus oritur. Humoris enim agitatione corpus & vlcera incaleſcunt, & tale quid immoderatus labor efficit. Vlcera autẽ quinto die inflammatione ſedantur, & ſecundum horũ dierum rationem, pro vlcerum magnitudine, etiam tertio die, & quinto, & ſeptimo, & nono, & vndecimo. Deinde exacto primo circuitu, rurſus tertio die qui eſt ſecundi principium, & à primo decimusquartus. Ex his verò maxima decimoquarto die inflammatione ſedantur. Atq; hæc oratio declarat morbos diebus imparibus iudicari, & humorẽ in ſano tertio die exire, ſtercus verò ſecundo. Et iſta quæ tertio die contingunt, rem ita ſe habere mutuo inter ſe atteſtantur. Ad hunc modum tota hæc oratio ſummatim & velut à capite eſt à me ad extremum deducta. At nunc exactiùs quam ob cauſam homines ægrotent, mihi dicendum eſt, ſimulq; exponendum quæ ſint morborũ principia, & quæ horum quidque efficiat. Mea autem ſententia, ſi cibi quidem plus iuſto copioſi iam concocti intus morentur, neq; homo repurgetur, & altera cibaria inſuper adiiciantur, corpus priore humore & recẽti plenum incaleſcit, indeq; homini febris cõtingit. Verùm ſic oborta febris, neque periculi plena, neque vehemens eſt, in qua humor copia æquabilis paulò plus nobis moleſtus eſt. Si enim ſic ſe res habet, & quis admodum ſit robuſtus, eaq; quæ conueniunt adhibeat, ſanus euadit. Vnus autem hic ſolus morbus eſt ab omni humore, & ſeptem ſigna habet. Tuſſis enim leuis & ſicca detinet, venter durus redditur, cùm nimirum ſtercus intus retineatur, caput grauatur, & vomit, febricitat, neque lotium probè exit. Iſtaq; ſunt huius morbi ex omni humore orti ſeptem indicia. Quòd ſi ſtercore non prodeunte vnus ex reliquis humoribus ſuperet, meliùs homo habebit. Ac ſi quis in febre ex omni humore orta, quę ſunt idonea minimè adhibuerit, circumagetur morbus, quantum ipſe humores ſuperauerit, hoc modo. Incaleſcente corpore, per hoc aquoſum quod eſt febri maximè infenſum, præcipuè exhalat, relinquitur verò pingue & leue, quod eſt bilioſum, & præcipuũ febris alimentum. Ad hunc autẽ modum exhalat, non ſecus ac ſi quis affuſa in vas æneum aqua & oleo, ligna multa diutiùs ſuccendat, aqua certè longè paucior, cum ex vaſe exhalet, futura eſt, oleum verò paulùm imminuetur, quòd aqua quidẽ propter raritatẽ ab igne extenuari, & leuis reddita exhalare poteſt, oleum autẽ cohærens & denſum extenuari nequit, neq; vti aqua exhalare. Ita ſanè & in homine ſe res habet. Incaleſcente namq; corpore aqua foras exhalat, quod verò eſt bilioſum, cum cohærẽs & dẽſum ſit, neq; ſimiliter extenuatur, neq; exhalat. Verùm extenuatus bilioſus humor efficit vt corpus magis incaleſcat. Copioſius enim & melius alimentũ febri ſuppeditat, & in corpore diſperſus aut firmatus morbum cum prioribus corroborat. Atque iſta quidem homini contingere, niſi purgetur aut curetur, dicta ſunt. Quòd ſi horũ copia non ſuperet, ſiue ſemel multa, ſiue paulatim colligatur, & reliquũ corpus dolore affligat id dum contingit, præ robore perfert, donec principium quoddam accedat. Sin verò copioſior humor extiterit, neq; homo expurgetur

ex eo morbus ad hũc modũ oritur. Cùm tria ſint principia ex quibus morbi oriuntur, vnũ quidé iam à me dictum eſt, quæq; & quanta in corpore efficiat. Oſtédi enim quomodo & quam ob cauſam, homo niſi repurgetur, ægrotet. Alterũ eſt, ſi quæ ex cœlo pendent, minimè ſint cõmoda, & preter victus rationé contingant. Tertiũ eſt, cùm quid violentũ inciderit. Violentum auté eſſe dico, & caſum, & vulnus, & percuſſioné, & immoderatũ laborem, & alia id genus. At horum principiũ, vis ſi magna fuerit, maximũ eſt; ſi verò parua, non adeò magnũ. Poſt hoc verò, ſi homo nõ expurgetur. Tertium auté, ſi quæ ex cœlo contingunt, non fuerint ad ſanitaté accommodata. Horũ igitur diligens cura habenda eſt, cùm horũ quidq;, quod referam, in corpore efficiat. Si quidé vulnus factũ ſit, carné diſſectã eſſe manifeſtũ eſt, vlcuſq; exiſtit. Hoc autem morbũ appello. Si verò ex plaga, aut caſu, aut alia quapiá affectione contuſio facta ſit, & tumor oboriatur, ſanguis per vim calefactus, & per venas hiantes ſubiens, cùm præ copia exitũ quo abire poſſit, non habeat, illic colligitur, eamque ob cauſam tumor fit, tádiuq; adeſt, quoad ex locis eo quo dictum eſt modo, aut per ipſum tumorem repurgatus fuerit, & ſanguini cũ tempore, vel in pus verſo, vel non exitus ſiue per manus operá, ſiue ſine ea, pateat. Quin & immoderatus labor tale quid efficit. Cùm enim homines immoderatè laborauerint, quibus ſanguis præcipuè laborarit, illic firmatur & incaleſcit, indeq; dolor contingit. Quòd ſi ab his quidé ſuperetur, magna auté copia immoderatus labor contingat, & aluus ac veſica copiá neutiquá celeriter trãſcolarint, ex eo ſané febris ſuborietur, minimè verò, ſi prior humor æqualis fuerit. Si verò in immoderato labore horũ copia in corpore permaneat, ſuperat ille. Atq; hæc quidem de vi, quæná in corpore cõficiat, dicta ſunt. Iſtaq; duo principia, népe vis & plenitudo, niſi homines repurgentur, corpora calefaciunt. Quod verò ex cœlo depẽdet principiũ, ſi homini minimè cõmodũ fuerit, aliquid humoris ſuperat, & tanquá ad morbũ viá faciens, calefacit priùs, ſi ita cõtigerit, refrigerat. Priùs autem quomodo calefaciat dicendũ. Mea igitur opinione, ſi in ipſo homine morboſum aliquid inſit, quale priùs dictũ eſt, & ea quæ ex cœlo pendent minimè cõmoda fuerint, homoq; incaleſcat, totus corporis humor incaleſcens conturbatur, idq; vis præſtat. Et ſiquidem homo repurgatur, de conturbato humore, quantum plus æquo abundat, ſecernitur. Iſtud verò ſimiliter ſe habet vt id quod ex lacte equino Scythæ conficiunt. Lac enim in vaſa lignea caua affuſum agitãt, conturbatũ verò ſpumeſcit ac ſeparatur, & pingue quidem, quod butyrũ vocãt, cùm leue ſit, in ſummo ſeponitur, graue verò & craſſum ſubſidet, quod etiá ſeparantes ſiccant. Quod cum concretũ & ſiccatũ fuerit, Hippacen vocát. Lactis verò ſerum mediũ locum habet. Ad hunc verò etiam modũ commoto humore, quicquid in corpore continetur, ab his principiis quæ dixi omnia ſeponitur, & bilis quidem cùm ſit leuiſſima, in ſuperficiem diſcedit, ſecundo loco ſanguis, tertio pituita. Ex his autem humoribus maximè grauis eſt aqua. Cùm auté hæc ita ſe habeant, quicquid in morbo copia abũdat, dum turbatio in principiis cõtingit, ad locum fertur in quo plurimum ſuperat. In turbatione autem amplá capacitaté nactum ſecretum voluitur,

νοῦσος ἔσθ' ὅτε γίνεται τρόπῳ τοιῷδε. Ἀρχαί εἰσι τρεῖς, ἀφ' ὧν αἱ νοῦσοι γίνονται. καὶ μία μὲν ἤδη εἴρηταί μοι, ὁκοίη καὶ ὅσα ἐργάζεται ἐν τῷ σώματι. ἀπέδειξα γὰρ, ὅκως τε καὶ διότι ἢν μὴ ἀποκαθαίρηται ὁ ἄνθρωπος, νοσεῖ. δευτέρη δέ ἐστιν, ἢν συμβῇ τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀνεπιτήδεια, καὶ παρὰ δίαιταν εἶναι. τρίτη δέ ἐστιν ἤν τι βίαιον προσπέσῃ. βίαια δὲ λέγω εἶναι, καὶ πτῶμα, καὶ τρῶμα, καὶ πληγὴν, καὶ ταλαιπωρίην, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐστὶ τοιοῦτον. τούτων δὲ τῶν ἀρχέων μεγίστη ἐστὶ βίη, ἢν μεγάλη ᾖ. ἢν δὲ μικρὴ, οὐ μεγίστη. δευτέρη δὲ, ἢν μὴ ἀποκαθαίρηται ὁ ἄνθρωπος. τρίτη δὲ, ἢν τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀνεπιτήδεια ᾖ πρὸς ὑγείην. τούτων τοιγαροῦν δεῖ φυλακὴν ἔχειν. ἕκαστα δὴ αὐτῶν τοιάδε ἐργάζεται ἐν τῷ σώματι, ὁκοῖον ἐγὼ ἐρέω. ἢν μὲν τρῶμα γένηται, δῆλον ὅτι σὰρξ διεκόπη, καὶ ἕλκος ἐγένετο. τοῦτο δὲ νούσημα ὀνομάζω εἶναι. ἢν δὲ φλάσμα γένηται πληγέντος, ἢ πεσόντος, ἤ τι ἄλλο τοιοῦτο παθόντος, καὶ οἴδημα γένηται, τὸ αἷμα αὐτίκα θερμανθὲν ὑπὸ τῆς βίης, καὶ ὑποδραμὸν ἐς τὰς φλέβας χαινούσας, οὐκ ἔχον ἔξοδον ὑπὸ πλήθεος ἀπελθεῖν, συνεστράφη. καὶ τὸ οἴδημα διὰ τοῦτο ἐγένετο, καὶ μέχρι τούτου πάρεστι, μέχρις ἀποκαθαρθῇ, καθότι ἀπὸ τῶν χωρίων εἴρηται, ἢ κατ' αὐτὸ τὸ οἴδημα. καὶ εἴτε σὺν χειρουργίῃ, εἴτε καὶ μὴ δίοδος γένηται τῷ αἵματι, ἢ πυωθέντι ὑπὸ χρόνου, ἢ καὶ μή. καὶ ἡ ταλαιπωρίη δὲ, τοιοῦτον ἐργάζεται. ὁκόταν γὰρ οἱ ἄνθρωποι ταλαιπωρέωσιν, οἷσιν ἂν μάλιστα τοῦ αἵματος ταλαιπωρίῃ, ἡ κεῖθι στηρίζεται, καὶ θερμαίνεται. καὶ πόνος ἐκ τοῦ τοιούτου γίνεται.[17] ἢν δὴ κρατηθῇ μὲν τούτων, κάρτα δὲ πλῆθος γένηται ταλαιπωρίῃ, καὶ ἡ κοιλίη καὶ κύστις μηδαμῶς διηθήσῃ ἐν τάχει τὸ πλῆθος, πῦρ ἐπιπίπτει ἂν ἐκ τούτου. ἢν μὲν ἡ πρόσθεν ἰσάσῃ ἰκμὰς, οὐδαμῶς. ἢν δὴ ἐν τῇ ταλαιπωρίῃ αὐτέων πλεῖστα ἐν τῷ σώματι καταμείνῃ, κρατεῖ κεῖνο. τοῦτο δέ μοι εἴρηται περὶ βίης, ὁκοῖα ἐν τῷ σώματι κατεργάζεται. καὶ αὗται μὲν δύο ἀρχαὶ ἐοῦσαι, ἥ τε βίη, καὶ ἡ πληθώρη, ἢν μὴ ἀποκαθαίρωνται οἱ ἄνθρωποι, θερμαίνουσι τὰ σώματα. ἡ δὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀνεπιτηδείως γινομένη ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐκράτησέ τι τοῦ ὑγροῦ, καὶ θερμαίνει ὥσπερ ἐς νοῦσον, καὶ ψύχει πρότερον, ἢν τύχῃ γενόμενον. ἐρέω δὲ πρότερον περὶ τοῦ ὡς θερμαίνει. φημὶ οὖν. ἢν ἐν τῷ αὐτῷ ἀνθρώπῳ ἐνῇ τι νοσερὸν ὁκοῖον ἐν τῷ προτέρῳ εἴρηκα, καὶ τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀνεπιτήδεια γένηται, καὶ θερμανθῇ ὁ ἄνθρωπος, ταράσσεται τὸ ὑγρὸν πᾶν θερμαινόμενον ἐν τῷ σώματι, τοῦτο δὲ ποιεῖ βίη.

[58] καὶ ἢν μὲν ἀποκαθαίρηται ὁ ἄνθρωπος, τοῦ δὲ ταρασσομένου ἀποκρίνεται ὁκόσον ἂν πλέον ᾖ τοῦ χρεοῦ, ἔοικε δὲ τοῦτο, ὥσπερ οἱ Σκύθαι ποιέουσιν, ἐκ τοῦ ἱππείου γάλακτος. ἐγχέοντες γὰρ τὸ γάλα ἐς ξύλα κοῖλα, σείουσι. τὸ δὲ ταρασσόμενον, ἀφρεῖ καὶ διακρίνεται. καὶ τὸ μὲν πῖον, ὃ βούτυρον καλέουσιν, ἐπιπολῆς διίσταται, ἐλαφρὸν ἐόν. τὸ δὲ βαρὺ καὶ παχὺ, κάτω ἵσταται, ὃ καὶ ἀποκρίναντες ξηραίνουσιν. ἐπὴν δὲ παγῇ καὶ ξηρανθῇ,[59] ἱππάκην μιν καλέουσιν. ὁ δὲ ὀῤῥὸς τοῦ γάλακτος, ἐν μέσῳ ἐστίν. οὕτως δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ταρασσομένου τοῦ ὑγροῦ, παντὸς τοῦ ἐν τῷ σώματι, ὑπὸ τῶν ἀρχῶν διίσταται ὧν εἴρηκα οἱ πάντα. καὶ ἐπιπολῆς μὲν τὸ τῆς χολῆς διίσταται, κουφότατον γάρ ἐστι. δεύτερον δὲ τοῦ αἵματος. τρίτον δὲ τοῦ φλέγματος. βαρύτατον δέ ἐστι τῶν ὑγρῶν τούτων, ὁ ὕδρωψ. τούτων δὲ ὄντων, ὅ, τι ἂν ἐν νούσῳ πλεῖστον ᾖ, ἐν ἀρχῇσι γινομένης τῆς ταραχῆς, ἔρχεται εἰς χωρίον, ἵνα ἂν πλεῖστον εἴη. ἐν δὲ τῇ ταραχῇ εὐρυχωρίης γενομένης[60] εἰλέεται ἀποκεκριμένον,

καὶ θερμαίνει τὸ σῶμα, ἢ στήριξιν ἔχον τῇ τοῦ σώματος σὺν τῷ ἄλλῳ ὑγρῷ τῷ συνεόντι ἐν τῷ ἄλλῳ χωρίῳ, πόνον καὶ θέρμην παρέχει. τὸ δὲ θερμαινόμενον, προσξυνθερμαίνει καὶ τὸ ἄλλο σῶμα, κἀκ τούτου ὁ πυρετὸς γίνεται· καὶ γίνεται μᾶλλον ἀπὸ τῆς χολῆς, καὶ τοῦ φλέγματος, καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος. θερμότατα γάρ ταῦτά ἐστι. καὶ ἢν τουτέων ἀποστηρίξῃ τι τοῦ σώματος ὡς ἐπιτοπλεῖστον, ὀνομάζεται κεῖθεν τὸ νούσημα, καὶ ἐπωνυμίην ἔχει. ἀπὸ δὲ τοῦ ὕδρωπος οὐ γίνεται πυρετὸς ἰσχυρὸς κάρτα, οὐδὲ πολυχρόνιος. τῷ γὰρ πυρὶ, οὐκ ἀγαθὴ τροφὴ, ὁ ὕδρωψ ἐστιν. καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτο εἴρηται. Πρὶν δὲ ταραχθῆναι, οὐκ ἔχει ἐκχωρέειν τὸ πλεῖον τοῦ ὑγροῦ, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω εἰλέεται μεμιγμένον τῷ ἄλλῳ ὑγρῷ. πάντα γὰρ πλήρεά ἐστιν. ἐν δὲ τῇ ταραχῇ κενοῦται. κενοῦταί δὲ τὸ ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον. καὶ τὸ πλεῖον ἐὸν χωρίον κατίσχει. καὶ τὸ μὲν ἀλλότριον, οὐκ ἐπιμίσγεται τῷ ἄλλῳ, ἢν προστηρίξῃ, πρὶν ἰσωθῇ ἐς δύναμιν. ἔστι δέ μιν ἰσοῦσθαι καὶ ὃ ἀπ' αὐτοῦ ἐπηλυθὸν ἐς τὴν νοῦσον, ἕως οὗ ἀποκαθαρθῇ τὸ χωρίον, ὁποίη ἡ κάθαρσις ἐστιν. ἢν δὴ πολλὸν ᾖ τὸ πονέον, ἐπαναλίσκεται καὶ ἐξαναλίσκεται ἐς τὴν νοῦσον καὶ τὸ ἄλλο πρὶν ὑγιηρὸν ἐόν. καὶ θνήσκει ὁ ἄνθρωπος τρόπῳ τοιῷδε· προσεπαναλίσκεται γὰρ, ἢν μηκέτι τροφὴν ἀρκέουσαν ἔχῃ τὸ νούσημα, ἀλλ' ἐξαναλίσκεται ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ, τοῦ ἐν τῷ ἐπιπόνῳ χωρίῳ ἐόντος. πρῶτον τὸ πλησίον προσλαμβάνει, εἶτα ἐπὶ τὸ προσωτέρω νέμεται, μέχρις ἂν ἐξαναλωθῇ, καὶ μηκέτι ἐνῇ τῷ σώματι τροφή. τροφὴ δέ ἐστιν ἀνθρώπῳ, τὸ κοῦφον ὑγρόν. ὥσπερ οὖν χρὴ, τὸ πρῶτον κατὰ μικρὸν σηπεδὼν ἐγγίνεται, ἢν μάλιστα θερμαίνηται. ἔπειτα ἐπὴν κεῖθι τῇ σηπεδόνι τροφὴ μηκέτι ἀρκέῃ, νέμεται ἀπὸ τοῦ ὑγιέος τοῦ πλησίον ἀρξαμένη πρὸς τὸ σῶμα, μέχρις ἂν ὅλον τὸ σαρκῶδες σήψῃ. ἐπεὶ δὲ ὡς ἐπίπαν νέμηται, ἀναλοῦται ἡ τροφὴ τῇ σηπεδόνι. οὕτω δὴ καὶ τῇ νούσῳ, ἀπὸ τοῦ χωρίου κείνου ἀρξαμένη, ἐπὴν κεῖθι ἡ τροφὴ μηκέτι ἀρκέουσα ἐνῇ, νέμεται, ἐς τὸ πρόσω ἀπὸ τοῦ πλησίον ἀρξαμένη. ἐπὴν γὰρ ἐπίπαν ἔλθῃ, ἀναλοῦται ἡ τροφὴ τῇ νούσῳ, καὶ ἕτερον ὑγιηρὸν οὐκ ἐπικρατέει. καὶ ἢν τοῦτο γένηται, θνήσκει ὁ ἄνθρωπος. ἢν δὲ ἐν τῇ ταραχῇ ἐπὴν τοῦτο πλέονος χωρίου λάβηται καὶ μὴ στηρίξῃ, ἀλλὰ εἰλέηται, οὐκ ἔτι τῷ ἄλλῳ μίσγεται, ἀλλ' ἐξαναλίσκεται ἐς τὴν νοῦσον, ἢν μὴ ἀποκαθαίρηται. εἶτα αἱ φλέβες ὑπερπιμπλέαται. πλήθουσαι δὲ κάρτα οὐ χαλῶσιν ἐξ αὐτέων, πρὶν εὐρυχωρίη σφίσι γένηται. ὥσπερ ἐπὴν τις πληγῇ καρτερῶς, ὑποτρέχει ὑπὸ τὴν πληγὴν αἷμα, ἅτε τῶν φλεβίων κενωθεισέων ὑπὸ τῆς πληγῆς. ἐπὴν δὲ αἱ σάρκες πλησθῶσιν ὅκως περ σπόγγος, οὐκ ἔτι χαλῶσιν, ἀλλὰ ἔχουσιν ἐν ἑωυτῇσι μέχρις οὗ κενωθῇ κατὰ χωρίον τι αὐτέων. ἀπολαμβάνει γὰρ ἐπὴν ξυλλεχθῇ τὸ αἷμα τὴν ὁδὸν ὑπὸ πλήθεος. ὥσπερ εἴ τις λήκυθον σκυτίνην στεινόστομον ἐμπλήσας ἀλείφατος, καταστρέψειεν ἐπὶ τὸ στόμα κατ' ἰθὺ, καὶ ὅτε ποιήσειεν, οὐ δυνήσεται ἐξ αὐτοῦ χωρέειν τὸ ἔλαιον. ἔπνιξε γὰρ τὴν ὁδὸν τὸ ἄλειφα, ἅτε πολλὸν καὶ ἀθρόον ἐπικείμενον. ἢν δὲ ἐπικλίνῃ τις τὴν λήκυθον, κενεὴ ἔσται ἡ ἀπὸ τοῦ στόματος πνίξ, ῥεύσεται ἐξ αὐτῆς τὸ ἄλειφα. τὸ δ' αὐτὸ ποιήσειε καὶ ἐπὶ τραπέζης ὕδωρ. οὕτω δὲ καὶ ἐπὴν τὸ πλεῖστον ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι ὑπὸ τῆς ταραχῆς χωρίου λάβηται καὶ πλήσῃ τὰς φλέβας, οὐκ ἔτι ἀπέρχεται ἐξ αὐτέων, πρὶν ἢ κενὸν ᾖ ἐπὶ τὸ χωρίον κενεὸν, τῆς τροφῆς ἐξαναλισκομένης τῇ νούσῳ.

& corpus calefacit, aut in aliqua corporis parte adhæreſcens, vnà cum alio humore qui in alio loco eſt, dolorem & calorem exhibet. Quod verò incaleſcit, reliquum corpus etiam calefacit, ex eoq́; febris contingit, fereq́; ex bile, & pituita, & ſanguine oritur, quæ calidiſſima exiſtunt. Et ſi quid horum in aliquam corporis partem incubuerit, plerunq; inde morbus nominatur, & appellationem habet. Ex aqua autem neque admodum vehemens, neque diuturna febris oritur, cùm aqua igni minimè idoneum ſuppeditet alimentum. Ac de his quidem hactenus. Ante turbationem verò non habet quò ſecedat humor qui copia ſuperat, ſed cum alio humore permixtus ſurſum & deorſum volutatur, cùm omnia plena ſint: dum mouentur autem, vacuantur. Atq; alterum altero magis euacuatur, quodq́; copia ſuperat, loco continetur, & quod alienum eſt, cum altero non permiſcetur, ſi circum adhæreſcat, niſi viribus adæquatum fuerit. Viribus autem adæquatur, & quod ex ipſo ad morbum accedit, quoad locus repurgetur, quęcunq; fuerit purgatio. Quod ſi copioſum eſt id quod affligit, & aliud quod priùs ſalubre erat ad morbum exhauritur & abſumitur, eoq́; modo homo perit. Inſuper enim exhauritur, ſi morbo non ſatis ſuperfuerit alimenti, ſed ab humore qui in loco dolente eſt abſumitur. Primũ quod propinquum eſt abſumit, deinde vlteriora depaſcitur, donec conſumptum fuerit, neque ampliùs ſuperſit corpori alimentum. Leuis autem humor hominis eſt alimentum. Quemadmodum igitur par eſt, primùm ſi maximè incaleſcat, putredo ſenſim oboritur, deinde poſtquam illic alimenti putredini non ſatis ſuppetit, in corpus ſerpit, initio ab eo quod ſanũ eſt & propinquum ducto, quoad quod totum carnoſum eſt putredinem conceperit. Poſtquam autem in totum depaſtum eſt, putredinis alimentum conſumitur. Sic ſanè etiam in morbo, initio à loco ducto, poſtquam illic non ſatis ſuppetit alimenti, vlteriùs depaſcitur, ab eo quod vicinum eſt ſumpto exordio. Vbi enim ad totum peruenerit morbi alimentum conſumitur, nec aliud quod ſalubre eſt ſuperat, idq́; dum contingit, homo moritur. Quinetiam vbi hic in conturbatione ampliorem locum acceperit, neque firmatus fuerit, ſed volutatur, nõ ampliùs cum alio permiſcetur, ſed in morbum inſumitur, niſi repurgetur. Deinde venæ ſupra modũ implentur, valdeq́; implete nihil ante ex ſe dimittunt, quàm amplam capacitatẽ nactæ ſint. Non ſecus ac ſi quis vehementer percuſſus fuerit, ſanguis ad vulnus decurrit, venis nimirum per vulnus euacuatis. Vbi verò carnes tanquam ſpongia opplete fuerint, nõ ampliùs dimittunt, ſed in ſe retinent, quoad ex ipſis aliquid per locũ vacuetur. Cùm enim in vnũ collectus ſanguis fuerit, præ copia viá intercipit. Quemadmodũ ſi quis ampullá oleariam coriaceá anguſti oris, oleò plená rectà in os obuertat, idq́; cùm fecerit, ex ea oleũ prodire nõ poterit. Oleũ enim copioſum & confertim incidens, viá coarctauit. Quòd ſi quis ampullá oleariá paulùm incliner, tolletur oris obturatio, per quá ex ipſa oleum effluet. Idem etiam in aqua ſupra menſam effuſá experiri licet. Ad hunc ſanè modũ vbi plurimus corporis humor in cõturbatione locum occupauerit, & venas impleuerit, non ampliùs ab eis diſcedit, niſi ſi locus vacuus fuerit, vnde morbi oriuntur, morbi alimento conſumpto.

Atque iſta quidem à me dicta ſunt, vbi quid in corpore fuerit, vnde morbi oriuntur, aliis etiam redundantibus, & quomodo principia humori calorem & turbationem afferant, & ad morbum deducant. Nunc verò dicendum quænam in corpore efficere ſoleant, quæ à cœlo dependent, ſi incommoda fuerint, & cùm corporis humorem ſuperarint. Aſſero autem partem eius humoris qui eſt in homine, cùm colliquatus fuerit, in ſe concreſcere & incraſſari, donec morbum pariat, partem verò dilatari & diſparari. Quæ affectio cum lacte affinitatem habet. Si quis coagulum in lac iniecerit, frigiditas in eo oborta lac incraſſat & in ſe cogit, ſerum autem quod incraſſatum eſt ambit. Ad eum ſanè modum in homine humor refrigeratione in morbo ſuborta concreuit & incraſſatus eſt. At circum ipſum aquoſum humorem alius etiam humor eſt, qui quò copioſior in reliquo corpore fuerit, eò magis commiſcetur. Verùm ſi quidem ad aluum deferatur, ſtercus commouet, & in aluo tormina excitat, foraſq; exit nulla magna illata noxia. At ſi ad aluum non deferatur, ad eam corporis partem adhæreſcit, in qua plurimam capacitatem adeptus fuerit. Locum igitur amplum ſibi nactus, in eo volutatur, & quod quidē aquoſi humoris ex concretione ſecernitur, cùm nimirum in corpore frigidiſſimū & grauiſſimum exiſtat, ad inferiora deſcendit, & circum oſſa & neruos cumulatum, eò maiorem corpori inflammationē inducit, & circa neruos videlicet, præſertimq; circa oſſa aquoſus humor humorem faciens exiſtit. Oſſeæ enim præcipuè corporis partes in homine rigore corripiuntur, piliq; eriguntur, ſumma cute concreſcente & ſicciore quàm antea reddita, deficiente nimirum iſthic aquoſo humore & circum oſſa conuoluto. Hinc ſanè ſolus locus vbi antea erat, humorem facere nequit, vnde rigor oritur. Reliquus verò humor æquabiliter condenſatus, partim in toto corpore eſt, partim verò quo copioſior fuerit, ſi quidem contigerit vt aluus plena exiſtat, & quod moleſtū eſt paucum ſit, interdum ad aluum defertur, neq; magnam noxiam inducit. Et quandoque quidem febrem non infert, quandoq; verò debilem & innoxiam, quodq; dolorem facit vnà cum ſtercore foras prodit. Quòd ſi aluus plena copioſum habeat quod moleſtum eſt, periculum eſt ne ex eo morbus aliquis ſuboriatur, ſi quod noxium eſt aliquā in partem incumbat, vel ad latus, vel ad viſcus, aut aliā quampiam partē ſimul calefaciat, vti primum illum humorē conturbet. Quibus verò nō multum ad calorem acceſſit, id ab aquoſo humore ſuperatum eſt, cùm nimirum circa oſſa & prope medullam cōſiſtat. Procedente verò tempore, magis afficiuntur quæ prope ſunt, ac primùm quidem locus ipſe, deinde quod ipſi vicinum eſt, & ſanè vlteriùs depaſcitur, & aluus cùm calida exiſtat eum ſuſcipit, deinde tum aluus, tum noxius humor hunc magis calefacit. Craſſus autem humor vbi incaluit, primùm is diffunditur qui affligenti vicinus eſt, diffuſus verò affligēti aquoſo humori commiſcetur, deinde in corporis concretione magis vacuatur. Et quouſq; aquoſus humor reliquo humori permiſcetur, tamdiu rigor detinet. Quinetiam febris ad hunc modum oritur. Quæ enim moleſta ſunt, ad locum inhærentia, corpus incaleſcens in ſe febrem contrahere cogunt, & ab eo quod noxium eſt, & ab aluo calefactum, reliquum aquoſum humorem ſuperat. Atque ita quidem poſt frigus fit, ſi copioſus humor in aliquam corporis partē incubuerit. Quod ſi conuoluatur, hoc modo oritur.

Καὶ ταῦτα μὲν εἴρηταί μοι, ἐπὴν ᾖ ἐν τῷ σώματι τι, ἀφ' ὧν αἱ νοῦσοι γίνονται, πληθυόντων καὶ τῶν ἄλλων, καὶ ὅκως ἐργάζονται αἱ ἀρχαὶ τὴν θέρμην καὶ τὴν ταραχὴν τῷ ὑγρῷ καὶ ἀπάγουσαι ἐς νοῦσον. νῦν δὲ ἐρέω τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. ἢν ἀνεπιτήδεια γίνηται φύντα ἐν τῷ σώματι, ἵνα ἐργάζεται, καὶ ὁκόταν κρατέῃ ἐν τῷ σώματι τοῦ ὑγροῦ. φημὶ δὲ τὸ μέν τι ξυστρέφεσθαι καὶ παχύνεσθαι τῆς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἰκμάδος ἐπὴν τηχθῇ, ἕως νοῦσον ἀποτέκῃ, τὸ δέ τι διαρραίνεσθαι καὶ διακρίνεσθαι. ἔοικε δὲ τοῦτο τὸ πάθος γάλακτι. ἐπὴν γάρ τις ὀπὸν ἐμβάλῃ ἐς τὸ γάλα, ψῦξις γινομένη ἐπ' αὐτῷ τῷ γάλακτι, συνεπάχυνε τὸ γάλα καὶ ὁμοῦ ἐποίησε. περὶ δὲ τὸ παχυνθὲν, ὁ ὀῤῥὸς ἐστίν. οὕτω δὴ καὶ ἐπ' ἀνθρώπῳ τὸ ὑγρὸν τῆς ἐπὶ νούσῳ ψύξιος γινομένης, ξυνεστράφη καὶ ξυνεπαχύνθη. περὶ δὲ αὐτὸν τὸν ὕδρωπα ἐστὶ καὶ τὸ ἄλλο ὑγρὸν, ὁκόσῳ ἂν πλέον ᾖ ἐν τῷ ἄλλῳ σώματι ξυμμέμικται. ἀλλ' ἢν μὲν ἐς τὴν κοιλίην ἔλθῃ, διετάραξε τὴν κόπρον, καὶ στρόφον ἐν τῇ κοιλίῃ ἐποίησε, καὶ διεξῆλθεν ἔξω, οὐδὲν μέγα σίνος προσγενόμενον. ἢν δὲ μὴ ἐς τὴν κοιλίην ἔλθῃ, στηρίζει τοῦ σώματός πῃ, ἵνα οἱ εὐρυχωρίη πλείστη. εἰλέεται δὲ ἐν εὐρυχώρῳ ἑωυτοῦ εὐρυχωρίην. καὶ τὸ μὲν ὕδρωπος τὸ ἀποκριθὲν ἀπὸ τῆς συστροφῆς ἔρχεται, ἅτε ψυχρότατον καὶ βαρύτατον, ἐὸν ἐν τῷ σώματι, ἐς τὸ κάτω, καὶ περὶ τὰ ὀστέα καὶ περὶ τὰ νεῦρα εἰλούμενα ἐς μᾶλλον τὸ σῶμα ἐς φλεγμονὴν ἄγει. καὶ δηλονότι περὶ τὰ νεῦρα καὶ μάλιστα περὶ τὰ ὀστέα ὁ ὕδρωψ ὁ τὸν χυμὸν ποιέων ἐστί. τὰ γὰρ ὀστώδεα τοῦ σώματος μάλιστα ῥιγᾷ ὁ ἄνθρωπος, καὶ αἱ τρίχες ὀρθαὶ ἵστανται, ξυστραφείσης τῆς ἐπιδερμίδος, καὶ ξηροτέρης γινομένης ἢ ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ, ἅτε τοῦ ὕδρωπος ἐκλείποντος αὐτόθεν, καὶ περὶ τὰ ὀστέα εἰληθέντος. ἐντεῦθεν δὴ μοῦνον τὸ χωρίον ὅκου ἐστὶ τὸν πρότερον χρόνον, οὐ δύναται χυμὸν ποιέειν, ὅθεν καὶ τὸ ῥῖγος γίνεται. τὸ δὲ ἄλλο ὑγρὸν τὸ ἰσαίτατον παχυνθὲν, τὸ ἐν τῷ σώματι παντί ἐστι. τὸ δὲ ὅσῳ πλέον, ἢν μὲν δὴ τύχῃ ἡ κοιλίη πλέη ἐοῦσα, καὶ ὀλίγον ᾖ τὸ λυπέον, ἔρχεται ἔστιν ὅτε ἐς τὴν κοιλίην, καὶ σίνος οὐδὲν μέγα ἐποίησε. καὶ ποτὲ μὲν πῦρ οὐκ ἐπήγαγε, ποτὲ δὲ βληχρὸν καὶ ἀσινές. καὶ ἐξῆλθε τὸ πονέον ξὺν τῇ κόπρῳ. ἢν δὲ ἡ κοιλίη πλήρης ἐοῦσα πολλὸν ἔχῃ τὸ λυπέον, κίνδυνός ἐστιν ἐξ αὐτέου νοῦσον τινὰ γενέσθαι, ἢν πῃ στηρίξῃ τὸ σινεόμενον, ἢ πρὸς πλευρὸν, ἢ πρὸς σπλάγχνον, ἢ πῃ ἄλλῃ ξυνθερμήνῃ, ἵνα ξυνταράξῃ πρῶτον ἐκεῖνο. ὁκόσοισι δὲ οὐχὶ κάρτα πρὸς τὴν θέρμην ὑπὸ τοῦ ὕδρωπος νενικημένον, ἅτε περὶ τοῖσιν ὀστέοισιν ἐόντος, καὶ πλησίον τοῦ μυελοῦ. χρόνῳ δὲ μᾶλλον ὅσα εἴη, πρῶτον μὲν αὐτὸ τὸ χωρίον. ἔπειτα τὸ πλησίον αὐτοῦ, καὶ δὴ νέμεται ἐς τὸ προσωτέρω, καὶ ἡ κοιλίη τε προσλαμβάνει, θερμὴ ἐοῦσα. ἔπειτα ἐπὶ μᾶλλον θερμαίνει, ἥ τε κοιλίη καὶ τὸ σινεόμενον. τὸ δὲ ὑγρὸν τὸ παχὺ θερμαινόμενον, διαχέεται πρῶτον, τὸ πλησίον τοῦ πονέοντος ἐόν. διαχεόμενον δὲ, μίσγεται τῷ πονέοντι ὕδρωπι, εἶτα κενεώτερον ἐγένετο τοῦ σώματος ἐν τῇ ξυστροφῇ. καὶ μέχρις τούτου ῥῖγος ἔχει, μέχρις οὗ ὁ ὕδρωψ τῷ ἄλλῳ ὑγρῷ, καὶ τὸ πῦρ ὧδε γίνεσθαι γίνεται. τὰ γὰρ πονέοντα πρὸς τὸ χωρίον στηρίξαντα θερμαινόμενον τὸ σῶμα, ἀναγκάζει ἐς ἑωυτὸ πῦρ γίνεσθαι. καὶ ὑπὸ τοῦ σινεομένου καὶ ὑπὸ τῆς κοιλίης θερμανθὲν, ἐπικρατεῖ τοῦ ἄλλου ὕδρωπος καὶ οὕτω τὸ μὲν πῦρ μετὰ τὸν κρυμὸν, ἢν πῃ τοῦ σώματος στηρίξῃ τὸ ὑγρὸν τὸ πλέον. ἢν δὲ εἰλέηται, τρόπῳ τοιῷδε γίνεται.

μετὰ τὸ

μετὰ τὸ ῥῖγος ὁ πῦρ εἱλέεται μάλιστα πονεόμενον, περὶ τὴν κοιλίην καὶ τὴν ἄνω καὶ τὴν κάτω. ἔνθεν γὰρ ἡ εὐρυχωρίη πλείστη ἐστίν. εἱλεομένου δὲ αὐτοῦ, πρῶτον τὰ πλησίον θερμαίνεται, τά τε σπλάγχνα, καὶ τὰ ἐν τῇ κοιλίῃ ἐς τὴν θέρμην. ἔπειτα ἐπαναλίσκεται τῆς θέρμης. καὶ τὸ ἄλλο ὑγρὸν διαχεόμενον, μίσγεται τῷ ὑδρωπι. καὶ τὸ πῦρ μετὰ τὸ ῥῖγος ἐνθάδε γίνεται, [70] ἐπὴν μὴ εἱλέεται τὸ πονέον, ἀλλὰ στηρίξῃ πρός τι τοῦ σώματός που. Ταῦτα δέ μοι εἴρηται, [71] ὅκως τε τὸ ῥῖγος γίνεται τὸ νοσῶδες. καὶ ὁκότε, καὶ ὅκως, καὶ ὁκοίης ἐξ ἀνάγκης ὁ πυρετὸς μετὰ τοῦτο ἐπιγίνεται. καὶ αἵτινες αἱ ἀρχαὶ τῶν νούσων εἰσί. καὶ ἥντινα ἑκάστη αὐτέων νοῦσον ἐν τῷ σώματι ἐπάγει. καὶ ὅκως τι καὶ διότι ἐν τῇσι περισσῇσιν ἡμέρῃσιν αἱ νοῦσοι κρίνονται. καὶ ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνουσιν οἱ ἄνθρωποι. καὶ ἀπὸ τοῦ νοσέουσι. καὶ ἥ, τε χολὴ καὶ τὸ φλέγμα, πλέον καὶ ἔλασσον γίνεται καὶ τὰ ἄλλα ἐν αὐτῇ φύσει ἐόντα ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ, ἀπέδειξα πολλά, ὁκόσα καὶ ἀπαιτέειν ἔδει ὁ λόγος. καὶ ταῦτα μὲν εἰρημένα οὕτως τέλος ἔχει. Νῦν δὲ ἐρέω περὶ ἑλμίνθων τῶν πλατειῶν. γίνεσθαι γάρ φημι ἐν τῷ παιδίῳ, ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐόντι. οὐ γάρ ἐστιν ἐπὴν ἅπαξ ἐκ τῶν μητρέων ἐξέλθῃ χρόνος τῇ κόπρῳ ἐν τῇ κοιλίῃ τοσοῦτος, ὥστε σαπείσης καὶ χρονισάσης, ζῶον τηλικοῦτον ἐν αὐτῇ, ὅ τι τοσοῦτον μέγεθος γίνεται. ἀποπατέει γὰρ αἰεὶ τὴν ἕωλον κόπρον ἀνὰ πάσας ἡμέρας, ἢν μέλλῃ ὑγιαίνειν ὁ ἄνθρωπος. γένοιτο δ' ἂν τοιοῦτο ζῶον, οὐδ' ἢν πολλῶν ἡμερέων [72] μὴ ἀποπατήσῃ ἄνθρωπος. πολλὰ γὰρ γίνεται, ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐόντι τῷ παιδίῳ, τρόπῳ τοιῷδε. ἐπὴν γένηται πύος καυσῶδες ἀπὸ τοῦ γάλακτος καὶ τοῦ αἵματος συσσηπομένου καὶ πλεονάζοντος, ἅτε γλυκέος ἐόντος, ζῶον ἀπογίνεται αὐτόθι. γίνονται δὲ καὶ στρογγύλαι ἕλμινθες αὐτοῦ, τρόπῳ τῷ αὐτῷ. σημεῖον δὲ ὅτι τοῦθ' οὕτως ἔχει, ἐπὴν τὰ παιδία γένηται, ψωμίζουσιν αὐτὰ αἱ γυναῖκες τὰ αὐτὰ φάρμακα, ὥστε ἡ κόπρος ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ ἐντέρου, καὶ μὴ ξυγκαυθῇ, καὶ ἅμα τὸ ἔντερον εὐρυνθῇ, ἐπὴν ψωμίσωσι πολλὰ δὲ τῶν παιδίων, καὶ στρογγύλας καὶ πλατείας ἕλμινθας ἀπεπάτησαν ἅμα τῇ κόπρῳ τῇ πρώτῃ. ἢν δὲ μὴ ἀποπατήσῃ, γίνονται καὶ ἐν τῇσι γαστράσι. καὶ αἱ μὲν στρογγύλαι, τίκτουσιν, αἱ δὲ πλατεῖαι οὐκ ἔτι, καί τοι φασὶ τίκτειν αὐτάς. ἀποπατέει γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἔχων τὴν ἕλμινθα τὴν πλατεῖαν, ὁκοῖον σικύου σπέρμα, ἐνιότε καὶ ἐνιότε σὺν τῇ κόπρῳ. καὶ τοῦτο εἰσὶν οἳ φασὶν ὄντες τῶν ἀνθρώπων, τῆς ἕλμινθος τέκνα εἶναι. ἐμοὶ δὲ δοκέουσι λέγειν οὐκ ὀρθῶς, οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες. οὔτε γὰρ ἀφ' ἑνὸς ζώου γένοιτ' ἂν τοσαῦτα νεόσσια, οὔτ' εὐρυχωρίη ἐστὶν ἐν τῷ ἐντέρῳ, ὡς ἐκτρέφειν τέκνα. [73] τοῦ δὲ παιδίου αὐξανομένου, αὔξεται ἐν τῷ ἐντέρῳ καὶ ἕλμινς, ἀπὸ τῶν ἐς τὴν κοιλίην ἐσιόντων. καὶ γίνεται ἴση τῷ ἐντέρῳ, τοῖσι μὲν ἅμα τῇ ἥβῃ, τοῖσι δὲ ὕστερον, τοῖσι δὲ πρόσθεν ὀλίγῳ. καὶ ἐπὴν ἰσωθῇ τῷ ἐντέρῳ, ὁμοίως ἐπαύξεται. καὶ ὁκόταν μείζων γένηται, ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ ἀρχοῦ σὺν τῷ ἀποπάτῳ. καὶ ἐκπίπτει οἷον σικύου σπέρμα. πολλάκις δὲ καὶ μέζω. ἔστι δὲ οἷσιν ὁδοιπορέουσιν ἢ ταλαιπωρέουσι, καὶ τῆς κοιλίης θερμαινομένης, [74] ἔρχεται ἐς τὸ κάτω καὶ ἐξίσχει ἐκ τοῦ ἀρχοῦ αὐτοῖσι [75] τὸ πεφυσημένον. τοῦτό τε ποιέει, καὶ ἀποτέμνεται ἀπὸ τοῦ ἀρχοῦ, ἢ ὀπίσω ἔρχεται. σημεῖα δέ ἐστιν ὅτι οὐ τίκτει, ἀλλ' οὕτως ἔχει ὡς ἐγὼ λέγω. ἐπὴν ἰῆται τὸν ἄνθρωπον τὴν ἕλμινθα, καὶ φάρμακον διδοῖ ἢ ποτὸν

Poſt frigus febris conuoluitur circa aluum tum ſuperiorem, tum inferiorem maximè affligens. Ibi enim maximè ampla eſt capacitas. Cùm autem voluitur, primùm incaleſcunt quæ propinqua ſunt, tum viſcera, tum quæ in ventre calida ſunt. Deinde etiam reliquus humor calorem haurit, & diffuſus aquoſo humori admiſcetur, febriſque poſt rigorem hoc loco oritur, cùm quod moleſtum eſt minimè cõuoluitur, ſed ad aliquam corporis partem adhæſerit. Atque iſta à me dicta ſunt quomodo & quando morboſus rigor fiat, & quanam ratione, quódq; poſt hunc febrem incidere neceſſe ſit, & quænam ſint morborum principia, quemq; morbum eorum vnumquodque corpori adferat, quaq; ratione & quam ob cauſam morbi diebus imparibus iudicantur, & ex quo homines ſani ſint, & ex quo ægrotent, tum etiam bilis, tum pituita copioſior & paucior fiat. Multa quoque alia quæ in ipſo & natura humana inſunt, quæq; hæc exigebat oratio demonſtraui. Et hæc quidem hoc modo commemorata ad exitum perducta ſunt. At nunc de lumbricis latis dicendum. Eos enim in puero, dum adhuc in vtero eſt gigni aſſero. Neque enim vbi ſemel vterum egreſſus eſt, tanto tempore ſtercus in aluo manet, vt ex eo putrefacto & diutiùs permanente, tantæ magnitudinis animal in ea concreſcere poſſit. Qui enim ſanus futurus eſt, heſternum ſtercus ſemper quotidie per aluum demittit. Tale autem animal, neq; ſi per multos dies ventrem non exoneret, gigni non poſſit. Multa enim puero in vtero exiſtenti, ad hunc modum gignuntur. Vbi ex lacte & ſanguine computreſcente ac redundante, quòd nimirum dulce exiſtat, pus æſtuoſum factum fuerit, illic animal generatur. Teretes verò lumbrici iſthic eodem modo naſcuntur. Eamq; rem ita ſe habere hoc eſt indicio. Vbi pueri in lucem ſunt editi, iis mulieres hæc medicamenta cibo in os indito offerunt, vt ſtercus ex inteſtino exeat, & minimè aduratur, ſimulq; vt inteſtinũ dilatetur. Quo cibo in os indito, multi ſanè pueri, tũ rotundos, tum latos lumbricos, vnà cum primo ſtercore per aluum demiſerunt. Quòd ſi non egeſſerint, etiam in ventribus gignuntur. Et teretes quidem pariunt, lati verò nõ ampliùs, etſi eos parere dicunt. Qui enim latũ lumbricũ habet, is qualequid cucumeris ſemen ſubinde cum ſtercore per aluum egerit, idq; lumbrici partum eſſe quidã affirmant. Mihi verò iſti haud rectè ſentire videntur. Neq; enim ab vno animali tot pulli naſci poſſint, neq; tanta eſt in inteſtino capacitas, vt partus educare queat. Increſcente autem puero, lumbricus etiam ex his quæ in ventriculum ingeſta ſunt, in inteſtino increſcit, & his quidem cum pubertate, quibuſdã etiã poſteriùs, aliis verò paulò antè, inteſtino æqualis euadit. Et vbi inteſtino adæquatus fuerit, ſimiliter cũ eo increſcit, & quo maior extiterit, per rectũ inteſtinum, vnà cum ſtercore excernitur, & velut cucumeris ſemen excidit, plærunque etiam maior. Nonnullis verò iter facientibus, aut vehementer laborantibus, & ventre incaleſcente deorſum prodit, ipſiſque ex recto inteſtino quid inflatum prominet, idque facit, & ex ano reſecatur, aut retrocedit. Quòd verò non pariat, reſque velut dico ſe habeat, hoc eſt indicio, quòd ſi quis hominem lumbrico laborantem curet, & medicamentũ aut potionem exhibeat,

ſiquidem homo probè præparatus fuerit, totus rotundus in pilæ formam prodit, & homo conualeſcit. Si verò ex medicamento excidat, rectus lumbricus duorum aut trium cubitorum longitudine abrumpitur, aut etiam longè maior. Quo abrupto multo tempore cum ſtercore ſigna nulla ſe produnt, poſtea verò increſcunt. Atq; hæc argumento ſunt lumbricum non parere, ſed circumcirca abrumpi. Eſt autem eius ſpecies velut album inteſtini ramentum. Hæc verò habet indicia, ex aluo ſubinde quale cucumeris ſemen egerit, & vbi quis ieiunus fuerit, aliàs atq; aliàs ad hepar impetu fertur, & dolorem excitat. Interdū autem vbi ad hepar irrumpit, ſputa ad os affluunt, interdum verò minimè. Nonnullis quoq; vbi ad hepar vehementer proruperit, vocis defectionem immittit, & ex ore ſputa admodum multa effluunt, quæ paulò poſt ſiſtuntur, ſubindeq; tormina multa in ventre excitantur. Quandoq; etiam ad dorſum dolor fertur, illuc enim etiam incumbit. Interdum verò iſta lumbrici lati ſigna ſunt. Hoc verò etiam contingit. Ei qui hoc animalculum habet, toto quidem tempore nihil horrendum accidit, cùm verò debilis extiterit, ægrè reficitur. Lumbricus enim eorum quæ in ventriculū ingeruntur partem aliquam aſſumit. Si igitur vt conuenit curatus fuerit, conualeſcit, ſi verò non curetur, ſua ſponte foras non prodit, mortem autem non infert, ſed ad ſenectutem vſq; comitatur. Atq; iſta quidem à me de lumbrico lato dicta ſunt, & de illius ortu, quæq; iſtius morbi ſigna ſint. At verò calculi morbo principium ex lacte oboritur, vbi puer lac impurū ex mamma ſugit. Lac autem nutricis impurū redditur, vbi pituitoſis alimentis, tum cibis, tum potibus impuris ea vſa fuerit. Quę enim in ventriculū immittuntur omnia lacti conferunt. Habet autem ſe res ad hunc modum. Si nutrix minimè ſana fuerit, ſed bile, aquoſo humore, ſanguine aut pituita abundarit, lac quoq; puero prauum redditur. Cōfert enim corpus & ventriculus, plurimum verò ei ad lac confert, quod ipſum plurimum in ſe habuerit. Puerq; ſi de nutrice lac ſugat minimè purum, ſed (velut dixi) bilioſum, morboſus & debilis euadit, & quoad lac prauum & morboſum ſugit, in pręſentia maximè affligitur. Atq; vbi lac minimè purum, ſed terrenum ac pituitoſum ſuxerit, venaſque à ventriculo ad veſicam pertinentes amplas & attrahentes puer habuerit, potus autem & lac ex nutrice in pueri ventriculum cōcedit, quale ex ventriculo de lacte trahit, in totum ei ſimile quod venæ in ventriculum detrudere potuerint. Et ſi quid in lacte non purum fuerit, id quo fruitur in veſica, lapis fit eo modo, quo in aqua minimè pura, in calice vel vaſe æneo agitata & depoſita confertim in medio ſedimentum conſiſtit. Ad eundem modum in veſica contingit, cùm vrina impura exiſtit, neq; emittitur, nimirum cùm cauo cōtineatur, & maximè coaceruata, præ dolore per mictionem non redditur, & à pituita cruda concreſcit. Pituita enim ſedimento permixta glutinum euadit. Ac primùm parua lanugo accreſcit, deinde quod accedit arenoſum, adiungitur, cum pituita quæ de lacte in veſica remanet, pro glutine ſit, & increſcit. & quicquid quidem humoris in conglutinatione acceſſerit, per vrinam redditur.

ἢν μὲν τύχῃ ὁ ἄνθρωπος καλῶς παρεσκευασμένος, ἐξέρχεται ὅλη στρογγύλη γινομένη ὥσπερ σφαῖρα, καὶ ὑγιὴς γίνεται ὁ ἄνθρωπος. [76] ἢν δὲ ἐς τὸ φαρμακεῖον ἔρχηται, καὶ θύραζε ἀπορρήγνυται ἀπὸ τῆς ἕλμινθος, ὁκόσον δύο ἢ τρεῖς πήχεας, ἢ καὶ πλέον πολλῷ. καὶ ἐπὴν ἀπορραγῇ, χρόνῳ πολλῷ οὐ γίνεται σὺν τῷ ἀποπάτῳ τὰ σημεῖα. ὕστερον δὲ αὔξεται. τοῦτο δὲ ἱστόριά ἐστιν, ὅτι οὐ τίκτει ἕλμινς, ἀλλὰ περιρρήγνυται. ἔστι δὲ τὸ εἶδος αὐτῆς, οἷόν περ ἐντέρου ξύσμα λευκόν. σημεῖα δὲ ἴσχει, ἀποπατεῖ τι ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, οἷον σικύου σπέρμα. καὶ ἐπὴν νῆστις ὁ ἄνθρωπος ᾖ, ἀΐσσει πρὸς τὸ ἧπαρ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, καὶ πόνον παρέχει. καὶ ἔστι μὲν ὅτε σίαλα ἐπιρρέει τῷ στόματι, ἐπὴν ἀΐξῃ πρὸς τὸ ἧπαρ. ὅτε δὲ, οὐχί. [77] ἔστι δὲ καὶ οἷσιν ἀναυδίην ἐμβάλλει ἐπὴν ἰσχυρῶς προσάσσῃ πρὸς τὸ ἧπαρ. καὶ σίαλά τε πολλὰ ῥέει ἐκ τοῦ στόματος κάρτα. [78] ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἀΐσσεται, καὶ στρόφος ἐγγίνεται πολλὸς ἐν τῇ κοιλίῃ, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἐς τὸ μετάφρενον ὀδύνη ἐμπίπτει. στηρίζει γὰρ καὶ ἐνθάδε. ἔστι δὲ ὅτε ταῦτα σημεῖά ἐστιν ἕλμινθος πλατείης. γίνεται δὲ καὶ τόδε. ὃς ἔχει τοῦτο τὸ θηρίον, [79] ἐν μὲν τῷ ξύμπαντι χρόνῳ τείνοντι κάρτα, οὐκ ἂν γνοίη, ἐπειδὰν δὲ ἀσθενήσῃ, μόλις ἀναφέρεται. καὶ γὰρ ἡ ἕλμινς μετέχει τι μόριον τῶν εἰσιόντων ἐς τὴν κοιλίην. [80] ἢν μὲν οὖν μελεθῇ κατὰ τρόπον, ὑγιαίνεται. ἢν δὲ μὴ μελεθῇ, αὐτομάτη οὐκ ἐξέρχεται. θάνατον μέντοι οὐκ ἐπάγει, ἀλλὰ ξυγκαταγηράσκει. ταῦτα δέ μοι εἴρηται περὶ ἕλμινθος πλατείης, ὅθεν γίνεται καὶ τὰ σημεῖα τοῦ νοσήματος αὐτῆς. Περὶ δὲ λιθιάδος, ἀρχὴ μὲν ἐγγίνεται ἀπὸ τοῦ γάλακτος τῇ νούσῳ, ἐπὴν τὸ παιδίον θηλάζῃ γάλα μὴ καθαρόν. [81] τὸ δὲ γάλα γίνεται ἐν τῇ τροφῷ οὐ καθαρὸν, ἐπὴν φλεγματώδεσι τροφῇσι καὶ σιτίοισι, καὶ ποτοῖσι χρῆται μὴ καθαροῖσιν ἡ τροφός, ξυμβάλλεται γὰρ πάντα ἐς τὴν κοιλίην πίπτοντα ἐπ᾽ αὐτοῦ, ἐς τὸ γάλα. ἔχει δὲ καὶ τόδε, οὕτως. ἢν ἡ τροφὸς μὴ ὑγιηρὴ ἔῃ, ἀλλὰ χολώδης, ἢ ὑδρωπώδης, ἢ αἱματώδης, ἢ φλεγματώδης, καὶ γάλα γίνεται πονηρὸν τῷ παιδίῳ. συμβάλλεται γὰρ τὸ σῶμα καὶ ἡ κοιλίη. [82] πλεῖστον δὲ ἄγει αὐτῷ ἐς τὸ γάλα, ὅ, τι ἂν αὐτὸ πλεῖστον ἔχῃ ἐν ἑωυτῷ. καὶ τὸ παιδίον ἢν θηλάζῃ ἀπὸ τῆς τροφοῦ γάλα μὴ καθαρὸν ἀλλὰ χολῶδες, ὡς ἔλεξα, ἐπίνοσόν τε γίνεται καὶ ἀσθενὲς, καὶ τὸ παρὸν μάλιστα λυπεῖ, μέχρις ἂν θηλάζῃ γάλα πονηρὸν καὶ ἐπίνοσον. καὶ ἐπὴν θηλάζῃ γάλα μὴ καθαρὸν, ἀλλὰ γεῶδες καὶ φλεγματῶδες, καὶ ἔχῃ τὸ παιδίον τὰς φλέβας τὰς ἀπὸ τῆς κοιλίης ἐς τὴν κύστιν τεινούσας, εὐρείας καὶ ὁλκούς, χωρέει δὲ καὶ τὸ ποτὸν καὶ τὸ γάλα ὑπὸ τῆς τροφοῦ ἐς τὴν κοιλίην τοῦ παιδίου, [83] ὁκοῖον ἕλκει ἀπὸ τῆς κοιλίης ἀπὸ τοῦ γάλακτος, τὸ πλῆθος ὁμοίως, ὅ, τι ἂν αἱ φλέβες διωθέειν δυνέωνται ἐς τὴν κοιλίην. καὶ ἢν τι ἐπὶ τῷ γάλακτι μὴ καθαρὸν ᾖ, τὸ ἐπαυρισκόμενον ἐν τῇ κύστει, γίνεται λίθος, τρόπῳ τοιῷδε. ὥσπερ ἐφ᾽ ὕδατι μὴ καθαρῷ ταραχθέντι ἐν κύλικι, ἢ ἐν χαλκίῳ καὶ καταστάντι ὑπόσταθμη ἁλὴς γίνεται ἐν τῷ μέσῳ. [84] οὕτω καὶ ἐν τῇ κύστει ἀπὸ τοῦ οὔρου, μὴ καθαροῦ ἐόντος. καὶ οὐκ ἐξουρέεται, ἅτε ἐν τῷ κοίλῳ ἐόντος, καὶ μάλιστα ἁλὴς γινομένη ὑπὸ ὀδύνης, οὐ διέρχεται διὰ τῆς οὐρήσιος, πήγνυταί τε ὑπὸ τοῦ φλέγματος ὠμοῦ ἐόντος. κόλλα γὰρ γίνεται τῇ ὑποστάθμῃ τὸ φλέγμα μεμιγμένον. καὶ τὸ πρῶτον μικρὴ ἀρχὴ ἐπιγίνεται. ἔπειτα τὸ ἐπιὸν, ψαμμῶδες προσγίνεται, κόλλης γινομένης τοῦ φλέγματος τοῦ ἐν τῇ κύστει ἐνεόντος ἀπὸ τοῦ γάλακτος, καὶ αὔξεται. καὶ ὅ, τι μὲν ἂν ὑγρὸν ἐν τῇ κολλήσει ἐπιγίνηται, ἐξουρέεται.

αὖθις δὲ ἡ ὑπόστασις μὲν στερεοῦται ἢ λιθώδης γίνεται, ὥσπερ σίδηρος ἐκ τῶν λίθων καὶ τῆς γῆς συγκαιομένης γίνεται. καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ ἐς τὸ πῦρ ἐμβολῇ, κεκόλληνται τῇ σκωρίῃ λίθοι, καὶ ἡ γῆ πρὸς ἀλλήλας. ἔπειτα δὲ ὅταν τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον ἐς τὸ πῦρ ἐμβληθῇ, ἡ μὲν σκωρίη τῶν ἔξω ἔρχεται, τηκομένη ἐκ τοῦ σιδήρου, καὶ ὁρᾶται τῷ γινομένῳ. ὁ δὲ σίδηρος λιμπάνεται ἐν τῷ πυρὶ καὶ συμπίπτει προσδιδούσης τῆς σκωρίης, καὶ γίνεται στερεός τε καὶ πυκνός. οὕτω δὴ καὶ ἡ ὑπόστασις ἐν τῇ κύστει, κόλλης γινομένης τοῦ φλέγματος, ἐξουρέεται τηκόμενον ὑπὸ τοῦ οὔρου αὐτῇ, συμπίπτει καὶ πυκνὴ γίνεται, καὶ στερεοῦται ὥσπερ σίδηρος. ἐπὴν δὲ συμπέσῃ καὶ στερεωθῇ, κλονέεται ἐν τῇ κύστει ἄνω καὶ κάτω. καὶ πόνον παρέχει κατακρούουσα τὴν κύστιν. καὶ ἀποφέρει τι ἀπ' αὐτῆς ἐπὴν ἰσχυρῶς κόπτῃ καὶ ἑλκοῖ. ὃ δὲ ἐπιφερόμενον ἔτι μᾶλλον τοῦ ἀπιόντος ψαμμώδει, σύμπηξιν ἐργάζεται ὁ λίθος. καὶ γίνεται τρόπῳ τοιῷδε ἀπὸ τοῦ γάλακτος ἐς τὴν κύστιν. ἔστι δ' ὅτε γίνεται, ἢν τὸ παιδίον ἐὸν ἔτι ἢ ἀγωνίη τις ἀπὸ τούτου ἐπιγένηται. διότι γὰρ καὶ διότι ἐπὴν οὐρήσῃ ταχέως ἐπιλαμβάνεται τοῦ οὐρήθρου. ἢν δὲ τοῦ παιδίου ἤδη αὐξανομένου λίθος γένηται ἀπὸ γεωφαγίης, ὁ πόνος οὐ πρότερόν ἐστι τῶν περὶ ἢ σιτία αὐτὸς ἑωυτῷ αἱρῆται. καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτόν μοι εἴρηται. Σημεῖα δὲ ἡ νοῦσος ἔχει πέντε. ἐπὴν τε οὐρῆσαι θέλῃ, πονέεται καὶ τὸ οὖρον κατ' ὀλίγον ῥέει ὥσπερ στραγγουριῶσι. καὶ ἔστιν ὕφαιμον οἷα τῆς κύστιος ἡλκωμένης ὑπὸ τοῦ λίθου. καὶ ἡ κύστις φλεγμαίνει. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀφανέα. σημεῖον δὲ, ἀκροποσθίη. ἔστιν ὅτε διουρέεται ψαμμώδεα. ὑπὸ τοιούτων δὲ, οἷον ἐγὼ ἐρέω. διουρέεται δ' ἔστιν ὅτε, λίθοι δύο ἢ καὶ πλείονες. ἕτεροι δὲ σμικροί, τρόπῳ τῷ αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τὴν μίαν εἴρηκα. γίνεται δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ τοιούτου. ἐπὴν ὁ λίθος συμπαγῇ καὶ βαθὺς γένηται ἐς τὴν κύστιν τῇ ψάμμῳ τῇ διαιρεομένῃ χωρίς. ἐλθούσης δὲ τῆς ψάμμου, ὁ λίθος μὴ προσλάβῃ πρὸς ἑωυτὸν, ἀλλὰ βαρυτέρη καὶ πλείων γένηται, ὥστε μὴ πήγνυσθαι αὐτὴν πρὸς ἑωυτὴν, καὶ οὕτως δύο λίθοι γίνονται. γίνονται δὲ καὶ πλείονες, τρόπῳ τῷ αὐτῷ. καὶ ξυγκρουομένων πρὸς ἀλλήλους τῇ κλονήσει περιθραύεται, καὶ διουρέεται τὸ ψαμμῶδες. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐπὴν κατέλθῃ ψάμμος πρὸς τὴν κύστιν καὶ μὴ προσπαγῇ. λέγουσι δέ τινες ὅτι τὸ πινόμενον, ἐς τὸν πλεύμονα ἔρχεται, ἐκ δὲ τούτου ἐς τὸ ἄλλο σῶμα. οὗτοι δὲ τῶν λεγόντων, διαφθέγγονται τούτῳ ᾧ μέλλω ἐρέειν. ὅτι ὁ πλεύμων κοῖλός ἐστι, καὶ πρὸς αὐτῷ ἐστι σύριγξ. ὁ δὲ πλεύμων εἰ μὴ κοῖλος ἦν, καὶ ἡ σύριγξ προσῆν, οὐκ ἂν ἐφώνει τὰ ζῶα. φθέγγονται γὰρ ἀπὸ τοῦ πλεύμονος ὅτι κοῖλός ἐστι, καὶ ἡ σύριγξ πρόσεστι. διαρθροῖ δὲ τὸν φθόγγον, τὰ χείλεα καὶ ἡ γλῶσσα. κάλλιον δέ μοι περὶ τούτου δεδήλωται, ἐν τῇ περιπλευμονίῃ. τοῖσιν οὖν δοκέουσιν ἀνθρώποισι τὸ ποτὸν ἐς τὸν πλεύμονα φέρεσθαι ἐναντιώσομαι. ἔχει δὲ οὕτως, χωρέει τὸ ποτὸν ἐς τὴν κοιλίην, ἀπὸ δὲ τῆς κοιλίης ἐς τὸ ἄλλο σῶμα ἀπαντλεῖται. νοῆσαι δὲ χρὴ, ὁκόσα μέλλω ἐρέειν. λέγω δὲ ἰστέα, ὅτι τὸ ποτὸν οὐ χωρέει ἐς τὸν πλεύμονα, ἀλλὰ ἐς τὴν κοιλίην, τάδε. εἰ γὰρ τὸ ποτὸν χωρέει ἐς τὸν πλεύμονα, ὅταν ὁ πλεύμων πλησθῇ, οὐκ ἂν ῥηιδίως τῶν ἀνθρώπων ἀναπνεῖν, οὐδὲ φθέγγεσθαι δύνασθαι. οὐ γὰρ ἂν εἴη τὸ ἀντηχέον τῷ πλεύμονι πλήρει ἐόντι. καὶ ἓν μὲν τοῦτο ἰστέον ἐστίν. ἔπειτα εἰ ἐχώρεε τὸ ποτὸν ἐς τὸν πλεύμονα, τὰ σιτία ἂν ἡμῖν ξηρὰ ἐόντα, οὐκ ἂν ὁμοίως ἐπέσσετο. δύο δὲ ἰστέα ταῦτα ἐστί.

Rurſus autem ſedimentum ſolidum aut lapidoſum efficitur, non ſecus ac ferrum ex lapidibus & terra ſimul aduſta fit. Ac prima quidem in ignē iniectione, ad ferri recrementū lapides & terra inter ſe agglutinantur. Sed vbi ſecundo ac tertio in ignē cōiecta fuerint, recrementum quidem liquatum ex ferro foras prodit, idque fieri oculis cernitur, ferrum autem in igne remanet, & cedente recremento ſubſidet ſolidumque ac denſum redditur, Sic ſanè ſe habet ſedimentum in veſica. Dum pituitæ glutinum accedit, id quod ab vrina liquefactū eſt cū ea excernitur. Ipſum verò ſedimentum ſubſidet, condenſatur, ac ſoleſcit velut ferrum. Vbi autem ſubſederit ac ſolidum redditum fuerit, ſurſum ac deorſum in veſica agitatur, veſicamque tundens dolorem exhibet, cumquē vehementer tundat ac vlceret, ab ea aliquid aufert, quod verò abiicitur adhuc maiorē ei quod abſceſſit arenoſo concretionem efficit, & ad hunc modū calculus in veſica ex lacte gignitur. Interdum verò oritur, ſi cùm adhuc puer exiſtit, ex eo anxietas quędam contingat. Subinde enim vbi vrinam reddiderit, celeriter vrinæ fiſtulam occupat. Quod ſi iam adulto puero calculus gignatur ex terræ eſu, non ante ei dolor adeſt, quam ipſe ſibi cibum deligat. Et de his quidem hactenus. Hic autem morbus quinque habet ſigna. Cum vrinam reddere vult, dolore afficitur, & vrina paulatim velut vrinæ ſtillicidio laborantibus effluit, interdumq; ſubcruenta eſt, vtpote veſicā à calculo exulcerata, & veſica inflammatione vexatur. Verùm id nō apparet, indicio tamen eſt ſumma preputij pars. Interdum ex his quæ dicam arenoſa per vrinam reddit, interdū verò duos aut plures calculos. Alij autē parui gignūtur eo quod de vno dixi modo. Fiunt etiā ad hunc modū. Cùm concretus fuerit calculus, & altè in veſica ſubſederit arenaque ſeparatā fuerit, & accedentem arenā calculus ad ſe non adiūxerit, ſed grauior & copioſior ſit reddita, ita vt inter ſe cōcreſcere nequeat, hoc etiā modo duo calculi gignuntur, fiunt verò eodem modo plures, quibus inter ſe colliſis in agitatione arenoſum comminuitur, & per vrinā excernitur. Interdum verò etiā vbi arena ad veſicam deſcenderit, neq; in ſeſe coierit. At verò dicunt nonnulli id quod bibitur in pulmonem deferri, ex eoq; in reliquum corpus. Hi autem ex eo quod dicturus ſum coarguuntur, quòd pulmo cauus exiſtit, eiq; annexa eſt fiſtula. Quòd ſi pulmo cauus non eſſet, neq; ei adnaſceretur fiſtula animalia nullā vocem emitterent. Vocem enim ex pulmone edim[9], quòd cauus ſit, prætereaque eius fiſtula. Vocem autem labra & lingua articulatam reddunt. De hoc autem à me exactiùs dictum eſt in pulmonis inflammatione. His igitur qui potum ad pulmonē ferri exiſtimant, quæ hoc ſe habent modo opponam. Potus in ventriculū concedit, à ventriculo verò in reliquum corpus exhauritur. Ad hæc verò argumenta animum attendere oportet, quæ proferam, cur potus in ventriculum, non in pulmonem concedat. Si enim potus ad pulmonem ferretur, vbi pulmo oppletus eſſet, non facilè quis ſpiritum trahere, neq; loqui poſſet. Neque enim pulmone pleno eſſet quod reſonaret. Et hoc quidem vnum eſt argumentum. Deinde ſi potus ad pulmonem procederet, cibi in nobis ſicci non ſimiliter coquerentur. Iſtaque duo ſunt argumenta:

Quin & medicamenta ventrē ſubducentia vbi potu ſumſerimus, extra ventriculum ferentur. Habeat autē ſe res hoc modo. Quæ medicamēta ſurſum aut deorſum, aut vtroq; modo purgant, hæc efficiunt. Omnia valdè vrunt, & ex his quidem valentia ſi fortè mollē aliquam corporis partem contigerint, eam vlcerant. Leuiora verò turbationem in corpore excitāt, quodcunque vel leuiter attigerint. Quòd ſi aliquod ex his medicamentis ad pulmonem veniat, magnū aliquod malum mihi excitare poſſe videtur. Pituita enim ex capite veniens, cum paruo admodum tempore exulcerat, cùm tenerum quiddam & rarum ſit pulmo, & ſi exulceratus fuerit, aliquis ſanè multis de cauſis non bene habet. Ventriculus autem à medicamentis non exulceratur, cùm robuſtum quiddam ſit, velut coriū ſcilicet. Et in Libya plæriq; ex incolis, pecorū pellib. pro veſtibus, & ventribus pro ſacculis vtuntur. Ventriculus enim robuſtum quiddam eſt. Præterea vbi homines vinum nigrum ingeſſerint, nigra per aluū egerunt. Hæc quidem omnia argumenta ſunt. Ac vbi allia aut aliud grauis odoris edulium comederimus, vrinam cibi odorem referentem excernimus. Et hæc quidem argumenta, tum ea quæ dicturus ſum ſpectanda ſunt. Si quis cyceonem biberit, aut farinam coctam, aut aliud quid huiuſmodi ſorbitione acceperit, idq; ad pulmonem perueniat, hunc ne minimum quidē temporis victurum ſperamus. Vbi enim paulū quid pituitæ ad pulmonem aut eius fiſtulam venerit, multa & valida tuſſis conuulſioq; oboritur. Si igitur vtiq; vixerit qui cyceonem biberit, aut farinam coctā ſorbitione ſumſerit, vbi concocta ſorbitio fuerit, copioſum & vehementem calorem multumque dolorem in corpore excitari cenſeo, vt proinde minimè conueniens ventris egeſtio conſequatur, ſi ad pulmonem veniat. Iſtaq; ſeptem ſunt argumenta. Præterea quā ratione lac pueros enutriret, ſiquidem ad pulmonem concederet? Quod eſt aliud à me adductum argumentum. Ac ne iſta quidem argumenta ad orationem noſtram probandam adduxiſſem, niſi adeò multi potum ad pulmonem concedere exiſtimarēt. Ac neceſſe eſt eum qui velit auditorē à priſtina ſententia deducere, ſuiſq; verbis fidem facere, ad ea quę firmiter in opinione inhærent, multa argumenta adferre. Atque ob eam cauſam potus non ad pulmonem, ſed ventriculum fertur, quòd ei propè adiuncta eſt hominis gula, quæ ſemper hiat, & ad quam rēdit, ſimulque pulmonis fiſtulæ tanquam hederæ folium ita incumbit, vt ſi ad eum feratur, in deuorando minimè in ſe demittat. Atq; de his hactenus. In ventriculum autem etiam potus fertur, quo cum expletus fuerit, ab eo lien recipit, & ad venas & omentū trāſmittit, & ad decliue deorſum, ad ſcrotū, ad crura, & ad pedes demittit. Cumque morbus ſuperuenerit, multæ aquæ acceſſio fit ex ventriculo, vbi quis biberit, & ſemper ad lienem fertur. In hoc autem morbo contingit, vt nō alia de cauſa in ventriculo febris excitetur, quàm cùm quis ſitierit, veſica verò & ventriculus non rectè tranſmittant, neq; conueniente victus ratione homo vtatur. Lien verò aliquantum ægrotans, potum ex ventriculo trahit, morbus autem ſuboritur, & ſcrotum pellucidum euadit & iugulum, ceruix & pectus extenuatur, cùm ex hoc morbo colliqueſcat, & humor in ventriculum defluat, inferiora; aquæ plena ſunt, ventriculus cibum refugit,

καὶ τὰ φάρμακα δὲ τὰ ὑπήλατα ἐπὴν πίωμεν, χωρέει τῆς κοιλίης ἔξω. ἔχει δὲ καὶ τόδε οὕτως. ὁκόσα φάρμακα καθαρτικά ἐστιν ἢ ἄνω ἢ κάτω, ἢ καὶ ἀμφότερα, ταῦτα ποιεῖ. πάντα καίει κάρτα. καὶ τὰ μὲν ἰσχυρὰ αὐτῶν ἢν τύχῃ ἅψασθαί τινος ἁπαλοῦ τοῦ σώματος, ἑλκοῖ. τὰ δὲ μαλακώτερα, ταραχὴν ποιεῖ οὗ ἂν ψαύσῃ. ὅ, τι ἂν δὴ ἔφθη εἰ δὲ ἔλθοι τι τούτων τῶν φαρμάκων ἐς τὸν πλεύμονα, δοκέει ἄν μοι τι μέγα ποιῆσαι κακόν. τὸ γὰρ φλέγμα τὸ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ἐν κάρτα ὀλίγῳ χρόνῳ ἑλκοῖ. ἁπαλὸν γὰρ καὶ ἀραιὸν χρῆμά ἐστιν ὁ πλεύμων. καὶ ἢν ἑλκωθῇ, οὐ καλῶς ἕξει κεῖνος ὁ ἄνθρωπος διά γε πολλά. ἡ δὲ κοιλίη ὑπὸ τοῦ φαρμάκου οὐχ ἑλκοῦται, ὅτι χρῆμά ἐστιν ἰσχυρὸν, ὥσπερ δηλαδὴ δέρμα. καὶ τῶν μὲν Λιβύων χρέονται οἱ πλεῖστοι, τῶν κτηνέων τοῖσι μὲν δέρμασιν ἀντὶ ἱματίων, τῇσι δὲ κοιλίῃσιν, ἀντὶ θυλάκων. ἰσχυρὸν γὰρ χρῆμα ἡ κοιλίη ἐστίν. ἔπειτα ἐπὴν ὑπὸ οἴνου μέλανος θωρηχθῶσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποπατέουσι μέλανα. ταῦτα δὲ πάντα ἴστορά ἐστι. καὶ ἐπὴν σκόροδα φάγωμεν, ἢ τι ἄλλο ὀδμαλέον βρῶμα, διουρέομεν ὀζόμενον τοῦ βρώματος. ταῦτα μὲν τὰ ἴστορα ἔξεστι σκέψασθαι. δεῖ καὶ τόδε, ὅ, τι μέλλω ἐρέειν. εἴ τις κυκεῶνα πίνοι, ἢ ἄλητον ἑφθὸν ῥοφοίη, ἢ τι ἄλλο τοιοῦτο, καὶ ἔλθοι ἐς τὸν πλεύμονα τοῦτο, δοκέομεν ἂν αὐτὸν, οὐδὲ ζώειν οὐδὲ ὀλίγον χρόνον. ἐπὴν γάρ τι μικρὸν ἔλθῃ ἐς τὸν πλεύμονα φλέγμα ἢ ἐς τὴν σύριγγα αὐτοῦ πολλὴ βὴξ τε καὶ ἰσχυρὴ γίνεται καὶ σπασμός. εἰ δὴ οὖν ἄρα καὶ ζώῃ ὁ ἄνθρωπος πιὼν τὸν κυκεῶνα ἢ τὸ ἄλητον ῥοφέων. πεσσομένου γὰρ τοῦ ῥοφήματος, θέρμην ἂν δοκέω πολλήν τε καὶ ἰσχυρὴν τῷ σώματι γίνεσθαι, καὶ πόνον πολλὸν, ὥς τε εἰ ἀποπατοίη κατὰ τρόπον ἢ ἐς τὸν πλεύμονα ἔλθοι. ταῦτα δὲ ἴστορα ἑπτά ἐστιν, ἔπειτα τὸ γάλα πῶς ἂν ἔτρεφε τὰ παιδία, εἴ γε χωρέει πρὸς τὸν πλεύμονα. τοῦτο δὲ ἴστορον ἄλλο μοι. καὶ ταῦτα οὐδ᾽ ἂν ἐπηγαγόμην ἕνεκα τοῦ λόγου, τοιοῦτο ἴστορον οὐδὲν, εἰ μὴ ὅτι πολλοὶ κάρτα τῶν ἀνθρώπων, τὸ ποτὸν δοκέουσιν ἐς τὸν πλεύμονα χωρέειν. καὶ ἀνάγκη ἐστὶ πρὸς τὰ ἰσχυρῶς δοκέοντα, τὰ πολλὰ ἴστορα ἐπάγεσθαι, εἰ μέλλει τὸν ἀκούοντα ἐκ τῆς πρὶν γνώμης μεταστρέψαι τοῖς ἑωυτοῦ τε λόγοισι πείσειν. καὶ διὰ τόδε μὴ χωρέει τὸ ποτὸν ἐς τὸν πλεύμονα, ἀλλ᾽ ἐς τὴν κοιλίην, ὅτι προσεχὴς αὐτῇ ἐστιν ὁ στόμαχος τοῦ ἀνθρώπου ἀεὶ χάσκων, καὶ χωρέει ἐς ἐκεῖνον. καὶ ἅμα ἐπίκειται τῇ σύριγγι τοῦ πλεύμονος, ὥσπερ κισσοῦ φύλλον. ὥστε οὐκ ἂν παραδέχεσθαι ἐν τῇ καταπόσει εἰ χωρέει ἐς ἑωυτόν. καὶ ταῦτα ἐς τοῦτο μοι εἴρηται. χωρέει δὲ καὶ τὸ ποτὸν ἐς τὴν κοιλίην. καὶ ἐπὴν πλησθῇ, ὁ σπλήν τε ἀπ᾽ αὐτῆς δέχεται καὶ διδοῖ ἐς τὰς φλέβας, καὶ ἐς τὸ ἐπίπλοον, καὶ ἐς τὸ κατάντες, ἔς τε τὴν ὄσχην, καὶ ἐς τὰ σκέλεα, καὶ ἐς τοὺς πόδας. καὶ ἐπὴν νοῦσος ἐπιλάβηται, τοῦ ὕδατι πολλῷ χωρέει ὑπὸ τῆς κοιλίης. καὶ ἐς τὸν σπλῆνα ἔρχεται ἀεὶ ἀπὸ τοῦ ποτοῦ. ἐπὴν πίνῃ ὁ ἄνθρωπος. γίνεται δὲ ἐπὶ τῆς νούσου ταύτης, ὥστε μὴ πυρεταίνειν ἄλλῃ ἐν τῇ κοιλίῃ, ἢ ὁκόταν ὁ ἄνθρωπος διψῇ, ἡ δὲ κύστις καὶ ἡ κοιλίη μὴ διηθέωσι κατὰ τρόπον. μηδὲ ἐπιτηδείῃ διαίτῃ ὁ ἄνθρωπος χρῆται. ὁ δὲ σπλὴν ὑπονοσέων ἕλκει ἀπὸ τῆς κοιλίης ἀπὸ τοῦ ποτοῦ. ἡ δὲ νοῦσος γίνεται. καὶ ἡ ὄσχη διαφανὴς γίνεται. καὶ αἱ κληῖδες. καὶ ὁ τράχηλος. καὶ τὰ στήθεα καταλεπτύνεται, τήκεται γὰρ ὑπὸ τῆς νούσου ταύτης, καὶ καταῤῥεῖ ἐς τὴν κοιλίην. τά τε κάτω, ὕδατος πλέα ἐστί. καὶ ἀσιτέει ἡ κοιλίη.

καὶ

καὶ ὁτὲ μὲν χαρτὰ ἔχει. [97] ὁτὲ δὲ καταρρέει, ἥτε κύστις οὐ διαπηδᾷ κατὰ τρόπον. ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον φρίκη τε διαΐσσει ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε διὰ τοῦ σώματος. καὶ πῦρ ἔστιν ὅτε ἐπιλαμβάνει. καὶ τὸ πρόσωπον, τῶν μὲν οἰδαλέον γίνεται, τῶν δὲ οὔ. ἔστι δὲ οἷσι καὶ καταρρήγνυνται αἱ κνῆμαι. ἐπὴν χρόνιον τὸ νούσημα γένηται, καὶ ῥεῖ αὐτόθεν ὕδωρ. καὶ ἀγρυπνίη ἐπιπίπτει καὶ ἀδυναμίη τοῦ σώματος καὶ μάλιστα τῆς ὀσφύος. καὶ ἐπὴν τι φάγῃ ἢ πίῃ, καὶ ὀλίγῳ πλέον πονέεται ὁ σπλὴν, καὶ τὸ πνεῦμα πυκνὸν αἰεὶ ἀφίει. ταῦτα δὲ σημεῖα ὕδρωπος εἰσίν. ἔστι δὲ καὶ περὶ τὴν κοιλίην μοῦνον, ἢ καὶ πυρὸς λαβόντος, ἢ καὶ οὐχί. καὶ ἡ γαστὴρ μεγάλη γίνεται. καὶ τὰ σκέλεα πίμπλαται ὕδατος. [98] τὰ δὲ ἄνω τοῦ σώματος, λεπτὰ γίνεται, οὕτω οἰηθεῖσι. τὰ δὲ σημεῖα ἅπαντα, βληχρότερα ἐστὶ καὶ ἅμα καὶ ἐν τοῖσι σκέλεσιν ὕδωρ οὐκ ἐπιγίνεται. καὶ ὁ πόνος τοσούτῳ ἐλάσσων. περὶ δὲ τὴν κοιλίην μοῦνον διὰ τόδε ὕδρωψ γίνεται. ἐπὴν γὰρ ἅλις ἐπιγένηται, καὶ ὁδὸς ἐν ἀρχῇσι μὴ γίνηται ἐς τὸ κάτω, [99] ἀλλ' ἀποληφθῇ ἅλις ἐν τοῖσι φλεβίοισιν, ἅτε καὶ ἀναπνοὴν μὴ ἔχον, μήτε ἄνω μήτε κάτω ἀποστήριξιν ἔχει. ὥσπερ εἴ τις ἄγγος μέγα μικρόστομον ἀπολαβὼν, καταστρέψειεν ἐν τάχει. εἶτα καθ' ἡσυχίην ἀπὸ τοῦ στόματος ἀφέλοι τὸ ἐπικείμενον. καὶ ἢν τοῦτο ποιήσῃ [100] τὸ ὕδωρ οὐκ ἂν ῥεύσειεν ἔξω. οὐδὲ γὰρ ἔχει πνοὴν, ἀλλ' ἀποκέκλεισται ἀπὸ τοῦ ἔνδον πνεύματος. ἐνεὸν γὰρ τὸ πνεῦμα πληροῖ τὸ ἄγγος καὶ ἀντιστηρίζει τῷ ἔξω πνεύματι, καὶ οὐκ ἔστι τῷ ὕδατι ἐκδρομὴ ὑπὸ τοῦ πνεύματος, τοῦ πληρεῦντος τὸ ἄγγος, καὶ ἅμα ἐπικειμένου τοῦ ἠέρος. ἢν δὲ ἐγκλίνῃς καθ' ἡσυχίην τὸ ἄγγος, ἢ κατὰ πυθμένα τρήσειεν, ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ ἄγγεος. ἐξιόντος δὲ τοῦ πνεύματος, χωρέει καὶ τὸ ὕδωρ ἔξω. οὕτω δὴ καὶ τῷ ὕδρωπι. ἢν μὲν διαπνοὴ ἄνω ἢ κάτω διὰ τῶν φλεβίων γένηται, ἐν ἀρχῇ τῆς νούσου, ἔρχεται ἐς τὰ σκέλεα καὶ ἐς τοὺς πόδας ὁ ὕδρωψ. ἢν δὲ μὴ, αὐτοῦ μοῦνον εἰλέεται περὶ τὴν κοιλίην. καὶ οὕτω μέν μοι περὶ τούτων εἴρηται. γίνεται δὲ καὶ τῇσι γυναιξὶν ὕδρωψ ἐν τῇσι μήτρῃσι, καὶ τὰ ἐν τῇσι κοιλίῃσι, καὶ τὰ ἐν τοῖσι σκέλεσι, [101] καὶ τἄλλα σημεῖα ταῦτα ἴσχει. ἀποπέφανται δέ μοι ἐν τοῖσι γυναικείοισι νουσήμασι περὶ αὐτοῦ. αὗται αἱ τρεῖς ἰδέαι τῶν νουσημάτων, ἀπὸ τοῦ ὕδρωπος. γίνεται δὲ τὰ νουσήματα πάντα ταχέως χαλεπά. καὶ πάντα αὔξεται ταχέως. ἔτι δὲ χαλεπώτερα γίνεται, ἢν ἐξ ἑτέρης νούσου τὸ σῶμα τηχθὲν, ἐς τοῦτο περιέλθῃ. ἢν μὲν οὖν ἐν τάχει προσκαταλάβηται τὸ νούσημα τὸν ἄνθρωπον, θνήσκει, [102] ἅτε τῆς νούσου χρονιωτάτης γινομένης. ἐπὴν δὲ καὶ ἡ κοιλίη ὑγρὴ γένηται, κάρτα θνήσκει τάχιστα, [103] ἐπαΐων τε καὶ διαλεγόμενος. ταῦτα δέ μοι εἴρηται περὶ ὕδρωπος, ὅθεν τε γίνεται, καὶ ὅτι τὰ σημεῖα αὐτοῦ τάδε.

& quandoq; quidem valde ſtringit, quandoq; verò effluit, neque veſica probè tranſmittit, plerunq; frequens horror corpus peruadit, interdumque febris prehendit, & quibuſdam facies intumeſcit, quibuſdam minimè. Nonnullis verò vbi morbus diuturnus extiterit, tibiæ rumpuntur, indeq; aqua effluit, inſomnia corporiſq; imbecillitas, præcipueque lumborum contingit, & vbi quid comederit aut biberit, etiam paulò plus lien affligitur, crebrumq; ſpiritum ſemper emittit. Atq; iſta aquę inter cutem ſunt indicia, ea q̃ circa ventriculum ſolùm conſiſtunt, ſiue febris detineat, necne, & venter intumeſcit, cruraq; aqua implentur, ſuperiores verò corporis partes extenuantur iis qui ita affecti exiſtimantur, ſigna tamen omnia debiliora exiſtunt, ſimulq; in cruribus aqua minimè ſuboritur, & tantò minor labor eſt. At verò circa ventriculum ſolum aqua inter cutem iſtam ob cauſam exoritur. Etenim vbi magna copia acceſſerit, neq; per exordia ad inferiores partes via detur, ſed coaceruata in venis reſideat, nimirum vt quæ reſpirationem non habeat, neq; ſurſum, neq; deorſum firmam ſedem habet. Non ſecus ac ſi quis magnum vas anguſti oris occluſum ſubito conuertat, deinde ſenſim operculum ab ore detrahat, idq; vbi fecerit aqua foras non effluet, cùm perſpirationem non habeat, ſed à ſpiritu qui intus eſt intercludatur. Spiritus enim internus vas opplet, & externo ſpiritui obluctatur, neq; aquæ excurſus datur, cùm ſpiritus vas impleat, ſimulq; aër ſuperincumbat. At ſi quis vas ſenſim inclinet, aut in fundo perforarit, ſpiritus è vaſe efferetur, eoq; egreſſo foras aqua etiam concedit. Ita ſanè in aqua intercute, ſiquidem ſurſum aut deorſum perſpiratio per venas fiat, per morbi initia, ad crura & pedes aqua fertur, ſin minùs, iſthic ſolũ circa ventriculum voluatur. Ac de his quidem ſic à me dictũ eſt. Quinetiam in vtero mulieribus hydrops contingit, & in ventre, & in cruribus, reliquaq; ſigna eadem habet, de quo à me in Morbis Mulieribus dictum eſt. Atque tres hæ ſunt ab hydrope morborum formæ. Hi autem omnes morbi celeriter difficiles fiunt, celeriterq; omnes increſcunt. Longè verò grauiores fiunt, ſi corpus alio modo tabefactum, ad hunc delapſum fuerit. Si igitur ſubitò hominem morbus corripuerit, moritur, cùm nimirùm morbus admodum diuturnus exiſtat. Quòd ſi etiam aluus fluida fuerit, admodum citò, tum ſentiens, tum loquens, moritur. Atq; iſta mihi de hydrope & eius ortu, & quòd ipſius hæc ſigna ſint, dicta ſunt.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ.

HIPPOCRATIS DE AFFECTIONIBVS, LIBER.

QVICVNQVE intelligentia valet, is bene ſubducta ſecum ratione reputare debet quàm homini plurimi æſtimanda ſit ſanitas, noſſeque quanam ratione in morbis ſui conſilij fructum capere poſſit. Noſſe etiam debet quæ & à Medicis dicuntur, & ſuo corpori apponuntur, eaque diiudicare, eorúmque ſingula prout cuiuis ex populo datur, cognoſcenda. Hæc igitur præcipuè percipit, qui in iſtis cognoſcendis ſtudium & operam collocarit. Morbi omnes hominibus ex bile & pituita oriuntur. Bilis autem & pituita morbos excitant cum in corpore ſupra modum vel reſiccantur, vel humectantur, vel incaleſcunt, vel refrigerantur. Hæc verò pituitæ & bili contingunt, ex cibis, & potibus, laboribus, vulneribus, odoratu, auditu, viſu, rebus venereis, calore & frigore. Eueniunt autem cùm ex dictis quæque vel non conueniente tempore corpori admouentur, aut non pro conſuetudine, aut copioſiora & valentiora, aut pauciora & imbecilliora. Ac ex his quidem morbi omnes hominibus oriuntur. Ad hæc autem priuatum noſſe conuenit, quæ quemuis ex populo cognoſcere conſentaneum eſt, ea verò adhibere & pertrectare, quæ artis peritos ſcire æquum eſt. Fieri autem poteſt vt quiuis ex populo eorum quæ dicuntur & fiunt intelligentiam quandam aſſequatur. Iam igitur vnde horum quodque noſſe oporteat, mihi dicendum eſt. Cùm capitis dolores contigerint, in eo caput multæ calidæ lotione calefacere confert, & ſternutamento excitato pituitam & mucos educere. Ex quibus ſi dolor ſoluatur, hæc ſatis ſunt. Sin minùs, caput pituita repurgandum, & ſorbitione in victus ratione vtendum, & in potu aqua. Vinum autẽ minimè offerendum, quoad dolor ſedetur. Vehementior enim dolor euadit, vbi caput calidum vinum attraxerit. Dolores autẽ ex pituita ingruunt vbi in capite mota & coaceruata fuerit. Quòd ſi ſubinde dolor & tenebricoſa vertigo in caput incidat, hæc quidem admota proſunt. Iuuat etiam ſanguis ex naribus aut ex vena frontis detractus. At ſi diuturnus & vehemens capitis morbus euadat, neq; capite purgato tollatur, in eo caput pertundere, aut venas circumadurere cõuenit. Hæc enim vnica ſanitatis ſpes relicta eſt. Statim autẽ per initia cõſtitutionis morborũ in ægris ſpectandum, quonam opus habeant, & num medicamentum purgans, aut aliud quodcunque adhibere voles, ferre poſſint. At ſi prætermiſſo principio, ad extremum tendente morbo exhibueris, confecto iam corpore, veritus vehemens quiddam adhibere, periculum eſt ne priùs fruſtreris, quàm aliquid aſſequaris. Si dolor ad aures contingat, multa calida lauare & aures fouere confert, & ſi quidem ab his pituita extenuata è capite deducatur, doloréq; deſinat.

ΑΝΔΡΑ χρὴ ὅστις ἐστὶ συνετὸς, λογισάμενον ὅτι τοῖσιν ἀνθρώποισι πλείστου ἄξιον ἐστὶν ὑγιείη, ἐπίστασθαι ἀπὸ τῆς ἑωυτοῦ γνώμης ἐν τῇσι νούσοισιν ὠφελέεσθαι. ἐπίστασθαι δὲ, τὰ ἀπὸ τῶν ἰητρῶν καὶ λεγόμενα καὶ προσφερόμενα, πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἑωυτοῦ καὶ διαγινώσκειν. ἐπίστασθαι δὲ τούτων ἕκαστα, ὅσον εἰκὸς ἰδιώτην. ταῦτ' οὖν ἐπίσταιτ' ἄν τις μάλιστα εἰδὼς καὶ ἐπιτηδεύων τάδε. νουσήματα τοῖσιν ἀνθρώποισι γίνεται ἅπαντα, ὑπὸ χολῆς καὶ φλέγματος. ἡ δὲ χολὴ καὶ τὸ φλέγμα τὰς νούσους παρέχει, ὅταν ἐν τῷ σώματι, ἢ ὑπερξηραίνηται, ἢ ὑπερυγραίνηται, ἢ ὑπερθερμαίνηται, ἢ ὑπερψύχηται. πάσχει δὲ ταῦτα τὸ φλέγμα καὶ ἡ χολὴ, καὶ ἀπὸ σιτίων, καὶ ἀπὸ ποτῶν, καὶ ἀπὸ πόνων, καὶ ἀπὸ τρωμάτων, καὶ ὀσμῆς, καὶ ἀκοῆς, καὶ ὄψιος, καὶ λαγνείης. καὶ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. πάσχει δὲ ὅταν τούτων ἕκαστα τῶν εἰρημένων, ἢ μὴ ἐν τῷ δέοντι προσφέρηται τῷ σώματι, ἢ μὴ τὰ εἰωθότα. ἢ πλείω τε καὶ ἰσχυρότερα, ἢ ἐλάσσω τε καὶ ἀσθενέστερα. τὰ μὲν οὖν νουσήματα γίνεται τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἅπαντα ἀπὸ τούτων. δεῖ δὲ πρὸς ταῦτα τὸν ἰδιώτην ἐπίστασθαι, ὁκόσα εἰκὸς γινώσκειν ἰδιώτην. ὅσα δὲ τοὺς χειροτέχνας εἰκὸς ἐπίστασθαι καὶ προσφέρειν καὶ διαχειρίζειν. περὶ δὲ τούτων τῶν λεγομένων καὶ τῶν ποιευμένων, οἷόν τε εἶναι τὸν ἰδιώτην γνώμῃ τινὶ ξυμβάλλεσθαι. ἤδη οὖν τούτων ὁπόθεν ἕκαστα δεῖ ἐπίστασθαι, ἐγὼ φράσω. Ἢν ἐς τὴν κεφαλὴν ὀδύναι ἐμπίπτωσι, ταύτην τὴν κεφαλὴν ξυμφέρει διαθερμαίνειν, λούοντα πολλῷ καὶ θερμῷ, καὶ πταρμὸν ποιέοντα, φλέγμα καὶ μύξας ὑπάγειν. καὶ ἢν μὲν πρὸς ταῦτα ἀπαλλάσσηται τῆς ὀδύνης, ἀρκεῖ ταῦτα. ἢν δὲ μὴ ἀπαλλάσσηται, καθῆραι τὴν κεφαλὴν φλέγμα. διαιτᾷν δὲ, ῥοφήματι καὶ ποτῷ ὕδατι. οἶνον δὲ μὴ προσφέρειν, ἔστ' ἂν ἡ περιωδυνίη παύσηται. τὸν γὰρ οἶνον ὅταν θερμὴ ἐοῦσα ἡ κεφαλὴ σπάσῃ, ἡ περιωδυνίη ἰσχυροτέρη γίνεται. Τὰ δὲ ἀλγήματα ἐσαπίπτει ὑπὸ τοῦ φλέγματος, ὅταν ἐν τῇ κεφαλῇ κινηθὲν ἀθροισθῇ. ἢν δὲ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ὀδύνη καὶ σκοτοδινίη ἐμπίπτῃ ἐς τὴν κεφαλὴν, ὠφελέει μὲν καὶ ταῦτα προσφερόμενα. ὠφελέει δὲ, καὶ ἢν αἷμα ἀφαιρεθῇ ἀπὸ τῶν μυκτήρων, ἢ ἀπὸ τῆς φλεβὸς τῆς ἐν τῷ μετώπῳ. ἢν δὲ πουλυχρόνιον καὶ ἰσχυρὸν τὸ νούσημα ἐν τῇ κεφαλῇ γίνεται, καὶ μὴ ἀπαλλάσσηται καθαρθείσης τῆς κεφαλῆς, ἢ σχάσαι δεῖ ταύτην τὴν κεφαλὴν, ἢ τὰς φλέβας κύκλῳ ἀποκαῦσαι. τῶν γὰρ λοιπῶν ἀπὸ τούτων μούνων, ἐλπὶς ὑγιέα γενέσθαι. τοὺς νοσέοντας χρὴ σκοπεῖν, εὐθὺς ἀρχομένοις ἐν τῇ καταστάσει τῶν νουσημάτων, ὅτου αὖ δέονται. καὶ εἰ οἷοί τε ὄντες, φαρμακευθῆναι. καὶ ἄλλο ὅ, τι ἄν τις θέλῃ προσενέγκαι. ἢν δὲ τὴν ἀρχὴν παρεὶς, τελευτώσης τῆς νούσου προσφέρῃς, ἐν ἀπειρηκότι ἤδη τῷ σώματι, δεδιὼς ἰσχυρόν τι προσενέγκαι, κίνδυνος ἁμαρτάνειν μᾶλλον, ἢ ἐπιτυγχάνειν. Ἢν ἐς τὰ ὦτα ὀδύνη ἐμπίπτῃ, λούειν ξυμφέρει πολλῷ καὶ θερμῷ, καὶ πυριῆν τὰ ὦτα. καὶ ἢν μὲν πρὸς ταῦτα περιίσηται τὸ φλέγμα λεπτυνόμενον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, καὶ ἡ ὀδύνη ἀπολείπῃ,

ἀρκεῖ

ἀρκεῖ ταῦτα. ἢν δὲ μή, τῶν λοιπῶν ἄριστον φαρμάκων, πῖσαι ἄνω ὅ, τι φλέγμα καθαίρει. ἢ τὴν κεφαλὴν καθῆραι, ᾧ καθαίρεται τὸ τῆς κεφαλῆς φλέγμα. τὸ δ' ἄλγημα καὶ τοῦτο γίνεται, ὅταν ἔσωθεν πρὸς τὴν ἀκοὴν φλέγμα ἐκ τῆς κεφαλῆς περαιώσῃ. Ἢν δὲ τὰ παρὰ τὴν φάρυγγα φλεγμαίνῃ, ἀναγαργαρίζειν χρή. γίνεται δὲ καὶ ταῦτα, ἀπὸ φλέγματος. ἢν δὲ τὰ οὖλα, ἢ τὰ ὑπὸ τῇ γλώσσῃ φλεγμαίνῃ, διαμασήμασι χρῆσθαι. ἀπὸ φλέγματος δὲ καὶ ταῦτα γίνεται. Ἢν δὲ ἡ σταφυλὴ κατακρεμασθῇ καὶ πνίγῃ, ἔνιοι δὲ τοῦτο καλέουσι γαργαρεῶνα, παραχρῆμα μὲν τοῖσιν ἀναγαργαλίκτοισι χρῆσθαι, σκευάζων ὡς γέγραπται ἐν τοῖσι φαρμάκοισιν. ἢν δὲ πρὸς ταῦτα μὴ ἰσχνὴ γίνηται, ὄπισθεν ξυρήσαντα τὴν κεφαλὴν, σικύας προσβάλλειν δύο. καὶ τοῦ αἵματος ἀφαιρέειν ὡς πλεῖστον, καὶ ἀνασπᾶσαι ὀπίσω τὸ ῥεῦμα τοῦ φλέγματος. ἢν δὲ μὴ τούτοισι καθίστηται, σχάσαντα μαχαιρίῳ τὸ ὕδωρ ἐξαγαγεῖν. σχάζειν δὲ, ὅταν τὸ ἄκρον ὑπέρυθρον γίνηται. ἢν δὲ μὴ τοιοῦτον γινόμενον τμηθῇ, φλεγμαίνειν θέλει. καὶ ἔστιν ὅτε ἐξάπινον ἔπνιξε. γίνεται δὲ καὶ τοῦτο ὑπὸ φλέγματος, ὅταν ἐκ τῆς κεφαλῆς θαλφθείσης, ἀθρόον καταρρυῇ. ὅσα δὲ περὶ ὀδόντας γίνεται ἀλγήματα, ἢν μὲν βεβρωμένος ᾖ καὶ κινέεται, ἐξαιρέειν. ἢν δὲ μὴ βέβρωται, μηδὲ κινέηται, ὀδύνην δὲ παρέχῃ, καύσαντα ἀποξηρῆναι. ὠφελέει δὲ, καὶ τὰ διαμασήματα. αἱ δὲ ὀδύναι γίνονται, ὅταν φλέγμα ὑπέλθῃ, ὑπὸ τὰς ῥίζας τῶν ὀδόντων. ἐσθίονται δὲ καὶ βιβρώσκονται. οἱ μὲν, ἀπὸ φλέγματος· οἱ δὲ, ἀπὸ σιτίων, ἢν φύσει ἀσθενέες ἔωσι, καὶ κοιλίην ἔχοντες καὶ πεπηγότες ἐν τοῖσιν οὔλοισι κακῶς. Ἢν δὲ ἐν τῇ ῥινὶ πολύπους ἐγγίνηται, οἷον πρῆσμα, πνέεταί τε καὶ ἀποκρέμᾳ ἐκ τοῦ μυκτῆρος εἰς τὸ πλάγιον. ἐξαιρέεται δὲ βρόχῳ διελκόμενος ἐς τὸ στόμα ἐκ τῆς ῥινός. οἱ δὲ καὶ φαρμάκοισιν ἐκσήπονται. φύεται δὲ, ὑπὸ φλέγματος. Ταῦτα μὲν ὅσα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς φύονται νουσήματα, πλὴν ὀφθαλμῶν· ταῦτα δὲ ἰδίως γεγράψεται. Περὶ δὲ τῶν κατὰ κοιλίην νουσημάτων, ἐνθυμέεσθαι χρὴ τάδε. πλευρῖτις, περιπνευμονίη, καῦσος, φρενῖτις. αὗται καλέονται ὀξεῖαι. καὶ γίνονται μὲν μάλιστα καὶ ἰσχυρόταται τοῦ χειμῶνος. γίνονται δὲ, καὶ τοῦ θέρεος. ἧσσον δὲ, καὶ μαλακώτεραι. ἢν δὲ παρατυγχάνῃς, τάδε ἂν καὶ ποιέων καὶ ξυμβουλεύων τυγχάνοις μάλιστα. Πλευρῖτις. πυρετὸς ἴσχει, καὶ τοῦ πλευροῦ ὀδύνη. καὶ ὀρθόπνοια. καὶ βήξ. καὶ τὸ σίαλον κατ' ἀρχὰς μὲν, ὑπόχολον πτύει. ἐπὴν δὲ πεμπταῖος γίνηται ἢ ἑκταῖος, καὶ ὑπόπυον. τούτῳ τοῦ μὲν πλευροῦ τῆς ὀδύνης διδόναι, ὅ, τι ἀποστήσει ἀπὸ τοῦ πλευροῦ, τό, τε φλέγμα καὶ τὴν χολήν. ἡ γὰρ ὀδύνη, οὕτως ἂν εἴη μαλακωτάτη. τὴν δὲ κοιλίην κατακλύζειν ὑπάγοντι καὶ ψύχοντι κλύσματι. οὕτω γὰρ τῇ νούσῳ τῇ ξυμπάσῃ συμφορώτατα. προσφέρειν δὲ ποτόν τε καὶ ῥόφημα, καὶ τὰ πόματα διδόναι ὀξύτερα, ὡς τὸ σίαλον ἀνακαθαίρηται ἀπὸ τοῦ πλευροῦ. ὅταν δὲ καθαίρεσθαι ἄρξηται τὸ πῦον, θερμαίνοντα ξυμφέρει τὸ πλευρὸν ἔξωθεν πεπαίνειν τὰ πρὸς τὸ πλευρόν. πρόσθεν δὲ, οὐ ξυμφέρει. ξηραίνεται γάρ. γίνεται δὲ ἡ νοῦσος αὕτη, μάλιστα μὲν ἐκ πόσιος, ὅταν τις ὑγράζοντος τοῦ σώματος, ἢ μεθύων, ἢ νήφων ῥιγώσῃ. γίνεται δὲ καὶ ἄλλως. κρίνεται δὲ ἡ νοῦσος. ἡ μὲν βραχυτάτη, ἑβδόμη. ἡ δὲ μακροτάτη, τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ. καὶ ἢν μὲν ἐν ταύτῃ πτυσθῇ τε καὶ καθαρθῇ τὸ πῦον ἀπὸ τοῦ πλευροῦ, ὑγιὴς γίνεται.

hæc ſatis ſunt. Sin minùs, præ cęteris optimum fuerit, medicamentum quod ſurſum pituitam purgat propinare aut caput medicamēto quod pituitam deducat purgare. Hic verò dolor etiā ſuboritur, vbi intrinſecus ad meatum auditoriū pituita ex capite illapſa fuerit. At ſi fauces inflammatione tententur, oris collutionibus vtendum. Quæ etiam ex pituita contingunt. Si verò gingiuæ, aut pars quædā ſub lingua inflāmatione detineatur, iis quæ manducantur vtendum. Hæc verò ex pituita etiam fiunt. Si vua ſuſpenſa fuerit & ſuffocationem faciat (curculionem nonnulli vocāt) confeſtim quidē gargariſmis apparatis, velut in medicamentis ſcriptū eſt, vtendum. Quòd ſi ex his gracilis non euadat, occipitio deraſo cucurbitulæ duæ admouendæ & ſanguis plurimus detrahēdus, pituitæq; curſus in poſteriora reuellēdus. Si verò neq; his ſubſidat, ſcalpello vt aqua educatur, pertundito. Quod faciendum vbi ſumma eius pars ſubrubra extiterit. Ac niſi tunc ſecetur, inflammari conſueuit, interdumq; de repente ſuffocat. Hoc verò etiam ex pituita cōtingit, vbi calefacto capite ex eo confertim defluxerit. In dētium autem doloribus, ſi quidē dens eroſus fuerit & mobilis, eximendus. Quòd ſi neq; eroſus fuerit, neq; moueatur, ſed dolorem inferat, vſtione reſiccandus. Proſunt etiam quę commanducantur. Dolores quoq; oriuntur, vbi pituita in dentiū radices ſeſe inſinuarit. Exeduntur autē & eroduntur partim quidem à pituita, partim verò à cibis, ſi naturâ debiles fuerint, & cauitatē habeant, ac in gingiuis malè infixi ſint. Si polypus in naſo innaſcatur, velut quiddam flatu diſtentū ex obliqua nare intumeſcit. Eximitur autē laqueo ad os pertractus. Quidam etiam medicamentis tabefaciunt. Ex pituita autem gignitur. Atq; hi quidē morbi in capite ex pituita producūtur, præter oculorū morbos, de quibus ſeorſim ſcribetur. At verò in ventris morbis hæc in conſiderationē adhibenda. Morbus lateralis, pulmonū inflammatio, febris ardens, & perpetua in febre inſania (phrenitis dicta) hi quidem acuti vocantur, & maximi quidem & vehementiſſimi hyeme oriuntur. Oriuntur quoq; æſtate, ſed minus, & leuiores. Quòd ſi tibi fortè contigerint, hæc vbi feceris & in conſilium adhibueris, præcipuè voti cōpos fies. Morbus lateralis eſt cùm febris detinet, lateralis dolor, ſpiratio difficilis, nec niſi erecta ceruice trahitur, & tuſſis, ſputum per initia quidē aliquantū bilioſum expuit, vbi verò quintum aut ſextum diem attigerit, etiam aliquantum purulētum. Huic in lateris dolore, quod pituitam & bilem à latere inhibeat exhibeto; dolor enim ſic leuiſſimus erit. Ventrem verò ſubducente & refrigerante clyſtere eluere oportet. hoc enim omni morbo conuenientiſſimum exiſtit. Exhibendus etiam potus & ſorbitio, & potiones acidiores propinandæ, vt ſputum de latere per ſuperiora educatur. Vbi verò pus repurgari cœperit, quæ latus calefaciunt conferunt, & exteriore parte lateri admouenda quæ maturent. Prius autem adhibere non confert, quòd reſiccetur. Oritur autē hic morbus ex potu præcipuè, cùm quis humecto corpore, vel temulentus, vel ſobrius rigore correptus fuerit. fit & aliis ex cauſis. Iudicium autem ſubit hic morbus, cum breuiſſimè quidem ſeptimo die, cum longiſſimè autem decimo quarto. Quo quidem ſi pus ex latere repurgatum & per ſputum rejectum fuerit, ſanus euadit.

Si verò minimè expuatur, purulentus fit, & morbus longiùs protrahitur. Iudicari autem morbi dicuntur, cùm increſcunt, aut exoleſcunt, aut in alium tranſeũt, aut deſinunt. In pulmonis inflammatione febris detinet & tuſſis, & primum quidem pituitam craſſam & puram excreat, ſexto verò ac ſeptimo die aliquantulum bilioſum & ſubliuidum, octauo autem & nono pure permixtum. Huic ſi dorſi aut laterum dolor oboriatur, exhibeto quod in morbo laterali ad lateris dolorem facere in medicamẽtorum tractatione ſcriptum eſt. Potibus autem & ſorbitionibus, alui etiam ſubductione & refrigeratione, iiſdem quibus in morbo laterali, curatio facienda eſt. Vt autem ſputum & pus ex pulmonibus ſurſum educatur, exhibenda ſunt in potu medicamenta quibus pulmo humectatur, & pus per ſuperiora repurgatur. Hic autem morbus oritur cùm pituita ex capite confertim ad pulmonem defluxerit. Interdum verò cùm ex morbo laterali in pulmonis inflammationem & febrem ardẽtem tranſitus fit. Iudicatur autem breuiſſimus quidem decimoquarto die: longiſſimus verò duodeuigeſimo. Hũc pauci effugiunt, & ex hoc morbo ſuppurati euadunt, niſi pulmo intra iudicatorios dies repurgatus fuerit. Vbi perpetua cum febre inſania (phrenitis dicta) occupat, primum leuis febris detinet, & dolor circa præcordia, magis autem dextera ad hepar. Cùm autem quartum aut quintum diem attigerit, tum febris vehementior, tum dolores maiores fiunt, colorq́; aliquantum bilioſus redditur, & mens offenditur. Huic ad dolorem eadem quæ in morbo laterali exhibeto, & qua parte dolor detinet tepefacientia admoueto. Aluus verò curanda, eademq́; reliqua, excepto potu facienda. Potu quouis alio, præter quàm vino vtendum, aut acetum & mel & aqua exhibenda. Vinum autem mente offenſa, neque in hoc morbo, neque in quibuſuis aliis confert. In hoc autem morbo caput multa calida lauare confert. Molliore enim reddito corpore, ſudor magis oritur, aluuſq́; & vrina excernitur, ipſeq́; ſeipſo moderatior euadit. Hic morbus oritur ex bile commota, vbi ad viſcera & ſeptum tranſuerſum reſederit. Iudicatur autem, vt breuiſſimè, ſeptimo, vt longiſſimè verò, vndecimo. Hunc enim pauci effugiunt, ipſeque in pulmonis inflammationem tranſit, ac vbi tranſierit pauci euadunt. In febre ardente, febris & ſitis vehemens detinet, lingua aſpera & nigra ſpiritus ſanè caliditate redditur, color aliquantulum bilioſus fit, & ſputa bilioſa. In ægro partes exteriores frigidæ ſunt, interiora verò admodum calent. Huic refrigerantia & aluo, & exteriore corporis parte admouere conuenit, ea cautione adhibita, vt ne inhorreſcat. Potiones quoque & ſorbitiones crebræ & paulatim quàm frigidiſſimæ exhibendæ. Aluus verò curanda, & ſi quidem quæ in ea continentur non ſubeant, ſubluenda, & per infuſa quàm frigidiſſima, vel quotidie, vel tertio quoque die refrigeranda. Hic morbus oritur ex bile commota, vbi in aliquam interiorem corporis partem incubuerit. Conſueuit etiam in pulmonis inflammationem tranſire. Iudicatur autem, vt breuiſſimè quidem, nono aut decimo die, vt longiſſimè verò, decimoquarto. Et ſiquidem ad pulmonis inflammationem deuenerit, pauci effugiunt, ſi verò non tranſierit, multi euadunt. Atque hi quidem acuti morbi vocantur,

ἢν δὲ μὴ ἀνακαθαρθῇ, ἔμπυος γίνεται καὶ ἡ νοῦσος μακρή. κρίνεσθαι δέ ἐστιν ἐν τῇσι νούσοισιν, ὅταν αὔξωνται αἱ νοῦσοι, ἢ μαραίνωνται, ἢ μεταπίπτωσιν ἐς ἕτερον νούσημα, ἢ τελευτῶσιν. Περιπλευμονίην. πυρετὸς ἴσχει. καὶ βήξ. καὶ ἀποχρέμπτεται τὸ μὲν πρῶτον, φλέγμα παχὺ καὶ καθαρόν. τῇ ἕκτῃ δὲ καὶ ἑβδόμῃ, ὑπόχολον καὶ ὑποπέλιδνον. ὀγδόῃ δὲ καὶ ἐνάτῃ, ὑπόπυον. τούτῳ ἢν μὲν ὀδύνη ἐγγένηται ἢ τοῦ νώτου ἢ τῶν πλευρέων, διδόναι ὅσα ἐν τῇ πλευρίτιδι τοῦ πλευροῦ τῆς ὀδύνης ἐν τῇ φαρμακίτιδι γέγραπται. ποτοῖσι δὲ καὶ ῥοφήμασι, καὶ τῆς κοιλίης ἐς τὴν ὑποχώρησιν καὶ ψύξιν, κατὰ ταὐτὰ θεραπεύειν τῇ πλευρίτιδι. ὅκως δὲ τὸ σίαλον ἐκ τοῦ πλεύμονος ἀνακαθαίρηται καὶ τὸ πῦον, διδόναι φάρμακα ποτά, οἷσιν πλεύμων ὑγραίνεται καὶ καθαίρεται τὸ πῦον ἄνω. ἡ δὲ νοῦσος αὕτη γίνεται, ὅταν ἐκ τῆς κεφαλῆς φλέγμα ἀθρόον ῥυῇ ἐς τὸν πλεύμονα. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐκ πλευρίτιδος μεθίσταται ἐς περιπλευμονίην καὶ καῦσον. κρίνεται δὲ ἐν ἡμέρῃσιν, ἡ μὲν βραχυτάτη ἐν τεσσαρεσκαίδεκα· ἡ δὲ μακροτάτη, ἐν δυοῖν δεούσαις εἴκοσι. διαφεύγουσι δὲ ταύτην ὀλίγοι. γίνονται δὲ καὶ ἔμπυοι ἐκ ταύτης τῆς νούσου, ἢν μὴ ἐν τῇσι κρισίμοισιν ὁ πλεύμων καθαρθῇ. Φρενῖτις ὅταν λάβῃ, πυρετὸς ἴσχει βληχρὸς τὸ πρῶτον, καὶ ὀδύνη πρὸς τὰ ὑποχόνδρια. μάλιστα δὲ πρὸς τὰ δεξιά, ἐς τὸ ἧπαρ. ὅταν δὲ τεταρταῖος γένηται καὶ πεμπταῖος, ὅ, τε πυρετὸς ἰσχυρότερος γίνεται, καὶ αἱ ὀδύναι, καὶ τὸ χρῶμα ὑπόχολον γίνεται. καὶ ὁ νοῦς παρακόπτει. τούτῳ τῆς μὲν ὀδύνης, ἅπερ ἐν τῇ πλευρίτιδι διδόναι. καὶ χλιαίνειν, ἵν' ἡ ὀδύνη ἔχῃ. τὴν κοιλίην δὲ, θεραπεύειν καὶ τἄλλα ποιέειν τὰ αὐτά, πλὴν τοῦ ποτοῦ. ποτῷ δὲ χρῆσθαι τῶν ἄλλων ὅτῳ ἂν ἐθέλῃς, πλὴν οἴνου. ἢ ὄξος καὶ μέλι καὶ ὕδωρ διδόναι. οἶνος δὲ οὐ ξυμφέρει τοῦ νοῦ παρακόπτοντος, οὔτε ἐν ταύτῃ τῇ νούσῳ, οὔτε ἐν ἑτέρῃσιν ἄλλῃσι. λούειν δὲ πολλῷ καὶ θερμῷ καὶ κατὰ τὴν κεφαλὴν ἐν ταύτῃ τῇ νούσῳ, ξυμφέρει. μαλθασσομένου γὰρ τοῦ σώματος, καὶ ἱδρὼς μᾶλλον γίνεται, καὶ ἡ κοιλίη καὶ τὸ οὖρον διαχωρεῖ. καὶ αὐτὸς ἑωυτοῦ ἐγκρατέστερος γίνεται. ἡ δὲ νοῦσος γίνεται ὑπὸ χολῆς, ὅταν κινηθεῖσα πρὸς τὰ σπλάγχνα καὶ τὰς φρένας προσίζῃ. ἡ δὲ νοῦσος κρίνεται. ἡ μὲν βραχυτάτη, ἑβδομαίη. ἡ δὲ μακροτάτη, ἑνδεκαταίη. διαφεύγουσι δὲ καὶ ταύτην, ὀλίγοι. μεθίσταται δὲ καὶ αὕτη ἐς περιπλευμονίην. καὶ ἢν μεταστῇ, ὀλίγοι διαφεύγουσιν. Καῦσος δὲ ὅταν ἔχῃ, πυρετὸς ἴσχει, καὶ δίψα ἰσχυρή. καὶ ἡ γλῶσσα τρηχείη, καὶ μέλαινα γίνεται, τοῦ πνεύματος ὑπὸ θερμότητος. καὶ τὸ χρῶμα ὑπόχολον γίνεται. καὶ τὰ πτύαλα χολώδεα. καὶ τὰ μὲν ἔξω, ψυχρός γίνεται. τὰ δ' ἔσω, λίαν θερμός. τούτῳ ξυμφέρει ψύγματα προσφέρειν, καὶ πρὸς τὴν κοιλίην, καὶ ἔξωθεν πρὸς τὸ σῶμα, φυλασσόμενος μὴ φρίξῃ. καὶ τά τε πόματα καὶ τὰ ῥοφήματα διδόναι πυκνά, καὶ κατ' ὀλίγον ὡς ψυχρότατα. τὴν δὲ κοιλίην θεραπεύειν, κλύειν μὲν μὴ ὑποχωρέῃ τὰ ἐνεόντα, κλύσαι. ψύχειν τε κλύσμασιν ὡς ψυχροτάτοισιν, ἢ ὁσημέραι, ἢ διὰ τρίτης. ἡ δὲ νοῦσος αὕτη, γίνεται ὑπὸ χολῆς ὅταν κινηθεῖσα ἐντὸς τοῦ σώματος κατασκήψῃ. φιλεῖ δὲ καὶ ἐς περιπλευμονίην μεθίστασθαι. κρίνεται δὲ ἡ μὲν βραχυτάτη, ἐνάτῃ ἢ δεκάτῃ. ἡ δὲ μακροτάτη, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. καὶ ἢν μὲν καταστῇ ἐς περιπλευμονίην, ὀλίγοι διαφεύγουσιν. ἢν δὲ μὴ μεταστῇ, διαφεύγουσι πολλοί. αὗται μὲν οὖν ὀξεῖαι καλέονται.

καὶ δὲ

καὶ δεῖ ταύτας οὕτω θεραπεύειν. Ὁκόσοι δὲ ἄλλοι τοῦ χειμῶνος πυρετοὶ γίνονται, εἴτε ἐξ οἴνου, εἴτε ἐκ κόπου, εἴτε ἐξ ἄλλου τινός, φυλάσσεσθαι χρή. μεθίστανται γὰρ ἐνίοτε ἐς τὰς ὀξείας νούσους. ἡ δὲ μετάστασις αὐτῶν, τοιαύτη ἐστίν. ὅταν τῶν δύο κινηθέντων τοῦ φλέγματός τε καὶ τῆς χολῆς, μὴ τὰ ξυμφέροντα προσφέρηται τῷ σώματι, συστρεφόμενα αὐτὰ πρὸς ἑωυτά, τό, τε φλέγμα καὶ ἡ χολὴ προσπίπτει τοῦ σώματος ὅπου ἂν τύχῃ. καὶ γίνεται ἢ πλευρῖτις. ἢ φρενῖτις. ἢ περιπλευμονίη. φυλάσσεσθαι μὲν χρὴ τοὺς πυρετοὺς τοὺς ἐν χειμῶνι. ἡ δὲ φυλακὴ αὐτῶν ἔστω, ἡσυχίη, καὶ ἰσχνασίη. καὶ τῆς κοιλίης κένωσις. ῥοφήμασι δὲ καὶ πόμασι διάγειν, ἕως ἂν ὁ πυρετὸς μειωθῇ. τῶν νούσων σχεδόν τι μάλιστα αἱ ὀξεῖαι, καὶ ἀποκτείνουσι καὶ ἐπιπονώταταί εἰσι. καὶ δεῖ πρὸς αὐτὰς φυλακῆς τε πλείστης, καὶ θεραπείης ἀκριβεστάτης. καὶ ἀπὸ τοῦ θεραπεύοντος κακὸν μὲν μηδὲν προσγίνεσθαι, ἀλλ' ἀρκέειν τὰ ἀπ' αὐτῶν τῶν νουσημάτων ὑπάρχοντα. ἀγαθὸν δὲ, ὅ, τι ἂν οἷός τε ᾖ. καὶ ἢν μὲν ὀρθῶς θεραπεύοντος τοῦ ἰητροῦ ὑπὸ μεγέθεος τῆς νούσου κρατέηται ὁ κάμνων, οὐχὶ καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτία τοῦ ἰητροῦ ἐστιν. ἢν δὲ μὴ θεραπεύοντος ὀρθῶς, μηδὲ γινώσκοντος, ὑπὸ τῆς νούσου κρατέηται, τοῦ ἰητροῦ. Τοῦ δὲ θέρεος τάδε γίνονται. πυρετὸς ἰσχυρὸς καὶ δίψα. καὶ ἐμέουσιν ἔνιοι χολήν. ἐνίοισι δὲ καὶ κάτω διαχωρέει. τούτοισι δὲ πίνειν διδόναι καὶ ῥοφεῖν, ὅ, τι ἄν σοι δοκέῃ ἐπιτήδειον εἶναι. ἢν δὲ προσίστηται πρὸς τὴν καρδίαν χολὴ ἢ φλέγμα, ἐπιπίνοντες ὕδωρ ψυχρὸν, ἢ μελίκρητον, ἐμέειν. ἢν δὲ ἡ γαστὴρ μὴ ὑποχωρέῃ, κλύσματι χρῆσθαι, ἢ βαλάνῳ. ἡ δὲ νοῦσος γίνεται ὑπὸ χολῆς. ἀπαλλάσσονται δὲ μάλιστα ἑβδομαῖοι, ἢ ἐναταῖοι. ἢν δὲ τοῦ πυρετοῦ ἔχοντος μὴ καθαίρωνται, μήτε κάτω, μήτε ἄνω, πονέῃ δὲ ἐν καθ' ἅπαν τὸ σῶμα, ὅταν ἢ τριταῖος, ἢ τεταρταῖος, φαρμάκῳ ὑποκαθῆραι ἐλαφρῷ κάτω, ἢ πόματι. ποιεῖν δὲ ῥόφημα ἀπὸ κέγχρου, ἢ ἀλήτου. καὶ πόμασι τοῖσιν αὐτοῖσι θεραπεύειν. πάσχουσι δὲ καὶ ταῦτα ὑπὸ χολῆς. ἢν δὲ τὰ μὲν ἔξω μὴ πυρῶδες ᾖ σφόδρα, τὰ δ' ἔσω, καὶ ἡ γλῶσσα τρηχείη καὶ μέλαινα ᾖ, καὶ οἱ πόδες, καὶ αἱ χεῖρες ἄκραι ψυχραί, τούτῳ φάρμακον μὲν μὴ διδόναι, θεραπεύειν δὲ προσφέρων ψύγματα, καὶ πρὸς τὴν κοιλίην. καὶ πρὸς τὸ ἄλλο σῶμα. καλέεται δὲ ὁ πυρετὸς καυσώδης οὗτος. κρίνεται δὲ μάλιστα ἑνδεκαταῖος, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖος. ἢν δὲ τὸ πῦρ λαμβάνῃ καὶ μεθίῃ, τοῦ δὲ σώματος βάρος αὐτὸν ἔχῃ, τοῦτον ἕως μὲν ἂν τὸ πῦρ ἔχῃ ῥοφήμασι καὶ πόμασι θεραπεύειν. ὅταν δὲ μὴ ἔχῃ, διδόναι καὶ σιτία. καθῆραι δὲ ὡς τάχιστα φαρμάκῳ ἤν τε ἄνω δοκέῃ συμφέρειν ἤν τε κάτω. ἢν δὲ πυρετὸς μὲν μὴ ἔχῃ, τὸ δὲ στόμα πικρὸν ἔχῃ, καὶ τὸ σῶμα βαρύνηται καὶ ἀσιτῇ, φάρμακον διδόναι. πάσχει δὲ ταῦτα ὑπὸ χολῆς ὅταν ἐς τὰς φλέβας καὶ τὰ ἄρθρα κατασκήψῃ. ὁκόσαι δὲ ἄλλαι ὀδύναι ἐν τῷ θέρει κατὰ κοιλίην γίνονται. ὁκόσαι μὲν πρὸς τὰ ὑποχόνδρια καὶ τὴν καρδίην, μελίκρητον ὑδαρὲς ποιέων, ὄξους τρεῖς κοτύλας παραχέας, δὸς πίνειν χλιαρόν. καὶ ἐπισχὼν ὀλίγον χρόνον ξυνθαλφθεὶς πυρὶ καὶ ἱματίοισιν, ἐμείτω. ἢν δὲ ἀπεμέσαντι αὖθις προσίστηται, καὶ πνίγῃ, αὖθις ἔμετον ποιείσθω. ἢ λούσας αὐτὸν πολλῷ, καὶ θερμῷ, ὑποκλύσαι καὶ χλιάσματα προστιθέναι ἕως ἂν ἡ ὀδύνη ἔχῃ. πάσχουσι δὲ ταῦτα μάλιστα ὑπὸ τοῦ φλέγματος, ὅταν κινηθὲν προσπέσῃ πρὸς τὴν καρδίην.

eoſq; hoc modo curare conuenit. Quæ febres aliæ hyeme, ſiue ex vino, ſiue ex laſſitudine, ſiue ex alia quauis re oriuntur, diligenter obſeruandæ ſunt. Interdum enim in acutas tranſeunt, earumq; tranſitio fit eiuſmodi. Agitatis duobus humoribus, tum bile, tum pituita, vbi quæ minimè conueniunt corpori admouentur, ipſi in ſeſe collecti, in eam corporis partem quamcunq; ſors obtulerit incidunt, fitq; morbus lateralis, aut phrenitis, aut pulmonis inflammatio. Febres igitur hyeme exortas diligenti cura obſeruare oportet. Sit autem earum diligens obſeruatio, vt in his quies, gracilitas, & ventris euacuatio adhibeatur. In ſorbitionibus autē & potionibus perdurandum donec febris imminuta fuerit. Ex omnibus ferè morbis acuti præcipuè & interficiunt, & maximos labores excitant, iiq; plurima obſeruatione & accuratiſſima curatione indigent. Neq; ab eo qui curat malum aliquod inferri debet, ſatis enim ſunt quæ à morbis adſunt, verùm vt boni aliquid præſtet pro viribus curandum eſt. Quòd ſi cùm probè quidē curet Medicus, morbi magnitudine ſuperetur æger, hæc Medici culpa non eſt. Si verò cùm rectè nō curet, neq; morbum cognoſcat, à morbo ſuperetur, Medici culpa eſt. Æſtate hæc contingunt, febris vehemens & ſitis detinet; quidam bilem vomitione reiiciunt, quibuſdam etiam per inferiora ſecedit. Quibus quodcunq; tibi conueniens eſſe videbitur potui vel ſorbendum exhibeto. Quòd ſi bilis vel pituita circa cor vrgeat, aqua frigidā aut mulſa epota vomendum & ſi venter infra non ſubeat, infuſo vel glande vtendum. Morbus hic ex bile oritur. Liberantur autem ferè ſeptimo vel nono die. Quòd ſi cùm febris detinet, neq; per inferiora, neque per ſuperiora purgantur, totumq; corpus laboret, tertio vel quarto die leui medicamento vel potione per inferiora purgandum parandæq; ſorbitiones ex milio & farina, iiſdemq; potionibus curandum. Hæc verò etiam ex bile contingunt. Siquidem partes exteriores non admodum igneæ videantur, ſed interiores, linguaq; aſpera & nigra reddatur, & pedes ſummæq; manus frigidæ ſint, huic ne medicamentum quidem exhibueris, ſed curationem per refrigerantia & ventri & toto corpori adhibita facito. Hæc febris ardēs nominatur, iudicaturq; ferè die vndecimo & decimoquarto. Quòd ſi febris prehenderit & dimiſerit, corporis autem grauitas detinuerit, hunc quidem quandiu febris tenuerit, ſorbitionibus ac potionibus curato. Cùm verò minimè detinuerit, etiam cibos exhibeto, & quàm citiſſimè medicamentum purgans exhibeto, ſiue ſurſum, ſiue deorſum tibi eo opus eſſe videatur. Si verò febris quidem non detineat, os tamen amarum habeat, corporis grauitas adſit, cibumque minimè admittat, medicamentum exhibeto. Hæc autem ex bile contingunt, cùm ad venas & articulos decubuerit. At quicunque alij dolores per æſtatem contingunt, qui quidem ad præcordia & cor feruntur, aquam mulſam aquoſam, aceti tribus affuſis heminis, tepidam propinato, & vbi modico tempore eam continuerit, & igne & veſtibus contectus fuerit, vomat. Quod ſi à vomitu rurſus vrgeant & ſtrangulent, rurſus vomitum cieto, aut multa calida loto aluum ſubluito, & tepefactoria quandiu dolor detinuerit admoueto. Hæc autem præcipuè ex pituita contingunt, cùm commota ad cor irruperit.

His verò qui huiuſmodi doloribus conflictantur, etiá ea medicamenta exhibenda, quæ ad huiuſmodi morbum ſedandum in medicamentorũ tractatione ſcripta ſunt. At ſi dolor ſubinde ad aliam ventris partem citra febrẽ tranſierit, multa calida lauãdum, & ad dolorẽ ea potui exhibenda, quæ in morbo laterali ſcripta ſunt, aut aliud quodcunq; tibi viſum fuerit. Quòd ſi dolore non liberetur, medicamento per inferiora purgandum, cibis verò quoad dolor tenuerit, abſtineat. Huiuſmodi autem dolores, qui ita vagantur, ex bile oriuntur. In doloribus qui infra vmbilicum contingunt, aluus molli infuſo eſt ſubluenda, qui ſi nõ ſedentur, medicamentũ deorſum purgans exhibendũ. Qui verò dolores derepente citra febrẽ corpori accidunt, in his multa calida lauare, & tepefactoriis vti confert. Pituita enim & bilis coacta quidem valida ſanè ſunt, & quacunq; corporis conſtiterint, ibi obtinent, vehementemq; tum laborem, tum dolorẽ excitant. Diffuſa verò, quacunq; corporis parte ſe prodãt, imbecilliora ſunt. At verò morbi qui per æſtatem cõtingunt ſic oriri ſolẽt. Vbi corpus ex ſole incaluerit, humectatur, humectatum verò ægrotat, vel totũ, vel ea parte in quam pituita & bilis decubuerint. Eos igitur ſi quis per initia curauerit, neq; longi, neq; periculoſi redduntur. Si verò non cures, aut malè cures, & longiores eſſe conſueuerunt, & plærunq; interficiunt. Quinetiam ex his tertianæ & quartanæ oriri ſolent. Hæc morborum cõſtitutio potiſſimũ quidẽ per æſtatem, interdum autẽ per hyemem cõtingit. Cùm febris tertiana detinuerit, ſi quidem impurgatus eſſe tibi videatur, quarto die medicamentum purgans exhibeto. At ſi medicamento opus eſſe tibi non videatur, in potu ea medicamenta danda ſunt, quibus febris aut tranſmutetur, aut deſinat, quemadmodum in medicamentis ſcriptum eſt. Et in acceſſione quidem ſorbitione & potu nutriendum, intermediis autem diebus, cibis aluum ſubducentibus. Quæ vtplurimum nõ ita ſæpe prehendit, niſi verò curetur, in quartanã tranſire & diuturna eſſe ſolet. Si autem quartana prehenderit, ſiquidem impurgatus fuerit, primùm quidem caput purgandũ, & tribus aut quatuor interiectis diebus, ſub ipſam acceſſionem medicamentum ſurſum purgans exhibendũ, rurſus aliquo interuallo interiecto, aliud medicamẽtum deorſum purgans in ipſa acceſſione dandum. Quòd ſi per hæc non ſedatur, rurſus intermiſſis aliquot diebus, multa calida loto, medicamenta quæ ſcripta ſunt exhibenda. Potionibus autem & ſorbitionibus, reliquaq; victus ratione, velut in tertiana vtendum. Hæc autem febris plurimos quidem longo tempore inuadit, quoſdã verò etiam pauco, & oritur quidem tum tertiana, tum quartana ex bile & pituita, quam verò ob cauſam, de tertiana & quartana alibi à me ſcriptũ eſt. Harũ autẽ febriũ propria medicamẽta hanc habẽt facultatem, vt corpus in cõſueta caliditate & frigiditate ſuo loco conſiſtat, neq; præter naturam incaleſcat, neq; refrigeretur. Exhibẽda verò quemadmodum in medicamẽtorum tractatione ſcriptum eſt. Cum pituita alba detinet, totũ corpus tumore albo intumeſcit, eodemque die alia corporis parte meliùs, alia deterius habere videtur, tumorque aliàs alia corporis parte & maior & minor eſt. Huic medicamenta deorſum purgantia exhibenda, quibus aqua aut pituita purgatur. In victus autem ratione vtendum cibis & potibus, ac laboribus, ex quibus ſicciſſimus & maximè gracilis euadat.

διδόναι δὲ τοῖσι τὰ τοιαῦτα ἀλγήματα ἀλγέουσι, καὶ τῶν φαρμάκων ἃ γέγραπται παύοντα τῶν τοιούτων νούσων ἐν τῇ φαρμακίτιδι. ἐὰν δὲ μεθίστηται ἡ ὀδύνη ἄλλοτε ἄλλῃ τῆς κοιλίης καὶ ἀπύρετος ᾖ, λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ, καὶ πίνειν διδόναι, τῆς ὀδύνης εἵνεκα, ἃ ἐν τῇ πλευρίτιδι γέγραπται, ἢ τῶν ἄλλων ὅ, τι ἄν σοι δοκέῃ. ἐὰν δὲ μὴ ἀπαλλάσσηται τῆς ὀδύνης, ὑποκαθῆραι φαρμάκῳ κάτω. σιτίων δὲ ἀπέχεσθαι, ἕως ἂν ἡ ὀδύνη ἔχῃ. τὰ δὲ τοιαῦτα ἀλγήματα ὅσα οὕτω πλανᾶται, ὑπὸ χολῆς γίνεται. ὅσαι δὲ κάτωθεν τοῦ ὀμφαλοῦ ὀδύναι γίνονται, ὑποκλύσαι μαλθακῷ κλύσματι, ἐὰν δὲ μὴ παύηται, φάρμακον δοῦναι κάτω. ὁκόσαι δὲ ὀδύναι ἐξαπίνης γίνονται ἐν τῷ σώματι ἄνευ πυρετοῦ, ξυμφέρει λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ, καὶ χλιαίνειν. τὸ γὰρ φλέγμα καὶ ἡ χολή, ξυνεστηκότα μὲν ἰσχυρά γε ἐστί, καὶ κρατεῖ καθ' ὅ, τι ἂν τοῦ σώματος στῇ, καὶ πόνον τε καὶ ὀδύνην ἰσχυρὴν παρέχει. διακεχυμένα δὲ ἀσθενέστερά ἐστι καθ' ὅ, τι ἂν ἔνδηλα ᾖ τοῦ σώματος. τὰ δὲ νοσήματα ὅσα τοῦ θέρεος γίνονται, εἴωθε γίνεσθαι οὕτως. ὅταν τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ ἡλίου θαλφθῇ, ὑγραίνεται. ὑγραινόμενον δέ, νοσεῖ, ἢ πᾶν, ἢ ἐς ὃ μέρος ἂν κατασκήψῃ τὸ φλέγμα καὶ ἡ χολή. ἐὰν μὲν οὖν τις αὐτὰ ἀρχόμενα θεραπεύῃ, οὔτε μακρὰ γίνεται, οὔτε ἐπικίνδυνα. ἐὰν δὲ μὴ θεραπεύῃ, ἢ κακῶς θεραπεύῃ, φιλεῖ καὶ μακρότερα γίνεσθαι, πολλάκις δὲ καὶ κτείνει. καὶ τριταῖοι δὲ καὶ τεταρταῖοι πυρετοί, ἐκ τῶν τοιούτων γίνεσθαι πεφύκασιν. αὕτη ἡ κατάστασις τῶν νοσημάτων, μάλιστα μὲν τοῦ θέρεος γίνεται. ἐνίοτε δὲ καὶ τοῦ χειμῶνος. Τριταῖος δὲ πυρετὸς ὅταν ἔχῃ, ἐὰν μέν σοι δοκέῃ ἀκάθαρτος εἶναι, τῇ τετάρτῃ φάρμακον δοῦναι. ἐὰν δὲ μή σοι δοκέῃ φαρμάκου δεῖσθαι, διδόναι φάρμακα ποτά, οἷσιν ἢ μεταστήσεται ὁ πυρετός, ἢ ἀπολείψει. διδόναι δὲ ὥσπερ γέγραπται ἐν τοῖσι φαρμάκοισι. καὶ τῇ μὲν λήψει, ῥοφήματι καὶ ποτῷ διαιτᾶν. τὰς δὲ διὰ μέσου, σιτίοισι διαχωρητικοῖσι. λαμβάνει δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ, οὐκ ἐπὶ πλεῖστον. ἐὰν δὲ μὴ θεραπεύηται, ἐθέλει μεθίστασθαι ἐς τεταρταῖον καὶ γίνεσθαι πουλυχρόνιος. Ἢν δὲ τεταρταῖος λαμβάνῃ. ἐὰν μὲν ἀκάθαρτος ᾖ, καθαίρειν πρῶτον μὲν τὴν κεφαλήν. καὶ διαλείπων τρεῖς ἢ τέσσαρας ἡμέρας, φάρμακον διδόναι ἄνω κατ' αὐτὴν τὴν λῆψιν. διαλιπὼν δὲ κάτω δοῦναι ἕτερον ἐν αὐτῇ τῇ λήψει. ἐὰν δὲ πρὸς τούτοισι μὴ παύηται, διαλιπὼν πάλιν, λούσας πολλῷ καὶ θερμῷ, διδόναι τῶν φαρμάκων ἃ γέγραπται. πόμασι δὲ καὶ ῥοφήμασι καὶ τῇ ἄλλῃ διαίτῃ χρῆσθαι, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ τριταίου. λαμβάνει δὲ οὗτος ὁ πυρετός, τοὺς μὲν πλείστους πουλὺν χρόνον. τοὺς δέ, καὶ ὀλίγον. καὶ γίνεται μέν, ὅ, τε τριταῖος καὶ τεταρταῖος ἀπὸ χολῆς καὶ φλέγματος. δι' ὃ δὲ ὁ τριταῖος καὶ ὁ τεταρταῖος ἑτέρωθί μοι γέγραπται. δύναμιν δὲ ἔχει τῶν πυρετῶν τὰ φάρμακα τοιαύτην, ὥστε πινόμενα, τὸ σῶμα κατὰ χώραν εἶναι, ἐν τῇ εἰωθυίῃ θερμότητί τε καὶ ψυχρότητι. καὶ μήτε θερμαίνεσθαι παρὰ φύσιν, μήτε ψύχεσθαι. διδόναι δέ, ὡς ἐν τῇ φαρμακίτιδι γέγραπται. Φλέγμα λευκὸν ὅταν ἔχῃ, τὸ σῶμα οἰδεῖ πᾶν, λευκῷ οἰδήματι. καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρης, τὸ μὲν δοκεῖ ῥᾷον εἶναι. τὸ δὲ φλαυρότερον. καὶ τὸ οἴδημα ἄλλοτε ἄλλῃ τοῦ σώματος, μεῖζόν τε καὶ ἔλασσον γίνεται. τούτῳ φάρμακα διδόναι κάτω, ὑφ' ὧν ὕδωρ ἢ φλέγμα καθαίρεται, διαιτᾶν δέ, σιτίοισι καὶ ποτοῖσι καὶ πόνοισιν, ὑφ' ὧν ὡς ξηρότατος ἔσται καὶ ἰσχνότατος.

ἢ δὲ

ἡ δὲ νοῦσος αὕτη γίνεται ἀπὸ φλέγματος. ὅταν τις ἐκ πυρετῶν πολυχρονίων φλεγματώδης ὢν, ἀκάθαρτος γένηται, τρέπεταί τε τὸ φλέγμα αὐτοῦ μετὰ τὰς σάρκας. καὶ λευκότερον μὲν οὐδὲν τοῦτο τοῦ ἄλλου ἢ φλέγματος. ὁ δὲ χρὼς, φαίνεται λευκότερος. τὸ γὰρ αἷμα ὑπὸ πλήθεος τοῦ φλέγματος, ὑδαρέστερον γίνεται. καὶ οὐκ ἔνι ὁμοίως ἐν αὐτῷ τὸ εὔχροον. καὶ διὰ τοῦτο λευκότεροί τε φαίνονται. καὶ καλέεται ἡ νοῦσος, φλέγμα λευκόν. ἢν μὲν οὖν θεραπευθῇ ἀρχομένης τῆς νούσου, ὑγιὴς γίνεται. ἢν δὲ μὴ, ἐς ὕδρωπα μεθίσταται ἡ νοῦσος, καὶ διέφθειρε τὸν ἄνθρωπον. Ὁκόσοι δὲ σπλῆνα ἔχουσι μέγαν, ὅσοι μὲν εἰσὶ χολώδεες, κακόχροοί τε γίνονται καὶ κακελκέες καὶ δυσώδεες ἐκ τοῦ στόματος καὶ λεπτοί. καὶ ὁ σπλὴν σκληρὸς, καὶ αἰεὶ παραπλήσιος τὸ μέγεθος. καὶ τὰ σιτία οὐ διαχωρέει. ὁκόσοι δὲ φλεγματίαι, ταῦτά τε ἧσσον πάσχουσι, καὶ ὁ σπλὴν ἄλλοτε μείζων γίνεται, ἄλλοτε δὲ ἐλάσσων. τούτοισι ξυμφέρει, ἢν μὲν ἀκάθαρτοι φαίνονται, καθαίρειν καὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ ἄλλο σῶμα. ἢν δὲ μὴ δέωνται φαρμακείης, διαιτᾶν. τοῖσι μὲν φλεγματώδεσι, ξηραίνοντα τὸ σῶμα καὶ ἰσχναίνοντα σιτίοισι καὶ ποτοῖσι, καὶ ἐμέτοισι, καὶ γυμνασίοισιν ὡς πλείστοισι, καὶ περιπάτοισι. καὶ τοῦ ἦρος ἐλλεβόρῳ καθαίρειν ἄνω. ὁκόσοι δὲ χολώδεες, ξυμφέρει διυγραίνοντα τῇ διαίτῃ ὑπάγειν τὴν κοιλίην, καὶ τὴν κύστιν καὶ τὴν φλέβα τὴν σπληνῖτιν, ἀφιέναι πυκνά. καὶ τοῖσι διουρητικοῖσι φαρμάκοισι χρῆσθαι. ἃ γέγραπται μαλθακὸς εἶναι τὸν σπλῆνα. καὶ καθαίρειν ἔτεος ὥρῃ, τοῦτο χολήν. ἔνιοι δὲ τῶν σπληνιώντων, ὑπὸ μὲν τῶν φαρμάκων πίνοντες οὐκ ὠφελέονται, οὐδ' ὑπὸ τῆς ἄλλης θεραπείης οὐδὲν ἰσχνότερος γίνεται αὐτῶν ὁ σπλὴν, ἀλλὰ κρατέεται τὰ προσφερόμενα ὑπὸ τοῦ μεγέθεος τῆς νούσου. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ἐνίοισι μὲν ἐς ὕδρωπα περιίσταται ἡ νοῦσος, καὶ διεφθάρησαν. ἐνίοισι δὲ, καὶ πυΐσκεται. καὶ καυθέντες ὑγιέες γίνονται. ἐνίοισι δὲ, καὶ ξυγκαταγηράσκει, σκληρός τε ὢν καὶ μέγας. τὸ δὲ νόσημα γίνεται, ὅταν ἐκ πυρετῶν καὶ κακοθεραπείης, χολὴ ἢ φλέγμα ἢ καὶ ἀμφότερα ἐς τὸν σπλῆνα κατασκήψῃ. καὶ πολυχρόνιον μέν ἐστι τὸ πάθος, θανατῶδες δὲ, οὔ. τῶν δὲ φαρμάκων ὅσα δίδοται τοῦ σπληνὸς, τὰ μὲν καὶ διὰ τῆς κύστιος καθαίρει, καὶ ποιέει λαπαρώτερον. τὰ δὲ καθαίρει μὲν, οὔτε διὰ τῆς κύστιος οὐδὲν, ὅ,τι καὶ φανερώτερον, οὔτ' ἄλλῃ οὐδαμῇ. λαπάσσει δὲ τὸν σπλῆνα. Εἰλεὸς ὅταν λάβῃ, ἡ γαστὴρ σκληρὴ γίνεται καὶ διαχωρέει οὐδέν. καὶ ὀδύνη κάτω πᾶσαν τὴν κοιλίην ἔχει, καὶ πυρετὸς καὶ δίψα. ἐνίοτε δὲ ὑπὸ πόνου ἐμέει καὶ χολήν. τοῦτον χρὴ διυγραίνειν, καὶ ἔσωθεν, καὶ ἔξωθεν. λούειν τε πολλῷ καὶ θερμῷ. καὶ πιπίσκειν ὅσα τήν τε κοιλίην κινέει, καὶ τὸ οὖρον ὑπάγει, καὶ ὑποκλύζειν ἢν δέχηται. ἢν δὲ μὴ δέχηται τὸ κλύσμα, αὐλίσκον προσθεὶς πρὸς ποδεῶνα ἀσκίου, φυσῆσαι, ἐνιέναι τε φῦσαν πολλήν. καὶ ἐπειδὰν ἀρθῇ τὸ ἔντερον ὑπὸ τῆς φύσης καὶ ἡ γαστὴρ, ἐξελὼν τὸν αὐλίσκον, ἐνιέναι παραχρῆμα κλύσμα. καὶ ἢν δέξηται, ὑποχωρήσει καὶ ὑγιὴς ἔσται. ἢν δὲ μὴ οὕτω δέξηται τὸ κλύσμα, ἀποθνήσκει μάλιστα ἑβδομαῖος. ἡ δὲ τοιαύτη νοῦσος γίνεται, ὅταν τῆς κόπρου ξυλλεχθῇ ἀθρόον ἐν τῷ ἐντέρῳ, περὶ τοῦτο περιστᾶν δὲ φλέγμα καὶ τὸ ἔντερον ἅτε τούτων ἀθρόων ἀποσκληρυνθέντων, περιοιδέει. καὶ οὔτε τῶν ἄνωθεν πινομένων φαρμάκων δέχεται, ἀλλ' ἀπεμέει, οὔτε τῶν κάτωθεν προσφερομένων κλυσμάτων δέχεται. ἔστι δὲ τὸ νόσημα ὀξὺ καὶ ἐπικίνδυνον.

morbus hic ex pituita oritur, cùm quis ex diuturnis febribus pituita abūdauerit, & minimè purgatus fuerit, & in eius carnes pituita vertitur. Quæ quanquā reliqua pituita nihilo ſit albidior, cutis tamen color cādidior apparet. Sanguis enim pituitæ copia aquoſior redditur, neq; æquè in eo bonus color ineſt, proptereáq; candidiores apparent, morbuſq; pituita alba vocatur. Si igitur per morbi initia curatio adhibita fuerit, conualeſcit; ſin minùs, in aquam inter cutē morbus tranſit, & hominē perimit. Qui magnū habēt lienem, qui quidem bilioſi ſunt, malè colorati euadunt; praua vlcera cōtrahunt, os grauiter olet, graciles ſunt; lien durus eſt, ſemperq; æqualis magnitudinis, neque ciborum reliquiæ per aluum demittuntur. Qui verò pituitoſi ſunt, hæc iis minùs contingunt, & lien aliàs maior, alias minor redditur. His confert ſi quidem minimè purgati videantur, caput & reliquum corpus purgare. Quòd ſi purgatione non indigeant, victus earatio inſtituenda, quæ pituitoſis quidem corpus exiccet & extenuet, cibis, potionibus, & vomitionibus, & exercitationibus quàm plurimis, ac deambulationibus. Quinetiam vere per veratrum ſurſum purgandū. Bilioſis verò confert per victus rationem humectantem aluum & veſicam ſubducere, & venam ſplenicā crebrò laxare, medicamentiſq; vrinam cientibus vti, quæ lienem mollire ſcripta ſunt, & pro anni tempore bilem purgare. Ex lienoſis autem nonnulli medicamentis epotis minimè iuuantur, & ex reliqua curatione nihilo gracilior etiam lien redditur, ſed quę admouentur à morbi magnitudine ſuperantur. Progreſſu verò tēporis quibuſdam quidem morbus ad aquā intercutem deuenit, & contabeſcunt, quibuſdam verò purulentus fit, & vſtione conſaneſcunt, quibuſdam etiam durus & magnus ad ſenectutem vſq; perſeuerat. Oritur autem morbus vbi ex febribus & vitioſa curatione, bilis aut pituita, aut vtraq; ad lienem decubuerint. Et diuturnus quidem affectus eſt, minimè tamen lethalis. Ex medicamentis autem quæ ad lienem exhibentur, alia quidem per veſicam purgant & molliorem efficiunt, alia verò purgant quidem, neque tamen per veſicam quicquam quod euidens ſit, neque per aliam vſpiam partem, lienem tamen emolliunt. Cùm voluulus corripuerit, venter durus redditur, nihilque infra demittit, dolorque totam inferiorem aluum detinet, & febris & ſitis. Quandoque etiam præ dolore bilem vomitione reiicit. Hunc & intus & extra humectare oportet, & multa calida lauare, bibereque quæ aluum moueant & vrinam deducant, & per infuſum ſubluere ſi admittat. Quòd ſi clyſterem recuſet, fiſtula ad propendulum vtriculi petiolum adalligata & inflata, multus flatus immittendus, inteſtinoque & ventre per flatum diſtento, detracta fiſtula confeſtim clyſter iniiciendus. Quem ſi admiſerit, aluum demittet & conualeſcet. Si verò ne ſic quidem clyſterem receperit, ſeptimò ferè die moritur. Oritur autem eiuſmodi morbus, vbi copioſè coaceruatum ſtercus in inteſtino pituita circumambiente combuſtum fuerit, inteſtinumque, his nimirum confertim induratis, intumuerit, nullumque ex his medicamentis quæ ſuperbibuntur recipit, ſed vomitione reiicit, neque admota per inferiora infuſa recipit. Eſt autem morbus acutus & periculi plenus.

Aqua inter cutem plærunq; quidem oritur, vbi quis ex morbo longo non purgatus, diu vitam traduxerit. Carnes nanq; corrũpuntur & colliquãtur, in aquamq; vertuntur. Fit etiã hydrops ex liene vbi ægrotarit, & ex hepate, & ex alba pituita, & inteſtinorum difficultate & læuitate. Et ſi quidẽ hydrops ex vitioſorũ humorum purgationis defectu cõtingat, vẽter aqua impletur, pedes & tibiæ attolluntur, humeri, iugulũ, pectus & coxæ contabeſcit. Hunc ſi inter initia in manus ſumpſeris, priùs quàm aqua ſupra modum ſuffuſus fuerit, medicamenta propinanda quibus aqua & pituita per inferiora purgetur. Bilis verò minimè mouẽda. Victus ratio inſtituẽda in cibis & potibus, laboribus & deãbulationibus, ex quibus gracilis & ſiccus reddatur, carnes verò quàm validiſſimæ. Hic verò morbus cùm alias lethalis eſt, tũ verò præcipuè cùm venter aqua plenus eſſe cœperit. At cùm ex liene, aut hepate, aut alba pituita, aut inteſtinorũ difficultate, in aquam intercutem tranſierit, per eadem quidem curare confert, neq; tamen admodũ euadunt. In morbis enim vbi alter alteri ſuccedit, is plærunq; interficit. Corpus enim ex præſente morbo imbecillum redditum, ſi alter morbus acceſſerit, ex imbecillitate priùs perit quàm alter qui poſterior acceſſit morbus deſinat. Aqua ſanè ſic gignitur. Poſtquam carnes pituita, tempore, morbo, & vitioſorum humorum purgatione non facta, malaq; curatione & febribus corruptæ fuerint, colliqueſcunt & in aquam vertuntur, neq; in ſe quidem venter aquam transfundit, ſed in eius ambitu gignitur. Si igitur ex medicamentis aut reliqua victus ratione auxiliũ ſentiat, eiuſq; venter emolliatur, ſatis eſt. Sin minùs, ſectione facta aquam educito. Fit autẽ ſectio vel iuxta vmbilicum, vel retrò iuxta ilia. Inde verò pauci etiam euadunt. Cùm inteſtinorũ difficultas detinuerit, dolor totum ventrem occupat, & tormina, bilem pituitamq; & ſanguinem aduſtum per aluum demittit. Huius purgato capite, medicamentum quod ſupra pituitam purget propinato, & aluo lacte cocto abluta, reliquum corpus curato. Et ſi quidem febris expers fuerit, aluum vnguinoſis, pinguibus, dulcibus, ac liquidis ſemper ſubducito, & quæ inſunt ſemper educito, & ſi dolor detinet, partes ſub vmbilico calida multa lauato: potiones, ſorbitiones, & cibos prout in medicamentorum tractatione ſcriptum eſt, adhibeto. Oritur hic morbus poſtquã bilis & pituita in venas & aluũ decubuerit. Malè quidem afficitur ſanguis, & corruptus per inferiora emittitur, malè quoq; inteſtinum afficitur, & raditur ac exulceratur. Longus autem hic morbus redditur, laborioſus & lethalis, & ſi quidẽ valido adhuc corpore curatio adhibeatur, hũc effugere poſſe ſpes eſt; ſin verò iã colliquefacto ventreq; penitus exulcerato, vitæ nulla ſpes eſt. Inteſtinorum læuitas cibos demittit minimè putrefactos, liquidos, dolor non adeſt, corpus autem extenuatur. Hunc iiſdem quibus inteſtinorum difficultate detentos curato. Hic verò morbus contingit, cùm ex capite & ſuperiore ventre in inferiorẽ pituitæ defluxus factus fuerit. Ideóque cùm fit, cibi ab eo refrigerantur & humectantur, eorumq; non putrefactorum velox fit per aluum demiſſio, & corpus colliqueſcit, cùm partim quidem cibi non ſufficienti tempore in ventriculo coquantur, partim verò à ventriculo calido præter naturam incaleſcit. Cùm longum

Ὕδρωψ δὲ γίνεται τὰ μὲν πλεῖστα, ὅταν τις ἐκ νούσου μακρῆς ἀκάθαρτος διαφέρηται πουλὺν χρόνον. φθείρονται γὰρ αἱ σάρκες, καὶ τήκονται, καὶ γίνονται ὕδωρ. γίνεται δὲ ὕδρωψ, καὶ ἀπὸ τοῦ σπληνὸς ὅταν νοσήσῃ. καὶ ἀπὸ τοῦ ἥπατος. καὶ ἀπὸ λευκοῦ φλέγματος. καὶ ἀπὸ δυσεντερίης. καὶ λειεντερίης. καὶ ἢν μὲν ἐξ ἀκαθαρσίης γένηται ὕδρωψ, ἡ μὲν γαστὴρ, ὕδατος πίμπλαται. οἱ δὲ πόδες καὶ αἱ κνῆμαι, ἐπαίρονται. οἱ δὲ ὦμοι καὶ αἱ κληΐδες καὶ τὰ στήθεα καὶ οἱ μηροὶ τήκονται. τοῦτον ἢν ἀρχόμενον λάβῃς, πρὶν τὸ ὑπέρρυθεν γενέσθαι, φάρμακα πιπίσκειν κάτω, ὑφ' ὧν ὕδωρ ἢ φλέγμα καθαίρεται. χολὴν δὲ μὴ κινέειν. σιτίοισι δὲ καὶ ποτοῖσι καὶ πόνοισι καὶ περιπάτοισι διαιτᾶν, ὑφ' ὧν ἰσχνὸς καὶ ξηρὸς ἔσται, καὶ αἱ σάρκες ὡς ἰσχυρόταται. ἡ δὲ νοῦσος, θανατώδης, ἄλλως τε καὶ ἢν φθῇ ἡ γαστὴρ μεστωθεῖσα ὕδατος. ὅταν δὲ ἀπὸ σπληνὸς, ἢ ἥπατος, ἢ λευκοῦ φλέγματος, ἢ δυσεντερίης ἐς ὕδρωπα μεταστῇ, θεραπεύειν μὲν τοῖσιν αὐτοῖσι ξυμφέρει, διαφεύγουσι δὲ οὐ μάλα. τῶν γὰρ νοσημάτων ὅ, τι ἂν ἑτέρῳ ἐφ' ἑτέρου γένηται, ὡς τὰ πολλὰ ἀποκτείνει. ὅταν γὰρ ἀσθενὲς τῷ σώματι ἐὸν ὑπὸ τῆς προεούσης νούσου, ἑτέρη νοῦσος ἐπιγένηται, πρότερον ἀπόλλυται ὑπὸ ἀσθενείης, πρὶν ἢ τὴν ἑτέρην νοῦσον, τὴν ὑστέρην γενομένην, τελευτῆσαι. τὸ δὲ ὕδωρ γίνεται οὕτως. ἐπειδὰν αἱ σάρκες ὑπὸ φλέγματος, καὶ χρόνου, καὶ νόσου, καὶ ἀκαθαρσίης, καὶ κακοθεραπείης, καὶ πυρετῶν διαφθαρέωσι, τήκονται καὶ γίνονται ὕδωρ. καὶ ἡ μὲν κοιλίη, οὐ μεταδιδοῖ ὕδωρ ἐς ἑωυτήν. κύκλῳ δὲ περὶ αὐτὴν γίνεται. καὶ ἢν μὲν οὖν ὑπὸ τῶν φαρμάκων καὶ τῆς ἄλλης διαίτης ὠφελέηται, καὶ ἡ γαστὴρ λαπάσσηται αὐτοῦ. ἢν δὲ μὴ, ταμὼν ἀφεῖναι τοῦ ὕδατος. τέμνεται δὲ, ἢ παρὰ τὸν ὀμφαλὸν, ἢ ὄπισθεν κατὰ τὴν λαγόνα. διαφεύγουσι δὲ καὶ ἐντεῦθεν ὀλίγοι. Δυσεντερίη ὅταν ἔχῃ, ὀδύνη ἔχει κατὰ πᾶσαν τὴν κοιλίην, καὶ στρόφος καὶ διαχωρέει χολήν τε καὶ φλέγμα, καὶ αἷμα ξυγκεκαυμένον. τοῦτον καθήρας τὴν κεφαλὴν, φάρμακον πίσαι ἄνω, ὅ, τι φλέγμα καθαίρει. καὶ τὴν κοιλίην γάλακτι ἑφθῷ διακλύσας, τὸ ἄλλο σῶμα θεραπεύειν. καὶ ἢν μὲν ἄπυρος ᾖ, τὴν μὲν κοιλίην λιπαροῖσι, καὶ πίοσι καὶ γλυκέσι καὶ ὑγροῖσιν ὑπάγειν αἰεὶ τὰ ἐνεόντα. καὶ λοῦν πολλῷ καὶ θερμῷ, τὰ κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, ἢν ὀδύνη ἔχῃ. τὰ δὲ πόματα καὶ τὰ ῥοφήματα καὶ τὰ σιτία προσφέρειν, κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐν τῇ φαρμακίτιδι. ἡ δὲ νοῦσος γίνεται, ἐπειδὰν χολὴ καὶ φλέγμα καταστηρίξῃ ἐς τὰς φλέβας καὶ τὴν κοιλίην, νοσέει μὲν τὸ αἷμα καὶ διαχωρέει ἐφθαρμένον. νοσέει δὲ καὶ τὸ ἔντερον, καὶ ξύεται καὶ ἑλκοῦται. γίνεται δὲ αὕτη ἡ νοῦσος, καὶ μακρὴ, καὶ πολύπονος, καὶ θανατώδης. καὶ ἢν μὲν ἔτι τοῦ σώματος ἰσχύοντος θεραπεύηται, ἐλπὶς διαφυγεῖν. ἢν δὲ ἤδη ἐκτετηκότος καὶ τῆς κοιλίης παντάπασιν ἡλκωμένης, ζωῆς ἐνδείη ἐλπίς. Λειεντερίη, τὰ σιτία διαχωρέει ἄσηπτα, ὑγρά. ὀδύνη δὲ οὐκ ἔνι. λεπτύνεται δὲ, καὶ τὸ σῶμα. τοῦτον θεραπεύειν ἐν τοῖσιν αὐτοῖσι, τοῖς ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένοις. ἡ δὲ νοῦσος γίνεται, ὅταν ἐκ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς ἄνω κοιλίης κατάρροος γένηται τοῦ φλέγματος, ἐς τὴν κάτω κοιλίην. ὅταν δὲ τοῦτο, τὰ σιτία ὑπ' αὐτοῦ ψύχεται καὶ ὑγραίνεται. καὶ ἡ ἄφοδος αὐτῶν ἀσήπτων ταχείη γίνεται. καὶ τὸ σῶμα τήκεται, ἅμα μὲν οὐ παραμενόντων τῶν σιτίων ἐν τῇ κοιλίῃ χρόνον ἱκανόν. ἅμα δὲ ὑπὸ τῆς κοιλίης θερμῆς ἐούσης παρὰ φύσιν θερμαινόμενον. Διάρροια δὲ

ἡ μακρὴ

ἢ μακρὴ ὅταν ἔχῃ, διαχωρέει πρῶτον μὲν, τὰ εἰσιόντα ὑγρά· ἔπειτα φλέγμα. καὶ ἐσθίει μὲν ἐπιεικέως, ὑπὸ δὲ τῆς πολλῆς διαχωρήσιος ἀσθενὴς καὶ λεπτὸς γίνεται. τοῦτον ἄνω ἀποξηραίνειν, ἐλλέβορον πιπίσκοντα. καὶ τὴν κεφαλὴν καθαίρειν φλέγμα. διακλύζειν δὲ καὶ τὴν κοιλίην, γάλακτι ἑφθῷ. ἔπειτα τἄλλα σιτίοισι καὶ ποτοῖσι θεραπεύειν ὑφ' ὧν ξηρανεῖται ἡ κοιλίη καὶ τὸ σῶμα πᾶν. ἡ δὲ νοῦσος ἀπὸ τῶν αὐτῶν γίνεται, ἀφ' ὧν καὶ ἡ λειεντερίη. αὗται αἱ νοῦσοι ἥ τε δυσεντερίη, καὶ ἡ λειεντερίη καὶ διάρροια, παραπλήσιαί εἰσι. καὶ δεῖ αὐτὰς οὕτως ἰᾶσθαι. τὸν μὲν κατάρροον ἀπολαμβάνειν τὸν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς ἄνω κοιλίης, ἢ ἀποτρέπειν. τοῦ γὰρ νουσήματος ἡ φύσις ἐντεῦθεν γίνεται, καὶ οὐδεὶς οὐδέν σε μέμψεται τὴν διάνοιαν. σχεδὸν δὲ καὶ τἄλλα νουσήματα, ὧδε δεῖ σκοπεῖν, ὅθεν ἕκαστον ἡ φύσις γίνεται. καὶ οὕτω σκοπῶν καὶ λαμβάνων τὴν ἀρχὴν τῶν νουσημάτων ἥκιστ' ἂν ἁμαρτάνοις. Τεινεσμὸς ὅταν λάβῃ, διαχωρέει αἷμα καὶ μύξα. καὶ πόνος ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ γίνεται, καὶ μάλιστα ὅταν εἰς ἄφοδον ἴῃ. τοῦτον ξυμφέρει τὴν κοιλίην διυγραίνειν καὶ λιπαίνειν, καὶ λεαίνειν. καὶ ὑπάγειν τὰ ἐνεόντα. καὶ λούειν θερμῷ, πλὴν τῆς κεφαλῆς. φιλέει δὲ ἡ νοῦσος αὕτη τὰ σιτία πλείω τελέειν. οἱ γὰρ στρόφοι κενουμένης τῆς κοιλίης ὑπὸ τοῦ αἵματος διεξιόντες καὶ τῆς μύξης, καὶ προσπίπτοντες πρὸς τὸ ἔντερον, γίνονται. ἐνεόντων δὲ τῶν σιτίων, ἧσσον δῆξιν παρέχει τῷ ἐντέρῳ. καὶ γίνεται μὲν ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὧν καὶ ἡ δυσεντερίη. ἀσθενεστέρη δὲ καὶ ὀλιγοχρονίη, καὶ οὐ θανατώδης. Ὅταν δὲ ἐξ οἴνου ἢ ὑπ' εὐωχίης χολέρη λάβῃ ἢ διάρροια, τῇ μὲν διαρροίᾳ ξυμφέρει διαιτᾶσθαι. καὶ ἢν δίψος ἔχῃ, οἶνον διδόναι γλυκὺν, ἢ στέμφυλα γλυκέα. ἐς ἑσπέρην δὲ διδόναι ταῦτα, ἃ καὶ τοῖσιν ὑπὸ φαρμάκου κεκαθαρμένοισιν. ἢν δὲ μὴ παύηται, ἐθέλῃς δὲ παῦσαι, ἔμετον ἀπὸ σιτίου ἢ φακίου ποιῆσαι. καὶ παραχρῆμα ἀνασπᾶται ἄνω ἡ κάτω ἄφοδος, καὶ ἢν διακλύσῃς χυλῷ φακῶν ἢ ἐρεβίνθων, καὶ οὕτως που παύσεται. Τῇ δὲ χολέρῃ ξυμφέρει, ἢν μὲν ὀδύνην ἔχῃ, διδόναι ἃ γέγραπται ἐν τοῖσι φαρμάκοισι, παύοντα τὴν ὀδύνην. τὴν δὲ κοιλίην θεραπεύειν τήν τε ἄνω καὶ τὴν κάτω, διυγραίνοντα πόμασι, καὶ μαλάσσοντα τὸ σῶμα λουτροῖσι θερμοῖσι, πλὴν τῆς κεφαλῆς. καὶ ὅ, τε ἔμετος, οὕτως εὐπετέστερος γίνεται. καὶ ἢν ἔσω τι ὑγρὸν ἐνῇ, τὰ προσιστάμενα ἄνω ἀπεμέεται, καὶ ἡ κάτω ὑποχώρησις μᾶλλον διαχωρέει. ἢν δὲ κενώσῃ, ἐμέεται βιαίως, καὶ ὑποχωρέει βιαιότερον. ἐς ἑσπέρην δὲ διδόναι καὶ τούτῳ, ὅσαπερ τῷ φαρμακοποτέοντι. γίνεται δὲ καὶ ταῦτα τὰ ἀλγήματα, ὅσα ἐκ ποσίων γίνεται. ἢ ἐξ εὐωχίης, ὅταν τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ πλέον τοῦ εἰωθότος, ἐς τὴν κοιλίην εἰσέλθῃ. καὶ τὰ ἔξωθεν εἰωθότα ὑπερθερμαίνειν τὸ σῶμα, κινέει χολὴν καὶ φλέγμα. Στραγγουρίης, τρόποι μὲν πολλοὶ καὶ παντοῖοι. ξυμφέρει δ' ἔξωθεν μὲν τὸ σῶμα μαλάσσειν λουτροῖσι θερμοῖσιν. ἔσωθεν δὲ διυγραίνειν. τὴν μὲν κοιλίην, σιτίοισιν ὑφ' ὧν ὑγρὸς ἔσται. τὴν δὲ κύστιν, ποτοῖσιν ὑφ' ὧν τὸ οὖρον ὡς πλεῖστον διαχεῖται. διδόναι δὲ καὶ τῶν διουρητικῶν φαρμάκων, ἃ γέγραπται ἐν τῇ φαρμακίτιδι παύοντα τῆς ὀδύνης. ἡ δὲ νοῦσος ὑπὸ τοῦ φλέγματος γίνεται. καὶ ὅταν μὲν ἡ κύστις ξηρανθῇ, ἢ ψυχθῇ, ἢ κενωθῇ, ὀδύνην παρέχει. ὅταν δὲ ὑγρή τε ᾖ καὶ πλήρης, ἢ καὶ κεχυμένη, ἧσσον.

alui profluuium detinet, primum quidem quæ ingeruntur liquida per aluum ſecedunt, deinde pituita. Et moderatè quidem comedit, verùm ex copioſa alui egeſtione debilis & gracilis redditur. Húc veratro in potu exhibito, & capite pituitâ purgato, ſupra reſiccato, lacte cocto aluum eluito; deinde reliquam curationem per cibos & potiones quibus aluus & totum corpus exiccetur adhibeto. Morbus ex iiſdem ex quibus inteſtinorum læuitas oritur. Hi morbi inteſtinorum difficultas, læuitas, & alui profluuium inter ſe ſunt ſimiles, eoſque ſic curare conuenit, vt defluxionem quidem à capite & ſuperiore ventre intercipias & auertas, cùm morbi natura inde ſit, neque eſt qui qua in re ſententiam tuam coarguat. Ac ferè in reliquis morbis cuiuſque naturam vnde ſit eodem modo in conſiderationem adhibere oportet. Quod cùm feceris, morborumque principium deprehenderis, minimè aberraueris. Cùm crebra & inanis egerendi voluntas prehenderit (tineſmum dicunt) ſanguis & mucus per aluum ſecedunt, dolorque in inferiore aluo oritur, idque præcipuè vbi ad ſeceſſum deuenerit. Huic aluum madefacere, pinguem reddere ac læuigare conuenit; quæ intus ſunt ſubducere, & calida, excepto capite, lauare. Hic autem morbus plures cibos inſumere conſueuit. Vacuato enim ventre, à ſanguine & muco tranſeunte, dum ad inteſtinum illabuntur, tormina fiunt. Intus autem exiſtentibus cibis, minorem morſum inteſtino exhibent. Ac ex iiſdem quidem ex quibus etiam inteſtinorum difficultas, contingit, & imbecillior tamen & breuis, minimeque lethalis. Cùm ex vino aut comeſſatione cholera prehenderit, aut alui profluuium, ad alui quidem profluuium ieiunium confert & ſi ſitis detineat, vinum dulce exhibendum; aut vuarum dulcium retrimenta. Sub veſperam autem eadem danda quæ à medicamento purgatis dantur. Quod ſi non ſedetur, ſedare autem velis, vomitum poſt cibum aut lenticulæ decoctum excitato, confeſtimque per inferiora ſeceſſus ſurſum reuellitur, ſique lentium aut cicerum cremore elueris; ſic quoque quodammodo ſedabitur. Ad choleram autem confert, ſi quidem dolor detinet, ea dare quæ in medicamentorũ tractatione dolorem ſedare ſcripta ſunt. Venter autem tum ſuperior, tum inferior, potionibus madefacientibus curandus, corpuſq; excepto capite, balneis calidis emolliendũ, ſicq; facilior vomitus contingit, & ſi quid humidi ſubierit, quæ moleſta ſunt ſurſum reuomuntur, & per inferiora ſeceſſus magis prodit. Quòd ſi vacuus fuerit, cùm vi euomuntur, & violentiùs ſecedunt. Sub veſperam autem etiam ei exhibeto, quæ ei qui medicamento purgante vſus eſt, exhiberi ſolét. At verò dolores qui ex vini potione aut cõmeſſatione contingunt, oriuntur cùm cibi & potus ſolito copioſiores in ventriculum ſubierint, quæq; foris corpus ſupra modum calefacere ſolent, bilem & pituitam agitant. Stranguriæ multi quidem & varii ſunt modi. Confert verò foris quidẽ corpus balneis calidis emollire, intus verò madefacere, aluum quidem cibis quibus fluida reddatur, veſicam verò potionibus, à quibus vrinæ plurimum profluit. Ex medicamentis autem vrinam cientibus, ea danda ſunt, quæ in medicamentorum tractationẽ dolorem ſedare ſcripta ſunt. Morbus verò ex pituita oritur. Et cum quidem veſica reſiccata, aut refrigerata, aut vacuata fuerit, dolorem exhibet, cùm verò humida & plena, aut etiam diſtenta eſt, minùs.

Hic autem morbus ſenioribus quidem longior fit, iunioribus verò breuior, neutris tamen lethalis. In coxendicum morbo, dolor coxæ connexionem inuadit, & extremas nates, & protuberantem in ſumma femoris parte carnem quæ γλουτὸς dicitur. Ad extremum verò per totum etiam crus dolor deerrat. Huic confert, cùm dolor detinet, balneis calidis & fomentis emollire ad quamcunq; cruris partem dolor fortè decubuerit, aluumq; ſubducere, cumque leuatus dolor fuerit, medicamentum infra purgans exhibere, & poſt hæc lac aſininum coctum potare. Ad dolorem autem danda quæ ſcripta ſunt in medicamentorum tractatione. Oritur hic morbus vbi bilis & pituita ad venam ſanguine manantem decubuerit, aut ex alio morbo, aut aliàs cùm quicquid eſt ſanguinis à pituita & bile coactum, malè affectum fuerit. Iſtud enim toto crure per venam ſanguine manãtem vagatur, & vbicunq; conſtiterit, ibi etiam dolor maximè manifeſtus & moleſtus contingit, non tamen lethalis. Quòd ſi in vno aliquo loco firmiter conſtiterit dolor, neq; medicamentis expellatur, quocunq; loco dolor fortè extiterit, eum lino crudo inurito. Articularis morbus cùm detinet, corporis articulos ignis & dolor inuadit. Prehendit etiam acutus, & ad alium atq; alium etiam articulum vehementiores & leuiores dolores decumbunt. Huic, qua parte dolor detinet, refrigerantia admouere confert, & quæ in ventre ſunt per infuſa & glandem ſubducere, & quicquid tibi profuturum videbitur, ſorbendum & bibẽdum exhibere. Cùm verò dolor adfuerit, medicamentum deorſum purgans propinato, & poſt hoc ſerum coctum & lac aſininum potui exhibeto. Hic morbus ex bile & pituita oritur, cùm agitata ad articulos decubuerint. Et breuis quidem & acutus euadit, ſed minimè lethalis, iunioribusq; magis quam ſenioribus contingere ſolet. Pedum dolor his omnibus quæ circa articulos contingunt violentior quidem exiſtit, & maximè diuturnus, quiq; ægerrimè ſoluitur, eſtq; hic quidem morbus ſanguinis in venis à bile & pituita corrupti. Qui quò magis tenues venulas corporiq; plurimum neceſſarias neruoſq; & oſſa multa ac crebra ſubierit, eò ſanè tum ſtabilior morbus eſt, tum ægerrimè profligatur. Huic eadem quæ articulari morbo conferunt, & longus quidem hic morbus eſt & grauis, minimè tamen lethalis. Quòd ſi in digitis dolor remaneat, venas in digito paulùm ſupra articuli nodum inurito. Vſtio autem per linum crudum fiat. Morbus autem regius hunc in modum curandus eſt. Corpus quidẽ balneis calidis foris emolliendum, aluus verò & veſica madefacienda, & ex vrinam cientibus danda quæ ante ſcripta ſunt. Quòd ſi vehemens fuerit, capite purgato, medicamentum quoddam quod bilem per inferiora purget propinato, poſtea verò vrinam ducentibus vtendum. Hic autem morbus oritur, cùm bilis commota ad cutem ſe cõuerterit. Quæ ſi quiuis ex plebe nouerit, haud ſimiliter in incurabiles morbos incidat. Solẽt enim morbi ex paruis cauſis externis magni & diuturni fieri. Et quæ quidem ad cibos aut potiones ſpectant, vel ſorbitiones, vel medicamenta quæ doloris gratia exhibentur, ea omnia ſemper ſine periculo admouentur. ſi vt ſcripta ſunt admoueas. Quæ verò medicamenta

ἡ δὲ νοῦσος τοῖσι μὲν παλαιοτέροισι, μακροτέρη γίνεται· τοῖσι δὲ νεωτέροισι, βραχυτέρη. θανατώδης δὲ οὐδετέροισιν. Ἰσχιὰς δὲ ὅταν λάβηται, ὀδύνη λαμβάνει ἐς τὴν πρόσφυσιν τοῦ ἰσχίου, καὶ ἐς ἄκρον τὸν πυγαῖον, καὶ ἐς τὸν γλουτόν. τέλος δὲ καὶ διὰ παντὸς τοῦ σκέλεος πλανᾶται ἡ ὀδύνη. τούτῳ συμφέρει ὅταν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, μαλθάσσειν καθ' ὅκοιον ἂν τυγχάνῃ τοῦ σκέλεος στηρίζουσα ἡ ὀδύνη, ἐν λουτροῖσι, καὶ χλιάσμασι ποιέοντα. καὶ τὴν κοιλίην ὑπάγειν. ἔπειτα δὲ λωφήσῃ ἡ ὀδύνη, φάρμακον διδόναι κάτω. καὶ μετὰ τοῦτο πίνειν γάλα ὄνου ἑφθόν. διδόναι δὲ τῆς ὀδύνης ἃ γέγραπται ἐν τοῖσι φαρμάκοισιν. ἡ δὲ νοῦσος γίνεται, ἐπειδὰν χολὴ καὶ φλέγμα ἐς τὴν αἱμόρροον φλέβα κατασκήψῃ, ἢ ἐξ ἑτέρης νούσου, ἢ ἄλλως σαπῇ τὸ αἷμα ὑπὸ φλέγματος καὶ χολῆς συνεστηκός. τοῦτο γὰρ πλανᾶται ἀνὰ τὸ σκέλος διὰ τῆς φλεβὸς τῆς αἱμορρόου. καὶ ὅκου ἂν στῇ, κατὰ τοῦτο καὶ ἡ ὀδύνη ἐπίδηλος γίνεται μάλιστα καὶ ἐπίπονος· θανατώδης δὲ οὔ. Εἰ δὲ ἐς ἕν τι χωρίον κατασκήψῃ ἡ ὀδύνη καὶ στῇ, καὶ τοῖσι φαρμάκοισι μὴ ἐξελαύνηται, καίειν καθ' ὅκοιον ἂν τυγχάνῃ ἐοῦσα ἡ ὀδύνη. καίειν δὲ τῷ ὠμολίνῳ. Ἀρθρῖτις νοῦσος ὅταν ἔχῃ, λαμβάνει πῦρ καὶ ὀδύνη τὰ ἄρθρα τοῦ σώματος. λαμβάνει δὲ καὶ ὀξεῖα. καὶ ἐς ἄλλο τε καὶ ἄλλο τῶν ἄρθρων, ὀξύτεραί τε καὶ μαλακώτεραι κατασκήπτουσιν αἱ ὀδύναι. τούτῳ ξυμφέρει προσφέρειν ᾗ ἂν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, ψύγματα. καὶ ἐκ τῆς κοιλίης ὑπάγειν τὰ ἐνεόντα, κλύσμασιν ἢ βαλάνῳ. καὶ ῥοφεῖν διδόναι καὶ πίνειν, ὅ,τι ἂν δοκέῃ σοι ξυνοίσειν. ὅταν δὲ ἡ ὀδύνη ἐνῇ, φάρμακον κάτω πίσαι. καὶ μετὰ τοῦτο πιπίσκειν ὀρρὸν ἑφθόν. καὶ ὄνου γάλα. ἡ δὲ νοῦσος γίνεται ὑπὸ χολῆς καὶ φλέγματος, ὅταν κινηθέντα εἰς τὰ ἄρθρα κατασκήψῃ. καὶ ὀλιγοχρόνιος μὲν γίνεται καὶ ὀξεῖα, θανατώδης δὲ οὔ. νεωτέροισι δὲ εἴωθε μᾶλλον ἢ γεραιτέροισι γίνεσθαι. Ποδάγρη βιαιότερον μὲν τῶν τοιούτων ἁπάντων ὅσα περὶ τὰ ἄρθρα, καὶ πολυχρονιώτατον, καὶ δυσαπαλλακτότατον. καὶ ἔστι μὲν ἡ νοῦσος αὕτη τοῦ αἵματος ἐφθαρμένου, τοῦ ἐν τοῖσι φλεβίοισιν, ὑπὸ χολῆς καὶ φλέγματος. ὅσῳ δὲ ἐν λεπτοτάτοισιν ἡ φλεβίοισιν, καὶ ἐν ἀναγκαιοτάτοισι πεφυκόσι πλείστη τοῦ σώματος, καὶ ἐν νεύροισι καὶ ὀστέοισι πολλοῖσί τε, καὶ πυκνοῖσι, τοσούτῳ δὲ χρονιώτατόν τέ ἐστι τὸ νούσημα καὶ δυσαπαλλακτότατον. ξυμφέρει δὲ καὶ ταύτῃ τὰ αὐτὰ, ἃ καὶ τῇ ἀρθρίτιδι. καὶ μακρὴ μὲν καὶ αὕτη ἡ νοῦσος καὶ ἐπίπονος· θανατώδης δὲ οὔ. ἢν δὲ τοῖσι δακτύλοισιν ἡ ὀδύνη ἐγκαταλείπηται, καίειν τὰς φλέβας τοῦ δακτύλου ὑπὲρ τοῦ κονδύλου ὀλίγον. καίειν δὲ ὠμολίνῳ. Τὸν δὲ ἴκτερον ὧδε χρὴ θεραπεύειν, ἔξωθεν μὲν τὸ σῶμα μαλθάσσειν λουτροῖσι θερμοῖσι. τὴν δὲ κοιλίην διυγραίνειν, καὶ τὴν κύστιν. καὶ τῶν διουρητικῶν διδόναι, ἃ προγέγραπται. ἢν δὲ ἰσχυρὸς ᾖ, καθήρας τὴν κεφαλὴν, φάρμακόν τι πίσαι κάτω, ὃ χολὴν καθαίρει. ἔπειτα δὲ τοῖσι διουρητικοῖσι χρῆσθαι. ἡ δὲ νοῦσος γίνεται, ὅταν χολὴ κινηθεῖσα ὑπὸ τὸ δέρμα τράπηται. ταῦτα δὲ ἐπιστάμενος ἀνὴρ ἰδιώτης, οὐκ ἂν ὁμοίως ἐμπίπτοι εἰς ἀνήκεστα νοσήματα. καὶ γὰρ νοσήματα εἴωθεν ἀπὸ μικρῶν προφασίων μεγάλα καὶ πολυχρόνια γίνεσθαι. καὶ ὅσα μὲν σιτίων ἢ ποτῶν ἐχόμενά ἐστιν, ἢ ῥοφημάτων ἢ φαρμάκων ὅσα ὀδύνης εἵνεκα δίδοται, ἀκίνδυνά ἐστιν ἅπαντα προσφέρειν αἰεὶ, ἐὰν κατὰ τὰ γεγραμμένα προσφέρῃς. ὅσα δὲ καθαίρει τῶν φαρμάκων,

χολὴν

χολὴν ἢ φλέγμα, ἐν τούτοισιν οἱ κίνδυνοι γίνονται, καὶ αἱ αἰτίαι τοῖσι θεραπεύουσι. φυλάσσεσθαι οὖν χρὴ ταῦτα μάλιστα. ταῦτα μὲν ὅσα κατὰ κοιλίην γίνεται νουσήματα, πλὴν τοῦ ἐμπύου, καὶ φθινόντων, καὶ τῶν γυναικείων. ταῦτα γὰρ χωρὶς γεγράψεται. Φύματα ὅσα φύεται, πάντα ἀπὸ φλέγματος, ἢ αἵματος φύεται. ὅταν δὲ ἀπὸ τρώματος ἢ πτώματος ἀθροισθῇ, ξυμφέρει δὴ τούτοισι, τὰ μὲν καταπλάσσοντα, καὶ φάρμακα πιπίσκοντα διαχέειν. τὰ δὲ καταπλάσσοντα, πεπαίνειν. διαχέει δὲ τῶν καταπλασμάτων ὅσα θερμὰ ὄντα ὑγραίνει, καὶ μὴ ἀνασπᾷ ἐς ἑωυτά. πεπαίνει δὲ ὅσα θερμαίνοντα ξυνάγει. ὅταν δὲ ἢ τμηθῇ, ἢ αὐτόματα ῥαγῇ, φαρμάκῳ ἀνακαθαίρειν τὸ ὑγρόν. ὅταν δὲ πῦον ῥέον παύσηται, ὡς ἕλκος ἰῆσθαι. Λέπρη, καὶ κνησμὸς, καὶ ψώρη, καὶ λειχῆνες, καὶ ἀλφὸς, καὶ ἀλωπεκίαι, ἀπὸ φλέγματος γίνονται. ἔστι δὲ ταῦτα αἶσχος μᾶλλον, ἢ νουσήματα. κηρίον, καὶ χοιράδες, καὶ φύγεθλα, καὶ δοθιῆνες, καὶ ἄνθρακες, ἀπὸ φλέγματος φύεται. τούτοισι τοῖσι φαρμάκοισιν ἀποκαθαίρειν τάδε χρῆσθαι. τοῖσι μὲν χολώδεσιν διδόναι, τὰ ὑφ' ὧν χολὴ καθαίρεται. τοῖσι δὲ φλεγματώδεσι, τὰ ὑφ' ὧν φλέγμα. τοῖσι δὲ μελαγχολῶσι, τὰ ὑφ' ὧν μέλαινα χολή. τοῖσι ὑδρωπιῶσι, τὰ ὑφ' ὧν ὕδωρ. ὅσα δὲ δίδοται φάρμακα ποτὰ, καὶ μὴ καθαίρει μήτε χολὴν, μήτε φλέγμα, ὅταν ἐς τὸ σῶμα εἰσέλθῃ, τὴν δύναμιν ἀποδείκνυσθαι δεῖ, ἢ ψύχοντα, ἢ θερμαίνοντα, ἢ ξηραίνοντα, ἢ ὑγραίνοντα, ἢ ξυνάγοντα, ἢ διαχέοντα. ὅσα δὲ ὕπνον ποιέει, ἀτρεμίην δεῖ τῷ αἵματι παρέχειν τὸ φάρμακον. Ὅταν δὲ ἐπὶ νοσέοντα ἀφίκῃ, ἐπερωτᾷν χρὴ ἃ πάσχει, καὶ ἐξ ὅτου, καὶ ποσταῖος, καὶ τὴν κοιλίην εἰ διαχωρέει, καὶ δίαιταν ἥντινα διαιτᾶται. καὶ ἐνθυμέεσθαι πρῶτα μὲν τὸ νούσημα πότερον ἀπὸ χολῆς ἢ φλέγματος γίνεται, ἢ ἀμφότερα. καὶ τοῦτο εὖ εἰδέναι, ὅτι ἀνάγκη ἐστὶν ὡς ἀπὸ τούτων τοῦ ἑτέρου, ἢ ἀμφοτέρων γίνεσθαι. ἔπειτα πότερον ξηρασίης ἢ ὑγρασίης χρήζει. ἢ τὰ μὲν τοῦ σώματος, ξηρασίης. τὰ δὲ, ὑγρασίης. ἔπειτα τὴν νοῦσον, εἴτε ἄνω δεῖ θεραπεύειν, εἴτε κάτω. εἴτε διὰ τῆς κύστιος. καὶ εἴτε αὔξεται ἡ νοῦσος, εἴτε μαραίνεται, εἴτε λύεται, εἴτε μεταπίπτει εἰς ἑτέρην νοῦσον. Τοὺς τρωματίας, λιμοκτονέειν. καὶ ἐκ τῆς κοιλίης ὑπάγειν τὰ ἐόντα, ἢ ὑποκλύζοντα, ἢ φάρμακον κάτω διδόντα. καὶ πίνειν ὕδωρ ἢ ὄξος, ἢ ῥοφεῖν. τὰ φλεγμαίνοντα ψύχειν καταπλάσμασι. τὰ δὲ ψύχοντα καταπλάσματα ἐστὶν, ἢ τεῦτλα ἑφθὰ ἐν ὕδατι, ἢ σέλινον, ἢ ἐλαίης φύλλα, ἢ συκῆς φύλλα, ἢ βάτου, ἢ βαλανίνης, ἢ ῥοιῆς γλυκείης. ἑφθοῖσι δὲ τούτοισι χρῆσθαι, ὠμοῖσι δὲ ῥάμνου φύλλοισιν, ἢ ἄγνου, ἢ ἐλελισφάκου, ἢ τιθυμάλλου, ἢ πολύγονον χλωρὸν, ἢ πράσον, ἢ σέλινον, ἢ κορίαννον, ἢ ἰσάτιος φύλλα. ἢν δὲ μηδὲν ἀπὸ τούτων ἔχῃς, μηδὲ ἄλλο μηδὲν καταπλάσμα, ἄλφιτα φυρήσας ὕδατι ἢ οἴνῳ καταπλάσσειν, τοσοῦτον δὲ χρόνον καταπλάσματα τὰ ψυχρὰ ὠφελέει, ὅσον ἂν ψυχρότερα ᾖ τοῦ ἕλκεος. ὅταν δὲ ᾖ θερμότερα, ἢ ὁμοίως θερμὰ, βλάπτει. τὰ λιπαρὰ πρὸς τὰ φλεγμαίνοντα οὐ ξυμφέρει, οὐδὲ πρὸς τὰ ἀκάθαρτα, οὐδὲ πρὸς τὰ σηπόμενα. ἀλλὰ πρὸς μὲν τὰ φλεγμαίνοντα, ξυμφέρει τὰ ψυχρά, πρὸς δὲ τὰ ἀκάθαρτα, καὶ τὰ σηπόμενα, τὰ δριμέα, καὶ ὅσα δῆξιν … να προσέχοντα καθαίρει. ὅταν δὲ σαρκοφυέειν βούλῃ, τὰ … ξὺ δὲ τὰ θερμὰ μᾶλλον ξυμφέρει, πρὸς ταῦτα γὰρ ἡ σὰρξ φύεται.

bilem aut pituitam purgant, in iis periculum conſtituitur,& culpa in eos qui curant confertur. Hæc igitur maximè euitare oportet. Atqui ij quidem morbi qui circa ventrem oriuntur, præter eos qui pus pectore colligunt,& qui tabem inferunt, & qui mulieribus contingunt. De his enim ſeorſim ſcribetur. Tubercula quæ oriuntur omnia, ex pituita aut ſanguine naſcuntur. Cùm verò ex vulnere aut caſu collecta fuerint,hæc ſanè cõfert partim quidem cataplaſmatis inducere,& medicamentis epotis diſcutere, partim verò cataplaſmatis impoſitis maturare. Ex cataplaſmatis autem diſcutiunt, quæcunque calida humectant,neq; ad ſe trahunt. Maturant autem quæ calefaciendo cogunt. Vbi verò quid ſectum aut ſponte ruptum fuerit, medicamento humorem repurgato,cùm autem pus effluere deſierit, velut vlcus curato. Lepra,prurigo,ſcabies,impetigines, vitiligo & alopeciæ ex pituita oriuntur. Sunt autem iſta fœditas potiùs quàm morbi,fauus,ſtrumæ,phygethla, furunculi & carbunculus, ex pituita oriuntur. In his vt ea repurges medicamentis ad hunc modum vtendum. Bilioſis quidem ea exhibeto,quibus bilis repurgetur, pituitoſis verò à quibus pituita,melancholicis autem à quibus bilis atra, hydropicis verò ex quibus aqua. Quæ medicamenta potu exhibentur, neque bilem, neq; pituitam purgare ſolent, ea cùm corpus ſubierint,vim ſuam exhibeant oportet, aut refrigerando, aut calefaciendo,aut ſiccando,aut humectando, aut cogendo,aut diffundendo. Quæ verò ſomnum conciliant, ea ſanguini quietem per medicamentũ præbere oportet. Cum verò ad ęgrotum perueneris,quęnam patiatur & quanam ex cauſa interrogandum, & ex quot iam diebus,an etiã venter deſiſtat, ac quanam victus ratione vtatur. Imprimiſq; in conſiderationem adhibendum,num morbus ex bile aut pituita, vel ab vtriſque ortus ſit. Probeq; noſſe conuenit, quod ex horum altero, aut vtriſque, originem vt habeat neceſſe eſt. Deinde num ſiccitate vel humectatione indigeat, vel aliæ quidem corporis partes ſiccitate,aliæ verò humectatione. Poſtea an morbus per ſuperiora, an per inferiora curandus ſit, vel per veſicam,& num morbus increſcat, aut imminuatur, num ſoluatur vel in alium tranſeat. Eos qui vulnera acceperunt fame conficito,& quæ inſunt ex aluo, vel per infuſum, vel per medicamentum deorſum purgans exhibitum ſubducito, aquam vel acetũ potui exhibeto,aut ſorbitione dato. Quæ inflammationem ſentiunt, per cataplaſmata refrigeranda. Sint autem hæc cataplaſmata,aut betæ folia aqua cocta, aut apium,aut oleæ folia,aut fici folia, aut rubi, aut quercus,aut mali punici dulcis,quibus coctis vtendum eſt. Crudis verò thamni foliis, vel viticis, vel ſaluiæ, vel Tithymalli,vel polygonum viride,vel porrum,vel apium,vel coriandrum, vel iſatidis folia admoueto. Quòd ſi horũ nihil habeas,neq; vllum aliud cataplaſma,polentam aqua aut vino ſubactã ex cataplaſmate imponito. Tamdiu autem cataplaſmata hæc iuuant, quamdiu vlcere frigidiora fuerint,calidiora verò aut ęquè calida nocent. Pinguia inflãmatis minimè cõferunt,neq; ſordidis,neq; putreſcentibus. Verùm ad inflammata frigida conferunt,ad ſordida verò & putreſcentia, acria, & quæ morſum quendam excitando purgant. Cùm verò carnẽ generare voles, pinguia & calida magis cõferũt. Ab his enim caro ſuccreſcit.

ἢν μὴ μέλλῃ τῷ σώματι βλάβος ἔσεσθαι. ὁκόταν ἢ σιτίων ἢ ποτῶν προστιθέναι ἄρξῃ, ἢ ἀφαιρέειν, κατ᾽ ὀλίγον χρὴ καὶ τὰς προσθέσιας ποιέεσθαι καὶ τὰς ἀφαιρέσιας. ὁκόσοι σιτία ἱκανὰ οἷοί τέ εἰσι τελέειν, ῥοφήματα μὴ διδόναι· ἀποκλείει γὰρ τοῦ σιτίου. ὁκόσοι δὲ μὴ οἷοί τε, τούτοισι διδόναι. ἐὰν δέ τι διδόναι θέλῃς κομιδῆς εἵνεκα, διδόναι χόνδρον, ἢ πτισάνην πυρίνην, ταῦτα γὰρ τῶν ῥοφημάτων τὰ ἰσχυρότερα. διδόναι δὲ μετὰ δεῖπνον. τὰ φάρμακα ὅσα πότα, καὶ ὅσα πρὸς τὰ τρώματα προσφέρεται μανθάνειν χρή, ἄξιον γὰρ ἀπομνῆσαι· οὐ γὰρ ἀπὸ γνώμης ταῦτα εὑρίσκεται ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ τύχης. οὐδέ τι ὑπὸ χειροτεχνέων μᾶλλον ἢ ὑπὸ ἰδιωτέων. ὅσα δὲ ἐν τῇ τέχνῃ τῇ ἰητρικῇ γνώμῃ μανθάνεται καὶ εὑρίσκεται ἢ περὶ δίαιταν ἢ περὶ φαρμάκων, παρὰ τῶν οἵων τε διαγινώσκειν, τὰ ἐν τῇ τέχνῃ μανθάνειν χρή, ἤν τι θέλῃς μανθάνειν. μετὰ τὰ ῥοφήματα διδόναι τὸ σιτίον τοῖσιν ἀσθενέουσιν· ἐπιπίνειν δὲ οἶνον οἰνώδεα. πρὸ δὲ τῶν σιτίων καὶ ποτῶν ἢ ῥοφημάτων, καὶ μετὰ ταῦτα, ὅ τι ἄν τοι δοκῇ τοῖσιν ἀσθενέουσιν, ἐς ὁρῶν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν, προσφέρειν καὶ τὸ σιτίον καὶ τὸ ποτόν. μάλιστα γὰρ ἂν οὕτως ὠφελέοις. τῶν σιτίων ἃ δύναμιν ἕκαστα ἔχει, τεκμαίρεσθαι χρή, ἀπὸ τῶν φανερὰν τὴν δύναμιν παρεχομένων· ὁκόσα ἢ φύσας, ἢ δῆξιν, ἢ πλησμονήν, ἢ ἐρυγμὸν παρέχει, ἢ στρόφον, ἢ διαχωρέει, ἢ μὴ διαχωρέει. καὶ φανερά ἐστι, ταῦτα ἐργάζεται. καὶ ἀπὸ τούτων χρή, τὰ τε ἄλλα σκοπεῖν. ἔχει γὰρ ἕκαστα τῶν ἐδεσμάτων, δι᾽ ὅ τι καὶ ὠφελέει καὶ βλάπτει. ἀλλὰ τ᾽ ἄλλα τὰ μὲν φανερώτατά ἐστιν ἐργαζόμενα ἃ ἐργάζεται, τὰ δὲ ἀμυδρότερα. τὰ σιτία καὶ τὰ ὄψα σκευάζειν καὶ διδόναι τοῖσιν ἀσθενέουσιν, ὑφ᾽ ὧν μήτε φῦσα ἵσταται, μήτε ὀξυρεγμίη, μήτε στρόφος, μήτε λίην διαχωρέῃ, μήτε λίην ξηραίνεται. ταῦτα δὲ γίνεται ὧδε. ὅσα μὲν ἡ κοιλίη κρατέει, καὶ τὸ σῶμα αὐτὰ ἀναδέχεται, ὑπὸ τούτων μὲν οὔτε φῦσαι παρέχονται, οὔτε στρόφοι. ἢν δὲ μὴ ἡ κοιλίη κρατέῃ, ἀπὸ τούτων καὶ φῦσα, καὶ στρόφος, καὶ τ᾽ ἄλλα τὰ τοιαῦτα γίνεται. κουφότατα τῶν σιτίων καὶ τῶν ὄψων καὶ τῶν ποτῶν, ὅσα μέτρια ἐσιόντα ἐς τὸ σῶμα, ἢ ὀλίγῳ πλέω τῶν μετρίων, μήτε πλήρωσιν παρέχει, μήτε στρόφον, μήτε φῦσαν, μήτε ἄλλο τῶν τοιούτων μηδέν. καὶ πέσσεται τάχιστα, καὶ πεσσόμενα διαχωρέει. καὶ ἀνὰ πᾶσαν τε τὴν ἡμέρην ἐσιόντα ἐς τὴν κοιλίην, ἀλύποτά ἐστι, καὶ ὅταν διὰ παλαιοῦ ἐσέλθῃ. βαρέα δὲ, ὅσα μέτρια τελεύμενα ἢ ἐλάσσω τῶν μετρίων, πλήρωσιν καὶ πόνον παρέχει, καὶ μὴ τελέειν, μηδὲ οἷόν τε ἐσθίειν αὐτὰ μηδὲ πίνειν, ἀλλὰ πόνον παρέχει. διὰ χρόνου δὲ αὖθις αὐτὰ ποιεῖν ἢ ἐσθίειν, καὶ οὕτω πόνον παρέχει, καὶ οὐ διαχωρέει ἀνὰ λόγον. ἐς ὑγείην ἄριστα, ὅσα ὀλίγιστα ἐσιόντα, αὐτάρκεά ἐστι, καὶ λιμοῦ καὶ δίψης ἄκος εἶναι. καὶ πλεῖστον χρόνον τὸ σῶμα αὐτὰ δέχεται, καὶ διαχωρέει κατὰ λόγον. ἐς ἰσχὺν δὲ ἄριστα, ὅσα σάρκα φύει πλείστην, καὶ πυκνοτάτην. καὶ τὸ αἷμα παχύνει. καὶ διαχωρέει κατὰ λόγον τῶν ἐσιόντων. καὶ τὸ σῶμα πλεῖστον χρόνον ἀναδέχεται. τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ πίονα, καὶ τὰ τυρώδεα καὶ μελιτώδεα, καὶ τὰ σησαμόεντα ὀξυρεγμίην ὡς μάλιστα παρέχει, καὶ χολέρην, καὶ στρόφον, καὶ φῦσαν, καὶ πλησμονήν. ποιέει δὲ ταῦτα, καὶ ὅταν πλείω τις φάγῃ ἢ πίῃ, ἢ ὅσα οἷά τε πέψαι ἡ κοιλίη. Τοῖσιν ἀσθενέουσι, ἢν μὲν κατὰ λόγον τῆς νούσου καὶ τοῦ σώματος διδῷς ἃ ἂν διδῷς, ἀναλίσκει ταῦτα τὸ σῶμα,

ſi nullum corpori nocumentum ſit adfuturum. Cùm cibos aut potiones addere vel detrahere cœperis, paulatim & additiones & detractiones faciendæ. Qui ſufficientes cibos conficere queunt, iis ſorbitiones ne exhibueris, cibum enim prohibet, iis verò qui non poſſunt, dato. Si quid dare voles virium reficiendarum gratia, alicam & ptiſanam triticeã exhibeto. Hæ namq; ſorbitiones valentiores ſunt, poſt cœnam autem exhibendæ. Quæ potu exhibentur medicamenta & ad vulnera adhibentur, ea perdiſcenda, idq; plurimi æſtimandum. Neq; enim hæc homines ex conſilio, ſed potiùs ex fortuna inueniunt; neq; artifices magis quam plebeij. Quæ verò in arte Medica intelligentia diſcuntur & inueniuntur, vel circa cibos, vel medicamenta, ab iis qui noſſe poſſunt, quæ in arte ſunt perdiſcenda, ſi quid perdiſcere voles. Imbecillis poſt ſorbitiones cibum exhibeto, & vinum generoſum ſuperbibendum dato. Ante cibos, & potiones, & ſorbitiones, & poſt hos, quicunq; tandem tibi videbitur & cibus & potus imbecillis offerendus, ſi ad corpus & animum attenderis. Sic enim plurimum iuueris. Quam ciborum quiſq; facultatem habeat, ex his qui manifeſtam facultatem exhibent, conijcere oportet. Qui vel flatum, vel morſum, vel plenitudinẽ, vel ructum excitant, vel tormina, vel per aluum demittuntur, vel non demittuntur, cumq; hæc manifeſtò efficiant, ex his etiã reliquos conſiderare oportet. Singula enim edulia quæ iuuent & noceant habent. Sed alia quidem quæ efficiunt apertiſſimè efficiunt, alia verò obſcurius. Imbecillis cibaria & opſonia cõficito & exhibeto, ex quibus neq; flatus fit, neq; ructus acidus, neq; tormina, & quæ neq; admodum per aluum demittantur, neq; admodum exiccentur. Hęc autem ad hunc modum contingunt. Quæ quidẽ ventriculus ſuperat, quæq; corpus recipit, ea neq; flatum, neq; tormina excitant. At ſi ventriculus non ſuperet, ab his & flatus, & tormina, cæteraq; id genus contingũt. Ex cibis, opſoniis & potibus leuiſſimi ſunt, qui modicè aut paulò ſupra modum in corpus ingeſti, neq; plenitudinem, neq; tormina, neq; flatum, neque horum quicquam excitant, & cùm celerrimè concoquuntur, & concocti per aluum demittuntur, & qui toto die quo ventrem ſubierint, nullam moleſtiam exhibent, cumque longè ante ingeſti ſunt. Graues verò qui modicè aut infra modum inſumpti, plenitudinem & laborem exhibent, & quos neque quis perficere, neq; edere, neq; bibere poteſt, ſed laborem faciunt. Perdiu verò ſi quis eos aut biberit, aut comederit, ſic quoq; laborem exhibent, neque pro ratione per aluum ſecedunt. Ad ſanitatem optimi ſunt, qui pauciſſimi ingeſti, ſatis ſunt vt fami & ſiti medelam afferant, & longo tempore in corpus recepti, etiam pro ratione per aluum ſecedunt. Ad robur autẽ cõparandũ optimi, qui plurimam & denſiſſimã carnem gignunt, ſanguinem craſſiorem reddunt, & pro ingeſtorum ratione per aluum ſecedunt, plurimoq; tempore in corpore continentur. Pinguia, vnguinoſa, caſeoſa, melle & ſeſamo condita, ructum acidum ferè cient, & bilis ſurſum ac deorſum refuſionem, & tormina, & flatum, ac repletionem. Idem etiam euenit cùm quis plura comederit aut biberit, quàm vẽtriculus concoquere queat. Imbecillis quæcunque pro morbi & corporis ratione dederis, ea corp' abſumit,

& neque indigum eſt, neq; plenum. Sin verò in temporis occaſione, aut poſtea erraueris, ad vtrunque noxa conſequitur. Cibi opſonia, aut potus quos corpus recipit, ex iis ferè neq; tormina, neq; flatus, neq; ructus acidus contingit. Vbi enim ventrem ſubierint, ex eo corpus quod ſibi accõmodatum eſt trahit, & quod relictum eſt, iam imbecillius eſſe neceſſe eſt, ita vt tormina, aut flatũ, aut aliud quid eiuſmodi in ventre excitare nõ poſſit. Vina dulcia & auſtera, & mellita vetera, ventrem ſubducunt, maximeq; vrinã mouent & nutriunt, & neq; flatum, neq; tormina, neque plenitudinem excitant. Carnes excoctę & aſſatæ, imbecilles quidem vtræq; ad robur firmandum. Ad alui ſeceſſum excoctæ quidem accommodatæ, aſſæ verò tardiores. Quæ autem moderatam & coctionem & aſſationem habent, eæ & ad robur, & ad alui ſeceſſionem moderatè ſe habent. Crudiores verò ad robur quidem accõmodatæ, ad ſeceſſum verò minimè. Ex cibis & potibus qui corpori maximè conueniunt, & maximè ſufficiunt, & ad nutritionem & ad ſanitatem, ex his ipſis, cùm quis non opportunè, aut iuſto pluribus vtitur, tum morbi, tũ ex morbis mortes contingunt. Reliqui autem cibi ac potus qui eiuſmodi facultatem non habent, parum quidem iuuãt, etiamſi quis his opportunè vtatur, parum verò etiam nocent. Imbecilli autem in vtramque partem vergunt, vt & boni aliquid, & mali faciant. At cibi & potus qui hãc vim habẽt hi ſunt, panis, maza, carnes, piſces, vinum, & ex his quidem alij magis, alij minùs. Qui ſiccam victus rationem inſtituunt, his cum cibo potum ne exhibeto, ſed longo poſt cibum interuallo. Et ad hũc quidem motum ſiccus humor ex cibis ſiccis proueniens, corpus ſiccat. Si verò vna cum cibo bibat, alimentum humidius redditum, corpus humidius facit. Panis calidus & carnes calidæ, ſi per ſe edantur, ſiccant. Quòd ſi cum humore aut confeſtim à cibo inſuper potum exhibueris, non ſiccant. Panis purus ex farinis ad robur & virium refectionem magis confert, quàm qui non eſt in cerniculo perpurgatus, & recens quàm heſternus, & ex farinis recentibus, quàm ex vetuſtiſſimis. Polenta ex hordeo decorticato & circumaffuſa aqua reſperſo, valentior eſt, quàm ex macerato, & recens quàm vetuſtior, & maza longè ante ſubacta validior eſt, quàm non longè ante ſubacta. Vinum diffuſum & refrigeratum ac percolatum, tenuius redditur & imbecillius. Carnes coctę, percoctæ quidem, imbecilliores ſunt & leuiores, aſſæ verò ſi exaſſatæ fuerint, & veteres ſale & aceto conditæ, recentibus imbecilliores ſunt & leuiores. Imbecilles cibi & leues, neque ventriculum quidem, neq; corpus moleſtia afficiunt, quia calefacti non intumeſcunt, neq; implent, ſed citò emolliuntur, & cocti per aluum ſecedunt. Humor autem ab ipſis corpori debilis prouenit, neq; auget, neq; vires effatu dignas exhibet. Valentiores autem cibi, cùm ventriculum ſubierint, tum intumeſcunt, tum plenitudinem excitant, & tardiùs quidem concoquuntur, neque per aluum ſecedunt, humor autem ab ipſis valentior & incorruptus proueniens, robur multum corpori & incremẽtum præbet. Carnes corpori leuiſſimæ catulinæ, volucrium & leporinæ coctæ, graues verò bubulæ, & porcinæ moderatiores, coctæ autem & aſſæ ad flatũ accommodatæ. Bene valentibus & imbecillis, ouillę.

καὶ οὔτε ἐνδεές ἐστιν, οὔτε πλῆρες. ἢν δὲ ἁμαρτάνῃς τοῦ καιροῦ ἢ ἔπειτα, βλάβος ἐπ' ἀμφότερα. ὅσα τῶν σιτίων ἢ τῶν ὄψων ἢ τῶν ποτῶν τὸ σῶμα ἀναδέχεται, μάλιστα ἀπὸ τούτων, οὔτε στρόφος γίνεται, οὔτε φῦσα, οὔτε ὀξυρεγμίη. ὅταν γὰρ ἐς τὴν κοιλίην ἐσέλθῃ, ἀπ' αὐτῶν παρὰ τὸ σῶμα τὸ αὐτοῦ ἐπιτήδειον, καὶ ἀσθενέστερον ἤδη τὸ λοιπὸν ἀνάγκη εἶναι, ὥστε στρόφον, ἢ φῦσαν, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἐν τῇ κοιλίῃ μὴ ποιῆσαι. Τῶν οἴνων καὶ οἱ γλυκέες, καὶ οἱ αὐστηροὶ, καὶ οἱ μελίχροοι παλαιοὶ, τὴν κοιλίην ὑπάγουσι. μάλιστά τε διουρέονται καὶ τρέφουσι. καὶ οὔτε φύσαν παρέχουσιν, οὔτε στρόφον οὔτε πλησμονήν. Κρεῶν τὰ δίεφθα, καὶ τὰ ἔξοπτα, ἀσθενέα μὲν πρὸς τὴν ἰσχὺν ἀμφότερα. ἐς δὲ τὴν διαχώρησιν, τὰ μὲν δίεφθα, ἐπιτήδεια. τὰ δὲ ὀπτὰ, στατικώτερα. τὰ δὲ μετρίως ἔχοντα καὶ ἑψήσιος καὶ ὀπτήσιος, μετρίως καὶ ἐς τὴν ἰσχὺν ἔχει, καὶ ἐς τὴν διαχώρησιν. τὰ δὲ ὠμότερα πρὸς μὲν τὴν ἰσχὺν, ἐπιτήδεια· πρὸς δὲ τὴν διαχώρησιν, οὔ. Τῶν σιτίων καὶ τῶν ποτῶν τὰ προσφορώτατα τῷ σώματι, καὶ μάλιστα αὐτάρκεα καὶ ἐς τροφὴν καὶ ἐς ὑγείην καὶ ἀπὸ τούτων αὐτῶν ὅταν τις αὐτοῖσι μὴ ἐν καιρῷ χρῆται ἢ πλέοσι τοῦ καιροῦ, αἵ τε νοῦσοι καὶ ἐκ νούσων οἱ θάνατοι γίνονται. τὰ δ' ἄλλα σιτία καὶ ποτὰ ὅσα μὴ τοιαύτην δύναμιν ἔχει, σμικρὸν μέν τοι ὠφελέει, ἤν τις καὶ τὰ τοιαῦτα αὐτοῖσιν ἐν καιρῷ χρῆται. σμικρὰ δὲ καὶ βλάπτει. ἐπ' ἀμφότερα δὲ ἐστιν ἀσθενέα, ὥστε ἀγαθόν τι ποιῆσαι καὶ ὥστε κακόν. ἔστι δὲ τῶν σιτίων καὶ τῶν ποτῶν ἃ τὴν δύναμιν ἔχει ταύτην, τάδε, ἄρτος, μᾶζα, κρέα, ἰχθύες, οἶνος. τούτων μέντοι τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧσσον. Ὁκόσοι ξηρὴν δίαιταν διαιτῶνται, τούτοισι μὴ ξὺν τῷ σιτίῳ τὸ ποτὸν διδόναι, ἀλλὰ μετὰ τὸ σιτίον, διαλιπὼν πουλὺν χρόνον. καὶ οὕτω μὲν ξηρὴ ἡ ἰκμὰς ἀπὸ ξηρῶν σιτίων γινομένη, [46] τὸ σῶμα ξηραίνει. ἢν δὲ ἅμα τῷ σιτίῳ πίνῃ, ὑγροτέρη ἡ τροφὴ γενομένη, ὑγρότερον τὸ σῶμα ποιέει. Ἄρτος ὁ θερμὸς καὶ τὰ κρέα τὰ θερμὰ αὐτὰ ἐφ' ἑωυτῶν ἐσθιόμενα, ξηραίνει. ἢν δὲ ξὺν ὑγρῷ διδῷς, ἢ ἐπιπίνῃ παραχρῆμα ἐπὶ τῷ σιτίῳ, οὐ ξηραίνει. Ἄρτος ὁ καθαρὸς τῶν ἀλεύρων, ἐς ἰσχὺν καὶ κομιδὴν ξυμφορώτερος [47] ἢ ὁ ἀσέρακτος, καὶ πρόσφατος ἢ ἕωλος. καὶ τῶν ἀλεύρων προσφάτων ἢ παλαιοτάτων. Τὰ ἄλφιτα τῶν κριθέων ἀποβρέξαντα προεχύθη ἐπτισμένων ἰσχυρότερα ἢ βεβρεγμένων. καὶ πρόσφατα, ἢ παλαιότερα. καὶ ἡ μᾶζα προπεφυρημένη ἰσχυροτέρη, ἢ μὴ προπεφυρημένη. [48] Ὁ οἶνος διαχεόμενος καὶ ἀποψυχόμενος καὶ διηθούμενος, λεπτότερος γίνεται καὶ ἀσθενέστερος. Τὰ κρέα τὰ μὲν ἑφθὰ, ἢν μὲν δίεφθα ποιήσῃς, ἀσθενέστερα καὶ ἐλαφρότερα. τὰ δὲ ὀπτὰ, ἢν ἔξοπτα γίνωνται, καὶ τὰ παλαιὰ ἐξ ὄξεος ἢ ἁλῶν, ἀσθενέστερα καὶ ἐλαφρότερα τῶν προσφάτων. Τὰ ἀσθενέα τῶν σιτίων καὶ τὰ κοῦφα, τὴν μὲν κοιλίην οὐ λυπέει οὐδὲ τὸ σῶμα, διότι οὐκ οἰδέει θερμαινόμενα, οὐδὲ πληροῖ, ἀλλὰ λεπαίνεται ταχὺ, καὶ πεπτόμενα διαχωρέει. ἡ δὲ ἰκμὰς ἀπ' αὐτῶν τῷ σώματι ἀσθενὴς γίνεται, καὶ οὔτε αὔξει, οὔτε ἰσχὺν ἀξίην λόγου παρέχει. τὰ δὲ ἰσχυρὰ τῶν σιτίων, οἰδέει τε ὅταν ἐς τὴν κοιλίην ἐσέλθῃ. καὶ πλήρωσιν παρέχει. καὶ πέσσεται μὲν βραδύτερον, καὶ οὐ διαχωρέει. ἡ δὲ ἰκμὰς ἀπ' αὐτῶν ἰσχυροτέρη [49] καὶ ἀκήρατος προσγινομένη, ἰσχύν τε παρέχει τῷ σώματι πολλὴν, καὶ αὔξην. Κρεῶν κουφότατα ἐς τὸ σῶμα, κυνεια, καὶ ὀρνίθεια, καὶ λαγῷα ἑφθά. βαρέα δὲ τὰ βόεια, καὶ τὰ χοίρεια μετριώτερα, πρὸς δὲ τὰς φύσας καὶ ἑφθὰ καὶ ὀπτά. ὑγιαίνουσι καὶ ἀσθενέουσι τὰ μήλεια.

τὰ δὲ ὕεια εἴς τε εὐεξίην καὶ ἰσχὺν ποιέουσι καὶ γυμναζομένοισιν ἀγαθά, ἀσθενέουσι δὲ καὶ ἰδιώτῃσιν, ἰσχυρότερα. καὶ τὰ θήρεια τῶν ἡμέρων, κουφότερά ἐστι, διότι καρπὸν οὐχ ὅμοιον ἐσθίει. διαφέρει δὲ τὰ κρέα τῶν κτηνέων, τῶν τε ὁκόσα καρπὸν ἐσθίει καὶ ὁκόσα μὴ ἐσθίει. καὶ ὁ καρπὸς οὐ τὸ αὐτὸ ἅπασι ποιέει, ἀλλὰ τὸ μὲν παχεῖάν τε τὴν σάρκα τοῦ ἱερείου παρέχει καὶ ἰσχυρήν. τὸ δὲ ἀραιήν τε καὶ ὑγρὴν καὶ ἀσθενέα. Ὡς μὲν τὸ ξύμπαν εἰρῆσθαι, ἰχθύες κοῦφοι ἐδέσματα, καὶ ἑφθοὶ καὶ ὀπτοί, καὶ αὐτοὶ ἐφ᾽ ἑωυτῶν, καὶ μεθ᾽ ἑτέρων σιτίων. αὐτοὶ δὲ ἐφ᾽ ἑωυτῶν, διαφέρουσιν ὧδε. οἱ μὲν λιμναῖοι, καὶ πίονες, καὶ οἱ ποτάμιοι, βαρύτεροι. οἱ δὲ αἰγιαλοὶ θαλάσσιοι, κουφότεροι, καὶ ἑφθοὶ ὀπτῶν κουφότεροι. ἀπὸ τούτων τὰ μὲν ἰσχυρὰ διδόναι, ὅταν ἀνακομίσαι τινὰ βούλῃ. τὰ δὲ κοῦφα, ὅταν ἰσχνὸν δέῃ καὶ λεπτὸν ποιῆσαι. Τὸ λουτρὸν τὸ θερμόν. τὸ μὲν μέτριον, μαλάσσει τὸ σῶμα καὶ αὔξει. τὸ δὲ πλεῖον τοῦ καιροῦ, τὰ μὲν ξηρὰ τοῦ σώματος, διυγραίνει. τὰ δὲ ὑγρά, ἀποξηραίνει. καὶ τὰ μὲν ξηρὰ ὑγραινόμενα, ἀσθενείην καὶ λειποθυμίην παρέχει. τὰ δὲ ὑγρὰ ξηραινόμενα, ξηρασίην καὶ δίψος. Λαχάνων δὲ τὰ σκόροδα καὶ ἑφθὰ καὶ ὀπτά, καὶ διουρητικὰ καὶ ὑποχωρητικά, καὶ πρὸς τὰ γυναικεῖα σύμφορα. Κρόμμυα ἐς τὰ οὖρα ἐπιτήδεια. ὁ γὰρ ὀπός, δριμύτητά τινα παρέχει, ὥστε διαχωρέειν. τούτοισιν ὧδε χρῆσθαι, ἀλλὰ τοῖσιν ἀσθενέουσι μὴ προσφέρειν. Σέλινα καὶ ἑφθὰ καὶ ὠμά, διουρητικά, καὶ μᾶλλον τὰ ἕλεα τῶν ἡμέρων, ἃ καὶ πλείονα ἔχει δύναμιν. Κορίαννον εὐκάρδιον, καὶ διαχωρητικόν, καὶ ἑφθὸν καὶ ὠμόν. Ὤκιμον καὶ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν, καὶ εὐκάρδιον. Πράσα τὰ μὲν ἑφθά, διουρητικὰ καὶ διαχωρητικά. τὰ ὠμὰ δέ, καυματώδεα καὶ φλεγματώδεα. Ῥοιὴ κομιστικὴ καὶ φλεγματώδης, καὶ ξὺν μὲν τοῖς πυρῆσι στάσιμον. αὐτὴ δὲ τοῦ πυρῆνος, διαχωρητικόν. Τὰ θερμὰ τῶν σιτίων, ξηρὰ μὲν ἵστησι. τὸ γὰρ ὑγρὸν τὸ ἐν τῇ κοιλίῃ, ἀναξηραίνει. ὑγρὰ δὲ ὄντα, διυγραίνοντα τῇ θερμότητι, ὑπάγει. Τὰ στρυφνὰ ξηραίνει καὶ συνάγει τὸ σῶμα. εἰσὶ δὲ στάσιμα. Τὰ ὀξέα λεπτύνει, δῆξιν ἐμποιέοντα. Τὰ ἁλμυρά, διαχωρεῖ καὶ διουρέεται. Τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ πίονα καὶ τὰ γλυκέα, ὑγρασίην μὲν καὶ φλέγμα παρέχει, κομιστικὰ δὲ κολοκύντη, καὶ τεῦτλα, καὶ βλίτα, καὶ λάπαθα, καὶ τῇ ὑγρότητι διαχωρητικά. Κράμβη δὲ ἔχει τινὰ δριμύτητα ἐς τὸ διαχωρέειν. καὶ ἅμα εὔχυμος. Τυρός, καὶ σήσαμα, καὶ σταφίς, κομιστικὰ καὶ φλεγματώδεα. Γλυκὺς οἶνος καὶ μελιτώδης, ἄμφω καὶ κομιστικοί, καὶ διουρητικοί, καὶ φλεγματώδεες. οἱ δὲ αὐστηροί, ἐς ἰσχὺν καὶ ξηρασίην ἐπιτήδειοι. οὐρητικοὶ δὲ καὶ αὐστηροὶ παλαιοί, ὅσοι λευκοί τε καὶ λεπτοὶ τυγχάνουσι. Ἔλαιον καὶ ὅσα ἐλαιώδεα, κομιστικὰ καὶ φλεγματώδεα. Λαχάνων τῶν ἑφθῶν διαχωρεῖ, ὅσα φύσει ὑγρότατα, ἢ δριμύτατά ἐστιν, ἢ θερμότητα ἔχει. διδόναι δὲ ταῦτα, ξύμφορά ἐστιν εἰς ἄφοδον, χλιαρώτερα καὶ ταχερώτερα. Σίκυος πέπων, καὶ διουρητικόν, καὶ διαχωρητικόν, καὶ κοῦφον. ὁ δὲ ἕτερος πέπων, ψύξιν τινὰ παρέχει, καὶ δίψαν παύει. τροφὴ δὲ ἀπὸ οὐδετέρου τούτων οὐ γίνεται, εἰ μὴ λεπτή τις. ἀλλ᾽ οὐδὲ φλαῦρον ἀπ᾽ οὐδετέρου οὐδὲν ἄξιον λόγου. Τὸ μέλι, ξὺν μὲν ἑτέροις ἐσθιόμενον, καὶ τρέφει καὶ εὐχροίην παρέχει. αὐτὸ δὲ ἐφ᾽ ἑωυτοῦ, λεπτύνει μᾶλλον ἢ κομίζει. καὶ γὰρ διουρέεται καὶ διαχωρέεται μᾶλλον τοῦ μετρίου.

Suillæ verò & ad bonam quidē corporis habitudinē & robur laborantibus & exercitatis bene conueniūt, imbecillis verò & priuatis valentiores. Et ferinæ cicuratis leuiores ſunt, quoniā nō ſimiles fructus edūt. Pecorum autem carnes differunt, & eorum quæ fruges edunt, & eorū quæ nō edunt. Neque fruges idem in omnibus faciunt, ſed quædam dēſam & robuſtam victimæ carnem reddunt, quædam verò, tum raram, tum humidam & imbecillam. Vt omnia comprehendā, piſces & cocti & aſſati, ipſiq; per ſe & cum cæteris cibis ſumpti, leue ſunt edulium. Ipſi verò inter ſe ſic differunt. Et lacuſtres quidem, & pingues, & fluuiatiles grauiores ſunt. Littorales verò marini leuiores, percoctiq; aſſatis leuiores. Ex his cibis cùm aliquem reficere voles, valentes dato, leues verò cum gracilē & tenuem reddere opus erit. Balneum calidum, moderatum quidē, corpus emollit & auget, quod verò tēpeſtiuum modum excedit, ſiccas quidē corporis partes madefacit, humidas autem reſiccat. Et ſiccæ quidem humectatæ, imbecillitatē & animi deliquiū inducūt, humidæ vero exiccatæ, ſiccitatē & ſitim. Ex oleribus allia cocta & aſſata, & vrinā promouēt; & per aluū ſecedunt, & ad menſtrua muliebria conferunt. Cæpæ ad vrinā accommodatæ, ſuccus enim acrimoniam quandā excitat, adeò vt per aluum demittatur. Quibus ſic vtitor, vt ne tamen imbecillis exhibeas. Apium & coctum & crudum vrinam ciet; ac paluſtrē magis quàm ſatiuum, quod etiam facultatē habet maiorem. Coriandrum tum coctum, tum crudū, ori ventriculi gratum eſt, & aluum mouet. Ocimum humidum & frigidum eſt, oriq; ventriculi gratum. Porrā cocta quidem vrinam & aluum mouent, cruda verò incendium & inflammationem excitant. Malum punicū vires reficit & pituitoſum eſt, & cū nucleo quidem aluum firmat, citra nucleum verò, mouet. Cibi calidi, ſicci quidem ſiſtunt, quod enim in ventre eſt humidum reſiccant, humidi verò & caliditate madefacientes, ſubducunt. Acerba corpus ſiccant & cogūt, vimq; ſiſtendi habent. Acida extenuant & morſum faciunt. Salſa aluū & vrinam cient. Pinguia & vnguinoſa, ac dulcia, humiditatem quidem ac pituitam excitant. Vires reficiūt cucurbita, beta, blitū, & rumex; & humiditate aluū deiiciūt. Braſſica verò acrimoniā quandam habet, qua aluū mouet, ſimulq; boni ſucci eſt. Caſeus & ſeſama, & vua paſſa, vires reficiunt & pituitoſa ſunt. Vina dulcia & mellis colorē referentia, vtraque & vires reficiunt, & vrinas cient, & pituitoſa ſunt. Auſtera vero ad robur & ſiccitatem accommodata. Vrinam verò prouocant etiam auſtera vetuſta, alba & tenuia. Oleum & quæ oleoſa vires reficiunt, & pituitoſa ſunt. Ex oleribus coctis per aluum ſecedunt, quæ natura ſunt humidiſſima, aut acerrima, aut caliditatem habent. Danda autem hęc vt ad ſeceſſum conferant, tepidiora & coctione maximè emollita. Cucumis pepo, & vrinam & aluum mouet, ac leuis eſt. Alter autem pepo, refrigerationem quandam inducit, & ſitim ſedat. Ab horum neutro nutritio non niſi tenuis quędam procedit, ſed neq; malum aliquod effatu dignum ab horum neutro. Mel cum cæteris ſumptum, & nutrit, & coloris bonitatem facit, per ſe autem magis attenuat, quàm vires reficiat. Nam & per vrinas fertur, & ſupra modum expurgatur.

Quæ vrinam mouent calefacta in ventre citò calefiunt, & calefacta marceſcunt & contabeſcunt, ideóque celerem habent per aluum deiectionem. Cibi ventrem morantes, & calefiunt, citoq; calefacti reſiccantur, & in ſe coëunt, ideoq; circumcirca obdurati, per aluum minimè ſecedunt. Quæ per aluum ſecedunt, ſucci plena ſunt, & natura calida. Quæ verò vrinam cient, ſicca & frigida. Frumentum & vinum ſuapte natura tum robore & imbecillitate, tum leuitate & grauitate inter ſe differunt. Differt etiam locus à loco ex quo iſta proueniunt, aquis ne irrigetur, an aquis careat, & Soline ſit probè expoſitus, an multum opacus, & bonus, an malus, ita vt hæc omnia ad ſingulorum ciborum, tum robur, tum imbecillitatem conferre videantur. Qui ſanitatis tempore panem edere conſueuerunt, his etiam per morbos dandus eſt. Cùm quis cibos aut potiones plures ſolitò ſumpſerit, niſi vt ſolet perfecerit, ſtatim vomitione reiicere optimum. Fructus autumnales & arborei ideò poſt cibum, & bene valenti, & debili plus moleſtiæ exhibent, quòd eius quidem qui cibum ſumpſit corpus, ab ipſis humores trahit. Sin verò ieiunus comederit, plures. Cibi qui aut flatum, aut ardorem, aut morſum, aut repletionem excitant, aut tormina, ab eiuſmodi liberat vinum merum ſuperbibitum. Corpus enim vino calefactum, calore eximit ea quæ à cibis & potibus, ac ſimilibus inſunt. Interdum quidem aluus perturbatur, interdum verò ſiſtitur, interdum etiam pro ratione deiicit. Cùm autem hæc ita ſe habeant, primùm quidem cùm aluus humidior, cumque ſiccior cibum ſuſceperit, corrumpit, deinde cùm mutatio contigerit, ſiue ex frigore ad caliditatem, ſiue ex caliditate ad frigus, corrumpit, adeò vt aluum ab iiſdem cibis propter hæc ipſa molliorem & duriorem fieri neceſſe ſit. Ex cibis & potibus & opſoniis, pane excepto & maza, & carnibus, & piſcibus, & vino, & aqua, reliqua omnia ad incrementum, & robur, & ad ſanitatem parua & imbecilla auxilia conferunt. Parua etiam & imbecilla ab his mala contingunt. Quoſcumque febres non continenter detinent, ſed intermittentes inuadunt, his poſt acceſſionem cibi exhibendi, coniectura facta ne quando à recenti cibo, ſed iam concoctis cibis febris ingruat. Vinum & mel optima hominibus cenſentur, ſi pro natura & ſanis & debilibus tempeſtiuè & moderatè exhibeantur. Et bona quidem per ſeſe, & cæteris admixta, tum alia, tum quæcunque effatu dignam vtilitatem exhibent. Quæ ſanis conferunt, ægrotis exhibita valentiora ſunt, eaque vi ipſorum detracta exhibenda, alioqui ea corpus non ferat, ſed magis noceant quàm iuuent.

Τὰ διουρητικὰ θερμαινόμενα ἐν τῇ κοιλίῃ, θερμαίνεταί τε ταχὺ, καὶ θερμαινόμενα μαραίνεται καὶ τήκεται. καὶ τὴν διαχώρησιν διὰ τοῦτο ταχεῖαν παρέχει. Ὅσα δὲ στάσιμα τῶν σιτίων, καὶ θερμαίνεται καὶ ταχέως θερμαινόμενα ξηραίνεται καὶ συνίσταται. καὶ διὰ τοῦτο περίσκληρα γενόμενα, οὐ διαχωρεῖ. τὰ διαχωρητικὰ, ἔγχυλά ἐστι καὶ φύσει θερμά. τὰ δὲ οὐρητικὰ, ξηρὰ καὶ ψυχρά. Ὁ σῖτος καὶ ὁ οἶνος, διαφέρουσι μὲν καὶ αὐτοὶ ἑωυτῶν φύσει ἐς ἰσχὺν καὶ ἀσθενείην, καὶ κουφότητα καὶ βαρύτητα. διαφέρει δὲ καὶ χώρη χώρης ἐξ ὁκοίης ἂν ᾖ. καὶ εἰ ἔνυδρος ἐοῦσα, καὶ ἄνυδρος καὶ εὐήλιος, καὶ πολύσκιος. καὶ ἀγαθὴ, καὶ φλαύρη. ὥστε ἅπαντα ταῦτα ξυμβάλλεται ἐς τὸ, ἰσχυρότερά τε ἕκαστα τῶν σιτίων εἶναι, καὶ ἀσθενέστερα. Ὁκόσοι ὑγιαίνοντες ἀρτοφαγεῖν εἰώθασι, ταῦτα διδόναι τούτοισι, καὶ ἐν τῇσι νούσοισιν. ὅταν ἢ σιτία ἢ ποτὰ πλέω τοῦ εἰωθότος τις λάβῃ, ἢν μὴ τὰ εἰωθότα τελέσῃ, ἀπημέσαι παραχρῆμα ἄριστον. Ὀπώρη καὶ ἀκρόδρυα, διὰ τόδε μετὰ τὸ σιτίον λυπηρότερά ἐστι καὶ ὑγιαίνοντι καὶ ἀσθενέοντι, ὅτι βεβρωκότος μὲν ἀπ' αὐτῶν ἰκμάδας ἕλκει τὸ σῶμα. ἢν δὲ νῆστις ἐσθίῃ, πλείους. Ὅσα τῶν σιτίων ἢ φῦσαν, ἢ καῦμα, ἢ δῆξιν παρέχει, ἢ πλησμονὴν, ἢ στρόφον, οἶνος ἐπιπινόμενος ἄκρητος, ἀπαλλάσσει τῶν τοιούτων. τὸ γὰρ σῶμα διαθερμαινόμενον ὑπὸ τοῦ οἴνου, ἀπαλλάσσεται τὰ ἐνεόντα τῇ θερμότητι. ἀπὸ τῶν σιτίων καὶ τῶν ποτῶν, καὶ τῶν ὁμοίων, ἐνίοτε μὲν διαταράσσεται ἡ κοιλίη, ἐνίοτε δὲ ἵσταται, ἐνίοτε δὲ καὶ κατὰ λόγον διαχωρεῖ. διότι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει. πρῶτον μὲν ἡ κοιλίη ὅταν ὑγροτέρη ἐοῦσα, καὶ ὅταν ξηροτέρη, ὑποδέχεται τὸ σιτίον, διαφθείρει, ἔπειτα ὅταν μεταβολὴ γίγνηται, εἴτε ἐκ ψύχεος ἐς θάλπος, εἴτε ἐκ θάλπεος ἐς ψῦχος, διαφθείρει. ὥστε ἀνάγκη τὴν κοιλίην, ἀπὸ τῶν σιτίων τῶν αὐτῶν καὶ ποτῶν, δι' αὐτὰ ταῦτα καὶ μαλακωτέρην γίνεσθαι καὶ σκληροτέρην. Τῶν σιτίων καὶ τῶν ποτῶν καὶ τῶν ὄψων, πλὴν ἄρτου, καὶ μάζης, καὶ κρεῶν, καὶ ἰχθύων, καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος, τ' ἄλλα πάντα, λεπτὰς μὲν καὶ ἀσθενέας καὶ τὰς ὠφελείας παρέχει ἐς τὴν αὔξησιν, καὶ ἐς τὴν ἰσχὺν, καὶ ἐς τὴν ὑγείην· λεπτὰ δὲ καὶ ἀσθενέα καὶ τὰ κακὰ ἀπ' αὐτέων γίνεται. Ὁκόσους τῶν νοσεόντων μὴ ξυνεχέως οἱ πυρετοὶ ἔχουσιν, ἀλλὰ διαλείποντες λαμβάνουσι, τούτοισι τὰ σιτία διδόναι μετὰ τὴν λῆψιν, τεκμαιρόμενος μή ποτε ἐπὶ νεοβρῶτι ὁ πυρετὸς ἐπιπίπτῃ, ἀλλ' ἤδη πεπεμμένων τῶν σιτίων. οἶνος καὶ μέλι κάλλιστα κέκριται ἐν ἀνθρώποισιν, ἢν κατὰ φύσιν καὶ ὑγιαίνουσι καὶ ἀσθενέουσιν καιρῷ καὶ μετριότητι προσφέρηται. καὶ ἀγαθὰ μὲν αὐτὰ ἐφ' ἑωυτῶν. ἀγαθὰ δὲ καὶ συμμισγόμενα, τά τε ἄλλα, καὶ ὅσα γε καὶ ἀξίην λόγου ὠφελίην παρέχει. ὅσα ὑγιαίνουσι ξύμφορα, ταῦτα καὶ νοσέουσι προσφερόμενα, ἰσχυρότερά ἐστι. καὶ δεῖ αὐτῶν ἀφαιρέοντα τὴν ἀκμὴν, διδόναι. ἢ οὐ φέρει αὐτὰ τὸ σῶμα, ἀλλὰ μᾶλλον βλάπτει, ἢ ὠφελεῖ.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝΤΟΣ ΠΑΘΩΝ.

HIPPOCRATIS DE INTERNIS AFFECTIONIBVS.

Ἢν ἡ τοῦ πλεύμονος ἀρτηρίη ἑλκωθῇ, ἢ ἡ ῥαγῇ τῶν φλεβίων τῶν λεπτῶν, τῶν κατακρεμαμένων ἐς τὸν πλεύμονα, ἢ τῶν συρίγγων, τῶν διὰ τοῦ πλεύμονος τεταμένων καὶ συρραγέωσιν ἐς ἀλλήλας, καὶ αἵματος πλησθῶσι, διασπῶνταί τε καὶ καταρρήγνυνται διὰ τάσδε τὰς αἰτίας μάλιστα· διὰ ταλαιπωρίην, διὰ δρόμον, διὰ πτώματα, διὰ πληγὰς, δι' ἐμέτους βιαίους γενομένους, διὰ πυρετούς. ταῦτα οὖν πάσχει. τὸ μὲν πρῶτον, βὴξ ἴσχει ξηρή. ἔπειτα ὀλίγῳ ὕστερον, ἀποπτύει τὸ σίαλον ὕφαιμον. τοτὲ δὲ καθαρόν. οὕτως ἢν μὲν ἐν τάχει παύσηται τῆς νούσου· ἢν δὲ μὴ, προϊόντος τοῦ χρόνου, τὸ αἷμα πλέον χωρέει. ἐνίοτε μὲν καθαρόν. ἔστι δ' ὅτε καὶ ὑπόσαπρον. πολλάκις δὲ καὶ ἡ φάρυγξ λανθάνει αἵματος πιμπλαμένη. ἔπειτα θρόμβους αἵματος ἐκβράσσει κατ' ὀλίγον καὶ θαμινά. ἐνίοτε δὲ καὶ ὀδμὴ βαρεῖα ἀπ' αὐτῶν γίνεται. καὶ ἡ φάρυγξ ἔστιν ὅτε χνόος ἄχνης πίμπλαται. καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει, κατ' ἀρχὰς μὲν τῆς νούσου, σφόδρα, προϊούσης δὲ βληχρότερον. καὶ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐπιλαμβάνει. καὶ ὀδύνη ἐνίοτε ἔχεται ἐν τοῖς στήθεσι, καὶ ἐν τῷ μεταφρένῳ καὶ ἐν τῇσι πλευρῇσι. καὶ ὁπόταν τὸ αἷμα παύσηται πτύων, σίαλον πολλὸν ἀποπτύει ὑγρόν. ἐνίοτε δὲ καὶ γλίσχρον. ταῦτα μὲν οὖν οὕτω πάσχει, μέχρι τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι παρέλθωσιν. μετὰ δὲ ταύτας ἢν μὴ παύσηται τὸ νούσημα, λεπίδας ἀπὸ τῆς ἀρτηρίης ἀποβήσσει ἀπ' αὐτῆς, οἵας περ ἀπὸ φλυκταινίδων. καὶ ὀδύνη ἐμπίπτει ἐς τὰ στήθεα, καὶ ἐς τὸ μετάφρενον, καὶ ἐς τὸ πλευρόν. καὶ τὸ ὑποχόνδριον ὡς ἕλκος ψαυόμενος ἀλγέει. τούτῳ ξυμφέρει ἡσυχίην ὡς μάλιστα τῷ νοσήματι ἔχειν ἔσω, ἢν οὕτως ἔχῃ. ἢν γάρ τι πονήσῃ, ὅ τε πόνος ὀξύτερος, καὶ ἡ βὴξ μᾶλλον ἢ τὸ πρότερον πιέζει. καὶ τὸ ῥῖγος καὶ ὁ πυρετὸς μᾶλλον ἔχει. καὶ ἢν πταρῇ, ἡ ὀδύνη ὀξείη προσέβαλεν. ἀλγέει δὲ καὶ ἐν τῇ εὐνῇ, ὁπόταν περιστρέφηται. τούτῳ χρὴ προσφέρειν, σιτία μὲν τὰ αὐτὰ, ἃ καὶ τῷ ἐμπύῳ. ταῦτα δὲ οὐ πολλά. τῶν δὲ ὄψων τούτοισι χρέεσθαι. ἰχθύσι μὲν, ῥίνῃ ἢ φάγρῳ. ἢ γαλεοῦ τοῦ μεγάλου τοῦ λευκοῦ. ἢ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοίων, πᾶσιν ἐν ῥοῒ καὶ ὀριγάνῳ ἠρτυμένοις. κρέας δὲ ἐσθιέτω, ἀλεκτρυόνος, ὀπτὸν ἄναλον. ἢ αἰγὸς ἑφθόν. καὶ οἴνῳ αὐστηρῷ ὡς παλαιοτάτῳ, καὶ ἡδίστῳ μέλανι χρέεσθω. περιπάτοισι δὲ μετρίοισι, πλὴν τοῦ πυρετοῦ μὴ ἔχοντος. ἢν δὲ πυρετὸς ἔχῃ, ῥοφήματι ἀλεύρου ἢ κέγχρου χρέεσθαι. ἢν δὲ σιτία προσφέρηται, ὀλίγα προσφερέσθω. καὶ ὄψα τὰ διαχωρητικά. κἢν φαρμάκου σοι δοκέῃ χρέεσθαι, ἀποκαθήρας αὐτὸν τῷ κνιδίῳ κόκκῳ, ἢ τῇ τιθυμαλίδι. καὶ μετὰ τὴν κάθαρσιν ἀλεύρου ἑφθοῦ δοῦναι τρυβλίον ἐκροφεῖν λιπαροῦ. ἔπειτα ἀνακομίζειν ὡς μάλιστα, ὅπως ἥκιστα λεπτὸς ᾖ. πρὸς γὰρ τὴν τοιαύτην νοῦσον, οὐ ξυμφέρει λεπτὸν εἶναι), καὶ περιπάτους ὀλίγους τὸ πρῶτον ποιέεσθαι, ὡς μὴ κόπος ἐπιλάβηται. πυριῆν δὲ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. καὶ ᾗ πυριηθῇ ἡμέρῃ, ἄσιτος ἔστω πλὴν ἀλεύρου ἑφθοῦ οὗ ἂν τρυβλίον ἐκροφέετω. ὕδωρ δὲ πινέτω

PVLMONIS arteria ſi exulcerata, aut quædam ex tenuibus venulis quæ in pulmonem dependent, rupta fuerit, aut fiſtulæ per pulmonem diſtentæ, & inter ſe confringantur, & ſanguine compleantur (his verò de cauſis præcipuè diuelluntur & perrumpuntur, vehementi exercitatione, curſu, caſu, per plagas, per violentos vomitus & febres) hæc quidem primùm contingunt. Tuſſis ſicca detinet, deinde non multò pòſt ſputum ſubcruentum, interdum verò purum expuit. Quòd ſi hoc quidem modo morbus deſinat, bene habet. Sin minùs procedente tẽpore, copioſior ſanguis, interdum quidem purus, quandoque etiam aliquantum putridus procedit. Plærumque verò fauces etiam latenter ſanguine complentur, deinde ſanguinis grumos paulatim & ſubinde velut ebullientes reiiciunt. Quandoque verò etiam ab his grauis odor oritur, & fauces interdum tenui quadam lanugine implentur. Et rigor ac febris circa quidem morbi initia vehemens, eo verò progreſſo leuior prehendit, ſubindeq́; corripit. Dolor etiam quandoque in pectoribus, dorſo & lateribus vrget. Cùm ſanguinem ſpuere deſierit, ſputum copioſum liquidum, interdum etiam viſcidum expuit. Atque hoc modo afficitur donec dies quatuordecim præterierint. Poſt hos verò niſi morbus ſedetur, ſquamulas, quales ex puſtulis, ab arteria reuulſas tuſſiendo reiicit, & dolor in pectus, dorſum & latus irruit, præcordiaq́; ad contactum tanquam ab vlcere dolent. Cùm ſic ſe habeat, huic morbo quàm maximè quies interna conducit. Si quid enim laborarit, tum dolor vehementior, tum tuſſis magis quàm antea vrget, rigorque ac febris magis detinet. Cumque ſternutauerit, dolor acutus adoritur, doletque etiam in lecto cùm circumuertitur. Huic cibos quidem eoſdem quos ſuppurato, ſed hos non multos, offerre oportet. Opſoniis verò his vtatur. Piſcibus quidem ſquatina, aut pagro, aut galæo magno albo, aut aliis ſimilibus, omnibus cum rhoe & origano conditis. Galli autem carnem aſſam ſine ſale edat, aut capræ coctam, vinóque vtatur auſtero quàm vetuſtiſſimo & ſuauiſſimo nigro, deambulationibus autem moderatis, præter quàm quòd hæc dum febris nõ detinet fieri debent. Quòd ſi febris detinet ſorbitione farinæ aut milij vtatur. Si verò cibi exhibeantur, pauci porrigantur, & opſonia per aluum ſecedentia. Sed ſi medicamento tibi vtendum eſſe videatur, eum grano Cnidio, aut tithymalide aliquantulum purgato, & poſt purgationem, farinæ coctæ pinguis acetabulum exſorbendum dato. Deinde quàm maximè vires reficito, quò minimum gracilis euadat. Gracilem enim eſſe ad hunc morbum minimè confert. Deambulationes paucæ primum faciendæ, ne laſſitudo inuadat. Fomentum autem ſubinde adhibendum, quáque die exhibebitur, ſine cibo permaneat, niſi quòd farinæ coctæ acetabulum exſorbeat, aquam verò bibat.

Poſtero die minùs quàm pro conſuetudine comedat, vinumq; nigrum, ſuaue, auſterum, paucum bibat. De reliquo, bis aut ter die cibos exhibeto, ſicq; ei ſenſim exhibeto, donec ventriculum ad priſtinum habitum reuocaris. Per febres enim & inediam, ſi quidem os expetit, ventriculus verò recipere nolit, ſi confertim recipiat, inflammatur. Verùm paulatim exhibere oportet. Quòd ſi confertim dederis, parumq; laborarit, ventriculus deambulationibus minimè perfrigeratur, denſatis nimirùm ſenſim cibariis, ideoq; febris accedere ſolet. Et per hyemem quidem minùs, per æſtatem verò magis delinquitur. Huic quàm maximè vires reficere conuenit, vt maximè craſſus euadat, & deambulationibus modicis luctaq; minùs ſolito vtatur. Primùm parum laboret, deinde paulò plus, nunquam verò multum. Quæ ſi fecerit, citiſſimè conualeſcet. Quod ſi ex vehementi labore gracilis euadat, de eo remittat & quietem agat. Hic vbi conualuerit, ad ventum ne celeriter currat, neque in equum, neque in currum conſcendat. Vitet autem clamorem & excandeſcentiam. Periculum enim eſt ne redeat morbus. Verùm hæc omnia vitanda ſunt. At ſi cibum refugiat, orobum toſtum cortice repurgato, deinde tribus diebus aqua maceratum, quotidie alia affuſa, aquam diffundito. Poſtea quarto die excolatum & reſiccatum, mox tenuiſſimè molitum, per incerniculum cribrato. Et lini ſemen toſtum, ſeſamumq; etiam toſtum læuiſſimè tundito, polentamq; inſulſam, puram, tenuem admiſceto. Sit autem orobi & polentæ vtriuſque æqualis portio, ſeſami verò tertia pars, & lini partis vnius dimidium. Quæ caprino lacte cocta, quàm liquidiſſima ſorbeat. Poſt hæc autem in prandium cibos puros, & ex opſoniis valentiora ei exhibeto, & vinum idem bibat. Centaurij etiam radices vino intritas ad eiuſmodi ruptiones facientes ei exhibeto. Dracontij etiam radices vino intritas dato, & bechij radicem cum melle, & dracontium deraſum delingendum. At ſi quod in lacte decoctum eſt ſe ſorbere poſſe neget, lac bubulum quàm plurimum, aquæ mulſæ tertia parte admixta bibat, ſicq; citiſſimè conualeſcet. Hic autem morbus, cùm ſit difficilis, multa curatione indiget. Cùm enim quis curatus & ſanus factus fuerit, niſi ſui curam habuerit, plæriſque reuertẽs morbus, interitus cauſam attulit. Qui ſiquidem hac curatione ſanatus fuit, ſatis eſt. Sin minùs, vbi eum lacte craſſiorẽ reddideris, in pectore & dorſo inurito. Si enim vſtio bene ſucceſſerit, morbũ euadendi ſpes eſt. At verò ſi arteria aut vena aliqua ex his quæ ad pulmonem tendunt, diuellatur, hæc contingunt. Per morbi quidem exordia tuſſis acuta, rigor & febris detinet, & ſputum tum copioſum, tum album ac ſpumoſum, interdumque ſubcruentum expuit, dolorque caput & ceruicem occupat. Hic morbus priore eſt vehementior. Ac decem quidem primis diebus hæc ei contingunt. Deinde plærique vndecimo die pus craſſum per vim expuunt. Die verò decimo quarto puriora expuit, ſi ex eo æger euaſurus eſt, & dolor minus affligit, breuique ſanus euadit. Quòd ſi diuturnus morbus futurus eſt, & multò plus puris expuit, & reliquus dolor in corpore longè maior eſt, & calores quàm antea leuiores detinẽt. Hunc ſi per initia curandum ſuſceperis, ſcammoniæ ſucco, ſi febre careat, per inferiora aliquantulum purgato.

τῇ δ' ὑστεραίῃ, ἔλασσον ἢ ὡς μεμάθηκε φαγέτω, καὶ πινέτω οἶνον μέλανα, ἡδὺν, αὐστηρὸν, ὀλίγον. τὸ δὲ λοιπὸν, δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρης, τὰ σιτία διδόναι. οὕτω δὲ διδοὺς τοῦτο κατ' ὀλίγον, μέχρι καταστήσῃς τὴν κοιλίην. ἐκ γὰρ τῶν πυρετῶν καὶ τῆς ἀσιτίης, ἢν μὲν τὸ σῶμα ζητῇ, ἡ δὲ κοιλίη οὐκ ἐθέλει δέξασθαι, ἀθρόον δεξαμένη, φλεγμαίνει. ἀλλὰ κατ' ὀλίγον διδόναι χρή. ἢν δὲ ἀθρόον δῷς καὶ ὀλίγα πονήσῃ, τοῖσι περιπάτοισιν οὐ διαψύχεται ἡ κοιλίη, ἅτε ἀτρέμα ξυμπεπηκότων τῶν βρωτῶν. διὸ καὶ πυρετὸς φιλέει ἐπιγίνεσθαι. καὶ τοῦ μὲν χειμῶνος ἧσσον· τοῦ δὲ θέρεος, κίνδυνος ἐξαμαρτεῖν. τοῦτον ἀνακομίζειν δεῖ ὡς μάλιστα, ὅκως ὡς παχύτατος ᾖ. καὶ περιπάτοισι μετρίοισι χρέεσθω. καὶ παλαιέτω ἧσσον ἑωυτοῦ. καὶ πονεέτω ὀλίγα, τὸ πρῶτον. ἔπειτα δὲ πλείω. πολλὰ δὲ οὐδέποτε. ταῦτα ἢν ποιέῃ, ὑγιὴς ἔσται τάχιστα. ἢν δὲ λεπτὸς γένηται διὰ τὰς ταλαιπωρίας, ἀνιέτω καὶ ἡσυχίην ἐχέτω. οὗτος μήτε πρὸς ἄνεμον δραμὴν ὑγιὴς ἐὼν ὀξέως, μήτε ἐφ' ἵππον, μήτε ἐπὶ ζεῦγος ἀναβῇ. φυλασσέσθω δὲ καὶ βοῆς καὶ ὀξυθυμίας. κίνδυνος γὰρ τὴν νοῦσον πάλιν ἀναλαβεῖν, ἀλλὰ φυλάσσεσθαι χρὴ ταῦτα ἅπαντα. ἢν δὲ τοῦ σίτου ἀποκλυσθῇ, ὀρόβους φώσας, τὰ κελύφεα ἀποκαθῆραι. εἶτα βρέξας αὐτοὺς ἐν ὕδατι τρεῖς ἡμέρας. ἐφ' ἑκάστην δὲ ἡμέρην ἀποχέειν τὸ ὕδωρ, καὶ ἄλλο ἐπιχέειν. ἔπειτα τῇ τετάρτῃ ἡμέρῃ ἀπηθῆσαι, καὶ ξηρῆναι. εἶτα ἀλέσας λεπτότατα διασῆσαι. καὶ λίνου καρπὸν φώσας, κόψαι λεῖον. καὶ σήσαμον φώσας, κόψαι λεῖον. καὶ ἄλφιτα ἄναλτα καθαρὰ λεπτά. καὶ τῶν μὲν ὀρόβων καὶ ἀλφίτων ἴσον ἑκατέρου ἔστω. τοῦ δὲ σησάμου, τρίτον μέρος. τοῦ δὲ λίνου, ἥμισυ μιῆς μοίρης. ταῦτα ἐν αἰγείῳ ἑψήσας, ὡς ὑγρότατα ῥοφεῖν. μετὰ δὲ ταῦτα, διδόναι αὐτῷ ἐς ἄριστον, σιτία καθαρὰ, καὶ ὄψα ἀπὸ τῶν ἰσχυροτέρων. οἶνον δὲ τὸν αὐτὸν πινέτω. διδόναι δὲ αὐτῷ καὶ τῶν ῥιζέων, τῶν πρὸς ταῦτα τὰ ῥήγματα, τοῦ κενταυρίου ἐπ' οἶνον ἐπιξύων. διδόναι δὲ καὶ τοῦ δρακοντίου ἐπ' οἶνον ἐπιξύων. διδόναι δὲ καὶ τῆς τοῦ βηχίου ἐν μέλιτι, καὶ τὸ δρακόντιον ξύων, λείχειν. ἢν δὲ τὸ ἑψητὸν τὸ ἐν τῷ γάλακτι μὴ φάσκῃ δύνασθαι ῥοφέειν, γάλα βόειον ὡς πλεῖστον πινέτω, τρίτον μέρος τοῦ μελικρήτου προσμίσγων. καὶ οὕτω τάχιστα ὑγιὴς ἔσται. αὕτη δὲ ἡ νοῦσος θεραπείης δεῖται πολλῆς. χαλεπὴ γάρ. ἢν γὰρ θεραπευθεὶς ὑγιής τε γένηται, μὴ ἐν φυλακῇ ἔχῃ ἑωυτὸν, τοῖσι πολλοῖσιν ὑποστρέψασα ἡ νοῦσος, αἰτίη ἀπωλείας ἐγένετο. οὗτος ἢν μὲν ὑπὸ ταύτης τῆς θεραπείης ἰηθῇ, ἅλις. ἢν δὲ μὴ, παχύνας αὐτὸν γάλακτι, καῦσαι τά τε στήθεα καὶ τὸ μετάφρενον. ἢν γὰρ τύχῃς καύσας, ἐλπὶς ἐκφυγέειν τὴν νοῦσον. Ἢν δὲ ἀρτηρίη σπασθῇ, ἢ τῶν φλεβῶν τινὲς τῶν τεινουσέων εἰς τὸν πλεύμονα, τάδε πάσχει. καὶ ἀρχὰς μὲν τῆς νούσου, βὴξ ἴσχει ὀξέη, καὶ ῥῖγος, καὶ πυρετός. καὶ τὸ σίαλον ἀποπτύει, πουλύ τε καὶ λευκὸν, καὶ ἀφρῶδες. ἐνίοτε δὲ ὕφαιμον, καὶ ὀδύνη τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν τράχηλον ἴσχει. αὕτη ἡ νοῦσος ἰσχυροτέρη τῆς πρόσθεν. καὶ μέχρι μὲν δέκα ἡμερέων τῶν πρώτων, τοιαῦτα πάσχει. ἔπειτα δὲ οἱ πολλοὶ τῇ ἑνδεκάτῃ, πύα ἀποπτύουσι παχέα βιαίως. ἡμέρῃ δὲ καθαρώτερα ἀποπτύει, ἢν φύξιμος ᾖ, καὶ τῆς ὀδύνης ἧσσον πιέζῃ, καὶ ἐν τάχει ὑγιὴς γίνεται. ἢν δὲ μέλλῃ πολυχρόνιος ἡ νοῦσος ἔσεσθαι, τά τε πύα πολλῷ πλείονα ἀποπτύει, καὶ ὁ ἄλλος πόνος ἐν τῷ σώματι, πολλῷ ἔτι πλείων. αἱ δὲ θέρμαι βληχρότεραι ἔχουσιν, ἢ τὸ πρίν. τοῦτον ἢν λάβῃς κατ' ἀρχὰς, ὑποκαθῆραι κάτω, ὀπῷ σκαμμωνίης ἐὰν ἀπύρετος ᾖ.

μετὰ δὲ

μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν, προσφερέσθω τὰ αὐτὰ ἃ καὶ πρόσθεν. καὶ τ' ἄλλα τὰ αὐτὰ προσφερέσθω, ἡσυχίην ἔχων ὡς μάλιστα τῷ σώματι, καὶ μαλθακῶς κοιμάσθω. ταῦτα μὲν κατ' ἀρχὰς ποιεέτω, μέχρι τῶν δέκα ἡμερέων. ἢν δὲ ἔμπυος γένηται, τὰ αὐτὰ ἃ καὶ ὁ πρόσθεν ποιεέτω. ἢν δ' ὑγιὴς γένηται, τῶνδε χρὴ ἀπέχεσθαι, σιτίων καὶ ποτῶν ὀξέων, καὶ δριμέων, καὶ ἁλμυρῶν, καὶ λιπαρῶν. ταλαιπωρίης δὲ ἀπέχεσθαι, καὶ τῆς αὐτῆς ὧν καὶ ὁ πρόσθεν. ταῦτα ἢν ποιέῃ, τάχιστα τῆς νούσου ἀπαλλαγήσεται. ἢν δὲ τουτέων οὐ ποιέῃ, κινδυνεύσει πάλιν ὑποτροπιάσαι. καὶ ἡ νόσος κακίων ἔχει. καὶ γὰρ οἱ πολλοὶ πλεύμονι ῥαγέντες ἐόντες διατελέουσιν, ἕως ἂν ἀποθάνωσι. τοῦτον ἢν μὴ παραχρῆμα τις ἰήσηται, ὑποτροπιασάσης τῆς νούσου, οὐκ ἂν μετὰ ταῦτα ἔχοις ὠφελῆσαι, ἢν μὴ τάδε ποιήσῃς· γάλακτι βοείῳ παχυνάς, καῦσαι τὰ στήθεα καὶ τὸ μετάφρενον. ἢν γὰρ τύχῃς καύσας, ὠφελήσεις. ἡ δὲ νοῦσος ἀπὸ τῶν αὐτέων ἁμαρτάδων γίνεται, ὧν καὶ ἡ πρόσθεν. πλευμονίη δὲ γίνεται ἀπὸ τῶνδε μάλιστα. ὅταν ὁ πλεύμων αἷμα ἑλκύσας ἐφ' ἑωυτὸν, ἢ φλέγμα ἁλμυρὸν μὴ ἀφῇ πάλιν, ἀλλ' αὐτοῦ ξυστραφῇ καὶ ξυμπαγῇ, ὑπὸ τουτέων φύματα φιλεῖ γίνεσθαι ἐν τῷ πλεύμονι καὶ ἐμπυοῦσθαι. οὗτος τάδε πάσχει. κατ' ἀρχὰς καὶ διὰ παντὸς τοῦ νουσήματος, βὴξ ὀξεῖα ξηρὴ ἴσχει, καὶ ῥῖγος, καὶ πυρετὸς, καὶ ὀδύνη ἐν τοῖσι στήθεσι καὶ ἐν τῷ μεταφρένῳ ἔχεται. ἐνίοτε δὲ καὶ ἐν τῇ πλευρῇ. καὶ ὀρθοπνοίη σφοδρὴ ἐμπίπτει. οὗτος μέχρι μὲν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων, τοιαῦτα πάσχων διατελέει. πολλάκις δὲ καὶ πλείονας ἢ δεκατέσσαρας ἡμέρας, ἔπειτα ῥήγνυται πύα καὶ ἀποπτύει πολλόν. πολλάκις δὲ ἀποπτύει, καὶ οἷα ἀραχνίων χιτῶνας. πολλάκις δὲ καὶ ὕφαιμον. καὶ ἢν μὲν ἀποκαθαρθῇ ἀπισχνωθῇ ἐν τάχει ὁ πλεύμων, ἐκφυγάνει τὸν ὄλεθρον. ἢν δὲ μὴ προσέχῃ, ἐνιαυτὸν ἴσχει ἡ νοῦσος, καὶ μεταβάλλει, ἄλλοτε ἀλλοῖα πάσχων. τούτῳ χρὴ κατ' ἀρχὰς μὲν πρὶν ἢ τὰ πύα ῥαγῆναι, προσφέρειν τάδε. ὅταν μὲν αὐτὸν ὁ πυρετὸς, λούειν πολλῷ θερμῷ, καὶ ῥοφήμασι πολλοῖς χρέεσθαι. πτισάνης χυλῷ ἑψηθέντι μέλι παραχέας ὅταν ἑφθὸν ᾖ, ῥοφεέτω. καὶ οἶνον πινέτω γλυκὺν λευκόν, ἢ μελίκρητον ἑφθόν. ὅταν δὲ ἄρξηται πύα ἀποπτύειν, πινέτω τὰ αὐτὰ ἃ καὶ ὁ πρόσθεν ἔμπυος. καὶ σιτίοισι καὶ ποτοῖσι καὶ ὄψοισι τοῖς αὐτοῖς χρέεσθω, ἀπεχόμενος ὀξέων, καὶ δριμέων, καὶ ἁλμυρῶν, καὶ λιπαρῶν, καὶ λαγνείης, καὶ πλησμονῆς, ἢν μὴ τῇ νούσῳ προσφορὴ ᾖ. ἐς χρῶμα δὲ ὁρέων, μελεταῖν, ὁκοίων ἄν τινων δοκέῃ σοι δεῖσθαι. τὰ δ' ἄλλα τὰ αὐτὰ ποιείτω. πινέτω δὲ καὶ γάλα βοὸς καὶ αἴγειον ὡραῖον. πρόσθεν δὲ ὑποκαθαιρέσθω γάλακτι ὀνείῳ ἑφθῷ. πινέτω δὲ καὶ τὸ ἵππειον γάλα σεσησμένον ἑκάστης ἡμέρης ἕωθεν τρικότυλον κύλικα, ἢν ᾖ δυνατός. ἢν μὲν οὖν οὕτως μελετώμενος ῥηΐων ἔχῃ. καὶ ἢν μὴ ῥαγῇ τὰ πύα ἐς τὰ στήθεα, αὐτὸς ἑωυτὸν ἐπιμελέεσθω ἡσυχίην ἔχων τῷ σώματι ὡς μάλιστα, καὶ τὰ ξύμφορα προσφέρειν ἑωυτῷ. ἢν δὲ ῥαγῇ τὰ πύα ἐς τὰ στήθεα, ὅπῃ ἄν σοι δοκέῃ ἀποσημαίνειν, ἐκ ταύτης ὡς μάλιστα τάμνειν ἢ καύσας, ἀφιέναι τοῦ πύου ὀλίγον τὸ πρῶτον. τὰ δ' ἄλλα ποιέειν τὰ αὐτὰ, ἃ καὶ ἐπὶ τοῦ πρόσθεν ἐμπύου γεγράφαται. Ἢν ἐν πλεύμονι κιρσὸς ἐγγένηται, βὴξ ξηρὴ ἐπιλαμβάνει, καὶ ῥῖγος, καὶ πυρετὸς κατ' ἀρχὰς μὲν τοῦ νόσου, πάνυ σφόδρα. ἔχει δὲ καὶ ὀρθοπνοίη. καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ οἴδημα, καὶ αἱ ὀφρύες δοκέουσιν ἐπικρέμασθαι. καὶ οἴδημα κατέρχεται ἐς τὸ πρόσωπον, καὶ ἐς τὰ στήθεα, καὶ ἐς τοὺς πόδας. πολλάκις δὲ καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν ἐρείδει. καὶ ὑπὸ τῆς ὀδύνης ὅταν ὁ πόνος ἔχῃ, οὐ δύναται [illegible]

Poſt purgationem verò eadem quæ prius exhibeantur, & reliqua eadem quieto quàm maxime corpore aſſumantur, & molliter dormiat. Et hæc quidem decem primis diebus faciat. Quòd ſi purulentus extiterit, eadem etiam quæ priùs faciat. Sin verò ſanus euaſerit, his cibis & potibus abſtineat, acidis, acribus, ſalſis & pinguibus. Labore etiam vehementiore, & iiſdem quibus priùs abſtineat. Quæ ſi fecerit, citiſſimè hoc morbo liberabitur. Sin verò eorum aliquid non fecerit, periculum eſt ne morbus reuertatur, & peior detineat. Pleriq; enim rupto pulmone ad mortem vſque perſeuerant. Hunc niſi quis confeſtim curet, poſtea vbi morbus reuerſionem fecerit, non erit quo iuuare poſſis, niſi hæc feceris. Lacte bubulo craſſiorem redditum in pectore & dorſo inurito. Si enim vſtio tibi proſperè ſucceſſerit, iuuabis. Hic autem morbus ex iiſdem erratis ex quibus etiam prior oritur. Pulmonis inflammatio ex his ferè fit. Cùm ad ſeſe pulmo ſanguinem aut pituitam ſalſam traxerit, neque rurſus dimiſerit, ſed ibi collecta & coacta fuerint, ex his tubercula in pulmone gigni ſolent, & pus intrò colligi. Hic hæc patitur, per initia & totum morbum, tuſſis acuta, & rigor, & febris detinet, dolor in pectore & dorſo, interdumq; in latere vrget, vehemenſq; erectæ ceruicis ſpiratio incidit. Hic ad decimumquartum vſque diem in his perſeuerat, plærumque etiam pluribus diebus. Deinde pus foras erumpit, multumq; expuit, ſæpe verò velut aranearũ tunicas expuit, crebrò etiam ſubcruentum. Et ſiquidem pulmo citò repurgetur & gracilis reddatur, perniciem euadit. Sin minùs, perſeuerat hic morbus & per annum detinet, & quandoq; in varias affectiones tranſit. Huic per initia antequam pus foras erumpat, hæc admouere oportet. Cùm febris remiſerit multa calida lauet, & ſorbitionibus multis vtatur, ptiſanæ cremorem coctum, melle affuſo & cocto ſorbeat, vinum dulce album, aut aquam mulſam coctam bibat. Vbi verò pus expuere cœperit, eadem quæ prior purulentus bibat, iiſdemque cibis, potibus, & obſoniis vtatur. acidis abſtineat, acribus, ſalſis, pinguibus, venere & crapula, niſi cùm morbo commodum fuerit. Inſpecto autem colore, quorum tibi indigere videatur, curam habeto, reliqua autem eadem faciat. Lac bubulum & caprinum, ſi anni tempus ferat, bibat, priùs tamen lacte aſinino cocto aliquantulum purgetur. Bibat autem quotidie mane lactis equini excolati, poculum trium heminarum menſura, ſi poſſit. Si igitur ad hunc modum curatus meliùs habuerit, ſatis eſt. At ſi pus ad pectus non erũpat, ipſe corpore quàm maximè quietem agendo, & quæ ſibi commoda ſunt admouendo, ſuiipſius curam habeat. Si verò ad pectus pus erupe rit, qua parte de ſe tibi ſignificationem præbere videbitur, illic præcipuè ſectione aut vſtione facta, pus primùm paucum educito. reliqua eadẽ facito quæ in priore purulento ſcripta ſunt. Si varix in pulmone gignatur, per morbi quidem exordia tuſſis ſicca, rigor & febris vehemens admodum inuadit, erectæ ceruicis ſpiratio detinet. In capite tumor inſiſtit, & ſupercilia dependere videntur, tumorq; ad faciẽ, pectus & pedes deſcendit, ſæpe verò in capite fixus eſt, cúmq; dolor detinet, præ dolore oculos attollere nõ poteſt,

Corpus eſt ſubpallidum, & venæ per ipſum feruntur, aut rubræ aut nigræ. Huic quidem cùm ſic habeat & dolor maximè vrgeat, primùm quidem ſanguinem detrahito, deinde multa & calida lauato, & cum ſitis detinet, cyceonem ex vino nigro auſtero quàm ſuauiſſimo, æquali aqua temperatū, potui exhibeto, quē maximè frigidum bibere oportet. Ptiſanæ cremore cocto, optimo melle affuſo, pro ſorbitionibus vtatur. Quæ primis quatuordecim diebus offerenda ſunt. Quòd ſi diutiùs morbus detineat, dolorque maior in corpore & virium impotētia adſit, huic ſanè ſic habēti ea exhibeto, quæ ei qui pulmonem purulentum habet, cùm quatuordecim dies præterierint. Oritur hic morbus ex vehementiore labore & bile atra. Cùm venæ cauæ quæ in pulmonem pertingunt, ſanguine aut bile atra refertæ fuerint, venulæ nimirum in anguſtiis interceptæ, inter ſeſe confringūtur, cumq; exitum non habeāt, dolorem & flatum in pulmone excitāt. Hic morbus cùm ſit difficilis multa curatione indiget, alioqui ęgrum non relinquere, fereq; multos ad mortem vſque comitari ſolet. Si inflammatio in pulmone oriatur, oritur autem præcipuè ex vinolētia & piſcium capitonum & anguillarum ingluuie, qui pinguedinem hominis naturæ maximè infenſam habēt. Iam verò ortum habuit hic morbus ex pituita, cùm ſanguini permixta ad pulmonem affluxerit. Incidit etiam ex carnis eſu, & aquæ mutatione. Hæc igitur ei contingunt. Vehementer tuſſit, & ſputum liquidum & copioſum expuit, plærunq; etiam craſſum & albū, velut ex raucedine. Dolor acutus vexat in pectore, dorſo, laterum inanitatibus & coſtis, acidum eructat, & ex pectore ac pulmonibus velut ex ventre quid murmurat, pituitam acidam vomit, ſiq; quod vomitione reiectum eſt in terram effundas, eam tanquam infuſum acetum radit, & dentes ſtupeſcunt. Rigor, febris, & ſitis vehemens detinet, & ſi quid pingue comedere velit, in viſceribus ſtrepitus editur, vomitus cietur, & totum corpus torpor occupat. Vbi verò euomuerit, paulò melius habere videtur, deinde ſub veſperá diei, venter ſtrepit, contorquetur, & murmur edit. Huic cùm ſic habuerit & tempeſtiuum videbitur, curationem iſtam adhibeto. Mel, lac, acetum, & aquā ſimul mixta & in ollam infuſa tepefacito, & origani capitati ſurculis agitato, tepefactum potui exhibeto; aut apprehenſa lingua ſenſim per fiſtulam infundito; deinde veſtibus conuolutum quietem agere iubeto. Poſtea ſi ei vomitus incidat, promptè vomat, quòd ſi non incidat, ex leui per pennam attrectatione vomat, & ſi quid pituitæ vomuerit, idem per dies quinque facito. Sic enim meliùs habebit. Hoc autem poſt exercitationem ſi poſſit, bibat, & poſt calidæ multæ balneum, ſin minùs ſaltem poſt balneum. Vbi verò dies quinque præterierint, manè ieiunus ex aqua mulſa, aut mulſo, laſeris ſuccum orobi quantitate bibat, & allium ac radiculas ieiunus edat, & vinum merum nigrum, aut album auſterum inſuper ſorbeat. Bibat autem cum cibo & poſt cibum. Cibis autem ſiccis & carnibus catulinis coctis vtatur, ſi rigor & febris non prehenderit. Hic ſi ex eiuſmodi in os infuſo aliquantulum purgetur, ſat eſt, ſin minùs eum ſurſum per veratrum purgato. Poſt purgationem verò, farinæ coctæ melle affuſo duo acetabula ſorbenda dato,

το, τὸ σῶμα ὕπωχρος. καὶ αἱ φλέβες δι' αὐτοῦ τείνουσιν, [13] ἢ φλέγμαι, ἢ μέλαιναι. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, καὶ ὁ πόνος μάλιστα πιέζῃ, πρῶτον μὲν αἷμα ἀφαιρέειν. ἔπειτα λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ. καὶ ὁκόταν δίψα ἔχῃ, πίνειν διδόναι κυκεῶνα ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ, ὡς ἡδίστῳ ἴσον ἴσῳ κεράσας. ψυχρὸν δὲ χρὴ μάλιστα πίνειν. ῥοφήμασι χρέεσθαι πτισάνης χυλῷ καθέφθῳ, μέλι χρηστὸν παραχέας. ταῦτα χρὴ προσφέρειν, ἐν τῇσι πρώτῃσι τῶν ἡμερέων τῇσι τεσσαρεσκαίδεκα. ἢν δὲ ἐπὶ πλεῖον ἡ νοῦσος ἔχῃ, ὅ, τε πόνος πλείων ᾖ ἐν τῷ σώματι, καὶ ἀδυναμίη ἐνῇ. τούτῳ δὴ οὕτως ἔχοντι, ταῦτα προσφέρειν, ἃ καὶ ἐν τῷ πυοῦντι τὸν πλεύμονα, ὁκόταν αἱ δεκατέσσαρες ἡμέραι παρέλθωσιν. αὕτη ἡ νοῦσος γίνεται ἀπὸ ταλαιπωρίης καὶ χολῆς μελαίνης. Ὁκόταν τὰ κοῖλα φλέβια τὰ διέχοντα ἐν τῷ πλεύμονι, πλησθῇ αἵματος ἢ χολῆς μελαίνης, ξυνρήγνυται τὰ φλέβια ἐς ἄλληλα, ἅτε ἐν στενοῖσιν ἐόντα καὶ ἐπιλαμβανόμενα, καὶ ἔξοδον οὐκ ἔχοντα, ὀδύνην παρέχει καὶ φῦσαν ἐν τῷ πλεύμονι. αὕτη ἡ νοῦσος χαλεπή. καὶ θεραπείης δεομένη πολλῆς. εἰ δὲ μή, οὐκ ἐθέλει ἐκλιπεῖν τὸν κάμνοντα. καὶ ὡς τὰ πολλὰ ἐν τοῖσι πολλοῖσι ξυναποθνήσκει. Ἢν φλεγμονὴ ἐν τῷ πλεύμονι γένηται, γίνεται δὲ μάλιστα ἀπὸ οἰνοφλυγίης καὶ γαστριμαργίης ἰχθύων κεφαλέων, καὶ ἐγχελύων. ταῦτα γὰρ τὴν πιμελὴν πολεμιωτάτην ἔχει πρὸς τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου. ἤδη δὲ τὸ νούσημα ἐγένετο ἀπὸ φλέγματος, ὁκόταν μιχθὲν τῷ αἵματι, ἐπιρρυῇ ἐπὶ τὸν πλεύμονα. προσγίνεται δὲ καὶ ἐκ κρεοφαγίης, καὶ ἐξ ὕδατος μεταβολῆς. τάδε οὖν πάσχει. βήσσει ἰσχυρῶς. καὶ τὸ σίαλον ἀποπτύει ὑγρὸν καὶ πολλόν. πολλάκις δὲ καὶ παχὺ καὶ λευκόν, [14] οἷον ἀπὸ βράγχου. καὶ ὀδύνη πιέζει ὀξεῖα ἐς τὰ στήθεα, καὶ τὸ μετάφρενον, καὶ τοὺς κενεῶνας, καὶ τὰς πλευράς. καὶ ἐρυγγάνει ὀξὺ καὶ ἐκ τῶν στηθέων καὶ πλευμόνων, [15] οἷον γαστὴρ τρυλλίζει. καὶ ἐμέει λάπην ὀξεῖαν. καὶ τὸ ἔμεσμα ἢν ἐκχέῃς χαμαί, ζέει τὴν γῆν ὥσπερ ὄξος ἐπιχέοντι. καὶ τοὺς ὀδόντας αἱμωδιᾷ. καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς καὶ δίψα ἔχει ἰσχυρή. καὶ ἤν τι θέλῃ λιπαρὸν φαγεῖν, μύζει πρὸς τὰ σπλάγχνα, καὶ ἔμετον ἄγει. καὶ τὸ σῶμα ἅπαν νάρκη ἔχει, ὁκόταν δὲ ἀπεμέσῃ, ἐπ' ὀλίγον δοκεῖ ῥάων εἶναι. ἔπειτα ἐπειδὰν τῆς ἡμέρης ὀψίτερον γένηται, βρέμει ἡ κοιλίη. καὶ στρέφει. καὶ βορβορύζει. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ καὶ δοκῇ καιρὸς εἶναι, προσφέρειν ὧδε μελετῶν. μίξας μέλι, καὶ γάλα, καὶ ὄξος, καὶ ὕδωρ, ταῦτα ἐγχέας ἐς χυτρίδα χλιαίνειν. καὶ ὀριγάνου κλωνίοισι τοῦ κεφαλοειδέος ταράσσειν. ἐπειδὰν δὲ χλιαρὸν ᾖ, διδόναι πίνειν. ἢ λαβόμενος τῆς γλώσσης, ἐγχέειν ἡσυχῇ διὰ σύριγγος. εἶτα κελεύειν συμφαρθέντα ἡσυχίην ἔχειν. ἔπειτα ἢν ἔμετος ἐπέλθῃ αὐτῷ, ἐμέειν προθύμως. ἢν δὲ μὴ ἐπέλθῃ, [16] [illegible] πτερῷ, ἐμεέτω· καὶ ἤν τι φλέγματος ἐμέσῃ, ἐπὶ πέντε ἡμέρας τὸ αὐτὸ ποιεέτω. ῥάων γὰρ ἔσται οὕτω ποιῶν. πινέτω δὲ τοῦτο γυμνασάμενος ἢν οἷός τε ᾖ, καὶ λουσάμενος πολλῷ θερμῷ. ἢν δὲ μή, ἀλλὰ λουσάμενος. ὁκόταν δὲ αἱ πέντε ἡμέραι παρέλθωσι, πρώϊος νῆστις πινέτω [17] ἐν μελικρήτῳ ἢ οἰνομέλιτι ὀποῦ σιλφίου ὅκοσον ὄροβον. καὶ σκόροδα τρωγέτω, καὶ ῥαφανίδας νῆστις. καὶ ἄκρητον οἶνον ἐπιρροφανέτω μέλανα, ἢ λευκὸν αὐστηρόν. πινέτω δὲ καὶ ἐπὶ σίτῳ, καὶ μετὰ τὸ σιτίον. σιτίοισι δὲ ξηροῖσι καὶ κρέασι κυνείοισι χρεέσθω ἑφθοῖσιν, ἢν τὸ ῥῖγος καὶ ὁ πυρετὸς μὴ ἐπιλαμβάνῃ. οὗτος ἢν ἀπὸ τοῦ τοιοῦδε ἐγχύματος καθαίρηταί τι, ἢν δὲ μή, ἄνω αὐτὸν καθαίρειν ἐλλεβόρῳ. μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν, ἀλεύρου ἑφθοῦ διδόναι δύο ὀξύβαφα ἐκροφέειν, μέλι παραχέας.

οἶνον

οἶνον δὲ τὸν αὐτὸν πινέτω ὑδαρέα. [18] ἢν δὲ μὴ κατ' ἀρχὰς παραλάβῃς τὴν νοῦσον, παχύνας αὐτὸν γάλακτι, καῦσαι τὰ στήθεα καὶ τὸ μετάφρενον. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τῆς νούσου ἀπαλλαγείη. ἢν δὲ μὴ καυθῇ, ξυμπαραμένει καὶ οὐ μάλα ἐκλείπει, ἀλλ' ἕως γήραος παρέχει. πολλάκις δὲ καὶ συναποθνήσκει, ἢν μὴ ἐν τῇσι πρώτῃσιν ἡμέρῃσι τεσσαράκοντα ἀποθάνῃ. ἀλλὰ χρεία πολλῆς ὅτι μάλιστα ἐπιμελείης. καὶ ὀρρὸν καὶ γάλα τὴν ὥρην πινέτω βοὸς, καὶ αἰγὸς, καὶ ὀνείου, καὶ ἱππείου. οὕτω γὰρ ἂν ῥήιστα διάγοι. ἡ δὲ νοῦσος χαλεπή. Ἐὰν πλεύμων ἀπὸ ἐρυσιπέλατος οἰδήσῃ. τοῦτο δὲ τὸ οἴδημα μάλιστα ἀπὸ αἵματος γίνεται, ὅταν ἐς ἑωυτὸν ὁ πλεύμων ἑλκύσῃ αἷμα καὶ ἔχῃ ἀναλαβών. τὸ δὲ νούσημα θέρεος ἐν ὥρῃ μάλιστα γίνεται. τάδε οὖν ἀπ' αὐτοῦ πάσχει. βὴξ ἐμπίπτει ξηρὴ καὶ ῥῖγος, καὶ πυρετὸς, καὶ ὀρθόπνοιη. καὶ ὁ πόνος ἰσχυρὸς ἐν τοῖσι στήθεσι. [19] καὶ τὰς ῥῖνας ἀνοίγει, ὡς ἵππος δραμών. καὶ τὴν γλῶτταν ἐξίσχει, ὡς κύων, θέρεος ὑπὸ τοῦ πνίγματος τοῦ ἐν τῷ καύματι ἐγγινομένου. καὶ οἴδημα κατέχει τὰ στήθεα, καὶ φθέγγεται βραχέως. καὶ ἐρύθημα ἐν τῇ ὄψει. καὶ κνησμὸν φέρει ἐν τῷ σώματι ἅπαντι. ὑπὸ τοῦ πόνου κατακεῖσθαι οὐ δύναται, ἀλλ' αὐτὸς ἑωυτὸν ῥιπτεῖ ὑπὸ ἀλύκης. οὗτος ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι θνήσκει. τὸν κατ' ἀρχὰς ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, ἰῆσθαι. ἐν κύρτοισι ψύχειν μὲν τὸ σῶμα, ἐν ὕδατι ψυχρῷ βάπτων σεῦτλα καὶ τῷ σώματι ἐπιτιθεὶς, μάλιστα πρὸς τὸν πόνον νέον. ἢ ῥάκεα βάπτων ἐν ψυχρῷ ὕδατι καὶ ἐκθλίβων προστιθέναι. ἢν μὲν οὕτω ῥηίσῃ, ἢν δὲ μὴ, [20] κεραμικῇ γῇ ψυχρῇ καταπλάσσειν. καὶ ἐν τῇ αἰθρίῃ κοιμάσθω. οὕτω γὰρ ἂν μελεδαινόμενος, πολλάκις ἂν φύγοι τὰς ἑπτὰ ἡμέρας. ὁκόταν δὲ αἱ ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσι, καὶ ἡ ὀδύνη παρέχῃ, χρίειν ἐλαίῳ τὸ πονέον μέρος ἔσω. καὶ χλιάσματα μάλιστα προστιθέναι τὰ αὐτὰ, ἃ καὶ τῇ πλευρίτιδι. καὶ πίσαι αὐτὸν ἐς ὑποκάθαρσιν τοῦ ῥοῦ πεπλίου, καὶ τῆς μήκωνος, καὶ τοῦ κόκκου τοῦ κνιδίου. καὶ μετὰ τὴν κάθαρσιν, φακῆς τρυβλίον δοῦναι ῥοφῆσαι, πινέτω δὲ ὕδωρ. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, λοῦσαι αὐτὸν πολλῷ καὶ θερμῷ πλὴν τῆς κεφαλῆς. ἔπειτα πίσαι ὀρίγανον ἐν μελικρήτῳ ἀποβρέξας. ποτοῖσι δὲ ὡς θερμοτάτοισι χρήσθω. σιτία δὲ προσφερέσθω, τὰ αὐτὰ ταῦτα, ἃ καὶ ὁ ὑπὸ τῆς πλευρίτιδος ἐχόμενος, ἢν μὴ πυρετὸς παρέχῃ. αὕτη ἡ νοῦσος χαλεπὴ καὶ παῦροι ἐκφυγγάνουσιν. Ἢν τὸ στῆθος καὶ τὸ μετάφρενον ἀναρραγῇ. ἀναρρήγνυνται δὲ μάλιστα ὑπὸ ταλαιπωρίης, καὶ τάδε πάσχει. βὴξ ἴσχει ὀξείη. καὶ τὸ σίαλον ἐνίοτε ἀποπτύει ὕφαιμον. καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει τὰ πολλὰ, καὶ ἐν τῷ στήθει, καὶ ἐν τῷ μεταφρένῳ ὀδύνη ὀξείη ἔνεστι. καὶ ἐν τῷ πλευρῷ δοκέει οἱ λίθος ἐγκέεσθαι. [21] καὶ κεντεῖται ὑπὸ τῆς ὀδύνης διαμπερέως, ὡς εἰ βελόνη τις κεντοίη. τοῦτον ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, παραχρῆμα [22] γάλακτι πιήνας, καῦσαι τὰ στήθεα, καὶ τὸ μετάφρενον. καὶ οὕτω τάχιστα ὑγιὴς ἔσται. τὸν δὲ λοιπὸν ἡσυχάζειν τῷ σώματι μάλιστα διατελεέτω. ἢν γάρ τι πονήσῃ ἢ ἐπὶ ἅμαξαν ἀναβὰς, ἢ ἐφ' ἵππον, ἢ τοῖς ὤμοισιν ἐν ἄχθει ταλαιπωρήσῃ, κινδυνεύσει πάλιν ὑποστρέψαι ἡ νοῦσος. καὶ ἢν γένηται, κίνδυνος διαφθαρῆναι. τὸ γὰρ νούσημα ὑποστραφὲν, μέζον πιέζει ἢ κατ' ἀρχάς. ἢν δὲ μὴ καυθῇ, τοῖσιν αὐτοῖσιν αὐτὸν ἰᾶσθαι οἷσι καὶ τὸν ἔμπυον, ῥοφήμασι καὶ πόμασι καὶ σιτίοισι. τὸ δὲ ξύμπαν ἡσυχίην ἔχοντα διαιτᾶσθαι σιτίοισιν ἐπιτηδείοισιν. ἢν γὰρ οὕτω μελετηθῇ, τάχιστα ὑγιὴς ἔσται. ἡ δὲ νοῦσος χαλεπή. Ἢν ἐν πλευρῷ φῦμα φύηται καὶ ἔμπυος γένηται, τάδε πάσχει, ῥῖγος ἴσχει καὶ πυρετός.

& vinum idem aquoſum bibat. Quòd ſi per initia morbi curationi non adfueris, vbi eum lacte craſſiorem reddideris, in pectore & dorſo inurito; ſic enim præcipuè morbo liberari poterit. At niſi vſtus fuerit, permanet, neque ferè deſerit, ſed ad ſenium vſq; perſeuerat, plerunq; verò ad mortem vſq; comitatur, niſi primis quadraginta diebus intereat. Verùm quàm maxima diligentia opus eſt, & ſerum ac lac bubulum, caprinum, aſininum & equinum, ſi tempus ferat, bibat. Sic enim facillimè vitam degere poterit. Hic autem morbus difficilis eſt. Si pulmo ex eryſipelate in tumorem ſublatus fuerit, qui tumor potiſſimùm ex ſanguine oritur, cùm pulmo attractum ad ſe ſanguinem receperit ac continuerit. Hic autem morbus potiſſimum æſtatis tempore contingit. Hæc igitur ex eo patitur, tuſſis ſicca accidit, rigor, febris, & erectæ ceruicis ſpiratio, dolor vehemens in pectore, nares nō aliter quam equus ex curſu aperit, linguamq; vti canis æſtate animæ ardore incenſus exerit, tumor pectus occupat, vox parua, rubor in facie, pruritus toto corpore, præ dolore decubitum ferre non poteſt, ſed præ anxietudine ſeipſum diſiicit. Hic intra diem ſeptimum perit. Per initia tamen cùm ſic habuerit his curandus eſt. Betis aqua frigida imbutis & corpori adhibitis, corpus quidem refrigerato, recenti præcipuè dolore, aut lintea aqua frigida intincta & expreſſa admoueto. Et ſi quidem ſic meliùs habuerit, ſatis eſt. Sin minus, terram figulinam frigidā ex cataplaſmate imponito, & ſub dio dormiat. Hoc enim modo curatus, crebrò ſeptimum diem euadet. Cùm verò ſeptem dies præterierint, & perſeuerauerit dolor, dolentem intus partem oleo linito, eademq; præcipuè tepefactoria quæ in morbo laterali adhibeto. Et potionem eiex peplio, & peplo, & grano cnidio, ad purgationem propinato. A purgatione lenticulæ acetabulum ſorbendum dato, & aquam bibat. Poſtero verò die ipſum multa calida, capite excepto, lauato, deinde origanum aqua mulſa maceratum propinato, potionibuſque quàm calidiſſimis vtatur. Cibi iidem qui morbo laterali correpto exhibeantur, niſi febris detineat. Hic morbus grauis & ex quo pauci euadunt. Si pectus & dorſum dirupta fuerint, diſrumpuntur autem potiſſimum ex vehementi labore, hæc ei contingunt. Tuſſis acuta detinet, interdum ſubcruentum ſputum expuit, crebrò rigor & febris inuadit, in pectore & dorſo dolor eſt acutus, lateri lapis incumbere videtur, & à dolore vſque ſtimulatur, non ſecus ac ſi quis acu pungat. Hunc cùm ſic habuerit, confeſtim lacte impinguatum, in pectore & dorſo inurito, & ſic citiſſimè ſanus erit. In reliquo verò quieto maximè corpore viuat. Si quid enim laborarit, aut in currum, aut in equum adſcenderit, aut humeros oneri ſuppoſitos fatigarit, periculum erit ne rurſus morbus reuertatur. Quòd ſi contingat, periculum eſt ne corrumpatur. Morbus enim reuerſionem faciens magis quàm ab initio vrget. At ſi vſtus non fuerit, iiſdem ſorbitionibus, potibus & cibis quibus purulentum curato. Ad ſummum, quietem agens accommodatis cibis veſcatur. Sic enim curatus citiſſimè conualeſcet. Morbus autem grauis eſt. Si in latere tuberculum oriatur, & purulentus euadat æger, hæc patitur. Rigor, febris,

& tuſſis ſicca multos dies detinet, latus dolet, dolorque ad mammam, iugulum & ſcoptula operta impetu fertur. Hic cùm ſic habuerit, primis decem diebus ſorbitionibus vtatur, ptiſanæ cremore percocto, affuſo melle, vbi ſorbitio cocta fuerit. Vino verò vtatur albo, dulci, aut auſtero, aut aquoſo. Et crebrò vinum ſorbentem expuere iubeto, ſomnumque donec vndecim dies præterierint, prohibeto. Poſt quos dies cibis quàm maximè paucis vtatur, carnibus catulinis aut gallinaceis calidis ex iuſculo probè apparatis, & iuſculum ſorbeat. Sorbitionibus ante cibum vtatur, neq; ſitiat quoad latus ſuppuratum euaſerit. Suppuratur autem ferè diebus quadraginta aut paulò ante. Suppuratum latus dignoſcas vbi neq; pus expuerit, neq; vomitione reiecerit. Hunc cum ſic habuerit, vbicunq; tumor de ſe ſignificationem ediderit, ſecato aut inurito, deinde pus paulatim emittito, & poſtquam exhauſeris, linamentum ex lino crudo imponito, quo poſtridie rurſus educto, pus ſenſim exhaurito, mox linamento indito, rurſus tertio die cæteriſque diebus, bis die donec exiccatum fuerit extrahito. Et cibos & opſonia cùm receperit exhibeto, parum non multum, ſiue vinum, ſiue aquam, bibat. Origanum verò tenellum quàm plurimum melle intinctum edat. Quòd ſi tenellum non habeat, ſed ſiccum, tritum & melle admixto læuigatum quàm plurimũ exhibeto. Frigus non ſentiat, balneis lauet, & molliter dormiat. Hunc morbum ſi ſic curaueris, citiſſimè ſanaueris. Cùm verò ſanus euaſerit, frigus, caloré & ſolem vitet, & modicis deambulationibus vtatur poſt cibum, vt ne corpus laſſitudine teneatur. Quæ cùm fecerit conualeſcit. Ex his morbis quibus vſtionem adhibueris, ſtatim poſt vſtionem porrum multum tritum loco inuſto ex cataplaſmate imponito, & diem vnum ſinito. Tabis tres ſunt ſpecies. Prima ipſa quidem ex pituita oritur, cùm caput pituita plenum morbo affectum fuerit, & calor intus ſubortus fuerit, in capite pituita computreſcit, vt quæ moueri nequeat, vt ſecedat. Deinde cùm craſſiores venulæ redditæ fuerint, computrefactæ & ſupra modum impletæ, fluxio in pulmonem contingit, quam vbi pulmo ſuſceperit, confeſtim morbo afficitur, cùm à pituita ſalſa & putrida mordeatur. Hæc igitur patitur. Febris lenta initio inuadit, & rigor, & pectoris ac dorſi dolor, interdum verò vehemens tuſſis vrget, & ſputum copioſum, liquidum & ſalſum expuit. Et hæc quidem per morbi exordia contingunt, in progreſſu verò totum corpus extenuatur, exceptis cruribus. Hæc autem intumeſcunt, & pedes vngueſq; contrahuntur, ab humeris extenuatur & debilitatur, Fauces ſono implentur, & velut per arundinem ſibilum reddunt, ſitis vehemens per totum morbum vexat, multaq; mouendi impotentia corpus occupat. Hic vbi ad hunc habuerit modum, intra annum mala tabe perit. Quàm maxima autem cura adhibenda eſt, vt vires reficiantur. Primùm quidem veratrum propinandum, & per inferiora purgandum epithymo, aut peplio, aut grano cnidio, aut tithymalide. Eaque quater in anno exhibenda ſunt, bis ſurſum, bis deorſum.

καὶ βὴξ ξηρὴ, πολλὰς ἡμέρας, καὶ ἀλγεῖ τὸ πλευρόν. καὶ ἐς τὸ στῆθος. καὶ ἐς τὴν κληῖδα, καὶ ἐς τὰς ὠμοπλάτας, ὀδύνη ἴσχει ἀΐσσουσα. οὗτος ὁπόταν οὕτως ἔχῃ ἐν μὲν τῇσι πρώτῃσιν [24] ἡμέρῃσι δέκα, ῥοφήμασι χρήσθω. πτισάνης χυλῷ καθέφθῳ, μέλι παραχέων, ὁπόταν ἑφθὸν τὸ ῥόφημα ᾖ. οἴνῳ δὲ χρήσθω λευκῷ, γλυκεῖ, ἢ αὐστηρῷ, ἢ ὑδαρεῖ. καὶ ῥοφάνοντα πλεονάκις τοῦ οἴνου, ἐκπτύειν κελεύειν. καὶ τοῦ ὕπνου κωλύειν, ἔστ' ἂν αἱ ἕνδεκα ἡμέραι παρέλθωσι, μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας, σιτίοισιν ὀλιγίστοισιν ὡς μάλιστα χρήσθω. κρέασι σκυλακείοισιν, ἢ ὀρνιθείοισι θερμοῖσι. διαζωμεύεσθαι δὲ χρὴ καλῶς, καὶ τὸν ζωμὸν ῥοφανέτω. καὶ τοῖσι ῥοφήμασι πρόσθεν χρήσθω τοῦ σίτου. καὶ μὴ διψήτω, ἕως ἂν ἔμπυον γένηται τὸ πλευρόν. πυΐσκεται δὲ μάλιστα ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἢ ὀλίγῳ πρόσθεν. τοῦτο δὲ γνώσῃ, ὁπόταν ἔμπυον γένηται τὸ πλευρόν. πύον γὰρ οὐκ ἀποπτύεται, οὐδ' ἀνεμέεται. τοῦτον ὁπόταν οὕτως ἔχῃ, ὅκου ἂν ἀποσημαίνῃ τὸ οἴδημα, τάμνειν ἢ καίειν. ἔπειτα, ἀφιέναι τὸ πύον κατ' ὀλίγον, καὶ ἐπειδὰν ἀπαρύσῃς, μοτὸν καθιέναι ὠμολίνου. καὶ αὖθις τῇ ὑστεραίῃ ἐξελὼν, ἀπαρύσαι κατ' ὀλίγον τοῦ πύου. ἔπειτα, μοτῶσαι. καὶ αὖθις τῇ τρίτῃ, καὶ τῇσιν ἄλλῃσιν ἡμέρῃσι, δὶς τῆς ἡμέρης ἀπαρύειν, ἕως ἂν ξηρανθῇ. διδόναι δὲ καὶ τὰ σιτία καὶ τὰ ὄψα, ὁπόταν προσίηται. καὶ πινέτω ὀλίγον μὴ πολλὸν, ἤν τε οἶνον, ἤν τε ὕδωρ. τρωγέτω δὲ καὶ τῆς ὀριγάνου τῆς ἁπαλῆς, ὡς πλεῖστον ἐς μέλι ἀποβάπτων. ἢν δὲ μὴ ἁπαλὴν ἔχῃ, ἀλλ' αὐὴν λεπτὴν ποιήσας ἐς τὸ μέλι τε μίξας, λείην διδόναι ὡς πλείστην. καὶ μὴ ῥιγούτω. καὶ τοῖσι λουτροῖσι λούεσθαι. καὶ μαλθακῶς κοιμάσθω. οὕτω ταύτην τὴν νοῦσον θεραπεύων, τάχιστα ἂν ὑγιέα ποιήσαις. ὁπόταν δὲ ὑγιὴς γένηται, φυλασσέσθω τὸ ψῦχος, τὸ θάλπος, τὸν ἥλιον. καὶ τοῖσι περιπάτοισιν ὀλίγοισι χρήσθω, μετὰ τὸν σῖτον, ὅκως ἂν μὴ κόπος λάβῃ τὸ σῶμα. ταῦτα ποιέων, ὑγιὴς ἔσται. τούτων τῶν νούσων ἃς ἂν καύσῃς, [25] ἐπὶ τὰ καύματα πράσα τρίψας πολλὰ καταπλάσαι εὐθὺς μετὰ τὴν καῦσιν, καὶ καταλιπεῖν μίαν ἡμέρην. Τρεῖς δὲ εἰσὶ φθίσιες. πρώτη αὕτη μὲν γίνεται ἀπὸ φλέγματος, ἐπὴν ἡ κεφαλὴ φλέγματος πλησθεῖσα, νοσήσῃ καὶ θέρμη ἐγγένηται, συσσήπεται τὸ φλέγμα ἐν τῇ κεφαλῇ, ἅτε οὐ δυνάμενον κινέεσθαι, ὥστε ὑποχωρῆσαι. ἔπειτα ὁπόταν παχυνθῇ καὶ συσσαπῇ καὶ ὑπερπλησθῇ τὰ φλέβια, ῥεῦμα ἐπὶ τὸν πλεύμονα ἐγένετο. καὶ ὁ πλεύμων ὁπόταν ἀναλάβῃ, νοσεῖ παραχρῆμα, ἅτε δακνόμενος ὑπὸ τοῦ φλέγματος, ἁλμυροῦ ἐόντος καὶ σαπροῦ, τάδε οὖν πάσχει. πυρετὸς ἄρχεται βληχρὸς ἐπιλαμβάνειν, καὶ ῥῖγος, καὶ πονεῖ τὰ στήθεα, καὶ τὸ μετάφρενον. ἐνίοτε δὲ βὴξ πιέζει ὀξείη. καὶ ἀποπτύει τὸ σίαλον, πουλὺ, καὶ ὑγρὸν, καὶ ἁλμυρόν. ταῦτα μὲν κατ' ἀρχὰς τῆς νούσου πάσχει. προϊούσης δὲ [26] τό τε γυῖον λεπτύνεται, πλὴν τῶν σκελέων. ταῦτα δὲ οἰδεῖ. καὶ οἱ πόδες, καὶ οἱ ὄνυχες ἕλκονται. ἐκ δὲ τῶν ὤμων λεπτός, καὶ ἀσθενής. [27] ὁ φάρυγξ, ὡς χνόου πίμπλαται. καὶ συρίζει ὡς διὰ καλάμου. καὶ δίψα ἰσχυρὴ διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος. καὶ ἀκρασίη πολλὴ τὸ σῶμα ἔχει. οὗτος ὁπόταν οὕτως ἔχῃ, ἐνιαυτοῦ φθινόμενος φαῦλος ἀποθνῄσκει. μελετᾶν δὲ χρὴ ὡς μάλιστα καὶ ἀνακομίζειν. πρῶτον μὲν πιπίσκειν ἐλλέβορον. κάτω δὲ ὑποκαθαίρειν ἐπιθύμῳ. ἢ πεπλίῳ. ἢ τῷ κόκκῳ τῷ κνιδίῳ. ἢ τῇ τιθυμαλλίδι. ταῦτα χρὴ τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ διδόναι, ἄνω δὶς, κάτω δίς.

διδόναι

διδόναι δὲ καὶ ὄνειον γάλα ἑφθὸν ἐς ὑποκάθαρσιν, ἢ βόειον, ἢ αἴγειον. πινέτω δὲ καὶ ὠμὸν τὸ βόειον γάλα, τρίτον μέρος μελικρήτου ξυμμίσγων, πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας ξυμπαραμίσγων καὶ τὸ ὀρίγανον. τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ προκαθαίρειν, πρὸς τὰς ῥῖνας προστιθεὶς φάρμακον. σιτία δὲ καὶ ὄψα διδόναι μήτε λιπαρὰ, μήτε κνισώδεα, μήτε λίην δριμέα. τεκμαιρόμενος δὲ τὸ νούσημα, τοῖσι σιτίοισι καὶ τοῖσι περιπάτοισι χρέεσθαι πρὸς τὰ σιτία τεκμαιρόμενος μὴ ῥιγοῦν. τοῦ δὲ χειμῶνος, παρὰ πυρὶ τὴν οἴκησιν ποιέεσθω. οἶνον δὲ πινέτω αὐστηρὸν μέλανα, ὡς παλαιότατον καὶ ἥδιστον, ὀλίγον δέ. ἢν δοκέῃ σοι πρὸ τοῦ φαρμάκου πυριῆσαι, καὶ οὕτω διδόναι τὸ φάρμακον. ἢν δὲ μὴ βούλῃ διδόναι πυριήσας, ἔμετον ἐκ τῶν σιτίων καταναγκάσαι ποιέεσθαι, ὡς προγέγραπται. τοῖσι περιπάτοισιν ἢν ξυμφέρωσι, προσπαρέοισι χρέεσθαι, ἢν δὲ μὴ ξυμφέρωσιν, ἡσυχαζέτω ὡς μάλιστα τῷ σώματι. οὗτος οὕτω μελετώμενος, [28] ῥήϊστα ἂν διάγοι ἐν τῷ νουσήματι. ἡ δὲ νοῦσος θανάσιμος, καὶ παῦροι ταύτην διαφυγγάνουσι. Φθίσις δευτέρη. Γίνεται δὲ ἀπὸ ταλαιπωρίης. τὰ αὐτὰ δὲ πάσχει ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἃ καὶ ὁ πρόσθεν. ἡ δὲ νοῦσος διαπαύει αὕτη μᾶλλον τῆς προτέρης. [29] καὶ τοῦ θέρεος ἀνίησι. τὸ δὲ σίαλον ἀποπτύει παχύτερον ἢ τῆς πρόσθεν, καὶ βὴξ πιέζει μάλιστα τοὺς γεραιούς, καὶ ὁ πόνος ἰσχυρότερος ἐν τοῖσι στήθεσι, καὶ δοκέει οἷον περ λίθος ἐν αὐτοῖσιν ἐγκέεσθαι. ποιέει δὲ καὶ τὸ μετάφρενον ἀλγέειν. ἡ χροιὴ διΐυγρος αὐτέου ἐστί. καὶ ἢν τι πονήσῃ, φῦσα καὶ ἆσθμα ἔχει. θνήσκει ἐκ ταύτης τῆς νούσου, ἐν τρισὶν ἔτεσι μάλιστα. θεραπεύειν δὲ χρὴ τοῖσιν αὐτοῖσιν, οἷσι καὶ τὸν πρόσθεν. αὕτη ἡ νοῦσος παρέσπεται τοῖσι πολλοῖσι, μέχρι τριῶν ἐτέων, ἀλλ' ἀποθνήσκουσιν. ἡ γὰρ νοῦσος χαλεπή. Φθίσις τρίτη. Ὑπὸ ταύτης, τάδε πάσχει, ὁ μυελὸς αὐτέου ὁ νωτιαῖος, αἵματός τε μεστὸς γίνεται. φθίνει δὲ ὁμοίως καὶ ἀπὸ τῶν κοίλων φλεβῶν. αὗται δὲ φλέγματος ὑδρωποειδέος ἐμπίπλανται καὶ χολῆς. [30] πάσχουσι δὲ τὰ αὐτὰ, ἀφ' ὁκοτέρου ἂν φθίνῃ. καὶ ὁ ἄνθρωπος εὐθὺς μέλας γίνεται καὶ ὑποιδαλέος. καὶ τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπόπυα, ὠχρά. καὶ αἱ φλέβες αἱ ἐν τῷ σώματι, ὠχραὶ διατετάνυνται. εἰσὶ δὲ σφόδρα ἐρυθραί. μάλιστα δὲ δῆλαι, αἱ ὑπὸ τῇσι μασχάλῃσι. καὶ ἀποπτύει ὠχρόν, καὶ ὅταν αὐτέῳ ἐπίῃ, πνίγεται, καὶ βῆξαι οὐ δύναται ἐνίοτε βουλόμενος. ἐνίοτε δὲ ὑπὸ τοῦ πνίγματος καὶ τῆς προθυμίης τοῦ βήσσειν, ἀθρόην ἤμεσε χολήν. ποτὲ δὲ λεπτήν. πολλάκις δὲ, καὶ τὰ σιτία, ὅταν φάγῃ. καὶ ἐπὴν ἀπεμέσῃ, δοκέει κουφότερος εἶναι. εἶτ' αὖθις ὀλίγον χρόνον διαλιπών, ἐν τοῖσιν αὐτοῖσι πόνοισι κέεται. ἔτι καὶ φθέγγεται ὀξύτερον ἢ ὑγιαίνων. καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς διαπαύων ἐπιλαμβάνει ἱδρώδης. τοῦτον ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, βρωτοῖσι καὶ ῥοφήμασι, καὶ ποτοῖσι, καὶ φαρμάκοισι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι πᾶσι μελετᾶν, ὥσπερ τὸν πρόσθεν. [31] ἡ δὲ νοῦσος διαφέρει μάλιστα ἐννέα ἔτεα, ἔπειτα διαφέρει φθινώδης. παῦροι δὲ διαφυγγάνουσιν ἐκ ταύτης. χαλεπὴ γὰρ ἡ νοῦσος. ἢν δὲ βούλῃ, ὧδε ἰῆσθαι αὐτόν. πρῶτα μὲν πυριῆσαι. καὶ ἐπὴν πυριηθῇ, [32] τῇ ὑστεραίῃ διδόναι ἀπὸ πιεῖν μελικρήτου ἡμίχουν καὶ ὄξος παραχέαι ὀλίγον. [33] κέλευε ἀπνευστὶ τοῦτο πιεῖν. ἔπειτα τοῖσιν ἱματίοισιν ἀμφιέσαι αὐτόν, πολλὰ καὶ ὡς πλεῖστον χρόνον. ἢν δὲ μὴ ἀνέχηται ἀλλ' ἐξεμέσαι βούληται, ἐξεμείτω. ἢν δὲ μὴ ἔμετος ἔχῃ χρόνου ἤδη γενομένου, ἐπιπιὼν ὕδατος χλιαροῦ μεγάλην κύλικα, ἐμείτω καταπτερούμενος πτερῷ.

Lac etiam aſininum coctum, aut bubulũ, aut caprinum, vt aliquantulum purgentur exhibeto. Lac etiã bubulum crudum, aquæ mulſæ tertia admixta parte bibat, per dies quadraginta quinq; vnà etiam admixto origano. Eius autem caput admoto ad nares medicamento, priùs purgato. Cibaria & opſonia neque pinguia, neq; nidorulenta, neq; valde acria exhibeto. Hæc autem morbi cõſideratione adhibita facienda, & ad cibos deambulationibus vtendum, adhibita ratione, ne frigeat. Per hyemem verò iuxta ignem manſionẽ faciat. Vinum bibat auſterũ, nigrum quàm vetuſtiſſimũ & ſuauiſſimũ, ſed modicum. Quòd ſi tibi videatur, ante medicamentũ fomentum admoueto, & ad hunc modum medicamentũ exhibeto. Si verò exhibere nolis, poſt adhibitum fomentum, vomitum ex cibis, velut ante ſcriptum eſt, promoueto. Deambulationibus, ſi cõferant, vtatur. Quòd ſi non contulerint, corpus quàm maximè quieſcat. Hic ad hunc modum curatus, per morbũ facillimè deget. Morbus autẽ letalis eſt, ab eoq; pauci euadunt. Tabes altera ex vehementi labore oritur. Eadem vt plurimũ quæ prior patitur. Hic verò morb⁹ priore magis intermittit, & per æſtatem remittit. Sputum craſſius quidem priore expuit, & tuſſis ſenes præſertim vrget, & dolor in pectore vehementior, eiq; velut lapis incumbere videtur. Dolor etiã dorſum occupat, eiuſq; color nimio humore permadeſcit, & ſi quid laborarit, flatus & anhelatio detinet. Hic ex hoc morbo in tribus ferè annis moritur. Iiſdem verò quibus etiam priorem curato. Hic morbus multis ad tres annos perſeuerat, verùm moriuntur, eſt enim grauis morbus. Tabes tertia, ex qua hæc contingunt. Eius ſpinalis medulla ſanguine plena exiſtit. Tabeſcit etiam eodem modo à venis cauis, quæ pituita aquæ ſpeciem referente, & bile implentur. Eadem autem patiuntur ex quibuſcunque tabes contingat. Homo confeſtim niger & ſubtumidus euadit, partes ſub oculis cauę (ὑπόπυα dictæ) pallidæ ſunt venæq; per corpus diſtentæ pallidę, quædam verò valde rubræ ſunt, præſertim tamẽ manifeſtæ apparent ſub axillis, pallidum expuit, cumq; ei ingruit, ſuffocatur, interdumq; cum tuſſire vult, nõ poteſt, interdum verò ex ſtrangulatu & tuſſiendi cupiditate copioſam bilem euomit, quandoq; etiam pituitam, plærunq; verò etiam cibos cùm comederit. Cumq; vomuerit, leuior videtur, deinde rurſus pauco interiecto tempore, iiſdem affligitur doloribus. Hic acutiùs quàm cùm ſanus eſſet loquitur, rigor & febris cum intermiſſione & ſudore inuadit. Hunc cum ad hunc modum habuerit, cibis, ſorbitionibus, potionibus, medicamentis, cæteriſq; omnibus quibus priores curato. Hic autẽ morbus ferè annos nouem perdurat, deinde contabeſcens perfert, pauci vero ex eo euadunt, cùm ſit grauis morbus. Quòd ſi voles eum hunc in modum curato. Primùm quidem fomentum adhibeto, eoq; adhibito, poſtridie aquæ mulſæ ſemicongium, pauco aceto affuſo potui exhibeto, idq; vnico ſpiritu bibere iubeto. Deinde multis eum ſtragulis diutiſſimè conuoluito. Quòd ſi nõ perferat, ſed vomere velit, euomat. Si verò poſt aliquod tẽpus vomitus non detineat, aquæ tepidæ magno calice inſuper ebibito, ex leui per pennam attrectatione vomat.

A vomitu cùm bene habuerit, per hunc diem quieſcat. Cœnæ tempore, mazam paucã in cœna ſumat, ſalſamento & porro pro opſonio vtatur, quæ quàm plurima edat, vinumq́ dulce bibat. Reliquo verò tẽpore toto die ſtatim prima luce multa calida lauet, & poſt balneum frigus vitet, verùm decumbens diutiſſimè dormiat. Expergefactus à ſomno, eo die viginti ſtadia, vt minimum, obambulet. Reliquis autẽ diebus, alia quinq; ſuperiecta ſtadia ambulet, quotidie addens, donec ad centum ſtadia peruenerit. Aluum autem in die aliquantulum purgare oportet, betæ & braſſicæ ſuccis vtriſque ſeparatim coctis, ita vt vtriuſque congio percolato, deinde admixto adipis ex renibus libræ quadrante & ſimul cocto, amborum coctionem diuidas, & vbi bibere volet, ad braſſicæ quidem ſuccum ſalem adiicias, ad betæ verò ſuccum mel affundas. Licet autem ſeparatim vtrunque bibere, aut melle ad alterum poculum affuſo, bibere, ad alterum verò ſale iniecto. Totum autem ſuccum ebibere oportet. & hæc quidem triginta diebus facere. Menſe autem ſecundo panem edat, & carnes ſuillas pingues coctas, aliud verò nihil. Vinum album auſterum bibat, & ante cœnam non minùs quàm triginta ſtadia deambulet. Poſt cœnam verò, decem, neque frigeat, verùm veſtibus cooperiatur. Quæ ſi fecerit, faciliùs morbum feret. At tertio menſe cyceonem florulentum bibat, apij radices, anethum, rutam, mentham, coriandrum, papauer tenerum, ocimum, lentem, & mali punici dulcis ac vinoſi ſuccum. Sit autem dulcis duplum, & vtriuſque ſucci ſimul heminæ dimidium, ac vini nigri ſuauis, auſteri, heminæ dimidium, aquæ etiam hemina dimidia. Deinde flores leuiter tritos hoc permixto diluito, & in calicem infundito, poſtea iniecto farinæ acetabulo, & polentæ æquali menſura, caſeique caprini veteris pari orobis portione, hæc ſimul commixta ebibat. Poſtea pauco tempore interiecto, panem in prandio ſumat, & pro opſonio torpedinis fruſtulum, aut ſquatinæ, aut galei, aut raiæ. Et carnes ſuillas coctas edat, & quàm maximè quietem agendo craſſiorem ſeſe reddat, ac decimo quoque die ſibi ipſe placidè fomentum adhibeat. Quarto autem mẽſe quinto quoque die leuiter foueatur, & quàm plurimum opſonium edat. Pro opſonio vtatur caſeis & paucis carnibus ouillis coctis. Stadia velut ante dictum eſt, deambulet. Primo verò quarti menſis die, decem ſtadia ambulet, additione quotidie facta, donec ad ſtadia octoginta perueniat. Et per diem octoginta obambulet, ante cœnam triginta, poſt cœnam viginti, mane triginta. Reliquo tempore maza & pane victitet, vtraque comedeñs. Pro opſonio habeat piſces cartilaginei generis, & carnes omnes, præter bubulam & porcinam edat. Piſcibus his abſtineat, mugile, anguilla, & melanuro. Torpedinem autem edat, ſquatinam, raiam, galeum, paſtinacam & ranas, præterea nullos. Quòd ſi hæc tibi innoxia videantur, cyceonem etiam bibat, poſteaque cùm dormiturus eſt. vini nigri, ſuauis & veteris duarum heminarum calicem, & per diem eodem vino in cibo vtatur.

ὁκόταν δὲ ἀπεμέσῃ ὥστε καλῶς ἔχειν, ἡσυχίην ἐχέτω ταύτην τὴν ἡμέρην. ὁκόταν δὲ ὥρη δείπνου ᾖ, δειπνεέτω μάζαν ὀλίγην. καὶ ὄψον ἐχέτω, τάριχος καὶ πράσα. ταῦτα δὲ ἐσθιέτω ὡς πλεῖστα. οἶνον δὲ πινέτω γλυκύν. τὸν δὲ λοιπὸν χρόνον, λουέσθω πᾶσαν ἡμέρην ἅμα ἕωθεν θερμῷ πολλῷ. καὶ μετὰ τὸ λουτρὸν, φυλασσέσθω χρὴ ὡς μὴ ῥιγώσῃ, ἀλλὰ κατακλιθεὶς, εὑδέτω ὡς πλεῖστον χρόνον. ἐπὴν δὲ ἀναστῇ ὕπνου, περιελθέτω σταδίους εἴκοσι τοὐλάχιστον, ταύτῃ τῇ ἡμέρῃ. τῇσι δ' ἄλλῃσιν ἡμέρῃσι, πέντε σταδίους ἄλλους προσβάλλων βαδιζέτω. ἑκάστης ἡμέρης προστιθεὶς, ἄχρις ἂν ἀφίκηται εἰς τοὺς ἑκατὸν σταδίους. τὴν δὲ κοιλίην ὑποκαθαίρειν δεῖ ἐκ τῆς ἡμέρης χυλοῖσι τεύτλου, καὶ ἀπὸ κράμβης, χοεῖς ἑκάτερα ἑψήσας, ἀπηθήσας χωρὶς ἑκατέρου. εἶτα ξυμμίξας ἅμα, [14] συνεψεῖν τὸ στέαρ, τὸ ἀπὸ τῶν νεφρῶν τεταρτημόριον μνᾶς ἐν ἀμφοτέροισιν ἑψεῖν διελών. ὁκόταν δὲ μέλλῃ πίεσθαι, πρὸς μὲν τῆς κράμβης τὸν χυλὸν, ἅλας παραβάλλειν· πρὸς δὲ τὸν τεύτλιον, μέλι παραχέειν. [15] ἔξεστι δὲ χωρὶς ἑκάτερον πίνειν, ἢ μέλι προσεγχέας παρὰ τὴν ἑτέρην κύλικα, πίνειν. παρὰ δὲ τὴν ἑτέρην, ἅλας. ἐκπίνειν δὲ χρὴ πάντα τὸν χυλόν. ταῦτα μὲν ποιεῖν χρὴ τριήκοντα ἡμέρας. τῷ δὲ δευτέρῳ μηνὶ, ἐσθιέτω ἄρτον καὶ κρέα πίονα ὕος, ἑφθὰ, ἄλλο δὲ μηδέν. οἶνον δὲ πινέτω λευκὸν, αὐστηρόν. καὶ ὁδὸν ὁδοιπορείτω, μὴ ἐλάσσω σταδίων τριήκοντα, πρὸ τοῦ δείπνου. μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον, δέκα. καὶ μὴ ῥιγούτω ἀλλ' ἐσκεπάσθω. ταῦτα ἢν ποιῇ, ῥᾷον οἴσει τὴν νοῦσον. τῷ δὲ τρίτῳ μηνὶ, [16] κυκεῶνα ἀνθηρὸν πινέτω. σελίνου ῥίζας, καὶ ἄνηθον, καὶ πήγανον, καὶ μίνθην, καὶ κορίαννον, καὶ μήκωνας ἁπαλάς. καὶ ὤκιμον. καὶ φακόν. καὶ ῥοιῆς γλυκείης, καὶ οἰνώδεος χυλόν. εἶναι δὲ χρὴ τῆς γλυκείης, διπλασίας. εἶναι δὲ χρὴ τοῦ χυλοῦ ξυναμφοτέρου ἡμικοτύλιον, καὶ οἴνου μέλανος ἡδέος αὐστηροῦ ἡμικοτύλιον, καὶ ὕδατος κοτύλης ἥμισυ. [17] ἔπειτα ἄνθεα τρίψας λεῖα, διεῖναι τούτῳ τῷ κεκρημένῳ, καὶ ἐγχέαι ἐς κύλικα. ἔπειτα ἐπιβάλλειν ἄλευρα ὀρόβων, ὅκοσον ὀξύβαφον. καὶ ἄλφιτον ἴσον. καὶ τυροῦ παλαιοῦ αἰγείου ξέσας τὸ ἴσον τοῖσιν ὀρόβοισι [18] ταῦτα ξυγκυκήσας ἐκπιέτω. ἔπειτα διαλιπὼν ὀλίγον χρόνον, ἀριστάτω ἄρτον. καὶ ὄψον ἐχέτω, τέμαχος νάρκης. ἢ ῥίνης, ἢ γαλεοῦ. ἢ βατίδος, καὶ κρέα ὕος ἐσθιέτω ἑφθά. καὶ παχυνέτω ἑωυτὸν, ἡσυχίην ἄγων ὡς μάλιστα. καὶ πυριῶν διὰ δεκάτης ἡμέρης ἐς ἑωυτὸν ἡσυχῇ. τῷ δὲ τετάρτῳ μηνὶ, πυριῶν διὰ πέμπτης ἡμέρης ἀτρέμα. καὶ ἐσθιέτω ὄψον ὡς πλεῖστον, ὄψα δὲ χρεέσθω, τυροῖσι καὶ κρέασιν ὀλίγοισιν, οἰὸς ἑφθοῖσιν. ὁδοιπορείτω δὲ καὶ σταδίους. ὡς πρόσθεν εἴρηται. ἀρξάμενος δὲ τοῦ τετάρτου μηνὸς, τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ, ἀπὸ δέκα σταδίων βαδιζέτω, καὶ καθ' ἑκάστην προστιθέτω, μέχρις ἂν αὐτῷ ὀγδοήκοντα γένωνται στάδιοι, καὶ περιπατείτω τῆς ἡμέρης, ὀγδοήκοντα σταδίους, [19] μετὰ τὸ δεῖπνον. εἴκοσι. ὄρθρου, τριάκοντα. τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ χρόνου διαιτάσθω, μάζαν καὶ ἄρτον, ἐσθίων ἀμφότερα. καὶ ὄψον ἐχέτω, σελάχεα, καὶ κρέα δὲ πάντα ἐσθιέτω, πλὴν βοείων καὶ χοιρείων. ἰχθύων δὲ τῶνδε ἀπεχέσθω, κεστρέος, καὶ ἐγχέλυος καὶ μελανούρου. ἐσθιέτω δὲ νάρκην, καὶ ῥίνην, καὶ βατίδα, καὶ γαλεὸν, καὶ τρυγόνα, καὶ βατράχους. τῶν δὲ ἄλλων, μηδέν. ἢν δὲ δοκῇ ἀσινέα εἶναι, καὶ κυκεῶνα ἐπειδὰν θέλῃ καθεύδειν πινέτω ἀπὸ οἴνου μέλανος, ἡδέος, παλαιοῦ, δικότυλον κύλικα. καὶ μεθ' ἡμέρην, τῷ αὐτῷ οἴνῳ χρεέσθω ἐπὶ σιτίῳ.

καὶ

καὶ ὁδοιπορεέτω τῆς ἡμέρης, ἐκ τῶν πεντήκοντα σταδίους. μετὰ τὸ δεῖπνον, εἴκοσι. ὄρθρου δὲ τεσσαράκοντα. οὕτως θεραπευόμενος, γίνεται ἐν ἐνιαυτῷ ὑγιής. Αὐαίνεται μυελὸς ὁ κατὰ τὴν ῥάχιν μάλιστα, ὁκόταν τὰ φλέβια ἀποφραχθῇ, τὰ εἰς τὸν μυελὸν τείνοντα, καὶ ἡ ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου ἔφοδος. διὰ πονηρίην δὲ τοῦ σώματος, τάδε πάσχει καὶ νοσέει. αὐαίνεται μάλιστα καὶ ἀπὸ λαγνείης. τάδε οὖν πάσχει. ὀδύνη ὀξεῖα ἐμπίπτει αὐτῷ ἐς τὴν κεφαλὴν, καὶ ἐς τὸν τράχηλον, καὶ ἐς τὴν ὀσφῦν, καὶ ἐς τοὺς μύας τῆς ὀσφύος. καὶ ἐς τὰ ἄρθρα τῶν σκελέων, ὥστε ἐνίοτε οὐ δύναται ξυγκάμπτειν. καὶ ἡ κόπρος οὐ διαχωρέει, ἀλλ' ἵσταται, καὶ δυσουρέεται. ἔστι κατ' ἀρχὰς μὲν τῆς νούσου, ἡσυχέτερος διάγει. ὁκόσῳ δ' ἂν ὁ χρόνος τῇ νούσῳ ἀπομηκύνηται, πονέει ἅπαντα μᾶλλον. καὶ τὰ σκέλεα οἰδέει ὡς ἀπὸ ὕδερου. καὶ ἕλκεα ἐκφλυνδάνει ἀπὸ τῆς ὀσφύος. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὑγιαίνεται, τὰ δ' ἄλλα φύεται. τοῦτον ἐπειδὰν οὕτως ἔχῃ καθῆραι τὴν κεφαλὴν, τῷ ἱπποφαέος ὀπῷ, ἢ τῷ κνιδίῳ κόκκῳ, πυριήσας πρότερον τὸ σῶμα, εὖ μάλα. τῆς δ' ἑσπέρης μετὰ τὴν κάθαρσιν, πτισάνης δύο τρυβλία ῥοφεέτω μέλι παραχέας. οἶνον δὲ λευκὸν πινέτω, μαλθακόν. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, ὀνείου γάλακτος διδόναι αὐτῷ ἑφθοῦ, μέλι παραχέας ὀκτὼ κοτύλας ἐκπιεῖν. ἢν δὲ μὴ ὄνον ἔχῃς, βόειον ἢ αἴγειον ἑφθόν. τρία ἡμίχοα, παραχέας μέλι. καὶ τὴν ὥρην γαλακτοποτεέτω ἐν ὀροβίῳ καὶ γάλακτι, πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας. σιτίοισι δὲ καὶ ὄψοισι χρήσθω, ὡς διαχωρητικωτάτοισιν. οἶνον δὲ πινέτω λευκὸν μαλθακὸν Μενδήσιον. ὁκόταν δὲ παχύτατος ᾖ, καῦσαι αὐτὸν ἐς τὴν ὀσφῦν ἑκατέρωθεν τῶν σπονδύλων τέσσαρας ἐσχάρας. καὶ ἐς τὸ μετάφρενον, δεκαπέντε ἑκατέρωθεν. καὶ ἐς τὸν αὐχένα δύο, μεταξὺ τῶν τενόντων. ἢν γὰρ τύχῃς καύσας, ὑγιέα ποιήσεις. ἡ δὲ νοῦσος χαλεπή. Αἱ τέσσαρες νοῦσοι αἱ ἀπὸ τῶν νεφρῶν γινόμεναι. ἀπὸ τῆς προτέρης, τάδε πάσχει. ὀδύνη ὀξεῖα ἐμπίπτει εἰς τὸν νεφρὸν, καὶ ἐς τὴν ὀσφῦν, καὶ ἐς τὸν ὄρχιν τὸν κατὰ τὸν νεφρόν. καὶ οὐρέει πυκνά. καὶ ἴσχεται κατ' ὀλίγον τὸ οὖρον. καὶ ἅμα τῷ οὔρῳ προσέρχεται ψάμμος. καὶ ὁκόταν διΐῃ διὰ τῆς οὐρήθρης ἡ ψάμμος, ὀδύνην παρέχει ἰσχυρὴν ἐν τῇ οὐρήθρῃ. ὁκόταν δὲ διεξουρήσῃ, ἡ ὀδύνη ἀνίησιν. ἔπειτα αὖθις ἐν τοῖσιν αὐτοῖσιν ἄλγεσι κέεται. ὁκόταν δὲ οὐρέῃ, καὶ τὸν καυλὸν ὑπὸ τῆς ὀδύνης τρίβει. πολλοὶ δὲ τῶν ἰητρῶν τὸ μὴ συνιέντες τὴν νοῦσον, ὁκόταν ἴδωσι τὴν ψάμμον, δοκέουσι λιθιᾷν τὴν κύστιν. καὶ ταύτην μὲν οὔ. τὸν δὲ νεφρὸν, λιθιᾷ. αὕτη ἡ νοῦσος γίνεται ἀπὸ φλέγματος, ὁκόταν ὁ νεφρὸς ἐς ἑωυτὸν ἀναλαβὼν φλέγμα, μὴ ἀφίῃ πάλιν, ἀλλ' αὐτοῦ ξυμπωρωθῇ. τοῦτο γίνεται λίθοι λεπτοὶ, οἷα ψάμμος. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ τῷ ὀπῷ τῆς σκαμμωνίης, ἢ αὐτῇ τῇ ῥίζῃ πυριήσας, πρόσθεν δὲ ἅπαν τὸ σῶμα ὑποκαθῆραι. τῇ δὲ ὑστεραίῃ τῷ ἀπὸ ἐρεβίνθων λευκῶν χυλῷ ὑποκαθῆραι δύο χόας, ἅλας δὲ παρεμβαλὼν, διδόναι πίνειν. μετὰ δὲ ταῦτα ποτοῖσι καὶ βρωτοῖσι καὶ λουτροῖσι μελετᾶν, διδοὺς τὰ αὐτὰ ἃ τοῖς στραγγουριῶσι διδόναι φάρμακα. ὁκόταν δὲ ἡ ὀδύνη πιέσῃ, λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ. καὶ χλιάσματα προστιθέναι ὅπῃ πονέει μάλιστα. ὁκόταν δὲ ἀνοιδήσῃ καὶ ἐξαρθῇ, ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον. τάμνειν κατὰ τὸν νεφρόν. καὶ ἐξελὼν τὸ πῦον, τὴν ψάμμον διουρητικοῖσιν ἰῆσθαι. ἢν μὲν γὰρ τμηθῇ, ἐλπὶς ἐκφυγεῖν.

Quotidie centum quinquaginta ſtadiorum iter conficiat, ante cœnam nonaginta, poſt cœnam, viginti, manè quadraginta. Hic ſic curatus per annum conualeſcit. Medulla ſpinalis potiſſimum reſiccatur, cùm venulæ quæ ad eam tendunt obſtructæ fuerint, quiq; à cerebro eſt aditus. Ob corporis autem vitium ita afficitur & ægrotat. Reſiccatur etiam maximè ex actu venereo. Hæc igitur ei contingunt. Dolor acutus in caput irruit, in ceruicem, in lumbos, & lumborum muſculos, crurumque articulos, ita vt flectere nequeat, ſtercus per aluum non demittitur, ſed ſiſtitur, & vrinam non niſi ægrè reddit. Hic per morbi quidem exordia quietiorem vitam degit. Quantò autem longiùs tempus morbo acceſſerit, tantò maior omnia dolor occupat, & crura velut ab aqua intercute intumeſcunt, vlcera ex lumbis erumpunt, & alia quidem ſaneſcunt, alia verò proueniunt. Huic ita habenti hippophaes ſucco, aut grano cnidio caput purgato, primùm probè admodum foto corpore. Veſperi verò poſt purgationem ptiſanæ duo acetabula, melle affuſo ſorbeat, vinum album, molle bibat. Poſtridie lactis aſinini decocti, melle affuſo, heminas octo ei ebibendas porrigito. Quòd ſi aſininum deſit, bubuli aut caprini decocti tres ſemicongios affuſo melle. Et ſi anni tempus ferat, lactis potu vtatur, per quinque ac quadraginta dies, cum lacte eruum aſſumens. Cibis & opſoniis quàm maximè aluum ſubducentibus vtatur, vinum bibat album, molle, Mendeſium. Cùm autem craſſiſſimus euaſerit, ad eius lumbos ex vtraque vertebrarum parte quatuor cruſtas inurito, & ad dorſum vtraque ex parte quindecim, & in ceruice inter magnos neruos, duas. Si enim vſtio probè tibi ceſſerit, ſanum reddes. Eſt autem morbus grauis. Quatuor ex renibus oriuntur morbi. In primo ſic æger affligitur, dolor acutus in renem, lumbos, & teſtem ad renis regionem ingruit, frequenter vrinam reddit, & paulatim vrina ſupprimitur, ſimulque cum ea arena egreditur, & cùm per vrinæ fiſtulam arena exit, vehementem in ea dolorem exhibet. Vbi verò cùm vrina exiit, remittit dolor, deinde rurſus iiſdem vexatur doloribus. Cùm autem vrinam reddit, colem præ dolore confricat. Plerique verò Medici, cùm morbum non noſcant, ſi arenam videant, veſicam calculo laborare exiſtimant. Hæc autem minimè, ſed ren calculo laborat. Hic morbus ex pituita oritur, cùm eam ren in ſe receptam non rurſus dimittit, ſed illic in tofum indureſcit, fiuntque calculi parui, velut arena. Huic cùm ſic habuerit, ſcammoniæ ſucco, aut radice ipſa, totum corpus, prius tamen adhibito fomento, aliquantulum purgato. Poſtridie verò ex cicerum alborum decocto, ſale iniecto, ad duos congios potui exhibito, aliquantulum purgato. Poſt hæc potionibus, eduliis & balneis curato, iiſdem medicamentis quæ in ſtranguria exhibentur. Cùm dolor vrget, multa calida lauato, & qua parte præcipuè dolor eſt, tepefactoria admoueto. Vbi verò intumuerit & excuberarit, ſub hoc tempus iuxta renem ſecato, & extracto pure, arenam medicamentis vrinam cientibus curato. Si enim ſectus fuerit, euadendi ſpes eſt;

alioqui morbus hominem ad mortem vſque comitatur. In ſecundo renum morbo, dolores quidem vehementes, velut in priore, vrgent. Oritur autem morbus, cùm ex vehementiore labore venulæ quæ ad renem feruntur ruptæ fuerint, deinde ren ſanguine repleatur. Hoc caſu, per initia morbi, ſanguinem vnà cum vrina reddit, deinde pus progreſſu temporis. Hic ſi corpore quieuerit, citiſſimè conualeſcit. Si enim quodammodo laboret, dolores multò magis detinebunt. Vbi igitur ren purulentus fuerit, ad ſpinam intumeſcit. Hunc cùm ita habuerit, quà parte tumor eſt, altiſſima quidem ſectione ad renem ſecato. Quòd ſi quidem ſectionem aſſecutus fueris, confeſtim ſanum reddes. At ſi aberraueris, periculum eſt ne vlcus ea quæ fit per linamenta curatione indigeat. Si verò vlcus coaluerit, reſis venter intrò pus colligit. Et ſi quidem pus intrò rumpatur, & ad inteſtinum rectum feratur, euadendi ſpes eſt. Quòd ſi alterum renem attingat, periculum eſt ne pereat. Medicamentis autẽ & iiſdem omnibus quibus priorẽ curato, eandemq́ue victus rationem teneat. Hic autem morbus moleſtus eſt, ex eoq́ue plures ad renum tabem deueniunt. In tertio renum morbo, vrina bubularum carnium aſſatarum ſucco ſimilis egreditur. Oritur autem morbus ex atra bile, quæ cùm ad venulas, quæ ad renem feruntur, confluxerit, cumq́ue conſtiterit, eas renemq́ue exulcerat. Ex vlcere igitur tale quid cũ vrina prodit. Dolores autem in lumbis, veſica, interſœmineo, & in rene ipſo pauco tempore detinent. Deinde remittit dolor, rurſusq́ue ex breui interuallo acutus inuadit, & in tenuem ventris partem nõnunquam incidit. Huic cùm ita habuerit, ventrem epithymo, aut ſcammoniæ radice aliquantulum purgato, eadem quæ ſtranguria laboranti potui exhibeto, cumq́ue dolor detinuerit tepefactoriis potiſſimùm loco dolenti admotis, copioſa calida lauato, pro ſorbitione farinam coctam affuſo melle ſumat, reliquaq́ue victus ratione quã maximè aluum ſubducente vtatur, vinumq́ue bibat album Mendæum, melle permixtum, aut aliud album ſuauiſſimum probè dilutum. Hic morbus non ferè deſerit. Si anni tempeſtas ferat, ſerum & lac bibat, ſerum quidem ad purgationem. Lactis autem potione vtatur quinque & quadraginta diebus, ſi anni tempus ferat. Quæ cùm ſic feceris, morbum meliore ſtatu conſtitues. Quartus renum morbus, qui ex bile & pituita æſtatis potiſſimum tempore oritur, quinetiam ex venere morbus oritur, atq́ue hũc in modum afficitur æger. Dolores eum ad lateris mollitudinem & inanitatem vrgent, & ad lumbos lumborumque muſculos, neque ſecus afficitur quàm mulier partus doloribus conflictata, neque decubitum in ſanam partem ferre poteſt, ſed valde laborat: ex lateris inanitate quædam velut abrupta ſuſpenſa eſſe videntur. At ſi pronus iaceat, non dolet, eius pedes & tibiæ ſemper frigent. Vrina autem ob pituitæ copiam & craſſitudinem vix egreditur. Quòd ſi quidem depoſitam quoad reſederit, pauco tempore ſiueris, quod ſubſidet craſſum velut farinam videbis. Ac ſi quidem bilis ſuperauerit, ipſum ſubfuluum videbis. Si verò ex pituita morbus fuerit, album & craſſum erit. Ac primùm quidem in annum, aut paulò longius aut breuius tempus talia perſeuerant.

ἐὰν δὲ μή, ἡ νοῦσος τῷ ἀνθρώπῳ συναποθνήσκει. Δευτέρη νοῦσος νεφρῶν. Αἱ μὲν ὀδύναι ἰσχυρῶς πιέζουσιν ὡς ἐν τῇ προτέρῃ. γίνεται δὲ τὸ νούσημα ἀπὸ ταλαιπωρίης, ὁκόταν ῥαγῇ τὰ φλέβια τὰ ἐς τὸν νεφρὸν τείνοντα, ἔπειτα ὁ νεφρὸς αἵματος ἐμπλησθῇ. ἔστι ὁκόταν τοῦ πάθεος οὐρέει αἷμα τῷ οὔρῳ αἷμα κατ' ἀρχὰς τοῦ νουσήματος, ἔπειτα πύον προϊόντος τοῦ χρόνου. ἔστι ἐὰν ἡσυχίην ἔχῃ τῷ σώματι, τάχιστα ὑγιὴς ἔσται, ἢν γάρ τι πονήσῃ, αἱ ὀδύναι πολλῷ μᾶλλον ἕξουσιν. ὁκόταν γοῦν ἔμπυος ᾖ ὁ νεφρός, ἀποιδέει παρὰ τὴν ῥάχιν, τοῦτον ὅταν οὕτως ἔχῃ, τάμνειν κατὰ τὸ ἀποίδιον, μάλιστα μὲν βαθεῖαν τομὴν κατὰ τὸν νεφρόν. καὶ ἢν μὲν τύχῃς τάμνων, παραχρῆμα ὑγιέα ποιήσεις. ἢν δὲ ἁμάρτῃς, κίνδυνος ἕλκος ἐμμοτον γενέσθαι. ἢν δὲ ξυμφυῇ τὸ ἕλκος, ἐκπυοῦται ἔσωθεν ἡ κοιλίη ἀπὸ τοῦ νεφροῦ. καὶ ἢν μὲν ῥαγῇ ἔσωθεν καὶ χωρήσῃ κατὰ τὸν ἀρχὸν τὸ πύον, ἐλπὶς ἐκφυγεῖν. ἢν δὲ ψαύσῃ τοῦ ἑτέρου νεφροῦ, κινδυνεύσει καταφθαρῆναι. μελετᾶν δὲ φαρμάκοισι καὶ τοῖσιν αὐτοῖσι πᾶσιν, οἷσι καὶ τὸν πρότερον. καὶ τὴν δίαιταν τὴν αὐτὴν ἐχέτω. αὕτη δὲ ἡ νοῦσος χαλεπή. καὶ πολλοὶ ἐκ ταύτης τῆς νούσου φθίσει νεφρίτιδι καταστρέφονται. Τρίτη νοῦσος νεφρῶν. Τὸ μὲν οὖρον προέρχεται, οἷον ἀπὸ κρεῶν βοείων ὀπτῶν χυλός. γίνεται δὲ τὸ νούσημα ἀπὸ χολῆς μελαίνης, ὁκόταν χολὴ ἐς τὰ φλέβια συῤῥυῇ τὰ τείνοντα ἐς τὸν νεφρόν. καὶ ὁκόταν στῇ, ἑλκοῖ τὰ φλέβια καὶ τὸν νεφρόν. ὑπὸ οὖν τοῦ ἑλκώσιος, τοιοῦτον ὑποχωρέει ἅμα τῷ οὔρῳ. αἱ δὲ ὀδύναι ἔχουσιν ἐν τῇ ὀσφύϊ, καὶ ἐν τῇ κύστει, καὶ ἐν τῷ περινέῳ, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ νεφρῷ, ἐπ' ὀλίγον χρόνον. ἔπειτα ἀνίησιν ὁ πόνος, καὶ αὖθις ἐπιλαμβάνει ὀξὺς δι' ὀλίγου. καὶ ἐς τὸ λεπτὸν τῆς γαστρὸς ἔστιν ὅτε ὀδύνη ἐμπίπτει. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, ὑποκαθῆραι τὴν κοιλίην, ἐπιθύμῳ, ἢ τῆς σκαμμωνίης ῥίζῃ. πόμα διδόναι τὰ αὐτὰ ἃ καὶ τῷ στραγγουριῶντι. καὶ ὁκόταν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ. χλιάσματα προστιθέντα πρὸς τὸ πονέον μάλιστα. καὶ ῥόφημα τὸ χρέεσθω ἀλεύρῳ ἑφθῷ, μέλι παραχέας. καὶ τῇ ἄλλῃ διαίτῃ χρέεσθω, ὡς διαχωρητικωτάτῃ. καὶ οἶνον πινέτω λευκὸν μενδαῖον μελίχροον. ἢ ἄλλον λευκὸν τὸν ἥδιστον καλῶς κεκρημένον. αὕτη ἡ νοῦσος οὐ μάλα ἐκλείπει. καὶ τὴν ὥρην ὀῤῥοποτείτω, καὶ γαλακτοποτείτω. ἐς κάθαρσιν μὲν τὸν ὀῤῥόν, τὴν δὲ γαλακτοποσίην ποιεέσθω ἐν ὥρῃ, πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας. ταῦτ' ἢν οὕτω ποιέῃς, ἐπὶ τὸ κρέσσον διαθήσεις τὴν νοῦσον. Τετάρτη νοῦσος νεφρῶν. Τὸ μὲν νούσημα γίνεται ἀπὸ χολῆς καὶ φλέγματος. ἐν χειμῶνι δὲ τοῦ θέρεος μάλιστα. γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ λαγνείης ἡ νοῦσος, ἔστι τάδε πάσχει. ὀδύναι πιέζουσιν αὐτὸν ἐς τὴν λαπάρην, καὶ ἐς τὸν κενεῶνα, καὶ ἐς τὴν ὀσφύν, καὶ ἐς τοὺς μύας τῆς ὀσφύος, καὶ πάσχει ὁκοῖα γυνὴ ὠδίνουσα. καὶ οὐκ ἀνέχεται ἐπὶ τοῦ ὑγιέος κατακεῖσθαι, ἀλλ' ἄγαν πονέει. καὶ τοῦ κενεῶνος δοκέει κατακρεμάσθαι ὡς ἀποῤῥηγνύμενα ἐπὶ τὰ πρηνέα. ἢν κατακέηται, οὐκ ἀλγέει. οἱ δὲ πόδες καὶ αἱ κνῆμαι αὐτῷ αἰεὶ ψυχραί. τὸ δὲ οὖρον μόλις προέρχεται, ὑπὸ τῆς φλεγμασίης καὶ παχύτητος τοῦ οὔρου. καὶ ἢν μὲν ἐάσῃς αὐτὸ ὀλίγον χρόνον, καταστῆναι ἕως ἂν καταστῇ, ὄψει τὸ ὑφεστηκὸς παχύ, οἷόνπερ ἄλευρον. καὶ ἢν μὲν χολὴ ἐπικρατέῃ, ὑπόπυῤῥον αὐτὸ ὄψει. ἢν δὲ ἀπὸ φλέγματος ᾖ τὸ νούσημα, λευκὸν καὶ παχὺ ἔσται. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐς ἐνιαυτόν, ἢ ὀλίγῳ πλέονα, ἢ ὀλίγῳ ἐλάσσονα χρόνον ταῦτα πάσχων διατελέει.

ἢν δὲ ἐπιμηκύνηται ἡ νοῦσος, πονέει τε μᾶλλον καὶ ἐμπυοῦται. καὶ ὁκόταν ἔμπυος γένηται καὶ ἀνοιδέῃ, ὅκου ἂν μάλιστα ἀποιδέῃ, ταμεῖν ἐς τὸν νεφρὸν καὶ ἀφιέναι τὸ πύον. καὶ ἢν μὲν τύχῃς ταμών, παραχρῆμα ὑγιέα ποιήσεις. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, τοῖσιν αὐτοῖσι πάθεσι θεραπεύειν, οἷσι καὶ τὸν πρόσθεν. καὶ κατ' ἀρχὰς τῆς νούσου δεῖ τε καθῆραι, καὶ πρὸ τῆς ὑποκαθάρσιος πυριῆσαι, καὶ τοῖσι λουτροῖσι πυκινὰ λούειν. ἀλειφέσθω δὲ καὶ θαλπέσθω μᾶλλον. μὴ δὲ ῥιγούτω. καὶ τοῦ ἡλίου ἀπεχέσθω καὶ μὴ λαγνευέτω. ταῦτα ἢν ποιῇ καὶ μὴ τάχιστα ὑγιὴς ᾖ, οὐ θαυμαστόν. ἡ νοῦσος γὰρ ὡς χαλεπή. ἢν δὲ βούληται ἄνευ φαρμάκων ἰῆσθαι, χρὴ παχὺν ποιῆσαι ἀπὸ διαίτης, ἤν τε ταύτην τὴν νοῦσον κάμνοντα, ἤν τε τῶν προτέρων τινά, τὰ σιτία διελών, ἃ μεμαθήκῃ ἐσθίειν, ἤγουν δέκα μερίδας. ἔπειτα μίαν ἀφελὼν μερίδα, τὰ λοιπὰ καταφαγέτω. ὄψον δὲ ἐχέτω, κρέας ὕειον τετριμμένον. καὶ περιπατείτω δέκα σταδίους ταύτης τῆς ἡμέρης. τῇ δὲ ὑστεραίῃ καὶ τῇ τρίτῃ μέχρι τῶν δέκα ἡμερέων προστιθεὶς μερίδα, ἔλασσον ἐσθιέτω. καὶ περιπατείτω δέκα σταδίους ἢ πλείω ἑκάστης ἡμέρης. ὁκόταν δὲ ἐς τὴν ἐσχάτην μερίδα ἀφίκηται τοῦ σιτίου, καὶ ἐς τοὺς ἑκατὸν σταδίους βαδιζέτω, καὶ ἐσθιέτω τὴν μίαν μερίδα μούνην. καὶ ταύτης τῆς ἡμέρης περιπατησάτω τοὺς ἑκατὸν σταδίους. μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον, εἴκοσι. ὄρθρου δὲ τεσσαράκοντα. οἶνον δὲ πινέτω, Μενδαῖον, λευκόν, αὐστηρόν. ταῦτα δὲ ποιείτω τρεῖς μῆνας. ἔπειτα τὸν λοιπὸν χρόνον ὑποβαίνων τῶν περιπάτων, καὶ τῶν σιτίων πλείω ἐσθιέτω. τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ ἀφῄρει, οὕτω δὲ προστιθείς. τῶν δὲ περιπάτων ἀφαιρείτω, μέχρι τῶν δέκα ἡμερέων. ἔπειτα ἡσυχίην ἐχέτω ὡς μάλιστα. καὶ σιτεέσθω σιτία τὰ καθαρά, καὶ ὄψα ὡς πιότατα. καὶ τὰ γλυκέα πάντα, ξύμφορα αὐτῷ. λαχάνων δὲ καὶ ὀξέων πάντων, ἀπεχέσθω καὶ τῶν δριμέων. καὶ ὁκόσα φῦσαν παρέχει. λουέσθω τε πολλῷ καὶ θερμῷ. καὶ μὴ ῥιγούτω. ταῦτ' ἢν ποιῇ, τάχιστα ὑγιὴς ἔσται. Ἀπὸ δὲ νεφρίτιδος ἐπιλαμβάνει. ἡ δὲ νοῦσος μεγάλη τῶν φλεβῶν τῶν κοίλων, αἳ τείνουσιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰς σφαγὰς διὰ τῆς ῥάχιος, ἐς τὸ σφυρὸν τὸ ἐκτὸς τοῦ ποδός, καὶ ἐς τὸ μεταξὺ τοῦ μεγάλου δακτύλου. τὸ δὲ νούσημα γίνεται μὲν ἀπὸ φλέγματος καὶ χολῆς, ὁκόταν ἐς τὰς φλέβας συρρυῇ. αἱ δὲ φλέβες αὗται, αἵματος εἰσὶ πλήρεες. ἢν οὖν τι προσέλθοι ἀλλοῖον ἐς αὐτάς, νοσοῦσι. τάδε οὖν πάσχει. ἢν ἐπὶ τὰ δεξιὰ νοσέῃ, ἄρχεται τὴν ὀδύνην παρέχουσα, ἐκ τῆς κοτυληδόνος τοῦ ἰσχίου, κατ' ἀρχάς. ὁκόσῳ δὲ πλείων ὁ χρόνος προΐῃ καὶ ἀπομηκύνηται, ἥ τε ὀδύνη ὀξυτέρη κατέρχεται κατωτέρω. καὶ ὁκόταν ἐς τὸ σφυρὸν ἀφίκηται τὸ ἐκτὸς τοῦ ποδὸς καὶ τὸ μεταξὺ τοῦ μεγάλου δακτύλου, ἄρχεται πάλιν ἐς τὴν κεφαλὴν ἔρχεσθαι. καὶ ὁκόταν ἐς αὐτὴν τὸ ἕλκος στῇ, πιέζει ἰσχυρῶς. καὶ δοκέει ὁ ἄνθρωπος διαρρήγνυσθαι τὴν κεφαλήν. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ φλέγματος πληροῦνται, καὶ τὸ πᾶν σῶμα. τοῦτον ὅταν οὕτως ἔχῃ, ἐλατήριον πῖσαι, ἢ θαψίης ῥίζαν, ἢ ἐλλέβορον, ἢ ὀπὸν σκαμμωνίης. μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν ταῦτα προσφέρειν, ἃ καὶ τοῖσι πρόσθεν. ἢν δὲ μὴ ὑπὸ ταύτης τῆς θεραπείης παύηται, γάλακτι παχύνας, καῦσον κάτω τὴν ὠμοπλάτην τὴν δεξιήν, τέσσαρας ἐσχάρας. καὶ ἐς τὴν κοτυληδόνα τοῦ ἰσχίου τοῦ δεξιοῦ, τρεῖς. καὶ ὑπὸ τὸν γλουτόν, δύο. καὶ ἐς τὸ μέσον τοῦ μηροῦ, δύο. καὶ ὑπὲρ τοῦ γούνατος, μίαν καὶ ὑπὲρ τοῦ σφυροῦ, μίαν.

Quòd ſi producatur morbus, tum magis laborat, & purulentus euadit. Cumq́ue purulentus extiterit & intumuerit, qua præcipuè parte intumuerit ad renem ſecato & pus emittito. Et ſiquidè ſectio proſperè ceſſerit, confeſtim ſanum reddes. Hunc cùm ſic habuerit, iiſdem omnibus quibus antea curato. Et per morbi exordia purgare oportet, & ante alui ſubductionē fomento adhibito, crebris balneis lauare. Inungatur verò & caleat potiùs, neque frigeat, à ſoleq́ue & veneris vſu abſtineat. Quæ cùm feceris, ſi non citiſſimè ſaneſcat, nihil noui accidit, cùm morbus ſit admodum difficilis. At ſi abſque medicamentis curari deſideret, per victus rationem, craſſiorem reddere oportet, ſiue hoc morbo, ſiue aliquo ex prioribus laboret, vbi cibos, quos comedere conſueuit, in decem partes diuiſeris, deinde parte vna ſubtracta reliquas comedat. Pro opſonio carnem ſuillam tritam habeat, & eo die decem ſtadia obambulet. Poſterò autem die & tertio, parte vna addita minus edat, & vno quoque die decem aut plura ſtadia obambulet. Cùm verò ad vltimam cibi partem peruenerit, ad centum ſtadia iter faciat, & vnam ſolam partem edat, eoq́ue die centum ſtadia deambulet. A cœna verò viginti, mane quadraginta. Vinum Mendæum album, auſterum bibat, iſtaque per tres menſes faciat. Reliquo deinde tempore ſubductis deambulationibus plures cibos comedat, additione eodem quo detraxeris modo facta Deambulationem verò ad decimum vſque diem ſubducat, deinde quàm maximè quieſcat, cibiſq́ue puris veſcatur, & quàm maximè pinguibus opſoniis, dulciaq́ue omnia ei conferunt. Oleribus autem & acidis omnibus abſtineat, acribuſq́ue & iis quæ flatum excitant. Calida quoque multa lauet, & frigus vitet. Quæ cum fecerit, citiſſimè ſanus euadet. Ex renum morbo inuadit magnus venarum cauarum morbus, quę à capite iuxta iugulares, per ſpinam ad talum exteriorem, & intermedium pollicis locum feruntur. Oritur aut hic morbus ex pituita quidem & bile, cùm ad venas confluxerint. Venæ autem cùm ſanguine refertæ ſint, ſi quid alieni ad eas peruenerit, malè afficiuntur. Sic igitur afficitur. Si dextra parte morbus eſt, per exordia ex coxendicis acetabulo dolorem exhibere incipit. Quò autem longius tempus proceſſerit, & productū fuerit, eò grauior dolor ad inferiora deſcendit, cumque ad malleolum pedis externum, & pollicis intermedium peruenerit, rurſus ad caput fertur, vbiq́ue in eo vlcus conſtiterit, vehementer vrget, ſibiq́ue caput diſrumpi videtur, oculi pituita totumq́ue corpus implentur. Huic cùm ita habuerit, medicamentum ex cucumeris agreſtis ſucco paratum, aut thapſiæ radicem, aut veratrum, aut ſcammonij ſuccum propinato. Poſt purgationem verò eadem quæ ſuperioribus offerto. Quòd ſi hac curatione non ſedetur, vbi lacte craſſiorem reddideris, ſcapulam dextrā inferiorem quatuor cruſtis inurito, coxendicis dextræ acetabulum tribus, inferiores nates duabus, & mediū femur duabus, genu ſuperius vna, & malleolum ſuperiore parte vna.

Cùm ſic vſtus fuerit, neq; ſurſum, neq; deorſum morbum progredi dimittit. Quòd ſi aliquam in partẽ dolor affatim & cum impetu irrũpere viſus fuerit, ſiquidẽ priùs, quàm vſtus fuerit, in crus decumbat, claudus erit; ſi in caput ſurdus aut cæcus. Si verò in veſicã, ſimul cũ vrina aliquid ſanguinis quadraginta ferè diebus progreditur. Sed ſi in veſicam cum impetu irruperit, eadem medicamẽta quæ in vrinæ ſtillicidio exhibẽda ſunt, & ſi aliqua in parte dolor coaceruatus fuerit, vſtio faciẽda. Vrendę verò ſunt carnoſę quidẽ partes ferramentis, oſſeæ verò & neruoſæ fungis, prætterquàm quòd ante hæc iſta facienda ſunt. Si morbi initio acceſſeris, vinum Mendæum albũ dilutius quàm plurimum per diem potui exhibere oportet. Et inebrietur quoad ſanguis ex naribus plurimus erumpat. Cùm autẽ fluere cœperit, minimum tredecim diebus fluit: vbi verò hi præterierunt, nõ ampliùs inebrietur, neq; vbi ſemel fluere cœperit. In cibo tamen paulò plus vini bibat, vt ſanguis fluat. Iam verò quibuſdam ſedato ſanguine, ad veſicã cum impetu irrupit & ſanguis cum pure prodiit. Si igitur cũ impetu irruperit, eadẽ medicamenta quæ ſtranguria laboranti exhibeto, & de eodem vino plus propinato. Hic ſi hoc modo curetur, ciboſq; per aluũ ſubeuntes & opſonia aſſumat, citiſſimè ſanus euadet. Morbus autẽ grauis eſt. Aliis ex vena ſiniſtra. In reliquis quidem eadẽ multitudine quæ etiam prior patitur, ſed in lienẽ cõfeſtim & per morbi exordia dolor acutus decumbit. Quòd ſi nõ ſtatim perceperit priùs quàm decũbat, ſed ad pulmonẽ feratur, lienis capite apprehenſo, quàm citiſſimè cruſtis octo inurito, & quocunq; alius dolor decubuerit, vrito, ſicq; confeſtim ſaneſcet. Quòd niſi vſtus fuerit, ſponte autem ſanus euadat, pleriſq; poſt duodecimũ annum rurſus morbus reuertitur, & ſi lienem occuparit, multis aquam intercutẽ facit. Sed cõfeſtim velut priorẽ curare, & ſi videatur ſane etiam ſimiliter vt priorem inurere oportet, ſi dolor in iiſdẽ articulis cõſtiterit. At niſi hunc in modũ curatus fuerit, de cætero contabeſcens perit, cùm morbus grauis ſit. De pituita autem idem quod de bile ſentio, eiuſq; multas eſſe formas aſſero. Et partim quidẽ vulgaris eſt, partim verò recentiſſima, cuius etiam facilis eſt curatio. Vomitus enim poſt cibum duobus aut tribus diebus inducere oportet, inſuperq; prandere & quieſcere, ſi prioribus diebus ſemel cibum ſumere & vehementibus laboribus vti conſueuerit. Alioqui hac victus ratione vtatur. Primùm cùm vomitum inducere volet, multa & calida lauet, & mazam melle & oleo ſubactam, & panem exaſſatum heſternũ edat. Hæc enim magis pituitã trahent. Opſoniis & oleribus acribus vtatur, pinguia, dulcia & acida, hæc omnia permixta cõmodè porrigi poſſunt, & oleribus omnibus viridibus vtatur, in cibo vinum dulce, paucũ crebrò bibat, in fine placentã, mel & ficus comedat, cumq; cœnabit, pocula largè ebibat, cumq; iam oppletus fuerit, paulùm dormiat, deinde vbi experrectus fuerit, vini aqua tepida temperati magno epoto poculo vomat. Magis enim pituitam & humorẽ ex carnibus attrahit, corpuſq; magis exiccat. Vocat autem quoad ficus euomuerit, quæ poſtremæ euomuntur. Atque hæc quidem eo die facienda. Poſtero vero die, ſeſe ad cœnam vſque contineat, & panem ex furfure à pure farina nõ ſeparato cœnet, pro opſonio valentiora ſumat,

ἐπὴν οὕτω καυθῇ, οὐκ ἐᾷ φοιτᾶν οὔτε ἄνω οὔτε κάτω τὴν νοῦσον διαχωρέειν. ἢν δ᾽ ἔξω ἡ ὀδύνη ὀφθῇ ῥαγεῖσα. ἢν μὲν στηρίξῃ ἐς τὸ σκέλος πρὶν ἢ καυθῆναι, χωλὸς ἔσται. ἢν δὲ ἐς τὴν κεφαλὴν, κωφὸς ἢ τυφλός. ἢν δὲ ἐς τὴν κύστιν καὶ προσχωρέῃ αἷμα τῷ οὔρῳ αἱματῶδες μάλιστα, τεσσαράκοντα ἡμέρας. ἀλλὰ χρὴ ἢν ἐς τὴν κύστιν ῥαγῇ, διδόναι τὰ αὐτὰ φάρμακα, ἃ καὶ τῷ στραγγουριῶντι. καὶ ἤν κου ἡ ὀδύνη ἀθροισθῇ, καῦσαι. καίειν δὲ χρὴ τὰ μὲν σαρκώδεα σιδηρίοισι. τὰ δὲ ὀστώδεα καὶ νευρώδεα, μύκησι. πλὴν τάδε πρότερον τούτων χρὴ ποιῆσαι. ἢν κατ᾽ ἀρχὰς τῆς νούσου παραγένῃ, εἰς μὲν τὸ ποτὸν χρὴ διδόναι, οἶνον λευκὸν μενδαῖον, ὑδαρέστερον ὡς πλεῖστον μεθ᾽ ἡμέρην. καὶ μεθυσκέσθω ἄχρις ἂν αἱμορραγήσῃ κατὰ τὰς ῥῖνας. ὁκόταν δὲ ἄρξηται ῥέειν, τὸ ἐλάχιστον ἡμέρας ῥεῖ δέκα καὶ τρεῖς. ὅταν δὲ αὗται αἱ ἡμέραι διέλθωσι, μηκέτι μεθυσκέσθω, μηδὲ ὅταν ἄρξηται ἅπαξ ῥέειν. πινέτω μέντοι ὀλίγῳ πλείονα τὸν οἶνον ἐπὶ σιτίῳ, ὅκως ἂν ῥέῃ τὸ αἷμα. ἤδη δέ τισι παυσαμένου τοῦ αἵματος, ἐρράγη ἐς τὴν κύστιν καὶ ἐχώρησεν αἷμα καὶ πύα. ἢν γοῦν ῥαγῇ, διδόναι τὰ αὐτὰ φάρμακα, ἃ καὶ τῷ στραγγουριῶντι. καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ οἴνου διδόναι πλέον πίνειν, ἐπὴν οὕτω μελετώμενος, καὶ τὰ σιτία προσφερόμενος διαχωρητικὰ, καὶ τὰ ὄψα, τάχιστα ὑγιὴς ἔσται. ἡ δὲ νοῦσος χαλεπή. Ἄλλη ἀπὸ τῆς ἀριστερῆς φλεβός. τὰ μὲν ἄλλα πλῆθος τὰ αὐτὰ πάσχει, ἃ καὶ ὁ πρόσθεν. ἐς δὲ τὸν σπλῆνα ὀδύνη στηρίζει ὀξεῖα εὐθὺς, καὶ κατὰ τὰς ἀρχὰς τοῦ νουσήματος. καὶ ἢν μὴ ξυνιῇ παραχρῆμα πρὶν καταστηρίξῃ ἀλλ᾽ ἢ ἐς τὸν πλεύμονα, μύκησι καῦσαι ὀκτὼ ἐσχάρας, τῆς κεφαλῆς ἀπολαβὼν τοῦ σπληνὸς, ὡς τάχιστα. καὶ ὅκου ἂν ἄλλη ὀδύνη καταστηρίξῃ, καῦσαι. καὶ οὕτω παραχρῆμα ὑγιὴς ἔσται. ἢν δὲ μὴ καυθῇ, ὑγιὴς δὲ γένηται ἀπὸ ταὐτομάτου, τοῖσι πολλοῖσι μετὰ δυοκαίδεκα ἔτη, ἡ νοῦσος αὖθις ὑπεξεπίασε. καὶ ἢν λάβηται τοῦ σπληνὸς, τοῖσι πολλοῖσιν ὕδερον ἐποίησεν. ἀλλὰ χρὴ παραχρῆμα θεραπεύειν ὡς τὸν πρόσθεν. καὶ ἢν δοκέῃ, καῦσαι ὥσπερ δὴ καὶ τὸν πρότερον. ἢν ἡ ὀδύνη καθιστῆται ἐν τοῖσιν αὐτοῖσιν ἄρθροισιν. ἢν δὲ μὴ οὕτω μελετηθῇ, τὸ λοιπὸν τηκόμενος ἀποθνήσκει. ἡ γὰρ νοῦσος χαλεπή. Περὶ δὲ τοῦ φλέγματος, τὰς αὐτὰς γνώμας ἔχω, ἃς καὶ περὶ χολῆς, καὶ φημὶ τὰς ἰδέας αὐτοῦ πολλὰς εἶναι. καὶ τὸ μὲν ἐπιδήμιόν ἐστι, τὸ δὲ νεώτατον. οὗ καὶ ἡ ἴησις ῥάστη. ἐμέτους γὰρ δεῖ ποιέεσθαι μετὰ τὸ σιτίον, ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς προσαναριστῶντα καὶ ἡσυχάζοντα, ἢν εἰώθει τὰς πρόσθεν ἡμέρας, μονοσιτέειν καὶ ταλαιπωρέειν. ἢν δὲ μὴ, τῇ αὐτῇ διαίτῃ χρήσθω. πρῶτον λουέσθω πολλῷ καὶ θερμῷ, ὁκόταν μέλλῃ ἔμετον ποιέεσθαι. καὶ ἐσθιέτω μάζαν φυστήν. καὶ ἄρτον ἐξοπτὸν ἕωλον. ἕλκει γὰρ ἂν μᾶλλον ταῦτα τὸ φλέγμα. ὄψοισι δὲ χρήσθω, καὶ λαχάνοισι δριμέσι. καὶ τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ γλυκέα καὶ ὀξέα. ταῦτα πάντα ἐπιτήδεια ξυμμεμιγμένα προσφέρεσθαι, καὶ τοῖσι λαχάνοισι πᾶσι χλωροῖσι χρήσθω. καὶ πινέτω ἐπὶ τῷ σιτίῳ ὀλίγον πυκνὰ, οἶνον γλυκύν. καὶ τελευτῶντος ἐπιφαγέτω ἐπὶ τελευτῆς, καὶ μέλι καὶ σῦκα. καὶ ὁκόταν δειπνήσῃ, πινέτω λάβρως τὰς κύλικας. καὶ ὁκόταν ἤδη πλήρης ᾖ, κατακοιμηθήτω ὀλίγον, εἶτα ἐπεγερθεὶς ἐμείτω, πιὼν οἴνου μεγάλην κύλικα, καὶ χλιαρῷ ὕδατι κεκρημένον. ἕλκει γὰρ μᾶλλον τὸ φλέγμα ἐκ τῶν σαρκῶν καὶ τὸν χυμὸν, καὶ ξηραίνει μᾶλλον τὸ σῶμα. ἐξεμείτω δὲ ἕως ἂν τὰ σῦκα ἐξεμέσῃ. ὕστατα γὰρ ταῦτα ἐξεμέεται. ταῦτα μὲν τῇδε. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, συνεχέτω ἑωυτὸν μέχρι δείπνου. καὶ δειπνείτω ἄρτον αὐτοπυρίτην, τὸ δὲ ὄψον ἔστω ἀπὸ τῶν ἰσχυροτέρων.

οἶνον

οἶνον δὲ πινέτω μέλανα αὐστηρόν. αὕτη μὲν οὖν τοῦ ἐπιδημίου φλέγματος ἡ ἴησις. ἢν δὲ δυνατὸς ἐὼν ἐσθίειν καὶ πίνειν, καὶ ἥδηται τοῖσι σιτίοισι, ἔπειτα τὰ σκέλεα βαρύνηται, καὶ ἡ χροιὴ μεταλλαγμένη ᾖ, τοῦτον φάναι ἐν τῇ κοιλίῃ φλέγμα τὸ λυπέον εἶναι. ἀλλὰ χρὴ ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, μέλιτι καὶ οἴνῳ γλυκεῖ, καὶ ἐλαίῳ, καὶ νίτρου ὅκοσον οἷος ἀστράγαλος συμμίξας, κλύζειν. ταῦτα γὰρ τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου ἠπιώτατα εἰς τὸν κλυσμόν. μέτρον δὲ χρὴ ἑκάστου εἶναι. τοῦ μὲν οἴνου κοτύλην. ἡμικοτύλιον δὲ ἐλαίου· καὶ μέλιτος ἴσον. ἢν δὲ μὴ κλύζειν βούλῃ, διυγρῆναι χρὴ τὸν ἄνθρωπον πυριῶντα, πυριήσαντα ἐν ὑγρῇ τῇ πυρίῃ. τάχα γὰρ ἂν καὶ οὕτως ὑποχωρηθείη ἡ κόπρος. ὑπὸ γὰρ τοῦ ὑποξηραίνεσθαι τῶν σιτίων, ταῦτα πάσχει. ἢν μὲν οὖν ὡς ἐσθίῃ τὰ σιτία λίην ἔγχυλα, οὐκ ἂν ἴσως πάσχῃ ταῦτα οὕτω σφόδρα. ἢν δὲ καὶ πάσχει ποτὲ, ὀλίγης ἂν ἰήσιος δέοιτο. τοῦτον οὕτως ἰώμενος, τάχιστα ἂν ὑγιέα ποιήσεις. Ἢν δὲ τύχῃ παλαιότερον ἐὸν φλέγμα, λευκὴ δὲ καλέεται τοῦτο τὸ φλέγμα, πάσχει τάδε. βαρύνει τὸν ἄνθρωπον μᾶλλον, καὶ ἰδέην ἀηδέην ἔχει τοῦ ἐπιδημίου δοκέειν ὠχρότερον. καὶ οἰδεῖ οἰδήματι πᾶν τὸ σῶμα, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρυθρόν. καὶ τὸ στόμα ξηρόν. καὶ δίψα ἐπέχει. καὶ ὁκόταν φάγῃ, τὸ πνεῦμα πυκνὸν ἐπιπίπτει αὐτῷ. ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ, ποτὲ μὲν γὰρ ῥάων, ποτὲ δὲ πονέει ἐξαπίνης, καὶ δοκέει ἀποθανέεσθαι. τούτῳ ἢν μὲν ἡ γαστὴρ αὐτομάτως ταραχθῇ, ἐγγυτάτω ὑγιὴς ἔσται. ἢν δὲ μὴ ταραχθῇ αὐτομάτη ἡ κοιλίη, καθαίρειν δεῖ διδόντα τοῦ κνεώρου, ἢ τοῦ ἱπποφαέος ἢ τοῦ κνιδίου κόκκου, ἢ τῆς μαγνησίης λίθου. καὶ μετὰ τὴν κάθαρσιν, φακῆς δοῦναι τρυβλίον ῥοφέειν, ἢ δύο, συνεψέσθω δὲ ἐν τῇ φακῇ σκόροδα. καὶ τεύτλου λιπαροῦ ἀνηδύντου τρυβλίον, ἐπ' ἄλφιτον ἐπιπάσσοντα. πινέτω δὲ οἶνον μέλανα αὐστηρόν τε καὶ ἰσχυρόν. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, περιπατείτω σταδίους εἴκοσι τὸ ἑωθινόν. ἐλθὼν δὲ φαγέτω ἄρτον μικρὸν ἐξοπτόν, καὶ ὄψον ἐχέτω σκόροδα ἑφθά. καὶ πινέτω τοῦ αὐτοῦ οἴνου ὀλίγον ἀκρητέστερον. ἔπειτα βαδιζέτω σταδίους τριήκοντα. καὶ ὁκόταν ὥρη ᾖ, δειπνείτω ὁκόσονπερ καὶ εἴθιστο ἀριστῆν. ὄψον δὲ ἐχέτω μάλιστα μὲν, πόδας συὸς καὶ κεφαλάς. εἰ δὲ μὴ, ἀλεκτρυόνος κρέασιν, ἢ ὑὸς τετριμμένοισι χρέεσθω. ἰχθύων δὲ, σκορπίῳ, ἢ δράκοντι, ἢ κόκκυγι, ἢ καλλιωνύμῳ, ἢ κωβιῷ, ἢ τῶν ἄλλων ἰχθύων ὁκόσοι τὴν ἴσην δύναμιν ἔχουσι. λαχάνοισι δὲ χρέεσθω, σκορόδοισι μούνοις, καὶ ἄλλων τῶν λαχάνων μηδενί. ταῦτα δὲ ὡς πλεῖστα τρωγέτω, καὶ ὠμὰ, καὶ ὀπτὰ, καὶ ἑφθὰ, αἰεὶ πλείω ἑκάστης ἡμέρης, καὶ ταλαιπορείτω πρὸς τὰ σιτία τεκμαιρόμενος καὶ ἐξ ὀλίγου πλείω. τοῦτο τὸ νόσημα μάλιστα γὰρ θέρεος ὥρῃ ἀπὸ ὑδροποσίης, ἔτι δὲ καὶ ὕπνου πολλοῦ. κρίνεται δὲ ἐν τριήκοντα ἡμέρῃσιν, εἴτε θανάσιμον, ἢ οὔ. ταῦτα μὲν ποιείτω, ὁκόταν αἱ τριάκοντα ἡμέραι παρέλθωσιν. ἐν δὲ τῇσι πρώτῃσι τῶν ἡμερέων, ῥοφήμασι διαχρέεσθω, φακῇ ἑφθῇ, ἐπικεχυμένῃ πρὸς ὄξος καὶ ποιεῦσιν ὀξείην. πινέτω δὲ χλιαρὸν μελίκρητον, ἄλφιτον ἐπιπάσσων ὀλίγα, ἵνα γοῦν ὑγρομένον τὸ σῶμα ᾖ πρὸς τὴν φαρμακοποσίην. καὶ διαιτάσθω ὑπαίθριος ταύτας τὰς ἡμέρας. καὶ ἢν σοι δοκέῃ τοῦ αἵματος ἀφαιρέειν ἀπὸ τῆς ὀσφύος, σικύην προσβάλλειν, καὶ τὰς ἐν τῷ ὄσχῳ φλέβας τὰς παχυτάτας σχάζειν. οὕτω θεραπευόμενος, τάχιστα ὑγιὴς ἔσται. Περιίσταται ἀπὸ φλέγματος μάλιστα ἐς ὕδερον, τρόπῳ τοιῷδε. ἡ πιμελὴ συντήκεται, καὶ γὰρ ὑπὸ τοῦ καύματος τοῦ ἐν τῷ φλέγματι ἐόντος, ὕδωρ

vinum verò nigrum, auſterũ bibat. Hæc igitur popularis pituitæ medela eſt. Quòd ſi comedere & bibere poteſt, cibiſq́ delectatur, deinde crurum grauitatem ſentiat, etiamſi color immutatus fuerit, pituitam quæ hunc vexat in ventriculo eſſe dicendum. Verùm cum ſic habuerit, melle, vino dulci, & oleo, nitroq́; ouilis tali magnitudine permixtis, ventrem per infuſum ſubluere oportet. Hæc enim ad alui infuſum pro hominis natura mitiſſima ſunt. Cuiuſque autem modum eſſe oportet, vini quidem heminam, olei dimidiam, & mellis tantundem: At ſi alui infuſum nolis, humido fomento admoto; perhumectum hominem reddere oportet. Hac enim fortaſſis ratione ſtercus ſubduci poterit, cùm hæc ex ciborum reſiccatione ei contingant. Si quis igitur cibos valde ſucculentos comedat, ab his fortaſſe non ita vehementer afficiatur, & ſi quandoque afficiatur, parua curatione indigeat. Hac vſus curatione citiſſimè hunc ſanum reddideris. At ſi vetuſtior pituita ferè contigerit, quæ pituita alba vocatur, ſic afficitur. Hominem magis grauat, formamq́ à vulgari alienam pallidiorem habere videtur, corpus vniuerſum laxo tumore intumeſcit, facies rubet; os reſiccatur, ſitis detinet, & cùm comederit, crebra ei ſpiratio contingit. Hic eodem die interdum quidem meliùs habet, interdum verò de repente dolet, & mori videtur. Huic ſi venter quidem ſua ſponte commotus fuerit, ſanitati erit proximus: At ſi aluus ſponte turbata non fuerit, cneoro dato, vel hippophae, vel grano cnidio, vel Magneſio lapide, purgare oportet, & poſt purgationem lenticulæ acetabulum vnum ſorbendum vel duo dato. In lenticula autem allium incoquatur. Betæ etiam pinguis non conditæ acetabulum, polenta ſuper aſperſa dandum. Vinum autem bibat nigrum auſterum & valens. Poſtero verò die mane ſtadia viginti obambulet. Vbi autem redierit, panem exaſſatum paruum comedat, & pro opſonio allium coctum habeat, viniq́; eiuſdem meracioris parum bibat, deinde ſtadia triginta ambulet, cumq́; tempeſtiuum fuerit, quantum prandere conſueuerat cœnet, pro opſonio potiſſimùm quidem pedes ſuillos, aut capita habeat, ſin minùs, gallinaceis carnibus, aut ſuillis tritis vtatur. Piſcibus verò, ſcorpio, aut dracone, aut cuculo, aut callionymo, aut gobio, aut aliis piſcibus qui ſimilem vim habeant. Ex oleribus alliis ſolis vtatur, neque vllo alio. Hæc autem quàm plurima comedat, tum cruda tum aſſa, & cocta, in dies ſemper additione facta, & pro ciborũ ratione ex paruo interuallo plus laboret. Hic morbus potiſſimum per æſtatem oritur ex aquæ potu, ad hæc etiam ex multo ſomno. Iudicatur autem triginta diebus, lethalis ſit nec ne. Quibus tranſactis hæc quidem faciat. Primis autem diebus ſorbitionibus vtatur, lenticula cocta, aceto permixto acidiore reddita, & ptiſana acida. Bibat verò aquam mulſam tepidam, modica polenta inſperſa, quò ſanè corpus emollitum ſit ad medicamentorum potionem, & per hoſce dies ſub dio dormiat. Quòd ſi viſum fuerit ſanguinem è lumbis detrahere, cucurbitulam admoueto, & venas in ſcroto craſſiſſimas pertundito. Hic ad hunc modum curatus citiſſimè ſanus euadet. Ex pituita ad aquam intercutem hoc modo deuenitur. Colliquatur pinguedo, & à pituitæ ardore aqua fit.

An verò quis ſanari poſſit, necne, ex hoc cognoſces. Quandiu enim quis in imo ventre pinguedinem habet, curari non poteſt. Pinguedo autem in imo vētre inſit, necne his potiſſimùm dignoſces. Si quidē febres aduenerint, & erectus ſtare nequeat, & vmbilicus inflatus foris promineat, pinguedinem non amplius ineſſe dicito, cumq́; ſanari poſſe. Huic ventrē ſiccare confert, pane quidem exhibito ex furfure à pura farina non ſeparato, heſterno, calido, opſonio verò, leporis carne, canis, & ouis ac ſuis maximè aſſata, & galli aſſa & calida. Polypos etiam vino nigro auſtero incoctos edat. Vinum bibat nigrum quàm craſſiſſimum & acerbiſſimum. Piſcibus vtatur gobio, dracone, callionymo, cuculo, ſcorpio, aliiſq́; id genus, coctis omnibus, minimè recētibus, & frigidis. Hi enim ferè quàm ſicciſſimi ſunt. Nullo iure ad intinctum vtatur, & inſulſi piſces ſint. Oleribus vtatur, radicula & apio. Lenticulam toſtam multo aceto temperatā edat, ſingulis diebus, & à cœna, & mane deābulet, veſperi dormiat, & mane exurgat. Ac ſi quidem ex his in integrū reſtituatur, ſatis eſt, ſin minùs, ei cneori aut hippophais ſuccum, aut granum cnidium propinato, & poſt purgationē duo lenticulæ acetabula inſuper ſorbeat, & paruum panē comedat. Vinum autē bibat nigrum, acerbūm, paucum. Medicamentum autem bis die, donec emollitus ſit, bibat. Quòd ſi in ſcroto & femoribus, ac tibiis tumor laxus exortus fuerit, peracuto ſcalpello multis & crebris vulnuſculis pertundito. Quæ vbi feceris citò ſanū reddes. Aqua inter cutē ex his oritur, vbi æſtatis tēpore ſiti preſſus copioſam aquam biberis, quandoquidē inde ferè gigni ſolet, & pulmo expletus rurſus in pectus dimiſerit, tumq́; in pectore extiterit, vehementē ardorem excitat, ita vt pinguedinē quæ in arteriis ineſt liqueſaciat. At ſi ſemel pinguedo liquefieri cœperit, longè citiùs aquam intercutem efficit. Gignitur etiam vbi tubercula in pulmone exorta fuerint, & aqua repleta in pectus eruperint. Aquam autē intercutem etiam ex tuberculis oriri, mihi argumento ſunt boues, oues & ſues. In his enim ferè quadrupedibus pulmonis tubercula oriuntur, quæ aquam continent. Sectione namq́; facta citiſſimè cognoueris cùm aqua effluet. Talia autem multò magis etiam in homine quàm pecoribus fieri videntur, quantò morboſa magis etiā victus ratione vtimur. Plerique verò exortis tuberculis purulenti etiam extiterunt. Hæc igitur per morbi initia contingunt. Tuſſis ſicca, & fauces ſtridulam quandam aſperitatem habere videntur, rigor & febris, erectæq́; ceruicis reſpiratio contingit, corpus & pedes intumeſcunt, vngues contrahuntur, & quandiu quidē in ſuperiore ventre aqua intercus extiterit, acutus dolor detinet, cùm verò ad inferiorem ventrem deuenerit, meliùs habere videtur. Deinde progrediente tempore, impleto ventre eadem quæ prius patitur. Interdum verò ad latus intumeſcit, & quā parte ſecādum ſit indicat. Quòd ſi non indicet, multa calida lotum, humeris comprehenſum concutito, deinde quonam latere magis fluctuet auſcultato. Quod cum intellexeris, tertiam ab vltima coſtam ad os vſque ſecato, deinde terebra acuta vlteriùs perforato, cúmque perforata fuerit, paucam aquam educito. Qua educta, penicillum ex lino crudo in vulnus immittito,

γνώσῃ δὲ τῷδε, ὅστις δυνατός ἐστιν ἰῆσθαι καὶ ὅστις μή. ἕως γὰρ αὐτῷ ἐπὶ τῶν ἤτρων ἔχῃ πιμελὴν, ἀδύνατόν ἐστιν ἰηθῆναι. γνῶσις δὲ τοῖσδε μάλιστα, εἰ ἔπεστι πιμελὴ ἐπὶ τῷ ἤτρῳ, ἢ οὔ, ἢν μὲν πυρετοὶ ἐπιγίνωνται καὶ μὴ δύνηται ἀνίστασθαι, καὶ ὁ ὀμφαλὸς ἔξω ἐξίσχῃ πεφυσημένος, φάναι μηκέτι ἐπεῖναι πιμελὴν καὶ ἰήσιμον εἶναι. τούτῳ ξυμφέρει τὴν κοιλίην ξηραίνειν. διδόναι μὲν ἄρτον αὐτοπυρίτην ἕωλον θερμόν. ὄψον δὲ λαγωοῦ κρέας καὶ κυνὸς τελείου καὶ οἰὸς καὶ ὑὸς ὡς ὀπτά. καὶ ἀλεκτρυόνος ὀπτὰ θερμά. καὶ πολύποδας ἐσθιέτω ἑφθοὺς ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ. οἶνον δὲ πινέτω μέλανα ὡς παχύτατον καὶ στρυφνότατον. ἰχθύων δὲ χρεέσθω, κωβιῷ, δράκοντι, καλλιωνύμῳ, κόκκυγι, σκορπίῳ, καὶ ἄλλοισι τοῖσι τοιούτοισι, πᾶσιν ἑφθοῖσι, ἑώλοισι, καὶ ψυχροῖσιν. ὡς ξηρότατοι γὰρ οὗτοι μάλιστά εἰσι. καὶ ἐς τὸν ζωμὸν μὴ ἐμβαπτέσθω καὶ ἄναλτοι ἔστωσαν οἱ ἰχθύες. λαχάνων δὲ χρεέσθω, ῥαφανῖσι καὶ σελίνοισι. ἐσθιέτω δὲ φακὴν τῷ ὄξει ἐπικεκρημένην, καὶ ἐσθιέτω. καὶ περιπατείτω καθ' ἡμέρην. καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον καὶ ὄρθρου καὶ ὀψίας εὑδέτω. καὶ πρωῒ ἐξεγειρέσθω. κἢν μὲν ἀπὸ τούτων καθίστηται, ἅλις. ἢν δὲ μὴ, πίσαι αὐτὸν κνέωρον, ἢ ἱπποφαέως τὸν ὀπὸν, ἢ κνίδειον κόκκον. καὶ μετὰ τὴν κάθαρσιν, φακῆς δύο τρυβλία ἐπιρροφεέτω, καὶ ἄρτον μικρὸν καταφαγέτω. οἶνον δὲ πινέτω μέλανα, στρυφνὸν ὀλίγον. πινέτω δὲ φάρμακον δὶς τῆς ἡμέρης, ἕως ἂν λαπαρὸς γένηται. ἢν δὲ τὸ οἴδημα καθιστήκῃ ἐν τῇ ὀσχῇ, καὶ τοῖσι μηροῖσι, καὶ τῇσι κνήμῃσι, κατασχᾶν χρὴ ὀξυτάτῳ μαχαιρίῳ πολλὰ πυκνά. ταῦτα ἢν ποιέῃς, ταχὺ ὑγιέα ποιήσεις. Ὕδερος. Ὁ δὲ ὕδερος ἀπὸ τῶνδε γίνεται. ὁκόταν θέρεος ὥρῃ διψήσας, ὕδωρ πουλὺ πίῃ. ἐπείπερ ἐκ τῶνδε γίνεσθαι φιλέει μάλιστα. καὶ ὁ πνεύμων ἐκπλησθῇ, ἀφίησιν αὖθις ἐς τὰ στήθεα. καὶ ὁκόταν ἐν τοῖσι στήθεσι γένηται, καῦμα παρέχει σφόδρα ὥστε τήκειν τὴν πιμελὴν, τὴν ἐπὶ τῇσιν ἀρτηρίῃσιν ἐνεοῦσαν. καὶ ἢν ἅπαξ ἄρξηται τήκεσθαι τὸ στέαρ πουλὺ πλέον, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τὸν ὕδερον ἐποίησε. γίνεται δὲ καὶ ἢν φύματα ἐν τῷ πλεύμονι ἐμφυῇ, καὶ πλησθῇ ὕδατος, καὶ ῥαγῇ ἐς τὰ στήθεα. ὡς δὲ γίνεται καὶ ἀπὸ φυμάτων ὕδερος, τάδε μοι μαρτύρια, καὶ ἐν βοῒ, καὶ ἐν κυνὶ, καὶ ἐν ὑΐ. μάλιστα γὰρ τῶνδε τετραπόδων ἐν τούτοισι γίνεται φύματα ἐν τῷ πλεύμονι ἃ ἔχουσιν ὕδωρ. διαταμὼν γὰρ, γνοίης τάχιστα. ῥεύσεται γὰρ ὕδωρ. δοκέει δὲ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ γίνεσθαι τοιαῦτα πολλῷ μᾶλλον ἢ ἐν προβάτοισιν, ὁκόσῳ καὶ τῇ διαίτῃ ἐπινόσῳ χρεόμεθα μᾶλλον. ἐγένοντο δὲ πολλοὶ καὶ ἔμπυοι φυμάτων ἐγγενομένων. τάδε οὖν κατ' ἀρχὰς τῷ νοσήματι ἐπιγίνεται, βὴξ ξηρὴ, καὶ ὁ φάρυγξ δοκέει κέρχειν καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς ἐπιγίνεται, καὶ ὀρθοπνοίη. καὶ ὁ χρὼς ἐποιδαλέος. καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι. καὶ οἱ ὄνυχες ἕλκονται, καὶ ἕως μὲν ἢ ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ ὁ ὕδερος, ἐστὶν ὁ πόνος ὀξύς· ἐπειδὰν δὲ ἐς τὴν κάτω κοιλίην ἔλθῃ, δοκέει ῥάων εἶναι. ἔπειτα πάσχει προϊόντος τοῦ χρόνου, οἷάπερ πρόσθεν, πιμπλαμένης τῆς κοιλίης. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀποιδέει πρὸς τὸ πλευρὸν, καὶ δηλοῖ ᾗ χρὴ τάμνειν. ἢν δὲ μὴ ἀποδηλοῖ, λούσας πολλῷ καὶ θερμῷ τῶν ὤμων λαβόμενος, σεῖσον. εἶτ' ἀκροᾶσθαι ἐν ὁκοτέρῳ ἂν τῶν πλευρέων μᾶλλον κλύζηται. ξυνεὶς δὲ, τάμνειν τὴν πλευρὴν τὴν τρίτην, ἀπὸ τῆς νεάτης μέχρι τοῦ ὀστέου. εἶτα τρυπῆσαι προσωτέρω τρυπάνῳ τρυγλητηρίῳ. καὶ ὁκόταν τρυπηθῇ, ἀφιέναι τοῦ ὕδατος ὀλίγον. καὶ ὁκόταν ἀφῇς, μοτῶσαι ὠμολίνῳ.

καὶ

καὶ αὐτὸ ἄνω ἐπιθεῖναι σπόγγον μαλθακόν. εἶτα καταδῆσαι ὅπως μὴ ἐκπίπτῃ ὁ μοτός. ἀφιέναι δὲ χρὴ δυοκαίδεκα ἡμέρας τὸ ὕδρωπα, ἅπαξ τῆς ἡμέρης. μετὰ δὲ τὰς δυοκαίδεκα ἡμέρας, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἅπαν ἀφιέναι τὸ ὕδωρ. καὶ τὸν λοιπὸν χρόνον ἢν ἐπιγίνηται, ὕδατος ἀφιέναι. καὶ τὴν κοιλίην τοῖσι σιτίοισιν ἀποξηραίνειν. τάδε δὲ δεῖ μετὰ τὴν τομὴν διδόναι. σκευάσας ὀποῦ σιλφίου δραχμῆς σταθμὸν καὶ ἀριστολοχίης [70] κόψαι ὅσον ἀστράγαλον ἐλάφου. [71] καὶ φακῶν καὶ ὀρόβων πεφρυγμένων ἄλφιτα καθαρὰ ἑκάστου ἡμιχοινικον ἑκατέρων, ξυμφυρῆσαι τούτῳ μέλιτι καὶ ὄξει. εἶτα πλάσαι [72] κόλλικας ἑξήκοντα, καὶ καθ' ἑκάστης ἡμέρης τρίβων ἕνα, διεῖναι οἴνου μέλανος ἡμικοτυλίῳ, αὐστηροῦ ὡς ἡδίστου. εἶτα διδόναι νῆστι πίνειν. τὴν δὲ ἄλλην δίαιταν καὶ ταλαιπωρίην, τὴν αὐτὴν κελεύειν διαιτᾶσθαι, ἣν καὶ τὸν πρόσθεν χρόνον. καὶ ἢν οἰδήσῃ τὰ αἰδοῖα καὶ τοὺς μηρούς, θαρσέως καταχαράξαι. τοῦτον ἢν οὕτω μελετᾷς, τάχιστα ὑγιᾶ ποιήσεις. Ὕδερος ἀπὸ τοῦ ἥπατος. Ὁ ἀπὸ τοῦ ἥπατος ὕδερος γίνεται, ὁκόταν ἐς τὸ ἧπαρ φλέγμα ἐπιρρυῇ καὶ ἀναλάβῃ τὸ ἧπαρ καὶ ὑγρανθῇ. αὐτίκα μὲν καῦμα τούτῳ παρέχει, καὶ φύσας ἐμποιέει. ἔπειτα δὲ χρόνῳ, ὕδατος πίμπλαται. κἄπειτα δηγμὸς ἐς τὸ σῶμα ἐμπίπτει. καὶ οἴδημα ἐν τῇσι κνήμῃσι, καὶ ἐν τοῖσι ποσὶν ἔνεστι. καὶ τὸ ἧπαρ σκληρὸν καὶ οἰδεῖ. καὶ αἱ κληῖδες λεπτύνονται. τούτῳ ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, κατ' ἀρχὰς τοῦ νοσήματος διδόναι ἢν ἀλγέῃ τὸ ἧπαρ, ὀρίγανον τρίβων. ὀπόν τε σιλφίου, ὅσον ὄροβον, διεὶς ἐν οἴνῳ λευκῷ, ἡμικοτυλίῳ πίνειν. καὶ γάλα αἰγὸς, τέταρτον μέρος μελικρήτου παραμίσγων τετρακότυλον κύλικα. σιτίων δὲ ἀπεχέσθω τὰς πρώτας ἡμέρας δέκα. αὗται γὰρ κρίνουσι τὸ νούσημα εἰ θανάσιμον ἢ οὔ. ῥοφανέτω δὲ πτισάνης χυλὸν, καθεφθὸν μέλι παραχέων. οἶνον δὲ πινέτω λευκὸν μενδαῖον, ἢ ἄλλον τὸν ἥδιστον ὑδαρέα. ὁκόταν δὲ αἱ δέκα ἡμέραι παρέλθωσι, σιτία προσφερέσθω καθαρὰ, [73] καὶ ὄψον ἐχέτω, ἀλεκτρυόνος κρέα ὀπτὰ θερμά. ἐχέτω δὲ καὶ σκύλακας ἑφθά. ἰχθύϊ δὲ γαλαίῳ καὶ νάρκῃ χρεέσθω ὀπτοῖσιν. οἶνον δὲ τὸν αὐτὸν πινέτω. κἢν μὲν ἀπὸ τούτων παύσηται, ἀρκεῖ. ἢν δὲ μὴ, ἐπεὶ γοῦν αὐτὸς ἑωυτοῦ παχύτατος ᾖ, καὶ τὸ ἧπαρ μέγιστον, καῦσαι μύκησι. οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ὑγιέα ποιήσαις. καῦσαι δὲ χρὴ ἐσχάρας ὀκτώ. ἢν δὲ ὁ ὕδερος ἐγγένηται, καὶ ῥαγῇ ἐς τὴν κοιλίην, τοῖσιν αὐτοῖσιν ἰᾶσθαι, οἷσι καὶ τὰ πρόσθεν φαρμάκοισι καὶ ποτοῖσι, καὶ βρωτοῖσι, καὶ ταλαιπωρίῃσι. οἶνον δὲ πινέτω μέλανα αὐστηρόν. ἢν δέ σοι δοκέῃ ἀφίστασθαι τοῦ ἥπατος, καῦσαι ὁκοῦ φανῇ σιδηρίῳ. καὶ ἀφιέναι τοῦ ὕδατος κατ' ὀλίγον. καὶ ἰᾶσθαι ὡς καὶ τὰ λοιπὰ πρόσθεν. ἢν δὲ μὴ ἀπὸ τούτων ὑγιὴς γένηται, φθινύθων θνήσκει χρόνῳ. ἡ γὰρ νοῦσος χαλεπὴ, καὶ παῦροι ταύτην διαφυγγάνουσιν. Ὕδερος ἀπὸ τοῦ σπληνός. Ὁ δὲ ὕδερος ὁ ἀπὸ τοῦ σπληνὸς, γίνεται τρόπῳ τοιῷδε, καὶ ἀπὸ τῆς τοιαύτης προφάσιος μάλιστα, ὁκόταν φάγῃ σύκων χλωρῶν καὶ μήλων ὀπώρην πολλήν. πολλοὶ δὲ ἤδη καὶ ἀπὸ τροφῆς βοτρύων πολλῶν, καὶ πολλοῦ γλεύκεος, τὴν νοῦσον ἔλαβον. κἢν μὲν οὕτω μέλλῃ ἐς τὸ νούσημα ἐμπεσεῖσθαι, παραχρῆμα ἐν τοῖσι πόνοισιν ἐστί. ὀδύναι τε γὰρ ὀξεῖαι [74] ἐν τῷ σπληνὶ καθιστᾶσι. μεταπίπτουσι δὲ καὶ ἐς τὸν ὦμον, καὶ ἐς τὴν κληῖδα, καὶ ἐς τὸν τιτθὸν, καὶ ἐς τὰ λαγόνα. καὶ πυρετοὶ ἔχουσιν ἰσχυροί. καὶ μικρόν τι κἢν φάγῃ, ἡ γαστὴρ πίμπλαται. καὶ ὁ σπλὴν αἴρεται καὶ ὀδύνην παρέχει.

& mollem ſpongiam ſuperapponito, deinde ne penicillus decidat deligato. Per duodecim autem dies, ſemel die aqua educenda, poſt duodecimum verò die, decimotertio die tota aqua educenda, & de cætero, ſi ſuſcitetur aqua emittenda, venterq; cibis ſiccis ſiccandus. Hæc autem poſt ſectionem exhibenda: Succum laſeris drachmæ pondere apparatum, & ariſtolochiæ tali ceruini magnitudine fruſtulum deraſum, & lentium eruiq; torrefactorum polentam, vtriuſq; purgatæ chœnicis dimidium, hæc melle & aceto ſubigito. Deinde ſexaginta paſtillis formatis, vnum tritum quotidie vini nigri auſteri quam ſuauiſſimi heminæ dimidio maceratum, mox ieiuno potui exhibeto. Reliquam verò victus rationem & exercitationem eandem quam priùs habere iubeto. Et ſi pudenda ac femora intumuerint, audacter ſpecillo pertundito. Hunc ſi eo modo curaueris, citiſſimè ſanum reddes. Aqua intercus ab hepate, quæ tunc quidem oritur, cùm ad hepar pituita acceſſerit, eamq; hepar exceperit, & humectum redditum fuerit. Confeſtim igitur ardorem huic præbet, & flatum excitat. Deinde verò procedente tempore aqua impletur, poſteaq; corporis morſus contingit, in tibiis & pedibus tumor eſt laxus, hepar durum redditur ac intumeſcit, & clauiculæ extenuantur. Huic cùm ita habuerit, per morbi exordia, vbi hepar doluerit, origanum tritum cum laſeris ſucco, erui quantitate, in vini albi hemina dimidia maceratum, potui exhibeto, & lactis caprini poculum quatuor heminarum, tertia aquę mulſæ admixta parte. Primis autem decem diebus cibis abſtineat. Hi namq; morbum, lethalis ſit, necne diiudicant. Ptiſanæ ſuccum melle affuſo coctum ſorbeat. Vinum verò album Mendæum, aut aliud ſuauiſſimum aquoſum bibat. Vbi autem dies decem præterierint, cibos puros aſſumat, & pro opſonio galli carnes aſſas calidas habeat. Catulinis etiam coctis vtatur: piſce verò, galæo & torpedine aſſatis, vinum autem idem bibat. Ac ſiquidem ex his ſedetur, ſatis eſt. Sin minùs, vbi certe craſſiſſimus euaſerit, & hepar maximum, fungis inurito. Sic enim citiſſimè ſanum reddideris. Octo autem cruſtis inurere oportet. At ſi aqua intercus in ventre ſuboriatur, & in eum erumpat, iiſdem medicamentis & potibus, & cibis, & exercitationibus, quibus priores curato: vinum verò auſterum nigrum bibat. Quòd ſi ab hepate decedere tibi videatur, vbi apparuerit ferramento inurito, & aquam paulatim educito, velutque reliquos priores curato. Si verò ex his non conualeſcat, tandem conſumptus perit. Morbus enim grauis eſt & ex quo pauci euadunt. Aqua intercus ex liene. Aqua verò intercus ex liene ad hunc modum & ex hac potiſſimum cauſa oritur, cùm quis ficus virides & poma multa comederit. Plærique verò ex multo racemorum cibo & muſto copioſo, in morbum inciderunt. Siquidem igitur in morbum collapſurus eſt, confeſtim doloribus conflictatur. Acuti tum dolores ex liene excitantur, & ad humerum, iugulum, mammam ilia tranſeunt, & febres vehementes detinent, venterque etiamſi parum quid comederit, impletur, lien attollitur, & dolorem præbet.

Hic morbus ſi inueterauerit, reliquo quidem tempore minus dolet, cùm verò pomorum tempus aderit, eaq; comederit magis quàm antea dolet. Húc ita habentem per exordia curato, veratro ſupra exhibito, infra verò cneoro, hippophaes ſucco, aut grano cnidio, & lacte aſinino ad heminas octo, melle affuſo. Quòd ſiquidem ex his reſtituatur, ſatis eſt. Sin minùs, vbi lien magnus fuerit, & maximè intumuerit, capitibus apprehenſis, fungis inurito, aut ferramẽtis, multa cautione & obſeruatione adhibita, ne vlteriùs peruras. Hoc per morbi exordia facito, iſtamq; victus rationẽ exhibeto. Si febris non detineat, pane quidem vtatur triticeo toſto, aut ex duro tritico, ſecundo ignem experto. Pro opſonio ſalſamentum Gaditanum, aut ſaperdam habeat, & carnem ouillam tritam, acida & ſalſa omnia comedat, vinumq; auſterũ Coum quàm nigerrimum bibat, dulcibus verò abſtineat. Quòd ſi exurgat validuſq; ſit, ſummis humeris luctetur, & multos ambitus in die laborando cõficiat, ac ea quæ dicta ſunt in cibo ſumat. Quòd ſi aqua intercus fuit, per eadem & iiſdem quibus etiam priores curato. Ex his verò aqua intercus oritur, ſi quis per æſtatis tempus ex longo viæ itinere in aquam pluuiam & ſtatariam inciderit, eamq; auidè copioſam biberit. Si igitur carnes aquam combibant & in ſe contineant, nuſquam autem ſecedat, hæc contingunt. Siquidem in carne fuerit, ardorem ventri & corpori exhibet, proindeq; pingue quod in ventre eſt colliqueſit. Hic quoad iter fecerit, nihil mali habere videtur, cùm autem ab itinere ceſſarit, ſolq; occiderit, confeſtim multum laborem exhibet, progreſſo verò morbo admodum extenuatur, ſiq; etiam cibi faſtidium contingat, multò magis extenuatur. Quòd ſi cibos quidem edere poſſit, exerceri autem nequeat, magis etiam læditur, horum plæriſque laxus tumor etiam toto corpore excitatur. Et extenuato quidem color liuidus exiſtit, & venter magnus, ſitis vehemens detinet, eiuſq; viſcera præ calore exiccantur. Temporis verò progreſſu ad èdendum quidem promptus exiſtit, & quicquid quis exhibuerit comedit, & bibit, nihilque dolet. Quòd ſi tumor laxus detineat, ei color pallidus exiſtit, venæque nigræ crebræ per corpus diſtenduntur, ex re quauis iraſcitur & triſtitia afficitur, quamuis noui nihil contingat, venter nimio humore perhumeſcit, intumeſcit, ac pellucet velut laterna, procedentéque tempore cibos repudiat, ſed videntur cucumeris agreſtis odorem præ ſe ferre præ faſtidio. Huic cùm ſic habuerit, cneorum, aut hippophais ſuccũ, aut granum cnidium exhibeto. Hæc verò medicamenta ſic exhibere oportet. Cneorum quidem ſexto die, hippophaes verò ſuccum, octauo, & granum cnidium decimo. Eaq; dare oportet quoad expurgetur & exinanitus ſit. Intermediis verò diebus eadem quæ prior in cibo ſumat. Potiſſimùm verò eius aquæ ex qua in morbum incidit quàm plurimum propinato, vti eius ventrem commoueat, & multum demittat. Sic enim præcipuè ſanum reddes. Quòd ſi tibi viſum fuerit, crebrò aluum infuſo ſubluito, ex cneoro trito ad dimidiã heminam, mellis tertia heminæ parte admixta, & betæ ſucco ad quartã heminæ partẽ diluto, deinde ſic infuſo ſubluito. Et lactis aſinini cocti poſtero die

τέων ἢν χρονίσῃ τὸ νόσημα, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἧσσον πονέει. ὁκόταν δὲ ὀπώρη ᾖ καὶ φάγῃ ταύτην, ἀντὶ τοῦ πρόσθεν μᾶλλον πονέει. τοῦτον ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, κατ' ἀρχὰς μελεταῖν, ἄνω μὲν ἐλλέβορον δοῦναι. κάτω δὲ κνέωρον, ἢ ἱπποφαέος ὀπὸν, ἢ κνίδιον κόκκον. καὶ γάλα ὄνειον, ὀκτὼ κοτύλας μέλι παραχέων. κἢν μὲν ἀπὸ τούτων καθίσταται, ἀρκεῖ. ἢν δὲ μὴ, ὁκόταν μέγιστος ᾖ ὁ σπλὴν καὶ οἰδέῃ μάλιστα, καῦσαι μύκησι τὰς κεφαλὰς ἀπολαβὼν, ἢ σιδηρίοισι μετὰ φυλακῆς πολλῆς, καὶ τηρήσιος, ὅκως μὴ πέρην διακαύσῃς. ταῦτα δὲ κατ' ἀρχὰς ποιέειν τοῦ νοσήματος, καὶ τήνδε τὴν δίαιταν προσφερέσθω, πυρετοῦ μὴ ἔχοντος. [75] ἄρτῳ μὲν χρείσθω πυρίνῳ ἰπνίτῃ, [76] ἢ τῶν σκληρῶν πυρῶν, διπυρίτῃ. ὄψον δὲ ἐχέτω, [77] τάριχος γαδειρικὸν, ἢ σαπέρδην. καὶ κρέας τετμημένον οἰός. καὶ τὰ ὀξέα καὶ τὰ ἁλμυρὰ πάντα ἐσθιέτω. καὶ πινέτω οἶνον αὐστηρὸν Κῷον ὡς μελάντατον. τῶν δὲ γλυκέων ἀπεχέσθω. ἢν δὲ ἐξανίστηται καὶ δύνηται, παλαιέτω ἐπ' ἄκρων τῶν ὤμων. καὶ ταλαιπωρείτω [78] περιόδοισι πολλοῖσι δι' ἡμέρης. καὶ σιτεέσθω ἃ προείρηται. Ην δὲ ὕδερος ἐπιγένηται, ἰῆσθαι κατὰ ταὐτὰ καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν, οἷς καὶ τὸν πρόσθεν. ὁ δὲ ὕδερος ἀπὸ τῶνδε γίνεται. θέρεος ὥρῃ, ἢν ὁδοιπορέων ὁδὸν μακρὴν, ἐπιτύχῃ ὀμβρίῳ ὕδατι καὶ στασίμῳ, καὶ πίῃ αὐτοῦ ἐπισπάδην, πολλόν. ἢν οὖν αἱ σάρκες ἀναπίωσι καὶ ἐνίσχωσιν ἐν ἑωυτῇσι τὸ ὕδωρ, ὑποχώρησις δὲ μὴ γίνηται μηδαμῇ, τάδε πάσχει. ἢν μὲν ἡ ἐν τῇ σαρκὶ, καῦμα παρέχει, ἔν τε τῇ κοιλίῃ καὶ ἐν τῷ σώματι. ὥστε τὸ πῖαρ τὸ ἐπὶ τῇ κοιλίῃ, τήκεται. ἕως μὲν ἂν βαδίζῃ, οὐδὲν δοκέει κακὸν ἔχειν. ὁκόταν δὲ παύσηται βαδίζων καὶ ὁ ἥλιος δύῃ, παραχρῆμα τὸν πόνον παρέχει πουλύν. προϊούσης δὲ τῆς νούσου, λεπτύνεται σφόδρα. ἢν δὲ καὶ ἀσιτίη ἐπιγένηται, πολλῷ πλέον λεπτύνεται. [79] ἢν δὲ τὰ σιτία μὲν ἐσθίῃ μὴ δύνηται ταλαιπωρέειν δὲ ἀδυνάτως ἔχῃ, καὶ ἐπὶ πλέον ἀνίεται, τοῖσι πολλοῖσι τουτέων καὶ οἴδημα καθίσταται ἐς ὅλον τὸ σῶμα. καὶ τῷ μὲν λεπτῷ ἡ χροιὴ πελιὴ γίνεται. καὶ ἡ γαστὴρ μεγάλη. καὶ δίψα ἔχει ἰσχυρή. καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτέου ξηραίνεται ὑπὸ τῆς θέρμης. τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος ἐς μὲν τὸ ἐσθίειν πρόθυμος ἐστὶ, καὶ ἐσθίει ὅ,τι ἄν τις διδῷ. καὶ πίνει καὶ ἀλγέει οὐδέν. ἢν δὲ τὸ οἴδημα κατέχῃ, ἡ χροιὴ γίνεται τουτέῳ ὠχρή. καὶ διὰ τοῦ σώματος φλέβες διατετάνυνται μέλαιναι πυκναί, θυμοῦται δὲ καὶ λυπέεται ἐπὶ παντὶ, οὐδενὸς νεωτέρου ἐόντος. [80] ἡ δὲ γαστὴρ διύδρος καὶ μεγάλη [81] ὥσπερ λαμπτήρ. καὶ τοῦ χρόνου προϊόντος, τὰ σιτία οὐ προσίεται. ἀλλὰ δοκέει αὐτὰ ὄζειν σικύου ἀγρίου ὑπὸ τῆς βδελυγμίης. τούτῳ ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, διδόναι τοῦ κνεώρου, ἢ τοῦ ἱπποφαέος τὸν ὀπὸν, ἢ τὸν κνίδιον κόκκον. τὰ δὲ φάρμακα, οὕτω διδόναι χρή· τὸ μὲν κνέωρον δι' ἕκτης ἡμέρης. τὸν δὲ τοῦ ἱπποφαέος ὀπὸν, δι' ὀγδόης. τὸν δὲ κνίδιον κόκκον, διὰ δεκάτης ἡμέρης. διδόναι δὲ ταῦτα χρὴ, ἕως ἂν ἐκκαθαρθῇ, καὶ λαπαρὸς γένηται. τὰς δὲ μεταξὺ τῶν ἡμερέων, σιτεέσθω τοῖσιν αὐτοῖσιν, οἷσι καὶ τὸ πρόσθεν. μάλιστα δὲ τοῦ ὕδατος τοῦ αὐτοῦ πίνειν διδόναι ἀφ' οὗ καὶ τὸ νούσημα ἔλαβεν, ὡς πλεῖστον, ὅκως ταράξῃ αὐτέου τὴν κοιλίην καὶ ὑποχωρήσῃ σφόδρα. οὕτως γὰρ μάλιστα ὑγιέα ποιήσεις. ἢν δέ σοι δοκέῃ, καὶ κλύζειν θαμινὰ, τοῦ κνεώρου τρίψας, ἥμισύ τε ποιήσας, μέλιτος παραμίξας τρίτον μέρος κοτύλης διεῖναι, [82] καὶ τευτλίου τέταρτον κοτύλης. ἔπειτα οὕτω κλύζειν. καὶ ὀνείου γάλακτος ἑφθοῦ τῇ ὑστεραίῃ δοῦναι,

ὀκτὼ

ὀκτὼ κοτύλας μέλι παραχέων, ἢ ἅλας παραβαλὼν, πιπίσκειν. καὶ μετὰ τὴν κάθαρσιν, τοῖσιν αὐτοῖσι χρήσθω, οἷσι καὶ ὅτε πρόσθεν. καὶ τὰς μεταξὺ τῶν ἡμερέων, σιτίοισι καὶ ποτοῖσι τοῖσιν αὐτοῖσι χρήσθω, καὶ τοῖσι περιπάτοισιν ὁμοίως. οὕτω θεραπευόμενος, ἐν τάχει τῆς νούσου ἀπαλλαγήσεται τρίμηνος ἢ ἑξάμηνος. ἐὰν δὲ ἀμελείη τις ἐγγένηται καὶ μὴ παραχρῆμα μελετηθῇ, ἐν τάχει ἀποθνήσκει. καὶ τὸν καταλεπτυνόμενον, τοῖσιν αὐτοῖσι χρῆσθαι πρὸς ἴησιν. προσυγχλιῆναι δὲ χρὴ πρότερον αὐτοῦ τὸ σῶμα πυριήσαντα, ὅκως ἂν μᾶλλον τῶν φαρμάκων ὑπακούῃ. ἀλλὰ χρὴ παραχρῆμα μελετᾶν. ἐὰν δὲ μὴ, τοῖσι πολλοῖσι ξυγγηράσκει ἡ νοῦσος. κλύζειν δὲ χρὴ καὶ τῷδε, ὁκοτέρην ἐὰν βούλῃ τῶν νούσων. οἴνου λευκοῦ δύο κοτύλας λαβὼν, καὶ μέλιτος ἡμικοτύλιον, καὶ ἐλαίου ἡμικοτύλιον. νίτρου τεταρτημόριον αἰγυπτίου ὀπτοῦ, σικύου ἀγρίου τῶν φύλλων κόψας, καὶ ἐκπιέσας τοῦ χυλοῦ κοτύλην. ταῦτα μίξας πάντα, ἐς τὴν χυτρίδα ἐγχέας, καὶ ἐπιζέσας οὕτω κλύζειν. Νοῦσος ἡπατῖτις. Ἡ δὲ νοῦσος γίνεται ἀπὸ χολῆς μελαίνης, ὁκόταν ἐπιρρυῇ ἐς τὸ ἧπαρ. προσγίνεται δὲ μάλιστα μετοπώρου, ἐν τῇσι μεταβολῇσι τοῦ ἐνιαυτοῦ. τάδε οὖν πάσχει. ἐς τὸ ἧπαρ ὀδύνη ὀξείη ἐμπίπτει αὐτῷ, καὶ ὑπὸ τὰς νόθας πλευρὰς, καὶ ἐς τὸν ὦμον, καὶ ἐς τὴν κληῖδα, καὶ ὑπὸ τὸν τιτθόν. καὶ πνῖξ ἔχει ἰσχυρή. καὶ ἐνίοτε ἀπεμέει πελιδνὴν χολήν. καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς τὰς πρώτας ἡμέρας βληχρὸς ἔχει. καὶ ψαυόμενος, ἀλγέει τὸ ἧπαρ. καὶ ἡ χροιὴ ὑποπέλιδνος αὐτέου. καὶ τὰ σιτία ἃ πρόσθεν ἐβεβρώκει, πνίγει αὐτόν. καὶ προσαποπλέοντα, καίει καὶ στρέφει τὴν κοιλίην. ταῦτα μὲν πάσχει κατ' ἀρχάς. τῆς δὲ νούσου προϊούσης, οἵ τε πυρετοὶ ἀφιᾶσι, καὶ ἀπ' ὀλίγων σιτίων πίμπλαται. ἐν δὲ τῷ ἥπατι, ἡ ὀδύνη μούνη λείπεται. καὶ αὕτη ποτὲ μὲν ἰσχυρὴ, ποτὲ δὲ ἧσσον διαπαύουσα. ἐνίοτε δὲ ὀξείη λαμβάνει. καὶ πολλάκις ἐξαπίνης ἀφῆκε τὴν ψυχήν. τούτῳ ξυμφέρει ὁκόταν μὲν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, τά τε ἄλλα καὶ μὴν καὶ τὰ χλιάσματα τὰ προσγινόμενα ταῦτα, ἃ καὶ τῇ πλευρίτιδι. ὁκόταν δὲ ἀνῇ ὁ πόνος, λούειν αὐτὸν πολλῷ θερμῷ. μελίκρητόν τε διδόναι πίνειν καὶ οἶνον λευκὸν γλυκὺν ἢ αὐστηρὸν, ὁκότερον ἂν ξυμφέρῃ. καὶ ῥοφήματα ταῦτα, ἃ καὶ τῷ ὑπὸ πλευρίτιδος ἐχομένῳ. ὑπὸ δὲ τῆς ὀδύνης τάδε χρὴ διδόναι πίνειν. ὄρνιθος ᾠοῦ ἑφθοῦ τὸ ὑγρὸν τρίψας, παραχέας τοῦ στρύχνου χυλοῦ ἡμικοτύλιον, καὶ μελίκρητον ἐν ὕδατι πεποιημένον, ἥμισυ ἡμικοτυλίου, ταῦτα δεύσας, διδόναι πίνειν, καὶ παύσει τὴν ὀδύνην. διδόναι δὲ καὶ ἑκάστης ἡμέρης, ἕως ἂν ἡ ὀδύνη παύσηται. πινέτω δὲ καὶ σιλφίου ὀπὸν, ὅσον ὄροβον. καὶ ὀρίγανον τρίβων, διεὶς οἴνῳ λευκῷ. καὶ οὕτως πινέτω νῆστις. ἐπιπινέτω δὲ, καὶ τὰ ἐν τῇ πλευρίτιδι διδόμενα φάρμακα, εἵνεκα τῆς ὀδύνης. πινέτω δὲ καὶ γάλα αἰγὸς, τρίτον μέρος μέλιτος παραμίσγων. τοῦ δὲ γάλακτος ἔστω ὡς τέσσαρες κοτύλαι. τοῦτο ἕωθεν πινέτω ὁκόταν τ' ἄλλα μὴ πίνῃ. σιτίων δὲ ἀπεχέσθω, ἕως ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος. κρίνεται δὲ μάλιστα ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι. τότε γὰρ δηλοῦται, εἴτε θανάσιμος, ἢ οὔ. ἐὰν δὲ καὶ πνῖγμα προσγίνηται, τάδε χρὴ διδόναι, ὅκως ἂν ἀπεμέσῃ. μέλι. καὶ ὕδωρ. ὄξος. ἅλας. ταῦτα μίξας ἐγχέαι ἐς χυτρίδιον καινόν. εἶτα χλιήνας καὶ παρακλίνων ὀριγάνου κλωνίοισι τοῦ κεφαλοειδέος ξὺν τῷ καρπῷ. ὁκόταν δὲ χλιανθῇ, ἐκπιέσας διδόναι χλιαρόν. εἶτα περιβαλὼν ἱμάτια ἐᾶν, περιστείλας ἕως ἂν ἱδρώσῃ μάλιστα. καὶ ὁκόταν ἔμετος αὐτὸν ἔχῃ, ἐμέτω προθύμως, καταματτόμενος πτερῷ. ἐὰν δὲ μὴ δύνηται ἐμέσαι,

affuſo melle octo heminas exhibeto, aut addito ſale propinato. Poſt purgationem iiſdem quibus etiam prius vtatur, & interpoſitis diebus, cibis & potionibus iiſdem vtatur, eodemq́; modo deambulationibus. Sic curatus breui hoc morbo liberabitur intrà tertium aut ſextum menſem. Quòd ſi negligentia aliqua adfuerit, neq; confeſtim curatus fuerit, citò moritur. Extenuatus quoq; iiſdem ad curationem vti debet. Priùs autem eius corpus fomentis adhibitis præhumectare oportet, medicamentis vt magis obaudiat. Verùm confeſtim curatio adhibenda, alioqui plærisq; morbus ad ſenectutem deducitur. Quem verò voles ex his morbis eiuſmodi infuſo ſubluere oportet. Ad heminas duas vini albi, & mellis heminã dimidiam, olei heminam dimidiam, adde nitri Ægyptij torrefacti quadrantem, & ſucci foliorum cucumeris agreſtis tuſorum & expreſſorum heminam. His omnibus mixtis, in ollulam quandam infuſis & feruefactis, ſic per infuſum ſubluito. Morbus hepaticus. Hic morbus oritur ex atra bile, cùm ad hepar cõfluxerit. Ingruit autem potiſſimùm autumno, in anni mutationibus. Hoc igitur modo afficitur æger. Dolor ei grauis ad hepar irruit, & ad poſtremas coſtas, ad humerum, ad iugulum, & ad mammam vehemensq́; ſtrangulatus detinet. Interdum etiam bilem liuidam vomitione reiicit, rigor & leuis febris primis diebus tenet, ad contactum hepar dolet, illius color eſt ſubliuidus, cumq́; cibi quos antea comedit ſtrangulant, & in ventrem irruentes incendunt & tormina excitant. Hæc quidem per exordia patitur. At procedente morbo tum febres dimittunt, tum à paucis cibis impletur. In hepate verò ſolus dolor remanet: iſque interdum quidem vehemens, interdum etiam minor quieſcit. Quandoque verò morbus inuadit, frequenterq́; de repente æger animam efflauit. Huic conferunt cùm dolor detinet, tum alia, tum ea etiam tepefactoria quæ in lateris dolore adhibentur. Vbi dolor remiſerit, multa calida loto, aquam mulſam & vinũ album dulce, aut auſterum, quodcunque conducere videbitur, propinato, eaſdemq́; ſorbitiones quas lateris dolore correpto. Ad dolorem autem hæc potui exhibenda. Oui gallinacei decocti liquorem tritum tum ſucci ſolani heminæ dimidium melle affuſo, tum aquæ mulſæ ſemiheminæ dimidium, hæc aqua commixta & ſubacta potui exhibeto, & dolorem ſedabunt. Quotidie autẽ exhibenda quoad ſedatus fuerit dolor. Laſeris etiam ſuccum orobi quantitate, & origanum tritum vino albo dilutum, eodem modo ieiunus bibat. Medicamenta verò etiam quæ in lateris morbo ad dolorem exhibentur, inſuper bibat. Lac quoq; caprinum ad quatuor heminas, tertia mellis parte admixta bibat. Hoc mane bibat, cùm alia non biberit. Cibis abſtineat quoad morbus iudicatus fuerit, quod ferè intra dies ſeptem contingit. In his enim lethalis ſit nec ne manifeſtè deprehenditur. Quòd ſi etiam ſtrangulatus vrgeat, hæc vti reuomat exhibere oportet. mel, aquam, acetum & ſales. Hæc permixta in ollulam nouam affuſa, poſtea tepefacta, & origani capitati ramulis cum ſemine agitata, tepida ebibẽda dato. Deinde veſtibus obuolutum donec maximè exudet ſinito, cumq́; vomitus prehẽderit leui ex pẽna attrectatione alacriter vomat. At ſi vomere nequeat,

aquæ mulſæ tepidæ duarum heminarũ poculo inſuper epoto, ad hunc modum vomat. Et ſi bilem aliquã aut pituitã vomitione reiecerit, rurſus idem poſt horas quatuor faciendum, poſuerit nanq́. Poſt morbi autem iudicationem, paucis cibis puris exhibitis curato. Et ſi quidẽ panem edere conſueuerit, panẽ calidum & quàm maximè purum edat. Si verò mazam, eam quę non trita eſt comedat, antea tamen ſubactã. Pro opſonio carnes catelli coctas habeat, aut columbi, aut pulli gallinacei, iiſq́; omnibus elixis vtatur. Piſcibus verò, galæo, torpedine, paſtinaca, & paruulis batidibus coctis. Lauet ſingulis diebus, frigus vitet & parũ obambulet, quoad in tuto ſit. Quę ſanè ſi obſeruentur, verendum non eſt, vt rurſus morbus reuertatur. Huiuſmodi enim morbus difficilis eſt & diuturnus. Alius hepatic⁹ morbus, in quo dolores quidẽ eodẽ modo ad hepar vrgent, & color à priore differt, cùm malicoriũ referat. Cõtingit autẽ repente æſtatis tempore. Oritur verò ex carnis bubulæ eſu, & nimio vini potu. Hæc enim omnia iſto anni tempore iecori ſunt infenſiſſima, & bilẽ maximè ad hepar propellũt. Sic igitur afficitur, dolores acuti ingruunt, neq́; hora vlla deſerunt, ſed ſemper magis vrgent. Interdũ etiã bilẽ pallidã vomit, & vbi vomuerit meliuſculè habere videtur. Quòd ſi vomitione non reiecerit, bilis ad oculos decumbit, & admodũ pallidi fiũt, pedeſq́; intumeſcunt. Atq́; hæc interdũ quidem valde, interdũ verò minùs affligunt. Vbi autẽ dies præterierint, quibus morbus decernit, ſi nihil deliquerit, dolor minùs detinet, eandem quàm priùs victus rationẽ inſtituere oportet. Nam ſi intempeſtiuè inebriatus fuerit, aut rebus venereis vſus fuerit, quidve aliud minimè cõmodum fecerit, cõfeſtim ei hepar durum euadit, intumeſcit, & ex dolore pulſat. Ac ſi qua in re feſtinarit, de repente hepar totumq́; corpus dolet. Huic cũ ſic habuerit, primiq́; dies præterierint, fomentũ admoueto, deinde ſcammonio, aliquantulum purgato. Quòd ſi venter incenſus fuerit, alui infuſũ quod probè ducat, ex iiſdẽ quæ priùs exhibeto. Poſt alui infuſum, lacte aſinino cocto aliquantulũ purgato, eiuſq́; heminas octo melle affuſo propinato. Lactis etiã caprini poculũ quatuor heminarũ menſura aquæ mulſæ triente commixto, manè exhibeto. Lactis quoque caprini cocti heminas duas dato, aquæ mulſæ tertia parte ammixta, aut ſolo melle affuſo. Lac etiam equinum eodẽ quo aſininũ modo exhibeto. Quòd ſi hac curatione morbus ceſſerit, ſatis eſt. Sin minùs, internam dextri cubiti venam ſecato, & ſanguinẽ emittito. Si verò lacte aſinino tibi purgandus non videatur, lactis bubuli crudi heminas duas, tertia mellis parte admixta, ſingulis diebus ad dies decẽ exhibeto, deinde aliis duodecim diebus aquæ mulſæ ſextante affuſo, potui exhibeto. De cætero verò, lac ipſum ad duas heminas, donec pinguior euadat, exhibendum. At ſi ne ſic quidẽ ſedetur, cùm hepar plurimum intumuerit, maximeq́; prominuerit inurere oportet. Per buxeos autem fuſos oleo feruenti intinctos vſtionem facito, eoſque donec rectè habuerit, vſtióque perfecta fuerit, admoueto. Aut per fungos octo cruſtas inurito. Si enim vſtio ſucceſſerit ſanũ reddes, ac deinceps faciliùs deget. At ſi vſtio minimè ſucceſſerit, de cætero niſi per alia remedia cõualeſcat, conſumptus perit. Morbus alius hepaticus in quo cætera quidem multitudine eadem quæ prioribus contingunt, color verò nigricat. Bilis quæ eſt in hepate, pituita & ſanguine referta, velut ratione colligimus, diſrumpitur,

ἐπιπιὼν μελικρήτου χλιαροῦ κύλικα δικότυλον, οὕτως ἐμεέτω. καὶ ἢν τι ἀπεμέσῃ χολῆς ἢ φλέγματος, αὖθις τὸ αὐτὸ χρὴ ποιέειν, ἐπὶ τέσσαρας ὥρας ἐφεξῆς ὁδ γάρ. μετὰ δὲ τὴν κρίσιν, μεθ' ἑτέρων, σιτία ὀλίγα διδοὺς καθαρά. κἢν μὲν ἄρτον φιλέῃ ἐσθίειν, ἄρτον θερμὸν ὡς μάλιστα καθαρὸν ἐσθιέτω. ἢν δὲ μᾶζαν, ἄπτιστον ἐσθιέτω, προτεραίῃ προφυρήσας. ὄψον δὲ ἐχέτω κρέα σκυλακίου ἑφθὰ, ἢ περιστερᾶς, ἢ ἀλεκτορίδος νεοσσοῦ, ἑφθοῖσι πᾶσι, ἰχθύων δὲ, γαλαίῳ, νάρκῃ, τρυγόνι, καὶ βατίσι τῇσι μικρῇσι, πᾶσιν ἑφθοῖσι. λουέσθω δὲ καὶ ἡμέρης ἑκάστης, καὶ τὸ ψῦχος φυλασσέσθω, καὶ περιπατεέτω ὀλίγα, τέως ἂν ἀσφαλείη. ταῦτα δὲ ἢν φυλάσσηται, οὐκ ὑποστρέψαι τὴν νοῦσον δέος πάλιν. καὶ γὰρ ἡ τοιαύτη νοῦσος, χαλεπή ἐστι καὶ χρονίη. Ἄλλη ἡπατῖτις. αἱ μὲν ὀδύναι πιέζουσι κατὰ ταὐτὰ ἐς τὸ ἧπαρ. καὶ ἡ χροιὴ διαφέρει τοῦ πρόσθεν. σιδιοειδὴς γάρ ἐστιν. ἐν δὲ τῷ καιρῷ τοῦ θέρεος μάλιστα ἐμπίπτει. γίνεται δὲ ἀπὸ κρεοφαγίης βοείων κρεῶν, καὶ ἐξ οἰνοφλυγίης. ταῦτα γὰρ πάντα τῇ τοιαύτῃ τοῦ ἔτεος ὥρῃ, πολεμιώτατά ἐστι τῷ ἥπατι. καὶ χολὴν μάλιστα προσιστᾶσι πρὸς τὸ ἧπαρ. τάδε οὖν πάσχει. ὀδύναι ὀξεῖαι ἐπιπίπτουσι, καὶ οὐκ ἐκλείπουσιν οὐδὲ μίαν ὥρην, ἀλλ' αἰεὶ μᾶλλον πιέζουσιν. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐμέει χολὴν ὠχρήν. καὶ ὁκόταν ἐμέσῃ, ἐπ' ὀλίγον δοκέει ῥᾴων εἶναι. ἢν δὲ μὴ ἀπεμέσῃ, ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡ χολὴ καθίσταται, καὶ ὠχροὶ γίνονται σφόδρα, καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι. ταῦτα πάσχει, ποτὲ μὲν, σφόδρα ποτὲ δὲ ἧσσον, ὁκόταν δὲ αἱ ἡμέραι παρέλθωσιν ἐν ᾗσι κρίνεται τὸ νόσημα, ὅτε πόνος ἐλαφροτέρως ἔχῃ, ἢν ἀναμάρτητος ᾖ, διαιτεῖσθαι χρὴ τῇ αὐτῇ διαίτῃ, ᾗ καὶ πρόσθεν. ἢν γὰρ μεθυσθῇ παρὰ καιρὸν, ἢ λαγνεύσῃ, ἢ ἄλλο τι ποιήσῃ μὴ ἐπιτήδειον, τὸ ἧπαρ παραχρῆμα γίνεται σκληρὸν αὐτίκα, καὶ οἰδέει, καὶ σφύζει ὑπὸ τῆς ὀδύνης. καὶ ἤν τι σπεύσῃ, ποιέει ἐξαπίνης τὸ ἧπαρ καὶ τὸ σῶμα ἅπαν. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ καὶ αἱ πρῶται ἡμέραι παρέλθωσι, πυριήσας, εἶτα ὑποκαθῆραι τῷ σκαμμωνίῳ. ἢν δὲ ἡ κοιλίη ξυγκεκαυμένη ᾖ, κλύσαι ἐν τοῖσιν αὐτοῖσιν, οἷσι καὶ τοὺς πρόσθεν, ὅ τι ἄξει καλῶς. καὶ μετὰ τὸν κλυσμὸν, ὀνείῳ γάλακτι ἑφθῷ ὑποκαθῆραι, ὀκτὼ κοτύλῃσι μέλι δὲ παραχέων, διδόναι πίνειν. διδόναι δὲ καὶ τὸ αἴγειον γάλα, τρίτον μέρος μελικρήτου παραμίσγων τὸ ἑωθινὸν, τετρακότυλον κύλικα. διδόναι δὲ καὶ ἑφθοῦ τοῦ αἰγείου δύο κοτύλας, τρίτον μελικρήτου παραμίσγων, ἢ αὐτὸ μόνον μέλι παραχέων. διδόναι δὲ καὶ τὸ ἵππειον γάλα τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ ὀνείῳ. κἢν μὲν ὑπὸ τούτων μεταστρέφηται ἡ νοῦσος ὀξέως, ἀρκεῖ. ἢν δὲ μὴ, τάμνειν τοῦ δεξιοῦ ἀγκῶνος τὴν ἔσω φλέβα, καὶ ἀφιέναι τοῦ αἵματος. ἢν δέ σοι μὴ δοκέῃ, ὀνείῳ γάλακτι ὑποκαθῆραι, ἢ βοείῳ. καὶ γάλακτος ὠμοῦ διδόναι δύο κοτύλας, τρίτον μελικρήτου παραμίσγων ἑκάστης ἡμέρης, ἐπὶ ἡμέρας δέκα. εἶτα ἄλλας δώδεκα, ἕκτον μέρος τοῦ μελικρήτου παραχέων, πίνειν διδόναι. τὸ δὲ γάλα αὐτὸ τὸ λοιπὸν διδόναι ἕως ἂν ἀναπαυθῇ, δύο κοτύλας. ἢν δὲ μηδὲ οὕτω παύηται, καῦσαι χρὴ, ὁκόταν μέγιστον τὸ ἧπαρ γένηται, καὶ ἐξεστήκῃ μάλιστα. καίειν δὲ ἐν πυξίνοισιν ἀτράκτοισι, βάπτων ἐς ἔλαιον ζέον. προσιστάναι δὲ, ἕως ἄν σοι δοκέῃ καλῶς ἔχειν, καὶ κεκαῦσθαι. ἢ μύκησιν ὀκτὼ ἐσχάρας καῦσαι. ἢν γὰρ τύχῃς καύσας, ὑγιέα ποιήσεις, καὶ τὸν λοιπὸν χρόνον ῥᾷον διάξει. ἢν δὲ μὴ τύχῃ καυθεὶς, ὑπὸ τῶν ἄλλων λοιπῶν ὑγιὴς μὴ γινόμενος, φθειρόμενος ἀποθνήσκει. Ἡπατῖτις ἄλλη. Τὰ μὲν ἄλλα, πλῆθος ταὐτὰ πάσχει τῇσι προτέρῃσιν. ἡ δὲ χροιὴ μέλαινα. τῆς δὲ ἥπατος ἡ χολὴ, φλέγματος καὶ αἵματος πλησθεῖσα, ὡς λογιζόμεθα, διαρρήγνυται.

τοῦ

καὶ ὁκόταν διαῤῥαγῇ, τάχιστα μαίνεται. καὶ ἀγανακτεῖ, καὶ διαλέγεται ἀσυνέτως, καὶ ὑλακτεῖ ὡς κύων. καὶ οἱ ὄνυχες φοινίκεοι εἰσὶ, καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν οὐ δύναται ὁρᾷν. καὶ τρίχες αἱ ἐν τῇ κεφαλῇ, ὀρθαὶ ἵστανται. καὶ πυρετὸς ὀξὺς ἐπιλαμβάνει. τούτῳ χρὴ προσφέρειν τὰ αὐτὰ, ἃ καὶ τοῖσι πρόσθεν. οἱ δὲ πολλοὶ, ἀποθνήσκουσιν ἐν τῇσιν ἕνδεκα ἡμέρῃσι. παῦροι δὲ διαφυγγάνουσιν. Σπληνὸς νοῦσος πρώτη. γίνεται δὲ ἡ τοιαύτη νοῦσος, διὰ θερμασίην τοῦ ἡλίου χολῆς κινηθείσης, ὁκόταν ἑλκύσῃ ἐφ' ἑωυτὸν χολὴν ὁ σπλήν. τάδε οὖν πάσχει. πυρετὸς ὀξὺς ἐπιγίνεται κατ' ἀρχάς. προϊούσης δὲ τῆς νούσου ἀφίησι, πλὴν κατ' αὐτὸν τὸν σπλῆνα. ταύτῃ δὲ αἰεὶ θέρμην ἔχει, καὶ ὀδύνη ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐμπίπτει ὀξείη, καὶ ἐς τὴν λαπάρην, καὶ ἐς τὴν κοιλίην. τὰ δὲ σιτία κατ' ἀρχὰς, προσίεται μὲν, διαχωρεῖ δὲ οὐ μάλα. προϊούσης δὲ τῆς νούσου, ἥ τε χροιὴ ὠχρὴ γίνεται, καὶ ὀδύνη ἰσχυρὴ ἐμπίπτει, καὶ αἱ κληΐδες λεπτύνονται. καὶ τὰ σιτία οὐχ ὁμοίως προσίεται, ὥσπερ κατ' ἀρχάς. καὶ ἀπὸ ὀλίγου πίμπλαται, ὁ δὲ σπλὴν ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε μέγας τῆς αὐτῆς ἡμέρης, καὶ ἄλλοτε ἐλάσσων γίνεται. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, πίσαι ἐλλέβορον κάτω, ὑποκαθῆραι τε τῷ κνιδίῳ κόκκῳ. ἐς δὲ τὴν ἑσπέρην δὲ μετὰ τὴν κάθαρσιν, φακῆς δοῦναι τρύβλιον ῥοφέειν ὀξυτέρης, καὶ τευτλίων τρύβλιον λιπαρῶν, ἄλφιτα ἐπιπάσας. τῇ δ' ὑστεραίῃ καὶ τῇ τρίτῃ, ἄρτον μικρὸν διδόναι. ὄψῳ δὲ φακῇ χρέεσθαι, καὶ ὑὸς κρέας ἐν τῇ φακῇ ἑφθὸν τετριμμένον. οἶνον δὲ πινέτω αὐστηρὸν, μέλανα, ἀκρητέστερον κατ' ὀλίγον. καὶ ἡσυχίην ἐχέτω ταύτας τὰς ἡμέρας, πλὴν ἔνδον ὀλίγα περιπατείτω ἐν τῇ σκιῇ. τὸν δὲ λοιπὸν χρόνον τάδε χρὴ προσφέρεσθαι. σιτίον μὲν ἄρτον αὐτόπυριτην. ὄψον δὲ ἐχέτω, κρέας κυνὸς μέζονος, ἢ αἰγὸς, ἢ οἰὸς τετριμμένον. καὶ τάριχος γαδειρικὸν, ἢ σαπέρδην. καὶ τὰ ὀξέα καὶ τὰ ἁλμυρὰ πάντα προσφερέσθω, καὶ τὰ στρυφνά. πινέτω δὲ οἶνον κῷον ὑπόστρυφνον ὡς μελάντατον. τῶν δὲ γλυκέων καὶ λιπαρῶν ἀπεχέσθω, καὶ κνισωδέων. καὶ σίλφιον μὴ προσφερέσθω, μηδὲ σκόροδα, μηδὲ κρέας χοίρεον, μηδὲ κεστρέα, μηδὲ νέαρον, μηδὲ τάριχος, μήτε ἔγχελυν, μήτε λάχανον, μηδὲ ἑφθὸν ἄνευ ὄξεος. τρωξίμοισι δὲ ῥαφανῖδι χρέεσθαι, καὶ σελίνῳ, ἐς ὄξος βάπτων, καὶ οἴνῳ ἄλφιτα φυρῶν, ἐσθιέτω. καὶ τοῦ οἴνου ῥοφεέτω ἀκρητέστερον· ἢν δὲ βούληται, καὶ τὸν ἄρτον ἐς τὸν οἶνον ἐνθρυπτόμενος, ἐσθιέτω θερμόν, διδόναι δὲ καὶ ἰχθύων, σκορπίον, δράκοντα, κόκκυγα, κωβιὸν, καλλιώνυμον, τούτους ἑφθοὺς καὶ ψυχροὺς διδόναι. διδόναι δὲ καὶ ἃ μάλιστα τὸν σπλῆνα λεπτύνει ἑκάστης ἡμέρης, ἀσφοδέλου τὸν καρπὸν, ἢ ἰξοῦ τὰ φύλλα, ἢ αἰγὸς κέρας, ἢ ἄγνου καρπὸν, ἢ πήγανον, ἢ ἡδυόσμου ῥίζην. τούτων τρίβων ὅ, τι ἂν βούλῃ, διδόναι ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ, νήστει. ἢν δὲ δυνατὸς ᾖ, ἀναγκάζειν αὐτὸν πρίειν ξύλα τριήκοντα ἡμέρας. καὶ ἀπ' ἄκρων τῶν ὤμων παλαιέτω, καὶ περιπατείτω δι' ἡμέρης, καὶ ὀψίως καθευδέτω, πρωΐως δὲ ἐγειρέσθω, καὶ σιτίοισι χρέεσθω ἃ προείρηται. ἢν δὲ μὴ ἀπὸ τούτων ῥηΐσῃ, καῦσαι τὸν σπλῆνα μύκησι, δέκα ἐσχάρας μεγάλας, ὁκόταν μέγιστος ᾖ ὁ σπλὴν καὶ ἐξηρμένος μάλιστα. ἢν γὰρ τύχῃς καύσας ὡς δεῖ, ὑγιέα ποιήσεις, πλὴν οὐκ ἐν τάχει. ἡ δὲ νοῦσος δέεται θεραπείης. χαλεπὴ γὰρ καὶ χρονίη, ἢν μὴ παραχρῆμα μελετηθῇ. Ἄλλη νοῦσος σπληνός. γίνεται μὲν ἀπὸ τῶν αὐτῶν, ἀφ' ὧν καὶ ἡ πρόσθεν, πάσχει δὲ ὑπὸ τούτου τοῦ νοσήματος, τάδε. ἡ γαστὴρ φυσᾶται. μετὰ δὲ καὶ ὁ σπλὴν οἰδέει, καὶ σκληρός ἐστι, καὶ ὀδύναι ὀξέαι ἐμπίπτουσιν ἐς τὸν σπλῆνα. ἡ δὲ χροιὴ, τρέπεται, καὶ ὁρᾶται μέλας, ὕπωχρος, σιδηρώδης, καὶ ἐκ τῶν ὤτων κακὸν ὄζει.

cumq; diſrupta fuerit, citiſſimè ad inſaniam deducitur, indignatur, & imprudenter loquitur, more canis latrat, vngues puniceo ſunt colore, oculis cernere nō poteſt. pili capitis erecti manent, & febris acuta inuadit. Huic eadem quę prioribus admouere oportet pleriq; verò intra vndecim dies moriuntur, paucique euadunt. Lienis morbus primus. Gignitur autem eiuſmodi morbus, ob bilem ſolis calore commotam, cùm eam ad ſe lien traxerit. Hunc igitur in modū affligitur. Febris acuta per initia ſuccedit, progreſſo verò morbo dimittit, niſi quod lienem ipſum ſemper calor occupat, dolorq; acutus ſubinde in lateris mollitudinē ad ventrem incidit. Cibos autē per exordia expetit quidem, non autem admodum demittit. Procedente verò morbo, color pallidus euadit, dolor vehemens ingruit, & iugula extenuantur, neq; cibum velut per initia facilè admittit, & pauco impletur. Lien ſubinde eodem die magnus, & interdum minor euadit. Cùm ſic habuerit, huic veratrum deorſum purgans propinato, tum grano cnidio ſubter purgato. Poſt purgationem autem veſperi lenticulæ acidioris acetabulum ſorbendum exhibeto, & betarum pinguium acetabulum, polenta inſperſa. Poſtero verò & tertio die, paruū panem exhibeto, pro opſonio, lenticula vtatur, & carne ſuilla trita cum lenticula cocta. Vinum auſterum, nigrum, meracius paulatim bibat, & per hoſce dies quietē agat, niſi quòd intus in vmbra paulùm obambulet. Reliquo verò tempore hæc exhibere oportet, in cibo quidem panem ex furfure à pura farina nō ſeparato. Pro opſonio carnem canis maiuſculi, aut capræ, aut ouiculæ tritā habeat, & ſalſamentum Gaditanum, aut ſaperdam, acidaq; & ſalſa omnia, acerbaq; exhibeantur. Vinum Coum, ſubadſtringens quàm nigerrimum bibat, dulcibus, pinguibus, & nidoroſis abſtineat. Laſer minimè exhibeatur, neq; allium, neq; caro porcina, neq; mugil, neq; recens, neq; ſale conditus, neq; anguilla, neque olus vllum coctum ſine aceto. Ex his quæ cruda eduntur, radicula & apio aceto intinctis vtatur, polentam edat vino ſubactam, & vinum meracū ſorbeat. Quòd ſi lubeat, panem etiam in vino comminutum, calidum comedat. Ex piſcibus verò ſcorpium, draconē, cuculum, gobium, callionymum, eoſq; coctos & frigidos exhibeto. Danda etiā ſingulis diebus quæ lienem extenuare valent, aſphodeli ſemen, viſci folia, aut fœnum græcum, aut viticis ſemen, aut rutam, aut menthæ radicem. Ex quibus quod voles tritū ex vino auſtero ieiuno exhibeto. Quòd ſi validus fuerit, triginta diebus, vt ligna ſecet cogito. Summis humeris lucta ſe exerceat, interdiu obambulet, veſperi dormiat, mane verò ſurgat, & quæ dicta ſunt in cibo ſumat. At ſi ne his quidē meliuſculè habeat, lienē per fungos, cū maximè tumidus & ſublatus fuerit, decē cruſtis inurito. Si enim, vt conuenit, vſtio ſucceſſerit, ſanū reddes, nō tamē breui. Hic autē morbus curatione indiget, grauis enim eſt & diuturnus, niſi cōfeſtim curatio adhibita fuerit. Alius lienis morbus ab iiſdē quidem ex quibus & prior oritur, eoque modo hoc morbo afficitur. Venter inflatur, poſtea verò lien intumeſcit, durus eſt eiq; dolores acuti contingunt. Color autem immutatur, & niger cernitur, pallidus & qui malicorium forma referat, ex aure & gingiuis

grauis odor exhalat, eæque à dentibus diſceſſionem faciunt, & in tibiis vlcera qualia puſtulæ nocturnæ erumpunt, membra extenuantur, neq; ſtercus per aluum demittitur. Hunc ita habentem iiſdem medicamétis ac eduliis, & potu, exercitationeq;, ac reliquis omnibus curato, cumq; ſtercus non demittatur, his aluum ſubluito. Mellis heminæ dimidium, & nitri Ægyptij ouilli tali quantitatem, ex betarum coctarũ decocto ad quatuor heminas terito & diluito, deinde hoc infuſo ſubluito. Quòd ſi his morbus non ſedetur, eius lienem velut in priore inurito, & ſi vſtio ſucceſſerit, ſanum reddes. Alius lienis morbus, in anno quidem, veris maximè tempore, ex ſanguine tamen oritur. Cùm enim ſanguine lien refertus fuerit, in ventré erumpit, & in lienem dolores acuti, in mammam, iugulum, humerum & ſub ſcapulam irruunt. Totius corporis color eſt plumbeus, leues cutis lacerationes in tibiis habet, ex quibus magna vlcera oriũtur. Quæ primùm per inferiora ſecedunt, cruéta ſunt & æruginoſa, venter durus obrepit, & tanquam lapis exiſtit. Hic morbus ſuperioribus magis lethalis eſt, ex eoq; pauci euadunt. Hunc ita habentem iiſdem quibus priorem curato, niſi quòd medicamentum ſurſum purgans minimè dederis. Rurſum verò cocco cnidio purgato. Poſtero die quoq; lactis equini cocti heminas octo melle affuſo exhibeto. Sin minùs, lacti bubulo aut aſinino cocto ad duos congios, mel in altero poculo miſcere, & alternatim bibere oportet. Sub veſperum poſt purgationem eadem quæ priori exhibeto, poſtq; medicamentum, ſi viſum fuerit, ſanguiné ex interiore ſiniſtri cubiti vena detrahito. Per reliquos auté dies ieiuno ſingulis diebus lactis bubuli quatuor heminas, tertia muriæ parte ammixta, exhibeto. Cibis, potibus, & reliquis aliis iiſdem quibus priorem curato. Hic, velut ſuperiores, venere & vinolentia abſtineat. Quòd ſi tibi viſum fuerit, etiam cùm craſſiſſimus & maximus lien extiterit, inurito. Et ſi opportunè vſtio ſucceſſerit, ſanũ reddes. At ſi ſub hac curatione non conualeſcat, tandem cõtabeſcens perit, cùm admodum grauis ſit hic morbus. Alius lienis morbus, qui etiá vere potiſſimũ cõtingit, cùm lien in ſe pituitam exceperit, confeſtimq; tumidus & durus extiterit, deinde rurſus ſubſidit. Et cùm quidem ſublatus fuerit, dolores acuti ingruunt, vbi verò mollis fuerit, ſine dolore eſt. Cumq; morbus inueterauerit, obſcurior eſſe videtur, & aſſurgit, celeriterq; reprimitur. Hic cũ ſic habuerit, per morbi exordia cibos aſſumere nõ poteſt, citò extenuatur, magnaq; intemperátia corpus affligitur. Morbus verò niſi cõfeſtim curatus, aut ſua ſponte ſedatus fuerit, quinq; aut ſex intermiſſis menſibus rurſus aſſurgit, per hyemé auté præcipuè intermittit. Hunc ſi per exordia in manus ſumpſeris decem cruſtis ad lienem inurito, ſtatimq; ſanũ reddes. Quòd ſi nõ vſſeris, iiſdem medicamétis, & eduliis, & potibus, ac laboribus, quibus ſuperiores curato. Sic enim celerrimè ſanũ reddideris. Huius auté color exalbidus, ſubpallidus, & ſqualidus exiſtit. Alius lienis morbus ex atra bile potiſſimùm autumno oritur. Fit autem ex multo olerum eſu quæ cruda comeduntur, & aquæ potione. Ad hunc igitur modum afficitur. Vbi morbus prehenderit, lien valdè dolet,

καὶ τὰ οὔατα κακὸν ὄζει. καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ὀδόντων ἀφίσταται. καὶ ἐκ τῶν κνημέων ἕλκεα ἐκρήγνυται, ὁκοῖά περ ἐπινυκτίδες. τὰ δὲ γυῖα λεπτύνεται. καὶ ἡ κόπρος οὐχ ὑποχωρεῖ. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, μελετᾷν τοῖσιν αὐτοῖσι φαρμάκοισι καὶ ἐδέσμασι, καὶ ποτοῖσι, καὶ ταλαιπωρίῃσι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι πᾶσι. καὶ κλύζειν ὁκόταν μὴ διίῃ ἡ κόπρος διαχωρέειν τούτοισι, μέλιτος ἡμικοτύλιον, καὶ νίτρου αἰγυπτίου ὁκόσον ἀστράγαλον οἰός. ταῦτα τρίψας διεῖναι ἀπὸ τεύτλων ἑφθῶν ὕδατι τέσσαρσι κοτύλῃσιν. εἶτα οὕτω κλύζειν. ἢν δὲ μὴ ὑπὸ τούτων ἡ νοῦσος καθίστηται, καῦσαι αὐτοῦ τὸν σπλῆνα ὡς τὸ πρόσθεν. καὶ ἢν τύχῃς καύσας, ὑγιέα ποιήσεις. ἄλλη νοῦσος σπληνός. γίνεται μὲν τοῦ ἔτεος, ἦρος ὥρῃ μάλιστα. ἀπὸ δὲ αἵματος. ὁκόταν γὰρ ἐμπλησθῇ ὁ σπλὴν αἵματος, ἐκρήγνυται ἐς τὴν κοιλίην. καὶ ὀδύναι ὀξεῖαι ἐς τὸν σπλῆνα ἐμπίπτουσι, καὶ ἐς τὸν τιτθὸν, καὶ ἐς τὴν κληῖδα, καὶ ἐς τὸν ὦμον, καὶ ὑπὸ τὴν ὠμοπλάτην. ἡ δὲ χροιὴ τοῦ χρωτὸς μολιβδώδης. καὶ ἀμυχὰς ἐν τῇσι κνήμῃσι λαμβάνει. καὶ ἕλκεα μεγάλα γίνεται ἐξ αὐτέων. καὶ τὰ κάτω ὑποχωρέοντα „ ἅμα τῷ φέροντι, αἱματώδεα καὶ ἰώδεα " καὶ ὑποχέεται ἡ γαστὴρ σκληρή. καὶ ὁ σπλὴν κατὰ λίθος ἐστίν. ἔστι δὲ τῆς πρόσθεν θανατωδεστέρη, καὶ ἐξ αὐτέου παῦροι διαφυγγάνουσι. τοῦτον ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, τοῖσιν αὐτοῖσι θεραπεύειν, οἷσι καὶ τὸν ἔμπροσθεν, πλὴν ἄνω φαρμάκου μηδενός. κάτω δὲ τῷ κόκκῳ τῷ κνιδίῳ, δοῦναι τῇ ὑστεραίῃ. καὶ ἱππείου γάλακτος ἑφθοῦ ὀκτὼ κοτύλας μέλι παραχέων. εἰ δὲ μὴ, βοείῳ ἢ αἰγείῳ ἑφθῷ, δύο χόας μέλι παρὰ τὴν ἑτέρην κύλικα ἐγκεράσαι· ἐπιπίνειν χρή. ἐς δὲ τὴν ἑσπέρην διδόναι μετὰ τὴν κάθαρσιν ταὐτὰ ἃ καὶ τῷ πρόσθεν μετὰ τὸ φάρμακον. καὶ ἢν δοκῇ, τοῦ αἵματος ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος τοῦ ἀριστεροῦ τῆς ἔσω φλεβός. τὰς δὲ λοιπὰς τῶν ἡμερέων διδόναι νήστει ἑκάστης ἡμέρης βοείου γάλακτος τέσσαρας κοτύλας, τρίτον μέρος ἅλμης παραμίσγων. σιτίοισι δὲ καὶ ποτοῖσι, καὶ τοῖσι ἄλλοισι, τοῖσι αὐτοῖσι θεραπεύειν, [100] οἷσι καὶ τὸν πρόσθεν. ἀπέχεσθαι δὲ λαγνείης [101] καὶ οἰνοφλυγίης, καὶ ὥσπερ καὶ τοὺς πρόσθεν. καὶ ἢν σοι δοκῇ, καὶ καῦσαι ὁκόταν παχύτατος καὶ μέγιστος ὁ σπλὴν γένηται. καὶ ἢν τύχῃς καύσας τοῦ χωρίου, ὑγιέα ποιήσεις. ἢν δὲ μὴ ὑπὸ ταύτης τῆς ἰήσιος ὑγιὴς γένηται, φθινύθων χρόνῳ ἀποθνήσκει. ἡ γὰρ νοῦσος αὕτη χαλεπή. ἄλλη νοῦσος σπληνός. περαιοῦται καὶ αὕτη ἡ νοῦσος, ἦρος μάλιστα. ὁκόταν φλέγμα ἀναλάβῃ ὁ σπλὴν ἐς ἑωυτὸν, καὶ μέγας παραχρῆμα γίνεται καὶ σκληρός. εἶτ' αὖθις καθίσταται. [102] καὶ ὅταν μὲν ἐξηρμένος ᾖ, ὀδύναι ὀξεῖαι ἐμπίπτουσιν. ὁκόταν δὲ λαπαρὸς ᾖ, ἀνώδυνός ἐστι. καὶ ὁκόταν χρόνος γένηται τῇ νούσῳ, ἀμαυροτέρη δοκεῖ, καὶ ἐπαίρεται, καὶ ταχέως καθίσταται. ἔστι ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, κατ' ἀρχὰς τοῦ νοσήματος τὰ σιτία οὐ δύναται προσφέρεσθαι. καὶ ταχέως καταλεπτύνεται, καὶ ἀχροίην ἴσχει τὸ σῶμα πολλήν. τὸ δὲ νόσημα, ἢν μὴ παραχρῆμα θεραπευθῇ ἢ αὐτόματον καταστῇ, διαλιπὸν πέντε μῆνας ἢ ἕξ, αὖθις ἐπαίρεται. διαλιμπάνει δὲ μάλιστα τὸν χειμῶνα. τοῦτον κατ' ἀρχὰς ἢν λάβῃς, καύσας δέκα ἐσχάρας ἐς τὸν σπλῆνα, καὶ παραυτίκα ὑγιέα ποιήσεις. ἢν δὲ μὴ καύσῃς, τοῖσιν αὐτοῖσι φαρμάκοισιν ἰᾶσθαι, οἷσι καὶ τοὺς πρόσθεν, καὶ ἐδέσμασι καὶ ποτοῖσι, καὶ ταλαιπωρίῃσιν. οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ὑγιέα ποιήσεις. τούτου δὲ ἡ χροιὴ γίνεται ἔκλευκος, [103] ὑπώχρος, καὶ αὐχμηρή. ἄλλη νοῦσος σπληνός. γίνεται μετοπώρου μάλιστα ἀπὸ χολῆς μελαίνης· γίνεται δὲ ἀπὸ λαχανοφαγίης τρωξίμων πολλῶν καὶ ὑδροποσίης. πάσχει δὲ τάδε. ὁκόταν τὸ νόσημα λάβῃ, ἀλγεῖ τὸν σπλῆνα σφόδρα.

καὶ

καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει. καὶ ἀσιτίην ἔχει αὐτόν. τό, τε γυῖον ξυμπίπτει ταχέως. ὁ δὲ σπλὴν, μέγας μὲν πάνυ οὐ γίνεται, σκληρὸς δέ. καὶ παρατείνει παρὰ τὰ σπλάγχνα, καὶ μύζει προσκείμενος. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, τοῖσιν αὐτοῖσιν ἰᾶσθαι καὶ φαρμάκοισι καὶ βρωτοῖσι καὶ ταλαιπωρίῃσιν, οἷσιν ἂν καὶ τὸν πρόσθεν. καὶ ἢν σοι παρέξῃ, καῦσαι αὐτὸν, τρόπον ὅν περ καὶ τὸν ἀρχῆς. αὕτη ἡ νοῦσος τοῖσι πολλοῖσιν ἢν παραχρῆμα μεταχειρισθῇ, ἐν τάχει ἐξέρχεται. Ἴκτεροι τέσσαρες. Ὁ μὲν τοῦ θέρεος μάλιστα ἐπιλαμβάνει χολῆς κινηθείσης. ἵσταται οὖν ἡ χολὴ ὑπὸ τὸ δέρμα καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ. ὥστ᾽ εὐθὺς ἀλλοχροεῖ τὸ σῶμα, καὶ γίνεται ὠχρὸν ὁκοῖον περ σίδιον. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὠχροί. καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ ὑπὸ τὰς τρίχας, [104] οἷον φλοῦς ὕπεστι. καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει. καὶ οὐρεῖ ὠχρὸν τὸ οὖρον καὶ ὑφίσταται ὑπ᾽ αὐτοῦ παχὺ ὕπωχρον. καὶ τὸ ἔωθεν ἕως ἂν νῆστις ᾖ, περὶ τὴν καρδίην [105] καὶ τὰ σπλάγχνα μύζει. καὶ ὁκόταν τις αὐτῷ προσφθέγξηται ἢ ἐρωτήσῃ, [106] ἄσσει τε καὶ λυπέεται, καὶ οὐκ ἀνέχεται ἀκροώμενος. ὁ δὲ ἀπὸ τῆς κοιλίης ὑποχωρέων, ὠχρόλευκος καὶ κακώδης. οὗτος ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, θνήσκει μάλιστα ἐν τῇσι τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσιν. ἢν δὲ ταύτας διαφύγῃ, ὑγιαίνεται. μεταχειρίζειν δὲ αὐτὸν χρὴ ὧδε. ὁκόταν ὁ πυρετὸς ἀνῇ, λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ. πίνειν τε διδόναι μελίκρητον. καὶ ῥοφήμασι διαχρέεσθω, πτισάνης χυλῷ μέλι παραχέων. καὶ μὴ συνεψεῖν τὸ μέλι, ἕως ἂν αἱ δεκατέσσαρες ἡμέραι παρέλθωσιν. αὗται γὰρ κρίνουσιν ἢν θανάσιμον ἢ οὔ. μετὰ δὲ ταῦτα, λούειν δὶς τῆς ἡμέρης, καὶ σιτίζειν. τὸ πρῶτον ὀλίγοισιν ἅσσα ἂν μάλιστα προσίηται. ἔπειτα πλείω μεθ᾽ ὕστερον διδόναι. πινέτω δὲ οἶνον λευκὸν ὡς πλεῖστον δι᾽ ἡμέρης, καὶ ἢν σοι δοκῇ προϊόντος τοῦ χρόνου ὠχρὸς εἶναι καὶ ἀσθενής, ἔμετον κελεύειν ποιέεσθαι ἀπὸ τῶν σιτίων, ὡς ἐν τῇσιν ἄνω νούσοισιν ἔχει. καὶ ἢν μὲν ἀπὸ τούτων παύσηται, ἀρκεῖ. ἢν δὲ μὴ, ἐλλέβορον πῖσαι. μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν, ἑσπέρην φαγέτω, μᾶζαν μαλθακὴν ἢ ἄρτου τὸ ἐντός. ὄψον δὲ ἐσθιέτω, νεοσσὸν ἀλεκτορίδος ἑφθὸν ἀρτυμένον κρομμύῳ καὶ κοριάνῳ, καὶ τυρῷ, καὶ ἁλί, καὶ σησάμῳ, καὶ σταφίδι λευκῇ. οἶνον δὲ πινέτω, λευκὸν, αὐστηρὸν, ὡς παλαιότατον. τὴν δὲ κάτω κοιλίην ὑποκαθαίρειν. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, χυλῷ ἀπ᾽ ἐρεβίνθων λευκῶν, μέλι δὲ χρὴ τῷ χυλῷ παραχέαι. τούτῳ δὲ χρέεσθω, καὶ ἐκπιέτω δύο κοτύλας τοῦ τοιούτου χυλοῦ. τῇ δὲ τρίτῃ ἀρξάμενος ἀφ᾽ ἑκάστης ἡμέρης πινέτω τόδε τὸ ὕδωρ, ἀπὸ τῶνδε ἑψήσας, μαράθου ῥίζας λεπτὰς, πλῆθος ὅσον τρισὶ δακτύλοισι περιλαβεῖν τὴν δραχμίδα, ἐμβαλεῖν καὶ ἕψειν, ἐν δύο χοεῦσιν ὕδατος. ἕψειν δὲ ἕως ἂν λειφθῇ τὸ ἥμισυ. καὶ ἐρεβίνθων λευκῶν χοίνικα ἐν δυοῖ χοεῦσι. [107] καὶ τούτου δὲ πιέτω τὸ ἥμισυ, καὶ ὁκόταν λειφθῇ διηθήσας ἐξαιθριάσαι, καὶ ἀμφότερα μίξας τούτῳ τῷ ὕδατι, καὶ τὸν οἶνον κρήσας, πινέτω. καὶ αὐτὸ τὸ ὕδωρ μοῦνον ἢν βούληται, πινέτω ὡς πλεῖστον, καὶ ἄλλο ὕδωρ μὴ πινέτω. ἢν δὲ τοῦτο τὸ ποτὸν μὴ προσίηται, τόδε σκευάσας οὕτω διδόναι. ἰσχάδων λευκῶν χοίνικα ἑψήσας ἐν δυοῖ χοεῦσι, διηθῆσαι καὶ ἐξαιθριάσαι. ἔπειτα τὸ ὕδωρ τοῦτο πινέτω ἤν τε ψιλὸν αὐτὸ βούληται, ἤν τε σὺν τῷ οἴνῳ κιρνάς. πινέτω δὲ μὴ ἀθρόον πουλὺ, ἀλλὰ κατὰ φορὴν, ἡμικοτύλιον, ὅκως μὴ διάρροια αὐτῷ ἐπιγένηται. καὶ διαλιπὼν χρόνον ὀλίγον, πινέτω. ἀγαθὰ δὲ καὶ τάδε διδόναι πίνειν, νήστει ἑκάστης ἡμέρης, τρίβοντα λεῖα καὶ διέντα, κοτύλην οἴνου παλαιοῦ λευκοῦ. σελίνου καρπὸν σικύου σπέρμα. μαράθου καρπόν. αἰθιοπικὸν κύμινον, ἀδίαντον. κορίαννον τὴν ποίην. ἀσταφίδας λευκάς. ταῦτα πίνων κἀκεῖνα, ὠφεληθήσεται, καὶ τάχιστα ὑγιὴς γενήσεται.

rigor & febris inuadit, cibi faſtidium detinet, totumq́; corpus celeriter concidit. Lien autem magnus admodum non euadit, ſed durus & ad viſcera incumbit, adiacenſq́; ſtrepitum edit. Hunc ita habentem iiſdem tum medicamentis, tum cibis, tum laboribus, quibus etiam ſuperiores curato. Ac ſi ſe dederit, eum quo alios modo inurito. Hic morbus in plæriſq; ſi confeſtim curatio adhibita fuerit, citò decedit. Morbi regij quatuor. Hic quidem præcipuè per æſtatem corripit, bile commota. Bilis igitur ſub cute & in capite coit, proindeq́; ſtatim corporis colorem immutat, pallidumq́; non ſecus ac malicorium euadit, oculi pallidi ſunt, & ſub pilis capitis velut cortex ſubeſt, rigor & febris prehendit, vrinam reddit pallidam; in eaque craſſum ſubpallidum ſubſidet, mane quamdiu ieiunus fuerit, ad cor & viſcera ſtrepitus editur, & ſi quis eum alloquatur aut interroget, ægrè fert & triſtatur, neq; audire ſuſtinet. Stercus autem quod procedit; ex pallido albicat, & grauiter olet. Hic cùm ita habuerit, ferè intra dies quatuordecim perit, quos ſi effugerit, conualeſcit. Eum autē ad hunc modum curare oportet. Vbi febris remiſerit, multa calida loto aquam mulſam propinato, & ſorbitionibus vtatur, ptiſanæ cremore melle affuſo. Mel autem vnà ne coquito, quoad quatuordecim dies præterierint. Hi enim lethalis ſit nec ne decernunt. Poſtea autem bis die lauato, & in cibo exhibeto primum pauca quęcunq; maximè expetat, deinde tamē plura porrigito. Vinum album quàm plurimum die bibat, & ſi procedēte tempore pallidus ac imbecillus tibi videatur, à cibis vomitum fieri, velut in ſuperioribus morbis habetur, iubeto. Quòd ſi quidem his ſedetur, ſatis eſt, ſin minùs veratrū propinato. Poſt eiuſmodi verò purgationem, veſperi mazam mollē aut panis medullam comedat. Pro opſonio pullum edat gallinaceum percoctū, cum cæpa, coriandro, caſeo, ſale, ſeſamo, & vua paſſa alba probè elixum. Vinum autē album, auſterum quàm vetuſtiſſimum bibat. Aluum inferiorem ſubpurgato, poſteroq́; die cicerum alborum cremore, melle affuſo, vtatur, eiuſmodique ſucci heminas duas ebibat. Tertio verò die ſingulis diebus hanc aquam ex his decoctam bibere incipiat. Fœniculi radices tenues quantum pugillo, aut tribus digitis comprehenditur, in duos aquę cōgios immittito, & coquito dum dimidium remaneat. Et cicerū alborum chœnicem in duobus aquæ congiis, de quo dimidiū bibat. Hæc quę remanſerunt colata ſub dio exponito, & ambobus permixtis, vinum hac aqua diluat, & aquam ſolam ſi velit quàm plurimam, nec aliā bibat. Quòd ſi potum iſtū auerſetur, hunc ita paratū exhibeto. Caricarum albarum chœnicem duobus aquæ congiis decoctum colato, & cœlo ſereno noctu exponito. Deinde aquam hāc ſolam ſi velit, aut vino mixtam bibat, eamq́; non affatim multam, ſed dimidiæ heminæ copia, vt ne alui profluuium ei ſuperueniat, paucoque interpoſito tempore, bibat. Conferunt & hæc quotidie, ieiuno, potui exhibita, trita & vini albi veteris hemina diluta, apij ſemē, cucumeris ſemen, fœniculi ſemen, cuminum Æthiopicum, adiantum, coriandrum herba, vuæ paſſæ albæ. Hæc & illa ſi biberit, iuuabitur, celerrimeque ſanus euadet.

Alius morbus regius. Hic ex temulentia & rigore hyemis tempore inuadit. Primùm autem inuadere incipit rigor, deinde etiam febris detinet, & corporis humidum ſub cute concreſcit. Ex his autem rem ſe ita habere manifeſtum eſt. Eius corpus liuidum eſt, & aliquantulum durum, & venæ quæ per corpus diſtenduntur ſunt pallidæ, maiores & craſſiores quàm antea, quædam etiam ſubnigræ ſubtenduntur. Ex his ſi aliquam quis ſecet, ſanguis defluet pallidus, ſi pallidæ ſint venæ, ſi nigræ fuerint, niger defluet. Hic veſtem corpori adiacentem præ pruritu ferre nõ poteſt, & ad eundum & ambulandum promptus eſt, ſed præ imbecillitate eius crura labaſcunt, & magna ſiti premitur. Hic morbus ſuperiore non minùs lethalis eſt, in longius autem tempus progreditur, niſi mox primis diebus ſaneſcat. Quòd ſi morbus ad octauum aut nonum diem extendatur, in morbũ incidit, morbuſque & dolor magis vrget, neq; exurgere poteſt, & pleriq; intra hoc tempus confeſtim pereunt. Huic ita habenti, ſi ad eum initio morbi acceſſeris, vbi verò ſeptem iam dies præterierint, veratrum propinato. Inferiorem verò aluum per ſuccum, velut in ſuperiore, aliquantulum purgato, aliaq; eadem medicamenta exhibeto. Cantharidas etiam ſine alis & capite tritas quatuor, & ex vini albi hemina dimidia dilutas exhibeto. Iam verò etiam pauco melle affuſo, mox ita propinato, idq; bis aut ter in die bibat. Procedente autem morbo balneis & fomentis curato. Quæcunque expetit edat, vinum album, auſterũ bibat, reliquaq; eadem accipiat quæ in priore. Hic morbus niſi proba curatio per initia adhibita fuerit, diuturnus eſt & moleſtus. Alius morbus regius. Hic popularis appellatur, quod omni tempore prehendat. Ex repletione autem & temulentia præcipuè oritur, cumq; rigore correptus fuerit, confeſtim ſanè corpus immutatur & pallidum euadit, & oculi admodum pallidi, ſub capillos & vngues progreditur morbus, rigor & febris leuis detinet, corpus debilitatur, caput dolor occupat, pallidamq; & craſſam vrinam reddit. Hic morbus regius ſuperioribus minus lethalis eſt, & diligentia adhibita breui curatur. Huic cùm ſic habuerit cubiti venas pertundito, & ſanguinem detrahito, deinde fomento admoto veratrum propinato. Tertio verò die aſinino lacte rurſus deorſum aliquantum purgato. Reliquas autem ſorbitiones, potus & cibos eoſdem quos priori exhibeto, eius caput crebrò purgato, ſuccariunculam bibat, eique multa calida loto, carnes tritas ex vino albo propinato, & ad reliqua omnia iiſdem vtatur, breuiq; conualeſcet. Alius morbus regius: ex pituita quidem oritur, præcipueq; per hyemem prehendit. Huius color albus eſt, eiuſq; pectus pituita plenum eſt, & ſaliuam expuit, cumq; excreat ei ſingultus contingit, & vrinã albam & craſſam reddit, in qua velut farina ſubſidet. Hic morbus minimè eſt lethalis, breuique ſaneſcit. Huic ita habenti granum cnidium propinato, poſtq; purgationem ſucci ptiſanæ quatuor heminas affuſo melle ſorbendas exhibeto. Ventrem verò ſuperiorẽ per vomitum, velut in ſuperioribus purgato. Sic enim facillimè pituitam ex pulmone & arteriis deduxerit.

ἄλλος ἴκτερος. ἐπιλαμβάνει χειμῶνος ἐν ὥρῃ, ἐκ μέθης καὶ ῥίγεος. ἄρχεται δὲ τὸ πρῶτον, ῥῖγος ἐπιλαμβάνειν. ἔπειτα καὶ πυρετὸς κατέχει. τὸ δ᾽ ὑγρὸν τὸ ἐν τῷ σώματι πήγνυται ἐν τῷ δέρματι. ἐν τοῖσι δὲ δείκνυται ὅτι οὕτως ἔχει. πελιδνόν ἐστιν αὐτοῦ τὸ σῶμα καὶ ὑπόσκληρον. καὶ αἱ φλέβες διὰ τοῦ σώματος τέτανται ὠχραί, μείζονες δὲ καὶ παχύτεραι ἢ πρόσθεν εἰσί. τέτανταί τε ὑπομελάντεραι καὶ ἄλλαι φλέβες. καὶ ἢν τάμνῃ τις ἵνα αὐτῶν, ῥεύσει ἐξελαύνεται τὸ αἷμα ὠχρόν, ἐὰν γὰρ ὠχραὶ ἔωσιν αἱ φλέβες. ἢν δὲ μέλαιναι ἔωσι, μέλαν τὸ αἷμα ῥεύσεται. καὶ τὸ ἱμάτιον πρὸς τῷ χρώματι προσκείμενον, οὐκ ἀνέχεται ὑπὸ τοῦ κνησμοῦ. ἐστὶ πρόθυμος ἐστὶ πρὸς τὸ περιβάλλεσθαι καὶ φοιτᾶν, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς ἀσθενείης αὐτοῦ [108] τὰ σκέλεα ὑποφέρεται. καὶ διψῇ σφόδρα. [109] αὕτη ἡ νοῦσος, ὑπὸ πάσῃ τῇ προτέρῃ θανασίμη. προσέρχεται δὲ πλείω χρόνον, ἢν μὴ ἐν τῇσι πρώτῃσιν ἡμέρῃσιν ἐπὶ τὰ ὑγιῆς γένηται. ἢν δὲ ἡ νοῦσος ἀπομηκύνηται, καὶ λήψεται ὀγδόης ἢ ἐννάτης συμπίπτει εἰς τοῦτον. καὶ ἡ νοῦσος, καὶ ἡ ἀλγηδὼν πιέζει μᾶλλον. καὶ ἀνίστασθαι οὐ δύναται. καὶ οἱ πολλοὶ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ παραχρῆμα φθείρονται. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, καὶ ἀρχὰς μὲν τῆς νούσου ἢν παραλάβῃς, ὁκόταν ἤδη αἱ ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσιν, ἐλλέβορον πῖσαι. τὴν δὲ κάτω κοιλίην, χυλῷ ὑποκαθῆραι, ὡς ἐν τῷ πρόσθεν. καὶ τἄλλα τὰ αὐτὰ διδόναι φάρμακα. διδόναι δὲ καὶ κανθαρίδας, ἄνευ πτερῶν καὶ κεφαλῆς, τέσσαρας τρίβων, καὶ διεὶς οἴνῳ λευκῷ ἡμικοτυλίῳ. ἤδη δὲ καὶ μέλι παραχέαι ὀλίγον. εἶτα οὕτω διδόναι πιεῖν. τοῦτο πινέτω δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρης. προϊούσης δὲ τῆς νούσου, λουτροῖσι καὶ πυριήμασι θεραπεύειν. ἐσθιέτω δὲ ἅσσα προσίεται. οἶνον δὲ πινέτω, λευκόν, αὐστηρόν. καὶ τἄλλα τὰ αὐτὰ προσφερέσθω, ἃ καὶ τῷ πρόσθεν. αὕτη ἡ νοῦσος, χρονίη καὶ χαλεπή, ἢν μὴ κατ᾽ ἀρχὰς καλῶς μεταχειρισθῇ. ἄλλος ἴκτερος. ἐπιδήμιος ἐστὶ καλέεται, διότι πᾶσαν ὥρην ἐπιλαμβάνει. γίνεται δὲ ἀπὸ πλησμονῆς μάλιστα καὶ μέθης, καὶ ἐπὴν ἄδδην ῥιγώσῃ. εὐθέως οὖν τὸ σῶμα ἀλλοιοῦται, καὶ γίνεται ὠχρόν. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ σφόδρα ὠχροί, καὶ ὑπὸ τὰς τρίχας καὶ ὑπὸ τοὺς ὄνυχας ἡ νοῦσος ὑπέρχεται. καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς ὀλίγος ἔχει. καὶ ἀσθενεῖ τὸ σῶμα. καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ ὀδύνην ἔχει. καὶ οὐρεῖ ὠχρὸν καὶ παχύ. ἐστὶν ὁ ἴκτερος, ἧσσον θανατώδης τῶν πρόσθεν. καὶ θεραπεύεται μελετώμενος ἐν τάχει. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, σχάσαι αὐτοῦ τὰς ἀγκῶνας καὶ ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος. ἔπειτα πυριήσας, πῖσαι ἐλατήριον. κάτω δὲ αὖθις ὑποκαθῆραι τῇ τρίτῃ, ὀνείῳ γάλακτι. τὰ δὲ ἄλλα ῥοφήματά τε καὶ πόματα καὶ ἐδέσματα, τὰ αὐτὰ διδόναι, ἃ καὶ τῷ πρόσθεν. καὶ καθαίρειν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν θαμινά. [110] καὶ ἀπὸ χαλκείου πίνειν, καὶ λούειν αὐτόν, πολλῷ καὶ θερμῷ. καὶ ξύων τὴν σάρκα, ἐν οἴνῳ λευκῷ διδόναι πιεῖν. καὶ ἐς τὰ ἄλλα πάντα τοῖσιν αὐτοῖσι χρέεσθω, καὶ ἐν τάχει ὑγιὴς ἔσται. ἄλλος ἴκτερος. γίνεται μὲν ἀπὸ φλέγματος, ἐπὶ δὲ χειμῶνος μάλιστα ἐπιλαμβάνει. καὶ ἡ χροιὴ αὐτέου λευκή. καὶ τὰ στήθεα αὐτέου πλήρεα γίνεται φλέγματος. καὶ πτύει τὸ σίαλον. καὶ ὁκόταν ἀποχρέμπτηται, λυγμὸς αὐτῷ γίνεται. καὶ οὐρεῖ λευκὸν καὶ παχύ. καὶ ὑπ᾽ αὐτῷ ὑφίσταται, ὁκοῖον ἄλευρον. ἐστὶν ὁ ἴκτερος, οὐκ ἔστι θανατώδης, καὶ ἐν τάχει ὑγιαίνεται. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, πῖσαι κόκκον κνίδιον. καὶ μετὰ τὴν κάθαρσιν πτισάνης χυλόν, μέλι παραχέας, δοῦναι ἐκροφέειν τέσσαρας κοτύλας. τὴν δὲ ἄνω κοιλίην ἐμετοποιεύμενος, κάθαρσιν παρεχέτω ὡς ἐν τῇσι πρόσθεν. οὕτω γὰρ ἂν ῥᾷστα τὸ φλέγμα ἀπάγοι τοῦ πλεύμονος καὶ τῶν ἀρτηριῶν.

καὶ

καὶ ἀναγαργαρισμὸν σκευάζειν αὐτῷ θαμινά. ἔστι δὲ ἐνίοτε καὶ πυρετὸς λαμβάνει βληχρὸς πυρετός. καὶ φρίκη λεπτὴ ἐπιγίνεται. καὶ τἄλλα μελετᾷν οἷσι καὶ τοὺς πρόσθεν ἰκτέρους. καὶ φαρμάκοισι. καὶ πυρίῃσι. καὶ λουτροῖσι, καὶ ἐδέσμασι. καὶ ποτοῖσι. καὶ ῥοφήμασιν. οὕτω γὰρ ὡς μάλιστα ὑγιέα ποιήσεις. [111]

Νούσημα ἕτερον καλέεται τύφος. Τύφος μὲν τοῦτο τὸ νούσημα καλέεται. ἐπιλαμβάνει δὲ θέρεος ἐν ὥρῃ, ὁκόταν ὁ κύων ἀστὴρ ἐπιτέλλῃ, χολῆς κινηθείσης ἀνὰ τὸ σῶμα. εὐθέως οὖν αὐτὸν πυρετοὶ ἔχουσιν ἰσχυροί. καὶ καῦμα ὀξύ. καὶ ἀπὸ τοῦ βάρεος ἀσθενείη. καὶ ἀκρασίη τῶν σκελέων καὶ τῶν χειρῶν. ἄχρηστα γὰρ μάλιστα γίνεταί οἱ. καὶ ἡ γαστὴρ ταράσσεται. καὶ τὰ ὑποχωρέοντα δυσώδεα. καὶ στρόφος ἰσχυρὸς ἐπιγίνεται. τοιαῦτα τε πάσχει. καὶ ἢν τις ἀναστῆσαι θέλῃ αὐτόν, οὐ δύναται ὀρθοῦσθαι. οὐδὲ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἀνορᾷν δύναται ὑπὸ τοῦ καύματος. καὶ ἤν τις αὐτὸν ἐρωτᾷ, ὑπὸ τοῦ πόνου οὐ δύναται ἀποκρίνασθαι. ὁκόταν δὲ μέλλῃ ἀποθνήσκειν, ὀξύτερόν τε ὁρῇ, καὶ φθέγγεται θαρσαλέως. καὶ πιεῖν καὶ φαγεῖν αἰτεῖ. καὶ ἢν δῷ τις ἀποφαγεῖν, ἐν τάχει μεθῆκε τὴν ψυχήν, ἢν μὴ ἐξεμέσῃ. οὕτως ἡ νοῦσος αὕτη κρίνεται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἢ δεκατέσσαρσι. πολλοὶ δὲ διαφεύγουσι καὶ ἐς τὰς εἰκοσιτέσσαρας. ἢν γοῦν ταύτας διέλθῃ, ὑγιὴς ἔσται. καὶ γὰρ ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσι δηλοῦται εἰ θανάσιμος, ἢ οὔ. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, ὧδε ἰᾶσθαι. ἐν τῇσι πρώτῃσι τῶν ἡμερέων, λουτροῦ μὲν ἀπέχεσθαι. ἀλείφειν δὲ, οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ χλιαρῷ ἐς κλίνην. καὶ σιτίων ἀπέχεσθαι. [113] ῥοφήματα δὲ λεπτὰ καὶ ψυχρὰ διδόναι. οἶνον δὲ πινέτω, μέλανα, αὐστηρόν, ἢν ξυμφέρῃ αὐτῷ. ἢν δὲ μή, λευκόν, ὑδαρέα, αὐστηρόν. ἢν δὲ δίψα ἰσχυρὴ πιέζῃ τοῦ καύματος, ἀθρόον διδοὺς πιεῖν, κέλευε ἐξεμέειν, τοῦτο δὶς ἢ τρὶς ποιήσας. καὶ ὁκόταν τὸ καῦμα ἔχῃ, ῥάκεα βάπτων ὕδατι ψυχρῷ προστιθέναι, ᾗ ἂν μάλιστα φῇ καίεσθαι. ἢν δὲ φρίκην ἔχῃ τὸ σῶμα, ἀφιέναι τὰ ψύγματα. οὗτος ὁκόταν πονῇ, μάλιστα ἀπὸ τῆς τοιαύτης ὀδύνης, ἐξαπίνης κινδυνεύσει καταλιπεῖν τὴν ψυχήν. ἀλλὰ διδόναι χρὴ αὐτῷ τῆς ὀδύνης τὰ φάρμακα μετὰ σπουδῆς. τὰ αὐτὰ ἃ καὶ τῷ ὑπὸ τῆς πλευρίτιδος ἐχομένῳ. ὁκόταν δὲ ἐξαναστῇ, ἀνακομίζειν σιτίῳ, καὶ ποτῷ, καὶ λουτροῖσιν ὡς τάχιστα. ἡ γὰρ νοῦσος χαλεπή, [115] καὶ παῦροι διαφεύγουσιν. ἄλλος τύφος. ἐπιλαμβάνει μὲν τὸ νούσημα πάσῃσιν ὥρῃσιν. γίνεται δὲ δι' ὑγρασίην τοῦ σώματος, ὁκόταν τὰ σιτία ὑγρὰ ἐόντα, καὶ τὸ ποτὸν πουλύ, αἱ σάρκες ἀναπίωσι καὶ πλαδαραὶ γίνωνται, ἀπὸ τούτων τὸ νούσημα γίνεται μάλιστα. ἄρχεται οὖν ὁ πυρετὸς τριταῖος ἢ τεταρταῖος κατ' ἀρχὰς γινόμενος, καὶ πόνος ἰσχυρὸς ἐν τῇ κεφαλῇ ἐνίσταται. ἐνίοτε δὲ καὶ ἐν τῷ σώματι διαλείπων, καὶ ἐμέει σίαλον. καὶ ἐρυγγάνει πυκνά. καὶ ἀλγέει [116] τὰς χώρας τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τὸ πρόσωπον ἀφυῶδ. καὶ ἐς τοὺς πόδας οἴδημα κατέρχεται. ἐνίοτε δὲ καὶ ὅλον τὸ σῶμα ἀποιδεῖ καὶ ἐς τὰ στήθεα καὶ ἐς τὸ μετάφρενον ἐνίοτε ἡ ὀδύνη τρέχει. καὶ ἡ γαστὴρ ταράσσεται. καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἐξορέουσιν ἰσχυρῶς. καὶ τὸ σίαλον ἀποπτύει πολλὸν καὶ ἀφρῶδες. καὶ ἐν τῇ φάρυγγι δοκέει ἐνέχεσθαι. [117] καὶ κέγχρει αὐτόν. πολλάκις δὲ καὶ φλεγμαίνει ὁ φάρυγξ. [118] τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, καὶ οὕτως ὁ πόνος πιέζῃ, καὶ ὀρθόπνοια ἰσχυρὴ ἐμπίπτῃ, ἔστιν ὅτε καὶ πολλάκις ἐξαπίνης ὑπὸ τοῦ πόνου τὴν ψυχὴν ἀφῆκεν ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢ ἐν δεκατέσσαρσι. πολλοὶ δὲ διαφεύγουσι καὶ ἕως τῶν εἰκοσιτεσσάρων ἡμερέων. πολλάκις δὲ καὶ ἐξαπίνης ἡ νοῦσος ἀφῆκε. καὶ δοκέει ὑγιὴς εἶναι. ἀλλὰ φυλάσσεσθαι χρή, ἄχρι ἂν αἱ τέσσαρες καὶ εἴκοσιν ἡμέραι παρέλθωσιν:

Quin & oris collutionem ei frequenter apparato. Hic aliquando leuiter febricitat & horror tenuis contingit. In reliquo, iiſdem quibus ſuperiores morbos regios, tũ medicamentis, tũ fomentis, tum balneis, eduliis, potibus ac ſorbitionibus curato. Sic enim potiſſimùm ſanũ reddes. Morbus Typhos nomine. Typhos quidem appellatur hic morbus, inuaditq́; æſtatis tẽpore, cùm canis ſydus oritur, bile per corpus agitata. Statim igitur eum febres vehementes corripiunt, & grauis ardor, & cum grauitate imbecillitas, crurumq́; ac manuũ impotentia, quæ nullum ei vſum præſtant, venter perturbatur, & quæ ex eo demittuntur grauiter olent, vehementiaq́; tormina accedunt. Hoc etiam modo afficitur, ſi quis eum erigere velit, rectus ſtare nequit, neq; oculis ſuſpicere præ ardore. Et ſi quis eum interroget, præ dolore reſpondere non poteſt. Vbi verò periturus eſt, tum acutiùs cernit, tũ audacter loquitur, & potum & cibũ poſtulat, quem ſi quis exhibuerit, breui etiam niſi euomuerit, animo linquitur. Huic hic morbus ſeptimo aut decimoquarto die iudicatur. Multi verò etiam ad vigeſimum quartum percurrunt. Hos igitur ſi præterierit, conualeſcet, his enim diebus lethalis ſit necne declaratur. Hunc ita habentem ad hunc modũ curato. Primis diebus balneo quidẽ abſtineat, vino autẽ & oleo tepido in cubili illinito, cibis abſtineat, ſorbitiones autem tenues & frigidas exhibeto. Vinum, ſi conferat, nigrum, auſterũ bibat, ſin minùs, album, aquoſum, auſterum. Quòd ſi vehemẽs ſitis ex ardore vrgeat, vbi confertim potum multum exhibueris, vomere iubeto, idq́; bis aut ter facito. Cumq́; ardor tenuerit, lintea frigida intincta quâ præcipuè parte ardere dixerit, admoueto. At ſi horror corpus detinuerit, refrigerantia remittito. Hic cùm laborauerit, maximè periclitabitur ne ex huiuſmodi dolore de repẽte animã emittat. Verùm ei celeriter ad dolorẽ eadẽ medicamenta quæ morbo laterali detento exhibenda ſunt. Cùm verò ſurrexerit, cibo, potu & balneis quàm citiſſimè vires reficiendæ. Morbus enim grauis eſt, paucíq; euadunt. Alius Typhos. Morbus quidẽ omni tempore inuadit, ex corporis autẽ humiditate oritur, cùm cibos humidos & copioſum potũ carnes exſorbuerint, & flaccidæ extiterint, ex his potiſſimùm morbus oritur. Per exordia igitur febris tertiana aut quartana exorti incipit. Dolor vehemẽs capiti aduenit, & interdũ in corpore intermittit; & ſaliuã euomit, crebro ructat, & oculorũ regiones dolet, vultus exalbeſcit & apuæ colorẽ refert ad pedes tumor laxus defertur. Interdũ verò etiã totum corpus intumeſcit, & ad pectus & dorſum aliquãdo dolor excurrit, vẽter conturbatur, oculis vehementer proſpectat, ſputum copioſum & ſpumoſum expuit, quod ad fauces adhæreſcere videtur, eiq; ſtridulam vocẽ facit, plerunq; verò etiã fauces inflammãtur. Hic cùm ſic habuerit, ſicq́; dolor preſſerit, eiq; vehemens erectæ ceruicis ſpiratio contigerit interdũ frequẽterq́; de repente intra ſeptẽ aut quatuordecim dies animã emittit Plæriq; verò etiam ad vigeſimum quartum perdurant, ſæpè quoq; de repente morbus dimittit & ſanus videtur. Verùm diligenter obſeruare oportet quoad quatuor & viginti dies pręterierint,

quos ſi effugerit, vix moritur. Huic ita habenti primis diebus pro ſorbitione farina decocta tenui melle affuſo exhibenda eſt. Vinum verò nigrum paulatim potui dandum, vt voluerit temperatum. Ac cibos priuſquã hi dies præterierint ne porrigito. Polypos ex vino coctos edendos dato, & ius ſorbẽdum. radiculaſq; multæ comedendæ. Et naſturtij ſemen toſtum, molitum, & tenuiter cribratum, deinde vino nigro acerbo iniecto bibat, polentamq; tenuem, paucam manè bibendam dato. Balneo abſtineat quoad hi dies præterierint. Vino & oleo tepefactis in cubili illine & abſterge. Pæoniæ ſeminis grana decem ex vino nigro decocta potui exhibeto, & raporum probè decoctorũ iuſculum ſorbeat, caſeo inſulſo conditum, papauere, ſale, oleo, laſere & aceto. Quòd ſi medicamentum propinare voles, grana cnidiũ propinato. Et poſt purgationem, farinæ coctæ & pinguis duo acetabula ſorbenda dato, idemq; vinum bibat. Ac medicamenta ſorbitiones & potiones quaſcunq; dederis, ſiue ſingula per ſe, ſiue plura ſimul exhibueris, profuerint, ſicq; citiſſimè ſanum reddideris. Morbus autem grauis eſt, paucíq; euadunt. Alius Typhos. Hic quidem hanc ob cauſam gignitur, cùm bilis putrefacta cum ſanguine per venas & articulos permixta fuerit, ſanguiſq; coierit, in articulis verò præcipuè conſiſtit, quandoq; etiá in totum corpus decumbit, doloreſq; acutos exhibet. Plærique enim ex huiuſmodi morbo claudi euadunt, vbi bilis in articulis retenta, in tofum obduruerit, dolor verò intermittens, per tres & quatuor dies inuadit. Hunc ita habentem ad hunc modum curato. Dolore in corpore obtinente, tepefactoria ex oleo illita parare & admouere oportet. Vbi autem remiſerit, veratrum exhibeto, fotu priùs vniuerſo corpori adhibito. Poſtero autem die ſerum lactis caprini decoctum ad duos congios potui exhibeto, ad alterum cõgium melle affuſo, ad alterum verò ſale iniecto, deinde viciſſim alternatis poculis totum ebibat. Sub veſperum verò poſt purgationem, lenticulæ acetabulum ſorbeat, & betarum pinguium acetabulum polenta aſperſa bibat. Pulli gallinacei carnem, vel columbæ, vel turturis, vel ouiculæ, vel ſuis pinguis edat. Veratrum autem ſexto quoq; die exhibeto, & ſicubi in articulis tumor exoritur, nec diſcedat, admota cucurbitula ſanguinẽ detrahito, compunctis per acũ triangularem genibus in quibus tumor extiterit, nullo tamen alio articulo compuncto. Intermediis autẽ diebus cibum ſumat, panem quidem maximè aſſatum, mazam autẽ quàm maximè melle & oleo ſubactam. Pro opſonio autẽ quàm maximè aſſa habeat, volucriũ verò carnes inſulſas. Sin minùs etiam cum iure coctas abſque caſeo tamen, ſeſamo & ſale. At piſcibus vtatur maximè carnoſis, aſſis tamen ad eundem modum quo carnes coctis, origano conſperſis & oleo ſubunctis. Vinum, ſi cõferat, album bibat, quòd ſi non conferat, nigrũ, & obambulationibus de die, poſt cœnam & mane ſe exerceat. Serum autẽ & lac, cùm tẽpus feret, ſemper bibat. Quòd ſi tibi viſum fuerit, etiá aſininũ lac decoctum exhibeto. Et ſi ſanus euaſerit, à frigore & æſtu ſibi caueat, neq; cibis admodum repleatur. Periculũ enim eſt ne rurſus morbus reuertatur. Sic igitur curatus hic morbus, ſex mẽſibus ſanatur.

ἢν γὰρ ταύτας διαφύγῃ, οὐ μάλα θνήσκει. τοῦτον ὅταν ὧδε ἔχῃ, ἐν τῇσι πρώτῃσι τῶν ἡμερέων, χρὴ ῥοφήματα διδόναι, ἄλητον καθεφθὸν, μέλι λεπτὸν παραχέων. πίνειν δὲ διδόναι, μέλανα οἶνον κατ' ὀλίγον, ὅκως ἂν βούληται κεκρημένον. σιτία δὲ μὴ προσφέρειν, πρὶν ἂν αἱ ἡμέραι παρέλθωσι. πολύποδας δὲ ἐν οἴνῳ ἑφθοὺς διδόναι ἐσθίειν. καὶ τὸν ζωμὸν ῥοφάνειν. καὶ ῥαφανίδας τρώγειν πολλάς. καὶ καρδάμου καρπὸν φώσας, ἀλέσας καὶ σήσας λεπτά. εἶτα πινέτω οἶνον μέλανα, ἐπιβαλὼν στρυφνόν. καὶ ἄλφιτα λεπτὰ ὀλίγα διδόναι πίνειν ἕωθεν. λουτροῦ δὲ ἀπεχέσθω, μέχρις ἂν αἱ ἡμέραι παρέλθωσιν. οἴνῳ δὲ καὶ ἐλαίῳ χλιήνας, ἀλείφειν ἐς κοίτην, καὶ ἐκμάσσειν. καὶ γλυκυσίδης καρποῦ δέκα κόκκους ἑψῶν ἐν οἴνῳ μέλανι, διδόναι πίνειν. γογγυλίδας διέφθους ποιέων, ῥοφανέτω τὸν χυλὸν, ἀρτύσας τυρῷ ἀνάλτῳ, καὶ μήκωνι, καὶ ἁλὶ, καὶ ἐλαίῳ, καὶ σιλφίῳ, καὶ ὄξει. ἢν δὲ καὶ φάρμακον βούλῃ πίσαι, τοῦ κνιδίου κόκκου πίσαι. καὶ μετὰ τὴν κάθαρσιν, ἀλεύρου ἑφθοῦ καὶ λιπαροῦ δοῦναι δύο τρυβλία ἐκροφέειν. οἶνον δὲ πινέτω τὸν αὐτόν. καὶ τῶν φαρμάκων καὶ ῥοφημάτων καὶ ποτῶν ὅ, τι ἂν διδῷς, ὀνήσει, ἤν τε καθ' ἓν, ἤν τε κατὰ πλείω προσφέρῃς. καὶ οὕτω τάχιστα ὑγιέα ποιήσεις. ἡ δὲ νοῦσος χαλεπή. καὶ παῦροι διαφυγγάνουσιν. ἄλλος τῦφος. γίνεται μὲν καὶ οὗτος, διὰ τόδε. ὁκόταν ἡ χολὴ σαπεῖσα μιχθῇ τῷ αἵματι ἀνὰ τὰς φλέβας καὶ τὰ ἄρθρα, ὁκόταν δὲ αἷμα στῇ, ἐνίσταται δὲ μάλιστα ἐν τοῖσιν ἄρθροισι. κατασκήπτει δὲ ἐνίοτε καὶ εἰς τὸ ἄλλο σῶμα. καὶ ὀδύνας παρέχει ὀξείας. καὶ οἱ πολλοὶ ἐκ τῆς τοιαύτης νούσου, χωλοὶ γίνονται, ὁκόταν ἀπολειφθεῖσα ἐν τοῖσιν ἄρθροισιν ἡ χολὴ πωρωθῇ. ἡ δὲ ὀδύνη διαλείπουσα ἐπιλαμβάνει, καὶ διὰ τριῶν ἡμερέων, καὶ διὰ τεττάρων. τοῦτον ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, μελετᾶν οὕτως. τῆς ὀδύνης ἐπικρατούσης ἐν τῷ σώματι, χλιάσματα χρὴ ποιέειν καὶ προστιθέναι, ἐλαίῳ ἐπαλείψας. ὁκόταν δὲ ἀνῇ, δοῦναι αὐτῷ ἐλλέβορον, πυριήσας πρόσθεν ἅπαν τὸ σῶμα. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, ὀρρὸν αἰγὸς ἑψήσας, δοῦναι πίνειν, δύο χόας, παρὰ τὸν ἕτερον χόα, μέλι παραχέας. παρὰ δὲ τὸν ἕτερον, ἅλας παραβαλών. εἶτα κύλικα παρὰ κύλικα παραλλάσσων, πινέτω ἕως ἂν ἐκπίῃ ἅπαν. εἰς ἑσπέρην δὲ μετὰ τὴν κάθαρσιν, φακῆς τρυβλίον ῥοφείτω. καὶ τεύτλων τρυβλίον λιπαρῶν, ἄλφιτα παραπάσας, ἐκπιέτω. καὶ νεοσσοῦ ἀλεκτορίδος κρέας, ἢ πελειάδος, ἢ τρυγόνος, ἢ οἰὸς, ἢ ὑὸς πίονα τρωγέτω, τὸν δὲ ἐλλέβορον, δι' ἕκτης ἡμέρης διδόναι. καὶ ἤν τι κατὰ τῶν ἄρθρων ἀνοιδίσκηται καὶ μὴ θέλῃ ἀφίστασθαι, σικύην προσβάλλων, ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος. κατακεντεῖν ἀκίδι τριγώνῳ, ἐς τὰ γούνατα, καὶ ἐν τοῖσι γούνασιν ἐν οἷσι τὸ οἴδημα. τῶν δὲ ἄλλων ἄρθρων μηδὲν κατατεμνέσθω. τὰς δὲ μεταξὺ τῶν ἡμερέων, σιτίων προσφερέσθω. ἄρτον μὲν, ὡς ὀπτότατον. μάζαν δὲ λιπαρὴν ὡς μάλιστα. ὄψα δὲ ἐχέτω ὡς μάλιστα μὲν ὀπτά. ὀρνίθεια δὲ, ἄναλτα. εἰ δὲ μὴ, καὶ ἑφθὰ, ἐζωμευμένα, πλὴν ἄνευ τυροῦ, καὶ σησάμου, καὶ ἁλός. ἰχθύσι δὲ χρήσθω, τοῖσι σαρκωδεστάτοισιν. ὀπτοῖσι δὲ, τὸν ἴσον τρόπον τοῖς κρέασιν ἑψῶν, δι' ὀριγάνου πάσας, ἐλαίῳ ἀναχρίσας. οἶνον δὲ πινέτω λευκὸν, ἢν ξυμφέρῃ. ἢν δὲ οὐ ξυμφέρῃ, μέλανα. καὶ ἐν περιόδοισι ταλαιπωρείτω δι' ἡμέρης. καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον, καὶ ὄρθριος, ὀρρὸν δὲ καὶ γάλα τὴν ὥρην πινέτω αἰεί. ἢν δέ σοι δοκέῃ, καὶ ὄνου γάλα διδόναι ἀφεψήσας. καὶ ἢν ὑγιὴς γένηται, ἐν φυλακῇ αὐτὸν εἶναι τοῦ ψύχεος, καὶ τοῦ πνίγεος. καὶ τῶν σιτίων, μὴ λίην ἐμπιπλάσθω. κίνδυνος γὰρ αὖθις ὑποτροπιάσαι τὴν νοῦσον. αὕτη τοιαύτη ἡ νοῦσος οὕτω θεραπευομένη ἐν ἓξ μησὶν ὑγιὴς γίνεται.

ἐν γὰρ

ἐν γὰρ τῷ τοσούτῳ μηνῶν τῷ διαστήματι κρίνεται ἤν τε θανάσιμος, ἤν τε μή. ἢν καὶ παραχρῆμα θεραπεύηται, πλείων ἡ νοῦσος χαλεπή. καὶ τοῖσι πλείστοισι συναποθνήσκει. ἄλλος τύφος. γίνεται μὲν τὸ νούσημα ἐν ὀπώρης καιρῷ, ὁκόταν τις πλησθῇ παντοίης ὀπώρης. τοῖσι δὲ πολλοῖσι καὶ ἀπὸ τῶνδε ἐγένετο ἡ τοιάδε νοῦσος. φαγόντες πλακοῦντας καὶ σησαμίδας καὶ τῶν ἄλλων μελιτωθέντων ἀπλήστως. τὸ γὰρ μέλι τὸ ἑφθὸν, καυματῶδές ἐστι, καὶ προσπελάζεται τῇ κοιλίῃ. ἔπειτα ὁκόταν καταπεφθῇ ἐν τῇ κοιλίῃ, ἀναζέεται. καὶ ἐξαπίνης ἡ γαστὴρ αἴρεται, καὶ πίμπραται. καὶ δοκέει διαρρήγνυσθαι. ἔπειτα δὲ ἐξαπίνης διάρροια ἐπιγίνεται. καὶ ὁκόταν ἅπαξ ἄρξηται χωρέειν, πολλὰς ἡμέρας καθαίρεται. καὶ πολλοὶ μετὰ ταύτην τὴν κάθαρσιν ὑγιέες ἐγένοντο. ὁκόταν οὖν παύσηται αὐτόματος καθαιρόμενος, φακῶν χυμοῦ ἀναζέσας αὐτὸν ἐκπιεῖν τρία ἡμίχοα, ἅλας παραβαλών. μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν τοῦ χυμοῦ, ἐς ἑσπέρην, φακῆς τρυβλίον ῥοφεέτω ψυχρῆς ἀνάλτου.[123] σίλφιον δὲ ἐπιξέσθω πουλύ. καὶ τεύτλου τρυβλίον, ἀναδεύτου λιπαροῦ, ἄλφιτα παραπάσσων. οἶνον δὲ πινέτω, μέλανα αὐστηρὸν κατ᾿ ὀλίγον. τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ χρόνου, τὰ αὐτὰ ποιείτω. καὶ σιτία προσφερέσθω, ἄρτον ἐξοπτὸν, μᾶζαν τε φαγεῖν ὡς μάλιστα. τὰς δὲ πρώτας τῶν ἡμερέων, ἄλφιτα φαγέτω καθεφθὸν, ἀποψύχων, καὶ μέλι παραχέων. οἶνον δὲ πινέτω μέλανα στρυφνὸν, ἕως ἂν καταστῇ ἡ νοῦσος, ταῦτα προσφερέσθω. ὁ δὲ ἀπὸ τῆς ὀπώρης ληφθεὶς τῇ νούσῳ, φῦσάν τε ἔχει, καὶ στρόφον, καὶ ὀδύνην. καὶ τὰ σιτία οὐκ ἐθέλει διαχωρέειν. καὶ ἡ γαστὴρ μεγάλη καὶ σκληρὴ αὐτοῦ ἐστι. καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς ἔχει. τούτῳ ἢν μὲν αὐτομάτη ταραχθῇ ἡ κοιλίη, ἐν εἴκοσιν ἡμέρῃσι τὸ ἐλάχιστον καθαίρεται. καὶ ὁκόταν παύσηται καθαιρόμενος, ὑγιὴς παραχρῆμα ἔσται. ἢν δὲ μὴ καθαρθῇ, καθαίρειν αὐτὸν, τῷ ἱπποφαέος ὀπῷ, ἢ τῷ κνιδίῳ κόκκῳ. ἐς ἑσπέρην δὲ ταῦτα διδόναι,[124] καὶ τῷ αὐτομάτως καθαιρομένῳ. τῇ δ᾿ ὑστεραίῃ, ἢν μὲν πυρετὸς ἔχῃ, ἡσυχίην ἐχέτω. διδόναι δὲ αὐτῷ πίνειν τοῦ αὐτοῦ οἴνου, ὡς ἐν ψυχροτάτῳ ὕδατι. ἢν δὲ μὴ ἔχῃ πυρετὸς, διαιτάσθω δίαιταν μὴ ὑγρὴν, ἀλλ᾿ ἰσχυροτέρην. καὶ περιπατείτω πρὸς τὰ σιτία τεκμαιρόμενος. ἀπὸ τουτέου τοῦ νουσήματος, πολλοῖσιν ἤδη ὕδερος ἐγένετο. καὶ ἢν δοκέῃ σοι κλύζειν, τοῖσιν αὐτοῖσι κλύσον, οἷσι καὶ τὸν ὑδεριῶντα. ἢν δὲ βούλῃ τοῖσιδε κλύζειν. ἐν μελικρήτου κοτύλῃ[125] τρίψας θαψίης ἐγχύσαι, εἶτα οὕτως ἐγκλύσαι. οὗτος οὕτω θεραπευόμενος τάχιστα ὑγιὴς ἔσται. ἄλλος τύφος. γίνεται μὲν τὸ νούσημα, ὁκόταν τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν τῷ σώματι σαπῇ, καὶ ἀναξηρανθῇ μᾶλλον τοῦ καιροῦ. γίνεται δὲ οὗτος τὸ εἶδος, ὁκόταν τῷ νουσήματι ἔχηται, δίυγρος, ὕπωχρος, διαφανής. κύστει ἔοικεν οὔρου, ἀλλ᾿ οὐκ οἰδέει. ἀλλὰ λεπτὸς[126] καὶ σκελιφρός ἐστι καὶ ἀσθενής. μάλιστα δὲ τοῦ σώματος λεπτύνεται τὰς κληῗδας. καὶ τὸ πρόσωπον ἰσχνὸς κάρτα. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἔγκοιλοι σφόδρα. ταῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ νουσήματος πάσχει.[127] ἢν δὲ ἡ χροιὴ τοῦ σώματος μέλαινα ᾖ, τάδε αἴτια ἐστίν. ἐς τὰ φλέβια καὶ ἐς τὸ δέρμα, ὁκόταν χολὴ μέλαινα ὑπέλθῃ, καὶ ἐπὶ τούτοισιν ὁκόταν θέρμη ἐπιγένηται, ἀνάγκη ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ξυγκαίεσθαί τε καὶ ἀναξηραίνεσθαι τὰ φλέβια,[128] ὥστε τὸ αἷμα ἐκχωρέειν κατὰ τὰ φλέβια. τάδε οὖν πάσχει. ἐστὶ λεπτὸς γίνεται καὶ κάρτα ἰσχυρῶς. καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ὀξύ[129] σπαρδαμύσσει, καὶ τὰς μυίας ἀπὸ τοῦ ἱματίου θηρεύει.[130] καὶ βαρὺς τῶν σιτίων ἐστὶν, ἢ ὑγιαίνων καὶ λύχνου ἀποσβεννυμένου τῇ ὀσμῇ ἥδεται. καὶ ἐξονειρώσσει θαμινά. πολλάκις δὲ καὶ βαδίζοντι αὐτῷ, ἐξέρχεται ἡ γονὴ

Tot enim menſium interuallis lethalis ſit necnè iudicatur. Qui etiam ſi confeſtim curetur, moleſtus tamē eſt, & pleroſq; ad mortem vſque comitatur. Alius typhos. Oritur quidem hic morbus fructuum autumnalium tempore cùm quis ſe iis omnis generis expleuerit. Pleriſque verò inde etiam eiuſmodi morbus oritur, ex inexplebili placentarum ex ſeſamo aliorumque ex melle dulciariorum eſu. Mel enim coctum in ventriculo ardorem excitat, eiq; affigitur, deinde vbi in ventriculo coctum fuerit efferueſcit, venterq; de repente attollitur, incenditur, & diſrumpi videtur. Deinde verò alui profluuium de repente contingit, cumq; ſemel fluere cœperit, per multos dies purgatur, multiq; ab hac purgatione ſani euadunt. Cùm igitur ſponte purgatio ceſſauerit, lentium cremoris, addito ſale, tres ſemicongios vt ebibat cogito. Poſt ſucci autem purgationem ſub veſperum, lenticulæ frigidæ inſulſæ acetabulum multo laſere incocto ſorbeat; & betæ non conditæ pinguis, polenta aſperſa acetabulum. Vinum nigrum auſterum paulatim bibat. Reliquo autem tempore eadem faciat, & cibos aſſumat, panem exaſſatum, & mazam quàm maximè melle & oleo ſubactam. Primis autem diebus farinam coctam & melle affuſo refrigeratam comedat. Vinum bibat nigrum, acerbum, & quoad ſedatus fuerit morbus hæc aſſumat. Qui vero ſub autumnalium fructuum tempus morbo correptus eſt, flatum exhibet, tormina & dolorem, neque cibaria demittere ſolet, venterq; ei magnus & durus eſt, & rigor febriſq; detinet. Huic ſiquidem venter commotus fuerit, viginti (vt minimùm) diebus purgatur, cumq; purgatio ceſſauerit, confeſtim ſanus euadit. At ſi minimè purgatus fuerit, cū hippophaes ſucco, aut grano cnidio purgato. Sub veſperum autem eadem etiam ſponte purgato exhibeto. Poſtridie verò ſi febris detineat, quietem agat, eiq; vinum idem ex aqua gelidiſſima bibēdum dato. Quòd ſi febris minimè detineat, victus ratione vtatur non humida, ſed valentiore & ciborum ratione habita deambulet. Ex hoc morbo plæriſq; iam aqua intercus cōtracta eſt. Et ſi viſum fuerit aluū per infuſum ſubluere, iiſdē quibus in aqua intercute aluū ſubluito. Quòd ſi voles ex his infuſum parato. Thapſiā herbam in aquæ mulſæ hemina conterito, deinde ſic per infuſum immittito. Hic hoc modo curatus citiſſimè ſanus euadet. Alius Typhos. Gignitur quidē hic morbus cùm corporis humidū putrefactum & plus æquo reſiccatū fuerit. Cùm igitur morbo detentus fuerit, habitu eſt perhumecto, ſubpallido, pellucido, & veſicæ vrinæ ſimilis apparet, ſed non intumeſcit, verùm tenuis eſt, aridus ac debilis. In corpore autē præcipuè claviculæ extenuātur, & vult⁹ vehemēter gracilis eſt; oculiq; admodū caui, & hæc quidē ex morbo cōtingūt. Quòd ſi corporis color niger extiterit, huius rei cauſa eſt. Cùm in venas & cutē bilis atra ſubierit, cūq; his calor ſuperuenerit, venulas à calore exuri & reſiccari neceſſe eſt, ac proinde ſāguinē per venas excedere. Sic igitur afficitur, hic tenuis & vehemēter gracilis euadit, oculis rarò nictatur, & muſcas in ſtragulis ſectatur, cibis magis grauatur quā ſanus, lychni extincti odore gaudet, frequēter in ſōnis ſeminis profluuiū patitur, & plærūq; inter eūdū ei genitura effunditur.

Huic cùm ſic habuerit ventrē ſuperiorem videlicet, veratro nigro purgato, inferiorē verò ſcammonij ſucco. At poſt purgationem, eadē quæ cæteris dato, & ſerum, lacq́; bubulum, aut caprinū, ſi anni tempus fuerit, exhibeto. Lac etiā aſininū decoctū vt aliquantulū purgetur, dato. Ad hunc modū curatus, intra bienniū ferè ſanus euadit. Cibos quos velit accipiat, quàm plurimū comedat, & pro ciborū ratione obambulet. Hic morbus viginti annis maiorem prehendit, cumq́; prehenderit, niſi per exordia curatio adhibita fuerit, non deſerit, quin 20. anni præterierint, ſed perſeuerat, deinde nonnullis dum curatio adhibetur, decedit. Grauis autem morbus eſt. Tenuioris inteſtini morbi aut voluuli. Cōuoluuli appellantur hi morbi, ex hiſq́; præcipuè oriūtur, ſi quis calida & humida victus ratione per hyemē vtatur, neq; ciborū conſideratione facta obambulationibus ſe exerceat, verùm expletus perpetuò dormiat, deinde de repēte longum iter per frigus conficere cogatur, poſtea ſub oſſibus rigor corripiat. Sic igitur afficitur, flatus vniuerſo corpore oboritur, eius color plumbū refert, & perpetuò riget, adeò vt calida ei affuſa, minimè calida ſentiatur. Corpus autē eius dū lauatur à calida deſquamatur, præſertim verò ſcrotū, ſiq́; digito corporis partē aliquā comprimas, deſidēte facies, & tibi veſtigiū apparebit, nō ſecus ac in farina aqua ſubacta. Maximè autem in pedibus deſidet. Eius autē crura grauātur, & ſi deambulet, tremunt, ſiq́; per accliuem locū iter faciat, crebrò admodū ſpirat, vlnæ ſuſpenſæ eſſe videntur, ſitis per noctem detinet, ciboſq́; quoſcunq; comedit, crudos per aluū demittit. Huic ita habenti, cùm ei fomentū admoueris, cneorum, aut hippophaes ſuccū, aut granū cnidiū propinato. Poſt purgationē autem eadē quę ſuperioribus dato. At poſtridie lactis aſinini cocti congiū ſale iniecto, bis ebibendū dato. Sub veſperum, panem in cœna ſumat, pro opſonio habeat ouiculæ carnes coctas, & polypos ex vino nigro coctos, iuſculūq́; ſorbeat, lenticulā ad hunc modū apparatā habeat. Lētis heminę coctæ, probè tritæ, poſtea farinā cōmiſceto; & laſer deraſum & ſalē iniicito, acetum infundito, & ad hæc alia ſimul coquito, deinde aqua affuſa bis aut ter ferueſacta ſimul ipſa rudicula agitato, poſtea detracta refrigerato. Sit autē nō valde craſſa, cuiq; boni odoris gratia pulegiū ſimul coctū iniectum ſit. Interiectis autē diebus ſexto quoq; die vomitus excitet, ſubinde tamē ante vomitū & medicamēti potionem fomentū admouere oportet. Tertio quoq; die balneū, ſi conferat, exhibeatur, ſin minùs, inungatur, & ſi poſſit, pro ciborum ratione deambulationibus vtatur, & ſambuci folia, conyzæq́; ſemper tenellæ decocta, edenda dato. Hac enim curatione facillimè deget, morbuſq́; poſt annū deſeret. Multis verò iam ſanatis, poſt bienniū morbus reuerſus eſt, verùm ſi redeat, eadē curatione curare oportet. Quòd ſi tertio reuertatur, tumor quidem nō accedit, tenuis tamē & gracilis euadit, & facies extenuari incipit, coloreq́; exalbido magis quàm priùs exiſtit. Huic interdū aqua intercus in vētre ſuboritur. Si igitur exorta fuerit, eū minimè ſecare oportet. moritur enim, ſed iiſdē remediis curare, quibus ex liene aqua intercute laborātē. Hūc maximè quidē vt per initia cures tibi vidēdū eſt, ſicq́; celeriter ſanū reddes. Morbus autē cùm grauis ſit, multa cautione indiget. Alius conuolulus auriginoſus.

τοῦτον ἢν ὧδε ἔχῃ, τὴν οὕτως ἔχουσαν γαστέρα τὴν κοιλίην τὴν μὲν ἄνω ἐλλεβόρῳ, τὴν ἄνω δηλονότι. τὴν δὲ κάτω, τῷ σκαμμωνίης. μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν, τὰ αὐτὰ διδόναι, ἃ καὶ τοῖσιν ἄλλοισι. καὶ ὀρρὸν καὶ γάλα βοὸς, ἢ αἰγὸς διδόναι τῇ ὥρῃ. διδόναι δὲ καὶ ὄνου γάλα ἀφεψῶν ἐς ὑποκάθαρσιν. οὕτω μεταχειριζόμενος μάλιστα ἐν δυσὶν ἔτεσιν ὑγιὴς γίνεται. σιτία δὲ ἃ βούλεται προσφερέσθω. ἐσθιέτω δὲ ὡς μάλιστα καὶ περιπατείτω, πρὸς τὰ σιτία τεκμαιρόμενος. αὕτη ἡ νοῦσος λαμβάνει πρεσβύτερον εἰκοσαέτεος. ὅταν δὲ λάβῃ, ἢν μὴ κατ' ἀρχὰς τοῦ νοσήματος μεταχειρισθῇ, οὐκ ἐκλείπει, εἰ μὴ εἴκοσιν ἔτεα παρέλθῃ, ἀλλὰ παραμένει. ἔπειτα ἐνίοισι μελεταιομένοισιν ἐξέρχεται. ἡ δὲ νοῦσος χαλεπή. Εἰλεοί. εἰλεοὶ δὲ τάδε τὰ νοσήματα καλέεται. γίνεται δὲ ἀπὸ τῶνδε μάλιστα. ἢν ὑγρῇ μὲν καὶ θερμῇ τῇ διαίτῃ ἐν χειμῶνι χρέηται, καὶ μήτε περιόδοισι ταλαιπωρέῃ πρὸς τὰ σιτία τεκμαιρόμενος. πιμπλάμενος δὲ, εὕδῃ αἰεὶ, εἶτα ἐξαπίνης ἀναγκασθῇ βαδίσαι μακρὴν ὁδὸν, ψύχεος ἐόντος. εἶτα ῥιγώσῃ ὑπὸ τὰ ὀστέα. τάδε οὖν πάσχει. φῦσα ἐγγίνεται ἐν τῷ σώματι πάντη. καὶ ἡ χροιὴ αὐτέου γίνεται μολιβδώδης. καὶ ῥιγοῖ αἰεὶ ὥστε οἱ θερμὸν καταχυθὲν, οὐ δοκέει θερμὸν εἶναι. τὸ δὲ σῶμα λουόμενον αὐτοῦ, λεπίζεται ἀπὸ τοῦ θερμοῦ. μάλιστα δὲ ἡ ὄσχη. καὶ ἢν τῷ δακτύλῳ τοῦ σώματος ὑποπιέζῃς, ἐνθλάσεις. καὶ σημαίνεται ὥσπερ ἐν σταιτί. μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι ποσὶν ἐνθλᾶται. τὰ δὲ σκέλεα βαρέα αὐτοῦ. καὶ ἢν περιφοιτήσῃ, τρέμει. καὶ ἢν πρὸς ἴσαντας βαδίζῃ, πνευστιᾷ σφόδρα. καὶ αἱ ὠλέναι δοκέουσιν ἀποκρέμασθαι. καὶ δίψα ἔχει τὰς νύκτας. τὰ δὲ σιτία ὠμὰ διαχωρεῖ, ἅσσα καταφάγῃ. τοῦτον ὅταν οὕτως ἔχῃ, πυριήσας αὐτὸν, κνεώρου διδόναι πίνειν, ἢ τοῦ ἱπποφαέος ὀποῦ, ἢ κόκκον κνίδιον. μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν ταῦτα διδόναι, ἃ καὶ τοῖσι προτέροισιν. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, ὀνείου γάλακτος ἑφθοῦ χοέα διδόναι, δὶς ἐμπάσσων ἅλας … ἐς ἑσπέρην δὲ, δειπνείτω ἄρτον. ὄψον δὲ ἐχέτω ὄιος κρέα ἑφθά. καὶ πουλύποδας ἑφθοὺς ἐν οἴνῳ μέλανι. καὶ τὸν ζωμὸν ῥοφανέτω. καὶ φακῆν ἐχέτω, ὧδε ἐσκευασμένην. κοτύλην φακοῦ ἑψήσας, τρίψαι λείην, ἔπειτα ἄλευρον παραμίξαι. καὶ σίλφιον ἐπιξύσαι, καὶ ἅλας ἐμβαλεῖν. καὶ ὄξος ἐπιχέαι. καὶ ἄλλα πρὸς τούτοις συνεψῆν. ἔπειτα ὕδωρ ἐπιχέας ζέσαι δὶς ἢ τρίς. καὶ τορύνῃ ἅμα αὐτοῖς. ἔπειτα ἀφελὼν, ἐψυχέσθω. ἔστω δὲ μὴ λίην παχέα. ἐμβεβλήσθω δὲ καὶ ἡ γλήχων εὐοδμίης εἵνεκα. τὰς δὲ μεταξὺ τῶν ἡμερέων, ἐμέτοις πειρᾶσθαι δι' ἕκτης ἡμέρης. πυριῆσθαι δὲ χρὴ ὁτὲ καὶ ὁτὲ πρὸ τοῦ ἐμέτου καὶ τῆς φαρμακοποσίης. καὶ διὰ τρίτης ἡμέρης λουέσθω ἢν συμφέρῃ. εἰ δὲ μὴ ἀλειφέσθω. καὶ περιπατείτω ἢν δυνατὸς ᾖ, πρὸς τὰ σιτία τεκμαιρόμενος, καὶ ἀκτῆς φύλλα καὶ κονύζης τῆς αἰεὶ ἁπαλῆς ἑψῶν, διδόναι ἐσθίειν. οὕτω γὰρ ἂν μεταχειρισάμενος, ῥήϊστα διάγοι. καὶ ἡ νοῦσος ἐκλείπει ἐν ἐνιαυτῷ, πολλοῖσι δὲ ἤδη ὑγιέσι γενομένοισι, διὰ δύο ἐτέων ἡ νοῦσος ὑπέστρεψεν. ἀλλὰ χρὴ ἢν ὑποστρέψῃ, τῇ αὐτῇ ἰήσει ἰᾶσθαι. ἢν δὲ τρίτον ὑποστρέψῃ, οἴδημα μὲν οὐκ ἐπιγίνεται. λεπτὸς δὲ γίνεται καὶ χλωρός. ἄρχεται δὲ λεπτύνεσθαι ἀπὸ τοῦ προσώπου καὶ τὴν χροιὴν ἔκλευκος γίνεται, μᾶλλον ἢ τὸ πρόσθεν. τούτῳ ὕδερος ἐνίοτε ἐγγίνεται ἐν τῇ κοιλίῃ, ἢν οὖν ἐγγένηται, τάμνειν αὐτὸν οὐ χρή. ἀποθνήσκει γάρ. θεραπεύειν δὲ τοῖσιν αὐτοῖσιν, οἷσι καὶ τὸν ἀπὸ σπληνὸς ὑδεριῶντα, τοῦτον μάλιστα μὲν κατ' ἀρχὰς βούλεσθαι μελετᾶν, καὶ οὕτω ταχέως ὑγιέα ποιήσεις. ἡ δὲ νοῦσος δέεται μελέτης πολλῆς. χαλεπὴ γάρ. ἄλλος εἰλεὸς ἰκτερώδης.

Ἐπιλαμ-

Ἐπιλαμβάνει δὲ μάλιστα μὲν θέρεος ὥρην ἐν ἑλώδεσι χωρίοισιν ἐοῦσι. μᾶλλον δὲ ἀπὸ ὑδροποσίης. πολλοὶ δὲ ἤδη τῷ τοιούτῳ συνεσχέθησαν καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου εἰληθέντες, τὴν κεφαλὴν ἀλγήσαντες. ἀλλὰ παραπλήσια τοῖσι πρόσθεν πάσχουσι, πλὴν τῆς χροιῆς. καὶ γὰρ ὠχρὸς γίνεται, οἷόν περ σίδιον. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἔστιν ὅτε ἰκτέρου πίμπλανται. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, θεραπεύειν χρὴ τοῖσιν αὐτοῖσιν, οἷσι καὶ τὸν πρόσθεν. διδόναι δὲ ἀπ' ἐρεβίνθων λευκῶν ὕδωρ ἑφθὸν πίνειν. καὶ ἐν τῷ οἴνῳ διακιρνὰς καὶ διδόναι. καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ καθαίρειν [116] τῷ τετραγώνῳ. ἔστι δὲ ἧσσον τοῦ προτέρου θανατώδης. καλέεται δὲ εἰλεὸς ἰκτερώδης.

[117] Εἰλεὸς αἱματίτης. Τὰ μὲν ἄλλα πάσχει πλῆθος τὰ αὐτὰ τοῖσι πρόσθεν. ἄρχεται δὲ μετοπώρου γίνεσθαι τὸ νούσημα. τάδε δὲ ἐν τῷ νουσήματι προσγίνεται. ἐκ τοῦ στόματος κακὸν ὄζει, ἀπὸ τῶν ὀδόντων καὶ τὰ οὖλα ἀφίσταται. καὶ ἀπὸ τῶν ῥινῶν αἷμα ῥέει. ἐνίοτε δὲ καὶ ἐκ τῶν σκελέων ἕλκεα ἐκφλυνδάνει. καὶ τὰ μὲν, ὑγιαίνεται. τὰ δὲ ἄλλα προσγίνεται. καὶ ἡ χροιὴ μέλαινα, καὶ λεπτόδερμος. περιφοιτᾷν δὲ καὶ ταλαιπωρέειν [118] πρόθυμος. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, τοῖσιν ἰῆσθαι, οἷσι καὶ τὸν πρόσθεν, καὶ κλύζειν τοῖσδε. σικύου τοῦ ἀγρίου πέντε φύλλα τρίψας λεῖα, καὶ παραμίξαι μέλιτος ἡμικοτύλιον. καὶ ἁλῶν δρακὶ ὅσον τῇ μιῇ χειρὶ, καὶ ἐλαίου, ἡμικοτύλιον. καὶ ἀπὸ τεύτλων ἑφθῶν τοῦ χυλοῦ τέσσαρας κοτύλας. διδόναι δὲ ἐς ὑποκάθαρσιν ὀνείου γάλακτος ἑφθοῦ, κοτύλας ὀκτὼ, μέλι παραχέων. πινέτω δὲ καὶ βόειον τὴν ὥρην, τεσσαράκοντα ἡμέρας. πινέτω δὲ καὶ τὸ ἕωθεν τοῦ βοείου γάλακτος δύο κοτύλας, τρίτην μελικρήτου παραμίσγων τάς. καὶ μεταξὺ τῶν ἡμερέων. αὕτη ἡ νοῦσος, δέεται πολλῆς ἰήσιος. εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἐξέρχεται, ἀλλὰ ξυναποθνήσκει τῷ ἀνθρώπῳ. καλέεται δὲ εἰλεὸς αἱματίτης. Τὰ παχέα καλεύμενα νοσήματα. Ἐκ δὲ τῶν παχέων καλουμένων νουσημάτων, τάδε μάλιστα γίνεται. ὁκόταν φλέγμα καὶ χολὴ μιχθῇ κατὰ τὸ σῶμα, ῥέει ἐς τὴν κοιλίην, καὶ ὁκόταν ἀθροισθῇ ἐν τῇ κοιλίῃ, αἴρεται ἄνω τε καὶ κάτω ἀνατρέχει, ὥσπερ κῦμα. καὶ ῥῖγος, καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει. καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ ἡ ὀδύνη καθίσταται. καὶ ὁκόταν πρὸς τὰ σπλάγχνα ἡ ὀδύνη καταστῇ, πνῖγμα παρέχει. ἐνίοτε δὲ ἐμέει λάπην ὀξείην. ἐνίοτε δὲ καὶ ἁλμυρήν. καὶ ὁκόταν ἀπεμέσῃ, πικρὸν τὸ στόμα δοκέει αὐτῷ εἶναι. ἐν δὲ τῇσι πλευρῇσιν ἐρυθήματα κατίσχεται. ἅτε γὰρ τοῦ φλέγματος ἐν τῇ κοιλίῃ ἐόντος, τὸ αἷμα ὑπὸ θερμασίης ἀθροισθὲν, προσέπεσεν ἐς τὰς πλευράς. καὶ ἐρυθήματα παρέχει ἐν τῇσι πλευρῇσι. καὶ θερμασίη ἔχει μάλιστα τὰς πλευράς. καὶ τὸ μετάφρενον αὐτοῦ ἐπίκυρτον γίνεται. καὶ ὁκόταν πονῇ μάλιστα, οὐκ ἀνέχεται ψαυόμενος τοῦ σώματος. ἀλγέει γὰρ [119] ὁκοῖόν περ ἕλκος. καὶ αἱ σάρκες πάλλονται ὑπὸ τῆς ἀλγηδόνος. καὶ οἱ ὄρχιες ἕλκονται. καὶ ἐς τὴν καθέδρην, καὶ ἐς τὴν κύστιν, θέρμη τις καὶ ὀδύνη ἐμπίπτει, καὶ οὐρέει παχὺ [120] ὁκοῖόν περ ὑδρωπες. καὶ ἐκ τῆς κεφαλῆς αἱ τρίχες ῥέουσι. καὶ οἱ πόδες αἰεὶ ψυχροί. καὶ ἡ ὀδύνη πιέζει μάλιστα τὰς πλευράς, καὶ τὸ μετάφρενον, καὶ τὸν τράχηλον. πρὸς δὲ τῷ δέρματι [121] δοκέει οἵ τι προσέρπειν. ἡ δὲ νοῦσος ὁτὲ μὲν, πιέζει, ὁτὲ δὲ, ἀνίησι. προϊούσης δὲ τῆς νούσου, συνεχέστερον πιέζει. καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ δέρμα παχὺ καὶ ἐρυθρόν ἐστι. ἔστι μέχρι μὲν ἓξ ἐτέων, τοιαῦτα πάσχων διατελέει. ἔπειτα ἱδρώς τε πουλὺς καταχέεται καὶ κακώδης γίνεται. πολλάκις δὲ καὶ ὀνειρώσσει. τὸ δὲ λάγνευμα τοῦτο, ὕφαιμον προέρχεται ὑποπέλιδνον. τοῦτο δὲ νούσημα γίνεται διὰ θερμασίην τοῦ ἡλίου καὶ ὑδροποσίην.

Inuadit hic æſtatis præcipuè tempore, in paluſtribus locis, ex aquæ autem potione magis. Plerique verò ſub ſole volutati cum capitis dolore, eiuſmodi iam morbo detenti ſunt. Verùm vt priores ſimiliter afficiuntur, colore excepto, pallidus enim exiſtit vt malicorium, & oculi interdum auriginoſo colore implentur. Hunc cùm ſic habuerit, iiſdem quibus ſuperiorem curare oportet. Cicerum etiam alborum decoctum potui exhibendum, & vino permiſcendum, eiuſque caput medicamento tetragono purgandum. Hic ſuperiore minùs lethalis, & conuoluulus auriginoſus nuncupatur. Conuoluulus ſanguineus. Cætera quidē copia eadem quæ prioribus contingunt, morbus autem per autumnum oriri incipit, in eoq; hæc accedunt. Ex ore malus odor expirat, à dentibus gingiuæ abſcedunt, & ex naribus ſanguis effluit. Interdum verò ex cruribus vlcera erumpunt, & hæc quidem ſaneſcunt, alia verò exoriuntur, color niger eſt, cutis tenuis, ad deambulationem & exercitationem alacriter ſe habet. Hunc ita habentem iiſdem quibus ſuperiores curato, & ex his aluum ſubluito. Cucumeris agreſtis foliis quinque tenuiter tritis, mellis heminam dimidiam ammiſceto, & ſalis pugillum, itemq; olei heminam dimidiam, & betarum coſtarum ſucci heminas quatuor. Dato etiam ad purgationem per inferiora lactis aſinini cocti heminas octo, melle affuſo, & lac bubulum, ſi tempus ferat, quadraginta diebus bibat. Mane quoque lactis bubuli heminas duas bibat, tertia aquæ mulſæ parte etiam interpoſitis diebus ammixta. Hic morbus multa curatione indiget, alioqui non decedit, ſed hominem ad mortem vſque comitatur. Vocatur autem conuoluulus ſanguineus. Morbi qui craſſi nuncupantur. Ex craſſis morbis nuncupatis, hi præcipuè oriuntur. Cùm pituita & bilis in corpore mixta fuerit, in ventrem defluit, cumque ibi coaceruata fuerit, attollitur, ſurſumque ac deorſum velut vnda diſcurrit, rigor & febris prehendit, dolor ad caput decumbit, cumque ad viſcera peruenerit, ſtrangulatum adfert. Interdum pituitam acidam, quandoque verò etiam ſalſam vomit, cumque vomitione reiecerit, os ei amarum videtur. Latera rubores occupant, pituita namque in ventre exiſtente, ſanguis calore coaceruatus ad latera fertur, & in iis rubores excitat, eaq; calor maximè vexat, ipſiq; dorſum incuruatur. Cumq; maximè doleat, corporis contactum non ſuſtinet, dolet enim tanquam vlceratum, carnes præ dolore palpitant, teſtes contrahuntur, & ad ſedem ac veſicam calor quidam & dolor irrumpit, craſſamque vrinam qualem aqua intercute laborantes reddit, capilli ex capite defluunt, pedes ſemper frigidi ſunt, dolor maximè ad latera, dorſum, & ceruicem vrget, eique ad cutem aliquid adrepere videtur. Morbus autem interdum quidem vrget, interdum verò remittit. At procedente morbo aſſiduè magis vrget, cutiſque capitis craſſa & rubra eſt. Hic ad ſex quidem annos hoc modo affectus perdurat, deinde ſudor copioſus & graueolens effunditur, crebrò verò per ſomnū veneris ludibriis agitatur, illiuſque ſemen genitale ſubcruentū prodit & ſubliuidū. Hic morbus ex ſolis calore & aquæ potione oritur.

Hunc igitur vbi ſic habuerit, cneoro exhibito per inferiora aliquantulum purgato, aut grano cnidio, aut hippophaes ſucco. Lactis etiam aſinini cocti octo heminas, melle affuſo potui dato. Poſtero verò die poſt purgationem eadem quæ aliis porrigito. Primis autẽ diebus eadem quæ aqua intercute detentus in cibo accipiat, & ſi validus fuerit, obambulationibus ſe exerceat. Quòd ſi inualidus propter febres fuerit, neque cibos comedere poſſit, lenticulæ ſorbitione vtatur, & in potu vino nigro quàm auſtero. Hic morbus autumno præcipuè & autumnalium fructuum tempore inuadit. Hic ſi quidem intra ſex annos curatus fuerit, bene eſt, ſin minùs, ad decimum vſque annum perſeuerat; plærosque verò niſi confeſtim adhibita curatio fuerit, ad mortem vſque comitatur. Craſſi autem huiuſmodi morbi ex bile oriuntur, cùm bilis ad hepar confluxerit, & in capite ſedem habuerit. Sic igitur afficitur, iecur intumeſcit, tuncq; ad ſeptum tranſuerſum expanditur, ſtatimq; dolor ad caput, præcipuè verò ad tempora ingruit, neque auribus acutè audit, ſæpè verò oculis non videt, horrorq; & febris inuadit. Hæc quidem per morbi initia ei contingunt, & interdum valde quidem, interdum etiam minùs intermittunt: quantoq; longiùs morbus proceſſerit, tantò magis corpus dolet, oculorum pupillæ diſſipãtur, & cœcutit, ſiq; digitum ad oculos admoueris, non percipit, quòd non videat. Ex eo autem cognoſces quòd non videat, quòd admoto digito non nictatur, & floccos ex veſte ſtragula detrahit, ſi quos videat, pediculos eſſe ratus. Cumq; hepar ad ſeptum tranſuerſum magis explicatum fuerit, delirat, eiq; ante oculos reptilia & cuiuſuis generis variæ feræ apparere videntur, & homines armati, cum quibus ipſe pugnare videtur, & tanquam pugnas & bella geri videat, eiuſmodi loquitur, irruit, & niſi quis eum exire ſinat minatur, ſiq; ſurrexerit, crura attollere non poteſt, ſed decidit, & eius pedes ſemper ſunt frigidi. Cùm dormit per ſomnum exilit, & terretur cum inſomnia horrenda viderit. Eum autem in ſomnis exilire & terreri ex eo cognoſcimus, quòd ad mentem cùm redierit, inſomnia enarrat, quæq; corpore geſſit, & quę lingua locutus eſt. Hæc quidem ad hunc modum patitur, interdum verò per totum diem ac noctem voce defectus iacet, cum multa & conferta reſpiratione. Cùm delirium quieuit, ſtatim eueſtigio mentem redit, & ſi quis eum roget, confeſtim reſpondet, & omnia quæ dicũtur intelligit, deinde rurſus paulò poſt, in iiſdem doloribus decumbit. Hic morbus maximè per peregrinationem contingit, & ſicubi deſerta loca peragrans, ex viſo ſpectro terrore correptus fuerit. Quin & aliàs etiam prehendit. Cùm ſic habuerit, veratri nigri pondus obolorum quinque ex vino dulci propinato, aut ei ex his infuſum iniicito. Nitri Ægyptij tali ouilli quantitatem leuiter terito, & mellis optimi decocti heminá dimidiam in pila ammiſceto, & olei tantundem, cum betarum coctarũ decocto ad quatuor heminas, per noctem cœlo ſereno expoſitas. Quod ſi voles, pro betæ decocto lac aſininum coctum admiſceto, eaq; permixta, febris detineat nec ne, per infuſum immittito. Pro ſorbitionib. ptiſana decocta melle affuſo vtatur. Mel autem, & aquam & acetum ſimul permixta bibat, quoad morbus iudicatus fuerit.

τοῦτον τοιγαροῦν ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, τοῦ κνεώρου διδοὺς ὑποκαθαίρειν, ἢ τοῦ κνιδίου κόκκου, ἢ τοῦ ἱπποφαέος. δίδου δὲ πίνειν καὶ γάλα ὄνειον ἑψήσας ὀκτὼ κοτύλας μέλι παραχέων. τῇ δὲ ὑστεραίῃ μετὰ τὴν κάθαρσιν τὰ αὐτὰ προσφέρειν, ἃ καὶ τοῖσιν ἄλλοισι. τὰς δὲ πρώτας ἡμέρας, ἀπεχέσθω τὰ αὐτὰ, ἃ καὶ οὗτος ὑπὸ ὑδέρου ἐχόμενος. καὶ ποιεέτω περιόδοισιν ἢν δυνατὸς ᾖ. ἢν δὲ ἀδύνατος ᾖ ὑπὸ τοῦ πυρετοῦ, καὶ ἐσθίειν μὴ δύνηται τὰ σιτία, χρήσθω ῥοφήματι φακῆς. ποτῷ δὲ οἴνῳ μέλανι ὡς αὐστηροτάτῳ. αὕτη ἡ νοῦσος ἐπιλαμβάνει μάλιστα μετοπώρου, καὶ ὀπώρης ἐούσης. ἐστὶ ἢν μὲν ἰηθῇ ἐν τοῖς ἓξ ἔτεσιν. εἰ δὲ μὴ προσέχει καὶ ἄχρι τῶν δέκα ἐνιαυτῶν. πολλοῖσι δὲ καὶ ξυναποθνήσκει, ἢν μὴ παραχρῆμα μελετηθῇ ταχέως.[142] τὰ δὲ τοιάδε τῶν νοσημάτων γίνεται ἀπὸ χολῆς. ὁκόταν χολὴ ἐπὶ τὸ ἧπαρ ἐπιρρυῇ, καὶ κατὰ τὴν κεφαλὴν καταστῇ, τάδε οὖν πάσχει. τὸ ἧπαρ οἰδεῖ[143] καὶ ἀναπλοῦται δὲ πρὸς τὰς φρένας ὑπὸ τοῦ οἰδήματος. καὶ εὐθὺς ἐς τὴν κεφαλὴν ὀδύνη ἐμπίπτει. μάλιστα δὲ ἐς τοὺς κροτάφους. καὶ τοῖσιν ὠσὶν οὐκ ὀξὺ ἀκούει. πολλάκις δὲ καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν οὐχ ὁρᾷ. καὶ φρίκη καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει. ταῦτα μὲν κατ' ἀρχὰς τοῦ νοσήματος αὐτῷ γίνεται διαλιμπάνοντα. ὅτε μὲν, σφόδρα· ὅτε δὲ, ἧσσον. ὁκόσῳ δ' ἂν ὁ χρόνος τῇ νούσῳ προσίῃ, ὅ, τε πόνος πλείων ἐν τῷ σώματι. καὶ αἱ κόραι σκίδνανται τῶν ὀφθαλμῶν.[144] καὶ σκιαυγέει, καὶ ἢν προσφέρῃς τὸν δάκτυλον πρὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς, οὐκ αἰσθήσεται, διὰ τὸ μὴ ὁρᾷν. τοῦτο δ' ἂν γνοίης ὅτι οὐχ ὁρῇ. ὅτι οὐ σπαρδαμύσσει προσφερομένου τοῦ δακτύλου. καὶ τὰς κροκίδας ἀφαιρεῖ τοῦ ἱματίου, ἢν περ ἴδῃ,[145] δοκέων φθεῖρας αὐτὰς εἶναι. καὶ ὁκόταν, τὸ ἧπαρ[146] μᾶλλον ἀναπλωθῇ πρὸς τὰς φρένας, παραφρονέει. καὶ προφαίνεσθαί οἱ δοκεῖ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν, ἑρπετὰ καὶ ἄλλοια παντοδαπὰ θηρία, καὶ ὁπλῖται μαχόμενοι. καὶ αὐτὸς ἐν αὐτοῖς δοκεῖ μάχεσθαι. καὶ τοιαῦτα λέγει,[147] ὡς ὁρέων μάχας καὶ πολέμους. καὶ ἐπέρχεται. καὶ ἀπειλέει. ἢν μή τις αὐτὸν ἐῇ ἐξιέναι. κἂν ἀναστῇ, οὐ δύναται αἴρειν τὰ σκέλεα.[148] ἀλλὰ καταπίπτει. καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ αἰεὶ ψυχροί. καὶ ὁκόταν καθεύδῃ, ἀναΐσσει ἀπὸ τοῦ ὕπνου, καὶ φοβέεται ὁκόταν ἐνύπνια ἴδῃ φοβερά.[149] τοῦτο δὲ γινώσκομεν ὅτι ἀπὸ ἐνυπνίων ἀΐσσει, φοβέεται καὶ ὁκόταν ἔννοος γίνηται, ἀφηγεῖται τὰ ἐνύπνια, ὁκοῖα καὶ τῷ σώματι ἐποίει, καὶ τῇ γλώσσῃ ἔλεγε. ταῦτα μὲν, οὕτω πάσχει. ἔστι δ' ὅτε καὶ κέεται ἄφωνος ὅλην τὴν ἡμέρην καὶ τὴν νύκτα, ἀναπνέων πολλὸν τὸ πνεῦμα ἀθρόον. ὁκόταν δὲ παύσηται παραφρονέων,[150] εὐθὺς παραχρῆμα ἔννοος γίνεται. καὶ ἢν ἐρωτᾷ τις αὐτὸν εὐθὺς ἀποκρίνεται καὶ γινώσκει πάντα τὰ λεγόμενα. εἶτ' αὖθις ὕστερον ὀλίγῳ χρόνῳ, ἐν τοῖσιν αὐτοῖσιν ἄλγεσι κεῖται. αὕτη ἡ νόσος προσπίπτει μάλιστα[151] ἐν ἀλλοδημίῃ. καὶ ἤν κου ἐρήμην ὁδὸν βαδίζῃ, καὶ ὁ φόβος αὐτὸν λάβῃ ἐκ φάσματος. λαμβάνει δὲ καὶ ἄλλως. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, πῖσαι τοῦ μέλανος ἐλλεβόρου πέντε ὀβολοὺς στήσας. διδόναι δὲ ἐν οἴνῳ γλυκεῖ, ἢ κλύζειν αὐτὸν ἐν τούτοισι. νίτρου αἰγυπτίου, ὁκόσον ἀστράγαλον ὄϊος. τοῦτο τρίψαι λεῖον. καὶ παραμίξαι μέλιτος καλλίστου. ἡμικοτύλιον δὲ ἑψήσας[152] ἐν θυείῃ, καὶ ἡμικοτύλιον ἐλαίου, καὶ ἀπὸ τεύτλων ἑφθῶν ὕδατος τέσσαρας κοτύλας ἐξαιθριάσας. ἢν δὲ βούλῃ ἀντὶ τεύτλου ὄνειον γάλα ἑψήσας, παραμίξαι. ταῦτα μίξας κλύζειν, ἤν τε πυρετὸς ἔχῃ, ἤν τε μή. ῥοφήμασι δὲ χρήσθω, πτισάνῃ καθεφθῷ, μέλι παραχέων. πινέτω δὲ καὶ μέλι καὶ ὕδωρ καὶ ὄξος συγκεράσας ἅμα. ἕως ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος.

κρίνεται δὲ ἐν δεκατέσσαρσιν ἡμέρῃσι τὸ μακρότατον, ἤν τε θανάσιμον, ἤν τε οὔ. πολλοῖσι δὲ ἤδη ἡ τοιαύτη νοῦσος πεπαυμένη, πάλιν ὑποτροπιάσεν. ἢν δὲ ὑποτροπιάσῃ, κίνδυνος αὐτὸν διαφθαρῆναι. κρίνεται δὲ ἡ νοῦσος ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢν θανάσιμος, ἢ οὔ. ἢν δὲ ταύτας ἐκφύγῃ, οὐ μάλα θνήσκει, ἀλλὰ τοῖσι πολλοῖσι μελεδαινομένη ἐξέρχεται. ὁκόταν δὲ παύσηται ἡ νοῦσος, διαίτῃ χρήσθω καλῇ, τοσούτους προσάγων, ὁκόσα ἡ κοιλίη προσδέξηται, καὶ μὴ ξυγκαυθῇ, μήτε διάῤῥοια ἐπιγένηται. ἀμφότερα γὰρ δοκεῖ κινδυνώδεα εἶναι. λουέσθω δὲ ἑκάστης ἡμέρης, καὶ περιπατέετω μετὰ τὰ σιτία, ὀλίγα. ἐσθῆτα δὲ ἐνιέσθω κούφην, καὶ μαλθακὴν, καὶ γαλακτοποτέετω τὴν ὥρην, καὶ ὀῤῥοποτέετω, πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας. ταῦτα ἢν ποιέῃ, τάχιστα ὑγιὴς ἔσται. ἡ δὲ νοῦσος χαλεπὴ, καὶ δέεται μελέτης πολλῆς. Ἑτέρη παχύ. Γίνεται δὲ ἀπὸ φλέγματος σαπέντος, τῷδε δὲ δῆλον ὅθεν γίνεται, ὅτι σαπρόν ἐστιν, ἐρυγγάνει ἀπὸ τοῦ τοιοῦδε ἔχον τὴν ὀσμὴν, ὁκοῖον τις ῥαφανῖδας φαγών. ἄρχεται δὲ γίνεσθαι τὸ τοιοῦτον νόσημα, ἀπὸ τῶν σκελέων. εἶτ' ἀπὸ τούτων, ἄνεισιν ἐς τὴν κοιλίην. καὶ ὁκόταν ἐν τῇ κοιλίῃ στῇ, αὖθις ἀνατρέχει πρὸς τὰ σπλάγχνα. καὶ ὁκόταν ἐπὶ τούτοισι στῇ, μύζει καὶ ἔμετον ἔχει, ἅμα λαπὴν [illegible] ὀξείην ὑπόσαπρον. καὶ ὁκόταν ἀπεμέσῃ, οὐκ ἔχει [illegible]. ἔπειτα ἀπορίη πρὸς τοῖσι σπλάγχνοισιν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν ἐξαπίνης ὀδύνη στηρίζει ὀξείη. καὶ τοῖσιν ὠσὶν ὀξέως ἀκούειν οὐ δύναται. οὐδὲ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρῇν, ὑπὸ τοῦ βάρεος. ἱδρώς τε πολλὸς καταχέεται κακόδμος. καὶ μάλιστα ὅταν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, καὶ ποιεῖ λωφὴν τῆς νούσου. ἡ δὲ χροιὴ αὐτοῦ, ἰκτερώδης δείκνυται. αὕτη ἡ νοῦσος τῆς προτέρης ἧσσον μικρῷ θανατώδης. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, καθαίρειν τὴν κοιλίην, κάτω μὲν τῷ ἱπποφέῳ. ἄνω δὲ τῷ ἐλλεβόρῳ. καὶ τὴν κεφαλὴν καθαίρειν τῷ τετραγώνῳ. καὶ ὁκόταν ὑπὸ τοῦ ἐλλεβόρου κεκαθαρμένος ᾖ, τῇ ὑστεραίῃ ὀνείῳ ἑφθῷ γάλακτι ὑποκαθαίρειν. τῇ δὲ τρίτῃ, αἰγείῳ ἑφθῷ. ὡσαύτως δὴ καὶ τῇ τετάρτῃ καὶ τῇ πέμπτῃ. εἴκοσι δὲ ἄλλας ἡμέρας διδόναι ὠμὸν γάλα βόειον. εἴτε καὶ αἴγειον. τρίτον μέρος μελικρήτου παραμίσγων. πινέτω δὲ τοῦ γάλακτος χοέα. μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν τὴν κάτω, τῶν φαρμάκων τε αὐτὰ προσφέρειν, ἃ καὶ τοῖσιν ὑπὸ ὕδρωπος κατεχομένοισι. τὸν δὲ λοιπὸν χρόνον ὁκόταν τὸ γάλα πίνῃ, δειπνεέτω ἄρτον ἐξόπτον. ὄψον δὲ ἐχέτω, ἐν ἰχθύσι μὲν σκορπίον, ἢ καλλιώνυμον, ἢ κόκκυγα, ἢ ῥίνης τέμαχος ἑφθὸν ἐν ἀρτύμασιν. ἐν κρέασι δὲ οἰός. ἢ ἀλεκτρυόνος νεοσσοῦ, ταῦτα ἑφθά. οἶνον δὲ πινέτω λευκὸν, ἢν ξυμφέρῃ· ἢν δὲ μὴ, μέλανα αὐστηρόν. εἶτα περιπατεέτω μετὰ τὸ φαγεῖν, ὅκως ἂν μὴ ῥιγώσῃ. τούτῳ ἢν μὲν οὖν ξυμφέρῃ, τὰ σιτία διδόναι ἃ εἴρηται, ἢν δὲ μὴ ξυμφέρῃ, ῥοφήματα διδόναι πτισάνης ἢ κέγχρου. ταύτῃ τῇ νούσῳ ἢν τριήκοντα ἡμέρας παρέλθῃ ὁ νοσέων, ὑγιάζεται. αὗται γὰρ κρίνουσιν ἢν θανάσιμος, ἢ μή. ἡ δὲ νοῦσος χαλεπή. Ἄλλο παχύ. γίνεται τὸ νόσημα, ὑπὸ φλέγματος λευκοῦ. ξυνίσταται δὲ ἐν τῇ κοιλίῃ, ὁκόταν πουλυχρόνιοι κατέχωσι τὸ σῶμα πυρετοί. ἄρχεται δὲ τὸ νόσημα ἐκ τοῦ προσώπου γίνεσθαι. καὶ οἰδέει τὸ πρόσωπον, εἶτα κατέρχεται ἐς τὴν κοιλίην. καὶ ὁκόταν στῇ ἐν αὐτῇ, ἀείρει μεγάλην τὴν γαστέρα. καὶ τὸ σῶμα κοπιᾷ ὡς ὑπὸ ταλαιπωρίης. καὶ ἐς τὴν κοιλίην βάρος ἔνι, καὶ πόνος ἰσχυρός. καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι. καὶ ἢν χυθῇ ὑετὸς ἐπὶ τῆς γῆς, τὸν κόνιος ὀδμώμενος οὐκ ἀνέχεται.

Iudicatur autem quatuordecim ad ſummum diebus lethalis ſit,nec ne.Multis verò vbi iam quieuerit hic morbus,rurſus reuertitur, quod vbi contigerit, periculum eſt ne æger conſumptus pereat. Iudicatur autem morbus ſeptem diebus lethalis ſit nec ne,quos ſi effugerit,ferè non moritur,ſed in multis curatus decedit. Cùm verò ceſſauerit morbus, optima victus ratione vtatur,ſenſim adiiciens quæ ventriculus ſuſcipiat, vt non exuratur, neque alui profluuium ſuperueniat. Vtrunque enim cum periculo coniunctum videtur. Balneo quotidie vtatur, & poſt cibos moderatè obambulet, veſtem leuem ac mollem induat,lac & ſerum,ſi anni tempus ferat,per dies quinque & quadraginta bibat. Quæ cùm fecerit, citiſſimè ſanus euadet. Morbus autem difficilis eſt,multáque cura indiget. Alius craſſus morbus. Oritur autem ex pituita putrefacta. Ex eo verò vnde oritur putridum eſſe manifeſtum eſt, quòd inde ructus emittatur cum eiuſmodi odore, qualem habet qui radiculas ederit. Eiuſmodi morbus à cruribus oriri incipit,deinde ab his ad ventrem aſcendit, cumque ad ventrem peruenerit, rurſus ad viſcera recurrit, & vbi in his conſtiterit, ſtrepitum edit, & vomitionem ciet, ſimul pituitam acidam ſubputridam vomitione reiiciens,quam cùm vomuerit,ſibi non conſtat æger; deinde anxietudo eſt circa viſcera, interdumque tam grauis dolor repente capiti adhæreſcit, vt neque acutè audire,neque præ grauitate videre queat, ſudor etiam multus graueolens effunditur, præſertim cùm dolor detinet, morbique remiſſionem facit. Color qualis in morbo regio oſtenditur, hicq; morbus priore paulò minùs lethalis eſt. Huic ita habenti ventrem inferiorem per hippophaes purgato, ſuperiorem verò per veratrum, caputque tetragono purgato, cumque per veratrum purgatus fuerit, poſtridie lacte aſinino cocto aliquantulum purgato. Tertio autem die caprino cocto, eodemque ſanè modo quarto & quinto. At reliquis viginti diebus lac bubulum crudum, ſiue etiam caprinum, tertia aquæ mulſæ parte ammixta,ad congium potui exhibeto. Poſt inferiorem autem purgationem, eadem quæ aqua intercute detentis medicamenta porrigito. Reliquo tempore cùm lac bibit, in cœna panem exaſſatum ſumat, pro opſonio verò habeat, ex piſcibus quidem ſcorpium, aut callionymum, aut cuculum, aut ſquatinæ fruſtum cum condimentis coctum. Ex carnibus verò ouillas, aut pulli gallinacei, eaſque coctas. Vinum bibat album, ſi conferat, ſin minus,nigrum,auſterum,deinde obambulet poſtquã comederit,vt ne frigeat.Huic igitur prædictos cibos, ſi conferant,exhibeto, ſin minùs, ſorbitiones ex ptiſana & milio. In hoc morbo ſi triginta dies æger prætererit,ſan' euadit.Hi enim lethalis ſit necne decernunt. Eſt autem difficilis morbus.Alius craſſus morbus. Oritur ex pituita alba,in ventre verò colligitur, vbi febres diuturnæ corpus occuparint. Hic morbus initium ſumit à facie,quæ intumeſcit,deinde ad ventrem defertur, quò cùm peruenerit,ventrem in magnitudinem attollit, corpuſq; velut ab exercitatione laſſitudine laborat,in vẽtre ponderis ſenſus & dolor vehemens ineſt,& pedes intumeſcunt. Quòd ſi pluuia in terram effuſa fuerit,pulueris odorẽ nõ ſuſtinet.

Si verò in pluuia fortè fortuna conſtiterit, & terræ odorem ſenſerit, de repente concidit. Hic morbus cùm intermittit, diutiùs tamen priore occupat, & tardiùs ſoluitur. Eum autem iiſdem quibus aquam intercutem curare oportet, fomentis videlicet, medicamentis, cibariis, & exercitationibus vehemētibus. Hic morbus per ſex annos detinet, deinde probè curatus cum tempore decedit, etiamſi per exordia non curetur. Eſt autem moleſtus morbus, multamq́; curam poſtulat. De coxario morbo. Coxendicum autem morbus his ex cauſis multis præcipuè oritur, ſi quis per multum tempus in ſole verſatus fuerit, & coxendices incaluerint, humorq́; qui in articulis ineſt, ab æſtu reſiccatus fuerit. Quòd autem reſiccetur ac concreſcat, id mihi indicio eſt. Æger enim articulos, præ dolore qui in eis eſt, vertere aut mouere non poteſt, & eò quod digiti conſtricti ſunt. Dolor eſt ad lumbos præcipuè, & ad vertebras quæ ad coxendices obliquæ ſitæ ſunt, & genua. In inguinibus autē ſimulq́; coxendicibus dolor acutus & æſtuoſus diu inſiſtit, & ſi quis eum erigat aut transmoueat, præ dolore quantum poteſt ingemiſcit. Interdum verò etiā conuulſio, & rigor, & febris ſuperuenit. Oritur autem etiam à bile & pituita, oritur quoq; etiam à ſanguine, dolorq́; conſimilis eſt, velut ab omnibus morbis, rigorq́; & febris leuis interdum prehendit. Sed eum qui hoc morbo ex ſole tentatur hoc modo curare oportet. Corpus eius adhibito fomento humectato, & cibos & potus, aliaq́; exhibenda, tepida & humida, eaq́; omnia cocta exhibeto. In cibo maza vtatur molli, nullo humore ſubacta, vinum bibat album, aquoſum, & corpore quietem agat, & quamuis exurgere nequeat, parum tamen quotidie obambulet, neque frigeat, neq; multum lauet. Cumq́; tibi probè habere, corpuſq́; humectum eſſe videbitur, leui adhibito fomento multum foueto. Magis autem relaxat, & quod in articulis compactum eſt perhumectat. Poſtero verò die granum cnidium propinato. Quòd ſi non iuuerit, hoc per infuſum immittere oportet. Cape cumini triti heminam dimidiam, colocynthida, non diſſectam, paruam & rotundam, in pila contuſam, & tenuiſſimè tritam, & nitri Ægyptij rubri, toſti & leuigati minæ quadrantem. Hæc in ollam immittito, & olei heminam affundito, mellis heminam dimidiam, vini albi & ſucci betæ heminam, hæc quoad probam craſſitudinem habere tibi videantur coquito. Deinde his per linteum excolatis, mellis Attici heminam ammiſceto, niſi mel ſimul coquere velis. Quòd ſi Atticum deſit, mellis optimi cocti heminam in pila admiſceto. Si verò infuſum craſſius fuerit, de eodem vino habita craſſitudinis ratione affundito, eoq́; infuſo aluū ſubluito. Deinde finito ad tres dies vſq; vt purgetur. Quòd ſi pluribus diebus purgetur, lactis bubuli aut caprini heminas tres ebibendas dato, poſtea betas pingues inſulſas cōdimentis aſperſis comedendas præbeto. Ex hoc morbo multi claudi euadunt. At verò ſi ex bile morbus hic originē ſumpſerit, veratrum, aut ſcammonij ſuccū, deorſum purgans ei propinato. Poſt eiuſmodi verò purgationem, ſucci priſanæ melle affuſo acetabula duo ſorbenda exhibeto. Poſtero autem aut tertio die, admoto fomento, lacte aſinino cocto aliquantulum purgato.

ἢν δὲ ἐρήμας τύχῃ ἐν τῷ ὑετῷ, καὶ ὀσμηθῇ τῆς γῆς, ἐξαπίνης πίπτει. αὕτη ἡ νοῦσος διαπαύουσα τῆς προτέρης πλείονα χρόνον ἐπιλαμβάνει, καὶ χρονιωτέρη ἀπαλλάσσεται. μελετᾶν δὲ χρὴ ταύτην ἐν τοῖσιν αὐτοῖσιν, οἷσι καὶ τὸν ὑδεριῶντα. ἤγουν πυρίῃσι, καὶ φαρμάκοισι, καὶ ἐδέσμασι, καὶ ταλαιπωρίῃσιν. αὕτη ἡ νοῦσος ἐπικρατεῖ μάλιστα ἓξ ἔτεα. εἶτα ἐξέρχεται μελετωμένη καλῶς ἐν χρόνῳ, μὴν καὶ μὴ κατ' ἀρχὰς ἰηθῇ. αὕτη ἡ νοῦσος χαλεπὴ, καὶ δέεται μελέτης πολλῆς. Περὶ ἰσχιάδος. [155] Ἰσχιὰς δὲ ἀπὸ τῶνδε τῶν ἀφορμέων γίνεται μάλιστα τοῖσι πολλοῖσιν, ἢν ἔλθῃ ἐν τῷ ἡλίῳ πουλὺν χρόνον, καὶ τὰ ἰσχία διαθερμανθῇ, καὶ τὸ ὑγρὸν ἀναξηρανθῇ ὑπὸ τοῦ καύματος τὸ ἐνὸν ἐν τοῖσιν ἄρθροισιν. [156] ὡς δὲ ἀναξηραίνεται καὶ πήγνυται. τόδε δέ μοι τεκμήριον. ὁ γὰρ νοσέων στρέφεσθαι ἢ κινέειν τὰ ἄρθρα οὐ δύναται ὑπὸ τῆς ἐν αὐτοῖσιν ἀλγηδόνος, καὶ τοῦ ξυμπεπηγέναι [157] τοὺς δακτύλους. ἀλγέει δὲ μάλιστα τὴν ὀσφὺν, καὶ τοὺς σπονδύλους, τοὺς ἐκ πλαγίων τῶν ἰσχίων, καὶ τὰ γούνατα. ἵσταται δὲ ἡ ὀδύνη ἐν τοῖσι βουβῶσι πλεῖστον χρόνον ἅμα καὶ τοῖσιν ἰσχίοισιν, ὀξείη καὶ καυματώδης, κἢν τις αὐτὸν ἀνιστῇ, ἢ μετακινέῃ, ὑπὸ τῆς ἀλγηδόνος οἰμώζει ὅκως ἂν μέγιστον δύνηται. ἐνίοτε δὲ καὶ σπασμὸς ἐπιγίνεται καὶ ῥῖγος καὶ πυρετός. γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ χολῆς καὶ φλέγματος. γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ αἵματος, ὀδύνη παραπλήσιος ὡς ὑπὸ πάντων τῶν νουσημάτων. καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς ἐνίοτε ἐπιλαμβάνει βληχρός. ἀλλὰ χρὴ ὧδε μελετᾶν τὸν ἀπὸ τοῦ ἡλίου ταύτην τὴν νοῦσον λαβόντα. ὑγραίνειν αὐτοῦ τὸ σῶμα τῇ πυριῇ, καὶ ἀπὸ τῶν σιτίων, καὶ ἀπὸ τῶν ποτῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν διδομένων, διδόναι χλιαρὰ καὶ ὑγρά. ταῦτα δὲ πάντα ἑφθά. σιτίῳ δὲ καὶ μάζῃ χρήσθω μαλθακῇ ἀπεφύρτῳ. οἶνον δὲ πινέτω, λευκὸν, ὑδαρέα. καὶ τὸ σῶμα ἡσυχίην ἐχέτω, κἢν καὶ ἀδυνάτως ἢ ἀνίστασθαι, ὅμως ὀλίγα περιπατεέτω ἑκάστης ἡμέρης. καὶ μὴ ῥιγούτω καὶ λουέσθω μὴ πολλῷ. καὶ ἐπὴν σοι δοκέῃ καλῶς ἔχειν καὶ ὑγρὸς εἶναι τὸ σῶμα, πυριῆσαι σφόδρα βληχρῇ τῇ πυριῇ. μάλιστα γὰρ ἀνίησι καὶ ὑγραίνει τὸ συμπεπηγὸς ἐκ τῶν ἄρθρων. εἶτα τῇ ὑστεραίῃ πίσαι τοῦ κνιδίου κόκκου. ἢν δὲ μὴ ὠφελήσῃ, [158] κλύσαι τοῖσδε χρὴ αὐτόν. τρίβειν κυμίνου ἡμικοτύλιον, [159] σικύην ἄτμητον τῶν μικρῶν καὶ στρογγύλων ξυγκόψας ἐν τῷ ὅλμῳ. καὶ σήσας ὡς λεπτότατον νίτρου ἐρυθροῦ αἰγυπτίου τεταρτημόριον μνᾶς, ὀπτήσας, τρίψας τε λεῖον, ταῦτα ἐμβάλλειν ἐς χυτρίδα, καὶ ἐγχέαι ἐλαίου κοτύλην. μέλιτος ἡμικοτύλιον. οἴνου λευκοῦ κοτύλην, [160] καὶ σευτλίου χυλοῦ. ταῦτα ἑψεῖν ἕως ἄν σοι δοκέῃ καλῶς ἔχειν τοῦ πάχεος. εἶτα διηθήσας δι' ὀθονίου, παραμίξαι αὐτοῖσι μέλιτος ἀττικοῦ κοτύλην, ἢν μὴ βούλῃ ξυνεψεῖν τὸ μέλι. ἢν δὲ μὴ ἔχῃς ἀττικὸν, κοτύλην τοῦ καλλίστου παραμίξας, ἑψῆσαι ἐν θυείῃ. ἢν δὲ τὸ κλύσμα παχύτερον ᾖ, παραχέαι οἴνου τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸ πάχος τεκμαιρόμενος, ἐν τούτῳ κλύζειν. [161] εἶτα ἐᾶν χρὴ, μέχρι τριῶν ἡμερέων καθαίρεσθαι. ἢν δὲ πλείονας ἡμέρας καθαίρηται, τοῦ βοείου ἢ τοῦ αἰγείου γάλακτος τρεῖς κοτύλας διδόναι ἐκπιεῖν. εἶτα τεῦτλα λιπαρὰ περίπαστα ἐν ἀρτύμασιν ἄναλα, διδόναι ἐσθίειν, ἐκ ταύτης δὲ τῆς νούσου [162] πολλοὶ χωλοὶ ἐγένοντο. Ἢν δὲ ἀπὸ χολῆς ἡ νοῦσος γίνηται, πίσαι αὐτὸν ἐλλέβορον κάτω, ἢ ὀπὸν σκαμμωνίης. μετὰ δὲ τὴν τοιαύτην κάθαρσιν, πτισάνης χυλὸν, μέλι παραχέων, δύο τρυβλία διδόναι ἐκροφέειν. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἢ τῇ τρίτῃ πυριήσας, γάλακτι ὀνείῳ ἑφθῷ ὑποκαθῆραι.

ἐς ἑσπέρην δὲ τεύτλων λιπαρῶν δύο τρυβλία ἐμφαγέτω, ἄλφιτα παραπάσας, οἶνον δὲ πινέτω λευκὸν, ὑδαρέα, γλυκὺν, καὶ νῦν καὶ μετὰ τὴν τοῦ φαρμάκου κάθαρσιν. ἢν δὲ ἀπὸ φλέγματος νοσέῃ, πίσαι αὐτὸν τοῦ κνιδίου κόκκου, ἢ τοῦ ἱπποφαέος, πυριήσας. μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν, τὰ αὐτὰ χρὴ προσφέρειν, καὶ ῥοφήματα καὶ ποτὰ, καὶ γαλακτοποσίην. τὰς δὲ μεταξὺ τῶν ἡμερέων, διαίτῃ χρεέσθω ὡς κουφοτάτῃ. καὶ ἢν μὲν ἀπὸ τούτων ὠφελῆται, ἢν δὲ μὴ, καῦσαι αὐτόν. τὰ μὲν ὀστώδεα, μύκησι. τὰ δὲ σαρκώδεα, σιδηρίοισι πολλὰς ἐσχάρας καὶ βαθείας. ἢν δὲ ὑφ' αἵματος νοσέῃ, πυριήσας, καὶ σικύην προσβάλλειν, καὶ φλεβοτομέειν τὰς ἐν τῇσιν ἰγνύῃσι φλέβας. ἢν δέ σοι δοκέῃ, καὶ τοῦ κνιδίου κόκκου πίσαι αὐτόν. διαίτῃ δὲ χρεέσθω ὡς ξηροτάτῃ. οἶνον δὲ μάλιστα μὲν μὴ πινέτω. ἢν δὲ ἄρα καὶ πίνειν θέλῃ, ὡς ἐλάχιστον καὶ ὑδαρέστερον διδοῦ. καὶ περιπατέειν ὀλίγα κέλευε. ἢν δὲ δυνατὸς ᾖ, πλεῖστα. ξυμφέρει δὲ καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ φλέγματος νοσέοντι ταὐτὰ ποιέειν. ἢν δὲ μὴ δύνηται ἱστάναι, ἐν τῇ κλίνῃ χρὴ περιφέρειν ὡς πυκνότατα, ἀφ' οὗ ἂν νοσέῃ, καὶ ἀπὸ πάντων ὁμοίως, ὅκως ἂν ἐντὸς μὴ ξυμφυῇ ὁ χόνδρος. ἢν δὲ ξυμφυῇ καὶ τὰ ἄρθρα ξυμπαγῇ, πᾶσα ἀνάγκη χωλὸν γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον. καὶ ἢν βούλῃ κλύσαι τὸν ἀπὸ τοῦ αἵματος νοσέοντα, ὥστε αἷμα ἀπάγειν καὶ φλέγμα ἀπὸ τῶν ἰσχίων, τοισίδε δεῖ κλύζειν. ἁλὸς δραχμίδα τρίψας παραμίξαι ἐλαίου κοτύλην, καὶ ἀπὸ κριθέων ἑφθῶν, δύο κοτύλας. εἶτα οὕτω κλύζειν τοῦτον. οὕτω μελετῶν, τάχιστα ὑγιέα ποιήσεις. ἡ δὲ νοῦσος χαλεπὴ κάρτα ἐστὶ καὶ χρονίη. [162] Τέτανοι τρεῖς. Ἢν μὲν ἐπὶ τρώματι ὁ τέτανος γένηται, πάσχει τάδε. αἱ γένυες πήγνυνται. καὶ τὸ στόμα διαίρειν οὐ δύναται. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσι καὶ ἕλκονται. καὶ τὸ μετάφρενον πέπηγε. καὶ τὰ σκέλεα οὐ δύναται ξυγκάμπτειν, οὐδὲ τὰς χεῖρας, οὐδὲ τὴν ῥάχιν. ὁκόταν δὲ θανατώδης ᾖ, τὸ ποτὸν, καὶ τὰ βρώματα ἃ πρότερον ἐβεβρώκει, ἀνὰ τὰς ῥῖνας ἀνέρχεται ἐνίοτε. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, πυριᾶν δεῖ. καὶ ἀλείψαντα λιπαρῶς, πρὸς τὸ πῦρ ἕκαθεν θάλπειν. καὶ χλιάσματα προστιθέναι, ὑπαλείψας τὸ σῶμα. καὶ ἀψίνθιον, ἢ φύλλα δάφνης, ἢ τοῦ ὑοσκυάμου τὸν καρπὸν τρίψας, καὶ λιβανωτόν. εἶτα οἴνῳ λευκῷ δεύσας, ἐγχέαι εἰς χυτρίδα καινήν. εἶτα ἐπιχέαι ἔλαιον ἴσον τῷ οἴνῳ. καὶ θερμήνας διαλεῖψαι πολλῷ θερμῷ τὸ σῶμα καὶ τὴν κεφαλήν. [164] ἔπειτα κατακλίνας ἐμβάτῃ, ἄνω τὴν βρέγμα ποιήσαντα, [165] καὶ ἀμφιέσαι ἱματίοις λευκοῖς μαλθακοῖς καθαροῖσι, ὅκως ἂν ἐξιδρώσῃ σφόδρα. μελίκρητον δὲ χλιαρὸν διδόναι, ἢν μὲν δύνηται πίνειν κατὰ τὸ στόμα. ἢν δὲ μὴ δύνηται, ἐγχέειν κατὰ τὰς ῥῖνας. διδόναι δὲ οἶνον λευκὸν πίνειν, ὡς ἥδιστον καὶ πλεῖστον. ταῦτα χρὴ ποιέειν ἑκάστης ἡμέρης ἕως ἂν ὑγιὴς γένηται. ἡ δὲ νοῦσος χαλεπή. καὶ δεῖται μελέτης παραχρῆμα. Ὀπισθότονος. Ὁ δὲ ὀπισθότονος, τὰ μὲν ἄλλα πάσχει παραπλήσια ταὐτά. γίνεται δὲ ὁκόταν τὰ ἐν τῷ αὐχένι τένοντα ἐν τοῖσιν ὄπισθεν νοσήσῃ. νοσεῖ δὲ ἢ ἀπὸ κυνάγχης, ἢ ἀπὸ σταφυλῆς, [166] ἢ ἀπὸ τῶν ἀμφιβραγχίων ἐμπύων γενομένων. ἐνίοτε δὲ καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς πυρετῶν ἐπιγενομένων. σπασμὸς ἐπιγίνεται. [167] ἤδη δὲ καὶ ἀπὸ τρωμάτων. οὗτος ἕλκεται ἐς τοὔπισθεν καὶ ὑπὸ τῆς ὀδύνης τὸ μετάφρενον καὶ τὰ στήθεα ἔχεται καὶ οἰμώζει. σπᾶται σφόδρα, ὥστε μόλις μὲν κατέχουσιν οἱ παρεόντες, ὡς μὴ ἐκ τῆς κλίνης ἐκπίπτειν. οὗτος πολλάκις μὲν τῆς ἡμέρης πονεῖ. πολλάκις δὲ κουφότερον διάγει. τούτῳ οὕτως ἔχοντι, ταὐτὰ χρὴ προσφέρειν, ἃ καὶ τῷ προτέρῳ.

Sub veſperum betæ pinguis polenta aſperſa acetabulla duo comedat. Vinum album, aquoſum, dulce, & nunc,& poſt medicamenti purgationē bibat. Si verò ex pituita ęgrotet, ei granū cnidium,aut hippophaes, poſt admotum fomentum propinato. Poſt purgationem autē eaſdem ſorbitiones,& potus, & lactis potionē adhibere oportet. Interiectis verò diebus quàm leuiſſima victus ratione vtatur. Et ſi quidem ab his iuuetur,ſat eſt,ſin minùs,ei multas & altas cruſtas, in oſſeis quidē partibus per fungos,in carnoſis verò per ferramenta,inurito. Quòd ſi ex ſanguine ægrotarit, poſt adhibitū fomentū,& cucurbitulā admoueto, & venas in poplite ſecato. Si verò tibi etiā videatur,granū quoq; cnidiū ei propinato, quàm ſicciſſima autē victus ratione vtatur. Vinum quidem potiùs ne bibat, ſed ſi ſanè bibere velit, quàm minimū & dilutiſſimū exhibeto,& modicum obambulare iubeto,aut ſi poſſit,plurimùm. Ex pituita etiam ægrotanti eadē facere cōfert. Quòd ſi ſtare nequeat, eum creberrimè in lecto circumferre oportet,quacunq; ex cauſa ægrotet, & per omnia ſimiliter,vt ne intꝰ cartilago coaleſcat. Sin verò coaluerit,& articuli concreti fuerint, omnino hominē claudicare neceſſe eſt. Et ſi ei qui ex ſanguine ægrotat velis per infuſum aluum ſubluere, vt pituitam & ſanguinem à coxēdicibus deducas,ex his infuſum parare oportet. Salis pugillum tritum ad olei heminā ammiſceto,& hordei decocti heminas duas iniicito,deinde eiuſmodi infuſū immittito. Hac curatione citiſſimè ſanum reddideris. Morbus autem difficilis admodum & diuturnus eſt. Neruorū diſtentiones tres,Tetani vulgò dicti. Siquidem ex vulnere corporis neruorum diſtentio contingat, ſic afficitur. Maxillæ cōſtringuntur, os diducere nequit, oculi lachrymantur & contrahuntur,dorſum rigidū eſt, neque crura,neq; manus,neq; ſpinam inflectere poteſt. Cùm vero lethalis fuerit,potus & cibi quos ante deuorauit, interdum per nares ſurſum feruntur. Huic cùm ſic habuerit fomenta admouere oportet,& pingui inunctum eminus ad ignem calefacere, & tepefactoria inuncto corpore adhibere. Et abſinthium & lauri folia,aut hyoſcyami ſemen tritum,& thus,deinde vino albo macerata, in ollam nouam infundito, deinde olei quantum vini affundito,quibus calefactis,multùm calidis corpus & caput vngito. Poſtea reclinatum,perfuſione per carnem facta,veſtibus albis, mollibus & puris contegito,vt vehementer exudet. Aquam mulſam tepidam,ſi eam quidē bibere poſſit, per os exhibeto,ſi verò non poſſit,per nares infundito. Vinum album, quam ſuauiſſimum & copioſiſſimum potui dato. Quæ quotidie facienda ſunt donec ſanus euadat. Morbus autem difficilis eſt, & confeſtim curatione indiget. Diſtentio in poſteriora opiſthotonos nuncupata. In diſtentione ad poſteriora (opiſthotono dicta) in reliquis eodem vt plurimum modo afficitur æger. Oritur autē cùm circa poſteriores ceruicis tēdones, aut ex angina,aut vua,aut locis ad tonſillas purulentis affectus fuerit. Interdum verò etiam ex capite cùm febres ſuperuenerint,conuulſio ſuccedit,quinetiam & ex vulneribꝰ. Hic in poſteriora trahitur,& præ dolore,quo circa dorſum & pectus detinetur,lamentatur. Hic vehementer cōuellitur,vt ægrè quidem qui adſunt eum continere poſſint,quin ex cubili excidat. Hic frequenter quidem die dolore afficitur, frequenter etiam leuiùs habet. Cùm ſic habuerit, ei eadem quæ priori ſunt exhibenda.

Hic verò morbus,vt longiſſimè ad dies quadraginta detinet,quos ſi effugerit, conualeſcit. Alia diſtentio. Hæc diſtentio minus quàm priores lethalis eſt,ab iiſdem autem oritur.Pleraque verò ex caſu in poſteriora, in morbum inciderunt. Sic igitur afficitur æger. Corpus totum conuellitur,interdum verò ad quamcunque corporis partem fortè contigerit, ea conuellitur.Et primum quidem circumobambulat, deinde ſucceſſu temporis,in lectum decidit,ruſuſque dolor & conuulſio remittit,cumque ſurrexerit,ſi fortè paucos dies huc & illuc oberrarit, poſtea rurſus iiſdem conflictatur doloribus. Atque hæc ei contingunt, crebroque mutatur.Si quid comederit,id nonniſi ægrè & exuſtum per inferiora ſecedit,ſed ad pectus cibus defertur,& ſuffocationem facit. Hunc ſi eodem quo priores modo curaueris, citiſſimè ſanum reddideris.Infuſum autem ex ptiſanæ coctæ cremore cum melle in aluum iniicito.

ἡ δὲ νοῦσος παρέχει τὸ μακρότατον, ἄχρι τεσσαράκοντα ἡμερέων. ἢν δὲ ταύτας διαφύγῃ, ὑγιαίνεται. Ἄλλος τέτανος. Ὁ δὲ τέτανος ἧσσον θανατώδης ἢ τὰ πρόσθεν. γίνεται δὲ ἀπὸ τῶν αὐτῶν. πολλοὶ δὲ καὶ πεσόντες ἐς τὰ ὄπισθεν, ἔλαβον τὸ νούσημα. πάσχει δὲ τάδε. σπᾶται ὅλον τὸ σῶμα, ἐνίοτε δὲ καὶ ὅπῃ ἂν τύχῃ τοῦ σώματος, σπᾶται. καὶ περιφοιτᾷ μὲν πρῶτον. ἔπειτα τοῦ χρόνου προϊόντος, ἐς τὴν κλίνην πίπτει, καὶ αὖθις ἀνίησιν ὁ πόνος καὶ ὁ σπασμός. ἢν ἀναστῇ καὶ ἢν ἴσως περιέλθῃ ὀλίγας ἡμέρας, ἔπειτα αὖθις ἐν τοῖσιν αὐτοῖσιν ἄλγεσι κεῖται. ταῦτα πάσχει καὶ μεταβάλλει συχνὸν χρόνον. καὶ ἢν τι φάγῃ, οὐ διαχωρέει κάτω, ἢν μὴ μόλις καὶ ταῦτα ξυγκεκαυμένα. ἀλλ' ἐν τοῖσι στήθεσιν ἔρχεται τὸ σιτίον. καὶ πνίγα παρέχει. τοῦτον τοῖσιν αὐτοῖσι θεραπεύων, οἷσι καὶ τὸν πρόσθεν, τάχιστα ὑγιέα ποιήσεις. κλύζειν δὲ ἐν πτισάνῃ ἑφθῇ τῇ λεπτῇ καὶ μέλιτι.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΠΑΡΘΕΝΙΩΝ.

HIPPOCRATIS DE HIS QVÆ AD VIRGINEM SPECTANT, LIBER.

INITIVM mihi ducendum eſt in hac tractatione Medica, ab iis quæ perpetuò fiunt.Neq; enim fieri poteſt, vt quis morborum naturam perſpectam habeat,quod quidē artis eſt diſquirere,niſi eam in ſingularibus,à principio ex qua diſcreti ſunt cognoſcat. Imprimis quidem de morbo ſacro appellato, de attonitis,de terroribus,ex quibus vehemēter homines perterrentur,adeò vt deſipiant, & interdum quidem noctu,quandoque verò interdiu, vtroq; etiam quandoq; tempore,dæmonas ſibi infeſtos videre ſe exiſtiment. Deinde ex huiuſmodi viſione iam ſtrangulati ſunt multi,at mulieres plures quàm viri,quòd muliebris natura animi magis ſit demiſſi & puſilli. At virgines,quibus prope nuptiarum tempus inſtat vt viro coniungantur, iſtud ſub menſium deſcenſum magis experiuntur,cùm antea his malis non admodū conflictarentur.Poſtea enim ſanguis in vtero continetur, velut qui effluere debeat.Cùm igitur exitui via minime pateat,copioſior autem ſanguis per cibos & corporis incrementum affluat, tunc ſanguis effluuio carens, propter copiam ad cor & ſeptum tranſuerſum reſilit.Vbi igitur hęc oppleta fuerint,cor obſtupeſcit, indeq; torpor,& ex torpore dementia inuadit. Non ſecus ac ſi quis diutiùs ſedeat, ex coxis ac femoribus in tibias & pedes depreſſus ſanguis,torporem adfert, ex quo pedes ad ingrediendū impotentes reddūtur, donec ſanguis ad ſeſe reuerterit, qui celerrimè recurrit,ſi ſteterit in aqua frigida,quæ malleolos ſuperet.Hic igitur torpor facilè repellitur.Citò enim propter venarum rectitudinem recurrit,locuſq; hic corporis inter præcipuos non habetur.At ex corde & ſepto trāſuerſo tardè recurrit, cùm venæ obliquæ ſint, & locus præcipuus,& ad deliriū ac inſaniam opportunus.Cùm autem hæ partes oppletæ fuerint, etiam horror cum febre irruit,febres inerrantes appellant.

ΑΡΧΗ μοι τῆς ξυνθέσιος τῶν αἰειγενέων ἰητρικῆς. οὐ γὰρ δυνατὸν τὴν τῶν νοσημάτων φύσιν γνῶναι, ἅπερ ἐστὶ τῆς τέχνης ἐξευρεῖν, ἢν μή τις γνῷ τὴν ἐν τῷ ἀμερεῖ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐξ ἧς διεκρίθη. πρῶτον περὶ τῆς ἱερῆς νούσου καλεομένης, καὶ περὶ τῶν ἀποπληκτῶν, καὶ περὶ τῶν δειμάτων, ὁκόσα φοβεῦνται οἱ ἄνθρωποι ἰσχυρῶς, ὥστε παραφρονέειν, καὶ ὁρῆν δοκέειν δαίμονάς τινας ἐφ' ἑωυτῶν δυσμενέας, ὁκότε μὲν νυκτὸς, ὁκότε δὲ ἡμέρης, ὁκότε δὲ ἀμφοτέρῃσι τῇσιν ὥρῃσιν. ἔπειτα ἀπὸ τῆς τοιαύτης ὄψιος, πολλοὶ ἤδη ἀπηγχονίσθησαν. πλέονες δὲ γυναῖκες, ἢ ἄνδρες. ἀθυμοτέρη γὰρ καὶ ὀλιγωτέρη φύσις ἡ γυναικείη. Αἱ δὲ παρθένοι ὁκόσῃσιν ὥρη γάμου παρανδρούμεναι, τοῦτο μᾶλλον πάσχουσιν ἅμα τῇ καθόδῳ τῶν ἐπιμηνίων, πρότερον οὐ μάλα ταῦτα κακοπαθέουσαι. ὕστερον γὰρ τὸ αἷμα ξυλλέγεται ἐς τὰς μήτρας, ὡς ἀπορευσόμενον. ὁκόταν οὖν τὸ στόμα τῆς ἐξόδου μὴ ᾖ ἀνεστομωμένον, τὸ δὲ αἷμα πλέον ἐπιρρέῃ, διά τε σιτία καὶ τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος, τηνικαῦτα οὐκ ἔχον τὸ αἷμα ἔκροον, ἀναΐσσει ὑπὸ πλήθεος ἐς τὴν καρδίην, καὶ ἐς τὰς φρένας. ὁκόταν οὖν ταῦτα πληρωθέωσιν, ἐμωρώθη ἡ καρδίη. εἶτα ἐκ τῆς μωρώσιος, νάρκη. εἶτ' ἐκ τῆς νάρκης, παράνοια ἔλαβεν. ὥσπερ ὁκόταν καθημένου πουλὺν χρόνον, τὸ ἐκ τῶν ἰσχίων καὶ μηρῶν αἷμα, ἀποπιεσθὲν ἐς τὰς κνήμας καὶ τοὺς πόδας, νάρκην παρέχει. ἀπὸ δὲ τῆς νάρκης, ἀκρατέες οἱ πόδες ἐς ὁδοιπορίην γίνονται, ἔστ' ἂν ἀναχωρήσῃ τὸ αἷμα ἐς ἑωυτό. ἀναχωρέει δὲ τάχιστα, ὁκόταν στῇ ἐν ὕδατι ψυχρῷ τέγγων ἄνω τῶν σφυρῶν. αὕτη μὲν οὖν ἡ νάρκη, εὐήθης. ταχὺ γὰρ παλίρροος, διὰ τὴν ἰθυτενίην τῶν φλεβῶν. καὶ ὁ τόπος τοῦ σώματος, οὐκ ἐπίκαιρος. ἐκ δὲ τῆς καρδίης καὶ τῶν φρενῶν, βραδέως παλίρροος. ἐπικάρσιαι γὰρ αἱ φλέβες, καὶ ὁ τόπος ἐπίκαιρος, ἔστι παραφροσύνην καὶ μανίην ἕτοιμος. ὁκόταν δὲ πληρωθέωσι ταῦτα τὰ μέρεα, καὶ φρίκη ξὺν πυρετῷ ἀναΐσσει πλανήτας τοὺς πυρετοὺς καλέουσι.

ὁκόταν

ἐχόντων δὲ τοιούτων ὧδε, ὑπὸ μὲν τῆς ὀξυφλεγμασίης μαίνεται, ὑπὸ δὲ τῆς σηπεδόνος φωνέει, ὑπὸ δὲ τοῦ ζοφεροῦ φοβέεται καὶ δέδοικεν, ὑπὸ δὲ τῆς περὶ τὴν καρδίην πιέξιος ἀγχόνας κρημνοῦσιν, ὑπὸ δὲ τῆς κακίης τοῦ αἵματος, ἀλύων καὶ ἀδημονέων ὁ θυμὸς κακὸν ἐφέλκεται. ἕτερα δὲ καὶ φοβερὰ ὀνομάζει. καὶ κελεύουσιν ἅλλεσθαι καὶ καταπίπτειν, ἐς τὰ φρέατα, καὶ ἄγχεσθαι· ἅτε ἀμείνονά τε ἐόντα καὶ χρείην ἔχοντα παντοίην· ὁκότε δὲ ἄνευ φαντασμάτων, ἡδονή τις ἀφ' ἧς ἐρᾷ τοῦ θανάτου ὥσπερ τινὸς ἀγαθοῦ. φρονησάσης δὲ τῆς ἀνθρώπου, τῇ Ἀρτέμιδι αἱ γυναῖκες ἄλλα τε πολλά, ἀτὰρ δὴ καὶ τὰ πολυτελέστατα, τῶν ἱματίων καθιεροῦσι τῶν γυναικείων, κελευόντων τῶν μάντεων, ἐξαπατώμεναι. ἡ δὲ τῆς ἀπαλλαγῆς θεραπεία, ὁκόταν τι μὴ ἐμποδίζῃ τοῦ αἵματος τὴν ἀπόρρυσιν. κελεύω δ' ἔγωγε τὰς παρθένους ὁκόταν τὸ τοιοῦτον πάσχωσιν, ὡς τάχιστα ξυνοικῆσαι ἀνδράσιν. ἢν γὰρ κυήσωσιν, ὑγιέες γίνονται. εἰ δὲ μὴ ἢ αὐτίκα ἅμα τῇ ἥβῃ, ἢ ὀλίγον ὕστερον ἁλώσεται· εἴπερ μὴ ἀνδρωθῶσι. τῶν δὲ ἀνδρωθεισῶν γυναικῶν αἱ στεῖραι μᾶλλον ταῦτα πάσχουσιν.

Quæ cùm ita ſe habeant, ob acutam quidem inflammationem inſanit, ob putredinem clamat, ob caliginem terretur & timet, ob oppreſſionē verò quæ circa cor eſt, ſuffocationem ſibi parant, ob ſanguinis autem vitium animus anxietudine & impotentia cōflictatur & malum contrahit. Quinetiam aliū horrendum in modū appellat, & in puteos deſilire ac præcipitare, ſeſeq; ſtrangulare iubent, velut hęc preſtantiora ſint, omnemq; vtilitatē excedant. Interdum verò citra ſpectra, voluptas quædam mortis tanquam boni cuiuſdam expetendæ inceſſit. Redeunte autem ad mentem homine, mulieres cùm alia multa, tum verò etiam pretioſiſſimas veſtes muliebres Dianæ conſecrant, à vatibus id iubentibus deceptæ. Verùm ad huius mali liberationem curatio eſt, ſi nihil ſanguinis effluxum impediat. Equidem virginibus ſuadeo quibus tale quid accidit, vt citiſſimè cum viris coniungantur. Si enim cōceperint, ſanæ euadunt. Quod niſi fiat, vnà cum pubertate, aut non ita multò poſt, his tentabuntur, niſi viro iungantur. Ex mulieribus verò quæ viris iunctæ ſunt, ſterilibus iſta magis cōtingunt.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ
γυναικείης φύσιος.

HIPPOCRATIS DE NATVRA
MVLIEBRI, LIBER.

ΠΕΡΙ δὲ τῆς γυναικείης φύσιος καὶ νοσημάτων, τάδε λέγω· μάλιστα μὲν τὸ θεῖον ἐν τοῖσιν ἀνθρώποισιν αἴτιον εἶναι· ἔπειτα αἱ φύσιες τῶν γυναικῶν καὶ χροιαί. αἱ μὲν γὰρ ὑπέρλευκοι, ὑγρότεραί τε καὶ ῥοωδέστεραι. αἱ δὲ μέλαιναι, σκληρότεραι καὶ στρυφνότεραι. αἱ δὲ οἰνωπαὶ μέσον τι ἀμφοτέρων ἔχουσιν. ὑπὸ δὲ καὶ περὶ τῆς ἡλικίης ξυμβαίνει. αἱ μὲν νέαι, ὑγρότεραι καὶ πολύαιμοι ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. αἱ δὲ πρεσβύτιδες, ξηρότεραι καὶ ὀλίγαιμοι. αἱ δὲ μέσαι, μέσον τι ἀμφοτέρων ἔχουσιν. δεῖ δὲ τὸν ὀρθῶς ταῦτα χειρίζοντα, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν θείων ἄρχεσθαι. ἔπειτα διαγινώσκειν τάς τε φύσιας τῶν γυναικῶν, καὶ τὰς ἡλικίας, καὶ τὰς ὥρας, καὶ τοὺς τόπους οὗ ἂν ἔωσι. οἱ μὲν γὰρ τῶν τόπων ψυχροὶ, ῥοώδεες. οἱ δέ γε θερμοὶ, ξηροί καὶ στάσιμοί εἰσιν. ἄρχομαι δὲ τῆς διδάσκειν ἀπὸ τῆς ὑγρῆς φύσιος. ἢν ὕδερος ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐγγένηται, τὰ ἐπιμήνια ἐλάσσω καὶ κακίω γίνονται. ἔπειτα ἐξαπίνης ἐκλείπει. καὶ ἡ γαστὴρ ἐπανοιδέει, καὶ οἱ μαζοὶ ξηροὶ γίνονται, καὶ τἄλλα πονηρῶς ἔχει. καὶ δοκέει ἐν γαστρὶ ἔχειν. καὶ τούτοισι γνώσῃ, ὅτι ὑδρωπιᾷ. σημήϊον δὲ καὶ ἐν τῷ στόματι τῶν ὑστερέων. ψαυόμενον γὰρ ἰσχνὸν φαίνεται. καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ αὐτὴν λαμβάνει. ὁκόσῳ δ' ἂν ὁ χρόνος πλείων γίνηται, ὀδύνη τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας, καὶ τοὺς κενεῶνας ἴσχει. αὕτη ἡ νοῦσος ἐκ τρωσμοῦ μάλιστα γίνεται. γίνεται δὲ καὶ ἐξ ἄλλων. ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, λούειν χρὴ θερμῷ, καὶ χλιάσματα προστιθέναι, ἢν ἡ ὀδύνη μὴ ἔχῃ, φαρμακεύειν χρὴ πίσαι κάτω. μετὰ δὲ τὸ φάρμακον πυριῆν ἐν τῷ βολβίτῳ τὰς ὑστέρας. ἔπειτα προσθεῖναι, τὸ ξὺν τῇ κανθαρίδι, διαλιπὼν ἡμέρας τρεῖς τὸ ξὺν τῇ χολῇ, μίαν δὲ διαλιπὼν, τρεῖς ἡμέρας κλυσάτω ἐν τῷ ὄξει. καὶ ἢν μὲν ἡ γαστὴρ γένηται μαλθακή, καὶ οἱ πυρετοὶ πεπαυμένοι ἔωσι, καὶ τὰ ἐπιμήνια γίνηται, παρ' ἀνδρὶ ξυγκοιμάσθω. ἢν δὲ μὴ, αὖθις τὰ αὐτὰ ποιέειν, ἔστ' ἂν γίνηται τὰ ἐπιμήνια. καὶ ἐνίοις προσθετοῖς χρῆσθαι. μεταξὺ δὲ ἡμέρας πινέτω τοῦ κρήθμου τὸν φλοιὸν, καὶ γλυκυσίδης τοὺς μέλανας κόκκους.

De natura muliebri & morbis iſta mihi dicenda ſunt. Potiſſimum quidē in rebus humanis cauſam eſſe diuinū numen, deinde mulierum naturas & colores. Quæ enim admodū albæ ſunt, humidiores & ad fluxionē magis comparatę, nigrę verò duriores & adſtrictiores. Quæ ad vini colorē vergunt, mediū quid inter vtraſq; habent. Ad eundem etiam modum in ætatibus contingit, iuuenes quidem humidiores ſunt, fereq; copioſo ſanguine abundant, ſeniores verò ſicciores, paucoq; ſanguine redundantes. Mediæ, medium quid inter vtraſq; habent. Eum autē qui iſta probè tractare volet, primùm quidē à diuino numine initium ſumere oportet, poſtea tum mulierum naturas dignoſcere, tum ætates, & anni tēpeſtates, locaq; vbicunque fuerint. Frigida enim loca ad fluxionem ſunt comparata, calida verò ſicca & quieta. Doctrinę autem initium à ſuapte natura humido faciendū eſt. Si hydrops in vteris oboriatur, menſes pauciores & deteriores contingunt, deinde de repente deficiunt, venter intumeſcit, mammæ ſiccæ euadunt, & in reliquis malè habet, ſibiq; vtero geſtare videtur, ex quib. eam aqua intercute laborare cognoſcas. Quin & ex vterorū oſculo indiciū ſumitur, ad tactum enim gracile deprehenditur, febriſque & aqua ipſam inuadit, quoq; longius tempus proceſſerit, dolor imum ventrem, lumbos & laterū inanitatem detinet. Hic morbus ex abortione præcipuè oritur, & ex aliis etiam contingit. Cùm ſic habuerit, calida lauare & tepefacientia admouere oportet, quoad dolor nō ampliùs detineat, & medicamentum deorſum purgans propinare. Poſt medicamentum verò, vteris fomentū ex ſtercore bubulo admoueto, deinde quod ex cantharide paratur in ſubditițio apponito, tribus dieb. intermiſſis, id quod ex felle conficitur. Vno verò die intermiſſo, per tres dies infuſum ex aceto adhibeat. Et ſi quidē vēter mollis euadat, & febres ceſſent, ac mēſes ſuboriantur, cum viro coniungatur. Sin minus, eadem rurſus facito, quod menſes decurrant, & quibuſdam in ſubditițio appoſitis vtatur. Intermediis autem diebus crethmi corticem, & pæoniæ grana nigra,

& ſambuci fructum ex vino ieiuna bibat, eaque plurimam mercurialem, allia que cocta & cruda edat. Cibis mollibus, & polypis, aliiſque mollibus vtatur. Quòd ſi pepererit, conualeſcit. Si vteri ad hepar proceſſerint, de repente vox deficit, dentes inter ſe collidit, & color niger euadit. Hæc autem de repente cùm ſana eſt contingunt. Hic verò affectus præcipuè virgines vetulas affligit & viduas, quæ iuuenes pepererunt, & viduitatem experiuntur. Cùm ſic habuerit, infra manu propulſione facta, ſub hepate & præcordiis faſcia deligato, oreque diducto vinum odoratiſſimum infundito. Naribus graueolentibus admotis ſuffitum parato, ſubter verò ad vteros odorata apponito. Vbi ad ſe redierit, medicamentum deorſum purgans propinato, poſteaque lac aſininum bibendum dato. Deinde admotis ad vteros fomentis odoratis, medicamenta ex bupreſti in ſubdititio apponito, poſtridie verò netopum. Intermiſſis autem diebus duobus, vteros per odorata infuſa eluito, & poſtero die pulegium ſubdito. Intermiſſo verò die vno, ſuffitum ex aromatibus parato. Atq; hæc viduam facere imperato, virgini verò vt viro iungatur perſuadeto. Vteris verò nihil adhibeto, neque medicamentum bibendum dato, ſed conyzam & caſtorium ex vino ieiunæ exhibeto. Caput odoratis ne vngatur, neque ea olfaciat. Si vteri prociderint & foras prodierint, ignis pudenda præcipuè & ſedem occupat, vrina paulatim ſtillat ac mordet. Hæc contingunt ſi recens à partu cum viro concubuerit. Cùm ſic habuerit, myrti baccis & loti ramétis in aqua decoctis, eaque depoſita, imum ventrem, & quàm frigidiſſima pudenda perfundito, & leuiter trita ex cataplaſmate apponito. Deinde vbi aquam biberit, lenticulam, mel & acetum, vomat quoad vteri ſubleuati fuerint. Et lecto à pedibus excitato iaceat, pudendiſque ſuffitum ex graueolentibus admoueat, naribus verò ex odoratis. Cibis autem quàm molliſſimis & frigidis vtatur, & vinum aquoſum album bibat, non lauet, neque cum viro dormiat. At verò ſi penitus extra pudenda prociderint, velut ſcrotum propendent, & dolor imum ventrem & lumbos prehendit, progreſſuq; temporis ad locum ſuum redire nolunt. Morbus autem inuadit, cùm partui vicina vteris laborarit, aut puerperij purgamentis euntibus viro condormierit. Cùm ſic habuerit, refrigerantibus pudendis admotis, quod foris eſt vino nigro in quo malum punicū coxerit repurgatum & ablutum, intro retrudito, deinde mel admixta reſina infundito, ſupinaque ſurſum ſublatis & extentis pedibus iaceat, poſtea appoſitas ſpongias ex lumbis religato. Cùm verò ita habuerit, cibis quidem abſtineat, potu autem quàm pauciſſimo vtatur, quoad ſeptem dies præterierint. Et ſi quidem ſic intrò redierint, ſatis eſt, ſin minùs, ſummis vteris deraſis & calefactis, ablutis & illitis, alligataq; ad ſcalam muliere, ſcalam ad caput concutito, & manu vteros intrò trudito, poſtea eius cruribus alternatim ſimul colligatis, ſic per diē & noctem ſinito, & paucum ptiſanæ ſuccum frigidum, nihilq; aliud exhibeto. Poſtero autem die reclinatæ coxendici cucurbitulam quàm maximā adhibeto, multoq; tempore trahere ſinito. At poſtquam detraxeris, cutē ne pertundito, ſed recumbere ſinito,

καὶ τῆς ἀκτῆς τὸν καρπὸν, ἐν οἴνῳ νῆστις. καὶ τὴν λινόζωσιν ἐσθιέτω, ὡς πλείστην. καὶ σκόροδα ἑφθὰ καὶ ὠμά. [7] καὶ σιτίοισι μαλθακοῖσι. καὶ τοῖσι πουλύποσι. καὶ τοῖσιν ἄλλοισι μαλθακοῖσιν. ἢν δὲ τέκῃ, ὑγιὴς γίνεται. [8] Ἢν αἱ μῆτραι πρὸς τὸ ἧπαρ ἔλθωσιν, ἄφωνος ἐξαπίνης γίνεται. καὶ τοὺς ὀδόντας ξυνερείδει. καὶ ἡ χροιὴ μέλαινα γίνεται. ἐξαπίνης δὲ ταῦτα πάσχει, ὑγιὴς ἐοῦσα. γίνεται δὲ τὸ τοιοῦτον πάθος, παρθένοισι μάλιστα [9] παλαιῇσι ἐούσῃσι. καὶ χήρῃσιν, αἳ νέαι ἐοῦσαι καὶ τετοκυῖαι χηρεύουσιν. ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, τῇ χειρὶ παρώσας κάτω ὑπὸ τοῦ ἥπατος, ἀποδῆσαι ταινίῃ ὑπὸ τὰ ὑποχόνδρια, καὶ τὸ στόμα διαγαγὼν οἶνον εὐωδέστατον ἐγχέαι, καὶ προσέχειν τὰς ῥῖνας, καὶ ὑποθυμιῆν τὰ κακώδεα. ὑπὸ δὲ τὰς ὑστέρας, τὰ εὐώδεα. [10] ἐπὴν δὲ κακοφρονήσῃ, πίσαι φάρμακον κάτω. καὶ μετὰ πίσαι γάλα ὄνου. ἔπειτα πυριῆσαι τὰς ὑστέρας εὐώδεσι καὶ προσθεῖναι τὰ ξὺν τῇ βουπρήστει. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, νέτωπον. διαλιπὼν δὲ δύο ἡμέρας, [11] κλύσαι τὰς ὑστέρας, εὐώδεσι. τῇ δὲ ὑστεραίῃ προσθεῖναι τὴν γλήχωνα. διαλιπὼν δὲ μίαν ἡμέρην, θυμιῆσαι τοῖσιν ἀρώμασι. [12] ταῦτα ποιέειν τὴν χήρην. τὴν δὲ παρθένον, πείθειν συνοικῆσαι ἀνδρί. πρὸς δὲ τὰς ὑστέρας προσφέρειν μηδὲν, μηδὲ τὸ φάρμακον πίνειν. κόνυζαν δὲ καὶ καστόρειον διδόναι ἐν οἴνῳ νῆστει, καὶ τὴν κεφαλὴν μὴ ἀλειφέσθω τοῖσιν εὐώδεσι, μηδὲ ὀσφραινέσθω. [13] ἢν προσέλθωσιν αἱ μῆτραι καὶ ἐξέλθωσιν ἔξω, πῦρ ἔχει μάλιστα τὰ αἰδοῖα καὶ τὴν ἕδρην. καὶ τὸ οὖρον στάζει κατ' ὀλίγον, καὶ δάκνεται. ταῦτα πάσχει, ἢν ἐκ τόκου ἐοῦσα [14] τῷ ἀνδρὶ μὴ ξυγκοιμηθῇ. ὁκόταν δὲ οὕτως ἔχῃ μύρτα καὶ λωτοῦ πρίσματα ἑψήσας, ἐν ὕδατι [15] καταθεὶς, τὴν νειαίρην προσχείσθω. καὶ ὡς ψυχρότατον πρὸς τὰ αἰδοῖα, καὶ τρίβων λεῖα προσπλάσσειν. ἔπειτα πινέτω [16] ὕδωρ, φακὸν, καὶ μέλι, καὶ ὄξος. ἕως ἂν μεταρθῶσιν αἱ ὑστέραι, ἐμείτω. καὶ τὴν κλίνην πρὸς ποδῶν ὑψηλοτέρην κεῖσθαι. καὶ ὑποθυμιῆν [17] ὑπὸ τὰ αἰδοῖα, τὰ δυσώδεα, καὶ ὑπὸ τὰς ῥῖνας, τὰ κακώδεα. σιτίοισι δὲ χρήσθω, ὡς μαλθακωτάτοισι καὶ ψυχροῖσι. [18] καὶ τὸν οἶνον ὑδαρέα πινέτω, μὴ λευκόν. μὴ λουέσθω δὲ μηδὲ μετ' ἀνδρὸς συγκοιμάσθω. ἢν δὲ παντάπασιν ἐκ τῶν αἰδοίων ἐκπέσωσιν, [19] ἐκκρέμαται ὡς τὸ ὄσχεον. καὶ ὀδύνη λαμβάνει τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας. [20] καὶ ὁκόταν ὁ χρόνος ἐγγένηται, οὐ θέλουσιν ἐς χώρην ἰέναι. ἡ δὲ νοῦσος λαμβάνει [21] ὁκόταν ἐκ τόκου ἐοῦσα πονήσῃ τὰς ὑστέρας, ἢ τῷ ἀνδρὶ ἐν τῷ λοχίῳ συγκοιμηθῇ. ὁκόταν δὲ οὕτως ἔχῃ, ψύγματα χρὴ προστιθέναι πρὸς τὰ αἰδοῖα. καὶ τὸ ἔξω ἐὸν ἀποκαθήρας, σιδίην ἐν οἴνῳ μέλανι ἑψήσας τούτῳ περιπλύνας, ἔσω ἀπωθέειν. εἶτα μέλι καὶ ῥητίνην μίξας, ἐγχέειν. καὶ κατακείσθω ὑπτίη, ἄνω τοὺς πόδας ἔχουσα ἐκτεταμένη, ἔπειτα σπόγγους ἐπιθεὶς, ἀναδῆσαι ἐκ τῶν ἰξύων. ὁκόταν δὲ οὕτως ἔχῃ, σιτίων μὲν ἀπεχέσθω. ποτῷ δὲ ὡς ἐλαχίστῳ χρήσθω, μέχρις ἂν ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσι. καὶ ἢν μὲν οὕτως ἐθέλωσιν εἴσω ἰέναι. ἢν δὲ μὴ, [22] μαλακὰς περιξύσας καὶ θερμήνας, περιπλύνας τε καὶ χρίσας, καὶ δήσας τὴν γυναῖκα πρὸς κλίμακα, κρούειν τὴν κλίμακα κατὰ κεφαλῆς. καὶ τῇ χειρὶ ἐσωθεῖν τὰς ὑστέρας. ἔπειτα ξυνδῆσαι αὐτῆς τὰ σκέλεα ἐπαλλὰξ, καὶ ἐᾶν ἡμέρην καὶ νύκτα οὕτω. καὶ διδόναι ὀλίγον χυλὸν πτισάνης ψυχρὸν, ἄλλο δὲ μηδέν. τῇ δὲ αὔριον κατακλίνας, ἐπὶ τὸ ἰσχίον σικύην προσβαλεῖν ὡς μεγίστην, καὶ ἐᾶν χρόνον πουλὺν ἕλκειν. ἐπὴν δὲ ἀφέλῃς, μὴ ἀποσχάζειν, ἀλλὰ κατακλίνας ἐᾶν.

καὶ μὴ προσφερέσθω, ἢ τὸν χυλὸν, ἕως αἱ ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσιν. ἢν δὲ διψῇ, ὕδωρ διδοῦν ψυχρὸν ὡς ἐλάχιστον. ἐπὴν δὲ αἱ ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσι, σιτίοισιν ὡς μαλθακωτάτοισι καὶ ἐλαχίστοισι χρείσθω. ἢν δὲ ἀποπατῆσαι θέλῃ, ἀνακειμένη ἀποπατείτω, ἕως αἱ τεσσαράκοντα ἡμέραι παρέλθωσιν. ἔπειτα ἀνιστάτω, καὶ περιχωρείτω ὡς ἐλάχιστα. καὶ μὴ λουέσθω[24] μηδὲ ὑποθυμιήσθω τοῖσι κακώδεσι. καὶ ἐσθιέτω ὀλίγα.[25] Ἢν αἱ μῆτραι ἅψωνται, προσίσχονται, καὶ ἢν ἅψῃ, ὄψει σκληρὸν ὑπὸ τὴν κενεῶνα. καὶ ὀδύνη λαμβάνει τὴν νείαιραν γαστέρα, καὶ τοὺς κενεῶνας, καὶ τὰς ἰξύας. καὶ ἐς τὸ σκέλος ὀδύνη ἐμπίπτει, καὶ ἐκτείνειν οὐ δύναται. πολλάκις δὲ καὶ ἐκπυΐσκονται ἔμμοτοι γινόμεναι. καὶ φθείρονται ἀπὸ θεραπείης, ἢν μὴ καύσῃς ἢ τάμῃς. ὁκόταν δὲ ὧδε ἔχῃ, φάρμακον χρὴ πῖσαι κάτω. καὶ λούειν πολλῷ θερμῷ, καὶ πυριῆν. καὶ ὁκόταν νεόλουτος ἢ νεοπυρίητος, κελεύειν[26] παραπάσσουσαν, ἀφέλκειν τὸ στόμα τῶν ὑστερέων. καὶ ὑποθυμιῆν καλωνίην σμύρναν[27] ῥόδινον περιχέων. πινέτω δὲ γλυκυσίδης κόκκους πέντε τοὺς μέλανας, τοῦ καστορίου ξυμμίσγων ἐν οἴνῳ εὐώδει.[28] καὶ κατακείσθω ἐπὶ τοῦ ὑγιέος ἰσχίου καὶ προστιθέσθω βάκκαριν ἢ λευκὸν ἔλαιον, πρὸς τὸ ὑγιὲς ἰσχίον. καὶ ἐσθιέτω σκόροδα πλεῖστα, καὶ ὠμὰ, καὶ ἑφθά. καὶ τὸν χυλὸν ῥοφείτω. καὶ σιτίοισι μαλθακοῖσι χρήσθω. ἐπὴν δὲ ἡ ὀδύνη παύσηται,[29] ἀπαξ ἐούσης, ἐπὶ τὸ ὑγιὲς ἰσχίον. ἔπειτα πυριῆν τῷ οὔρῳ[30] παραπάσσοντα τῆς δάφνης. καὶ ἐκ τῆς πυρίης προστιθέναι τὴν κυκλάμινον. τῇ δὲ ὑστεραίῃ λουσαμένη, ὑποθυμιήσθω τοῖσιν ἀρώμασι. μάλιστα δὲ ἐκ ταύτης ἄτεκνοι γίνονται.

Ἢν ὑποπτυχθῇ τὸ στόμα τῶν μητρέων, τὰ ἐπιμήνια οὐκ ἔρχεται. ἢν δὲ ἔρχηται, ὀλίγα καὶ πονηρά. καὶ τῷ ἀνδρὶ ὁκόταν ξυνίῃ, ἀλγέει. καὶ ὀδύνη τὴν νείαιραν γαστέρα ἴσχει, καὶ τὰς ἰξύας.[31] καὶ ἢν ἀφάσσῃ τῷ δακτύλῳ, καὶ σκέπτηται τὸ στόμα, οὐ δῆλόν ἐστιν. ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, πυριῆσθαι τῷ ἀνθρωπίνῳ οὔρῳ. ἐπὴν δὲ πυριήσηται, λουσάσθω ἀπὸ τοῦ φακοῦ. ἔπειτα λουσαμένη, πυριήσθω τῷ αἰγυπτίῳ μύρῳ τὰς ὑστέρας. καὶ ἢν ἐς τὰς ῥῖνας ἀνέλθῃ ἡ ὀδμὴ, ἐλπὶς αὐτὴν ὑγιέα γενέσθαι. καὶ ὁκόταν μέλλῃ καθεύδειν, προστιθέσθω τὸ αἰγύπτιον ἔλαιον ἐν εἰρίῳ. τῇ δὲ αὔριον σκέψασθαι, ἢν τι μᾶλλον ὀρθωθῇ. ἔπειτα πυριῆν εὐώδεσι, καὶ προστιθέναι ἃ μὴ δήξηται καθαρτήρια. καὶ μετακλύζειν μετὰ τὰ προσθετὰ, ἴσον τὸ ὄξος μίσγων. ὅταν δὲ τὰ ἐπιμήνια ἔρχηται, ἐκνηστεύσασα καὶ ἀλουτήσασα, καὶ θυμιησαμένη, τῷ ἀνδρὶ συνέστω. μάλιστα δὲ ἐκ ταύτης τῆς νόσου, ἄφοροι γίνονται. Ἢν αἱ μῆτραι[32] πρὸς τὸ ἰσχίον διαστέωσι, τά τε ἐμμήνια οὐκ ἔρχεται. καὶ ὀδύνη ἐς τὴν νείαιραν γαστέρα φοιτᾷ, καὶ ἐς τὸν κενεῶνα. καὶ ἢν ἀφῇ τῷ δακτύλῳ, ὄψει τὸ στόμα ἐν τῷ ἰσχίῳ. ὅταν ὧδε ἔχῃ, λούειν θερμῷ. καὶ σκόροδα διδόναι ἐσθίειν ὡς πλεῖστα. καὶ γάλα ὄιος πινέτω[33] ἄκρητον. καὶ ἐπειδὰν δὲ κατατρώξῃ ἄκρητον, ἔπειτα πυριήσας δοῦναι φάρμακον κάτω. ἐπειδὰν δὲ καθαρθῇ, αὖθις πυριῆν τὰς ὑστέρας, τὸ μάραθρον καὶ τὸ ἀψίνθιον συμμίσγοντας. ἐπὴν δὲ νεοπυρίητος ᾖ, ἀφέλκειν τὸ στόμα τῷ δακτύλῳ. ἔπειτα προσθεῖναι τὴν σκίλλαν. μετὰ δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ ναρκισσίνου διαλιπών. ἢν δέ τοι δοκέῃ κεκαθάρθαι, νέτωπον προστιθέσθαι. τῇ δ' ὑστεραίῃ, ῥόδινον μύρον. παύεσθαι δὲ τῶν προσθετῶν τῇ πρώτῃ τῶν ἐπιμηνίων. ἄρχεσθαι δὲ τῇ αὔριον, ἐπὴν ἀπολίπῃ. ἐν δὲ τοῖσιν ἐπιμηνίοισιν, ἢν μὲν τὸ αἷμα καταρραγῇ. εἰ δὲ μὴ, πινέτω κανθαρίδας τέσσαρας, ἀποκόψας τοὺς πόδας, καὶ τὰ πτερὰ, καὶ τὴν κεφαλήν. καὶ γλυκυσίδης κόκκους πέντε τοὺς μέλανας. καὶ σηπίης ὠά.[34] σπέρμα λίνου, ἐν οἴνῳ.

nihilq; aliud quàm ſuccum exhibeto, quoad dies ſeptem præterierint. Quòd ſi ſitiuerit, aquam frigidam quàm pauciſſimã dato. At vbi dies ſeptẽ præterierint, cibis quàm molliſſimis & pauciſſimis vtatur. Quòd ſi aluũ deiicere velit, recũbens deiiciat, quoad dies quadraginta præterierint. Deinde ſurgat & quàm minimùm ambulet, neq; lauetur, neq; ſuffitũ ex graueolẽtibus adhibeat, & parũ comedat. Vteri ſi adhæſerint, inniruntur, & ſi attigeris duritatem ſub lateris inanitate deprehẽdes, dolor imum ventrẽ inuadit, & laterũ mollitudinẽ, & lũbos, dolorq; ad crus fertur, neq; extẽdere poteſt. Plærunq; verò pus colligunt, & linamentorum curatione indigentes, niſi vras, aut ſeces, ſluore pereunt. Vbi ſic habuerit, medicamentũ deorſum purgans propinato, multaq; calida lauato & fouero, cumq; recẽns lota, aut fota fuerit, iubeto vt quę ſenſim admota manu eam cõtrectarit, os locellorum detrahat, ſuffitumq; ex myrrha calonia affuſo roſaceo ſubter paret. Bibat autẽ pæoniæ grana nigra quinq;, ex vino odorato, caſtorio admixto, & in ſanam coxã recumbat, eiq; baccarim, aut oleum albũ admoueat, allia plurima, tum cruda, tum cocta edat, ſuccum ſorbeat, cibiſq; mollibus vtatur. Vbi autẽ dolor ſedatus fuerit, in ſanam coxam abduces, deinde ex vrina, lauro aſperſa, fomentũ parato, & à fomento cyclaminũ adhibeto. Poſtero verò die lotæ ſuffitum ex aromatis admoueto. Præcipuè autẽ ex hoc morbo infœcundæ reddũtur. Si vterorum os complicatum fuerit, mẽſes non ſuboriuntur. Si verò ſuboriantur, pauci ſunt & vitioſi, & vbi cum viro congreditur, dolet, dolorq; imũ ventrẽ & lumbos detinet. Quòd ſi digito contrectet & perquirat oſculũ, non comparet. Vbi ita habuerit, fomentũ ex vrina humana adhibeto, & à fomento lẽticulę decocto lauetur. Deinde poſt lotionem vnguẽto Ægyptio vteri foueantur. Quòd ſi ad nares odor peruenerit, eã ſanã fore ſpes eſt. Cúmq; dormire volet, oleum Ægyptium ex lana in ſubdititio apponito. Poſtero verò die num magis directi fuerint cõſiderato, poſtea odoratis foueto, & purgantia quæ minimè mordeant ſubter apponito, poſtq; ſubdititia æquali aceti parte admixta eluito. Cùm verò menſes adfuerint, ieiuna & illota, poſt ſuffitum virũ adeat. Ex hoc autem potiſſimùm morbo ſteriles euadunt. Si vteri ad coxendicem emineant, tũ menſes non eunt, & dolor ad imũ ventrem & lateris inanitatẽ peruenit, ac ſi digito contigeris, os in coxendice deprehendes. Cùm ita habuerit, calida lauato, & allia quàm plurima comedenda dato, & lac ouillum impermixtum bibat. Et poſtquam impermixtum comederit, deinde fomẽto adhibito medicamentum deorſum purgans exhibeto. Poſtquam autem purgata fuerit, rurſus vteros ex fœniculo & abſinthio ſimul permixtis foueto. Vbi verò recẽns fota fuerit, os digito abſtrahito, poſtea ſcillam in ſubdititio apponito, poſt hoc autem intermiſſione facta, quod cum narciſſino cõficitur. Quod ſi tibi perpurgata videatur, netopum ſubter apponito, poſteroq; die vnguentum roſaceum. Primo autem menſium die à ſubdititiis ceſſato, poſtridie verò vbi defecerint, incipito. In menſibus autem ſi quidem ſanguis erumpat, ſatis eſt, ſin minùs, cantharidas quatuor, reſectis pedibus, alis, & capite bibat, pæoniæq; nigra grana quinq;, & ſepiæ oua, liniq; ſemẽ ex vino.

Quòd ſi dolor & vrinæ ſtillicidium detinuerit, in calida deſideat, & aquam mulſam aquoſam bibat. Si verò ſub primum diem purgata non fuerit, ruſſus bibat quoad purgatio adſit, quæ vbi adfuerit, ieiuna virum adeat. In purgatione mercurialem edat, & polypos coctos, cibiſq; mollibus vtatur. Morbo autem liberabitur vbi conceperit. Si ex partu minimè purgata fuerit, venter & crura intumeſcunt, rigor & dolor imum ventrem & lumbos occupat, quandoq; etiam ad viſcera progreditur, & animo deficit. His per morbi exordia afficitur, procedente verò tempore, cauæ faciei partes multum rubeſcunt. Cùm igitur ita habuerit, poſt fomentum vteris admotum, cyclaminum in ſubditito apponito. Bibat auté quod cum tæda conficitur, quoad fluxus emotus fuerit. Vterorũ autem ori pingue anſerinum, myrrham & reſiná tepidam illinito & quàm maximè inducito. Ante cibum mercurialem coctam, allia & porrum edat, & braſſicæ ſuccum ſorbeto, cibiſq; mollibus vtatur, marinis autem potius & calida lauet. Pinguibus verò & dulcibus abſtineat, quoad conualeſcat. Si vteri pituita redundantes fuerint, flatus intus oritur, & méſes albi pituitoſi prodeunt, interdum verò etiam ſanguis tenuis, pelliculis plenus, neq; præ humiditate cum viro vult congredi, pallidaq; & gracilis euadit. Interrogare igitur eam oportet num quod defluit mordeat & exulceret, & ſi non mordeat, ex cerebro defluere aſſerito, ſi verò mordeat ex ventriculo. Sin igitur ex ventriculo fuerit, poſt lenticulæ decoctum vomat, deinde veratro purgato, poſtea in nares indito. Vbi verò ſuperior ventriculus tibi perpurgatus videbitur, medicamentum deorſum purgans propinato. Cibis pinguibus & dulcibus abſtineat, acres verò exhibeto, vt qui conueniát, niſi pudenda exulcerata fuerint, præſtant autem frigidi. Parum lauet, neque tamen calida, neque caput. Ieiuna verò hypericum, lini ſemen, ſaluiam ex vino diluto bibat. Vbi autem fluxus ceſſarit, groſſorum ſucco eluito, deinde acerbis. Morbus autem grauis eſt. Si vteri inflammatione laborent, menſes prorſus non eunt, vel praui & pauci, cumq; ieiuna fuerit, eam vomitus prehendit, vbi verò quid ederit, cibos vomitione reiicit, dolorq; imum ventrem & lumbos detinet, animiq; deliquium occupat. Venter autem interdum quidem durus, interdum autem mollis eſt, flatu diſtenditur, & magnus euadit, ſeq; vtero geſtare exiſtimat. Quod ſi attrectaris, tumor ille euaneſcit. Huic velut vterum geſtanti, tumor paulatim ad decem vſq; méſes increſcit. Cùm verò præterierint decem menſes, venter aqua impletur, & vmbilicus extat. Quòd ſi immiſſo digito attrectarit, os vteri gracile in ſeque conſidens deprehendes. Vbi menſes comparent, pauci & praui prodeunt, ceruix & clauiculæ extenuantur, & pedes intumeſcunt. Cùm ſic habuerit, medicamentũ deorſum purgans propinato, & ad vteros quæ purgent neq; mordeant in ſubditítio, apponito, poſt quæ vteros æquali aceti acerrimi portione admixta eluito, mercurialé edito, ſuccumq; farina iniecta cùm decocta fuerit ſorbeto. Hic auté morbus periculo proximus eſt. Si eryſipelas in vteris ſuboriatur, tumor à pedibus exorſus, ad crura & lũbos fertur,

καὶ ἢν ὀδύνην ἔχῃ, καὶ ἢν στραγγουρίην ἔχῃ, ἐν ὕδατι θερμῷ καθιζέσθω. καὶ πινέτω μελίκρητον ὑδαρές. ἢν δὲ μὴ καθαρθῇ ὑπὸ τοῦ πρώτου, αὖθις πινέτω, ἔστ' ἂν γένηται. ἐπὴν δὲ γένηται, ἀσιτήσασα ξυνέστω τῷ ἀνδρί. ἐν δὲ τῇ καθάρσει τὴν λινόζωστιν ἐσθιέτω. καὶ πουλύποδας ἑφθοὺς, καὶ σιτίοισι μαλθακοῖσι χρεέσθω. τῆς δὲ νούσου ἀπαλλάσσεται ἐὰν ἐν γαστρὶ σχῇ. Ἢν ἐκ τόκου μὴ καθαρθῇ, οἰδέει ἡ γαστὴρ καὶ τὰ σκέλεα. καὶ ῥῖγος καὶ ὀδύνη τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας ἔχει. ἔστι δ' ὅτε καὶ πρὸς τὰ σπλάγχνα ἀνέρχεται καὶ λιποψυχέει. ταῦτα πάσχει ἀρχομένης τῆς νούσου. ὁκόταν δὲ χρόνος ἐγγένηται, τὰ κοῖλα τοῦ προσώπου ἐπερυθριᾷ. ὁκόταν οὖν ὧδε ἔχῃ, πυριήσας τὰς ὑστέρας, προσθεῖναι τὴν κυκλάμινον. πινέτω δὲ τὸ ξὺν τῇ δᾳδὶ, ἔστ' ἂν τὸ ῥεῦμα κινηθῇ. ἐσαλείφειν δὲ ἐς τὸ στόμα τῶν ὑστερέων, ἔλαιον χήνειον. καὶ σμύρναν. καὶ ῥητίνην χλιαρήν. καὶ ἐμπλάσσεσθαι ὡς μάλιστα, καὶ πρὸ τοῦ σιτίου, ἐσθιέτω ἑφθὴν τὴν λινόζωστιν. καὶ σκόροδα. καὶ πράσα. καὶ κράμβης τὸν χυλὸν ῥοφείτω. καὶ σιτίοισι μαλθακοῖσι χρήσθω. θαλασσίοισι δὲ μᾶλλον. καὶ λουέσθω θερμῷ. τῶν δὲ λιπαρῶν καὶ τῶν γλυκέων ἀπεχέσθω, ἕως ἂν ὑγιὴς γένηται. Ἢν αἱ μῆτραι φλεγματώδεες πλησθῶσι, φῦσα ἐγγίνεται. καὶ τὰ ἐπιμήνια λευκὰ ἀπέρχεται, φλεγματώδεα. ἔστι δ' ὅτε καὶ αἷμα λεπτὸν, ὑμένων ἔμπλεων. καὶ τῷ ἀνδρὶ ὑπὸ τῆς ὑγρότητος οὐκ ἐθέλει μίσγεσθαι. καὶ ὠχρὴ καὶ λεπτὴ γίνεται. ἔρεσθαι οὖν χρὴ αὐτὴν τὸ ῥέον ἢν δάκνῃ τε καὶ ἐξελκοῖ. καὶ ἢν μὴ δάκνηται, ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου φάναι εἶναι τὸ ῥεῦμα. Εἰ δ' οὖν, ἀπὸ τῆς κοιλίης. ἢν μὲν οὖν ἀπὸ τῆς κοιλίης ᾖ, ἐμείτω ἀπὸ τοῦ φακίου. ἔπειτα ἐλλεβόρῳ καθαίρειν. ἔπειτα ἐς τὰς ῥῖνας ἐγχεῖν. ἐπὴν δέ σοι ἡ ἄνω κοιλίη κεκαθάρθαι δοκῇ, φάρμακον πίσαι κάτω. σιτίων δὲ ἀπεχέσθω λιπαρῶν καὶ γλυκέων. τὰ δὲ δριμέα προσφέρειν, ὡς σύμφορα, ἢν μὴ τὰ αἰδοῖα ἡλκωμένα ᾖ. ψυχρὰ δὲ ἀμείνω. καὶ λουέσθω ὀλίγῳ, πλὴν μὴ θερμῷ, μηδὲ τὴν κεφαλήν. πινέτω δὲ νῆστις, ὑπερικόν. λίνου σπέρμα. ἐλελίσφακον, ἐν οἴνῳ ὑδαρεῖ. ἐπὴν δὲ παύσηται τὸ ῥεῦμα, κλύσαι τῷ χυλῷ τῶν ὀλύνθων καὶ μετακλύζειν τοῖσι στρυφνοῖσιν. ἡ δὲ νοῦσος χαλεπή. Ἢν αἱ μῆτραι φλεγμήνωσι, τὰ ἐμμήνια οὐ γίνεται παντάπασιν, ἢ πονηρὰ καὶ ὀλίγα. καὶ ὁκόταν νῆστις ᾖ, ἔμετος αὐτὴν λαμβάνει. ὁκόταν δέ τι φάγῃ, ἐμέει τὰ σιτία. καὶ ὀδύνη ἔχει τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας, καὶ λειποψυχίη ἴσχει, ἡ δὲ γαστὴρ, ὅτε μὲν σκληρή. ὅτε δὲ μαλθακή ἐστι. καὶ φυσᾶται, καὶ μεγάλη γίνεται. καὶ δοκέει ἐν γαστρὶ ἔχειν. ἢν δὲ ἀφάσσῃ, κενεὸν γίνεται τὸ πλήρωμα· ταύτῃ μέχρι μὲν τῶν δέκα μηνῶν τὸ οἴδημα κατ' ὀλίγον αὔξεται, οἷον τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ. ἐπὴν δὲ οἱ δέκα μῆνες παρέλθωσιν, ἐμπίπλαται ἡ γαστὴρ ὕδατος. καὶ ὁ ὀμφαλὸς ἐξίσχει. καὶ ἢν ἐσαφάσσῃς τὸν δάκτυλον, εὑρήσεις τὸ στόμα ἰσχνὸν καὶ ξυμπεπτωκὸς τῆς μήτρης. καὶ ὅπου ἐφαίνη τὰ ἐπιμήνια, ὀλίγα καὶ πονηρά. καὶ τὰς κληῖδας καὶ τὸν τράχηλον λεπτύνεται. καὶ οἱ πόδες οἰδέουσιν. ὁκόταν οὖν ὧδε ἔχῃ, φάρμακον πίσαι κάτω, καὶ προσθεῖναι πρὸς τὰς ὑστέρας, ὁκόσα καθαίρει μὴ δάκνοντα. καὶ μετὰ τὴν πρόσθεσιν, κλύζειν τὰς ὑστέρας, ἴσον τὸ ὄξος μίσγων ὀξύτατον. καὶ τὴν λινόζωστιν ἐσθιέτω. καὶ τὸν χυλὸν ἐπιβάλλουσα ἀλήτου καὶ ὁκόταν ἑφθὸν ᾖ, ῥοφείτω. ἡ δὲ νοῦσος ἐπικίνδυνός ἐστιν. Ἢν ἐρυσίπελας δὲ ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐγγένηται οἴδημα γίνεται ἀπὸ τῶν ποδῶν ἀρξάμενον, καὶ ἐς τὰ σκέλεα καὶ ὀσφῦν.

ὅσω δὲ

ἐπὴν δ' αὖ πλείων ὁ χρόνος ἐγγένηται, οἰδεῖ καὶ ἡ γαστήρ. καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς λαμβάνει, καὶ ἀσθένεια. ὑπὸ δὲ τῆς ὀδύνης, οὐ δύναται ἡσυχάζειν, ἀλλὰ ῥιπτεῖ ἑωυτήν. ἡ δὲ ὀδύνη ἀνέρχεται ἐκ τῆς νειαίρης γαστρὸς, ἐς τὰς ἰξύας. ἔπειτα ἄνω ἔρχεται [43] ὑπὸ τὰ ὑποχόνδρια, καὶ τὰ στήθεα, καὶ τὴν κεφαλήν. καὶ δοκέει ἀποθανεῖσθαι. ὁκόταν δὲ αὕτη ναρκᾷ, λαμβάνει τὰς χεῖρας· ἔστι δ' ὅτε καὶ τοὺς βουβῶνας, καὶ τὰ σκέλεα, καὶ τὰς ἰγνύας, [44] καὶ πελιὸς γίνεται. καὶ ὀλίγον ποτὲ χρόνον, ῥάων δοκέει εἶναι, ἔπειτα αὖθις τὰ αὐτὰ πάσχει. καὶ ὁ χρὼς φλυκταινῶν καταπίμπλαται. καὶ τὸ πρόσωπον ἐρυθήματα φύει. καὶ δίψα ἔχει ἰσχυρή. καὶ ὁ φάρυγξ ξηρός. [45] αὕτη ἡ νοῦσος ἐὰν ἐν κυοφορεούσῃ ἐγγίνεται, ἀποθνήσκει. ἐὰν δὲ μὴ, μελεδαινομένη ὑγιαίνει. ὁκόταν οὕτως ὧδε ἔχῃ, προσφέρειν δεῖ ἢν ὁ πόνος ἔχῃ, ψύγματα, καὶ τὴν γαστέρα ταράσσειν. καὶ ἢν μὲν ἐν γαστρὶ ἔχῃ, σιτίοισι καὶ ποτοῖσι χρῆσθαι, [46] ὅκως τὸ ἔμβρυον διαφθείρηται. ἢν δὲ μὴ ὑποχωρέῃ, κλύζειν. ἢν δὲ μὴ ἔχῃ ἐν γαστρὶ, φάρμακον δοῦναι πίνειν. καὶ ὡς ἐλαχίστοισι σιτίοισι χρῆσθαι μαλθακωτάτοισι, καὶ ψυχροῖσι. καὶ τὴν λινοζῶστιν ἐσθιέτω καὶ τὴν ἀκτήν. καὶ μήτε ἁλυκὰ, μήτε λιπαρὰ, μήτε δριμέα. οἷον ὀρίγανον, ἢ θύμον, ἢ πήγανον. ἐπὴν δὲ τὸ πῦρ ἀφῇ, καὶ τὸ πνῖγμα, καὶ μὴ καθιστῇ τὸ οἴδημα, φάρμακον ἰσχυρότερον μεταπίσαι κάτω. τὴν δὲ νοῦσον ταύτην ὀλίγαι διαφεύγουσιν. Ἢν αἱ μῆτραι παρὰ φύσιν χάνωσι. καὶ τὰ ἐπιμήνια πλέω τοῦ δέοντος ἔρχεται καὶ γλισχρότερα καὶ πυκνὰ καὶ ἡ γονὴ οὐκ ἐμμένει. καὶ ἢν ἅψῃ τῷ δακτύλῳ εὑρήσεις κεχηνὸς τὸ στόμα. καὶ πῦρ, καὶ ῥῖγος, καὶ ὀδύνη λαμβάνει τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας. αὕτη ἡ νοῦσος λαμβάνει ἐκ ῥόου αἱματώδεος. γίνεται δὲ ὁκόταν τὰ καταμήνια ἐξαπίνης ἰσχόμενα ῥαγῇ. κἢν ἡ ὀδύνη μάλιστα ἔχῃ χλιάσματα προστιθέναι, [47] καὶ ὁκόταν ἡ πυριῇ τὰς ὑστέρας, καὶ πίσαι φάρμακον κάτω καὶ προστιθέναι ὁκόσα μὴ δήξεται. καὶ κλύζειν μετὰ τὰ προσθετὰ ἐν στρυφνοῖσι. καὶ λούεσθαι ὡς ἥκιστα. σιτίοισι δὲ ὡς ξηροτάτοισι χρέεσθαι. ἢν δὲ ταῦτα ποιεοῦσα ὑγιὴς μὴ γένηται, φάρμακον πίσαι, ὑφ' οὗ ἄνω καὶ κάτω καθαίρηται. ὁκόταν τὰ ἐπιμήνια κινέηται, καὶ ὁκόταν παύηται, [48] δίαιτα ἡ αὐτὴ ἔστω. ἡ δὲ νοῦσος, θανατώδης. [49] Ἢν αἱ μῆτραι ἐς τὸ μέσον τῶν ἰξύων ἴωσι, ὀδύνη ἴσχει τὴν νειαίρην γαστέρα, [50] καὶ τὰ σκέλεα ὕστερον. καὶ ὁκόταν ἀποπατέῃ, ὀδύναι ἐγγίνονται ὀξύτεραι, [51] καὶ ὁ ἀπόπατος προσέρχεται, καὶ τὸ οὖρον στάζει καὶ λιποψυχέει. ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, αὐλίσκον προσθεὶς πρὸς κύστιν, φυσῆσαι τὰς ὑστέρας, καὶ πυριῆσαι, ἢ λοῦσαι πολλῷ θερμῷ. καὶ ὑποθυμιῆν ὑπὸ τὰ αἰδοῖα, τὰ κακώδεα. ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας, τὰ εὐώδεα. ὁκόταν δὲ ἡ ὀδύνη παύσηται, φακοὺς προπίσαι, φάρμακον πίσαι ἄνω, ὑφ' οὗ ἡ κοιλίη κινηθήσεται. ἐπὴν δὲ αἱ ὑστέραι καταστῶσιν ἐς χώρην, φάρμακον πίσαι κάτω, καὶ γάλα μεταπίσαι. ἔπειτα πυριῆσαι τὰς ὑστέρας οἴνῳ, τὰ σὺν τῇ δάφνῃ ἐμβάλλειν. καὶ προστιθέναι, ἃ μὴ δάξεται, ξυμμίσγων τὸ ὄξος. ἔπειτα ὑποθυμιῆν τοῖσιν ἀρώμασιν. ἄτοκοι δὲ καὶ χωλαὶ ἐκ ταύτης τῆς νούσου γίνονται. Ὁκόταν δὲ λευκὸς ὁ ῥόος ἐγγένηται, [52] οἷον ὄνου οὖρον φαίνεται. καὶ ὀδύνη ἔχει τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας, καὶ τοὺς κενεῶνας. καὶ οἰδήματα τῶν τε σκελέων καὶ τῶν χειρῶν. καὶ τὰ κοῖλα αἴρεται, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑγροί. καὶ ἡ χροιὴ ἰκτερώδης καὶ λευκὴ γίνεται. καὶ ὁκόταν πορεύηται, ἀσθμαίνει.

quoq; longius tempus proceſſerit, venter etiam intumeſcit, rigor, febris, & imbecillitas prehendit, neque præ dolore quieſcere poteſt, ſed ſe ipſe diſiicit. Dolor verò ab imo ventre ad lumbos ſurſum fertur, deinde ſurſum progreditur ad præcordia, pectus & caput; ſeq; mori putat, cumq; remiſerit, manus, interdumq; etiam inguina, crura & poplites inuadit, liuida euadit, & exiguo quandoq; tempore meliuſculè habere videtur, deinde rurſus iiſdem afficitur, corpus puſtulis refertum eſt, in facie rubores exoriuntur, vehemens ſitis detinet, & fauces areſcunt. Hic morbus ſi prægnanti oboriatur, perit, alioqui curatione adhibita ſaneſcit. Cùm igitur ſic habuerit, ſi dolor detineat, refrigerantia porrigere ventremque mouere oportet. Quod ſi vtero habeat, cibis & potionibus vtatur, quibus fœtus minimè perdatur. Si verò aluus non deiiciat, per infuſum ſubluito. Verùm ſi vtero nō habeat, medicamentum purgans potui exhibendum. Cibis quàm pauciſſimis, molliſſimis & frigidis vtatur, mercurialem & ſambucum comedat, & neq; ſalſa, neque pinguia, neque acria, velut origanum, aut thymum, aut rutam. Vbi autem febris & ſtrangulatio dimiſerit, tumorq; minimè ſubſtiterit, medicamentum valentius deorſum purgans poſtea propinato. Ex hoc autem morbo paucæ euadunt. Si vteri præter naturam dehiſcant, & menſes plus iuſto copioſi, & glutinoſiores, & frequentes eunt, neque genitura intus manet. Quòd ſi digito contigeris, os dehiſcens deprehendes, febris, rigor, & dolor imum ventrem & lumbos corripit. Hic morbus ex fluxu ſanguineo prehendit, qui exoritur cùm menſes de repente ſuppreſſi eruperint. Cùm dolor maximè detinet, tepefactoria in ſubdititio adhibeto, ex iiſque fomentum vteris admoueto, & medicamentum deorſum purgans propinato, quæque minimè mordeat ſubdito, & cū acerbis poſt ſubdititia colluito, minimumq; lauet. Cibis autem quàm maximè ſiccis vtendum. Quibus factis niſi conualeſcat, medicamentum ex quo per ſuperiora & inferiora purgetur propinato. Cùm menſes commouebuntur, cúmque ceſſarint, eandem victus rationem adhibeto. Hic autem morbus lethalis eſt Si vteri ad medios lumbos fuerint, dolor imum ventrem, deinde crura detinet, cúmque ventris onus deponit, acutiores dolores ſuboriuntur, ſtercuſque non niſi vi progreditur, vrina guttatim fertur, & animo linquitur. Cùm ſic habuerit, adalligata veſicæ fiſtula, flatum in vteros immittito, & fomentum admoueto, aut calida multa lauato, ſubter pudenda ſuffitum ex graueolentibus parato, ſubter nares verò ex bene odoratis. Vbi autem dolor ceſſarit, lenticulæ decocto priùs potui exhibito, medicamentum ſurſum purgans, ex quo ventriculus emoueatur, propinato. At poſtquam vteri ad ſuam ſedem redierint, medicamentum deorſum purgans, poſtea etiam lac propinato. Deiſde fomento ex vino ad vteros admoto, medicamenta quæ ex lauro conficiuntur immittito, & quæ non mordeant, admixto aceto in ſubdititio apponito, poſtea ſuffitum ex aromatis parato. Steriles autem & claudæ ex hoc morbo euadunt. Cùm fluor albus ſubortus fuerit, vrina qualis aſini apparet, & dolor imum ventrem, lumbos ac laterum inanitates detinet, crura ac manus intumeſcunt, oculorum caua eleuantur, & oculi humeſcūt, color auriginoſus & albus redditur, cúmq; deambulat anhelatione corri-

pitur. Hic morbus oritur, ſi natura pituita abundans, febricitarit, biliſq; commota minimè purgata fuerit. Si igitur ventriculus coaceſcat, alui profluuia contingunt, quòd ſi ad vteros vertatur, fluxus oritur. Hanc vbi alui profluuium detinuerit, papaueris albi & rubri æquali portione corticem tritum, & ſpinæ fructum ex vino aqua temperato, polenta recenti immiſſa bibat. Quòd ſi velit, mali punici putamen cinere cōtectum, pari polentæ & farinę portione iniecta, ex vino bibat, quàm minimùm verò lauet. Cibis maximè ſiccis & frigidis vtatur. At vbi fluxus ceſſauerit, medicamentum ex quo ſuperiora purgentur propinato, & lac aſininum bibat. Cùm verò deorſum purgata fuerit, lac bubulum ad quadraginta dies, ſi poſſit, bibat, & impermixtum cœlo ſereno expoſitum, vini quarta portione ad aquam ammixta. Sub veſperam autem vbi ebiberit, ſorbitionem ex alica ſumat. Vbi verò ad diē decimum peruenerit, lactis & aquæ decimam partē ſubtrahito. Quantam autem ſubduxeris, tantam recenter mulcti tepidi portionem bibat, poſtero verò die duas portiones, vt in decem portionibus pro modico diluto ſit meracum, & ad dies quatuor bibat decima parte ſubtracta, & ampliore ſorbitione adhibita. Cum autem decimam lactis portionem quatuordecim diebus biberit, tertiam aquæ partem affuſam ad decem dies bibat, & cibis vtatur. Sicq; dies exeūt in totum quadraginta. Vbi quæ natura ſterilis exiſtit partus eiicit, primùm quidem menſes deficiunt, & pauciores contingunt, tempuſq; quo priùs apparebāt ſuperant, deinde de repente copioſi, puri & vehementes decurrunt. Et ſi quidē ei ſemel defluxerint, deinceps pro ratione in ventre habet, ſin minùs, primò ſecundò, ac tertiò in menſe decurrunt, poſtea per ſe fluxus deſinet, pallidaq; & gracilis euadit. Medicamentum igitur ſurſum & deorſum purgans propinandum, & lac aſininum, aut ſerum poſtea bibendum, deinde poſt hæc admoto fomento, vteri medicamento quod minimè mordeat purgandi, poſtea aceto colluendi, deinde ſuffitus ex aromatis parandi. Hæc autem facito, vt primo mēſium die facta ſint, & vt neq; illota, neq; ſine cibo maneat, cyceonē inſulſum craſſum vbi biberit, ſuffitū ex aromatis aſperſo netopo & vnguento roſaceo ſibi paret: deinde virum adeat. Si acetabula pituita referta fuerint, menſes quidem probè eunt, & vtero gerit, fœtum autem vbi validior fuerit corrumpit. Neque enim detinere poteſt, ſed diſrumpitur. Hunc autem in modum noſces. Humida redditur, & mucoſum glutinoſumque defluit, neque mordet. Et vbi à fluxu purgari deſierint, cum menſibus per duos aut tres dies muci ex vteris procedunt. Hanc groſſorum decocto colluere oportet, & vbi bis aut ter acerbis poſtea collueris, deinceps medicamentum ex quo pituita purgetur in ſubdititio apponito, mollia fomenta admoueto, & poſt ſubdititia pari aceti portione admixta eluito, & euntibus menſibus ſuffitum ex aromatis parato. Deinde à cibo & lotione abſtinens, cum viro dormiat. Cùm menſes latuerint, dolor imum ventrem detinet, eiq; pondus incumbere videtur, lumbi & laterū inanitates dolent. At vbi ad præcordia irruperint, ſuffocant, cúmq; frequenti vomitione acida reiecerint, modico tempore meliùs habet, dolor verò ad caput & ceruicem fertur.

ἡ δὲ νοῦσος γίνεται, ἢν φύσει ἐοῦσα φλεγματώδης, πυρετήνῃ καὶ χολὴ κινηθεῖσα, μὴ καθαρθῇ. ἢν μὲν οὖν ἡ κοιλίη ὀξέη, διάρροια γίνεται. ἢν δὲ ἐπὶ τὰς ὑστέρας τράπηται, ῥόος γίνεται. ταύτην ἐπὴν διάρροια ἔχῃ, τρίβειν μήκωνος λευκῆς τὸ λέπυρον, τὸ ἴσον τῆς πυρρῆς καὶ ἀκάνθης τὸν καρπὸν τρίβων ἐν οἴνῳ κεκρημένῳ, ἄλφιτα ἐπιβαλὼν, [13] ποταίνια πινέτω. ἢν δὲ θέλῃ, σίδην ἐς σποδὸν ἐγκρύψασα, ἐν οἴνῳ πινέτω, καὶ ἄλφιτον ἴσον, καὶ ἄλητον ἐπιβαλών· ὡς ἥκιστα δὲ λουέσθω. σιτίοισι δὲ χρήσθω ὡς ξηροτάτοισι καὶ ψυχροῖσι. ἐπὴν δὲ παύσηται τὸ ῥεῦμα, φάρμακον πίσαι, ὑφ' οὗ τὰ ἄνω καθαίρεται. καὶ γάλα ὄνειον πινέτω. ἐπὴν δὲ τὰ κάτω καθαρθῇ, βόειον γάλα πινέτω, ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας, ἢν δύνηται, καὶ αἰθριάζειν ἄκρητον οἴνου [14] μίσγειν ὕδατι τὸ τέταρτον μέρος. ἑσπέρης δὲ ἐπὴν ἐκπίῃ, ῥοφείτω χόνδρον. ἐπὴν δὲ γένηται δεκάτη, ἀφαιρέειν τοῦ γάλακτος τὴν δεκάτην μοίρην, καὶ τοῦ ὕδατος. ὅσον δὲ ἀφέλῃς, τοσοῦτον χλιεροῦ ἄρτι ἠμελγμένου, πινέτω τὴν μοίρην. τὴν δὲ αὔριον, δύο μοίρας, ὡς ἐν τῇσι δέκα μοίρῃσιν εἴη αὐτὶ ὀλίγου κεκρημένου ἄκρητον. καὶ ἐπὶ τέσσαρας ἡμέρας πινέτω ἀφαιρέων τὸ δέκατον μέρος. καὶ τοῦ ῥοφήματος [15] προστίθεσθαι πλέον. ἐπὴν δὲ γένηται τεσσαρεσκαιδεκάτη πίνουσα τὴν δεκάτην μοίραν τοῦ γάλακτος, ὑποχέων τρίτην ὕδατος μοίραν, πινέτω δέκα ἡμέρας. καὶ σιτίοισι χρήσθω. καὶ οὕτως γίνονται αἱ ξύμπασαι [16] ἡμέραι μ΄. [17] Ἐπὴν διαφθείρῃ τὰ τέκνα φύσει ἄτοκος ἐοῦσα, τὸ μὲν πρῶτον ὑπολείπει τὰ ἐμμήνια, καὶ γίνεται ἐλάσσω, καὶ τὸν χρόνον ὑπερβαίνει ἐν ᾧ ἐφοίτα πρόσθεν. ἔπειτα ἐξαπίνης ἐφοίτα πολλὰ, καὶ καθαρὰ, καὶ ἰσχυρά. καὶ ἢν μὲν τὸ ἅπαξ γινόμενα εἴη, τὸ λοιπὸν κατὰ λόγον ἐν γαστρὶ ἴσχει. ἢν δὲ μὴ, τὸ πρῶτον γίνεται, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον τοῦ μηνός. ἔπειτα τελευτῆσι ἐξ ἑωυτοῦ ὁ ῥόος. ὠχρή τε καὶ λεπτὴ γίνεται. [18] φάρμακον δὴ χρὴ πιπίσκειν, καὶ ἄνω καὶ κάτω. καὶ γάλα μετὰ πιπίσκειν ὄνειον, ἢ ὀῤῥόν. ἔπειτα μετὰ τὴν πυρίην αὐτῇ, καθῆραι τὰς ὑστέρας φαρμάκῳ ὃ μὴ δήξηται, ἔπειτα κλύσαι σὺν τῷ ὄξει. ἔπειτα ὑποθυμιῆσαι τοῖσιν ἀρώμασι. ποιέειν δὲ ταῦτα, ὅκως τῇ προτέρῃ τῶν ἐπιμηνίων [19] ᾖ πεποιημένα. καὶ μὴ γένηται ἄλουτος καὶ ἄσιτος. κυκεῶνα ἄναλτον παχὺν πινέτω. καὶ ὑποθυμιάσθω τοῖσιν ἀρώμασι, νέτωπον προσχέασα, καὶ μύρον ῥόδινον. ἔπειτα τῷ ἀνδρὶ ξυνίτω. [20] Ἢν αἱ κοτυληδόνες φλέγματος πλέαι γένωνται, τὰ μὲν ἐπιμήνια καλῶς ἐπιγίνονται, καὶ ἐν γαστρὶ ἴσχει. διαφθείρει δὲ ἐπὴν ἰσχυρότερον τὸ ἔμβρυον γένηται· οὐ γὰρ δύναται ἴσχειν, ἀλλ' ἀποῤῥήγνυται. γνοίης δὲ ὧδε. ὑγρὴ γίνεται, καὶ ἀποῤῥεῖ μυξῶδες, καὶ γλίσχρον, καὶ οὐ δάκνει. καὶ τοῖσιν ἐμμηνίοισιν ἐπὴν παύσηται τοῦ ῥεύματος καθαιρομένη, καὶ δύο ἡμερέων ἢ τριῶν μύξαι ἔρχονται καὶ ἀπὸ τῶν ὑστερέων. ταύτην δεῖ κλύσαι, τῷ ἀπὸ τῶν ὀλύνθων. καὶ δὶς ἢ τρὶς μετακλύσας στρυφνοῖσι, τὸ λοιπὸν προσθέσθαι, ὑφ' οὗ καθαίρεται φλέγμα. καὶ τὰ μαλθακὰ πυριῆν. καὶ κλύζειν μετὰ τὰ προσθετὰ, ἴσον τὸ ὄξος μίσγων. καὶ ὑποθυμιῆν ἐν τοῖσιν ἐπιμηνίοισι τοῖσιν ἀρώμασι. ἔπειτα δὲ ἀσιτέουσα, καὶ ἀλουτέουσα, [21] συνευναζέσθω τῷ ἀνδρί. [22] Ὁκόταν τὰ ἐπιμήνια κρυφθῇ, ὀδύνη ἴσχει τὴν νειαίρην γαστέρα. καὶ δοκέει ἐπικεῖσθαι τὸ βάρος, καὶ τὰς ἰξύας πονέει, καὶ τοὺς κενεῶνας. ὁκόταν δὲ πρὸς τὰ ὑποχόνδρια προσπαίσωσι, πνίγουσι, καὶ ἐπὴν πυκνὰ ὀξέα ἀπεμέσῃ, ῥάων γίνεται ὀλίγον χρόνον. [23] ἡ δὲ ὀδύνη, καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν καὶ ἐς τὸν τράχηλον φοιτᾷ.

ἐπὴν

ἐπὴν δὲ ὦσι μέλλῃ ἢν προσσταίη, χλιάσματα προστιθέναι, καὶ ὑποθυμιῆν κακώδεα. κάτω δὲ εὐώδεα. καὶ πίνειν διδόναι τὸ κάστορον, καὶ τὸ κόνυζαν. ἐπὴν δὲ κάτω, ὑποθυμιῆν τὰ κακώδεα. ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας, τὰ εὐώδεα. ἐπὴν δὲ παύσωνται αἱ ὀδύναι, φάρμακον δοῦναι πιεῖν. καὶ μεταπιπίσκειν γάλα ὄνου. ἔπειτα διδόναι χυμὸν, ἀφ' οὗ ἐμέεται. καὶ πρὸς τὰς ῥῖνας προστιθέναι. ἐπὴν δὲ καθάρῃς πυριήσας τὰς ὑστέρας τοῖσι σὺν τῇ δάφνῃ προσθεῖναι, τὸ σὺν τῇ ναρκίσσῳ. τρεῖς δὲ διαλιπὼν πυρίας προσθεῖναι τὸ σὺν τῇ κανθαρίδι. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, στέαρ χήνειον. ἔπειτα διαλιπὼν τρεῖς ἡμέρας, κλύσαι τῷ σὺν τῷ ὄξει. ἐν δὲ τοῖσι καθαρμοῖσιν ἐσθιέτω τὴν λινόζωστιν πρὸ τῶν σιτίων. καὶ σιτίοισι μαλθακωτάτοισι χρήσθω. καὶ δριμέα τρωγέτω. καὶ λουέσθω θερμῷ δὶς τῆς ἡμέρης. ἢν δὲ μὴ γίνηται τὰ ἐπιμήνια, ταῦτα ποιήσαντα ἐν τῷ δέοντι χρόνῳ, πίσαι κανθαρίδας. καὶ ἐπὴν γένηται νηστεύσασα, καὶ ἀλουτήσασα, καὶ ὑποθυμιηθεῖσα, συνευνάσθω τῷ ἀνδρί. [64] Ὁκόταν ἐν γαστρὶ ἔχουσα διαφθείρῃ τὸ ἔμβρυον μηνιαῖον [65] καὶ διμηνιαῖον, καὶ ἐκφέρειν μὴ δύνηται, καὶ λεπτὴ παρὰ φύσιν γίνηται, ταύτην χρὴ [66] καθήραντα καὶ τὰς ὑστέρας πρὸς τὸ σῶμα. οὐ γὰρ δυνήσεται πρότερον διενέγκειν, ἔστ' ἂν αὐτῇ παχυνθῶσιν αἱ ὑστέραι, καὶ ἰσχύσωσιν. [67] ἢν δὲ παχυνθῇ παρὰ φύσιν, οὐκ ἴσχει ἐν γαστρί. τὸ γὰρ ἐπίπλοον ἐπικείμενον πουλὺ παχὺ, ἀποπιέζει τὰς ὑστέρας, [68] καὶ τὴν γονὴν οὐκ εἰσδέχεται. ταύτην χρὴ λεπτύνασαν, φάρμακον πῖσαι κάτω. καὶ πρὸς τὰς ὑστέρας προσθεῖναι, ὅ, τι καθαίρεται αὐτὰς, [69] καὶ φύσας ἐκκενοῖ. [70] ἢν δὲ στόμα τῶν ὑστερέων σκληρὸν γένηται ἢ ὁ αὐχὴν, τὸν δάκτυλον προσάγων, γνώσῃ. καὶ ἐπὴν πρὸς τὸ ἰσχίον ἔωσιν ἀπεστραμμέναι. ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, μηδὲν προσφέρειν δριμύ. ἢν γὰρ ἑλκώσῃς τὸ στόμα ἐπὴν φλεγμήνῃ, κίνδυνος τὸ πάμπαν ἄτοκον γενέσθαι. ἀλλὰ προστιθέναι ἃ μὴ δάκνει, ὑφ' ὧν καθαίρηται. [71] ἢν γυναῖκα μὴ δυναμένην τεκεῖν, ἐθέλῃς καθῆραι, καὶ ᾖ χολώδης ἢ φλεγματώδης [72] γνώσῃ δὲ τῷδε ὁκότερον, ἢν ψάμμον ὑποβαλὼν ἐπὴν τὰ ἐπιμήνια γίνωνται, ἐν τῷ ἡλίῳ ἐπιχέας τὸ αἷμα, ἐάσῃς ξηρανθῆναι. καὶ ἢν μὲν χολώδης ᾖ, ἐπὶ τῆς ψάμμου ἔσται τὸ αἷμα ὠχρόν. ἢν δὲ φλεγματώδης, [73] οἷον μύξα. καὶ διὰ ὁκότερον ἂν εἴη [74] καθήρας κάτω. πρὸς τὰς ὑστέρας ἐπιθέτως προσθέτω. [75] ἢν τὰ ἐπιμήνια παντάπασι μὴ γίνωνται, ἢν μὲν ὑπὸ πόνου, πρῶτον μὲν τὴν κοιλίην καθῆραι κάτω, ἔπειτα προσθεῖναι, ὑφ' οὗ αἷμα καθαίρεται ἐκ τῶν ὑστερέων. ἔπειτα διαλιπὼν ἡμέρην μίην ἢ δύο, [76] ὑφ' οὗ αἷμα καθαίρεται προσθεῖναι. τὸν δὲ ἄλλον χρόνον τὸν φλοιὸν πινέτω τοῦ κρηθμοῦ ἐν οἴνῳ τρίψασα. ἢν ὑγρότερον ᾖ τοῦ καιροῦ τὸ στόμα τῶν ὑστερέων, προστιθέναι τὰ δριμέα, ὅκως δηχθῇ. καὶ φλεγμήνασα σκληρὸν λίην γένηται. ἢν δὲ σκιρρωθῇ, τὰ δριμέα προσφέρειν. δάκνοντα γὰρ διαχεῖ τὸν ἰχῶρα. ἔπειτα μαλθακὰ προστιθέναι. εἰς δὲ τἄλλα νοσήματα, οὐχ ἥκιστα προστιθέναι. [77] ἢν δὲ τὸ ἰσχίον λεχοῖ καταστηρίξωσιν αἱ ὑστέραι ἐς τὸν κενεῶνα, προστιθέναι χρὴ πρὸς τὸ ὑγιὲς ἰσχίον, ἔλαιον αἰγύπτιον λευκὸν, ἢ βακκάρινον. καὶ ἐπὶ τὸ ὑγιὲς ἰσχίον κατακείσθω. καὶ πινέτω γλυκυσίδης κόκκους τοὺς μέλανας πέντε. καὶ ἀκτῆς καρποῦ ὅσον χημαμίδα. καὶ κάστορος ὅσον κύαμον ἐν οἴνῳ. ἔπειτα λουσαμένη θυμιήσθω. καὶ τοῖσι ποτοῖσι καὶ σιτίοισι χρήσθω μαλθακοῖσι. καὶ λινοζώστει. καὶ τοῖσι δριμέσι πᾶσι χωρὶς ῥαφανίδος καὶ κρομμύων. [78] Ὁκόταν πνίγωσιν αἱ ὑστέραι, ὑποθυμιῆν χρὴ τὰ κακώδεα πάντα ἤγουν ἄσφαλτον. θεῖον. κέρας. ἐλλύχνιον. φώκης ἔλαιον.

Vbi igitur aduenturi ſunt, ſi impetũ fecerint, tepefacientia ſubter apponito, ſuffitumq́; ex graueolentibus apparato, infra verò ex odoratis, caſtoriumq́; & conyzam potui exhibeto. Cùm autem ad inferiora proceſſerint, ſuffitũ per inferiora ex graueolẽtibus apparato, ad nares autem ex bene olẽtibus. At vbi dolores quieuerint, medicamentũ potui exhibeto, poſteaq́; lac aſininum propinato, deinde ſuccũ ex quo vomat dato, & naribus admoueto. Vbi verò purgaueris, fomento ad vteros ex his quæ cum lauro conficiuntur admoto, medicamentum ex narciſſo apparatũ ſubter apponito. Tribus autẽ diebus fomentis intermiſſis, id quod ex cantharide cõficitur in ſubdititio apponito, poſtero verò die adipem anſerinũ, deinde tribus intermiſſis diebus, ex eo quod cũ aceto paratur eluito. In purgationibus autem mercurialẽ ante cibos edat; cibiſq́; molliſſimis vtatur, & acria comedat biſq́; die calida lauet. Quòd ſi his factis mẽſes ſuo tempore nõ contingunt, cantharidas propinato, & vbi prodierint, ieiuna illota & ſuffita cum viro dormiat. Si ea quæ in vtero habet fœtum menſtruũ aut bimeſtrem perdit & perferre nequit, graciliſq́; præter naturam euadit, huic vteri oſculũ purgare oportet. Neq; enim priùs fœtum perferre poterit, quàm ipſius vteri craſſi & validi redditi fuerint. Quòd ſi præter naturam craſſior euaſerit, vtero non cõcipit. Omentum enim præpingue ſuperincumbens, vteros comprimit, neq; genituram ſuſcipere ſinit. Huic, vbi gracilem reddideris, medicamentũ deorſum purgãs propinare oportet, & ad vteros quod eos purget & flatus exciter, ſubter apponere. At ſi vterorum oſculum durum extiterit, aut ceruix, quod immiſſo digito deprehendes, itemq́; ſi in coxendicẽ obuerſi fuerint. Quòd cùm ſic habeat; nihil acre exhibeto. Si enim os exulceraris, vbi inflãmatione tentatũ fuerit, periculũ eſt ne penitus ſterilis euadat. Verùm quæ nõ mordeãt, ex quibus purgetur, ſubter apponito. Si eã quæ parere non poteſt purgare voles, & biliosa aut pituitoſa fuerit. Quodnã autẽ ex his ſit cognoſces, ſi ſuppoſitæ arenæ, dũ menſes eunt, in ſole ſanguinẽ effuſum ſiccari permittas. Et ſi quidẽ bilioſa fuerit, ſanguis pallidus in ſumma arena extabit, ſi verò pituitoſa, velut mucus. At certè vtrũlibet fuerit, vbi per inferiora purgaueris, ad vteros ſubdititia adhibeto. Si menſes prorſus nõ eant, ſi quidẽ ex dolore cõtingat, primùm quidẽ ventrẽ deorſum purgato, deinde medicamentũ à quo ſanguis ex vteris purgetur ſubter apponito. Poſtea intermiſſo vno aut altero die, medicamẽtũ ex quo ſanguis purgetur in ſubdititio apponito. Reliquo verò tẽpore crethmi corticẽ ex vino tritũ bibat. Si vteri oſculũ plus iuſto humidũ fuerit, acria vti mordeatur, & inflammatũ admodum durũ fiat, ſubter apponito quòd ſi induratũ fuerit, acria adhibeto. Quæ enim mordent, ſaniẽ diffundunt, poſtea mollia ſubter apponito. Quinetiam ad alios morbos nõ minùs apponito. Si puerperæ vteri ad coxẽdicẽ aut ad lateris inanitatẽ incubuerint, ad ſanam coxẽdicẽ oleũ Ægyptiũ albũ, aut Baccarinũ vnguentũ admouere oportet, & in ſanã coxẽdicẽ decumbat. Pæoniæ grana nigra quinq;, ſambuci fructũ ad cõchæ maioris menſurã, & caſtorij fabę quãtitatẽ ex vino bibat, mox lota ſuffitũ adhibeat, potib⁹ & cibis mollib⁹ vtatur, mercuriali & acribus omnibus, præter raphanum & cepas. In vteri ſtrangulatu graueolentia omnia in ſuffitu naribus adhibenda, bitumen ſcilicet, ſulphur, cornu, lucernæ funiculus, vituli marini adeps,

caſtorium,pudendis verò odorata. At ſi puerperæ vteri inflammatione laborent, incenditur, & ſuffocatio detinet. Cùm ſic habuerit, algam marinam tritam in linteolo extento ex cataplaſmate adhibeto. Deinde farinam hordeaceam crudam, cinerem ſarmentitium, & lini ſemen, aceto & oleo affuſo in maſſæ ſubactæ formá decoquito, poſtea quàm calidiſſimo imú ventrem ex cataplaſmate linito. Quòd ſi cõpacti fuerint vteri, lentibus cum multa mentha in aceto decoctis, vaporē in os naribus admotis attrahat, & ex graueolentibus ſuffitum adhibeat, mercurialẽ comedat, & ex ſucco farinã coctam ſorbeat. Quàm citiſſimè & priùs quàm dolor detineat, medicaméta exhibere oportet quæ vterorũ dolorem ſedent, & cibos ſumat qui aluum deiiciant. At ſi venter incaleſcat, per infuſum ſubluito. Quòd ſi vteri ex partu inflammatione laborent, ſolani ſuccum in pudenda infundito, & vbi calidus euaſerit, alium affundito. Si verò hic non adfuerit, lēntiſci, aut rhamni, aut betæ, aut cucurbitæ ſuccum expreſſum infundito, & quod in ipſa eſt mediũ tenerrimum deraſum, in longitudinẽ indito, demum ceruſam aqua ſubactam, lana exceptam ſubdito, ſin horruerit detrahito. Si mulier vterorum debilitatem, & à bile ſuffocationem ſentiat, eamq; leuiter purgare opus ſit, doloremq; ſedare, peucedani ſuccum ad tres cyathos potui exhibeto. Si in lumbis aut lateris inanitate vteri extiterint, ſi emouere velis, ſulphur & bitumen tritũ affuſo melle cocto in glandulam craſſam efformato, & in ſedem immittito, & ſi vteri ſicci euaſerint, hæc quàm celerrimè in ſubdititio apponito. Cùm mulieri vteri duri euadunt, & ad pudenda prominent, inguinaq; indurantur, & ardor in pudendis ineſt, cancri initia ſuſpecta ſunt. Cùm ſic habuerit, cucurbitæ interiorem partem terere oportet, & eum fauo aquæ hemina affuſa in ſedem immittere, & donec purgetur ſinere. Cùm verò mulieri medicamentũ exhibueris, quæ vteros purgant, quæq; impellunt admiſceto. Potiones aliæ & ſubter appoſita, quæ ſecundas educere & menſes detrahere valent. Cantharidas quinq; euulſis alis, pedibus & capite, deinde tribulos mari adiacentes cum radice tritos ad conchæ menſurã, & anthemi lutei interiorẽ partem tritá quantum cõcha capit, ſeminis apij æqualem portionem, & ſepiæ oua quindecim, ex vino dulci temperato potui exhibeto, cumq; dolor detinuerit in aqua calida deſideat, & multam aquoſam bibat. Foliorum ranunculi & floris triti ſtateris Æginæi pondus ex vino dulci bibat. Et vbi dolor detinuerit, cicer album & vuas paſſas in aqua decoctas & refrigeratas potui exhibeto, cúmq; ſtranguria vexauerit, in aqua tepida deſideat. Adiantum ſtateris Æginæi pondere, ex vino albo, æquali aquæ portione temperato, propinato. Violæ albæ ſemen quantum tribus digitis capere poſſis, ex vino albo eodem modo temperato, bibendum dato. Violæ nigræ radice ex vino macerata ad eundem modum vtatur. Crinanthemum quod in domibus prouenit, ad eundem modum miſceto ac propinato. Anchuſæ folia ad pugillos duos in vino pari aqua temperato decocta bibenda dato. Chamæleontis radicem deraſam, velut in veratri potione, ex vino aqua temperato decoctã propinato. Braſſicæ & porri ſuccum, vtriq; laſeris ſucco ad tres obolos admixto, vini albi æquali admixta portione, bibendum dato.

καστόρειον. ὑπὸ δὲ τὰ αἰδοῖα, τὰ εὐώδεα. ἢν δὲ λεχοῖ αἱ ὑστέραι φλεγμήνωσι[79] πίμπραται καὶ πνῖξ ἔχει. ὁκόταν δὲ ὧδε ἔχῃ, παραπετάσας ὀθόνιον, βρύα θαλάσσια λεῖα καταπλάσσειν· ἔπειτα ὠμήλυσιν, καὶ σποδὸν κληματίνην καὶ λίνου σπέρμα. ὄξος καὶ ἔλαιον ἐπιχέας, ἑψεῖν ἕως ἂν οἷον σταὶς γένηται. ἔπειτα καταπλάσσειν ὡς θερμοτάτῳ δύνηται ἀνέχεσθαι, τὴν νείαιραν γαστέρα.[80] ἢν δὲ πεπήγωσι, φακοὺς ἑψήσας ἐν ὄξει καὶ ἡδυόσμῳ πολλῷ, ἕλκειν τὴν ἀτμίδα ἐς τὸ στόμα, καὶ τὰς ῥῖνας προσίσχειν. καὶ κακώδεα ὑποθυμιῆν. καὶ λινόζωστιν ἐσθίειν καὶ ἐν τῷ χυλῷ ἄλητον ἑφθὸν ῥοφείτω[81] ὅτι ἂν τάχιστα, καὶ πρὶν ἢ τὴν ὀδύνην ἔχειν, πρότερον χρὴ διδόναι τὸ φάρμακον, ὅσα τὰς ὑστέρας παύει τῆς ὀδύνης. καὶ σιτία διαχωρητικὰ προσφερέσθω. ἢν δὲ ἡ γαστὴρ θερμαίνεται, ὑποκλύσαι. ἢν δὲ ἐκ τόκου φλεγμαίνωσιν αἱ μῆτραι, στρύχνου χυλὸν ἐγχέαι ἐς τὰ αἰδοῖα. καὶ ἐπὴν οὗτος θερμὸς γένηται ἕτερον ἐγχεῖν. ἢν δὲ μὴ ᾖ, σχίνου, ἢ ῥάμνου, ἢ τεύτλου, ἢ κολοκύντης χυλὸν ἐκπιέσας ἐγχεῖν·[82] καὶ αὐτῆς τὸ ἐν μέσῳ τὸ ἁπαλώτατον περιξύσας μακρὸν ἐντιθέναι. ὕστερον ὕδατι[83] ψιμμύθιον τρίβων ἐν εἰρίῳ ἀναπλάσσων, προστιθέναι. ἢν δὲ φρίσσῃ, ἀφαιρέειν. Ην γυνὴ ἀσθενέῃ ἀπὸ ὑστερέων. καὶ χολαὶ αὐτὴν πνίγωσι καὶ δέῃ αὐτὴν καθῆραι κούφως, καὶ τῆς ὀδύνης παύσασθαι. πευκεδάνου ὀπὸν, ὅσον τρεῖς κυάθους δίδου πιεῖν.[84] Ην δὲ ἐν τῇ ὀσφύϊ αἱ ὑστέραι ὦσιν ἢ ἐν τῷ κενεῶνι, ἢν ἐθέλῃς μετακινῆσαι, τρίψας θεῖον καὶ ἄσφαλτον, μέλι ἑφθὸν περιχέας, καὶ ποιήσας βάλανον παχείην, ἐς ἕδρην ἐνθεῖναι.[85] καὶ ἐκ τῶν ὑστερέων ἢν ξηραὶ γένωνται ταῦτα προστεθῆναι ὡς τάχιστα.[86] Γυναικὶ ὅταν ὑστέραι σκληραὶ γένωνται, καὶ ἐς τὰ αἰδοῖα ἐξίσχωσι, καὶ ⊕ βουβῶνες σκληροὶ γίνωνται, καὶ καῦμα ἐν τοῖσιν αἰδοίοισιν ἐνῇ,[87] καρκινοῦσθαι ἄρχεται. ὅταν οὕτως ἔχῃ,[88] σικύης χρὴ τὸ ἔσω τρίψαι τὸ ξηρὸν, ὕδατος κοτύλην ἐπιχέας, ἐνιεὶς ἐς τὴν ἕδρην ἐᾶν καὶ περιρρεῖν μέχρις ἂν καθαρθῇ. Οκόταν δὲ γυναικὶ[89] δῷς φάρμακον, προσμίσγειν τῷ φαρμάκῳ, ὅσα ὑστέρας καθαίρει, καὶ ὅσα ἐλαύνει.[90] Ετερα ποτὰ καὶ προσθετὰ, δυνάμενα χόριον ἐξάγειν καὶ τὰ ἐπιμήνια καταπαῦσαι. Κανθαρίδας ἑ ἀποτίλας τὰ πτερὰ, καὶ τοὺς πόδας, καὶ τὴν κεφαλήν. ἔπειτα τριβόλους παραθαλασσίους σὺν τῇ ῥίζῃ τρίψας ἴσον κόγχην. καὶ τοῦ ἀνθέμου[91] τοῦ χλωροῦ τὸ ἔσω ξηρὸν τρίψας ὅσον κόγχην καὶ σελίνου σπέρμα ἴσον. καὶ σηπίης ᾠὰ ιέ ἐν οἴνῳ γλυκεῖ κεκρημένῳ, δίδου πιεῖν. καὶ ἐπὴν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, ἐν ὕδατι θερμῷ καθήσθω, καὶ μελίκρητον ὑδαρέα πινέτω. Βατραχίου τῶν φύλλων, καὶ τοῦ ἄνθεος τετριμμένου ὅσον στατῆρα αἰγιναῖον, ἐν οἴνῳ γλυκεῖ πιέειν. ἐπὴν δὲ ἡ ὀδύνη ἔχῃ, λευκοὺς ἐρεβίνθους καὶ ἀσταφίδας ἑψήσας ἐν ὕδατι, καὶ ψύξας,[92] διδόναι πιέειν. καὶ ὁκόταν ἡ στραγγουρίη ἔχῃ, ἐν ὕδατι χλιερῷ καθιζέσθω. Αδιάντου ὅσον στατῆρα αἰγιναῖον, ἐν οἴνῳ λευκῷ, ἴσον ἴσῳ κεράσας, δίδου πιεῖν. Λευκοΐου καρπὸν ὅσον ἐν τοῖς τρισὶ δακτύλοις λαβὼν, ἐν οἴνῳ λευκῷ ⊕ αὐτὸν τρόπον κεράσας, διδόναι πιεῖν. Λευκοΐου ῥίζαν τοῦ μέλανος ἐν οἴνῳ δεύσας ⊕ αὐτὸν τρόπον χρῆσθαι. Κρινάνθεμον τὸ ἐπὶ τῶν οἰκιῶν φυόμενον, ⊕ αὐτὸν τρόπον μίξαι καὶ πῖσαι. Τῆς ἀγχούσης τὰ φύλλα δύο δραχμίδας ἐν οἴνῳ ἑφθῷ κεράσας ὕδατι ἴσως πῖσαι. Χαμαιλέοντος τὴν ῥίζαν ξύσας οἷον ἐλλεβόρου πόσιν[93] ἐν οἴνῳ ἑφθῷ κεράσας ὕδατι πῖσαι. Κράμβης καὶ πράσου χυλὸν ἑκατέρου μίξας ⊕ ὀπὸν σιλφίου ὅσον τριώβολον[94] οἴνῳ ἴσῳ μίξας λευκῷ πῖσαι.

[95] Ελαίης

[95] Ἐλαίης λευκῆς πρὶν ἐλαιωθῆν, ἢ ἔλαιον ἐνῇ κατατμήσας, ξηρήνας· ἔπειτα κόψας καὶ σήσας ἐν οἴνῳ ἐπιβαλὼν, διδόναι πίνειν. τοῦτο καὶ ἐπιμήνια καθίστησι καὶ χορίον ἐξελαύνει. Δικτάμνου κρητικοῦ ὅσον ὀβολὸν, ἐν ὕδατι πίνειν, χορίον ἢν μὴ δύνηται ἐκβαλεῖν πιπίσκειν. [96] πυριήσας τῆς ἀκτῆς τοῦ χυλῷ ἑφθῷ ἐμβαλεῖν, καὶ τὴν κανθαρίδα προσθεῖναι. τοῦτο, καὶ τὸ ἔμβρυον ἐξελαύνει. ὁκόταν δὲ δάκνῃ, ἀφαιρεθεὶν ῥόδινον μύρον ἐμβάπτουσα προστιθέσθω, [97] ἔστ' ἂν ἀποφύγῃ. Αἰγείρου κρητικῆς κόκκους ἐννέα, τρίψας ἐν οἴνῳ διδόναι πίνειν. λουτέσθω δὲ καὶ ἀπολουέσθω ἢν δυστοκῇ. [98] Κονύζης ὅσον χεὶρ λείης δεῖναι πράσου χυλῷ καὶ νέτωπον ξυμμίξας ὅσον χηραμίδα, ταῦτα ἐν οἴνῳ δίδου πίνειν. Ἐπιμήνια καθίστησι. Πευκέδανον [99] καὶ πάνακες, καὶ γλυκυσίδης ῥίζαν, ἐν οἴνῳ δίδου πίνειν. Ἔμβρυον ἐκβάλλει τεθνεὸς καὶ τὰ ὕστερα. Τοῦ ἴου καὶ τῆς ἀνδράχνης τὸν καρπὸν, ταῦτα διακόψας καὶ μίξας, δίδου ἐν οἴνῳ λευκῷ παλαιῷ. Ἐπιμήνια καθίστησι. Λευκοΐου ὁ καρπὸς, ὅσον τρισὶ δακτύλοις ἐπιλαμβάνεται, καὶ αἰγὸς σπυράθους ὅσον πέντε ἢ ἕξ, ταῦτα ξυμμίξας οἴνῳ εὐωδεστάτῳ, προπυριήσας ἐς ὕδωρ καὶ ἔλαιον τὴν πυέλην ἐμβαλὼν, πυελοῦ δὲ ἐπὶ δίφρου. ἐπὴν δὲ πυριήσῃ, δοῦναι πιεῖν. καὶ ὡς τάχιστα λούσαντα κατακλῖναι. δοῦναι δὲ φαγεῖν κράμβην, καὶ τοῦ χυλοῦ ῥοφεῖν. Λευκοΐου τοῦ καρποῦ ὅσον τρισὶ δακτύλοις ἐν οἴνῳ δοῦναι πιεῖν, καὶ καθήσθω ἐν ὕδατι θερμῷ. ἢν δὲ μὴ ἔχῃ, μαράθου ῥίζας κλάσας, ἐν μελικρήτῳ χλιερῷ ἀποβρέξας δίδου. Μελίης ὅσον κόκκους δέκα ἐν οἴνῳ δοῦναι πιεῖν. τοῦτο ἀγαθὸν ἐπὶ παντὸς ἀλγήματος ὑστερικοῦ. καὶ σφόδρα διουρητικόν. Ὀπὸν σιλφίου ὅσον ὄροβον, καὶ καρδάμου καρπὸν τρίψας λεῖα καὶ ξυμμίξας ἐν οἴνῳ, ἢ ἐν κυνὸς γάλακτι, δίδου πιεῖν. τοῦτο καὶ ἔμβρυον ἐξελαύνει. Ἐκβόλιον. Βατράχιον καὶ ἐλατηρίου μικρὸν μίξας ἐν ὄξει, εὔκρητον πῖσαι. Ἐπὶ τὸ αὐτό. Κράμβης καυλὸν ἁπαλὸν τὸ ἄκρον χρίσας νετώπῳ τρίψαι. Ἢν τὰ ἐπιμήνια μὴ ἴῃ. [100] Τερμίνθου καρπὸν τρίψας ἐν οἴνῳ καὶ ὕδατι δεὶς, καὶ διηθήσας, διδόναι νήστει πιεῖν. καὶ θερμῷ λουέσθω. Ἐπιμήνια κινεῖ. [101] Φοινικοῦς κόκκους ἐν οἴνῳ νήστει διδόναι πίνειν. Λοχεῖα καθαίρει. Μαράθου καρπὸν καὶ κρήθμου τὸν φλοιὸν, καὶ λιβανωτὸν ἐν οἴνῳ διδόναι πίνειν. [102] Δᾳδὸς ὡς πιοτάτην ἐν οἴνῳ ἑψήσας, καὶ γλυκυσίδης κόκκους πέντε τρίψας ἐν οἴνῳ, ὅσον τεταρτημόριον κοτύλης, δοῦναι πιεῖν. Λινοζώστιος τὸν καρπὸν καὶ τὰ φύλλα ἐν οἴνῳ δοῦναι πιεῖν. Γλυκυσίδης τοὺς μέλανας κόκκους ὅσον πέντε, καὶ ὠὰ σηπίων δοῦναι πίνειν ἐν οἴνῳ. [103] Λοχεῖα πάσῃ. Εἰς ἐρύσιμον καὶ ἄλφιτον ἔλαιον παραχέας ἢ ἑφθὸν ῥοφείτω. καὶ σιτίοισιν ὡς μαλακωτάτοισι χρήσθω. Σκαμμωνίην τρίψας ἐν γάλακτι γυναικείῳ ἐν ἐρίῳ ἀναλαβοῦσα προσθεῖναι. Λινοζώστιος φύλλα τρίψας, ἐν ῥάκει προσθεῖναι. Τὴν ποίην τῆς ἀρτεμισίης τρίψας, καὶ μύρῳ ῥοδίνῳ δεύσας, προσθεῖναι. Τὴν λευκὴν ῥίζαν λείην κόψας ῥοδίνῳ μύρῳ δεύσας προσθεῖναι. Τῆς γλυκυσίδης μέλιτι δεύσας καὶ μύρῳ ῥοδίνῳ [104] καὶ αἰγυπτίῳ ἐν ἐρίῳ προσθεῖναι. Ἄλητον ἄλευρον τὸν αὐτὸν τρόπον προσθεῖναι. Αἴρας ἄλευρον καὶ πυρῶν ἅμα μέλιτι φυρήσας ἐν ἐρίῳ προσθεῖναι. [105] Καθαρτήριον ἐπιμηνίων καὶ λοχείων καὶ ὕδωρ ἄγει. Στρουθίου ῥίζης λείου κεκομμένου ὅσον τρισὶ δακτύλοισι, μέλιτι δεύσας προσθεῖναι. φύεται δὲ ἐν Ἄνδρῳ ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς.

Oliuas albas priùs quàm oleum inſit in tenues partes diſſectas ſiccato, deinde tuſas & cribratas in vino iniectas, bibendas exhibeto. Hoc & menſes detrahit, & ſecundas eiicit. Dictamnum Creticum oboli pondere ex aqua potui exhibeto. Quo epoto ſi ſecundas eiicere non potes, ſambuci ſuccum coctum pro fotu iniicito, & cantharidem ſubter apponito. Hoc etiam fœtum expellit. Vbi verò morſum attulerit, eo ablato, & vnguento roſaceo leuiter intincto, in ſubdititio apponito quoad liberata fuerit. Populi nigræ Creticæ grana nouem trita, ex vino bibenda dato, eo etiam abluatur, ſi difficulter pariat. Conyzam quantum manus capit leuiter tritam, porri ſucco macerato, netopo quantum conchæ maioris teſta capit admixto, hæc ex vino bibenda dato. Menſes detrahit. Peucedanum & panacem pæoniæque radicem ex vino potui dato. Fœtum mortuum & ſecundas eiicit. Violæ & portulacæ ſemen, hæc contuſa & mixta ex vino albo vetuſto exhibeto. Menſes detrahit. Violæ albæ ſemen quantum tribus digitis comprehenditur, & ſtercoris caprini globuli quinque aut ſex. Hæc vino odoratiſſimo permiſceto, fométo prius ex aqua & oleo immiſſo. In ſedili autem fomentum admoueto, quo adhibito potui exhibeto, & quam citiſſimè in cubili reclinato. Braſſicam autem edendam, & ſuccum ſorbendum dato. Violæ albæ ſemen quantum tribus digitis capitur, ex vino propinato, & in aqua calida deſideat. Quòd ſi non habeat, fœniculi radices contuſas, aqua mulſa tepida maceratas exhibeto. Fraxini pilulas circiter decem, ex vino propinato. Hoc valet ad omnem vterorum dolorem, & valde vrinam mouet. Laſeris ſuccum orobi quãtitate, & naſtũrtij ſemen tenuiter trita & permixta ex vino aut lacte canino potui exibeto. Hoc etiam fœtum eiicit. Medicamentum fœtum eiiciens. Ranunculũ & elaterij parum aceto mixtum & bene temperatum propinato. Ad idem. Braſſicæ caulẽ tenerum in extremitate netopo illitum, affricato. Si menſes nõ eant. Terebinthi fructum tritum, vino & aqua maceratum, & percolatum ieiunæ bibendum dato, & calida lauet. Ad menſes mouendos. Purpurea grana ieiunæ ex vino potui exhibeto. Ad puerperij purgamenta. Fœniculi ſemen, & crethmi corticem, & thus ex vino bibenda dato. Tædam quàm pinguiſſimam in vino coctam, & pæoniæ grana quinque ex vino trita, in heminę quadrante potui dato. Mercurialis ſemen & folia ex vino potui exhibeto. Pæonię grana nigra quinque, & ſæpiæ oua ex vino propinato. Ad omnẽ puerperam. Oleo ad irionem & polentam affuſo aut cocto pro ſorbitione vtatur, & cibis quàm molliſſimis. Scammonium ex lacte muliebri tritum, lana exceptũ, in ſubdititio apponito. Mercurialis folia trita in linteo ſubter apponito. Artemiſiam herbam tritam & roſaceo vnguento imbutam ſubdito. Albam radicem tenuiter tuſam, vnguento roſaceo ſubactam, ſubter apponito. Pæoniæ radicem, melle, vnguento roſaceo & Ægyptio ſubactam, ex lana ſubter apponito. Farinam non lotam ad eundem modũ apponito. Lolij & tritici farinam vna melle ſubactã, ex lana ſubter apponito. Menſes & puerperia purgans, quod etiam aquas educit. Radicem ſtrothij læuiter tritam quantum tribus digitis capitur, melle ſubactam in ſubdititio apponito. Naſcitur autem in Andri littoribus.

Vteros repurgant. Mercurialis contuſæ & cucumeris agreſtis modicum, ex vino tritum, ea melle ſubacta ſubter apponito. Leporis pilos vſtos, ex vino tritos, melle cocto & aqua ſubactos potui exhibeto, & calida lauet. Quod partum purgat. Hordeum decorticatum ad dimidij hemichœnicis menſuram in aquę quatuor heminis coquito, vbi ferbuerit bis aut ter ſorbendum dato. Puerperij reliquias purgato. Sambuci folia affuſo oleo cocta bibenda exhibeto, braſſicas etiam coctas & porra edat. Vteros purgãs. Rhois folia & fructum ex vino bibendum dato, & irionem ex vino tritum, polenta iniecta propinato. Miſy obolos duos ex vino tritos & ſubactos in ſubdititio apponito. Lini ſemen tritum ex vino ſubactum ſubdito. Trifolij ſemen ex vino propinato. Vbi verò vteri ad lumbos incubuerint, polypos coctos & aſſos edat, & vinum nigrum odoratum, merum quàm plurimum bibat. Aliæ potiones, medicamenta ſubdititia & purgantia. Rhoem rubrum & vinacea ex aqua coquito, ſitanea farina in aquam iniecta, bibendam dato. Farinam in aquam immiſſam bibendam exhibeto. Mora rubi ſicca, læuiter trita, recenti polenta admixta, quantum amborum acetabulum, ex vino odorato aquoſo bibat. Terram nigram Samiam ex aqua tritam, aſtragali quantitate bibendam porrigito, Hypocyſtidem ex vino præbeto. Ex malis punicis vinoſis ſucco detracto, eo polentam ſubactam ſiccato, deinde tenuiter tritam ex vino bibendam dato. Myrti nigræ fructum tritum aqua maceratum, polenta immiſſa bibendum exhibeto. Mali punici dulcis aſſati drachmam tritam ex vino propinato. Triticum & hordea trita & torrefacta, ac in farinam redacta, ex vino nigro bibenda dato. Mali punici dulcis interiorem partem, pari aquę portione admixta, potui exhibeto. Cicutæ quantum tribus digitis capitur, ex aqua bibendum dato. Farinæ ſitaniæ & gypſi pares portiones ex aqua mixtas bibendas dato. Mali punici dulcis corticem & malicoria ex vino propinato. Si ſanguis ex vteris effluat, viticis folia ex vino nigro potui dato. Ad fluorem & dolorem. Roriſmarini radicem ex vino propinato. Vterorum aliæ potiones. Cedri baccas, ſeſeli, cuminum Æthiopicum, caſiæ fructum, iuniperi baccas, miliũ, echinos paruos, melanthium, dauci radicem & ſemen. Ex aromatis verò, thymum, thymbram, ericen, hypericum, papauer album, crethmi radices & ſemen, maluæ radices, mercurialis ſemẽ & folia, vrticæ ſemen, ſaluiam, populum nigram, dictamnum, pſeudodictamnum, amomum, cardamomum, helenium, ariſtolochiam, caſtoreum, adiantum, dracontium, peucedanum, rutæ folia & ſemen, apij ſemen, fœniculi ſemen, hipposelini & ſemen & radices, hippomarathri ſemẽ & radices, ſtruthij ſemen & radices, hyſſopum Cilicium, eryſimum, pæoniam, panacem. Horum quodcunque voles aut cum cæteris mixtum, aut per ſe ex aqua & vino decoctum, vt voles propinato. Optimè purgant & dolores ſedant. Maluæ radicẽ ex aqua dato. Pæoniæ ſemen & parum cedrini olei admixtum ex vino propinato, & vterorũ dolores ſedabit. Ad vteri ſtrangulatum. Caſtorium & conyzam ex vino albo propinato. Quòd ſi ad nares prorumpat, grani cnidij interiorẽ partem albam ammixto melle ad nares alline.

ΤΑ δὲ ἀμφὶ γυναικείων νούσων, ὧδε φημί. γυναῖκα ἄτοκον ἐοῦσαν, ἢ τετοκυῖαν, χαλεπώτερον καὶ θᾶσσον ἀπὸ τῶν καταμηνίων νοσέειν. ὁκόταν γὰρ τέκῃ, εὐρυώτερα τὰ φλέβια ἐστὶν ἐς τὰ καταμήνια. εὔροα δέ σφιν ποιέει ἡ λοχείη, κάθαρσίς τις ἐοῦσα. καὶ ἢν καταρραγῇ τοῦ σώματος τὰ πλησιάζοντα μάλιστα, τῆς τε κοιλίης καὶ τῶν μαζῶν καταρρήγνυται. καταρρήγνυται δὲ καὶ τὸ ἄλλο σῶμα. ὑπὸ τοῦ δὲ γίνεται, εἴρηταί μοι ἐν τῇ φύσει τοῦ παιδίου τοῦ ἐν τόκῳ. καταρραγέντος δὲ τοῦ σώματος, ἀνάγκη τὰς φλέβας μᾶλλον στομοῦσθαι καὶ εὐρυτέρας γίνεσθαι ἐς τὰ καταμήνια. καὶ τὰς μήτρας μᾶλλον στομοῦσθαι, οἷα τοῦ παιδίου χωρήσαντος διὰ σφέων, καὶ βίην καὶ πόνον παρασχόντος. καὶ τουτέων ὧδε ἐχόντων, τὰ καταμήνια ἀπραγματώτερον καθαίρεται ἡ γυνὴ, ἐπὴν λοχείων ἔμπειρος γένηται. εἰ δέ τι καὶ πάθημα τῇ γυναικὶ γένοιτο τῇ ἤδη τετοκυίῃ, ὥστε καταμήνια μὴ δύνασθαι ἐλθόντα εὖ καθαρθῆναι, ῥηϊτέρως τὸν πόνον οἴσει, ἢ εἰ ἄτοκος ἦν. ἠθάδες γὰρ αἱ μῆτραι, καὶ τὸ σῶμα ἐπιτήδειον πληρεῦσθαι, ἅτε ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, καὶ ἅμα εὐρυχωρίη πολλή ἐστιν ἐν τῷ σώματι. πλείων δὲ ἡ εὐρυχωρίη γίνεται καὶ τῷ αἵματι, ἐπὴν τέκῃ, οἷα τοῦ σώματος καταρραγέντος. καὶ ἐν εὐρυχωρίῃ ἐὸν τὸ σῶμα, ἀπονώτερον γίνεται, ἢν μὴ ὑπερπιμπλῶνται αἱ φλέβες καὶ ὑπερπονέωσιν. ἀτόκῳ δὲ ἐούσῃ, τοῦ δὲ σώματος οὐ ξυνήθεος ἐόντος, ἐπὴν πληρωθῇ, καὶ ἰσχυροτέρου τε καὶ στερεωτέρου καὶ πυκνοτέρου ἐόντος, ἐπὴν λοχείων ἔμπειρος γένοιτο, καὶ τῶν μητρέων ἀστομωτέρων ἐουσέων, τὰ ἐπιμήνια ἐπιπονωτέρως χωρέει, καὶ τὰ παθήματα παραγίνεται πλείονα, ὥστε διὰ τοῦτο τὰ καταμήνια ἀποφράσσεσθαι, ἐπὴν ἄτοκος ᾖ. ἔχει δὲ ὧδε ὥς μοι καὶ πρὶν εἴρηται. φημὶ τὴν γυναῖκα ἀραιοσαρκοτέρην καὶ ἁπαλωτέρην εἶναι, ἢ τὸν ἄνδρα, καὶ τούτου δὲ ὧδε ἔχοντος, ἀπὸ τῆς κοιλίης ἕλκει τὴν ἰκμάδα. καὶ τάχιον καὶ μᾶλλον τὸ σῶμα τῆς γυναικὸς ἢ τοῦ ἀνδρός. καὶ γὰρ εἴ τις ὑπὲρ ὕδατος, καὶ διὰ χωρίου ὑδρηλοῦ δύο ἡμέρας καὶ δύο εὐφρόνας θείη εἴρια καθαρὰ, καὶ εἷμα καθαρὸν καὶ βεβυσμένον εὐσταθμέως ἴσον τοῖσιν εἰρίοισιν, ἀνελὼν εὑρήσει στήσας πολλὸν βαρύτερα τὰ εἴρια ἢ τὸ εἷμα. ὅτι δὲ τοῦτο γίνεται, αἰεὶ ἀποχωρέει ἐς τὸ ἄνεκας ἀπὸ ὕδατος ἐν ἀγγείῳ εὐρυστόμῳ ἐόντος. καὶ τὰ μὲν εἴρια, ἅτε ἀραιά τε καὶ μαλθακὰ ἐόντα, ἀναδέξεται τοῦ ἀποχωρέοντος πλέον. τὸ δὲ εἷμα ἅτε πλῆρες ἐὸν καὶ βεβυσμένον, ἀποπληρώσεται τὸ πολλὸν οὐκ ἐπιδεξάμενον τοῦ ἀποχωρέοντος. οὕτω δὲ καὶ ἡ γυνὴ, ἅτε ἀραιοτέρη ἐοῦσα, ἕλκυσε πλείονα ἀπὸ τῆς κοιλίης τῷ σώματι τὴν ἰκμάδα καὶ θᾶσσον, ἢ ὁ ἀνὴρ, καὶ ἅτε ἁπαλοσάρκῳ ἐούσῃ τῇ γυναικὶ ἐπὴν πλησθῇ τοῦ αἵματος τὸ σῶμα, ἢν μὴ ὑποχωρήσῃ ἀπ' αὐτοῦ,

πληρευ-

πλὴν ἢ ὅσον τῶν σαρκῶν καὶ θερμασμοῦ ἐόντων, πόνος γίνεται.[11] θερμότερον γὰρ τὸ αἷμα ἔχει ἡ γυνή. καὶ διὰ τοῦτο θερμοτέρη ἐστὶ τοῦ ἀνδρός. ἢν δὲ τὸ πλέον ἐπιγινόμενον ἀποχωρέῃ, οὐ γίνεται ὁ πόνος, καὶ ἡ θέρμη ὑπὸ τοῦ αἵματος. ὁ δὲ ἀνὴρ στερεοσαρκότερος ἐὼν τῆς γυναικὸς, οὔτε ὑπερπίμπλαται τοῦ αἵματος ἐς τὸ ἄνω τῆς κοιλίης τοσοῦτον, ὥστε ἢν μὴ ἀποχωρέῃ τι τοῦ αἵματος καθ' ἕκαστον μῆνα, πόνον γενέσθαι. ἕλκει τε[12] ὁκόσον ἐς τροφὴν τοῦ αἵματος. τό, τε σῶμα αὐτοῦ οὐκ ἁπαλόν ἐστιν, οὐχ ὑπερπονέει, οὐδὲ ὑπερθερμαίνεται ὑπὸ πληθώρης ὡς τῇ γυναικί. μέγα δὲ ξυμβάλλεται ἐς τοῦτο τῷ ἀνδρὶ, ὅτι ταλαιπωρέει μᾶλλον τῆς γυναικός. ἡ γὰρ ταλαιπωρίη, ἀπάγει τι τῆς ἰκμάδος. Ἐπὴν οὖν γυναικὶ ἀτόκῳ ἐούσῃ, κρυφθῇ τὰ ἐπιμήνια, καὶ μὴ δύνηται ὁδὸν ἔξω εὑρεῖν, ἡ νοῦσος γίνεται. τοῦτο δὲ ξυμβαίνει ἢν τῶν μητρέων τὸ στόμα μεμύκῃ,[13] ἢ ἰδνωθῇ, ἢ ξυστραφῇ τι τοῦ αἰδοίου. ἢν γὰρ τουτέων τι ᾖ, οὐ δυνήσεται ἔξοδον εὑρεῖν τὰ ἐπιμήνια, πρὶν ἂν αἱ μῆτραι ἐς τὴν φύσιν τὴν ὑγιηρὴν μεταστέωσι. γίνεται δὲ τὸ νόσημα τοῦτο μάλιστα ταύτῃσιν, αἵτινες[14] στενοστόμους τὰς μήτρας ἔχουσιν, ἢ τὸν αὐχένα πρόσω τοῦ αἰδοίου κείμενον. ἢν γὰρ τουτέων θάτερον ᾖ, καὶ μὴ μίσγηται ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρὶ, καὶ κενωθῇ ἡ κοιλίη μᾶλλον τοῦ καιροῦ ὑπὸ τούτου τοῦ παθήματος, στρέφονται αἱ μῆτραι.[15] οὔτε γὰρ ἰκμαλέαι εἰσὶ κατὰ σφέας οἷα μὴ λαγνευομένης, εὐρυχωρίη τε σφίσιν ἐστὶν, ἅτε τῆς κοιλίης κενωτέρης ἐούσης ὥστε στρέφεσθαι ἅτε ξηροτέρης καὶ κουφοτέρης ἐούσης τοῦ χώρου. καὶ ἔστιν ὅτε στρεφομένων σφέων τυγχάνει τὸ στόμα παραστρέφθη ἅτε τοῦ αὐχένος πρόσω τοῦ αἰδοίου κειμένου. ἢν γὰρ ἰκμαλέαι ἔωσιν αἱ μῆτραι[16] ἀπὸ λαγνείης καὶ κοιλίη μὴ κενῶται, οὐ ῥηϊδίως στρέφονται. τοῦτ' οὖν αἴτιον γίνεται ὥστε αὐτὰς ξυμμύειν, οἷα μὴ λαγνευομένης τῆς γυναικός. Ἐν δὲ τοῖσι τριταίοισιν, ἄριστα μὲν πείσεται, ἢν αὐτῇ κατελθόντα ἐξαγάγῃ τὰ προϋπάρχοντα. Εἰ δὲ μὴ, πείσεται τάδε ἡ γυνή, πνίξ τε αὐτῇ ἄλλοτε ξυμπεσεῖται. καὶ πῦρ λήψεται ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, καὶ φρίκη, καὶ ὀσφύος ἄλγημα. ταῦτα πείσεται ἐν τοῖσι τριταίοισιν ἐπιμηνίοισιν, ἢν μὴ αὐτῇ ἐξίῃ. Ἐν δὲ τοῖσι τεταρταίοισιν, ἢν μὴ αὐτῇ ἐξιόντα, τοῖσί τε προτέροισιν ἔξοδον ποιήσῃ. καὶ τότε μὲν ταῦτα πονήματα πάντα μᾶλλον πονήσει, καὶ μάλιστα ἐν τῷ χρόνῳ τῶν καταμηνίων. ἔπειτα ἧσσον. πολλάκις δὲ[17] καὶ δοκέει ἄπονος εἶναι. ἔσται δὲ ἐπὶ τοῖσι τεταρταίοισι, καὶ τάδε τὰ σημεῖα. οὐρήσει τε πολὺ παχὺ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. καὶ ἡ γαστὴρ αὐτῆς σκληρὴ ἔσται. καὶ μείζων, ἢ τὸ πρόσθεν. καὶ βρύξει τοὺς ὀδόντας. καὶ ἀσιτήσει. καὶ ἀγρυπνήσει. τοιαῦτα πείσεται ἐπὶ τοῖσι τεταρταίοισι καταμηνίοισι. μελεδαινομένη δὲ, καὶ ἐν τουτέοισιν ὑγιανεῖ.[18] Καὶ ἐν τοῖσι πεμπταίοισιν, ἢν μὴ αὐτῇ πολλὰ τὰ ἐπιμήνια κατίῃ, καὶ ὁ πόνος ἰσχυρότερος προσπίπτει. Ἐν δὲ τοῖσιν ἑκταίοισιν, ἤδη ἀνίητος ἔσται. καὶ κατὰ μὲν πρότερα σημεῖα μᾶλλον πονήσει.[19] ἔπειτα δὲ ἔσται αὐτῇ καὶ τάδε.[20] ἀλύξει τε καὶ ῥίψει ἑωυτὴν ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. καὶ λειποθυμήσει. καὶ ἐμέει φλέγμα. καὶ δίψα ἰσχυρή μιν λήψεται. ἅτε καιομένης τῆς κοιλίης ὑπὸ τῶν μητρέων ἐουσέων πληρέων αἵματος. καὶ ψαυομένη ἀλγήσει. καὶ μάλιστα τὸ ἦτρον. καὶ πυρέξει ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ὀξέως. καὶ βορβορύζουσιν αἱ μῆτραι ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε,

carnibus expletis & concalefactis dolor oboritur. Calidiorem enim ſanguinem mulier habet, ideóq; viro calidior eſt. Quòd ſi plurimùm ex eo quod accedit ſecedat, neq; dolor, neque calor à ſanguine oritur. Cùm verò vir carnis ſit ſolidioris quàm fœmina, neque ſuperiore ventre ita ſanguine ſupra modum impletur, vt niſi aliquid ſanguinis ſingulis menſibus decedat, dolorem ſuboriri neceſſe ſit, trahitq; quantum ſanguinis ſatis eſſe poſſit ad nutritionem, cumq; corpore non ſit molli, neque nimium dolore affligitur; neque vt mulier ex plenitudine ſupra modum incaleſcit. Ad id autem multum viro confert, quòd duriter ſe magis quàm fœmina exerceat. Vehemens enim exercitatio nonnihil humoris deducit. Poſtquam igitur mulieri quæ nunquam peperit menſes deliteſcunt, neque foras exitum inuenire poſſunt; hic morbus oritur. Id autem contingit, ſi vterorum os concluſum aut obtortum fuerit, aut pudendi pars aliqua inuerſa. Ex his enim ſi quid adſit, non ante menſes exitum inuenire poterunt, quàm vteri ad priſtinam ſanitatem redierint. Hic verò morbus iis præcipuè contingit, quæ anguſtos habent vteros, aut ceruicem extra pudendum ſitam. Horum enim alterum ſi adfuerit, neque mulier viri conſuetudine fruatur, venterq; plus iuſtò vacuetur, ex hac affectione vteri inuertuntur. Neque enim vteri in ſe madeſcunt, cùm minimè venerem experiantur, amplumq; ſpatium habent, vt peruertantur, cùm aluus plus quàm conueniat vacua, ſicca & leuis exiſtat. Iiſq; peruerſis interdum contingit vt eorum oſculum diſtorqueatur, cùm ceruix extra pudenda ſita ſit. Si enim ex veneris vſu madeſcant vteri & aluus minimè vacuetur non facilè peruertuntur. Hæc igitur cauſa eſt cur ipſi conniueant, cùm nimirum veneris vſum mulier non experiatur. Intra verò trium menſium ſpatium ſi ei decurrentes menſes ea quæ priùs inerant eduxerint, perbellè quidem affecta erit, alioqui in has affectiones mulier incurret. In ſuffocationem ſubinde incidet, febriſque ac horror, & lumborum dolor, ſæpe inuadet. Atque in has affectiones veniet ſi intra trimeſtre ſpatium menſes ei non prodierint. Intra verò quadrimeſtre ſpatium, niſi progreſſi menſes prioribus viam fecerint, etiam tunc trimeſtres omnes afflictiones eam magis affligent; maximéque quo tempore menſes decurrere conſueuerunt, poſtea minùs. Plærumque verò doloris expers videtur. Erunt etiam in quadrimeſtri ſpatio hæc indicia. Vrinam copioſam & craſſam ſubinde reddet, ei venter indureſcet, maiorque erit quàm antea, dentium ſtridor aderit, ciborum faſtidium & inſomnia. Atque iſta mulieri contingent, ſi intra quadrimeſtre ſpatium menſes non decurrant, curata verò etiam ex his conualeſcit. Ac intra quintum menſem, niſi ei copioſi menſes deſcenderint, etiam vehementior dolor ingruit. Sexto verò menſe iam incurabilis erit, & iuxta quidem priora ſigna magis affligetur. Deinde verò ad hæc iſta accedent, anxietate vexabitur, & ſubinde ſeipſam iactabit, animo deficiet, pituitam vomitione reiiciet, vehemens eam ſitis corripiet, incenſo nimirum ventre ab vteris ſanguine redundantibus, ad contactum maximéque circa pubem dolebit, ſubindéque acutè febricitabit, vteri frequenter murmur edent,

agitato nimirum & permeante in eis ſanguine, neq; pro more venter deiiciet, neq; veſica vrinam percolabit. Cùm mulieri vteri ad ſtomachum qui neruoſus eſt irruerint, & in ventrē procider int, ſpinæ & totius dorſi dolore vexatur, lingua eius frænatur, eamq; obſcuram habet, & animo linquitur. Nonnullis etiam vox deficit, ſtomachus mordetur, bilis flaua foras prodit, ſpiritus offenſans eſt, anxietate premitur, ſeipſam iactat, & incenditur. Poſtea verò quàm tranſmoti fuerint, & veſica tenuem ex vteris ſanguinem trahet, tūc vrina rubra effunditur, & reliquum quidem corpus dolore afficitur, potiſſimúmq; ceruix, ſpina, lumbi & inguina. Cumq; eò deuenerit, tum venter attollitur, tunc crura & tibiæ, ac pedes, plus æquo intumeſcunt, & mors inſtat. Et in ea hunc quidem habent exitum menſes ſex menſium ſpatio deliteſcentes. Quinetiam hæc accidunt. Nonnullis mulieribus cùm copioſi menſes duorum menſium ſpatio in vteris extiterint, vbi intercepti fuerint, ad pulmonem feruntur, eademq; omnia his contingunt, quæ in tabe dicta ſunt, neque inde ſupereſſe poteſt. Sed & iſta contingunt. Sunt quibus menſes purulenti euadunt, vbi duobus aut tribus menſibus moram fecerint, idq; præcipuè accidit, ſi à febre exuſti fuerint. Purulentorum autem hæc ſunt indicia. Dolores enim ad imum ventrem irruunt, & pulſationes vehementes, neque contactum ſuſtinet. Quòd ſi meliùs habitura ſit, menſes ei per pudendum erumpunt, puſque & ſanguis fertur, graueolens autem per ſeptem, aut octo, aut nouem dies fertur. Antea verò quo ſupra dictum eſt modo afficitur. Vbi autem repurgata fuerit, optimum quidem ſi nulla oboriantur vlcera. Quòd ſi vlcera remaneant, maiore opus erit curatione, vt ne vlcera nimio humore diffluant, & grauem odorem contrahant. Infœcunda autem erit, etiamſi meliuſculè habeat, ſi magna in vteris orta vlcera fuerint. Quòd ſi ei per pudendum non prodeant, futurum eſt vt menſes in pus verſi ſupra inguina per lateris mollitudinem ſine tuberculo erumpant, perrupto nimirum hac parte pure, & per eam purulenta grauis odoris procedent. Quod cùm accidit, minimè ſupereſt mulier, & ſi ſuperſit, perpetuò infœcunda futura eſt. Per hanc enim partem via facta in poſterum ei mēſes foras prodeunt, cùm hunc in locū vterorū oſculū procubuerit. Accidit id quoq;, nonnullis vbi bimeſtres, aut trimeſtres, aut diuturniores mēſes extiterint, & ad lateris mollitudinē irruperint, minimè purulentis mēſibus, ſupra inguina velut tuberculum exoritur ſine vertice, magnum & rubrum. Quod plæriq; Medici quid eſſet ignorantes, diſſecuerunt, eoq; modo mulieres in periculum cōiecerunt. Quod verò tuberculi ſpeciem refert, hoc modo ſuboritur. Cùm vterorum oſculum ad lateris mollitudinem incumbat, caro ſanguinis fructum percipit, impletur, eoq; oppleta in molem aſſurgit. Quandoq; etiam vbi vterorū oſculum tranſmotū fuerit, eoq; in pudendū conuerſo, per pudendū menſes prodierint, ſubſidet id quod ad lateris mollitudinē in tumorē ſublatū fuerat. In vteros enim transfundit, qui poſtea foras emittunt. Quòd ſi os vterorum in pudendum non conuertatur, circa lateris mollitudinem pus colligit, eaq; parte menſibus via patet,

ἅτε τοῦ αἵματος ἐγκλειομένου. καὶ διαχωρέοντος ἐν αὐτῇσι. καὶ ἡ κοιλίη οὐ διαχωρήσει κατὰ τρόπον. οὔτε ἡ κύστις διηθήσει τὸ οὖρον. ἐπὴν δὲ αἱ μῆτραι προσπίπτωσι πρὸς τὸν στόμαχον νευρώδεα ἐόντα. καὶ ἐς τὴν κοιλίην ἐμβαλλήσωσιν, ἀλγέει τὴν ῥάχιν, καὶ τὸ νῶτον πᾶν καὶ τὴν γλῶτταν αὐτῆς χαλινοῦνται, καὶ ἀσαφῆ ταύτην ἔχει, καὶ λειποθυμέει. ἔστι δ' ᾗσι καὶ ἀφωνίη. καὶ δάκνεται τὸν στόμαχον. καὶ ξανθὴ ἡ χολὴ ἔξεισι. καὶ πνεῦμα προσκέλλει. καὶ ἀσάᾳ. καὶ ῥιπτεῖ ἑωυτήν. καὶ ἐμπίπρεται. ἐπὴν δὲ μεθιστέωνται καὶ εἰρύσῃ ἡ κύστις τὸ λεπτὸν τοῦ αἵματος τοῦ ἀπὸ τῶν μητρέων, τότε τὸ οὖρον διουρέεται ἐρυθρόν, καὶ πονέει μὲν τὸ ἄλλο σῶμα. μάλιστα δὲ τὸν τράχηλον, καὶ τὴν ῥάχιν, καὶ τὴν ὀσφῦν, τούς τε βουβῶνας. καὶ ἐς τοῦτο ἐλθούσῃ αὐτῇ, ἥτε γαστὴρ αἴρεται, καὶ τὰ σκέλεα ὑπὸ τὸ χρεὼν ἐξοιδίσκεται, καὶ αἱ κνῆμαι, καὶ οἱ πόδες, καὶ ὁ θάνατος ἔπεισι. καὶ περὶ μὲν ταύτης οὕτω τελευτᾷ ἐς ἓξ μῆνας τὰ ἐπιμήνια ἀδελφιζόμενα. γίνεται δὲ καὶ τάδε. Ἔστιν ᾗσι τῶν γυναικῶν ἐπὴν δίμηνα ἢ τὰ καταμήνια ἐν τῇσι μήτρῃσι πολλὰ ἐόντα. ἔρχεται ἐς πλεύμονα, ἐπὴν ἀπολειφθῇ, καὶ πάσχει πάντα, ἅπερ ἐν φθινάδι εἴρηται. καὶ οὐχ οἷόν τε ἐστι περιεῖναι. γίνεται δὲ καὶ τάδε. ἔστιν ᾗσι διάπυα γίνονται τὰ ἐπιμήνια χρονίσαντα, ἐπὴν γένηται δίμηνα ἢ τρίμηνα. τοῦτο δὲ μάλιστα γίνεται, ἢν ξυγκαῇ ὑπὸ τοῦ πυρετοῦ. σημεῖα δὲ ἐστιν, ἢν διάπυα ᾖ, ὀδύναι γὰρ ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ ἦτρον, ἰσχυραὶ καὶ σφύξιες, καὶ ψαυομένη οὐκ ἀνέχεται. καὶ ἢν μέλλῃ βελτίως ἔχειν, ῥήγνυται αὐτῇ τὰ ἐπιμήνια κατὰ τὸ αἰδοῖον. καὶ χωρέει πύον καὶ αἷμα. ὀζόμενον δὲ χωρέει, ἐπὶ ἡμέρας ἑπτά, ἢ ὀκτώ, ἢ ἐννέα. ἐν δὲ τῷ πρὶν χρόνῳ, πονέεται ὡς εἴρηται ἔμπροσθεν. ἐπὴν δὲ ἀποκαθαρθῇ, ἄριστον μὲν ἢν μὴ γένοιτο ἕλκεα. ἢν δὲ ὑπολείπηται ἕλκεα, πλείονος δεήσει θεραπείης, ὅκως τὰ ἕλκεα μὴ μυδήσῃ, καὶ κάκοδμα γένηται. ἄφορος δὲ ἔσται, κἂν ἢν ῥαΐσῃ, ἢν μεγάλα ᾖ τὰ ἕλκεα γενόμενα ἐν τῇσι μήτρῃσιν. ἢν δὲ μὴ τὰ κατὰ τὸ αἰδοῖον χωρήσῃ, τὰ ἐπιμήνια διάπυα γενόμενα ἐς τὰ ὑπὸ τοῦ βουβῶνος ξυμβάλλουσαι κατὰ τὴν λαπάρην ῥηγνῦσιν, ἄτερ φύματος. ἅτε τοῦ πύου διαρραγέντος, καὶ κείνῃ χωρήσει πυώδεα δυσώδεα. καὶ ἢν τοῦτο γένηται οὐ περιγίνεται ἡ γυνή. ἢν δὲ καὶ περιγένηται, αἰεὶ ἄφορος ἔσται. ταύτῃ γὰρ ἐς τὸ λοιπὸν ἡ ὁδὸς γίνεται, τοῖσιν ἐπιμηνίοισιν ἔξω. τὸ γὰρ στόμα τῶν μητρέων, πρὸς τοῦτο τὸ χωρίον προσκεκλικός. γίνεται δὲ καὶ τάδε. ἔστιν ᾗσιν ἐπὴν δίμηνα, ἢ τρίμηνα, ἢ χρονιώτερα ᾖ τὰ ἐπιμήνια, καὶ προσπέσῃ πρὸς τὴν λαπάρην, μὴ διάπυα τῶν καταμηνίων ἐόντων, ὡς φῦμα γίνεται ὑπὸ τοῦ βουβῶνος, ἀκέφαλον, μέγα, ἐρυθρόν. καὶ τῶν ἰητρῶν πολλοὶ ἤδη οὐκ εἰδότες τοῦτο ὅ τι ἐστίν, ἔταμον, καὶ ἐς κίνδυνον ἤγαγον οὕτως. τὸ δὲ ὡς φῦμα γενόμενον, γίνεται τρόπῳ τοιῷδε. ἐπαυρίσκεται τοῦ αἵματος ἡ σάρξ, ἅτε προσκειμένου τοῦ στόματος τῶν μητρέων, τῇ λαπάρῃ. καὶ πίμπλαται ἀπ' αὐτέου, καὶ ἀνίσταται, ἅτε πληρευμένη τοῦ αἵματος ἡ σάρξ. καὶ ἔστιν ὅτε, ἢν μεταστῇ τὸ στόμα τῶν μητρέων, καὶ γένηται κατὰ τὸ αἰδοῖον, καὶ χωρέῃσι διὰ τοῦ αἰδοίου τὰ καταμήνια, καθίσταται τὸ ἐξεστηκὸς κατὰ τὴν λαπάρην. διαδιδοῖ γὰρ ἐς τὰς μήτρας. αἱ δέ, ἔξω ἐξάγουσι. ἢν δὲ μὴ στραφῇ κατὰ τὸ αἰδοῖον τὸ στόμα τῶν μητρέων, διαπύει κατὰ τὴν λαπάρην, καὶ ταύτῃ ὁδὸς γίνεται τοῖσι καταμηνίοισι.

καὶ

καὶ ... κίνδυνοι οἱ αὐτοί εἰσιν, οἳ καὶ πρόσθεν εἰρημένοι. τρέπεται δὲ καὶ ἐς ἔμετον. ἔστι δ' ᾗσι καὶ κατὰ τὴν ἕδρην, ὥσπερ μοι εἴρηται, ἐν τῇσι παρθενίῃσι νούσοισι. καὶ σημεῖα καὶ πόνοι τοὺς αὐτοὺς δείκνυσι, τοῖσι κεῖθι εἰρημένοισιν. ἧσσον δὲ ταύτην τὴν ὁδὸν ποιέεται τὰ ἐπιμήνια, τῇσι γυναιξὶν, ἢ τῇσι παρθένοισιν. ὁκόταν τὰ ἐπιμήνια κρυφθῇ, ὀδύνην ἔχει τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ δοκέει τι ἐγκεῖσθαι βάρος, καὶ τὰς ἰξύας ἐκπάγλως πονεῖ, καὶ τοὺς κενεῶνας. Ἢν δὲ τὰ ἐπιμήνια παντάπασι μὴ χωρέοντα, γίνεται ὑπὸ νούσου ἢ παχέα, καὶ γλίσχρα, ἢ κολλώδεα. χρὴ οὖν πρῶτον τὴν κοιλίην καθῆραι, ἄνω τε καὶ κάτω. ἔπειτα τὰς ὑστέρας προσθέτῳ, ἀφ' οὗ αἷμα καθαίρεται καὶ διαλείποντα καὶ πίσαι ὑφ' οὗ αἷμα ἴῃ. πινέτω δὲ καὶ κρηθμὸν ἐν οἴνῳ τῷ ἀπὸ δᾳδός. ἢν δὲ ὁ ῥόος μὴ γίνηται, ἔσται ὥστε δοκέειν ἐγκύμονα εἶναι. καὶ μισγομένην ἀνδρὶ, ἀλγέειν ὥστε δοκέειν ἐγκεῖσθαί τι. καὶ βάρος ἐν τῇ γαστρὶ ἐγγίνεται. καὶ ἡ γαστὴρ προέχεται, καὶ ἱμείρεται ἠδελφισμένως ὡς ἐν γαστρὶ ἐχούσα, καὶ καρδιώσσει, ἐπὴν ἡμέραι πεντήκοντα μάλιστα ἔωσι. καὶ πόνος ἔχει, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε τῆς γαστρὸς τὸ κατὰ τὸν ὀμφαλὸν, τόν τε τράχηλον, καὶ τοὺς βουβῶνας, καὶ τὴν ὀσφὺν. καὶ ἐπὴν μῆνες δύο ἢ τρεῖς γένωνται, ἔστιν ὅτε ἐρράγη, ὁ κατὰ τὸ αἰδοῖον τὰ καταμήνια ἀθρόα, καὶ δοκέει ὥσπερ σάρκα εἶναι τὰ ἀπιόντα ὡς ἐκ διαφθορῆς, καὶ μέλανα. ἔστι δ' ᾗσι καὶ ἕλκεα γίνεται ἐν τῇσι μήτρῃσι. καὶ δεήσεται προσέχειν τῇ μελέτῃ. πολλῇσι δὲ συμβαίνει, ὥστε δοκέειν ἓξ μῆνας ἔχειν ἐν γαστρὶ, ἢ καὶ ὀλίγον ἐλάσσονα χρόνον. καὶ ἡ γαστὴρ προέχεται, καὶ τ' ἄλλα ὁ δοκέει γίνεσθαι ὥστε ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ. ἔπειτα δέ εἰσιν ᾗσι διαπύοντα, ἐρράγη ὑπὲρ τοῦ βουβῶνος ἅμα τῷ πέμπτῳ ἢ ἕκτῳ μηνὶ, καὶ ὁδὸν ταύτῃ ἐποιήσατο. ἔστι δὲ καὶ ᾗσιν ἕλκεα γίνεται ἐν τῇσι μήτρῃσι καὶ κάτω ὑπὲρ τοῦ βουβῶνος. καὶ κινδυνεύουσιν ἀποθανεῖν, ἢν δὲ καὶ περιγένηται, ἄφορος ἔσται. ἔστι δὲ ᾗσι καὶ κατὰ τὸ αἰδοῖον ῥήγνυται, καὶ χωρέει αὐτίκα σεσηπότα καὶ πυώδεα. καὶ ἀπὸ τούτων ἕλκεα ἐγγίνεται ἐν τῇσι μήτρῃσι, καὶ κινδυνεύουσι. καὶ χρὴ, ὅκως μὴ τὰ ἕλκεα παλαιὰ γένηται ἰητρεύειν, προσέχοντα. ἄφορος δὲ καὶ αὕτη γίνεται, ἢν γε καὶ ἰηθῇ. ἢν δὲ μὴ ὁ ῥαγῇ τὰ καταμήνια διενεχθέντα ἓξ μῆνας, πείσεται πάντα ἅπερ τῇ ἀτόκῳ τὰ καταμήνια ὁδὸν οὐ δυνάμενα εὑρεῖν. καὶ ἢν μὲν θεραπευθῇ, ὑγιὴς ἔσται. ἢν δὲ μὴ, διαρκέσασα καὶ ἐς ὀκτὼ μῆνας, θνήσκει. πολλῇσι δὲ γίνεται ἢν τὰ καταμήνια φλεγματώδεα χωρέοντα ἐπὶ πολλὸν χρόνον, καὶ ἐλάσσονα εἶναι τῶν ὑγιηρῶν. ὑγιὴς δὲ γίνεται ἐν κόσμῳ τῷ προσήκοντι ἰηθεῖσα. ἢν δὲ τὰ ἐπιμήνια γυναικὶ χωρέῃ μὲν, ἐλάσσονα δὲ τοῦ δέοντος χωρέει, ἅτε τοῦ στόματος τῶν μητρέων παρεγκεκλιμένου ὀλίγον τοῦ αἰδοίου, ἢ τῶν ὁρμέων μεμυκότων ἐς τοῦτο, ὥστε χωρέειν μὲν, ἀποφράσσεσθαι δὲ ἀπ' αὐτέων, καὶ αἱ δίοδοι αἷς περ ἀεὶ συνέστη ἢν κατέλθῃ ἐς τὰς μήτρας, τὰ μέτρια τελείως τοῦ αἵματος ἐπικειμένου τῷ στόματι ἀεὶ προσέρχεται δὲ κατ' ὀλίγον. καὶ ἐπὴν αἱ ἡμέραι παρέλθωσιν ᾗσι καθαίρεσθαι μεμαθήκει, καὶ εἰρχθῇ τὸ αἷμα ἐν τῇσι μήτρῃσι τὸ ὑπολειφθὲν, καὶ ἕτερα ὑποχωρέοντα ἐπιμήνια μὴ ἐξωθῇ τὸ εἰρχθὲν αἷμα, ἀλλ' αἰεὶ βαρύνει κατ' ὀλίγον. ἐς τε τοὺς πρώτους μῆνας, ἢ ἐπὶ δύο, ἢ ἐπὶ τρεῖς, μὴ ἐσίει κάρτα.

& in eadem pericula incurrunt, quæ prius dicta ſunt. Vertuntur etiam ad vomitum menſes, & quibuſdam ad ſedem, quemadmodum à me in virginum Morbis dictum eſt, & ſigna & labores eoſdem habent, qui illic dicti ſunt. Hanc autem viam minùs in mulieribus quam virginibus menſtrua affectant. Cùm menſes in occulto latent, dolor infimum ventrem infeſtabit, & pondus quoddam incumbere videtur, lumbi & laterum inanitates ſtupendum in modum dolent. Si verò menſes nullo modo prodeunt, ex morbo craſſi, lenti & glutinoſi redduntur. Imprimis igitur venter ſurſum ac deorſum repurgandus, deinde vterus medicamento ſubditio, ex quo ſanguis purgatur, & intermiſſis aliquot diebus bibendum aliquod medicamentum, ex quo ſanguis prodeat. Bibat autem crethmum ex vino tædaceo. Quòd ſi ne ſic quidem ei profluant, continget vt prægnans eſſe videatur, & in viri congreſſu doleat, ita vt aliquid incumbere videatur, & pondus aliquod in ventre inſit, venter prominet & deſideriis tentatur, perinde ac ſi vterum geſtaret, oris ventriculi morſu afficitur, præcipuéque poſt quinquageſimum diem, ventrem ſubinde dolor detinet circa vmbilicum, & ceruicem, & inguina, ac lumbos. Interdum etiam poſt duos aut tres menſes exactos, ei per pudendum menſtrua confertim erumpunt, quique prodeunt carunculas referre videntur, velut ex fœtus corruptione, & nigra ſunt. Nonnullis verò vlcera quoque in vteris oriuntur, tumque diligenter animum ad curam intendere oportebit. Plæriſque etiam contingit, vt ſe ſexto menſe, aut etiam paulò breuiore tempore vterum geſtare exiſtiment, venter prominet, reliquaque ei euenire videntur, quæ vtero gerenti. Poſtea quibuſdam ſimul atque quintus aut ſextus menſis aduenerit, in pus verſi menſes eruperunt, eáque ſibi viam fecerunt. In quibuſdam autem vlcera in vteris oriuntur, inferiore etiam inguinis parte, & de vita periclitantur, ac ſi euaſerint, ſteriles erunt. Nonnullis verò per pudendum erumpunt, & purulenti ac putrefacti prodeunt, ab iiſque vlcera in vteris excitantur, & periculum imminet, oportetque vt ne inueteraſcant diligenti curatione incumbere. Hæc autem etiamſi curata fuerit, ſterilis manebit. Quòd ſi menſes ſuperiore inguinis parte ei non erumpant ſex menſibus coërciti, vniuerſa illi contingent quæ ei quæ nunquam peperit, cùm menſes exitum inuenire nequeunt. At ſi quidem curata fuerit, conualeſcet, ſin minùs, ad octauum etiam menſem perdurans moritur. Multis verò contingit, ſi pituitoſi menſes diutiùs prodeant, vt pauciores ſint quàm ſanis. Sana autem euadit, ſi conuenienti ordine curetur. Quòd ſi menſes mulieri quidem prodeant, verùm pauciores quàm conueniat ferantur, vteri nimirum oſculo paulum à pudendo deflectente, aut ſenſim ad ipſum concidente, adeò vt prodeant quidem, ab ipſis autem tranſitus quos pertranſeunt obturentur, vbi in vteros deſcenderint, moderati ſanè ſenſim foras feruntur, toto ſanguine ad oſculum incumbente. At poſteaquam dies quibus purgari aſſueuit præterierint, ſanguiſque relictus in vteris coërcitus fuerit, neque alij ſubeuntes menſes concluſum ſanguinem expulerint, verùm paulatim ſemper grauant, primiſq; duobus aut tribus menſibus non admodum ſubeunt.

At verò vbi plures mẽſes extiterint, adhuc magis affligetur, neq; quãdiu ſic affecta eſt vtero geſtare poteſt, eamq́; febris lẽta prehendit, iis potiſſimũ dieb. quibus purgari aſſueuerat. Ipſã autẽ intermedio tẽpore febricitare, & inhorreſcere, & ſtomachi morſu laborare vero eſt ſimile, copiáq́; in dies creſcere. Subinde etiã corpus dolor occupat, pręcipueq́; lũbos & ſpinã, & inguina, manuũq́; & pedũ articulos. Neq; hæc ſimul dolẽt, ſed ſubinde alia atq; alia pars, prout ſecretus ſanguis, qui vteris cõtineri nequit, aliquã in partem, ſuo momento inclinarit, quaq́; ſe corporis parte firmarit, ea intumeſcet, & articulorũ corporis vehemẽs oboritur cõuulſio, ex aliiſq́; antè cõmemoratis indiciis aliud alias ei interdũ apparet. Hęc ſi quidẽ cõuenienti modo curetur, cõualeſcit, alioqui morb. in ſeptimum menſem, aut etiã longiùs protractus lethalis euaſerit, eáq́; aliquo articulo mutilauerit, aut aliquas partes ad motionẽ impotentes reddiderit, ſi ſanguis præ rigore & cibi faſtidio quẽcũq; in locũ irruperit, circa neruos cõcretionẽ habuerit. Hic verò morbus iis quæ ſine viro ſunt magis cõtingit. At ſi huiuſmodi morbi iã cõmemorati, aut de quibus dicetur, in mulierem iam partũ expertã inciderint, lõgiores erũt minuſq́; moleſti. Eadẽ autẽ indicia iidemq́; exitus cõtingunt, tum ei quæ nunquã peperit, tũ ei quæ puerperij purgamẽta experta eſt, niſi curentur. Cõfeſtim verò curationẽ inſtituere oportet, alioqui ſtatim ſe morbi produnt. At verò ſi menſes copioſiores quàm par ſit & craſſiores prodeãt, cũ nimirũ corpus naturâ latũ, & vterorũ os prope pudendũ ſitum ſit, adhæc etiã frequenti viri conſuetudine vtatur, & liberaliter epuletur, ſemel omnino aliquando copioſi delati & cumulatè prodeũtes, vterorũ os vi ſua magis dilatant. Quòd ſi adhæc nulla accedat vaſorũ inanitio, ſed rurſus multa & cõferta ferantur, quæ os amplũ reddunt, cumq́; mulier nimirũ liberaliter conuiuetur, venerem appetat, viriq́; cõſuetudine perfruatur, corpus ad vterũ facile cõfluat, cõfertaq́; deferantur, decolor erit quoad ſic affecta fuerit. Et ſi poſtea morb. aut affectio aliqua incidat, qua corpus inficiatur, ſimili modo vteri pro conſuetudine os amplũ & corpus habent, corpuſq́; ad eos facile transfluit. Poſteaq; febris detinet, ciborũ faſtidio & anxietate premitur, tenuis eſt & debilis, & lũborũ ex menſium profluuio dolor aderit temporeq́; procedente, niſi curatio adhibeatur, intermedio tempore omnia eam magis affligent, & periclitabitur vt ſterilis euadat, aut vt temporis longinquitate & morbo confecta, ſi quis alius morbus cõtingat, ex eo moriatur. Prodeunt autẽ menſes craſſiores & copioſiores in intermediis diebus, pauciores verò & tenuiores, cùm incipiunt vel deſinũt. In omni autẽ muliere ſi ſana ſit, eũtes menſes moderata quantitate prodeũt, ad duarum Atticarum heminarũ menſuram, aut paulò plures, aut pauciores, idq́; ad biduũ vel triduũ. Lõgius autem tempus aut breuius, morbũ aut ſterilitatem portendit. Inſpecto verò mulieris corpore conſiderare oportet, & coniectura ex ſuperiorib. facta percontari, num morboſa nécne ſemper degat. Si enim paucioribus aut plurib. ſolito diebus aduenerint, aut parciores aut copioſiores fuerint, morboſi ſunt, niſi naturâ morboſa & ſterilis ipſa ſit. Quòd ſi ſic, & mulier ad meliorẽ permutetur valetudinẽ ſatiùs eſt. Prodit autem ſanguis qualis è victima, citoq́; concreſcit, ſi modò mulier valet. At quibus à natura ineſt vt pluribus quàm quatuor diebus purgentur, & admodum copioſi menſes ferantur, eæ tenues redduntur,

ἐπὴν δὲ οἱ μῆνες πλέονες γένωνται, ἔτι μᾶλλον πονέεται, καὶ οὐκ ἴσχει ἐν γαστρὶ, μέχρις ἂν οὕτως ἔχῃ, καὶ πῦρ λήψεταί μιν μάλιστα τὰς ἡμέρας ἐν τῇσιν ἐκαθαίρετο, μεμαθήκει, ἡ παιδίον. εἰκὸς δέ ἐστι καὶ τὸν μεσηγὺ χρόνον πυρεταίνειν, καὶ φρίσσειν, καὶ καρδιώσσειν, [43] καὶ ἀνάγκη ἐπὶ τὸ πλῆθος αἰεὶ πάσχειν ἡμέρην. καὶ ἀλγέει ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε τὸ σῶμα, καὶ μάλιστα τὴν ὀσφὺν, καὶ τὴν ῥάχιν, καὶ τοὺς βουβῶνας, καὶ τὰ ἄρθρα τῶν χειρῶν [44] καὶ τῶν ποδῶν. ταῦτα δὲ οὐχ ὁμοῦ ἀλγέει, ἀλλ᾽ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, ὅπη ἂν βρίσῃ τὸ αἷμα τὸ ἀποκεκριμένον, [45] καὶ μὴ δυνάμενον εἶναι ἐν τῇσι μήτρῃσι. καὶ ὅπη ἂν στηρίξῃ τοῦ σώματος, οἴδημά ἐστι. ὅ, τε γίνεται καὶ σπασμὸς ἰσχυρὸς τῶν ἄρθρων τοῦ σώματος, καὶ τῶν ἄλλων σημείων τῶν προειρημένων, φαίνεταί οἱ ἄλλοτε ἄλλο ἔστιν ὅτε. αὕτη ἢν μὲν θεραπευθῇ κατὰ τρόπον, ὑγιὴς ἔσται. εἰ δὲ μὴ, ἡ νοῦσος ἑπτάμηνος ἢ καὶ χρονιωτέρη γενομένη [46] θανατώδης εἴη ἂν ἢ χωλώσειεν. [47] ἢ ἀκρατέα τινὰ τῶν μερέων ποιήσειεν. ἢν ὑπὸ ῥίγεος καὶ ἀσιτίης τὸ αἷμα ἔνθα ἂν ἐπέλθῃ, πῆξιν ἴσχει περὶ τὰ νεῦρα. τοῦτο δὲ τὸ νόσημα γίνεται μᾶλλον τῇσιν ἀνάνδροισιν. ἢν δὲ [48] μὴ ἐμπειροτόκῳ ταῦτα τὰ νοσήματα ἐμπέσῃ τὰ εἰρημένα, ἢ ἅσσα μέλλει εἰρήσεσθαι, πουλυχρονιώτερα ἔσται, καὶ ἧσσον ἐπίπονα. τὰ δὲ σημεῖα ταῦτα καὶ τελευταὶ αἱ αὐταὶ γίνονται [49] τῇ τε ἀτόκῳ, καὶ τῇ λοχίων ἐμπείρῳ, ἢν μὴ θεραπεύωνται. χρὴ δὲ αὐτίκα τὴν θεραπείην ποιέεσθαι, εἰ δὲ μὴ, ἐπιφαίνεται αὐτίκα τὰ νοσήματα. ἢν δὲ τὰ ἐπιμήνια πλείονα τοῦ δέοντος χωρέῃ καὶ παχύτερα, οἷα τοῦ σώματος φύσει τε εὐρέος ἐόντος, [50] καὶ τοῦ στόματος τῶν μητρέων πλησίον τοῦ αἰδοίου κειμένου, καὶ ἐπὶ τουτέοισιν ἀνδρί τε ξυνίῃ πολλὰ, καὶ εὐωχέηται ἐσάπαξ ποτὲ, [51] πολλὰ κατελθόντα καὶ χωρέοντα ξὺν ὁρμῇ, ἐπὶ ῥύμῃ μᾶλλον τὸ στόμα τῶν μητρέων βιασάμενα. [52] καὶ ἐπὶ τουτέοισι μὴ ἐπιπέσῃ κενεαγγείη, [53] ἀλλ᾽ αὖτις πολλὰ ἴῃ ἀθρόα, καὶ τὸ στόμα εὐρὺ ποιέει καὶ τὸ σῶμα, ἅτε εὐοχθούσης ἱμειρομένης τε καὶ συνευνώσης ἀνδρὶ, εὔροον ἢ ἐπὶ τὰς μήτρας, [54] καὶ ἀθρόα ἐπιφέρηται, ἄχρους τε ἔσται μέχρις ἂν οὕτως ἔχῃ. καὶ ἢν ὕστερόν τι νόσημα ἢ πάθημα ἐπιπέσῃ ὥστε τρυχωθῆναι τὸ σῶμα, ὁμοίως αἵ τε μῆτραι κατὰ τὸ εἰωθὸς εὐρύστομοί εἰσι, καὶ τὸ σῶμα εὔροον ἐπ᾽ αὐτάς ἐστι. καὶ μετὰ ταῦτα πῦρ ἔχει, καὶ ἀσιτεῖ, [55] καὶ ἀλγεῖ, καὶ λεπτὴ, καὶ ἀσθενὴς, καὶ τὴν ὀσφὺν ἐκ τῶν ἐπιμηνίων πονήσει. καὶ τοῦ χρόνου προϊόντος ἢν μὴ θεραπευθῇ, πάντα μᾶλλον πονήσει, ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ. καὶ οἱ ἔσται κίνδυνος ἄφορον γενέσθαι, ἢ τρυχωθεῖσαν ὑπὸ χρόνου τε καὶ τῆς νούσου ἤν τι οἱ ξυμπέσῃ καὶ ἄλλο νόσημα, ἐπὶ τουτέοισι θανεῖν αὐτήν. χωρέει δὲ τὰ καταμήνια παχύτερα καὶ πλείω τῶν ἡμερέων τῇσιν ἐν μέσῳ. ἀρχόμενα δὲ καὶ τελευτῶντα, ἐλάσσονα καὶ λεπτότερα. Μέτρια δ᾽ ἐστὶ πάσῃ γυναικὶ χωρέειν ἢν ὑγιαίνῃ τὰ ἐπιμήνια ἐλθόντα, ὅσον κοτύλαι δύο ἀττικαὶ, ἢ ὀλίγῳ πλέονα, ἢ ἐλάσσονα, ταῦτα δὲ ἐς ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς. ὁ δὲ πλείων χρόνος ἢ ἐλάσσων, ἐπίνοσος καὶ ἄφορός ἐστι. τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ ἐς τὸ σῶμα τῆς γυναικὸς ὁρέοντα, καὶ ἐρωτᾶν [56] πρὸς τὸ πρότερον ξυμβαλλόμενον, [57] εἴτε ἐπίνοσος ἀεὶ ζῇ, εἴτε μή. ἢν γὰρ ἐλάσσονας [58] ἢ πλέονας ἡμέρας τοῦ συνήθεος φοιτᾷ, ἢ αὐτὰ ἐλάσσονα ἢ πλείονα εἴη, ἐπίνοσός ἐστιν, ἢν μὴ ἡ φύσις αὐτῇ νοσηρὴ καὶ ἄφορος ᾖ. ἢν δὲ τοῦτο ἢ καὶ μεθίστηται ἐπὶ τὸ ὑγιηρότερον ἄμεινον. χωρέει δὲ αἷμα, οἷον ἀπὸ ἱερείου. [59] καὶ ταχὺ πήγνυται, ἢν ὑγιαίνῃ ἡ γυνή. ᾗσι δὲ ἐν φύσει ἐστὶ πλέονα καθαίρεσθαι τεσσάρων ἡμερέων, καὶ πολλὰ πάρτα χωρέει τὰ ἐπιμήνια, αὗται λεπταὶ γίνονται.

καὶ τὰ

καὶ τὰ ἔμβρυα αὐτέων, λεπτά. καὶ ἀμαλδύνεται. ἢν δὲ τελέων ἡμερέων ἔλασσον ἢ κάθαρσις γίνεται, ἢ ὀλίγα χωρέῃ, αὗται παχεῖαι, καὶ εὔχροοι, ἀνδρικαί τε, καὶ μνηστόκοι εἰσὶν, αἱ δὲ οὐδὲ κυίσκονται. ἢν δὲ πνὶξ προσπέσῃ ἐξαπίνης. γίνεται δὲ μάλιστα τῇσι μὴ ξυνιούσῃσιν ἀνδράσι. καὶ τῇσι γεραιτέρῃσι μᾶλλον, ἢ τῇσι νεωτέρῃσι. κουφότεραι γὰρ αἱ μῆτραι σφέων εἰσί. γίνεται δὲ μάλιστα τότε, ἐπὴν κενεαγγήσῃ, καὶ ταλαιπωρήσῃ πλείονα τοῦ μαθήσιος. ἀναυανθεῖσαι αἱ μῆτραι ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίης, στρέφονται, ἅτε κεναὶ ἐοῦσαι καὶ κοῦφαι. εὐρυχωρίη γάρ σφιν ἐστὶν ὥστε στρέφεσθαι, ἅτε τῆς κοιλίης κενεῆς ἐούσης. στρεφόμεναι δὲ, ἐπιβάλλουσι τῷ ἥπατι. καὶ ὁμοῦ γίνονται. καὶ ἐς τὰ ὑποχόνδρια ἐμβάλλουσι. θέουσι γὰρ καὶ ἔρχονται ἄνω πρὸς τὴν ἰκμάδα. ἅτε ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίης ξηρανθεῖσαι μᾶλλον τοῦ καιροῦ. τὸ δὲ ἧπαρ ἰκμαλέον ἐστίν. ὅταν δὲ ἐπιβάλλωσι τῷ ἥπατι, πνίγα ποιέουσιν, ἐξαπίνης ἐπιλαμβάνουσαι τὴν διάπνοιαν, τὴν περὶ τὴν κοιλίην. καὶ ἅμα τε ἄρχονται ἔστιν ὅτε προσβάλλειν πρὸς τὸ ἧπαρ, καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς φλέγμα καταρρέει ἐς τὰ ὑποχόνδρια οἷα πνιγομένης. καὶ ἔστιν ὅτε ἅμα τῇ καταρρύσει τοῦ φλέγματος, ἔρχονται ἐς χώρην ἀπὸ τοῦ ἥπατος, καὶ παύεται ἡ πνίξ. κατέρχονται δὲ καθέλκουσαι ἰκμάδα καὶ βαρυνθεῖσαι. τρυσμὸς δὲ ἀπ' αὐτέων γίνεται ἐπὴν χωρέωσιν ἐς ἕδρην τὴν σφῶν αὐτέων. ἐπὴν δὲ ἔλθωσιν ἔστιν ὅτε ἡ γαστὴρ μετ' ἐκεῖνα ὑγροτέρη γίνεται, ἢ ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ. χαλᾷ γὰρ ἤδη ἡ κεφαλὴ τοῦ φλέγματος ἐς τὴν κοιλίην. ἐπὴν δὲ πρὸς τῷ ἥπατι ἔωσιν αἱ μῆτραι, καὶ τοῖσιν ὑποχονδρίοισιν, πνίγουσι, καὶ τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἀναβάλλει, καὶ ψυχρὴ γίνεται. εἰσὶ δὲ αἳ καὶ πελιδναὶ γίνονται. ἡ δὲ καὶ τοὺς ὀδόντας βρύχει. καὶ σίαλα ἐπὶ στόμα ῥέει. καὶ ἐοίκασι τοῖσιν ὑπὸ τῆς ἡρακλείης νόσου συνεχομένοισιν. ἢν δὲ χρονίσωσι αἱ μῆτραι πρὸς τῷ ἥπατι καὶ τοῖσιν ὑποχονδρίοισιν, ἀποπνίγεται ἡ γυνή. ἔστι δ' ὅτε ἐπὴν κενεαγγήσῃ ἡ γυνὴ καὶ ἐπιταλαιπωρήσῃ, αἱ μῆτραι στρεφόμεναι πρὸς τῆς κύστιος, τῷ στόματι αὐτῆς προσπίπτουσι, καὶ στραγγουρίην ποιέουσιν. ἄλλο δὲ οὐδὲν κακὸν ἴσχει. καὶ ἐν τάχει ὑγιὴς θεραπευομένη. ἔστι δ' ὅτε καὶ αὐτομάτη. ἔστι δ' ἧσιν ἐκ ταλαιπωρίης ἢ ἀσιτίης, πρὸς ὀσφὺν ἢ πρὸς ἰσχία προσπεσοῦσαι, πόνους παρέχουσιν. ἢν δὲ γυνὴ τὸ σῶμα φλαύρως ἔχῃ, καὶ ἴῃ χολώδεα τὰ καταμήνια, διάγνωστά ἐστι τῷδε. μέλανά ἐστι κάρτα. ἔστι δ' ὅτε μέλανα ἢ λαμπρά. καὶ κατ' ὀλίγιστα ἔρχεται, καὶ τάχιστα πήγνυται. καὶ ὁ γόνος ἀμαλδύνεται ἀμφοῖν τοῦ τε ἄρρενος καὶ τοῦ θήλεος, καὶ οὐκ ἴσχει ἐν γαστρί. καὶ ἀρχομένης μὲν τῆς νόσου, καθαίρεται τὰς ἡμέρας ἃς μεμάθηκε, καὶ οὐ πλέονας. προϊόντων δὲ τῶν ἐπιμηνίων, πλείονας ἡμέρας καθαίρεται, καὶ ἐλάσσονα τὰ καταμήνια καθ' ἑκάστην ἡμέρην φαίνεται. πυρετοί τε ἐπιγίνονται πλανῆται ὀξέες, ξὺν φρίκῃ καὶ ἀσιτίῃ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. καὶ καρδιωγμός. καὶ πονήσει μάλιστα ἐπὴν πλησιάζῃ τὰ καταμήνια αὐτῇ. ἐπὴν δὲ ἀποκαθαρθῇ καὶ ῥηΐσῃ ἐπ' ὀλίγον χρόνον πρὸς τὰ πρόσθεν. ἔπειτα δὲ αὖθις ἐς τὸ αὐτὸ καταστήσεται. μελεδαινομένη δὲ ἐν τάχει ὑγιαίνει. ἢν δὲ μὴ θεραπεύηται καὶ ὁ χρόνος προΐῃ, πάντα τὰ μὲν μᾶλλον πονήσει τὰ πρόσθεν εἰρημένα, καὶ ὀδύνη λήψεται τὰ μὲν τῆς γαστρὸς τὸ κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, τοτὲ δὲ τοὺς βουβῶνας.

earumque fœtus tenues ſunt, & languidi tabeſcunt. Quibus verò parcior quàm tribus diebus purgatio contingit, paucique menſes prodeunt, eæ craſſæ ſunt, bene coloratæ, viriléſque, neque partus meminerunt, & ne concipiunt ipſæ quidem. At verò ſi repente ſuffocatio vrgeat, quæ iis potiſſimùm contingit, quæ viri conſuetudine minimè fruuntur, & ſenioribus potiùs quàm iunioribus, cùm earum vteri leuiores exiſtant. Id verò tum maximè contingit, vbi magna vaſorum inanitio, aut ſolito vehementior labor acceſſerit. Vehementi labore reſiccati vteri conuertuntur, cùm ſint vacui & leues. Amplum enim locum quò conuertantur nacti ſunt, vacuo nimirum ventre. Conuerſi verò iecur appetunt, ei adhæreſcunt, & ad præcordia impetum faciunt. Vehementiore enim labore plus quàm par eſt reſiccati, ad humorem qui ſurſum eſt concurrunt ac feruntur. Iecur autem humidum eſt. Vbi autem hepar appetiuerint, ſtrangulatum afferunt, perſpirationem quæ circa ventrem eſt intercipientes. Interdum etiam ſimul atque vteri hepar appetere cœperint pituita è capite velut ſuffocato ad præcordia defluit, nonnunquam etiam vnà cum pituitæ defluxu, ab hepate in locum ſuum feruntur ſuffocatioque ceſſat. Deſcendunt autem humore attracto, eoque grauati. Stridor autem ab ipſis concitatur, vbi ad ſuam ſedem feruntur, quò cùm venerint, poſt illa interdum venter humidior quàm priùs redditur. Iam enim caput in ventrem pituitæ partem demittit. Vbi verò circa hepar & præcordia vteri fuerint, ſtranguriam inducunt, oculorum alba ſurſum conuertit mulier, & frigida redditur, nonnullæ etiam liueſcunt, quædam etiam dentibus ſtrident, ſaliua in os confluit, & ſimiles iis fiunt qui morbo Herculeo detinentur. Quòd ſi vteri circa hepar ac præcordia diutiùs immorentur, mulier ſuffocatur. Interdum etiam vbi mulier vaſorum inanitionem paſſa fuerit, vehementerque laborarit, vteri ad veſicam conuerſi, in eius oſculum impingunt, & ſtrangulatum inducunt. Nullum autem aliud habet malum, & ſi curatio adhibeatur breui conualeſcit, nonnunquam etiam ſponte. Quibuſdam verò ex nimio labore & inedia, ad lumbos & coxas irruentes, dolores excitant. At ſi mulier ſit corpore malè affecto, & menſes bilioſi decurrant, ex hoc facilè dignoſcuntur. Admodum nigri ſunt, interdum verò nigri aut ſplendidi, parciſſimique feruntur, & citiſſimè concreſcunt, amborumque ſemen, tum maris, tum fœminæ languidum euaneſcit, neque vtero concipit. Per morbi quidem exordia, purgatur diebus quibus conſueuit, non pluribus. Procedentibus autem menſibus, pluribus diebus purgatur, & ſingulis diebus minore quantitate menſes apparent. Febres quoque errantes acutæ accedunt, cum horrore & cibi faſtidio, ſubindéque oris ventriculi morſus, tuncque maximè vexabitur, vbi ei in propinquo menſes fuerint. Poſtquam autem repurgata fuerit, & paulò meliùs habebit quàm antea, poſtea rurſus ad eundem relabetur ſtatum, breui tamen conualeſcit, ſi diligens cura adhibeatur. At niſi curetur, progreſſu temporis eam commemorata omnia valdè affligent, & dolor modò quidem ventris partem vmbilico inferiorem inuadet, modò verò inguina,

quandoq; etiam lumbos, & coxendicis commiſſurã quæ eſt ad ſedem, totamq; eam partem, quandoq; verò ceruicem. Interdum quoq; vehemẽs cõtinget ſtrãgulatus, eiq; ante oculos caligo obuerſabitur & vertigo, velut purgatione ſurſum miſſa & reſiliente. Corpore enim malè affecto, mulieri pauciores menſes cõtingunt, quibus verò corpus plenum fuerit, his copioſiores menſes feruntur. Bilioſæ verò cùm menſes prodeunt, animi deiectio accidit, & ſubinde cibi faſtidiũ, anxietas, inſomnia, frequẽs ructus, obambulare recuſat, animũ deſpondet, neq; videre videtur, & metuit. Quòd ſi curatio adhibeatur, ex his conualeſcit, alioqui verò procedente tempore magis ſemper affligetur. Optimè autem cũ ea agetur, ſi bilioſa accedat vomitio, ſi aluus nõ perturbetur vehementer, & bilioſa ſubeant, muliebreq; profluuium non tamen vehemẽs ei ſuperueniat. Horum enim ſi quid vehemens in corpus confectũ inciderit, in periculo verſabitur. Quòd ſi bilioſi humoris aliquid, aut id totum quod moleſtũ eſt ſenſim repurgetur, ſanè euadit. Si verò neq; curetur, neq; horũ quicquam contingat, mulier moritur. Plærunq; autem ex hoc morbo muliebre profluuium bilioſum conſequitur. Quod ſi eueniat, primis quidẽ diebus ei pauca apparebunt, per omnes autem dies omninò copioſiora contingunt. Cùm verò tempus proceſſerit, ferè ſemper grauis morbus euadit, bilioſaq; purgatione prodeunte vteri mordentur & vlcerantur. Ex eo autem etiam adhuc diligenti adhibita curatione conualeſcit ſi ei profluuium coërceatur. At ſi ex vlceribus vteri inflammatione laborarint, longè acutior morbus erit, & copioſa, graueolentia, ac purulenta erunt quæ ab vteris prodibunt, & continenter tanquam à carnibus effluent, omniaq; priùs commemorata eam magis affligent, efferataq; magis vlcera reddentur, donec eam euincant. Quòd ſi etiam curetur, ſterilis erit propter cicatrices. At ſi mulier malè affecto ſit corpore, & pituitoſi menſes ferantur, id inde dignoſcitur. Pelliculoſi enim ei apparent, & velut araneorũ telæ diſtenti, aliquantumque ſubalbicant. Id autem ei contingit, cùm corpus & caput pituita oppleta fuerint, neque ea per nares, neq; per ſedem, neq; per vrinæ viam ſubducatur, ſed in menſium decurſu, & ſanguinis perturbatione, vnà cum purgatione foras exeat. Atque cùm hæc ita ſe habeant, ad duos aut tres quidem menſes nihil ægrotat, longiore autem temporis progreſſu, niſi diligens cura adhibeatur, magis affligetur, & febris errabunda prehendet, cibi faſtidio ſubinde & oris ventriculi morſu vexabitur, præcipuéque affligetur cùm menſium tempus inſtabit. Cum autem repurgata fuerit, pauco tempore habita ſuperiorũ ratione, meliuſculè habebit, poſtea ad eundem ſtatum redit. Quòd ſi minimè curetur, ſed temporis progreſſus fiat, omnia contingent, quæ cui bilioſi menſes ferebantur, quoad ei fluxus reprimatur. Ad id verò ferè conſequitur profluuium pituitoſum, aut alia quæ paulò poſt explicabo. Quòd ſi præterea ſemper accreſcat, quotidie decurrunt modò quidem conferta, modò verò pauca. Quandoque verò velut ex carnibus aqua prodit, quandoque velut ſanies, in eoque multi ſanguinis grumi inſunt, & tanquam acetum terram abradit, & quacunque mulierem contigerit mordet, vteroſq; exulcerat. Quò cùm deuenerit, in cæteris quidem velut prior afficitur, minùs tamen quàm illi caput dolebit, neque hinc vlcera contingunt tam turpia, neque tam magna, neque purulenta,

τοτὲ δὲ τὴν ὀσφύν τε[64] καὶ κοχώνην. τοτὲ δὲ αὐτῆς τράχηλον, τοτὲ δὲ πνὶξ προσαποσταίη ἰσχυρή. καὶ περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ζόφος ἔσται αὐτῇ καὶ δῖνος οἷα τῆς καθάρσιος ἄνω σταλλομένης καὶ ἀνιούσης. ἢν γὰρ τὸ σῶμα φλαύρως ἔχῃ, γυναικὶ τὰ καταμήνια ἐλάσσω γίνεται. καὶ ἢν τὸ σῶμα ἔμπλεον ᾖ, τὰ καταμήνια ταύτῃσι πλεῖστα ἐστί. τῇ δὲ χολώδει τὰ καταμήνια ἢν ἔρχηται, ὀλιγοψυχίη ἐμπίπτει καὶ ἀποσιτίη ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, καὶ ἀλυσμός. καὶ ἀγρυπνίη. καὶ ἐρυγματώδης γίνεται. καὶ οὐκ ἐθέλει περιπατεῖν. καὶ ἀθυμέει. καὶ ἐμβλέπειν οὐ δοκέει. καὶ δέδιεν. καὶ ἢν μελεδαίνηται ἐκ τουτέων, ὑγιὴς ἔσται. ἢν δὲ ὁ χρόνος προΐῃ, ἔτι μᾶλλον πονήσει. ξυμβαίη δ' ἂν ἄριστα, ἢν ἔμετος χολώδης ἐπιγένηται, ἢν ἡ κοιλίη ταραχθῇ μὴ ἰσχυρῶς, καὶ ὑποχωρήσῃ χολώδεα, καὶ ῥόος ἐπιγένηται αὐτῇ μὴ ἰσχυρός. ἢν μὲν γὰρ τι τουτέων ἐπιπέσῃ ἰσχυρὸν ἐπὶ σῶμα τετρυχωμένον, κινδυνεύσει. ἢν δὲ ἠρεμέως ἀποκαθαίρηται τῆς χολώδεος ἢ ἢν πάμπαν τὸ λυπέον, ὑγιὴς γίνεται. ἢν δὲ μήτε μελεδαίνηται, μήτε μηδὲν τουτέων γένηται, θνήσκει ἡ γυνή. ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πλεῖστον ξυμβαίνει ῥόον ἐμπίπτειν χολώδεα ἐκ τουτέου νοσήματος,[65] ἢν ῥόος γένηται, κατὰ μὲν πρῶτα, ὀλίγα αὐτῇ τὰ φαινόμενα ἔσται.[66] ἀνὰ πάσας δὲ τὰς ἡμέρας ὡς ἐπίπαν πλέονα ξυμβαίνει. ὁκόταν δὲ ὁ χρόνος προΐῃ ὡς ἐπὶ τὸ πλέον, καὶ ἡ νοῦσος ὀξείη γίνεται. καὶ αἱ μῆτραι δάκνονται ὑπὸ τῆς καθάρσιος τῆς χολώδεος χωρεούσης καὶ ἑλκοῦνται. ἔτι δὲ καὶ ἐν τούτῳ ὑγιὴς γίνεται μελεδαινομένη, ἢν αὐτῇ ἐρχθῇ ὁ ῥόος. ἢν δὲ φλεγμήνωσιν αἱ μῆτραι ὑπὸ τῶν ἑλκέων, ὀξυτέρη ἡ νοῦσος ἔσται. καὶ πολλά τε καὶ ὀδμαλέα καὶ πυώδεα ἐλεύσεται ἐξ αὐτέων τῶν μητρέων ἤδη ἀπιόντα. καὶ ἐκάστοτε,[67] οἷον ἀπὸ κρεῶν. καὶ τὰ πρότερον εἰρημένα ἅπαντα μᾶλλον μᾶλλον πονήσει καὶ τὰ ἕλκεα ἔτι μᾶλλον ἀγριώτερα ἔσται[68] μέχρι μιν ὑπερνικήσει. ἢν δὲ καὶ ἰηθῇ, ἄφορος ἔσται ἀπὸ τῶν ἑλκέων.[69] ἢν δὲ γυνὴ τὸ σῶμα φλαύρως ἔχῃ, καὶ ἢν φλεγματώδεα τὰ ἐπιμήνια χωρήσῃ, γνωστὸν δέ ἐστιν ἢν χωρέῃ φλεγματώδεα. ὑμενώδεα τε γὰρ φαίνεται αὐτῇ καὶ ὥσπερ ἀράχνια διατείνεται, καὶ ὑπόλευκά ἐστι. τοῦτο δὲ γίνεται, ἢν αὐτῇ τὸ σῶμα καὶ ἡ κεφαλὴ φλέγματος πεπληρωμένα ᾖ, καὶ τοῦτο μὴ ἀποκαθαίρηται, μήτε κατὰ τὰς ῥῖνας, μήτε κατὰ τὴν ἕδρην μήτε κατ' οὐρήθρην, ἀλλ' ἐν τοῖσι καταμηνίοισι, καὶ ἐν τῇ ταραχῇ τοῦ αἵματος σὺν τῇ καθάρσει[70] ἔξω ἴῃ. καὶ ἢν ταῦτα ὧδε ἔχῃ, ἐπὶ μὲν δύο ἢ τρεῖς μῆνας οὐδὲν νοσέει, ἐπὴν δὲ ὁ χρόνος πλείων γένηται, καὶ μὴ μελεδαίνηται, μᾶλλον πονήσει, καὶ πυρετὸς ἐπιλήψεται πλάνος, καὶ ἀσιτίῃσι ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. καὶ καρδιώξει καὶ πονήσει, μάλιστα[71] ἐπὴν πλησιάζῃ τὰ ἐπιμήνια. ὁκόταν δὲ ἀποκαθαρθῇ[72] ῥηΐων ἀπὸ ὀλίγου χρόνου πρὸς τὰ πρόσθεν. ἔπειτα ἐς τὸ αὐτὸ καθίσταται. καὶ ἢν μὴ μελεδαίνηται, ἀλλὰ χρόνος προΐῃ. γίνεται πάνθ', ὅσα τῇ χολώδεα ἐχώρεε τὰ καταμήνια,[73] ἄχρις οὗ ὁ ῥόος αὐτῇ ἐπίσχηται.[74] ἕπεται δὲ ταύτῃ καὶ ῥόος φλεγματώδης γίνεσθαι, ἢ ἄλλα ἅσσα ἐγὼ ἐρέω ὀλίγῳ ὕστερον.[75] καὶ ἢν προσγένηται αἰεί, πορεύεται ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας, ὅτε μὲν ἀθρόα, ὅτε δὲ ὀλίγα. καὶ ἔστιν ὅτε, οἷον ἀπὸ κρεῶν ὕδωρ χωρέει, ὅτε δὲ οἷον ἰχώρ. καὶ ἐν αὐτέῳ θρόμβοι πολλοὶ αἵματος ἐγγίνονται καὶ ξύει τὴν γῆν ὡς ὄξος καὶ δάκνει τῆς γυναικὸς αὐτῇ ἂν ἐπιψαύσῃ. καὶ ἑλκοῖ τὰς μήτρας. καὶ ἐλθοῦσα ἐς τοῦτο,[76] τὰ μὲν ἄλλα πάσχει ταὐτὰ ὥσπερ ἡ προτέρη, ἧσσον δὲ τὴν κεφαλὴν ἐκείνης πονήσει, καὶ τὰ ἕλκεα,[77] οὔτε δυσειδέα, οὔτε μεγάλα, οὔτε πυώδεα,

οὔτε

οὔτε οὐ μάλα ὁμοίως κακὴ γίνεται, ἀλλὰ ταύτῃ ἧσσον. ἐπιμελείας δὲ τυχοῦσα ὑγιαίνει καὶ ἢν προεληλυθυίης τῆς νούσου. καὶ οὐ μάλα ἀποθνήσκει. φορὸς δὲ οὐ δύναται εἶναι ὧδε ἔχουσα. ὁκόσαι δὲ ξυνοικέουσαι οὐ δύνανται ἐν γαστρὶ ἔχειν, πυνθάνεσθαι χρή,[78] εἴ σφιν ἐπιγίνεται τὰ καταμήνια, ἢ οὔ. καὶ εἰ γίνεται πυώδεα, ἢ ψυχρά. ἢν μὲν οὖν φῇ, εἰ αὐτίκα ἀπιέναι ἡ γονὴ ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τετάρτῃ, ἢ τῇ ἕκτῃ, ἢ τῇ ἑβδόμῃ. ἢν μὲν οὖν φῇ αὐτίκα ἀπιέναι ὅταν [illegible], τὸ στόμα οὐκ ὀρθόν ἐστι τῶν μητρέων,[79] ἀλλ' ἰθύνεται, καὶ οὐ λάζυται τὴν γονήν. ἢν δὲ φῇ δευτεραίη, ἢ τριταίη, ἢ τεταρταίη, ἡ ὑστέρη ἐξυγρασμένη ἐστί. καὶ ἡ γονὴ ἐκπλύνεται. ἢν δὲ ἑκταίη καὶ ἑβδομαίη, ἡ γονὴ κατασήπεται, κατασαπεῖσα δὲ ἀπέρχεται. τῇ μὲν οὖν ἀρχῇ μὴ προσδέχεσθαι τὴν γονήν, τῆς ὑστέρης τὸ στόμα θεραπευτέον, ὅκως ὀρθὸν ἔσται. ἢν δὲ καταπλύνηται, δευτεραίη καὶ τεταρταίη ἡ ὑστέρη καὶ κεφαλή. τῇ δὲ κατασήπεσθαί τε καὶ ἀπέρχεσθαι, καὶ ἡ ὑστέρη καὶ τὸ σῶμα ἅπαν ἔνυγρον ὄν. τούτων ἕκαστα γινώσκειν ὧδε χρή. ὁκοίης δὲ χρῄζει καθάρσιος, γνώσῃ ὧδε. ὅταν τὰ ἐπιμήνια γίνηται, ῥάκος πτύξας ὅσον σπιθαμιαῖον, ἐπιπάσσειν[80] ἐπὶ σποδιὴν λεπτήν. κἄπειτα ποιέειν ἐπὶ τοῦτο ὡς ἐπιρρυῇ τὰ ἀπιόντα. εἶναι δὲ δύο τὰ πτυχία, χωρὶς ἐφ' ἑκάτερα, τὸ μὲν ἡμερινόν τε καὶ νυκτερινόν. καὶ τὰ μὲν ἡμερινὰ πλύνειν χρὴ τῇ ὑστεραίῃ. τὰ δὲ νυκτερινά,[81] ὁκόταν αὐτέοισιν ἡμέρη καὶ νὺξ γένηται, ἐπὶ τῇσι σποδιῇσι κειμένοισιν. ἐν δὲ τῇ πλύσει σκέπτεσθαι ὁκοῖα ἄττα γίνεται τὰ ῥάκεα πλυθέντα, ὅταν ἐν ἡλίῳ ξηρανθῇ. κάλλιον δὲ ἐν σκιαίῳ χωρίῳ. ἢν μὲν οὖν φλέγμα ᾖ τὸ κωλῦον, μυξώδεα τὰ ῥάκεα ἔσται. ἢν δὲ δι' ἅλμην τε καὶ χολήν, πυρρά τε καὶ ὑποπέλιδνα. ταῦτ' οὖν ἐπιδὼν καὶ γνώμῃ σκεψάμενος βασανίσας,[82] ὅλον τε τὸ σῶμα ἀθρέειν, εἴτε πολλῆς καθάρσιος δοκέει δεῖσθαι, εἴτε καὶ μή, ἀποσκεψάμενος ἐς τὴν χροιήν, καὶ τὴν ἡλικίην, καὶ ῥώμην, καὶ ὥρην, καὶ οἵῃ διαίτῃ χρέεται.[83] ἰητρεύειν δὲ καὶ τὸ σώματος πάθος προνοεῖσθαι, καὶ τὰς ὑστέρας, καὶ τὸ στόμα ἰᾶσθαι καὶ ἢν μεμυκὸς ᾖ, ἀναστομοῦσθαι. ἢν δὲ λοξωθέωσιν, ἐξιθύνειν χρή. ἢν δὲ ὑγραίνωσιν, ἀναξηραίνειν, καὶ τἄλλα δρᾶν ἐναντίον. σχεδὸν δὲ πάσῃσιν ἡ πολλὴ θεραπείη ἡ αὐτή ἐστι, πλὴν ὅταν καταστασιάσωσι τὰ ἐπιμήνια.[84] ὅσῃσι γὰρ γίνεται, οὐδὲν δεῖ ταύτῃσι καθαίρειν, ἀλλ' ὅ τι κακὸν ἐν τοῖσιν ἐπιμηνίοισιν ἔνι, τοῦτο ἀφαιρέειν χρή, ὅταν φλεγματώδεά τε καὶ ὑμενώδεα[85] καὶ ἰχωροειδέα καὶ λεπτὰ ἢ λευκὰ καὶ θρομβώδεα, καὶ ὅταν μέλανά τε, καὶ ἀνθρακώδεα, ἢ ζοφοειδέα, ἢ δριμέα, ἁλμυρά, θολερά, πυώδεα. αὗται πᾶσαι αἱ προφάσιες ὑπεξαιρετέαι. κωλύουσι γὰρ λαμβάνειν ἐν γαστρί. ὁκόσῃσι μὲν οὖν φλεγματώδεα καὶ ὑμενοειδέα τὰ ἐπιμήνιά ἐστι, καὶ αὗται σαρκώδεές εἰσι. καὶ ταύτῃσι[86] τὸ στόμα ἔξυγρον, καὶ πτύελον πουλύ, καὶ γλίσχρον. καὶ ἢν ὀξέος γεύσωνται ἢ δριμέος, τὸ πτύελον ἐν τῷ στόματι πλαδαρώτερόν τε ἔσται καὶ ἀηδέστερον. καὶ πρὸς πᾶν ὅ, τι ἂν φάγωσιν ἢ πίωσιν, ὄχλος. καὶ προσοίσεται αὐτέοισι καὶ αἴρεται καὶ ἡ κοιλίη, καὶ ναυσιῶσι. καὶ ῥευματισμὸς πουλὺς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα καταρρέει, καὶ πάντ' ἐπιστεγνοῦται. καὶ πολλὴν ὑγρασίην ἐπάγεται. καὶ τὰ ὑποφθάλμια πελιδνὰ καὶ πεφυσημένα. ταύτας χρὴ ὅλας πυριῆν. καὶ πυκνὰ ἐμέειν καὶ ἀπὸ σιτίων καὶ ἀπὸ νηστείης. μαλθάσσειν δὲ τὴν κάτω κοιλίην. φαρμάκοισι δὲ πάμπαν κούφοισι, ὁκόσα ἥκιστα χολὴν ἄγει. καὶ μονοσιτέειν, καὶ γυμνάζεσθαι συχνά. καὶ ὡς ξηροτάτῃ τροφῇ διαιτᾶσθαι.

neque tam graueolentia, verùm aliquantò minùs. Diligenti autem cura adhibita conualeſcit, etiamſi longiùs morbus proceſſerit, neq; ferè moritur. Verùm ſic affecta fœcunda eſſe nequeat. At verò quæ viri conſuetudine perfruuntur, & nequeunt vterum geſtare, interrogandę ſunt an illis menſes contingãt, nécne, & purulenti ſint, aut frigidi. Si quidem igitur ita affirmarit, an protinus genitura effluat, an poſtridie, an perendie, aut ſexto aut ſeptimo die. Itaque ſi confeſtim poſt congreſſum exire reſponderit; vteri oſculum rectum non eſt, ſed obliquatur, neq; genituram prehendit. Quod ſi dixerit poſtero die, aut tertio, aut quarto, vterus nimio humore madet, quo genitura diluitur. Sin ſexto & ſeptimo, genitura computreſcit, putrefactaq; exilit. Si igitur per initia genitura non excipiatur, imprimis os vteri curandum eſt vt rectum ſit. Si verò poſtero & tertio die diluatur, vterus & caput curanda ſunt. At ſi computreſcat & exiliat, & vterus, & corpus vniuerſum nimio humore madens procurandum. Atq; hæc ſingula adhunc modum dignoſcere oportet. Cuiuſmodi autẽ purgatione opus habeat, dignoſcetur hoc modo. Cùm menſes eunt, linteum attritum palmi parui magnitudine cõplicatum in tenui cinere extendito, deinde vt in hoc defluant, quæ decurrunt, curato. Sint autem lintea duo, ſeorſim vtraq; diurnum quidem & nocturnum: Et diurna quidem poſtero die eluere oportet, nocturna verò vbi per diem & noctem in cinere iacuerint. In ablutione autem conſiderandum qualia ſint detrita lintea, vbi in ſole reſiccata fuerint, quod tamen vmbratili loco fieri optimum fuerit. Si igitur pituita impedimento fuerit, mucoſa erunt lintea detrita. Sin propter ſalſuginem & bilem contingat, tum fulua, tum ſubliuida erunt. Quibus perſpectis & accurata mentis acie exploratis, vniuerſum quoq; corpus inſpicito, multáne purgatione indigere videatur, nécne, ad colorem intentus, ætatem, virium robur, anni tempeſtatem, & victus rationem qua vtuntur. Curatio verò rectè inſtituitur, ſi vbi vniuerſo corpori cõſultum fuerit, vteris etiam & oſculo medelam adhibeas. Quòd ſi conniueat, aperiendum; ſi vteri in obliquum verſi fuerint, dirigendi, ſi humidi, reſiccandi: reliquaq; per contraria præſtanda. At verò omnibus propemodum eadem curatio adhibenda, niſi cùm menſtrua detrahenda ſunt. Quibus enim eunt, iis nihil detrahendũ, ſed quicquid ineſt in menſibus vitij id ſummouẽdum, ſi tũ pituitoſi, tum pelliculoſi ſunt, & ſanie perfuſi, tenues aut albi, ſi grumoſi atq; etiam nigri, ac carbunculoſi, aut caliginoſi, aut acres, ſalſi, returbidi, purulenti, hæ omnes cauſæ, quòd vteri cõceptum impediant, penitus tollendæ. Quibus igitur pituitoſi & membranoſi menſes ſunt, ex carne abundant, os valdè humidum eſt, ſputum copioſum & glutinoſum. Si quid vel acidum, vel acre deguſtarint, oris ſaliua liquidior & inſulſa erit, & ad quoduis cibi aut potionis genus turbatio conſequitur; his venter inhibetur & attollitur, nauſea adeſt & multa corporis iactatio, ex capite fluxio demittitur, & omnia obducit, magnamq; adducit humoris copiam, & partes ſub oculis liuidæ ſunt, & flatu diſtentæ. His toto corpore fotus adhibendus, & à cibo, & ieiunis frequens vomitus ciendus, quinetiam inferna aluus mollienda, ſed leuibus omninò medicamentis; & quæ minimum bilem educant. Semel tantum cibus ſumendus; frequentique exercitatione vtendum, & in victus ratione ſicciſſimo cibo,

& potu parciſſimo meraciore. Præſtiterit autem, vt aluus ſeruetur quæ facilè ſoluatur. At verò vteros, ſi huic victus rationi non ceſſerint, medicamentis ſubditiis minimè mordacibus purgare oportet. Semper autem ante purgationes præmittendum fomentum, priore quidem loco fomentum ex fœniculis, deinde quod fit per aromatum ſuffitum. Fotus autẽ & medicamenta ſubditiтia admoueto ea conſideratione adhibita, vt omnia rectè & conuenienter fiant, quo tempore menſes eunt. Si igitur pura, ſincera & ſanguinea appareant, tum virum adeat ineunte purgatione menſtrua, præſtat tamen ea deſinente, ſed tamen adhuc eunte potiùs quàm penitus ceſſante. Cùm autem ad virum acceſſura eſt, ſuffitum aliquem adhibeat ex odoratis adſtringentibus quæ in hanc rem parantur, idque per ollæ operculum & arundinem adhibeat, aſperſo in cinerem calidum medicamento. Quo aſperſo, operculum & arundinem circumponito, eamq; ſedentem ſuffito. Cumq; ſuffitum capere opus erit plumbea fiſtula vtendum, quò adaperto oſculo ſuffitus excipiatur. Deinde poſtquam ſurrexerit, rurſus in lecto plumbea fiſtula ſubdatur, qua deinde ſubtracta cum viro congrediatur. Quòd ſi quæ à viro emittuntur, non ſint ei manifeſta, cruribus diſtentis & alternatim poſitis quieſcat. Ieiuna autem eſſe debet eo ipſo die, niſi cyceonem inſulſum ex aqua ſumere velit. Quod certè faciendum cùm ſuffitum adhibere volet. Poſt autem viri congreſſum, ſi mulier poſtero die geniturã cõtinuerit, neq; altero die exciderit, à cibis & balneis arcenda. Polentam autem inſulſam ex aqua bis terque die bibat. Eaque victus ratio ſex diebus, aut quod præſtiterit ſeptem ſeruanda: ſi quæ à viro emittuntur poſt congreſſum non exciderint, totoque tempore illota maneat, & ſtudioſè motum vitet. Quòd ſi deambulare volet, loco adæquato & plano, non accliui, neque decliui, obambulet. Molliter etiam deſideat ſi conceperit, reliquamq; eandem victus rationem ad dies triginta obſeruet. Balneo autem abſtineat, aut ſi quando lotione opus fuerit, pauca eaque non admodum calida vtatur, caput tamen ne madefaciat. In cibo panibus vtatur, & maza, ſi volet, ex carnibus, palumbo & ſimilibus, marinis, quæ aluum ſiſtunt. Inhibendus autem olerum acrium vſus. Vino vtatur nigro, & carnibus aſſis potiùs quàm elixis, tum cicuribus, tum ferinis. Atque iſta quidem ſi conceperit ad hunc modum facienda ſunt. Si verò non conceperit, ſed poſtero aut tertio die quæ viri ſunt nimio humore diffluentia foras prodeant, vteros humidiores eſſe conſtat, quos prius expoſito modo curare oportet, dum ſicciores euadant. Cùm verò ſicci eſſe videbuntur, hac arte curandi. Optimum eſt emolliens medicamentum, poſteriore & anteriore parte adhibitum, donec ad priſtinam naturam redeant. Tum rurſus virum adeat, cum non ampliùs multi, ſed pauci & benè colorati menſes feruntur, & impetu quodam in venerem excitatur. Quinetiam aliis diebus complexu viri frui licet; ſi vteri benè habeant. Vbi autem prædictis diebus viri complexum experta fuerit, ſi commodè apparati vteri fuerint, & decem aut duodecim diebus genituram continuerint, tum ne virum adeat. At ſi non conceperit, vteri autem bene valeant, id enim pleriſque contingit, cùm imbecilli vteri ex affectione aliqua alimenti penuria laborant, aut propter frequens

καὶ ποτῷ ἐλαχίστῳ ἀκρητεστέρῳ. κοιλίην δὲ εὔλυτος ἀμείνων διαφυλάσσεσθαι. τὰς δὲ ὑστέρας χρὴ ἢν μὴ πρὸς ταύτην τὴν δίαιταν ἐνακούωσι, καθαίρειν φαρμάκοισιν, ἀδήκτοισι, προσθέτοισι. προπυριῆν δὲ πρὸ τῶν καθαρσίων αἰεὶ, πρότερον μὲν τῇ πυρίῃ τῇ ἐκ τῶν μαράθων, ἔπειτα τῇ ἐκ τῶν θυμιαμάτων. τὰς δὲ πυρίας ποιέεσθαι καὶ τὰς προσθέσιας τεκμαιρόμενος ὅκως ἅπαντα πεποιήσεται, καὶ κατὰ τρόπον ἔσται, ἐν ᾧ χρόνῳ τὰ ἐπιμήνια εἴη. ἢν μὲν οὖν καθαρά τε καὶ ἀκραιφνέα καὶ ἔναιμα φαίνηται, οὕτως ἴτω παρὰ τὸν ἄνδρα ἐν ἀρχομένοισι τοῖσιν ἐπιμηνίοισιν. ἄριστον δὲ ἐν ἀπολείπουσι, καὶ ἔτι ἰόντων μᾶλλον ἢ ἀφανέων. ὅταν δὲ μέλλῃ ἰέναι παρὰ τὸν ἄνδρα, ὑποθυμιήσθω ἐκ τῶν ὑποθυμιαμάτων τῶν στυπτικῶν. θυμιήσθω δὲ διὰ τοῦ χυτρείου καὶ τοῦ καλάμου ἐπὶ σποδιὴν θερμὴν ἐπιπάσσουσα τὸ φάρμακον. ὅταν δὲ ἐπιπάσσῃ, καὶ τὸ χυτρεῖον περιθεῖναι, καὶ τὸν κάλαμον, καθεζομένην πυριῆσθαι. ὁκόταν δὲ δέῃ αὐτὴν θυμιᾶσθαι, τῷ μολυβδίῳ χρῆσθαι, ὡς ἀνεῳγμένου τοῦ στόματος θυμιῆται. εἶτα ὅταν ἀνίστηται, πάλιν ἐν τῇ κλίνῃ προσθέσθω τὸ μολύβδιον. εἶτα ἀφελομένη, τηνικαῦτα ξυνευναζέσθω τῷ ἀνδρί. καὶ ἢν τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς μὴ δῆλα οἱ ᾖ, ἐκτείνασα τὰ σκέλεα καὶ ἐπαλλάξασα ἠρεμείτω. νῆστιν δὲ ὄφελος ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρῃ, πλὴν κυκεῶνα ἢν ἐθέλῃ ἄναλτον ἐφ' ὕδατι. τοῦτο δὲ πιέτω τότε, ὁκόταν μέλλῃ θυμιῆσθαι. ἢν δὲ ξυγγενομένη τῷ ἀνδρὶ κατάσχῃ τῇ ὑστεραίῃ τὴν γονὴν, καὶ μηδὲ ἐς τὴν ἑτέρην ἀπίοι ἡμέρην, σιτίων μὲν εἰργέσθω καὶ λουτρῶν. πινέτω δὲ ἄλφιτον ἐν ὕδατι ἄναλτον καὶ δὶς καὶ τρὶς τῆς ἡμέρης. αὕτη δὲ ἡ δίαιτα ἔστω ἡμέρας ἕξ, ἄμεινον δὲ καὶ ἑπτά. ἢν μὴ ἀπίῃ τὰ τοῦ ἀνδρὸς ὅταν ξυγγένηται. ἀλουτείτω δὲ πάντα τὸν χρόνον. καὶ ἀκινητεῖν ἐπιτηδευέτω. ἢν δὲ βούληται περιπατεῖν, περιπατείτω ἐν ὁμαλῷ χωρίῳ καὶ λείῳ. πρὸς αἶπος δὲ μηδαμῶς, μηδὲ κάταντες. καθέζεσθαι δὲ ἐπὶ μαλθακά, ἢν ξυλλάβῃ. τὴν δ' ἄλλην δίαιταν τὴν αὐτὴν ποιέεσθαι, μέχρις ἡμερέων τριήκοντα. ἀλουτείτω δὲ ἢ καὶ ὅτε δέοι λουθῆναι, ὀλίγῳ καὶ μὴ λίην θερμῷ. τὴν δὲ κεφαλὴν μὴ βρέχειν. σιτίοισι δὲ χρεέσθω καὶ ἄρτοισι, καὶ μάζῃ ἢν γε βούληται. κρεῶν δὲ φάσσῃ, καὶ τοῖσι παραπλησίοισι. θαλασσίων δὲ ὁκόσα κοιλίην ἵστησιν. εἰργέσθω δὲ λαχάνων δριμέων. οἴνῳ δὲ μέλανι χρεέσθω, κρέασι δὲ ὀπτοῖσι μᾶλλον ἢ ἑφθοῖσι, καὶ τῶν ἡμερέων καὶ τῶν θηρείων. καὶ ταῦτα μὲν, ἢν ξυλλάβῃ, οὕτως χρὴ ποιέειν. ἢν δέ γε μὴ ξυλλάβῃ, ἀλλ' οἴχεται δευτεραῖα ἢ τριταῖα τὰ τοῦ ἀνδρὸς ῥέοντα πάμπολλα ὑγρασίῃ, δῆλον ὅτι ὑγρότεραί εἰσιν αἱ ὑστέραι. θεραπεύειν οὖν χρὴ, κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον μέχρις αἱ ξηραὶ γένωνται. ὁκόταν δὲ δοκέωσι ξηραὶ εἶναι, ἰητρεύεσθαι οὕτως. ἄριστον φάρμακον μαλθακτήριον μὲν κατόπιν τε καὶ ἐς τοὔμπροσθεν, ἄχρις ἂν αὗται κατὰ φύσιν γένωνται. καὶ αὖθις ἴτω παρὰ τὸν ἄνδρα, ὅταν τὰ ἐπιμήνια μηκέτι πολλὰ, ἀλλ' ὀλίγα καὶ εὔχροα, καὶ ὀργᾷ. καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἡμέρῃσιν ἱμείρεσθαι χρὴ τοῦ ἀνδρὸς, ἢν ἄριστα ἔχωσιν αἱ ὑστέραι. ὅταν δὲ ξυγγένηται ἐν τῇσιν ἡμέρῃσι τῇσιν εἰρημένῃσιν, ἢν εὐτρεπισθῶσιν αἱ ὑστέραι, ἢν κατάσχῃ τε τὴν γονὴν ἡμερέων δέκα, ἢ δυοκαίδεκα, μὴ ἰέναι ὡς τὸν ἄνδρα. ἢν δὲ μὴ ξυλλάβῃ, ὑγιέες δὲ ἔωσιν αἱ μῆτραι· γίνεται γὰρ δὴ καὶ τοῦτο πολλῇσιν, ἐπειδὰν ἀχιδναὶ αἱ μῆτραι ἐοῦσαι ἄτροφοι ὑπὸ πάθεος γίνονται, ἢ ὑπὸ

φαρμα-

φαρμακείης τε, καὶ πυρίης πολλῆς, οὐ δύνανται φέρειν τὴν γονὴν πρὶν ἢ ἐθάδες γένωνται καὶ ἰσχύσωσιν. γνωστὸν δὲ τισι δή ἐστιν ὧδε. ὁκόταν ἀπίῃ ἡ γονὴ, ἄπεισι δὲ δευτεραίη ἢ καὶ τριταίη, ἢ ἔτι ὀψιαιτέρω, ἀπέρχεται δὲ παχέα τε καὶ ξυνεστῶτα οἷα βλέννα, ἢν μὴ κακόν τι ᾖ, καὶ διὰ νόσον ἑτέρην ὑστερέων, ἡ γονὴ ἀπαλλάσσηται. ὅταν οὖν τοιαῦτα φανῇ, θεραπεύειν μὲν ἀπόχρη ὑστερέων· τοῦ δὲ ἄλλου σώματος ἐπιμελείην ἔχειν, ὡς καὶ εὐεξίη τοιαύτη ἔσται ἡ, ὡς ξυνεσταλμένον τε ἅμα τὸ σῶμα εἶναι καὶ εὔογκον. λουτροῖσι ὀλίγοισιν, πλείοσι δὲ δριμέων καὶ ἁλμυρῶν εἴργεσθαι. ἐμέτοισι χρῆσθαι πρὸ τῶν ἡμερέων ἐν ᾗσι μεμάθηκε τὰ ἐπιμήνια γίνεσθαι. καὶ αὖθις λιμοκτονέεσθαι. καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτελεῖν, ὅσα εἴρηται. αὕτη μὲν θεραπείη ἀμφὶ τῶνδε. ὁκόσῃσι δὲ ὅταν ξυγγένωνται αὐτίκα διαφορέει τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ταύτῃσι τὸ στόμα τῶν ὑστερέων πρόφασις. θεραπεύειν δὲ δεῖ οὕτως. ἢν μὲν σφόδρα μεμυκὸς ᾖ, ἀναστομῶσαι τοῖσι δᾳδίοισι, καὶ τοῖσι μολιβδίοισι. πυρίην δὲ μαλθακὴν πυριῆν, τῇ ἐκ τοῦ μαράθου. καὶ καθαίρειν προσθέτοισιν οἷα λεπτύνει τὰς ὑστέρας, καὶ ἐς ὀρθὸν καθίστησι. μετὰ δὲ τὰς καθάρσιας τε καὶ πυρίας κλύζειν τοῖσδε ὅσα ἐναντία τῇ προφάσει. ὁκόσῃσι δὲ τὸ στόμα ἀπεστραμμένον ἐστὶν ἐν προσπεπτωκὸς πρὸς τὸ ἰσχίον. γίνεται γὰρ καὶ τοιαῦτα διακωλύοντα τὴν ὑστέρην τὴν γονὴν προσδέχεσθαι. ὅταν οὖν τι τοιοῦτον ξυμβῇ, πυριῆν χρὴ τοῖσι εὐώδεσι πυριήσι. μετὰ δὲ τὴν πυρίην προσμάσσοντα ἀτρέμα τῷ δακτύλῳ ἀποσπᾶν τοῦ ἰσχίου. ὅταν δὲ ἀποστήσῃ, ἐξορθοῦν τοῖσι δᾳδίοισι, καὶ τοῖσι μολιβδίοισι κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον. ὅταν δὲ ἐξορθωμέναι τε, καὶ ἀνεστομωμέναι γίνωνται, προσθέτοισι μαλακοῖσι καθαίρειν, καὶ τὰ ἄλλα ποιέειν, κατὰ τὸν ὑφηγημένον λόγον. ὅταν ἀνεστομωμέναι μᾶλλον τοῦ δέοντος αἱ ὑστέραι ἔωσι, καθαρσίων δέονται. μετὰ δὲ τὰς καθάρσιας, κλυσμῶν ἀξιοῦσι καὶ θυμιημάτων. ἢν δὲ ἐγγυτέρω ἔωσι τοῦ δέοντος, ἐμέτων δέονται αἱ ὑστέραι, καὶ πυρίης δυσωδέος, μέχρις ὅτου ἐς χώρην ἔλθωσι. τῇ διαίτῃ δὲ τῇ ὑφηγημένῃ χρῆσθαι. ἢν δὲ τὸ στόμα πιμελῶδες ᾖ καὶ παχὺ, καὶ διὰ τοῦτο μὴ κυΐσκηται, νάπυ ἑφθὸν ἐσθίειν νῆστιν. καὶ ἄκρητον ἐπιπίνειν. προσθέτον δὲ νίτρον ἐρυθρὸν, καὶ κύμινον, καὶ ῥητίνην. ἄριστον δὲ οἴνῳ νίτρον ξυμμίσγειν καὶ ῥητίνην, ἅμα καὶ κυμίνῳ, καὶ μύρῳ λευκῷ. ἢ ἐλάφου κέρας καῦσαι καὶ μίξαι ὠμήλυσιν διπλῆν ἐν οἴνῳ. ἢν δὲ μὴ ῥαΐζῃ, πράσα ἑψεῖν, καὶ ἀμφικαθίζεσθαι. ἢ φηγὸν τρίψασα προστιθέσθω. σκόροδά τε τρωγέτω νέα ὠμά, καὶ μελίκρητον ἐπιπίνουσα, ἐμεέτω. ὁκόσῃσι δὲ ἐμμένει, καὶ σήπεται, καὶ ὄχλον ποιέει, ἀνδράφαξιος ἀγρίης καρπὸν, ἢ χυλὸν ξὺν μέλιτι, ἢ ξὺν κυμίνῳ ἐκλεικτὸν διδόναι. ὅταν δὲ δυσώδεα μὲν εἴη, οὐ κυΐσκεται. ἀνδράχνην οὖν καὶ χηνὸς ἔλαιον μίσγειν καὶ προστιθέναι. ὁκόσῃσι δὲ ἑκταῖα καὶ ἑβδομαῖα τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς κατασηπόμενα χωρέει, ταύτῃσι εἰκὸς γίνεσθαι ὑπ' ἀμφοῖν ἢ ἐπιρροὴ χολῆς καὶ ἅλμης, θεραπεύειν χρὴ ὧδε. ἐλλεβόρῳ ἢ σκαμμωνίῃ καὶ πεπλίῳ. καθαίρουσι γὰρ ταῦτα ἄνω τε, καὶ κάτω φλέγμα, καὶ χολὴν, καὶ φῦσαν ἄγει. πρὸ δὲ τῆς καθάρσιος τῇσι πυρίῃσι χρῆσθαι ἐκ τῶν θυμιημάτων. ὅταν δὲ πυριήσῃς, καθαίρειν προσθέτοισι, τὸν αὐτὸν τρόπον ὡς ἐν τοῖσι πρόσθεν. καὶ μετὰ τὰ προσθέτα καὶ καθάρσιας, τοῖσι μαλθακτηρίοισι χρέο. καὶ τὸ ἐκ τῆς λινοζώστιος πρόσθετον.

medicamentum, aut fotum, non priùs genituram ferre queunt, quàm in conſuetudinem venerint aut robur acquiſierint. Quod quibuſdam hoc modo cognoſcitur. Cũ mulieri genitura exciderit, quod fit poſtero die, aut tertio, aut etiã tardiùs, craſſa & velut mucus coacta exeunt, niſi vitiũ aliquod ſubſit, aut propter alium vteri morbum genitura dimittatur. Cùm igitur talia viſa fuerint, vteros quidem curare non ſatis eſt; ſed reliqui corporis cura habenda eſt, quò ei laudabilis huiuſmodi habitus comparetur, vt corpus ſit cõpactum & iuſta mole præditum. Balneis paucis, ſed multis & leuib. laborib. vtatur, ab acribus & ſalſis arceatur. Vomitionib. vtatur ante dies quibus menſes fieri cõſueuerunt, & rurſus omnimodam abſtinentiã adhibeat, ac reliqua quæ cõmemorata ſunt perficiat. Ea quidem his curatio conuenit. At quib. ſtatim à viri complexu effluunt quæ à viro immiſſa ſunt, his vterorum oſculũ in cauſa eſt. Cui ad hunc modũ curatio adhiberi debet. Si quidẽ admodum cõniueat, fiſtulis tædaceis aut plumbeis aperiendũ, mollis quoq; fotus ex fœniculo admouendus. Per ſubdititia etiam medicamenta purgandum, quæ vteros attenuent, & directos conſtituant. Poſt purgationes autẽ & fotus, infundenda quæ cauſam oppugnent. Quibus verò os detortum, in coxendicem prolapſum eſt (eiuſmodi enim quędam cõtingunt quæ vterum impediũt quò minus genitură ſuſcipiat) cum igitur tale quippiã cõtigerit, fotus ex odoratis admouendus. Poſt fotum autem immiſſo digito leniter contrectata muliere à coxa auellendum. Quod cùm abductum fuerit tædaceis & plumbeis fiſtulis, iuxta prædictam rationẽ dirigendum. Cùm autem directi & aperti fuerint vteri, per emollientia ſubdititia medicamenta repurgandi, reliquaq; iuxta præſcriptũ modum facienda. Cùm vteri plus æquo aperti fuerint, purgatione indigent. Poſt purgationes autem operæpretium eſt collutiones & ſuffitus ex aromatis adhibere. Si verò propiùs acceſſerit quàm cõueniat, vomitionibus & ſuffitib. ex rebus graueolentibus indigent, quoad in ſuum locũ redeant. Præſcripta quoq; victus ratione vtẽdũ: At ſi oſculũ præpingue ſit & craſſũ, eamq; ob cauſam non concipit, ſinapi coctũ ieiuna edat, & vinum merum ſuperbibat. Nitrum etiam rubrum in ſubdititio medicamento apponat, cum cumino & reſina. Præſtiterit autem nitrum vino diluere, vnà cum reſina, cumino, & vnguento albo. Aut cornu cerui vſtum, & hordeaceæ farinæ crudæ duplum cum vino admiſceto. Quod ſi his non leuetur, porris decoctis inſideat, aut fagum contritam in ſubdititio apponat, & allia recentia comedat, & aqua mulſa ſuperbibita vomat. Quibus autem genitura in vtero immoratur, ibiq; putreſcit, & moleſtiã excitat, atriplicis agreſtis ſemen, vel ſuccum cum melle vel cumino delingendum dato. Cùm verò grauis odoris fuerint, non concipit. Portulacam igitur cum anſerino adipe permiſceto, & in ſubdititio apponito. At quibus quę à viro immiſſa ſunt, ſexto vel ſeptimo die putrefacta effluunt, his ab vtriſque contingere eſt vero ſimile. Si humor bilioſus & ſalſuginoſus affluat, ad hunc modum curationem, per veratrum aut ſcammonium, aut peplium adhibere oportet. Hæc enim tum ſurſum, tum deorſum pituitã bilemq; purgant, flatuſq; deducunt. Ante purgationes tamen fotibus ex odoratis vtendũ, & poſt fotus per ſubdititia purgato, eodem quo in ſuperioribus modo. At poſt ſubdititia & purgationes emollientibus vtitor, & in ſubdititio mercurialem

artemiſiam herbam, & anemonem, veratrumq; album aut nigrum, apponito. Atq; hæc quidem per medicamenta curatio his hoc modo conuenit. Victus verò rationem habita totius corporis muliebris ratione, ad id accommodato, ſiue illa ſiccior, ſiue carnoſior videatur. Quæ quidem ſi aridior fuerit, pluribus balneis, opſoniis omnibus elixis, tum marinis, tum carnibus, vino etiam aquoſo, oleribus coctis, & pinguibus quibuſq; ac dulcibus vtatur. Hæc enim ferè humiditatem tum reliquo corpori, tum vteris conciliant. Sin verò humidior fuerit, ſic affecti vteri horum nullo indigent, ſed contra, neq; hæc attrectare, neq; recenter lauare, neq; ſuffitum adhibere oportet, cùm hæc quidem periculum creare ſoleant. Et ſi humidiores quàm eorum naturæ conueniat extiterint, ſiccare ſanè & ſuffitum admouere oportebit. Quòd ſi bilioſa ad eos confluant, medicamentũ quod bilem purget exhibendum. Sin autem ſalſuginoſa, lac aſininum, & vinum, aliaq; præſidia. Oportet autem conſideratis morborum viribus, & explicatis vt decet cauſis, ex quibus morbi oriuntur, ad reliqua hac via procedere, & eorum quæ ſunt in locis curationem iuſtituere. Et quæ quidem oſculorum nimis patentium cauſa à conceptu prohibentur, in his oſcula rectè apparare oportet, vt probè ſint explicata. Cùm verò nimia humiditatis copia prohibuerit, in hanc intentum eſſe oportet, vt ne impediat, mulierũ rebus omnibus diligenter expenſis, ſiue quid ex toto corpore agitari videatur, ſiue ex ipſis vteris, ſiue ab vtriſque. Vteris autem ea cura adhibenda, vt neque humidi ſint, neq; admodum exareſcant. Sed ſicciores quidem, eo copioſiorem ſuccum bonum habeãt quo aridiores exiſtunt, vt per eiuſmodi humorem pingues potiùs quàm macilenti euadant. Humore verò nimis redundantes & madidi, eatenus ſiccandi, vt aliquis humor relinquatur quo perfundantur, neq; nimis reſiccentur cùm nimirum nimia horum exuperantia valdè vitanda ſit. Concipiendi autem facultatem habet ea quæ neq; humiditate redundat, neq; etiam exareſcit, niſi horum aliquid ex priſca natura inſit. Ad virum autem eam accedere oportet, curatione recepta, deſinentibus aut incipientibus menſibus, præſtiterit tamen etiam vbi deſierint. Atq; his potiſſimùm diebus faciendum eſt periculum an concipere poſſit, cùm ſint ij maximè opportuni. Quòd ſi non ſtatim concipiat, cætera belle habeant, nihil vetat quominus aliis etiam diebus cum viro cõgrediatur. Hæc enim exercitatio propenſiores quodammodo ad id eas facit, venulæq; laxiores fiunt. Ac ſi quæ à viro prodeunt vnà cum eo quod à muliere emittitur rectà concurrerint, citiùs concipit. Hæc enim ea cauſa eſt, quibus vel ſtatim, vel longo poſt tempore genitura effluit. Ac de iis quidem hæc dicta ſint. Si verò humidius vterorum os fuerit, attrahere geniturã non poſſunt Subter autem appoſitis acrib. vtendũ. Compunctus enim & incenſus ſtomachus, interdum firmus redditur, quadam verò ex parte cum eo cognationem habet. Quòd ſi in callum obduruerint, præſtiterit acria in ſubditicio apponere. Mordent enim quæ tenuia ſunt & ignea, & callum liquant. At ſi callus emollitus fuerit, emollientibus curato, quæ minimè mordeant. Quòd ſi ex longo interuallo nõ cõcipiat non apparentib. menſibus, tertio aut quarto die alumen tenuiter tritũ, vnguento dilutum, vellere exceptũ ſubdito, quod per triduum contineat. Quarto verò die fel bubulum aridum, oleo ferueſactum,

καὶ ἀρτεμισίης ποίης, καὶ ἀνεμώνης, καὶ ἐλλεβόρου λευκοῦ ἢ μέλανος. τὰ μὲν τῶν φαρμακειῶν ταύτῃσιν, ὧδε χρή. τὴν δὲ δίαιταν ἀποσκεπτόμενον τῆς ἀνθρώπου, ἐς τὸ ὅλον σῶμα ποιέειν, ἤν τε αὐχμηροτέρη δοκέῃ εἶναι ἤν τε σαρκωδεστέρη. κἢν μὲν αὐχμηροτέρη, λουτροῖσι πλείοσι, καὶ ἑφθοῖσι πᾶσι τοῖς ὄψοισιν, εἴτε θαλασσίοισιν, εἴτε κρέασιν. οἴνῳ δὲ ὑδαρεῖ. λαχάνοισί τε ἑφθοῖσι καὶ λιπαροῖσι πᾶσι καὶ γλυκέσι. ταῦτα γὰρ ὡς ἐπιτοπουλὺ ποιέει ὑγρηδόνα εἶναι, καὶ ἐν τῷ ἄλλῳ σώματι, καὶ ἐν τῇσιν ὑστέρῃσιν. ἢν δὲ ὑγροτέρη ᾖ, δέονται αἱ τοιαῦται ὑστέραι τούτων οὐδὲν, ἀλλὰ τἀναντία. οὐ χρὴ ψαύεσθαι, οὐδὲ κλύζεσθαι νεοχμῶς, οὐδὲ θυμιῆσθαι. πρὸς γὰρ τὸ κινδυνευόμενον φιλέει ἰέναι. καὶ ἢν ἐξυγρανθῶσι μᾶλλον τῆς φύσιος, χρὴ δὴ ξηραίνειν καὶ θυμιῆν. ἢν δὲ χολώδεα ἴῃ ἐπὶ σφέας, ὅ,τι χολὴν καθαίρει, διδόναι. ἢν δὲ ἁλμυρώδεα, γάλα ὄνειον, καὶ οἶνον. καὶ τ' ἄλλα ἀλεξιτήρια. χρὴ δὲ σκεψάμενον τῶν νοσημάτων τὰς δυνάμιας, καὶ ὑφηγεύμενον τὰς προφάσιας ὡς χρὴ ἐξ ὧν αἱ νοῦσοι γίνονται, ἐπὶ τὰ ἄλλα ἰέναι ὧδε, καὶ τὰ ἀμφὶ τὰ χωρία ἰῆσθαι, ὅσαι μὲν διὰ τῶν στομάτων προφασίων τὴν αἰτίην κωλύονται μὴ ἴσχειν ἐν γαστρὶ, τούτων εὐτρεπίζειν τὰ στόματα, [94] ὡς εὐκρινέα ᾖ. ὁκόταν δὲ ἡ ὑγρηδὼν εἴργῃ, ταύτην ἐσορᾷν ὡς μὴ διακωλύῃ. σκεπτόμενον ἐς ὅλα τὰ πρήγματα τὰ τῶν γυναικῶν, ἤν τε ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος δοκέῃ τι κινέεσθαι, ἤν τε ἀπ' αὐτέων τῶν ὑστερέων, ἤν τε ἀπ' ἀμφοῖν. τὰς δὲ ὑστέρας ὧδε μελεδαίνειν, ὅκως μήτε ὑγραὶ ἔωσι, μήτε λίην αὐαίνονται. ἀλλὰ τὰς μὲν ξηροτέρας εὐχύλως ὅσῳ καὶ αὐχμηρότεραί εἰσι τοσαύτῃ ἰκμάδι, ὡς πιαλέαι μᾶλλον ἔσονται, ἢ ἰσχναλέαι. τὰς δὲ ἐξυγρασμένας καὶ διαβρόχους, ξηραίνειν ὑπολειπόμενον ἐν ἰκμάσιν εἶναι, καὶ μὴ λίην ἀποξηρανθῆναι. αἱ γὰρ ὑπερβολαὶ τουτέων [95] πάνυ φαντίαι. λαμβάνει δὲ ἐν γαστρὶ, ὅτε τὴν ὑγρηδόνα ἔχει, ἀτὰρ οὐδὲ τὸ ἀναγναίνειν, ἢν μὴ ᾖ ἐν τῇ ἀρχαίῃ φύσει τουτέων τι. ἰέναι δὲ χρὴ παρὰ τὸν ἄνδρα [96] ὅταν τὰ ὑπὸ τῆς θεραπείης ἔχῃ, ληγόντων ἢ ἀρχομένων τῶν ἐπιμηνίων. ἄριστον δὲ καὶ ἐπὴν παύσωνται. μάλιστα δὲ ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσι πειρῆσθαι, ἢν δύνηται κυΐσκεσθαι, αὗται γὰρ κυεμόνεται. ἢν δὲ μὴ αὐτίκα ξυλλάβῃ, τ' ἄλλα δὲ καλῶς ἔχῃ, οὐδὲν τὸ κωλῦον ἐν τῇσιν ἄλλῃσι τῶν ἡμερέων ξυνιέναι ἀνδρί. προθυμίην γὰρ σφίσι ποιέει ἡ μελέτη, καὶ ἀναχαλᾶται τὰ φλέβια. καὶ ἢν τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀπιόντα ὁμορροθῇ κατ' ἰθὺ τῷ ἀπὸ τῆς γυναικὸς, ταχύτερον κυΐσκει. καὶ γὰρ τόδε αἴτιον ἐστὶν, ᾗσιν ἤν τε αὐτίκα, ἤν τε ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ ἀπίῃ. ταῦτα μὲν ἀμφὶ τούτων λέλεκται. ἢν δὲ ὑγρότερον ᾖ τὸ στόμα τῶν ὑστερέων, οὐ δύνανται εἰρύσαι τὸν γόνον. προστιθέμενοισι δὲ χρέεσθαι δριμέσι. δηχθεὶς γὰρ καὶ φλεγμήνας ὁ στόμαχος στερρὸς ἐστὶν ὅτε γίνεται. [97] ἔστι δὲ ᾗ ἠδέλφισται. [98] καὶ ἢν σκιρωθῶσιν, ἄμεινον τὰ δριμέα τε προστιθέναι [99] ἀδάξονται. τὰ γὰρ λεπτὰ καὶ πυρώδεα ἐόντα, τὸν σκίρρον διαχέει. ἢν δὲ λαπαχθῇ ὁ σκίρος, μαλθακοῖσιν ἰῆσθαι, καὶ ὅ,τι μὴ δάξῃ. [100] ἢν δὲ διὰ πολλοῦ μὴ κυΐσκηται τῶν καταμηνίων μὴ φαινομένων, ὅταν ἢ τριταίη, ἢ τεταρταίη, στυπτηρίην λείην τρίψας δεὶς μύρῳ, εἰρίῳ ἀναστοιβάζων προσθέσθω, καὶ ἐχέτω ἡμέρας τρεῖς. τῇ δὲ τετάρτῃ, χολὴν βοὸς αὔην ἐν ἐλαίῳ ἀναζέσας.

καὶ

καὶ ἄχνην ἀναδεύσας, προσθέσθω. καὶ ἐχέτω ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἐξελέσθω, καὶ παρ᾽ ἀνδρὶ ξυνίτω. [101] ἢν γονὴν μὴ δέχηται ἡ γυνὴ τῶν γυναικείων κατὰ φύσιν ἐρχομένων, ἡ μήνιγξ ἐπιπροσθέν ἐστι· τοῦτο δὲ καὶ ἐξ ἄλλων. [102] γνώσῃ δὲ τῷ δακτύλῳ ἀφῇ τοῦ προβλήματος. πρόσθεμα δὲ ποιέειν, ῥητίνην, καὶ ἄνθος χαλκοῦ, [103] ἐν μέλιτι εἰς ὀθόνιον ἀρδαλώσας, πρόσθες ῥάμμα ἐκδήσας ἐκ τοῦ ἄκρου ὡς ἐσωτάτω. ὅταν δὲ ἐξελκύσῃς, τῇ μυρσίνῃ ἐν οἴνῳ ἀφεψῶν τῷ οἴνῳ χλιαρῷ διανιζέσθω. [104] περιελεῖν δὲ τὸν χιτῶνα ἄμεινον. εἰσὶ δὲ γυναῖκες αἵτινες λαμβάνουσι μὲν ῥηϊδίως ἐν γαστρί, ἐξενεγκεῖν δὲ οὐ δύνανται, ἀλλὰ σφέων τὰ παιδία διαφθείρονται ἢ ἅμα τῷ τρίτῳ μηνὶ ἢ τῷ τετάρτῳ, οὐδὲ μιῆς αἰτίης ἐπιγενομένης, οὐδὲ βορῆς ἀνεπιτηδείου. [105] καὶ τοῦτο ἐστιν αἴτιον τὸ εἰρημένον. καὶ μάλιστα ἐπὴν ὑποδαμάσωσι τῆς αὐξήσιος τοῦ ἐμβρύου αἱ μῆτραι, ἢ ἡ κοιλίη σφιν ταράσσηται, ἀσθένεια καὶ πυρετὸς σφοδρὸς καὶ ἀσιτίη ἐμπίπτει τῷ χρόνῳ τούτῳ, ἐν ᾧ τὰ παιδία φθείρουσιν. ἔστι δὲ καὶ τόδε αἴτιον. ἢν αἱ μῆτραι ἔωσι λεῖαι φύσει, ἢ ἑλκέων ἐν αὐτῇσιν ἐγγενομένων. ἢν γὰρ λεῖαι ἔωσιν, ἔστιν ὅτε περιέχοντες αὐτῶν ὑμένες ἧσσον ἢ ὡς δεῖ ἐχόμενοί εἰσιν, [106] ἢ τῶν μητρέων ὀλίγον ἰσχουσέων. εἰδείη δ᾽ ἄν τις τούτων ἕκαστα, εἰ ἐρωτῴη ἀτρεκέως ταῦτα. [107] περὶ δὲ τῆς λειότητος εἰ ἑτέρη γυνὴ ψαύσειε τῶν μητρέων κενεῶν ἐουσέων, [108] οὐ γὰρ ἁρμόζει, δῆλον γίνεται. ἢν δὲ ἴωσι τὰ καταμήνια ταύτῃσιν, ἀλέα ἔρχεται, ἔστιν αὐτέων ᾗσι γίνεται, ὥστε ἐκφέρειν τὰ ἔμβρυα. μελεδαινομένῃ δὲ ἐλπίδες ἔσται τόκου. ἀμφὶ δὲ τῶνδε, ὧδε ἔχει. [109] Ἢν γυναῖκα μὴ δυναμένην, τεκνέατην ἐθέλῃς ὑγιέα θεῖναι, χρὴ τοῖσιν ἐπιμηνίοισι σκέψασθαι, ἤν τε φλεγματώδεα, ἤν τε χολώδεα ᾖ. γνώσῃ δὲ τῷδε. ψάμμον ὑποβαλὼν λεπτὴν καὶ ξηρὴν, ὅταν τὰ ἐπιμήνια γίνηται, ἐν τῷ ἡλίῳ ἐπιχέαι τοῦ αἵματος, [110] καὶ ἐᾷν ξηρανθῆναι. καὶ ἢν μὲν χολῶδες ᾖ, ἐν τῇ ψάμμῳ ξηραινόμενον τὸ αἷμα χλωρὸν ἔσται. ἢν δὲ φλεγματῶδες ᾖ, οἷον μύξαι. τούτων ὁκότερον ἂν ᾖ, καθῆραι τὴν κοιλίην, ἤν τε ἄνω δέῃ, ἤν τε κάτω. ἔπειτα τὰς ὑστέρας καθαίρειν. ἢν δὲ θέλῃς ξυλλαβεῖν, τοῦ κισσοῦ ἑπτὰ κόκκους [111] ἢ τῶν φύλλων κατὰ μῆνα πίνειν, ἐν οἴνῳ παλαιῷ παυομένων τῶν ἐπιμηνίων, [112] ἑψήσας καὶ σίδιον ἐν οἴνῳ εὐώδει ἀκρήτῳ. καὶ βάλανον ἐκ τούτου ποιήσας, προσθεῖναι ἔς τε μεσημβρίην, ἢ στυπτηρίην αἰγυπτίην τρίψας λείην, εἰς εἴριον ἐνδήσας προστιθέσθαι. ἅμα δ᾽ ἥλιος δύνῃ, εἶτα ἀφελκυσθείη, διανιζέσθω οἴνῳ εὐώδει. ποιέειν δὲ ταῦτα, παυομένων ἐπιμηνίων. ἔχει δὲ καὶ τάδε, οὕτως. Ἐπὴν ἀποκαθαρθῶσιν αἱ γυναῖκες, μάλιστα ἐν γαστρὶ λαμβάνουσιν, [113] ἱμερωθῶσι, καὶ ὁ γόνος ἐπιρρώννυται, ἢν μίσγωνται ὅτε χρή, καὶ ὁ τοῦ ἀνδρὸς ῥηϊδίως μίσγηται. [114] καὶ ἢν ἐπικρατήσῃ τῷδε ἀδελφίζεται. τότε γὰρ μάλιστα τὸ στόμα τῶν μητρέων κέχηνε, [115] καὶ τετονωμένος ἐστὶ καὶ μετὰ τὰς καθάρσιας, καὶ αἱ φλέβες τὴν γονὴν σπῶσιν. ἐν δὲ τῷ πρὸ τοῦ χρόνῳ, τό τε στόμα τῶν μητρέων μέμυκε, καὶ μᾶλλον αἱ φλέβες πλεῖαι αἵματος ἐοῦσαι, οὐχ ὁμοίως σπῶσι τὴν γονήν. [116] ἢν δὲ γόνος ἀπορρέῃ διηνεκέως, καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρὶ ξυμμίσγεσθαι φιλῇ, καὶ ξυνεοῦσα οὐ κυΐσκεται, [117] καὶ ἢν ὀσφὺς καὶ τὰ ἰσχία πόνους παρέχωσι, καὶ μὴ πῦρ ἔχῃ βληχρὸν, καὶ ἀδυναμίη καὶ ἀψυχίη ἐπιλήψηται, καὶ ἔστιν ὅτε αἱ ὑστέραι ἐν τῇ σφέων αὐτέων μὴ εἰσὶν ἕδρῃ.

eóque tenuem lanuginem imbutam in ſubdititio apponito, quod etiam triduo contineat, quo poſtridie exempto, cum viro congrediatur. Si mulier genituram non recipiat, menſibus ſecundùm naturam euntibus, membrana prætenditur, quòd etiam ex aliis cauſis contingit. Id autem cognoſces, cum digito quod obtenditur contigeris. Subditititium medicamentum confectum ex reſina & æris flore cum melle, eoq; linteolum infectum, quàm maximè intrò apponito, eius extremo filo alligato. Quod cùm eduxeris, tepido vino in quo myrtus decocta ſit mulier abluatur. Præſtiterit autem membranam vndiquáque abſcindere. At verò nonnullæ mulieres facilè concipiunt, fœtus tamen proferre nequeunt, ſed ſtatim ſub tertium aut quartum menſem perduntur, nulla cauſa, neque cibo minimè idoneo accedente. Eiuſque rei prædicta cauſa eſt, idque maximè vbi vteri incrementum fœtui ſubduxerunt, aut ipſis aluus vehementer conturbatur. Eoque tempore quo fœtus perdunt, imbecillitas, febris vehemens, cibique faſtidium accedit. Ad id hæc quoque cauſa accedit, ſi vteri aut à natura, aut ex vlceribus in his ſubortis lubrici fuerint. Si nanque vteri læuore correpti fuerint, interdum fœtum continentes membranæ, minùs quàm conueniat adhæreſcunt, condenſatis nimirum vteris. Quæ ſingula is agnoſcat, qui in hæc ſedulò inquirat. De læuore autem conſtabit, ſi mulier alia (neque enim aliàs deceat) vteros dum vacui ſunt contrectarit. Quod ſi iis menſes eunt, confertim feruntur. Quibuſdam etiam contingit vt fœtus maturos ferant. Diligens verò adhibita cura, ſperabilem partionem facit. Ac de his ſic quidem ſe res habet. Si mulierem, quæ antea non poterat, puerperam fieri voles, menſes ſpectandi, an pituitoſi ſint, an verò bilioſi. Inde autem noſces. Arena tenui & ſicca dum menſes feruntur ſuppoſita, in ſole ſanguinis aliquid infundito, & ſiccari permittito. Quòd ſi quidem bilioſa fuerit, ſiccatus in arena ſanguis pallidus erit, ſi verò pituitoſa, ad inſtar muci. Horum quodcunq; fuerit ventrem purgato, ſiue ſurſum opus erit, ſiue deorſum, poſtea vteros purgato. Si verò voles vt concipiat, hederæ grana ſeptem, aut foliorum ſuccum ſingulis menſibus deſinentibus menſtruis, ex vino veteri potui exhibeto. Ex malicorio etiam in vino odorato meraco cocto glandem efformatam, ad meridiem vſque ſubdito, aut alumen Ægyptium tenuiter tritum in vellere ligatum ſupponito. Quo deinde ſimul vt ſol occiderit detracto vino odorato eluatur. Hæc autem ceſſantibus menſibus facienda. Sed & hæc ſic ſe res habet. Vbi repurgatæ mulieres fuerint, tum potiſſimùm concipiunt, viri congreſſu potitæ, & genitura robur acquirit ſi tempeſtiuè liberis operam dederint, virique ſemen facilè commiſcetur, & ſi temperationem acceperit, cum eo germanam init ſocietatem. Tunc enim maximè vterorum os apertum eſt, & diſtentio quædam etiam poſt purgationes manet, venæque genituram attrahunt. At contrà priùs tum os vterorum conniuet, tum ſanguinis copia magis refertæ venæ, genituram non æquè trahunt. Quòd ſi genituræ continuo curſu defluat, neque mulier viri complexum appetit, neque eo potita concipit, lumborum & coxendicum dolore vexatur, eamque febris lenta detinet, viriúmque debilitas & animi deliquium accedit, interdúmque vteri ſuâ ſede non manent.

Si igitur præ copia effluat, eam miſſam facere optimum. Si verò vterus laxetur, in victus ratione alica vtatur, carne ſuilla, aut palumbo, aut vino nigro. Potionibus autem his quæ aduerſus muliebre profluuium paulò poſt deſcribentur. Nunc verò de prægnantium morbis dicendum. Mea ſententia, ſi mulieri fœtum duorum aut trium menſium, aut grandiorem vtero gerenti, menſes confeſtim ſingulis menſibus prodeant, ea vt tum extenuetur, tum debilis reddatur neceſſe eſt. Interdum etiam quandiu menſes prodeunt, febris corripit, cúmque fluunt, & vbi effluxerint ex virore pallеſcit, quantumuis parcè fluant. His vteri plus æquo dehiſcunt, & fœtus incrementum effluere ſinunt. Vbi enim mulier vterum gerit, ſenſim à toto corpore ſanguis in vteros defertur, & velut in orbem id quod in vteris eſt circumſiſtens, ipſum auget. Si autem vteri plus æquo dehiſcunt, ſanguinem ſingulis menſibus, ſicut prodire conſueuit, effluere ſinunt, & quod in vteris continetur tenue & debile euadit. Verùm ſi diligens cura adhibetur, tum mulier, tum fœtus meliùs habet. Si verò nulla adhibeatur, fœtus corrumpitur. Quinetiam ipſa in periculum venit ne diuturno morbo teneatur, ſi ei longior quàm conueniat purgatio prodeat. Sed & poſt corruptionem periculum etiam imminet, vteris nimirum magis apertis. Si verò mulieri vtero gerenti caput pituita redundarit, pituita acris in ventrem fertur, & ex capite in ventrem cum impetu decidit, eámque febris leuis inuadit, quibuſdam etiam palpitationes quæ aliquantulum exoluuntur, vbi increſcunt graues ſunt. Quòd ſi appetentiæ deiectio & imbecillitas detineat, periculum eſt ne breui fœtus corrumpatur, ipſáque niſi ſedulò curetur in periculum vitæ veniet: vbi autem euaſerit, nimirum cùm aluus ſit fluida, eam confeſtim comprimere oportet. Multa quoque ſunt alia ex quibus fœtui corruptionis periculum impendet. Si enim quæ vtero gerit ægrotarit, inualida ſit, & onus vi ſuſtulerit, aut plagam acceperit, aut ſaltarit, aut inedia laborarit, aut animo defecerit, ſi copioſius aut parcius alimentum ſumpſerit, aut metu correpta & cõſternato animo fuerit, aut vociferetur, aut intemperanter viuat. Eſt enim cibus & potus copioſior corruptionis cauſa. Quin & ipſi vteri ita ſunt à natura comparati vt abortionem faciant, ſi flatulenti, denſi, magni, parui extiterint, aliiſq; ſimilibus affectionibus laborarint. Si mulier quæ vterum geſtat, ventris aut lumborum dolore conflictetur; metus eſt ne ruptis membranis fœtum quem vndiq; cingunt, abortione eiciat. Sunt autem quæ ſi acre quiddam aut amarũ præter cõſuetudinem ediderint aut biberint, fœtus perdunt, cùm adhuc tenellus puellus intus exiſtat. Si quid enim puero præter conſuetudinem contingat, idq; ſi paruulus adhuc fuerit, moritur. Et ſi (quemadmodum diximus) eiuſmodi ederit aut biberit mulier, ex quo tenello adhuc puerulo, ventrem ei exturbari neceſſe ſit. Fluentis enim alui moleſtiam vteri ſentiunt. Quòd ſi mulier plus æquo laborarit, eiq; venter coarctetur aut dilatetur, ſic quoq; fœtus perit, cùm nimirum ex nimio labore incaleſcat, & à ventre comprimatur. Plærunq; enim cùm admodum ſunt exigui, inualidi exiſtunt. Quin & grandiuſculi fœtus etiam corrumpuntur, vt proinde mulieres mirari non debeant, ſi nolentes fœtum corrumpant. Summa enim cura prouidẽtiaq; opus eſt, vt in vteris fœtũ perferant & enutriant, eoq; in partu liberentur.

ἢν μὲν οὖν ὑπὸ πλησμονῆς ῥέῃ, ἐᾶν ἄριστον. ἢν δὲ ὑστέρη χαλάσῃ, δίαιτα χόνδρος, κρέας ὕειον, ἢ φάσσης, ἢ οἶνος μέλας. πόματα δὲ ἃ ἐς τὸν ῥόον γεγράψεται. Νῦν δὲ ἐρέω ἀμφὶ νουσημάτων τῶν ἐν γαστρὶ ἐχουσέων. Φημὶ τῇ γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ διμήνων ἢ τριμήνων καὶ πρεσβυτέρῳ, [118] ἢν τὰ ἐπιμήνια παραχωρέῃ αὐτίκα κατὰ μῆνα ἕκαστον, ἀνάγκη λεπτήν τέ μιν γίνεσθαι, καὶ ἀσθενέα. ἔστι δὲ ὅτε καὶ πῦρ ἐπιλαμβάνει τὰς ἡμέρας ἕως ἂν χωρέῃ τὰ ἐπιμήνια. καὶ ἐπὴν χωρέῃ, καὶ μετὰ τὴν χώρησιν χλωρὴ γίνεται, καὶ χωρέῃ δὲ ὀλίγα. ταύτῃσι κεχήνασιν αἱ μῆτραι μᾶλλον τοῦ καιροῦ, [119] παραμεθιᾶσί τε τῆς αὔξης τὸ ἔμβρυον. κατέρχεται γὰρ ἐπὴν ἐν γαστρὶ ἔχῃ ἡ γυνὴ ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος αἷμα ἐπὶ τὰς μήτρας κατ᾽ ὀλίγον, καὶ περιϊστάμενον κύκλῳ περὶ τὸ ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐόν, αὔξει κεῖνο. ἢν δὲ χάνωσιν αἱ μῆτραι μᾶλλον τοῦ καιροῦ παραμεθιᾶσι τοῦ αἵματος κατὰ μῆνα, ὥσπερ εἴωθε χωρέειν. καὶ τὸ ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐὸν λεπτόν τε καὶ ἀσθενὲς γίνεται. [120] μελεδαινομένης δὲ τῆς γυναικός, ἄμεινον ἴσχει τό τε ἔμβρυον καὶ αὐτὴ ἡ γυνή. ἢν δὲ μὴ μελεδαίνηται, φθείρεται τὸ ἔμβρυον. κινδυνεύει δὲ καὶ αὐτή, τὸ νόσημα χρόνιον ἔχειν. ἢν γὰρ ἡ κάθαρσις πλέον τοῦ δέοντος χωρέῃ μετὰ τὴν διαφθορήν, οἷα τῶν μητρέων μᾶλλον ἐστομωμένων, καὶ κίνδυνος ἔσται. Ἢν δὲ γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἡ κεφαλὴ φλεγματώδης ᾖ, [121] καταβαίνει τὸ φλέγμα δριμὺ ἐς τὴν κοιλίην, [122] καὶ καταρρήσσει ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τὴν κοιλίην, καὶ πῦρ ἐπιλαμβάνει αὐτὴν βληχρόν, [123] καὶ παλμοὶ ἔστιν ᾗσιν ἀσθενέες ὑπεκλυόμενοι, ἔπειτα διδόντες ὀξέες. ἢν δὲ καὶ ἀσιτίην ἔχῃ καὶ ἀδυναμίην κίνδυνος ἐν τάχει φθαρῆναι τὸ ἔμβρυον. καὶ αὐτὴ [124] ἐν κινδύνῳ ἔσται ἀπενεχθῆναι, ἢν μὴ μελεδαίνηται, ἐπὴν δὲ ἀποφύγῃ ἅτε τῆς κοιλίης ὑγρῆς ἐούσης αὐτίκα δεῖ καταλαμβάνειν. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι εἰσὶ κίνδυνοι, ἐν οἷσι τὰ ἔμβρυα φθείρονται. καὶ γὰρ ἢν ἡ γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα νοσήσῃ, καὶ ἀσθενήσῃ, [125] καὶ ἄχθος βιήσηται, ἢ πληγῇ, ἢ πηδήσῃ, ἢ ἀσιτήσῃ, ἢ λειποθυμίη ἔχηται, ἢ πλέονα ἢ ὀλίγην τροφὴν λαμβάνῃ, ἢ δειδίσσηται. [126] καὶ πτύρηται, ἢ κεκράγῃ, ἢ ἀκρατίσῃ. καὶ γὰρ καὶ τροφὴ αἰτίη φθορῆς καὶ πόμα πουλύ. καὶ αὐταὶ δὲ μῆτραι ἔχουσι φύσιας ᾗσιν ἐξαμβλέεται· ὕσαι πνευματώδεες, πυκναί, μεγάλαι, μικραί, καὶ ἄλλα ὅσα ἔοικεν. Ἢν γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα, τὴν κοιλίην, ἢ τὴν ὀσφὺν πονέῃ, ὀρρωδέειν χρὴ τὸ ἔμβρυον ἀμβλῶσαι ῥαγέντων τῶν ὑμένων, οἳ αὐτὸ περιέχουσιν. εἰσὶ δὲ αἳ διαφθείρουσι τὰ ἔμβρυα, ἢν δριμύ τι ἢ πικρὸν φάγωσι παρὰ τὸ ἔθος ἢ πίωσι, νηπίου τοῦ παιδίου ἐόντος. ἢν γὰρ τῷ παιδίῳ παρὰ τὸ ἔθος τι γίνηται. [127] καὶ ἢν σμικρὸν ἐὸν ᾖ, ἀποθνήσκει. [128] καὶ ἢν τοιαῦτα φάγῃ ἢ πίῃ ὥσπερ εἴπομεν, ὥστε γὰρ ἀνάγκη ταραχθῆναι τὴν κοιλίην, νηπίου ἐόντος τοῦ παιδίου. ἐπαΐουσι γὰρ αἱ μῆτραι, τοῦ ῥεύματος χωρέοντος ἐκ τῆς κοιλίης. καὶ ἢν ταλαιπωρήσῃ ἡ γυνὴ πλέονα τοῦ καιροῦ, καὶ γὰρ ἡ κοιλίη εἰρχθῇ ἢ καὶ μεγάλη γένηται, ἀπογίνεται καὶ οὕτως τὸ παιδίον, οἷα θερμανθὲν ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίης, καὶ πιεζόμενον ὑπὸ τῆς κοιλίης. κάρτα γὰρ τὰ πολλὰ σμικρὰ ἐόντα, ἐστὶν ἄγγα. τὰ δὲ καὶ μεγάλα φθείρεται παιδία. ὥστε οὐ χρὴ θαυμάζειν τὰς γυναῖκας, [129] ὅτι διαφθείρουσιν ἀέκουσαι. φυλακῆς γὰρ καὶ ἐπιστήμης πολλῆς δεῖ, ἐς τὸ διενεγκεῖν, καὶ ἐκθρέψαι τὸ παιδίον ἐν τῇσι μήτρῃσι [130] καὶ ἀποφυγεῖν αὐτὸ ἐν τῷ τόκῳ.

Εἰ δὲ

Εἰ δὲ γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα τὸ σῶμα φλαύρως ἔχοι, καὶ εἴη χολώδης καὶ ἐπίπονος, καὶ πυρεταίνοι ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, καὶ τὸ στόμα ἐκπικράζοιτο, καὶ χλωρὴ γλῶσσα. ὄμματα ἰκτερώδεα. ὄνυχες χολώδεες. οὖρον δριμύ. ἄλλως τε καὶ εἰ πυρεταίνῃ, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ταῦτα ξυμβήσεται. ἐπὴν δὲ συμβῇ οἱ καὶ τὴν κάθαρσιν χολώδεα εἶναι, πᾶσα ἐλπὶς, καὶ τὰ παιδία ἀσθενέα ἔσεσθαι. ἢν χολώδεα ἀποπατέῃ, κάρτα δὲ γε τῶν, ῥηΐτερον διάξει. καὶ ἢν χολώδεα τὰ λοχεῖα ἢ μέλανα ᾖ, κάρτα καὶ ἐπὶ πολὺ λίπος ἐπιγίνεται, καὶ ἔρχεται κατ' ὀλίγον, καὶ οὐ ταχὺ πήγνυται. καὶ τὸν μὲν πρῶτον χρόνον ῥηΐτερον οἴσει, ἔπειτα χαλεπώτερον, καὶ ἐπικαθαίρεται ἐλάσσονα τοῦ δέοντος. ἢν γὰρ τὸ σῶμα φλαύρως ἔχῃ, καὶ τὰ λοχεῖα αὐτῇ ἐλάσσονα χωρήσει καὶ πονηρότερα. πείσεται δὲ ταῦτα πάντα, [110] καὶ ἢν τὰ καταμήνια χωρέηται χολώδεα, ἐλάσσονα δὲ χρόνον νοσήσει. καὶ κινδύνους ἐς τοὺς αὐτοὺς ἥξει ἡ νοῦσος. καὶ σημεῖα. καὶ μεταλλαγάς. [111] εἰ γὰρ ἔμετος ταύτῃσι χολώδης ἢ κατὰ τὴν κοιλίην κάθαρσις ἐπὶ ταύτῃ γίνεται. καὶ ἑλκοῦνται αἱ μῆτραι. φυλακῆς δὲ πολλῆς δέεται ἡ γυνή. [112] ἐπὴν οὖν τοιοῦτόν τι γένηται, ὅκως μὴ θάνηται, ἄφορος ἔσται. ἢν δὲ μηδὲν τουτέων γένηται, καὶ μὴ μελεδαίνηται, ἀλλά οἱ τὰ λοχεῖα κρυφθῇ, θνήσκει ἐν τριήκοντα καὶ μιῇ ἡμέρῃ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ταύτην φάρμακον πίσαι χολαγωγόν. καὶ ἄννησον ἀρήγει. καὶ ὅσα ἐς οὔρησιν. ἐμέειν δὲ, καὶ ἱδρῶτας ἄγειν. καὶ τὴν κοιλίην κλύζειν χυλῷ πτισάνης, καὶ μέλιτι, καὶ ᾠοῖσι, καὶ μαλάχης ὕδατι. Ἢν ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι περὶ τὸν ἕβδομον, ἢ ὄγδοον μῆνα ἐξαπίνης τὸ πλήρωμα τῶν μαζῶν, καὶ τῆς γαστρὸς ξυμπίπτει. καὶ οἱ μαζοὶ ἐξισχναίνωνται. καὶ τὸ γάλα οὐ φαίνηται. φαίη τὸ παιδίον, ἢ τεθνηκὸς εἶναι, ἢ ζώειν τε, καὶ εἶναι ἠπεδανόν. ἢν γὰρ ἔχουσιν ἐν γαστρὶ, καὶ ἐπιφαίνεται τὰ ἐπιμήνια, καὶ τιτρωσμοὶ γίνονται, ἢν πλείονα ᾖ, καὶ κακόδμα, νοσώδεα τὰ ἔμβρυα γίνεται. ἢν γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλεγματώδης ᾖ, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀλγέει καὶ πυρεταίνει ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ εἰλέεται τὸ φλέγμα, καὶ βάρος ἔχει καὶ ψύξιν. καὶ ἐς τὸ σῶμα διαχωρέει, καὶ ἐς τὰς φλέβας ὅταν ἡ κεφαλὴ πλήρης γίνεται. καὶ μολίβου τὴν χροιὴν ἴκελος. καὶ ἐμέει φλέγμα. γλῶσσα λευκή. καὶ οὔρησις κοινὴ ἔκλευκος. ψυχρὴ ταραξίς. δυσκινησίη. ἐπὴν δὲ τέκῃ, χωρήσει οἱ ἡ κάθαρσις φλεγματώδης. [114] καὶ φανεῖται ὑμενώδεα, καὶ ὥσπερ ἀράχνια διατεταμένα ἐν ταύτῃ ἔσται. καὶ πείσεται μὲν ταῦτα πάντα, καὶ ἢν τὰ καταμήνια ἐχώρεε τὰ φλεγματώδεα. ἐλάσσονα δὲ χρόνον νοσήσει. καὶ κινδύνους τοὺς αὐτοὺς ἡ νοῦσος ἕξει. καὶ σημεῖα. καὶ μεταλλαγάς. ξυμβήσεται γὰρ αὐτῇ, ἔμετον γίνεσθαι φλεγματώδεα, [115] καὶ παθήματα ὅμοια κείνῃ χωρήσαντα. ἐξήρτηται γὰρ τοῦ αὐτοῦ τρόπου τὰ λοχεῖα, καὶ τὰ καταμήνια τὰ φλεγματώδεα. [116] ἐλάσσονα δὲ χρόνον μὲν τῶν καταμηνίων, καὶ ἢν μὴ ῥαγῇ αὐτῇ ἡ κάθαρσις χρονισθεῖσα, θνήσκει ἐν πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι. [117] καὶ ἢν οἱ φλεγματώδης ἡ λοχίη κάθαρσις χωρήσει, μελεδαινομένη δὲ ἡ γυνὴ, ὑγιὴς ἔσται. [118] καὶ φυσηθήσεται ἐξ ἀρχῆς ἢν ὑγιασθῇ. [119] χαλεπὸν γὰρ τοῦτο ἔσται νόσημα. ταύτῃ χρὴ διδόναι φάρμακον, ὅ τι φλέγμα ἄγει. καὶ μίσγειν γάλα ἑφθὸν αἴγειον ξὺν μέλιτι. ἢν δὲ πολλάκις μὴ ἐσακούῃ, κάρδαμον, ἢ κνῆκον, ἢ κνέωρον, ἢ πολυπόδιον, ἢ ὀρρὸν, [120] ἢ τὸ ἀπὸ ἁλῶν ξυντεθειμένον διδόναι, καὶ ὅσα φλέγμα χαλᾷ, καὶ ἀνάγει.

Si verò quæ vtero gerit aduerſa vtatur corporis valetudine, fueritq; biliosa & doloribus diuexetur, ſubindeq; febricitet, os amareſcat, lingua ex virore ſit pallida, oculi velut regio morbo ſuffuſi, vngues bilioſi & acris vrina, eaq; tum vel maximè ſi febricitet, alias atque aliàs ei contingent. Vbi verò bilioſa ei purgatio obtigerit, omninò metuendum erit fœtus etiam imbecillos fore. Si bilioſa per aluum egerat (quod quidem ferè contingit) meliuſculè deget. Ac ſi puerperij purgamenta bilioſa, aut atra ſunt admodum, fereq; pinguedo accedit, ſenſimq; feruntur, neque citò concreſcunt, tumq; primo quidem tempore faciliùs feret, poſtea moleſtiùs, minorq; quàm conueniat purgatio conſequitur. Cùm enim corpus aduerſa valetudine fruatur, ei parciora & deteriora puerperij purgamenta prodibunt. Eodem autem omnino modo afficietur ac ea cui menſes feruntur bilioſi, neque tamen tamdiu ægrotabit, ad eademq; pericula, ſigna & commutationes morbus deueniet. Aut enim iis vomitio bilioſa, aut per aluum purgatio in hoc morbo contingit, vteriq; exulcerantur. Multa autem cura mulier indiget. Cùm igitur tale quid contingit, etſi minimè moritur, infœcunda tamen erit. Si verò nihil horum contingat, nec ipſa ſedulò curetur, ſed puerperij purgamenta ipſi in occulto deliteſcant, intra vnum & trigeſimum diem ferè perit. Huic medicamentum quod bilem educat propinato. Confert & aniſum, & quæcunque vrinam mouent. Prodeſt quoque vomitionem ciere, & ſudores elicere, aluumque ptiſanæ cremore, melle, ouis, & maluæ decocto eluere. Quibus vterum gerentibus ad ſeptimum aut octauum menſem, mammarum ventriſque plenitudo de repente ſubſidet, mammæque extenuantur, & lac non apparet, puerum aut periiſſe, aut viuere & debilem eſſe aſſerendum. Si enim vterum geſtent, & menſes appareant, & abortiones fiant, ſi copioſi & graueolentes fuerint, morboſi fœtus redduntur. Si mulier vtero gerens pituitoſa fuerit, caput dolet, ſubindeque febricitat, pituita in capite voluitur, & grauitatis ſenſum habet & frigoris, in corpus ſecedit & venas, cùm caput repletum fuerit. Plumbi etiam colorem refert, & vomitione pituitam reddit, lingua exalbeſcit, vrina ferè exalbida redditur, frigida eſt, perturbatio adeſt, & ægrè mouetur. Vbi autem pepererit, purgatio pituitoſa procedet, & in qua membranulæ & velut araneorum telæ diſtentæ apparebunt, iiſdemque quidem omnibus afficietur, quibus ea cui menſtrua pituitoſa ferebantur, minùs tamen diu ægrotabit, morbúſque eadem pericula, ſigna & commutationes habebit. Ei enim vomitus pituitæ continget, & procedentes affectiones eædem ac ſuperiori. Eodem namq; modo puerperij purgamenta & menſes pituitoſi dependent, breuiori tamen quàm menſes tempore. Ac niſi ea purgatio quæ diu moram traxit affatim erumpat, intra quinq; & quadraginta dies perit. Quòd ſi puerperij purgatio pituitoſa ei prodierit, diligenti tamen curatione adhibita mulier conualeſcet, ſed per initia flatu diſtendetur, ſi ſana euaſerit, cùm grauis futurus ſit hic morbus. Huic medicamentum quod pituitam educat exhibendum, & lac caprinum coctum cum melle mixtũ. Quibus ſæpè oblatis ſi non cedat, naſturtium exhibendum, aut carthamum, aut cneorum, aut polypodium, aut ſerum, aut ex ſalibus compoſitum medicamentũ, & quæcunq; pituitã laxant & foras educunt.

Sed ſi mulier quæ vtero gerit ſub commemoratis affectionibus lienoſa fuerit, dum menſes fluunt aquæ ſimilia & pituitoſa dimittit, & procedent puerperij purgamenta aquas referentia, & interdum quidem copioſa, interdum verò pauca venient, idemque contingit ac ſi aqua ex carnibus reddatur, non ſecus ac ſi quis carnes cruentas abluat, quandoque verò paulò craſſiora, neque concreſcunt. Eademque patietur omnia quæ illa cui aquoſi menſes prodeunt, eademque pericula & mutationes morbus habebit. Futurum enim eſt vt fluor aquoſus oboriatur, aut purgatio in occulto deliteſcat, & ad ventrem & crura, aut ad pectus, aut aliquam ex his partibus conuertatur, eademq; pericula imminebunt, quæ priùs dicta ſunt. Si grauida intumeſcat, vrticæ ſemen quàm plurimum cum melle & vino odorato temperato bis die in potu exhibendum. Si prægnantem bilis moleſtia afficiat, ptiſanæ ſuccum exhibeto, rhoë rubro aut mori arboris fructu aſperſo, frigidum autem ſorbendum dato & conquieſcet. Si ſuffocatio de repente in vtero gerentem incidat, quod accidit potiſſimùm vbi mulier vehementi labore & inedia confecta fuerit, cùm per vehementem exercitationem vteri incaleſcant, & paucior fœtui ſuppetit humiditas, cumque vterus nimirum ſua cauitate plus æquo inanis exiſtat, fœtus ad hepar & præcordia nimirum humore ſcatentia rectà fertur, vehementemque de repente ſuffocationem affert. Per ſpirationem enim quæ circa ventrem fit intercipit, & loquendi impotentia mulierem detinet, oculorum partes albas ſurſum conuertit, reliquaque vniuerſa patitur quæ commemorata ſunt, ſi quæ non prægnans vteri ſtrangulatu laborauerit. Et cùm primùm mulieri vtero habenti ſuffocatio incipit, pituita etiam in præcordia à capite defluit, corpore nimirum ſpiritum trahere non valente. Quòd ſi vnà cum pituitæ deſcenſu, fœtus à pituita delatus, & ſecum attracta tota humiditate, in ſuum locum venerit, mulier conualeſcit, Excitatur autem ſtridor, dum fœtus locum ſuum deſerit, mulieriſque venter ferè fluidus redditur. Sed ſi breui ad ſuum locum fœtus non veniat, tum duo fœtui moleſtiam afferunt, pituita quæ à capite deorſum delata ipſum grauat, & permanens refrigerat; & loci inſolentia. Tumque is periclitabitur, & mulier ſuffocabitur, niſi quis breui magis accommodatam victus rationem adhibuerit. Ac de his quidem ſic res habet. Si verò mulieri vterum gerenti iam pariendi tempus inſtet, ac parturiendi dolores detineant, diuque in enitendo laboret, is tranſuerſus, aut in pedes ferè exit, in caput autem prodire præſtiterit. Quòd ſi tranſuerſus exeat, grauis euadit affectio. Non ſecus enim ac ſi quis in ampullam oleariam anguſti oris, oliuæ nucleum immittat, qui tranſuerſus non facilè educitur, eodem planè modo etiam mulieris grauis eſt affectio vbi fœtus tranſuerſus deſcendit, ſic enim moleſtè educitur. Graue verò etiam eſt ſi in pedes prodeat, & plærumque aut matres, aut puelli, aut ambo etiam perierunt. Id quoque magnopere in cauſa eſt cur non facilè exeat, ſi mortuus, aut ſyderatus, aut duplicatus fœtus fuerit. Vbi vterum geſtat mulier tota pallida redditur, quoniam qui in ea purus eſt ſanguis ſemper quotidie è corpore aliquantulum ſtillat, & ad fœtum fertur, eiq; in alimentum cedit, cumq; paucus

Ἢν δὲ γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα σπληνιώδης ᾖ ὑπὸ τῶν παθημάτων ὧν εἴρηται, ἐν τῇ νούσῳ τὰ καταμήνια τὰ ὑδρωποειδέα καὶ φλεγματοειδέα ἀφίησι, καὶ τὰ λοχεῖα χωρήσει ὑδρωποειδέα, καὶ ἐλεύσεται ὁτὲ μὲν πολλά, ὁτὲ δὲ ὀλίγα. καὶ γίνεται μὲν ὥσπερ ἀπὸ κρεῶν ὕδωρ, ὡς εἴ τις κρέα αἱματώδεα ἀποπλύνοι. ὁτὲ δὲ ὀλίγῳ παχύτερον καὶ οὐ πήγνυται. καὶ πείσεται ταῦτα πάντα, [141] καὶ εἰ τὰ καταμήνια τὰ ὑδατοειδέα χωρέει. καὶ κινδύνους τοὺς αὐτοὺς ἡ νοῦσος ἕξει, καὶ μεταλλαγάς· ξυμβήσεται γὰρ τὸν ῥόον γενέσθαι ὑδατοειδέα. ἢ κρυφθῆναι τὴν κάθαρσιν, καὶ τραπέσθαι τὴν κοιλίην, καὶ τὰ σκέλεα, ἢ ἐς τὸ στέρνον, ἢ τι τουτέων. καὶ κίνδυνοι ἔσονται οἱ αὐτοὶ, οἳ καὶ πρόσθεν εἴρηνται. Ἢν κυΐσκουσα οἰδέῃ, κνίδης καρπὸν ὡς πλεῖστον καὶ μέλι, καὶ οἶνον κεκρημένον εὐώδεα διδόναι πίνειν, δὶς τῆς ἡμέρης. Ἢν κυούσῃ χολὴ λυπέῃ, πτισάνης χυλὸν δίδου ῥόον ἐπιπάσσων τὸν ἐρυθρὸν, ἢ τὸν ἐκ τῆς συκαμίνου, ψυχρὸν δὲ ῥοφεέτω καὶ καταστήσεται. Ἢν δὲ πνὶξ προσγένηται ἐξαπίνης, ἐχούσῃ ἐν γαστρὶ, γίνεται δὲ τοῦτο μάλιστα ἐπὴν ἡ γυνὴ ταλαιπωρήσῃ, καὶ ἀσιτήσῃ, θερμανθεισέων τῶν μητρέων ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίης. καὶ ἐλάσσονος τῆς ἰκμάδος γενομένης περὶ τὸ ἔμβρυον, καὶ ἅτε τῆς μήτρης κενωτέρης [142] τὴν κοιλίην τοῦ χωρίου ἐούσης, ἰθύει τὸ ἔμβρυον πρὸς τὸ ἧπαρ καὶ τὰ ὑποχόνδρια, ἅτε ἰκμαλέα ἐόντα. [143] καὶ πνῖγα ποιήσει ἰσχυρὴν ἐξαπίνης. [144] ἐπιλαμβάνεται γὰρ τὸ διάπνοον τὸ ἀμφὶ τὴν κοιλίην. καὶ ἀναυδίην ἴσχει τὴν γυναῖκα. καὶ τὰ λευκὰ ἀναβάλλει τῶν ὀφθαλμῶν. καὶ τἄλλα πάσχει πάντα ὅσα πρὶν εἴρηται. [145] Ἢν ἄνω ἐφεῖσαι τὰς μήτρας πνίγῃ, καὶ ἅμα τε ἄρχεται ἡ πνὶξ γίνεσθαι τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ γυναικί. καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταρρέει φλέγμα εἰς τὰ ὑποχόνδρια, οἷα τοῦ σώματος μὴ δυναμένου τὴν ἀναπνοὴν ἕλκειν. καὶ ἢν μὲν ἅμα τοῦ φλέγματος τῇ καταλύσει ἴῃ τὸ ἔμβρυον, ἐς χώρην τὴν ἑωυτοῦ. [146] ὅλην τὴν ἰκμάδα ἑλκύσαν, καὶ κατενεχθὲν ὑπὸ τοῦ φλέγματος, ὑγιὴς γίνεται ἡ γυνή. τρυσμὸς δὲ γίνεται, [147] λιπόντος τοῦ ἐμβρύου τὴν χώρην τὴν ἑωυτοῦ. καὶ ἡ γαστὴρ ὑγρὴ γίνεται ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖον τῆς γυναικός. Ἢν δὲ μὴ ἴῃ τὸ ἔμβρυον ἐν τάχει ἐς χώρην τὴν ἑωυτοῦ. δύο γίνεται ἤδη τὰ πονέοντα τὸ ἔμβρυον· τὸ φλέγμα τὸ κατελθὸν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. βαρύνει τε γὰρ καὶ ψύχει ἐπιμένον, καὶ ἡ ἀηθείη τοῦ χωρίου. καὶ κινδυνεύσει, ἤν γε μή τις ἐν τάχει ἐπιτηδειοτέρως διαιτήσῃ, ἀποπνιγῆναι γὰρ αὐτὴ ἡ γυνή. καὶ τὰ μὲν ἀμφὶ τούτων ὧδε ἔχει. Ἢν δὲ γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ὁ χρόνος ἤδη τοῦ τόκου παρῇ, καὶ ὠδῖνες ἔχωσι, καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀποφυγεῖν ἡ γυνὴ τοῦ παιδίου μὴ δύνηται, ὡς ἐπίπαν ἔρχεται πλάγιον, ἢ ἐπὶ πόδας. χρεὼ δὲ ἐπὶ κεφαλὴν χωρέειν. καὶ ἢν πλάγιον ἴῃ, χαλεπὸν γίνεται τὸ πάθημα. ὡς γὰρ εἴ τις ἐς λήκυθον μικρόστομον πυρῆνα ἐμβάλοι, οὐκ εὐφυὲς ἐξελεῖν πλαγιούμενον, οὕτω δὴ καὶ τῇ γυναικὶ χαλεπὸν πάθημα τὸ ἔμβρυον ἐπειδὰν λοξωθῇ, καὶ γὰρ χαλεπὸν ἐξελθεῖν. [148] χαλεπὸν δὲ καὶ ἢν ἐπὶ πόδας χωρήσῃ καὶ πολλάκις ἢ αἱ μητέρες ἀπώλοντο, ἢ τὰ παιδία, ἢ καὶ ἄμφω. ἔστι δὲ καὶ τόδε μέγα αἴτιον τοῦ μὴ ῥηϊδίως ἀπιέναι, ἢν νεκρὸν, ἢ ἀπόπληκτον, [149] ἢ διπλόον ᾖ. Ἐπὴν ἐν γαστρὶ ἡ γυνὴ ἔχῃ, χλωρὴ γίνεται πᾶσα, ὅτι αὐτῆς τοῦ αἵματος αἰεὶ τὸ ἀκραιφνὲς καθ' ἡμέρην [150] ὑπολείβεται ἐκ τοῦ σώματος, καὶ κατέρχεται ἐπὶ τὸ ἔμβρυον, καὶ αὔξη τὸ γίνεται. καὶ ἐλάσσονος τοῦ αἵματος ἐόντος

ἐν τῷ

ἐν τῷ σώματι ἀνάγκη εἶναι χλωρήν. καὶ ἱμείρεσθαι ἀλλοκότων αἰεὶ βρωμάτων. [151] καὶ ἐπὶ κοιλίην αἱματώδεα ἱέναι. καὶ ἀσθενεστέρη γίνεται, ὅτι τὸ αἷμα μινύθει. φημὶ δὲ γυναῖκα ἢν ἐπιτεύξῃ πνεῦμα πυκνὸν ἀφιέναι. καὶ ἢν ἡ κάθαρσις ἄρχηται, ἡ κοιλίη πλήρης ἐστί. καὶ θέρμῃ πιεζομένη. μάλιστα δὲ ἀναπνέει πυκνὸν ἐπὴν τόκου πελάζῃ, καὶ τὴν ὀσφὺν τότε μάλιστα πονέεται. φλᾶται γὰρ καὶ ἡ ὀσφὺς ὑπὸ τοῦ ἐμβρύου. καρδιώσσει δὲ ἐν τῷ μεταξὺ σύμπαντι χρόνῳ, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. ἅτε τῆς κοιλίης περιεσταλμένης ἀμφὶ τὸ ἔμβρυον. μάλιστα δὲ τῆς ὑστέρης. [152] καὶ ἢν τεκούσης ὑστέρη ἐμφυσηθῇ, ἧπαρ οἰὸς, ἢ αἰγὸς, ἐς τέφρην κρύψαι. καὶ μετέπειτα ἑψεῖν, καὶ λαμβάνειν, καὶ οἶνον ἢν μή τι κωλύῃ, πίνειν ζωρότερον παλαιὸν, ἐπὶ τέσσαρας ἡμέρας, ἢν προσωτέρω ᾖ ἀπὸ τοῦ τόκου. ἢν δὲ τὰς ἰξύας ἀλγέῃ, ἄνησον καὶ κύμινον αἰθιοπικὸν πινέτω. καὶ τῷ θερμῷ λουέσθω. ἢν δὲ ἆσθμα λάζηται, θεῖον ὅσον κύαμον, καὶ καρδαμώμου ἴσον, καὶ πηγάνου, καὶ κυμίνου αἰθιοπικοῦ, ταῦτα τρίψας, καὶ διεὶς οἴνῳ δίδου πιεῖν νήστει, καὶ σιτίων ἀπεχέσθω πυκνά. ἢν ἐν τόκῳ κάθαρσις ἴῃ πολλὴ, [153] ἡ ὑστέρη ξυνέλκεται, καὶ ἡ κύστις, καὶ ἔντερον, καὶ οὔτε τὸ κόπριον κατίσχουσι, καὶ τὸ οὖρον, προΐενται δέ. [154] ᾠὰ οὖν ῥοφεῖν δίδου. καὶ ἄρτον ἐγκρυφίην τρώγειν, καὶ ἄλλα λοιπὰ γέγραπται. ἢν δὲ ἡ ἐν τόκῳ ἐοῦσα, ξηρὴ καὶ δύσικμος, ἔλαιον πίνειν, καὶ καταιονᾶν τὰ χωρία ἐλαίῳ θερμῷ καὶ μαλάχης ὕδατι, κηρωτῇ ὑγρῇ διαχρίειν, καὶ ἐγχεῖν χηνὸς ἄλειφα ξὺν ἐλαίῳ. ἢν δὲ μὴ δύνηται τίκτειν, ὑποθυμιᾶν ῥητίνην, ἢ κύμινον, ἢ πίτυος φλοιόν. [155] καὶ τούτῳ ὑποθυμιᾶν. ὅσα δὲ οἰδήματα γίνεται ὑστερικὰ ἐν τόκῳ, ἢ ἐκ τόκου, οὐ χρὴ στύφειν ὥσπερ οἱ ἰητροὶ ποιέουσι. τὰ δὲ φάρμακα ἄριστα προσφέρειν. κύμινον αἰθιοπικὸν, ὅσον τρισὶ δακτύλοισι, καὶ τοῦ ἀνίσου. καὶ τοῦ σεσέλιος πέντε, ἢ ἕξ. γλυκυσίδης χηραμίδες ἥμισυ τῆς ῥίζης, ἢ καὶ τοῦ σπέρματος. ταῦτα ἐν οἴνῳ λευκῷ ἡδυόδμῳ, μάλιστα νήστει διδόναι. ἢ δαύκου ῥίζαν αἰθιοπικοῦ. σέσελι. γλυκυσίδης ῥίζαν κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. ἢ ἱπποσελίνου. ἢ δαύκου αἰθιοπικοῦ καρπὸν ὡσαύτως. ἢ κρηθμοῦ ῥίζαν. ἢ κυμίνου αἰθιοπικοῦ ἀττικὸν τετρώβολον. ἢ πέπερι. ἄνησον. δαῦκος. ἀττικῆς γλυκυσίδης ῥίζα. ταῦτα ἐν οἴνῳ τρίβειν, καὶ διδόναι πίνειν, ἢ μυρτιδάνου κλωνία δύο, ἢ τρία. καὶ κύμινον αἰθιοπικόν. γλυκυσίδης ῥίζαν. ἢ καὶ λίνου σπέρμα ὁμοίως. ὃ καὶ τὰ παιδία βήσσοντα ψωμίζουσι, ξὺν ᾠοῦ ὀπτοῦ λεκίθῳ, ξὺν σησάμῳ πεφρυγμένῳ. [156] ἢν παιδίου ἀφθᾷ τὰ αἰδοῖα, ἀμύγδαλα τρίψας, καὶ βοὸς μυελὸν ἐν ὕδατι ἑψεῖν. καὶ ἄλητον ἐμβαλὼν σμικρὸν, διαχρίειν τὰ αἰδοῖα. καὶ διακλύζειν τῷ ὕδατι τῷ ἀπὸ τῶν μυρτέων. νῦν δὲ ἐρέω ἀμφὶ λοχείων, καὶ τῶν μετὰ τὸν τόκον ἰόντων. ὁπόταν γυνὴ, ἢ τὰ λοχεῖα μὴ καθαρθῇ, ἢ τὰ ἐπιμήνια μὴ ἴῃ, ἢ ὑστέρη σκληρὴ ᾖ, ἢ ὀδύνην ἔχῃ τὴν ὀσφὺν, καὶ τὸ μὲν κενεῶνας, καὶ βουβῶνας, καὶ μηροὺς, καὶ πόδας ἀλγέῃ πικρῶς, καὶ ἡ γαστὴρ ἐπαίρηται, καὶ φρῖκαι διὰ τοῦ σώματος διαΐσσωσιν, ἐκ δὲ τῶν τοιούτων πυρετοὶ γίνονται ὀξέες. ταύτην τὴν οὕτως ἔχουσαν, ἢν μὲν ἄπυρος ᾖ, διαιτᾶν λουτροῖσι. λιπαίνειν δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν, ἐλαίῳ ἀνηθίνῳ. ἑψεῖν δὲ μαλάχην. ἢ ἔλαιον κύπρινον ἐς ὕδωρ ἐγχέειν, καὶ ἐγκαθίζεσθαι παρηγορικῶς. ἐν πάσῃσι δὲ τῇσι νούσοισιν ἐφ᾽ ὧν πυρίη ἀρήγει, ἄμεινον ὕστερον χρίεσθαι καὶ λίπα.

in corpore ſanguis exiſtat, eā pallidā eſſe neceſſe eſt, ſemperq; abhorrentes cibos appetere, & ad ventrem ſanguinea ſubire. Debilior etiā redditur, quòd ſanguis imminuitur. Mea autē ſententia mulier vbi partui vicina eſt, crebrū ſpiritum emittit, ſiq; purgatio incipiat, venter plenus eſt, & à calore vrgetur. Tum verò potiſſimùm crebrum ſpiritum ducit, vbi partui proxima eſt, tumq; præcipuè lumborum dolore affligitur, cùm ſiquidem lumbi a fœtu collidantur. Toto verò intermedio tempore oris ventriculi dolore ſubinde premitur, cùm nimirum venter, ac præcipuè vterus, fœtum vndiq; complectatur & cōprimat. At ſi puerperæ vterus flatu impleatur, ouis aut capræ iecur cineribus contectum, deinde coctum, in cibum ſumendum, & vinum vetus meracius, ſi nihil prohibeat, per dies quatuor bibendum, ſi longiùs abſit à partu. Quòd ſi lumborum dolore conflictetur, aniſum & cuminū Æthiopicum bibat, & calida lauet. Si verò frequens anhelatio (aſthma vocatur) prehendat, ſulphuris fabæ quantitatem, cardamomi, rutæ, & cumini Æthiopici parem modum, hæc trita, vino macerata, ieiunæ potui exhibeto, & cibis frequentib. abſtineat. Si in partu purgatio copioſa decurrat, vterus contrahitur, & veſica & inteſtinum, neque ſtercus, neque vrinam continent, ſed emittunt. Oua igitur ſorbenda dato, & panem ſubcineritium edendum, & quæ ſcripta ſunt reliqua. Si quæ adhuc in partu eſt, ſicca fuerit, nec niſi ægrè humectetur, oleum bibendum, & loci oleo calido, & maluæ decocto calido perfundendi, & cerato liquido illinendi, adipe etiam anſerino cū oleo infuſo. Sin autem parere nequeat, reſinam aut cuminum, aut pini corticem ad ſuffitū adhibeto. Qui in partu, aut ex partu vteri tumores contingunt, eos, vti Medici faciunt, conſtringere non oportet, verùm præſtantiſſima medicamenta adhibenda, cumini Æthiopici quantum tribus digitis continetur, aniſi & ſeſeleos quantum quinq; aut ſex, radicis pæoniæ, aut etiam ſeminis, cōcham teſtæ maioris dimidiam. Hæc ex vino albo grati odoris ieiunæ præcipuè exhibeto. Aut dauci Æthiopici radicē, ſeſeli, pæoniæ radicem, ad eundem modum. Aut hippoſelini, aut dauci Æthiopici ſemen eodem modo, aut crethmi radicem, aut cumini Æthiopici quatuor Atticorum obolorum pondus. Aut piper, aniſum, daucum, pæoniæ Atticæ radicem, hæc ex vino albo trita propinato, aut myrtidani duos aut tres ſurculos, & cuminum Æthiopicum, & pæoniæ radicem. aut etiam lini ſemen ſimiliter, quod etiam tuſſientib. pueris in cibo exhibent, cum oui vitello aſſato, & ſeſamo torrefacto. Si puerperæ pudenda vlcere ſuperficiario laborent, amygdalas tritas & medullam bubulam aqua decoquito, paucaq; farina iniecta pudenda illinito, & myrtillorum decocto eluito. Iam verò de puerperij purgamentis, & his quæ poſt partum prodire ſolent, nobis eſt dicendū. Vbi mulieri aut puerperij purgamenta non expurgantur, aut menſes non eunt, aut induratur vterus, & lumborum dolor adeſt, & laterum quidem inanitates, inguina, femora & pedes acerbè dolent, venter attollitur, & horrores per corpus cum impetu erumpunt, ex his verò febres acutæ oriuntur. Hanc cùm ſic habuerit, ſi quidem febris expers ſit, balneis curato, caputq; oleo anethino illinito. Maluæ decoctum, aut in id affuſum oleum cyprinum, ad inſeſſum, doloris leniendi gratia adhibeto. In omnibus autem morbis in quibus fotus conducit, præſtiterit poſt fotum pingui aliquo perungi.

At ſi febris detinet, à balneo abſtinendum, fotibus autem & tepefacientibus imus venter & lumbi curandi. Ex medicamentis autem quæ ad vterum faciunt, quædam potui ſunt exhibenda, admixtis ſepiæ ouis & caſtorio. Deinde farinam cum ruta coctam, aut ptiſanæ ſuccum ſorbendum dato. Si verò mulieri vna cum puero in partu humor vt conuenit, non effluat, quinetiam ſi quidem caput in ſe humorem calore attractum contineat, in partu & paulò ante caput ei dolebit. Quòd ſi cumulatus in ventrem veniat, vbi commotus fuerit, ipſum conturbabit, nihilque vlterius. Succurrendum autem, vt ne corpore malè affecto, ſuccedens inde alui profluuium, ipſam affligat. Quòd ſi ex capite delata fluxio, ad puerperij purgationem ſe conuertat, multumque commoueatur, meliùs habet. Si verò plus æquo, diligentem curam adhibeto. Sin ad ventrem ſe conuertat, facilior vtique puello exitus pateat. At ſi modica purgatio mulieri procedat, vehemens dolor lumbos occupat, omneſque partes pudenda complectentes, & caput intumeſcunt, femoraque incenduntur, ex ore & naribus pituita valdè aquoſa effluit, caput dolet, febris & horror detinet, intumeſcit, dentes fremunt, venter & veſica ei conſtringentur, oculos obuertit, & caliginoſa cernit. Si mulieri partu liberatæ purgatio non expeditè prodeat, exæſtuantibus nimirum vteris, eorumque oſculo conniuente. Vteri autem ceruix in ſeſe vndique concidit, ſimul ac puellus exceſſit. Si quid enim horum adſuerit, ei purgatio non prodibit. Si verò ei non procedat purgatio, euenit vt eam febris & horror detineat, & vti venter magnus euadat. Quòd ſi eam attigeris, totum corpus dolet, præcipuéque ſi quis ventrem attigerit, ſubindeque oris ventriculi morſu conflictatur, lumborum dolore vexatur, cibi faſtidium adeſt, vigilia & corporis compunctio. Deinde quinto aut ſeptimo die quandoque venter exturbatur, & nigra, ſubindéque admodum graueolentia demittit, & vrina qualis aſinina redditur. Quæ ſi ſubeant, meliùs illi eſſe videtur, curáque adhibita breui conualeſcit, alioqui in periculum veniet ne ei vehemens alui profluuium ſuccedat, & puerperij purgamenta in occulto deliteſcant. At ſi venter ei non exturbetur, neque purgatio ſponte prodeat, neque ei citò conuenientia adhibeantur remedia, tempus autem procedat, à multis commemoratis affligetur, quibus accedet vt in periculum veniat, ne velut plumbum liueſcat, & in aquam intercutem intercidat, eique vmbilicus ab vteris ſublatus prominebit & nigrior quàm circumambientes partes euadet. Quæ vbi euenerint, ſupereſſe mulier non poterit. Pereunt autem aliæ alio tempore, prout corpus & affectio ſe habet. Primum tamen ac vigeſimum diem non excedunt, itaque ferè vſuuenit. At ſi illi vel per medicamentum, vel ſponte purgatio eruperit (id enim vſuuenire ſolet vbi vteri à ſanguine cum impetu de repente confertim delato, os relaxarint) ſi inquam erumpat, graueolentia & purulenta repurgantur, interdúmque etiam nigra, túmque melius erit, & adhibita cura conualeſcet. Vlcera autem in vteris etiam oriuntur, putrefactis nimirum puerperij purgamentis. Quæ ſi oboriantur, maior cura adhibenda erit, ne illi vlcera increſcant & computreſcant.

ἢν δὲ πυρέχῃ, λουτρῶν ἀπέχεσθαι. πυρίῃσι δὲ καὶ χλιάσμασι τὴν νειαιρὴν γαστέρα, καὶ τὴν ὀσφὺν θεραπεύειν. διδόναι δὲ πίνειν τῶν φαρμάκων τῶν ὑστερικῶν παραμίσγοντα ἢ τὸ σηπίης τῶν ᾠῶν, ἢ τοῦ καστορίου. μετὰ δὲ τοῦτο ῥοφέειν διδόναι ἄλητον ξὺν πηγάνῳ ἑφθὸν, ἢ πτισάνης χυλόν. ἢν δὲ γυναικὶ μετὰ τοῦ παιδίου ἐν τῷ τόκῳ[117] μὴ ἴῃ τὸ ὑγρὸν ὡς χρὴ, ἀλλὰ μὴν ἢν μὲν ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχῃ τὸ ὑγρὸν ὑπὸ θέρμης εἰρυσθὲν ἐν τόκῳ καὶ πρὶν, ὀλίγον κεφαλαλγήσει. ἢν δὲ ἐς τὴν κοιλίην ἔλθῃ ἀθρόον, ἐπειδὰν σεισθῇ, ταράξειεν αὐτὴν, καὶ οὐχὶ πόρρω. τιμωρέειν δὲ[118] ὡς μὴ ἐκ τούτου διαῤῥοια ἐπιγινομένη σώματι φλαύρως ἔχοντι, ποιήσῃ μιν. ἢν δὲ ἀπὸ κεφαλῆς ἐλθὸν τὸ ῥεῦμα ἐς τὴν λοχείην κάθαρσιν τραπῇ, καὶ πολλὰ σεισθῇ, ῥηΐζει. ἢν δὲ πλεῖον τοῦ μετρίου, μελεδαίνειν. ἢν δὲ ἐς τὴν κοιλίην, ῥηϊτέρη αὖ ἡ ἔξοδος τῷ παιδίῳ γίνεται. εἰ δὲ ἡ κάθαρσις τῇ γυναικὶ ὀλίγη χωρέοι, ὁ πόνος λάζηται ἰσχυρὸς ἰξύας τε, καὶ οἱ ἀμφὶ τὰ αἰδοῖα πάντα χωρία, καὶ οἰδέει. καὶ οἱ μηροὶ πιμπρέαται καὶ ἐκ τοῦ στόματος καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν, ῥέει φλέγμα ἰσχυρῶς ὑδαρές. καὶ ἀλγέει κεφαλὴν, καὶ πῦρ ἔχει. καὶ φρίκη.[159] καὶ οἰδέει.[160] καὶ οἱ ὀδόντες βρύχουσι. καὶ ἡ γαστὴρ οἱ στεγνὴ ἔσται. καὶ ἡ κύστις καὶ τὰ ὄμματα τὰ ἀναδινέει. καὶ ζοφοειδὲς ὁρῇ. Γυναικὶ δὲ ἐκ τόκου ἐούσῃ κάθαρσις ἐπὴν ἴῃ, οὐκ εὐμαρέως χωρέει, οἷα τῶν μητρέων ἐν φλεγμονῇ γινομένων, καὶ τοῦ στόματος σφέων μύσαντος. προσίζηται δὲ ὁ στόμαχος τοῦ αἰδοίου μετὰ τὸ παιδίον ποιήσασθαι τὴν ἐκχώρησιν.[161] ἢν γὰρ τούτων τι ᾖ, οὐ χωρήσει οἱ ἡ κάθαρσις. ἢν δὲ μὴ χωρέῃ οἱ κάθαρσις, ξυμβήσεται ὥστε μιν πυρεταίνειν καὶ φρίκην ἔχειν. καὶ τὴν γαστέρα μεγάλην εἶναι. ἢν δὲ ψαύσῃ αὐτῆς, ἀλγέειν πᾶν τὸ σῶμα, μάλιστα δὲ ἢν τις τῆς γαστρὸς ψαύσῃ, καὶ καρδιώσσει ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε καὶ ὀσφὺν ποιέει. καὶ ἀσιτίη, καὶ ἀγρυπνίη, καὶ νυγμός,[162] ἔπειτα ἡμέρῃ πεμπταίῃ ἢ ἑβδόμῃ. ἔστιν ὅτε ἡ κοιλίη ταράσσεται, καὶ ὑποχωρέει μέλανα, καὶ κάκοδμα κάρτα, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, καὶ ὡς ὄνειον οὐρέει. καὶ ἢν ὑπέλθοι, δοκέει οἱ ῥηΐτερον εἶναι. καὶ μελεδαινομένη, ἐν τάχει ὑγιὴς γίνεται. ἢν δὲ μὴ, κινδυνεύσει διαῤῥοίης αὐτῇ ἰσχυρῆς ἐπιπεσούσης,[163] καὶ τὰ λοχεῖα οἱ κρυφθῆναι. ἢν δὲ ἡ κοιλίη οἱ μὴ ταράσσηται, μηδὲ ἡ κάθαρσις χωρέῃ αὐτομάτη, μηδὲ οἱ προσφέρηται ἐν τάχει τὰ ἐπιτήδεια, ὁ δὲ χρόνος προΐῃ, πείσεται πολλὰ τὰ προειρημένα.[164] καὶ ἐπὶ τουτέοισι κινδυνεύσει πελιδνὴ γενέσθαι ὡς ὁ μόλυβδος. καὶ ὑδερωθῆναι. καὶ ὁ ὀμφαλὸς ἐκστήσεται αὐτῇ ἀειρόμενος ὑπὸ τῶν μητρέων. καὶ ἔσται μελάντερος τῶν πέριξ. καὶ ἐπὴν ταῦτα γένηται, οὐχ οἵη τέ ἐστι περιγενέσθαι ἡ γυνή. ἀποθνήσκουσι δὲ ἄλλαι ἄλλῳ χρόνῳ, ὅκως τε καὶ τὰ τοῦ σώματος ἔχουσι, καὶ τὰ τῆς πάθης. μιῆς δὲ καὶ εἴκοσι ἡμερέων οὐχ ὑπερβάλλουσιν. ὡς ἐπὶ τὸ πλέον οὕτω ξυμβαίνει. ἢν δὲ οἱ ῥαγῇ κάθαρσις εἴτε καὶ ὑπὸ φαρμάκου, εἴτε καὶ αὐτομάτη. γίνεται γὰρ καὶ τοῦτο. ἢν χαλάσωσι τὸ στόμα αἱ μῆτραι[165] ἢ βιασθεῖσαι ὑπὸ τοῦ αἵματος ἀλέως ἐξαπίνης κατελθόντος, καὶ ἢν ῥαγῇ ἀποκαθαίρεται δυσώδεα, καὶ πυώδεα. ἔστι δ' ὅτε καὶ μέλανα. καὶ ῥηΐτερον ἔσται. καὶ μελεδανθεῖσα ὑγιαίνεται. γίνεται δὲ καὶ ἕλκεα ἐν τῇσι μήτρῃσιν οἷα τῶν λοχείων σαπέντων. ἢν γὰρ ἐγγένηται, πλείονος μελεδώνης δεήσεται, ὅκως μὴ οἱ τὰ ἕλκεα μεγάλα καὶ σηπεδονώδεα ἔσται.

κίνδυνος

κίνδυνος δὲ ἢ θανεῖν, ἢ ἄφορον γενέσθαι. σημήϊα δὲ ταῦτα γίνεται, ἢν ἕλκεα ἐνῇ ἐπὴν χωρέῃ ἡ κάθαρσις, [166] δοκέει ὡς ἄκανθα διὰ τῶν μητρέων ἰέναι. καὶ πῦρ μιν λάζεται [167] μάλιστα τὴν κοιλίην ἐπιλαμβάνειν. ἀλγέει δὲ ἐπαφωμένη τὸ κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, ὡς ἕλκεος καθαροῦ νευρώδεος εἴ τις ἅψαιτο. ἔπειτα ὀδύναι ἰσχυραὶ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐμπίπτουσιν ἐς τὰς μήτρας, καὶ πυρετὸς ἔστι δ᾽ ὅτε πρὸς χεῖρα βληχρός. καὶ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ὑπὸ κακοήθεα χωρέει τὰ λοχεῖα, πυώδεα, δυσώδεα. ταῦτα σημεῖά ἐστιν, ἢν ἕλκεα ἐν τῇσι μήτρῃσιν ᾖ, καὶ δέεται πολλῆς μελεδώνης. ταύτης μὲν τῆς ἀμφὶ τῆς νούσου, αὗται τελευταί εἰσιν. ἢν δὲ ἡ κάθαρσις ἡ λοχείη, τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας τρεῖς ἢ τέσσαρας χωρήσῃ, ἔπειτα ἀπόληται ἐξαπίνης αὕτη, πάσχει παθήματα τῇ προτέρῃ ἀδελφεά. ἥσσω δὲ καὶ ἢν μεταπίπτῃ ἡ νοῦσος, εἰς τοιοῦτο μεταπεσεῖται. χρονίη δὲ καὶ βληχροτέρη ἔσται τῆς προτέρης. διαιτωμένη δὲ ἡ γυνὴ περιγίνεται, [168] ἢν ἁρμοῖ μελεδαίνηται. ἀμφὶ δὲ τῆς νούσου ταύτης ὧδε ἔχει. Ἢν δὲ ἐκ τοῦ τόκου μὴ καθαρθῇ, οἰδέει ἡ γαστὴρ, καὶ ὁ σπλὴν, καὶ τὰ σκέλεα. καὶ πῦρ ἔχει. καὶ ῥῖγος λαμβάνει καὶ ὀδύναι ἀΐσσουσι πρὸς τὰς ἰξύας. ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ πρὸς τὰ σπλάγχνα. [169] καὶ ἀποψύχεται. καὶ πῦρ ἔχει. σφυγμοὶ βληχροί. ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ὀξέες, ἄλλοτ᾽ ἀειρόμενοι, ἄλλοτε ἐλλείποντες. ταῦτα πάσχει ἀρχομένης τῆς νούσου, καὶ ὧδε ἔχει. ἢν δὲ προΐῃ τοῦ χρόνου, τὰ κοῖλα τοῦ προσώπου ἐρυθρὰ γίνεται. ὅταν ὧδε ἔχῃ, διδόναι κοῦφα σιτία. κἢν ὀργᾷ, φάρμακον πίσαι κάτω. ἢν μὲν χολώδης ᾖ, ὅ, τι χολὴν καθαίρει. ἢν δὲ φλεγματώδης, ὅ, τι φλέγμα. μετὰ δὲ τοῦτο, πυριῆσθαι τὰς ὑστέρας εὐώδεσι. καὶ προσθεῖναι μαλθακτήριον τὴν ἡμέρην. ἢν δὲ στερρὴ ᾖ, τὸ στόμα πυριῆν ἅπασαν ἡμέρην, καὶ τὰ μαλθακτήρια προστιθέναι. ἔπειτα λοῦσαι θερμῷ ὕδατι, [170] καὶ ἐνθεῖναι σωλῆνας μολιβδίνους. μετέπειτα δὲ ἁλὸς χόνδρους, καὶ σμύρναν ἐς τρύχιον ἀποδήσας, [171] καὶ τὴν πίσσαν τὴν ἑφθὴν ἐν εἰρίῳ, ἡδύσματα ξυμμίξας, ἴσον ἑκάστου ποιέων ἴσον κηκῖδι σμικρῇ. προστιθέσθω δὲ ἡμέρην καὶ εὐφρόνην. [172] μετὰ δὲ τοῦτο καταλιπεῖν ἡμέρας τρεῖς. καὶ πυριῆσθαι τοῖσιν αὐτοῖσιν. προστιθέναι δὲ, [173] καὶ κόκκους ἐκλέψας ὅσον δύο πόσιας, καὶ πεπέρεος τρίψας λεῖα, συμμίξας ἔλαιον αἰγύπτιον λευκὸν, καὶ μέλι ὡς κάλλιστον. τοῦτο ἐμπλάσας ἐν εἰρίῳ, [174] καὶ περιελίξας περὶ πτερὸν προσθεῖναι ἡμέρην ἅπασαν καὶ εὐφρόνην. καὶ ἢν τοι δοκέῃ κεκαθάρθαι, ἄμεινον ἐᾶν. ἢν δὲ δοκέῃ δέεσθαι καθάρσιος, δύο ἡμέρας διαλιπεῖν. καὶ αὖθις τὸ ξὺν τῇ σικύῃ ἡμέρην καὶ εὐφρόνην προσθεῖναι. κἄπειτα τὸ νέτωπον. καὶ ῥόδινον ἔλαιον ὡς εὐωδέστατον. καὶ ἐλάφου στέαρ τήξας εἰρίῳ προσθεῖναι μίην ἡμέρην. καὶ λούειν πολλῷ τῷ θερμῷ, ὡς οἷόν τε ᾖ θυμηρέως. καθαρτηρίοισι δὲ αὐτίκα καὶ θερμῷ καθαρθέντων τὰ ἀμφιπονεόμενα χωρία, ἐναλειφέσθω τὸ στόμα τῶν μητρέων, χηνείῳ στέατι καὶ σμύρνῃ, καὶ ῥητίνῃ χλιαρῇ, καὶ θάλπειν. κλυζέτω δὲ τὰς ὑστέρας, τῷ οἴνῳ, καὶ τῷ ναρκισσίνῳ ἐλαίῳ, τῇ ὑστεραίῃ. ἢν δὲ μὴ ᾖ ναρκίσσινον, οἴνῳ μούνῳ. ταῦθ᾽ ὅκως σοι πρὸ τῆς ἐπιμηνιδίου ἡμέρῃ μιῇ πρόσθεν ποιῆται.

In periculum autem incurrit ne moriatur, aut ſterilis reddatur. Si verò vlcera in vteris inſint, hæc ſigna ſunt. Cùm procedit purgatio, velut ſpina vterum peruadere videtur, eam ardor corripit, ventremque potiſſimum inuadit. Ad contactum partes infra vmbilicum non ſecus dolent, quàm ſi vlcus purum neruoſum contigeris. Deinde vehementes in vteros dolores ſubinde incidunt, interdumque febris ad manum mitis, & quandoque deferuntur puerperij purgamenta maligna, purulenta & grauiter olentia. Itaque ſigna ſe produnt ſi vlcera in vteris fuerint, magnaque cura indigent. Atque ij quidem ſunt huius morbi exitus. Quod ſi puerperij purgatio primis quidem tribus aut quatuor diebus prodierit, deinde ei derepente perdatur, in ſimiles, ſed minores quàm ſuperior affectiones incidit, eandemque ſubit morbus commutationem, diuturnus tamen & priore lenior erit. Rectè autem inſtituta victus ratione mulier ſupereſt, ſi citò eius cura ſuſcipiatur. Ac de hoc morbo ſic ſe res habet. Si verò ex partu non purgetur, venter intumeſcit, lien, & crura, febris detinet, rigor corripit, dolores ad lumbos irrumpunt, interdumque etiam ad viſcera, & perfrigeratur, febriſque detinet, pulſus debiles ſunt, interdum verò etiam acuti, modò elati, modò deficientes. Hæc ineunte morbo patitur, & ſic ſe habet, procedente autem tempore, cauæ faciei partes rubeſcunt. Quibus ita habentibus, cibos leues exhibeto, & ſi quidem turgeat, medicamentum per inferiora purgans propinato, ſi bilioſa quidem fuerit, quod bilem purget, ſin autem pituitoſa, quod pituitam. Poſt hoc vteris fomentum ex odoratis adhibendum, & interdiu emolliens in ſubdititio apponendum. At ſi duro corpore fuerit, oſculum per totum diem fouendum, & emollientia ſupponenda, deinde calida lauandum, & fiſtulæ plumbeæ imponendæ. Poſt hæc autem ſalis grana & myrrham in panniculum lacerum illigatam, & picem coctam, in vellere exceptam admixtis aromatis, ita vt par cuiuſque ſit modus, & paruæ gallæ magnitudinem æquet, per diem & noctem ſupponito. Deinde verò intermiſſis tribus diebus ex iiſdem foueto. In ſubdititio autem grana cnidia dempto cortice apponito, quantum ad duas potiones ſatis erit, & piperis grana tenuiſſimè trita, oleo Ægyptio albo & melle quàm optimo admixto. Hoc lana obductum & circum pennam inuolutum toto die ac nocte ſupponito. Et ſi tibi purgata videatur, ſinere præſtiterit. Si verò purgatione indigere videatur, duobus intermiſſis diebus, ruſus medicamentum ex cucumere ſylueſtri per diem & noctem ſupponito. Deinde netopum, roſaceum odoratiſſimum, & cerui adipem liquatum, per diem vnum in vellere ſubiicito, & calida copioſa quàm blandiſſimè fieri poterit lauato. Simulatque verò purgatoriis & calida circum partes affectas expurgata fuerit, anſerino adipe & myrrha ac reſina tepida, vterorum oſculum illinendum & fouendum. Poſtero verò die, vino & oleo narciſſino vteros eluat. Quòd ſi narciſſinum deſit, vino ſolo. Hæc autem vno die ante menſium decurſum tibi facienda.

Vbi autem menſes decurrerint, primis quidem dieb. melanthium Cyprium tritum affuſo ſalis grano, hoc lana exceptum in corpore paulùm contineat, & vinum merum odoratum ieiuna inſuper ſorbeat. Vno autem poſt menſium ceſſationem die, ſuppoſito medicamento quod ex pulegio cõficitur, virum adeat, & ſi conceperit, conualeſcit. Cibis autem in purgatione accommodatis vtatur, quib. mercurialẽ incoquere prodeſt, & porra, allia, & braſſicã admiſcere & granũ. Iuſculum ad tres digitos ſorbeat, opſoniis marinis potiùs quàm carnib. vtatur, dulcib. autem & oleoſis abſtineat. Ieiunæ autem ſemper bibendũ quod ex tæda comparatur, donec expurgetur, idq; profluentibus menſib. multum bibat. At ſi mulieri paulò parciora quàm conueniat puerperij purgamenta ferantur, tanquam anguſtiore vterorũ oſculo, iiſq; peruerſis, aut aliqua pudendi parte ab inflammatione valde conniuente, mulier grauiter febricitat, oris ventriculi morſu, & totius corporis dolore vexatur, & præ angore ſtare loco neſcit, ad brachiorũ, crurum & lumborũ articulos dolor ingruit, iſq; loca quæ ſunt circa ceruicẽ, & ſpinam & inguina infeſtabit, & nonnulla corporis membra ad motum impotentia reddentur. Deinde remiſſa febris & horror admodum manifeſtus. Vomitione autem pituitoſa, amara & acria reiiciunt. Atq; cùm eo ſtatu ſit, continget tamen ſi ei diligens cura adhibeatur, vt ipſa conualeſcat, alioqui claudicat, & corporis partes ad motum impotentes redduntur. Hic autem morbus nõ admodum ſterilem mulierem facit. Si vlcerati quidem vteri fuerint, neq; puerperij purgamenta, vt decet, adfuerint, omnib. partib. dolebit, & niſi magna vlcera fuerint, cura adhibita breui ſanitatem recipit. Vlceribus autem in vteris ſubortis exacta & diligens cura adhibenda eſt, quippe cùm in molli parte, & bene ſenſili exiſtant, & in neruoſa cauitate, multæq; cum ea partes conſenſionẽ habeant, ſinciput, ſtomachus, mens concutitur, deprauatur, nec facilè intelligere ſolet. At ſi mulieri anguſtum vterorum oſculum fuerit, neq; puerperiorum purgationem demiſerint, inflammatione tentantur, quæ niſi breui diligenter curetur, omnia eam magis affligent, & teter odor inde promanat, exituſq; intumeſcit. Quòd ſi vteri inflammatione tentati non fuerint, ſuapte ſponte malum exit graueolens & liuidũ, aut nigrum & grumoſum exiſtit, & mulier à puerperij purgamentis expurgatur. Interdum verò minimè exeunt, verum id mulieri exitium portendit, niſi quis celeriter venam incidat, aut aluum emolliat. Præſtat etiam aluum per infuſum eluere. Quòd ſi promptè vomuerit, etiam vomitus ciendus. Satius etiam vrinam & ſudorem prouocare. Atque horum, cùm res poſtularit, occaſio optima eſt. Quòd ſi mulier à partu paulò ampliùs quàm par ſit purgata fuerit, id enim etiam contingit, ſi vteri lato ore fuerint, aut ex his venis quæ ad vterum tendunt, quædam ex violento fœtus egreſſu perruptæ fuerint, eam leuis febris & rigor prehendit, calorque toto corpore, nonnunquam etiam horror & cibi faſtidium, & in totum execrabitur, extenuabitur, debilis erit, ex virore palleſcet, intumeſcet, & cibos auerſabitur, ſi quid verò comedat aut bibat, non coquitur. Quibuſdam autem etiam aluus & veſica cum impetu effunditur, & horror magis detinet. Ac de his ſic ſe res habet. Si verò puerperæ pudendum aliqua ex parte obturatum fuerit (quod etiam iam ipſe vidi, vbi os pudendi vlceratum eſt) & vbi in partu per vim egreſſo

ἔστ' ἂν δὲ τὰ ἐπιμήνια γένηται,[175] τὰς μὲν ἐν ἀρχῇ ἡμέρας, προσθέσθω μελάνθιον τὸ κύπριον, καὶ ἁλὸς χόνδρον ἐπιχέασα, ἐν εἰρίῳ ἀναφορύξασα τοῦτο,[176] ἐν τῷ σώματι ἐχέτω ἐπ' ὀλίγον. καὶ νῆστις οἶνον ἄκρητον εὐώδεα ἐπιρροφείτω. ἔστ' ἂν δὲ παύσηται τὰ ἐπιμήνια, τῇ ἡμέρῃ τὸ ξὺν τῇ γλήχωνι προσθεῖσα,[177] καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα ἴτω. κἢν ἐν γαστρὶ σχῇ, ὑγιὴς γίνεται. σιτίοισι δὲ χρέεσθω ἐν τῇ καθάρσει.[178] πρὸς τούτοις ἀρηγεῖ ἑψεῖν τὴν λινόζωστιν. καὶ συμμίσγειν πράσα. σκόροδα. καὶ κράμβην,[179] κέγχρον τε. καὶ τὸν χυλὸν ῥοφείτω[180] τρισὶ δακτύλοισι. καὶ ὄψοισι θαλασσίοισι μᾶλλον, ἢ κρέασι χρήσθω.[181] τῶν δὲ γλυκέων εἰργέσθω καὶ λιπαρῶν. πίνειν δὲ αἰεὶ νῆστιν,[182] τὸ ἀπὸ τῆς δᾳδὸς, ἔστ' ἂν καθαίρηται.[183] ἐν δὲ τοῖσιν ἐπιμηνίοισιν, μᾶλλον πινέτω. ἢν δὲ ὀλίγῳ ἐλάσσονα τοῦ δέοντος χωρέῃ γυναικὶ τὰ λόχια οἷα τῶν μητρέων στενοστόμων ἐουσέων καὶ περιεστραμμένων, ἢ τοῦ αἰδοίου ἤ τι μέρος μεμυκὸς κάρτα ὑπὸ φλεγμασίης, ἡ γυνὴ πυρεταίνει ὀξέως. καὶ καρδιώσσει. καὶ ἀλγέει τὸ σῶμα πάνυ.[184] καὶ σφαδάζει, καὶ ἐς τὰ ἄρθρα τῶν χειρέων καὶ τῶν σκελέων. καὶ τῆς ὀσφύος ἡ ὀδύνη φοιτᾷ, καὶ τὸν ἀμφὶ τὴν δειρὴν τόπον, καὶ ῥάχιν καὶ βουβῶνας ἀλγήσει, καὶ ἀκρατέα ἄττα τῶν μελέων τοῦ σώματος γενήσεται.[185] ἔπειτα πῦρ ἠρεμαῖον. φρίκη πάνυ φανερή. ἐμέουσι δὲ καὶ φλεγματώδεα, πικρὰ, δριμέα. καὶ ἀμφὶ τοῖσδε, ὧδε ἔχει. καὶ ξυμβήσεται, ἢν μελεδαίνηται, ὑγιέα γενέσθαι. ἢν δὲ μὴ,[186] χωλὴν, καὶ ἀκρατέα τῶν μελέων γενέσθαι τοῦ σώματος.[187] ἄφορος δὲ ἡ νοῦσος οὐ πάνυ. Ἢν μὲν αἱ μῆτραι ἑλκωθῶσι, καὶ τὰ λόχια μὴ παρῇ ὡς χρὴ, πάντα πονήσει. καὶ ἢν μὴ μεγάλα ᾖ τὰ ἕλκεα, μελεδαινομένη ἐν τάχει, ὑγιαίνει. χρὴ δὲ τὴν μὲν μελέτην ἀτρεκέως ποιέεσθαι ἑλκέων τῶν ἐν τῇσι μήτρῃσι. ἅτε γὰρ ἐν ἁπαλῷ ἐόντα, καὶ εὐεπαισθήτῳ. καὶ νευρώδει τῇ κοιλίῃ. πολλὰ δὲ τὰ κοινωνέοντα. βρέγμα. στόμαχος.[188] γνώμη ἀϊστοῦται, καὶ κακοῦται, καὶ οὐ ῥηϊδίως ἐθέλει ξυνιέναι. ἢν δὲ αἱ μῆτραι στενόστομοι γένωνται, καὶ μὴ διαχαλάσωσι τὴν λοχείων κάθαρσιν, φλεγμαίνουσι. ἢν μὴ μελεδαίνηται ἐν τῷ τάχει, πάντα μὲν μᾶλλον πονέουσι. καὶ ὀδμὴ πονηρή. καὶ οἰδίσκεται ἡ ἔξοδος. καὶ ἢν μὴ φλεγμαίνωσιν αἱ μῆτραι, αὐτόματον ἔξεισι κακὸν ὀζόμενον, καὶ πελιδνὸν ἐὸν, ἢ μέλαν ἐὸν θρομβοειδὲς, καὶ ἡ γυνὴ καθαίρεται τὰ λόχια. ἔστι δ' ὅτε οὐκ ἔξεισιν, ἀλλὰ τῇ γυναικὶ θάνατον σημαίνει, ἢν μή τις ἐν τάχει φλέβα τάμῃ, ἢ τὴν κοιλίην μαλθάξειεν. ἄμεινον δὲ καὶ κλύσμα ποιῆσαι. ἢν δὲ εὐέμετος ᾖ, καὶ ἐς ἔμετον ἄγειν. κρέσσον δὲ διουρέειν,[189] καὶ ἰδίειν.[190] τούτων δὲ καιρὸς ὅτε δεῖ ἄριστος. Ἢν δὲ ἐκ τόκου γυνὴ καθαρθῇ, ὀλίγῳ πλέονα ὧν χρή. γίνεται γὰρ καὶ τοῦτο, εἴ τε μῆτραι εὐρύστομοι γένωνται, καὶ τῶν φλεβῶν τινὲς καταρραγέωσιν, αἳ τείνουσιν ὑπὸ τὰς μήτρας, ὑπὸ βίης τῆς ἐξόδου τοῦ ἐμβρύου. πυρετὸς καὶ ῥῖγος ἔχει αὐτὴν λεπτὸς, θέρμη τε ἀνὰ πᾶν τὸ σῶμα, ἔστι δ' ὅτε καὶ φρίκη καὶ ἀσιτίη.[191] καὶ βδελύξεται πάμπαν καὶ λεπτὴ ἔσται καὶ ἀσθενὴς, καὶ χλωρὴ, καὶ οἰδαλέος, καὶ ἀσιτεῖ. ἢν δέ τι φάγῃ ἢ πίῃ, οὐ πέσσεται. ἐνίῃσι δὲ καὶ κοιλίη, καὶ κύστις καταρρήγνυνται. καὶ φρίκη ἔχει μᾶλλον. ἀμφὶ δὲ ταύτης, ὧδε ἔχει. Ἢν δὲ ἐκ τόκου ἐούσης συμφραχθῇ τι τοῦ αἰδοίου. ἤδη δὲ καὶ τοῦτο εἶδον, ἢν ἑλκωθῇ τὸ στόμα τοῦ αἰδοίου, καὶ ἐπειδὰν ἑλκωθῇ ἐν τόκῳ βιασθὲν ὑπὸ τῆς ἐξόδου τοῦ

παιδίου

παιδίου, ἐλθόν ἴκελον ἢ ἄφθῃ, καὶ ἐφλεγμήνε καὶ τὰ χείλεα ὑπὸ τῆς φλεγμονῆς συνέπεσε πρὸς ἄλληλα, καὶ ἐλάβετο ἀλλήλων, ἅτε ἡλκωμένα ἐόντα· καὶ ψύξις δὲ γίνεται, καὶ μεμύκει ἄμφω τὰ χείλεα, [192] ξυνδήσαντα τὸ τῆς καθάρσιος ἀπολελειμμένον. Εἰ δὲ ἐχώρεεν ἡ κάθαρσις, [193] οὐκ ἂν ἐμεμύκει τὰ ἕλκεα. νῦν δὲ ἐπιρρεῖ καὶ παχύνεται ἀλλοτρίῃ σαρκί. καὶ ἰᾶσθαι δεῖ ὡς τὰ ἐν τῷ ἄλλῳ σώματι, καὶ ἐς οὐλὰς ἄγειν. τὸ δὲ χωρίον λεῖον ἔστω, καὶ ὁμαλὸν [194] εἰ φέρεται. [195] ἔπασχε δὲ ταῦτα ἃ πάσχουσιν αἱ μῆτραι ἀποκαθαιρόμεναι τὰ λοχεῖα. καὶ ἐπὶ τουτέοισιν ἄλγος τὸ αἰδοῖον. καὶ ψηλαφῶσα ἔγνω, [196] ὅτι ξυμπέφρακται. καὶ ἔφρασε. καὶ μελεδαινομένη ἀποκαθαίρεταί τε, καὶ ὑγιὴς ἐγένετο, καὶ φορός. [197] Εἰ δὲ μὴ ἐμελεδαίνετο, μηδὲ ἡ κάθαρσις ἐρράγη αὐτομάτη, τὸ ἕλκος μεῖζον ἐποίησε, καὶ μὴ ἀφιεῖσα κινδυνεύουσιν ἐς τὸ καρκινωθῆναι τὰ ἕλκεα. εἰ δὲ ὁρμήσειεν γυναικὶ λοχείη κάθαρσις ὡς ἐς κεφαλὴν, θώρηκά τε, καὶ πλεύμονα. γίνεται γὰρ τοῦτο, καὶ ἀποθνήσκουσι πολλάκις αὐτίκα ἢν ἴσχηται. Εἰ δὲ χωρέοι κατὰ τὸ στόμα, ἢ ῥῖνα, καλῶς, [198] ἐξάντης γίνεται. Εἰ δὲ ὀλίγον ἡ νόσος χρονιωτέρη γένοιτο, καὶ πάσχοι ἂν ἡ γυνὴ οἷά περ εἴρηται ἀμφὶ τῆς παρθένου, [199] ᾗ τὰ ἐπιφαινόμενα πρὸς τὰ ἄνω ὤρουσεν αὐτῇ. ἡ δὲ γυνὴ πλεόνα χρόνον περιέσται τῆς παρθένου. καὶ ἐλαχίστερα τὰ παθήματα ἔσται αὐτῇ, μέχρις οὗ ὁ πλεύμων [200] ἐξέμπυος γένηται. ἢν δὲ μὴ χωρέῃ ἡ λοχείη κάθαρσις κατὰ τὸ στόμα, [201] ἀλλ' ἄνω ὁρμηθεῖσα τράπηται, κεκρύψεται τὰ λοχεῖα, καὶ οὐ χωρήσει κατά γε δίκην. καὶ βὴξ ὑπολήψεται, καὶ ἄσθματα, καὶ πληρευμένου τοῦ πλεύμονος ὑπὸ τοῦ αἵματος, πονήσει τὸ πλευρὸν καρτερὰ, καὶ τὸ μετάφρενον. καὶ ὁπόταν βήξῃ, ξηρὸν ἀποβήσσεται. ἄλλοτε δὲ ἀφρώδεα πτύσεται. τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, πτύαλον ἐπιφαίνεται ὑπόμελαν ἐὸν, καὶ θολερόν. καὶ τὰ στήθεα πῦρ ἔχει, [202] τοῦ ἄλλου σώματος πολλὸν, οἷα αἵματος θερμαίνοντος αὐτά. καὶ πυρετήνει ἡ γυνή. καὶ ἡ γαστὴρ αὐτῇ στεγνὴ ἔσται. καὶ ἀσιτήσει. καὶ ἀγρυπνήσει καὶ βδελύξεται. καὶ οὐ περιγίνεται, ἀλλ' ἀποθανεῖται ἐν μιῇ καὶ εἴκοσιν ἡμέρῃσιν ὡς τὰ πολλά. ἢν δὲ ἡ κάθαρσις ἀνορμήσασα κατὰ τὸ στόμα μὴ ἔλθῃ, μηδὲ εἰς τὸν πλεύμονα τράπηται, τρέψεται ἡ ἐς τὸ πρόσωπον τὰ λοχεῖα, καὶ ἔσται ἐρυθρὸν κάρτα, καὶ ἡ κεφαλὴ βαρείη. οὐδὲ κινῆσαι αὐτὴν ἔσται πόνου ἄτερ. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐρυθροὶ κάρτα ἔσονται, καὶ ἐκ σφέων αἷμα ῥεύσεται λεπτόν· καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν ἔστιν οἷσιν αἷμα ῥεῖ. καὶ ἢν ῥυῇ, ὧδε χρονιωτέρη ἡ νοῦσος γίνεται, τοῖσι τε ὠσὶν οὐκ ὀξέως ἐπὶ τὸ ἀκούειν ἐν τῇ νούσῳ. καὶ καρδιώξει. καὶ ἐρεύξεται. [203] καὶ ἀλλοφρονήσει. καὶ παράνοιαι γίνονται μανιώδεες. ἔστι δὲ ᾗσι θράσος ὀμμάτων ἰλλῶδες, καὶ τἄλλα πάντα πονήσει, ὅκως καὶ ἐς τὸν πλεύμονα ὡς εἴρηται, ἢν ἡ κάθαρσις τράπηται, πλὴν οὐ βήξει, οὐδὲ πτύσεται τοιαῦτα. οὐδὲ τὸ μετάφρενον ἀλγήσει ὁμοίως. μελεδαινομένη δὲ ὑγιαίνει. οὐ πολλαὶ δὲ ἐλπίδες εἰσὶ περιγενέσθαι. ἢν δὲ ἄρα καὶ περιγένηται, κώφωσις ἔσται, ἢ τύφλωσις τὸ ἐπίπαν. ἀμφὶ τῆσδε τῆς νόσου ὧδε τελευτᾷ. [204] Ἢν ἐκ τόκου ῥόος λαμβάνῃ, καὶ τὰ σιτία ἐν τῇ γαστρὶ μὴ μένῃ, ἀσταφίδα χρὴ μέλαιναν, καὶ ῥοιῆς γλυκείης τὰ ἔνδον τρίψαι. [205] οἴνῳ δὲ ἐν μέλανι χρῆσθαι, τυρὸν ἐπιξύσας αἴγειον. καὶ ἄλφιτα πυρῶν πεφρυγμένα ἐπιπάσαι, καὶ ἄκρητον διδοῦ [206] Ἢν τὸ αἷμα ἐκ τόκου ἐμέσῃ, τοῦ ἥπατος ἡ σύριγξ τέτρωται.

puero exulceratum fuerit, quid contingit ſuperficiario vlceri ſimile, valdeq; inflammatur, & labra ex inflammatione, cùm nimirum exulcerata ſint, in ſeſe concidunt, mutuoq; cohærent. Fit autem refrigeratio, & ambo labra conniuent, quæ purgationis reliquias conſtringunt. Quòd ſi purgatio prodeat, vlcera non vtiq; coaleſcunt. At nunc affluit, & aliena carne incraſſeſcunt. Ea igitur velut quæ in reliquo ſunt corpore ſananda, & ad cicatricem perducenda. Locus autem læuis ſit, & æquabilitatem habens, ſi cura adhibetur. Iiſdem autem malis affligitur mulier quibus vteri qui à puerperij purgamentis minimè repurgantur, & ad hæc pudendi dolor accedit, quod tactu deprehendit ſibi obſtructum eſſe, idq; fatetur, & ſedulò curata repurgatur, ſanaque & fertilis euadit. Quòd ſi ſedulò nō curetur, neq; ei ſua ſponte purgatio erūpat, vlcus maius reddit, cumq; nihil demittat, periculum eſt ne vlcera in cancrum vertant. Si verò in muliere puerperij purgatio ad caput irruat, thoracemq; & pulmones (id enim contingit) etiam plerúq; confeſtim moriuntur, ſi illic detineatur. At ſi per os & nares probè prodeat, incolumis euadit. Quòd ſi morbus paulò diuturnior reddatur, eadem vtique mulieri eueniunt, quæ de virgine ſunt commemorata, cui cùm primum menſes comparuerint, ad ſuperiora cum impetu proſilierunt. Sed mulier diutiùs ſupererit quàm virgo, eiq; leuiores erunt affectiones, quoad pulmo purulentus euadat. Si verò per os non prodeat puerperij purgatio, ſed cum impetu delata ſurſum vertatur, puerperia in occulto deliteſcent, neque pro ratione procedent, tuſſis & crebræ ſpirationes (aſthmata dicta) eam corripient, oppletoq; à ſanguine pulmone, latus & dorſum magno dolore affligetur. Cùm tuſſit, ſiccum per tuſſim reiicitur, alias verò ſpumoſum expuitur, at progreſſu temporis ſputum ſubnigrum & turbidum apparet. Pectus calor maior quàm reliquum corpus detinet, cùm nimirùm ipſum ſanguis calefaciat. Mulier etiam febricitat, eiq; aluus adſtringetur, cibum auerſabitur, inſomnio & faſtidio torquebitur, neq; ſupererit, ſed vt plurimùm intra vnum & vigeſimū diem morietur. Quòd ſi purgatio impetu ſurſum delata per os non exeat, neq; ad pulmonem vertatur, ei ad faciem puerperia diuertent, quę admodum rubicunda erit, & caput ingraueſcet, neq; id citra dolorem dimouere poterit. Oculi etiam valde rubicūdi erunt, & ex ipſis ſanguis tenuis effluet. Eſt vbi etiam nonnullis ſanguis ex naribus profluit, qui ſi effundatur, hoc modo diuturnior morbus euadit. Neq; in hoc morbo acutè audire ſolent, oris ventriculi morſu tentabitur, eructabit, mente erit alienata, & delirationes furioſæ exiſtunt. Quibuſdam verò peruerſorum oculorum ferocia adeſt, eamq; omnia malè habebunt, non ſecus ac ſi ad pulmonem (velut dictum eſt) purgatio diuertat præter quam quòd minimè tuſſiet, neq; talia expuentur, neque dorſum conſimiliter dolebit. At cura diligenti adhibita conualeſcit. Neq; verò magna ſpes eſt vt ſupereſſe queat. Ac ſi fortè ſuperſit, ſurditas aut in totum cæcitas ſuccedet. Atque is eſt huius morbi exitus. Si à partu profluuium corripiat, neque cibaria in ventre maneant, vuam paſſam nigram, & mali punici dulcis granula terere oportet, iiſque ex vino nigro dilutis vtitor, caſeo caprino deraſo, & polenta triticea torrefacta aſperſa, hæc probè temperata exhibeto. Quòd ſi à partu ſanguinem vomitione reiiciat, hepatis fiſtula proforata eſt,

& dolor ad viſcera pertingit, corque conuellitur. Hanc calida copioſa lauare oportet, & quæ maximè ſuſcipiet tepefacientia adhibere, lacque aſininum diebus ſeptem aut quinq; propinare. Poſt hæc autem lac vaccæ nigræ, ieiunæ, ſi ferre poſſit, ad dies quadraginta propinandum, veſperi autem ſeſamum contritum. Hic verò morbus periculo non caret. Quonam autem pacto lac gignatur, à me dictum eſt in puelli generatione ex partu, aliaque eodem modo. Si lac deficiat porra trita & aqua macerata potui exhibeto, calida lauet, & in cibo porra & braſſicam comedat. Cytiſi autem folia incoquito, & decoctum ſorbeat. Quin & fœniculi necnon radicis illius decoctum propinato, & hordeum decorticatum vnà cum butyro coctum & refrigeratum, potui exhibeto. Ad hoc etiam conducit hippomarathrum & Hipposelinum, & cytiſus, quæ ſimul omnia lac copioſum reddunt & augent. Capræ Scyriæ, præcipueque caſei, ad id conducunt. Sed & ſaluiam coquito. Aut ex iuniperi baccis aut cedri fructu expreſſum ſuccum, vino affuſo bibat, & reliqua affuſo oleo edat. Ab acribus, acidis, ſalſis, & omnibus oleribus crudis arceatur. Cardamum etiam ex vino potum ad id valet, lac enim etiam expurgat. Calida lauet, & à balneo bibat. Viticis etiam ſemen ex vino potui præbeto. Quin & betæ ſuccus propinatus lac copioſum facit. Poſt eum ſeſamum, & hordeum trimeſtre in pilam coniectũ, trita omnia, ſucco per linteolum tranſcolato & expreſſo, melle admixto & amamelidis, deinde ex vino nigro bibenda dato. Cùm mulier peperit, neq; ſecundis eſt liberata, ea dare præſtiterit ex quibus puerperij purgamenta potiſſimùm expurgantur, allia cocta, aut aſſa, ex vino & oleo, cum paruis polypis & ſepiolis. In prunis verò quicquid iſtorum volueris. Caſtorium autem aut nardum bibat. Ruta etiam ieiunæ ex vino nigro dulci bibenda, aut ſine vino. Quòd ſi vinum dulce deſit, mel admiſcere commodius. Braſſicam vnà cum ruta & mercuriali decoctam aſſumat, & ex ſeminibus vtero dicatis aliquod bibat. At ſi puerperia in grumos concreſcant, & dolor in infimo ventre oboriatur, porra cocta exhibeto, quæcunque ſylueſtria & ſatiua erunt, pinguia autem omnia facito. Tertio verò etiam quoque die clementiore cœlo lauandum. Iis enim frigus eſt aduerſum. Poſt balneum autem inungere præſtat, neque multa calida vti. Si ſecundæ ſtatim à partu non diſceſſerint, imi ventris dolores in lateris inanitate ſuboriuntur, & rigores, ac febres. Quòd ſi ſecundæ exierint, mulier etiam ſaneſcit. Plærumque verò putreſcunt, ſexto tamen aut ſeptimo die, aut etiam poſterius exeunt. Huic medicamenta quæ præſcribam exhibere oportet, & ſpiritum continere. Omnibus autem præſtare nouimus artemiſiam herbam, & dictamnum, ac albæ violæ flores. Et laſeris ſuccus ad fabæ Græcæ quantitatem ex aqua potus præſtantiſſimè valet. Quòd ſi his ſecunda excludi nequeat, cibis abſtinendum. Deinde agni caſti folia ex vino & melle trita, & affuſo oleo tepefacta, ad heminæ menſuram potui exhibeto, & foras prodibunt. At ſi mulieri in vteris partus inuolucrum relictum fuerit, id hoc modo contingit. Si vi abruptus vmbilicus fuerit, aut ſi per imprudentiam eius quæ vmbilicum ſecat, priùs quàm fœtus inuolucrum ex vteris prodierit, ſectus fuerit,

καὶ ὀδύνη πρὸς τὰ σπλάγχνα φοιτᾷ. καὶ τὴν καρδίαν σπᾶται. ταύτην χρὴ λούειν πολλῷ θερμῷ. καὶ τῶν χλιασμάτων ἃ μάλιστα προσδέχεται, προστιθέναι, καὶ πιπίσκειν ὄνου γάλα ἑπτὰ ἡμέρας ἢ πέντε. μετὰ δὲ ταῦτα πιπίσκειν βοὸς μελαίνης γάλα ἀσιτεύουσαν καὶ εἴκοσι καὶ ἐν ἡμέρας μ΄. ἐς δὲ τὴν ἑσπέρην, σήσαμον τετριμμένον πιπίσκειν. ἡ δὲ νοῦσος, κινδυνώδης. τὸ δὲ γάλα ὅκως γίνεται, εἴρηταί μοι ἐν τῇ γενέσει τοῦ παιδίου τῇ ἐν τόκῳ, καὶ τἆλλα παραπλησίως.

Ἢν γάλα σβεσθῇ, πράσα τρίψας, διεὶς τε ὕδατι, δίδου πίνειν, καὶ ἐν θερμῷ λουέσθω. καὶ εἰς βρῶσιν πράσα καὶ κράμβην ἐσθιέτω. συνεψεῖν δὲ καὶ κυτίσου φύλλα. καὶ τὸν χυλὸν ῥοφεῖν. πιπίσκειν δὲ καὶ τὸν χυλὸν τοῦ μαράθρου. καὶ τὸν ἀπὸ τῶν μαραθρείων ῥιζῶν. καὶ κριθὰς ἐπτισμένας, καὶ βούτυρον ἑψήσας ὁμοῦ, καὶ ψύξας, δίδου πίνειν. ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ ἱππομάραθρον. καὶ τὸ ἱπποσέλινον. καὶ κύτισος. ὁμοῦ ταῦτα πάντα γάλα πουλὺ ποιεῖ, καὶ αὔξει. σκύριαι αἶγες, τυροὶ δὲ μάλιστα ἀγαθόν. ἀλλὰ καὶ τὴν ἐλελίσφακον ἑψεῖν. ἢ ἀπὸ τῶν ἀρκευθίδων, ἢ κεδρίδων ἀποχέουσα τὸν χυλὸν, καὶ οἶνον ἐπιχέουσα, πινέτω. καὶ ἐς τὰ λοιπὰ ἔλαιον ἐπιχέουσα ἐσθιέτω, καὶ τῶν δριμέων καὶ τῶν ἁλμυρῶν, καὶ ὀξέων καὶ ὠμῶν λαχάνων πάντων εἰργέσθω. τὸ δὲ κάρδαμον ἐν οἴνῳ πινόμενον, ἀγαθόν. καὶ γὰρ τὸ γάλα καθαίρει. καὶ τῷ θερμῷ λουέσθω. καὶ ἀπὸ θερμοῦ πινέτω, καὶ ἄγνου καρπὸν ἐν οἴνῳ διδόναι πίνειν. καὶ ὁ χυλὸς τοῦ τεύτλου γάλα πουλὺ ποιεῖ πινόμενος. καὶ σησάμου ἅμα αὐτῷ. καὶ κριθῶν τριμηνιαίων ἐμβαλὼν ἐς θυίαν, τρίψας πάντα δι' ὀθονίου τὸν χυλὸν ἐπιχέας, καὶ ἐκχυλίσας, παραμίξας δὲ καὶ μέλι, ἢ ἀμαμηλίδας, εἶτα ἐπ' οἴνῳ μέλανι διδόναι πίνειν. Ὅταν γυνὴ τέκῃ, καὶ τῶν ὑστερέων μὴ ἀπαλλαγῇ, διδόναι ἄμεινον, ἐφ' ὧν μάλιστα καθαίρεται τὰ λοχεῖα, σκόροδα ἑφθὰ, ἢ ὀπτὰ ἐν οἴνῳ, καὶ ἐλαίῳ μετὰ πουλυποδίων, καὶ σηπιδίων. ἐπ' ἀνθράκων δὲ, ἢν ἂν βούληται τουτέων. καστόρεα δὲ, ἢ νάρδον πινέτω. πινέτω δὲ καὶ πήγανον ἐν οἴνῳ μέλανι γλυκεῖ, νῆστις, ἢ ἄνευ οἴνου. ἢν δὲ μὴ γλυκὺς ὁ οἶνος ᾖ, ἄμεινον μέλι παραμίσγειν. κράμβην ἑφθὴν ὁμοῦ πηγάνῳ. καὶ λινόζωστιν. καὶ τῶν σπερματίων τι πίνειν τῶν ὑστερικῶν. [107] Ἢν δὲ θρομβωθῇ, καὶ πόνος ἐν νειαίρῃ τῇ γαστρὶ γένηται, διδόναι πράσα ἑφθά. [108] καὶ ὅσα ἄγρια καὶ ἥμερα. λιπαρὰ δὲ ποιεῖν ἅπαντα, λούεσθαι δὲ καὶ διὰ τρίτης ἡμέρης ἐν εὐδίῃ. τὸ γὰρ ψῦχος ταύτῃσιν ἐναντίον. καὶ μετὰ τὸ λουτρὸν ὑπαλείφειν ἄμεινον μὴ πολλῷ θερμῷ χρῆσθαι. Ὅταν αἱ ὕστεραι μὴ αὐτίκα ἀπίῃ μετὰ τὸν τόκον, τῆς νειαίρης γαστρὸς γίνονται πόνοι ἐν κενεῶσι. καὶ ῥῖγος, καὶ πυρετοί. κἢν ἀπαλλάσσωνται αἱ ὕστεραι, ὑγιαίνει καὶ ἡ γυνή. σήπεται δὲ πουλύ. ἀπαλλάσσεται δὲ ἑκταίη, ἢ ἑβδομαίη, ἢ καὶ ἀσωτέρω. ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ χρὴ διδόναι φάρμακα, ὧν ἀνέγω γράψω. καὶ πνεῦμα κατέχειν. ἄριστον δὲ πάντων οἶδα, ἀρτεμισίην βοτάνην. καὶ δίκταμνον, λευκοΐου ἄνθος. καὶ ὀπὸν σιλφίου, κράτιστον ἐν ὕδατι πινόμενον ὅσον κύαμος ἑλληνικός. καὶ ἢν αἱ ὕστεραι μὴ δύνωνται ἀποφυγεῖν, ἀσιτεῖν. κἄπειτα πέταλα τῆς ἄγνου τρίψας ἐν οἴνῳ, καὶ μέλιτι, [109] καὶ ἔλαιον ἐπιχέας, χλιήνας, δίδου πίνειν ὅσον κοτύλην, καὶ ἔξεισιν. [110]

Ἢν δὲ γυναικὶ τὸ χορίον ἐλλειφθῇ ἐν τῇσι μήτρῃσι, τοῦτο δὲ ὧδε γίνεται. ἢν ῥαγῇ βίῃ ὁ ὀμφαλὸς, ἢ ἀμαθίῃ ἀποτάμῃ [111] ἡ ὀμφαλοτόμος, τὸν ὀμφαλὸν τοῦ παιδίου πρόσθεν ταμοῦσα, πρὶν ἢ τὸ χορίον ἐξιέναι ἐκ τῶν μητρέων,

[213] αἱ μῆτραι τὸ ἀνασπῶσιν ὕστερον ἄνω, ἅτε ὀλισθηρὸν ἐὸν, καὶ χλιαινόμενον, καὶ καρτερῶς ἔχουσιν ἐν ἑωυτῇσι. τείνεται γὰρ τὸ χορίον, ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ τοῦ παιδίου. καὶ ὕστερος ἔξεισιν ὁ ὀμφαλὸς ἐκ τῶν μητρέων. ἢν γὰρ πρότερος ἐξίοι, δι' αὐτοῦ οὐκ ἂν διέλθοι τῷ παιδίῳ ἡ τροφὴ, ὅτι ἐξήρτηται ἐξ αὐτέου. Ὅταν δὲ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φθείρῃ τὸ ἔμβρυον μηνιαῖον, ἢ διμηνιαῖον, καὶ τὰ ὕστερα ἐξιέναι μὴ δύνηται, ἡ δὲ λεπτὴ, ταύτης χρὴ τηνικαῦτα καθαίρειν τὸ σῶμα καὶ πιαίνειν. οὐ γὰρ πρότερον ἔξεισι τὰ ἔμβρυα σαπέντα, ἢν μὴ ἰσχυραὶ αἱ μῆτραι ἔωσι, καὶ εὐπαγέες. Ἢν γυναικὶ τὸ χορίον ἐλλειφθῇ, [215] ἢν μὴ εὐρύστομοι αἱ μῆτραι ἔωσι, χωρέει ἡ κάθαρσις ἔλασσον τοῦ καιροῦ. καὶ ἡ γαστὴρ σκληρὴ γίνεται καὶ μεγάλη. καὶ ψῦξις ἔχει. καὶ πυρετὸς ὀξύς. καὶ πόνος καθ' ἅπαν τὸ σῶμα, γαστρὸς δὲ τὸ κατώτερον τοῦ ὀμφαλοῦ. καὶ βάρος γίνεται ἐν τῇσι μήτρῃσι, [214] καὶ στροφὴ ὡς ἐμβρύου ἐόντος. καὶ μελεδανθεῖσα ἐκβάλλει τὸ χορίον ἐν τάχει σεσηπὸς, καὶ ὑγιαίνει. [215] Ἢν ἐκ τόκου ἡ μήτρη ἑλκωθῇ, ῥόδων ἄνθεσιν ἰῆσθαι. διακλυζέσθω δὲ καὶ στρυφνοῖσιν. [216] ἢν δὲ ἑλκωθῇ τὸ στόμα καὶ φλεγμήνῃ, σμύρναν [217] καὶ στέαρ χήνειον, καὶ κηρὸν λευκὸν, καὶ λιβανωτὸν, λαγωοῦ θριξὶ τῇσιν ὑπὸ γαστέρα μίσγειν, καὶ προστιθέναι ἐν εἰρίῳ λεῖα ποιήσαντα. Ἢν ἐκ τόκου φλεγμήνωσιν αἱ ὑστέραι, πυρετὸς ἴσχει τὸ σῶμα βληχρὸς, καὶ ἀχλύς. ἐκ δὲ τῆς κοιλίης οὐδέποτε ἐκλείπει τὸ πῦρ. καὶ δίψη. καὶ τὰ ἰσχία ἀλγέει. καὶ οἰδέει τὴν γαστέρα τὴν νειαίρην ἰσχυρῶς. καὶ ἡ κοιλίη ταράσσεται, ὑποχώρημα δὲ κακὸν, καὶ ὀζόμενον, καὶ λάζεται τὸ πῦρ σφοδρόν. καὶ ἀσιτίην ἔχει. καὶ κατὰ τὸ βρέγμα ὀδύνη, καὶ οὐ δύναται εἰρύσαι τῆς κοιλίης ὁ στόμαχος, ποτά γε καὶ σιτία. καὶ ἀδυνατέει πέσσειν. καὶ ἢν μὴ θεραπεύωνται εὐθέως, αἱ πλεῖσται ἀπόλλυνται. ἡ κοιλίη δὲ αἰτίη. [218] τῆς ἀκτῆς τὰ φύλλα ὡς ἁπαλώτατα ἐν πυρῶν κριμνοῖσιν ἑψήσας σητανίοισιν, ἀκροχλίαρον ῥοφέειν. διδόναι τε καὶ μελίκρητον, καὶ οἶνον ὑδαρέα. καὶ τὸ ἦτρον καταπλάσσειν τοῖσι ψυκτικοῖσι. σιτίον δὲ ὡς ἐλάχιστον ἐσθίειν. καὶ τὴν γαστέρα ἵστασθαι. καὶ τὴν κεφαλὴν ἰῆσθαι, ὑποχόνδριον δὲ καταπλάσσειν καὶ τῶν μητρέων τόπον. Ὁκόταν ἀλγέῃ τὴν ἕδρην, ἢ ἄλλο τι, ἀρκεύθου καρπὸν, [219] ἢ λίνου σπέρμα καὶ κνίδης τρίβειν, καὶ διδόναι πίνειν. ἢν ἐκ τόκου ἀλγέῃ, ῥητίνην τερεβινθίνην, καὶ μέλι. καὶ οἶνον χλιαρὸν διδόναι ῥοφέειν. καὶ ἢν φλεγμαίνωσιν αἱ μῆτραι, τοῦτο παύσει. [220] ἢν δὲ μὴ ἀλγέῃ τι τῶν μητρέων, τούτων ἀμυγδάλας τρίψας πικρὰς, [221] ἐλαίης τε τὰ ἁπαλὰ φύλλα. καὶ ἄννησον, καὶ ἐρύσιμον, καὶ ὀρίγανον, καὶ νίτρον, ταῦτα μίξας, καὶ τρίψας λεῖα, κολλούρια ποιέειν μητρέων. ἢν φλεγμήνωσι καὶ ὀδύνη ἔχῃ, ῥόδων φύλλα, κιννάμωμον, καὶ κασσίην τρίψας ἐν τωὐτῷ λεῖα ἐπιχέαι, νέτωπον. [222] καὶ ποιήσας φθοΐσκους τῶν δραχμιαίους, ὀστράκινον χυτρίδιον καινὸν διάπυρον ποιήσας, προσκαθίσας, καὶ περιστείλας ἱματίοισι, θυμιῆν ἐς τὰς μήτρας. τοῦτο ὀδύνας παύσει. ἢν δὲ ἐκ τόκου αἱ ὑστέραι πονέωσι βληχρὸν ἔχει τὸ πῦρ. ἔνδοθεν δὲ ἡ κοιλίη ἡ νειαίρη περιφλεγέθει ὥσπερ. καὶ ἐς τὸ ἰσχίον ἐνίοτε ἀποιδέει. καὶ ὀδύνη ἴσχει τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ ἐς τοὺς κενεῶνας, καὶ τὰ ὑποχωρέοντα χολώδεα καὶ κάκοδμα. καὶ ἢν μὴ σταθῇ ἡ κοιλίη, ἐξαίφνης ἀπόλλυται. Ὅταν οὖν ὧδε ἔχῃ, χρὴ ψύχειν τὴν κοιλίην, φυλασσόμενον ὅκως μὴ φρίξῃ.

vteriq; ſecundas nimirum lubricas & madentes ſurſum attrahunt, & arctiſſimè complectuntur. Fœtus enim inuolucrum ex puelli vmbilico protenditur, & ex vteris poſtremus exit vmbilicus. Si enim priore loco exiret, non vtiq; per ipſum ad puellum alimentũ permearet, cùm ex eo propendeat. Cùm verò quæ prægnans eſt fœtum menſtruum aut bimeſtrem corrumpat, ſecundæq; foras prodire nequeant, ipſa autẽ extenuata ſit, huius corpus ſanè purgare & opimum reddere oportet. Neq; enim putrefacti fœtus exeunt, niſi vteri robuſti & benè compacti fuerint. Si mulieri fœtus inuolucrum intus remanſerit, niſi vteri amplo ore fuerint, parcior quàm conueniat purgatio prodit, venter durus & magnus euadit, frigus detinet & febris acuta, dolor totum corpus, præcipuè verò ventris partem vmbilico inferiorem occupat, pondusq; in vteris ac tormina non aliter quàm fœtu exiſtente ſentiuntur. Diligenti tamen cura adhibita, breui putrefactum fœtus inuolucrum eiicit, ſanaque euadit. Si ex partu vlceratus vterus fuerit, roſarum floribus medendum, quinetiam adſtringentiam decocto colluendus. At ſi os vlceratum & inflammatione tentatum fuerit, myrrham, adipem anſerinum, ceram albam, thus, cùm pilis leporinis qui ſub ventre ſunt mixta, & leuiter trita, in vellere ſubdito. Si ex partu vteri inflammationem conceperint, febris leuis corpus detinet, & oculorum caligo adeſt. Ventrem verò incendium nunquam deſerit, ſiti & coxendicum dolore vexatur, imus venter vehementer intumeſcit, & aluus turbatur, deiectio mala eſt & graueolens, vehemens febris inuadit, cibi faſtidium detinet, & ad ſinciput dolor pertingit, neque ventriculi ſtomachus potus & cibos attrahere, neq; etiam coquere poteſt. Ac niſi confeſtim curentur, plurimę intereunt, venter autem in cauſa eſt. Sambuci folia quàm tenerrima, in farina craſſiore tritici ſitanij decocta, perquam tepida ſorbenda dato, aquam mulſam vinumq; aquoſum exhibeto. Ad imum ventrem cataplaſmata refrigerantia imponenda, & cibus quàm pauciſſimus ſumendus, venter ſiſtendus, & capiti medendum. Ad præcordia quoq; & vterorum ſedem cataplaſmata adhibenda. Cùm ſedes aut alia quædam pars doluerit, iuniperi baccas, aut lini & vrticæ ſemen terito, & potui exhibeto. Si ex partu dolor eſt, reſinam terebinthinam, mel, & vinum tepidum ſorbitione exhibeto. Quod ſi vteri inflammatione laborent id ſedabit. Quòd ſi nulla vteri parte dolor eſt, amygdalas amaras terito, & oleæ tenera folia, & aniſum, & eryſimum, & origanum, ac nitrum. Ex his mixtis & ad læuorem tritis, vterorum collyria conficito. At ſi inflammatio cum dolore detinuerit, ad roſarum folia, cinnamomum, caſſiam, in vnum ad læuorem trita, netopum affundito. Et paſtillis drachmæ vnius pondere confectis, ollæ fictili recenti igne candenti, ſuperinſedente muliere & veſtimentis contecta, in vterum ſuffitum immittito. Hoc dolores ſedabit. Si verò vteri ex partu laborauerint, febris leuis detinet, interiore autem parte imus venter velut igne accenſus eſt, interdumque ad coxam vſque intumeſcit, dolor etiam infimum ventrem & laterum inanitates occupat. Quæ per aluum ſecedunt, bilioſa ſunt & graueolentia, ac niſi ſiſtatur, de repente perit. Sic igitur affectæ aluum refrigerare oportet, ea cautione adhibita ne perhorreſcat.

Bibat autem, ſi non ſiſtatur, farinæ craſſioris decoctum, panis farinam comedat. Mali autem punici vinoſi ſuccum aqua temperatum, ſorbendum dato, lentem autem lomento aſpergito. Quo decocto, lentem, cuminum, ſalem, oleum, & acetum miſceto, hoc frigidum ſorbendum dato, & lenticulam aceto conditam, vinum Pramnium generoſum ſuperbibendo. Aliis autem omnibus cibis abſtinendum, quoad febris ſoluta videatur. Quòd ſi viſum fuerit, etiam lauet. Si verò imbecilla fuerit, polentam bibendam dato, ſique debilior, ex aqua frigida. Cibus offerendus leuis, qui minimè vacuet, vbi febris remiſerit. Hic autem morbus acutus eſt & lethalis. At ſi recens enixæ vteri inflammatione laborent, venter inceditur & intumeſcit, & ſuffocatio ad præcordia detinet. Sic affectæ muſcum marinum, quem in piſces iniiciunt, in pila contuſum, farina hordeacea cruda admixta, ſarmentitio cinere, & lini ſemine toſto, ex cataplaſmate admoueto. His autem agitatis, & aceto oleoque ſubactis, mixturam quandam craſſam conficito eaque donec velut in farinæ maſſam coëant coquito. Hoc quàm calidiſſimum in cataplaſmate apponito, & ſi opus eſt, ad inſeſſum adhibeto. Si recens puerperæ, vteri inflammationem conceperint, intumeſcunt, cumque puerperij purgamenta reſtiterint, clam diſtenduntur, quod accidit, cùm frigore denſati fuerint. Hos, ſiquidem perfrigeſcant, calefacito. At ſi conflagrarint, & frigus dimiſerit, medicamentum ſubdititium quod inflammationi aduerſetur ſubiiciendum, ſimulque lauandum & fotu vtendum, & in medicamenta quæ deſcribam adhibenda, vaporque in os & nares attrahendus. Quòd ſi ſtrangulatus acceſſerit, lentes cum aceto, ſale, & origano multo decoquito, & vt appoſiti medicamenti nidorem attrahat facito. Mercurialem etiam comedat, & in eius ſucco coctam farinam ſorbeat. Quàm celerrimè autem, & priuſquam dolor detineat, medicamenta exhibeto quæ vterorum dolorem ſedent, & cibi aluum ſubducentes aſſumendi, & ſi venter inflammetur, quàm citiſſimè per infuſum ſubluendus. Si vteri pituita redundent, in iis flatus ſuboriuntur, & menſes prodeunt pauciores, albi, pituitoſi, interdumque ſanguis tenuis, purus, membranis plenus, nonnullis etiam conturbatur, terque menſe comparet, neque præ nimia humiditate viri congreſſum expetit, neque ad venerem exercendam incitatur, & extenuatur. Dolor autem imum ventrem, lumbos & inguina occupat. Quòd ſi quod effluit mordeat, & ſummas oſculi vteri oras vlceret, diuturnam fore fluxionem aſſerendum. At ſi minimè copioſa fuerit, lenticulæ decoctum cum veratro, vt vomat exhibeto. Deinde in nares infundito, & medicamentum deorſum purgans propinato, & cibis acribus abſtineat. Quòd ſi grauitate & frigore prematur, & torpor detineat, lac & vinum odoratum exhibeto. Hypericum autem, lini ſemen, & ſaluiam, ex vino odorato aquoſo ieiuna bibat, & vteros vino vnà cum fæce eluat. Quòd ſi vlcerati fuerint, duobus aut tribus diebus intermiſſis, ter ex grani Cnidij decocto colluito, poſt hæc verò ex adſtringentibus. Si verò adhuc vlcerati fuerint, myrti & lauri decocto abluito, medicamento ex argenti flore illinatur. Grauis autem hic morbus eſt, paucæque ex eo euadunt. Si vteri acetabula pituita oppleta fuerint, menſes pauciores contingunt, & ſi vterum geſtet,

πινέτω δὲ ἢν μὴ ἵστηται,[223] τὸ ἀπὸ τοῦ κρίμνου. τρωγέτω[224] ἄρτον ἄλητον. ῥοφέειν δὲ σίδης οἰνώδεος τὸν χυλὸν, κεράσας ὕδατι.[225] ἐπιπάσαι δὲ λεκίθῳ, φακὸν,[226] καὶ τούτῳ ἕψε, μίσγων φακὴν, καὶ κύμινον, καὶ ἅλας, καὶ ἔλαιον, καὶ ὄξος. τοῦτο διδόναι ῥόφημα ψυχρόν. καὶ φακῆν ὀξείην.[227] καὶ ἐπιπίνειν οἶνον οἰνώδεα πράμνιον. τῶν δὲ ἄλλων σιτίων ἀπέχεσθαι χρὴ ἔστ' ἂν ὁ πυρετὸς λυθῇ. ἢν δὲ δοκέῃ καὶ λουέσθω. ἢν δὲ ἀσθενικῶς ἔχῃ,[228] πίνειν διδοὺ τὰ ἄλφιτα. ἢν δὲ ἀκινδυνοτέρη ᾖ, ἐν ὕδατι ψυχρῷ. σιτίον δὲ προσφέρεσθαι κοῦφον,[229] ὅ, τι μὴ ὑποχωρήσεται ὅταν τὸ πῦρ μεθῇ. ἡ δὲ νοῦσος, ὀξείη τε καὶ θανατώδης. Ἢν δὲ φλεγμαίνωσιν αἱ ὑστέραι λεχοῖ,[230] πίμπραται ἡ κοιλίη, καὶ μεγάλη γίνεται, καὶ πρὸς τὰ ὑποχόνδρια πνὶξ ἴσχει. ὅταν ὧδε ἔχῃ, καταπλάσσειν βρύῳ τῷ θαλασσίῳ, ὃ ἐπὶ τοὺς ἰχθύας ἐπιβάλλουσι, κόψαι δὲ ἐν ὅλμῳ καὶ ξυμμίσγειν ὠμήλυσιν, καὶ σποδιὴν κληματίνην, καὶ λίνον φώξαντα. βάλλειν δὲ ταῦτα[231] καὶ ἀναφορύξαι ὄξει καὶ ἐλαίῳ. ποιεῖν δὲ οἷον κυκεῶνα παχύν. ταῦτα ἕψειν,[232] ὡς δὴ στέαρ γίνεσθαι. καὶ τούτῳ καταπλάσσειν ὡς θερμοτάτῳ, καὶ ἢν χρήζῃ[233] ἐγκαθίζεσθαι. Ἢν δὲ λεχοῖ φλεγμαίνωσιν, αἱ ὑστέραι οἰδέουσι. καὶ ὁκόταν τὰ λοχεῖα ἐμμείνῃ, κρύβδην τείνονται.[234] γίνονται δὲ ἐπὴν πυκνωθῶσιν ὑπὸ ψύχεος. ταύτῃσιν ἢν μὲν ἐπιψύχωνται, ἀλεαίνειν.[235] ἢν δὲ περιφλεγέες ἔωσιν, καὶ τὸ ψύχος ἀφῇ, πρόσθετον ποιέειν, ὅ, τι φλεγμασίῃ ἐναντιοῦται, καὶ λούειν ἅμα καὶ πυριῆν, καὶ φάρμακα προσάγειν, ὧν ἂν ἐγὼ γράψω. ἕλκειν τε ἀτμίδα ἐς τὸ στόμα, καὶ ἐς τὰς ῥῖνας.[236] ἢν δὲ πνίγωσι, φακοὺς ἕψειν ἐν ὄξει, καὶ ἁλὶ, καὶ ὀριγάνῳ πολλῷ. καὶ ὁλκὴν ποιέεσθαι.[237] καὶ τὴν λινόζωστιν ἐσθιέτω. καὶ ἐν τῷ χυλῷ λεπτὸν ἄλητον ῥοφεέτω. ὅτ' ἂν τάχιστά τε καὶ πρὶν τὴν ὀδύνην ἔχειν, πρότερον διδόναι τὴν φαρμακίην, ὅσα τὰς ὑστέρας παύει τῆς ὀδύνης, καὶ σιτία διαχωρητικὰ προσφερέσθω.[238] καὶ ἢν ἡ γαστὴρ φλεγμαίνηται, ὑποκλύζειν ὅτι τάχος. Ἢν αἱ μῆτραι φλέγματος ἐμπλησθῶσι, φῦσαι ἐγγίνονται ἐν τῇσιν ὑστέρῃσι. καὶ τὰ ἐπιμήνια προσέρχεται ἐλάσσονα, λευκὰ, φλεγματώδεα. ἔστι δὴ ὅτε αἷμα λεπτὸν, ἀκραιφνὲς, ὑμένων ἀνάπλεον.[239] καὶ ἔστιν ᾗσιν κυρκανᾶται. καὶ τρὶς τοῦ μηνὸς ἐπιφαίνεται. καὶ τῷ ἀνδρὶ ὑπὸ τῆς ὑγρότητος οὐκ ἐθέλει μίσγεσθαι, οὐδ' ὀργᾷ. τοῦτο δρᾷν καὶ λεπτὴ γίνεται. ὀδυνᾶται δὲ τὴν νειαίρην γαστέρα, τὰς ἰξύας, καὶ τοὺς βουβῶνας.[240] καὶ ἢν δάκνοι τὸ ῥέον, καὶ ἑλκοῖ[241] τὰ ἀμφίδεα, χρόνιον φαίνεται τὸ ῥεῦμα. καὶ ἢν μὴ πολὺ ᾖ, φάκιον ξὺν ἐλλεβόρῳ δοῦναι ἐμέσαι. ἔπειτα ἐς τὰς ῥῖνας ἐγχέαι, καὶ φάρμακον πῖσαι κάτω.[242] σιτίων δὲ εἰργέσθω δριμέων, ἢν δὲ βαρύνηται, καὶ ψύχηται καὶ νάρκην ἔχῃ, γάλα διδόναι, καὶ οἶνον εὐώδεα. πινέτω δὲ νῆστις ὑπερικὸν,[243] λίνου σπέρμα, ἐλελίσφακον ἐν οἴνῳ εὐώδει ὑδαρεῖ. καὶ κλύσαι τὰς ὑστέρας,[244] τῷ ξὺν τῇ τρυγί. καὶ ἢν ἑλκωμέναι ἔωσι, διαλιπὼν τὰς ἡμέρας δύο, ἢ τρεῖς,[245] κλύσαι τρὶς, ξὺν τῷ κόκκῳ. μετὰ δὲ τοῦτο, στρυφνοῖσι. ἢν δὲ ἑλκωμέναι ἔωσι, ἀποπλύνεσθαι τῷ ἀπὸ τῆς μυρσίνης, καὶ δάφνης ἀφεψήματι. καὶ ἐγχριέσθω τῷ ξὺν τῷ ἀργυρέῳ ἄνθει, ἡ δὲ νοῦσος χαλεπή. καὶ ὀλίγαι ἐκφεύγουσι.[246] Ἢν δὲ κοτυληδόνες φλέγματος περιπλέαι ἔωσι, τὰ ἐπιμήνια γίνονται ἐλάσσονα. καὶ ἢν ἐν γαστρὶ ἴσχῃ, διαφθείρει,

ἐπὴν δὲ ἡ

dulci diluto permixta, cùm primùm dolor detinuerit potui exhibenda. Quinetiam in aqua calida deſideat, aquam verò mulſam dilutam, & vinum dulce album bibat. Secundam expellere valet holoconitidos dulcis radix, quæ bulbum refert, & parua eſt velut oliua, hanc ex vino tritam potui exhibeto. Quæ ſi exigua quidem fuerit, duæ exhibendæ, ſin maiuſcula, vna ſatis eſt. Ex ſeminibus autem cuminum Æthiopicum & ſeſeli Maſſilienſe admiſceto. Aut folium Libycum ſiccum ad dimidiam chœnicem ex vini cyathis tribus decoquito, ex eo ad dimidias decocto bibat. Aliud. Viticis ſemen, ſeſelios æqualem portionem & myrrham ſimul trita ex aqua potui exhibeto. Quæ fœtus expellunt. Agnum album recentem acetabuli quantitate, ex vino albo grati odoris læuiter tritum potui exhibeto. Aliud. Caſtorij aut ſagapeni obolum, bituminis drachmam vnam, nitri duas, hæc omnia ex vino dulci trita, & olei hemina dimidia, ieiunæ ad duos obolos bibenda exhibeto, & calida probè lauato. Aliud quod eaſdem habet vires. Echinos marinos tres integros ex vino grati odoris læuiter tritos, potui exhibeto. Aliud. Menthæ paruum faſciculum, rutæ, coriandri, & cedri aut cupreſſi ſemen, ex vino odorato potui exhibeto. Et ex echinis, ſi adſunt, ſæpiuſculè ſorbitionem accipiat, ad eundem deinde modum calida lauet. Aliud eodem modo. Aniſum, cedri baccas, apij ſemen, cuminum Æthiopicum, ſeſeli, cuiuſque acetabuli dimidium ex vino albo læuiter tritum bibendum dato. Aliud ſimiliter faciens. Dictamni faſciculum, ſeminis dauci drachmas duas, & melanthij tantundem, ex vino albo læuiter tritum in potum exhibeto, & calida multa lauato. Danda autem hæc ad vim morbi reſpectu habito. Aliud. Galbanum oliuæ magnitudine ex oleo cedrino tritum in ſubdititio ſupponat. Hoc etiam fœtum perdere, & ſecundam morantem detrahere valet. Aliud quod infuſum ſecundas eiicit. Cùm fœtus ex frigore mortuus computruerit, ſi ventus frigidus fuerit, crocum læuiter tritum drachmæ pondere, ex anſerino adipe in vterum infundito, ibique diutiſſimè ſinito. Potio ad id probè conducens. Conyzam grati odoris læuiter tritam, ex vino odorato aut ſyrmæa potui exhibeto, & calida lauato. Alia ſimilis potio ad puerum & vitia quæ intus ſunt. Æruginem tritam cum melle & ſyrmæa potui exhibeto. Aliud ſubdititium fœtum mortuum expellens. Æris limatam ſcobem molli linteo exceptam, ad os vteri apponito, & iuuabis. Teſtam recentem cum adipe anſerino tritam ſibi ſupponat. Aliud ſubdititium. Nitrum cum reſina decoctum, in glandem efformatum, gallinaceo adipe intinctum, in ſubdititio apponito. Aliud ſubdititium. χάειεν vulgò eſt nuncupata herba, huius radicem non longo tempore ad vmbilicum admoueto. Aliud. Cucurbitam agreſtem, & murium ſtercus læuiter contrita, in ſubdititio apponito. Aliud quod alligatur. Reſinam & gallinaceum adipem ſimul trita & mixta ad vmbilicum & ventrem alliget. Aliud ſubdititium. Hederæ albæ fructum & cedri ſcobem tritam & in glandulas efformatam ſibi ſupponat. Aliud. Teſtudinis marinæ cerebrum cum croco Ægyptio, & ſale Ægyptio tritum & commixtum, in glandes formatum ſibi ſupponat. Suffitus fœtum eiicere & ventris ſanguinem educere valens.

γλυκεῖ κεκρημένον τοῦτο ὁμοῦ, καὶ ἐπειδὰν ὀδύνη ἔχῃ, πίνειν. καὶ ἐν ὕδατι θερμῷ ἐγκαθιζέσθω. πινέτω δὲ μελίκρητον ὑδαρές. καὶ γλυκὺν οἶνον λευκόν. Ὑστέρην δύναται ἐκβάλλειν. Ὁλοκωνίτιδος τῆς γλυκείης ῥίζα. ἔστι δὲ, ὡς βολβός. σμικρὸν δὲ ὡς ἐλαίη. ταύτην τρίβειν ἐν οἴνῳ καὶ διδόναι πίνειν. ἢν μὲν ᾖ σμικρὰ, δύο. ἢν δὲ μείζω, μία ἀρκεῖ. παραμίσγειν δὲ τῶν σπερμάτων, κύμινον αἰθιοπικόν. καὶ σέσελι μασσαλιωτικόν. ἢ φύλλον τὸ λιβυκὸν, ξηρὸν ἡμιχοίνικον σὺν οἴνῳ κοτύλῃσι τρισὶν, ἑψεῖν καὶ ἄγειν ἐς τὸ ἥμισυ. καὶ ἀπὸ τούτου πινέτω. ἄλλο. Λύγου καρπὸν, σεσέλιος ἴσον. σμύρνης τρίβειν ὁμοῦ καὶ σὺν ὕδατι διδόναι πίνειν. Ἐκβόλια. ἄγνου λευκῆς νέης ὅσον ὀξύβαφον. ἐν οἴνῳ λευκῷ εὐώδει δὸς πιεῖν, τρίψας λεῖον. ἕτερον. καστορίου, ἢ σαγαπηνοῦ ὀβολόν. ἀσφάλτου δραχμὴν μίαν. νίτρου δύο. ταῦτα τρίψας ἐν γλυκεῖ οἴνῳ, καὶ ἐλαίου ὅσον ἡμικοτύλιον, δὸς πιεῖν νήστει, ὀβολοὺς δύο. καὶ λοῦσον θερμῷ, καλῶς. ἄλλο ὁμοίως ἔχον. ἐχίνους θαλασσίους τρεῖς τρίψας ὅλους λείους ἐν οἴνῳ εὐώδει, δὸς πιεῖν. ἄλλο. Μίνθης δεσμίδα μικρὴν, καὶ πηγάνου, καὶ κοριάνου. καὶ κέδρου, ἢ κυπαρίσσου σπέρμα, ἐν οἴνῳ εὐώδει δὸς πιεῖν. καὶ τῶν ἐχίνων, ἢν ἔχῃ, ῥοφεέτω ἐπὶ τὸ πλεῖστον. ὡσαύτως ἔπειτα λοῦσον θερμῷ. ἄλλο ὁμοίως. ἄνησον, κεδρίδας, σελίνου καρπὸν, αἰθιοπικὸν κύμινον, σέσελι, ἑκάστου ἥμισυ ὀξυβάφου δὸς ἐκπιεῖν οἴνῳ λευκῷ τρίψας λεῖον. ἄλλο ὁμοίως. Δικτάμνου δεσμίδα, καὶ δαύκου καρποῦ δραχμὰς δύο. καὶ μελάνθιον ἴσον ἐν οἴνῳ λευκῷ, τρίψας λεῖον, δὸς πιεῖν. καὶ λοῦσον θερμῷ πολλῷ. διδόναι δὲ πρὸς τὴν ἰσχὺν τοῦ νοσήματος. ἄλλο. Χαλβάνην ὅσον ἐλαίην τρίψας ἐν κεδρίνῳ ἐλαίῳ, προσθέσθω. τοῦτο δύναται διαφθείρειν καὶ ἐκβάλλειν τὸ νωχαλές. ἄλλο ἐκβόλιον ἔγχυτον ὑστέρων. Ὅταν τὸ ἔμβρυον νεκρωθὲν ὑπὸ ψύχεος, ὅταν ἄνεμος ψυχρὸς ᾖ, κρόκον τρίψας λεῖον, ὅσον δραχμὴν, ἐγχέειν ἐν στέατι χηνὸς ἐς ὑστέρας, καὶ ἐᾶν ὡς πλεῖστον χρόνον. Ποτὸν συμβάλλον πρὸς τόδε καλῶς. κόνυζαν τὴν ἡδύοσμον τρίψας λείην ἐν οἴνῳ εὐώδει, ἢ ἐν συρμαίῃ, διδόναι πιεῖν, καὶ λούειν θερμῷ. ἄλλο, ὁμοίως ποτὸν, τοῦ παιδίου, καὶ τῶν ἐνόντων κακῶν, ἰὸν χαλκοῦ ξυντρίψας ξὺν μέλιτι, καὶ συρμαίῃ, δὸς πιεῖν. ἄλλο προσθετὸν ἐκβόλιον ἢν ἀποθάνῃ. Χαλκοῦ ῥινήματα ἐνθεὶς ἐς ὀθόνιον μαλθακὸν, προσθεὶς πρὸς τὸ στόμα τῶν μητρέων, καὶ ὠφελήσεις. Ὄστρακον νέον. καὶ στέαρ χήνειον τρίψας προσθέσθω. ἄλλο προσθετόν. Νίτρον ἑψήσας ξὺν ῥητίνῃ, καὶ ποιήσας βάλανον, βάπτων ἐς ὄρνιθος στέαρ προστιθέναι. ἄλλο προσθετόν. χάειεν τὸ ἐπονομαζόμενον, τούτου ῥίζαν πρὸς τὸν ὀμφαλὸν προσθεὶς μὴ πουλὺν χρόνον. ἄλλο. ἀγρίην κολοκυντίδα, καὶ μυῶν ἀπόπατον τρίψας, λεῖα προστιθέναι. ἄλλο ἐπίδετον. Ῥητίνην καὶ στέαρ ὄρνιθος τρίψας ἅμα, καὶ μίξας, ἐπιδησάσθω ἐπὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὴν γαστέρα. ἄλλο προσθετόν. τοῦ κισσοῦ τοῦ λευκοῦ τὸν καρπὸν, καὶ κέδρου πρίσμα τρίψας, καὶ βαλάνια ποιήσας, προστιθέσθω. ἄλλο, χελώνης θαλασσίης τὸν ἐγκέφαλον, καὶ αἰγύπτιον κρόκον, καὶ ἅλας αἰγύπτιον τρίψας, καὶ ξυμμίξας ποιέειν βαλάνους, καὶ προστιθέσθω. ἐκβόλιον θυμίαμα, δυνάμενον καὶ αἷμα γαστρὸς ἐξελάσαι.

Ἰτέης

Ἰτέης φύλλα ἐπὶ πῦρ ἐπιθεὶς θυμιῆν, καὶ περικαθίσας τὴν γυναῖκα ἐᾶν ἄχρις ἂν ὁ καπνὸς ἐς τὴν μήτρην εἰσίῃ. Περὶ ἰασίος ἐκτρωσμοῦ. Ὅταν ἡ γυνὴ ἐκτρώσῃ, καὶ τὸ παιδίον μὴ ἐξίῃ, ἤν τε σαπῇ, καὶ οἰδήσῃ, ἢ ἄλλο τι πάθῃ τοιοῦτον, πράσα καὶ σέλινα ἐκθλίψας τὸν χυλὸν διὰ ῥάκεος ἀμφοτέρων ἐπισυνάξας, καὶ κοτύλην ῥοδίνου ἐλαίου, καὶ στέαρ χηνὸς ὅσον τεταρτημόριον, ῥητίνης τε ὀβολοὺς τρεῖς καταντήξας ἐν ἐλαίῳ, καὶ ποιήσας πρὸς ποδῶν ὑψηλοτέρην, ἔγχεον ἐς τὰς μήτρας. καὶ ἐχέτω κατακειμένη χρόνον ὅτι πλεῖστον. ἔπειτα καθίσον ἡμέρας τέσσαρας. καὶ ἐξέρχεται τὸ σαπὲν τὸ παιδίον. ἢν δὲ μή, λαβὼν ἅλας αἰγυπτίους, καὶ κολοκύντην ἀγρίην χλωρὴν, μέλιτι μίξας, καὶ τρίψας δοῦναι φαγεῖν. καὶ ἐπὴν φάγῃ, κινεέσθω τῇδε καὶ τῇδε. [191] ἅλας αἰγυπτίους καὶ μυόχοδα. καὶ ἀγρίην κολοκύντην. καὶ μέλιτος ὅσον τεταρτημόριον ἐπιχεῖν ἡμίεφθον. λαβὼν ῥητίνης δραχμὴν μίαν, ἔμβαλε ἐς τὸ μέλι. καὶ τὴν κολοκύντην καὶ τὰ μυόχοδα, συντρίψας πάντα καλῶς, καὶ ποιήσας βαλάνους. πρὸς τὴν μήτρην προστιθέσθω, ἕως ἂν δοκέῃ καιρὸς εἶναι. [192] ἕτερον ἐκβόλιον, ὃ τὸ παιδίον βλητὸν γινόμενον, ἐκβάλλει. ἑλξίνην ἐν οἴνῳ τρίψας πιπίσκειν. ἕτερον ποτὸν ἐκβολῆς, ὃ τὸ παιδίον ἐκβάλλει πελιδνόν. [193] Τοῦ ἐκτόμου τὰς ῥίζας τρίψας λεπτὰς, καὶ τοῖσι τρισὶ δακτύλοισι, καὶ σμύρνης ὅσον κύαμον ἄρας ἐν οἴνῳ γλυκεῖ πιπίσκε. ἐκβόλιον. Κορίανον σὺν τῇ ῥίζῃ, καὶ νέτωπον προσθεμένη, περιπατείτω. ἔγχυτον ἐμβρύου ἢν ἀποθάνῃ παιδίον ὥστε ἐκβάλλειν. κρόκον τρίψας, ἐπίχεε χηνὸς ἔλαιον καὶ διηθήσας, ἔγχει ἐς τὰς μήτρας. καὶ καταλιμπάνειν ὡς πλεῖστον χρόνον. ἔμβρυον ἀκίνητον φθεῖραι καὶ ἐκβαλεῖν. Στυπτηρίης σχιστῆς δραχμὴν μίαν. σμύρνης ἴσον. ἐλλεβόρου μέλανος τριώβολον τρίψας λεῖα ἐν οἴνῳ μέλανι, βαλάνια ποιέειν. καὶ προστιθέναι ἄγχι, ἄχρις ἂν κατ' ὀλίγον ἀπολυθῇ. Κλυσμοὶ καθαρτικοὶ μητρέων, ἢν ἐκ τόκου ἑλκωθῶσι, ἢ φλεγμασίης. Ὀλύνθους χειμερινοὺς ὕδωρ ἐπιχέας καὶ ζέσας, ἀφεῖναι καὶ καταστῆναι. εἶτα ἔλαιον ἐπιχέαι χλιηρὸν καὶ μίξαι. κλύσαι δὲ δύο κοτύλῃσι τὸ πλεῖστον. πάντα δὲ τὰ κλύσματα [194] μὴ πλέω τούτων κλύζειν. καὶ σιδίοισι καὶ μάννῃ. [195] ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ ἑψηθέντα. εἶτα ἀποχέας τὸν οἶνον, τούτῳ κλύζε. Ἄλλος κλυσμός. Τρύγα οἴνου κατακαύσας, [196] τῆξον. καὶ ἐν ὕδατι κλύσον. εἶτα σίδια μύρτα. σχοῖνον εὐώδεα. φακοὺς ἑψήσας ἐν οἴνῳ, ἀποχέας τὸν οἶνον, κλύζε. Ἄλλος κλυσμός. Βούτυρον. λιβανωτόν. ῥητίνην. [197] μέλιτι τήξας ἐν τῷ αὐτῷ, οἶνόν τε ἐπιχέας, κλύζε χλιηρῷ. ἢ ἀκτῆς καρπὸν ἑψήσας ἐν ὕδατι ἀποχέας τὸ ὕδωρ, τρίψας ἐν τῷ αὐτῷ, σέλινον, σμύρναν, ἄννησον, λιβανωτόν. ἐπιχέας τε καὶ οἶνον ὡς εὐώδεα, ἴσον τῷ ὕδατι. διηθήσας τε δι' ὀθονίου χλιαίνας, κλύσαι. Ἄλλο. Κράμβην καὶ λινόζωστιν καὶ λίνου σπέρμα. καὶ χλωρὸν τὸ λίνον ἑψήσας, ἐν ὕδατι ἀπηθήσας, κλύσαι τῷ ὕδατι. μυρσίνης τῶν φύλλων ὀξύβαφον, σμύρνης, ἀννήσου, μέλι, ῥητίνην, μύρον αἰγύπτιον, τρίψας πάντα, καὶ ἑνώσας, ἐπιχέας τε, καὶ οἴνου λευκοῦ ὡς εὐωδεστάτου κοτύλας δύο, διηθήσας, χλιαίνας, κλύζειν αὐτῷ. ἢ δάφνης καρπὸν, καὶ γλήχωνα ἑψήσας ἐν ὕδατι, μύρον τε ῥόδινον ἐπιχέας τούτῳ κλύζε χλιαίνας. ἢ χηνὸς στέαρ τῇ ῥητίνῃ μίξας, [198] ἐπιχέας τε πρὸς τοῦτο οἶνον, καὶ χλιαίνας κλύσαι.

Salicis foliis in ignem conicctis ſuffitum parato, & circumlocatam mulierem tantiſper ſinito, dum fumus ad vterum penetrarit. De abortionis curatione. Vbi mulier abortionem fecerit, neque puer exierit, ſiue computruerit ac intumuerit, ſiue aliud quid tale contigerit, porri & apij ſuccum ex vtriſque collectum, & per linteum expreſſum, olei roſacei heminam, adipis anſerini quadrantem, reſinæ obolos tres in oleo liquatos, hæc omnia, muliere à pedibus excitata, in vterum infundito, & vt decumbens quàm diutiſſimè detineat iubeto, deinde per quatuor dies in ſella collocato, & puer putrefactus foras prodit. Sin minùs ſalem Ægyptium ſumito, & cucurbitam agreſtem viridem, ex melle commixtam & tritam edendam præbeto, qua ſumpta in hanc & illam partem commoueatur. Salem Ægyptium & muſcerdam, cucurbitam agreſtem, mellis ſemicocti quadrante affuſo, reſinæ drachmam vnam in mel immitte, & cucurbitam & muſcerdam, omnibuſque vt decet contritis, glandes efformatas ad vterum quandiu tempeſtiuum videbitur apponito. Aliud fœtum excutiens, quod etiam puerum veluti ſidere tactum eiicit. Helxinem ex vino tritam propinato. Alia potio eiectoria, quæ puellum ſugillatum extrudit. Radicum veratri nigri tenuiter tritarum pugillum vnum, & myrrhæ fabæ quantitatem, ex vino dulci propinato. Aliud quod expellit. Coriandrum cum radice & netopum vbi in ſubditio appoſuerit, deambulet. Infuſum ad fœtum, quod puellum immortuum eiicit. Crocum tritum affuſo adipe anſerino, & excolatum in vterum infundito, & quàm diutiſſimè relinquito. Ad fœtum immotum corrumpendum & eiiciendum. Aluminis ſciſſilis drachmam vnam, myrrhæ tantundem, veratri nigri obolos tres, ex vino nigro tenuiter trita in glandulas efformato, & propiùs ſupponito quoad ſenſim diſſoluatur. Collutiones vteros purgantes ſi ex partu aut inflammatione exulcerati fuerint. Groſſos hybernas affuſa aqua decoctas, excolato & deponito, deinde oleum tepidum affundito & permiſceto. Duabus autem ad ſummum heminis colluito. Omnes verò collutiones ex quibus infuſa parantur, menſuram iſtam non excedant. Malicorium & mannam in vino nigro auſtero decoquito, deinde vino diffuſo, ex eo colluito. Alia collutio. Vſtam vini fæcem aqua liquefacito, ex ea colluito. Deinde malicorium, myrti baccas, iuncum odoratum & lentes in vino decoquito, vino diffuſo, eo colluito. Alia collutio. Butyrum, thus, reſinam, cum melle ſimul liquefacito, vinoque affuſo, tepido colluito. Aut ſambuci fructum in aqua decoquito, eaque percolata, apium, myrrham, aniſum, thus ſimul terito, vinoque odorato pari cum aqua menſura affuſo, & per linteum excolato, tepido eluito. Aliud. Braſſicam, mercurialem, lini ſemen, & ipſum linum viride in aqua decoquito, eaque percolata eluito. Foliorum myrti acetabulum, myrrham, aniſum, mel, reſinam, vnguentum Ægyptium, tritis omnibus & vnitis, vinique albi quàm odoratiſſimi heminis duabus affuſis, percolato tepido eluito. Aut lauri baccis & pulegio in aqua decocto, & vnguento roſaceo affuſo, eo tepido eluito. Aut anſerino adipe reſinæ permixto, & ad hoc affuſo vino, tepido colluito.

Aliud. Butyrum & oleum cedrinum, cum pauco melle tepefacito, ex eo eluito. Aut lauri baccis, aut melle, butyro, iunco & calamo odorato, muſcoque marino in vinum coniectis & decoctis, deinde percolatis, ſic quoque eluito. Aut apij ſemen, ſeſeli, myrrham, aniſum, melanthium, in vino coquito, vinum percolatum per infuſum immittito. Aut cedro in vino decocto, vino eluito. Aut hedera in aqua decocta, decocto eluito. Aut elaterij, aut betonicæ quantum ad duas potiones ſatis eſt, in aqua decoquito, & decocti tepentis duabus heminis colluito. Aut cucumeris agreſtis interiore parte ad digiti magnitudinem in aquæ duabus heminis decocta, affuſo ad aquam melle & oleo, ex eo colluito. Aut radicis thapſiæ quantum ad duas potiones ſatis eſt, leuiter trita, & affuſo melle ac oleo aquæ duabus heminis diluto, tepido colluito. Aut veratro nigro quantum ad duas potiones ſatis ſit, vino dulci & aqua diſſoluto, colluito. Aut granis cnidiis circiter ſexaginta læuiter tritis, affuſo melle, oleo, & aqua colluito. Colluuio corroborans ſi vlcera pura fuerint. Groſſos hybernas terito, & affuſa aqua per diem totam macerato, & oleo affuſo colluito. Aut malicorio & loti arboris ramentis in vino nigro decoctis. Cùm autem impura fuerint, ex iiſque ſordes ferentur, fæce vini vſta ex vino & aqua colluito. Aut malicorio, rhoë coriaria, myrti & rubi foliis in vino nigro decoctis colluito. Collutiones ad inueterata vlcera. Braſſicæ ſucco decocto eluito. Et mercurialem itidem, & paucum nitrum rubrum ammiſceto, myrrhæ acetabulum, thus, ſeſeli, aniſum, apij ſemen, netopum, reſinam, mel, adipem anſerinum, acetum album, & vnguentum Ægyptium. Hæc omnia ſimul læuiter terito, deinde vini albi duabus heminis diluito, tepido colluito. Aut mercurialem in aqua decoquito & percolato, aut myrrhæ, acetabulum, thus, ſeſeli, netopum, cuiuſque pari portione addita, tepido colluito. Aut ſaluia & hyperico in aqua decoctis, ex ea colluito. Aut ſambuci fructum & lauri baccas, vtrorumque pares portiones in vino decoquito, deinde cum vino colluito. Aut pulegij decocto eluito, aut adipe anſerino cum reſina liquato, ſimiliterque cedrini olei modico affuſo, & cum melle diſſoluto, tepido colluito. Aut argenti florem, vino, melle & cera liquatum, cyperum, iuncum odoratum, & calamum (quæ ſanè etiam vnguento admiſcentur) & iridem, ac muſcum in vino decoquito, & colluito. Aut apij ſemen, aniſum, ſeſeli, myrrham, melanthium in vino decoquito. Aut Creticam cedrum in vino decoquito, decocto abluito. Aut hederam Creticam in aqua decoquito. Hæc facienda ſi vulnus adfuerit, & myrrha aqua diſſoluta colluito. Aut elaterij potiones duas ex aqua infundito. Aut cucurbitas agreſtes duas in vino aut lacte cocto, ad quatuor heminas maceratas, percolatas infundito. Aut cucumeris agreſtis parte interiore, palmæ magnitudine in aquæ heminis quatuor decocta, melle & oleo affuſo, opus iſtud efficito. Aut thapſiæ radice quantum ad duas potiones ſatis ſit, vino dulci cum aquæ duabus heminis macerata, tepidè colluito. Aut veratri quantum ad duas potiones ſatis ſit, in vini dulcis heminis duabus diluito. Aut Thlaſpios acetabulo vnà cum melle ammixto, ex aquæ heminis duabus diluito, tepido vtitor. Aut cucumeris agreſtis palmi magnitudine,

ἄλλο. Βούτυρον, καὶ κέδρινον ἔλαιον, ἐν μέλιτι ὀλίγῳ χλιήνας κλύσον αὐτῷ. [399] ἢ δάφνης καρπὸν. ἢ βαλεῖν μέλι. βούτυρον. σχοῖνον. κάλαμον εὐώδεα, βρύον θαλάσσιον, καὶ ἑψῆσαι ἐν οἴνῳ. εἶτα ἀπηθῆσαι, καὶ οὕτω κλύσαι. ἢ σελίνου καρπὸν. σεσέλιος. σμύρναν. ἄννησον. μελάνθιον. ἐν οἴνῳ ἀπηθήσας τὸν οἶνον κλύσαι. ἢ κέδρον ἑψήσας ἐν οἴνῳ, κλύσαι τῷ οἴνῳ. ἢ κιττὸν ἑψήσας ἐν ὕδατι κλύσαι τῷ ὕδατι. [400] ἢ ἐλατήριον, ἢ κέστρον δύο πόσιας, ἑψεῖν ἐν ὕδατι, καὶ ὅσον δύο κοτυλῶν κλύσαι χλιαρῷ. ἢ σικύης ἐντεριώνης ὅσον δάκτυλον ἑψήσας, ἐν κοτύλῃσι δύο ὕδατος, ἐπὶ δὲ ὕδωρ ἐπιχέας μέλι καὶ ἔλαιον τούτῳ κλύσαι. ἢ θαψίης ῥίζης ὅσον δύο πόσιας τρίψας λεῖον, ἐπιχέας τε μέλι καὶ ἔλαιον, δισὶ ὕδατι χλιαρῷ ὅσον δυσὶ κοτύλῃσι κλύσαι. ἢ ἐλλεβόρου μέλανος, ὅσον δύο πόσιας διεὶς οἴνῳ γλυκεῖ καὶ ὕδατι, κλύζειν. ἢ κόκκους κνιδίους ὅσον ἑξήκοντα τρίψας λείους, ἐπιχέας τε μέλι, καὶ ἔλαιον, καὶ ὕδωρ κλύσαι. κλυσμὸς κραταιωτήριος, ἢν ἕλκη ᾖ καθαρά. ὀλύνθους χειμερινοὺς τρίβειν. καὶ ἐπιχέειν ὕδωρ. βρέξον δὲ ὅλην ἡμέραν, καὶ ἔλαιον ἐπίχεε καὶ κλύσαι. ἢ σιδίοισι καὶ λωτοῦ πρίσμασιν ἐν οἴνῳ μέλανι ἑψεῖν. ὅταν δὲ ἀκάθαρτα ᾖ, καὶ φέρηται, τρύγα καίειν οἴνῳ καὶ ὕδατι κλύζειν. ἢ σιδίῳ, ῥόῳ βυρσοδεψικῇ, μυρσίνης φύλλοισι καὶ βάτου, ἐν οἴνῳ μέλανι ἑψεῖν καὶ κλύζειν. [401] κλύσματα πρὸς τὰ παλαιὰ ἕλκη. χυλῷ κράμβης ἑψηθέντος κλύζειν, καὶ λινοζώστιν ὁμοίως. καὶ νίτρον παραμίσγειν ἐρυθρὸν ὀλίγον. σμύρνης ὀξύβαφον. λιβανωτόν. σέσελι. ἄννησον. σελίνου σπέρμα. νέτωπον. ῥητίνην. μέλι. χήνειον στέαρ. ὄξος δὲ λευκόν. μύρον δὲ λευκὸν αἰγύπτιον. ταῦτα πάντα ὁμοῦ τρίβειν λεῖα. εἶτα οἴνῳ διεὶς λευκῷ κοτύλῃσι δυσὶ χλιαρῷ κλύζειν. ἢ λινοζώστιν ἑψεῖν ἐν ὕδατι καὶ ἀπηθεῖν, ἢ σμύρνης ὀξύβαφον. λιβανωτόν. σέσελι. νέτωπον. ἴσον ἑκάστου χλιαρῶς κλύζειν. ἢ ἐλελίσφακον, καὶ ὑπερικὸν, ἐν ὕδατι ἑψήσας, κλύζειν τῷ ὕδατι. ἢ ἀκτῆς καρπὸν καὶ δαφνίδας ἑκατέρων ἐξ ἴσου ἕψε ἐν οἴνῳ. εἶτα τῷ οἴνῳ κλύζε. ἢ γλήχωνος τῷ ὕδατι κλύσαι, ἢ χηνὸς ἔλαιον ἐν ῥητίνῃ τήξας, ὁμοίως κέδρινον ἔλαιον παραχέας ὀλίγον, καὶ μέλιτι διατήξας, κλύζειν χλιαρῶς. ἢ ἀργύρου ἄνθος ἐν οἴνῳ καὶ μέλιτι καὶ κηρῷ τηκτὸν. καὶ κύπειρον, καὶ σχοῖνον, καὶ κάλαμον, [402] ἅτινα δὴ καὶ ἐς μύρον μίσγεται [403] καὶ ἶριν, βρύον, ἐν οἴνῳ ἑψῶν, κλύζειν, ἢ σελίνου καρπὸν. ἄννησον. σέσελι. σμύρναν. μελάνθιον [404] ἐν οἴνῳ ἑψῆσαι. ἢ κέδρον κρητικὴν ἐν οἴνῳ ἑψεῖν. [405] καὶ κλύζειν ἐν ὕδατι, καὶ κισσὸν κρητικὸν ἐν ὕδατι. [406] ταῦτα δρᾷν ἔτι ἔχει τρῶσιν, καὶ σμύρναν διεὶς ἐν ὕδατι κλύσαι. ἢ ἐλατηρίου ὅσον δύο πόσιας ἐν ὕδατι κλύσαι. ἢ κολοκυντίδας ἀγρίας δύο ἐν οἴνῳ ἢ ἐν γάλακτι ἑφθῷ, ἀποβρέξας ὅσον τέσσαρας κοτύλας, καὶ ἀπηθεῖν, καὶ κλύζειν. ἢ σικύης ἐντεριώνην ὅσον παλαιστὴν ἑψήσας ἐν ὕδατι κοτύλῃσι τέσσαρσι, μέλι τε καὶ ἔλαιον ἐπιχέαντα, [407] ἐνεργεῖν. [408] ἢ τῆς θαψίης ῥίζης ὅσον δύο πόσιας ἐν οἴνῳ γλυκεῖ διεὶς σὺν ὕδατος κοτύλῃσι δύο, κλύσαι χλιαρῶς. ἢ ἐλλεβόρου ὅσον δύο πόσιας ἐν οἴνῳ γλυκεῖ διεὶς ὥστε δύο κοτύλησιν, ἢ θλάσπιος ὅσον ὀξύβαφον μέλιτι παραμίξας ὕδατι διεὶς ὅσον δύο κοτύλῃσι, χρῶ χλιαρῷ. ἢ σικύης ὅσον παλαιστιαίαν.

καὶ

καὶ κνεώρου ὅσον μίαν πόσιν ἑψήσας ὕδατος κοτύλῃσι πέντε, μέλι παραχέας καὶ ἔλαιον, κλύσαι. ἢ κόκκους κνιδίους ὅσον ἑξήκοντα ἐς μέλι, ἢ ἐς ἔλαιον σὺν ὕδατι διεὶς, κλύσαι. Ἢν ἐκ τόκου διαῤῥοίη ληφθῇ. πινέτω ἀσταφίδα μέλαιναν.[409] καὶ σίδια γλυκείης ῥοιῆς, τὸ ἔνδοθεν. καὶ πιτύαν ἐρίφου, ταῦτα διεὶς οἴνῳ μέλανι. καὶ τυρὸν αἴγειον[410] καὶ ἄλφιτα πύρινα ἐπιπλάσσειν, καὶ διδόναι πίνειν. τοὺς πυροὺς δὲ ἐπ' ὀλίγον φῶξαι. ἢν δὲ ἐκ τόκου αἷμα ἐμέῃ, ταύτῃ ἡ σύριγξ τοῦ ἥπατος τέτρωται. αὕτη πινέτω γάλα ὄνου. ἔπειτα βοὸς,[411] ἁμέρας τεσσαράκοντα ἡμέρας. καὶ σήσαμον τετριμμένον, ἄχρις ἂν εὖ ἔχῃ, πινέτω δὲ γάλα νῆστις.[412] ἢν ἐκ τόκου τὴν ἕδρην ἀλγέῃ, ἀρκεύθου καρπὸν, λίνου ῥίζαν ἑψεῖν, καὶ πίνειν ἡμέρας τέσσαρας. καὶ θρίδακος σπέρμα τρίψας σὺν χηνείῳ ἀλείφατι ἐσθίειν. ἢν δὲ ἐκ τόκου αἱ μῆτραι φλεγμαίνωσιν, στρύχνου χυλὸν ἐγχέειν, ἢ τεύτλου, ἢ ῥάμνου. ἢν ἐκ τόκου δὲ σκέλος ὑπὸ ὑστερέων χωλωθῇ, ἀνίστασθαι δὲ μὴ δύνηται, πίνειν[413] ὑοσκυάμου καρπὸν, ὅσον χηραμίδα ἐν οἴνῳ μέλανι ἡμέρας τρεῖς. παραφέρεται δὲ ὁ πίνων. λύσις γάλακτος ὀνείου πίσαι ὅσον κύλικα. ἔπειτα τοῦ φαρμάκου, ὑφ' οὗ τὸ φλέγμα καθαίρεται. σανδαράκῃ δὲ καὶ κηρωτῇ, καὶ λαγωοῦ θριξὶ, θυμιήσθω τρεῖς ἡμέρας. περὶ φλεγμονῆς ἐκ τόκου. ἢν ἐκ τόκου φλεγμαίνωσιν αἱ ὑστέραι, στρύχνου χυλὸν ἐγχέειν, αἰδοίων ἔσω,[414] ἢ σελίνου, ἢ ῥάμνου, ἢ τεύτλου, ἢ κολοκύντης,[415] χυλὸν ἐκπιέσαντα.[416] ἢ ἀκτῆς τὸ μέσον καὶ ἁπαλώτατον περιξέσας μακρὸν, ἐντιθέναι.[417] ἢ ἀψινθίου ἐν ὕδατι τρίψας ἐν εἰρίῳ ἀναδήσας. ἢν δὲ φρίξῃ, ἀφαιρέειν. ἢ κοτυληδόνος φύλλα, καὶ πράσα ἑψεῖν ἐν πυρῶν κρίμνοισιν, ἔλαιον ἐπ' αὐτοῖς χέας[418] διδόναι.[419] χολῆς καθαρτικὰ ἐκ μήτρης. σικύης τῆς ἐντεριώνης λεῖον τρίψας, καὶ μέλιτι φυρήσας, βάλανον ποιέων, προσθεῖναι. φάρμακον δὲ χρὴ διδόναι, τὸ ἄνω τε καὶ κάτω καθαίρειν. καὶ λούειν τῷ θερμῷ. προστιθέναι δὲ ἄννησον, ἢ μελάνθιον, ἢ κολοκυνθίδος ἀγρίης τὸ ἔνδον λεῖον ποιέειν. καὶ μέλιτι φυρέειν. καὶ προστιθέναι ἐλατηρίου, ὅσον πόσιας τέσσαρας. ξυμμίξας στέαρ χήνειον, ἢ αἴγειον,[420] βάλανον ἐπιμηκεστέρην προστιθέναι, ἢ νίτρον, καὶ κύμινον, καὶ σκόροδον, καὶ σῦκον, λεῖα πάντα ποιήσας, καὶ μέλιτι δεύσας, προστιθέναι. θερμῷ δὲ λουέσθω. καὶ ἀπὸ λουτροῦ πινέτω. ἢ θλάσπι λεῖον ποιέων, καὶ μέλιτι φυρῶν προστιθέναι. ἢ σύκου παλαιοῦ τὸ πῖον ξύσας ξυμμίσγειν πόσιας ἐλατηρίου δύο, καὶ νίτρον ὅσον τὸ ἐλατήριον μέλιτι δεύσας, προσθεῖναι. ἢ πευκεδάνου ὅσον τρεῖς κυάθους, δίδου πιεῖν. καὶ ἄννησον καὶ μελάνθιον διεὶς ἐν οἴνῳ δίδου πιεῖν.[421] ἐλατηρίου πόσιας τέσσαρας, μίξας στέατι μηλείῳ. ἀφελομένη δὲ διανιζέσθω ὕδατι εὐώδει, ἠρέμα στύφοντι. ἢ ἐλατηρίου πόσιας τρεῖς, ξὺν μηλείῳ στέατι, βάλανον περὶ πτερὸν ποιέειν. ἢν δὲ ἀφέληται, διανιζέσθω ὕδατι ἱκανῷ.[422] ἢ θλάσπιος ὅσον πόσιν ξὺν μέλιτι δίδου. κλυσμὸς ἢν χολώδης ᾖ. ἐλατηρίου ὅσον δύο πόσιας ὕδατι διεὶς ἐπιχέαι ἔλαιον ναρκίσσινον, καὶ κλύζειν χλιηρῷ. ἢ κολοκυνθίδας ἀγρίας δύο ἀποβρέξας[423] ἐν οἰνογάλακτι ἑφθῷ ὅσον τέσσαρας κοτύλας, τὴν μὲν μίαν ἀπηθέειν, καὶ ξυμμίσγειν ἔλαιον ναρκίσσινον, καὶ κλύζειν.[424] ἄλλος κλυσμὸς, χολώδης καὶ φλεγματώδης. σικύης ἐντεριώνης ὅσον παλαιστὴν ἑψήσας ἐν ὕδατι ποτῷ τέσσαρσι κοτύλῃσι,

& cneori quantū vnica potione ſatis ſit, in aquæ heminis quinq; decoctis, melle & oleo affuſo colluito. Aut granis cnidiis circiter ſexaginta, ex melle & oleo cum aqua dilutis, perluito. Si ex partu alui profluuio correpta fuerit, vuā paſſam nigrā bibat, & mali punici dulcis interiorē partem, hœdiq; coagulum. Hęc vino nigro diluta, & caſeo caprino polentaq; triticea conſperſa, potui exhibeto. Triticum autem leuiter torrefacito. At ſi ex partu ſanguinem vomitione reddat, huic hepatis fiſtula vulnerata eſt. Hæc lac aſininū bibat, deinde bubulū (quod facilè fit) per dies quadraginta, etiamq; ſeſamum tritū, quoad bene habeat. Lac autem ieiuna bibat. Si ex partu ſedis dolor adſit, iuniperi baccas & lini radicem decoquito, decoctū quatuor dieb. bibendum dato. Lactucæ etiam ſemen cū anſerino adipe tritū comedat. Si ex partu vteri inflāmationem conceperint, ſolani ſuccum, aut betæ, aut rhamni per infuſum immittito. Si ex partu crus claudum ab vteris redditū fuerit, neq; recta ſtare queat, hyoſciami ſemen conchæ maioris menſurā, ex vino nigro tribus dieb. bibat. Leuē autem mentis emotionem, quæ ex eius potu cōtingit, ſoluit lactis aſinini calix in potum exhibitus, deinde medicamentū ex quo pituita purgatur. Suffitus autem per triduū paretur ex ſandaracha, cerato, & pilis leporis. De inflammatione ex partu. Si ex partu vteri inflāmationē conceperint, ſolani ſuccum intra pudenda per infuſum immittito, aut apij, aut rhamni, aut betę, aut cucurbitæ ſuccum ipſum expreſſum. Aut ſambuci partē mediā tenerrimam in longitudinē deraſam, indito. Aut abſinthium ex aqua tritum & lana exceptum, ſi verò inhorreſcat, auferto. Aut vmbilici veneris folia, & porra, ex craſſiore tritici farina decoquito, oleoque inſuper affuſo exhibeto. Quæ bilem ex vtero purgant. Cucumeris agreſtis partē internā leuiter tritam, melle ſubactam, & in glandem efformatā ſubdito. Medicamento autem exhibito ſurſum & deorſum purgare oportet, & calida lauare. Aniſum verò & melanthiū in ſubdititio apponito. Aut colocynthidos agreſtis interiorem partē læuigatā & melle ſubactā, in peſſo apponito. Elaterij quantū ad quatuor potiones ſatis ſit, adipe anſerino aut caprillo admixto, in oblongiorē glandem efformatū ſupponito. Aut nitrū, cuminū, alliū, ficum, omnia læuiter trita & melle ſubacta in ſubdititio apponito. Calida autem lauet, & a balneo bibat. Aut thlaſpim læuiter tritā, melle ſubactā in peſſo apponito. Aut veteris ficus abraſam pinguedinē, cum elaterio quantū ad duas potiones ſatis ſit admiſceto, & pari cum elaterio nitri portione, melle ſubactū in ſubdititio apponito. Aut peucedanū ad tres cyathos potui exhibeto. Et aniſum & melanthium vino macerata bibenda dato. Aut elateriū quantum ad potiones quatuor ſatis ſit, ouillo adipe ammixto ſibi ſupponat, quod vbi detraxerit, aqua odorata eluatur, quæ leuiter adſtringat. Aut elateriū quantū ad tres potiones ſatis ſit, cū adipe ouillo, circū pennā in glandem cōponito, eaq; detracta aqua ſufficienti eluatur. Aut thlaſpis quantū potione datur, cum melle exhibeto. Collutio ſi bilioſa fuerit. Elaterio quantum ad duas potiones ſatis ſit aqua macerato, oleum narciſſinum affundito, & tepido colluito. Aut colocynthidas agreſtes duas vbi œnogalacte cocto ad quatuor circiter heminas maceraueris, vnā quidem percolato, & ammixto oleo narciſſino colluito. Alia collutio bilioſa & pituitoſa. Cucumeris interiore parte palmi magnitudine aquæ potabilis quatuor heminis decocta,

melle & oleo anthino ammixto, ex ea colluito. Pituitam & bilem purgans. Grana cnidia ſexaginta in aqua decoquito, melle & oleo anthino admixto, ex ea colluito. Aut cneſtro in quinque aquæ potabilis heminis decocto, duabus percolatis, melle & oleo anthino cum narciſſino ammixto, colluito. Collutiones purgantes. Groſſis hybernis vſtis & aqua maceratis, ad aquam excolatam oleo ammixto colluito. Poſtea malicorio, galla, loti ramentis perluito, quæ in vino nigro decoquere oportet. Aut vini fæce vſta & aqua vtitor. Deinde his colluito, myrti foliis, & rhoë coriaria in vino nigro odorato decoctis. Poſtea etiam lentiſci foliis, hyperico, ſaluia, in vino nigro odorato decoctis colluito. Aut braſſicam aqua decoquito, in eaque mercurialem, & nitri rubri exiguum decoquito, ex aqua perluito. Elaterium quantum ad vnam potionem ſit ſatis, cum oleo narciſſino aut anthino tepidum per infuſum immittito. Quòd ſi biliosa fuerit, colocynthidas duas in lactis aſinini decocti quatuor heminis macerato, deinde oleo narciſſino & anthino ammixto colluito. Aut cucumeris agreſtis interiorem partem palmi magnitudine, aquæ potabilis heminis quatuor decoquito, mel & oleum anthinum affundito. Hæc collutio pituitoſæ & bilioſæ contulerit. Collutio pituitam detrahens. Granum cnidium cum mandragoræ decocto terito, ex eo enim copioſa & varia fit purgatio. Allij caput vnicum, nitrum, ficus interiorem partem pinguem, hæc æquis portionibus læuiter trita, in glandem gallæ magnitudine efformata, ſupponito. Aut cumini folia ex vino trita in vellere ſubdito. Aut terræ albæ quantum ad vnam potionem ſatis ſit. Aut radicem albam læuiter tritam, & melle affuſo feruefactam, in glandemque efformatam ſupponito. Aut laſeris ſucco ficus emollitas, & in glandem efformatas. Profuerit etiam cucumeris agreſtis ſemen eodem modo tritum. Aut fel tauri, nitrum rubrum, netopum, cyclaminum, horum gallæ magnitudinem, cyclamini vero maiorem portionem, hæc melle ammixto quæ curatur ſibi ſupponat. Subdititium. Cyclamini caput purgatum ex aqua terito, tenui lanugine exceptum ſubdito. Aut myrrham, ſalem, cuminum, fel tauri cum melle eodem modo. Aut grana tria decorticata Indici medicamenti oculorum, quod piper vocatur, & rotundi tria, hæc leuiter trita, & vino veteri tepido diluta, circum volucris pennam in glandis formam obducito, huncque in modum intromittito. Aut tithymalli ſuccum melle ſubactum. Aut ſcillæ radicem longitudine ſex digitorum, duorum digitorum craſſitudine, lana conuolutam ſubdito. Aut ipſam ſcillam ſine radice tritam, eodemq; modo lana conuoluito, deinde ſupponito. Collutio vbi mulier pituitoſa fuerit. Veratrum quantum ad duas potiones ſatis ſit, vini dulcis duab. heminis diſſoluito, & permixto colluito. Si purgatione opus habere videatur, porrum incoquere oportet, aut ſambuci fructum, aut aniſum, thus, myrrham, vinum. His omnib. tritis, ex eorum decocto colluito. Aut braſſica in aqua decocta, in eius decocto mercurialem incoquito, & pauco percolato eluito. Aut cneſtri quantum ad vnam potionem ſatis ſit, melle diſſolutum immittito. Spectandi autem menſes ſunt, num bilioſi, aut pituitoſi fuerint. Aut arenam, tenuem, ſiccam, loco ſoli expoſito ſubſternito, & vbi menſes defluēt, ſanguinem affundito,

καὶ μέλι μίξας καὶ ἔλαιον ἄνθινον, κλύζειν. φλέγμα καὶ χολὴν καθαίρει. κόκκους κνιδίους ἑξήκοντα, μέλι τε καὶ ἔλαιον ἄνθινον μίξας, κλύζειν ἐν ὕδατι. [415] ἢ κνῆστρον ἑψήσας ἐν ὕδατι ποτοῦ ἐν πέντε κοτύλῃσιν ἀποχέας δύο κοτύλας, συμμίξαι μέλι καὶ ἔλαιον ἄνθινον σὺν ναρκισσίνῳ καὶ κλύσαι. κλυσμοὶ καθαρτήριοι. ἄλευροι χειμερινοὶ καυθέντες, καὶ βραχέντες ἐν ὕδατι ἀποχύσαντα δὲ ὕδωρ, ἔλαιον ξυμμίσγειν, καὶ κλύζειν, καὶ μετακλύζειν σιδίοισι, κηκῖδι, λωτοῦ πρίσμασι. ἐν οἴνῳ δὲ μέλανι χρὴ ἑψεῖν. ἢ τρύγα καίων, χρῆσθαι σὺν ὕδατι. μετακλύζειν δὲ τούτοισι, τοῖσι τῆς μυρσίνης φύλλοισι, καὶ ῥόᾳ τῇ βυρσοδεψικῇ. ἑψεῖν δὲ οἴνῳ μέλανι εὐώδει. [416] μετακλύζειν δὲ σχίνου φύλλα, καὶ ὑπερικὸν, καὶ ἐλελίσφακον ἑψήσαντα, σὺν οἴνῳ μέλανι εὐώδει, ἢ κράμβης ὕδατι, κἂν τῷδε ἑψεῖν, λινόζωστιν νίτρου ἐρυθροῦ ὀλίγον. καὶ κλύζειν. [417] ἐλατηρίου ὅσον πόσις, σὺν ναρκισσίνῳ ἐλαίῳ, ἢ ἀνθίνῳ, καὶ κλύσαι χλιηρῷ. ἢν δὲ χολώδης ᾖ, κολοκυνθίδας δύο ἀποβρέξαι ἐν γάλακτι ὀνείῳ ἑφθῷ ὅσον τέσσαρσι κοτύλῃσι. [418] καὶ ἀποβρέξαντα κλύσαι. ξυμμίξαι τε ἔλαιον ναρκίσσινον, ἢ ἄνθινον, ἢ τὸ διὰ τῆς σικύης ἐντεριώνης ὅσον παλαιστιαῖον, ἑψεῖν ἐν ὕδατι ποτοῦ τέσσαρσι κοτύλῃσι, καὶ μέλι παραχέαι, καὶ ἔλαιον ἄνθινον. οὗτος ὁ κλυσμὸς φλεγματώδει καὶ χολώδει ξυμφέρει. κλύσμα ἕλκον φλέγμα. [419] Κόκκον τρίβειν τοῦ μανδραγόρου ξὺν ὕδατι. κάθαρσις γὰρ πάμπολλη τε καὶ παντοίη ὑπὸ τούτου γίνεται. [420] σκορόδου μώλυζαν, νίτρον. σύκου δὲ ἔνδον τὸ πῖον. ἴσον τρίψας λεῖα ὅκοσον κηκῖδα ποιέειν τὸ μέγεθος, καὶ προσθεῖναι. ἢ κυμίνου φύλλα ἐν οἴνῳ τρίψας, ἐν εἰρίῳ προσθέτως. [421] ἢ γῆς λευκῆς ὅσον πόσιν. [422] ἢ λευκὴν ῥίζαν τρίβειν λείην, καὶ μέλι ἐπιχέας, καὶ ἀναζέσας, βάλανόν τε ποιήσας προσθῇ. ἢ ὀπὸν σιλφίου μετὰ σύκων μαλθάσσειν. καὶ βάλανον ποιέειν. ἀγαθὸν δὲ σικύης σπέρμα, τρίβειν ὁμοίως. ἢ χολὴ ταύρου, καὶ νίτρον ἐρυθρὸν, καὶ νέτωπον, κυκλάμινον. τούτων ὅσον κηκῖδα. τοῦ δὲ κυκλαμίνου πλείονα μοῖραν μέλιτι ξυμμίξαντα ἡ θεραπευομένη προστιθέσθω. προσθετόν. [423] κυκλαμίνου τὴν κεφαλὴν καθαρὴν ὕδατι τρίψαι. καὶ εἰς ἄχνην ἀναφορύξαντα προσθεῖναι. ἢ σμύρναν, ἅλας, κύμινον. χολὴν ταύρου ξὺν μέλιτι ὁμοίως. [424] ἢ κόκκους ἐκλέψας ὅσον τρεῖς ἰνδικοῦ φαρμάκου, τοῦ τῶν ὀφθαλμῶν, ὃ καλέεται πέπερι. καὶ τοῦ στρογγύλου τρία. ταῦτα δὲ λεῖα τρίβειν, καὶ οἴνῳ παλαιῷ χλιηρῷ διείς. βάλανον περὶ πτερὸν ὄρνιθος περιθεῖναι. καὶ ὧδε προσάγειν, ἢ τιθυμάλλου ὀπὸν μέλιτι ἀναδεύσας, ἢ σκίλλης ῥίζαν ὅσον ἑξαδάκτυλον, ἑλίξας τὸ εὖρος δύο δακτύλους ἐν εἰρίῳ προσθῇς. ἢ αὐτὴν τὴν σκίλλαν ἄνευ ῥίζης τρίβειν, καὶ ὡσαύτως ἑλίσσειν ἐν εἰρίῳ. εἶτα προσθεῖναι. κλυσμὸς ἢν φλεγματώδης γυνὴ ᾖ. ἐλλεβόρου δύο πόσιας, ἐν οἴνῳ διεῖναι γλυκέος, ὅσον δύο κοτύλας. καὶ κλύζειν μίσγοντα. ἢν καθάρσιος δέηται, [425] πράσα χρὴ ἑψεῖν, ἢ ἀκτῆς καρπὸν, ἢ ἄννησον. λιβανωτὸν. σμύρναν. οἶνον. ταῦτα πάντα τρίβειν, καὶ τῷ χυλῷ τουτέων κλύζειν. ἢ κράμβην ἑψήσας ἐν ὕδατι, ἐν τῷ χυλῷ ταύτης ἕψειν λινόζωστιν. καὶ [426] σμικρὸν ἀποχέας, ἀπόκλυζε. ἢ κνήστρου πόσιν, ἐν μέλιτι διεὶς, ἐνιέναι. σκέπτεσθαι δὲ χρὴ τὰ ἐπιμήνια, ἤν τε χολώδεα ἤν τε φλεγματώδεα ᾖ. ἢ ψάμμον ἐς τὸν ἥλιον ὑποβάλλειν λεπτὴν, ξηρήν. καὶ ὅταν τὰ καταμήνια ᾖ, τοῦ αἵματος ἐπιχέαι

καὶ

καὶ ἐᾶν ξηρανθῆναι. καὶ ἢν μὲν χολώδεα ᾖ, ἐπὶ τῇ ψάμμῳ ξηραινόμενον τὸ αἷμα χλωρὸν γίνεται. ἢν δὲ φλεγματώδεα, οἷον μύξαι ὁρῶνται. ἢν οὖν φλεγματώδεα ᾖ, [437] κνήστρου ὅσον πόσιν διεῖναι, καὶ σὺν μελικρήτου κοτύλῃ κλύσαι. καθαρτικὸν μαλθακόν. [438] ὕδωρ ἄγει καὶ δέρματα. καὶ ἰχῶρα ὕφαιμον. καὶ καταμήνια κατασπᾷ ἢν καὶ μὴ πολυχρόνια ᾖ. καὶ ὑστερέων στόμα μαλθάσσει. μύρον ναρκίσσινον καὶ κύμινον ὃ ἐσθίεται. σμύρναν τε καὶ λιβανωτόν. [439] ἀψίνθιον κύπειρον. ῥόδινον ἄλειφα [440] ἄλφιτα τούτων δὲ ἴσον τῶν ἄλλων ἑκάστου, τοῦ δὲ ναρκισσίνου τέσσαρας μοίρας, ἐπὶ κτενίου ὠμολίνου ξυμμίξας, πάντα τρίψον. καὶ ποίησον βάλανον περὶ πτερὸν ῥάκος λεπτὸν περιθεὶς, καταδῆσαι. καὶ ἐμβάψαι ἐς ἄλειφα λευκὸν αἰγύπτιον, καὶ προστιθέναι, καὶ ἐᾶν ὅλην τὴν ἡμέρην. λουσαμένη δὲ καὶ ἀφαιρεομένη, διανιζέσθω τῷ ὕδατι τῷ εὐώδει. ἕτερον καθαρτικόν. ὕδωρ ἄγει, καὶ δέρματα. καὶ μύξας. καὶ ἰχῶρα ὕφαιμον. Σμύρναν. ἅλας. κύμινον. χολὴν ταύρου. ταῦτα συμμίξας, καὶ μέλιτι φυρήσας, καὶ ἐς ῥάκος ἐνθεὶς προσθεῖναι. ἡμέρην δὲ ὅλην ἐνέχεσθαι. εἶτα λουσαμένη καὶ ἀφελομένη, διανιζέσθω ὕδατι τῷ εὐώδει. ἄλλο. Ἅλας. κύμινον. χολὴν ταύρου, μέλιτι ἀναφυρῆν, καὶ προστίθεσθαι, καὶ σίλφιον τῷ σύκῳ μίξαι, καὶ προστίθεσθαι. εἶτα διανίψαι μύρῳ ῥοδίνῳ. ἢ κόκκους ἐκλέψαντα. [441] ὅσον τι τρίψαντα, καὶ βάλανον ποιέειν. ἢ σκόροδον. καὶ νίτρον ἐρυθρὸν καὶ σῦκον. τούτων ἑκάστου ἴσον μίξας μέλιτι, δοῦναι προστίθεσθαι. καὶ ἐπειδὰν ἀφέληται, ἐλάφου στέαρ προστιθέσθω τήξας ἐν οἴνῳ. ἢ πεπέρεως κόκκους πέντε, σὺν ἐλατηρίῳ ὀλίγῳ. ἐπιστάζων δὲ γυναικὸς γάλα, ἐν εἰρίῳ [442] ἐς μύρον ἀποβάψας, προστιθέναι δὲ καὶ ἀφελεῖν ὡσαύτως. ἢ σύκου τὸ πιότατον καὶ ἐλατηρίου πόσιν. καὶ νίτρου ἐρυθροῦ τὸ ἴσον. καὶ μέλιτος ἴσον ὡσαύτως. ἢ χολὴν ταύρου, καὶ νίτρον ἐρυθρόν. νέτωπον. κυκλάμινον ἴσον ὡσαύτως [443] κηκῖδα ἐν μέλιτι. ἢ χολὴν ταύρου, ἐς αἰγύπτιον ἔλαιον βάψας, προστιθέσθω. καὶ ἀφελομένη ῥοδίνῳ. ἢ σικύος τοῦ μακροῦ τὴν ἐντεριώνην, τὸ σπέρμα ἐξελὼν σὺν γάλακτι γυναικὸς κουροτρόφου [444] καὶ σμύρναν ἄκρητον, καὶ μέλι ὀλίγον, καὶ μύρον αἰγύπτιον, τρίβειν καὶ προστιθέναι. ἢ τὴν ἐντεριώνην σικύης αὐήνας. κόψαι δὲ ἄνευ τοῦ σπέρματος, καὶ μέλι ἐμβαλεῖν, καὶ ἀναζέσαι. καὶ βάλανον ποιέειν εὐμήκεα, καὶ βάπτειν ἐς ἔλαιον λευκόν. ἢ τῆς ἀγρίης κολοκυνθίδος ὡσαύτως [445] καὶ ἐλατηρίου τρεῖς πόσιας ἐν σταιτὶ τρίβειν, καὶ βάλανον ποιέειν. [446] ἄλλο ὁμοίως. κόκκους ἐκλέψας τρεῖς, [447] ὅσον πόσιν ἑψήσας, καὶ μέλι περιχέαι καὶ προσθεῖναι. [448] ἢ ῥόδινον ἄλειφα. ὅσαι δὲ βάλανον προστίθενται ἐμπήξαντα χρὴ περὶ πτερὸν ἐς τὴν βάλανον, ἔπειτα ῥάκος περιθεῖναι λεπτὸν ἐν εἰρίῳ βάψαι ἄλειφα αἰγύπτιον προστίθεσθαι. ἄγει δὲ μάλιστα [449] καὶ δέρματα ἀφαιρεῖται. προσθετὰ καθαρτικὰ ἰσχυρά, [450] ὕδωρ ἄγειν δυνάμενα, καὶ μύξας, καὶ δέρματα μᾶλλον τῶν προσθέτων. τοῦ πεπέρεως κόκκους τέσσαρας τῶν μεγάλων, ἢ καὶ τῶν μικρῶν εἴδεος, ἐλατηρίου πόσει συμμίξας, τρίβε λεῖα ἐπιστάζων γυναικὸς γάλα καὶ μέλι ὀλίγον ἀναφυρήσας, τοῦτο ἐς εἴριον μαλθακὸν καθαρὸν περὶ πτερὸν περιελίξας ῥάκεα, καὶ καταλαβὼν προστιθέναι, ἐς λευκὸν ἄλειφα αἰγύπτιον βάπτων. προσκείσθω δὲ ἡμέρην. καὶ ἐπειδὰν ἀφέληται, προστιθέσθω τὸ στέαρ τὸ ἐλάφου. [451] προσθετὰ καθαρτικά, ἢν μὴ ποτὰ καθαίρῃ.

& reſiccari ſinito. Et ſi quidem bilioſi fuerint, ſanguis in arena ſiccatus pallidus redditur, ſin pituitoſi; velut mucoſa conſpiciuntur. Si igitur pituitoſi fuerint, cneſtrum quantum ad potionem vnam ſatis ſit; aquæ mulſæ hemina diſſoluito, ex eo colluito. Hoc emolliens medicamentũ purgat, aquam & pelliculas educit, & ſubcruentam ſaniem. Menſes etiam detrahit, niſi diuturniores fuerint, & vterorum oſculum emollit. Vnguentum narciſſinum, cuminum eſculẽtum, myrrham, thus, abſinthium, cyperum, vnguentũ roſaceum, polentam, horum cuiuſq; pares portiones; narciſſini verò quadruplum. Hæc omnia terito admixta tenui lini crudi lanugine, quæ pectini adhæreſcit, & tenui linteo circum pennam inuoluto, deligato in glandem effingito, & in oleum album Ægyptiũ intinctum ſupponito, & tota die ſinito. Vbi verò lauerit & detraxerit, aqua grati odoris perluatur. Aliud purgãs medicamentũ, aquam educit, & pelliculas, mucos, & ſubcruẽtam ſaniem. Myrrhã, ſalem, cuminũ, fel tauri, hæc ſimul mixta & melle ſubacta, tenui linteo impoſita, ſubiicito, totumq; diem intus ſinito, deinde vbi lauerit, eo ablato aqua odorata perluatur. Aliud. Salem, cuminum, fel tauri melle ſubigito & ſubiicito. Et ſilphiũ cum ficu miſceto & ſupponito, deinde vnguento roſaceo perfundito. Aut grana cnidia cortice purgata, & quantum vna potione ſatis ſit trita, in glandẽ fingito. Aut allium, nitrum rubrum & ficũ, cuiuſq; pares portiones, melle admixto in peſſo ſubiicienda dato. Et vbi detraxerit, ceruinum adipẽ vino liquatũ ſupponito. Aut piperis grana quinq; cum pauco elaterio, muliebri lacte paulatim inſtillato, in vellere vnguento intincto ſubiicito; eodemq; modo detrahito. Aut quod in ficu eſt pinguiſſimũ, & elateriũ ad potionẽ vnam, & nitri rubri cum melle æqualẽ portionẽ, ad eundem modũ. Aut fel tauri, nitrũ rubrũ, netopum, cyclaminũ, æqualibus portionibus, ex melle velut gallæ magnitudinẽ fingito. Aut fel tauri oleo Ægyptio intinctũ ſupponat, quo detracto roſaceo illinatur. Aut cucumeris agreſtis longi exempto ſemine interiorẽ partẽ, ex lacte mulieris maſculũ alentis, & myrrham puram, mellis exiguũ, & vnguentum Ægyptiũ, terito & ſupponito. Aut cucumeris agreſtis partẽ interiorem deſiccatam, abſque ſemine contundito, & iniecto melle decoquito; & glandem oblongam effingito, oleoq; albo intingito. Aut cucurbitam agreſtem ad eundem modum; & elaterij quantum ad tres potiones ſatis ſit, cum farina aqua ſubacta terito, & in glandem efformato. Aliud ſimiliter. Tria grana cnidia detracto cortice ad potionem vnam, decocta affuſo melle ſupponito; aut vnguento roſaceo perfundito. Quæcunque autem ſibi glandem ſupponunt, cùm priùs omnia in glandem coacta fuerint, deinde tenue linteum lanæ obducere oportet, & vnguento Ægyptio glandem intinctam ſubdere. Hæc autem præcipuè pelliculas educunt & auferunt. Medicamenta ſubdititia vehementer purgantia, quæ magis quam ſuperiora aquas, mucoſa, & pelliculas educere queunt. Piperis grana maiuſcula quatuor, aut parua, ſi opus videatur, ad elaterij potionem admixta, læuiter terito, & lacte muliebri inſtillato, cum pauco melle ſubactum, id ex lana molli pura circum pennam linteo tenui conuolutum, vnguento albo Ægyptio intinctum ſupponito. Per diem autem adhæreat, deinde vbi detractum fuerit, ceruinum adipem ſubdat. Subdititia medicamenta purgantia, ſi potiones non purgent.

Mercurialem cum myrrha tritam in peſſo ſupponito. Medicamenta ſubdititia quæ ſimiliter purgant, ſecundas eiicere valent, menſes detrahere, & fœtũ ſyderatum foras propellere. Cantharidas quinque alis aulſis, cruribus & capite, deinde tribulum iuxta mare naſcentem, cum radicibus & foliis tundito, & euanthemi viridis interiorem partem, cum pari ſeminis apij mole terito, additis ſepiæ ouis quindecim, ex vino dulci dilutis. In aqua calida deſideat, & aquam mulſam aquoſam bibat, vinumque dulce. Et intriti ſtateris Æginenſis pondus ex vino dulci bibat. Vbi verò dolor detinuerit, cicerum alborum, & paſſularum ex aqua decoctum, refrigeratum propinato. Cùm ſtrãguria prehenderit, in aqua calida deſideat, & vinum dulce bibat. Quod in omni morbo aperire & purgare potens eſt. Myrrha modica, ſaluia & aniſo contritis vtitor. Purgans medicamentum quod infœcundam purgare valet. Si vteri oſculum rectè habuerit, fotum ex ſtercore bubulo ſicco, tuſo & excuſſo ad quatuor chœnicas exhibeto. Aceti autem heminas decem addito, & vrinæ bubulæ tantundem, & marinæ ſalſuginis heminas viginti. Hoc diutiùs leniter foueto. Deinde vbi elota fuerit, ex lenticulæ decocto epoto, & mellecum aceto mixto ebibito, vomat. Et pro ſorbitione farinam exhibendo, vinumq; vetus ſereno cœlo per noctem expoſitũ inſuper bibendum. Cibo verò eo die abſtineat. Poſtero autem die granum cnidium deuorandum exhibeto, & tertio die medicamentum quod vrinam ciet, paſſulas & cicera alba ad duas chœnices, affuſis aquæ tribus ſemicongiis. Deinde percolatum ſereno cœlo per noctem exponito, & poſtero die bibendum dato. Quinctiam ſubdititiis medicamentis vtitor. Medicamentum quod infuſum menſes purgat. Stercus bubulum in conchæ maioris formam effingito, cupreſſi ramenta ſubigito & commiſceto in ſole ſiccato, in id ſuffimenta iniicito. Ad ſimilem affectionem. Si menſes non eunt, ſpinæ albæ contrita folia & percolata, ac tepida infundito. Linimentum purgans, quod vteros expurgare poteſt. Porri & cardamomi ſemen tritum, vino & lacte cocto maceratum, imo ventri illinito. Emolliens linimentum. Aquam autem mucos & pelliculas educit, & puerperij purgamenta deturbat, nec exulcerat. Myrrhæ optimæ partem dimidiam, & ſalis granum ſimiliter, & picem aromatibus conditam, hæc leuiter contuſa commiſceto. Sit autem myrrha ad ſalem & picem dimidia. Hanc contuſam in tenue linteum ad gallæ magnæ quantitatem iniicito. Sint autem duo lintea, vti vnum interdiu, alterum noctu contineat, quoad colliqueſcat. Calida autem lauetur, deinde vbi detraxerit, perluatur aqua odorata. Medicamentum infœcundam purgans, ſi os bene habeat. Si infœcundam cures, ſtercus bubulum ſole exiccatum, & excuſſum ad quatuor chœnicas Atticas, adiectis aceti heminis decem, erui farinæ chœnice, & aquæ marinæ heminis viginti, hæc tepida diu in fotu adhibeto, deinde lenticulæ decocto propinato, & melle ac aceto admixto vomat, farinam ſorbitione ſumat, & vinum odoratum inſuper bibat. Cibo autẽ eo die abſtineat, poſtero autem die grana cnidia deuoranda dato, tertio verò die medicamentum vrinam ciens. Si verò voles, vinum album & cicera alba ad duas chœnices, affuſis tribus aquæ ſemicongiis.

λινόζωστιν τρίψας καὶ σμύρναν προστιθέναι. προσθετὰ ὁμοίως καθαρτικά, χόρια δυνάμενα ἐκβάλλειν, καὶ καταμήνια κατασπᾶν, καὶ ἔμβρυον ἀπόπληκτον ἐξάγειν. [412] κανθαρίδας πέντε, ἀποτίλας καὶ τὰ πτερὰ καὶ τὰ σκέλεα, καὶ τὴν κεφαλήν. εἶτα τρίβολον θαλάσσιον κόψας τῇσι ῥίζῃσι, καὶ τοῖσι φύλλοισι, καὶ τὸ ἀνθέμου τὸ χλωρὸν τὸ ἔξω τρίψας ἴσον ὄγκον καὶ σελίνου σπέρματος, καὶ σηπίης ὠὰ πεντεκαίδεκα ἐν οἴνῳ γλυκεῖ κεκρημένα. καὶ [413] ἐν ὕδατι θερμῷ καθιζέσθω. καὶ μελίκρητον ὑδαρὲς πινέτω, καὶ οἶνον γλυκύν, [414] καὶ τῆς τετριμμένου, ὅσον στατῆρα αἰγιναῖον ἐν οἴνῳ γλυκεῖ πινέτω. ἐπὴν δὲ ὀδύνην ἔχῃ, λευκοὺς ἐρεβίνθους, καὶ ἀσταφίδας ἑψήσας ἐν ὕδατι, καὶ ψύξας, διδόναι πιεῖν. ὅταν ἡ στραγγουρίη ἔχῃ, ἐν ὕδατι χλιαρῷ καθιζέσθω, καὶ οἶνον πινέτω γλυκύν. [415] Πάσης νόσου δυνάμενον καὶ ἀναστομοῦν καὶ καθαίρειν. σμύρναν ὀλίγην καὶ ἐλελίσφακον καὶ ἄννησον τρίψας, χρῶ. [416] καθαρτικὸν δυνάμενον ἄτοκον καθῆραι. [417] ἢν τὸ στόμα τῆς μήτρης ὀρθὸν ἔχῃ, πυριῆν βολβίτου ξηροῦ κόψας, καὶ διασήσας τέσσαρας χοίνικας. ὄξεος δὲ κοτύλας δέκα. καὶ οὔρου βοὸς ἴσον τούτῳ. καὶ θαλάσσης ἅλμης κοτύλας εἴκοσι. [418] πυριῆν δὲ βληχροῖσι πουλὺν χρόνον. εἶτα λουσαμένη φακῖον πιέτω, καὶ μέλι καὶ ὄξος μεμιγμένον πιέτω, ἐμεέτω, καὶ ῥοφεέτω ἄλευρον, δόντας καὶ ἐπιπιεῖν οἶνον εὐώδεα παλαιὸν αἰθριασμένον. σίτου δὲ μὴ γευέσθω τῇ τριακοστῇ ἡμέρῃ. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, κόκκον δοῦναι καταπότον. τῇ δὲ τρίτῃ, δοῦναι διουρητικόν, ἀσταφίδας καὶ ἐρεβίνθους λευκοὺς [419] δύο χοίνικας καὶ ἐπιχέαι ὕδατος τρία ἡμίχοα. ἔπειτα ἀποχέας, τὸ ἐς τὴν αἰθρίην θεῖναι. καὶ τῇ ὑστεραίῃ πινέτω. καὶ τοῖσι προσθετοῖσι χρέεσθαι. [420] ἔγχυτον καθαρτικὸν καταμηνίων. [421] βόλβιτον πλάσαι ὅσον σκαφίδα, ξηρὸν δὲ, καὶ ξυμμίσγειν τῆς κυπαρίσσου τὰ πρίσματα, ξηραίνειν δὲ ἐν τῷ ἡλίῳ, καὶ ἐς τοῦτο τὰ θυμιήματα ἐμβάλλειν, εἰς ὅμοιον πάθος. [422] ἢν τὰ καταμήνια μὴ ἴῃ, ἀκάνθης λευκῆς τὰ φύλλα τρίψας, καὶ διηθήσας, καὶ ἐπιχλιαίνας ἐγχέειν. κατάχριστον καθαρτικὸν ὡς τὰς μήτρας καθαίρειν. πράσου σπέρμα καὶ καρδαμώμου τρίψας, ἐν οἴνῳ καὶ γάλακτι ἑφθῷ, διαχρίειν τὴν νειαίρην γαστέρα. [423] κατάχριστον μαλθακτήριον. ὕδωρ δὲ ἄγει καὶ μύξας καὶ δέρματα, καὶ λοχεῖα φέρει, καὶ οὐχ ἑλκοῖ. σμύρνης ὡς ἀρίστης ἥμισυ, καὶ ἁλὸς χόνδρον ὁμοίως, πίσσαν ἡδυόσμου φλάσας, μίξας τὰ λεῖα. ἔστω δὲ τὸ τῆς σμύρνης τὸ ἥμισυ τῶν ἁλῶν, καὶ τῆς πίσσης ἐμβάλλειν ἐς ῥάκος τῆς πεφλασμένης, μέγεθος ὅσον κηκῖδα μεγάλην. δύο δὲ ἔστω. ὡς τὸ μὲν ἡμέρας ἔχῃ, τὸ δὲ εὐφρόνης ἐς τὸ αὐτὸ τακῇ. λουέσθω δὲ θερμῷ, εἶτα ἀφαιρέουσα διανιζέσθω ὕδατι εὐώδει. [424] καθαρτικὸν ἄτοκον καθῆραι, ἢν τὸ στόμα ὀρθὸν ἔχῃ. ἢν ἄτοκον θεραπεύῃς, βόλβιτον αὖον ἡλίου, διασήσας ὅσον τέσσαρας χοίνικας ἀττικάς, ὄξεος δὲ κοτύλας δέκα, καὶ ὀροβίου χοίνικα, καὶ θαλάσσης κοτύλας εἴκοσι, πυριῆσαι ἀλέα πουλὺν χρόνον. ἔπειτα φακῖον πιπίσαι. καὶ μέλι καὶ ὄξος μίξαι. καὶ ἐμέτω. καὶ ῥοφεέτω ἄλητον. καὶ ἐπιπινέτω οἶνον εὐώδεα. σίτου δὲ μὴ ἀπτέσθω ταύτῃ τῇ ἡμέρῃ. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, κόκκον δοῦναι κατάποτον. τῇ δὲ τρίτῃ διουρητικόν. ἐὰν δὲ βούλῃ, λευκὸν σταφίδα καὶ ἐρεβίνθους λευκοὺς δύο χοίνικας, ἐπιχέας ὕδατος τρία ἡμίχοα.

ἀφελ

ἀφελεῖν δὲ τὸ ἥμισυ. εἶτα ἐς τὴν αἰθρίην θεῖναι. καὶ τῇ ὑστεραίῃ πινέτω ἐκ τούτου κατ' ὀλίγον, καὶ τοῖσι προσθέτοισι χρέεσθαι. [466] ἢν βούλῃ γυναῖκα κυῆσαι, καθήρας αὐτὴν καὶ τὰς μήτρας, [467] ἔπειτα δίδου ἄλητον ἐσθίειν νῆστιν καὶ οἶνον ἐπιπίνειν ἄκρητον. καὶ προσθεῖναι νίτρον ἐρυθρόν. καὶ κύμινον καὶ ῥητίνην μέλιτι δεύσας, ἐν ὀθονίῳ προσθέτω. καὶ ὅταν τὸ ὕδωρ ἀπορρυῇ, τοὺς μέλανας πεσσοὺς προστιθέσθω μαλθακτηρίους. καὶ τῷ ἀνδρὶ συνευνάσθω. [468] ἢν δὲ τὸ στόμα μεμύκῃ, προστιθέσθω καὶ ὀπὸν συκῆς, μέχρις ἂν ἀναστομωθῇ. καὶ ὕδατι αὐτίκα ἀπονίζεσθαι. ἱέρηκος δὲ ἄφοδον τρίβειν ἐν οἴνῳ γλυκεῖ, καὶ πίνειν νῆστιν. καὶ τηνικαῦτα συνευναζέσθω τῷ ἀνδρί. ἢ ὁκόταν τὰ καταμήνια παύηται, χηνὸς ἢ ἀλώπεκος ἄφοδον ἐν ῥοδίνῳ μύρῳ τρίβειν. καὶ τὸ αἰδοῖον χρίεσθαι καὶ συνευνάζεσθαι. ἢν ἕλκεα ᾖ δριμέα, καὶ ἢν φλεγμαίνῃ, χρέεσθαι τῷδε κλυσμῷ. χηνὸς ἔλαιον καὶ ῥητίνην μίσγειν. καὶ διεὶς ὕδατι χλιαρῷ, κλύσαι. ἢ μέλιτι βούτυρον μίξας, τῆξαι καὶ κλύσαι. ἢ ἐχετρώσιος ξύσας, ὅσον σκαφίδα μικρήν, καὶ σμύρνην, καὶ μέλιτος ὁμοίως. ταῦτα διεῖναι ἐν οἴνῳ μέλανι εὐώδει, καὶ κλύζειν χλιαρῷ. [469] ἢν ἑλκωθῇ ἢ φλυκταινέων ἀνάπλεα ἢ ἐν τῇ καθάρσει ἄκρα τὰ χείλεα, σάρκα βοὸς, ἢ πιμελὴν, ἢ χήνειον ἄλειφα, καὶ ἄννησον, ἢ κόκκον, ἢ σποδὸν κυπρίην, τρίψαι ταῦτα πάντα, καὶ περιαλεῖψαι τὴν σάρκα. προστιθέσθαι. ἢν ἕλκεα γίνηται καὶ ὀδαξᾶται, βοὸς σάρκα, στέαρ ἐπαλείφειν. καὶ τὴν σάρκα προστιθέναι. καὶ ἐγκλύζειν ἢν ῥυπαρὰ ᾖ, [470] καὶ πυελίην συκῆς ἀπὸ ῥίζης, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ πῖαρ, ἐν γλυκεῖ πινέτω. [471] ἢν ἐν τοῖσιν αἰδοίοισι τὰ ἕλκεα γίνηται, βόειον στέαρ ἐπαλείφειν καὶ μυρσίνην ἐν οἴνῳ καθεψῶν, διακλυζέτω τῷ οἴνῳ, ἢ ἐλαίας φύλλα, καὶ βάτου καὶ ῥοιῆς, καὶ ὁ οἶνος ἔστω πράμνιος. ταῦτα δὲ οὕτως ποιέειν, περσέης φύλλα τοῦ δένδρου δηλαδὴ, λεῖα τρίψαι, καὶ πρὸς τὰ αἰδοῖα προσθεῖναι, ἢ ἀνήθου καρπὸν καὶ σελίνου τρίψας, ἐπιχρίειν. ἢν ἀφθώσῃ τὰ αἰδοῖα πῶς δεῖ ἰᾶσθαι, σάρκα βοὸς ὡσεὶ δύο παλαιστῶν τὸ μῆκος, [472] πάχος δὲ ὡσεὶ στειλειὸς προστιθέσθω μέχρις ἑσπέρης. τὴν δὲ νύκτα ἀφεῖν. τῇ δὲ ὑστεραίῃ πάλιν προστιθέσθαι μέχρι μεσημβρίης. καὶ ἐπιπινέτω οἶνον γλυκὺν, μέλιτι καὶ οἶνον ξυμμίσγων. κλύσμα ἢν ἡλκωμέναι ἔωσιν αἱ μῆτραι, καὶ ἢν στραγγουρίη ἐπιλάβῃ. [473] πράσα. ἀκτῆς καρπόν. σέσελι. ἄννησον. λιβανωτόν. σμύρναν. καὶ οἶνον ἴσον τῷ χυλῷ τούτων, μίξας ταῦτα καὶ ἀναζέσας, ψύξας, καὶ μετρίως κλύζειν. ἢ μέλι, βούτυρον, [474] μυελὸν, καὶ κηρὸν ἐνιέναι καὶ χρίεσθαι. ἃ δ' ἐν αἰδοίῳ ἕλκεα ἔνι καὶ φύεται, [475] φύλλα ἐλαίης, καὶ βάτου καὶ κισσοῦ, καὶ ῥοιῆς γλυκείης, τρίβειν λεῖα. διεὶς δὲ οἴνῳ παλαιῷ, εἰρίῳ προστιθέσθαι τὴν νύκτα πρὸς τὰ αἰδοῖα. καὶ καταπλάσσειν ἐν τούτοισιν. ὁπόταν δὲ ἡμέρη γένηται, ἐξαιρέειν. ἀφεψεῖν δὲ μύρτα ἐν οἴνῳ, καὶ διακλύζεσθαι. ἢ χηνὸς ἔλαιον καὶ ῥητίνην τῆξαι καὶ κλύσαι. ἢ βούτυρον καὶ κέδρινον ἔλαιον μέλιτι συμμίσγειν μικρὸν, καὶ κλύζειν. [476] ἕλκεα ἐν μήτρῃσι ἀποξηραίνει. ἀργύρου ἄνθος ἐν οἴνῳ τρίψαι καὶ κλύσαι. ἢ βουτύρῳ μετὰ μέλιτος κλύσαι. ἢ ἐχέτρωσιν καὶ σμύρναν, καὶ μέλι οἴνῳ διεῖναι. οἴνῳ δὲ μέλανι χλιαρῷ, καὶ κλύζειν τῇ ὑστεραίῃ. ἢ σχίνου φύλλα ἑψήσας ἐν ὕδατι, τούτῳ διακλύζειν.

Ex eo detracto dimidio, reliquum cœlo ſereno noctu exponendum, & ſequenti die paulatim bibendum, & ſubdititiis medicamentis vtendum. Si voles vt mulier concipiat, ipſam & vteros purgato, deinde ieiunæ farinam edendam, & vinum meracum inſuper bibendum exhibeto, nitrumque rubrum in ſubdititio admoueto. Et cuminum ac reſinam melle ſubactam ex linteo ſupponito. Cumque aqua effluxerit, ſubdititios talos nigros ad emolliendum ſubiicito, & viro condormiat. Quòd ſi os conniueat, fici quoque ſuccum in ſubdititio ſibi ſupponat, quoad reſeratum fuerit, & protinus aqua eluatur. Accipitris verò ſtercus ex vino dulci tritum ieiuna bibat, tumque viro condormiat. Aut vbi menſtrua deſierint, anſeris aut vulpis ſtercore, & roſaceo vnguento trito, pudendum illinat, & viro condormiat. Si vlcera acria fuerint, & inflammatione laborent, hac collutione vtitor. Anſerinum adipem & reſinam miſce, iis aqua tepida dilutis colluito. Aut bryoniæ albæ radicis deraſæ conchæ minoris quantitatem, cùm myrrha & melle ad eundem modum admiſceto, his ex vino nigro odorato ſolutis, & tepidis colluito. Si dum purgatio fertur ſumma labra exulcerata & puſtulis referta fuerint, carnis bubulæ fruſtum ſumito, butyrum aut anſerinum adipem, aniſum, aut granum cnidium, aut ſpodium Cyprium, his omnibus tritis carnem obductam in peſſo ſubdito. Si vlcera oriantur & mordeant, carnem bubulam adipe oblitam ſupponito. Ac ſi ſordida fuerint, infuſum & fomentum ex mori radice adhibeto, deinde etiam pinguedinis aliquid ex vino dulci bibat. Si in pudendis vlcera oriantur, bubulo adipe linito, aut myrto in vino decocta, vino colluat, aut oleæ, & rubi, & mali punici foliis decoctis. Sit autem vinum Pramnium. Atque hæc quidem ad hunc modum facienda. Et Perſeæ arboris videlicet folia læuiter terito, & pudendis in ſubdititio admoueto. Aut anethi & apij ſemen contritum illinito. Si pudenda ſuperficiariis vlceribus laborarint, ad hunc modum curare oportet. Carnem bubulam longitudinis ferè duorum palmorum, & craſſitudinis manubrij ad veſperam vſque in peſſo ſubdito, ſub noctem tollito. Poſtero verò die rurſus ad meridiem vſque ſubdito, & vinum dulce cui mel admixtum ſit inſuper bibat. Collutio ad vlceratos vteros, & ſi ſtranguria prehenderit. Porrum, ſambuci fructum, ſeſeli, aniſum, thus, myrrha, & vinum æquali ad horum decoctum menſura. His mixtis & ferueſactis, ac modicè refrigeratis colluito. Aut mel, butyrum, medullam & ceram intromittito, & illinito. Ad vlcera quæ in pudendis ſunt & pullulant, oleæ, rubi, hederæ, & mali punici dulcis folia, læuiter trita, vino veteri diluta, in vellere noctu pudendis apponito, & cataplaſmate admoueto. Cùm verò dies illuxerit, detrahito, & myrti baccis vino decoctis colluat. Aut anſerino adipe & reſina liquefactis colluito. Aut butyro & cedrino oleo cum pauco melle admixto colluito. Hæc vterorum vlcera exiccant. Argenti florem ex vino terito, & colluito, aut butyro cum melle. Aut bryoniam albam & myrrham, cum vino melle macerato: vino verò nigro tepido poſtero die colluito. Aut lentiſci foliis in aqua decoctis, ex ea poſtea colluito.

Aliud ad vterorum os vlceratum. Butyrum, thus, myrrha, reſina, medulla cerui, ex his colluito. Aut lenticulam in aqua decoquito, & cum ea percolata colluito. Cùm verò aqua ex vteris fluxerit, & vlcera morſum intulerint, anſerino adipe & ouo illinito. Aut ouillum adipem & ſuillum, & lentem ex vino coquito, & ex eo pari aqua temperato colluito. Hoc etiam vlcera in pudendo perfundenda. Mánam thuris, rubum, & pini corticem apponito, & horum decocto perluatur. Medicamentum fœtum mortuum eiiciens. Galbanum oliuæ magnitudine, linteo conuolutum, oleo cedrino intinctum, ad os vteri in ſubditio apponito. Aliud. Calamum odoratum & cucumeris agreſtis interiorem partem ex adipe anſerino terito, vmbilicum verò & imum ventrem obligato, & ex eo exiguo in laná inſtillato, ad vterorum os in ſubditio apponat, & ab eo paulatim detrahitur. Aliud. Rubiam tuſam & cedri ramenta, aqua affuſa cœlo ſereno nocte exponito, deinde ſub aurorá ad dolores exhibeto. Aliud. Laſeris drachmæ vnius quantitatem, & ſucci porri acetabulum, cedrini olei dimidio cyatho paruo admixto potui exhibeto. Aliud. Fel tauri oboli aut dimidij oboli pondere, ex vino tritum exhibeto, aut farina aqua macerata obductum deuorandum dato. Aliud. Cancros fluuiatiles quinq;, lapathi & rutæ radicem, & furni fuliginé omnia ſimul trita, & aqua mulſa permixta, & cœlo ſereno per noctem expoſita, ieiuna tertio quoq; die bibat. Aliud. Cucumeris agreſtis partem interiorem leuiter tritam, cedrina pice ſubactam, lana conuolutam, filo circum pennam deligatam, intro ſibi ſubdat. Pars autem pennæ craſſiuſcula, foris ex lana paulum extet, vbi verò ſanguis apparuerit, detrahatur. Veratri nigri ſurculum, ſex digitos longum, lana obuolutum, ita vt eius extremum nudum relinquatur, deinde intrò quam penitiſſimè ſibi ſupponat, cùm verò extremum ſanguine infectum fuerit, detrahatur. Aliud. Veratrum nigrum, cantharidas & conyzam ex aqua terito, & in glandem mollem ſex ferè digitos longá efformatam exiccato, & vbi induruerit lana obuolutam ſupponat, extremum verò cedria illinatur, & nudum maneat, cumq; ſanguis apparuerit, detrahatur. Fœtum eiiciens. Fœtum intus mortuum aut ſyderatum eiicit ranunculus & elaterij exiguum, ex aceto meraciore commixtum, & potui exhibitum. Aut braſſicæ tener cauliculus, extrema parte netopo illitus, intromittatur.

Ἄλλο, ἢν ἑλκωθῇ τὸ στόμα τῶν μητρέων. βούτυρον, λιβανωτὸς, σμύρνη, ῥητίνη, μυελὸς ἐλάφειος. τουτέοισι, κλύζειν. ἢ φακὴν ἕψειν ἐν ὕδατι, καὶ ἀποχέας τὸ ὕδωρ ἐν τούτῳ κλύζειν. ὅταν δὲ ὕδωρ ἐκ τῶν ὑστερέων ῥέῃ, καὶ ἕλκεα ᾖ, καὶ δάκνηται, χήνειον στέαρ, καὶ ὠὸν διαχρίεσθαι. ἢ οἶος στέαρ, ἢ συὸς. καὶ φακὴν ἐν οἴνῳ ἕψειν. καὶ κεκρημένον ἴσον τῷ ὕδατι τουτέῳ κλύζειν. τὰ δὲ ἐν τῷ αἰδοίῳ ἕλκεα ἐν τούτῳ καταιονᾶν. ἐπιπάσσειν δὲ μάνναν. βάτον. πίτυος φλοιόν. καὶ τῷ ὕδατι τούτων νίπτεσθαι. ἐκβόλιον ἢν ἀποθάνῃ τὸ ἔμβρυον. χαλβάνης ὅσον ἐλαίην ἐνειλίξας ἐς ὀθόνιον, κέδρινον ἐμβάψας, προστιθέσθω πρὸς τὸ στόμα τῆς μήτρης. ἕτερον. κάλαμον εὐώδεα, καὶ σικύης ἐντεριώνην τρίψας ἐν χηνείῳ στέατι ἐπιδησάτω δὲ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον. καὶ σμικρὸν ἀπ' αὐτῆς ἐνστάξας ἐς εἴριον προστιθέσθω πρὸς τὸ στόμα τῆς μήτρης. καὶ ἐκ τούτου καθ' ὀλίγον ἑλκέσθω. ἄλλο. ἐρυθεδανὸν κόψας, καὶ κέδρου πρίσματα, ὕδωρ τε ἐπιχέας θὲς ἐς τὴν αἰθρίην. εἶτα πρωῒ δὸς πρὸς τὰς ἀλγηδόνας. ἄλλο. σιλφίου ὀποῦ δραχμὴν μίαν, καὶ πράσου χυλοῦ ὅσον ὀξύβαφον, [477] διαμίξας κέδρινον ἔλαιον ἥμισυ κυάθου μικροῦ δὸς πιεῖν. ἄλλο. ταύρου χολῆς ὅσον ὀβολὸν, ἢ ἡμιωβόλιον τρίβων ἐν οἴνῳ, δός. ἢ σταιτὶ περιπλάσας [478] ἐν πάλῃ καταπιεῖν δίδου. ἄλλο. καρκίνους ποταμίους πέντε καὶ λαπάθου καὶ πηγάνου ῥίζαν, καὶ αἰθάλην ἀπὸ τοῦ ἰπνοῦ τρίψας ὁμοῦ πάντα, καὶ ἐνστάξας ἐν μελικρήτῳ, ὑπαίθριον θεῖσα, πινέτω νῆστις [479] ἐκ τρίτου. ἄλλο. σικύης ἐντεριώνην τρίψας λείην ἐν κεδρίνῃ πίσσῃ, ἐς εἴριον ἐνελίξας, περιδήσασα πρὸς τὸ πτερὸν λίνῳ, [480] προστιθέσθω δὲ ἴσον, τοῦ δὲ πτεροῦ τὸ σκληρὸν, προσεχέτω μικρὸν ἔξω ἐκ τοῦ εἰρίου. ὅταν δὲ αἷμα φανῇ, ἀφαιρέεσθαι. ἄλλο. ἐλλεβόρου μέλανος λαβὼν [481] ῥαβδίον ὅσον ἓξ δακτύλων, περιείλιξον ἐν εἰρίῳ. τὸ δὲ ἄκρον ἔα ψιλὸν εἶναι. εἶτα προστιθέσθω εἴσω ὡς μάλιστα. ὅταν δὲ αἱματωθῇ τὸ ἄκρον, ἀφαιρέεσθαι. ἄλλο. ἐλλέβορον μέλανα. καὶ κανθαρίδας. καὶ κόνυζαν τρίψας ἐν ὕδατι, καὶ ποιήσας βάλανον μαλθακὸν, ὅσον ἑξαδάκτυλον, ξήρανον κἄπειτα ὅταν σκληρὸν γένηται, εἰρίῳ περιειλίξασα προστιθέσθω. τὸ δὲ ἄκρον κέδρῳ χριέσθω, [482] καὶ ἔστω ψιλόν. ὅταν δὲ αἷμα φανῇ, ἀφελέσθω. ἐκβόλιον. ἢν ἔμβρυον τεθνεὸς ἔνδον ᾖ, ἢ ἀποπληκτον, βατράχιον καὶ ἐλατήριον μικρὸν μίξας ἐν ὄξει ἀκρήτῳ, καὶ δοῦναι πιεῖν. ἢ κράμβης ἁπαλὸς καυλὸς, κατὰ τὸ ἄκρον τετώπῳ χρισάμενος ἐμβαλέσθω.

Notha quædam ad calcem lib. 1. de morbis Mulierum adiuncta.

TVSSIS infantuli remedium, Thapſia cum polenta in os indita. Aliud. Oui aſſati exemptum vitellum, cum ſeſamo albo toſto, ſale & melle delingendum præbeto. Ad pueri aluum ſoluendam. Lanam ſuccidam melle intinctá indito. Quod ſi adultior iam fuerit, ceparum interiores partes ex melle tritas indito. Si lac deficiat, farinam ſitaniam elotam, melle & oleo ammixto tepidam infundito. Puerorum crebram ſpirationem (ἄσθμα dictam) ſedat thus ex vino dulci, & balnei abſtinentia. Medicamentum quod purget. Glandulas conficito ex mellis hemina, aniſi acetabulo, bituminis drachmis duabus, felle bubulo, myrrhæ drachmis tribus, elaterio quantum ad potionem ſatis ſit. Hæc admixto anſerino adipe, æneo vaſe coquito. Vbi vti voles, glandes adipe anſerino molli illinito,

Νόθα, τῇ τελευτῇ τοῦ πρώτου περὶ γυναικείων βιβλίου προσκείμενα.

[483] Βηχὸς παιδίου. θαψίην ἐπ' ἀλφίτοις ψωμίζειν. ἕτερον. [484] ὠὸν ὀπτήσαντα, τὴν λέκιθον ἐξελόντα τρίψαι. καὶ σήσαμον λευκὸν πεφρυγμένον, καὶ ἅλας, ἐν μέλιτι ἐκλείχειν. τὴν κοιλίην λῦσαι τοῦ παιδίου. εἴριον ἄπλυτον ἐς μέλι βάψας ἐνθεῖναι. ἐὰν δὲ γεραίτερον ᾖ, [485] κρομμύων τὰ ἔσωθεν τρίψας, ἐντιθέναι. ἐὰν δὲ γάλα μὴ ᾖ, σητάνιον ἄλευρον ἐκπλύνας, μέλι καὶ ἔλαιον μίξας χλιαρῷ [486] κλύσαι. ἄσθματος παιδίου λιβανωτὸν ἐν οἴνῳ γλυκεῖ. [487] ἀλουσίη. καθαρτήριον. βαλανίδας ποιέειν κοτύλην μέλιτος, ἀνίσου ὀξύβαφον, ἀσφάλτου δύο δραχμὰς, χολὴν βοὸς, σμύρνης τρεῖς δραχμὰς. πόσιν ἐλατηρίου. ἕψειν ἐν χαλκίῳ, μίσγειν ἔλαιον χήνειον. καὶ ὅταν μέλλῃς χρῆσθαι, ἀλείφειν τὰς βαλάνους [488] τῷ χηνείῳ μαλακῷ.

Εἰρίῳ

ἐλαίῳ δὲ χρῆσθαι, τῷ οἴνῳ. [489] ἐλαίῳ δὲ σχινίνῳ, τούτῳ μίσγειν κιννάβαρι. Ἔμετον λύει. Ὠκίμου χυλὸς ἐν οἴνῳ λευκῷ. Ἕτερον. Ἀλήτου σητανίου κεχυλισμένου τὸ ὕδωρ. ἢ ῥοιᾶς γλυκείας καὶ ὀξείας ἀποχυλώσας. Εἶτα μέλιτι μίξας. [490] Τὸ σηπτικὸν ὧδε ποιέεται. ἐλλέβορος μέλας. σανδαράχη. λεπὶς χαλκοῦ, ἴσον ἑκάστου τρίβειν χωρίς. ὅταν δὲ λεῖον ᾖ, παραμίξαι μιᾶς μερίδος διπλάσιον τίτανον, ἀναδεύσας κεδρίνῳ, χρίεται. [491] ὀπτὸν φάρμακον ὧδε ποιέεται, ἄνθος κεκαυμένον καθαρῶς. ἄχρις ἂν φοινικοῦν γένηται, τρίψας λεῖον, τούτῳ χρῶ. Τὸ μέλαν φάρμακον. Λεπίς. ἄνθος. χωρὶς τρίβειν ἑκάτερον. ὅταν δὲ λεῖον τρίψῃς, οὕτω μίσγε. ποιέειν δύο ἢ τρία εἴδη τοῦ φαρμάκου. τὸ μὲν ἰσχυρότατον, τὸ ἄνθος, τριτημόριον τῆς λεπίδος. τὸ δὲ δεύτερον, τεταρτημόριον. τὸ δὲ τρίτον, πεμπτημόριον. τοῦτο τὸ φάρμακον ἐπὶ πολὺ ἁρμόζει. Διαλειπτὸν πρὸς τὴν συνάγχην. κάχρυα. σταφὶς ἀγρία, ἀψίνθιον, ἐλατήριον, μέλι. Ἐν τοῖς ποδαλγικοῖς ὀδυνήμασι τὰ ἀφιστάμενα καταπλάσσειν. [492] ὕδατι φυρῶντα λεῖον. καὶ μὴ λούειν τριῶν ἡμερέων. ὅταν δὲ λούσῃς, αὖθις νίτρον ὠμὸν τὸ ἐρυθρὸν τρίψαντα. καὶ μέλι ὀλίγον. τούτῳ ὥσπερ αἰεὶ χρέεσθαι. [493] καὶ ... ἴσον χονδρὸς ἐς κύθραν ἐμβαλεῖν λείους. Εἶτα συμπλήσειν. Εἶτα καταλείψας ὑποκάειν, νύκτα καὶ ἡμέρην τὴν ἕδρην ἐμβαλεῖν ἀσταφίδι λείῃ, τετριμμένῃ, ξηρῇ, ἐναλείφοντα τὴν ἕδρην. τὰ πεπυρωμένα διαχρίειν ἀνδράχνῃ [494] ἐν σταιτί. θρίδακος τῆς ἐρυθρῆς, ὁπόσον ὁλκὴν, λύει πᾶσαν ἐν ὕδατι. σταθμὸς ἡμιωβόλιον ἀττικόν. Ὀφθαλμικά. [495] Χαλκοῦ ἰὸς, χολὴ, αἰγὸς, σμύρνα, ταῦτα λύεται. πάντα ὁμοῦ τρίψας λεῖα, οἴνῳ διιέναι λευκῷ. ἔπειτα ἐς κάλαμον ἐμβαλὼν, ξηρῷ χρῆσθαι. [496] Ἔμπλαστρον. Μίσυ κατασκευάσας, τρίβε ἐν ἴγδῃ. ξυμμίσγειν δὲ αὐτῷ σποδὸν χρυσῖτιν πεπλυμένην. ἔστω δὲ τῆς σποδοῦ, τρία. τοῦ μίσυος, ἕν. τὸ μίσυ κατάκαιε ἐς μάζαν, φυλασσόμενος, ὅκως μὴ ἐκρυῇ. ὀπτώμενον γὰρ ἐξυγραίνεται. ὅταν δὲ καλῶς ὀπτὸν ᾖ, φοινίκεον γίνεται. Ἔμπλαστρον. Ψιμύθιον κατὰ ταὐτὸ τρόπον μισγόμενον τῷ μίσυϊ ὀπτημένῳ, ὥσπερ ἐν τῇ χρυσίτιδι σποδῷ, τὸ μίσυ γίνεται. Ἕτερον ἔμπλαστρον ἰσχυρότερον τούτου. Σποδὸς κυπρία ἐκ τοῦ ἀσβόλου πεπλυμένου. καὶ ψιμύθιον. καὶ μίσυ ὀπτόν. εἶναι δὲ δύο μοίρας τῆς σποδοῦ [497] τοῦ ψιμυθίου. ἓν τοῦ μίσυος ὑγρῷ. ἀνεμώνης τὰ φύλλα κόψαντα, ἐκπιέσαι. καὶ ἐς τὸν ἥλιον θεῖναι ἐν χαλκῷ ἐρυθρῷ καταπυκαλύψαντα, ὅκως μηδὲν ἐμπέσηται. ὅταν δὲ παχὺ ᾖ, [498] διαπλάσαντα φθοῖς. Εἶτα ξηραίνειν. ὅταν δὲ ξηρανθῇ, κατακαίειν ὡς δυνατὸν μάλιστα. Εἶτα ἐπειδὰν ψυχθῇ, τρίβειν λεῖα. καὶ μίσγειν σποδῷ πεπλυμένῃ τῇ ἐκ τοῦ ἀσβόλου ἴσον. Εἶτα ἐπιστάζων νέτωπον, μικρὸν τρίβειν. Εἶτα μέλιτι διιέναι. Εἶτα ξηρήνας [499] ἐς χαλκῆν κυσίδα τούτῳ χρῶ. Ξηρὸν μαλακόν. Σποδὸς κυπρία, χαλκῖτις ἄπλυτος, λεία τετριμμένη. καὶ ἄνθος χαλκοῦ. [500] ταῦτα ἴσα μίσγειν, καὶ τρίβειν λεῖα. Ἕτερον ξηρόν. Σποδὸς κυπρία. χαλκῖτις διατετριμμένη. καὶ σποδὸς χρυσῖτις ἄπλυτος [501] ἐναφεψεῖται τὸ χρυσίον ταῦτα ἀλλήλοις διατρίβειν. Ἕτερον ξηρόν. Σποδὸς πεπλυμένη. [502] χρυσῖτις, καὶ ἀφρὸς χαλκοῦ ταῦτα λεῖα. Ἕτερον. Ὀμφακος χυλός. καὶ σποδὸς κυπρία.

lana verò ouilla vtitor, oleo autem lentiſcino, cui cinnabarim admiſcere poteris. Vomitum tollit ocymi ſuccus ex vino albo. Aliud. Farinæ ſetaneæ percolatum decoctum, aut malici punici dulcis & acidi expreſſus ſuccus, poſtea melle ammixto. Medicamentum quod exedit ſic conficitur. Veratrum nigrum, ſyndaracham, æris ſquamam, ſingula æquali portione ſeorſum terito. Vbi autem læuiter tritum fuerit, ad vnam partem dupla calce admixta, cedrino oleo ſubacta illinito. Exurens medicamentum ad hunc modum paratur. Æris flos ſincerè combuſtus quoad ruber euadat, eo læuiter trito vtitor. Nigrum medicamentum. Squamam, æris florem, vtrumque ſeorſim terito, læuiter tritum ſic permiſceto. Duo aut tria medicamenti genera conficito. Vnum quidem vehementiſſimum, quod æris florem ad ſquamam tertiam habet partem. Alterum quod quartam habet partem, tertium verò quod quintam. Hoc medicamentum ad omnia adaptatur. Medicamentum quod illinitur ad anginam, roris marini ſemen, ſtaphis agria, abſinthium, elaterium, mel. In podagricis doloribus tumores nitro læuiter trito aqua ſubacto, velut cataplaſmate obducito, tribus diebus ne lauato. Cùm verò laueris, rurſus nitro crudo rubro, cum pauco melle trito, eo velut ſemper vtendum. Igne ambuſta illine portulaca cum farinæ maſſa aqua ſubacta, & lactuca rubra ad drachmam vnam. Id dolorem omnem tollit ex aqua ſemioboli Attici pondere. Ophthalmica medicamenta. Ærugo, fel capræ, myrrha, hæc omnia ſoluuntur, ſimul trita, læuigata, vino albo diluito, deinde in arundinem coniecta, ſicca ad vſum adhibeto. Quod puluere inſpergitur. Miſy præparatum in pila terito, chryſitidis cinerem lotum admiſceto. Sint enim cineris partes tres, & miſyos vna. Miſy in maza comburito, ea cautione ne effluat. Liqueſcit enim dum torretur. Probè verò vſtum puniceí fit coloris. Aliud. Ceruſa ad eundem modum cum miſy vſto admiſcetur, velut fit in chryſitidis cinere, & in miſy tranſit. Aliud iſto vehementius. Spodium Cyprium ex fuligine lotum, ceruſa, & miſy vſtum. Spodij autem ad ceruſam duas partes eſſe oportet, & miſyos vnam, foliorum anemones contuſorum ſuccum exprimito, & ad ſolem in æris rubri vaſe cooperto, ne quid incidat, exponito. Cùm verò craſſum euaſerit, paſtillos formato, deinde ſiccato. Cùm verò deſiccatum fuerit, quàm maximè poteris vrito, deinde refrigeratum læuiter terito, & ad parem ſpodij ex fuligine loti portionem admiſceto, deinde netopo inſtillato paulùm terito, mox melle diluito, poſtea reſiccatum in capſula ærea, ad vſum reponito. Aridum molle. Spodium Cyprium, chalcitis illota læuiter trita, flos æris, hæc æquali portione miſceto, & læuiter terito. Aridum aliud. Spodium Cyprium, chalcitis læuiter trita, & cinis chryſitidis illotus, hæc inter ſe diligenter terito. Aliud aridum. Spodium vſtum, chryſitis, & æris ſpuma æqualibus portionibus læuigata. Aliud. Vuæ immaturæ ſuccus, & ſpodium Cyprium.

Vuæ immaturæ grandioris ſuccum, ex linteo in vaſe æris rubri exprimito, aceti albi acerrimi tertia parte admixta, ſicque in ſole decoquito, & quinquies die verſato. Cùm verò craſſus ſuccus euaſerit, chalcitidis Cypriæ cinerem læuiter tritum iniicito & permiſceto. Cumq; ſex vel ſepté diebus ſuccus in Sole poſitus fuerit, ad ſucci heminam Atticam, cineris drachmas octo iniicito. Quòd ſi acrius voles, cineris minùs, ſin lenius, plus adiicito. Poſt hæc reſiccato, quoad paſtilli formari queant. Deinde ad fumum intus ſuſpenſum, tamdiu reſiccato quoad teſtaceum euadat, ne cùm teritur in ſeſe coeat, mox ſic vtitor, & loco minimè humido reponito. Aliud aridum. Spodium, chalcitis aceto albo ſubacta, deinde paſtillos confectos reſiccato, cumq; reſiccatum fuerit læuiter terito, eo quidem oculum illinere optimum, vinumq; vetus dulce ſimul incoquito. Ad albuginem Populi nigræ lachrymam, lac muliebre, his permixtis vtitor. Ad oculi lachrymam & dolorem. Mali punici dulcis expreſſum ſuccum in vaſe æreo coquito, & nigrum velut picem reddito, æſtate Soli exponito, deinde liquido ſublinito. Si lachrymabundus ac lippus oculus fuerit. Cùm vua alba, valde matura & gracilis in vite fuerit, decerptam excolato, deinde in Sole ſiccato. Cùm ſiccum fuerit deradito, æruginis ſemioboli Attici pondus admiſceto, poſtea eo ſublinito. Hoc oculis inſpergitur. Plumbum & ſpodium æquis portionibus, myrrhæ decima pars, papaueris ſucci exiguum, vinum vetus, aridis tritis vtitor. Scillæ, ſpodij, ceruſæ, chartæ combuſtæ pars tertia, myrrhæ pars decima. Si voles piloſè corpore euellere, vitis lachryma cum oleo inungito. Quòd ſi oculum depilare voles, vbi decerpſeris inungito, & cum tenui cuticula diſcedet, ruberque & boni coloris erit. Ad læuitatem inteſtinorum, lentes & triticum ſetanium ad duas chœnices aqua macerato, deinde cùm hæc mollia euaſerint, vt edi poſſint, in pila aut mortario læuigato, poſtea, aquæ heminis ſex affuſis vehementer agitato. Quod à rutro diſcedet in ollam effundito, melle pauco affuſo coquito, vbi vehementer coctum fuerit, torrefactum edendum dato. Quòd ſi ſitiat, vinum quàm vetuſtiſſimum bibat, eo vtatur quoad conualeſcat. Si quis grauedine detineatur, myrrham læuiter tritam melle admixto linteo excipito, nares confricato. Alui infuſum pituitam educens. Thapſiæ quantum potione vna ſatis ſit, aut vuæ paſſæ grana quadraginta, aut grani cnidij, aut cneſtri quantum ad vnam potionem ſatis ſit, mellis autem ſemiheminam admiſceto, aut olei tantundem aqua marina diluito, in qua furfures aut ptiſana decocta fuerit, quoad pinguis euaſerit. Aut adipem betæ ſucco liquato, & nitri drachmas decem admiſceto, aut ſalis acetabulum plenum in aquam marinam immittito. Quòd ſi bilem educere voles, ſucci laſeris quantum vna potione ſatis ſit, elaterij ſeſquidrachmam, colocynthidis agreſtis drachmæ pondus terito, & iiſdem quibus priùs diluito. Si verò vehementiùs ducere voles, cucumeris agreſtis interiorem partem, ad drachmæ quadrantem, aquæ dimidia hemina maceratam in aluum infundito, & ſi in exitu mordeat, poſtea ptiſanæ cremore colluito. Aliud. In lacte aſinino cocto, aut in ſucco betæ ad tres heminas, cucumeris agreſtis interiorem partem macerato, ſale admixto, melle & oleo, poſtea verò ptiſanæ cremore colluito.

τὴν ὄμφακα ἀκμάζουσαν χρὴ ἐκπιέσαι τὸν χυλὸν δι' ὀθονίου ἐς χάλκειον ἐρυθρὸν, καὶ μίξαι ὄξεος τρίτον μέρος λευκοῦ ὡς ὀξυτάτου. καὶ οὕτως καθεψεῖν ἐν τῷ ἡλίῳ. καὶ ἀναταράσσειν πεντάκις τῆς ἡμέρης. ὅταν δὲ παχὺς γένηται ὁ χυλὸς, [103] σποδὸν τῆς κυπρίης τῆς χαλκίτιδος λείην ἐμβαλεῖν καὶ ἀναμίξαι. ὅταν δὲ ἑκταῖος ἢ ἑβδομαῖος ᾖ ὁ χυλὸς ἐν τῷ ἡλίῳ κείμενος, ἐς κοτύλην ἀττικὴν τοῦ χυλοῦ τῆς σποδοῦ δραχμὰς ὀκτώ. ἐὰν δὲ βούλῃ δριμύτερον εἶναι, ἐλάττω τὴν σποδόν. ἐὰν δὲ μαλθακώτερον, πλέω. μετὰ δὲ ταῦτα ξηραίνειν, ἄχρις οὗ δυνατὸν διαπλάσαι φθοΐς. εἶτα ἐγξηραίνειν κρεμάσας ἄνω ὑπὲρ καπνοῦ. καὶ οὕτως ξηραίνειν, μέχρις οὗ ὀστρακώδης γένηται, ὥστε τριβόμενον, [104] μὴ ξυντρέφεσθαι. εἶθ' οὕτως χρέω. κείσθω δὲ ὅκου ἰκμάδα μὴ ἕξει. ἕτερον ξηρόν. Σποδὸς. χαλκῖτις ὄξει πεφυρμένη λευκῷ. εἶτα φθοΐς ποιήσας. ξήραινε δέ. ὅταν δὲ ξηρανθῇ, λεῖον τρίβειν, ὑπαλείφειν ὀφθαλμὸν μὲν ὡς κάλλιστον, καὶ οἶνον παλαιὸν γλυκὺν, ἑψεῖν ὁμοῦ. [105] Πρὸς ἄργεμον. αἰγείρου δάκρυον. γάλα γυναικεῖον μίξας χρῶ. ἐὰν ὀφθαλμὸς δακρύῃ καὶ ὀδύνην ἔχῃ. Ῥοιῆς γλυκείης τὸν χυλὸν ἐκπιέσας, ἐν χαλκέῳ ἑψεῖν. καὶ μέλαν ὥσπερ πίσσαν ἐὰν θέρος ᾖ, ἐς τὸν ἥλιον τιθέναι. εἶτα ὑγρῷ ὑπαλείφειν. Ἐὰν δὲ δακρύῃ [106] καὶ γλαμυρὸς ᾖ ὁ ὀφθαλμός. ὅταν ἡ σταφυλὴ ἡ λευκὴ πέπειρος ἰσχυρῶς, καὶ ἰσχνὴ ἐπὶ τῇ ἀμπέλῳ ᾖ. [107] δρέψας ἐξηθῆσαι, εἶτα ξηραίνειν ἐν τῷ ἡλίῳ. ὅταν δὲ ξηρὸν ᾖ, ἀποξῦσαι μίξαι ἰοῦ ἡμιωβόλιον ἀττικῷ σταθμῷ. εἶτα τούτῳ ὑπαλείφειν. ἐπίπασμα. Μόλιβδος καὶ σποδὸς ἴσα. σμύρνης δέκατον μέρος, ὀποῦ μήκωνος σμικρόν. οἶνος παλαιός. ξηρὰ τρίψας, χρῶ. [108] Σκίλλα καὶ σποδοῦ τρίτον μέρος καὶ ψιμυθίου τρίτον μέρος χάρτου κεκαυμένου, μέρος δέκατον σμύρνης. [109] Εἰ βούλει ἐκ τοῦ σώματος τρίχας ἀπελάσαι. δακρύῳ ἀμπέλου ἀλείφειν ἐλαίῳ. ἐὰν δὲ ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ βούλῃ, ἀποδρέψας ἀλείφειν. καὶ ἀπέρχεται σὺν λεπτῷ δέρματι. καὶ ἔσται ἐρυθρὸς, καὶ εὔχροος. Λειεντερίης. Φακοὺς πυροὺς σητανίους ὅσον δύο χοίνικας βρέξας ἐπὴν δὲ μαλθακοὶ ὦσιν [110] διατρωγομένην ἰσχυρῶς ποιῆσαι λείους ἐν ὅλμῳ, ἢ ἐν θυίᾳ. ἔπειτα ἐπιχέαι ὕδατος κοτύλας ἕξ. καὶ ἀνακινῆσαι ἰσχυρῶς. [111] ὅ,τι δ' ἂν ἀπέλθῃ, ἐγχέας ἐς χύτραν, ἑψεῖν, μέλι ὀλίγον παραχέας. ἐπὴν δὲ ἑφθὴ ἰσχυρῶς γένηται, φρύξας διδόναι ἐσθίειν τοῦτο. ἐὰν δὲ διψῇ, οἶνον πινέτω ὡς παλαιότατον. τούτῳ χρήσθω, ἄχρις ἂν ὑγιὴς γένηται. Ἐὰν δὲ κόρυζαν ἔχῃ, σμύρναν τρίψας λείαν καὶ μέλι μίξας. ὀθόνιον ποιήσας τὰς ῥῖνας τρίβειν. Κλυσμὸς φλέγμα ἄγων. Θαψίης πόσιν. ἢ ἀσταφίδος ὅσον τεσσαράκοντα κόκκους. ἢ κνιδίου πόσιν. ἢ κνεώρου. μίσγειν δὲ μέλιτος ἡμικοτύλιον, ἐλαίου ἴσον, διεῖναι θαλάσσῃ πίτυρα ἐναφεψήσας. ἢ πτισάνην μέχρις οὗ λιπαρὰ γένηται. ἢ στέατος ἢ τεύτλου χυλῷ. παραμίσγειν δὲ νίτρου ὅσον δέκα δραχμάς. ἢ ἁλὸς τρυβλίον πλῆρες ἐς θάλασσαν. Ἐὰν δὲ θέλῃς χολὴν ἄγειν. Ὀποῦ πόσιν. ἐλατηρίου ὁλκὴν καὶ ἥμισυ. κολοκυνθίδος τρίψαι δραχμὴν σταθμόν. διεῖναι τοῖς αὐτοῖς οἷς καὶ πρότερον. ἐὰν δὲ σφοδρότερον θέλῃς ἄγειν. σικύης ἐντεριώνην, τέταρτον δραχμῆς ἀποβρέξας ἐν ὕδατι ἡμικοτυλίῳ, τούτῳ κλύσαι. καὶ ἐὰν ἐξιὸν δάκνῃ, μετακλύσαι πτισάνης χυλῷ. ἕτερον. Γάλακτι ἑφθῷ ὀνείῳ, ἢ ἐν τεύτλου χυλῷ τρισὶ κοτύλαις, ἐναποβρέχειν τὴν ἐντεριώνην, παραμίσγειν ἅλας, καὶ μέλι, καὶ ἔλαιον. μετακλύζειν δὲ πτισάνης χυλῷ.

Κολοκυν-

Κολοκυνθίδος δραχμὴν τρίψας, καὶ προβρέξας ἐν γάλακτι ὀνείῳ, μίσγειν τὰ αὐτά. σικύου ἐντεριώνης δραχμήν. ἐλατηρίου πόσιν. ἁλὸς ὅσον τοῖς τρισὶ δακτύλοις, μέλι, ἔλαιον, διεῖναι θαλάσσῃ. ἐὰν δὲ κόπριον θέλῃς ἀγαγεῖν, μηδὲν πίνειν φάρμακον. τοῖσι δὲ ἄλλοισι χρῶ. Δυσεντερίης κλυσμός. ἐν οἴνῳ σίδης ῥοιῆς γλυκείης ἑψήσας ὡς πλεῖστα, ἑψεῖν δέ, μέχρις ὅ τὸ ἥμισυ λειφθῇ. μίσγειν δὲ ἔλαιον τεταρτημόριον κοτύλης, ἑκατέρου τὸ ἐπίβλεν. λιβανωτοῦ τέταρτον δραχμῆς. μύρου ῥοδίνου ἡμικοτύλιον. πτισάνης χυλός. θάλασσα ἑφθή. ἐλλεβόρου δύο πόσιας τρίψας. ὕδατος διεὶς ἡμικοτύλιον, ἐλαίου ἴσον, κλύζειν χλιαρῷ, ἐγχέας ἐς σκαφίδα. μῆλα κυδώνια κατατάμνειν, καὶ ἐᾶν ἐμβρέχεσθαι. ἐπειδὰν δὲ τὸ ὕδωρ τὴν ὀσμὴν ἔχῃ, διδόναι πίνειν. πτισάνης λέκυθον ἐμβαλὼν ἐς χοέα ὕδατος ἕψειν μέχρι λιπαρὸς γένηται. ψύξας δὲ τὰ μῆλα ἢν καταταμὼν κηρίον, καταβρέξαι δὲ ἐν ὕδατι, ἅμα τρίψαι, ὅταν ὑπόγλυκυ ᾖ, καὶ διηθήσας, ἐμβάλλειν σελίνου φύλλα. ἕτερον. ἀσταφίδα λευκὴν ἐς ὕδωρ ἐμβαλών. καλαμίνθην, ἢ κηρίον, ἀνατρίψαι ἐς ὕδωρ ὑπόγλυκυ.

Cucurbitæ agreſtis drachmam tritam, & priùs lacte aſinino maceratam, hæc eadem miſceto. Cucumeris agreſtis interioris partis drachmam, elaterij quantum vna potione ſatis ſit, ſalis pugillum, mel, oleum, aqua marina diluito. At ſi ſtercus educere voles, nullum medicamentum propinato, verùm aliis vtitor. Ad inteſtinorum difficultatem infuſum. Mali punici dulcis cortices in vino plurimum decoquito, quoad dimidium remaneat, olei heminæ quadrante admixto, & thuris drachmæ quadrante. Vnguenti roſacei heminæ dimidium, ptiſanæ cremor, aqua marina cocta. Veratri quantum ad duas potiones ſatis ſit terito, aquæ hemina dimidia diluito, olei æquali portione admixta, decocto in ſcaphulam effuſo colluito. Mala cydonia diſſecta aqua macerari ſinito, cumque aqua odorem habuerit, potui exhibeto. Ptiſanæ lomentum in aquæ congium immiſſum decoquito, dum pingue euadat. Mala diſſecta decoquito, fauum mellis aqua macerato, ſimul terito, vbi ſubdulcis fuerit percolato, apij folia immittito. Aliud. Vuam paſſam albam in aquam immiſſam, calaminutham, aut fauum mellis in aqua ſubdulci conterito.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΓΥΝΑΙΚΕΙΩΝ
τὸ δεύτερον.

HIPPOCRATIS DE MVLIERVM
MORBIS, LIBER SECVNDVS.

Ῥόος λευκὸς ἐν τῇσι γεραιτέρῃσι τῶν γυναικῶν μᾶλλον γίνεται, ἢ ἐν τῇσι νεωτέρῃσι. ῥόος πυῤῥὸς ἐν ἀμφοτέρῃσι. ῥόος ἐρυθρὸς ἐν τῇσι νεωτέρῃσι, καὶ ῥόος ἐρυθρὸς μὲν γίνεται ἐκ πυρετοῦ, μᾶλλον δὲ ἐκ τρωσμοῦ. γίνεται δὲ καὶ ὅτε ἀπολήψιος ἐπιμηνίων, ὅταν ἀποκλεισθέντα ἐξαπίνης καταῤῥαγῇ. γίνεται δὲ καὶ ἐκ τόκων καὶ ἐκ πυρετῶν, αἷμά τε ῥέει πάμπολυ. καὶ θρόμβοι ἐκπίπτουσι. καὶ ὀδύνη γίνεται τῶν κληΐδων, καὶ τῶν τενόντων. καὶ νάρκη τοῦ σώματος. ἀπόψυξίς τε τῶν σκελέων. ἐνίοτε δὲ καὶ ἡ ῥὶς ἐκχεῖ ἐς τοὺς ὀδόντας, ἢν πλέον ᾖ τὸ αἷμα ἀπιόν. καὶ ἱδρὼς καταχεῖται πουλύς. πρὸς δὲ τούτοις, καρδιωγμοί τε γίνονται καὶ περιψύξιες. καὶ πυρετοὶ ἀκρητόχολοι, καὶ κνησμώδεες. καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρης πολλάκις ῥιγέουσι. καὶ αὖθις ἱδροῦσι. καὶ ἄλλοτε μὲν ἀπὸ τῶν ἄνω χωρίων σπασμοὶ γίνονται σφίσιν. ἄλλοτε δὲ ἀπὸ τῶν κάτω. καὶ ἐς τοὺς βουβῶνας ὀδύναι αἱ ὀξεῖαι ἐμπίπτουσι ἰσχυραί, φορτίζουσαι ὥσπερ ὠδῖνες. ἐνίοτε δὲ καὶ στραγγουρίη. καὶ τὸ στόμα ξηρόν. καὶ δίψα πιέζει. καὶ ἡ γλῶσσα τρηχεῖα. καὶ οἱ δάκτυλοι ξυνέλκονται τῶν ποδῶν, οἱ μεγάλοι. καὶ ἐς τὰς γαστροκνημίας αἰεὶ τοὺς μηροὺς ξυντείνει. καὶ τῆς ὀσφύος περιωδυνίαι. καὶ τῶν χειρέων ἀκρασίη. ὅταν δὲ ταῦτα γίνηται, τότε καὶ τέτανοι φιλέουσι γίνεσθαι, ἀπὸ τῶν κληΐδων κατὰ τὰς σφαγὰς ἐς τὰς γνάθους, καὶ τῆς γλώσσης. ἐκ δὲ τῶν τοιουτέων ὀλίγῳ ὕστερον ὄπισθεν ἀπὸ τῶν τενόντων κατὰ τὴν ῥάχιν ἐς ὀσφύν, καὶ ὧδε ἀπόλλυνται κατὰ βίην. προλέγειν οὖν δεῖ ἀρχομένων τῶν ῥόων, δίαιταν τήνδε τὸ ξύμπαν. περὶ μὲν διδόναι πρὸς τοὺς ῥόους φάρμακον πίνειν, ὧν ἂν ἐγὼ γράφω, ὅ τι ἂν δοκέῃ ἁρμόζειν μάλιστα. διδόναι δὲ καὶ τρὶς ἢ τετράκις. καὶ ἢν πολὺ ἀπίῃ τὸ αἷμα, δίαιταν οὕτω.

FLVOR albus ſenioribus magis quàm iunioribus contingit, fuluus vtriſque, ruber iunioribus. Et fluor quidem ruber ex febre quidem oritur, magis verò ex abortione. Quinetiam ex menſium ſuppreſſione contingit, cùm retenti ſubitò magna copia proruperint. Contingit verò etiam ex partu, & ex febribus, & ſanguis magna copia affluit, grumi ſanguinis excidunt, dolor iuguli & ceruicis tendonum ſuboritur, & corporis torpor, crurum perfrictio. Interdum verò ſi copioſior ſanguis effluxerit, naſus etiam in dentes effundit, ſudorque multus effluit. Ad hæc quoque oris ventriculi morſus & perfrictiones contingunt, & febres bilem ſinceram effundentes & pruriginoſæ, crebroque eodem die rigore corripiuntur, rurſuſque ſudoribus diffluunt. Quandoque etiam ex ſuperioribus locis, quandoque verò ex inferioribus, eis conuulſiones ſuboriuntur, doloreſque acuti & vehementes, parturientibus non abſimiles, ad inguina veniunt. Interdum verò ſtranguria detinet, os ſiccum eſt, ſitis vrget, lingua aſpera, pedum pollices contrahuntur, & ad ſuras femora contendit, lumborum ingentes dolores adſunt, & manuum ad motum impotentia. His ita contingentibus, tum à clauiculis ad iugula, ad malas & linguam neruorum diſtentiones fieri conſueuerunt. Et ex his paulò poſt in poſteriora à tendinibus iuxta ſpinam & lumbos tendunt, ſicq; morbi violentia pereunt. Inchoantibus igitur fluoribus ad hunc modum victus rationem denunciare oportet. Sub diluculum quidem medicamentum aliquod ex his quæ deſcribam, quo potiſſimùm opus eſſe videatur, ad fluores potui exhibeto, idque ter aut quater. Et ſi copioſus ſanguis feratur victus rationem inſtituito,

ſi quidem ſine febre fuerint, ex cibariis, ſi verò febricitarint, ex ſorbitionibus. Ex ſorbitionibus autẽ maximè conueniunt panicum, lenticula, farina ſetania cocta, alica decocta ſorbilis, zea percocta. Ex potionibus verò polentæ pollen tenuiſſimus ex aqua, & cõtuſa ex panibus decerpta fragmenta, & tenuis ex hordeo recenti farina aqua macerata, quæ etiam inſulſa delingenda. Ex cibariis verò panis exaſſatus in cinere, pro opſonio autem leporis caro, columbi & palũbis, tum elixa, tum aſſata, hœdina caro aſſata, abſque vllo condimento, aceto intincta, capræ aut bouis hepar in cinere aſſatum, oui tenue aut vitellus, caſeus ſine ſale. Olus nullum neq; coctum, neq; crudum guſtandum, balneis abſtinendũ, manus ambæ vinculis ex lana ſuccida intorta deligandæ, ita vt laqueum ad ſuperiores cubitorũ & poplitũ partes ſupra genua iniicias. Et ſublatis mammis cucurbitulas modò quidẽ dextra, modò etiam ſiniſtra parte adhibeto. Quòd ſi admotis cucurbitulis ſuboriatur ſpirandi difficultas, eas detrahito, ſanguinemq; ne educito. Medicamentis verò ſubdititiis iis vtitor, quæ deſcribã ad ſanguinem ſiſtẽdum accommodatis. Si quidem ex his fluoribus ſuperſit, copioſo abeunte ſanguine, tum color aquæ ſimilis, tum facies ſubtumida eſt, oculi intumeſcunt, crura turgeſcunt, vterus humidus eſt, ſemperq; præter modũ apertus eſt, & aquoſa effluũt, velut carnium crudarum ſuccus. In his ſi vires validæ fuerint ieiunis vomitiones ciere oportet, & à vomitionibus prandium exhibere. His paucus potus confert, vinum nigrum meracius, balnei abſtinentia, aut frigidæ balneum, deambulationes, ſemel die cibus, omnia ſiccãtia. Quod ſi per hæc non reſtituantur vteri, nec conſidant, neq; à fluxionibus vindicentur, adhibita virium corporis ratione, ſi quidem robuſta ſit, elleborum dare oportet. Si verò dicto non paruerit, caput purgandum, & poſt purgationem reliquam victus rationem ad eundem modum adhibeto, velut in his quæ non pariunt. Adhibendæ verò in conſiderationem etiam ſunt mulierum tum naturæ, tum colores, tum ætates, & anni tempeſtates, & loca, & venti. Aliæ quidem frigidæ, aliæ humidæ & fluidæ. Aliæ verò calidæ quidem, ſed ſicciores & ſtabiles ſunt. Nam quæ ſupra modum albæ ſunt, humidiores & fluxionibus opportuniores exiſtunt, nigræ verò ſicciores & adſtrictiores. Quæ verò colore ſunt ſubfuſco, & vinoſo, medium quiddam inter vtraſque obtinent. Ad eundem etiam modum circa ætates contingit. Iuuenculæ enim humidiores ſunt, fereq; ſimiliter copioſo ſanguine abundant. Vetulæ verò ſicciores paucum habent ſanguinem. Quæ autem in medio ſunt poſitæ, medium quiddam inter vtraſque habent, in ætatis æquilibrio conſtitutæ. Eum autem qui hæc rectè tractare volet, mulierum naturas, & temporum opportunitates, & ætates, & anni tempeſtates, & loca, & ventos, ſemper dignoſcere oportet. Si fluor in vteris gignatur, copioſus ſanguis fluit, & grumi concreti excidunt, dolor ad lumbos, laterum inanitates, & imum ventrem detinet, qui durus eſt & contactus dolet, rigor & febris acuta prehendit, imbecillitas innaſcitur, omnia præter humeros & ſcoptula operta dolent, calor & rubor detinet, venæq; duræ ſunt ac renitentes. Hic morbus ex abortionibus præcipuè oritur. Quinetiam contingit cùm menſes diu retenti de repente affatim proruperint. Huic ita habenti groſſum ſiccam, contuſam & cribratam, in linteo ligatam, in ſubdititio apponito,

ἢν μὲν ἀπύρετοι ἔωσι, σιτίοισιν. ἢν δὲ πυρεταίνωσι ῥοφήμασιν. ἔστι δὲ τῶν μὲν ῥοφημάτων, τάδε ἐπιτηδειότατα. ἔλυμος φακὴ. ἄλητον ἑφθὸν σητάνιον. χόνδρος καθεφθὸς, ῥοφητός. ζειὰ καθεφθός. τῶν δὲ πομάτων, πάλη ἀλφίτου ἐφ᾽ ὕδατι. καὶ τὰ κλύσματα ἀπὸ τῶν ἄρτων κεκομμένα. καὶ ἄλφιτα νεοχώνια λεπτὰ βεβρεγμένα ἐν ὕδατι, ἃ καὶ ἐκλείχειν ἄναλτα. τῶν δὲ σιτίων, ἄρτος ἐξοπτὸς ἐν σποδιῇ. ὄψον δὲ, λαγωοῦ κρέας. πελιάδος. φάσσης. καὶ ἑφθὰ καὶ ὀπτά. ἐρίφου τε κρέας ὀπτὸν μηδενὶ ἡδύσματι πεποτισμένον ἐς ὄξος ἐμβάπτων. ἧπαρ τε ἐν σποδιῇ ὀπτὸν, αἰγὸς ἢ βοός. ὠοῦ δὲ λεπτὸν, ἢ ὁ λέκιθος. τυρὸς ἄναλτος. λαχάνων δὲ μηδὲ ἓν γευέσθω, μήτε ἑφθῶν, μήτε ὠμῶν, καὶ λουτρῶν ἀπεχέσθω. καὶ ἐπιδεῖν τὼ χεῖρε, εἰρίοισι ῥυπαροῖσι στρέψαντα, καὶ παχετὸν ποιήσαντα ὑπὲρ τῶν ἀγκώνων καὶ τῶν ἰγνύων ὑπὲρ τῶν γουνάτων. καὶ σικύας ἀείρειν, ἐπάρας μαζοὺς ὑπ᾽ αὐτούς. ὁτὲ μὲν ἐς τὰ δεξιά. ὁτὲ δὲ ἐς τὰ λαιά. ἢν δὲ δύσπνοια γένηται, πρὸς τὴν προσβολὴν τῆς σικύης, ἀφαιρεῖν τὴν σικύην. αἷμα δὲ μὴ ἀπάγειν, προσθέτοισι δὲ χρῆσθαι, οἷσιν ἂν ἐγὼ γράψω, τῷ στασίμῳ τοῦ αἵματος προσθετὰ ποιέοντα τῇσι τοιαύτῃσι. ἢν μὲν περιγένηται ἐκ τῶν ῥόων, ἀπιόντος πολλοῦ αἵματος, τό τε χρῶμα ἀφυῶδες. καὶ τὸ πρόσωπον μετάρσιον. καὶ ἐν τοῖσιν ὑποφθαλμίοισιν οἰδήματα. καὶ τὰ σκέλεα ἐπηρμένα, καὶ ἡ ὑστέρη ὑγρή. καὶ αἰεὶ ἐσομένη παρὰ λόγον, καὶ τὰ ἀπιόντα ὑδαρέα, οἷον ἀπὸ κρεῶν ὠμῶν χυμός. τῇσι τοιαύτῃσι χρὴ, ὅταν ἰσχύῃ, καὶ ἐμέτους ποιέειν, καὶ νηστείας. καὶ μετὰ τοὺς ἐμέτους, ἄριστον διδόναι. ταύτῃσι συμφέρει ἡ ὀλιγοποσίη. οἶνος ἀκρητέστερος. ἀλουσίη, ἢ ψυχρολουσίη. περίπατοι. μονοσιτίη. πᾶσα ξηρασίη. ἢν δὲ πρὸς ταῦτα μὴ καθιστῶνται, μηδὲ ξυμπίπτωσιν αἱ ὑστέραι, μηδὲ τῶν ῥευμάτων ἀπαλλάσσωνται, ἀποσκεπτόμενον χρὴ ἐς τὴν δύναμιν τοῦ σώματος. καὶ ἢν ᾖ δυνατὴ, ἐλλεβορίζειν. ἢν δὲ μὴ ἐπακούσῃ, τὴν κεφαλὴν καθαίρειν. καθήραντα δὲ τὰ λοιπὰ διαιτῆν κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τὰς ἀτέκνους. σκέπτεσθαι δὲ καὶ τὰς φύσιας τῶν γυναικῶν, καὶ τὰς χροιὰς, καὶ τὰς ἡλικίας, καὶ τὰς ὥρας. καὶ τοὺς τόπους, καὶ τὰ πνεύματα. αἱ μὲν γὰρ ψυχραί. αἱ δὲ ὑγραί, καὶ ῥοώδεες. αἱ δὲ θερμαὶ μὲν, ξηρότεραι δὲ, καὶ στάσιμοί εἰσιν. αἱ μὲν γὰρ ὑπέρλευκοι, ὑγρότεραί τε, καὶ ῥοωδέστεραι. αἱ δὲ μέλαιναι, ξηρότεραί τε, καὶ στρυφνότεραι. αἱ δὲ οἰνωποὶ, μέσον γέ τι ἀμφοῖν ἔχουσι. καὶ ἀμφὶ τῶν ἡλικιῶν ὡσαύτως ξυμβαίνει. αἱ μὲν γὰρ νέαι ὑγρότεραι καὶ πολύαιμοι, ὁμοίως ἐπὶ τὸ πολύ. αἱ δὲ πρεσβύτεραι, ξηρότεραι καὶ ὀλίγαιμοι. αἱ δὲ μέσαι, μέσον τι ἀμφοῖν ἔχουσιν, ἴσαι νῦν ἐοῦσαι. δεῖ δὲ τὸν ὀρθῶς ταῦτα διαχειριζόμενον διαγινώσκειν ἑκάστοτε τὰς φύσιας τῶν γυναικῶν, καὶ τοὺς καιροὺς, καὶ τὰς ἡλικίας, καὶ τὰς ὥρας καὶ τοὺς τόπους, καὶ τὰ πνεύματα. Ἢν ῥόος ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐγγένηται. αἷμα ῥέει πολλόν. καὶ θρόμβοι πεπηγότες ἐκπίπτουσι. καὶ ἡ ὀδύνη ἴσχει ἐς τὰς ἰξύας. καὶ τοὺς κενεῶνας, καὶ τὴν νειαίρην γαστέρα. καὶ σκληρή ἐστι. καὶ ψηλαφωμένη ἀλγέει. καὶ ῥῖγος, καὶ πυρετὸς ὀξὺς λαμβάνει. καὶ ἀσθενείη ἐγγίνεται, καὶ πάντα πλὴν ὤμων καὶ ὠμοπλατέων ἀλγεῖ. καὶ θέρμη ἔχει καὶ ἐρύθημα. καὶ τὰ φλέβια σκληρὰ ἀντιτυπεόμενα. ἡ δὲ νοῦσος γίνεται μάλιστα ἐκ τρωσμῶν. γίνεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ τὰ ἐπιμήνια μὴ γινόμενα ἀπὸ πολλοῦ χρόνου, ἐξαπίνης καταῤῥαγῆ. ταύτῃ ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, ὀλύνθου ξηροῦ κόψας, καὶ διασήσας ἐς ὀθόνιον ἐνδῆσαι, καὶ προσθέσθαι.

καὶ

καὶ ἐπὶ τὴν νειαίρην γαστέρα ψύγματα ἐπιτιθέναι, φυλασσόμενος μὴ φρίξῃ. ἐπειδὰν δὲ τὸ ῥεῦμα στῇ, ἀγριελαίης φύλλα ἑψήσας ἐν ὄξει ὀξυτάτῳ, διανιψάσθω τὰ αἰδοῖα. πινέτω δὲ γίγαρτα. [10] ἢ ῥοιᾶς τὴν ἐρυθρὴν ἑψήσας ἐν ὕδατι ὡς ὀξυτάτῳ, ἀλειψάσθω τὰ αἰδοῖα, ὅσον ἡμικοτύλιον. ἢ μόρα τὰ ἀπὸ τοῦ βάτου τὰ ἐρυθρὰ ξηράνας, καὶ τρίψας λεῖα μετ' ἀλήτου σητανίου μίσγων ἴσον ἴσῳ, νήστει διδόναι πίνειν. ἢν δὲ θέλῃς ἰσχυρότερον, [11] σητανίου ξυμμίξας δύο μοίρας ἀλήτου ἐπιβαλὼν, πίσαι. καὶ μὴ λουέσθω. σιτίοισι δὲ χρήσθω ξηροῖσι. [12] καὶ οἴνῳ μέλανι οἰνώδει. ἢν δὲ οἰδέῃ πεπαυμένου ἤδη τοῦ ῥόου, [13] φάρμακον πισαι κάτω. μετὰ δὲ τὸ φάρμακον, τὰς ὑστέρας κλύσαι, τῷ ἀπὸ τῶν ὀλύνθων. καὶ μετακλύζειν στρυφνοῖσιν. [14] ἢν δὲ ταῦτα παθοῦσα ὑγρανθῇ, θυμιήσθω ἕως ἂν ἀποξηραίνῃ. ῥόος ἐρυθρός. ῥέει οἷόνπερ αἷμα νεοσφαγές, [15] καὶ θρόμβοι διαλείποντα. ἄλλοτε δὲ καὶ ῥόον ἐρυθρὸν [16] ἐκβάλλει. καὶ γαστὴρ ἡ νειαίρη ἐπαείρεται. καὶ λεπτύνεται. [17] καὶ πνευματοῦται. καὶ σκληρύνεται. καὶ ἀλγέει ψαυομένη ὡς ἕλκος. καὶ πῦρ ἔχει. καὶ βρυγμός. ὀδύνη τε ἐς τὰ αἰδοῖα. καὶ τὸ ἐπίσειον. καὶ ἐς τὸν κενεῶνα καὶ τὰς ἰξύας. [18] καὶ τένοντα. καὶ κοιλίην. καὶ στῆθος. καὶ τὰς ὠμοπλάτας, καὶ ἄλλα πάντα ἀλγέει. καὶ ἀδυναμίη. καὶ ὀλιγοψυχίη ἔχει. [19] καὶ ὁ χρὼς τρέπεται. κατ' ἀρχὰς τῆς νούσου ταῦτ' ἐπιλαμβάνει. ἢν δὲ μηκύνῃ ταῦτα πάντα, ἐπὶ μᾶλλον ἀσθενέει. καὶ δῆλος ἡ νοῦσος. καὶ τὰ κοῖλα ἐπανίσταται. καὶ οἱ πόδες οἰδέουσιν. ἡ δὲ νοῦσος λαμβάνει ἐκ τόκου μάλιστα. ἤν τι ἐν αὐτῇ διασπασθὲν μὴ ἴῃ, ἀλλ' ἐνσαπῇ καὶ τρηχυνθῇ τὸ ἔμβρυον. ταύτην κατ' ἀρχὰς ἢν ἐπιτυγχάνῃς, σπόγγους καταβρέξας προστιθέναι ὁκόταν ἡ ὀδύνη. καὶ ὀθόνιον λεῖον μαλθακὸν [20] καθεφθὸν, ὕδατι τέγγοντα ψυχρῷ ἐπὶ γαστέρα ἐπιβάλλειν. καὶ ὕδατι ψυχρῷ καταχεῖν. καὶ τὴν κλίνην ἀπὸ ποδῶν ὑψηλοτέρην εἶναι. καὶ στορέσαι ὧδε. καὶ τῶν γυναικείων πειρώμενος, [21] ὅ, τι ἂν μᾶλλον προσίῃ, πιπίσκειν. τοῦ σελίνου τὸν καρπὸν φῶξαι. καὶ σῆσαι. καὶ κόψαι καὶ ἐρύσιμον ὡσαύτως. καὶ μήκωνος καρπὸν σὺν ἀλφίτοισι σῆσαι. καὶ κνίδης καρπὸν ὡσαύτως καὶ τῆς ψώρας ἀγριελαίης καὶ κηκῖδα. καὶ πήγανον. καὶ ὀρίγανον. καὶ γλήχωνα ἐν ἀλφίτοις σῆσαι, καὶ φυρῆσαι. [22] καὶ κρίμνα ἐπ' ἀλφίτων ἁδρὰ, φῶξαι, καὶ πύρινα κατηλέσας. καὶ τυρὸν αἴγειον προξέσαντα τὸν αὐχμόν. καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἴσον ἑκάστου μίσγε. ὀριγάνου δὲ καὶ πηγάνου, καὶ ψώρης καὶ κηκῖδος ἥμισυ, ταῦτα πίνειν νῆστιν πρὶν πρὸ τῆς κινήσιος. κιρνάναι δὲ χρὴ καὶ ἐς χρῆσιν. ἢν δριμέα ἴοι, ἐν κυκεῶνι διδόναι. ἓν μὲν τοῦ φαρμάκου μέρος ἔστω. ἓν δὲ τοῦ τυροῦ. ἓν δὲ τῶν ἀλφίτων. ἐς ἑσπέρην δὲ τοῦ μέλιτος ξυμμίσγοντα πιπίσκειν. καὶ ἄχρι μὲν ἂν ἀρχὴν ἔχῃ τῇ νούσῳ, καὶ τὸ αἷμα συχνὸν ἴῃ, [23] καὶ διαλείπων ὀλίγον χρόνον, καὶ ὀδύναι ὀξεῖαι ἴσχωσι, ταῦτα χρὴ ποιέειν. ἢν δὲ τὸ αἷμα ἔλασσον ῥυῇ, καὶ δι' ἐλάσσονος χρόνου, πιπίσκειν ἃ δὴ κάτω ὑποχωρέει, ἢ ἄνω. καὶ πυριῆν τὰ αἰδοῖα βληχροῖσι πυριήμασιν, ὡς ἂν δοκέῃ ἑκάστοτε καιρὸς εἶναι. καὶ ζειὰς τρίψαντα σὺν τοῖσι κελύφεσι. καὶ ὀλύνθους ἐρινεοῦ αὐήναντα κόψαι. καὶ σῆσαι. καὶ ἐλαίης φύλλα ὁμοίως ἴσον ἑκάστου καταπλάσσειν, καὶ γάλα πιπίσκειν βόειον, ἢ ἑφθὸν, ἢ ὠμόν. καὶ πρὸς τὸ ὀρθῶς ἔχον ὁρῶν, ὡς ἂν καιρὸς δοκέῃ εἶναι.

& imo ventri refrigerantia admoueto, ea cautione ne inhorreſcat. Poſtquàm autem fluor conſtiterit, oleæ agreſtis foliis in acerrimo aceto decoctis, pudenda perluat. Bibat autem vinacea, aut rhoë rubro in aceti acerrimi hemina dimidia decocto, pudenda abluat. Aut mora rubi rubra, ſiccata & tenuiter trita cum farina ſetanea, æquali portione mixta ieiunæ potui exhibeto. Quòd ſi vehementius voles, ſetaneæ farinæ duas partes iniectas & ammixtas propinato, neque lauet. Cibis autem vtatur ſiccis, & vino nigro generoſo. Si verò intumuerit, ſedato iam fluore, medicamentum deorſum purgans propinato. A medicamenti potione vteros groſſorum decocto, poſtea etiam acerbis colluito. Si ſic affecta adhuc humecta fuerit, ſuffitum quoad exſiccet adhibeto. In fluore rubro ſanguis qualis recenter iugulatæ victimæ fluit, & per interualla ſanguinis grumi, quandoque verò etiam fluorem rubrum eiicit, venter imus attollitur, extenuatur, inflatur, induratur, ad contactum velut vlceratus indoleſcit, febris & dentium fremitus detinet, dolor eſt ad ipſa pudenda, pubem, lateris inanitatem, lumbos, tendinem, ventrem, pectus, & ſcapulas, reliquáque omnia dolent, impotentia & animi demiſſio detinet, & color vertitur. Hæc circa morbi initia inuadunt. Quòd ſi hæc omnia producantur, longè magis debilitatur, & manifeſtus eſt morbus, cauitates ſub oculis aſſurgunt, & pedes intumeſcunt. Hic autem morbus ex partu præcipuè prehendit, ſi quid in ipſa vellicatum non exierit, ſed intus computruerit, fœtuſque exaſperatus fuerit. In hanc ſi circa initia incideris, cùm dolor adfuerit, ſpongiam madefactam admoueto, & linteum rarum, molle deraſum, aqua frigida imbutum ventri iniicito, frigidáque perfundito, lectumque à pedibus excitatum ſic ſternito, medicamentumque aliquod ex his quæ mulieribus debentur, facto eius periculo quodnam lubentiùs aſſumat, propinato. Apij ſemen toſtum contundito & cribrato, & irionem eodem modo, & peplij ſemen cum polenta cribratum, & vrticæ ſemen ſimiliter, & oleaſtri ſcabiem, gallam, rutam, origanum, pulegium cum polenta cribratum ac ſubactum, & farinæ hordeaceæ craſſiores partes toſtas, & farinam triticeam commolitam, caſeumque caprinum abraſis ſordibus, aliorum quidem ſingulorum parem portionem miſceto, origani verò & rutæ, & ſcabiei & gallæ dimidium, hæc manè ieiunæ antequam moueatur potui exhibeto. Miſcenda autem ſunt ad vſum, ſi acria prodeant, & in Cyceone danda. Sit autem medicamenti pars vna, caſei vna, polentæ vna. Sub veſperam autem melle ammixto potui exhibenda. Et hæc quidem facienda quoad morbi exordia fuerint, & multus ſanguis pauco intermiſſo tempore fluxerit, graueſque dolores tenuerint. Sin verò parcior ſanguis & breuiore tempore fluxerit, quæ ſanè deorſum aut ſurſum ſecedunt propinato, pudendáque lenibus fomentis, vt ſemper occaſio tulerit, foueto. Et zeam vnà cum cortice contuſam, & caprifici groſſos ſiccatas, tuſas & cribratas, & oleæ folia ſimiliter, ſingulorum æquales partes ex cataplaſmate admoueto. Lacque bubulum, aut coctum, aut crudum propinato, vt opportunum eſſe videbitur, ad id quod probè habet attendendo.

Nam languidus & lethalis hic morbus eſſe videtur, paucæq́ ex eo euadunt. Cùm mulieri ſanguis fluit ex locis ſub articulis, hæc ex partu aut labore corrupta eſt. Hoc fluorem eſſe muliebrem quidam Medici exiſtimát, eſt verò aliud quiddam. Hoc quidem ex articulis aliud quiddam eſt, & ex lumbis, & ex coxendice glutinoſum ſimul cum ſanguine defluit. Illud verò ex vteris & cauitate venarum, purus ſanguis. Huic per inferiora ſuffitus parandus. Zeæ contuſæ ſemiſextarium pauco aceto ſubigito, vt ne penitus vteros humectes, etiam ſulphuris ſemiobolum ad zeas contritas admixtum, & aceto ſubactum per noctem ponito. Manè verò acceſo multo igne, ea quæ dolia olearia obturant, admixtis fulloniis ſordibus, & ſerpentis ſemine imponito. Ablato verò multo igne, excitato potiſſimùm fumo vrito. Sellam autem pertuſam eſſe oportet, in qua mulier circumtecta, ne quid perſpiret, conſideat. Medicamentum verò cum aceto paratum, & ſerpentis ſemen, in ignem inſpargito. Quinetiam myrrha admixta efficax eſt, quæ etiam ſuffitu cruorem ex pudendis abſtergit. Quod ſi ſatis eſſe videatur, eryſimi ſemen torrefactum, tritum ex vino exhibeto. In fuluo fluore copioſum & graueolens tanquam ex ouo aſpectu inuiſo effluit, vteri inflammatione laborant, dolor ex lumbis & inguinibus erumpit, quæ prodeunt copioſa ſunt, & niſi liberetur, celeriter fluentia. Quin etſi tempus accedat, quæ reſtant quàm maximè putrefacit. Rigor eam prehendit, & tanquam carnium aſſatarum ſuccus effluit, & vnà cum his febres vehementes & rigores corripiunt. Ex huiuſmodi fluoribus multæ pereunt, paucæ verò euadunt. Et ſi quidem initio in manus ſumpſeris, ad hunc modum curare oportet. Si quidem febre careant & viribus valeant, veratrum exhibendum. Ex quo intermiſſis tribus aut quatuor diebus, medicamentum deorſum purgans exhibendum. Poſt purgationem autem hæc victus ratio inſtitui debet, vt quæ fluunt aquoſa ſint & leuia. Manè quidem ieiunæ medicamentum aliquod ex his quæ ad fluorem deſcribam exhibendum, aut vino inſperſum bibendum. Poſt item exhibitum medicamentum, alia ad curationem victus ratio inſtituenda, vteri verò ad hunc modum curandi. Si quidem inflammatione laborent aut conniueant, fomento emollientia quoad vterorum os molle euadat, admouere oportet. A fomentis, collutiones quibus opus eſſe videbitur, ſiue magis purgantibus, ſiue magis emollientibus, infundendæ. Poſt collutiones, emollientia in ſubdititio apponenda. Quòd ſi os non facilè ſoluatur, fomentis & ſubdititiis quæ ego deſcribam emolliendum, quoad apertum ſit. Quòd ſi ex his fluxiones minimè ſedentur, caput purgandum, ſicque victus ratio inſtituenda. Si quidem febris expers ſit, lac aſininum bibendum, oleribus coctis & domeſticis & agreſtibus vtendum, allio excepto, porro, braſſica & raphano longo. Ex marinis autem raia læui, ſcorpio, congro, torpedine, anguilla, paſſore, gobio. Incoquendi autem ſunt cum cepis & coriandro, in muria dulci & pingui, & probè cocti aſſumendi. Carnibus autem vtendum ſuillis maximè, deinde verò agninis aut ouillis, elixis potiùs cum iure, quàm aſſis. Vino albo, mellito, aut aquoſo. Balneis excepto capite, non admodum calidis, neque multis. Quòd ſi ſub hac victus ratione vteri humecti fuerint, & ab vlceratione quidem & inflammatione liberentur, pro balneis, his abſtinendum,

καὶ ἡ νοῦσος δοκέει βληχρὴ εἶναι καὶ θανατώδης. ὀλίγαι δὲ τῆς τοιαύτης νούσου διαφεύγουσιν. ὁκόταν γυναικὶ αἷμα ῥέῃ, [24] ἀπὸ τῶν ἄρθρων ὑπὸ τόκου διεφθορυῖα, ἢ ἀπὸ τοῦ πόνου. οἴονταί τινες δὴ ἔνιοι ὑπὸ τῶν ἰητρῶν, ῥόον εἶναι· τὸ δὲ ἐστὶν ἑτεροῖον. τὸ μὲν ἐκ τῶν ἄρθρων ἐστὶν ἑτεροῖον, καὶ ἐκ τῆς ὀσφύος καὶ ἰσχίου, κολλῶδες ὁμοῦ τῷ αἵματι. κεῖνο δὲ ἀπὸ ὑστερέων καὶ κοίλων φλεβῶν, καθαρὸν αἷμα. ταύτην χρὴ ὑποθυμιῆν. [25] ζειὰς κατερρηξαμένας, ὅσον ἡμιεκτέον, ὄξει φυρῆσαι ὀλίγῳ, ὅκως μὴ κάρτα πάνυ ὑγρήνῃς τὰς μήτρας. καὶ τοῦ θείου ὅσον ἡμιωβόλιον μίξας πρὸς τὰς ζειὰς τετριμμένας, καὶ ἐν ὄξει φυρήσας, τὴν νύκτα ἐᾶν. πρωῒ δὲ πῦρ πολλὸν κατακαύσας, ἐπιθεῖναι [26] βύσματα τὰ ἀπὸ ἐλαιηρῶν κεραμίων καὶ ἀπὸ τῶν κναφέων ξυμμίσγων καθάρσιων, καὶ τοῦ καρποῦ τοῦ ὄφιος. ἀφαιρέειν δὲ τὸ πολλὸν τοῦ πυρὸς, [27] καὶ κάτω. καπνίζειν δὲ μάλιστα. δίφρον δὲ χρὴ ὀπὴν ἔχοντα εἶναι, καὶ ἀμφιέζεσθαι τὴν γυναῖκα περιεσταλμένην ἱματίοισιν, ὡς μὴ διαπνέῃ. ἐπὶ δὲ τὸ πῦρ ἐπιπάσσειν τὸ ξὺν τῷ ὄξει καὶ τοῦ καρποῦ τοῦ ὄφιος. καὶ σμύρνα δὲ μισγομένη, ἐνεργεῖ. καὶ παύει τὰ αἰδοῖα τὸ θυμιητὸν αἱμάσσοντα. ἢν δὲ ἅλις ἔχῃ, ἐρυσίμου καρπὸν πεφωσμένον τρίψας, καὶ ἐν οἴνῳ διδόναι. Ῥόος πυρρὸς ῥέει, οἷον ἐξ ᾠοῦ εἰδεχθέος πολύ τι καὶ δύσοδμον. καὶ φλεγμαίνουσιν αἱ ὑστέραι. καὶ ὀδύνη ἐκ τῆς ὀσφύος καὶ τῶν βουβώνων. καὶ τὰ ἐπιόντα πολλά. καὶ ἢν μὴ ἀπαλλαγῇ, ταχὺ ῥέοντα. ἀλλ' εἰ καὶ χρόνος ἐγγένηται, τὰ λεῖπον τὰ σήπει, ὡς οἷόν τε μάλιστα. ῥιγεῖ γὰρ, καὶ οἷον ἀπὸ κρεῶν ὀπτῶν, χυμὸς ἐπιρρέει. ἅμα δὲ τούτοισι, πυρετοὶ ἰσχυροί, καὶ ῥίγεα. ἐκ δὲ τῶν τοιούτων ῥόων, αἱ μὲν πολλαὶ, ἀπόλλυνται. ὀλίγαι δὲ διαφεύγουσι. καὶ ἢν μὲν ἐν ἀρχῇ παραλάβῃς, θεραπεύειν ὧδε χρή. ἢν μὲν ἀπύρετοι ἔωσι, καὶ ἰσχύωσιν, ἐλλεβορίζειν. ὅταν δὲ διαλίπῃς τρεῖς ἡμέρας πρὸς ἢ τέσσαρας, κάτω πῖσαι φάρμακον. μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν, διαιτᾷν ὀφείλεις ὧδε. ὅκως τὰ ῥεύματα ὑδαρέα ἔσται, [28] καὶ λεπτά. πρωῒ μὲν νήστει διδόναι τῶν φαρμάκων, ἢ πίνειν ἐπ' οἶνον ἐπιπάσαντα, ὧν αὖ ἐγὼ γράψω, περὶ ῥόον. μετὰ δὲ τὸ φάρμακον ἐν τῇ ἄλλῃ διαίτῃ θεραπεύειν. τὰς δὲ ὑστέρας, θεράπευε ὧδε. ἢν μὲν φλεγμαίνωσι, καὶ ξυμμεμύκωσι, πυριῆν χρὴ, μαλθακοῖσι τῇσι πυρίῃσι, μέχρις οὗ τὸ στόμα τῶν μητρέων μαλθακὸν γένηται. μετὰ δὲ τὰς πυρίας κλύζειν τῷ κλύσματι ὁκοίοισιν ἂν δοκέῃ δεῖσθαι. ἤν τε καθαρτικωτέροισιν, ἤν τε μαλθακωτέροισι. μετὰ δὲ τὸν κλυσμὸν, μαλθακτήρια προσθεῖναι. [29] ἢν δὲ μὴ εὔλυτον τὸ στόμα γίνηται, πυριῆν καὶ μαλθάσσειν προσθέτοισιν, ὧν αὖ ἐγὼ γράψω, μέχρις ἂν ἀναστομωθῇ. ἢν δὲ μὴ πρὸς ταῦτα παύηται τὰ ῥεύματα, καθαίρειν τὴν κεφαλὴν, καὶ οὕτως διαιτᾷν. ἢν μὲν ἄπυρος ᾖ, ὄνου γάλα πινέτω. λαχάνοισιν ἑφθοῖσι καὶ ἡμέροισι καὶ ἀγρίοισι, πλὴν σκορόδου, καὶ πράσου, καὶ κράμβης, καὶ ῥαφανίδος τῆς μακρῆς. θαλασσίοισι δὲ, βάτῳ τῷ λείῳ. σκορπίῳ. γόγγρῳ. νάρκῃ. ἐγχέλυϊ. ψήττῃ. κωβιῷ. ἕψειν δὲ χρὴ σὺν κρομμύοισι, καὶ κοριάννοισιν ἐν ἅλμῃ γλυκέῃ καὶ λιπαρῇ, διεφθα. κρεῶν δὲ, μάλιστα μὲν ὑός. ἔπειτα δὲ, [30] ἀρνειοῦ, ἢ οἰὸς ἑφθοῖσι μᾶλλον ἢ ὀπτοῖσι. καὶ τοῖσι ζωμοῖσιν, οἴνῳ λευκῷ μελιχρῷ, ἢ ὑδαρεῖ. λουέσθω ἄνευ τῆς κεφαλῆς, μὴ λίην θερμοῖσι μηδὲ πολλοῖσιν. ἢν δὲ πρὸς ταύτην τὴν δίαιταν, τῆς μὲν ἑλκώσιος καὶ τῆς φλεγμασίης ἀπαλλάσσωνται, ὑγραὶ δὲ ἔωσιν αἱ μῆτραι, αὐτὶ μὲν λουτρῶν ἀλουσίῃσιν.

αὐτὶ

[12] ἀντὶ δὲ κιῤῥῶν οἴνων, μέλασιν. ἀντὶ δὲ ὑδαρεστέρων, ἀκρητεστέροισιν. ἀντὶ δὲ ἀλφίτων, ἄρτοισιν. ἀντὶ δὲ ἰχθύων, κρέασιν ὀπτοῖσι, καὶ σιτίοισι πᾶσι τοῖσι ξηραντικοῖσιν, οἷσι περ ἐπὶ τῇσι διαῤῥοίῃσι χρεόμεθα. κλυσμῶν ἀπηλλάχθαι πάντων, πλὴν οἴνου καὶ ὕδατος. θυμιῆσθαι δὲ τοῖσι στυπτικοῖσιν. ἄριστον δὲ ἐν γαστρὶ ἔχειν. ἢν δὲ τις νεᾶνις ᾖ, ἐμέτους νηστείας, πυκνὰ δὲ ἐπεμέειν. καὶ μετέπειτα ἀριστίζεσθαι μικρόν. αὕτη ῥόων τῶνδε τυγχάνει δίαιτα. Ῥόος λευκὸς ῥέει λευκὸν, ὡς ὄνου οὖρον. καὶ ἐν τῷ προσώπῳ οἰδήματα. καὶ τὰ ὑποφθάλμια οἰδέει ἄμφω. ὑδρωποειδέα τε καὶ ὑπόπυα ἀειδέα τὰ τῶν ὀφθαλμῶν. καὶ τὸ λαμπρὸν ἄπεστι. [13] καὶ γλαμυροὶ οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ ἀμβλυώσσοντες. καὶ τὸ χρῶμα ἀφυῶδες, καὶ φλυκταινοειδὲς, καὶ ἡ γαστὴρ ἐπιδιδοῦσα ἡ νειαίρη. καὶ ἐν τῇσι γνάθοισι κατὰ μικρὸν, ἐρυθροειδέα τε καὶ σμικρὰ καὶ ὑδαρέα καὶ πονηρά. καὶ ἐν τοῖσι σκέλεσιν οἰδήματα. καὶ ἢν πιέζῃς τῷ δακτύλῳ, [14] ἐμπλάσσεται ὥσπερ ἐν σταιτί. καὶ τὸ στόμα σιέλου ἐμπίπλαται. καρδιωγμοί τε ὁκόταν νήστιες ἔωσιν, ἢ καὶ ἐμέωσιν ὕδωρ οἷον ὀξύ. καὶ ἢν προσάντεα πορευθῇ, θᾶσσον ἆσθμα ἔχει. καὶ πνὶξ. καὶ σκελέων ἀπόψυξις. καὶ γουνάτων ἀκρασίη. καὶ ἐν τῷ στόματι ἄφθαι. καὶ ὑστέρη παρὰ λόγον ἀνέστομωται. καὶ ἐμπέπτωκεν ἐν τῷ στόματι βαρείη ὥσπερ μόλιβδος. καὶ διὰ τῶν μηρῶν διατείνουσιν ὀδύναι. καὶ ἀποψύχεται πάντα τὰ κάτω, τὰ ἀπὸ νειαίρης γαστρὸς ἀρξάμενα, ἄχρι ποδῶν. καὶ τὰ θέναρα ναρκῶσι. ἐπιβαίνειν οὐ δύνανται. τὰς τοιαύτας χαλεποὶ ἀπαλλάσσειν τῶν νοσημάτων. οὔτε γὰρ ἡλικίας προβεβήκασιν οὔτε κάματοι ξυγκαταγηράσκουσιν, ἢν μή τι εὐτύχημα τῶν αὐτομάτων λύσιν γινόμενον. ταύτῃσι χρὴ ἀπαρύσαι, ὅταν πλεονάζῃ, φαρμάκοισιν ἃ ὅσα χολὴν ξανθὴν μὴ καθαίρει. ἀλλὰ τὰ οὐρητικὰ ταύτῃσι ξυμφέρει πινόμενα. καὶ κεφαλῆς καθάρσιες. καὶ ἀλουσίαι. καὶ τὸ λευκὸν ἐπίθυμον πίνειν. καὶ περίπατοι. καὶ πᾶσα ξηρασίη ἐν τῇ διαίτῃ. ταῦτα δρῶσαι, ὑγιέες μὲν παντελῶς οὐ γίνονται, ῥηΐτερον δὲ διάγουσι. Ῥόου λευκοῦ θεραπείη. καθαίρεται λευκὸν ὑπόχλωρον. καὶ ὅταν οὐρέῃ δάκνει καὶ ἀμύσσει. καὶ ἑλκοῦται ἡ ὑστέρη καὶ πυρετὸς ἔχει ὀξὺς. καὶ θέρμη πολλή. δίψα. ἀγρυπνίη. καὶ ἔκφρονες γίνονται. καὶ ὅταν σπουδάσῃ, ἆσθμά μιν ἔχει. καὶ τὰ γυῖα λύονται. ταύτην δέον μήκωνα πιπίσκειν λευκὴν, καὶ κνίδης καρπὸν, ἄμεινον καὶ ῥοιῆς γλυκείης ῥίζαν, καὶ φύλλα, καὶ ῥόον, καὶ κηκίδα. ταῦτα ἐν οἴνῳ στρυφνῷ διδόναι πιπίσκειν. καὶ ῥοιῆς χυλὸν. καὶ ξυμμίσγειν τυρὸν αἴγειον. ὑποκάπνιζε δὲ ζέας, καὶ ὀλύνθους χειμερινούς. καὶ ἐλαίης πέταλα. καὶ ψώρας τῆς αὐτῆς. [15] καὶ σικύης λέμματα τρίτον μέρος. τὰ δ᾽ ἄλλα ἴσα, καὶ τὴν ἑψανῶν ῥοφεῖν. καὶ τὰ δι᾽ ἀμυγδάλων. καὶ σησάμου ῥοφήματα. καὶ αἰωρέεσθαι, καὶ ὀχέεσθαι, καὶ μὴ ἠρεμεῖν. Ῥόος ἄλλος. Καταῤῥέεται ὁκοῖον προβάτου οὖρον πολὺ, χροιὴ λευκὴ, καὶ οἰδέει πάντα. [16] καὶ ἐν τῇσι κνήμῃσι πέμφοι ἀνίστανται. καὶ ἢν ἐπαφήσῃ τῷ δακτύλῳ, τῇσι κνήμῃσι καὶ τοῖσι ποσὶν ἐμπλάσσεται βοθροειδέα. καὶ ἢν τι φάγῃ, ἐμπίπλαται καὶ φλεγμαίνει, καὶ ἐπὴν ὁδοιπορήσῃ καὶ ἔργον τι δράσῃ, ἆσθμά μιν λαμβάνει καὶ πόνος. καὶ ἡ χροιὴ λευκὴ ἐνίοτε ὑπόχλωρος. ταύτην ἢν ἰσχύῃ, καὶ ἢν νέη καὶ τἄλλα φαίνηται, κατ᾽ ἀρχὰς διδόναι ἄνω φάρμακον καὶ κάτω.

pro vinis fuluis, nigris vtendum, & pro dilutioribus, meracioribus, pro polenta, panibus, pro piſcibus, carnibus aſſatis, cibiſq; omnibus deſiccantibus, quibus in alui profluuiis vtimur. Collutionibus omnibus, præterquam vino & aqua abſtinendum. Suffitus autem ex adſtringentibus parandi. Optimum eſt vt concipiat. Quòd ſi iuuencula fuerit, frequentes vomitus ieiunæ prouocandi, deinde paulùm prandendum. Atque iſta victus ratio his fluoribus eſt accommodata. In fluore albo effluit quid album velut aſini vrina, facies intumeſcit, & partes ſub oculis vtriſque, oculi quales hydrope laborantibus, & aſpectu deformes, à quibus ſplendor abeſt, gramioſi & caligantes, corpus colore apuam referens & puſtuloſum, venter imus in tumorem ſublatus, in maxillis ſenſim excitantur rubores parui, aquoſi & maligni, & in cruribus tumores, quos ſi digito preſſeris, nota affigitur, non ſecus ac in farinæ maſſa aqua ſubacta, os ſaliua plenum eſt, cùm ieiunæ fuerint, aut veluti aquam acidam vomitione reiecerint, oris ventriculi morſus ſentiuntur. Quòd ſi ad accliuem locum proceſſerint, frequens ſpiratio & ſuffocatio celeriùs corripit, crurum perfrictio, & genuum impotentia, in ore ſuperficiaria vlcera (ἄφθαι dictæ) ſuboriuntur, vterus præter modum dehiſcit, & in oſculum grauis velut plumbum decumbit. Dolores ad femora ſe extendunt, & inferiores omnes partes, ab imo ventre inchoando, ad pedes vſque, perfrigerantur, plantæ torpeſcunt, neque incedere poſſunt. Has ab his morbis vindicare difficilè. Nam & cùm ætate longiùs progrediuntur, & labores conſeneſcunt, niſi ſecunda aliqua fortuna ſponte contingat, quæ ſolutionem afferat. In his quidem quod redundat, medicamentis quæ bilem non purgant eſt exhauriendum. Quin & quæ vrinas mouent potui exhibita his conducunt, & capitis purgationes, balnei abſtinétia, epithymum album epotum, obambulationes, & omnis victus ratio deſiccans. Quæ cùm fecerint, non prorſus quidem conualeſcunt, faciliùs tamen degunt. Fluoris albi curatio. Album & ſubpallidum expurgatur, cumq; vrinam reddit, morſum & lancinationem percipit, vterus exulceratur, febris acuta detinet, calor multus, ſitis & inſomnia, & mente alienantur. Cùm quid feſtinanter egerit, ipſam crebra ſpiratio (ἆσθμα dicta) detinet, & membra ſoluuntur. Huic peplum album propinare conuenit, & vrticæ ſemen, præſtat etiam mali punici dulcis radicem & folia, & rhoëm, & gallam. Hæc ex vino acerbo propinanda, & mali punici ſuccum admixto caſeo caprino, zeas & groſſos hybernas, oleæ folia, & eiuſdem ſcabiem ad ſuffitum ſubter apponito, cum cortice cucumeris agreſtis ad tertiam partem addito, reliquis verò æquali portione. Sorbitiones ex oleribus coctis, amygdalis & ſeſamo aſſumat, penſilibus geſtationibus & vehiculis vtatur, neque quieſcat. Alius fluor. Copioſum effluit quale ouillum lotium, colore album, totaque intumeſcit, in tibiis tumidæ quædam laxæ & rubicundæ cutis eminentiæ exurgunt, ſique digito contrectaris, in tibiis & pedibus foſſularum veſtigia infiguntur, ſi quid ederit, impletur ac intenditur, cumque in viam ſe dederit, & opus aliquod confecerit, crebra & frequens ſpiratio dolorque ipſam prehendit, colorque interdum albus & ſubpallidus. Huic ſi vires valeant, iuuenis ſit, cæteráque compareant, per initia medicamentum ſurſum & deorſum purgans exhibeto,

caputque per ea quæ pituitam purgant, ſi pituita redundarit, purgato, ſi verò bile, per ea quæ bilem. Et ſi anni tempus ferat, neque natura lienoſa fuerit, ſique aliquid ex ſupra dictis affuerit, ſerum decoctum quamplurimo tempore potui exhibeto, ſub veſperam autem vinum dulce aquoſum, ſi opus ſit, cibum verò ne attingat. Si verò imbecilla fuerit, pauciſſimam ſorbitionem aſſumat, neque lauet. Vbi autem tibi opportunum eſſe videbitur, à potu ceſſet, & poſt purgationem cibis vtatur, à pinguibus ſibi temperans, acribus, dulcibus, ſalſis, & oleribus acribus. Piſcibus vtatur ſaxatilibus, & carnibus ouillis, gallinaceis, & leporinis, pane fermentato, aut hordeo freſo. Oleribus etiam coctis vtatur, & agreſtibus eſui aptis, & domeſticis, acribus exceptis, maneque & à cibo obambulet. Ex quibus ſi tibi fortior eſſe videatur, vteros ex fæce vini colluito, tribuſque aut quatuor intermiſſis diebus, poſtea acerbis eluito, & mora iniecta, ſi quidem ſicca fuerit, quieſcito. Quòd ſi natura bilioſa aut pituitoſa fuerit, ex victus verò ratione & potione medicamentorum emaciata, vires colligere nequeat, lac bubulum per quadraginta dies, calidum ex vacca aſſumat. Pituitoſam tamen præſtiterit cibis quàm pauciſſimis vti, quamdiu lac biberit cuius menſura ſit ſex heminarum Atticarum. Initium autem à duabus faciendum, & ſingulis diebus vnam addat, donec ad ſex perueniat, paulatimque ad minorem quantitatem deſcendat, & poſt lactis potum, cibis & victus ratione reficito. At poſt lactis potionem, mane ieiuno ſtomacho adiantum ſiccum, contuſum, per cribrum excuſſorium tranſmiſſum bibat, ex vino nigro odorato temperato exhibitum. At ſi morbus reuertatur, hanc totam foueto, ruſuſque medicamentis per inferiora purgato, poſteáque vteros colluito, ſi quidem natura pituitoſa fuerit, per granum cnidium, aut thapſiæ radicem. Si verò bilioſa, per ſcammoniæ ſuccum, & colocynthidem agreſtem. Hanc enim in vas coniectam, duabus aquæ heminis affuſis decoquito. Huius decocti dimidio, mel, & oleum narciſſinum, vel anthinum ammiſceto. Sit autem mellis heminæ quadrans, olei verò menſura ad mel ſeſquialtera. Poſtea autem, melle & vino, & oleo ſolo colluito, ſuffitumque adhibeto, & trium aut quatuor dierum mora interpoſita, adiantum bibat. Quòd ſi vtero conceperit, morbus reuertitur, quo caſu mulier perit. Cùm autem ſeniores hic morbus inuaſerit, vteri computreſcunt, paucæque admodum euadunt. Fluor alius in quo expurgatur quale quid ex ouo crudo pallidum ſubalbidum, vlcuſque in pudendis excitat, pedes & tibiæ intumeſcunt, cauæ ſub oculis partes in tumorem attolluntur, oculi humidi ſunt & gramioſi, ſique incedat, crebra anhelatio eam inuadit, & imbecillitas contingit. Quòd ſi euaſerit, morbus pituitoſus fuerit, niſique repurgata fuerit, bile vehementer commota febricitat. Seniores autem hic morbus quàm iuniores magis inuadit. Cùm autem ſic habuerit, ſi quidem admodum intumeſcat, medicamentum deorſum purgans potui exhibeto, quod pituitæ & bili medeatur. At ſi non valde intumeſcat, eamq; pituita vrgeat, medicamentum ſurſum purgans exhibeto,

καὶ τὴν κεφαλὴν κάθαιρε, ἢν φλεγματώδης ἐστὶ, δι' ὧν φλέγμα καθαίρεται. ἢν δὲ χολώδης, δι' ὧν χολή. καὶ ἢν ὥρη ᾖ τοῦ ἔτεος, καὶ μὴ φύσει ἐστὶ σπληνώδης, καὶ ἤν τι τῶν εἰρημένων, ὀῤῥὸν διδόναι ἀφεψῶν δὲ, καὶ πίνειν ὡς πλεῖστον χρόνον. καὶ ἐς ἑσπέρην οἶνον γλυκὺν ὑδαρέα, ἢν δέῃ. σίτου δὲ μὴ ἅπτεσθαι. ἢν δὲ ἀσθενὴς ᾖ, ῥοφήματι ὡς ἐλαχίστῳ. καὶ ἀλουτείτω. ἐπειδὰν δέ σοι καιρὸς δοκέῃ εἶναι, τῆς πόσιος παυέσθω. καὶ μετὰ τὴν κάθαρσιν σιτίοισι χρήσθω, ἀπεχομένη λιπαρῶν, καὶ δριμέων, καὶ γλυκέων, καὶ ἁλμυρῶν, καὶ λαχάνων δριμέων. χρῆσθαι δὲ ἰχθύσι πετραίοισι. καὶ κρέασι μηλείοισιν, ἢ ὀρνιθίοισιν, ἢ λαγῴοισιν. ἄρτῳ σιτώδει, ἢ ἐρικτοῖσι. καὶ λαχάνοισιν ἑφθοῖσι χρήσθω. καὶ ἀγρίοισι τρωκτοῖσι, καὶ ἡμέροισιν ἄτερ δριμέων. καὶ περιπατείτω πρωῒ, καὶ ἀπὸ τοῦ σίτου. ἐπὴν δέ σοι δοκέῃ τῷ ποιέοντι ἰσχυροτέρη εἶναι, κλύζειν τὰς ὑστέρας τῇ τρυγί. πρὸς δὲ ἢ τέτταρας ἡμέρας διαλείπων μετέπειτα στρυφνοῖσι κλύσαι. καὶ ἐπισχόντα, ἢν μὲν ᾖ ξηρὴ, ἡσυχίαν ἄγειν. καὶ ἢν φύσει ἢ χολώδης ἢ φλεγματώδης. ὑπὸ δὲ τῆς διαίτης καὶ τῆς φαρμακοποσίης λεπτυνθεῖσα, ἢν μὴ δύνηται ἀναλαμβάνειν, γάλα πινέτω τεσσαράκοντα ἡμέρας βόειον, θερμὸν ἀπὸ βοός. τὴν δέ γε φλεγματώδεα ἄμεινον σιτίοισιν ὡς ἐλαχίστοισι χρέεσθαι, ἕως ἂν γαλακτοποτέῃ. ἔστω δὲ μέτρον, ὅσον ἓξ κοτύλαι Ἀττικαί. ἄρχεσθαι δὲ ἀπὸ δύο. καὶ προστιθέτω κοτύλην ἑκάστης ἡμέρας, ἄχρις ἂν ἓξ γένωνται. κἄπειτα κατ' ὀλίγον ἐπὶ τὸ ἔλασσον. καὶ μετὰ τὴν γαλακτοποσίην, ἀνακόμιζε σιτίοισι. καὶ διαίτῃ. καὶ μετὰ τὴν τοῦ γάλακτος πόσιν, πινέτω πρωῒ νῆστις, ἀδίαντον ξηρὸν λεῖον κόψας καὶ διασήσας δι' ἀκρησαίρης τοῦτο διδόναι ἐν οἴνῳ μέλανι εὐώδει κεκρημένῳ. ἢν δὲ ὑποστρέφῃ ἡ νοῦσος, πυριῆσαι αὐτὴν ὅλην. καὶ αὖθις φαρμάκοισι καθῆραι κάτω. καὶ μετὰ τοῦτο κλύσαι τὰς ὑστέρας. ἢν μὲν φύσει φλεγματώδης, τῷ κόκκῳ τῷ κνιδίῳ, ἢ τῇ ῥίζῃ τῆς θαψίης. ἢν δὲ χολώδης ᾖ, τῆς σκαμμωνίης τῷ ὀπῷ, ἢ κολοκυνθίδι τῇ ἀγρίῃ. ἐμβαλὼν γὰρ ἀπ' αὐτῆς καὶ δύο κοτύλας ἐπιχέας ὕδατος, ἀφεψεῖν. καὶ τὸ ἥμισυ τουτέῳ συμμίσγειν μέλι καὶ ἔλαιον ναρκίσσινον ἢ ἄνθινον. ἔστω δὲ τοῦ μὲν μέλιτος, τεταρτημόριον κοτύλης. τοῦ δὲ ἐλαίου, μέτρον ἡμιόλιον καὶ τοῦ μέλιτος. μετακλύζειν δὲ τῷ μέλιτι καὶ τῷ οἴνῳ καὶ τῷ ἐλαίῳ μούνῳ, καὶ θυμιῆσθαι. καὶ ἐπισχεῖν ἡμέρας τρεῖς ἢ τέτταρας. ἀδίαντον δὲ πινέτω. καὶ ἢν ἐν γαστρὶ λάβῃ, ὑποστρέφει, καὶ ὑποστρεφομένης τῆς νούσου, ἀπόλλυται. ὁκόταν γεραιτέρας λαμβάνῃ ἡ νοῦσος αὕτη, καὶ καταπύονται αἱ ὑστέραι, ἐκφεύγουσι δὲ πάνυ ὀλίγαι. Ῥόος ἄλλος. Καθαίρεται οἷον ἀπ' ᾠοῦ ὠμοῦ, χλωρὸν ὑπόλευκον. καὶ ἑλκοῖ τὸ αἰδοῖον. καὶ οἰδίσκεται τούς τε πόδας, καὶ τὰς κνήμας. καὶ τὰ κοῖλα τῶν ὀφθαλμῶν ἐπανοιδεῖ. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑγροὶ, γλαμυροί. καὶ ἢν βαδίζῃ, ἆσθμα μιν λαμβάνει. καὶ ἀσθενίη γίνεται. ἢν δὲ φύγῃ ἡ νοῦσος φλεγματώδης ᾖ. καὶ ἢν μὴ καθαρθῇ, πυρεταίνει λαύρως χολῆς κινηθείσης. γεραιτέρας δὲ ἡ νοῦσος αὕτη λαμβάνει μᾶλλον, ἢ νεωτέρας. ὁκόταν δὲ ὧδε ἔχῃ, ἢν μὲν οἰδίσκηται σφόδρα, διδόναι κάτω φάρμακον πιεῖν, ὅ, τι φλέγμα καὶ χολὴν ἰῆται. ἢν δὲ μὴ ἰσχυρῶς οἰδέῃ, καὶ τὸ φλέγμα αὐτὴν πιέζῃ, ἄνω δοῦναι φάρμακον.

καὶ

καὶ ἢν μὲν ἡ δυνατὴ, ἐλλεβόρῳ καθαιρέσθω. ἢν δὲ μὴ, ὅ, τι χολὴν καὶ φλέγμα ἄγει. μετὰ δὲ φαρμακείην ὀῤῥὸν ἑφθὸν διδόναι πίνειν ὡς πλείστας ἡμέρας, ξὺν ἁλὶ ὀλίγῳ. ἐπιτρωγέτω δὲ ἡδύοσμον. ἑσπέρην δὲ σίτου μὴ ἁπτέσθω. ῥοφείτω δὲ ὀλίγον καὶ ἐπιπινέτω οἶνον γλυκὺν ἢν χρηΐζῃ. ἢν δὲ μὴ παρῇ ὀῤῥὸς, γάλα τε ὄνειον ἀφεψῆσαι, καὶ διδόναι τέσσαρας ἡμέρας. ἑσπέρην δὲ ταὐτὸ ποιέειν, ἢν μὴ πῦρ ἔχῃ νύκτωρ. ἢν δὲ ἡ φύσις σπληνώδης, ἢ πνευματώδης, λειφαιμος, μήτε ὀῤῥὸν, μήτε γάλα πινέτω. ἢν δὲ μὴ, κάτω πιπίσκουσι καθαίρειν. καὶ ὁπόταν σοι δοκέῃ καιρὸς εἶναι, κλύσαι τὰς μήτρας, πρῶτον μὲν τῷ ἀπὸ τῆς τρυγὸς δὶς, ἢ τρίς. μετὰ δὲ τοῦτο, τῷ ὀπῷ τῆς σκαμμωνίης. οἶνον δὲ ἐπιχέαι γλυκὺν, ὅσον κοτύλην ἀττικήν. καὶ ἐλαίου τέταρτον μέρος κοτύλης, μάλιστα μὲν ναρκισσίνου. μετακλύσαι δὲ τῇ ὑστεραίῃ, οἴνου κοτύλῃ. καὶ μέλιτι τεταρτῳ κοτύλης. καὶ ῥητίνης τρίτην μοῖραν μέλιτος. ἔλαιον δὲ ἴσον μέλιτι. ἢν δὲ τὰ ἀπὸ τοῦ κλυσμοῦ ἀποχωρέοντα ᾖ φλεγματώδεα, κλύσαι καὶ αὖθις ἐπισχόντα ἡμέρας τρεῖς ἢ τέσσαρας. ἔπειτα ἐκλέψαι τοῦ κόκκου δύο πόσιας. κλύζειν δὲ τοῖσιν αὐτέοισιν. ἢν δὲ μὴ παρῇ κόκκος, τῇ ῥίζῃ τῆς θαψίης, πόσιν μίαν. καὶ μετακλύζειν τοῖσιν αὐτέοισιν. ἐπὴν δὲ καθαρθῇ τὰ ὑποχωρέοντα πρὸς τουτέοις τοῖσι κλυσμοῖς. καὶ ἢν γίνηταί τι αἱματῶδες, οἷον ἀφ' ἕλκεος, μετακλύζειν τοῖσι στρυφνοῖσι. καὶ ἢν μετὰ ταῦτα αὐτὴ ἐρωτηθεῖσα φῇ, τὸ στόμα τῶν ὑστερέων σκληρὸν εἶναι, καὶ ὀδύνην ἔχειν, κλύζειν τῷ αὐτῷ τρόπῳ, τῷ ξὺν τῷ πικερίῳ, ἔστ' ἂν ἀποξηρανθῶσιν αἱ ὕστεραι, καὶ δοκέῃ ὑγιὴς εἶναι. τὰς δὲ μεταξὺ ἡμέρας τῶν κλυσμῶν, πινέτω ἀκτῆς καρπὸν, καὶ λαγωοῦ πιτύην. καὶ μήκωνος τὸ κέλυφος, καὶ κνίδης καρπὸν. ῥοιῆς τε γλυκείης τῶν φλοιῶν. τρίβων ἴσον ἑκάστου. ἄλφιτον δὲ ξυμμίσγειν, καὶ ἀδίαντον, ἐν οἴνῳ μέλανι εὐώδει, νῆστις. σιτίοισι δὲ χρεέσθω, μαλθακοῖσι μὴ ἁλμυροῖσι, μηδὲ δριμέσι. κρέα δὲ ἀμείνω ἰχθύων. ἤγουν ὀρνίθεα, ἢ λαγῷα. καὶ λουέσθω θερμῷ μὴ πολλῷ. ἢν δὲ μὴ λωφήσῃ ὁ ῥόος, ἀλλ' ὑπολείπηται, καὶ ὑγραίνωνται αἱ ὕστεραι. θυμιῆσαι τῷ ξὺν τῷ σιδίῳ. καὶ ἔπειτα παρὰ τὸν ἄνδρα ἴτω. κἢν ἐν γαστρὶ ἴσχῃ, ὑγιὴς γίνεται. αἱ δὲ γεραίτεραι, οὐ δύνανται ἀναφέρειν, ἀλλ' ἀπόλλυνται ὑπὸ ἀσθενείης. Ῥόος ἄλλος. Ῥέει ὑπόχλωρον οἷον ἐξ ὠοῦ. καὶ γλίσχρον. καὶ ἡ γαστὴρ ἀνίσταται ἡ νειαίρη. καὶ σκληρὴ γίνεται, καὶ ἢν ψαύσῃς, ἀλγέει. καὶ βρύχει. καὶ πῦρ ἔχει. καὶ ὀδύνη ἐς τὸ ἐπίσιον. καὶ ἐς τὰ αἰδοῖα. καὶ ἐς τὴν νειαίρην γαστέρα. καὶ ἐς τὰς ἰξύας. καὶ λιποθυμίη. ἀλυσμοί τε καὶ περιψύξιες, καὶ ἱδρὼς πουλύς. σφυγμοὶ πρὸς χεῖρα ψαίροντες. βληχροὶ ἐκλείποντες. καὶ αὐτίκα ὄλλυνται. ἢν δὲ περιγένηται, ἡ χροιὴ τε τρέπεται, καὶ γίνεται οἷον τὸ κήριον, καὶ ὁ χρὼς τῷ δακτύλῳ πιεζεύμενος μαλθάσσεται, καὶ ἐμπλάσσεται, οἷον τὸ ἐν σταιτί. καὶ οἰδίσκονται οἱ πόδες, καὶ τὰ σκέλεα. ἡ δὲ νοῦσος γίνεται μάλιστα. ἢν ἐν τόκοισί τι σφακελισθῇ, ἢ ἐν σηπῇ ἐν τῷ τόκῳ. αἱ δὲ ἀφηλικέστεραι μᾶλλον πάσχουσιν. οὐ πάνυ δὲ ἡ τοιαύτη νοῦσος ἐστὶν εὐήθης. Ἄλλος ῥόος. Καθαίρεται οἷον ἀπὸ κρεῶν ὀπτῶν χυμὸς, καὶ ἑλκοῦται τὸ αἰδοῖον. καὶ ὅπη ἂν ἄλλη τοῦ χρωτὸς ἐπιστάξῃ. καὶ ῥῖγος, καὶ πῦρ ὀξὺ πυκινὸν, μέγα. καὶ φρίκη ὁμοῦ λάζεται.

& ſi quidem valida fuerit, veratro purgetur, ſin minùs, medicamentum quod bilem & pituitam educat exhibendum. Poſt medicamenta autem plurimis diebus ſerum coctum cum pauco ſale potui exhibeto, & mentham inſuper edat. Veſperi verò cibum ne attingat, paucam autem ſorbitionem aſſumat, & vinum dulce, ſi opus ſit, ſuperbibat. Quòd ſi ſerum non adfuerit, lac aſininum decoquito, & quatuor diebus exhibeto. Veſperi verò eadem facito, ſi febris per noctem non detineat. At ſi natura lienoſa, aut flatuoſa ſanguine defecta fuerit; neque ſerum, neque lac bibat, alioqui per medicamenta deorſum purgato, & vbi opportunum tibi fore videbitur, vteros colluito, primum quidem bis aut ter medicamento ex vini fæce parato. Poſt hoc autem ſcammoniæ ſucco, dulci vino ad heminam Atticam affuſo, & olei heminæ quadrante; maximè quidem narciſſini. Poſtero verò die vini hemina colluito, adiecto mellis quadrante, & reſinæ tertia mellis parte, olei verò & mellis æquales ſint portiones. Quòd ſi quæ à collutione ſecedunt, pituitoſa feruntur, rurſus colluito, trium aut quatuor dierum mora interpoſita. Poſtea granum cnidium detracto cortice, quantum ad duas potiones ſatis ſit infundito, & iiſdem colluito. At ſi granum cnidium non adfuerit, thapſiæ radice, quantum potione vnà ſatis ſit infuſa, poſtea ex iiſdem colluito. Poſtquam autem quæ ſecedunt his collutionibus expurgata fuerint, & ſi quid cruenti velut ab vlcere, contigerit, acerbis deinde colluito. Poſteaque ſi ipſa interrogata, os vterorum durum eſſe, ac dolore detineri dixerit, ad eundem modum ex eo quod cum butyro paratur colluito, quoad vteri reſiccati fuerint, & ſana eſſe videatur. Intermediis autem collutionum diebus, ſambuci fructum bibat, & leporis coagulum, pepli corticem, vrticæ ſemen, mali punici dulcis corticem tritis cuiuſque æqualibus partibus. Polenta autẽ ammixta & adianto, ex vino odorato ieiuna bibat. Cibis vtatur mollibus, neque ſalſis, neq; acribus. Carnes piſcibus meliores, volucrium videlicet aut leporinæ, & calida non multa lauet. Quòd niſi fluor leuamentum faciat, ſed relinquatur, & vteri humectentur, medicamento ex malicorio ſuffitum admoueto, poſteaque virum adeat, & ſi vtero conceperit, conualeſcit. At ſeniores ſe recolligere non poſſunt, ſed præ vitium imbecillitate pereunt. Alius fluor. Fluit ſubpallidum & glutinoſum quale quid ex ouo, venterque imus in tumorem exurgit, duruſque euadit, & ad contactum dolet, dentibus ſtridet; febris detinet, dolor pubem occupat, pudenda, imum ventrem & lumbos, animi deliquium adeſt, anxietudines, perfrictiones, & ſudor copioſus, pulſus ad manum leniter ferientes, languidi, deficientes, confeſtimque pereunt. Quòd ſi ſuperſtes euadat, color ei immutatur, & velut fauus exiſtit, cutiſque corporis digito preſſa emollitur, in eaque nota infigitur, velut in farinæ maſſa aqua ſubacta, pedeſque & crura in tumorem attolluntur. Morbus autem contingit præcipuè, ſi quid his in partu vellicatum fuerit; aut intus computruerit. Is verò quæ prouectæ iam ſunt ætatis magis contingit, neque huiuſmodi morbus admodum mitis eſt. Alius fluor. Qualis ex aſſatis carnibus humor purgatur; & pudendum vlceratur, & quamcunque aliam corporis partem ſtillando attigerit. Et rigor, febris acuta, crebra, magna, ſimulque horror corripit.

Dolores autem in omnibus fluoribus ſimiles. Hæc tota intumeſcit, & partibus vmbilico inferioribus, & cruribus, colorque auriginoſus euadit. Huiuſmodi autem fluor ex eo contingit, cùm ſanguis exturbatus aliquantum билioſus extiterit, neque purgatus fuerit. Cùm ſic habuerit, medicamentum bibendum exhibendum, ſi quidem valida fuerit, ex veratro, ſi verò debilis fuerit, ex radice & elaterio, & poſtremò lac caprinum, aut medicamentum quod deorſum bilem & pituitam purget exhibeto. Vteros autem medicamento ex braſſicæ ſucco colluito. Mentham autem bibat, hypericum, lini ſemen, ſingula ex vino nigro auſtero, hæc ieiunæ bibenda præbeto. Si verò vlceratum pudendum fuerit, poſtea butyro colluito, deinde medicamentum purgans potui exhibeto, vlceráque butyro, reſina, myrrha, & argenti flore linito, myrti autem & ſaluiæ ex aqua decocto tepido perluatur. Cibis autem vtatur neque ſalſis, neque acribus, vt ne mordax vrina reddatur, & marinis abſtineat carnibus bubulis, ouillis, porcinis, reliquis verò carnibus coctis vtatur. In cibo panem aſſumat, & vinum odoratum, vetus, nigrum bibat. Quibus factis ſi non conualeſcat, totam foueto, & poſtero die medicamentum ſurſum purgans exhibeto, deinde ex intermiſſione, rurſus deorſum purgans. Et ſi quidem fluor perſeueret, poſt medicamēta decoctum ſerum quotidie potui præbeto, ſub veſperam verò ſorbitionibus vtatur, vino verò dulci, albo. Quòd ſi ſerum deſit, lac aſininum coctum diebus quatuor bibat, veſperi autem iiſdem vtatur. Poſt hæc autem lac bubulum calidum per dies quadraginta bibat, & per diem nihil (vt ita dicam) edat. Id enim eſt optimum cùm ab huiuſmodi lacte purgetur, nutriatur, fluorque obtundatur. Veſperi in cœna auicularum carnem aſſam paucam ſumat, & panis ſubcinericij parum. Vinum verò nigrum, vetus, generoſum inſuper bibat, quoad lac biberit, ſi copioſa eant, & acre aliquid commoueatur. Quòd ſi his factis concipiat, conualeſcit. Quæ verò ſeniores ſunt, his quandoque morbus reuertitur, ac pereunt, iuuenculis autem minimè lethalis eſt. Diuturna autem eſt ſanioſi fluoris curatio, in quo tale quid ſubcruentum fluit, qualis ex aſſatis carnibus ſuccus, ac velut muria mordet, pudenda rodit & exulcerat, vterus in ambitu exulceratur, & circum femora aliaſque partes. Si in veſtimenta deſtillarit, ea inficiuntur, nec niſi ægrè eluuntur, venter attollitur & durus euadit, contactus dolet, calor pudenda occupat, ad ſedem dolor eſt, ad imum ventrem & laterum inanitates, coxendices & lumbos, debilitas adeſt, & color velut auriginoſus mutatur. Quòd ſi cum tempore morbus progreſſum faciat, hæc omnia multò magis inuadunt, oculorum cauitates attolluntur, pedes & crura à lumbis intumeſcunt. Hic autem morbus corripit, cùm quid in abortione aut partu de fœtu dilaceratum fuerit. Fomenta autem admouenda, & ſuffitus adhibendi, propinandáque omnia quæ fluxum reprimunt, & lac aſininum aliáque porrigenda, & vomitus ſi opus ſit ciendus. Si verò febris expers fuerit, aut debilis detinuerit, fotus ſiccus melior eſt. Cùm vteri ad caput conuerſi fuerint, eaq; in parte ſuffocatio deſinit, caput grauitate afficit, aliis verò alia quapiam parte finis continetur. Hoc autem indicio eſt.

ὀδύναι δὲ ἐν πᾶσι τοῖσι ῥόοισιν ὁμοῖαι. αὕτη πᾶσα οἰδίσκεται καὶ τὸ κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ. καὶ τὰ σκέλεα. καὶ ἡ χροιὴ ἰκτερώδης γίνεται. ὁ δὲ τοιοῦτος ῥόος γίνεται ἀπὸ τοῦδε.[46] ἐπὴν τὸ αἷμα ἐξαρθὲν ὑπόχολον γένηται, καὶ μὴ καθαρθῇ. ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, φάρμακον δὸς πίνειν. ἢν μὲν ἰσχυρὴ ᾖ, ἐξ ἐλλεβόρου. ἢν δὲ ἀσθενὴς, ῥίζαν τε καὶ ἐλατήριον. καὶ ὑστέρῳ χρόνῳ, γάλα αἰγός. ἢ κάτω φάρμακον δὸς, ὃ τὴν χολὴν καὶ φλέγμα καθαίρει, κλύσαι δὲ τὰς ὑστέρας, τῷ ζωμῷ τῷ κραμβίῳ. πίνειν δὲ ἐλελίσφακον, ὑπερικόν.[47] λίνου σπέρμα. ἑκάστου ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ. νήστει δὲ διδόναι πίνειν. ἢν δὲ ἡλκωμένον ᾖ τὸ αἰδοῖον, μετὰ κλύσαι τῷ πικερίῳ. ἔπειτα φάρμακον πῖσαι καὶ ἐπιχρίειν τὰ ἕλκεα πικερίῳ. ῥητίνῃ, σμύρνῃ. ἀργύρου ἄνθει. διανιζέσθω δὲ ὕδατι ἀπὸ μυρσίνης, καὶ ἐλελισφάκου χλιαρῷ. σιτίοισι δὲ χρήσθω μήθ' ἁλμυροῖσι, μήτε δριμέσιν. ὡς μὴ δακνῶδες τὸ οὖρον γένηται. καὶ τῶν θαλασσίων εἰργέσθαι. καὶ κρεῶν βοείων. καὶ οἰείων καὶ χοιρείων. τοῖς δὲ ἄλλοισι κρέασι χρήσθαι ἑφθοῖσι. καὶ σιτείσθω ἄρτον, καὶ οἶνον εὐώδεα παλαιὸν πινέτω μέλανα. ἢν δὲ ταῦτα ποιέῃ, καὶ μὴ ὑγιὴς γίνηται, πυριῆσαι ὅλην, καὶ φάρμακον δοῦναι τῇ ὑστεραίῃ ἄνω. ἔπειτα διαλιπὼν αὖθις, κάτω. καὶ ἢν μὲν μείνῃ ὁ ῥόος, μετὰ τὰ φάρμακα. ἀφεψήσας ὀῤῥὸν, νέμειν ἑκάστης ἡμέρης πίνειν. ἐς ἑσπέρην δὲ ῥοφήμασιν. οἴνῳ δὲ γλυκεῖ λευκῷ. ἢν δὲ μὴ ᾖ ὀῤῥὸς, γάλα ὄνου ἑφθὸν πινέτω, ἐπὶ τέσσαρας ἡμέρας. ἐς ἑσπέρην δὲ τοῖσιν αὐτέοισι χρήσθω. μετέπειτα δὲ πινέτω ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας, γάλα βοὸς θερμόν. καὶ τῆς ἡμέρης μηδὲν ἐσθιέτω, ὡς ἔπος εἰπεῖν. ἄριστον γὰρ τοῦτο. καὶ γὰρ καθαίρεται καὶ τρέφεται καὶ ἀμβλύνεται ὑπὸ τοῦ τοιούτου γάλακτος. ἐς ἑσπέρην δὲ δειπνείτω, κρέας ὄρνιθος ὀπτὸν ὀλίγον. καὶ ἄρτον μικρὸν ἐγκρυφίην. ἐπιπίνειν δὲ οἶνον μέλανα παλαιὸν οἰνώδεα. ἔστ' ἂν τὸ γάλα πίνῃ, ἢν πολλὰ ἴῃ, καὶ περιίστηται τὸ δριμύ. καὶ ἢν ταῦτα ποιήσασα ἐν γαστρὶ ἴσχῃ, ὑγιὴς γίνεται. ὅσαι δὲ γεραίτεραι εἰσὶν ἐνίοτε ὑποστρέφει ἡ νοῦσος, καὶ ἀπόλλυνται. τῇσι δὲ νέῃσιν οὐ θανατώδης. χρονίη δὲ τοῦ ἰχωροειδέος ῥόου ἡ θεραπείη. τὸ δὲ τοιοῦτον, ῥεῖ ὕφαιμον, οἷον ἀπὸ κρεῶν ὀπτῶν χυμός. καὶ δάκνει ὡς ἅλμη. καὶ ἐσθίει καὶ ἐξελκοῖ τὰ αἰδοῖα. καὶ ἡ ὑστέρη αἱμελκοῦται κατὰ τὰ πέριξ. καὶ οἱ μηροὶ, καὶ τὰ ἄλλα. ἐπὴν δὲ ἐπιστάξῃ ἐπὶ τὰ ἱμάτια βάπτεται καὶ δυσέκπλυτα ἐμμένει καὶ ἡ γαστὴρ ἐπαείρεται, καὶ σκληρὴ γίνεται. καὶ ἀλγέει ἢν ψαύσῃ.[48] καὶ θέρμην ἔχει εἰς τὰ αἰδοῖα, καὶ ἐς τὴν ἕδρην, καὶ ἐς τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ κενεῶνας, καὶ ἰσχία, καὶ ἰξύας, ἀδυναμίη. καὶ ἡ χροιὴ τρέπεται ὡς ἰκτερώδης. ἢν δὲ ὁ χρόνος μηκύνῃ καὶ ἡ νοῦσος, ταῦτα πάντα πολὺ μᾶλλον ἐπιλαμβάνει. καὶ τὰ κοῖλα ἐπαείρεται καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι. καὶ τὰ σκέλεα ἀπὸ τῶν ἰξύων. ἡ δὲ νοῦσος λαμβάνει ἐπὴν διαφθαρῇ τι τοῦ ἐμβρύου, ἢ ἐκτρώσῃ ἐν τόκῳ. χρὴ δὲ πυριᾶν, καὶ θυμιᾶν καὶ προσθεῖναι, ταῦτα πάντα καὶ ἴσχει τὸν ῥόον. καὶ ὄνειον γάλα καὶ τὰ ἄλλα προσφέρειν, καὶ ἐμεῖν ἢν δέῃ, ἢν δὲ ἄπυρος ᾖ καὶ ἐπιεικέως ἔχῃ, ἄμεινον ξηρὴ πυρίη.[49] Ὁκόταν ἐς τὴν κεφαλὴν τράπωνται αἱ ὑστέραι, καὶ τῇδε λήγῃ ὁ πνιγμὸς. κεφαλὴν βαρύνει.[50] ἄλλῃσι δὲ ἄλλῃ πῃ τὸ τέκμαρ ἴσχεται. σημεῖον δὲ τόδε

τὰ

τὰς φλέβας τὰς ἐν τῇ ῥινὶ, καὶ τὰς ὑπὸ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν, ἀλγέειν φασί. καὶ κῶμα ἴσχει.[11] καὶ ἀφρίζει ὅταν ῥαΐσῃ. ταύτην χρὴ λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ. ἢν δὲ μὴ ἐπακούῃ, ψυχρῷ. καὶ κατὰ κεφαλῆς δάφνην τε καὶ μυρσίνην ἑψῶν ἐν τῷ ὕδατι καὶ ψύχων· καὶ ῥοδίνῳ μύρῳ[12] τὴν κεφαλὴν χρίεσθαι, καὶ ὑποθυμιῆσθαι τὰ εὐώδεα, τὰ δὲ κακώδεα, ὑπὸ τὰς ῥῖνας. καὶ τὴν κράμβην ἐσθιέτω· καὶ τὸν χυλὸν ῥοφείτω. ἢν δὲ πρὸς τὴν καρδίην προσιστάμεναι πνίγωσιν αἱ ὑστέραι,[13] καὶ ἀνάσσυτος ἴῃ ὁ ἀὴρ βιώμενος[14] ἀλυσώδης καὶ ἐμέει. καὶ ἔστιν ᾗσιν αὐτίκα ἑλκυσθεῖσα κάτω χωρέει, καὶ φῦσα ἔξεισιν. ἡ μὲν ἐμέει, ἀφρώδεα. ἡ δὲ παῦλα γίνεται. ᾗσι δὲ οὐκ ἀφίσταται, πράσου τὸν καρπὸν, καὶ μήκωνα τρίψας, τρεῖς ὕδατος κυάθοις τρισὶ δίδου πίνειν. καὶ ὄξεος λευκοῦ ἀρήγει πόσις κύαθος. ἢ ἀρκεύθου καρπὸν, καὶ ἐλελίσφακον, ὄξος σὺν τοῖς εἴδεσιν, ἢ οἶνον. ἀλεαίνεσθαι δὲ χρὴ ἢ ἀλείφα χηνὸς, κηρωτὴν ἐρρητινωμένην. καὶ πίσσαν ἐν αὐτέῳ τῆξαι. καὶ πρόσθετα ποιέειν. ὅταν δὲ ὡς πρὸς τὰ ὑποχόνδρια προσπίπτωσι, πνίγουσιν.[15] ἐπὴν ἐνθάδε τὸ στερεὸν ᾖ τοῦ πάθεος, καὶ ἐπιλαμβάνῃ ἔμετος πυρώδης θερμὸς, καὶ ῥᾷον γίνεται ὀλίγον χρόνον. καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν, καὶ ἐς τὸν τράχηλον ὀδύνη διαμπερὴς, χλιάσματα προστιθέναι ἢν ἄνω πνίγωσιν. ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας θυμιῆν τὰ κακόδμα ἐκ προσαγωγῆς.[16] ἢν γὰρ ἀθρόως ἱστῶνται αἱ ὑστέραι, ἐς τὰ κάτω, καὶ ὄχλος γίνεται. εὔοδμα δὲ κάτω. καὶ πιεῖν διδόναι τὸ καστόρειον, καὶ τὴν κόνυζαν. ἐπὴν δὲ κάτω ἑλκυσθῶσιν, ὑποθυμιῆν τὰ ἀηδέα. ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας, τὰ εὐώδεα. ἢν δὲ αἱ ὀδύναι παύωνται, φάρμακον πίσαι κάτω. καὶ μεταπιπίσκειν γάλα ὄνου, ἢ ὀρρὸν, ἢν μὴ σπληνώδης ἢ ἀπὸ γενέσιος, ἢ λειφαιμος, ἢ ἄχροος, ἢ τὰ οὔατα ἠχώδεα ἔχῃ, διὰ συγγένειαν[17] ἥτινι ἐξ αὐτῆς ἀπὸ νεότητος αἱ νοῦσοι. τὴν δὲ ἄνω κοιλίην μὴ κινέειν.[18] ἀμβλυώσσουσι γὰρ, ἢ ἀμφὶ τὴν φάρυγγα ὄχλοι, καὶ τ' ἄλλα. διδόναι δὲ πτισάνης χυλόν. ἢν σφόδρα δὲ καὶ εὐεμὴς ᾖ, καὶ ἐμείτω. κλυσμὸς δὲ ἄριστος, ὁ διὰ ναρκίσσου. πρόσθετον, τὸ διὰ κανθαρίδων. ἢν προσστῶσιν αἱ ὑστέραι πρὸς τὰ ὑποχόνδρια, πνίγεται ὡς ὑπὸ ἐλλεβόρου. καὶ ὀρθόπνοος γίνεται καὶ καρδιωγμοὶ ἰσχυροί. αἳ δὲ καὶ ἐμέουσιν ἐνίοτε, σίελον ὀξύν. καὶ τὸ στόμα ὕδατος ἐμπίπλησαι. καὶ τὰ σκέλεα ἀποψύχονται. αἱ τοιαῦται κἢν μὴ ταχὺ ἀφιστῶνται ἀπὸ τῶν ὑποχονδρίων, ἄναυδοι γίνονται· καὶ τὰ ἀμφὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὴν γλῶσσαν νάρκη ἔχει. πρὸς μὲν τὰς ὑστέρας, προστιθέναι ἔριον πρὸς τὸν αὐλὸν, ὡς ἔνι μάλιστα τοῦ πτεροῦ περιελίξας βάψαι, ἢ λευκῷ, ἢ αἰγυπτίῳ,[19] ἢ μυρσίνῳ, ἢ βακχαρίνῳ, ἢ ἀμαρακίνῳ. ἐς δὲ τὰς ῥῖνας, τὸ φάρμακον τὸ μέλαν, τὸ τῆς κεφαλῆς λαβόντα τῇ μήλῃ ἐμπλάσαι· ἢν δὲ μὴ ᾖ τοῦτο, τῷ ὀπῷ διαλεῖψαι τὰς ῥῖνας. ἢ πτερὸν ἐς ὄξος βάψαι,[20] καὶ καθῆραι. διαλεῖψαι δὲ τὰς ῥῖνας, ἢ τὸ πταρμικὸν προσθεῖναι.[21] ὅταν δὲ κλυσθῇ τὸ στόμα, καὶ ἡ ἐσαυλίη, δοῦναι πιεῖν τοῦ καστορείου ἐν οἴνῳ. τὰς δὲ ῥῖνας διαλεῖψαι ἐλαίῳ φώκης. τὸ δὲ ἔριον ἐᾶν προσκεῖσθαι, μέχρι οὗ καταστῶσιν.[22] ὅταν δὲ παύσωνται, ἀφελέσθαι χρή. ἢν δὲ ἀφαιρεθέντος αὐθις ἀναχωρήσωσι, τὸ ἔριον αὖθις προσθεῖναι τὸν αὐτὸν τρόπον, ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας θυμιῆν,

Narium venas & quæ ſub oculis ſunt ſibi dolere cōqueruntur, & ſopor detinet, & ſpumeſcit cùm meliuſculè habet. Hæc copioſa calida lauanda, ſi verò non auſcultet, frigida, & circa caput lauri & myrti ex aqua decoctum refrigeratum apponendum, caputque vnguento roſaceo illinatur, & ſubter ſuffitus ex odoratis admoueatur, naribus verò ex graueolentibus, braſſicam edat, ſuccumque ſorbeat. Si verò vteri ad cor procedentes ſtrangulatum inducant, & ſurſum impulſus aër violenter feratur, anxietate vexatur, & vomit. Quibuſdam autem ſtatim tractus vterus deorſum procedit, & flatus extra fertur. Hæc quidem ſpumoſa vomit, huic verò quies cōtingit. At quibus non abſcedit, porri ſemen & peplum tritum tribus aquæ cyathis dilutum potui exhibeto. Prodeſt etiam aceti albi cyathus potui exhibitus. Aut iuniperi ſemen, & ſaluia, aceto aut vino ad res huiuſmodi ammixto. Calefieri autem oportet, aut anſerinum adipem, ceratum reſinatum, & picem ſimul calefacere, & glandes ſubditițias cōficere. Cùm autem ad præcordia allapſi fuerint, ſtrangulatum inducunt. Tunc cùm morbus in ſummo fuerit, & vomitus feruidus acris prehendit, & pauco tempore leuiùs habet, dolorq; caput & collum in totum occupat, tepefactoria admoueto, ſi ſupra ſtrangularint, ſub naribus verò, ſenſim progrediendo, graueolentia in ſuffitu adhibeto, (ſi enim vteri confertim ad inferiora conſiſtunt, etiam turbatio oritur) infra verò quæ ſunt grati odoris, & caſtorium ac conyzam potui dato. Vbi autem ad inferiora tracti fuerint, inuiſa in ſuffitu ſubter adhibeto, naribus verò odorata. Ac ſi dolores ceſſarint, medicamentum deorſum purgans propinato, poſteaque lac aſininum, aut ſerum bibendum præbeto, niſi ab ortu lienis affectibus obnoxia fuerit, aut ſanguine defecta, aut decolor, aut aures tinnientes habuerit, quibus cognatione quadam à iuuentute morbi in conſuetudinem venerint. Superiorem autem ventrem ne moueto, oculorum enim caliginem ſentient, aut circa fauces moleſtia aliáque aderunt, ptiſanæ verò ſuccum exhibeto. Quòd ſi prompta ſit ad vomitionem, etiam vomat. Collutio autem ex narciſſo optima, ſubdititium verò ex cantharidibus paratum. Si vteri ad præcordia inſtiterint, ſtrangulatur velut ſumpto veratro, & non niſi erecta ceruice ſpirat, & vehementes oris ventriculi morſus fiunt, quædam etiam ſaliuam acidam interdum vomitione reiiciunt, & os aqua impletur, cruráque perfrigeſcunt. Et niſi breui vteri à præcordiis diſceſſerint, voce deficiunt, parteſque circa caput & linguam torpor detinet. Ad vteros quidem ſubdititium ex lana quàm penitiſſimè in fiſtulam intruſa apponito, eamque pennæ circumuolutam, aut vnguento albo, aut Ægyptio, aut myrteo, aut baccarino, aut amaracino intingito. Naribus verò medicamentum nigrum, ad caput paratum, ſpecillo exceptum obducito. Quod ſi deſit, laſeris ſucco nares linito. Aut penna aceto intincta, nares purgato, eaſque illinito, aut excitato ſternutamento apponito. Cùm autem oſculum & interior via occluſa fuerit, caſtorium ex vino potui præbeto, nares verò phocæ adipe linito. Lanam in ſubdititio appoſitam quoad vteri ſibi reſtituti fuerint ſinito, vbi autem dolor quieuerit, detrahere oportet. Quòd ſi ea detracta rurſus reuerterit, eodem rurſus modo lanam apponito, naribus verò ſuffitum adhibeto,

capræ nigro, aut ceruino cornu deraſo cineri calido inſperſo, vt fumo potiſſimùm excitato, nidorem per nares ſurſum quoad eius fieri maximè poterit attrahat. Suffitum etiam admoueto ex phocæ adipe in teſta prunis impoſita, capite obuelato & ſuperimminente, vt odor penitiſſimè penetret, & inſtillato adipe ipſa occluſo ore ſurſum nidorem maximè attrahat. Atq; hæc facienda ſi vteri ad ſuperiora ferantur. Si vteri ad hepar vertantur, de repente mulier voce deficit, & dentes conſertos habet, & color liuidus euadit. De repente autē ſic afficitur cùm ſana exiſtit. Contingit autē præcipuè vetulis virginibus & viduis, quæ etiam partum expertæ viduæ permanent. Contingit verò maximè infœcundis omnino, & iis quæ ex partu ſteriles exiſtūt. Neq; enim puerperij purgatio fertur, neq; intumeſcit vterus, neq; mollis redditur, neq; vomunt. Cùm ſic habuerit, tumorem ab hepate manu leuiter ad inferiora repellito, faſcia præcordia deligato, & vteri oſculum aperito. Vinum autē quàm odoratiſſimū dilutum infundito, cùm oportuerit etiam naribus fœtida ſuffitu admoueto, ad vteros verò odorata, & quæ ad ſuffitū ſunt accōmodata. Ac vbi ſanaueris, medicamentū deorſum purgans potui exhibendū, quod bilem purget, ſi quidem biliosa fuerit, ſi verò pituitoſa, quod pituitam. Deinde lac aſininum decoctū propinandū, vterus odoratis fouendus, & medicamentum quod cum bupreſti conficitur in ſubdititio apponendum, poſtero verò die Netopum, ac rurſus duobus intermiſſis diebus, vterus odoratis colluendus, deinde vnius diei intermiſſione facta, aromata ad ſuffitum adhibenda. Hæc viduæ facienda, optimum eſt autem ſi concipiat. Virgini verò vt viro iungatur perſuadeto. Naribus nihil adhibendum, neque medicamentum ieiunæ bibendum. Caſtorium & conyzam ex vino quàm odoratiſſimo diebus viginti bibat, neque caput odorato inungat, neque odorati aliquid olfaciat. Si vteri ad latus inflammatione laborent, tangenti durum apparet, & cùm præcordia attigerint, ſtrangulant, pituitam acidam vomit, quæ dentes ſtupore afficit. Poſtquàm vomuerit, meliuſculè habere videtur. Cùm verò ad inferiora impetu feruntur, interdum ad alias ventris partes diſcedunt, præcipuè verò quandoque ad laterum inanitates feruntur, & ad veſicam, ſtranguriáque prehendit, & ad ſedem, ventriſque onus deponere videtur, menſéſque ſolito citiùs aut tardiùs contingunt, aut huic non confeſtim apparent. In hoc morbo ſi ad ſuperiora ſtrangulatus inducatur, tepefacientia admouenda, & naribus ſuffitus ex graueolentibus adhibendus, vtero verò ex odoratis, & conyza fœmina cum caſtorio ex vino ieiunæ bibenda. Vbi autem ad priſtinam naturam redierint placidè ſuffitus adhibendi. Bibat quæ vrinam ducunt, eáque faciat quoad dolores detinuerint. Vbi autem ceſſarint, totam foueto, deinde ſi quidem biliosa fuerit, medicamentum deorſum purgans, quod bilem ducat, potui dato, ſi verò pituitoſa, quod pituitam, & lac aſininum, aut ſerum caprinum decoctum propinato. At ſi lienoſa fuerit, neque lac, neque ſerum propinato. Et in purgationibus cibis mollibus & aluum deiicientibus vtatur. Piſces autem carnibus ſunt meliores, vteriſque fomentum admoueto, eoſque per ſubdititia purgato & colluito, & poſtquam ſuffitum admouerit, virum adeat. Soluitur autem morbus vbi vtero conceperit.

κέρας μέλαν αἰγὸς, ἢ ἐλάφου, κνήσας ἐπιπάσσειν ἐπὶ σποδιὴν θερμὴν, ὅκως μάλιστα θυμιήσηται. καὶ εἰρύσαι τὴν ὀδμὴν ἄνω διὰ τῶν ῥινῶν, ὡς ἂν δύνηται μάλιστα. θυμιῆν φώκης ἔλαιον ἐπ' ὄστρακον ἐπιθεῖσα, ἄνθρακας ὑποκαλύψαι. καὶ τὴν κεφαλὴν ὑποβρίξαι, ὡς μάλιστα ἡ ὀσμὴ ἐσίῃ. καὶ ἐπιστάζειν τοῦ λίπεος. καὶ ἄνω ἑλκέτω τὴν ὀδμὴν. τὸ δὲ στόμα ξυμμεμυκέναι. ἢν ἄνω προσβάλλωσι, ταῦτα χρὴ ποιέειν. [63] Ἢν αἱ μῆτραι πρὸς τὸ ἧπαρ τράπωνται, ἄφωνος ἡ γυνὴ ἐξαπίνης γίνεται. [64] καὶ τοὺς ὀδόντας ξυνερείδεται. καὶ ἡ χροιὴ πελιδνὴ γίνεται. ἐξαπίνης δὲ ταῦτα πάσχει, ὑγιὴς ἐοῦσα. γίνεται δὲ μάλιστα παρθένοισι παλαιῇσι, καὶ χήρῃσιν ὁκόσαι καὶ τοκέουσαι χηρεύουσι. γίνεται δὲ μάλιστα τῇσιν ἀφόροισι πάμπαν, καὶ στείρῃσιν αἱ ἐκ τοῦ τόκου εἰσίν. οὐ γὰρ γίνεται ἡ λοχείη κάθαρσις. καὶ οὐκ ἀνοιδίσκεται ἡ ὑστέρη. οὐδὲ μαλθάσσεται. οὐδ' ἐμέουσιν. ὅταν ὧδε ἔχῃ, τῇ χειρὶ ἀπωσάσθω ἀπὸ τοῦ ἥπατος παρηγορικῶς τὸ οἶδος ἐς τὸ κάτω, καὶ ἀποδῆσαι ταινίῃ τὰ ὑποχόνδρια, καὶ τὸ στόμα διανοίγειν. οἶνον δὲ ὡς εὐωδέστατον κεκρημένον ἐγχέειν, ὅτε χρὴ καὶ προσίσχειν πρὸς τὰς ῥῖνας τὰ κάκοδμα, καὶ ὑποθυμιῆν. πρὸς δὲ τὰς ὑστέρας, τὰ εὐώδεα, καὶ ὅσα θυμιητά. καὶ ἐπὴν ἰήσῃ, φάρμακον πίσαι κάτω χρή. ἢν μὲν χολώδης ᾖ, ὅ, τι χολὴν καθαίρει. ἢν δὲ φλεγματώδης, ὅ, τι φλέγμα. κἄπειτα πιπίσκειν γάλα ὄνου ἑφθόν. καὶ τὰς ὑστέρας πυριῆσαι εὐώδεσι. καὶ προστιθέσθω τὸ ξὺν τῇ βουπρήστει. τῇ δ' ὑστεραίῃ, νέτωπον. διαλιπὼν δὲ πάλιν ἡμέρας δύο, κλύσαι τὰς ὑστέρας εὐώδεσιν. ἔπειτα διαλιπὼν μίην ἡμέρην, θυμιῆσαι τοῖσιν ἀρώμασι. ταῦτα ποιέειν τὴν χήρην. ἄριστον δὲ ἐν γαστρὶ ἔχειν. τὴν δὲ παρθένον, πείθειν ξυνοικέειν ἀνδρί. [65] πρὸς δὲ τὰς ῥῖνας, ἀείρειν, μηδὲ τὸ φάρμακον πίνειν νῆστιν. καστόρεον καὶ κόνυζαν δὲ οἴνῳ ὡς εὐωδεστάτῳ πίνειν ἐς εἴκοσιν ἡμέρας. καὶ τὴν κεφαλὴν μὴ ἀλείφεσθαι εὐώδει. μηδ' ὀσφραίνεσθαι μηδὲν τῶν εὐωδέων. ἢν δ' αἱ μῆτραι φλεγμαίνουσαι παρὰ τὸ πλευρὸν, ἢν ψαύσῃς σκληρὸν φαίνεται. καὶ ὅταν προσαπτῶνται τὰ ὑποχόνδρια, πνίγουσι. καὶ ἐμεῖ φλέγμα ὀξύ. [66] καὶ τοὺς ὀδόντας αἱμωδιᾶν ποιεῖ. ἐπειδὰν ἐμέσῃ, ῥᾷον ἔχειν δοκεῖ. ὅταν δὲ κάτω ὁρμήσωσιν, ἀφίστανται ἀπὸ τῆς γαστρὸς, ἄλλοτε ἄλλῃ. μάλιστα δὲ ἐς τοὺς κενεῶνας ἔστιν ὅτε ἐμπίπτουσι. καὶ ἐς τὴν κύστιν, καὶ στραγγουρίη ἐπιλαμβάνει. καὶ ἐς τὴν ἕδρην, καὶ δοκεῖ ἀποπατεῖν. καὶ τὰ ἐπιμήνια πρότερον ἢ ὕστερον τοῦ μεμαθηκότος γίνεται. ἢ οὐκ ἐπιφαίνεται ταύτῃ αὐτίκα. ταύτης τῆς νούσου, ἢν τὰ ἄνω πνίγωσι, χλιάσματα προστιθέναι, καὶ ὑποθυμιῆν τὰ κάκοδμα πρὸς τὰς ῥῖνας. πρὸς δὲ τὰς ὑστέρας, τὰ εὐώδεα. καὶ πίνειν κόνυζαν τὴν θηλείην καὶ καστόρεον ἐν οἴνῳ νῆστιν. ἐπὴν δὲ τῇ φύσει καθιστῶσι, θυμιῆσαι ἠρεμαίως. πινέτω δὲ διουρητικά. ταῦτα ποιέειν, ἕως ἂν αἱ ὀδύναι ἔχωσιν. ἐπὴν δὲ παύσωνται, πυριῆσαι ὅλην, ἔπειτα πῖσαι φάρμακον κάτω, ἢν μὲν χολώδης ᾖ, ὅ, τι χολὴν καθαίρει. ἢν δὲ φλεγματώδης, ὅ, τι φλέγμα ἄγει. καὶ πιπίσκειν γάλα ὄνειον, ἢ ὀρρὸν αἴγειον ἑφθόν. ἢν δὲ σπληνώδης ᾖ, μὴ πιπίσκειν τὸ γάλα, μηδὲ τὸν ὀρρόν. καὶ ἐν τῇσι καθάρσεσι, σιτίοισι χρέεσθαι μαλθακοῖσι, καὶ ὑποχωρητικοῖσιν. ἰχθύες δὲ ἀμείνους κρεῶν. καὶ πυριῆν τὰς ὑστέρας, καὶ καθαίρειν προσθετοῖσι καὶ κλύσαι αὐτάς. καὶ ὑποθυμιήσασα, παρὰ τὸν ἄνδρα ἴτω. λύσις δὲ τῆς νούσου, ἐπὴν λάβῃ ἐν γαστρί.

[67] Ἢν

[67] Ἢν αἱ μῆτραι πρὸς τὰς πλευρὰς προσπέσωσι, βὴξ ἴσχει, καὶ ὀδύνη ἐπὶ τὸ πλευρὸν, καὶ προσίσταται σκληρὴ ὡς σφαῖρα, καὶ ἁπτομένη πονέει, ὡς ἀπὸ ἕλκεος. καὶ συντήκεται. καὶ δοκέει οἱ περιπλευμονίη εἶναι, καὶ εἰρύεται. καὶ κυφὴ γίνεται. καὶ τὰ ἐπιμήνια οὐ φαίνεται. ἐνίοισι δὲ καὶ ἀπόλλυται προφανέντα. ὅτε δὲ ἠμμέλυνα ἀσθενέα καὶ ὀλίγα καὶ κακίονα. καὶ ἡ γονὴ οὐ γίνεται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. ὅταν ὧδε ἔχῃ φάρμακον χρὴ πῖσαι κάτω ἐλατήριον, καὶ λούειν πολλῷ θερμῷ. καὶ τῶν χλιασμάτων, ἃ ἂν προσδέχηται, προστιθέναι καὶ προστιθέναι, ὑφ' ὧν καθαίρεται τὸ αἷμα. καὶ λίνου σπέρμα φῶξαι, κόψαι, καὶ σῆσαι, καὶ μήκων ὁ λευκὸς, ὠφελέουσι, καὶ ἐλελίσφακος σὺν ἀλφίτοισι λεπτοῖσι. καὶ τυρὸν αἴγειον, ἐπιξύσας τὴν ἅλμην. ταῦτα μίσγε. [68] μίαν μοῖραν τυροῦ, καὶ τῶν ἀνάλτων ἀλφίτων μοῖραν, καὶ νήστει πίνειν δίδου, ἐν οἴνῳ. ὅταν δὲ ἑσπέριος ᾖ, κυκεῶνα παχὺν, μέλι ἐπιχέων, δίδου πίνειν. [69] καὶ τῶν πωμάτων, ἃ δεῖται πιπίσκειν, καὶ πυριᾶν πυκνὰ καὶ τῷ θερμῷ καταιονᾶν. καὶ τῇ κηρωτῇ ἡσύχως, καὶ μαλθακῶς, καὶ ὁμαλῶς ἀπωθέειν ἀπὸ τοῦ πλευροῦ τὰς μήτρας. καὶ ἀναδεῖν τὸ πλευρὸν ταινίῃ πλατείῃ. καὶ γάλα χρὴ πιπίσκειν βόειον γάλα ὡς πλεῖστον, ἐπὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα. σιτίοισι δὲ χρῆσθαι, ὡς μαλθακωτάτοισιν. ἡ δὲ νοῦσος, ἀσπερχής τε, καὶ θανατώδης. καὶ ὀλίγαι φεύγουσιν ὧδε μελεδανθεῖσαι. [70] Ἢν δὲ ἐν τῇ ὀσφύϊ αἱ ὑστέραι ἐνῶσιν, ἢ ἐν τῷ κενεῶνι, καὶ ἴῃ πνεῦμα μετάρσιον καὶ πνῖγος ἔχῃ. καὶ ἄσθμα μιν λάζηται πυκινὸν, [71] καὶ οὐκ ἐθέλῃ κινέεσθαι. τρίψας θεῖον, ἢ ἄσφαλτον, ἢ κώνειον, ἢ σμύρναν, μέλι ἑφθὸν παραχέας, ποιέειν δὲ βάλανον μακρὴν, παχείην. καὶ ἐντιθέναι ἐς τὴν ἕδρην. ἢν αἱ μῆτραι εἱλέωσι σφέας ἐς τὸ μεσηγὺ τῶν ἰξύων ὀδύνη ἔχει, καὶ τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὰ σκέλεα εἰρύεται. καὶ τὰς κοχώνας ἀλγέει. καὶ ὁκόταν ἀποπατήσῃ. ὀδύναι ἴσχουσιν ὀξεῖαι. καὶ ὁ ἀπόπατος προέρχεται ὑπὸ βίης σμικρός. [72] καὶ τὸ οὖρον τρύζει τε, [73] καὶ ὀλιγοψυχίη λαμβάνει. ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, χρὴ προσδῆσαι τῇ κύστει αὐλίσκον. καὶ ἐγκλύζειν ἔλαιον θερμὸν ἐς τὰς ὑστέρας. καὶ πυριῆν, ἢ λοῦσαι πολλῷ καὶ θερμῷ ὕδατι. καὶ ἐς ἔλαιον καὶ ἐς ὕδωρ καθίζειν. ὑποθυμιῆν δὲ ὑπὸ τὰ αἰδοῖα, κακώδεα. ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας, εὐώδεα. ἐπὴν δὲ ἡ ὀδύνη παύσηται, [74] φάρμακον διδόναι ἄνω. τὴν δὲ κάτω κοιλίην, οὐ χρὴ ταράσσειν. ἐπὴν δὲ αἱ ὑστέραι καταστέωσι, φάρμακον πῖσαι κάτω, γάλα ὄνου, ἢν μὴ σπληνώδης ᾖ. ἔπειτα πυριῆσαι, καὶ καταιονᾶν τὰς ὑστέρας, [75] τῷ ξὺν τῇ δάφνῃ προσθεὶς, προσθέτῳ καθαρτηρίῳ ὃ μὴ δήξεται. κἄπειτα θυμιωμένη τοῖσιν ἀρώμασι, παρὰ τὸν ἄνδρα ἴτω. καὶ ἢν ἐν γαστρὶ ἴσχῃ, ὑγιὴς γίνεται. ἄτοκοι δὲ πολλαὶ καὶ πηροὶ τὰ σκέλεα πολλάκις γίνονται. ὁκόσῃσι δὲ τὸ στόμα κλίνεται ἑτέρωσε, καὶ προσπίπτει τῷ ἰσχίῳ, γίνεται γὰρ καὶ ταῦτα διακωλύοντα τὴν ὑστέρην καθαίρεσθαι, καὶ τὴν γονὴν δέχεσθαι, καὶ μὴ παιδοποιέειν. ταύτην πυριῆν χρὴ, τοῖσιν εὐώδεσι. καὶ μετὰ τὴν πυρίην [76] παραψαύσαντα τῷ δακτύλῳ, ἀποστῆσαι ἀπὸ τοῦ ἰσχίου. κἄπειτα ἐξιθύνειν τοῖσι δᾳδίοισί τε, καὶ τῷ μολίβδῳ. οὐ γὰρ βιήσεται θοῶς ὡς εἴρηται. ὅταν δὲ κατὰ φύσιν ᾖ, καὶ ἀνεστομωμέναι γίνονται, προσθέτοισι μαλθακοῖσι καθαίρειν, καὶ τ' ἄλλα προσηκόντως ποιέειν,

Si vteri in latera incumbant, tuſſis & ad latus dolor detinet, durúſque tanquam pila inſiſtit, & contactus dolet velut vlceratus & contabeſcit, videturque affectus eſſe ſimilis pulmonum inflammationi, in gibbum contrahitur, menſes non comparent, quibuſdam etiam vbi comparuerint diſperduntur. Tunc autem prodeunt imbecilli, pauci & praui, neque per hoc tempus fit generatio. Cùm ſic habuerit, medicamentum deorſum purgans propinato, multa calida lauet, tepefacientia quæ lubens ſuſcipit admoueto, eaque ex quibus ſanguis purgetur in ſubdititio apponito. Lini ſemen torrefactum, tuſum, cribratum, papauer album proſunt, & ſaluia cum tenui polenta, & caſeus caprinus muria deraſa. Hæc permixta, vt caſei pars ſit vna, & polentæ inſulſæ pars vna, ieiunæ ex vino potui præbeto. Cùm autem veſpera aduenerit, cyceona craſſam affuſo melle potui exhibeto, & potiones quibus opus erit propinato, crebrò foueto, calida perfundito, per ceratum vteros leniter, molliter & æqualiter à latere depellito, latus faſcia lata religato, & lac bubulum magna copia per dies quadraginta potui exhibeto. Cibis autem quàm molliſſimis vtatur. Morbus autem vehemens eſt & lethalis, paucæque ſic curatæ euadunt. At ſi vteri in lumbos & lateris inanitatem decubuerint, ſitque ſublimis ſpiratio, ſuffocatio detineat, crebraque eam anhelatio corripiat, neque moueri vult, thus tritum, aut bitumen, aut cicutam, aut myrrham, melle affuſo excipito, glandulam longam ac craſſam effingito, & in ſedem indito. Si vteri ad medios lumbos ſeſe conuoluerint, imum ventrem dolor detinet, crura contrahuntur, coxendicum iuncturæ ad ſedem dolent, cumque ventris onus deponit, dolores acuti detinent, præ violentia exiguum ſtercus prodit, vrina ſtridet, & animi abiectio inuadit. Cùm ſic habuerit, alligata ad veſicam fiſtula, oleum calidum in vteros infundere oportet, fomentum admouere, aut multa calida lauare, in oleum & aquam deſidere, & ſuffitum ex graueolentibus ad pudenda adhibere, naribus verò ex odoratis. Poſtquam autem dolor quieuerit, medicamentum ſurſum purgans exhibendum, inferiorem verò aluum agitare non oportet. Cùm autem vteri ad ſuum locum redierint, medicamentum deorſum purgans bibendum dato, & lac aſininum, ſi minimè lienoſa fuerit. Deinde fomento admoto vteros medicamento, quod cum lauro paratur perfundito, & ſubdititium medicamentum purgans quod non mordeat in peſſo apponito. Deinde ſuffitu ex aromatis ſuſcepto, virum adeat. Quòd ſi conci piat conualeſcit. Verùm plæræque infœcundæ & cruribus captæ plærunque redduntur. At quibus oſculum aliò inclinat, & in coxendicem incumbit (hæc enim dum fiunt vterum purgari, & genituram liberoſque ſuſcipere prohibent) hanc odoratis fouere oportet, & poſt fomentum leuiter digito immiſſo contrectata muliere à coxendice abducere, poſteaque tædulis & plumbea fiſtula dirigere. Neque enim celeriter cogetur, vt dictum eſt. Cùm autem ad naturalem ſtatum redierit, & vteri aperti fuerint, per ſubdititia mollia purgato, reliquaque conuenientia facito

Quibus vteri in coxam incidunt, niſi celeriter decedant, rurſuſque ſuo loco reſtituantur, coxæ adhæreſcentes reſiccantur. Os autem obuerſum eſſe & in ſuperioribus detineri neceſſe eſt, cúmque obuerſum fuerit, conniuere, ex auerſione autem & concluſione durum effici, vterique os conniuere & læſum eſſe. At concluſi vteri menſes ad mammas remittunt, & ad pectus aſcendere cogunt, venter imus attollitur, & inexpertæ vterum geſtare ſibi videntur, cùm iis eadem qualia prægnantibus ad ſeptimũ aut octauum vſque menſem contingant, venterque pro temporis ratione increſcat, pectus attollatur, lácque gigni videatur. Hoc autem tempore elapſo mammæ extenuantur, & minores redduntur, idemque ventri contingit, & lac conſpectum effugit, cumque ad tempus peruenerit in quo ſe parituram exiſtimabat, ventris moles euaneſcit & ſubſidit. Quæ cùm eueniunt, vteri paruo tempore vehementer contrahuntur, eorumque oſculum deprehendi non poteſt, adeò omnia in ſe contrahuntur ac reſiccantur, & in mammis tubercula dura exoriuntur, quædam quidem maiora, quædam verò minora. Hęc autem minimè ſuppurant, ſed ſemper duriora fiunt, ex his deinde occulti cancri pullulant. Aduenientibus autem cancris, priùs os amareſcit & quæ comederit omnia amara eſſe videntur. Ac ſi quis plura exhibuerit, ſumere recuſant, & cohibenda faciunt, mente alienantur, oculi duri ſunt, neque acutè cernunt, ex mammis dolores ad iugulum & ſcapulas perrumpunt, ſitis detinet, papillæ aridæ ſunt, ipſæque toto corpore extenuatæ ſunt, nares ſiccæ & obductæ, neque eleuantur, ſpiratio eſt imminuta, & nihil odorantur, in auribus dolor quidem nullus, ſed interdum calloſa concretio innaſcitur. Cùm igitur huc vſque proceſſerint, conualeſcere nequeunt, verùm ex eiuſmodi morbis pereunt. Sin autem priùs quàm huc peruenerit curetur, & menſes ſoluantur, saneſcit. Eas autem ad hunc modum curare oportet. Ante omnia quidem ſi adhuc validam curandam ſuſceperis, habita reliqui totius corporis conſideratione, quacunque tandem purgatione indigere videatur, medicamentum purgans exhibeto. Sic autem conſtituto corpore, ad vterorum curationem accedito. Quòd ſi totum corpus minimè agitandum videatur neque cauſæ inde moueri, ſed vteri per ſe morboſi ſint, ad hunc modum curam auſpicari oportet. Imprimis vteri ſic fouendi. Ollam duas ſextulas capientem ſumito, operculum imponito, & ne quid expiret accommodato, deinde operculi fundo pertuſo & foramine facto, in foramen arundinem cubitali longitudine indito. Probè autem operculo adaptatam eſſe arundinem oportet, vt nihil omninò tranſpiret. His præparatis, operculum luto obductum ollæ imponito. Quibus factis ſcrobem duorum pedum altitudine, ea verò magnitudine quæ ollam capiat effodito. Deinde ligna incendere oportet, quoad foſſam ignitam totam reddideris. Qua ignita reddita, ligna & prunas videlicet craſſiſſimas & accenſas ſubducere oportet, cinerem autem & ſuppoſitam cineri calido fauillam in ſcrobe relinquere.

ὁκόσῃσιν ὑστέραι προσπίπτουσι πρὸς τὸ ἰσχίον, ἢν μὴ ταχέως ἀφιστέωνται, καὶ πάλιν ἐς χώρην καθιστέωνται, προσαναφύονται πρὸς τῷ ἰσχίῳ. ἀνάγκη δὲ τὸ στόμα ἀπεστράφθαι, καὶ ἀνωτέρω ἴσχεσθαι. ὅταν δὲ ἀποστραφῇ, ξυμμύσαι. ἐκ δὲ τοῦ ἀπεστράφθαι τε καὶ ξυμμύσαι, σκληρὸν γίνεσθαι. καὶ ξυμμύειν καὶ πεπηρωμένον τὸ στόμα τῶν ὑστερέων εἶναι. ἀποκλεισθεισέων δὲ ἐπαναπέμπουσι τὰ ἐπιμήνια ἐς τοὺς μαζοὺς,[77] καὶ βεβηκότα τοῦ στήθεος ποιέει. καὶ ἡ γαστὴρ ἡ κάτω ἐπαείρεται. καὶ δοκέουσιν αἱ ἄπειροι ἐν γαστρὶ ἔχειν, πάσχουσι γὰρ τὰ τοιαῦτα, οἷά περ αἱ κύουσαι, μέχρι μηνῶν ἑπτὰ ἢ ὀκτώ. ἥ τε κοιλίη ἐπιδιδοῖ κατὰ λόγον τοῦ χρόνου. καὶ τὰ στήθεα ἐπαείρεται καὶ γάλα δοκέει ἐγγίνεσθαι. ὁκόταν δὲ ὁ χρόνος ὑπερπέσῃ, οἵ τε τιτθοὶ συνισχναίνονται, καὶ ἐλάσσους γίνονται. καὶ ἡ κοιλίη, τὸ αὐτὸ πάσχει. καὶ τὸ γάλα ἀποδέδρηκεν ἄδηλον. καὶ ἡ κοιλίη ἐπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐν ᾧ ἐδόκεε τίκτειν, ἐσταλμένη ἐλήφθη. ἀποδέδρηκέ τε, καὶ ξυμπέπτωκε.[78] τοιούτου δὲ γινομένου, αἱ ὑστέραι ἰσχυρῶς ἐς ὀλίγον χρόνον συνέρχονται. καὶ τὸ στόμα αὐτέων ἐξευρεῖν οὐχ οἷόν τε. οὕτω πάντα ξυμφρύονταί τε καὶ ξυναυαίνονται. καὶ ἐν τοῖσι τιτθοῖσι, φυμάτια γίνονται σκληρά. τὰ μὲν μέζω, τὰ δὲ ἐλάσσω. ταῦτα δὲ οὐ γίνονται ἔμπυα,[79] ἀλλ' αἰεὶ σκληρότερα γίνονται. εἶτα ἐξ αὐτέων φύονται καρκίνοι κρυπτοί. μελλόντων δὲ καρκίνων ἔσεσθαι, πρότερον τὸ στόμα ἐκπικροῦται. καὶ ὅ,τι ἂν φάγωσι, πάντα δοκέει πικρὰ εἶναι. καὶ ἤν τις πλείω διδῷ,[80] ἀναίνονται λαβεῖν. καὶ ἀσώματα δρῶσι. παραφέρονται δὲ τῇ γνώμῃ. καὶ ὀφθαλμοὶ σκληροί. καὶ βλέπουσιν οὐκ ὀξέα. καὶ ἐκ τῶν τιτθῶν εἰς τὰς σφαγὰς ὀδύναι διαΐσσουσι, καὶ ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας. καὶ δίψα ἴσχει. καὶ αἱ θηλαὶ καρφαλέαι. καὶ αὗται πᾶν τὸ σῶμα λελεπτυσμέναι εἰσί. καὶ αἱ ῥῖνες ξηραί τε καὶ ἐμπεπλασμέναι εἰσὶν, οὐκ ἀνεσταλμέναι. πνεῦμα μινυθῶδες. καὶ οὐκ ὀσφραίνονται οὐδέν. καὶ ἐν τοῖσιν οὔασι, πόνος μὲν οὐκ ἐγγίνεται. πῶρος δὲ ἐνίοτε. ὁκόταν οὖν ἐς τοῦτον προέλθωσι τοῦ χρόνου, οὐ δύνανται ὑγιέες γίνεσθαι, ἀλλ' ἀπόλλυνται ἐκ τούτων τῶν νοσημάτων. ἢν δὲ πρότερον ἢ ἐς τοῦτον ἀφίκηται, θεραπευθῇ, καὶ λυθῇ τὰ ἐπιμήνια, ὑγιὴς γίνεται. θεραπεύειν δὲ τὰς τοιάσδε ὧδε χρή. πρῶτον μὲν ἁπάντων ἢν ἔτι ἰσχυρὴν ἐοῦσαν λαμβάνῃς, ἀποσκεψάμενος εἰς τὸ ἄλλο σῶμα, φαρμακεύειν, ὁκοίης ἄν τινος δοκέῃ δεῖσθαι καθάρσιος. ὁκόταν δὲ καταστήσῃς τὸ σῶμα, οὕτως ἰέναι ἐς τὴν τῶν ὑστερέων θεραπείην. ἢν δὲ μηδὲν δοκέῃ τὸ πᾶν σῶμα κινητέον εἶναι, μηδὲ αἱ προφάσιες ἐντεῦθεν ὁρμᾶσθαι,[81] ἀλλ' αἱ ὑστέραι ἐφ' ἑωυτῶν τὸ νόσημα ἔχωσι, τὴν θεραπείην ἐνάρχεσθαι ὧδε. πυριῆν πρῶτον τὰς ὑστέρας ὧδε. χυτρίον ὅσον δύο ἑκτέας χωρέοντα, χαλκίον ἐπιθεῖναι καὶ ξυναρτῆσαι, ὅκως μὴ διαπνέωνται μηδέν. ἔπειτα δὲ κόψαι τοῦ χαλκίου τὸν πυθμένα, καὶ ποιῆσαι ὀπήν. ἐς δὲ τὴν ὀπὴν, ἐνθεῖναι κάλαμον, μῆκος ὅσον πηχυαῖον, ἐνηρμόσθαι δὲ χρὴ τὸν κάλαμον τῷ χαλκίῳ καλῶς, ὅκως μὴ διαπνέωνται μηδαμῶς. ὁκόταν δὲ ταῦτα σκευάσῃς, ἐπιθεὶς τὸ χαλκίον ἐπὶ τὸ χυτρίον, περιπλάσας πηλῷ. ὅταν δὲ τοῦτο ποιήσῃς, βόθρον ὄρυξον, ὅσον δύο ποδῶν βάθος. μῆκος δὲ, ὅσον χωρέει τὸ χυτρίον. ἔπειτα χρὴ ἐγκαίειν ξύλοις, ἕως τὸν βόθρον διάπυρον ποιήσῃς. ὅταν δὲ διάπυρος γένηται, ἐξελεῖν χρὴ τὰ ξύλα. καὶ τοὺς ἄνθρακας τοὺς δὴ ἁδρότατοι ἔσονται, καὶ διαπύρους. τὴν δὲ σποδιὴν, καὶ τὴν μαρίλην ἐν τῷ βόθρῳ καταλιπεῖν.

ὁκόταν

ὁκόταν δὲ ὁ χύτρινος ζέσῃ, καὶ ἡ ἀτμὶς ἐπίῃ, ἢν μὲν ᾖ λίην θερμὴ ἡ πνοή, ἐπισχεῖν. εἰ δὲ μή, καθίζεσθαι ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ καλάμου, καὶ ἐνθεῖσθαι ἐς τὸ στόμα χρή. ἔπειτα πυριῆσαι. ἢν δὲ ψύχηται, ἄνθρακας διαπύρους παραβάλλειν, φυλασσόμενος, ἵνα μὴ ὀξεῖαν ποιήσῃς τὴν πυρίην. ἢν δὲ παραβαλλομένων τῶν ἀνθράκων ὀξείη γένηται ἡ πυρίη μᾶλλον τοῦ δέοντος, ἀφαιρέειν τοὺς ἄνθρακας. τὴν δὲ πυρίην χρὴ κατασκευάζειν ἐν αἰθρίῃ, ὅκως ἄνεμος μὴ προσπνέῃ, μηδὲ προσψύχῃ. ἀμφικαλύφθαι δὲ χρὴ ἀμφιέσμασι. ἐς δὲ τὸν χύτρινον χρὴ βάλλειν σκόροδα τὰ αὖα.[84] καὶ πλείονα μὲν κατὰ θρύπτειν ἢ κατακεκομμένα. καὶ ὕδωρ ἐπιχέειν, ὡς τι αὐτὰ καταβρέξῃ. καὶ ὑπερέχῃ τὸ ὕδωρ τούτων, οἷον τρεῖς δακτύλους. καὶ ἐπιχεῖν φώκης ἔλαιον. καὶ οὕτως θερμαίνειν. πυριῆν δὲ χρὴ πουλὺν χρόνον. μετὰ δὲ τὴν πυρίην, ἢν ᾖ δυνατή, λούσασθαι. τὸ μὲν ὅλον σῶμα πρὸς ἡδονήν, τὴν δὲ ὀσφὺν καὶ τὰ κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, πλέον. δειπνεῖν δὲ δοῦναι μάζαν, ἄρτον, καὶ σκόροδα ἑφθά. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἢν μὲν διαλελυμένη ᾖ πρὸς τὴν πυρίην, διαλιπεῖν τὴν ἡμέρην ταύτην. ἢν δὲ μή, πυριῆν ὀπίσω. πυριωμένη δὲ ἢν δύνηται σκέψασθαι, καλῶς ψαύσῃ τοῦ στόματος, ἢν ἡ πυρίη αὐτὴ φύσης ἐμπιπλᾷ τὰς ὑστέρας. ἐμπιπλάμεναι δὲ φύσης, τὸ στόμα ἐκ τοῦ λίην ἀπεστράφθαι, καὶ προσπεπτωκέναι πρὸς τὸ ἰσχίον, ὡς ὀρθὸν μᾶλλον καθίστασθαι, καὶ ἀναστομοῦνται. ὡς οὖν τοιαύτης ἐούσης τῆς πυρίης, καὶ ταῦτα ποιέειν δυναμένης, οὕτω πυριῆν δεῖ. ὅταν δὲ πυριῇς, ἐμβάλλειν χρὴ τὰ σκόροδα, καὶ τῆς φώκης τὸ ἔλαιον ἐπιχέειν. ὁρῆν δὲ ταῦτα ἄχρις ἂν δοκέωσιν αἱ ὑστέραι πεφυσῆσθαι, καὶ τὸ στόμα ἄνω εἱλκῦσθαι ἰσχυρῶς. πρὸς γὰρ τὴν πυρίην ταύτην, τοιάδε ἔσται. διαιτᾶν δὲ μετὰ τὰς πυρίας, ὡς ὅτε τὸ πρότερον πυριῆν. ὁκόταν δὲ ἀναχαλασθῶσιν αἱ ὑστέραι,[85] καὶ εὔλυτοι γίνωνται, πυριῆν μαράθου ῥίζῃσιν. ἑτέρην τε χύτρινον κατασκευάσαι τὸν αὐτὸν τρόπον. τὰς δὲ ῥίζας τοῦ μαράθου ἀποπλύνασα φλάσαι, καὶ ἐς τὸν χύτρινον ἐμβαλεῖν. καὶ ἐπιχέας ὕδωρ, τὸν αὐτὸν τρόπον πυριῆν. μετὰ δὲ ταῦτα, λούειν. καὶ ἐς ἑσπέρην, δειπνεῖν μάζαν. ἢν δὲ ἄρτον βούληται,[86] καὶ βολβίδια καὶ σηπίδια τὰ σμικρά, ἐν οἴνῳ ἑψεῖν καὶ ἐν ἐλαίῳ, καὶ τὸ βρέχον ἐσθίειν. ἐν δὲ τῇ πυρίῃ, πειρᾶσθαι τοῦ στόματος ψαύειν,[87] ἢ πυρίῃ ἄγειν τὰς ὑστέρας ἄγχιστα. ταύτας χρὴ πυριῆν, ἐφ' ἡμέρας πέντε ἢ ἕξ, σκεπτόμενον ἐς τὴν ἄνθρωπον. κἢν μὲν διαλύηται, καὶ ἀσθενὴς γίνηται, διαλαμβάνειν ἐς ὅσον δεῖ χρόνον. ἢν δὲ μὴ διαλύηται, πυριῆν ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην. μετὰ δὲ τὰς πυρίας πειρᾶσθαι προστιθέναι τὰ προσθετά, τῆς παλαιοῦ δᾳδὸς πιοτάτης. χρῖσμα δέ, λίπα ἔστω. ποιέειν δὲ μῆκος μέν, δακτύλων ἕξ, πλῆθος δέ, πέντε ἢ ἕξ. εἶδος δέ,[88] ἔξυρα. ἔστω δὲ θάτερον θατέρου,[89] σμικρῷ βραχύτερον. τὸ δὲ παχύτερον, ἔστω ὁκόσον δάκτυλος ὁ λιχανός. καὶ τὸ εἶδος ὅμοιον τῷ δακτύλῳ ἐξ ἄκρου λεπτότατον.[90] ἀνάγειν δὲ παχύτερον. ποιέειν δὲ ὡς λειότατόν τε καὶ στρογγυλώτατον. φυλασσόμενον δέ,[91] ὅκως σχινδαλμὸς μηδεὶς ἔσται. προστιθέναι δὲ πρῶτον τὸ λεπτότατον. ὅταν δὲ προσθῆται, ἀναπαύεσθαι, ὅκως μὴ ἐκπέσῃ φυλασσομένη. προστιθέτω δὲ πρῶτον τὸ ἄκρον. εἶτα δὲ ἀεὶ μᾶλλον ὁμοῦ τε ἐπιστρέφειν καὶ ἀπωθέειν κυκλόσε τὸ δᾳδίον. καὶ ὁκόταν σμικρὸν προσδέξηται, ἐπισχεῖν ἐν τῷ σμικρῷ τούτῳ, φυλασσομένη ὡς μὴ ἐκπέσηται. εἶτα αὖθις ἀπωθέειν ἐς τὸν αὐτὸν τρόπον, ἄχρις οὗ τεσσάρων

Vbi olla efferbuerit, vaporq́; ſurſum delatus fuerit, ſi quidem admodum calidus ſit, ſubſiſtendum; ſin minùs, ſumma arundinis parte in vteri oſculum indita, ei inſidendum, poſtea fomentum admouendum. Quòd ſi refrixerit, prunas accenſas admoueto, ea cautione adhibita, vt ne acutum fomentum reddas. Sin verò admotis prunis plùs æquo acutum fomentum reddatur, prunas detrahito, fomentum autem ſereno cœlo apparare oportet, vbi ventus non ſpiret, neque refrigeret, & veſtimentis vndique conteſtam eſſe. In ollam autem allia ſicca iniicienda, eaque minutatim magis fracta, quàm quæ contuſa ſunt, & aqua quæ tribus digitis excedat, vt macerentur, affundenda, vituliq́ue marini adeps infundendus. Sicque calefacere & fomentum longo tempore admouere oportet. Poſt fomentum autem, ſi valida fuerit, totum quidem corpus voluptatis gratia lauet, plurimùm autem lumbos & partes vmbilico inferiores. In cœna autem maza, panis & allia cocta exhibenda. Poſtero verò die ſi quidem à fomento exoluta fuerit, is dies intermittendus, alioqui rurſus fomentum adhibendum. Adhibito fotu oſculum contingere iubeto, vt conſiderare poſſit num fomentum ipſum vteros flatu compleuerit. Impleti enim flatu vteri, oſculum valdè obuerſum & in coxam incumbens, velut directum magis reſtituunt, & aperiuntur. Cùm igitur eiuſmodi fomentum id efficere poſſit, in hunc modum adhibendum. Vbi autem fomentum admouebis, allia immittenda, & vituli marini adeps affundendus, idque faciendum quoad vteri inflati, oſculumque ſurſum validè tractum eſſe videatur. Ex hoc enim fotu hæc contingent. Poſt fomenta eadem quæ priùs quàm foueretur adhibenda. Cùm autem emoti & facilè ſolubiles vteri fuerint, fomentum ex fœniculi radicibus adhibendum. Alia olla ad eundem modum apparanda, radices fœniculi probè lotæ, contuſæ in ollam immittendæ, & aqua affuſa fomentum eodem modo admouendum. Poſt hæc lauandum, & ſub veſperam in cœna maza ſumenda. Quòd ſi panem volet, bulbulos & ſepiolas paruas, hæc vino & oleo incoquenda, & eſui præbenda. Inter fouendum oſculum contingere tentandum, aut per fomentum vteri proximè adducendi. His ad dies quinque vel ſex fomentum admouendum, hominis habita ratione. Et ſi quidem exoluatur aut debilis reddatur, quantum opus eſt temporis interponere, alioqui ſi non exoluatur, per totum diem fomentum adhibere. Poſt fomenta verò talos ſubdititios ex tæda pinguiſſima ſupponere tentandum. Sint autem oleo illiti, & ſex digitorum longitudine facti, quinque vel ſex numero, forma in acutum tendente. Ex his alius alio ſit paulò breuior, craſſitudo verò quantum digiti indicis, forma autem digito ſimilis in ſummo tenuiſſima, ſenſim ad craſſitudinem ducta. Læuiſſimi autem & rotundiſſimi conficiendi, animaduerſione facta vt ne vllum fiſſum adſit. Supponendus autem primùm tenuiſſimus, quo ſubdito quieſcat, obſeruatione facta ne excidat. Ac primùm ſummam partem ſupponito, deinde ſemper magis ſimulque tædulam obtorquendo, etiam intrò trudito. Cumque paruam partem admiſerit, in ea parua parte ſubſiſtendum, cautione adhibita ne excidat, deinde rurſus eodem modo protrudendum, quoad vterorum oſculum ad quatuor

digitos intrò ſubierit. Quem cùm admiſerit, alter poſt hunc, ſimul ac priùs appoſitum abſtulerit, velut oſculo adhuc recto & aperto, antequam ſubſidat apponatur. Quod continget, ſi hic quidem detrahatur, alter vero ſupponatur. Plumbum autem oportet in ſimilem formã craſſiſſimi peſſi tædacei ducere, quod cauum ſit, vt quid contineat, & plumbi capacitatem eo modo fabricatam eſſe, quali ad vlcera fabricatur, vt penicilli os læue ſit ac minimè vulneret. Hæc autem velut tædaceos peſſos formato. Hoc modo efformatum penicillum plumbeum, adipe ouillo cocto impleto, atque vbi præparatus fuerit, tædaceam quidem glandulam ſubducito, plumbeam autem imponito. Quòd ſi ſubditus plumbeus peſſus ardorem exhibeat, is eximendus, tædaceus verò rurſus apponendus, & plumbeus in aquam frigidam intinctus, deinde rurſus apponendus, & tædaceus detrahendus. Semper autem aliquid adhærere oportet, & interdiu quidem tædam continere præſtat, noctu verò plumbum. At ſi ſurgere velit, id faciat ea obſeruatione adhibita, vt penicillus quieſcat, alioqui ſtatim pòſt ſupponendus. Si verò ex peſſulis tædaceis qui apponuntur nullum admittat, tenuiorem quoad admittat efficito, & ex his ad illa reducito, & vt obediant efficito. Quòd ſi neque oſculum aperiri poſſit, neque vteri propè accedant, rurſus ad priſtinam curationem reuertendum, à prima ad ſecundam, quoad emolliantur, & proximè accedant. Atque vbi aperti fuerint, ſubdititia medicamenta confecta apponito. Sint autem oliuæ magnitudine, atque horum alterum apponendum, quoad colliqueſcat, deinde alterum ſupponendum. Cùm verò ſubdere voles, ſubdititium ex reſina paratum, oleo roſaceo aut irino intingito. Diſcedit enim ab ore vterorum. At priùs plumbeum peſſum apponi oportet, vt recto ore in interiorem eius partem attrahatur. Deinde emollientia in ſubdititio admouenda. Ante ſubdititia autem poſteaque calida lauet. In cœna autem aliquid ex commemoratis piſcibus marinis exhibendum. Exhibendum autem duobus aut tribus poſt appoſita ſubdititia diebus, conſideratione adhibita an vterorum oſculum bene habeat, purumque ſit. Tumque ab huiuſmodi ſubdititio quieſcendum, poſt hoc verò emollientia admouenda. Vbi autem os vterorum inflammatione laborant, rurſus eodem modo medicamenta in ſubdititio apponenda, reliquaque eodem quo dictum eſt modo facienda. Cùm corpus benè habuerit, velut dictum eſt flatus intermittendus. Quinetiam os & vteros ad hunc modum inflare oportet. Subdititium medicamentum ex ficu confectum apponito. Duo autem eadem facito, & antequam ſubdas, fomentum ex fœniculo priùs commemoratum admoueto. Poſt fomentum poſtero die medicamentum ſupponito. Cùm ſupponere voles, poſtquàm ante omnia ſubdititia lauerit, ſic ſupponito. Poſtero autem die emollientia conferunt, quandiu inflammati fuerint. Poſt inflammationem autem reliqua prædicta ratione facito, eademq; ex hoc ſubdititio, quæ de priore facito. Quod ſemel ſubditum maneat, abundè vteros inflaſſe videatur, & quieſcendum. Sed ſi quædam opus habuerit, rurſus eodem quo priùs modo ſupponendum. Poſt hæc autem cùm rectè tibi habere & tempeſtiuum eſſe videbitur, fomentum ex aromatis præparato. Apparatur autem hoc modo.

δακτύλων τὸ εἴσω τοῦ στόματος τῶν ὑστερέων ἄγηται. ὅταν δὲ τοῦτο προσδέξηται, τὸ μετὰ τοῦτο προστιθέναι ἅμα τὸ προσκείμενον ἀφαιρέουσα, ὅκως πρὶν ξυμπίπτειν τὸ στόμα, προσκείσεται ἐπ' ὀρθοῦ ἐόντος, καὶ ἀνεῳγμένου. οὕτως δὲ τοῦτο ἔσται, ἢν τὸ μὲν ἐξαιρέηται, τὸ δὲ προστίθηται. χρὴ δὲ καὶ μολύβδου ἴκελον ἐξελάσαντα ποιῆσαι τὸ εἶδος τῷ δαιδίῳ τῷ παχυτάτῳ, κοῖλον δὲ ὅκως ξυνέξῃ. τοῦ δὲ μολύβδου εἶναι τὸ εὖρος ἐληλασμένου οἷόν περ ἐπὶ τὰ ἕλκεα ἐξελαύνεται. ὅκως τὸ στόμα τοῦ μοτοῦ λεῖον ἔσται, καὶ μὴ τρώσῃ. ποιέει δὲ ταῦτα, ὡς καὶ τὰ τῶν δαιδίων. ὁκόταν δὲ ποιηθῇ ὁ μοτὸς ὁ μολύβδινος, στέατος αὐτὸν ἐμπλῆσαι οἰὸς πεπεμμένου. ὁκόταν δὲ παρεσκευασμένος ᾖ, τὸ μὲν δαΐδιον, ὑφελεῖν τὸ δὲ μολύβδιον, ἐνθεῖναι. [91] ἢν δὲ τὸ μολύβδιον καῦμα παρέχῃ προστεθέν, τὸ μὲν μολύβδιον ἀφαιρέειν, τὴν δὲ δαΐδα ὀπίσω προστιθέναι. καὶ τὸ μολύβδιον ἀποβάψαι ἐς ὕδωρ ψυχρόν. ἔπειτα ὀπίσω προστιθέναι, τὴν δὲ δαΐδα ἀφελεῖν. προσκεῖσθαι δὲ χρὴ αἰεί τι. τὴν ἡμέρην ἄμεινον τὴν δαΐδα ἔχειν. νύκτωρ δὲ τὸ μολύβδιον. ἢν δὴ ἀναστῆναι θέλῃ, φυλασσομένη οὕτω δρᾶν, ὅκως ὁ μοτὸς ἀτρεμίῃ. ἢν δὲ μή, αὐτίκα κατόπιν προστιθέναι. ἢν δὲ τῶν δαιδίων τῶν προσκειμένων μηδὲν προσδέχηται, λεπτότερον ποιέειν, μέχρις οὗ προσδέχηται, ἐκ τουτέων εἰς ἐκεῖνα καθιστάναι [93] καὶ εὐπειθῆσαι. ἢν δὲ τὸ στόμα μηδὲ δύνηται ἀνοίγεσθαι, μηδὲ ὑστέραι ἀγχοῦ προσίωσιν, αὖθις ἐπάνω χωρεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχαίην ἴησιν. ἀπὸ δὲ τῆς προτέρης, ἐπὶ τὴν δευτέρην. μέχρις οὗ μαλθαχθῶσι, καὶ πλησίαι προσίωσι. κἄπειτα ἐπὴν ἀναστομωθῶσι, προστιθέναι πρόσθετα ποιήσαντα. ἔστω δὲ τὸ μέγεθος, ὅσον ἐλαίη. τουτέων δὲ τὸ ἕτερον προσκεῖσθαι, μέχρις οὗ ἐκταχῇ. κἄπειτα θάτερον προστιθέναι. ὅταν δὲ προστίθεσθαι μέλλῃς, [94] ἄψαι τὸ πρόσθετον τὸ ἐκ τῆς ῥητίνης. ἀφίστησι γὰρ ἀπὸ τοῦ στόματος τῶν ὑστερέων, ἐς ἔλαιον ῥόδινον, ἢ ἴρινον. πρὶν δὲ τὸ μολύβδινον προσκεῖσθαι χρή, ὅκως ἐν ὀρθῷ τῷ στόματι [95] ἐνιείσηται εἰς τὸ εἴσω τοῦ στόματος. ἔπειτα μαλθακτήρια προστιθέναι. λούεσθαι δὲ θερμῷ, καὶ πρὸ τῶν προσθέτων, καὶ ὕστερον. καὶ δεῖπνον διδόναι τῶν θαλασσίων τι τῶν εἰρημένων. διδόναι δὲ ὅταν ἡμέραι γένωνται δύο ἢ τρεῖς ἀπὸ προσθέσιος, σκεψάμενος, ἢν μὲν τὸ στόμα καλῶς ἔχῃ τῶν ὑστερέων, καὶ καθαρὸν ᾖ. [96] παύεσθαι τούτου τοῦ προσθέτου. μετὰ δὲ τοῦτο μαλθακτήρια. [97] ὅταν δὲ ἀποφλεγμήνῃ, τὸ στόμα τῶν ὑστερέων, αὖθις προστιθέναι τὸν αὐτὸν τρόπον τὰ φάρμακα, καὶ τἄλλα ποιέειν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον. [98] ὅταν δὲ καλῶς ἔχῃ τὸ σῶμα, ἀναφυσᾶν ὡς εἴρηται, καὶ τὸ στόμα δὲ ἀναφυσᾶν δεῖ καὶ τὰς ὑστέρας ὧδε. πρόσθετον ποιήσαντα ξὺν τῷ σύκῳ, προστίθεσθαι. ποιέειν δὲ δύο καὶ ταῦτα. πρὸ δὲ τοῦ προστίθεσθαι, πυριῆσαι. καὶ τῇ πυρίῃ τῇ ἐκ τοῦ μαράθου τῇ πρόσθεν εἰρημένῃ. μετὰ δὲ τὴν πυρίην τῇ ὑστεραίῃ προστιθέναι τὸ φάρμακον. ὅταν δὲ μέλλῃ προστιθέναι, πρὸ πάντων τὰ πρόσθετα λούσαντα, οὕτω προστιθέναι. τῇ δ' ὑστεραίῃ καίριμα μαλθακτήρια, ἄχρις ἂν ἄζῃ αἱ φλεγμήνωσι. μετὰ δὲ τὴν φλεγμασίην, ποιέειν τὰ ἄλλα κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον. ποιέειν δὲ καὶ περὶ τοῦ προσθέτου τούτου ταὐτά, οἷά περ καὶ περὶ τοῦ προτέρου. ἢν μὲν μείνῃ ἅπαξ προστεθέν, ἀρκεόντως δοκέῃ εἶναι φυσῆσαι τὰς ὑστέρας, καὶ πεπαῦσθαι. ἢν δέ τις χρήζῃ, αὖθις προστιθέναι τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅν περ καὶ πρότερον. μετὰ δὲ ταῦτα ὅταν καλῶς δοκέῃ σοι, καὶ καιρὸς εἶναι, τὴν πυρίην κατασκευάζειν τὴν ἐκ τῶν θυμιαμάτων. σκευάζεται δὲ τόνδε τὸν τρόπον.

κύπειρον κόψαντα καταστῆσαι ὅσον σκαφίδα. καὶ κάλαμον μυρεψικὸν, ἕτερον τοσοῦτον. καὶ σχοίνου τοῦ μυρεψικῆς ἴσον. καρδάμωμον τὸ ἴσον. καὶ κυμίνου αἰθιοπικοῦ. καὶ ἀννήσου. καὶ πηγάνου ξηροῦ. καὶ ὑπερικοῦ. καὶ μαράθου σπέρμα. ὅταν δὲ ταῦτα παρασκευάσῃς, ἐγχέας εἰς τὴν χύτρην οἴνου αὐστηροῦ κοτύλας ἓξ, ὡς εὐωδεστάτου λευκοῦ, ἐπιπάσαι τῶν κεκομμένων ὅσον τεταρτημόριον, καὶ ἀναταράξαι. εἶτα ἐπιχέαι, ὅσον τριώβολον ὁλκὴν μύρου αἰγυπτίου ὡς βέλτιστον, ἢ ἀμαράκινον, ἢ ἴρινον ἄκρον. ὅταν δὲ ἐπιχέῃς, ἀναταράξαι πυρίην μαλθακὴν τῇ πυρίῃ, πλεῖστον χρόνον. λούειν δὲ πρὸ τῆς πυρίης, καὶ πυριῆν ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς. ὅταν δὲ παύσηται πυριωμένη, ἐπίθημά τι χρὴ ἐπικεῖσθαι ἐπὶ τῇ πυρίῃ, ὅκως μὴ ἀποπνέῃ. μετὰ δὲ τοῖσι δαιδίοισι καὶ τοῖσι μολυβδίοισι χρέεσθαι. ὅταν δὲ πυριήσῃς ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς, ἑτέρας διαλιπεῖν, δύο ἢ τρεῖς. τὰς δὲ μεταξὺ ἡμέρας, λούειν δὶς τῆς ἡμέρης. ἐσθίειν δὲ πράσα ἑφθὰ, καὶ ὠμά. καὶ ῥαφανίδας. καὶ κάρδαμα. καὶ σκόροδα ὀπτὰ καὶ ἑφθὰ, καὶ τὸ πόμα ἀκρητέστερον. καὶ τοῖσι θαλασσίοισι, τοῖσι προειρημένοισι χρέεσθαι. ὅταν δὲ ἡμέραι διαλειπόμεναι παρέλθωσι, πυριῆν χρὴ ἐπιπάσαντα ὀλίγιστα ἑκάστου τῶν κεκομμένων εἰς τὴν ὑπάρχουσαν πυρίην. καὶ οἶνον ἐπιχέαι. ἢν δοκέῃ δεῖσθαι καὶ ἔλαιον, καὶ τούτῳ πυριᾶσθαι. ὁκόταν δέ σοι δοκέῃ καλῶς ἔχειν τὴν πυρίην, καὶ τὸ στόμα μαλθακὸν εἶναι, καὶ ἀνεστομωμένον ὡς χρή. καὶ αὐταὶ αἱ ὑστέραι ἐγγὺς, μετὰ τὴν πυρίην τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ, προσθεῖναι τὸ φάρμακον τὸ ξὺν τῇ σμύρνῃ. προσθετὰ δὲ εἶναι δύο. μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ, τὰ μαλθακτήρια προσθεῖναι. καὶ μέχρις ὅτου ἀποφλεγμήνωσιν αἱ ὑστέραι. μετὰ δὲ τοῦτο τοῖσι δαιδίοισι καὶ μολυβδίοισι χρέεσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα διαλιπὼν ἡμέρας ὡς ἂν δοκέῃς εἶναι τὰς φλεγμασίας ἀποσκεπτόμενος τῶν ὑστερέων. καὶ τὴν δύναμιν τεκμαιρόμενος τοῦ σώματος, αὖθις ἀναπυριῆν ὡς γέγραπται. ἢν μὲν δοκέῃ ἔτι ὑπάρχουσα πυρίη ἱκανὴ εἶναι. ἐς ταύτην ἐμβαλὼν τὴν θυμίασιν(?) μετὰ ὥσπερ τὸ πρότερον. καὶ οἶνον ἐπιχέων καὶ ἔλαιον. ἢν δοκέῃ δὲ αὕτη ἄχρηστος εἶναι ἡ πυρίη, ἑτέρην ἐξ ἀρχῆς κατασκευάζειν. δεῖ δὲ νεοχμὸν ποιέειν τὸ φάρμακον ἐφ' ἑκάστῃ προσθέσει μέχρις ὅτου ὕφαιμα καθαίρηται. ἢν δὲ τοιαῦτα καθαρθῇ, παύεσθαι. διαιτῆν δὲ τῷδε τῷ τρόπῳ. ἀνερωτᾷν δεῖ ἐν ὁκοίῃσιν ἡμέρῃσιν αὐτῇ ἐχώρει τὰ καταμήνια. ἀπὸ τουτέων ἀρξάμενος διαιτῆν τῇδε τῇ διαίτῃ. πρῶτον μὲν λούεσθαι πολλῷ θερμῷ, πλὴν τῆς κεφαλῆς. ὅταν δὲ παύσηται, δοῦναι τυρὸν δριμὺν, καὶ πήγανον οἴνῳ διέντα μέλανι, ἴσον ἴσῳ κεκρημένῳ. ἔπειτα αὐτὸν, ἄλφιτα ἐπιπάσαντα, δοῦναι πιεῖν ἐκ τοῦ λουτροῦ εὐθέως. εἶτα ἄριστον δοῦναι ἐν καιρῷ. ἐσθίειν δὲ μάζαν ἢ ἄρτον. καὶ πράσα ἑφθὰ, ἢ ὠμά. καὶ τὰ ἄλλα ὁμοιότροπα δριμέα πάντα τῶν προγεγραμμένων. καὶ ἔτνος ἄλλοτε. τὸν δὲ ἀφρὸν μὴ ἀφαιρέειν. καὶ σίλφιον πολὺ ἐμβάλλοντα(?). καὶ σκόροδα ἐγκαθεψῶντα πολλά. ὄψοισι δὲ χρῆσθαι τῶν ἰχθύων τοῖσι σελάχεσι πᾶσιν ἑφθοῖσιν, ὀξυγλυκεῖ, βολβιδίοισι, πολυποδίοισιν ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, φύλλον ἀποτετριμμένον πίνειν. καὶ ἐσθίειν ὡς πλεῖστα καὶ ἐπὶ ἀρίστῳ, καὶ ἐπὶ δείπνῳ. λούεσθαι δὲ μετὰ τὸ δεῖπνον, ὅταν μέλλῃ ἀναπαύεσθαι. ταύτῃ τῇ διαίτῃ μέχρις ἡμερῶν πέντε ἢ ἓξ χρέεσθαι. μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας πρωῒ μὲν διδόναι νήστει, ἀκτῆς καρποῦ, ὅσον πυρῆνας ἓξ, ἐν οἴνῳ ἀκρήτῳ. καὶ σηπίης ᾠὰ, ὅσον δέκα, ἢ δυοκαίδεκα.

Cyperum tuſum quantum conchæ teſta capit, calami odorati tantundem, iunci odorati parem portionem, cardamomi tantundem, & cumini Æthiopici, aniſi, rutæ ſiccæ, hyperici, & ſeminis fœniculi. His apparatis vini auſteri albi odoratiſſimi heminas ſex in ollam effundito, contuſorum quadrantem aſpergito ac permiſcero. Deinde vnguentum Ægyptium quàm optimum ad trium obolorum pondus affundito, aut amaracinum, aut irinum exquiſitum. Quo affuſo, agitato, & molle fomentum plurimo tempore adhibeto. Ante fomentum autem lauet, & duobus aut tribus diebus foueto. Cùm foueri deſierit, operculum aliquod fomento imponere oportet, vt ne tranſpiret, poſtea verò tædaceis & plumbeis peſſulis vtitor. Cùm autem duobus aut tribus diebus fomentum admoueris, duobus aut tribus aliis intermittito. Intermediis verò diebus bis die lauato. Porrum coctum edat & crudum, raphanos, naſturtium, allia aſſa & cocta, potus ſit meracior, & priùs commemoratis piſcibus marinis vtatur. Vbi intermiſſi dies præterierint, fomentum adhibere oportet, modica de ſingulis contuſis quantitate ad prius fomentum inſperſa, & vino ſi opus eſſe videatur, ac oleo affuſo, hoc fotu vti. At poſtquam à fomentis bene habere videatur, & oſculum molle, ac vt conuenit apertum eſſe, vterique prope accedere, poſt fomentum poſtero die medicamentum ex myrrha confectum ſupponendum. Duo autem ſubdititia eſſe oportet, poſt purgationem verò poſtero die emollientia ſubter apponere, quoad vteri inflammatione liberati fuerint, poſt hoc autem tædaceis & plumbeis peſſulis vtendum. Poſtea autem dierum intermiſſione, vt videbitur, facta, inflammationis vterorum ratione, & virium corporis coniectura adhibita, ruſſus velut ſcriptum eſt, fomentum adhibendum, ſi quidem prius fomentum adhuc ſatis eſſe videatur, in id immiſſa, vt priùs, ad ſuffitum accommodata materia, vinoque & oleo affuſo. Sin verò illud inutile eſſe videatur, aliud denuò apparandum. Oportet autem in vnaquaque ſubditítij medicamenti appoſitione, recentiſſimum medicamentum adhibere, quoad ſuberuenta purgentur, quæ cùm purgata fuerint, quieſcendum. Victus ratio hoc modo inſtituenda. Interroganda eſt quibus diebus ei menſes profluant, à quibus initio ducto, hæc victus ratio præſcribenda. Primùm quidem copioſa calida lauet, capite excepto. Cùm ceſſauerit, caſeum acrem & rutam vino nigro æquali aquæ portione temperato diſſoluito, deinde polenta aſperſa, confeſtim à balneo potui exhibeto, poſtea prandium ſuo tempore præbeto. Mazam aut panem edat, & porra cocta aut cruda, & priùs deſcripta omnia id genus acria, interdumque leguminis freſi decoctum ſpuma non detracta, cum multa laſeris ſcobe, & alliis multis incoctis. Pro opſonio vtendum piſcibus cartilaginei generis omnibus coctis, cum aceto mulſo apparatis, bolbidiis & paruis polypis, ex vino & oleo coctis. Laſeris ſemen contritum bibendum, & quamplurimum in prandio & cœna edendum. Poſt cœnam cùm quieſcere volet lauandum. Hac victus ratione vtatur ad dies quinque vel ſex, poſt quos manè quidem ieiunæ, ſambuci fructum ad baccas ſex ex vino meraco exhibeto, & ſepiæ oua decem aut duodecim.

Hæc ſimul læuiter trita, mane ieiunæ potui præbeto. Poſt hoc medicamentum, potionem exhibeto, & intermiſſione aliqua facta lauet. Rutam bibat & caſeſ, ſic eo quo præſcriptum eo modo prandeat, tardius verò cœnet, ſemperq; bis die ipſo lauetur. Hæc autem victus ratio ad dies tredecim vel quatuordecim obſeruetur. Quibus elapſis, medicamenta deuoranda ex laſeris ſucco fabæ magnitudine conficito, ea'q; primùm exhibeto, poſteaque reliqua quæ præſcripta ſunt facito. Poſt hanc autem dierum quinque & viginti victus rationem, cætera quidem eodem modo facito. At ante prandium cùm prandere volet, quatuor ferè allij nucleos, & caſeum acrem aſtragali magnitudine ante terito, & modica polenta ammixta maſſam conficito, eamq; primùm comedendam exhibeto, ante cœnam verò meracum ſorbeat, ſicque cibum capiat. In reliquis eandem victus rationem ſeruet. Nouem autem diebus ante menſium tempus, hoc primùm exhibeto, & cum ouis & ſambuco cuminum Æthiopicum & caſtorij obolum addito. Cùm verò duo reliqui dies fuerint, ab his quidem omnibus potionibus & deglutiendis medicamentis liberanda, medicamentum verò ex tæda præparatum lotæ ieiunæ exhibendum. Poſt autem medicamenti potionem, mercurialem & braſſicam ſimul ex aqua cocta exhibeto, aceto mulſo, ſale, laſere & oleo condita. Hæc in prandio edenda præbeto, & ſuccos ſorbitione ſumendos, & potum meraciorem bibendum. Pro opſoniis polypodio cocto aut ſepiolis vtendum, & hæc quidem prandeat. In cœna verò carnem caprillam, aut ouillam, aut agninam coctam, & porra, aliaq; acria quæcunq; volet aſſumat. A cœna autem lauet, iſtaq; victus ratione poſtremis duobus diebus vtatur. Quòd ſi iſta victus ratione menſes detracti non fuerint, menſe ſequenti eadem victus ratio ab initio ad duos vſq; poſtremos dies inſtituenda. Quorum duorum poſteriorem dierum priore, ſubdititia iuxta ſuperiorem rationem parata ſupponenda, medicamento ex aqua confecto, priùs tamen lota ſupponat. Attendendum autem ad vteros quomodo ſe habeant, & vt ſemper omni tempore bene habeant, & oſculum rectum apertumq; ſit, & ſi ita viſum fuerit, ante ſubdititiorum appoſitionem fomentum admouendum. Quòd ſi menſes affatim effluxerint, ſi quidem copioſi fuerint, balneis paucioribus, reliquaq; victus ratione ac curatione vtendum. Si verò pauciores, pluribus. Quòd ſi paruam de ſe ſignificationem præbeant, eadem rurſus victus ratione & curatione vtendum, quoad menſes appareant. Cùm verò ſemel proceſſerint, his vtero concipere optimum. Atque hæc eſt omnium huiuſmodi morborum curatio. Si vteri coxam contingant in eamque procumbant, dura ad lateris inanitatem euadit, imi ventris dolor eſt, & ad ipſam lateris inanitatem, lumbos & crura ingruit ac extenditur, pus colligunt, & ea quæ per concerpta fit linamenta curatione indigent pereuntque niſi quid ſeces aut vras. Vbi ſic habuerit, medicamentum deorſum purgans propinandum, & copioſa calida lauandum, & vteris fomentum adhibendum, vrinaque vetus infundenda & feruefacienda, & ſupra peluis cauitatem mulier veſtibus, vt ne quid exhalet, collocanda. Vbi autem vrina refrixerit, maſſæ ignitæ in vrinam iniiciendæ, & fomentum adhibendum, quoad ſe obtuſè cernere, & animo deficere dicat.

ταῦτα τρίψαντα ὁμοῦ λεῖα, πρωῒ διδόναι νήστει πίνειν. μετὰ δὲ τοῦτο τὸ φάρμακον διδόναι τὴν πόσιν. ἐπισχοῦσαν δὲ λούεσθαι. πινέτω δὲ τὸ πήγανον. καὶ ἐπὶ τὸν τυρὸν, οὕτως ἀριστάτω, τὸν προγεγραμμένον τρόπον. δειπνείτω δὲ ὀψιαίτερον, λούεσθαι δὲ αἰεὶ τῆς ἡμέρης δὶς αὐτήν. ἡ δὲ δίαιτα ἔστω μέχρις ἡμερῶν τρισκαίδεκα, ἢ τεσσαρεσκαίδεκα. ὅταν δὲ αὗται αἱ ἡμέραι παρέλθωσι, καταπότια ποιέειν ἐκ τοῦ ὀποῦ τοῦ σιλφίου, ὅσον κύαμον. καὶ διδόναι τοῦτο πρῶτον. μετὰ δὲ τοῦτο, ἄλλα τὰ προγεγραμμένα ποιέειν. ὅταν δὲ ἡμέραι γένωνται πέντε καὶ εἴκοσιν ἐν ταύτῃ τῇ διαίτῃ, τὰ μὲν ἄλλα ποιέειν κατὰ ταὐτά. πρὸ δὲ τοῦ ἀρίστου, ὅταν μέλλῃ ἀριστᾶν, προτρίψαι [103] σκορόδου ἄγλιθας σχεδὸν τέσσαρας. καὶ τυρὸν δριμὺν, ὅσον ἀστράγαλον. καὶ ἄλφιτα παραμίξαι ὀλίγα, [104] καὶ ποιέειν μαγίδα, καὶ ταύτην πρῶτον καταφαγεῖν. πρὸ δὲ τοῦ δείπνου, ἄκρητον ἐπιρροφέειν. καὶ οὕτω σιτεῖσθαι. τὰ δὲ ἄλλα τὴν αὐτὴν δίαιταν διαιτῆσθαι. ὅταν δὲ ἐννέα ἡμέραι γένωνται, [105] καὶ διαλίπῃ ἐς τὸν χρόνον, διδόναι τοῦτο πρῶτον. καὶ μετὰ τῶν ᾠῶν καὶ τῆς ἀκτῆς, κύμινον αἰθιοπικόν. καὶ τοῦ καστορίου ὅσον ὀβολόν. ὅταν δὲ ἡμέραι λοιπαὶ δύο ἔωσι, τούτων μὲν ἀπηλλάχθαι πάντων τῶν πομάτων, καὶ τῶν καταποτίων. τὸ δὲ ξὺν τῇ δᾳδὶ φάρμακον διδόναι λελουμένῃ νήστει. μετὰ δὲ τὴν πόσιν τοῦ φαρμάκου, διδόναι λινόζωστιν, καὶ κράμβην ὁμοῦ ἑψῶντα ἐν ὕδατι, [106] ἡδύναντα ἐν ὀξυγλυκεῖ καὶ ἁλὶ, καὶ σιλφίῳ καὶ ἐλαίῳ ἐπὶ τῷ ἀρίστῳ. ταῦτα διδοὺ τρώγειν. καὶ τὸν χυλὸν ῥοφέειν. καὶ τὸ πόμα ἀκρητέστερον πίνειν. ὄψοισι δὲ χρῆσθαι πολυποδίῳ ἑφθῷ, ἢ σηπιδίοισι. ταῦτα μὲν ἐπὶ τῷ ἀρίστῳ. ἐπὶ δὲ τῷ δείπνῳ, κρέας αἰγὸς, ἢ οἰὸς, ἢ ἀρνὸς ἑφθά. καὶ πράσα. καὶ τῶν ἄλλων δριμέων, ὅ, τι ἂν βούληται. λουέσθω δὲ ἀπὸ τοῦ δείπνου. αὕτη ἡ δίαιτα τὰς δύο ἡμέρας, τὰς ὑστάτας. ἢν δὲ πρὸς τὴν δίαιταν ταύτην μὴ καταστάσθῃ τὰ ἐπιμήνια, τῷ ἐπιόντι μηνὶ τὴν αὐτὴν δίαιταν ἐξ ἀρχῆς διαιτῆν, ἄχρις τῶν ὑστάτων δύο ἡμερέων. ταύτας δὲ τὰς δύο τῇ προτέρῃ ἡμέρῃ τῆς ὑστάτης προσθετὰ ποιήσας, προσθεῖναι κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον, φαρμάκου τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ποιευμένου. προστιθέσθω δὲ προλούσας. σκέψασθαι δὲ χρὴ, καὶ τὰς ὑστέρας ὅκως ἔχουσι. καὶ αἰεὶ πειρᾶσθαι πάντα τὸν χρόνον ὅκως καλῶς ἕξουσι καὶ τὸ στόμα ὀρθόν τε καὶ ἐστομωμένον εἴη. [107] καὶ ἢν δοκέῃ σοι πρὸ τοῦ προσθέτου, προσπυριηθῆναι. ἢν δὲ καὶ καταρραγῇ τὰ ἐπιμήνια. ἢν μὲν συχνὰ, ἐλάσσοσι λουτροῖσι κεχρῆσθαι, καὶ τῇ ἄλλῃ διαίτῃ τε καὶ θεραπείῃ. ἢν δὲ ἐλάσσω, πλείοσιν. ἢν δὲ προσσημήναντα ἴῃ, αὖθις διαίτῃ τῇ αὐτῇ χρῆσθαι. καὶ θεραπεύειν, ἄχρις ὅτου αὖ φανῇ τὰ ἐπιμήνια. ὅταν δὲ ἅπαξ ἔλθῃ τῇσι τοιαύτῃσιν, ἄριστον ἐν γαστρὶ λαμβάνειν. αὕτη πασέων τῶν ὁμοιοτρόπων νούσων ἡ θεραπείη. ἢν αἱ μῆτραι ψαύσωσι τοῦ ἰσχίου καὶ προσπέσωσι, [108] στερροὶ γίνονται ἐπὶ τὸν κενεῶνα. καὶ ὀδύναι νειαίρης γαστρός. καὶ ἐς αὐτὸν τὸν κενεῶνα, καὶ ἐς τὰς ἰξύας, καὶ ἐς τὰ σκέλεα ἡ ὀδύνη ἐμπίπτει. [109] καὶ ἐκτείνεται καὶ ἐκπυΐσκονται, καὶ ἐμμοτοὶ γίνονται, [110] καὶ ὄλλυνται, ἢν μή τι τάμῃς, ἢ καύσῃς. ὅταν οὕτως ἔχῃ, φάρμακον πίσαι κάτω. καὶ λοῦσαι πολλῷ θερμῷ. καὶ πυριῆν τὰς ὑστέρας. ἐγχέαι τε καὶ οὖρον παλαιὸν, καὶ ἀναζέσαι. καὶ ἐς τὰ κοῖλα τῆς πυέλου [111] αὐτίκα καθίζεσθαι, περικαλύψας εἵμασι τὴν γυναῖκα, ὡς μὴ διαπνέῃ. ἐπειδὰν δὲ ἀποψύχηται τὸ οὖρον, [112] ἐμβάλλειν μύδρους διαπύρους ἐς τὸ οὖρον. καὶ πυριῆν μέχρις οὗ φῇ ἀμαυρῶς βλέπειν, καὶ λιποθυμέειν.

λοῦσαι

λοῦσαι δὲ θερμῷ ὕδατι. κἄπειτα ἀφαμένη τῷ δακτύλῳ, ἕλκειν τὸ στόμα τῶν ὑστερέων πρὸς τὸ ὑγιὲς ἰσχίον. καὶ τὰς νύκτας προστιθέσθω μαλθακτήρια. ἐπὴν δὲ φῇ κατ' ἰθὺ εἶναι, προπυριήσας τοῖσιν εὐώδεσιν, αὖθις προστιθέναι τινὰ μαλθακτήρια. ἀλλὰ καὶ τὰς μολυβδίδας ἡμέρας τρεῖς, ἕνα καθ' ἑκάστην ἡμέραν. μετὰ δὲ ταύτας, τὴν ἐλατήριον, ἢ τὴν σκίλλην, τρεῖς ἡμέρας. μετὰ δὲ τοῦτο σκεψάμενος ἐν τοῖσιν ἐπιμηνίοισι μάνθανε, ἤν τε χολώδεα ᾖ, ἤν τε φλεγματώδεα, ἤν τε αἷμα διεφθορὸς ᾖ. καὶ ἢν δέῃ αὐτὴν αἷμα καθῆραι, προστιθέναι, ὅτου ἄν τοι δοκέῃ μάλιστα δεῖσθαι. καὶ μετακλύζειν τούτοισι. προστιθέναι δὲ τὰ προσθετά, ἔστ' ἂν αἷμα καθαρὸν ἀνάγηται. καὶ ταῦτα ἐνεργεῖν τρεῖς ἡμέρας. ἐλάφου δὲ στέαρ προστιθέσθω τηκτὸν ἐμβάπτων μαλθακὸν εἴριον. ἔπειτα γλήχωνα τὴν ἡμέρην θυμιωμένη τοῖσιν ἀρώμασι. καὶ οὕτω παρὰ τὸν ἄνδρα ἴτω. ἢν δὲ ἐκ τόκου ἡ νοῦσος γένηται, κεκαθαρμένης πάντα ἐκ τῆς πυριῆς τοῦ οὔρου, αὐτίκα ἰέναι ἐς τὰ εὐώδεα. κἄπειτα λουσαμένην, ἄλειφα λευκὸν αἰγύπτιον προστιθέσθω πρὸς τὸ ὑγιὲς ἰσχίον. καὶ κατακείσθω ἐπὶ τοῦτο. ἢν δὲ μηδὲ πρὸς ταῦτα μεθιστέωνται αἱ ὑστέραι, πινέτω νῆστις, τῆς γλυκυσίδης κόκκους τοὺς μέλανας πέντε, ἐν οἴνῳ εὐώδει. καὶ ἐπὶ τῷ σιτίῳ τρωγέτω σκόροδα ὠμὰ καὶ ὀπτὰ καὶ ἑφθά. ὄψοισι δὲ χρήσθω ὡς ἐλαχίστοισιν, ἢν μὴ γένηται ὑγιής. ὡσαύτως καθαίρειν αὐτὴν ὡς ἐπὶ τῆς πρόσθεν. ἐπὶ δὲ ταύτης τῆς νούσου ἢν μὴ αὐτίκα σχῶσιν ἐν γαστρί, ἄτοκοι γίνονται. ἢν δὲ ὧδε ἔχωσι, τὰ ἐπιμήνια μὴ γίνηται, μηδὲ πῦρ ἐπιλάβῃ, φαρμάκοισι πρῶτον καθαίρειν, ἄνω μάλιστα. ἢν δὲ ἀσθενὴς ᾖ, κάτω. καὶ μετὰ τὴν φαρμακοποσίην. [113] ἤν σοι δοκέῃ φλεγματώδης εἶναι, ἐμεέτω, νῆστίς τε καὶ ξὺν τῷ σιτίῳ. καὶ ὡς τὰ πολλὰ ὑγιὴς ἔσται. ἢν δὲ αἱ μῆτραι [114] πρὸς τὸ ἰσχίον ἀπαρθῶσι, τὰ ἐπιμήνια παχέα ἐόντα, οὐ γίνεται. ὀδύνη δὲ ἐς τὴν νειαίρην γαστέρα ἀφικνέεται. ἀφικνέεται δὲ καὶ ἐς τὸν κενεῶνα, καὶ δάκνεται. ὅταν ὧδε ἔχῃ, λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ. καὶ διδόναι σκόροδα τρώγειν ὡς πλεῖστα. [115] καὶ γάλα πίνειν ἱκνευμένως. ἔπειτα οἶνον ἄκρητον. καὶ πυριῆσαι ὅλην. καὶ φάρμακον δοῦναι ἄνω. ἢν δὲ ἀσθενεστέρη ᾖ, κάτω. ἢν δὲ ἰηθῇ, πυριῆν τὰς ὑστέρας μαράθῳ. ξυμμισγέσθω δὲ καὶ ἀψίνθιον. ἐπὴν δὲ νεοπυρίητος ᾖ, ἀφέλκειν τὸ στόμα τῷ δακτύλῳ ἠρέμα τῶν ὑστερέων, πρὸς τὸ ὑγιὲς ἰσχίον. προηγεικῶς [116] μαλθάσσοντα τὸ στόμα τε καὶ τὰ ἀμφιπονεόμενα. καὶ προσθεῖναι τι μαλθακτήριον. μετὰ δὲ, μολυβδίδας. καὶ αὐτίκα σκίλλαν, [117] εἶτε ναρκίσσινον μίαν ἡμέρην διαλιπών. [118] ἐπὴν δέ τοι δοκέῃ καθαρή τις εἶναι, τὸ νέτωπον προσθέσθω ἐν εἰρίῳ. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, ἔλαιον ῥόδινον. τῶν ἐπιμηνίων δὲ ἰόντων, ἄμεινον μὴ προστίθεσθαι. ἢν δὲ μὴ ἴωσι, κανθαρίδας τέσσαρας, ἀπτέρους καὶ ἄποδας, ἄτερ κεφαλῆς, καὶ γλυκυσίδης κόκκους πέντε τοὺς μέλανας, καὶ σηπίης ὠά. καὶ σελίνου σπέρμα ὀλίγον [119] ἐν οἴνῳ. καὶ ἢν ὀδύνη ἐνῇ, καὶ στραγγουρίη ἔχῃ, ἐν ὕδατι θερμῷ ἐγκαθήσθω. καὶ πινέτω μελίκρητον ὑδαρές. ἢν δὲ μὴ καθαίρηται, αὖθις τὸ φάρμακον πινέτω. [120] ἢν δὲ εἴῃ, ἀσιτέουσα, πινέτω καὶ ξυνίτω τῷ ἀνδρί. ἢν δὲ μὴ γίνηται, διδόναι ὅ τι κατασπάσει, ὁρέων πρὸς τὴν δύναμιν τῆς γυναικός, καὶ ὅτι ἀσφαλὲς φοιτᾶν πρὸς τὸν ἄνδρα. ἢν γὰρ ἴσχῃ ἐν γαστρί, ὑγιὴς γίνεται. ἐν δὲ τῇ καθάρσει ἢν ἴῃ πολλή, λινόζωστιν ἐσθιέτω. [121] καὶ πόδας οἷος ἑφθοὺς ἁπαλούς. καὶ σιτίοισι μαλθακοῖσι χρεέσθω. [122] ἢν ἐς τὸ ἰσχίον αἱ ὑστέραι, ἢ εἰς τὸν κενεῶνα κατασκήψωσι λεχοῖ, προστιθέναι ἐς θάτερον ἰσχίον αἰγύπτιον ἔλαιον

Calida autem lauandum, poſteaque digito immiſſo contactum oſculum in ſanam coxam attrahendum, & noctu emollientia ſubter apponenda. Vbi autem directum eſſe dixerit, ſuffitu ex odoratis priùs adhibito, rurſus emollientia quædam ſupponito, quinetiam per tres dies peſſulos plumbeos, quotidie vnum, poſt quos bryoniam albam, aut ſcillam per tres dies. Deinde verò adhibitis in conſiderationem menſibus, perpende num bilioſi ſint, num verò pituitoſi, num etiam ſanguis corruptus ſit. Quòd ſi ſanguis ei purgandus ſit, quodcunque maximè tibi opus eſſe videbitur ſupponendum, poſteaq; cum his colluendum. Subdititia autem apponenda quoad purus ſanguis educatur, eaque triduo peragenda. Ceruinum autem adipem liquatum, molli lana eo imbuta in ſubdititio apponat, deinde pulegium per diem poſt adhibitum ex odoratis ſuffitum, ſic virum adeat. Quòd ſi ex partu morbus contingat, poſtquam ex vrinæ fomento prorſus purgata fuerit, confeſtim ad odorata veniendum, deinde cùm lota fuerit, oleum album Ægyptium, ad ſanam coxendicem apponat, & in eam decumbat. At ſi ne his quidem vteri tranſmutentur, ieiuna pæoniæ grana nigra quinque ex vino odorato bibat, & in cibo allia cruda, & aſſata, & cocta comedat, opſoniis verò quàm pauciſſimis vtatur. Quòd niſi conualeſcat, ea ſicuti de priore dictum eſt, purganda. Ex hoc morbo niſi ſtatim concipiant, infœcundæ redduntur. Sed ſi ad hunc modum habeant, menſes non contingant, neque febris ſuccedat medicamentis primùm per ſuperiora maximè purganda, ſi verò debilis ſit, per inferiora. Et ſi poſt medicamenti potionem tibi pituitoſa eſſe videatur, ieiuna, & cum cibo vomat, & vt plurimùm conualeſcet. Si vteri ad coxendicem decurrant, menſes cùm craſſi ſint, non eunt, dolor ad imum ventrem permeat, & ad lateris inanitatem, morſumque percipit. Cùm ſic habuerit, copioſa & calida lauanda, eique allia plurima comedenda danda, & lac abundè bibendum, deinde vinum merum, tota fouenda, & medicamentum ſurſum purgans exhibendum, ſi verò debilis ſit, infra. Quòd ſi curata fuerit, vteris fomentum ex fœniculo cui abſinthium ammixtum ſit admoueto. Poſt recens adhibitum fomentum os vterorum placidè digito in ſanam coxam retrahito, tum corpus, tum in ambitu affectas partes emollientibus leniendo, & ſubdititium aliquod emolliens apponito, poſtea verò plumbeos peſſos, confeſtimque ſcillam, deinde intermiſſo vno die narciſſinum. Vbi tibi pura videbitur, netopum in lana ſupponat, poſtero verò die oleum roſaceum. At euntibus menſibus, non ſubdere præſtiterit. Si non eant, cantharidas quatuor, ſine alis, pedibus & capite, pæoniæ grana nigra quinque, ſæpiæ oua, & ſeminis apij parum ex vino propinato. Et ſi dolor adfuerit ſtranguriaque detinuerit, in aqua calida deſideat, aquamque mulſam aquoſam bibat. Quòd ſi non purgetur, rurſus medicamentum bibat. Si verò prodeat, ieiuna virum adeat. Sed ſi non prodeat, mulieris vires ſpectando, dato quod detrahat, tuncque ad virum accedere tutum eſt. Si enim concipiat, conualeſcit. Si verò multa purgatio prodeat, mercurialem edat & polypos teneros coctos, cibiſque mollibus vtatur. Si vteri puerperæ ad coxendicem aut ad lateris inanitatem adhæſerint, ad alteram coxendicem oleum Ægyptium

album aut roſaceum apponendum, in ſanam autem coxendicem decumbere præſtat. Bibat etiam pæoniæ grana nigra quatuor, & ſambuci fructum in tædis, conchæ teſtæ maioris quantitatem, & caſtorium fabæ magnitudine, cibiſque mollibus vtatur. Ante cibum conueniet mercurialis cocta velut braſſica, ius autem ſorbeat, & acria comedat, exceptis raphano, cepa & naſturtio. Optima etiam eſt lactuca. At quicunque ab vteris morbi contingunt, hoc eſt cùm vteri loco moti fuerint, ij aliàs aliò irruunt. Quocunque autem irruerint, eò vehementes dolores feruntur. Quòd ſi quis veſicam contingat, dolorem excitant, neque vrinam recipiunt, neque ad ſe genituram trahunt, vtraque dolent, ac niſi celeres ſolutiones contingant, tandem vteri in locis ad quæ decubuerint, ſuppurant. Quod contingit in laterum inanitatibus, & in inguinibus, & ſupra pectinem. Sic autem per initia cùm dolor detinuerit, curare oportet, & tepefacientia admouere, & in calida morari. In ea enim deſidere bonum eſt, aut per ſpongias ex aqua calida expreſſas fomentum adhibere, aut medicamentum aliquod ex his quæ vtero conueniunt in potu ſumere. Quòd ſi his non ſoluatur, medicamentum deorſum aut ſurſum purgans ſi opus fuerit, vtro tandem indigere contigerit, exhibendum. Iſtud autem ad hunc modum dignoſces. Si quidem ad inguina, pectinem & veſicam vterus impegerit, ex medicamento per ſuperiora purgante indigent. Si verò ad lateris inanitates & præcordia, medicamento per inferiora purgante. Huiuſmodi autem morbi ſenioribus potius quàm iunioribus, in menſium defectibus contingunt. Accidunt etiam iuuenculis, vbi diutiùs viduæ permanſerint. Quòd ſi ad ſedem vteri vertant, alui deiectiones prohibentur, & dolores lumbos, & imum ventrem, ac rectum inteſtinum detinent. Cùm ſic habuerit, ipſa lauari calida debet, & lumbis fomentum admoueri, poſteaque ſubter ſuffitus ex graueolentibus adhiberi. In ſubdititio quæ vteros purgant & pellunt apponenda, & ex iis quæ conducunt, quæ potiſſimùm admiſerit propinanda. At ſi ad inguina & vrinæ vias decumbant, dolores vehementes contingunt, crura torpeſcunt, & vrinæ via obſtruitur, neque vrinam emittit. Ad hunc autem modum curanda eſt. Naribus quidem bene olentia & vnguenta adhibenda, graueolentia autem ad vteros in ſuffitu admouenda. Quælibet autem occaſio ad commouendos vteros ſatis eſt, ſi quid vitij habeant. Id enim vel ex pedum & lumborum frigore contingit, & ex ſaltatione, animi conſternatione, lignorum ſectione, curſu ad accliuem vel decliuem locum, & ex aliis plurimis. Hæc igitur ſpectanda ſunt, ad totum corpus proſpiciendo, vbi præſentes morbi ſolutionem acceperint. Eiuſmodi enim omnia magis aut minus affligere neceſſe eſt. Et poſtquam eminuerint, hac maximè parte de repente morbi ſe produnt. Cùm igitur hæc ſoluta fuerint, altiùs ex toto homine coniectura capienda eſt. Quæ crurum perfrictiones aut torpores ex refrigeratione in vterorum morbis contingunt, eæ omnes vteros in altum ſubleuant. In his, vbi prolapſi fuerint calidam ad vteros & ambientia loca affundere, eoſque ac crura excalefacere oportet. Si ex partu vteri in dextram obuerſi fuerint, puerperij purgamenta non eunt, dolor imum

λευκὸν ἢ ῥόδινον. ἐπὶ δὲ τὸ ὑγιὲς ἰσχίον ἄμεινον κατακεῖσθαι. πινέτω δὲ [111] γλυκυσίδης κόκκους τέσσαρας τοὺς μέλανας, καὶ ἀκτῆς καρποῦ ἐν τοῖσι δαισὶν ὅσον χηραμίδα, καὶ καστορίου ὅσον κύαμον. καὶ σιτίοισι χρεέσθω μαλθακοῖσι. λινόζωστις δ᾽ ἂν ἁρμόζοι πρὸ τοῦ σιτίου ἑφθὴ ὡς κράμβη. ῥοφεέτω δὲ καὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τὰ δριμέα τρωγέτω, πλὴν ῥαφανίδος, καὶ κρομμύου, καὶ καρδάμου. ἄριστον δὲ θριδακίνη. [112] ὁκόσα δὲ ἀπὸ τῶν ὑστερέων ξυμβαίνει γίνεσθαι νοσήματα, λέγω δὲ ὁκόταν αἱ ὑστέραι ἐκ χώρης κινηθῶσι, προσπίπτουσιν ἄλλοτε ἄλλῃ, ὅκου δ᾽ ἂν προσπέσωσιν, ὀδυνήματα καταστηρίζουσιν ὀδυνηρά. καὶ ἢν ἅψηταί τις τῆς κύστιος, [113] ὀδύνην παρέχουσι. καὶ τὸ οὖρον οὐ δέχονται. οὐδὲ τὴν γονὴν ἐπὶ σφέας ἕλκουσι. καὶ ἄμφω ἀλγέει. κἢν μὴ ταχεῖαι λύσιες γίνωνται, διαπυΐσκονται αἱ ὑστέραι ὕστερον κατὰ τὰ αὐτὰ χωρία, ἢν πρὸς αὐτὰ κέωσι. γίνεται δὲ κατὰ κενεῶνάς τε καὶ βουβῶνας, καὶ ὑπὲρ τοῦ κτενός. χρὴ δὲ ἐν ἀρχῇσιν ὅταν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, ὧδε θεραπεύειν. καὶ χλιάσματα προστιθέναι. καὶ ἐν ὕδατι θερμῷ εἶναι. ἀγαθὸν γὰρ καὶ ἐν τούτῳ. ἢ σπόγγοισιν ἐν ὕδατι θερμῷ ἐκπιεζομένοισι πυριῆν. καὶ πίνειν τῶν ὑστερικῶν φαρμάκων. ἢν δὲ μὴ πρὸς ταῦτα λύηται, φαρμακεύειν κάτω, καὶ ἄνω ἢν δέῃ, ὁκοτέρης ἂν δοκέῃ δεῖσθαι. τὴν δὲ διάγνωσιν τῷδε τῷ τρόπῳ. ἢν μὲν ἐς τοὺς βουβῶνας, καὶ κτένα, [116] καὶ κύστιν ἐξερείψῃ, αὗται χρήζουσιν ἄνω φαρμακείης. ἢν δὲ ἐς τοὺς κενεῶνας τε καὶ τὰ ὑποχόνδρια, αὗται δέονται κατωτερικοῦ φαρμάκου. τὰ δὲ νοσήματα τὰ πάντα τὰ τοιουτότροπα, [117] γραυτέρῃσι μάλιστα γίνεται, ἢ νεωτέρῃσι πρὸς τὰς ἀπολείψιας τῶν ἐπιμηνίων. γίνεται δὲ καὶ νέῃσιν ἐούσῃσιν, ὁκόταν χηρεύωσι πουλὺν χρόνον. ἢν δὲ ἐς τὴν ἕδρην τράπωνται, τὰ ὑποχωρήματα κωλύονται [118] καὶ ὀδύνη ἴσχονται τήν τε ὀσφὺν, καὶ τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὸν ἀρχόν. ὅταν ὧδε ἔχῃ, λούειν χρὴ μὲν τῷ θερμῷ. καὶ πυριῆν τὴν ὀσφὺν καὶ ὑποθυμιῆν τὸ κάτω τοῖσι κακώδεσι. καὶ προστιθέναι ἅσσα καθαίρει τε καὶ ἐλαύνει τὰς ὑστέρας. καὶ πιπίσκειν ὅ,τι ἂν προσδέχηται τῶν ξυμφερόντων μάλιστα. ἢν δὲ καθελκέωνται, ἐς τοὺς βουβῶνάς τε, καὶ οὐρητῆρας, ὀδύναι γίνονται ἰσχυραί. καὶ νάρκη ἐν τοῖσι σκέλεσι, καὶ ὁ οὐρητὴρ ἀποφράσσεται. καὶ τὸ οὖρον οὐ μεθίησι. θεραπεύειν δὲ χρὴ ὧδε. πρὸς μὲν τὰς ῥῖνας προστιθέναι τὰ εὐώδεα καὶ μύρα. πρὸς δὲ τὰς ὑστέρας, τὰ δυσώδεα θυμιᾶν. ἅπασα δὲ πρόφασις ἱκανὴ τὰς ὑστέρας παρακινῆσαι, ἢν ἔχωσί τι φλαῦρον. καὶ γὰρ ἀπὸ ῥίγεος τῶν ποδῶν καὶ ὀσφύος. καὶ ἀπὸ τοῦ ὀρχέεσθαι, καὶ πτοῆσαι, [129] καὶ κεάσαι, καὶ δραμεῖν πρὸς ἀνάντης χωρίον, ἢ πρὸς κάταντες. καὶ ἀπ᾽ ἄλλων ἱκανῶν. [130] ταῦτ᾽ οὖν χρὴ σκέπτεσθαι ἐς ὅλον τὸ σῶμα καθορέοντα, ὅταν παρεόντα λυθῇ νοσήματα. [131] τὰ γὰρ τοιάδε πάντα, ἀνάγκη ἐστὶ τῷ πλέονι, ἢ τῷ ἐλάσσονι νοσεῖν. καὶ ἐπειδὰν ἐκλάμψῃ μάλιστα ταύτῃ τὰ ἐξαπιναῖα δῆλα τῶν νοσημάτων. [132] ὁκόταν οὖν ταῦτα λυθῇ, ἀνωτέρω χρὴ λαμβάνεσθαι ἐκ τοῦ παντὸς ἀνθρώπου, ὁκόσαι, ἀποψύξιες σκελέων ἢ ναρκώσιες ψύξει γίνονται, καὶ ἐν τοῖσιν ὑστερικοῖσι. [133] ταῦτα πάντα μετεωρίζει τὰς ὑστέρας ἐν τοῖσι τοιουτέοισι καταχεῖν χρὴ θερμὸν ὕδωρ, κατὰ τὰς ὑστέρας τὴν περιέχοντα χωρία. καὶ ἐκθερμαίνειν αὐτὰς, καὶ τὰ σκέλεα, ὅταν προπεπτωκυῖαι ἔωσιν. ἢν διαστραφῶσιν αἱ μῆτραι ἐκ τόκου κατὰ δεξιὰ, τά τε λοχεῖα οὐ γίνονται. καὶ ὀδύνη ἔχει τὴν νειαίρην γαστέρα

γαστέρα καὶ τὰς ἰξύας, καὶ τοὺς κενεῶνας. καὶ τὸ δεξιὸν σκέλος βαρύνεται καὶ νάρκην ἔχει. [134] καὶ οὐ πεπηρωμένη, καὶ οὐκ ἂν δύναιτο τοῦ στόματος θιγεῖν τῶν μητρέων, ἀλλ' ὄψει λείας τε καὶ ὁμαλὰς ἰσχυρῶς. ὅταν δὲ ὧδε ἔχῃ, φάρμακον πίσαι ὑφ' οὗ καθαίρεται καὶ ἄνω καὶ κάτω. κάτω δὲ μᾶλλον. καὶ πυριῆν ὅλον τὸ σῶμα, καὶ τὰς ὑστέρας μάλιστα προσηνῶς. καὶ λούειν τῷ θερμῷ, δὶς τῆς ἡμέρης. [135] καὶ τῶν ποτημάτων ὅ, τι μάλιστα ἂν προσδέξηται πειρώμενος. καὶ τῷ ἀνδρὶ ξυνευδέτω θαμινά. καὶ τὴν κράμβην ἐσθιέτω. [136] Ἢν αἱ ὑστέραι κατὰ τὰ ἀριστερὰ κλιθῶσιν, ἢ τὸ ἰσχίον ὀδύνη ἴσχει, ὀξείη τε καὶ ἀσπερχὴς, τάς τε ἰξύας, καὶ τοὺς κενεῶνας, καὶ τὸ σκέλος, καὶ ἐπισκάζει. ὅταν οὕτως ἔχῃ, φάρμακον χρὴ πίσαι ἐλατήριον, τῇ δ' ὑστεραίῃ, ὑποθυμιῆν. τῶν δὲ κριθέων χοίνικας δύο. καὶ ἐλαίης φύλλα κατακόψαι σμικρὰ καὶ κηκίδα κατακόψαι, καὶ κατασῆσαι. καὶ ὑοσκυάμου τρίτον χοίνικος. ταῦτα μίξας καὶ ἐλαίῳ περιποιήσας ὅσον ἡμικοτύλιον ἐν χύτρῃ καινῇ, ὑποθυμιᾶν τέσσαρας ἡμέρας. τῆς δὲ νυκτὸς γάλα βοὸς, καὶ μέλι, καὶ ὕδωρ πινέτω. καὶ τῷ θερμῷ λουέσθω. [137] Ἢν παραλοξαίνωνται αἱ μῆτραι, [138] καὶ δοχμοὶ ἔωσι, [139] καὶ τὸ στόμα ἐφ' ὧν τὰ ἐπιμήνια αὐτῇ τὰ μὲν κρύπτονται, τὰ δὲ προφανέντα οἴχεται, καὶ οὐχ ὅμοια γίνονται, ἀλλὰ κακήθεα, καὶ ἐλάσσονα ἢ πρὸ τοῦ. καὶ ἡ γονὴ οὐκ ἐγγίνεται τουτέου τοῦ χρόνου. καὶ ἡ ὀδύνη ἴσχει τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας, καὶ τὸ ἰσχίον, καὶ ἐφέλκεται αὐτό. ὅταν οὕτως ἔχῃ, [140] φάρμακον χρὴ πιπίσκειν, καὶ λούειν θερμῷ. καὶ πυριῆν. ὁκόταν δὲ νεοπυρίητος ᾖ καὶ νεόλουτος, [141] τῷ δακτύλῳ διαφερξάσα, ἀπορθούτω. καὶ προσευθυνέτω τὸ στόμα τῶν μητρέων. καὶ ὑποθυμιήσθω τὰ εὐώδεα. καὶ τῶν πομάτων δίδου, ὅ, τι ἂν μάλιστα προσδέχηται πειρεόμενος. σιτίοισι δὲ χρήσθω μαλθακοῖσι. καὶ σκόροδα ἐσθιέτω. καὶ ὠμὰ, καὶ ἑφθά. καὶ τῷ ἀνδρὶ ξυνευδέτω. καὶ ἐπὶ τὸ ὑγιὲς ἰσχίον κατακείσθω. ἐπὶ θάτερον καὶ πυριήσθω. ἡ δὲ νοῦσος δυσαπάλλακτος. ἢν δὲ ἄγχιστα ἔωσιν, ἐμείτω θαμινά. τὰς δὲ ὑστέρας πυριῆσαι, τοῖσι δυσώδεσι, μέχρι ἂν ἐς χώρην ἱδρυνθῶσιν. διαίτῃσι δὲ χρήσθω μὴ λαπακτικῇσιν. [142] Ἢν αἱ μῆτραι προΐωσιν ἐξωτέρω τῆς φύσιος, πυρετὸς ἴσχει τὸ αἰδοῖον, καὶ τὴν νειαίρην γαστέρα. καὶ τὸ οὖρον στάζει θαμινά, καὶ κατ' ὀλίγον. καὶ δάκνεται σφοδρῶς τὸ αἰδοῖον. πάσχει δὲ, ἢν ἐκ τόκου ἐοῦσα, τῷ ἀνδρὶ συνευνάζηται. ὅταν οὖν ὧδε ἔχῃ, μύρτα καὶ λωτοῦ ξύσματα ἑψῆσαι ἐν ὕδατι, καὶ θεῖναι τὸ ὕδωρ ἐς τὴν αἰθρίην. προσαιονᾶν δὲ ὧδε, ὡς ψυχρότατον, ἢ τὸ αἰδοῖον καὶ τέλεον λείως προσπλάσαι. ἔπειτα πίνειν τὸ ὕδωρ φακῶν σὺν μέλιτι καὶ ὄξει, ἐμεέτω, ἔστ' ἂν αἱ ὑστέραι [143] ἀνελκυσθῶσι [144] καὶ τὴν κλισίην, ἀνέχειν χρὴ πιέζειν τὰ ἀπὸ τῶν ποδῶν. καὶ τὸ αἰδοῖον ὑποθυμιῆν τὰ κακώδεα. τὰς δὲ ῥῖνας, τὰ εὐώδεα. σιτίοισι δὲ χρήσθω, ὡς μαλθακωτάτοισι καὶ ψυχροῖσι. καὶ τῷ οἴνῳ ὑδαρέα λευκὸν πινέτω. καὶ μὴ λουέσθω. [145] τῷ δὲ ἀνδρὶ ξυνερχέσθω. Ἢν παντάπασιν ἐκ τοῦ αἰδοίου ἐκπίπτωσιν αἱ μῆτραι, ἐκκρέμανται οἷον ὄσχη. καὶ ὀδύνη λάζεται ἐς τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας, καὶ τοὺς βουβῶνας. καὶ ὁκόταν ἐπιλήπτηται χρόνος, οὐκ ἐθέλουσιν ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην ἰέναι. ἡ δὲ νοῦσος λαμβάνει. ὁκόταν ἐκ τόκου ἐοῦσα πονήσῃ, ἢ ταλαιπωρήσῃ, [146] ὥστε ψαύειν τὰς ὑστέρας. ἢ τῷ ἀνδρὶ συνῇ ἐν τῇ λοχίῃ καθάρσει. ὅταν ὧδε ἔχῃ, ψύγματα χρὴ προσθεῖναι παρηγορικὰ πρὸς τὸ αἰδοῖον.

ventrem, lumbos, & laterum inanitates detinet, crus dextrum grauitas & torpor occupat, neque etiam inclinata mulier vterorum os contingere poterit, ſed læues & vehementer planos deprehendet. Cùm ita habuerit, medicamentum ex quo ſurſum & deorſum, magis tamen deorſum purgetur propinato, totique corpori ac præſertim vteris lene fomentum adhibeto, bis die calida lauato, potiones periculo facto quas lubens admittat exhibeto, frequenter cum viro dormiat, & braſſicam edat. Si vteri in ſiniſtram partem aut coxam inclinarint, dolor acutus & vehemẽs lumbos, ac laterum inanitates, cruſq; detinet, & claudicat. Cùm ita habuerit, medicamentum infra agitans potui exhibere oportet, poſteroq; die ſubter ſuffitum admouere. Hordei chœnices duas, & oleæ folia minutim conciſa, gallam contuſam & cribratam, hyoſcyami tertiam chœnicis partem. Hęc mixta & cum olei hemina dimidia in olla noua agitata per dies quatuor ad ſuffitum ſubter adhibeto, noctu verò lac bubulum, mel, & aquam bibat, & calida lauet. Si vteri tranſuerſi & obliquati fuerint, eorúmque oſculum, huic menſes partim quidem deliteſcunt, partim etiam antea comparentes diſcedũt, nec ſimiles inter ſe eunt, ſed praui, & pauciores quàm antea, neque hoc tempore genitura intus manet, dolórque imum ventrem, lumbos & coxam detinet, eáque detrahitur. Cùm ſic habuerit, medicamentum bibere oportet, calida lauare, & fotum adhibere, ſtatímque à fotu & balneo digito ad leuiter contrectandum immiſſo, mulier os vterorum corrigat & dirigat, & ſuffitum ex odoratis adhibeat. Potionem quoque exhibeto, quancumque maximè admittere experientia cognoueris. Cibis autem vtatur mollibus, alliáque edat & cruda, & cocta, viro condormiat, & in ſanam coxam decumbat, ad alteram fomentum admoueat. Hic autem morbus ægrè diſcedit. Quòd ſi vteri proximè accedant, crebrò vomendum, vteris verò ſuffitus ex graueolentibus adhibendus, donec in priſtinum locum collocati fuerint. Victus autem ratione minimè emolliente vtatur. Si vteri extra naturam proceſſerint, pudendum imumq; ventrem igneus calor detinet, vrina crebrò ſenſimq; ſtillat, pudendumq; vehementer mordetur. Hoc autem accidit, vbi recenter à partu cum viro dormierit. Cùm igitur ita habuerit, myrti baccas & loti ramenta in aqua decoquito, decoctumq; cœlo ſereno per noctem exponito, ſicq; quàm frigidiſſimo pudendum perfundito, & læuiter trita propiùs admoueto. Deinde lentium decocto cum melle & aceto epoto vomat quoad vteri ſurſum retrahantur. Lectum autem à pedibus excitare oportet, & ſuffitum pudendo ex graueolentibus adhibere, naribus verò ex odoratis. Cibis vtatur quàm molliſſimis & frigidis, vinumq; album aquoſum bibat, neq; lauet, neq; cum viro congrediatur. Si vteri prorſus extra pudenda procidant, penduli ſunt velut ſcrotum, dolorq; imum ventrem, lumbos & inguina prehendit, progreſſuq; temporis in priſtinum locum reuerti nolunt. Prehendit autem morbus cùm recens à partu laborarit, aut adeò defatigata fuerit, vt vteros leniter attigerit, aut in puerperij purgatione cum viro coierit. Cùm ita habuerit, refrigerantia lenientia pudendis admouere oportet;

& quod extra eſt repurgatum, malicorio in vino nigro decocto abluere & intrò retrudere, deinde mel & reſinam liquefactam, pari cuiuſque portione, in pudendum infundere. Supina etiam pedibus altioribus extentis decumbat, poſtea admotas ſpongias ex lumbis religato. Quamdiu autem ſic habuerit, cibis quidem abſtineat, potu verò vtatur, quàm pauciſſimo, donec ſeptem dies præterierint. Ac ſi ſic quidem obaudire ac redire conſenſerint, abundè eſt. Sin minus, extremas vteri oras deraſas & ablutas, picato illinito. Deinde pedibus ad ſcalam alligatis, capite deorſum collocato, manu intrò retrudito, poſtea lauato, eiuſque cruribus alternatim colligatis, ſic per noctem & diem ſinito, & paucum ptiſanæ ſuccum frigidum, aliúdque nihil exhibeto. Poſtero die reclinatæ ad coxam cucurbitam quàm maximam affigito, diutiùs trahere ſinito, & vbi detraxeris, cutem ne pertundito, ſed reclinatam ſinito, nihilque præter ptiſanæ ſuccum exhibeto, donec ſeptem dies præterierint. Quòd ſi ſitis detineat, pauciſſimam aquam bibat. Vbi autem dies ſeptem præterierint, cibis quàm molliſſimis & pauciſſimis vtatur. Cùm verò aluum exonerare volet, id recumbens facito, dum dies quatuordecim præterierint. Poſtea tepidis fomentis colluatur, præſtat autem vt calida velut ex ſole vtatur, & quam minimùm ambulet, neque lauet. Aluum ne ſolueris, cibis autem pauciſſimis vtatur, neque acribus, neque ſalſis, & pudendis ſuffitum ex graueolentibus admoueat, cumque obambulare cœperit, ſubligaculum geſtet. At ſi vterorum os extra pudenda procidat, cùm nimirum vterorum ceruix prope pudenda ſita & ampla ſit, quod magis infœcundis contingit, præcipuéque ex defatigatione vbi plurimùm laborarit mulier, & vteri calefacti exudarint, ipſorum os per ceruicem euertitur, quòd nimirùm loco magis humido, lubrico & calido quàm antea exiſtat. Quod cùm contingat, vteri extra recta ad frigus feruntur, eorumque os inuerſum exit. Siquidem breui curata fuerit, conualeſcit, ſed penitus infœcunda remanet. Sin minus, os ei durum ſemper extra erit, indeque ſubinde ſanies glutinoſa & graueolens fluet. Quòd ſi menſes prodeant, & adhuc ea ætate ſit, lecto decumbendum. Huiuſmodi autem morbus temporis progreſſu incurabilis redditur, & foras pendulis vteris ad ſenectutem perueniunt. At ſi vteri extra promineant, eos aqua tepida ablutos, & oleo ac vino illitos, rurſus intrò reponito ac religato, ſuffitum ex graueolentibus ſubter adhibeto, ad nares verò ex odoratis. Sed ſi diutiùs foras promineant, & cum ſtupore perfrigeſcant, copioſam calidam vt refoueantur affundito. Quòd ſi iam flatu diſtendantur, etiam aceto ad aquam ammixto, aut lauri aut myrti decocto foueto, placidéque retrudito, & ſi obaudierit cerato vnguento linito, ſin minùs, aqua perluito, pauco aceto tepido affuſo, deinde inungito. Vbi contabuerint, ablutos, vt dictũ eſt, intrò reponito, reliquaque priùs commemorata facito. Oleum autem neque aliud quid pingue, neque quod pinguedinem habeat adhibendum.

καὶ τὸ ἔξω ἐὸν ἀποκαθήρας, σιδίῳ ἐν οἴνῳ μέλανι ἑψήσας, τουτέῳ περιπλῦναι, καὶ εἴσω ἀπωθέειν. ἔπειτα καὶ μέλι καὶ ῥητίνην ξυντήξας ἴσον ἑκατέρου, καὶ ἐγχέειν ἐς τὸ αἰδοῖον. καὶ κατακείσθω ὑπτίη, ἄνω τοὺς πόδας ἔχουσα ἐκτεταμένους· κἄπειτα σπόγγους προσθεῖσα ἀναδῆσαι ἐκ τῶν ἰξύων. ἔστ᾽ ἂν δὴ οὕτως ἔχῃ, σιτίων μὲν ἀπεχέσθω, ποτῷ δὲ, ὡς ἐλαχίστῳ χρήσθω, μέχρις ἂν ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσι. καὶ ἢν μὲν οὕτως ἐθέλωσιν ἐπανελθεῖν καὶ ἀπιέναι, ἅλις ἔστω. ἢν δὲ μὴ, ἄκρεα περιξύσας [147] τὰ λεῖα τῆς ὑστέρης, καὶ ἀμφιπλύνας, χρῖσαι τῇ πισσηρῇ. ἔπειτα πρὸς κλίμακα δῆσαι τοὺς πόδας. τὴν δὲ κεφαλὴν κάτω ἔχειν. καὶ τῇ χειρὶ ἔσω ἀπωθέειν. ἔπειτα λοῦσαι. καὶ ξυνδῆσαι αὐτῆς τὰ σκέλεα ἐναλλάξ. καὶ ἐᾶν νύκτα καὶ ἡμέρην οὕτως. καὶ διδόναι ὀλίγον χυλὸν πτισάνης, ψυχρόν. ἄλλο δὲ μηδέν. τῇ δὲ ὑστεραίῃ κατακλίνας ἐπὶ τὸ ἰσχίον, σικύην προσβάλλειν ὡς μεγίστην, καὶ ἐᾶν ἕλκειν πουλὺν χρόνον, καὶ ἐπὴν ἀφέλῃς, [148] μὴ ἀποσχάσῃς, ἀλλὰ κατακλίνας, ἔα, καὶ μὴ προσφέρειν μηδὲν, ἀλλ᾽ ἢ τὸν χυλὸν, ἕως ἂν ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσιν. ἢν δὲ δίψα ἔχῃ, ὕδωρ ἐλάχιστον πινέτω. ἐπὴν δὲ αἱ ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσι, σιτίοισιν ὡς μαλθακωτέροισι. καὶ ἐλαχίστοισι χρήσθω. ὁκόταν δὲ ἀποπατῆσαι θέλῃ, ἀνακειμένη ἀποπατείτω, ἕως ἂν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι γένωνται, ἔπειτα κλυζέσθω χλιεροῖσι πυριῇσιν. ἄμεινον δὲ θερμῷ, ὡς ἐξ ἡλίου. καὶ περιπατείτω ὡς ἐλάχιστα. καὶ μὴ λουέσθω. κοιλίην δὲ μὴ λύσῃς. σιτίοισι δὲ, ὀλιγίστοισι χρήσθω, μήτε δριμέσι, μήτε ἁλμυροῖσι. καὶ θυμιάσθω τὸ αἰδοῖον, τοῖσι κακώδεσι. κἄπειτα ἢν ἄρξηται περιπατεῖν, [149] τὴν σφενδόνην φορείτω. Ἢν δὲ ἔξω τοῦ αἰδοίου τὸ στόμα τῶν μητρέων ἐκπέσῃ, οἷα τοῦ αὐχένος τῶν μητρέων πλησίον τοῦ αἰδοίου κειμένου, καὶ εὐρέος ἐόντος. γίνεται δὲ τοῦτο μάλιστα τῇσιν ἀτόκοισι. μάλιστα δὲ γίνεται ἐκ ταλαιπωρίης, ἐπὴν ταλαιπωρήσῃ ἡ γυνή. καὶ αἱ μῆτραι θερμανθῶσι, καὶ ἱδρώσωσιν, ἐκτρέπεται τὸ στόμα αὐτέων διὰ τοῦ αὐχένος, ἅτε ἐν τῷ ὑγροτέρῳ, καὶ ὀλισθηροτέρῳ, καὶ θερμοτέρῳ χωρίῳ γινόμενον, ἢ ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ. καὶ ἐπὴν τοῦτο γένηται, ἰθύνουσιν ἔξω πρὸς τὸ ψῦχος, καὶ σφέων τὸ στόμα ἔρχεται ἐκτραπέν. ἢν μὲν ἐν τάχει θεραπευθῇ, ὑγιὴς γίνεται. ἄφορος δὲ πάντως καταλιμπάνεται. ἢν δὲ μὴ ἐν τάχει, ἔξω αἰεὶ ἔσται τὸ σκληρὸν τὸ στόμα, καὶ ῥεύσεται αὐτόθεν ἰχὼρ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε γλίσχρος καὶ κακόδμος. καὶ ἢν τὰ ἐπιμήνια χωρήσῃ, ἢν ἔτι ἐν τῇ ἡλικίῃ ᾖ, ἐν εὐνῇ ἔστω. χρόνου δὲ γινομένου ἡ τοιήδε νοῦσος, ἀνίητος γίνεται. καὶ ξυγκαταγηράσκουσιν ἔξω τὰς μήτρας ἔχουσαι. [150] Ἢν δὲ αἱ μῆτραι ἐξίσχωσι, περιλούσας αὐτὰς ὕδατι χλιερῷ, καὶ ἀλείψας ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ, πάλιν ἐνθεῖναι, καὶ ἀναδῆσαι. καὶ ὑποθυμιᾶν τὰ κακώδεα. ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας, τὰ εὐώδεα. ἢν δὲ πλείονα χρόνον αἱ ὑστέραι ἐξίσχωσι, καὶ περιψύχωνται ναρκώδεες. καταχέειν ὕδωρ θερμὸν πουλὺ, [151] ὅκως διαπυελοθῶσι, ἢν δὲ ἤδη φυσέωνται, καὶ ὄξεος μίσγοντες ξὺν ὕδατι, πυρίην, ἢ δάφνης, ἢ μυρσίνης, καὶ ἠρέμα προσωθεῖν, καὶ κηρωτῇ μύρῳ χρίειν ἢν ἐσακούῃ. ἢν δὲ μὴ, περικλύσαι τῷ ὕδατι, καὶ ὄξεος ὀλίγον χλιήνας καταχέαι. [152] Εἶτα ἀλείφειν. ὁκόταν δὲ ξυντακέωσι, περιλούσας ὡς λέλεκται ἐνθεῖναι. καὶ τἄλλα ποιέειν τὰ προσφερόμενα. ἔλαιον δὲ μὴ προσφέρειν μηδὲ ἄλλο πῖον, μηδὲ λίπα ἔχον.

Ἢν

[154] Ἢν ἀποπτυχθῇ τι τῶν στομάτων τῆς ὑστέρης, τὰ ἐπιμήνια οὐ γίνονται, ἢ ὀλίγα καὶ πονηρὰ καὶ ἀλγεινά. καὶ ὁκόταν τῷ ἀνδρὶ ξυνευδῃ, ἀλγέει· καὶ ὅ, τι ἂν ὁ ἀνὴρ μεθίῃ, ἐκ συνουσίης ἔξεισι, καὶ οὐ θέλει ψαύεσθαι, οὐδ' ἕλκει τὴν γονήν. καὶ ὀδύνη ἴσχει τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας. καὶ τὸ στόμα τῶν ὑστερέων, [155] δῆλον ψηλαφωσῃ. ὅταν οὕτως ὧδε ἔχῃ, πυριῆσαι οὔρῳ παλαιῷ. ἔπειτα ἐμεσάτω τῷ φακίῳ συμμίξασα μέλι, καὶ ὄξος. ἔπειτα λουέσθω, ὕδατι θερμῷ. ἔπειτα ἐγχέασα ἐς φιάλην ἀργυρέην, ἢ χαλκέην, ἔλαιον λευκὸν αἰγύπτιον. καὶ ἅλας, καλυψαμένη δὲ καθεζέσθω ἀμφὶ τὴν φιάλην. κἢν μὲν ἡ ὀδμὴ αὐτῇ διὰ τοῦ στόματος ἐξίῃ, φάναι αὐτὴν τέξεσθαι, [156] καὶ τῇ ὑστεραίῃ ὑγιῆ ἔσεσθαι. [157] ἢν δ' ἴῃ ὀδμὴ, θαρσύνειν. κἢν ἐθέλῃ εὕδειν, προστιθέσθω τὸ αἰγύπτιον ἔλαιον ἐν εἰρίῳ. τῇ δὲ ὑστεραίῃ σκεψάσθω ἢν ἢ μᾶλλον καὶ ἰθὺ ἢν τὸ στόμα τῶν ὑστερέων. καὶ ἢν φῇ εἶναι, πυριῆσαι εὐώδεσιν ἡμέρας τρεῖς. καὶ προστιθέναι προσθετὰ ὁποῖα μὴ ἀναδήξηται. καθαίρειν δὲ καὶ μετακλύζειν εὐώδεσι καὶ μαλθακοῖσιν, ἴσας ἡμέρας τῇσι πρόσθεν. ὁκόταν δὲ τὰ ἐπιμήνια γένηται, νηστεύσασα καὶ ἄλουτος, παρὰ τὸν ἄνδρα ἴτω, ὑποθυμιησαμένη τοῖσιν ἀρώμασιν. ἄτοκοι δὲ πολλαὶ καὶ ἐκ ταύτης τῆς νόσου γίνονται, ἢν μὴ μελεδανθῇ. Ἢν ἑλκωθῶσιν αἱ μῆτραι, καὶ πρόσω χωρήσωσιν ἔξω τὰ πολλὰ, ἐλαίῳ χηνείῳ λίπα τὰς χεῖρας ἐνθεῖναι. καὶ δίδου καταπότιον σμύρνης ἀκρήτου, τρεῖς καταπίειν ἀπυρήνας. καὶ πινέτω δάφνην χλωρὴν τετριμμένην, οἴνῳ διείς. καὶ ὑγιὴς οὕτω γίνεται. [158] Ἢν ἐξέρχηται τὰ αἰδοῖα, προσθετὸν τόδε. ἀνίσου καρποὶ καὶ σελίνου τρίψας λεῖα, προσθεῖναι πρὸς τὰ αἰδοῖα. ἢν μὴ κατὰ χώρην μένωσιν. ἀλλ' ὅτε μὲν ἔνθα, ὅτε δὲ ἔνθα [illegible] ὀδύνας παρέχει. αἱ δὲ ἀφανέες γίνονται. ὁτὲ δὲ [illegible] ὡς ἕδρη. καὶ ὁκόταν μὲν ὑπτίη ᾖ, κατὰ χώρην μένουσιν. [illegible] μὲν δ' ἀναστῇ, ἢ ἐξ ὕπνου ἐγείρηται, ἢ ἐπικύψῃ, [159] ἢ ἄλλο τι ποιήσῃ κίνημα, ἐξέρχονται. πολλάκις δὲ καὶ ἡσυχαζούσῃ. ταύτην χρὴ ὡς μάλιστα ἠρεμέειν τε καὶ ἀτρεμέειν, καὶ μὴ κινέεσθαι. καὶ τὴν κλισμὴν κεῖσθαι πρὸς ποδῶν ὑψηλοτέρην. καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι χρέεσθαι. χρὴ γὰρ αὐτὰς ἀναπᾶν ἄνω. καὶ τοῖσι δὲ δριμυτάτοισιν ἀπαιονᾶν, καὶ ὑποθυμιῆν τὰ κακώδεα. ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας, τὰ εὐώδεα. καὶ τὴν ῥοιὴν διὰ τοῦ ὀμφαλοῦ, τρήσασα μέσην, ἐν οἴνῳ χλιήνασα, [160] ἢ ἥτις ἂν ἁρμόζῃ μάλιστα, καὶ μὴ τι κωλύῃ, προσθεῖναι ὡς ἐσωτάτω. εἶτ' ἀναδῆσαι ταινίῃ πλατείῃ, καὶ ἀναλαβεῖν ὡς μὴ ὀλισθάνοι, ἀλλὰ μένοι. καὶ ποιέειν τὸ δέον. καὶ τὸν κυκεῶνα [161] σὺν τῷ τυρῷ, καὶ τοῖσιν ἀλφίτοισι πιπίσκειν καθάπερ ἐν τῇ προπτώσει γέγραπται. καὶ τῶν ποτημάτων πειρώμενος ὅ, τι ἂν μάλιστα προσδέχηται πιπίσκειν. σιτίοισι δὲ, ὡς μαλθακωτάτοισι χρέεσθαι. καὶ μετ' ἀνδρὸς μὴ συνευδέτω, [162] ἄχρις οὗ κατὰ χώρην οἴχηται. [163] Ἢν αἱ μῆτραι ἐκπίπτωσι, κισσὸν ὡς ξηρότατον τρίψας λεῖον, ἐνδήσας τι ἐς ὀθόνιον, προσίσχειν. καὶ λιπαρὸν προσφέρειν μηδέν. πίσιν δὲ διδόναι [164] πυροὺς προκεχρισμένους. καὶ μήκωνα λευκήν. καὶ ἐλελίσφακον. καὶ κύπειρον. καὶ ἄννησον, ταῦτα τρίψας λεῖα, διεὶς οἴνῳ, καὶ τὰ κορήματα τὰ ἀπὸ τῶν κριθέων, διδόναι δὶς τῆς ἡμέρης [165] ἐφ' ἑκατέρου ἡμικοτύλιον. [166] Ἢν ἐς τὰ σκέλεα καὶ τοὺς πόδας τράπωνται, γνώσεις ὧδε. οἱ μεγάλοι δάκτυλοι τῶν ποδῶν σπῶνται ὑπὸ τοὺς ὄνυχας, καὶ ὀδύνη ἔχει τὰ σκέλεα, καὶ τὰ μηρὰ καὶ ἐγκεῖται καὶ θλίβει τὰ ἀμφὶ τὸν μηρὸν νεῦρα.

Si vterorum oſculi pars quædam in rugas ſinuata fuerit, menſes non eunt, aut pauci, & praui, nec ſine dolore, cumque cum viro dormit, dolet, & quicquid ex congreſſu vir emiſerit, exit, neque attingi patitur; neque genituram attrahit. Dolor imum ventrem & lumbos detinet, neque vterorum os contrectatum apparet. Cùm igitur ita habuerit, fomentum ex veteri vrina adhibeto, deinde ex lenticulæ decocto admixto melle & aceto vomat, mox calida lauet. Poſtea in phialam argenteam aut æneam oleo albo Ægyptio & ſale infuſo, obuelata mulier circum phialam conſideat. Et ſiquidem olei odor per os ſubierit, ipſam parituram affirmato, poſteroque die ſanam fore, tuncque bono animo eſſe iubeto, ac vbi dormire volet oleum Ægyptium ex vellere in ſubditio ſupponat. Poſtero verò die proſpiciat ſi quid vterorum os magis directum ſit, quòd ſi affirmet, per tres dies fomentum ex odoratis adhibeto, & ſubdititia quæ minimè mordeant ſupponito, purgatoq; & poſtea ex odoratis & emollientibus totidem quot antea diebus colluito. Cùm autem menſes ierint, ieiuna & illota virum adeat, ſuffitu ex aromatis adhibito. At pleræque ex huiuſmodi morbo, niſi cura adhibeatur, infœcundæ redduntur. Si vteri exulcerati fuerint, & quàm maximè foras prodeant, manibus oleo pingui illitis intrò reponito, & myrrhæ ſinceræ tres pilulas deuorandas exhibeto, & laurum viridem tritam vino diſſolutam bibat, ſicque ſanitati redditur. Si pudenda in anguſtum coarctata fuerint, ſubdititium imponito. Aniſi & apij ſemen, læuiter tritum, ad pudenda in ſubdititio apponito. Si ſuo loco non maneant vteri, ſed modò quidam hanc in partem, modò in illam eant, ita vt dolores excitent, neq; verò compareant, interdum autem velut ſedes extra procidunt, & vbi quidem ſupina fuerit, loco manét; vbi verò ſteterit, aut ex ſomno ſurrexerit, aut prona incubuerit, aut alio quodam modo ſe mouerit, exiliunt, plærumque verò etiam quietem agenti. Hanc quàm maximè quietam ac placidam eſſe, minimeque moueri oportet, lectumque à pedibus excitatum eſſe & vomitionibus vti. Surſum enim reuellendi ſunt, & acerbis perfundendi graueolentiaque in ſuffitu ſubter adhibenda, naribus verò odorata; & malum punicum medium ex vmbilico perforatum, quodcunque maximè conuenire videatur, vino tepefactum, ſi nihil prohibuerit, quàm penitiſſimè ſubdendum, deinde lata faſcia excipiendum, & ne elabatur religandum, ſed intus maneat, & quod opus eſt efficiat, & peplium cum caſeo & polenta propinandum, quemadmodum in procidentia ſcriptū eſt. Potiones etiam, periculo facto quaſcunque maximè admittat, potui exhibendæ. Cibis autem quàm molliſſimis vtatur, neque viro condormiat; quoad ſe in locum ſuum receperint. Si vteri loco ſuo excidant, hederam ſicciſſimam tenuiter tritam, in linteo ligatam propiùs admoueto, & neque pingue quicquam adhibeto. Potui verò exhibeto triticum priùs tuſum, & papauer album, ſaluiam, cyperum & aniſum, hæc læuiter trita, ex vino macerata, cum hordei purgamentis, bis die potui exhibeto, vtraq; potione dimidiam heminam. Si ad crura & pedes ſe vertat, ſic noſces. Pedum magni digiti ſub vnguibus conuelluntur, & dolor crura ac femora detinet, & in femoris neruos incumbit & premit.

Cùm ſic habuerit copioſa calida crebrò lauanda, & ſi ferre poſſit fouenda, & ſuffitus ex graueolentibus ſubter adhibendus, femoraq; oleo roſaceo inungat. Quòd ſi de repente voce deficiat, crura, genua, & manus frigidas deprehendes, & ſi vterum attrectaris, ſuo loco non eſt, cor palpitat, dentibus fremit, ſudor copioſus erumpit, & alia quæ morbo comitiali correpti patiuntur, & auribus exudant. His copioſa frigida cruribus affundenda, reliquaq; velut priùs dictum eſt facienda. Si commoti vteri aliquam in partem irrumpant, & dolorem excitent, oleæ ſcabiem, lauri & cupreſſi ſcobem in aqua coctam, vellere exceptam, in ſubdititio apponito. Vbi verò mulier ſtatim à partu onus viribus maius ſuſtulerit, aut conſternata fuerit, aut ligna ſecuerit, aut cucurrerit, aut alia quædam eiuſmodi fecerit, vteri ob hęc plærumque excidunt, interdum verò ad ſternutationem, præcipuéque ſi per vim excitata ſternutatione nares apprehenderit. Vteros aqua tepida proluere oportet, poſtea betæ ſucco feruefacto eodem modo, deinde vino meraco nigro. At ſi his non cedunt, emollientia facere oportet, eaq; priùs quàm refrigerentur facere, & leniter intrò reponere, cruráque inter ſe alternata extendere, & iis molle aliquid ſubdere. Eæ à potu præcipuè arcendæ, cauendúmque ne venter exturbetur & naribus odorata exhibéda. Poſtea ſi nó quieſcant, ſed moueantur, has veratro purgare oportet, ac niſi ſatis ſit, vomitiones ciere, minimè lauare, ſilere & quieſcere. Si vteri inflati fuerint, venter inflatur, attollitur, reſonat, pedes & faciei cauitates intumeſcunt, color deformis redditur, menſes deliteſcunt, neque eo tempore genitura intro ſuſcipitur, crebra ſpiratione laborat, os ſpumat, & anxietudine premitur, cùm ex ſomno expergiſcitur, ſpiratio quæ erecta ceruice obitur, ipſam detinet, quicquid comederit aut biberit, eam moleſtia afficit, gemit, & magis animum abiicit quàm priùs quá edat & ſuffocatur, nerui contrahuntur, vteri & veſicæ dolent, neque manus contactum admittunt, neque vrinam profundunt, neque genituram recipiunt. Cùm ſic habuerit, medicamentum deorſum purgans propinare oportet, calida lauare, crebróque toto corpore inſidere, interdúmque ad vmbilicum vſque fomentum admouere, intermiſſione verò facta, ea à quibus repurgetur, neque mordeatur, in ſubdititio apponere. Suffitus ex odoratis pudendis adhibeatur, naribus verò ex graueolentibus. Potiones exhibeto quæ vteros purgant, eoſque in locum ſuum pellunt, mercurialem comedat, poſteaque lac bibat, velut de latere ſcriptum eſt. Morbus autem diuturnus non eſt. Si in callum induruerint vteri, tum os aſperum redditur, tum menſes deliteſcunt, cùm verò eunt, aſperi tanquam arena apparent. Quòd ſi etiam digito attingatur, vteri os aſperum deprehendes, velut callus ſemper adhæreſcit. Cùm ſic habuerit, cyclaminum tritum, ſalem, ficum, ſimul miſceto, cum melle glandulæ conficiendæ, & fomento adhibito purgantibus colluendum. Mercurialem autem & braſſicam coctam edat, & ſuccum ſorbeat ac porrum, calidáque lauet. Si vteri in callum indureſcant, tum menſes occultantur, tum eorum os conniuet, neq; concipit, & aliud quid eſſe videtur. Quòd ſi attigeris, tanquam ſaxum illic eſſe videtur,

ὅταν οὕτως ἔχῃ, λούειν χρὴ πολλῷ καὶ θερμῷ, θαμινά· καὶ πυριῆν αἲ δύνηται. καὶ ὑποθυμιῆν τὰ κακώδεα, [167] καὶ τοὺς μηροὺς τῷ ῥοδίνῳ ἀλειφέσθω λίπα. ἢν δὲ ἄναυδος γένηται, ἐξαπίνης τὰ σκέλεα ψυχρὰ εὑρήσεις αἰεὶ, καὶ τὰ γούνατα καὶ τὰς χεῖρας. καὶ ἢν ψαύσῃς τῆς ὑστέρης, οὐκ ἐν κόσμῳ ἐστὶ· καὶ ἡ καρδίη πάλλεται, καὶ βρύχει. καὶ ἱδρὼς πουλύς. καὶ τ᾽ ἄλλα ὅσα ὑπὸ ἱερῆς νούσου ἐπίληπτοι πάσχουσι. [168] καὶ ἄσα ἀπ᾽ οὔατος δρῶσι. ταύτῃσι καταχεῖν ὕδωρ ψυχρὸν χρὴ πουλὺ κατὰ τῶν σκελέων τε. καὶ ὡς τ᾽ ἄλλα ποιέειν, καθὰ προείρηται. [169] ἢν κινηθεῖσαι πῆ προσαΐξωσι καὶ ὀδύνην παρέχωσιν, ἐλαίης ψώρην καὶ δάφνης καὶ κυπαρίσσου πρίσμα ἑψήσας ἐν ὕδατι, ἐς εἴριον ἐμβαλὼν προστιθέναι. ὁκόταν δὲ γυνὴ ἐκ τόκου ἐοῦσα φορτίον ἄρηται μεῖζον ἢ τῆς φύσιος, [170] ἢ πτίσσῃ, ἢ κεάσῃ ξύλα, ἢ δράμῃ, ἢ ἄλλα τινὰ τοιάδε δράσῃ, αἱ ὑστέραι ἐκπίπτουσι πρὸς ταῦτα μάλιστα. ἐνίοτε δὲ πρὸς πταρμόν, οὐ γὰρ βιᾶται, ἢν βίῃ πταρνυμένη μὴ ἐπιλάβηται τῆς ῥινός. προσκλύζειν χρὴ τὰς ὑστέρας ὕδατι χλιαρῷ. ἔπειτα τεύτλου χυλῷ ἀποζέσαντα ὁμοίως. εἶτα ἀκρήτῳ οἴνῳ μέλανι. ἢν δὲ μὴ ἐγχωρῇ, μαλθακτήρια ποιέειν χρή. ταῦτα δὲ ποιέειν χρὴ πρότερον, ἢ ψυχθῆναι καὶ ἐνθεῖναι εἴσω πρηέως. εἶτα ἐκτείνειν τὰ σκέλεα, καὶ ὑπαλλάξαι. καὶ ὑπὸ τὰ αὐτὰ ὑποτιθέναι τι μαλθακόν. [171] ὑπὸ ποτοῦ δὲ εἴργεσθαι χρὴ τὰς τοιαύτας ὡς μάλιστα καὶ τὴν κοιλίην χρὴ φυλάσσειν, ὅκως μὴ ἐκταραχθῇ. πρὸς δὲ τὴν ῥῖνα τὰ εὐώδεα διδόναι. τὰς τοιαύτας χρὴ ἐξ ὑστέρου ἢν μὴ ἀτρεμίζωσιν, ἀλλὰ κινέωνται, ἐλλεβορίζειν. ἢν δὲ μὴ ἐξαρκέωσι, καὶ ἐμέτους ποιέειν. καὶ ἀλουτέειν. σιγᾶν τε, καὶ ἠρεμέειν. [172] ἢν ἀνεμωθῶσιν αἱ μῆτραι, ἡ γαστὴρ αἴρεται, καὶ φυσᾶ καὶ σμαραγεῖ. καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι, καὶ τὰ κοῖλα τοῦ προσώπου. [173] καὶ ἡ χροιὴ ἀηδὴς γίνεται. καὶ τὰ ἐπιμήνια κρύπτεται. καὶ ἡ γονὴ οὐκ ἐγγίνεται ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ. καὶ ἀσθμαίνει, ἀφρίζει τε, καὶ ἀλύει. καὶ ὅταν ἐγείρηται ἐξ ὕπνου, ὀρθόπνοιη μιν ἔχει, καὶ ὅ, τι ἂν φάγῃ ἢ πίῃ, λυπέει αὐτήν, καὶ στένει. [174] καὶ ἀθυμέει μᾶλλον, ἢ πρὶν φαγεῖν. καὶ πνίγεται. καὶ τὰ νεῦρα ἕλκεται. καὶ αἱ μῆτραι καὶ αἱ κύστιες ἀλγέουσι. καὶ οὐκ ἔστι ψαῦσαι τῇ χειρί, οὐδὲ τὸ οὖρον προΐενται, οὐδὲ τὴν γονὴν δέχονται. ὅταν οὕτως ἔχῃ, φάρμακον χρὴ πῖσαι κάτω. θερμῷ λούειν, καὶ καθίζειν θαμινὰ ὅλον τὸ σῶμα. ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ἄχρις ὀμφαλοῦ πυριῆν. διαλιπὼν δὲ προστιθέναι τὰ ὑφ᾽ ὧν καθαρεῖται. καὶ μὴ δαχθήσεται. ὑποθυμιάσθω δὲ τὰ εὐώδεα ὑπὸ τὰ αἰδοῖα. ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας τὰ κακώδεα. καὶ πόματα διδόναι, ἃ καθαίρουσιν ὑστέρας, καὶ ἐλαύνουσιν ἐς χωρίον. καὶ τὴν λινόζωστιν ἐσθιέτω. καὶ τὸ γάλα μετὰ πινέτω. [175] ὡς ἐπὶ τοῦ πλευροῦ γέγραπται. ἡ δὲ νοῦσος οὐ χρονίη. [176] ἢν σκιρρωθῶσιν αἱ μῆτραι, τό, τε στόμα τρηχύνεται, καὶ τὰ ἐπιμήνια κρύπτεται, ὁκόταν δὲ ἴῃ, ὡς ψάμμος φαίνεται τρηχέα. ἢν δὲ καθάπτῃ τῷ δακτύλῳ, τρηχὺ τὸ στόμα εὑρήσεις τῆς μήτρης, ὡς πῶρος προσπεφύκῃ αἰεί. ὅταν ὧδε ἔχῃ, τῆς κυκλαμίνου χρὴ τρίψαντα καὶ ἅλας καὶ σῦκον ὁμοῦ μίσγειν. [177] καὶ ἀναποιέειν μέλιτι βαλανίδας. καὶ πυριῆν διὰ τὰ κλύσματα τὰ καθαίροντα. ἐσθιέτω δὲ τὴν λινόζωστιν, καὶ κράμβην ἑφθήν. καὶ τὸν χυλὸν ῥοφείτω, καὶ πράσον. καὶ θερμῷ λουέσθω. ἢν αἱ μῆτραι σκιρρωθῶσι, [178] τά τε ἐπιμήνια ἐπιλυχνίζονται, καὶ τὸ στόμα αὐτῶν ξυμμύει, καὶ οὐ κυΐσκεται. καὶ ὡς ἕτερον ἐστί. καὶ ἢν ψαύσῃς, ὡς λίθος δοκέει κατ᾽ εἶναι

καὶ

καὶ τὸ στόμα τρηχὺ, καὶ πολύρριζον, καὶ οὐ λεῖον ἰδεῖν.[179] καὶ τὸν δάκτυλον οὐκ ἐσίη. ὅς μιν καθορῇ. καὶ πῦρ λαμβάνει περίψυχον καὶ βρυγμός. καὶ τὰς μήτρας ὀδύνη ἔχει, καὶ τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὰς κενεῶνας, καὶ τὰς ἰξύας. πάσχει δὲ ταῦτα, ἢν τὰ διαφθαρέντα τὰ ἐπιμήνια σαπῇ. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐκ τόκου, καὶ ψύχεος, ἢ πονηρῆς διαίτης, καὶ ἄλλως. φαρμακοποσίην χρὴ πιπίσκειν. καὶ λούειν θερμῷ πολλῷ τε ὕδατι καὶ ἐλαίῳ χρέεσθαι. καὶ πυριῆν. ὁκόταν δὲ νεόλουτος, ἢ νεοπυρίητος ᾖ, τὸ μήλην καθεὶς, ἀναστομοῦν καὶ ἀναθυρῶσαι τὸ στόμα αὐτέων, καὶ τῷ δακτύλῳ ὁμοίως. καὶ προστιθέναι μαλθακτήρια ὡς εἴρηται. καὶ τὰ ποτήματα ὡσαύτως πιπίσκειν. καὶ θεραπεύειν. ἢν δὲ σκληρυνθῶσιν αἱ μῆτραι, τὸ στόμα σκληρὸν γίνεται τῶν ὑστερέων, καὶ ξυμμέμυκε. καὶ τὰ ἐπιμήνια οὐ γίνεται, ἀλλ' ἐλάσσω καὶ κακίω. καὶ ὀδύνη ἐμπίπτει καὶ πῦρ, καὶ ῥῖγος λαμβάνει ἀμφὶ τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὴν ὀσφὺν, καὶ τὰς κενεῶνας. ὅταν δὲ ὧδε ἔχῃ, λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ καὶ χλιάσματα προστιθέναι, ἢν ὀδύνη ἔχῃ, καὶ πυριῆν τὰς ὑστέρας βληχρῶς πουλὺν χρόνον, τῷ ἀπὸ τοῦ σικύου τοῦ ἀγρίου ὕδατι. ἔπειτα προστιθέσθω μαλθακτήρια τρεῖς ἡμέρας, ταῦτα ποιέειν. καὶ ἢν ψαύσῃ αὐτῆς, μαλθακὸν τὸ στόμα τῶν ὑστερέων φαίνηται,[180] μοτοὺς ὠμολίνου καθετήρια, τρεῖς ἐμπυοὺς μοτοὺς τρεῖς. τὸν μὲν πρῶτον, λεπτόν. τὸν δὲ δεύτερον, ὀλίγον παχύτερον. ὁ δὲ παχύτατος ἔστω τὸ μέγεθος, ὅσον ὁ σμικρὸς δάκτυλος. μῆκος δὲ πέντε δακτύλων. χηνείῳ στέατι ἀλείφειν. προστιθέναι δὲ, προπυριήσας τοῖσιν εὐώδεσι καὶ βάλανον μαλθακτικήν.[181] ἢ νίτρου ὅσον ἐπαλείφοντα, ὡς μὴ τρώσῃ. οὐ γὰρ κνίζειν δεῖ, καὶ προσκείσθω δύο ἡμέρας. ἀφίσταται δὲ οἷον λεπὸς καὶ δέρμα παχύ. διαλιπὼν δὲ τρεῖς ἡμέρας, τὸ κυκλάμινον[182] τὸ ξὺν τῷ ναρκισσίνῳ. ἢν δὲ ταῦτα μὴ καθαίρῃ, κατὰ νόον πουλὺν[183] προστιθέναι τοῦτο τὸ ξὺν τῇ βουπρήστει. προσκείσθω δὲ τὴν ἡμέρην. καὶ ἐπὴν δάκνῃ ἰσχυρῶς, ἑλκύειν τὴν βάλανον καὶ διανίζεσθαι τὸ αἰδοῖον, ὕδατι θερμῷ,[184] καὶ ἐν ἐλαίῳ ἵζεσθαι. τῇ δὲ ὑστεραίῃ λουσαμένη, ἐλάφου στέαρ τηξαμένη, καὶ εἰς εἴριον μαλθακὸν ἀναφυρήσασα, προστιθέσθω. καὶ ἢν σοι δοκέῃ ἔτι καθάρσιος δεῖσθαι, διαλιπὼν τρεῖς ἡμέρας, προστιθέναι τὸ ξὺν τῷ ναρκισσίνῳ. τῇ δὲ ὑστεραίῃ τὸ νέτωπον. ἔπειτα πάλιν διαλιπὼν τρεῖς ἡμέρας, κλύσαι τὰς ὑστέρας εὐώδεσι καὶ λιπαροῖσι. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, τὴν γλήχωνα προστιθέναι μίαν ἡμέρην. τῇ δὲ ἑπομένῃ, πυριῆν τοῖσιν ἀρώμασι. σιτίοισι δὲ δριμέσι χρήσθω, καὶ τοῖσι θαλασσίοισιν, ἢ κρέασιν. ἐν δὲ τοῖσιν ἐπιμηνίοισι, πινέτω τὸ καστόριον. καὶ ἄσιτος ἐοῦσα, ἄλουτος, θυμιωμένη. καὶ τὸν κυκεῶνα πινοῦσα, παρὰ τὸν ἄνδρα ἴτω. ἢν δὲ μὴ ἐνδέχηται τὸ στόμα τῶν ὑστερέων τὴν γονὴν,[185] ἀλλὰ στερρῶδες ᾖ, καὶ συμμεμυκός, προστιθέσθω μολύβδιον, ὡς εἴρηται, τρεῖς ἡμέρας λουσαμένη θερμῷ. καὶ μαλθακτηρίοισι χρεέσθω. καὶ ἀνακείσθω ὑπτίη.[186] καὶ ἐφ' ὕδωρ θερμὸν ἱζέσθω, καὶ εἴριον ἐς μύρον ἀποβάπτουσα, προστιθέσθω. καὶ τὴν νύκτα προστιθέναι δεῖ μᾶλλον. περιτιθέναι δὲ περὶ τὰ ἰσχία εἵματα ἐρίνεα, ἢ μαλθακὰ λίνεα,[187] ὡς μὴ περιρρηδὲς ᾖ τὸ σῶμα. προσθέτοισι μαλθακοῖσι. σμύρναν πιοτάτην, καὶ πίσσαν, καὶ κηρὸν, καὶ στέαρ χηνός. ἔστω δὲ τῆς σμύρνης μὲν τὸ ἥμισυ. τῶν δὲ ἄλλων διπλάσιον. ἐν εἰρίῳ δὲ προστίθεσθαι. ἔστω δὲ δύο. προσκείσθω δὲ λουσαμένη, τὴν ἡμέρην τὸ ἕν. τὸ δὲ ἕτερον,[188] ἐς τὴν νύκτα ἔστ' ἂν μαλθακὸν ᾖ. καὶ ἐπὴν ὑφέληται, ἐν εὐώδεϊ ὕδατι περινίζεσθαι.

os aſperum eſt, & multas habet radices, non læue aſpectu, neque digitum admittit, ſi quis ipſum penitus inſpiciat. Febris cum perfrictione inuadit, & dentiũ fremitus, dolórque vteros, imum ventrem, laterum inanitates & lumbos detinet. Hæc autem ei contingunt, ſi corrupti menſes computreſcant, interdum verò ex partu, frigore, aut praua victus ratione, & alio modo. Medicamentum igitur propinandum, multáque calida lauandum, & oleo vtendum, fomentúmque admouendum. Poſt recens balneum aut fotum, immiſſo ſpecillo eorum os aperiendum & diducendum, quod & digito ſimiliter faciendum, emollientiaque velut dictum eſt in ſubdititio apponenda, & potiones ſimiliter propinandæ, eodémque modo curandum. At ſi vteri tumore duro obduruerint, eorum os durum redditur, & concluſum eſt, neque menſes eunt, ſed pauciores & deteriores ſunt, febris & rigor inuadit, dolor ad imum ventrem, lumbos & lateris inanitates irruit. Cùm ſic habuerit copioſa calida lauato, & tepefactoria apponito, ſi dolor detineat, vteris diutius leniter ex decocto cucumeris agreſtis fomentum adhibeto, deinde emollientia in ſubdititio apponito, idque tribus diebus facito. Quòd ſi ad contactum vteri os molle appareat, tribus ſuppuratoriis linamentis confectis, intortum ex lino crudo linamentum immittito, primum quidem tenue, alterũ verò paulò craſſius, craſſiſſimum autem parui digiti craſſitudine, at digitorum quinque longitudine, quæ adipe anſerino illita ſupponito, & glandem emollientem indito, fomento prius ex odoratis adhibito. Aut nitri tantillo illinito, vt ne vulneret, (neque enim pungere oportet) & per duos dies apponatur, decedit autem velut cortex & cutis craſſa. Tribus autem interpoſitis diebus, cyclaminum cum narciſſino ſubdito. Quòd ſi iſta non purgarint, tum cum multa mentis reputatione, medicamentum quod cum bupreſti paratur ſupponito, & per diem apponatur, & ſi vehementer mordeat, glandem extrahito, pudendum aqua calida perluito, & in oleo inſidere facito. Poſtridie verò à balneo, cerui adeps liquatus, cũ molli lana ſubactus, in ſubdititio apponatur, & ſi tibi adhuc purgatione indigere videatur, tribus intermiſſis diebus, ſupponito quod cum narciſſino paratur, poſtridie verò netopum. Deinde rurſus tribus intermiſſis diebus, vteros odoratis & pinguibus colluito, poſtridie verò pulegium vno die ſubdito, & ſequenti die ex aromatis fomentum adhibeto. Cibis autem acribus vtatur, & marinis piſcibus, aut carnibus. Euntibus autem menſibus caſtorium bibat, & ieiuna, illota, poſt adhibitum ſuffitum & ebibitum cyceonem ad virum veniat. At ſi vterorum os genituram minimè ſuſcipiat, ſed ſterile fuerit & clauſum, poſt calidæ balneum, per tres dies glandulam plumbeam, vt dictum eſt, ſubdat, emollientibus vtatur, ſupina recumbat, in aquam calidam inſideat, & lanam vnguento imbutam in ſubdititio apponat, quæ noctu potiùs apponenda eſt. Ad coxas veſtes laneas aut molles lineas apponito, ne corpus in alterutram partem defluat. In mollib. ſubdititiis, myrrham pinguiſſimã, picem, ceram & adipem anſerinum apponat. Et myrrhæ quidem pars ſit dimidia, reliquorum verò dupla, in vellere autem ſupponito. Duo verò parentur ſubdititia, ex quibus vnum per diem poſt balneum lotæ apponatur, alterum verò per noctem, quoad emolliũ ſit, quod vbi ſubduxerit, aqua odorata circumabluatur.

Vel grana cnidia quindecim cortice detracto ſumito. Sit & Indici medicamenti aliquantulum, in lacte mulieris maſculum lactantis, ſi ita viſum fuerit, tritum. Admiſcenda autem cerui medulla, & quæ dicta ſunt cum pauco melle. Sit etiam lana mollis pura, & per diem ſupponatur. Quòd ſi vehementius parare voles, myrrhæ puſillum quid admiſceto. Optimum autem oui candidum, adeps caprinus, mel & oleum roſaceum his permiſcendum. Oleum autem ad ignem tepefacito, quod deſtillat vellere exceptum ſupponito. Aut anſerinum adipem rubrum ſuauiter conditum, & vnguentum roſaceum, hæc permixta vellere excepta ſupponito. Optimus autem eſt anſerinus adeps & ouillus, cera alba, reſina, netopum, oleum roſaceum, hæc ſimul liquato & miſceto. A balneo autem tepida intrò ad vterorum os apponat. Aut cerui medullam, anſerinum adipem liquatum, roſaceo aut irino oleo ſubactum, ex vellere autem admodum molli ſupponito. Mulieri cùm vteri duri extiterint, & ad pudenda proceſſerint, inguina indureſcunt, in pudendis ardor eſt, omniaque ad cancrum vergunt. Vbi ſic habuerit, cucumeris agreſtis interiorem partem & fauum terere oportet, & affuſa aquæ hemina, in ſedem immittere, vt purgetur. Si vterorum os ex ſiccitate induruerit, aut ceruix, vbi digito contrectaris cognoſces. Ac ſi ad coxam voluentur, acre nihil adhibeto. Periculum enim eſt, ſi vlceretur, aut inflammatione laboret, ne penitus infœcunda reddatur. Et verò quæ non mordét, ex quibus purgetur, in ſubdititio apponito. Cùm autem duri fuerint vteri, eaque parte dolor adfuerit, in ſubdititio apponito, velut cerui medullam, aut anſerinum adipem, aut ſuillum, & vnguentum irinum cum melle, aut oui luteum ex cera albâ emollitum ex cataplaſmate imponito, & hordeaceam aut triticeam farinam cum aqua & ruta coquito. Si vteri clauſi fuerint, ipſorum ora dura euadunt, neque ampliùs genituram recipiunt, ſed inde vbi cum viro concubuerit ac crura mouerit ſecedit, dolores imum ventrem, lumbos & inguina detinent, menſes nullo modo profluunt, aut pauci, praui & decolores. Cùm ſic habuerit, multa calida lauato. Poſt balneum verò caſtorium admixta pæoniæ radice ex vino nigro odorato exhibere oportet. In cibis victus rationem qualem puerpera adhibeat. Quòd ſi menſes conſpicui fiunt, diei vnius mora interiecta, totam foueto, & medicamentum potui exhibeto, ſi verò aſſuefactæ fuerint, ſurſum aut deorſum purgans, ſi indigere videatur. Lac igitur aſininum aut ſerum exhibeto, leniter foueto, emollientia vtero, cyclaminũ & narciſſinum adhibeto. Cucumerum autem agreſtium paruorum medullam, ſemine detracto conciſam, lacte mulieris maſculum lactantis affuſo terito, myrrha ſincera ammixta, & melle quàm optimo, & oleo albo Ægyptio. Hoc medicamento non liquido, ſed ſicco confecto, lanam mollem puram obducito, & oleo albo Ægyptio intinctam poſt balneum ſubter apponat. Subligaculum autem adhibeat, & ſub tecto maneat cùm purgabitur. Vbi autem tibi ſatis eſſe videbitur, quieſcito, alioqui aliud rurſus imponito. Poſt hoc verò lanam mollem in rotundum cõuolutam, netopo iniecto, die vna ſubter apponito,

ἢ ἐκλέψας κόκκους πεντεκαίδεκα. ἔστω καὶ ἰνδικοῦ τούτου, ἢν δοκέῃ εἶναι ἐν γάλακτι γυναικὸς κουροτρόφου, καὶ τρίβειν. παραμίσγειν δὲ καὶ ἐλάφου μυελὸν, καὶ τ᾽ ἄλλα ὁκόσα εἴρηται. καὶ μέλιτι ὀλίγῳ μίσγειν. τὸ δὲ εἴριον μαλθακὸν καθαρὸν ἔστω, καὶ πρὸς τὴν ἡμέρην προστίθεσθαι. ἢν δὲ βούλῃ ἰσχυρότερον ποιέειν, σμύρνης σμικρόν τι παραμίσγειν. ἄριστον δὲ ᾠοῦ τὸ λευκὸν, καὶ αἰγὸς στέαρ, καὶ μέλι, καὶ ἔλαιον ῥόδινον τουτέοισιν ἀναφυρῆν. ἔλαιον δὲ παραχλιαίνειν παρὰ τὸ πῦρ, καὶ τὸ ἀποστάζον εἰρίῳ ξυλλέγειν, καὶ προστιθέναι. ἢ στέαρ ἐρυθρὸν χηνὸς τὸ ἡδὺ, καὶ μύρον ῥόδινον, ταῦτα ξυμμίσγειν, καὶ προστιθέναι ἐς εἴριον ἀναδεύσασα. ἄμεινον δὲ χηνὸς ἔλαιον. οἶος στέαρ. κηρὸς λευκός. ῥητίνη. νέτωπον. ἔλαιον ῥόδινον, ταῦτα ὁμοῦ τῆξαι, καὶ μῖξαι. λουσαμένη δὲ προστιθέσθω χλιερὰ εἴσω πρὸς τὸ στόμα τῶν ὑστερέων. ἢ ἐλάφου μυελὸν, καὶ στέαρ χηνὸς τήξας ῥοδίνῳ, ἢ ἰρίνῳ ἐλαίῳ ἀναφυρῆν. εἴριον δὲ μαλθακὸν ἄγαν προστιθέναι. Γυναικὶ ὁκόταν αἱ ὑστέραι σκληραὶ γένωνται, καὶ ἐς τὰ αἰδοῖα ἐξίωσι, καὶ οἱ βουβῶνες σκληροὶ γίνονται. καὶ καῦμα ἐν τοῖσιν αἰδοίοισιν ἐστὶ καὶ καρκινοῦνται πάντα. ὅταν οὕτως ὧδε ἔχῃ, σικύου χρὴ τὸ ἔνδον τρίψαι καὶ κηρίον, ὕδατος κοτύλην ἐπιχέοντα ἐγκαθίζειν ἐς τὴν ἕδρην, καὶ καθαίρεται. ἢν τὸ στόμα τῶν ὑστερέων σκληρὸν γένηται ὑπὸ ξηρασίης, καὶ ἐν τῷ αὐχένι, ὃ τῷ δακτύλῳ γνώσῃ ψαύσας. καὶ ἢν εἰς τὸ ἰσχίον εἰληθῶσι, μὴ προσφέρειν δριμὺ μηδέν. ἢν γὰρ ἑλκωθῇ, ἢ φλεγμήνῃ, κίνδυνος τὸ παράπαν ἄτοκον γενέσθαι. προστιθέναι δὲ ἅσσα μὴ δάκνει, ὑφ᾽ ὧν καθαίρεσθαι. ὅταν δὲ σκληραὶ ἔωσιν αἱ ὑστέραι, καὶ τῇδε ἀλγέωσι, προσθετὰ τιθέναι, οἷον ἐλάφου μυελὸν, ἢ χήνειον στέαρ, ἢ ὕειον. καὶ ἴρινον μύρον ξὺν μέλιτι. καὶ μαλθάσσειν ᾠοῦ τὸ πυρρὸν καὶ κηροῦ λευκοῦ ὡς ἐπίπλασμα, καὶ κρίθινον, ἢ πύρινον ἄλητον ξὺν ὕδατι καὶ πηγάνῳ ἑψεῖν. Ἢν αἱ μῆτραι ξυμμύσωσι, τὰ στόματα σκληρὰ γίνονται σφέων. καὶ τὴν γονὴν οὐκ ἔτι δέχονται, ἀλλ᾽ αὐτόθεν ἐπὴν ξυνευνηθῇ τῷ ἀνδρὶ, κινέουσα τὰ σκέλεα χωρεῖ. καὶ ὀδύναι τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας, καὶ τοὺς βουβῶνας ἔχουσι. καὶ τὰ ἐπιμήνια παντάπασιν οὐ γίνεται, ἢν δὲ γίνηται, ὀλίγα καὶ πονηρὰ καὶ ἄχροα. ὅταν ὧδε ἔχῃ, λούειν πολλῷ θερμῷ. μετὰ δὲ τὸ λουτρὸν, διδόναι τοῦ καστορίου ξὺν τῇ γλυκυσίδῃ τῆς ῥίζης. ξυμμίσγειν χρὴ ἐν οἴνῳ μέλανι εὐώδει. σιτίοισι διαιτᾶσθαι, ὡς ἡ λεχώ. καὶ ἢν δῆλα ᾖ τὰ ἐπιμήνια, ἐπισχεῖν μίαν ἡμέρην, καὶ πυριῆν ὅλην. καὶ φάρμακον διδόναι ποτόν. ἢν δὲ ἐθάδες ἔωσιν, ἄνω, ἢν δοκῇ δεῖσθαι, ἢ κάτω. γάλα ὄνου, ἢ ὀρρὸν προσφέρειν. καὶ πυριᾶσθαι βληχρῶς καὶ μαλθακτήρια ὑστέρῃ προσφέρειν. καὶ κυκλάμινον, καὶ ναρκίσσινον. σικύου δὲ τῶν σμικρῶν λαβεῖν τὴν ἐντεριώνην. καὶ κατακνήσας ἐξελὼν τὸ σπέρμα, παραστάζων γάλα γυναικὸς κουροτρόφου, τρίβειν, παραμιγνύων σμύρνην ἄκρητον. καὶ μέλι ὡς κάλλιστον. καὶ ἔλαιον λευκὸν αἰγύπτιον. καὶ ποιεῖν μὴ ὑγρὸν, ἀλλὰ ξηρόν. τοῦτ᾽ ἐμπλάσαι εἰς εἴριον μαλθακὸν καθαρὸν, καὶ ἐμβάψαι ἐν λευκῷ ἐλαίῳ αἰγυπτίῳ, καὶ λουσαμένη προστιθέσθω. ὑποδείσθω δὲ καὶ ἐν σκέπῃ ἔστω, ὅταν καθαίρηται. ἐπὴν δέ τοι δοκέῃ ἀρκούντως ἔχειν, παύσασθαι. ἢν δὲ μὴ, αὖθις τιθέναι ἕτερον. μετὰ δὲ τοῦτο ἀμφελίξασα ἐς εἴριον μαλθακὸν, στρογγύλον δὲ ποιέειν. καὶ νέτωπον ἐμβάλλειν, καὶ προστίθεσθαι μίαν ἡμέρην.

τῇ δὲ

τῇ δ' ὑστεραίῃ, ἔλαιον ῥόδινον ἐν εἰρίῳ. εἶτα πάλιν ἐλάφου στέαρ τήξας καὶ αὐτὸ ἐν εἰρίῳ. λουέσθω δὲ ἐν θερμῷ ὕδατι, αἰεὶ πρὸ τῶν προσθετῶν.[195] καὶ πυριήσθω εὐώδεσι βληχρῶς πουλὺν χρόνον. μετὰ δὲ μίαν διαλιποῦσα ἡμέρην, κλύσαι, ἢν μὲν φλεγματώδης, τῷ σὺν τῷ κόκκῳ. ἢν δὲ χολώδης, τῷ ἀπὸ τῆς σκαμμωνίης. μετακλύζειν δὲ καὶ ἐπὶ τουτέοισιν ἀμφοτέροισι τῇ ὑστεραίῃ, τῷ ναρκισσίνῳ σὺν οἴνῳ γλυκεῖ. ἢν δὲ μὴ ᾖ ναρκίσσινον,[196] ἀνθίνῳ, ἢ ἰρίνῳ, ὡς καλλίστῳ. ἔστω δὲ τοῦ ἐλαίου τρίτη μοῖρα τοῦ οἴνου. ἔπειτα διαλιποῦσα δύο ἡμέρας, προσθέσθω τὸ σὺν τῇ γλήχωνι ἡμέρην μίαν. ἢν δὲ λήγηται τὰ ἐπιμήνια, πινέτω νῆστις τὸ καστόρεον τρεῖς ἡμέρας σὺν οἴνῳ εὐώδει λευκῷ. ἐπὴν δὲ ἀπολήγῃ τὰ ἐμμήνια καὶ παραμόνιμα ᾖ, λουέσθω. καὶ διαρραινομένη ὕδατι ψυχρῷ, κυκεῶνα πινέτω ἄναλτον. σιτίων δὲ μὴ ἁπτέσθω. ξυνευνάσθω δὲ τῷ ἀνδρὶ, δύο ἡμέρας ἢ τρεῖς. ὁκόσον δ' ἂν χρόνον καθαίρηται, τὴν λινόζωστιν ἕψουσα ἐν ὕδατι, καὶ ἐπειδὰν ἑφθὴ ᾖ, ἐκθλίψαι. ἐπιτρίβειν δὲ σκόροδα καὶ κύμινον καὶ ἅλας. καὶ ἔλαιον ἀνακυκᾶν ἐν τουτέοισι. καὶ ὀλίγον ἐπιχέαντα τοῦ χυλοῦ ἀναζέσαι. τοῦτο πρὸ τῶν σιτίων ἐσθίειν. σκόροδα δὲ ἑφθὰ καὶ ὀπτὰ λαμβανέτω ὡς πλεῖστα. ἢν δὲ ἡ λινόζωστις μὴ ἁπαλὴ ᾖ, λείην ξυνεψεῖν χρὴ κράμβῃ, καὶ ἡδύνειν, καὶ προσφόρως ἔσται καὶ ἢν ἐν γαστρὶ λάβῃ ὑγιὴς ἔσται. καὶ πάντα τὸν κατὰ κόσμον ἴῃ. Ἢν δὲ τὸ στόμα τῶν μητρέων ξυμμύσῃ, σκληρὸν ἔσται ἰσχυρῶς ὡς ἐρινεόν. καὶ ἢν ἐπαφήσῃ τῷ δακτύλῳ, ὄψει σκληρόν τε.[197] καὶ ξυνειλεγμένον. καὶ τὸν δάκτυλον οὐκ ἐσίησι, καὶ τὰ ἐπιμήνια κατακρύπτεται, καὶ τὴν γονὴν οὐ δέχεται τουτέου τοῦ χρόνου. καὶ ὀδύνην ἔχει τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὴν ὀσφῦν, καὶ τοὺς κενεῶνας. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἄνω προσίσταται, καὶ πνίγει. ὅταν οὕτως ἔχῃ, φάρμακον χρὴ πίσαι κάτω. καὶ λούειν πολλῷ θερμῷ. καὶ προστιθέναι ὅσα μαλθάσσει τὸ στόμα.[198] καὶ μοτῷ ἀλειπτηρίῳ καθιέναι, καὶ ἀναστομοῦν τῷ τε δακτύλῳ,[199] καὶ ὡσαύτως λεαίνειν. ὅταν δὲ μαλθακὸν ᾖ, προστιθέναι ὅσα καθαίρει αἷμα. καὶ τῶν ποτημάτων διδόναι, καὶ πειρῆσθαι παρέχειν καὶ ὅ, τι ἂν ἄλλο προσδέχηται. τὴν κράμβην δὲ ἐσθιέτω, καὶ τὸν χυλὸν ῥοφεέτω. Ἢν αἱ μῆτραι ξυμμύσωσι, καὶ τὰ ἐπιμήνια μὴ φαίνηται, κολοκυνθίδα ἀγρίην,[200] καὶ κύμινον αἰθιοπικὸν. καὶ νίτρον, καὶ ἅλας θηβαϊκὸν,[201] καὶ νεφρίδιον, καὶ ἄλευρον, καὶ σμύρναν, καὶ ῥητίνην, ζέσας πάντα ὁμοῦ, καὶ μίξας λεῖα. καὶ ποιήσας βάλανον προστίθει. Ἢν θρομβωθῶσιν αἱ μῆτραι, τὸ στόμα αὐτῶν ἔσται, οἷον ὀρόβων μεστόν. καὶ ἢν ἐπαφήσῃ, ὄψει οὕτως ἔχον. καὶ τὰ ἐπιμήνια οὐ γίνεται, οὐδὲ ἡ γονὴ ἐμμένει,[202] ἕως ἂν ὧδε ἔχῃ. τὸ κυκλάμινον τὸ φλοιὸν περιλέψας. καὶ σκόροδα. καὶ ἅλας. καὶ σῦκον. καὶ μέλι ὀλίγον. ταῦτα τρίψαι καὶ συμμίξαι καὶ ποιῆσαι βάλανον, καὶ προσθεῖναι πρὸς τὸ στόμα τῶν μητρέων. καὶ τῶν ἄλλων προσθετῶν, ὅσα δριμέα τέ ἐστι καὶ καταδάκνει, καὶ ὑφ' ὧν καθαίρεται αἷμα.[203] καὶ τῶν πομάτων ὅσα ὑστέρας καθαίρει. Ἢν παρὰ φύσιν αἱ μῆτραι χάνωσι, τὰ ἐπιμήνια χωρεῖ πλείονα. καὶ γλίσχρα. καὶ θαμινά. καὶ ἡ γονὴ οὐκ ἐμμένει. καὶ τὸ στόμα κεχηνός ἐστι. καὶ οὐχ οἷόν τε εἰρύσαι τὸν γόνον. καὶ πῦρ καὶ ῥῖγος λαμβάνει τὴν κάτω κοιλίην, καὶ τὰς ἰξύας.[204] ἡ δὲ νοῦσος λάζεται ἐκ ῥόου αἱματώδεος. γίνονται δὲ καὶ ὅταν τὰ ἐπιμήνια ἐξαπίνης ἰσχόμενα ῥαγῇ. ἡ δίαιτα γοῦν πρόσθεν εἴρηται. χρὴ δὲ προσθέτοισι θεραπεύειν. ἐν ἀρχῇ μὲν, καθαρτηρίοισιν ἅμα καὶ μαλθακοῖσιν. ἔπειτα ἠρέμα στύφουσι.

poſtero autem die, oleum roſaceum in vellere, deinde rurſus ceruinum adipem, liquatum etiam ipſum in vellere. Semper autem ante ſubdititia calida lauet, & longo tempore odoratis leuiter foueatur. Poſtea verò die vno, ſi quidem pituitoſa fuerit, medicamento quod cum grano cnidio conficitur, colluito. ſi verò bilioſa, cum ſcammonia parato. Poſt hæc autem vtraque, poſtridie narciſſino cum vino dulci colluito. Quòd ſi narciſſinum deſit, anthino aut irino præſtantiſſimo. Sit autem olei pars ad vinum tertia. Deinde duobus intermiſſis diebus, medicamentum cum pulegio apparatum, vno die ſupponat. Si verò menſes profluant, ieiuna tribus diebus caſtorium cum vino albo odorato bibat. Vbi autem menſes deſierint ac diu conſtiterint, lauet, & aqua frigida perfuſa, cyceonem inſulſum bibat. Cibum non attingat, cum viro duobus aut tribus diebus dormiat. Quo autem tempore purgatur, mercurialem aqua decoquito, decoctum exprimito, allium, cuminum, & ſalem leuiter tritum, & oleum cum his permiſceto, & pauco affuſo decocto feruefacito, hoc ante cibos edat. Allia cocta & aſſata quàm plurima ſumat. Quòd ſi mercurialis minimè tenera fuerit, læuiter trita, cum braſſica, vt miteſcat, coquenda & condienda, & ſi concipiat, conualeſcit, omniaque ritè & ordine procedunt. At ſi vterorum os conniueat, durum velut caprificus euadit, & ſi digito contrectaris, durum ac conuolutum deprehendes, digitum non intromittit, menſes deliteſcunt, neque hoc tempore geniturам recipit, dolor imum ventrem, lumbos & laterum inanitates detinet, interdum verò ſurſum inſtat & ſuffocat. Cùm ſic habuerit, medicamentum deorſum purgans propinare oportet, copioſa calida lauare, quæ os emolliunt in ſubdititio apponere, & demiſſo ſpecillo linitorio aperire, digitoque ſimiliter læue reddere. Cùm verò molle fuerit, quæ ſanguinem purgant in ſubdititio apponito, potiones & quodcunque aliud lubenter admittat, exhibere tentato, braſſicam edat & ſuccum ſorbeat. Si vteri conniueant, & menſes non appareant, colocynthidem agreſtem, cuminum Æthiopicum, nitrum, ſalem Thebaicum, renum adipem, farinam, myrrham, reſinam, hæc omnia ſimul ferueſacta, læuigata, permixta, & in glandem efformata ſupponito. Si in vteris ſanguinis grumi fuerint, eorum os velut orobis plenum exiſtit, & ſi contigeris ita ſe habere deprehendes, menſes non eunt, neque quoad ita habuerit genitura intus manet. Cyclaminum cortice detracto, allia, ſalem, ficum, mel paucum, hæc trita & ſimul mixta in glandem efformato, & ad os vterorum apponito, aliáque ſubdititia, quæ acria ſunt & rodunt, quibuſque ſanguis purgatur, & potiones, quæ vteros purgent exhibeto. Si præter naturam vteri dehiſcant, menſes copioſi, glutinoſi & crebri feruntur, genitura intus non manet, os dehiſcit, neq; geniturам attrahere valet, & febris & rigor inferiorem ventrem & lumbos inuadit. Morbus autem ex profluuio ſanguineo prehendit, contingit etiam vbi menſes ſuppreſſi de repente affatim eruperint, victus igitur ratio antea dicta eſt. Curatio autem per ſubdititia inſtituenda, per initia quidem purgantia ſimul & emollientia, deinde paulatim adſtringentia,

parteſq; infra vmbilicum per ſpongias ex myrti aut rubi aqua fouendæ, aut oleæ foliorũ decocto, aut roſarum, aut œnãthes, aut vitis. Si vterorũ os plùs quàm in menſibus conſueuit, dehiſcat, hoc modo menſes omnes copioſiores & deteriores, liquidiores & diutiùs eunt, neq; genitura attingit, neq; manet, ſed contrà foras exit, & ſi permaneat, os diductum comperit, & imbecillitas propter menſes occupat, leuis eſt & inualida, & vltra procedit. Vires autem exoluũtur, & febris lenta & rigor, dolorq; imum ventrem, laterum inanitates & lumbos occupat. His autẽ præcipuè afficitur, ſi quid in ea corruptũ computruerit, & condenſatum fuerit, quædam etiam ex partu afficiuntur, aliæ etiam alio modo. Cùm igitur ſic habuerit, medicamentum potui exhibere oportet, & faciliùs iudicatione ſoluetur, & ſi dolor detineat, tepefacientia admouere, frigida lauare, & intermiſſione facta colluere, potioneſq; quaſcunque præcipuè admiſerit exhibere, & quæcunque ſiccant in ſuffitu admouere. Polypos & mercurialẽ edat. At niſi vteri velut conuenit claudantur, in aqua myrti, lẽtiſci, vitis aut oleæ foliorum, aut roſarum decocto deſidendum. Victus autem ratio quæ dicta eſt in fluore rubro imperãda. Optimè autem ei auxiliantur ſitis, frequentes vomitiones, & balneorum abſtinentia. Cùm plus æquo aperti & minimè occluſi fuerint, & purgatione indigent, & collutionibus, & ſuffitibus. Quòd ſi læues ac lubrici fuerint, mẽſes copioſiores, deteriores, liquidiores & crebriores decurrunt, genitura intus nõ manet, ſed cùm effluxerit, diſcedit, & ſi digito os attrectaris, læue deprehendes. Imbecillitas eam propter menſes inuadit, & febris & rigor detinet, dolor etiam imum ventrem, lumbos, & laterum inanitates occupat, idq; præſertim ſi quid in ea corruptũ computruerit, & ex partu, atq; alio modo. Cùm igitur ita habuerit, curatio quacunq; parte dolor detinet, quæ in ſuperioribus ſcripta eſt adhibenda. Si vteri inflãmatione laborarint, menſes occultãtur, & ceruix tenuibus veluti araneorum telis implicatur, febris acuta eſt & mentem tentans, menſes ei pauci & praui comparent, ieiunæ vomitus quidam ei aduenit: cùm autem comederit, ea euomit, dolor imum ventrem & lumbos detinet, animo deficit, & toto corpore perfrigeratur. Venter autem partim quidem durus, partim verò mollis eſt, & inflatur ac attollitur, vteróque geſtare ſe exiſtimat. Quandoque verò ventris moles inanis videtur, venterque aqua impletur, vmbilicus prominulus extat, os extenuatur, de repente menſes cum ſtridore pauci & praui comparent, circa iugulum & ceruicem extenuatur, & pedes præſertimque plantæ intumeſcunt. Cùm ſic habuerit, medicamentum deorſum purgans propinandum, ſubdititia & grati odoris fomenta vtero admouenda. Per diem peſſuli plumbei ſupponendi, & antè appoſitionem decocto calido minimè mordente lauandum, & poſt appoſitionem hac collutione vtendum. Cneſtri potiones duas aquæ hemina decoquito, decocto percolato admixta olei narciſſini aut anthini hemina colluito. Poſt hæc tribus diebus intermiſſis, deinde eo quod cum aceto paratur colluito, & ante cibum mercurialem cum pauco vino decoctã velut braſſicam, comedat, & ſuccum ſorbeat. Quòd ſi perſeueret, medicamenta ex quibus aqua ex vteris purgetur potui exhibenda. Cibis vtatur panibus & oleribus coctis,

καὶ σπόγγοισι τὰ κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ πυριῆν, μυρσίνης ὕδατι, ἢ βάτου, ἢ ἐλαίων φύλλοις ἑναφεψῶν, ἢ ῥόδων, ἢ οἰνάνθης, ἢ ἀμπέλου.[205] ἢν δὲ τὸ στόμα τῶν μητρέων ἀναχάνῃ, ἢ ὡς πέφυκεν ἐν τοῖς ἐπιμηνίοισιν,[206] οὕτω γίνεται τὰ ἐπιμήνια, πλείω καὶ κακίω πάντα. καὶ ὑγρότερα. καὶ διὰ πλείονος χρόνου. καὶ ἡ γονὴ οὐχ ἅπτεται, οὐδὲ μένει, ἀλλὰ πάλιν ἔξεισιν. ἢν ἐπιμείνῃ,[207] τὸ στόμα εὑρήσει διαπεπληχός. καὶ ἀδυναμίη ἴσχει ὑπὸ τῶν ἐμμηνίων. καὶ κούφη ἐστὶ καὶ ἄτονος, καὶ προσωτέρω χωρεῖ. τὰ δὲ κρέατα χαλᾶται. καὶ πῦρ βληχρόν. καὶ ῥῖγος. καὶ ὀδύνη ἔχει τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τοὺς κενεῶνας, καὶ τὰς ἰξύας. πάσχει δὲ ταῦτα μάλιστα, ἤν τι ἐν αὐτῇ διαφθαρὲν σαπῇ καὶ παγῇ. πάσχουσι δὲ καὶ ἐκ τοκετοῦ ἔνιαι. αἱ δὲ καὶ ἄλλως. ὅταν οὖν ὧδε ἔχῃ, φάρμακον χρὴ πιπίσκειν. καὶ κρισιμωτέρη ἔσται. ἢν ὀδύνη ἔχῃ, τὴν χλιασμάτων προστιθέναι.[208] καὶ περιψυχρῷ λούειν. καὶ διαλείποντα κλύζειν. καὶ τῶν ποτημάτων διδόναι, ὅ τι ἂν μάλιστα προσδέχηται. καὶ ὑποθυμιῆν, ὁκόσα ξηραίνει. καὶ πουλύποδας ἐσθιέτω. καὶ τὴν λινόζωστιν. ἢν δὲ μὴ μεμύκωσιν αἱ μῆτραι ὡς χρή, καθίννυσθαι ἐν ὕδατι, μυρσίνης ἑναφεψημένης, ἢ σχίνου, ἢ ἀμπέλου, ἢ ἐλαίης φύλλοισιν, ἢ ῥόδων. δίαιτα δέ, ἣ λέλεκται ἐπὶ τοῦ ἐρυθροῦ ῥόου. ἄριστον δὲ οἱ βοηθήματα, δίψα. ἔμετοι θαμέες. καὶ λουτρῶν εἶρξις, ὁκόταν ἀναστομωθῶσι μᾶλλον τοῦ δέοντος αἱ ὑστέραι, καὶ μὴ μεμύκωσι.[209] καὶ καθάρσιος δέωνται, καὶ κλυσμῶν καὶ θυμιαμάτων.[210] ἢν δὲ αἰθῶσι τὰ ἐπιμήνια, πλείω γίνεται καὶ κακίω καὶ ὑγρότερα καὶ πυκνά. καὶ ἡ γονὴ οὐκ ἐμμένει,[211] ἀλλ' ἢν ἔτι ἔην, οἴχεται. καὶ τὸ στόμα ἐπαφωμένῳ τῷ δακτύλῳ ἔσται λεῖον. καὶ ἀδυναμίην αὐτὴν λαμβάνει ὑπὸ τῶν ἐμμηνίων. καὶ πυρετὸς καὶ ῥῖγος ἴσχει. ὀδύνη τε ἐς τὴν νειαίρην γαστέρα. καὶ τὰς ἰξύας, καὶ τοὺς κενεῶνας. μάλιστα δὲ ἤν τι ἐν ἑωυτῇ διαφθαρὲν σαπῇ καὶ ἐκ τόκου, καὶ ἄλλως. ὅταν οὖν οὕτως ἔχῃ, θεραπεύειν χρή, ὅκου ἂν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, ὡς ἐπὶ τῶν πρόσθεν γέγραπται. ἢν αἱ μῆτραι φλεγμήνωσι,[212] τὰ ἐπιμήνια ἐπιλυγίζονται, καὶ ὁ τράχηλος[213] ξυναραχνοῦται. καὶ πυρετὸς ὀξὺς καὶ γνώμης ἀπολλυμένος, καὶ πονηρὰ καὶ ὀλίγα οἱ ἐπιφαίνεται. καὶ ὁκόταν νῆστις ᾖ, ἔμετός τις αὐτὴν ἐπέρχεται. ὁκόταν τέ τι φάγῃ, ταῦτα ἐμέει. καὶ ὀδύνη τὴν νειαίρην γαστέρα ἴσχει, καὶ τὰς ἰξύας. καὶ ἀποψύχει. καὶ περίψυξις δι' ὅλου τοῦ σώματος.[214] ἡ δὲ γαστὴρ τοτὲ μὲν σκληρή, τοτὲ δὲ μαλθακή.[215] καὶ ἐμπιπρᾶται. καὶ αἴρεται. καὶ δοκέει ἐν γαστρὶ ἔχειν. ἔστι δ' ὅτε κενεὸν φαίνεται τὸ πλήρωμα τῆς γαστρός. καὶ ἐμπίπλαται ἡ κοιλίη ὕδατος. καὶ ὁ ὀμφαλὸς ἐξίσχει. καὶ τὸ σῶμα ἰσχνόν. καὶ ἐξαπίνης ἐφάνη τὰ ἐπιμήνια τρύζοντα. καὶ ὀλίγα καὶ πονηρά. καὶ λεπτύνεται τὰς κληΐδας, καὶ τὴν δειρήν. καὶ οἱ πόδες οἰδίσκονται,[216] καὶ αἱ πτέρναι μάλιστα. ὅταν ὧδε ἔχῃ φάρμακον πῖσαι, κάτω. καὶ προσθέτοισι πυριῆσθαι τὰς ὑστέρας, ὡς εὐώδεσι τὰς ἡμέρας, ἔσω μολυβδίοισι καὶ λοῦσαι θερμῷ ὕδατι πρὸ τῆς προσθέσιος μὴ δάκνοντι. καὶ μετὰ τὴν πρόσθεσιν κλύζειν δύο πόσιας. κνήστρου ἑψῆσαι[217] κοτύλην ὕδατος, καὶ ἀποχέαντα τὸ ὕδωρ, κλύσαι κοτύλην ὕδατος, ξυμμίξαντα καὶ ἐλαίου ναρκισσίνου ἢ ἀνθινοῦ. μετὰ δὲ ταῦτα διαλιπὼν ἡμέρας τρεῖς. εἶτα κλύσαι τῷ ξὺν τῷ ὄξει. καὶ πρὸ τοῦ σίτου τὴν λινόζωστιν ἑψοῦσα σὺν οἴνῳ ποσῷ, ἐσθιέτω ὡς κράμβην καὶ τὸν χυλὸν ῥοφεέτω. ἢν δὲ ἐπιμένῃ, φάρμακα πιπίσκειν, ὑφ' ὧν ὕδωρ καθαίρεται τὰς ὑστέρας. σιτίοισι δὲ χρεέσθω ἄρτοισι καὶ λαχάνοισιν, ἑφθοῖσι,

τακεροῖσι

ταχέεσι θαλασσίοισι δὲ μᾶλλον, ἢ κρέασιν, ἢ ἀκροκωλίοισιν ἑφθοῖσι ταχέεσι. καὶ ταλαιπωρείτω ὡς πλεῖστα, καὶ πρὸ τοῦ σίτου καὶ μετὰ τὸν σῖτον. καὶ λουέσθω ὡς ἐλάχιστα ψυχρῷ. καὶ γλυκέων καὶ λιπαρῶν πάντων εἰργέσθω. τὰς δὲ διὰ μέσου τῶν καθαρσίων, ἀδίαντον πινέτω, [218] ἐν ὄξει κεκρημένῳ νῆστις. ἡ δὲ νόσος θανατώδης. ἐκφυγεῖν δὲ ὀλίγαι δύνανται. [219] Ἢν μὴ ἐν γαστρὶ ἔχωσι φλεγμασίης μητρέων, τὰ ἐπιμήνια ἐπιλυγάζονται. καὶ ὁκόταν ἄσιτος ᾖ, ἐμεῖ. ὁκόταν δὲ βεβρώκῃ, ὀδύνην ἔχει τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας. καὶ ὅλη ἡ κοιλίη, ὅτε μὲν σκληροτέρη, ὅτε δὲ μαλθακὴ γίνεται [220] καὶ καθίσταται δὲ οὐ πάνυ. κοιλίη μεγάλη γίνεται, καὶ οὐ καθαίρεται. [221] καὶ οὐ δοκέει κύειν. καὶ πάσχει ὁκόσα περ καὶ αἱ ἐγκύμονες. κἂν θιγγάνῃς τῆς κοιλίης, κοῦφον τὸ οἴδημα γνοίης ὡς ἀσκοῦ. καὶ ὁκόταν δοκέῃ τόκου ὥρη εἶναι, αἱ μῆτραι ξυμπίπτουσι καὶ τὰ ἐπιμήνια ὀλίγα, καὶ κακίονα. ταύτην φάρμακον χρὴ πιπίσκειν κάτω. καὶ προστιθέναι τῶν καθαρτικῶν. καθαρθεῖσα δὲ, ὑγιὴς γίνεται. [222] Ἢν φλεγμαίνῃ ἡ μήτρη, ψαύεται. ἢν δὲ ἀποσφακελίζῃ καὶ παλιγκοτέῃ, πῦρ ἔχει ὀξὺ καὶ μέγα, [223] καὶ φρίκη σκληρή, τὰ ἀμφὶ τὰ αἰδοῖα ἐκπαγλέως τι ἀλγέεται. καὶ δάκνεται καὶ ὁρμᾷ. καὶ εἴ τις ἐπαφήσει τῷ δακτύλῳ, καὶ αὖθις κάκιον ἴσχει καὶ ἀδάξει. καὶ τὴν κεφαλὴν ἀλγέει, καὶ τὸ βρέγμα. καὶ ἀχλὺς, καὶ ἱδρὼς μετωπίδιος. τὰ ἄκρεα ψύχεται, καὶ τρέμει ἐνίοτε, καὶ κῶμα ἔχει ἐνίοτε. [224] καὶ ἐσακούειν οὐκ ἐθέλει. οὐδὲ ἡ ὑστέρη ἐνεργεῖ. ἀσιτίη πολλή. καὶ στόμαχος [225] οὐ πάμπαν εἰρύεται τὴν τροφὴν, καὶ ἡ κοιλίη. καὶ βοᾷ, καὶ ἀΐσσει [226] καὶ ὀδυνᾶται τὸ ἦτρον, καὶ τοὺς βουβῶνας, καὶ τὰς ἰξύας [227] καὶ τὰ ἀμφὶ φύσιας. καὶ ταχὺ θνήσκουσιν. [228] Ἢν δὲ αἱ ὀδύναι καταγνῶσιν, ὡς σπόγγοισι θερμοῖσιν ἐξ ὕδατος καὶ ἐλαίου ἐκπεπιεσμένοισι πυριῆσαι. καὶ προσθέτοισι μαλθακοῖσι, μυελὸν ἐλάφου, καὶ χηνὸς ἄλειφα. καὶ κηρὸν λευκὸν, καὶ ᾠοῦ τὸ πυρρὸν ἢ κηρωτὴν πισσηρὴν προστιθέναι ξὺν ῥητίνῃ. καθαίρειν δὲ οἴνῳ. ἢ γάλακτι αἰγείῳ, ἢ ζωμῷ ὄρνιθος. οἶνον δὲ μὴ πίνειν. καὶ πτισάνης χυλὸν ῥοφεέτω. Μητρέων ὀδύνης ἔγχυτον. Ἢν ὀδύνη μοῦνον ἢ ἀπεργῇ καὶ βίαιος, [229] ἀχλύς ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἔνι. καὶ οὐκ ἐξίει τὸ πνεῦμα, ἀλλ' αὐτοῦ μένει κακόν. δεῖ τοίνυν οὕτως θεραπεύειν. ἀνδράφαξιος ἀγρίης καρπὸν, καὶ τεῦτλα τρίψας ὁμοῦ λεῖα χλιήνας τι ἔγχεον εἰς τὰς μήτρας. Ὑστερέων ὀδύνας παύει. οἶνον ὡς ἥδιστον ἴσον ἴσῳ κεράσας, τρία ἡμίχοα ἀττικὰ, μαράθου ῥίζας, [230] καὶ τοῦ καρποῦ τριτημόριον. καὶ ῥοδίνου ἐλαίου ἡμικοτύλιον. ταῦτα ἐμβαλὼν ἐς χύτρον καινὸν, καὶ οἶνον ἐπιχέας, εἶτα πυριῆσαι, προστιθέναι δὲ καὶ σκίλλαν, ἔστ' ἂν τὸ στόμα μαλθακὸν ᾖ, [231] καὶ φαρκιδῶδες. καὶ ὅταν ἐν καθάρσει φλύκταιναι ἀνὰ τὸ στόμα τῆς ὑστέρης φύσωσιν, οὕτω θεραπεύειν. σάρκα βοὸς, ἢ πιμελῇ χηνείῃ στέατι καὶ ἀννήσῳ, [232] τρίψας λείως τὴν σάρκα, καὶ ἐς τὸ αἰδοῖον ἐντιθέναι. Ἢν ἐρυσίπελας ἔχῃ τὰς μήτρας, οἰδέει τοὺς πόδας καὶ τοὺς μαζοὺς καὶ τὸ σῶμα. καὶ πόνος αὐτὴν κατέχει. καὶ ὀρθόπνοια γίνεται. καὶ ἀλγέει τοὺς κενεῶνας, καὶ τὸ ὑπογάστριον, καὶ τὰ στέρνα, καὶ τὴν κεφαλήν. τρόμος τε ἔχει καὶ τὰς χεῖρας νάρκη, καὶ τοὺς βουβῶνας. καὶ τὰς ἰγνύας τρέμει. ἐνίοτε δὲ καὶ ἐν τῇσιν ἰγνύῃσι καὶ πελιδναὶ γίνονται. καὶ κουφίζει ὀλίγον χρόνον. καὶ ἡ χροιὴ μάλιστα δὲ καὶ οἱ μαζοὶ αἰείρονται κατὰ τὴν ὁμοιοθείην. ἀλλὰ γὰρ οὐ πάνυ τι ἀλγέει. καὶ πῦρ καὶ ῥῖγος λαμβάνει. καὶ ἐρυθρὸν τὸ πρόσωπον γίνεται. καὶ δίψα ἰσχυρή. καὶ τὸ ἧπαρ ξηραίνεται. [233] ταῦτα ἢν ἐγκύμονι προσπέσῃ, θνήσκει καὶ οὐκ ἂν δυνήσεται διαφυγεῖν.

mollibus, marinis potiùs quàm carnibus, vel animalium trunculis, coctis, mollibus, vehementibus exercitationibus ante & poſt cibum vt plurimùm vtendũ. Frigida quàm minimùm lauetur, & à dulcibus & pinguibus quibuſq; abſtineat. Diebus autẽ inter purgationes mediis, adiantum ex aceto aqua temperato ieiuna bibat. Morbus autem lethalis eſt, paucæq; ex eo liberari poſſunt. Si ex vteri inflammatione nõ cõcipiant, menſes occultantur, cumq; ieiuna fuerit, vomit, cùm verò comederit, dolor imũ ventrẽ & lumbos detinet, totus venter modò quidẽ durior, modò verò mollior redditur, neq; ferè ſibi reſtituitur. Venter magnus euadit, neq; purgatur, ſibiq; prægnans eſſe videtur, & eodem modo quo prægnantes afficitur, & ſi ventrẽ attigeris, leuem tumorem velut vtris deprehendes, cumq; partionis tẽpus inſtare viſum fuerit, vteri conſidunt, & menſes pauci & praui decurrunt. Huic medicamentum deorſum purgans propinandum, & quę purgẽt in ſubditítio apponenda, purgata verò ſanitati reſtituitur. Si inflammationẽ ſenſerit vterus, contrahitur, quòd ſi quid corruptum fuerit & recruduerit, febris acuta & magna, horrorq; detinet, partes circa pudenda duræ ſunt, ſtupendum in modum afficitur mordetur, & impetu fertur. Ac ſi quis immiſſo digito contrectet, rurſus peius habet, & mordetur, caput & ſinciput dolore afficitur, caligo & frõtis ſudor adeſt, extrema perfrigerantur & tremũt, interdũ ſopor occupat, audire nõ ſolet, neque aliquid vterus efficit, multum eſt cibi faſtidium, neq; ſtomachus, neq; ventriculus omnino cibum attrahit, vociferatur, cum impetu proſilit, dolor eſt ad pubẽ, inguina, lumbos, & occulta muliebris pudendi loca, celeriterq; moriuntur. Quòd ſi dolores ſummam debilitatem inducant, velut ſpongiis calidis ex aqua & oleo expreſſis fotus adhibẽdi, & mollia ſubditítia ſupponenda, ex medulla ceruina, adipe anſerino, cera alba, & oui luteo, aut ceratum picatum cum reſina ſubdendũ. Vino autem aut lacte caprino purgandum, aut iure gallinaceo. Vinum autem non bibat & priſanæ cremorem ſorbeat. Hoc ad vterorum dolores infunditur. Si dolor ſolùm vrgens & violentus fuerit, caligo quædam in vteris ineſt, neque ſpiritus exit, ſed illic vitium manet. Ad hunc igitur modum curare oportet, atriplicis agreſtis ſemen, & betas ſimul tritas, læuigatas, tepidas, in vteros infundito. Quod vterorum dolores ſedat. Vini ſuauiſſimi æquali aqua temperati, tres ſemicongios Atticos, radicum fœniculi & ſeminis trientem, olei roſacei heminam dimidiam. His in ollam nouam iniectis, & vino affuſo, poſtea fotum admoueto. Scillam autem etiam in ſubdititio apponito, quoad os molle & apertum fuerit. Cumq; in purgatione puſtulæ circa os vteri innatæ fuerint, ſic curato. Carnem bubulam aut butyro, aut adipe anſerino & aniſo læuiter tritis illitam, in pudendum indito. Si eryſipelas vteros occupet, pedes, mammæ & corpus intumeſcunt, dolor ipſam detinet, erectæ ceruicis ſpiratio contingit, ad laterum mollitudinem dolor eſt, ad ventris partem inferiorẽ, pectus & caput, tremor & torpor manus detinet, inguina & poplites tremunt. Quandoque verò in inguinibus liuidæ euadunt, & pauco tempore etiam alleuat hic color. Præcipuè verò mammæ cognatione quadam attolluntur. Verumtamen non admodum dolet, febris & rigor inuadit, vultus ruber, ſitis vehemens vrget, & hepar reſiccatur. Hæc ſi in prægnantem incidant, perit, neque liberari poterit.

Si eryſipelas in vteris oriatur, tumores maximè liuidi à pedibus exoriuntur, & ad crura tota & lumbos perueniunt. Quò autem longius tempus proceſſerit, etiam thorax affectionẽ ſentit & intumeſcit, tota perfrigeratur, febris magna detinet, rigor, denſaq; ſpiratio inuadit, animi deliquium, imbecillitas, totius corporis dolor, animum deſpondet, & mens vacillat. Affectio ex inferiore ventre ſurſum fertur ad lumbos, dorſum, præcordia, pectus, ceruicem, caput, ſtomachum, & mori videtur. Cùm verò dolor ſolutus fuerit, torpor lumbos, inguina & crura occupat, liuores in poplitibus contingunt, & paruo tempore meliùs habere videtur, deinde rurſus affligitur, corpus puſtulis impletur, faciem apparentes & manifeſti rubores inuadunt, fauces reſiccantur, & lingua exaſperatur. Hic morbus ſi prægnantes detineat, interficit. Alioqui medelam adhibere, & lac aſininum propinare purgareq; oportet. Si vero neque ſic ſoluatur, ventrem mollibus refrigerantibus medicamentis refrigerato, & ſubdititiis minimè grauibus & leuibus paulatim purgato, & vomitum cieto. Confert autem ſambuci folia cocta cum origano, aut thymo, aut ruta ſumere, ſi verò febris dimiſerit, etiam vinum & cibos dulces exhibere, paucæ tamen curantur. Aqua intercus ſi in vteris oriatur, menſes cum anxietate, aquoſi, neque admodum cruenti prodeunt, vterus etiam intumeſcit, & venæ, & maximè vicinæ partes, prægnans euadit, deinde ſuffocatur, mammæ defluunt, imus venter durus eſt, cumq; eo totus circumambiens locus intumeſcit, doletq; ſi quis eùm attigerit, febris & dentium ſtridor detinet, dolorq; vehemens laterꝭ inanitates & lumbos occupat, in ſomnis ſemen effundit, & peius habet. Hanc calida lauare & tepefactoria apponere oportet, medicamentum autem potui exhibere, & lenibus fouere. Cyclamini obolos tres in linteo deligatos in ſubdititio apponat, & cupreſſi aqua macerati ſuccum, & cantharidas tritas modico tempore ſupponat, id per multum tempus efficax eſt. Subdititicum medicamentum. Cumini chemæ menſura, & vua paſſa alba. Aliud. Vrticæ ſemen, ari radix, horum quod lubet leniter ſubdito. Vbi expurgaris, colluatur, eoq; detracto pudenda colluito, ſimulque viro condormiat. Quòd ſi fœtum maturum perferat, tota expurgatur & ſana redditur. Eſt & alia ſimilis vterorum aqua intercus, in qua ſanies quædam ſubcruenta defluit & purgatur, pudendaq; ac circumambientes partes vehementer mordet, & tanquam muria vlcerat, quamcunque in partem diſtillarit, eam vlcerat, & color eſt qualis in morbo regio. In reliquis autem magna copia velut in aliis profluuiis muliebribus expurgatur. Morbus autem lentus eſt, & alioqui lethalis euadit. Si vteri exeant, hanc velut quæ fluore albo detinetur curato, lac aſininum propinato, gracilem reddito, & per priùs commemorata medicamenti medelam adhibeto. Quæ delinguntur in aqua intercute. Si aqua ex vteris effluat, ſulphur & anſerinum adipem delingat. Si ventus intra vteros fuerit, flatus exit cum ſtridore, tota intumeſcit, & febris ardorq; detinet. Ad hæc præ dolore vehementi impetu fertur neque viri congreſſum admittit, & coitum valdè auerſatur neque ſe erigere põteſt, eiq; velut pondus quoddam vteris incumbit, caput dolet, anxia & voce defecta eſt.

ἢν ἐρυσίπελας ἐν τῇσι μήτρῃσι γένηται, οἰδήματα γίνεται πελιώδεά τε ἀπὸ τῶν ποδῶν ἀρξάμενα, καὶ ἐς τὰ σκέλεα πάντα, καὶ ἐς τὴν ὀσφύν. ὅσῳ δ' ἂν ὁ χρόνος πλείων γίνηται, καὶ ὁ θώρηξ ἐπαίει, καὶ οἰδίσκεται καὶ περιψύχεται πᾶσα. καὶ πῦρ ἔχει μέγα, καὶ ῥῖγος ἐπιλαμβάνει, καὶ πνεῦμα πυκνόν. καὶ λιποθυμίη, καὶ ἀσθενείη. καὶ ὀδύνη πάντος τοῦ σώματος. δυσθυμέει τε [234] καὶ ἀπολέεται τῇ γνώμῃ. καὶ τὸ πάθος ἀνέρχεται ἐκ τῆς κάτω κοιλίης ἐς τὰς ἰξύας, καὶ ἐς τὰ νῶτα, καὶ τὰ ὑποχόνδρια, καὶ τὰ στήθεα καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸν στόμαχον, καὶ δοκέει θανέεσθαι. ὁκόταν δὲ λύηται ἡ ὀδύνη, [235] νάρκη ἔχει τὰς ἰξύας, καὶ τοὺς βουβῶνας, καὶ τὰ σκέλεα. καὶ ἐν τῇσιν ἰγνύῃσι πέλια γίνεται καὶ ὀλίγον χρόνον δοκέει ῥάων εἶναι. ἔπειτα αὖθις πονέεται. καὶ ὁ χρὼς φλυκταινέων καταπίμπλαται. καὶ τὸ πρόσωπον ἐρυθήματα λάζεται περιφανέα, καὶ δηλεόμενα. καὶ ὁ φάρυγξ αὖος. ἡ γλῶσσα τρηχείη. αὕτη ἡ νοῦσος, ἢν ἐγκύμονα σχῇ, κτείνει. [236] ἢν δὲ μὴ, ἰητρεύειν χρὴ προσφέρειν. ὄνου γάλα πιπίσκειν καὶ καθαίρειν. ἢν δὲ μὴ λύηται ὧδε, ψύχειν τὴν κοιλίην, ἐν μαλθακοῖσι ψύγμασι. [237] καὶ προσθέτοισι μὴ περισκελέσι καὶ καθάρσεσι κούφοις, ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον, καὶ ἐμέειν. ἀγαθὸν δὲ ἀκτῆς φύλλα λαμβάνειν ἑφθὰ, ξὺν ὀριγάνῳ ἢ θύμῳ ἢ πηγάνῳ. ἢν δὲ τὸ πῦρ μεθίηται, καὶ οἶνον καὶ σιτία διδόναι γλυκέα. [238] πλὴν ὀλίγων, ἀλλὰ παῦραι διαπεφεύγονται. [239] Ὕδερος δὲ γίνεται, ἐν τῇσι μήτρῃσι [240] τὰ ἐπιμήνια χωρέει ἀσώδεα, καὶ ὑδατώδεα. καὶ οὐ πάνυ αἱματώδεα. οἰδέει καὶ ἡ ὑστέρη, καὶ φλέβες καὶ ὅσα ἄγχιστα. καὶ κυΐσκεται, ἔπειτα πνίγεται. καὶ μαζοὶ ῥέουσι. καὶ ἡ νειαίρη γαστὴρ σκληρή ἐστι καὶ οἰδέει. καὶ πᾶς ὁ ἀμφὶ περὶξ χῶρος, καὶ ἀλγέει. ἢν τις αὐτῆς ψαύσῃ. πυρετός τε καὶ βρυγμὸς ἴσχει. καὶ ὀδύνη ἀτηρὴ ἐς τοὺς κενεῶνας, καὶ ἐς τὰς ἰξύας. καὶ ἐξονειρώσσει. καὶ κάκιον ἴσχει. [241] Ταύτην λούειν δεῖ θερμῷ καὶ χλιαίνειν. φάρμακον δὲ πιπίσκειν καὶ πυριᾷν βληχροῖσι. καὶ κυκλάμινον τριώβολον ἐν ὀθονίῳ προστιθέσθω ἀποδήσασα. καὶ κυπαρίσσου χυλὸν βρέχειν ἐν ὕδατι. καὶ κανθαρίδας τρίβουσα, προστιθέναι ὀλίγον χρόνον. καὶ διὰ πλείονος ἐνεργεῖ. Πρόσθετον. ὅσον χήμην κυμίνου, ἀσταφὶς λευκή. Ἄλλο. Κνίδης καρπός. ἄρου ῥίζα. τούτων ὅ βούλει ἐπιεικέως προστιθέναι. ἐπειδὰν ἐκκαθάρῃς κλυζέσθω, καὶ ἀφαιρέειν καὶ ἐγκλύζειν τὰ αἰδοῖα. καὶ ξυγκοιμάσθω ἅμα. καὶ ἢν διενέγκῃ τὸ ἔμβρυον, ἐκκαθαίρεται πᾶσα καὶ ὑγιὴς γίνεται. [242] Ἄλλο ὁμοίως ὕδερος μητρέων. Ὕφαιμον δὲ ῥέει ἰχωροειδὲς, καὶ καθαίρεται. καὶ δάκνει σφόδρα καὶ ἑλκοῖ ὥσπερ ἅλμη τὰ αἰδοῖα. καὶ τὰ περὶξ. καὶ ὅκου ἂν ἐπιστάξῃ, ἑλκοῖ. καὶ ἡ χροιὴ ἰκτερώδης. τὰ δὲ ἄλλα καθαίρεται πλῆθος, ὥσπερ ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν ῥόοισιν. ἡ δὲ νοῦσος βληχρή τε καὶ ἄλλως θανατώδης γίνεται. [243] ἢν ἐξέλθωσιν αἱ μῆτραι, ταύτην θεραπεύειν, ὡς τὴν ὑπὸ λευκοῦ ῥόου ἐχομένην. καὶ γάλα ὄνου πιπίσκειν. καὶ ἰσχναίνειν. καὶ ἰᾶσθαι φαρμάκοισι, τοῖσι προειρημένοισι. [244] ὕδερος ἐκλεικτά. ἢν ὕδωρ ἐκ τῶν μητρέων ῥέῃ, θεῖον, χηνὸς ἄλειφα λείχειν. ἢν ἄνεμος ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐνῇ, φῦσαι ἔξω καὶ τρίζει [245] καὶ οἰδέει πᾶσα καὶ πῦρ ἔχει καὶ καῦμα. πρὸς ταῦτα ἀΐσσει σφόδρα ὑπὸ τῆς ὀδύνης. καὶ τὸν ἄνδρα οὐ προσίεται. [246] καὶ σφόδρα ἄχθεται τῇ ὁμιλίῃ καὶ ὀρθοῦσθαι ἀδυνατεῖ. καὶ ὡς βαρέα μιν κέαται ἐν τῇσι μήτρῃσι. καὶ κεφαλὴν ἀλγέει καὶ ἀσᾶται καὶ ἄναυδός ἐστιν,

ἢν δὲ

ἢν δὲ ἡ ὀδύνη προσῇ, βοᾷ τε καὶ ἀλγεῖ πάντα, καὶ ἰξύας, [247] καὶ ἐπίσειον, καὶ τὴν ἕδρην. καὶ τὸ οὖρον εἴργεται. καὶ ἡ κοιλίη πνίγεται. καὶ θανεῖν ἐρᾷ. καὶ ὑποχόνδριον ἐπαίρεται. [248] καὶ στόμαχος δάκνεται καὶ τὸ στόμα πικρόν. [249] καὶ ἐμεῖ ὀξέα καὶ ἄκρητα. καὶ ἐρυγγάνει θαμινά. καὶ ῥᾴζει. ἢν δὲ μὴ ἀνοιδίσκεται, καὶ ἢν ἐπαφήσῃ, καὶ ἀντιτυπεῖ, καὶ ἀλγεῖ. κλύζειν δὲ χρὴ τὰς μήτρας μελικρήτῳ, καὶ ὀξυμέλιτι, καὶ ἐλαίῳ, κύμινον τε τετριμμένον, ἢ ἄννησον, καὶ λίνου πέταλα τρίβειν. [250] καὶ ὄρνιθος ἀπόπατον ξὺν ὠοῖς καὶ ἐν ὕδατι ἐνιέναι. προσθέτοισι δὲ οἷς ἂν ἐγὼ γράψω. καὶ πόμασι χρέεσθαι. [251] καθίζεσθαι δὲ ἐν ἐλαίῳ θερμῷ, καὶ ἀρώματα ἐμβάλλειν. σχοίνου ἄνθος ἢ ἐν ὕδατι δάφνης ἢ θαλάσσης. ἄριστον δὲ καθαίρειν κλυσμοῖσι μαλθακοῖσι τὴν κοιλίην. ἢ βάλανον προσθεῖναι, [252] ὡς παιδίῳ κοιλίη λύεται. εἴριον ἄπλυτον ξὺν μέλιτι. [253] ἢν δὲ γεραιτέρη ᾖ, κρόμμυον ἐς ἔλαιον, ἢ ἐς μέλι καὶ προσθεῖναι. ἢ ταύρου χολήν, ἢ νίτρον ξὺν μέλιτι, [254] ἢ ῥοιῆς ὀξείης χοίνικα ξὺν μέλιτι καὶ ἀλήτῳ κριθίνῳ. [255] εἰ δὲ μύλη ἐμφύεται ὑπὸ πάχεος γονῆς ἐνεχομένης, θύμβρην λείας ἐν ὄξει καὶ ὕδατι, τοῦτο διδόναι πίνειν εὖ χρεών. ἢ ὑοσκυάμου τὸν καρπὸν λεῖον, καὶ κλύζειν ἅλμῃ καὶ ὀπῷ καὶ ὄξει. ἢν δὲ δέῃ ξὺν ὕδατι, κράτιστον μελίκρητον ἐνιέναι ξὺν ὕδατι φακῶν, ἢ ὀρόβων, ἢ ἴου ἄνθεος. ἢν δὲ καθαρθῇ, οἷα τὰ πυρίφλεκτα, μυρσίνην ἕψειν, καὶ διανίζεσθαι, σμύρναν καὶ νέτωπον σὺν εἰρίῳ προστίθεσθαι. ἢν ἄνεμος ἐνῇ ἐν τῇσι μήτρῃσι, καὶ δάκνῃ. καὶ τῇ δὲ διεξίῃ πῦρ ποιέει. καὶ οἰδεῖ καύματι καὶ ὀδυνᾶται. καὶ τὸν ἄνδρα ἀπωθέεται. καὶ ἄχθεται σφόδρα τῇ συνουσίῃ. καὶ τείνεται καὶ οἰδεῖ τὸ ἦτρον. καὶ οὐ δύναται ὀρθοῦσθαι, ἢ ἰθύνεσθαι. ὅταν οὕτως εὕρῃς, γνῶθι ὅτι ἄνεμος καὶ γονή ἐστιν ἐν τῇσι μήτρῃσι. [256] καὶ ἡ γονὴ διὰ τοῦτο κάμνει. λαβὼν μέλι, κηρόν, καὶ λίνου πέταλα τρίψας λεῖα, ὄρνιθος στέαρ οἴνῳ εὐώδει χλιήνας, ἔγχεον ἐς τὰς μήτρας κλυστῆρι. [257] πινέτω δὲ λίνου πέταλα, ἢ τὸν καρπὸν τρίψαι, καὶ ἐς εἴριον ἐνελίξαι πρὸς τὸ στόμα τῆς μήτρης. [258] εἰ δὲ μὴ ἐνεργῇ, χρίεσθαι ἴρινον καὶ κρόκον, καὶ λίνου πέταλα, ὄρνιθος στέαρ τρίψας λεῖα, διεὶς τε γάλακτι γυναικείῳ, ἀποσπογγίσας ἄχνην ἀπὸ ὀθονίων λεπτῶν ἐνδῆσαι. προστίθεσθαι δὲ πρὸς τὸ στόμα τῆς ὑστέρης. [259] ἢν ἀποφύηται πιμελὴ σαρκοειδεστέρη, τηκεδόνα ἐντιθέναι. καὶ λεπτύνειν μέσως. αἱ γὰρ λίην λεπτυνόμεναι, ἀραιαί εἰσι καὶ ἐκτιτρώσκουσιν. εἰ δὲ οὐ δέχεται ἡ ὑστέρη, ἀλλὰ ἀφίησι, καὶ θερμὸν οὐκ ἔχει ἐν ἑωυτῇ, ὄργανον χρὴ μηχανοποιέεσθαι, ἐφ' ὃ ἑζομένη εἰσελθεῖν ἀτμὸς εἰς τὰς μήτρας. ἀμφὶ δὲ τὸ περιείματα κύκλῳ ἐστὶ θεῖναι. ὑποθυμιῆν δὲ κασίῃ. κινναμώμῳ. σμύρνῃ. ἴσον ἑκάστου, ἐν οἴνῳ τε φυρῶν σιραίῳ τούτων καὶ ἐπιτέγγειν. ὀλίγον τε λούεσθαι. ὀλίγα σιτέεσθαι. ἀρήγει δὲ καὶ πρόσθετον τοιόνδε. σμύρναν ἁπαλὴν ξὺν μέλιτι. ἔστω δὲ προμήκης ὡς βάλανος. καὶ ταῦτα ποιέειν πλειστάκις πρὸς τὴν δύναμιν ὁρῶν. καὶ τὰ ἐν σίτῳ πελεκῖνοι τετριμμένοι ξὺν σμύρνῃ ὠφελέουσιν. ἑψῆν δὲ μέλι σὺν τῇσι δᾳσὶν ἀνακυκῶν. καὶ ὅσον αἰγύπτιον κύαμον προστιθέναι. καὶ ταύρου χολὴν καὶ ῥοὰς ἐρυθρῆς ἴσον. κόνυζα ποίη. ὅμοιον δὲ ἐστὶ σελίνῳ οὔλῳ. φύεται δὲ ἄγχιστα θαλάσσης ἐν χωρίοισι ψαμμώδεσιν. ὀσμὴ δὲ τούτου, δύσοδμος. τοῦτο σὺν μέλιτι καὶ οἴνῳ προστίθεσθαι. [260] ἢ βόλβιον, ἐν πυροῖς δὲ θεωρέεται, αἰγυπτίοισι δὲ μάλιστα, δριμύ, ὅμοιον κυμίνῳ αἰθιοπικῷ. τοῦτο σκόροδον νίτρον ἐν ταὐτῷ προστίθει.

Quòd ſi dolor vrgeat, vociferatur, omniaque dolor occupat, & lumbos, & pubem, & ſedem, lotium ſupprimitur, venter ſuffocatur, mori exoptat, præcordia contenduntur, ſtomachus mordetur, os amareſcit, acida & ſincera vomitione reiicit, frequenter eructat, & meliùs habet, alioqui intumeſcit, & ſi contrectaris, & renititur, & dolet. Vterum igitur aqua mulſa, aceto mulſo, & oleo colluere oportet, cuminumq́ tritum aut aniſum, & lini folia trita, & gallinaceum ſtercus cum ouis, ex aqua infundere. Subdititiis autem & potionibus quas deſcribam vtitor. Inſidendum autem in oleo calido, iniectis aromatis, iunci odorati flore, aut in lauri decocto, aut aqua marina. Optimum autem mollibus collutionibus ventrem purgare, aut glandem ex lana illota cum melle ſupponere, velut infanti venter ſoluitur. Qui ſi adultior fuerit, cepam oleo aut melle intinctam ſupponito, aut tauri fel, aut nitrum cum melle, aut mali punici acidi nucleum, melle & hordeacea farina ammixta. Si mola ex craſſa genitura intus adhæreſcente generatur, ſatureiam ex aceto & aqua tenuiter tritam, id liquidum potui exhibeto, aut hyoſcyami ſemen læuigatum, & muria, laſeris ſucco ex aceto colluito, aut ſi opus ſit ex aqua. Optimum autem aquam mulſam & lentium, aut erui, aut violæ floris decocto immittere. Si verò qualia igne peruſta purgata fuerit, myrtum decoquito ac perluito, myrrham & netopum in vellere ſubter apponito. Si ventus in vteris fuerit, & mordeat, & qua penetrat calorem igneum excitet, ex ardore intumeſcit, dolet, viri congreſſum reſpuit, & coitu admodum grauatur, imus venter diſtenditur ac intumeſcit, & neque ſtare recta, neque erigi poteſt. Cùm ita laborantem deprehenderis, ventum & genituram in vteris eſſe ſcito, eamque ob cauſam mulierem nunc ægrotare. Mel, ceram, lini folia tenuiter trita, & adipem gallinaceum, hæc ex vino odorato tepefacta, in vteros per infuſum iniicito. Lini folia bibat, aut ſemen tritum lana inuolutum ad os vteri apponat. Quòd ſi non ſatis efficax fuerit, irinum cum croco illinito, lini folia, adipem gallinaceum, tenuiter trita, lacte muliebri diluta, deraſa ex tenuibus linteis lanugine excepta & illigata ad os vterorum apponito. Quòd ſi carnoſior pinguedo exoriatur, quod tabefaciat imponito, & modicè extenuato. Quæ enim admodum extenuantur, raræ ſunt & abortionem faciunt. At ſi vterus ſemen non recipit, ſed emittit, neque calorem in ſe habet, inſtrumentum aliquod fabricandum, cui cùm inſederit, vapor in vterum ingrediatur, circum quod in ambitu veſtes imponendæ. Suffitus autem ex caſia parandus, cinnamomo, myrrha, æquali horum cuiuſq; portione iniecta & ſapa ſubacta, parum etiam lauandum, parumq́; cibi ſumendum. Conducit etiam ſubdititium eiuſmodi. Myrrham tenellam cum melle in glandulam oblongam ducito, idque ſæpiùs virium ratione habita facito. Iuuant etiam pelecini in tritico naſcentes, cum myrrha triti. Mel coctum cum tædis agitatum ad fabæ Ægyptiæ quantitatem ſubter apponito, & fel tauri, & rhois rubri parem portionem. Conyza herba apio criſpo ſimilis eſt, ad mare in locis arenoſis naſcens, cuius odor intolerabilis, hanc cum melle & vino in ſubdititio appponito. Aut bolbium, quod in triticis præcipuè Ægyptiis cernitur, acre, cumino Æthiopico ſimile, hoc & allium & nitrum ſimul permixta, ſupponito,

priùs tamen lauet. Vbi mulierem capitis, ſincipitis & ceruicis dolor infeſtat, & vertigo circum oculos obuerſatur, terretur, ſi mæſta fuerit & vrinæ nigræ, ſimiliaq; ex vtero ferantur, anxietas & animi mœror detineat, bilis atra in vteris ineſt. Curato autem, cucumeris agreſtis partem interiorem vetuſtam & aniculam, fel taurinum, æris florem cum bacchare terito, ſubdititia conficito, medicamentum propinato & lauato. At vbi mulieri vteri cum dolore morſum ſentiunt, & cum pruritu pungitur, bilem flauam cum vrina reddit, vterus dehiſcit, & oculi quales morbo regio affectis ſunt, bilem in vteris ineſſe ſcito. Totum igitur corpus, tum etiam ipſos vteros ſubdititiis medicamentis quæ bilem educant expurgare optimum. Vbi perfrigeratur vterus, & pondus incumbere videtur, color minimè ſplendeſcit, condenſatus eſt vterus, cùm ſic habuerit, eo quod pituitam ducit purgare & extenuare oportet, crebroq; vomere. Cùm mulieri os malè oluerit, gingiuæque nigræ & prauæ fuerint, leporis caput & mures tres ſeorſim vrito, duorum murium ventrem eximito, iecur & renes minimè, & in pila lapidea marmor aut lapidem album terito & cribrato, deinde cuiuſque parem portionem miſceto, & dentes confricato. Oris autem partes etiam confricare oportet, deinde quoque lana maximè ſuccida & aqua colluere. Lana verò ſuccida melle imbuta, dentes & gingiuas, parteſque internas & externas confricet. Aniſum autem tritum & anethi ſemen, & myrrham duorum obolorum pondere, vini albi meri dimidia hemina diluito, hoc colluat, & diutiùs ore contineat, hoc autem crebrò faciendum, ieiunæque & à cibo os colluendum. Optimum eſt pauco cibo vti, & valentiſſimos cibos ſumere oportet. Hoc medicamentum dentes purgat, eoſque bene olentes reddit. Vocatur autem Indicum medicamentum. Cùm mulieri mamma aſpera redditur, ſtybis ſemen aut rubi ex aqua & oleo coctum, mammis in cataplaſmate obducito, & betæ folia iniicito, deinde ex linteo in pileiacuti aut tiaræ formam conficito, tanta magnitudine vt mammam capiat, ſic mammam immittito. Si verò ſuppuret, incidito, & curationem per linamenta ex lana ſuccida adhibeto, eandemque ſuperponito. Poſtea lenticulam coctam cum polenta mixtam ex cataplaſmate admoueto. Vbi in mulieris pudendo aut recto inteſtino tenues ac minuti lumbrici aſcarides dicti ſuboriuntur, viticis ſemen aut folia cum fellis bubuli obolo permiſceatur. Cedrino verò oleo ſubacta, & lana ſuccida bene carminata excepta, tertio quoq; die per noctem & dié imponat. Poſtero verò die vbi detraxerit, calida lauet, & alliis coctis & crudis veſcatur, & aſcarides exeunt ac moriuntur. Muria autem colluere oportet. Hæc faciem decoram reddunt. Hepar tauri cum oleo terito, cum vino autem mero illinito. Fel autem recens corrumpit. Quinetiam priſanæ cremor ſimiliter faciem emundat, & ouorum candidum, & lupinorum & orobi farina, cum ficubus in cataplaſmate impoſita. Braſſicæ etiam radix & ſemen. Hæc etiam lentigines tollunt, itemq; alcyonium. Quòd ſi ex puluere facere doluerit, cerato liquido ex roſaceo, aqua frigida affuſa inungito. Hoc faciē erugat. Plumbaginē in pila lapidea terito, & affuſa aqua menſtrua paſtillos conficito, & vbi ſiccati fuerint, & oleo diſſoluti, faciē rugas ferentē inungito. At ſi capilli defluant, ladanum cum roſaceo, aut anthino vnguento terito,

προσκλυζέσθω δέ. ὅταν γυνὴ τὴν κεφαλὴν ἀλγέῃ, τό τε βρέγμα τε καὶ τὸν τράχηλον, καὶ ἰλιγγιᾷ περὶ τὰ ὄμματα, καὶ φοβῆται καὶ στυγνὴ ᾖ, καὶ οὖρα μέλαινα, καὶ δι᾽ ὑστέρης ὅμοια. καὶ ἄσην ἔχῃ, καὶ δυσθυμίῃ. μέλαινα χολὴ ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἔνι. θεραπευέσθω δὲ ἐντεριώνην παλαιὴν σικυωνίην. ταύρου χολήν, ἄνθος χαλκοῦ τρίβειν ξὺν βάκχαρι καὶ προσθετὰ ποιέειν. καὶ φάρμακον πιπίσκειν καὶ λούειν. ὁκόταν δὲ δάκνωνται τὰς μήτρας γυνὴ καὶ ἀλγέῃ. καὶ ἀδάξηται, καὶ χολὴν οὐρέῃ ξανθήν. καὶ ἡ μήτρη χάνῃ, οἷα καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰκτερώδεες, ἴσθι ὅτι χολὴ ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἔνι. ἄριστον γοῦν ἐκκαθαίρειν, τό, τε πᾶν σῶμα, καὶ αὐτὰς προσθέτοισιν, ἃ χολὴν ἄγει. [261] ὁκόταν δὲ ψύχεται ὑστέρη, καὶ βάρος δοκέῃ ἐγκεῖσθαι. καὶ τὸ χρῶμα οὐ λαμπρόν, καὶ πέπηγεν ἡ ὑστέρη, ὅταν οὕτως ἔχῃ, καθαίρειν ὅ, τι φλέγμα ἄγει. καὶ λεπτύνειν χρή, καὶ πυκινὰ ἐμέειν. ὅταν γυναικὶ ὄζῃ κακὸν ἐκ τοῦ στόματος, καὶ τὰ οὖλα μέλανα ᾖ, καὶ πονηρά, κεφαλὴν λαγωοῦ καὶ μύας τρεῖς, κατακαῦσαι χωρίς, τῶν δύο μυῶν ἐξελεῖν τὴν κοιλίην. ἧπαρ δὲ καὶ νεφρούς, μή. καὶ ἐν θυίῃ λιθίνῃ τρίβειν μάρμαρον, ἢ λίθον λευκήν, καὶ διασῆσαι. εἶτα μίσγειν ἴσον ἑκάστου. καὶ τοὺς ὀδόντας τρίβειν. χρὴ δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ στόματι χωρία κἄπειτα εἰρίῳ πινώδεϊ ἀποτρίβειν, καὶ διακλύζεσθαι ὕδατι. βάπτουσα δὲ τὸ πινῶδες εἴριον ἐν μέλιτι, ἀνατριβέτω τοὺς ὀδόντας καὶ τὰ οὖλα, καὶ τὰ ἔνδον καὶ τὰ ἔξω. τρίβειν τε ἄννησον. καὶ ἀνήθου καρπόν. καὶ σμύρνης ὁλκῆς ὀβολοὺς δύο, διέναι οἴνῳ λευκῷ ἀκρήτῳ ἡμικοτυλίῳ, ἐν τούτῳ διακλυζέσθω. καὶ ἐν τῷ στόματι πουλὺν κατεχέτω χρόνον. θαμινὰ δὲ τοῦτο δρᾶν, καὶ ἀναγαργαρίζεσθαι νῆστιν, καὶ μετὰ τὴν τροφήν. ἄριστον δὲ ὀλιγοσιτίη. καὶ κράτιστα χρὴ προσφέρεσθαι. τοῦτο τὸ φάρμακον, ὀδόντας καθαίρει, καὶ εὐώδεας ποιέει. καλεῖται δὲ ἰνδικὸν φάρμακον. [262] ὁκόταν γυναικὶ ὁ μαζὸς τρηχὺς γίνηται, [263] στοιβῆς καρπόν, ἢ βάτου ἑψεῖν σὺν ὕδατι καὶ ἐλαίῳ. καὶ τοὺς μαζοὺς καταπλάσσειν. [264] καὶ τεύτλου φύλλα ἐπιρριπτεῖν. ἔπειτα ῥάψαι ἐς ῥάκος, [265] ὡς κυρβασίην, τεκμηράμενος ὅσον τὸν μαζὸν ἐκχωρήσῃ, καὶ οὕτως ἐντιθέναι τὸν τιτθόν. ἢν δὲ διαπυΐσκῃ, τάμνειν, καὶ εἰρίῳ ῥερυπωμένῳ μοτοῦσαι. καὶ ἐπιβάλλειν τὸ αὐτό. μετέπειτα φακὸν ἑφθὸν ξὺν ἀλφίτῳ μίξαι, καὶ καταπλάσσειν. ἐπὴν γυναικὸς ἐν τῷ αἰδοίῳ, ἢ ἐν τῷ ἀρχῷ ἀσκαρίδες γίνωνται, λύγου καρπὸς μίσγεται ἢ φύλλα, καὶ βοὸς χολὴ συμμίσγεται ὅσον ὀβολός. κεδρίνῳ δὲ ἐλαίῳ φυρᾶν, [266] καὶ εἰρίῳ πινόεντι εὐειριοτάτῳ ἀναλαβεῖν. ἐντιθέσθω δὲ διὰ τρίτης, νύκτα καὶ ἡμέρας. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἀφελομένη, λουέσθω θερμῷ. καὶ σκόροδα ἑφθά, καὶ ὠμὰ ἐσθιέτω. καὶ αἱ ἀσκαρίδες ἐξίασι, καὶ ἀποθνήσκουσι. ἅλμῃ δὲ κλύζειν χρή. [267] πρόσωπον ἀγλαΐζει. ἧπαρ ταύρου τρίβειν ξὺν ἐλαίῳ. διαχρίειν δὲ σὺν ἀκρήτῳ οἴνῳ. [268] χολὴ δὲ χλωρὴ φθείρει ἀλλὰ καὶ ὁ χυλὸς τῆς πτισάνης, ὁμοίως λαμπρύνει. καὶ ᾠῶν τὸ λευκόν. καὶ ἄλευρον θέρμων, καὶ ὀρόβων καὶ σύκων καταπλασσόμενα. καὶ κράμβης ῥίζα καὶ σπέρμα. ταῦτα καὶ φακοὺς αἴρει. καὶ ἀλκυόνιον. [269] καὶ κονιορτὸς ἢν λυπῇ τι πρόσωπον, κηρωτῇ ὑγρῇ, διὰ ῥοδίνου ὑποχρίειν. καὶ ὕδωρ ψυχρὸν προσχέειν. καὶ ῥυτίδας ἐκτείνει. ἐν θυίῃ λιθίνῃ μολίβδαιναν τρίβειν [270] μηνιαῖον ὕδωρ παραχέοντα πλάσσειν κυκλίσκους. κἄπειτα ἢν ξηρανθῶσιν, ἐλαίῳ διεὶς χρίειν τὰς ῥυτίδας φέρον πρόσωπον. ἢν δὲ ῥέωσιν αἱ τρίχες, λάδανον μετὰ ῥοδίνου [271] ἢ ἀνθίνου μύρου τρίβειν

καὶ μετ᾽

καὶ μετ' οἴνου ἐγχεέτω.[272] ἢ τὴν σμηκτρίδα γῆν, ξὺν οἴνῳ ἢ ῥοδίνῳ, ἢ ὀμφακίνῳ, ἢ ἀκακίῃ. καὶ ἢν μαδίσῃ, κύμινον ἐμπλάσσειν, ἢ πελιάδων κόπρον, ἢ ῥάφανον τετριμμένην,[273] ἢ κρομμύῳ τετρῖφθαι, ἢ τεύτλῳ, ἢ κνίδῃ. τὰς δὲ ἐφηλίδας λεγομένας αἴρει, ὀρόβιον τοῦ τεύτλου τε χυλὸς, ᾠῶν τὸ λευκόν. πτισάνη, ἢ σικύου ἀγρίου ῥίζη ξηρὴ μετ' οἴνου τρυγὸς τετριμμένη, ἐπιχριομένη, ἢ συκῆς φύλλα περιστέλλεσθαι. σησάμῳ τετριμμένῳ σμήχεσθαι, ἢ ἀμυγδάλαις πικραῖς. κνίδης τε σπέρμα, σκορόδου κέλυφος, ἐπιδεόμενον λεπίδιον. λειχῆνας ἐξάγει πάντας. ὄξος, μάννα, κίσσηρις, θεῖον μετ' ὄξους. καρδάμου ἀγρίου κεκαυμένου καὶ ἀποδεδωσμένου. ἐχίδνης λεβηρίδος. καὶ λαπάθου ἀγρίου ῥίζα. τρίβειν δὲ μετ' ὄξους οἰνώδεος. ἢν δὲ φλυκταινῶσι, καὶ λιθαργύρῳ χρέεσθαι. ῥόου ἐρυθροῦ ποτὸν ἀγαθόν. ἐλάφου κέρας κατακαύσας ἀμήλυσιν κριθῶν ξυμμίξαι διπλασίην, ἐπὶ οἶνον πράμνιον ἐπιπάσσουσα πινέτω, καὶ ἵσταται. ἕτερον ὁμοίως ποτόν. ἀδιάντου ῥίζαν τρίψας, καὶ ἐρεβίνθους φώξας,[274] καὶ λέκιθον, πιεῖν ἐν μέλιτι, ὡς ποτὸν διδόναι. ἢ ζειᾶς σητανείου ὀξύβαφον, κόμμεος λευκοῦ ἥμισυ, μάννης τρίτον μέρος, καὶ σχοίνου ὀλίγον. ἢ πίτυος, ἢ κυπαρίσσου διεὶς ὕδατι, διδοὺς πιεῖν. πίνειν δὲ τῆς ἡμέρης, ἢ ἐλάφου κέρας καύσας, τρίψαι τε καὶ ἀμήλυσιν σὺν κεδρίσι πέντε. οἶνος σὺν τούτοισι δ' αὐστηρὸς μέλας μίγνυται. ἢ ῥοιῆς γλυκείης, ὀπτήσας τὸν χυλὸν ξὺν οἴνῳ μέλανι πίνειν. ἢ κυπαρίσσου καρποὺς τρεῖς, ἢ τέσσαρας. καὶ μύρτα μέλανα, καὶ ὁμοῦ καὶ χωρὶς καθ' ἑωυτὰ, πρὸς ἰσχὺν τοῦ σώματος ὁρέων τῆς γυναικός. ξὺν οἴνῳ δὲ ἡ πόσις γινέσθω, ἢ καστορίου ὀβολὸν, ἐν οἴνῳ τρίψας αὐστηρῷ μέλανι, καὶ πιπίσκειν. ῥόου καὶ πάσης νούσου ποτὸν ὅσαι ἀπὸ τῶν ὑστερέων γίνονται. γλυκυσίδης καρπόν.[275] καὶ τῆς ῥοῦ τὰς ῥίζας. κύμινον αἰθιοπικόν. καὶ μελάνθιον ἐν οἴνῳ λευκῷ διδόναι. ἢ νάρθηκα ξύσας, ὅσον ὀξύβαφον.[276] καὶ πράσου χυλὸν, ἐν οἴνῳ λευκῷ κεκρημένῳ, τοῦτο καὶ ἐκ ῥινῶν αἱμαρρέον παύει. ἢ σίδην ἑψῆσαι ἐν οἴνῳ μέλανι. καὶ περιλέψαι καὶ τὰ ἔνδον τρίψαι ἐν οἴνῳ μέλανι ξὺν πάλῃ ἀλφίτου πιεῖν. ἢ λίνου, ἢ ἐρυσίμου. φῶξαι. καὶ ἐλαίης φύλλα χλωρῆς.[277] καὶ μέλαιναν ῥίζαν, μήκωνα ἁδρὰν. ταῦτα τρίψας, ἐν τῷ αὐτῷ οἴνῳ κεκρημένῳ δίδου πίνειν.[278] ἢ πυτίην ὄνου, καὶ σίδης γλυκείης ῥίζαν, καὶ κηκῖδα ἐξ ἴσου πάντα, καὶ ῥοιῆς γλυκείης χυλὸν ξὺν οἴνῳ πίνειν. ἢ λαπάθου καρπὸν, ξὺν τῷ κηκῖδος ἔξω περιεξυσμένης, ταῦτα τρίβειν ἅμα, καὶ μετὰ πιπίσκειν κυκεῶνα.[279] ἢν αἷμα ῥέῃ λάβρον ἐκ τῶν ὑστερέων, ἄγνου φύλλα ξὺν οἴνῳ μέλανι. τὰ στρυφνὰ, ῥόον ἱστᾶσι, οἴνῳ μέλανι μιγνύμενα.[280] ῥόου καὶ ὀδύνης. κάχρυος ῥίζαν ἐν οἴνῳ μέλανι πίνειν. ἢν δὲ πλείων ᾖ, τερμίνθου καρπὸς τριβόμενος, χρὴ δὲ οἴνῳ καὶ ὕδατι διεῖναι, καὶ πίνειν. ἢν ῥόος ἔχηται, καρκίνους ποταμίους ἀποπνίξας ἐν οἴνῳ, πίνειν διδόναι τὸν ποιητὸν οἶνον μεθ' ὕδατος. ἢν δὲ ἔτι φέρηται ὁ ῥόος,[281] περίμαλον φώξας καὶ τρίψας ἐν οἴνῳ, δίδου. ἢ πράσου χυλόν.[282] ἢν δὲ πουλὺς κατέρχηται ὁ ῥόος, ἡμιόνου ὄνθον κατακαύσας, καὶ λειώσας, καὶ ξὺν οἴνῳ διδόναι. ἢν δὲ πολυχρόνιος ὁ ῥόος ἔχηται, σπόγγος κατακαεὶς ἀρήγει, τρίψας δὲ λεῖον τὸν σπόγγον, καὶ σὺν οἴνῳ διδόναι εὐώδει.[283] καταπλάσματα ῥόων. σκόροδα, καὶ ἀνδράχνην, καὶ σέλινον, καὶ λωτοῦ πρίσματα, καὶ κέδρου λεῖα ὁμοῦ μίξαι, διεὶς δὲ ἐν μελικρήτῳ, κατάπλασμα ποιέειν. ἢ βάτου φύλλα καὶ ῥάμνου καὶ ἐλαίης, ὁμοῦ λεῖα μίξαι, καὶ διεῖναι ἐν μελικρήτῳ.

& cum vino illinat, aut cretam cimoliam cum vino, aut roſaceo, aut omphacino, aut acacia. Quod ſi cum cutis glabritie decidant, cuminum, aut ſtercus columbinum, aut raphanum tritum inducito, aut cum cepa confricet, aut beta, aut vrtica. Faciei maculas ephelidas dictas erui decoctum tollit, betæ ius, ouorum candidum, priſana, aut cucumeris agreſtis radix ſicca, cum vini fæce trita & illita, aut mori folia admota. Aut ſeſamo trito, aut amygdalis amaris defricari. Aut vrticæ ſemen, aut allii cortex illigatus, & lepidium. Quod impetigines omnes aufert. Acetum, thuris pollen, pumex, ſulphur cum aceto, cardamum agreſte vſtum & in cinerem redactum, viperæ exuuium, rumicis agreſtis radix, hæc cum aceto vinoſo terito. Quòd ſi puſtulæ adſint, etiam lithargyro vtitor. Potio ad fluorem muliebrem rubrum faciens. Cornu cerui vſtum, duplo farinæ hordeaceæ crudæ commiſceto, eamq; ad vinum pramnium aſperſam bibat, & ſiſtitur. Alia ſimilis potio. Adianti radicem tritam, & cicer toſtum, aclentium lomentū ex melle bibendum, & potui exhibendum. Aut farinæ ſetaneæ acetabulum, gummi albi dimidiam partem, thuris pollinis tertiam, iunci odorati modicum aut pini, aut cupreſſi parum, hæc aqua diluta potui exhibeto, de die autem bibat. Aut cornu cerui vſto, & cum farina hordeacea cruda & cedri baccis quinq; terito, vinum nigrum auſterum tædaceum ammiſcetur. Aut mali punici dulcis aſſati ſuccus cum vino nigro potui exhibendus. Aut cupreſſi baccæ tres aut quatuor, myrti baccæ nigræ, aut ſimul, aut per ſeſe, conſiderato corporis muliebris robore, cum vino autem propinandæ. Aut caſtorij obolus cum vino auſtero tritus propinandus. Potio ad fluorem muliebrem & quemuis vteri morbum. Pæoniæ ſemen, rhoïs radices, cuminū Æthiopicum, & melanthiū ex vino albo exhibeto, aut ferulā deraſam acetabuli quātitate, & porri ſuccum ex vino albo aqua temperato, quod etiam fluentem ex naribus ſanguinem ſedat. Aut malū punicum in vino nigro decoquito, & detracto cortice, quod intus eſt tritum cum polentæ polline ex vino nigro potui exhibeto. Aut linum aut eryſimū toſtū, oleæ viridis folia, nigram radicem, peplum plenum, hæc ſimul trita ex vino aqua temperato bibenda dato. Aut coagulum aſininum, mali punici dulcis radicem, gallam, æquis portionibus omnia, & mali punici dulcis ſuccū ex vino bibendū dato, aut lapathi ſemen cum gallæ parte exteriore circumraſa. Hæc ſimul terito, deinde cyceonem confectum porrigito. Si ſanguis copioſ' ex vteris effluat, viticis folia ex vino nigro exhibeto. Acerba vino nigro cōmixta, profluuium ſiſtunt. Ad fluorem muliebrem & dolorem. Cachryos radicem ex vino nigro bibendam dato. Quòd ſi copioſior fuerit, terebinthi fructum tritum ex vino & aqua dilutum bibere oportet, Si fluor muliebris contingat, cancris fluuialibus ex vino ſuffocatis, vinum cum aqua potui exhibeto. Quòd ſi adhuc fluxus feratur, pomalum torrefactum & tritum ex vino, aut porri ſuccum exhibeto. Si verò multus fluor decurrat, muli ſtercus vſtum & læuigatum ex vino exhibeto. At ſi diu fluor detinuerit, ſpōgia vſta cōfert, quam tenuiter tritam ex vino odorato exhibeto. Quæ ad fluores ex cataplaſmate adhibentur. Allia, portulacam, apiū, loti & cedri ſcamenta, læuigata ſimul admiſceto, ex his aqua mulſa diſſolutis cataplaſma efficito. Aut rubi, rhamni & oleæ folia tenuiter trita ſimul miſceto, aqua mulſa diluito,

& cum polenta ex cataplaſmate admoueto. Aut ſambuci & myrti folia ex cataplaſmate adhibeto. Aut loti ramenta, mori & roſæ folia cum vua paſſa. Fotus ad fluores muliebres. Loliaceam farinam toſtam, poſca meraciore decoctam, & linteo illitam in fotu adhibeto. At lentem coctam, & detracto cortice in farinam craſſiorem & in grumos redigito, & in aqua decoquito, eodemque modo ex cataplaſmate adhibeto. Aut eruum ad eundem modum admoueto. Confert etiam ſaluiam aut hordei paleas in ſaluiæ aut hyperici decocto coquere, & ex cataplaſmate imponere. Loti & cupreſſi ramenta, ex vuæ paſſæ infuſo decocta, linteo inducta, in fomento adhibeto. Aut oleæ, aut hederæ, aut myrti folia ex decocto admoueto, & cum his hordei paleas coquito. Aut in aromatum decocto ſimul furfures triticeos coquito. Aut vuæ paſſæ infuſo triticeos furfures decoquito. Aut violæ albæ ſemen & radices decoquito, in decoctum furfures triticeos iniicito. Aut ex decocto furfurum triticeorum calido lana conuoluta calida foueatur. Aut in ſerpilli decoctum furfuribus ad eundem modum iniectis. Fotus verò ſi dolor vrgeat etiam ex ſpongiis calidis & lanis mollibus adhibendus, aut ex vaſis teſtaceis & veſicis aqua affuſa & oleo calido plenis. Collutiones ad fluores muliebres. Myrti, lauri & hederæ folia in aqua decoquito, tepida colluito. Sambuci & lentiſci folia aqua decoquito, percolata ſummè tepida colluito. Aut œnanthen, cyperum, vuam paſſam aqua mulſa decoquito, & colluito, aut fœnigræci aqua. Vel rubi decoctum, vel oleæ viridis, vel cupreſſi, vel ſerpilli, vel mali punici, vel radicis violæ albæ, vel lentiſci, ſummè tepidum infundito. Vel id quod ex butyro, reſina & adipe anſerino paratur. Aut quod ex ſuilla medulla & adipe eſt paratum. Suffitus ad fluores muliebres. Hordeum toſtum prunis impoſitum ad ſuffitum adhibeto. Aut cerui cornu cum oliuis immaturis. Aut rhoëm rubrum & polentam torrefactam, cum oleo & vino ad duplam portionem. Aut paleas hordei & ſtercus bubulum eodem modo adhibeto. Aut loti ramenta, rhoëm, cupreſſum, ſuccum, ex vino nigro auſtero, in ſuffitu admoueto. Aut galbanum, aut thuris pollinem, aut reſinam vino macerato, aut ceruinum cornu, aut gallam, & ſiſtitur fluor. Alia ad ſuffitum materia. Scrobem effodere oportet, & vinaceorum duas circiter chœnices Atticas torrefacere, cinerem in ſcrobem iniicere, & vino odorato aſperſo irrigare, & mulier ſeſe veſtibus conuoluens, circumſedeat & ſuffitum adhibeat. Aut capræ œſypum dictam (hoc eſt ſordem ad nates adhæreſcentem) ſiccam, tuſam & toſtam, cum hordeo freſo oleo ſubactam, in ſuffitu adhibeto. Aut hordeum multum, aut eius paleas in prunas iniectas, aut cupreſſi ramenta vnguento reſperſa, ſuffitu adhibeto. Aut cicutam, aut myrrham, aut thus affuſo vnguento ſuffito. Aut bitumen & hordei paleas eodem modo. Aut cupreſſi radicem oleo roſaceo aſperſam ſuffito. Aut calamo, iunco odorato, cypero, apij ſemine, aniſo, oleum roſaceum affuſum ſuffitu adhibeto. Ad eundem autem modum reſinam ſubiicito, cinnamomum, myrrham, cũ rubi aut roſarum foliis ſuaueolentibus, puſillo croco addito & ſtyrace. Hæc omnia ſimul terito, & oboli Attici pondere in cinere ſarmentitio, aut in ſtercore bubulo ad inſtar acetabuli efformato, ſuffitu admoueto. Sit autem ignis ex vitis ſarmentis ſuccenſis.

καὶ σὺν ἀλφίτοισι καταπλάσσειν. ἢ ἀκτῆς καὶ μυρσίνης φύλλα καταπλάσσειν, ἢ λωτοῦ πρίσματα, καὶ συκαμίνου φύλλα, καὶ ῥόδου σὺν ἀσταφίδι. πυριῆσαι ῥόου. αἴρων ἄλευρα πεφωσμένα ἕψειν ἐν ὀξυκρήτῳ ἀκρητεστέρῳ, [284] καὶ ἐς ὀθόνιον ἐγχέοντα πυριᾶν. ἢ φακοὺς φώξας καὶ περιπτίσας ποιέειν ἄλευρα χονδρώδεα. καὶ ἐν ὕδατι ἑψεῖν. καὶ ὁμοίως καταπλάσσειν. ἢ ὀρόβους ὡσαύτως. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἐλελίσφακον, ἢ ἄχυρα κριθῶν, ἐν ἀφεψήματι ἐλελισφάκου, καὶ ὑπερικοῦ ἑψεῖν, καὶ καταπλάσσειν. λωτοῦ πρίσματα, καὶ κυπαρίσσου ἐναφεψεῖν ἐν ἀσταφίδος ἀποβρέγματι ἐς ὀθόνιον ἐπιχέοντα πυριᾶν. ἢ ἐλαίης φύλλα, ἢ κισσοῦ, ἢ μυρσίνης, ἐν ἀφεψήματι καὶ μετὰ τούτων κριθῶν ἄχυρα ἑψεῖν. ἢ ἀρωμάτων ὕδατι συνεψεῖν, πίτυρα πύρινα. ἢ ἀσταφίδος ἀποβρέγματι πίτυρα πυρῶν ἑψεῖν, ἢ λευκοΐου καρπὸν, ἢ τὰς ῥίζας ἀφεψεῖν, [285] καὶ τῷ ὕδατι ξὺν πιτύροισι πυρίνοισιν ἐπιρριπτεῖν, ἢ τῷ ἀφεψήματι πιτύρων πυρῶν τούτῳ θερμῷ ἐνελιξαμένην εἰρίῳ, πυριῆσθαι. ἢ τῷ τοῦ ἑρπύλλου ἑψήματι, καὶ πιτύρων τὸν αὐτὸν τρόπον. πυριῆν δὲ καὶ σπόγγοισι θερμοῖσι, καὶ εἰρίοισι μαλθακοῖσιν, ἢν περιωδυνέῃ· καὶ τοῖσιν ὀστρακίνοισιν ἀγγείοισιν, ὕδατος ἐγχέων. ἢ ἐν κύστεσιν ἐλαίου θερμοῦ. κλυσμοὶ ῥόου. μυρσίνης φύλλα καὶ δάφνης καὶ κισσοῦ, ἐν ὕδατι ἀφεψεῖν. τούτῳ κλύζε χλιηρῷ. ἀκτῆς φύλλα, [286] καὶ σχίνου ἀφεψεῖν ἐν ὕδατι ἀποχέας ἄκρως χλιηρῷ κλύζειν. ἢ οἰνάνθην καὶ κύπειρον καὶ ἀσταφίδα ἀφεψεῖν ἐν μελικρήτῳ, καὶ κλύζειν. ἢ τήλεος ὕδατι, ἢ βάτου ἀφέψημα, ἢ ἐλαίης χλωρῆς, ἢ κυπαρίσσου, ἢ ἑρπύλλου, ἢ ῥοιῆς, ἢ λευκοΐου ῥίζης, ἢ σχίνου ἄκρως χλιηρόν. ἢ τὸ διὰ βουτύρου καὶ ῥητίνης, καὶ χηνείου ἐλαίου. ἢ τὸ διὰ μυελοῦ καὶ στέατος ὑείου. [287] ὑποθυμιήσιες ῥόου. κριθὰς πεφωσμένας ἐς ἄνθρακας ὑποθυμιῆν, ἢ ἐλάφου κέρας σὺν ἐλαίῃσιν ὀμφακίνῃσιν, ἢ ῥοῦν τὴν ἐρυθρὴν καὶ ἄλφιτα πεφωσμένα ξὺν ἐλαίῳ, καὶ οἴνῳ διπλασίῳ. ἢ ἄχυρα κριθῶν, καὶ βόλβιτον ὁμοίως, ἢ λωτοῦ πρίσματα, ἢ ῥοῦν, ἢ κυπάρισσον, σὺν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ, ξηρὴν ὑποθυμιῆν. ἢ χαλβάνην, ἢ μάνναν, ἢ ῥητίνην, οἴνῳ δεύσας. ἢ αἰγὸς κέρας ἢ κηκῖδα, καὶ ὁ ῥόος ἵσταται. ἑτέρη θυμίησις. ὀρύξαι χρὴ βόθρον, καὶ φώξαι στεμφύλων δύο χοίνικας ἀττικὰς, καὶ τὴν σποδίην ἐπιβάλλειν ἐπὶ τὸν βόθρον. οἴνῳ τε ἐπιψακάσαι εὐώδει, καὶ ἀμφικαθιζομένην, κατειλίξασθαι ἱματίοισι, θυμιῆσθαι. [288] ἢ τὸ λεγόμενον οἴσυπον αἰγὸς ξηρὰ κόψαι καὶ φώξαι σὺν κριθῶν ἀλεύρῳ, ἐλαίῳ φυρησαμένην θυμιῆν. [289] ἢ ἄνθρακας πλείους κριθῶν, ἢ ἄχυρα ὑποθυμιῆν, ἢ πρίσματα κυπαρίσσου, μύρῳ δεύσαντα, θυμιῆν. [290] ἢ κώνειον, ἢ σμύρναν, ἢ λιβανωτὸν μύρον ἐπιχέας, θυμιῆν. ἢ ἄσφαλτον καὶ κριθῶν ἄχυρα ὁμοίως. [291] ἢ κυπαρίσσου ῥίζαν ἐν ἀλείφατι ῥοδίνῳ ἐπιχέας, θυμιῆν. ἢ καλάμῳ, σχοίνῳ, κυπείρῳ, σελίνου σπέρματι, ἀνήσῳ, [292] ῥόδινον ἔλαιον ἐπιχέας. ὁμοίως δὲ καὶ ῥητίνην ὑποβάλλειν, καὶ κιννάμωμον, καὶ σμύρναν ξὺν βάτων φύλλοις, ἢ ῥόδων φύλλοις, [293] ἡδυόδμοις, ξὺν σμικρῷ κρόκῳ καὶ στύρακι. ταῦτα πάντα ἐν τῷ αὐτῷ τρίβειν, καὶ θυμιῆν, ὀβολῷ ἀττικῷ σταθμῷ, ἐπὶ σποδίῃ οἰναρέῃ. ἢ ἐπὶ βολβίτῳ πλαστοῦ ὡς ἐμβαφίου. τὸ δὲ πῦρ κλήματα ἔστω.

ἐπιθύσαι

ἐπιτιθέναι δὲ ἤδη πρότερον ὡς μὴ ὀδμὴ ᾖ. ἐπεὶ ἢν ὀδμὴ ἐστί, ἄμεινον μὴ θυμιῆν. ῥόου ἐρυθροῦ προσθετά. σμύρναν καὶ βολβίον ξὺν μέλιτι τετριμμένον, προσθετὸν ἄριστον. ἢ ῥόδα ἑψεῖν ἐν ὕδατι, ἀλλὰ δεῖ καὶ τρίψας λεῖα ἐν μύρῳ ῥοδίνῳ, ἐν εἰρίῳ ἑλίξας προστιθέναι. ἢ τοῦ λωτοῦ τὸ ἄνθος ἑψῆσαι ἐν ὕδατι, κἄπειτα τρίβειν ἐν ῥοδίνῳ μύρῳ, καὶ ἐν εἰρίῳ πρὸς τὸ στόμα τῆς ὑστέρης προστιθέναι. ἢ κύπειρον, καὶ ἶριν, καὶ ἄννησον ἴσον ἑκάστου ἐν μύρῳ ῥοδίνῳ λεῖον. [294] βάλλειν ἐς τὸ στόμα εἴσω. ἢ μυρσίνης φύλλα μελαίνης, ἐν οἴνῳ λευκῷ πίτυος φλοιὸν συμμίσγειν, καὶ ὁμοίως ποιεῖν. ἢ κυπαρίσσου καρπὸν, καὶ λιβανωτὸν, ἴσον ἑκατέρου τρίβειν ὁμοῦ ἐν μύρῳ, καὶ προστιθέναι. ἢν ξηρῆναι δέῃ ῥόον. καλαμίνθην ἐν οἴνῳ μέλανι ἑψεῖν, [295] καὶ ἐς ὀθόνιον βρέξαντα, ἐπιτιθέναι. ἢ ὑοσκυάμου τῶν φύλλων, καὶ κώνειον ἅμα ἑψεῖν. [296] ὡσαύτως πράσα. καὶ μαλάχην, καὶ κηρὸν, καὶ χηνὸς ἄλειφα μίξαι. εἶτα χλιερὸν προστιθέναι πρὸς τὰ αἰδοῖα. ἢ οἶνον ἄκρητον ξὺν ῥητίνῃ καὶ σιδίῳ ἑφθῷ τρίβειν, καὶ προστιθέναι ὁμοίως. ἢ κνῆκον σὺν οἴνῳ τρίβων προστιθεῖ. ἢ λωτοῦ τὸ πρίσμα ὁμοίως. ἢ δάφνης φύλλα. ἢ ῥοῦν μέλιτι καθεφθὸν μίξας, προσθετός. [297] ἢν δὲ μὴ λήγῃ, σίνηπι, ἢ βλίτον τὸ βοτάνην ὡς γλῶσσαν ἔχει, ἐν εἰρίῳ ποιεῖν προσθετόν. [298] ῥόου ὕδατος, προσθετὸν καὶ ἔγχυτον. ἢν γυναικὶ ὕδωρ ῥέῃ ἐκ τῶν αἰδοίων, λαβὼν ῥητίνην ξηρὴν, καὶ μυρίκης πέταλα, καὶ λίνου καρπὸν, τρίψας ἐν οἴνῳ, καὶ μίξας ἐν ὄρνιθος στέατι, καὶ ἐγχέας ἐς τὰ αἰδοῖα, κλυστῆρι ἀλεύρου χοιρομίδα ὡς καθαρωτάτου. [299] ἢ ἄμυλον ἐν εἰρίῳ προστίθεσθαι πρὸς τὸ στόμαχον. Ἄλλο ἔγχυτον ὁμοίως. ὁκόταν ὕδωρ ἐκ τῶν αἰδοίων ῥέῃ, μυρίκης πέταλα, [300] καὶ λιβανωτοῦ καρπὸν ἐν χηνὸς στέατι τρίψας καὶ ῥητίνην, ἐς τὰ αἰδοῖα κλυστῆρι ἐνιέναι. ἢν ἀπὸ ῥόου ὑδατώδεος τὸ ἦτρον ἀλγέῃ. ἄγνου καρπὸν τρίψας ἐν μέλιτι, καὶ καταπλάσσειν τὸ ἦτρον καλῶς. ἢν ὁ ῥόος αἱματώδης, ἢ λευκὸς, ἢ ὁποῖος. θεῖον [301] καὶ μανδραγόρου τὸ ἄκρητον, ἀναλαβόντα, εἰρίῳ προσθεῖναι καὶ ὑπτίην εὕδειν. καὶ ἀκίνητος μενέτω. ἢ σίδια ξηρὰ τρίψας ἐν οἴνῳ Πραμνίῳ, καὶ διδόναι πίνειν. ῥόου λευκοῦ ποτόν. κισσοῦ λευκοῦ τὸ σπέρμα, καὶ πίτυος φλοιὸν ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ παρέχειν. ἢ ἐλάφου κέρας κεκαυμένου μοῖραν. ὠμηλύσιος δὲ δύο μοίρας, καὶ κεδρίδας πέντε, τρίβειν ὕδατι, καὶ πίνειν. ὅταν πνίγωσιν ὑστέραι. καστόρεον καὶ κόνυζαν ἐν οἴνῳ χωρὶς καὶ ἐν τωὐτῷ πινέτω ἑκάτερον. ἀσφάλτου ὅσον τριώβολον. ἢ φώκης στέαρ ὅσον δὶς τοῖς δακτύλοις λαβεῖν. ῥίζης γλυκυσίδης ὅσον ἥμισυ πόσιος ἐν οἴνῳ εὐώδει διδόναι πίνειν. ὅταν δὲ πνίγωσι καὶ ὁμοῦ βήσσῃ, σανδαράχης ὅσον ὀβολὸν, καὶ θείου ἀπύρου ἴσον, καὶ ἀμυγδάλας πικρὰς καθήραντα συμμίσγειν τρία ἢ τέσσαρα, καὶ διδόναι ἐν οἴνῳ εὐώδει. ἢν δέ γε προπίπτωσιν αἱ ὑστέραι, κριθὰς τρίψας λεῖα [302] ξὺν τοῖσιν ἀχύροισι, καὶ κέρας ἐλάφου, ἐλαίῳ δεύσας ὑποθυμιᾶσθαι. ὅταν δὲ ἄνω ᾖ, καὶ θλίβηται καρδίη, καὶ στόμαχος, καὶ ὑπομένωσι, σμύρναν, ἢ ῥητίνην, ἢ νέτωπον, ἢ καστόρεον, [303] ἢ ὀπὸν σιλφίου πιπίσκειν. ὅταν ὑστέραι πνίγωσι. [304] πνεῦμα δὲ στίβηται ἀλὲς ἄνω καὶ βάρος ἔχῃ. καὶ γνώμη καταπλήξ. ἀναυδίη. περίψυξις. πνεῦμα προσπταῖον. [305] ὄμματα ἀμαλδύνεται. τὴν κεφαλὴν ξυρεῖν ὅτι τάχιστα, καὶ ταινίῃ ἀποδεῖν. ὑπὲρ ὀμφαλὸν δὲ, εἰ δεῖ.

Mulierem autem priùs quàm odorem ſentiat ſuperimpoſitam eſſe oportet, quandoquidem ſi odor excitatus fuerit, præſtat non ſuffire. Subdititia medicamenta ad fluorem rubrum. Myrrha & bolbium cum melle tritum optimè ſupponitur. Aut roſæ aqua decoctæ, quas ſanè tenuiter tritas, ex vnguento roſaceo lana exceptas, in ſubdititio apponito. Aut loti florem aqua decoquito, deinde ex vnguento roſaceo terito, & in vellere ad os vteri admoueto. Aut cyperum, irim, aniſum æquis portionibus ſingula, ex vnguento roſaceo tenuiter trita, intra os vteri iniicito. Aut myrti nigræ foliis ex vino albo pini corticẽ admiſceto, & ſimiliter facito. Aut cupreſſi fructum & thus, parẽ cuiuſq; portionem, ex vnguento ſimul terito & ſubdito. Si fluorẽ exiccare opus ſit. Calaminthã vino nigro decoquito, & maceratã ex linteo imponito. Aut hyoſcyami folia & cicutã ſimul coquito, ſimiliter porra, maluã, ceram & adipem anſerinũ admiſceto, deinde tepida ad pudenda apponito. Aut vinum merũ cũ reſina & mali punici cortice decocto terito, & ad eundẽ modum ſupponito. Aut cnicum ex vino tritũ in ſubdititio apponito. Aut loti ſcobẽ ſimiliter. Aut lẽtiſci folia, aut rhoẽm melle cocto permixtũ ſubdito. Quòd ſi non ceſſet, ſinũ aut blitum herbam linguę ſimilẽ, ex vellere in ſubdititiũ peſſum efformato. Ad aquæ profluuium ſubdititium medicamentum & infuſum. Si mulieri aqua ex pudendis effluat, reſinam ſiccam, myricæ folia, lini ſemen ex vino terito, ex adipe gallinaceo permiſceto, & in pudenda per clyſterem infundito. Farinæ puriſſimæ conchæ teſtam maiorem, aut amylum in vellere ad os vteri in ſubdititio apponito. Aliud quod eodem modo infunditur. Vbi aqua ex pudendis effluxerit, myricæ folia, thuriferæ arboris fructum & reſinam, ex anſerino adipe trita, in pudenda per clyſterem iniicito. Si ex fluore aquoſo circa pubem dolor eſt. Viticis ſemen ex melle, terito, pubẽ cataplaſmate probè obducito. Si fluor ſanguineus, albus, aut qualiſcũque fuerit. Sulphur & mandragoram ex vino meraco tritam lana exceptã ſubdito, & ſupina dormiat, immotaq; maneat. Aut mali punici cortices ſiccos ex vino Pramnio tritos potui exhibeto. Ad fluorem album potio. Hederæ albæ ſemen, & pini corticem, ex vino auſtero præbeto. Aut cornu cerui vſti partem vnam, farinæ verò hordeaceæ crudæ partes duas, cedri baccas quinq; ex aqua terito & potui exhibeto. Ad vteri ſtrangulatum. Caſtoriũ & conyzam ex vino per ſe, & ex eodem vtrumq; permixtum bibat. Aut bituminis trium obolorum põdus. Aut phocæ adipis quantum bis digito capi poteſt. Radicis pæoniæ dimidiam potionem ex vino odorato potui exhibeto. Vbi verò ſimul cum tuſſi ſtrangularint vteri, ſandarachæ oboli pondus, ſulphuris ignem non experti tantundem, & amygdalas amaras repurgatas tres vel quatuor commiſceto, ex vino odorato exhibeto. Quòd ſi quidẽ procidant vteri, hordeũ tenuiter tritum eum paleis, & cornu cerui oleo ſubactum in ſuffitu admoueto. Cùm verò ſurſum fuerint, & cor & ſtomachus opprimitur, ibique ſubſtiterint, myrrham aut reſinã, aut netopũ, aut caſtoriũ, aut laſeris ſuccũ propinato. Cùm vterus ſtrangulatum intulerit, ſpiritus autem coaceruatus ſurſum proruperit, & grauitas detinuerit, mens attonita fuerit, ſermo defecerit, totius corporis perfrictio & ſpiratio offenſans adeſt, oculi hebeſcunt. Caput quã citiſſimè radito, faſcia ſupra vmbilicum, ſi opus fuerit, impoſita retrudito.

Caſtorium autem & conyzam, rutæ decoctum, cuminum Æthiopicum, raphani ſemen, ſulphur, myrrham exhibeto. Ad nares quidem graueolentia, ad vteros verò ſuauiter olentia admoueto. Quòd ſi ſuſtinuerit, etiam grani cnidij partem interiorem albam melle ſubactam & permixtam naribus illinito. Aut ſchinum tenuem, *ſcillæ ſpeciem*, ſi mordeat. At cùm dolor & ſtrangulatio detinuerit, maluæ radicem, aut acetum mulſum, aut fœniculi corticem & crethmum ex aqua bibendum dato. Præſtat autem ructum ciere, erectam ſedere, aut veratro narib. admoto ſternutamentum excitare. Si verò ſub ſepto tranſuerſo collocati eſſe videantur, de repente vox deficit, præcordia dura ſunt, ſtrangulatur, dentes inter ſeſe illidit, neque vocata audit. Naribus igitur oportet lanam ſuccenſam ad ſuffitum adhibere, bitumine in ignem immiſſo, & caſtorio, & ſulphure, & pice. Inguina verò & femora interiore parte ſuauiſſimo vnguento illinere. Aut ſtellas marinas nigras & braſſicam ex vino odorato mixtam bibat. Aut myrrhę tres obolos, coriandri parum, reſinam, pæoniæ radicem, cuminum Æthiopicum, hæc ex vino albo trita, & aqua, aut aqua mulſa diluta, ſummè tepida potui exhibeto. Iuuat etiam peucedanum, ariſtolochia, cepæ lachryma, panaces ex vino aut aqua exhibitum. Vteros in priſtinum locum reducit ricini radix pota, aut cuminum Æthiopicum, aut apium, aut fœniculi & aniſi ſemen, piper, aut myrrha, aut papaueris ſuccus epotus. Si cor ſuffocatur ab vtero comprimitur, & difficilis ac crebra ſpiratio detinet, viticis & pæoniæ ſemen ex vino bibere oportet, aut abrotonũ, & panaces, & ammoniacũ, aut rutã, aut ſomniferi papaueris ſuccum. Si rurſus eodem modo habeat, melanthiũ læuiter terito, melle ſubigito, & velut glandulã efformatam, penna conuolutam, in ſubdititio apponito. Aut philiſtium ad eundem modum ſupponito, aut telephium, aut anemones folia trita, in linteum detritum indita, & pauca myrrha admixta. Si vteri in lumbos incumbant, neque ſuffocatio caput attingat, Polypos coctos edat, & vinum nigrũ odoratum, meracum quàm plurimum bibat. Quando verò tanquam ad viſcera verſi ſtrangularint, vinũ cedrinum, & cuminum Æthiopicum bibat, calida lauet, & odoratos fotus admoueat. Si vteri flatu diſtentæ fuerint, aromata omnia in vnguentum iniiciantur, & laurus, & myrtus, & ſaluia, & cedri ac cupreſſi ramenta. Hæc tuſa & læuigata cribrato, & in vinum odoratum inſpergito, & oleum roſaceum affundito. Si verò tranſmoti vteri oppreſſerint, hordeum cum repurgaueris, & cornu ceruinum ex vino ſubacta ad ſuffitum adhibeto. Cùm ſurſum procedentes ſtrangulant, ſuccenſum funiculum lucernarium ſub naribus extinguito, quò fuligo & fumus intrò penetret, picemque & caſtorium, peucedanum & myrrham, vnguento diluta, vellere excepta, in ſubdititio apponat, reſinam verò oleo diſſolutam bibat. Si valdè ſtrangularint potio exhibenda. Aut teſtudinis marinæ obolos tres, ex vini albi hemina aut cyathis tribus propinato. Aut cedrino oleo in lucernam infuſo, eam accendito, & extinctam naribus admoueto, aut cœnum quàm fœtidiſſimum eodem modo, aut lanam ſuccenſam mulieris naribus ad ſuffitum adhibeto, aut bituminis modicum ex vino albo tritum bibat, aut eryſimi conchæ teſtam & caſtorium ex vino albo bibendum dato, & lauet. Quòd ſi etiam tuſſis adſit, ſandarachæ obolum,

διδόναι δὲ καστόριον, καὶ κόνυζαν, καὶ πηγάνου ὕδωρ. κύμινον αἰθιοπικόν. ῥαφανίδος σπέρμα. θεῖον. σμύρναν. πρὸς δὲ τὰς ῥῖνας, τὰ κακώδεα. εὐώδεα δὲ ἐς τὰς ὑστέρας. ἢν δὲ ἀνέχῃ, [106] καὶ κόκκου τοῦ κνιδίου τὸ ἔνδον, τὸ λευκὸν μέλιτι δεύσας καὶ μίξας, ἀλειφέτω τὴν ῥῖνα. [107] ἢ σχῖνον λεπτὴν ἢν δάκνηται. ὅταν δὲ ὀδύνην ἔχῃ καὶ πνίγηται, μαλάχης ῥίζαν ἢ ὀξύμελι. ἢ φλοιὸν μαράθου, καὶ κρῆθμον ἐν ὕδατι διδόναι πίνειν. ἄριστον δὲ ἐρυγγάνειν, καὶ ὀρθὴν καθίζειν, ἢ ἐλλεβόρῳ, καὶ πταρμὸν ποιέειν. καὶ προσάγειν πρὸς τὰς ῥῖνας. ἢν δὲ ὑπὸ τὰς φρένας δοκέωσιν ἵζεσθαι, ἐξαπίνης ἄφωνος γίνεται, ὑποχόνδρια σκληρά. καὶ πνίγεται. καὶ τοὺς ὀδόντας συνερείδει. καὶ οὐχ ὑπακούει καλεομένη. δεῖ οὖν ὑποθυμιῆν ὑπὸ τὰς ῥῖνας, εἴριον κατακαίοντα ἀσφάλτου ἐς πῦρ ἐμβαλλομένου. καὶ καστόριον. καὶ θεῖον, καὶ πίσσαν. βουβῶνας δὲ, καὶ μηροὺς μύρῳ ἔνδοθεν εὐωδεστάτῳ χρίειν. ἢ ἀστέρας τοὺς θαλασσίους τοὺς μέλανας, καὶ κράμβην μίξας εὐώδει οἴνῳ, πινέτω. ἢ σμύρνης τριώβολον, [108] κορίαννον ὀλίγον. ῥητίνην. γλυκυσίδης ῥίζαν. κύμινον αἰθιοπικόν. ταῦτα τρίψας ἐν οἴνῳ λευκῷ καὶ ὕδατι, ἢ μελικρήτῳ διέντα. πινέτω ἀκροχλίαρον. βοηθεῖ δὲ καὶ τὸ πευκέδανον. ἀριστολοχία. κρομμύου δάκρυον. πάνακες ἐν οἴνῳ ἢ ὕδατι, ἀκροχλίαρον διδόμενον. ὑστέρας ἐς χώρην ἄγει. [109] κρότωνος ῥίζα πινομένη. ἢ κύμινον αἰθιοπικόν. ἢ σέλινον. ἢ μαράθου σπέρμα καὶ ἀνίσου, πέπερι, ἢ σμύρνα. καὶ ὀπὸς μήκωνος πινόμενος. ἢν ἡ καρδίη πνίγηται, ὑπὸ ὑστέρης ἀναθλίβεται. καὶ πνεῦμα ἔχει. καὶ ἆσθμα. σὺν τῷ καρπῷ τοῦ ἄγνου καὶ γλυκυσίδης ἐν οἴνῳ πίνειν ἢ ἀβρότονον. καὶ πάνακες. καὶ ἀμμωνιακόν. ἢ πήγανον. ἢ ὑπνωτικὸν μηκώνιον πάλιν. ἢν οὕτως ὁμοίως ἔχῃ, μελάνθιον τρίψας λεῖον. καὶ μέλιτι δεύειν. καὶ ποιῶν οἷον βάλανον, καὶ πρὸς τῷ πτερῷ προστιθέναι. ἢ φιλίστιον ὁμοίως προστιθέναι. ἢ τηλέφιον, ἢ ἀνεμώνης φύλλα τρίψας, [110] ἐνδεὶς ἐς ῥάκιον, καὶ σμύρναν μικρὴν ξυμμίσγειν. ἢν ἐς τὴν ὀσφῦν αἱ ὑστέραι κατασκήψωσι, μὴ ψαύῃ δὲ τῆς κεφαλῆς ἡ πνὶξ, ἐσθιέτω πολύποδας ἑφθοὺς, καὶ οἶνον πινέτω μέλανα εὐώδη ἄκρητον ὡς πλεῖστον. ὅταν δὲ ὡς πρὸς τὰ σπλάγχνα τραπεῖσαι πνίγωσιν, οἶνον κέδρινον. [111] καὶ οἶνον αἰθιοπικὸν πινέτω. καὶ θερμῷ λουέσθω, καὶ πυριάσθω τὰ εὐώδεα. ἢν ἀνεμωθῶσιν αἱ ὑστέραι, [112] ἡδύσματα πάντα ἐς τὸ μύρον ἐμβαλλέσθω. καὶ δάφνη. καὶ μυρσίνη. καὶ ἐλελίσφακος. κέδρου ῥινήματα, καὶ κυπαρίσσου. ταῦτα κόψας καὶ καταπάσσας λεῖα. καὶ ἐπὶ οἶνον εὐώδεα ἐπιπάσσειν καὶ ἐπιχέαι ῥόδινον ἔλαιον. ὅταν δὲ μετακινηθεῖσαι θλίβωσιν αἱ ὑστέραι, κριθὰς ξὺν τοῖς κυρηβίοισι. [113] καὶ πρίσμα λίνου ἐλάφου κέρας οἴνῳ δεύσας, ὑποθυμιῆν. [114] ὅταν προσανιστάμεναι πνίγωσιν, ἐλλύχνιον ἀνάψας, καὶ ἀποσβέσας ὑπὸ τὰς ῥῖνας λιγνὺς καὶ αἰθαλὸς εἰσίοι καὶ πίσσαν καὶ καστόριον. καὶ πευκέδανον, καὶ σμύρναν δεύσας μύρῳ [115] ἰρίνῳ ἀναδεύσας προστιθέσθω. πινέτω δὲ ῥητίνην ἐλαίῳ διέντα. ἢν πνίγωσι λίην, διδόναι ταῦτα, ἢ χελώνης θαλασσίης ὅσον τριώβολον τρίψας ἐν οἴνῳ λευκῷ, κοτύλην, ἢ κυάθους τρεῖς πίνειν. [116] ἢ κέδρινον εἰς λύχνον ἐπιχέας ἅψαι τὸν λύχνον. καὶ ἐὰν ἀποσβεσθῇ πρὸς τὰς ῥῖνας προσάγειν, ἢ βόρβορον ὡς δυσωδέστατον ὁμοίως. ἢ εἴριον κατακαύσας ὑπὸ τὰς ῥῖνας ὑποθυμιῆν τῆς γυναικός. ἢ ἀσφάλτου ὀλίγον τρίψας ἐν οἴνῳ λευκῷ πινέτω. ἢ ἐρυσίμου κόγχην, καὶ καστόριον ἐν οἴνῳ λευκῷ δὸς πιεῖν, καὶ λοῦσον. [117] ἢν δὲ καὶ βὴξ ἐπῇ, σανδαράχης ὀβολὸν.

θείου

θείου δύο ὀβολοὺς ἀπύρου. ἀμύγδαλα πικρὰ ἀποκαθήρας, καὶ καστορίου ὀβολὸν μίσγειν σὺν οἴνῳ εὐώδει καὶ πίνειν δίδου, ἢν δὲ πνίγωσιν αἱ ὑστέραι. καὶ τῆς καρδίας ψαύσῃ τὸ πνῖγμα, καὶ μεμύκῃ τὸ στόμα, ὄξος θερμὸν δίδου ῥοφεῖν. πασσαλίσκῳ ἢ κερκίδι ἄνοιγε. καὶ οἶνον ὁμοίως ἄνοδμον. καὶ σὺν ὀξυμέλιτι. ἢν λίην δὲ πνίγωσι, καὶ ἄφωνος ᾖ, κρόμμυον ἐν οἴνῳ χλιερῷ τρίψας, ἐνστάζειν ἐς τὰς ῥῖνας, καὶ ἀνεγείρειν. ἢν δὲ ἄχρις ἥπατος ἀΐξωσι, καὶ πνίγηται, ἄφωνος γίνεται, καὶ οὐδὲν ὁρᾷ. καὶ τοὺς ὀδόντας συνερείδει. καὶ σκληρὴ γίνεται. καὶ οὐδὲν φρονέει. καὶ ἀναπνεῖ πυκνά. καὶ οὐχ ὑπακούει. ταύτην ὑπὸ τὰ ὑποχόνδρια λαβοῦσα τῇσι χερσὶ χρίειν θαμινάκις. καὶ τοὺς ὀδόντας διαγαγὼν πασσάλῳ, οἶνον ἄκρητον χλιερὸν ἐγχέειν, ἢν μή τι κωλύοι. καὶ αὐτίκα ῥαΐζει ὡς τὰ πολλά. ἐὰν ἐγκέωνται ἐς τοὺς βουβῶνας, καὶ ἐρείδωσιν, αἰγὸς σπυράθους, καὶ λαγωοῦ τρίχας, ἐλαίῳ φώκης δεύσας, ὑποθυμία. [118] ἢ κισσοῦ τὸν καρπὸν, ἢ τὰ φύλλα αὐαίνειν, ἢ τὸν φλοιὸν, καὶ δρυὸς φύλλα, καὶ ῥητίνην μίξας, ἐλαίῳ δεύειν, καὶ ὑποθυμιῆν. [119] φώκης τῆς πυτίης τὸ δέρμα κόψας λεῖον. καὶ σπόγγον, καὶ βρύα λεῖα μίσγειν τῷ ἐλαίῳ τῆς φώκης. καὶ ὑποθυμιῆν αἰγὸς τοὺς σπυράθους. καὶ φώκης πνεύμονα. καὶ κέδρου πρίσματα. ὑποθυμιῆν δὲ καὶ βόλβιτον. ἢ κεράτων ξύσματα βοὸς, καὶ ἄσφαλτον. ἢ ἀκάνθης αἰγυπτίης καρπὸν, καὶ κέδρου πρίσματα. καὶ μυρσίνης φύλλα ξηρὰ μύρῳ μαλθακῷ, ταῦτα δεύσας ὑποθυμιῆν. ἀρώματα δὲ συχνὰ ἐς τὸ μύρον ἐμβάλλειν. ἢ γίγαρτα κόψας λεῖα. [120] καὶ κεδρίαν καὶ ῥητίνην πιτυΐνην ὁμοῦ μίξας γλυκεῖ ἑφθῷ δεύσας ὑποθυμιῆν. [121] πυριήσιες, ὡς ἀπίωσιν. [122] βολίτου κεκαυμένου καὶ ὄξεος ἥμισυ. καὶ ὀρόβου θαλάσσης, ἢ ὕδατος ὁμοίως πυρία τὰς ῥῖνας. πυριῆν δὲ βληχρῶς, καὶ φακῶν πίνειν. ἀπεμέειν δὲ, καὶ ῥοφέειν διδόναι ἄλητον. καὶ ἐπὶ τοῖσιν οἶνον. τῇ δ' ὑστεραίῃ, [123] κόκκος ἔστω καταποτόν. [124] καὶ οὐρητικὸν δὲ ἀσταφίδα καὶ ἐρεβίνθους δύο τέμψας, σταφίδος τῆς ἀρίστης ἐπιχέας χόα ἕψε. ἔπειτα ἀποχέας πρὸς τὴν αἰθρίην θεῖναι. καὶ τῇ ὑστεραίῃ πίνειν. καὶ τὸ λοιπὸν ἐλελίσφακον. καὶ λίνου σπέρμα. καὶ ἄλφιτον διδόναι δὶς τῆς ἡμέρης ἐν οἴνῳ κεκρημένῳ, κοτύλας τέσσαρας. [125] ἐλαίου ἡμικοτύλιον. ἀκτῆς φύλλα χειρὸς πλείην. ταῦτα ἕψειν, καὶ πυριῆν θερμῷ, ἢ ὀστράκοισι θερμοῖσιν, ἐπὶ δίφρου καθίζεσθαι. ἀμφικαλύπτειν δὲ εἵμασιν. [126] ἢ τῆς ἀκτῆς τὰ φύλλα σὺν μυρσίνῃ ἕψειν, καὶ κριθῶν ἄχυρα ἕψειν. καὶ ἢν οἵα τε ᾖ ὑποφέρειν ὄξος. ἔλαιον. μέλι. ὕδωρ. ταῦτα κεράσας καὶ ἀναμίξας, ἀναζέσας σφόδρα ἐς κύστιν ἐγχέαι. καὶ τῆς πίτυος τὸν φλοιὸν [127] καὶ τῆς ῥοιῆς τὰ φύλλα ἐμβάλλειν ἐς ὕδωρ. ἀφεψεῖν δὲ ἰσχυρῶς. καὶ ἐμβάλλειν ἐς τὸ ὕδωρ καὶ κριθῶν ἄχυρα ἕψειν. ἔλαιον ἐπιχέαντα. ἢ λωτοῦ πρίσματα. καὶ κυπαρίσσου ὕδωρ ἐπιχέας καὶ ἔλαιον, ἕψε εὖ μάλα. καὶ πυρία. σὺν ἀρώμασι μύρον ἐγχέειν. καὶ κηκίδα ἐμβάλλειν. καὶ ῥάμνου φλοιὸν, καὶ πύρινα ἄλφιτα, ξὺν ὕδατι. ἢν δὲ προέχωσιν ἔξω τὰ νεῦρα, [128] καὶ τὰ καλεόμενα ὄσχοι χαλῶνται, μύρτα λωτοῦ πρίσματα. βάτου, καὶ ἐλαίης φύλλα ἅμα ἕψειν. καὶ πυριῆν ἀκροχλιαρῶς, ἢ οἴνῳ μετὰ τούτων καὶ κακωδέων, ὁμοίως. περιχρίειν δὲ τῷ λευκῷ τοῦ ᾠοῦ τὰ ἔξω. ὅταν ψύχηται, καὶ πελιδνὰ ἔωσιν ὕδατι θερμῷ. [129] μαλθακτήρια ὑστέρης. οἷος στέαρ, ᾠοῦ λέκιθος. μέλι. ἔλαιον ῥόδινον.

ſulphuris ignem minimè experti obolos duos, amygdalas amaras detracto cortice, & caſtorij obolum ex vino odorato permiſceto, & potui exhibeto. Quòd ſi vteri ſtrangulent, & ſtrangulatus ad cor pertingat, oſque occluſum fuerit, acetum calidum ſorbendum dato, oſque paxillo aut radio diducito, & vinum inodorum eodem modo infundito, & cum aceto mulſo. Si verò valdè ſtrangularint, & voce defecta fuerit, cepa ex vino tepido trita in nares inſtillata eam excitato. Quòd ſi ad hepar vſque aſcenderint, ſtrãgulatur, vox deficit, nihilque videt, dentes inter ſe illidit, dura redditur, nihil ſentit, crebrò ſpirat, neque audit. Hanc manibus ſub præcordiis apprehenſam crebrò illinito, & dentibus paxillo diductis, vinum meracum tepidum, niſi quid impediat, infundito, & plærunque confeſtim alleuatur. Si verò ad inguina incumbant & adhæreſcant, caprini ſtercoris globulos, & leporis pilos, vituli marini adipe ſubactos, ad ſuffitum admoueto. Aut hederæ fructum, aut folia ſicca, aut corticem, & quercus folia ammixta reſina, oleo ſubigito, & ſuffitu adhibeto. Coaguli vituli marini pellem leuiter tuſam, ſpongiam & muſcum læuigata; vituli marini adipe permixta, ad ſuffitum admoueto. Stercoris caprini globulos, vituli marini pulmonem, & cedri ramenta ſuffito. Quinetiam ſtercus bubulum, aut cornuum bubulorum ſcobem, aut bitumen, aut ſpinæ Ægyptiæ fructum, aut cedri ramenta, & myrti folia ſicca, hæc molli vnguento ſubacta, in ſuffitu adhibeto. Aromata verò multa in vnguentum inijcito. Aut vuarum retrimenta læuiter tuſa, cedriam & reſinam pineam ſimul mixta, paſſo cocto diluta ad ſuffitum admoueto. Fotus vt vteri recedant. Stercus bubulum vſtum, aceti dimidium, & erui ex aqua marina aut dulci decocti ſimiliter dimidium, ſuffitu naribus admoueto, idque leuiter facito, & lenticulæ decocto epoto, vomitum cieto, & farinam ſorbendam, inſuperque vinum bibendum dato. Poſtridie granum cnidium deuoret, & medicamentum ſumat quod vrinam cieat, vuam paſſam & cicerum tritorum partes duas, vuæ paſſæ optimæ affuſum aquæ congium coquito, deinde diffuſum cœlo ſereno exponito, poſtridie bibendum exhibeto. De cætero ſaluiam, lini ſemen & polentam bis die ex vini aqua temperati heminis quatuor exhibeto. Olei heminam dimidiam, ſambuci folia quantum manus plena capit, hoc decocto calido foueto, aut teſtis calidis iniectis muliere in ſella ſedere iuſſa, & veſtibus circumtecta. Aut ſambuci folia cum myrto decoquito, & hordei paleas, & ſi perferre poſſit acetum, oleum, mel, aquam, hæc temperata & permixta, valdè feruefacta in veſicam infundito. Et pini corticem, maliq́ punici folia in aquam iniecta, vehementer decoquito, & in decoctum hordei paleas immiſſas oleo affuſo decoquito. Aut loti & cupreſſi ramenta affuſa aqua & oleo probè admodum coquito, & fomento adhibeto. Cum aromatibus vnguentum infũdito, gallam immittito, & rhamni corticem, & polẽtam triticeam cum aqua. Quòd ſi nerui foras promineant, & quæ ſcrota vocantur, laxentur, myrti baccas, loti ramenta, rubi & oleæ folia ſimul coquito, & ſummè tepido foueto, aut vino cum his & graueolentibus eodem modo. Exteriora verò oui candido linito. Cùm autem perfrixerint & liuida fuerint, aqua calida foueto. Quæ vterum emolliunt. Ouillum adipem, oui luteum, mel, oleum roſaceum,

his farinam ſubactam molli igne calefacito, quod diſtillat molli lana excipito, & in ſubditítio apponito. Aut ouillum adipem aromatibus conditum, nitrum rubrum, aut anſerinum adipem, oleum roſaceum, hæc liquata & cum lana ſubacta ſupponito. Anſerinum adipem aut ouillum, ceram albam, netopum, oleum roſaceum, hæc quàm optimè ſimul permixta, & tenuibus conceptis panniculis excepta, confeſtim vbi lota fuerit, tepida ad os vteri apponat. Aut cerui medullam & adipem oleo roſaceo liquatum, molli lana exceptum ſupponat. Subdititia mollia quæ aquam, mucos & pelliculas educunt, neque vlcerant. Myrrham quàm optimam, ſalis micam, & picem aromatibus conditam, læuiter terito & apponito. Subditítium aliud. Grana cnidia triginta detracto cortice, Indicum quod Perſæ piper vocant, & quod ineſt rotundum (myrtidanũ appellant) cum lacte muliebri ſimul terito, & melle diſſoluito, deinde molli & pura lana exceptum, & circum pennam conuolutum ſupponito, & per diem ſinito. Quòd ſi validius facere voles, paulum myrrhæ admiſceto, tertiam videlicet partem, & lanam mollem puram ſemiſuccidam. Ex vteris educit oſq; mollit, narciſſus, cuminum, myrrha, thus, abſinthium, cyperus, hæc ipſa per ſe, aut cum oleo roſaceo, aut albo, aut Ægyptio, lotæ autem ſupponantur. Medicamentum quod cruentam ſaniem educere poteſt. Myrrham cum tædis miſceto, ſalem, cuminum, fel tauri, mel, in vellere ſupponito. Et cumini folia ſimiliter ex vino. Aut laſeris ſuccum cum ficu miſceto, & glandem formatam ſubdito. Idem facit mori radix cum melle, poſteaque roſaceo linito. Efficax eſt & allij caput ſine nucleis, nitrum rubrum, & fici pingue æquali portione, in paruam gallam miſceto, glandem conficito, & liquore aliquo intinctam ſupponito. Deinde lota adipem ceruinum in lana ſubditum, teneat. Hæc cruenta omnia magis quàm priora educit, & emollit. Piper, elaterium, & ammixto lacte muliebri, cum his mel, oleum album & adipem ceruinum terito, linteo lacero & attrito excepta ſubdat. Hoc quoduis humorum genus potenter educit. Fici pingue, elaterij quantum ad duas potiones ſatis ſit, nitrum rubrum elaterij quantitate, mellis parum, linteo aut vellere exceptum, glandem conficito. Aliud. Netopum, fel tauri, nitrum, cyclaminum, gallam cum melle terito. Poſtea verò etiam lota adipem ceruinum in ſubditítio teneat. Aut pulegium & fel tauri tritum circum pennam obducito, & oleo Ægyptio imbutum ſupponito. Aut cyclaminum tali quantitate cum æris flore. Aut anemones caput cum farina tritum, circum pennam obductum, oleo albo intingito, omnia educit. Cucumeris agreſtis oblongi interiorem partem detracto ſemine, ex lacte tritam, vnà cum his myrrham ſinceram, mellis aliquantulum, & oleum Ægyptium admiſceto, molli lana excipito. Aut interiorem cucumeris agreſtis partem ſiccato, & affuſo melle terito, glandem conficito. Cùm autem lauerit adipem ſubdat, aut elaterij potiones tres ex aqua. Emollientia. Oui candidum, farinam, mel, ceram albam, hæc ſimul calefacito, & quod diſtillat vellere exceptum ſubdito. Aut adipem anſerinum, ceram albam, reſinam, vnguentum roſaceum, cerui medullam liquato, aut ouis aut capræ adipem, oui candidum, vnguentũ roſaceum, aut in glandem formato, aut lana excipito.

unctis, ſupinæ mulieri reclinatæ, ad medios lumbos puluino ſubſtrato, ſpecillum ſubmittito, mulieris cruribus diſtentis, & huc & illuc diductis, ſpecillum ſurſum ac deorſum, donec callus promineat obuertito. Quem cùm in vteri ore conſpexeris, ſiquidem ad coxendicem non adhæreſcat, ſed vltrò ſequatur; id omnium optimum. Quòd ſi in vteri ore inhæreſcat, volſella tenuiſſima apprehenſum, vt leniter & citra vim extrahas proſpicito, & poſt hæc cum viro dormiat. Si prægnanti menſes appareant, ſtercus aſininum ſiccum, minium, ſepiæ teſtam, tenuiter trita, in linteo ligata ſupponito. Pæoniæ ſemina nigra trita ex vino aqua temperato propinato. At ſi poſt viri congreſſum imus venter doleat, ſanguiſq; recens appareat, linum tuſum, muſcum tenerum, & anſerinum adipem, hæc ex vino albo aquoſo diluta potui exhibeto. Si vteri extra naturam proceſſerint, calor igneus præcipuè quidem pudenda & ſedem detinet vrinaq; paulatim ſtridet & mordet. Hæc ei contingunt ſi recens à partu cum viro dormiat. Cùm ſic habuerit, myrti baccis & loti ramentis ex aqua decoctis, eam ſereno cœlo per noctem expoſitam, quam frigidiſſimam in pudenda profundat, & læuiter trita apponat. Deinde lentium decocto epoto, melle & aceto admixto, vomat quoad vteri reuulſi fuerint, & lecto à pedibus excitato iaceat. Pudendis ſuffitum ex grauceolentibus adhibeto, naribus verò ex odoratis. Cibis maximè mollibus & frigidis vtatur, & vinum aquoſum album bibat neque lauet, neque cum viro dormiat. At ſi prorſus extra pudenda exciderint, velut ſcrotum propendent, & dolor inuadit. Hoc autem contingit ſi recenter à partu adeò laborarit vt vteros quatiat, & puerperij purgamentis euntibus cum viro dormierit. Cùm ſic habuerit, quæ refrigerant pudendis apponito, & quæ foris ſunt vino nigro in quo mali punici putamen decoctum ſit repurgata, ſicq; eluta intro retrudito. Deinde mel & reſinam æquis vtraque partibus eliquata, in pudenda infundito, & ſupina cruribus ſurſum reductis iaceat, poſtea admotam ſpongiam ex lumbis deligato. Quandiu ſic habuerit, cibis abſtinendum, potu verò quàm minimo quoad dies ſeptem præterierint vtendum. Quòd ſi hac curatione intro eant, ſatis eſt. Sin minùs extremos vteros deradito, & pini decocto eluito. Deinde pedibus ad ſcalam religatis, iuxta caput concutito, manuq; intro propulſato. Poſtea alternatis cruribus religatam, quieſcere per diem & noctem ſinito, & paucum ptiſanæ ſuccum exhibeto, frigidi autem nihil. Poſtero die in coxam reclinatæ cucurbitulam maximam admoueto, & diutius trahito, cumq; detraxeris reclinatam iacere ſinito, nihilq; aliud quàm ptiſanæ ſuccum exhibeto, quoad dies ſeptem præterierint. Cibis autem quàm molliſſimis & pauciſſimis vtatur. Quòd ſi aluum exonerare volet, decumbens id faciat, quoad dies quatuordecim elapſi ſint, deinde ſurgat, & quàm minimum obambulet, neque lauet, cibis paucis vtatur, pudendis ſuffitum ex graueolentibus adhibeat, cumque circumferri poterit, femorale geſtet.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΟΨΙΟΣ.

HIPPOCRATIS DE VIDENDI ACIE LIBER.

OCulorum acies corrumpuntur, quæ ſponte quidem & derepente cœruleæ exiſtũt, quod cùm euenerit, eiuſmodi non curãtur. Quæ verò aquæ marinæ ſpeciẽ referunt, ſenſim longo tempore corrumpuntur, ſæpeq; altér oculus longo poſt interuallo corruptus eſt. In hoc autem caput purgare, & venas inurere oportet, ac ſi quis per initia ex his curetur, vitium ſiſtitur, neq; in deterius procedit. Quæ verò colore inter cœruleum & aquam marinam ambigũt, ſi puero quidem contingant, vbi ætate proceſſerit, ſedãtur. At ſi ſeptenniũ egreſſo fiant, meliùs cernit, magna autem admodum & lucida, & eminus, videt quidẽ, ſed non apertè, & quodcunq; valde oculo admouerit id etiã videt, aliud autẽ nihil. Huic autẽ capitis purgatio & vſtio conducit, at his ſanguinẽ mittere minimè cõducit, neq; in ea quæ colorem cœruleum, neq; in ea quæ aquæ marinæ colorem refert. Et oculorũ viſum, cùm videndi acies ſana fuerit, in iuuenibus, ſiue fœmellæ, ſiue mares fuerint, quandiu adhuc corpus increſcit, etiamſi quicquam feceris, minimè iuueris. At vbi non ampliùs increſcit, ad oculum ipſum intentus, palpebras deradendo extenuato, ſiq; opus eſſe videatur, ferramẽtis minimè candentib. intus vrito. Poſtea religatum extẽtis cruribus, ſella cui manib. innitatur ſuppoſita, mediũ quis teneat, deinde ſubnotatas dorſi venas retro conſpicito, poſtea craſſiorib. ferramẽtis vrito, & leuiter calefacito, vt ne ſanguis inter vrendũ erumpat. Priùs autem ſi opportunum videatur ſanguinem mittito. Retro autem ad os vſq; vrito. Deinde ſpongia oleo imbuta intus vrito nõ tamen admodum ad os ipſum. Quòd ſi ad vſturã ſpõgiã admittat, altera pinguiore indita, intus vrito. Poſtea dracontiũ melle ſubactum cruſtis imponito. Leuiter autẽ vſta aut peruſta vena, vbi cruſta exciderit, ſimiliter vena diſtenditur, intumeſcit, & referta apparet, & interdũ quod ex inferiore parte affluit, ſalit. Sed ſi inferiore parte peruſtus fuerit, hęc ei omnia minùs cõtingũt. Si igitur primũ non peruſſerit, iterũ perurere oportet, & ſpongiis ad venam fluentẽ magis appoſitis vehementer inurere. Cruſtæ magis peruſtę cito decidũt, & cicatrices ad os vſtæ pulchriores fiunt. Poſtquã autem vlcera ſaneſcunt, rurſus inflantur & attolluntur, & præter cætera rubeſcunt, & tanquã eleuatæ apparẽt, quoad tempus acceſſerit. Idẽ capite & pectore peruſto, ſimiliterq; toto corpore cõtingit, quacunq; in parte vſtio fiat. Cum autẽ oculi palpebras radis lana Mileſia, criſpa, pura, circa fuſum conuoluta radito ea cautione adhibita, vt oculi coronã euites, & ne ad cartilaginẽ peruras. Satis eſſe deraſam palpebrã indicio eſt, ſi non ampliùs ſincerus ſanguis, ſed ſanies cruenta & aquoſa effluat. Tũ verò liquido aliquo medicamẽto, in quo flos æris inſit, defricare oportet. Tandẽ autẽ poſt deraſionẽ & vſtionẽ, vbi cruſtę ceciderint, & repurgata vlcera carne pullularint, ſectionẽ per ſinciput facere, & vbi sãguis

ΑΙ ὄψιες αἱ διεφθαρμέναι, αὐτόματοι μὲν κυαναῖ γενόμεναι, ἐξαπίνης γίνονται. ἐπειδὰν γένωνται, οὐκ ἔστιν ἴησις τοιαύτη. αἱ δὲ θαλασσοειδέες γενόμεναι κατὰ μικρὸν, ἐν πολλῷ χρόνῳ διαφθείρονται. καὶ πολλάκις ὁ ἕτερος ὀφθαλμὸς ἐν πολλῷ χρόνῳ ὕστερον διεφθάρη. τούτῳ δὲ χρὴ καθαίρειν τὴν κεφαλὴν, καὶ καίειν τὰς φλέβας. καὶ ἣν ἀρχόμενος θεραπευθῇ ταῦτα, ἵσταται τὸ κακὸν, καὶ οὐ χωρεῖ ἐπὶ τὸ φαυλότερον. αἱ δὲ μεταξὺ τῆς τε κυανῆς καὶ τῆς θαλασσοειδέος, ἣν μὲν νέῳ ἐοῦσι γίνονται, πρεσβυτέροις γινομένοις καθίστανται. ἣν δὲ πρεσβυτέρῳ ἐοῦσι γίνωνται ἐπὶ ἑπτὰ, βέλτιον ὁρᾷ. τὰ μεγάλα δὲ πάνυ, καὶ λαμπρὰ, καὶ τὰ πρόσωθεν ὁρᾷ μὲν, σαφέως δὲ οὔ. καὶ ὅ, τι ἂν πάνυ πρὸς αὐτὸν τὸν ὀφθαλμὸν προσαχθῇ, καὶ τοῦτο, ἄλλο δὲ οὐδέν. ξυμφέρει δὲ τούτοις κάθαρσίς τε, καὶ καῦσις τῆς κεφαλῆς. αἷμα δὲ τούτοισιν οὐ ξυμφέρει ἀφιέναι, οὔτε τῇ κυανώδει, οὔτε τῇ θαλασσοειδεῖ. καὶ τὸ ὄμμα ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι τῆς ὄψιος ὑγιέος τῶν νεωτέρων αἰεὶ ἐόντων, ἤν τε θήλεια ᾖ, ἤν τε ἄρσην, οὐκ ἂν ὠφελέοις ποιέων οὐδὲν, ἕως ἂν αὔξηται τὸ σῶμα ἔτι. ὅταν δὲ μηκέτι αὐξάνηται, αὐτὸν τὸν ὀφθαλμὸν σκεψάμενος τὰ βλέφαρα λεπτύνειν, ξύων, ἢν δοκέῃ προσδέεσθαι, καὶ ἐπικαίειν σιδήροισι μὴ διαφανέσιν. ἔπειτα αἰωρῆσαι τὰ σκέλεα ἐκτείνας, δίφρον ὑποθεὶς ἀφ' οὗ στηρίζεται τῇσι χερσί. μέσον δέ τις ἐχέτω. ἔπειτα διασημηνάμενος τὰς νωτιαίας φλέβας, σκοπεῖν δὲ ὄπισθεν. ἔπειτα καίειν παχέσι σιδήροισι, καὶ ἠσυχῇ διαθερμαίνειν. ὅκως ἂν μὴ ῥαγῇ αἷμα κάτω. προαφιέναι δὲ τοῦ αἵματος ἢν δοκέῃ καιρὸς εἶναι. καίειν δὲ πρὸς τὸ ὀστέον ὄπισθεν, ἔπειτα ἐνθεὶς σπόγγον ἐλαιωμένον ἐγκατακαίειν, πλὴν τοῦ πάνυ πρὸς αὐτῷ τῷ ὀστέῳ. ἢν δὲ προσδέχηται τὸ καυστήριον τὸν σπόγγον, ἕτερον λιπαρώτερον ἐνθεὶς, ἐγκατακαίειν. ἔπειτα τὸ ἄρον ἐν μέλιτι ἑψῶν, ἐντιθέναι τῇσιν ἐσχάρῃσιν. ὅταν δὲ φλέβα παρακαύσῃς, ἢ διακαύσῃς, ἐπειδὰν ἐκπέσῃ ἡ ἐσχάρη, ὁμοίως τέταται ἡ φλέψ, καὶ πεφύσηται, καὶ πλήρης φαίνεται, καὶ σφύζει ὅτι κάτωθεν τὸ ἐπιρρέον. ἢν δὲ διακεκαυμένος ᾖ ὁ κάτωθεν, ταῦτα πάντα ἧσσον πάσχει. διακαίειν δὲ χρὴ αὖθις, ἢν μὴ τὸ πρότερον διακαύσῃς. τά τε σπόγγια χρὴ ἰσχυρῶς ἐγκατακαίειν, πρὸς τῆς ῥεούσης φλεβὸς μᾶλλον. αἱ ἐσχάραι αἱ μᾶλλον ὀπτηθεῖσαι, ταχὺ ἐκπίπτουσιν. αἱ κατεσμέναι οὐλαὶ πρὸς τὸ ὀστέον καλλίονες γίνονται. ἐπειδὰν δὲ τὰ ἕλκεα ὑγιέα γίνονται, αὖθις ἀναφυσῶνται καὶ ἐπαίρονται. καὶ ἐρυθραί εἰσι παρὰ τὰ ἄλλα. καὶ ὥσπερ ἀναρρηγνύμεναι φαίνονται, ἕως ἂν ὁ χρόνος ἐπιγένηται. καὶ κεφαλῆς καυθείσης, καὶ στήθεος, ὁμοίως δὲ καὶ πάντη τοῦ σώματος ὅκου ἂν καυθῇ. ὅταν δὲ ξύῃς βλέφαρα ὀφθαλμοῦ, ξύειν ἐρίῳ Μιλησίῳ οὔλῳ, καθαρῷ, περὶ ἄτρακτον εἰλημμένῳ, αὐτὴν τὴν στεφάνην τοῦ ὀφθαλμοῦ φυλασσόμενος, μὴ διακαύσῃς πρὸς τὸν χόνδρον. σημεῖον δὲ ὅταν ἀπόχρῃ τῆς ξύσιος, οὐκ ἔτι λαμπρὸν αἷμα ἐξέρχεται, ἀλλὰ ἰχὼρ αἱματώδης, ἢ ὑδαρώδης. ὅτε δὲ χρὴ τοῖ τῶν ὑγρῶν φαρμάκων, ἐν οὗ ἄνθος ἔνι χαλκοῦ, τούτῳ ἀνατρίβειν. ὕστερον δὲ τῆς ξύσιος, καὶ τῆς καύσιος, ὅταν αἱ ἐσχάραι ἐκπίπτωσι, καὶ κεκαθαρμένα ᾖ τὰ ἕλκεα καὶ βλαστάνῃ, τάμνειν τομὴν διὰ τοῦ βρέγματος. ὅταν δὲ τὸ αἷμα

ἀπορ-

ἀπορρυῇ, χρὴ διαχρίειν τῷ ἐναίμῳ φαρμάκῳ. ὕστερον δὲ τουτέων ἔργον καὶ πάντων τὴν κεφαλὴν καθῆραι.[12] Τὰ βλέφαρα τὰ παχύτερα τῆς φύσιος τὸ κάτω ἀποταμὼν τὴν σάρκα ὅσον ἂν μικροτάτην δύνῃ. ὕστερον δὲ τὸ βλέφαρον ἐπικαῦσαι, μὴ διαφανέσι, φυλασσόμενος τὴν φύσιν τῶν τριχῶν. ἢ τῷ ἄνθει ὀπτῷ λεπτῷ προσστέλλειν. ὅταν δὲ ἀποπέσῃ ἡ ἐσχάρη,[13] ἰητρεύειν τὰ λοιπά. ὁκόταν δὲ βλέφαρα ψωριᾷ,[14] καὶ κνησμὸς ἔχῃ, ἄνθος χαλκοῦ βώλιον πρὸς ἀκόνην τρίψας, ἔπειτα τὸ βλέφαρον ἀποτρίψας αὐτῇ, καὶ τόδε[15] τὴν φολίδα τοῦ χαλκοῦ τρίβειν ὡς λεπτοτάτην. ἔπειτα χυλὸν ὄμφακος διηθημένον παραχέας, καὶ τρίψας λεῖον. τὸ δὲ λοιπὸν ἐν χαλκῷ ἐρυθρῷ παραχέων, κατ' ὀλίγον ἀνατρίβειν, ἕως ἂν πάχος γένηται ὡς μυττωτόν. ἔπειτα ἐπειδὰν ξηρανθῇ τρίψας λεῖον, χρῆσθαι.[16] νυκτάλωπας φάρμακον πινέτω ἐλατήριον. καὶ τὴν κεφαλὴν καθαιρέσθω.[17] καὶ κατατέμνειν τὸν αὐχένα ὡς μάλιστα, πιέσαι πλεῖστον χρόνον. ἔπειτα δὲ διδόναι ἐν μέλιτι βάπτων[18] ἧπαρ βοὸς ὠμὸν κατὰ τὸ μέγιστον ὡς ἂν δύνηται, ἓν ἢ δύο.[19] ἢν τινι οἱ ὀφθαλμοὶ ὑγιέες ὄντες διαφθείρωσι τὴν ὄψιν, τουτέῳ χρὴ ταμόντα κατὰ τὸ βρέγμα ἀπομαδαρίσαντα, ἐκπρίσαντα τὸ ὀστέον, ἀφελόντα τὸν ὕδρωπα, ἰῆσθαι. καὶ οὕτως ὑγιέες γίνονται.[20] ὀφθαλμίης τῆς ἐπετείου καὶ ἐπιδημίου, ξυμφέρει κάθαρσις κεφαλῆς, καὶ τῆς κάτω κοιλίης. καὶ εἰ ἔχει τὸ σῶμα, αἵματος ἀφαίρεσις ξυμφέρει πρὸς ἔνια τῶν τοιούτων ἀλγημάτων. καὶ σικύαι κατὰ τὰς φλέβας. σῖτος ὀλίγος ἄρτος, καὶ ὕδατος πόσις. κατακεῖσθαι δὲ ἐν σκότῳ, ἀπό τε καπνοῦ, καὶ πυρός, καὶ τῶν ἄλλων λαμπρῶν, πλαγίως. ἄλλοτε ἐπὶ τὰ δεξιά, ἄλλοτε ἐπὶ τὰ ἀριστερά. μὴ τέγγειν τὴν κεφαλήν,[21] ἐπειδὰν οὐ ξυμφέρει.[22] καταπλάσματα ὀδύνης μὴ ἐνεούσης, ἀλλ' ὡς ῥεύματος ἐπέχοντος οὐ συμφέρει. οἰδημάτων ἀνωδύνων, καὶ μετὰ τὰ δριμέα φάρμακα τῆς ὀδύνης ἐπαλειφόμενα, ἐπειδὰν ἥ τε ὀδύνη παύσηται, καὶ διαχωρισθῇ κατὰ τὴν ἐπάλειψιν τοῦ φαρμάκου, τότε συμφέρει καταπλάσσειν τῶν καταπλασμάτων ὅ, τι ἄν τοι δοκέῃ ξυμφέρειν. οὐδὲ διαβλέπειν ξυμφέρει πολὺν χρόνον. δάκρυον γὰρ προκαλέεται οὐ δυνάμενος ὁ ὀφθαλμὸς ἀντέχειν πρὸς τὰ λαμπρά, ἀλλ' οὐδὲ ξυμμύειν πολὺν χρόνον, ἢν ἔχῃ ῥεῦμα θερμὸν μάλιστα. θερμαίνει γὰρ τὸ δάκρυον ἰσχόμενον. ῥεύματος δὲ μὴ ἔχοντος μετά γε τοῦ ξηροῦ, τὴν ἀνάλειψιν ξυμφέρει ποιέεσθαι.

effluxerit, medicamento quod cruentis vulneribus imponitur, illinere oportet, ad extremum autem & poſt omnia caput purgare operæ pretium eſt. In palpebris natura craſſioribus, carne inferiore parte quàm leuiſſimè poteris reſecta, tandem palpebram minimè candentibus ferramentis inurito, pilorum natura vitata, aut æris flore tenui peruſto, adſtringito. Cùm autem cruſta exciderit, velut reliqua curato. Cùm palpebræ ſcabie laborant, & pruritus detinet, æris floris glebula in cote trita, deinde palpebram ea defricato. Tumq; æris ſquamam quàm tenuiſſimè terito, deinde vuæ immaturæ ſucco percolato affuſo læuiter terito. Quod reliquum eſt in vaſe æris rubri affuſum paulatim terito, dum craſſitudine intritum ex allio referat, vbi reſiccatum fuerit, læuiter trito vtitor. Luſcitioſo remedium, ſi medicamentum deorſum purgans bibat, & caput purgetur. Ceruicem quàm maximè pertundito, & diu premito. Vbi verò remiſerit, iecinoris bubuli crudi, melle imbuti, fruſtum quàm maximum poterit, vnum aut duo deuoranda exhibeto. Si quis oculis ſanis videndi aciem corruptam habeat, huic ſectione ad ſinciput facta, inſuperq; cute ab oſſe remota, & oſſe exciſo aqua detracta, medelam adhibeto. Ad lippitudinem annuam, ac populariter graſſantem, capitis & inferioris alui purgatio conducit. Ad quoſdam etiam huiuſmodi dolores, ſanguinis detractio confert, ſi corpus ſanguine redundet, cucurbitæque ad venas admotæ, panis modicus in cibo, & aquæ potio. Loco obſcuro iaceat, fumum, ignem, aliaq; ſplendida fugiens, ex obliquo, modo in dextram, modo in ſiniſtram. Caput ne madefaciat, ſiquidem minimè confert. Cataplaſma admouere, non exiſtente dolore minimè confert, verùm velut ad ſiſtendam fluxionem. In tumoribus dolore carentibus, & poſt acria medicamenta quæ doloris cauſa illinuntur, vbi dolor quieuerit, & poſt medicamenti inunctionem deceſſerit, tum cataplaſmata quæcunque tibi vſui eſſe videbuntur adhibeto. Neque diu contueri confert. Oculus enim cùm ſplendidis reſiſtere nequeat, lachrymam prouocat. Sed neque diu conniuere conducit, præſertim ſi fluxio calida detinuerit. Retenta nanque lachryma calefacit. Cùm verò fluxio non adfuerit, cum ſicco quidem puluillo illitionem facere confert.

Finis Sectionis quintæ.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS, DE MORBIS PRIMVM.

[1] Ἐξ ὧν περὶ λόγων] Hos libros paſſim inſcribi De Morbis teſtantur exemplaria omnia, & Galenus quoq; Com. 2. & 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. vbi quæ in his ſcribuntur velut ὑπομνήματα quædã ad memoriæ ſubminiſtrationem, & εἰς ἑαυτόν non tanquam συγγράμματα edita eſſe fatetur, & multa præclara conſideratione digna continere, adeò vt in hoſce libros Cómentarios ſcribere deſtinarit. Idem etiam Com. in libr. 1. Epid. hos libros de Morbis Hippocrati inſcriptos, Dioſcoridem ad Hippocratem Theſſali filium referre ſcribit, etſi tamen plæriq; ad Polybum Hippocratis diſcipulum horũ doctrinam referre malunt. Et certè Cælius Aurelianus, & Cornelius Celſus ex his libris multa non falſò ad Hippocratem authorem deducunt. Confuſa tamen nec dũ ſatis mihi explicata horum tractatio habetur, tum quòd Erotianus duorum tantum librorum De Morbis meminit, quós inter θεραπευτικὰ ἐξηγητικὰ annumerat, tum etiam quod Galenus in Exegeſi, cùm ſæpe horum mentionem iniicit, duos de Morbis magnos, duoſq; paruos facit, ac vt ingenuè fatear, nondum planè mihi conſtat, quinam de morbis minor primus ei dicatur, cùm nuſquam extent in eo dictiones à Galeno in Exegeſi adductæ. Vt eorum totam ſcriptionem & doctrinam valdè vitiatam & corruptam eſſe multis argumentis mihi perſuadeam. Adde quod etiã multa quæ ab antiquis ſcriptoribus ex his libris adducuntur, deſiderari & nuſquam extare videantur, velut quod à Cælio Aureliano de ſanguinis miſſione in ſanguinis fluore ab Hippocrate ex libr. de Morbis adfertur cap. 13. lib. 2. Tardarum Paſſ. & quod Galenus initio Commẽt. 1. in Prorrh. πνευματίδων ex libris Hippocratis de Morbis citat, cùm ne vlla quidem eius affectionis mentio extet, ibiq; de ea altum ſit ſilentium. Horum tamen præcipuè commendabilem authoritatem facit, quòd idẽ videtur iſtorum eſſe author, qui & librorum περὶ γυναικείων, cùm hos teſtes adhibeat hic author in fine libr. 4. de Morb. quodq; capita in his libris morbis affixa, quæ velut morborum dignotiones præ ſe ferunt, agnoſcere mihi videtur Galenus Com. 2. in lib. 3. Epid. & διαγνώσεις vocat. Quod tamen horum librorũ authorem Gnidiũ eſſe mihi arguere videtur, qui morbos ex nominum diuerſitate & accidentibus diſtinguat, idq; in Gnidiis reprehendit Hippocr. initio lib. de rat. vict. in morb. ac. At verò liber iſte, qui malè, vel teſte † Galeno, primus de Morbis inſcribitur, ab eodem Com. 3. in lib. 1. Epid. procemiũ lib. 1. de Morbis vocatur. & in Exegeſi (in dictione ἀμαλῶς) περὶ ἐμπύων indicaturo celebratur, quod huius libri maxima pars cuiuſuis generis ſuppuratos contineat. Vnde certè vel manifeſtum vitium in Galeni codicibus eſſe deprehenditur, cum Com. 3. in lib. Epid. de hoc libro hanc in modum ſcribitur: ἐν γοῦν τῷ προοιμίῳ τοῦ μικροῦ ἐπιγεγραμμένου περὶ τῶν νούσων. Nam pro τοῦ μικροῦ, ὁ μικρὸς legẽdum eſſe apparet, cùm tamen in id impegerint omnes interpretes. Huius verò libri initium adfertur à Galeno Com. 3. in lib. de artic. vbi καὶ ἐρωτώμενος ἀποκρίνεσθαι legit. Hoc etiam initium vitioſè hoc modo adducitur in fragmento quodã in lib. de Humoribus falſò Galeno attributo, Lutetiæ quondam ante annos quadraginta per Michaëlem Vaſcoſanum excuſo: ὅτι ἂν περὶ ἰητρικῆς ἐθέλῃ, ἐρωτᾶν τε ὀρθῶς, καὶ ἐρωτώμενος ἀποκρίνεσθαι καὶ ἀντιλέγειν ὀρθῶς, καὶ ἐνθυμεῖσθαι χρὴ τὰ δὲ ἀφ' ὧν αἱ νοῦσοι γίνονται τοῖσιν ἀνθρώποισι πᾶσι.

† *Com. 3. in lib. de artic.*

[2] καὶ ἐκεῖσε ἀτυχεῖν] ἀτυχεῖν legunt exemplaria Regia manu ſcripta & Vaticana, eaq; ſecutus eſt Caluus.

[3] αἱ ἀπὸ τοῦ νοῦσοι] Similis locus legitur initio libri περὶ παθῶν.

[4] καὶ τῷ ξηρῷ, καὶ ὑπερξηραίνοντος] ξηρῷ ὑπερξηραινομένῳ legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

[5] ἀποθνήσκει δὲ] Hæc eadem lethalia vulnera annumerantur Prorrh. 2. & aph. 18. libr. 6. & in Coac. Prænot. ſent. 509. vbi quã hic φλέβα αἱμόῤῥοον vocat, ὀξεῖαν παχεῖαν dicit.

[6] ἀμνήμονες] Eadem aph. 43. lib. 5. & lib. 1. περὶ γυναικείων.

[7] ἐνδιαστρέφονται δὲ] ἐνδιαστρεφομένων quænam hic dicantur in noſtra OEconomia expoſuimus ex hoc loco.

[8] σείουσαι] Hoc loco in quodã exẽplari Regio manu ſcripto adſcribitur ex Scholio quodã. [illegible] Quod certè ex Heſychio deſumptum videtur, vt in OEconomia noſtra adſcripſimus.

[9] καὶ ἀφωνίαι ἀκρατεῖς] ἀφωνίαι ἀκρατεῖς ſunt, qui vocis impotentia tenentur, eamque efferre aut efformare non poſſunt, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. Cornarius & Caluus γλώσσης ἀκρατεῖς mihi legiſſe videntur.

[10] πορείην] Diuturnum in ſenibus morbum eoſque ad mortem comitari ſcribit Gal. Com. ad aph. 40. libr. 2. & podagram & coxendicum morbum, & Com. ad aph. 6. lib. 6.

[11] ἐκ πλευρίτιδος εἰς ὕδερον] Lib. περὶ παθῶν, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐκ πλευρίτιδος γίνεται ἐς περιπλευμονίην καὶ ὕδερον. Gal. quoque Com. 5. in lib. 6. Epid. πλευρῖτιν ἐς περιπλευμονίην μεταπίπτειν ſcribit, vt & aph. 11. lib. 7. Quod facit vt ἐκ πλευρίτιδος pro ἐκ φρενίτιδος legere malim, etſi φρενίτιδος habent exemplaria omnia.

[12] ἀπὸ δὲ δυσεντερίης λειεντερίη] Vide aph. 78. lib. 7. aph. 43. lib. 6. quomodo ex læuitate inteſtinorũ ad aquã intercutẽ deueniatur.

[13] καὶ ἐκ λευκοῦ φλέγματος] Vide aph. 76. lib. 7. & lib. περὶ παθῶν.

[14] καὶ ἐκ ἐγκεφάλου σφάκελός τι] Eadem ſcribuntur in Coac. Prænot. ſent. 499. & aph. 58. lib. 7. (aph. 50. lib. 6.

[15] ἐκ τι σφοδρῆς] Eadem ſcribuntur in Coac. Prænot. ſent. 500. &

[16] διαπλεῖ δὲ] Ex aph. 58. lib. 6. & Coac. Prænot. ſent. 502.

[17] καὶ ἐκ αἵματος] Idem ſcribitur aph. 20. lib. 6.

[18] ὅσοι ἂν ἐκψυχῶσιν] Hunc locum in noſtra OEconomia expoſuimus, & ἐκψύχωσι legimus ex Heſychio, qui λειποθυμοῦσιν exponit, etſi ἐκψυχῶσι legunt exemplaria omnia, quod tolerari poteſt, vt etiam paulò poſt.

[19] πρὶν ἢ τὴν ψυχὴν παθεῖν ἀφιλάνθρωπον] ἀφιλάνθρωπον legunt Aldina exemplaria & Vaticana, eodem ferè ſenſu, & quod ſequitur, τοῦ ἐπὶ ἐν χρῷ ὠφελεῖν). Mihi autẽ ſenſus eſſe videtur. Opportunè tamen adhibitũ remediũ dicitur, cùm quid tale alicui contingit, ſi quis ante quàm animã agat, iuuetur, aut iuuet, quod tẽpore opportuno ſumptũ iuuiſſe dicatur. Vbi tamẽ ὠφελεῖν potiùs legerẽ. Cornarius certè mihi legiſſe videtur, τοῦ τις ἐν χρῷ ὠφελῇ.

[20] ἀλλ' οὐδ' ἐν ᾧ ἄν τις ὠφελέῃ] Sic quidem meliùs, quàm vt legunt Aldina exemplaria, ἐν ᾧ ἄν τις ὠφελέει.

[21] ἐπιπλέον ἀπαντᾷ] καὶ ἐπιπλέον legunt exemplaria Vaticana.

[22] τοῦ δὲ] τοῦ οὐ δεῖ legunt exemplaria Vaticana.

[23] πάλιν βραχέως] Aph. 16. lib. 6. hæc repetuntur.

[24] ἀπὸ λευκοῦ φλέγματος] Ex aph. 29. lib. 7.

[25] ἐμπύημα ἐκ ἔξω] Aph. eſt 25. lib. 6.

[26] διαῤῥοίῃ δὲ] Aph. eſt 15. lib. 6.

[27] γυναικὶ αἷμα ἐμέουσῃ] Aph. 32. lib. 5.

[28] καὶ πυρετοῦ ἔχοντος] Multis locis repetitur hæc ſententia, præcipuè tamen aph. 57. lib. 4.

[29] οὗτοι δὲ οὐχ ὁμαλῶς ἐπαναίνονται] Hîc vulgatam lectionem omnibus codicibus conteſtatam ſecuti ſumus, quòd probè ſibi conſtare poſſe videatur. Hunc autem locum aliter mihi exponere Galenus videtur in Exegeſi, & pro ὁμαλῶς ἀμαλῶς legiſſe, & μετρίως explicaſſe, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi etiã Galeni lectionem vitiatam eſſe admonuimus. Cæterùm non parum mihi ſuſpectus eſt locus, etſi noſter hic ſenſus probè conſtare poteſt. Nam & Aldinum exemplar aſteriſcum ſuſpicionis notam apponit & χεὶ pro χλιῶ legit. Cornarius verò φλεγμαίνῃ pro φλεγμαίνεῃ mihi legiſſe videtur.

[30] καὶ ἀφρώδεες] Iſtud ſumptũ eſt ex aph. 18. & 24. lib. 6. (plaria.

[31] καὶ ὅσα αἷμα πτύουσι λάβρον] ὁ χλωρὸν αἷμα λάβρον legunt Aldina exemplaria.

[32] ἐν τῇσι κρισίμοισι ἡμέρῃσι] κρισίμους ἡμέρας τὰς ἑβδόμας κρίσιν ποιούσας, accipio hoc loco cum Galeno in Exegeſi, vt admonuimus in noſtra OEconomia. Quinam verò ſint illi dies conſtat ex aph. 8. & 15. lib. 5. ex quibus etiam καθαίρονται & ἀνακαθαίρονται hic pro eo quod per ſputum excernitur aut repurgatur, ſumitur.

[33] καὶ ὁ ἀσώτως διεφθαρμένος] διαφθορὰν & διεφθαρμένος mihi videtur hoc loco legiſſe Galenus, iſtumq; locum expreſſiſſe in Exegeſi cum διεφθαρμένον exponit, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

[34] ὁ δὲ γαστρὸς ῥυείσης κάτω] Suppuratorum ac tabidorũ mortẽ exprimit, mortiſq; modũ ex aph. 12. & 14. lib. 5. & 26. lib. 7.

[35] σπάδων δὲ ἐν αὐτῷ] σπάδων σπάσμα exponitur Galeno in Exegeſi ex hoc libro vt expreſſimus in noſtra OEconomia. Eſt autem venæ diſtentio ac diuulſio citra ruptionem, cùm velut varix intumeſcit ac eleuatur, diſtractis ac diuulſis fibris.

[36] ἐκ τῶν φλεβῶν ἐξερύσθαι] Sic quidem legunt omnia exẽplaria, ſed mihi non parum ſuſpecta eſt lectio, & vitiũ ſubolere videntur aſteriſci exemplaribus appoſiti. Senſus autẽ eſſe videtur, vt ſi ægrum inter initia curandũ ſuſceperis, ex venis manuũ ſanguis emittatur, quò venæ plenitudine diſtentæ relaxẽtur. Legi poteſt, συμφέρει εἶναι ἐκεῖνον ἐκ τῶν ἐν ἀρχῇ λάβῃς, ἀφαιρεῖν ἐκ τῶν φλεβῶν ἐξ αἷμα τῶν χειρῶν, quam lectionem ſecutus etiã videtur Caluus.

[37] ὅσοι ἂν ἀποπληκτικοί] ἀπόπληκτοι exponuntur Erotiano τοὶ ἀπομαθεῖς ἐμπλήκτοισι, & Galeno, τοὶ ἐπιπλάσιως ἀπὸ τῶν ἀρχῶν, ſubnotato hoc loco, vt indicauimus in noſtra OEconomia.

38 ἐν εἰκοσιν μάλιστα καὶ ἡ μιᾷ] Suppurari ſcribit Galen. viginti diebus potiùs quam vno & viginti, Com. ad aph. 38. lib. 7.
39 ἢ ἄλλος τις ῥαγῇ] Iſtud de vena rupta ſumunt Interpretes, nos de quouis rupto intelligi poſſe exiſtimamus.
40 οὗτο πλεῖον γίνηται] Hic nullo iure mihi videntur aſteriſcum apponere Aldina exemplaria.
41 γενόμενον οὐδὲ πλέον ἀφίει] Hanc lectionem omnibus codicibus conteſtatam ſecutus ſum. Cornarius γενόμενον, ὅ, τι legiſſe videtur. Simile quid autem exprimitur aph. 19. lib. 3.
42 τὸ μεμυρμηκιῶδες] γαγγραινῶδες hoc loco pro τὸ μεμυρμηκιῶδες videtur mihi legiſſe Galenus in Exegeſi, quod τὸ ἀφύλλες explicat, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.
43 καὶ κοιλίην ἐς ἥν τι πῦον συγκατακλίνεται] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed συγκατακλίνεται legendum vt paulò poſt, & ad ventrem in quem pus decubuit referendũ, vt etiã fecit Cornarius, quod τὰ συγκαταπίπτοντα dicantur, quæ cùm intumuerunt, poſtea conſidunt ac contrahuntur, etſi Caluus ad pus retulit.
44 ἐκλάβοντες τοῦτο] Iſtud non legerunt Interpretes, neque habetur in Vaticanis exemplaribus, neque Aldinis.
45 λαχλουδορέοντι] Hunc mihi locum ſubindicare videtur Erotianus, cùm λαχλουδορέοντι, ὁμαλοῦντος exponit. Eſt enim λάχνη Heſychio, ὁμιλία, φλυαρία. Duplex autem inde ſenſus elici poteſt, vt φωνέοντος αὐτοῦ χρήματα dicatur, quemadmodum ſumpſimus cum interpretibus, aut αὐτὰ χρήματα ἀπεκρίνεται τι ἢ ἀποψύχεται, vt in noſtra OEconomia vertimus.
46 ἢ πᾶσα χρῶμα ἑωυτοῦ] ἑωυτῇ pro ἑωυτοῦ legunt Aldina exemplaria.
47 καὶ μάλιστα ῥήγματα] ῥήγματα iſta quanam ratione fiant ſcribitur lib. περὶ φυσῶν.
48 ὅκόσα δὲ ἐν τῷσι φλεβίοισι γίνεται] Aliquid hîc addere mihi videntur Interpretes, atque aliter hunc locum legere.
49 αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ βίας] τοῦτο πίνει legunt Interpretes.
50 καὶ ἐκ δὲ τῆς πλευρᾶς ἀναβῇ] Hunc locum procul omni dubio ſubindicauit Galenus in Exegeſi cùm ſcripſit, ἀναρβῇ, ὅτι ἐν ἄλλοις παρ' αὐτῷ, τι, τι δηγεῖ ὅτι, ἢ τι ἐμπολάζει. Sic enim legendum apud Galenum in noſtra OEconomia ſcripſimus, vbi etiam hunc locum apertiſſimè expreſſimus.
51 καὶ τὸ δέρμα ἀφ' ἑωυτοῦ ταύτῃ ἀφίησι] ἀφ' ἑωυτοῦ legunt Aldina exemplaria.
52 ἢ δὲ ἐκ ὧν πάσχει] ἐκ ὧν πάσχει lego cum Cornario, etſi iſtam lectionem retinent omnia exemplaria.
53 τῷ δὲ ἀφηλικεστέρῳ] Hic τὸν ἀφηλικέστερον non ſimpliciter ſeniorẽ ſumo, ſed eum, qui florentẽ ætatem exegerit, & iam ad grauiorẽ ætatem accedit, in quo carnes ſunt laxiores magiſq; diffluunt, vaſaq; ſunt ampliora minúſq; diſtenta, viſcerumq; calor aliquãtulo remiſſior. Hic autem locus nõ parum repugnat Hippocr. in Prognoſtico & Coacis, cùm ſcribit ſeniores ex ſuppurationibus thoracis, & pulmonum vitiis magis interire quàm iuniores. Verùm hoc loco partium corporis, illic virium habetur ratio.
54 φρικώδεα ὑπὸ τοῦ αἵματος] De rigore non admodum diſſimilia ſcribuntur libello περὶ φυσῶν, iſtumque locum multi doctiſſimi huius ſæculi viri excuſſerunt, imprimiſque Laurentius Ioubertus in ſuis Paradoxis, & Simonius in Synopſi.
55 ὅτι δὲ μὴ τι πίνει] Hic mihi videtur locus quem adducit Galenus ex Proœmio lib. de Morbis Com. 3. in lib. 1. Epid. in vxore Epicratis. ἀποστάσιος verò Cornarius ſumit de ſanguine, cùm vim ac violentiam depoſuerit ac depulerit, nos de vi ſanguini per concuſſionem corporis illata accipimus, ex qua deinde, poſt rigorem incaleſcit, ex quo αἵματος ἄλλαι dicuntur lib. περὶ φυσῶν.
56 οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες ἐπιγίνονται] Id patet ex aph. 37. 42. & 56. lib. 4.
57 ὅκόταν κινηθῇ τοῦ φλέγματος] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria, eamq; lectionem ex pluralitate ſecutus ſum, quomodo paulò antea eaſdem cauſas pleuritidos & peripneumoniæ adſcripſit. Cornarius tamen pro ὑγρασθέντων ἀποπληρωθέντων legiſſe videtur.
58 ἐπὶ δὲ πρὸς τὰς ὕστερας ἀφίγνηται] ἀφικνέονται pro ἀφίγνηται legunt exemplaria Aldina.
59 ἐφ' ὧν ὑγρὰ οἱ ὁ πλείων καὶ πλεῖον] πλεῖον legunt exemplaria Aldina.
60 καὶ τὸ αἷμα τὸ διαφθορὸς τι] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia, ſimulque oſtendimus Galenũ in Exegeſi διαφόρος pro διαφθορὸς legiſſe, & expoſuiſſe τὸ ὡς τι ἰχῶδες καὶ ὑδατῶδες μεταβάλλον, cùm ſanguis nimio ſero aquoſo diluitur, & in ſeroſam ſubſtantiam conuertitur. Ibidem etiam oſtendimus priore loco pro διάφορα διάφορα melius legi poſſe, itaque Galenum legiſſe.
61 ὅκόταν δὲ ἡ πλευρὸν] Iſtud certè vt alieno loco poſitum non minimam vitij ſuſpicionem iniicit, ideoq; huic loco aſteriſcum adſcribunt Aldina exemplaria.
62 καὶ τὸ διαίρεται μάλιστα τὸ] τὸ δὲ καὶ τὸ διαίρεσις legunt exemplaria Aldina.
63 καὶ δὲ ῥηγματίης] Hunc locum in OEconomia noſtra expoſuimus, vbi adſcripſimus quòd ῥηγματίας dicitur Galeno, ὁ ἔρρηγός τι τῶν ἔσω ἔχων, Ibidem etiam ῥῆξις à nobis expon[itur].
64 καὶ ἐκπτυσθῇ λιπαρωμένον ἐν τῷ στόματι] Quid hic ſit ἐκπτυσθῇ λιπαρωμένον ſputum in OEconomia noſtra expoſuimus.
65 ἔπειτα δὲ τὰ ὑποχωρέοντα] Huic loco, vt parum integro aſteriſcum adſcribunt exemplaria Aldina.
66 ἄλλοτε ἄλλο] ἄλλοτε ἄλλα legunt exemplaria Aldina.

IN LIBRVM SECVNDVM DE MORBIS.

1 OΥΡΕΕΤΑΙ πολύ] Hoc huius libri initiũ agnoſcit Galenus Com. 1. in lib. 6. Epid. ſent. 18. vbi librum ſecũdum de Morbis vocat, & Dioſcoridem ad Theſſalum Hippocratis filium referre ſcribit. Idem tamen in multis Exegeſeos dictionibus ab eodem primus de Morbis maior inſcribitur, etſi in dictione ἀποσφακελίζειν. lib. ſecundum de Morbis vocat.
2 ἑτέρη νοῦσος] Hanc morbi διήγησιν non agnoſcit Caluus, etſi in omnibus exemplaribus adſcribitur.
3 σκληρὸν τοῦ αἵματος] Pituitam etiam addit Caluus, vt καὶ φλέγματος legiſſe videatur, contra omnium exemplarium fidem.
4 ἱδρῶσιν] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria. Caluus tamen ἱδρῶσιν legiſſe videtur.
5 σφακελισμὸς ἐγκεφάλου] Hanc indicaturam non agnoſcit Caluus. Quid autem ſit σφακελισμὸς ἐγκεφάλου indicauimus in noſtra OEconomia, & ſatis patet ex aph. 50. lib. 7. Coac. Prænot. & lib. de aëre loc. & aquis.
6 ἐν αὐτῇ κεῖται] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἐν αὐτῷ ζῇ legendum mihi videtur.
7 ὀξύτατα ἰδεῖν καὶ λευκαί] Vide aph. 51. lib. 6.
8 ἐς δὲ ἐν θωρηξίῃ] Vide aph. 5. lib. 5.
9 καὶ βλητὸς γίνεται] Hic βλητὸς dici videtur qui derepente ictus ac veluti ſydere afflatus concidit, etſi antiquis dicebantur, οἱ ἀπὸ ὀξέων νοσημάτων ἀφνιδίως ἀποπλήκτοι. Quod ex ſcholio quodã in exemplaribus Regiis manu ſcriptis in hunc locũ transfertur, & ex Heſychio ſumptum videtur. Nam βλητοὶ antiquis dicebantur, qui ex lateris dolore repente ſuffocati aut mortui, liuores ad latus habebant veluti ex plaga percuſſi aut icti, vt ſcripſimus ex Hippocrate in noſtra OEconomia. Atq; inde fortè nomẽ teli nõ impropriè Sereno dictum eſt, in morbis lateris, cum ſcribit; Eſt & vis morbi, quod telum commemoratur, Cum ſubito dolor inſanus furit incitus ictu.
10 καὶ ἰσθμὸν ἐνθαλμοῖ] Hunc locũ adducit Galenus in Exegeſi in dictione ἀμαλὸς ex lib. 1. de Morbis Maiore, & ἀμαλὸς ἐς ἐ hic legit, quod ἁπαλὸς explicat, etſi ſanè vulgata lectio ſtare poteſt, vt ſit non perinde vt antea aut peræquè videt; vt monuimus in noſtra OEconomia.
11 καὶ χαμαί] χαμαί, ἐν γῇ exponit Heſychius, vt hunc mihi locum ſubindicare videatur.
12 καὶ κακοφθαλμεῖ] καὶ κωμῶδες videtur hoc loco mihi legere Galenus in Exegeſi, cum explicat ἐν κώματι ἐστί, iſtamque lectionem hîc ſequimur, etſi vulgata etiam arrideat, qua ſignificatur corpus hebeſcere, & ſine ſenſu torpeſcere, vt indicauimus in noſtra OEconomia.
13 λειποθυμεῖ ἀποσφακελίζουσι] Hanc dictionem ex lib. 2. de Morbis adducit Galenus in Exegeſi, & ἀναίρονται ὁ φλέβια explicat. Quam explicationem huic loco noſtra interpretatione accommodauimus in OEconomia noſtra. Vbi etiam admonuimus Heſychium hîc ἀποσφακελίζουσι pro ἀποσφακελίζει legiſſe, & Varinum vtranque lectionem adhibuiſſe.
14 ἢ ἄλλοι] ἢ ψύχεσθαι addunt exemplaria Aldina & Vaticana, quam lectionem ſecuti ſunt Caluus & Cornarius.
15 ὅταν πλήρης φλεβὸς ἡ κεφαλὴ] Hæc eadem repetuntur ad finem lib. περὶ τόπων τῶν κατὰ ἄνθρωπον.
16 ἀποπλάσσοι δὲ ἡ νόσος] καὶ ἀπαλλάσσεται legunt exemplaria Regia manuſcripta quædam, vitioſè tamen, cum etiam ἀπαλλάσσεται legatur lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης.
17 χαλᾶται οἱ ἄνω] Hunc locum in OEconomia noſtra expoſuimus.
18 ἐπιλαβὲ καὶ ἄχρος θαλῇ] ἄχρος pro εὔχρος legunt exemplaria Aldina.
19 τὸ ἀσκὸν ἐν χαλάσῃ] Hic ſcorteum vtriculũ aut vtrem coriaceũ intelligit, cuius crebra his libris fit mentio, quo materia aliqua calida continebatur, ad partem affectam fouendam & calefaciendam. Quem locum in OEconomia noſtra expreſſimus.
20 ῥαφανίνων δὲ χυλόν] ῥαφανίων legunt Aldina exemplaria, vt fe-

rè ſemper, quod ſemel dictum ſit, & ῥυμφάνειν pro ῥυμφάνειν ſcribunt.

[21] τῇ ἄλλῃ ἢ πλείονι χυλῷ] τῷ χυλῷ legunt exemplaria Vaticana.

[22] οἶνον μελιχρὸν] οἶνον μελίχρουν hoc loco mihi legiſſe videtur Galen. in Exegeſi, in dictione μελάνδρα, hoc certè ſubnotato loco, ex lib. 1. de Morbis maiore. Dicitur autem vinum mellitum, dulce, aut mellei dulcoris, mellei tamen coloris dixit Cornarius, quale κιῤῥὸς aut fuluum. Mulſum autem aut vinum mulſum dici poteſt, quo modo mulſum optimũ ex melle vino ammixto confici docet Dioſcorides, & mulſum optimum ex vino Maſſico & melle Attico commendabatur, vt indicauimus in noſtra OEconomia, hoc etiam expreſſo loco. Hic autem mihi videtur ſyruporum quodammodo adumbrata forma, ex mercurialis ſucco, cum priſanæ ſucco, & melle admixto, ad ſubducendam aluum.

[23] ἐν τῷ κοτίδι] Hunc certè locum mihi ſubnotare videtur Galenus in Exegeſi, exponens κοτίδι, τῷ ἰνίῳ, τῷ περιχεφαλίδι locum ad ceruicis initiũ, & tendonem intelligens vtraq; ex parte. Nemini autem mirum videri debet, ſi pro primorũ ſæculorum fœlicitate & remediorum abundantia, octo cruſtis caput inurat, Hippocrates, cùm (vt ſcribit * Celſus) reperti ſint in Græcia qui nouem lineis cutem capitis inciderét, duabus in occipite rectis, vna ſuper eas tranſuerſa, dein duabus ſuper aures, vna inter eas item tranſuerſa, tribus inter verticem & frontem rectis. Verum pudenda noſtrorum temporum mollities, eiuſmodi tamq; multas ſectiones refugit, mauultq; miſerabilem & lamentabilem vitam traducere, quàm tot remedia experiri.

* Cap. 7. lib. 7.

[24] ἢ ἐν τοῖσι κνήμῃσι ἑλκώδεσι] Id ad vlcera retuli in noſtra OEconomia, vt tibiæ vlceribus offarciantur ac repleantur. Interpretes ad tumorem reſpexerunt, qui in tibias ſpargitur, aut in iis imprimitur & efformatur, quemadmodum ſæpe aliàs vſurpat Hippocrates.

[25] ἢ λιῶ μίνας] μίνας legunt Interpretes, & codices Aldini & Vaticani, quam lectionem etiam ſecuti ſumus.

[26] ἐμβάλλειν χρὴ δὲ τρεῖς τῆς μελάνος] δὶς τῆς μελάνος legit Cornarius, cum omnia exemplaria τρεῖς habeant.

[27] λιῶ δὲ πλεῖ ἰσθμόν διεῖ] λιῶ δὲ πάνυ διεῖ, legunt Regia quædam exemplaria.

[28] τὸ δὲ ἄλλο τῷ κριμνώδει ὕδωρ πινέτω] Sic quidem legunt exemplaria, quædam etiam κριμνώδεν vitioſè. τὸ δὲ ἄλλο τῷ κρίμνων ὕδωρ lego, vt aliàs ſæpe apud Hippocratem. Quænam ſit autem potio ex aqua in qua hordei farina craſſior macerata fuerit, indicauimus in noſtra OEconomia, & poſtea deſcribetur lib. 3. Quædam etiam exemplaria τὸ κρηναῖον ὕδωρ legunt, quam etiam lectionem Caluus adhibuit, cùm aquam fontanam dixit.

[29] ῥυμφανέτω δὲ] ῥυμφανέτω legunt exemplaria Regia quędam, vt & Aldina.

[30] ἐπλὴν δὲ ῥαγῇ ἢ κυρτὰ ὦτα] κῃ τοῖς ὦτα ἢ ἐκ τοῦ τὸ legit Caluus, vt paulò ante.

[31] ἔμματον χλιαρὸν] Hunc locum expreſſimus in noſtra OEconomia, exiſtimamuſq; locum iſtum à Galeno exprimi in Exegeſi, in dictione ἐμμάξαι vt ἐμμάσσειν hic ἐκθλίβειν exponatur. Quod autem à Galeno additur dici ὅτι τὸ ἀπολέσθαι ἢ αὐτῆς τῷ φύλλων, id indicaturam ſuſpectam facit, & μνημονικὸν ἁμάρτημα arguit.

[32] λιῶ ὕδωρ ἐπὶ τῷ ἐγκεφάλῳ γίνηται] Hæc videtur eſſe quarta hydrocephali ſpecies, quam omiſiſſe videtur Paulus lib. 6. cap. 3. Galenus in Medico tertiam facit, cùm aqua inter cranium & craſſam cerebri membranam collecta fuerit.

[33] κυκεῶνα δὲ κυκεῶνα πινέτω λεπτὸν] κυκεῶν λεπτὸς cyceon tenuis & liquidus dicitur, qui bibi aut ſorberi facilè poſſit, cõtra quam craſſus & παχύς, qui cibi potiùs quàm potionis rationem habet vt ſcripſimus in noſtra OEconomia hoc expreſſo loco.

[34] ἢ ἔπειτα ὑποπρίσαι] Hic πρίσμα oſſis capitis ſectionem per ſerram vel terebram ſignificat, noſtri trepanationem dicunt.

[35] ἐκ λειπυρίης] Sic legunt exemplaria omnia, etſi aſteriſcum apponunt Aldini codices, ſuſpicionis notam. ἐκ λειπυρίης legunt exemplaria quędam manu ſcripta ἢ πυρίης. λειπυρίης tamen ferè ſemper legitur apud Hippocratem, Ionicè pro λειπυρίας. Eſt autem λειπυρίας πυρετὸς febris continua ex viſcerum inflammatione orta, in qua corporis extrema frigent, interna incenduntur. Caluus certè ἐκ λύπης legiſſe videtur, vt aliàs ſępe, cùm huius dictionis mentio incidit.

[36] ὅσα ἂν ἔχῃ βραχέα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, præter quàm quòd quædam βραχέα habent. Cornarius tamen, βραχέα legit.

[37] χρίειν δὲ τὴν κεφαλὴν] Hæc frontis ſectio quædam hypoſpathiſmi ſpecies apud recentiores Chirurgos eſſe videtur, de qua Paulus cap. 6. lib. 6. & Galenus in Iſagoge.

[38] ἢ τὸ πτίσμα παντάπασι] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, ſed πτίσμα lego cum interpretibus, vt paulò poſt.

[39] ῥυμφανέτω] ῥυμφανέτω hic etiam, vt ferè ſemper legunt Aldina exemplaria.

[40] τὸ αὐτὸ τῶν φύλλων] Sic quidem legunt omnia quæ vidimus exemplaria. Sed cum braſſicæ ſuccum iam ſorbendum dixerit, τὸ ἀκτῆς cum Interpretibus lego, vt foliorum Sambuci ſuccum ſorbendum imperet, quemodo aliàs ſæpe.

[41] ὑπὸ δὲ ἐσθίειν] Sic etiam legunt exemplaria omnia, ſed ἐσθίειν lego cum Interpretibus aut ἔρῳ.

[42] ὀξὺ λεῖον] Exemplaria Regia manu ſcripta ὀξὺ λεῖον legunt.

[43] ὀξυκρίκρατον] Hæc phraſis acetum aqua temperatum aut dilutum ſignificat, quam tamen non ſatis mihi expreſſiſſe interpretes videntur.

[44] ἄρτον σητάνιον] farina ſitania quænam dicatur expoſuimus in noſtra OEconomia, hoc expreſſo loco. Siue igitur ſitaniam farinam ex tritico trimeſtri & hornotino intelligas, quæ viſcida eſt & tenax, ſiue puriſſimam farinam ex puriſſimo tritico, quod denſum eſt & lentiſſimum, & purgatiſſimam farinam reddit, ea certè ad ſanguinis vomitum compeſcendum accommodatiſſima potui eſſe videtur, aqua inſperſa.

[45] ἀλκαίνει ὑγιαίνειν] Vide aph. 51. lib. 6.

[46] ἢ ἐκ ἰοὺς ἢ οὖρον] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vitioſè tamen. Verum ἰοὺς legimus in noſtra OEconomia, hoc expreſſo loco, vt non ſentiente ægro vrina effluat. Eſt enim ἐουδὴς ἀδ᾽ ὅτι ἀδὴς Heſychio.

[47] λιῶ δὲ μὴ ὕπνος ἔχῃ ἢ ἰλήγῃ] Sic quidem legunt omnia quæ vidimus exemplaria, ſed μὴ pro μὴ legendum apparet. Vide etiam aph. 5. lib. 5.

[48] ἢ οἶνον μελιχρὸν διδόναι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, apparet tamen Galenum hoc loco οἶνον μελανα legiſſe in Exegeſi, neq; ſolum τὸ ὑποξύ, ἀλλ᾽ ἢ τῷ μέλανι παρεχόμενον expoſuiſſe, vt annotauimus in noſtra Oeconomia hoc expreſſo loco, μελάνδρα etiam οἶνος dicitur libr. περὶ παθῶν, quemadmodum legiſſe videtur Cornarius, qui vinum mellei coloris vocat. Sed μελανδρὸς Homero dicitur, Iliad. 2.

[49] ἐν ἄξωσιν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἐξαξουσιν aut ἄξωσιν lego cum Interpretibus.

[50] λιῶ δὲ πεπηρωμένον ἢ μὴ ᾖ] ἀνεζωμένον legiſſe videtur Cornarius. Caluus vtranque lectionem adhibuit.

[51] ἢ μινύθῃ] Sic quidem legunt exemplaria omnia in ſubiunctiuo, quàm lectionem ſequimur. Interpretes tamen omnes μινύθει (vt ſæpe alias apud Hippocratem) legunt, vt ſit ἐλαττοῦται, μαραίνεται, quemadmodum exponit Heſychius, imminuitur, conſumitur, aut marceſcit.

[52] χρίσαι αὐτοῦ τὸ βρέγμα] Hæc ſyncipitis ſectio periſcyphiſmum Chirurgorum penè refert.

[53] περὶ δὲ σικύην προσβάλλειν] προσβάλλειν legunt Aldina exemplaria.

[54] ἢ ἐπλὴν ἀποπρίζῃ] Sic quidem legunt exẽplaria omnia. Sed cùm ἀποπρίζειν ſtringere aut conſtringere ſignificet, parum propriè de cucurbitula mihi dici videtur, etſi Cornarius affigere dixerit. ἀποπιέζῃ igitur pro ἀποπρίζῃ hoc loco in noſtra OEconomia legimus, neq; me adhuc iſtius lectionis pœnitet, vt ἀποπιέζῃ ἀποχώρῃ ſignificet. Sicque Galenum hoc loco legiſſe exiſtimo in Exegeſi, cum ἀποπιέζῃ καὶ ἀποχωρεῖ, exponit, ex libr. primo de morbis maiore, cùm nuſquã hoc libro aliud iſtius lectionis expreſſum magis extet veſtigiũ, ad eumq; modũ vitiatam Exegeſeos lectionem reſtituendã putamus, cùm πιέζῃ Galenus in Exegeſi etiam τοῦ ἀποχώρησιν explicet & ἀποπιέζειν, vt & πιέζειν, ἀποπιέζειν. Verùm hunc totum locum ſic legendum exiſtimamus. ἢ ἐπλὴν ἀποπιέζῃ, τῷ ἄλλῳ αὐτῷ προσβάλλειν ἐς ἂν ἀποχώρῃ.

[55] ἐπιθεὶς ἐς χυτρίδας ἐγχέας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed cùm ad ſuffitum iſtum parandũ non plures ollulæ requirantur, pro χυτρίδας, χυτρίδα Galenum in Exegeſi legiſſe ſuſpicor quam χύτραν exponit, cùm aliàs χυτρίδα ſæpe vſurpet Hippocrat. ollam nouam dixit Caluus, hanc fortè lectionem non malè auguratus, niſi χύτραν νέαν legerit.

[56] τοῦδε δια] Sic quidem legũt exẽplaria omnia, ſed τοῦτο lego, & ad mulſã refero, in qua his maceratis & tepefactis os colluitur.

[57] οἷσι δὲ οἶδημα ἐκρυῇ] Vide aph. 37. lib. 6. & 49. lib. 7.

[58] ἐπλὴν ἔχῃ πτάρμῳ τὸ φλέγμα] Hic φλέγμα πλεῖ φλέγμονα indicat, vt exponitur in Exegeſi, & πλεῖ αὐτὸ ἐπὶ σημαίνειν φλεγμονὴν in Prognoſtico, ſicque expoſuimus in noſtra OEconomia, hoc expreſſo loco.

[59] λιῶ δὲ οἱ τῷ τεῦτλα πινέτω τὸ ἄλλον μὴ ἐξίῃ] τοῦ τεῦτλα πινέτω μὴ ἐξίῃ legunt Aldina exemplaria.

[60] ἐμβαλλὼν ἐς ὕδωρ χλιαρὸν] Sic quidẽ legunt exemplaria omnia quæ ſecuti ſumus, vt betarum & cucurbitarum decoctum ſorben-

bendum ac bibendum, ad ſputum leniendum & humectandum exhibeat Hippocrates, quò faciliùs expectoretur. Cornarius de remedio ad inflammationem accommodato accepit, ideoq; mihi legiſſe videtur, ὑποβάλλειν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν ἐπιπάσσων, aut ἐπιπάσσειν, pro ἐπιχρίοντα.

[61] καὶ ἢ ὁ φαῦλος] Vide aph. 10. lib. 5.

[62] ἢ ἐπινέμηται οἷον οἰνάνθη] οἷος οἰνάνθη quinam dicatur Hippocrati expoſuimus in noſtra OEconomia.

[63] ἢ τὰ κλεῖθρα] κλεῖθρα Ionicè pro κλῇθρα aut κλεῖθρον hic legit Galenus in Exegeſi, eiq; exponitur ὁ ὑπὸ τῇ φάρυγγι τόπος ὑπὸ τοῖς παρισθμίοις vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, hoc expreſſo loco. Eſt autem anguſtus ſub tonſillis locus ad guttur eiuſq; aditum, velut clauſtrum ſub gutture, Græciſque ἰσθμὸς dicitur.

[64] καὶ τὰ μεταξὺ οἱ μὲν] Sic quidem Germanica & meliora legunt exemplaria. Aldina verò & Vaticana οἱ δὲ. Vulgatam tamen lectionem ſecutus eſt Caluus.

[65] ἢ τὸ ῥὸν τὸ ἐρυθρὸν] Hanc lectionem habent exemplaria omnia, eamq; ſecuti ſunt Interpretes. Sed Caluus roſas rubras addidit, vt mihi etiam τὰ ῥόδα τὰ ἐρυθρὰ legiſſe videatur.

[66] ἰσχάδας τῷ συκέῳ τινὶ] ἰσχάδες (vt emendauimus in noſtra OEconomia) exponitur Galeno in Exegeſi, τὸ ἀπὸ ἰσχάδων ἀφέψημα ficuũ aridarum aut caricarum decoctum. Hic verò non temerè ἰσχάδας ἢ ἀποζέσας apponitur. Priore enim loco leuiter ferueſactas ficus, ac velut aridas & reſiccatas indicat, quò ſordes & acrimoniam depoſuerint. Secundo verò loco earũ decoctum incraſſatũ, ac veluti ficus diutiùs in decocto maceratas ſignificat, quo veluti decocto ad tumorem leniendum, concoquendum & diſcutiendum vtitur, thoe trito addito, ad fluxionem leuiter ſtringendam, reprimendam & ſiccandam.

[67] σταφυλή] Σταφυλὴ dicitur Hippocrati ex Galen. curculionis affectus, cùm inflammatione tentatus & craſſior effectus, rubet aut liueſcit, iſq; ſumma ſui parte vuæ acino ſimilis dependet & ſtrangulat, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, tumq; extrema eius pars ſecanda eſt, vt ſcribit Hippocr. in Prognoſtico. Quomodo autem & quando præcidi debeat habes apud Paulum capite 31 lib. 6. & Celſum cap. 12. lib. 7. & Aëtium.

[68] τὰ κηπαῖα τῶν θύμων] Hic hortenſium herbarum odoratarum & condimentis vſurpatarum decoctum diximus, quod φύλλα Galenus in Exegeſi τὰ κηπαῖα ἢ ἀρωματώδη χλωρὰ λάχανα exponat in Exegeſi, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia hoc expreſſo loco. Caluus verò hic ἀλεύρου ἑφθοῦ pro ψυχρὸν legiſſe videtur, cùm farinam decoctam dicat, contra tamen omnium codicum fidem.

[69] Ἀντιάδες] Ἀντιάδες dicuntur Galeno lib. de Tumor. præter naturam, αἱ φλεγμοναὶ τῶν ἐν ἀρχῇ τοῦ φάρυγγος ἀδενοειδῶν σωμάτων, ἀδένων, quomodo hic ſumuntur, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, alioqui glandulas ſignificant, quæ in extremo ore vtraq; ex parte ſibi ex aduerſo reſpondent, & ſupra laryngem ſitæ ſunt. De earum inflammatione agit Paulus cap. 30. lib. 6. & Celſus cap. 9. lib. 6.

[70] τὰ ἀπὸ τῶν φύλλων ἐλαΐδι] Sic quidem legunt omnia quæ vidimus exemplaria, verùm vitiatam lectionem exiſtimo & ἐλαιῶδες legendum cenſeo, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, iſtumq; locum exprimi Galeno puto, cùm ἐλαιώδεις τὰ ὡς ἀπὸ ἐλαίας διερρυῆ exponit. Sic enim hoc loco, aut ἐλαιώδεα legiſſe videtur.

[71] ἢν δὲ ὁ σφακελισμὸς] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia vbi etiã indicauimus Galenũ hic ἀφαιρέματα legiſſe in Exegeſi, cùm ἀφαιρέματα ἀφαιρούμενα exponit.

[72] ὑπογλωσσίς] ὑπογλωσσὶς dicitur tuberculũ ſub lingua, quod ὑπογλώττιον βάτραχος dicitur Aëtio Tetrab. 2. lib. 4. cap. 39. ranunculus ſub lingua, aliis rana, vt Columellæ cap. 8. lib. 6. Celſo abſceſſus ſub lingua cap. 12. lib. 7.

[73] πώλυπος] De polypo vide Paulum cap. 25. libr. 6. & Celſum cap. 8. lib. 6. & cap. 10. lib. 7.

[74] σπαλίζαι λίνῳ] σπαλίξαι καταπλέξαι legunt Aldina exemplaria.

[75] ἀπὸ τοῦ ἐπιγλωσσίου ἔχων ἀκριβὴς τὸ βελόνης στόμα exponit Galenus in Exegeſi.

[76] ὅπως τὴν χηλὴν] τὴν χηλὴν Galenus exponit in Exegeſi μᾶλλον δίκρουν καὶ τὸ ἄκρον ἐντετμημένον ὥσπερ ἡ χηλὴ, hoc ſubnotato loco, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

[77] τῷ μέλη τῷ ἐντετμημένῳ] τὰ μέλη τὰ ἐντετμημένα μὲν vitioſè legunt exemplaria Aldina ſpecillum enim inciſum & bifurcum intelligit, aut volſellam, qua laqueus circum polypum obducitur, vt ſtringatur & extrahatur, χηλὴν vocat.

[78] ἐπιδεθέντα] δεθέντα lego, vt laqueo obductum polypum & oblitum intelligas. Deinde ἀνιεὶς pro ἐξαιρεῖν, cùm vitioſa ſint omnia exemplaria. χηλὴν verò vitioſè pro χηλῷ legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

[79] τῷ χρίσματι λευκῷ] τῷ μέλιτι videtur legiſſe Cornarius, aut antea expreſſum ex melle linimentum intelligit, quo linamentum obductum inditur ad vlcus detergendum.

[80] ἐκθλίψαι] ἐκθλίψας Galenus in Exegeſi ἐκπιέσας exponit, ſed vitioſè ἐκλίψας legitur.

[81] ἄγος] ἄγος lego vt exemplaria Aldina & omnes Interpretes.

[82] ἴκτερος] ἴκτερος μέλας legiſſe videtur Cornarius.

[83] ἢ καὶ τὰ σιτία αὐτὸν] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria, quædam tamen ἢ καὶ ὅ legunt.

[84] ἢ βδελύσσεται] Hunc locum de ciborum faſtidio, cùm quis cibos execratur & exhorreſcit, expoſuimus in noſtra OEconomia.

[85] ἢ ἐς πλεῦ εἰσαγωγὴν] πλεῦ εἴσω videtur legiſſe Caluus.

[86] τοῦτον καὶ μὴ τὸ πῦρ ἰσχυρὸν] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria, vitioſè vt apparet, ἀλλ' enim aut ἐπιτῇ legendum. Eſt autem aph. 37. lib. 4.

[87] ἐπὴν δὲ τὸ σῶμα ἀποπνεῖ] Vide aph. 17. & 20. lib. 4.

[88] πλεῦ δὲ ἡμέρην ὁμοίην] Id de reliqua diei parte ſumpſit Caluus, vt τῇ ἑτέρῃ opponatur. Mihi tamen de alio die quo febris prehenderit dici videtur, vt morbi concoctio procedat ad quam procurandam aquam mulſam exhibet, eaq; ratione non temerè ad copioſæ frigidæ potionem veniat.

[89] τοῦτον καὶ μὴ ἐξιδρώσῃ ὅταν] Vide aph. 58. lib. 4.

[90] αὐτὸ ἐκ τοῦ λουτροῦ ὅταν τὸν πυρετὸν ἔχῃ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed priora verba cum ſuperioribus iungo, vt fecit Cornarius.

[91] καὶ ἀπόλυσις τὸ διαφόρημα] Hanc phraſim aperuimus in noſtra OEconomia, hoc expreſſo loco. Poſt διαφόρημα autem exemplaria Aldina ἔπειτα adſcribunt vitioſè. cùm poſt τὸ αἷμα adſcribi debeat, quod tamen deſideratur in Germanicis exemplaribus. Quam lectionem etiam adhibent Vaticani codices. ὑποσπόριον quoque pro ὑποσπόριος eadem vitioſè legunt.

[92] ὁ μὲν οὖν] καὶ μὲν οὖν lego cum reliquis exemplaribus, & ante καὶ ἀρχαίας πυρετὸς ἔπειτα addo cum Cornario.

[93] πλεῖστα ἱμάτια] ἱμάτια πολλὰ legunt exemplaria Aldina & Vaticana, quam lectionem ſecuti ſumus cum Interpretibus, quòd iſta ad ſudorem prouocandum exhiberi videantur.

[94] ἕως δ' ἂν ἀφῇ] Hic ἀφιέναι de integra febris dimiſſione aut ceſſatione, non de periodica intermiſſione dicitur, non ſecus ac aph. 46. 47. 48. & 49. lib. 4.

[95] ἢ ὀπὸν σιλφίου] ὀπὸς hic κατ' ἐξοχὴν laſeris aut ſilphii ſuccum indicat, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, ex Galeni expoſitione in Exegeſi.

[96] καὶ ἢν μὴ ὅμοιος] Illud ὅμοιος ad vomitum procurandũ referri videtur, quod tamen omiſit Cornarius. Animaduertendum autem eſt Hippocratem ipſum in quartanæ acceſſione vomitũ prouocare, ad eumq; ciendum medicamentum propinare, cibiſq; vti molliſſimis & acribus. Quod certè in opere Medico ad quartanæ curationem multi non ſine exemplo & cum fœlici ſucceſſu factitant. Verùm diligenter circumſpiciendum eſt, id Hippocratem minimè attentare, vbi quartana ieiunum inuadit, propter vomendi periculum.

[97] ἐπιχέαι ὄξος] Hæc eſt veluti oxymelitis valde aquoſi, forma quædam adumbrata ad ſputum in pleuritide expectorandum.

[98] μέλι ὀλίγον ἐπισταλάζων ψυχρὸν] ψυχρὸν interpretes ad milij cremorem referunt, cùm tamen ad mel inſtillatum referri debere videatur.

[99] οἶνον δὲ οἷος ἔστω ὡς μαλακώτατος] Vinum quodnam molliſſimum dicatur Hippocrati ſcripſimus in noſtra OEconomia.

[100] ὅταν τύχῃ ῥηγματίας ὢν] Exemplaria Aldina vitioſè τύχης legunt, vt & paulò poſt καὶ μὴ πυρετὸς. pro καὶ μὴ πυρετῇ. ῥηγματίας verò quiſnam dicatur Hippocrati in OEconomia noſtra ſcripſimus, hoc expreſſo loco.

[101] κυάμων ἐν ὕδατι διαβρέχων] Faui recentis aqua macerati dilutũ ſæpe propinat Hippocrates, iſtumq; locũ expreſſimus in noſtra OEconomia. Eſt autẽ veluti quedã ὑδρόμελι adumbrata forma.

[102] τοῦτο ἐς ὃ ἂν παρακελεύηται πιεῖν παρεχέσθω] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, quod etſi phraſis ſit inſolẽs, annotare libuit, quanquam τοῦτο malim. Sic poſtea, τοῦτο φαρμακοποσίη, & ſimilis iam antea annotata eſt.

[103] ῥοῦς χυλὸν οἰνώδεα] ῥοῦς vitioſè legunt Aldina exemplaria, & οἰνώδεα omiſit Cornarius.

[104] πτύσῃ τὸ βρύγμα] Hic mihi videtur eſſe locus quem adducit Galenus in Exegeſi, ex lib. 1. de morbis maiore, cum βρύγμα exponit τὸ μετὰ βηχὸς ἀναπτυόμενον. & βρύσσειν τὸ μετὰ βηχὸς ἀναπτύειν, ſcribitq; quibuſdam ſine ρ ſcribi. Ita vt hoc loco βρύγμα aut βύγμα non ſolum tuſſim, verùm etiam quod tuſſi reijcitur ex Galeno ſignificet, & βύσσειν non ſolum tuſſi vexari, ſed per tuſſim reijcere & expuere, vt annotauimus in noſtra OEconomia.

hoc etiam expreſſo loco. Vbi animaduertendum videtur Gal. hic βρώματος aut τὸ βρῶμα legiſſe,& pro βιαστ. βρῶσις,aut ex iſto loco Galeni lectionem eſſe emendandam, & pro βρῶσις βρῶσις & ἀνάπλεως legendum eſſe vt monuimus in noſtra OE onomia.

105 τρὶς τῆς ἡμέρης]Sic quidem legunt exemplaria omnia, δὶς autem legiſſe videtur Cornarius ex ſuperioribus locis, quòd bis tantum die priſanæ ſuccum exhibeat,aut bis tantum die cibum ſumerent antiqui.

106 πινέτω νῆστις τὸ ἀπὸ τοῦ ἐλελισφάκου]τὸ ἀπὸ τοῦ φακοῦ legendum exiſtimo,vt lenticulæ decoctum propinandum ieiuno imperet, quod φάκος Hippocrati dicitur,deinde eius freſum aut pulmentum, quod ἔτνος hic vocat,& φακοῦ ἔτνος dicitur lib.de rat.vict. in morb.ac. Lentis autem decoctum ſæpe in purulentis exhibet, ad detergendum & reſiccandum ſputum. Eadem facultate ſorbitiuncula ex lentis freſo valet,multo pingui admixto, ad faciliorem expectorationem, ſed æſtum cauet, inflammationis metu.Alioqui ἔτνος hîc ſimpliciter leguminis freſi pulmentum ſignificat,non expreſſo legumine ex quo ſorbitiunculam apparari iubeat. Neque video quam vini portionem cum ſaluia intelligat Cornarius.

107 ἰσχνὸν καὶ πνευστιᾷ] Quid ἰσχνὸν hîc ſignificet expoſuimus in noſtra OEconomia,& quid intelligatur per ἐχέδης τῶν σιτίων.

108 ἰσχνὸν αὐτοῦ κνίδης σπέρμα]Sic quidem legunt exemplaria omnia,ſed κνίδης σπέρμα lego cum omnibus Interpretibus,quòd vrticæ ſemen ad pulmonum vitia & orthopnoicos commendet Dioſcorides,thoracemq; expurgare ſcribat.

109 μετὰ δὲ σίνηπι,ἀρτίνης]ἀρτίνης legunt exemplaria Aldina, & aſteriſcum vt vitij notam apponunt.

110 ἢν δὲ μὴ ῥαγῇ ὑπὸ τῆς ἰσχύος] Poſt hæc verba videntur Interpretes addidiſſe, ἐς τὴν κοιλίην,quos etiam ſecuti ſumus. κοιλίην autem ſimpliciter hîc intelligit thoracem ipſum eiuſque capacitatem,vt ſcripſimus in noſtra OEconomia,hoc expreſſo loco. Sic enim poſtea lib.3.eadem in re, ἐς τὸ θώρηκα, quod hic ἐς τὴν κοιλίην dixit.Aphor.autem 38.lib.7.τὴν ἄνω κοιλίην vocat.

41 ἐπιρρυέντα] ὑπορρυέντα legunt exemplaria Vaticana, vt alios illabentes periodice menſes ſignificent.

42 ἀλλ' αἰεὶ βαρυνεῖ κατ' ὀλίγον] Hanc quidem vulgatam lectionem cum Interpretibus ſecutus ſum, hoc quidem ſenſu, vt alij ſubeuntes menſes paulùm grauent, cùm primis duobus menſibus non admodum ſubeant, neque magna copia offendant. Cornarius tamen & Caluus pro ἐπιδιδοῖεν legunt. Vaticana autem exemplaria aliam habent lectionem, ἀλλ' αἰεὶ βαρυνεῖ κατὰ ... τῇ γυναικὶ τοὺς πρώτους μῆνας, ἢ ἐπὶ δύο, ἢ ἐπὶ τρεῖς, μὴ ἰδεῖν ... Quæ lectio valde mihi arridet, hac quidem notione, vt ſubiens ſanguis ſemper grauet, contingatque vt mulier primis duobus aut tribus menſibus non admodùm grauitatem illam percipiat, cùm non tanta ſit copia vt magnam moleſtiam adferat.

43 ἐν ἀλγέει] καὶ ἀλγέει legunt exemplaria Vaticana, & ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην.

44 καὶ τῶν ποδῶν] καὶ τῶν σκελέων legunt exemplaria Vaticana.

45 καὶ μὴ ἐνεχόμενον ᾖ] εἴπω pro ᾖ legunt exemplaria Vaticana.

46 δυνατώτερος ἂν εἴη] δυνατώτερον ἂν legunt exemplaria Vaticana, vt χωλεύειν, quod diſertiſſimis verbis mihi expoſuiſſe videtur Galenus in Exegeſi, cùm ſcribit, χωλεύειν, ἀδύνατον κατά τι τῶν ἄρθρων ποιήσειν, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Quod etiam animaduertit Cordæus.

47 ἢ ἀκρατέα τινὰ τῶν μελέων] Exemplaria Vaticana legunt, ἢ ἀκρασίας τῶν μελέων ἀκρατέα ποιέουσι, quod de extremi alicuius membri ad motionem impotentia intelligitur.

48 μὴ ἐμπυρετώτερα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed μὴ deleo & ἐμπυρετώτερα lego cum Caluo & Cordæo.

49 τῇ τε ἀτόκῳ] τῇ τε ἀτοκωτέρῃ legunt exemplaria Vaticana.

50 καὶ τοῦ σώματος] σπλάγχνου legunt exemplaria Vaticana. Caluus verò vtranque lectionem adhibuit.

51 πολλὰ μεταπλάσσοντα] ἀλλοῖα addunt Vaticana exemplaria.

52 καὶ ἐπὶ τετρίζει] καὶ ἐπὶ ... τετρίζει legunt Vaticana exemplaria.

53 ἀλλ' αὐθις πολλὰ ἐς ἄλλα] πολλὰ ὁδὸν ἐς ἀλλοῖα legunt Vaticana exemplaria, quam lectionem etiam adhibuit Caluus.

54 καὶ ἄλια ἐκφέρεται] ἀλλοῖα legunt exemplaria Vaticana, & Caluus quoque. Nos tamen vtrobique ἀλία potiùs legimus, & de copioſe ac confertim exeuntibus menſtruis intelligimus cum Cordæo.

55 φαλίοι] ἀλίνεται legunt exemplaria Regia manu ſcripta &

Varicana, quam dictionem exponit apud Hippocr. Erotianus, & quædam exemplaria in Exegeſi retinent, vt ſcripſimus etiam in noſtra Oeconomia.

[56] πρὸς τὸ πρῆγμα] πρὸς τὸ πρῆγμα legunt exemplaria Vaticana.

[57] ἢν ἐπιθολῆς ᾖ ἐν τῷ] ἢν ἐπιθολῆς ᾖ, ἢν τῷ, legunt Aldina exemplaria. Vaticana verò, εἰ ἐπιθολῆς, ἢν τῷ.

[58] ἢ μᾶλλον ἐπείγει τὸ στομάχιον] τὸ μάλιστα legunt exemplaria Vaticana & Aldina, quam lectionem etiam habent exemplaria Regia manu ſcripta.

[59] ἢ βραχὺ πίνοντι] βραχὺ pro βραχὺ habent exemplaria Regia manu ſcripta.

[60] ἢ ὁμαλὴς γένηται] Hic ὁμαλὴς γένηται μαλακὸς significare in noſtra Oeconomia ſcripſimus, iſtumque locum expreſſimus.

[61] γίνεται δὲ μάλιστα πῦρ] γίνεται δὲ μάλιστα πυρ legunt exemplaria Vaticana,& πῦρ τὸ ἀνώδυνον.

[62] τὰ ῥηκτικὰ] ἐγχυτὰ addunt Vaticana exemplaria, quam lectionem etiam ſecutus eſt Caluus.

[63] πρὸς τὰ πρόσθεν] πρὸς τὰ πρόσθεν legunt Vaticana exemplaria,vt per ea quæ ſubduntur paulò meliùs habeat, quam lectionem etiam ſecutus eſt Caluus.

[64] ἢ χολώδεα] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra Oeconomia.

[65] καὶ ῥόος γίνεται] ἢ καὶ ῥόος γίνεται legunt exemplaria Vaticana.

[66] αἱ μῆλες δὲ τῆς ἡμέρας] κατὰ μῆλες legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

[67] καὶ ἀπὸ χροιῆς] καὶ ἀπὸ χροιῆς ἴσχει legunt exemplaria Vaticana, quam lectionem ſecutus eſt Caluus.

[68] μέχρι μὲν ὑπερίζ] ὑπερίζει legunt Aldina exemplaria,alia notione,à verbo ἐπείγω quod eſt inſector & inceſſo. ὑπερίζει legunt Vaticana exemplaria.

[69] καὶ δὲ γυναῖκα τὸ πῦρ] Sic legunt Vaticana exemplaria, καὶ δὲ γυναὶ φλέγμα ἔχῃ, ἢ ἢ ὀλιγοπότης, εἰ τὰ ἐπιμήνια χωρέει φλεγματώδεα. Quam etiam lectionem ſecutus videtur Caluus.

[70] ἔξω ἦν] ἔξω ᾖ habent Vaticana exemplaria.

[71] ἢ καὶ ἀπαλλάξῃ τὰ ἐπιμήνια] ἢν καὶ οἱ ἀπαλλάξῃ τὰ ἐπιμήνια legunt exemplaria Vaticana & Aldina.

[72] ῥεῖα ἀπὸ ὀλίγων χρόνων] ῥεῖ ζεῖ ἀπ' ὀλίγων χρόνων πρὸς τὰ πρόσθεν, legunt Vaticana exemplaria, quam lectionem etiam ſecutus eſt Caluus.

[73] ἄρχει ὡς ῥόος οἱ ἄρχει] οἱ ἤρχεθ᾽ legunt exemplaria quædam, vt ſupra.

[74] ἔσται δὲ ἔξω] ἔσται δὲ ἢ ἔξω, legunt Vaticana exemplaria.

[75] ἢ καὶ συστρέφηται] ἢ καὶ ῥόος συστρέφηται legunt Vaticana exemplaria, eamque lectionem ſecuti ſunt Caluus & Cornarius.

[76] τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἔξω] πάντα τὰ αὐτὰ legunt exemplaria Vaticana,quæ ſecutus eſt Caluus.

[77] ὑπὸ ὑστερέα] ὑπὸ ὑστερά legunt exemplaria Vaticana, & vtranque lectionem (pro more) adhibuit Caluus.

[78] οἱ πρὸ ἐπιληψίης τὰ ἐμμήνια] Hic quædam adduntur in exemplaribus Vaticanis, quæ huic loco parum mihi reſpondere videntur,ideóque lubens omitto.

[79] ἀλλ' ἱδρῶτα] Hunc propriè locum mihi reſpexiſſe Galenus videtur, cùm ἱδρῶτα, λεπτὰ, ταπεινὰ, exponit, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, vbi iſtum locum expreſſimus & aperuimus.

[80] ἐπὶ τοῖσιν λευκοῖς] ἐπὶ τοῖσιν λευκοῖς, aut τοῖσιν λευκοῖς legit Cordæus. Sed ea notione quam adhibet, ἐν τοῖσιν λευκοῖσι malim. Nos codicum pluralitatem ſecuti nihil immutauimus, quod ſic quoque ſenſus ſtare poſſit. Iſtum autem locum ſubindicare mihi videtur Galenus Comment.ad aphor.2.lib.4.& 36. lib.5. dum ſcribit Hippocratem lib.1. περὶ γυναικ. ex menſtruis redundantem in corpore humorem, quanam ratione dignoſci poſſit docuiſſe. Aëtius etiam Tetrab.4. lib.4. c.65. hunc locum ex Hippoc. vſurpare videtur ad humoris in corpore dominantis dignotionem.

[81] ἐκπλύναι αὐτίκα] Hunc maxime popularem ſenſum ſecuti ſumus,vt elui lintea nocturna oporteat,vbi per diem & noctem in cinere ſita fuerint aut iacuerint. Cordæus verò αὐτίκα & τοῖσιν legit.

[82] ὅλον τὸ σῶμα ἄριστον] ὅλον legunt exemplaria Vaticana.

[83] ἰητρεύειν δὲ ἢ τὸ σῶματος πρὸς τὸ σωματικῶς] Vaticana & Aldina exemplaria legunt, ἰητρεύειν δὲ τὸ σώματος πρὸς, ἢ καὶ ὑστέρας, ἢ τὸ ἀπὸ [illegible]. Quam lectionem ſecuti videntur Caluus & Cornarius. Quæ lectiones etſi eodem ſpectant, iſta tamen rectam quandam medicationis viam magis indicare videtur.

[84] δέηται γὰρ γίνεται] Hic vulgatam Germanicorum codicum lectionem ſecuti ſumus cum Cordæo, etſi Vaticanos & Aldinos codices ſecuti ſunt Caluus & Cornarius.

[85] ἢ χολώδεα] χολώδεα legunt Vaticana exemplaria.

[86] τὸ σῶμα ἔχωσιν] τὸ σῶμα ἔχωσιν legunt Vaticana exemplaria quæ ſecutus eſt Caluus.

[87] τοῦτο δὲ πίνειν] τοῦτο δὲ πίνειν πῖνε lego cum Cordæo.

[88] λουτροῖσιν ὀλίγοισιν] Hìc certè vitioſi ſunt codices, λουτροῖσιν ὀλίγοισιν, πόνοισι δὲ πολλοῖσι καὶ κούφοισι χρῆσθαι, legendum videtur, quam lectionem ſecutus videtur Caluus. Cornarius iſtud ad ſuperiora retulit, vt velit toroſum illum corporis habitum vſu paucorum balneorum, & multorum leuium laborum comparari. Quem ſenſum ſecutus eſt Cordæus,ſed κούφοις non legit.

[89] κλύζειν τοῖς δὲ ἄνω] Vaticana exemplaria legunt τοῖς ἀπὸ ἄνω &c. vt collutiones ex odoratis & ſuauibus fieri velint, quæ ſuo calore & grato odore cauſam frigidam oppugnant, diſſoluunt, & attenuant, vterorumque oſculum conniuens leuiter diducunt.

[90] ἀπαμελλήσαντα πρὸς ὑστέρην] Neque ſolum os vteri aliò verſum aut detortum genituram ſuſcipere prohibet, ſed etiam efficit vt vterus rectè expurgari non poſſit, vt ſcribitur libro ſecundo περὶ γυναικ. vbi iſtud reperitur, & quod σῶμα ἀποστραμμένον, illic κεκλιμένον ἰσχίον dicitur.

[91] ἀποσπασθήσεται] Etſi conſtare hæc lectio poteſt hoc ſenſu, vt mulier aut obſtetrix quædam digito ſuo immiſſo abſtrahens, os vteri à coxendice auellat aut diſtrahat. Sed ἀποσπασθήσεται aut ἀφελκυσθήσεται legere malim vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, propter conſuetum Hippocr. loquendi modum, cùm ſit ἀφελκύσαι & ἀφαρπάζειν, ἀφέλκειν μετὰ χειρὸς Galeno,immiſſa manu leuiter contrectare & attingere. Hìc autem ἀφέλκειν idem quod ἀποσπάν libro 2. περὶ γυναικ. ſignificat, quod eſt abducere, auocare & abſtrahere os vteri, ἀφέλκειν τὸ στόμα τῆς ὑστέρης dicitur libro περὶ γυναικ. φύσ. & ἕλκειν τὸ στόμα libro 2. περὶ γυναικ. eadem in re. Cornarius autem ἀποσπασθήσεται legiſſe videtur, & ad σῶμα retuliſſe.

[92] οἷον σίαλον ξυμμίσγεται] ξυνὸ σιαλὸν ξυμμίσγεται legunt exemplaria Vaticana,quæ etiam ſecutus eſt Caluus.

[93] ἀφέλκων ὅπως εἰς οἶον] Exemplaria Vaticana addunt, ἡμέρας τέσσαρας καὶ, quod etiam addidit Caluus.

[94] ὡς σύμφορα ᾖ] Hunc locum expoſuimus in noſtra Oeconomia.

[95] μίαν φωνήν] μίαν φωνήν legunt Vaticana exemplaria, quam lectionem etiam ſecutus videtur Caluus.

[96] ὅταν τὰ ὑπὸ τῆς θεραπείης ἔχῃ] μᾶλλον ἔχῃ legunt Vaticana exemplaria, eamque lectionem ſecutus eſt Caluus vt optimam & valde Hippocrati familiarem.

[97] καὶ τὸ ἰσχνὸν] ἰσχνόν δακνώδεα aut φθινώδεα exponitur Galeno in Exegeſi. Hic autem ſignificat firmiorem redditum vteri ſtomachum, à medicamentis mordacibus & calefacientibus abundè deterſum, familiarem vtero reddi, & cum eo cognationem quandam & familiaritatem contrahere, qua ſemen iniectum complectatur & contineat. Sic enim iſtum locum fuſiſſimè videmur in Oeconomia noſtra explicaſſe. Hic autem locus repetitur lib. περὶ γυναικ. φυσ. vbi pro σκληρὸν γένηται σκληρὸν γένηται ſcribitur.

[98] ἢν δὲ σκληρυσμός] Sic legunt exemplaria omnia, iſtamque lectionem agnoſcit Galenus, & σκληρυσμὸς πωρώδης exponit, vt etiam πωρώδης ex hoc loco. Erotianus autem σκιρρώδης legit, καὶ σκιρρώδης, & σκληρυσμός exponit, vt & σκίρρον hîc legit. Sic libro περὶ γυναικ. φυσ. καὶ δὲ σκιρρώδης legitur, & de vteri ore occalleſcente dicitur. Exemplaria vero Vaticana hîc vitioſè πωρώδεα pro πωρώδεα legunt. Videturque hæc lectio ex Galeni expoſitione dimanaſſe, aut fortaſſe ea Galeni expoſitio ex quorundam codicum ſcriptura deſumpta fuiſſe, quod Galenus in quibuſdam codicibus πωρώδεα pro σκιρρώδεα legerit, vnde poſtea ſcriptorum errore in πωρώδεα defluxit. Et Caluus vtranque lectionem pro more adhibuit. Eadem quoque Vaticana exemplaria ἄφευ pro ἄφευ legunt.

[99] οἱ δάκνοντες] ὁ δάκνοντες legunt Aldina exemplaria, Vaticana verò ἀδάκνοντα & λευκὰ pro μυκά. Erotianus verò hunc locum ita legit, ἀδάκνοντα γὰρ καὶ λευκὰ καὶ πωρώδεα ἐόντα, τὸ σκιῤῥον ἀφαιρεῖ. καὶ δὲ λεπτοχυμα, μαλακώτερον ἰδέσθαι. Quam lectionem vitiatam exiſtimamus, & legendum cenſemus, ἀδάκνοντα γὰρ τὰ λευκὰ, ἢ πωρώδεα ἐόντα τὸν σκληρὸν ἀφαιρεῖ, quam lectionem ſecuti ſumus in noſtra Oeconomia. Aut, ἀδάκνοντα γὰρ τὰ λευκὰ καὶ πωρώδεα ἐόντα, vt reſpondeat lectioni libri περὶ γυναικ. φυσ. vt ſcribitur, ἀδάκνοντα γὰρ ὀξέα τὸν σκληρά. Aut Erotiani lectio retinenda eſt, & pro ὀξέα ἀρχὴν legendum. Apparet autem Caluum λευκὰ & μυκὰ legiſſe, cùm vtranque lectionem adhibuerit. Et certè ad ea referuntur quæ

à mol-

à mordacibus & acribus medicamentis appoſitis eliciuntur, & humores tenues & acres qui ab eis eliquantur reſpicit, ἰχῶρας dixit lib. de Natura muliebr.

100 καὶ ἢ δὲ πολλῷ] δὲ παλαιῷ legunt exemplaria Vaticana, quemadmodum etiam legitur libro περὶ γυναικ. φυσ. vbi iſta ſcribuntur, & τῶν ἐπιμηνίων ἐμφανισθέντων legitur, pro μὴ φανερωθέντων quod etiam adſcripſit Cordæus. Verùm χολὴν αὐὴν requirit Hippocr. quod ξύσας χολὴν βοὸς dicitur lib. περὶ γυναικ. φυσ. vt deraſum & aridum fel bubulum oleo dilutum tenui lanugine aut goſſypio exceptum & ſubditum intelligas, quod non ſatis ſua interpretatione expreſſit Cordæus. Pro αὐὴν autem αὐτὴν vitiosè legunt exemplaria Aldina.

101 καὶ χορίου μὴ δέχηται ὁ γονή] Iſtud etiam antea adſcriptum eſt libro περὶ ἀφόρων. Longè vero amplius ſcribitur lib. περὶ ἀφόρων, vbi vteri oſculo obtentam eſſe membranam vult, eiuſque multa adſcribit remedia. Apparet autem ex Caluo quoſdam codices μὴ ἐσχωρῆσαι legere.

102 χρόνῳ ἢ τῷ δακτύλῳ] Etſi hoc modo lectio ſtare poteſt, facilior tamen ſenſus eſt, ſi καὶ τῷ δακτύλῳ legas, vt reſpondeat libro περὶ ἀφόρων. ἀ. ἀλλὰ autē legit Cordæus, cū ἀλλὰ vtrobiq; legatur.

103 ἐν μάλιστα εἰς ὀδύνας ἀφικνέεται] Meliùs, ἐν μάλιστα ἥκει, ὀδύνας ἀφικνέεται.

104 ἀπολαύειν ἢ τὰ χολώδεα ἄκρητα] Conſtat ex Caluo quædam exemplaria legere, ὁ ἀπολαύει ἢ χολώδεα τινὰ ἄκρητα.

105 καὶ τὰ τὸ ἐλθὸν ἄλλον] καὶ ταῦτα ἐλθὸν αὐτῶν ἐν τῷ εἰρημένῳ legunt exemplaria Vaticana, quæ etiam ſecutus eſt Caluus. Cordæus τῷ εἰρημένῳ legit.

106 ὁ τῶν μητρέων ὑμὴν ἐκφέρων] Quid de hoc loco ſentiremus ſcripſimus in noſtra OEconomia, eumque expoſuimus. Lego autem ὅτι μητρέων ὑμένα ἐκφέρει. Confertis enim & condenſatis vteris in ſeque contractis, contingit in eo motu membranas non ſatis propter læuorem adhærescentes excidere, & fœtum perdere. Alia tamen Cordæo mens eſt, ſed cur hanc ſcriptionem ſequeremur illic ſcripſimus, tū quòd mihi propiùs ad veterum lectionem accedere videatur, etſi omnes ſuſpecti ſint. Exemplaria Aldina ſic legunt, καὶ γὰρ λείας ἔωσιν ἔτι ὅτι ἀπεχόντες αὐτὸ ὅτι ἄνευ εἰς ἰσχίδιον τῶν μητρέων ὡς ἐστὶ οἱ ὑμὴν ἐκφέρων. Quam lectionem etiā ex manu ſcripto codice refert Cordæus, etſi prorſus vitiata eſt. Exemplaria autem Vaticana legunt, καὶ γὰρ λείας ἔωσιν, ἔστιν ὅτι οἱ ὑμένες ἀπ' αὐτῶν ἀπέλθωσι, ἐπὴν τὸ παιδίον ἀρχὴ γένηται ἀπεχόντες ὅτι ἄνευ ὡς τίκτει. Quæ certè lectio non magis integra videtur, etſi eam ſecutus eſt Caluus.

107 ἀεὶ ἢ ὁ λεῖον] Vaticana exemplaria hic legunt, ἀεὶ ἢ ὁ ὡς ἢ ὁ ἀλεῖος, nullo ſenſu.

108 οἱ γὰρ αἰδεῖσθαι] Iſtud quidem ad decorum mihi ſpectare videtur, cùm muliebrem verecundiam Hippocrates domi, hoc eſt, intra ſacra Medica ſeptam teneat liberali cuſtodia, eamque vt adultam virginem caſtè tueatur, & ab impudentibus procis & amatoribus, quoad eius fieri poteſt, prohibeat. Ideoque ferè ſemper locorum muliebrium contrectationem & remedia muliercules committit. Quod etiam rectè vidit Cordæus. Vaticana verò exemplaria aliter hæc legunt, οἱ γὰρ ἄγω ἀεὶ ἄλλων γίνεται. Quam lectionem Caluus & Cornarius ſecuti ſunt.

109 καὶ γυναῖκα μὴ ἐπιτυχάνειν] Hic locus vt valde neceſſarius in tota γυναικείων tractatione bis repetitur lib. περὶ ἀφόρων. & ſemel fuſiſſimè lib. περὶ ἀφόρων.

110 καὶ ἐξεξηρασμένας] Vaticana exemplaria ἀναστᾶσας pro ξηρανθεῖσας legunt.

111 ὁ τῶν φύλλων] Foliorum hederæ ſuccum cum Caluo intelligo, ideoq; nihil immuto. Cordæus tamen τῷ φύλλῳ legit, & de ſemine ſilphij intelligit. Verùm de eo κύκλον dici me adhuc legere non memini, cùm eius ſemen ſit foliaceum & latum vt ſcribit Theophraſtus & Galenus, ideoq; φύλλον dicitur.

112 ἐλάσας καὶ οἶδον] οἶδον legunt exemplaria Aldina & Vaticana, quæ etiam ſecutus eſt Caluus, qui & παιδίον legiſſe videtur.

113 ἱμερωθεῖσαι] Hunc locum conceptis verbis mihi ſubindicare videtur Galenus in Exegeſi, cùm ἱμερωθεῖσαι poni ſcribit apud Hippocratem, αἱ τὰ τὸ ἐπιθυμίας τυχοῦσαι, αἱ δὲ ει μιγεῖσαι. vt quæ cum viro congreſſæ veneris appetentiam expleuerint. Quem locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia.

114 καὶ ἐὰν ἐπικρατέῃ] Id mihi de ſeminis commoderatione aut contemperatione non malè ſumi poſſe videtur, quam cùm aſſecutum fuerit, fraternè cum mulieris ſemine conciliatur, germanamq; (aut vterinam vt rectè dixit Cordæus) cum eo ſocietatem init. Poteſt & de ſeminis virilis potentia dici, quod ad permixtionem potentius eſt, & ſuo veluti calore ac ſpiritu alterum contemperat, fouet, & in ſocietatem trahit. Cordæus lectionem immutauit & legit, καὶ ἐὰν ἐπικρατέῃ τινὸς, & de ſeminis vtriuſque inter ſe commoderatione & attemperatione ſumpſit. Nos nihil immutauimus propter perpetuum codicum conſenſum, & παρὰ ὁμιλίησι legimus cum omnibus Interpretibus.

115 καὶ πάνθ᾽ ὅτι] Sic quidem legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, quod diſtentionem per ſe ſignificat, ſiue ad os vterorum, ſiue ad totum corpus referatur, quod in purgatione menſtrua, veluti totum ad fluxionem contentum eſt & comparatum, ideoq; maximè perturbatum, quæ contentio aliquantiſper poſt purgationem manet, in eoque temporis articulo facilior erit conceptio, quòd venæ promptiùs ſemen attrahant. τιταινόμενον legit Cordæus, quam lectionem ex Interpretibus ſumpſiſſe videtur.

116 καὶ ἢ γόνος ὑπορρέει διηνεκὴς] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia, ſiue διηνεκὴς γόνος dicatur genitura continuo curſu aut impetu deſſuens, ſiue quæ à ſuperioribus locis, velut cerebro aut neruis effluit. Priori certè interpretationi conſentiunt exemplaria Vaticana, quæ poſt διηνεκὴς καὶ μὴ λήγῃ legunt, quæ ſecutus eſt Caluus, vt continenter ac iugiter effluentem geniturm indicent. At Erotiano (hoc propriè ſubindicato loco) διηνεκὴς aut διηνεκὴς γόνος αὐτὸ τὸ διηνεκὲς καὶ συνεχὲς ponitur. Eſt autem torrentis epitheton ſæpè Homero vſurpatū. Hic autem locus parum mihi videtur integer & in omnibus codicibus corruptus. Aldina exemplaria legunt, καὶ ἢ γόνος ἀπορρέῃ διηνεκὴς, καὶ μὴ πρὸς ἔχῃ ἔλεγχον, reliqua omnia omittunt. Vaticana verò, καὶ ἢ γόνος ἀπορρέῃ διηνεκὴς, καὶ ἡ γυνὴ ὁ ξυμμίσγεται ἀνατείνῃ τὸ αἰδοῖον, καὶ ἴξις ἐπιδῶσιν.

117 καὶ ἢ ἱερὸς] Lego, ἢ ἰσχνὴ καὶ τὰ ἰσχία πάνυ παρέχηται καὶ μὴ πρὸς ἔχῃ ἔλεγχον, καὶ ἀδυναμίη καὶ ἀψυχίη ἐπέχηται, cùm Caluo & Cornario.

118 καὶ τὰ ἐπιμήνια ἀποχωρῇ αὐτέῃ] Illud αὐτέῃ profluuij menſtrui ſtatam periodum indicat, & de tempore ſingulis menſibus recurrente dicitur, ſicq; in omnibus exemplaribus legitur. Cordæus pro αὐτέῃ αὐτῇ κατὰ μῆνα ἕκαστον legit.

119 ἀποσπᾶσθαι τοῦ αἵματος] Exemplaria Vaticana legunt, καὶ ἀποσπᾶσθαι ἡ αὔξις τοῦ ἐμβρύου καὶ τοῦ αἵματος; quam lectionem etiam ſecutus eſt Caluus.

120 μαλθακωτέρων ἢ τῆ γυναικὸς] Hoc membrum omittit Caluus. Exemplaria verò Vaticana legunt, καὶ αὐτὴ ἡ γυνὴ ὑγιαίνῃ.

121 περιβαίνῃ τὸ ἔλκυσμα] καὶ περιβαίνῃ legunt Aldina exemplaria & Vaticana, quæ ſecuti ſunt Caluus & Cornarius.

122 καὶ καταρρήγνυται] καὶ καταρρήγνυται lego, vt ſit cum impetu in ventrem decidit eumq; præcipitat & deiicit. Exemplaria verò Vaticana ἐς τὴν κοιλίην legunt.

123 καὶ πολλοὶ δὲ ἢ ὅπου ἐστὶν ἔξω legunt exemplaria Vaticana.

124 ἐν κινδύνῳ ἔσται ἀπολελύσθαι] ἀπολελύσθαι pro ἀπολελύσθαι legunt exemplaria Vaticana, vt periclitetur ne tollatur è medio. Eſt enim ἀποφθεῖραι ἀφαιρεῖσθαι, vt & ἀποφθεῖρειν ἀφαιρεῖν exponitur Galeno Com. 3. in lib. 3. Epid.

125 καὶ ἄχθος βάρος] ἄχθος εἶναι ἀεὶ legunt exemplaria Vaticana, quæ lectio videtur eſſe explicatio quædam.

126 ἢ πλύνεται] Hunc locum expreſſimus in noſtra OEconomia. Caluus autem πίνεται pro πλύνεται legiſſe videtur.

127 καὶ ἢν φανερὸν ὅτι ἢ] Nos id cum Cornario & Cordæo ad fœtum retulimus, cùm poſſit etiam ad id quod accidit referri.

128 καὶ ἢν ἑαυτῇ ἀγάγῃ ἢ τὴν] ἀγάγῃ ἢ τὴν ἡ γυνὴ legunt exemplaria Vaticana. Deinde, ὅτι οἱ ἰσχυρῶς ἀνάγκῃ ἀποδεχθῆναι ἐς τὴν κοιλίην. Quam etiam lectionem ſecutus eſt Caluus.

129 ὅτι ἀφροδισίων ἄκουσαι] Hic vulgarem ſenſum cum Interpretibus ſecutus ſum, cùm ei maximè quod ſequitur conuenit, etſi lubenter Cordæi lectionem amplector, vt ἄκουσαι πεπληρωμέναι dicantur prægnantes & grauidatæ, ad eumq; locum Galeni expoſitionem accommodauimus in noſtra OEconomia.

130 καὶ ἀποψυχεῖ αὐτῇ] ἀποψύχει αὐτὴ lego cum Cornario & Cordæo, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

131 καὶ ἢν τὰ ἐπιμήνια χωρέηται χαλεπῶς] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἢ τὰ ἐπιμήνια χωρέηται χαλεπῶς lego cum Cordæo.

132 οἱ γὰρ ἔμετος] ἢ γὰρ lego cum Interpretibus omnibus, etſi in hac ſcriptione conſentiunt exemplaria omnia, eamq; retinuit Caluus, & οἱ γὰρ ἔμετος πάσχουσι χαλεπῶς legit, ex Vaticanis codicibus, quæ lectio ſic quoq; ſtare poteſt.

133 ὅταν ἐπιὼν ἔρεβος τε γένηται] γίνεται αὐτῇ legunt exemplaria Regia manu ſcripta, ſed αὐτὰ ἔχειν μὴ δύνηται legit Cordæus.

134 καὶ ὥσπερ ἐμφυσᾶται] ἐμφυσᾶται legunt exemplaria Vaticana.

135 καὶ τὰ διαιτώματα ὅμοια καὶ εἶναι χρῄζοντα] χρῄζοντα pro χρῄζοντα legunt exemplaria Vaticana, eamque lectionem ſecutus eſt Caluus.

136 ἐκάστοτε ἢ χρόνον μετὰ τῶν ἐπιμηνίων] ἐκάστοτε ἢ χρόνον μεθ' legunt exemplaria Vaticana, quæ ſecutus eſt Caluus.

137 καὶ ἐὰν οἱ φλεγματώδεες ἡ λοχίη ὕδατος χωρέῃ] Exemplaria Vaticana legunt, καὶ ἢν οἱ φλεγματώδεες ἡ λοχίη ὕδατος χωρεῖ ἐλάσσονα τῷ ὑγιεινῷ. Eamq; lectionem ſecutus eſt Caluus.

138 καὶ συνιδεῖν ἐξ ἀρχῆς ἢν ὑγιαίνῃ] μίχθεις αὖ ὑγιαίνῃ legunt exemplaria Vaticana.

139 χαλεπὸν γὰρ τοῦτο ἔργον τόσημα] τὸ νόσημα legunt Vaticana exemplaria.

140 ὅτι δεῖ ἰᾶσθαι ξυντιθέμενον] ὅτι πολλαὶ ξυντιθέμενον legunt exemplaria Vaticana.

141 καὶ οἱ τὰ καταμήνια τὰ ὑδατώδεα χωρεῖ] καὶ ᾗ τὰ καταμήνια legunt exemplaria Vaticana, eamque lectionem ſecuti ſumus cum Interpretibus omnibus.

142 τὴν κοιλίην] Id de vteri cauitate interna mihi accipi videtur, cùm vterus ſua cauitate plus æquo ſit inanis & vacuus, cúq; ſenſum ſecutus ſum cum Cordæo, cùm cæteri Interpretes mihi ſic legiſſe videantur, καὶ ἅπτεται μήτρας κενωτέρης καὶ τῆς κοιλίης τῆς χαμαὶ οὔσης.

143 καὶ πνῖγα ποιεῖ] πνιγεῖ legunt Vaticana exemplaria, eamque lectionem ſecuti ſunt Caluus & Cornarius.

144 ἐπιλαμβάνουσα γὰρ] ἐπιλαμβάνῃ aut ἐπιλαμβάνει legunt Interpretes. Caluus verò pro τὸ δέρμα ἐπιλαμβάνει legit. Eadem autem phraſi vſus eſt antea, de vteris ſcribens, ἐπιλαμβάνουσα τὸ δέρμα τὸ ἀμφὶ τὴν κοιλίην.

145 ἢν πνεῦμα ἴσχῃ τὰς μήτρας πνιγῇ] Sic legunt exemplaria omnia quæ nobis videre licuit, mihi tamen admodū ſuſpecta lectione. Cornarius & Cordæus legunt, ἢν πνεῦμα κινῆται τὰς μήτρας πνιγῇ. Verùm non parum ſuſpecta eſt hæc phraſis, τὰς μήτρας πνιγῇ. Hanc tamen lectionem ſecutus ſum, quòd is mihi ſenſus eſſe videatur, eadem perpeti mulierem quæ ſupra commemorata ſunt in vteri ſuffocatione, vacua muliere & minimè grauida. Ideoq; ἐρῆμοι τὰς μήτρας dici poſſe videtur ea mulier quæ vterū laxatum habet, aut vacuū, & effuſum, hoc eſt, minimè plenum. Sunt qui legant, ἢν πνεῦμα ἴσχῃ τὰς μήτρας πνιγῇ, ſed ἢν πνεῦμα malim. Caluus verò legiſſe videtur, ἢν πνεῦμα ἡ φύσις τὰς μήτρας πνιγῇ, etſi ἐρῆμοι etiam retinuit & vtramq; lectionem adhibuit. Vnde etiam legi poſſe exiſtimo, ἢν πνεῦμα ἡ φύσις τὰς μήτρας πνιγῇ, aut πνιγῇ, hoc ſenſu, eadem huic accidere omnia quæ commemorata ſunt, vbi mulier ex flatu ſtrangulatum vteri perpetiatur, aut perpeſſa ſit.

146 ἄλλην τὴν ἰκμάδα ἐλκύσαι] ἀλλ᾽ ἢν τὴν ἰκμάδα ἐλκύσαι legiſſe videntur Cornarius & Caluus. ἐᾶν pro ἄλλην legunt exemplaria Regia manu ſcripta quod ex ἐᾶν corruptum exiſtimo.

147 λειώσας τὸ ἔμβρυον] λαβοῦσα τὸ ἔμβρυον videtur legiſſe Cornarius.

148 χαλεπὸν δὲ καὶ ἢν ἄνω πόδας χωρέῃ] χαλεπώτερος δὲ legunt exemplaria Vaticana.

149 ὃ δειλαίνει δὲ] ὃ δὴ χλιαίνει δὲ legunt exemplaria Vaticana.

150 ὑπολύεσθαι] Hunc locum ſubindicat Galenus in Exegeſi, cùm ὑπολύεσθαι ὑποσπᾶν & ὑποψῆν exponit, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

151 ἐπὶ κοιλίην εἰμαιτώδεα εἶναι] εἶναι pro εἶναι legunt Aldina exemplaria. At Vaticana exēplaria ἰσχνά legunt, longè alia notione, & ad id quod ſequitur referre videntur, quòd mulier debilior reddatur, quia ſanguis imminuatur, & venter ſanguinis copia inferior ſit ac ſuperetur.

152 καὶ ἢν πιέζονται ὑστέρα ξυμπιπτούσῃ] Iſta priùs etiam ſcripta ſunt περὶ ξυναικείων ους.

153 ὑστέρα ξυνίλλει] ξυνιλλοῦται legit Caluus.

154 αἱ οἱ συμφορέῃ] αἱ οἱ συμφορέειν legunt exemplaria Vaticana. Caluus hanc etiam lectionem ſecutus videtur.

155 καὶ τοῦτο ὑποθυμιῆν] Sic legunt exemplaria omnia, quamuis repeti videatur & ſuperfluum eſſe. Sed id ſolenne eſt huic authori, & Ionibus omnibus, vt ſæpe plurima bis dicant aut repetant. Significat autem ex his ſuffitum parari debere.

156 ἢν παιδίου ἀφθῇ τὰ αἰδοῖα] Iſtud iam antea eodem modo ſcriptum eſt lib. de Natura Mulieb. vbi etiam παιδιόου legimus cum Cornario, vt puerperam intelligas cui à puerili enixu naturalia ſuperficiario vlcere aphthis ſimili vlcerata ſint. Cordæus παιδίου legit.

157 ὡς ἢν δὲ ὑχὼρ ὡς χρὴ] Hic ὑχὼρ vocat, quem ὕδρωπα αἱματώδεα dixit, & ἰχῶρα ſimpliciter, aut ἰχῶρα αἱματώδεα, lib. de Nat. pueri, in Coac. Prænotionibus τὰ ὑδατώδεα. Vulgus aquas non malè aquoſam iſtam proluuiem appellat. Caluus autem μᾶλλον δὲ, μὴ ἴῃ legiſſe videtur ex Vaticanis membranis.

158 ὡς μὴ ἐν τούτῳ] ἐν πίῳ pro ἐν τούτῳ legiſſe videtur Cornarius.

159 καὶ οἰδεῖ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vt prior tumor, de intumeſcentibus circa pudenda locis ſumatur, hic verò de intumeſcente toto corpore à fluxione per totum ſparſa intelligatur, Cordæus verò οἰδεῖ legit.

160 καὶ εἰ ἰδίω τις βρέχων] Poſt βρέχων αἰθερίῳ addunt Vaticana exemplaria.

161 ὅτι γὰρ τούτων τι δὲ] ἢν γὰρ lego cum reliquis exemplaribus & Interpretibus.

162 ἔπειτα ἡμέρας πέμπτης ἢ ἑβδόμης] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & ad ſuperiora referunt. Cordæus verò ad præcedentia retulit & legit, καὶ συμμίσγειν ἡμέρας πέμπτης ἢ ἑβδόμης, etſi ſua expoſitione vulgatam lectionem ſequitur.

163 καὶ τὰ λοχεῖα οἱ κρύψεται] κρυφθῇ legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

164 καὶ ἐπὶ τούτοισι καὶ ποιεῖ] μᾶλλον καὶ ἐπὶ τούτοισι legunt exemplaria Vaticana.

165 ὁ διαδοῦσα] μὴ διαδοῦναι legunt exemplaria Vaticana, quæ lectio non omnino mihi improbanda videtur.

166 ἀκέων εἰς ἀγαθὸν] ἀναισθήτως legunt exemplaria Vaticana, eaque ſecutus eſt Caluus.

167 μάλιστα τὴν κοιλίην ἐπιλαμβάνει] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Vaticana autem habent, μάλιστα δὲ τὴν κοιλίην φυλάσσω ἐπιλαμβάνειν. Nos cum Interpretibus legimus, ἐς μάλιστα τὴν κοιλίην ἐπιλαμβάνειν.

168 ἢν ἀμφοῖ μαλθάσσηται] ἀμφοῖ pro ἀμφοῖν legunt exemplaria Vaticana, quam dictionem expoſuimus in noſtra OEconomia.

169 καὶ λαμψίχονται] Lib. de Nat. mul. vbi iſta repetuntur. λαμψυχίη ſcribitur.

170 καὶ ὑδέων τοῦ μαλθάσσειν] συγχέονται legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

171 καὶ τὴν πίσσαν τὴν ἑφθὴν] Hæc pix cum aromatibus cocta πίσσα εὐώδης dicitur, quemadmodum poſtea lib. 2. eadem in re πίσσαν εὐώδεα adhibet.

172 μὴ δὲ τοῦτο ἐξαλειπτέον] ἐξαλείψει legunt exemplaria Vaticana.

173 καὶ κόκκους διπλέας]Exemplaria Vaticana legunt, καὶ κόκκους δύο ἐκλέξας ἢ δύο πέντε, quæ ſecutus videtur Caluus.

174 καὶ ἐπιπλέξας περὶ πτερόν] Id mihi perinde ſignificare videtur, quod aliàs ſcribitur, εἰλήσας περὶ πτερὸν ποιέειν, vt circum pennam inuolutum aut obductum medicamentum glandis forma ſubdatur, quod eſt in tota muliebrium tractatione admodum familiare. ἐπιπτέρωσιν autem Cordæus legit, & pinnatum peſſarium dicit.

175 τοῖς δὲ ἐν ἀρχῇ ἡμέρας] τρεῖς δὲ ἐν ἀρχῇ ἡμέρας legunt Vaticana exemplaria, eaq; ſecutus eſt Caluus. τρίβουσα autem lego, vt ἐγχέουσα. Cornarius autem μέλαν τὸ κώνειον legiſſe videtur, & Galeni expoſitionem in Exegeſi adhibuiſſe, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. μελάνθιον tamen legunt quotquot videre licuit exemplaria, etſi aliàs melanthium Cyprium ab Hippoc. vſurpari non memini.

176 ἐν τῷ σώματι] σώματι legit Caluus, & pro ἐν ὀλίγῳ ἀπέφθου legunt exemplaria Vaticana.

177 καὶ πρὸς τὸν αἰθέρα] ὡς πρὸς τὸν αἰθέρα legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

178 πρὸς τὸ ἔργον] πρὸς τὰ ἔργα legunt exemplaria Vaticana, vt apparet ex Caluo, ſed vitioſè.

179 κόκκινόν τι] κόκκινόν τι legunt Aldina exemplaria & Vaticana quemadmodum etiam Galenus in Exegeſi. Neq; enim dubium eſt quin hunc locum exprimat cùm κόκκινον exponit κόκκον τὸν βαφικὸν ὀνομαζόμενον, ἢ τὸ κνίδιον. Ideoq; granum diximus, ſiue coccū infectorium, ſiue eius fruticem intelligas, quem κόκκον ſimpliciter videtur appellare Dioſcorides, ſiue granum veteribus dictum, quod in Cilicia in quercubus naſcebatur, etiam tingendo vſurpatum. κόκκος etiam Dioſcoridi vocatum, ſiue etiam punici acinum aut granum accipias, quod tamen parum huic inſtituto conuenit. Cordæus coccum cnidium & thymeleæ granum accipit, cùm tamen refragetur Galenus.

180 ὕδωρ δὲ ἐπιτύχοι] τινὶ δὲ ἐπιτύχοι lego cum Cordæo, vt ſit phraſis popularis & vernacula. Interpretes verò ὕδωρ δὲ ἀγγεῖον ἀφεῖσι legunt.

181 ἐν δὲ γλυκείῃ] οἴνου δὲ γλυκείου legunt exemplaria Vaticana.

182 οἶνον δὲ δᾳδὸς] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quę phraſis medicamentum ex tæda confectum ſignificat. Cordæus vinum tædaceum intelligit.

183 ἐν δὲ οἴνῳ ἐμβαλέσθαι] Illud membrum omiſit Caluus.

184 καὶ σαυλάζει] Hanc dictionem iſtumq; locum expoſuimus & expreſſimus in noſtra OEconomia.

185 ἔπειτα πρὸς ἡμέραν] ἡμερέων ἀφαιρέονται legunt exemplaria Vaticana.

186 χολῶν] χολῶν legit Caluus & bilis vomitionem refert, contra omnium codicum fidem.

187 ἄφορος δὲ ἡ γυνὴ] Hic ἄφορον γυνὴν dici qui mulierem infœcundum

dam reddit mihi non abſonum videtur, ideoq; hîc interpretes ſecutus ſum, ἄφορον intolerabilem ſumit Cordæus.

188 γνώμα εἴ ἐστι] αὔξεται legunt exemplaria Regia manu ſcripta quædam, vt & Vaticana etiam vt patet ex Caluo, qui hanc lectionem etiam adhibuit. Similis etiam paulò poſt de vteri vlceribus præceptio adhibetur, vbi de vteri vlceribus in vniuerſum agitur, hîc verò de vteri vlceribus in partu.

189 καὶ ἰδέην] ἰδέην ἰδέαν ex hoc loco mihi videntur exponere Erotianus & Heſychius.

190 τότων δὲ χωρὶς] Sic legunt exemplaria omnia hoc ſenſu, vt horum quidem hæc occaſio, aut interdum quidem ipſi optima ſit. Sed ὅτι δεῖ lego cum Interpretibus.

191 καὶ βδελύξεται σιτίων] Iſtud cum ciborum faſtidio coniunctũ, de eorum execratione mihi dici videtur, etſi de rerum omnium odio & auerſatione dici poteſt.

192 ξυμβάλλει τὰ τῆς καθάρσιος ἀπολαμβανομένης] ξυμβάλλοντος lego, vt ad τὰ χείλεα referatur, ſicque legiſſe Cornarium apparet, ἀπολαμβανομένης autem legit Cordæus interceptam purgationem & retentam.

193 ἢν αἱ ὁμαλῶς ὧσι τὰ ἕλκεα] Hanc lectionem expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia ex Galeno & Erotiano, vbi admonuimus pro ἰμυκώδη, ἰμυλώδη etiam Galenum & Erotianũ legiſſe. Poteſt verò hîc dici ex Galeni expoſitione in Exegeſi, vlcera non flacceſcerent, aut fungoſa & mucoſa carne coaleſcerent, aut humore mucoſa & fungis ſimili madeſcerent, propter id quod ſequitur. καὶ μυχώδεα ἀγαλίνεται. Eſt autem totus hic locus perobſcurus, & non leuiter mihi ſuſpectus.

194 οἱ φαιροὶ] Hæc verba, vt & totus locus, non parum mihi ſuſpecta ſunt, ideoq; ea mihi prætermiſiſſe videtur Cornarius. ὁμόχροοι autem χωρίον dici videtur, velut in Prognoſtico, locus æquabilis, & continuitatem æquabilem habens, vnius & eiuſdem coloris dixit Celſus.

195 ἔσεχεται δὲ τοῦ [illegible]] ὁ γυνὴ addunt exemplaria Vaticana, quæ etiã ſecutus videtur Cornarius, qui iſtud pro exemplo quodam apponit, velut etiam Cordæus. Nos tamen cum Caluo huic ſuperiori mulieri adhibemus, & αἱ μῆτραι ἐν ξυνεστραμμέναι legimus cum Interpretibus omnibus.

196 ἢν ξυνιστάμενα] ἢν αἱ ξυνιστάμενα legunt Vaticana exemplaria.

197 αἱ δὲ μὴ [illegible]] Mirum in modum ſunt hîc vitiata exemplaria Aldina, ideoq; aſteriſcum apponunt.

198 ἐξαιτης γίνεται] Hanc dictionem expoſuimus in noſtra OEconomia, quam hîc omiſiſſe videtur Caluus.

199 ἢ τὰ [illegible]] Vitioſa ſunt Aldina exemplaria, quæ ὁ pro ἢ legunt. Intelligenda autem hîc ea ſunt quæ ſcribuntur libello περὶ παρθενίων potiùs quàm quæ dicta ſunt de virginibus hoc libro antea.

200 ἀφύνοις γίνεται] ἀφύνοις ἔσται legunt exemplaria Vaticana.

201 ἀφ' ἄλλο [illegible]] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Sed τρέπεται lego, Vaticana verò exemplaria [illegible].

202 τὸ ἄλλο [illegible]] [illegible] pro [illegible] legunt Interpretes omnes quos ſecutus ſum, vt & αὐτῶν pro αὐτοῖ, ad τὰ [illegible] referentes.

203 καὶ ἀλλοφρονέει] Iſtum locum mihi ſubindicare videtur Galenus in Exegeſi in dictione ἀλλοφρονεῖ cùm ſcribit, [illegible] ὡς ἄλλο φρονεῖν [illegible] τῶν ὄντων, qui aliud ſentit quàm res exiſtat. Quem locum in OEconomia noſtra expreſſimus & expoſuimus.

204 λοῦ ἐς τίνε ῥόος λαμβάνει] Hæc eadem prius ſcripta ſunt libro de Natura muliebri, vbi pro ῥόος quædam exemplaria [illegible] legunt ex hoc libro poſtea, vbi hæc eadem remedia repetuntur. Quæ ſatis indicant iſta dici de alui profluuio. Libro etiam de Natur. muliebri, καὶ τὰ [illegible] ἐν γαστρὶ μὴ [illegible] legitur, quam lectionem ſecuti ſumus cum Interpretibus.

205 οἴνῳ δὶς ἐν μέλανι χρῆσθαι] οἴνῳ δὶς [illegible] legunt exemplaria Vaticana. οἴνῳ δὶς μέλανι legitur libro de Natura muliebr. & poſtea, vbi etiam [illegible] additur.

206 ἢν δὲ αἷμα ἐκ τίνος] Hæc etiam prius ſcripta ſunt lib. de Nat. mulieb. & poſtea repetuntur.

207 λοῦ δὲ θρομβώδεα] Hîc veteres Interpretes ſecutus ſum & de puerperiis in grumos collectis ac concretis locũ accipio, etſi Cordæus de vtero contumeſcente & intumeſcente intelligit. Verùm Hippocratis phraſis non parum mihi repugnare videtur, cùm ferè ſemper ὑστέρας μήτρας vteros vocet. λοῦ θρομβώδεες αἱ μῆτραι aut ὑστέραι dixiſſet, velut libro de Natura muliebri, & libro ſecundo περὶ [illegible]. Ad hæc accedit quòd exẽplaria Vaticana ſuperiore capite pro indicatura addere videntur, τῶν λοχείων aut [illegible], vt ſatis patet ex Caluo.

208 καὶ τὰ ἄγρια] Hæc mihi de porris tum ſatiuis, tum ſylueſtribus intelligi videntur, cum Cordæo. Cornarius & Caluus de quibuſuis agreſtibus & ſatiuis oleribus ſumpſerunt.

209 καὶ ἔλαιον [illegible]] Iſtud addunt exemplaria omnia, & ab omnibus Interpretibus eſt expreſſum, vt etiam adſcribitur lib. de Nat. mulieb. vbi iſta repetuntur. Cordæus tamen ſua interpretatione præteriit.

210 ἢν δὲ γίνεται τὸ χωρίον ἑλκωθῇ] [illegible] legunt exemplaria Vaticana.

211 ὁ ὁμαλώτερον] Sic quidem ferè omnia legunt exemplaria, quædam etiam ὁμαλώτερος, quod malim.

212 αἱ μῆτραι τὸ [illegible]] τὸ ὕστερον legunt exemplaria Vaticana. Deinde [illegible] pro [illegible] lego, cum Interpretibus omnibus.

213 λοῦ μὴ εὐρύστομοι αἱ μῆτραι] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Caluus tamen καὶ εὐρύστομοι αἱ μῆτραι ἔωσι legit, vt velit etiam amplo vteri oſculo exiſtente pauciorem procedere purgationem.

214 καὶ στροφὴ ἴσει [illegible]] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vbi ἴσει Ionicè pro εἰ eſt poſitum, vt aliàs apud Hippocratem, quod etiam apud Homerum annotauit Euſtathius.

215 λοῦ ἐς τίνε ὁ μήτρη ἑλκωθῇ] Hoc idem ferè medicamentum adhibet ori vteri exulcerato in peſſo, libro de Natura muliebri.

216 λοῦ δὲ ἑλκωθῇ τὸ σῶμα] Hæc eadem repetuntur lib. de Natur. muliebri.

217 καὶ [illegible]] [illegible] legunt Vaticana exemplaria, & Caluus vtramque lectionem adſcripſit.

218 ὁ [illegible] τὰ φύλλα] Hoc idem remedium ſcribitur iiſdem verbis lib de Nat. muliebri.

219 ὁ λίνου σπέρμα] ὁ σελίνου σπέρμα legiſſe videtur Cornarius. λίνου tamen legunt exemplaria omnia.

220 λοῦ μὴ [illegible]] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed [illegible] lego cum interpretibus omnibus.

221 [illegible] τὰ φύλλα.] Poſt hæc verba addunt Vaticana exemplaria καὶ [illegible], καὶ [illegible], ἢ τὰ φύλλα.

222 καὶ [illegible]] Hanc dictionem, hoc etiam expreſſo loco, ex Erotiano expoſuimus in noſtra OEconomia.

223 τὸ [illegible]] Sic quidem lego cum interpretibus, vt aquã in qua farina craſſior decocta fuerit intelligas. [illegible] tamen legunt exemplaria Regia manu ſcripta & Vaticana ex Caluo qui vtramque lectionem appoſuit, quam etiam lectionem habent Aldina exemplaria.

224 ἀφ' ὧν ἄρτος] ἀφ' ὧν ἄρτος lego cum exemplaribus manu ſcriptis Regiis Aldinis, & Vaticanis, ac Cornario. Intelligo autem farinam ex qua panis conficitur, aut veluti panem comminutum & contritum, velutq; in farinam redactum, quale eſt iuſculum ex pane eloto, aut qualis panatella dicta, præcipuè craſſior qui cibus fluenti aluo accommodatus eſſe videtur, panem ex hordeo dixit Cordæus, ſed qua ratione non video. Caluus verò [illegible] legiſſe videtur, cùm panem non ſolitum vertat.

225 [illegible] λεκίθῳ φακῶν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, præter Vaticana, quæ λεκίθῳ φακοῦ habent. Sed λεκίθῳ φακοῦ legunt Cornarius & Caluus, etſi diuerſa interpretatione. Vult autem Cornarius farinam lentium inſpergi malorum punicorum ſucco vinoſo. Verum nos in noſtra OEconomia λεκίθῳ φακοῦ legimus, & malorum punicorum vinoſorum ſuccum lentium lomento aſpergi voluimus, quæ lectio magis ad codicum noſtrorum lectionem accedit. Eadem tamen vis eſt medicaměti, ſiue granatorum ſucco lentium lomentum, ſiue lentium lomento ſuccum ipſum inſpergas. Ad Vaticani tamen codicis lectionem (ſi λεκίθῳ φακοῦ legas) magis accedit Exegeſeos Galeni explicatio, vt hunc ipſum locum ab eo ſubnotatum indubitanter exiſtimem.

226 καὶ [illegible]] Sic quidem legunt exemplaria omnia, [illegible] tamen malim.

227 καὶ [illegible]] [illegible] legunt exemplaria Vaticana, & [illegible] pro [illegible]. Vinum autem Pramnium quodnam ſit expoſuimus in noſtra OEconomia ex Galeno.

228 [illegible] τὰ ἄλφιτα] [illegible] pro τὰ ἄλφιτα legunt exemplaria Vaticana.

229 ἔστι μὴ [illegible]] Sic quidem legunt exemplaria omnia, [illegible] tamẽ habent exemplaria Regia manu ſcripta. Caluus [illegible] aut [illegible] legiſſe videtur, ex quo magna eſt ſuſpicio [illegible] ſcriptum fuiſſe, quod legiſſe Galenum apparet, qui [illegible] pro [illegible] apud Hippocratem poſitum commemorat in Exegeſi, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi quid de hoc loco ſentiremus aperuimus, eumq; valde nobis eſſe ſuſpectum admonuimus. Cæterùm ſiue [illegible] ſumatur notione actiua, vel paſſiua,

ſiue ἰνῶσαι ſcribatur pro κενοῦσθαι) cibum leuem eſſe vult, qui totus in corpus ad reficiendas vires diſtribuatur, neque ventriculum grauando aluum vacuet, aut vacuetur, quæ vt antea, nunc etiam imbecillis viribus, fluida maximè ſuſpecta eſt.

230 τρίμμα δ' ὁ μελάν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & Caluus quoque, qui λεχοῦς τρίμματα legiſſe videtur ex codicibus Vaticanis, quemadmodum legunt exemplaria Regia manu ſcripta. Sed τρίμματα lego cum Cornario ex lib. de Natur. mulieb. vbi iſta repetuntur.

231 καὶ ἀναφορήξαι ὄζει καὶ ἐλαίῳ] ὄζει ὁ οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ legiſſe videtur Caluus.

232 ὡς οἷον στέαρ ὄφιος] Lib. de Nat. mulieb. ſcribitur, ἰδρῶν ἴσα ἢ οἷον ἐκ τοῦ ὄφιος. Iſtumque locum expoſuimus in noſtra OEconomia.

233 ἐγκαθιζομένη] ἐγκαθίζεσθαι cum omnibus Interpretibus lego.

234 γίνεται δὲ] Sic legunt exemplaria omnia, Caluus tamen γίνεται legiſſe videtur, quem ſequimur cum Cordæo. Cornarius πίνεται δὲ legit.

235 ἢν δὲ ἀφεψλεγμαίνῃ] πνευματώδεις legunt exemplaria Vaticana.

236 ἢν δὲ πίσχωσι] Ex hoc loco lib. de Nat. mulieb. vbi iſta repetuntur, πίσχωσι aut πιέζωσι legimus, cùm illic πιέζωσι legatur. Illic etiam pro origano mentham poſuit. Et quod hîc ſcribitur ἐλλείπει ποιεῖσθαι, illic his verbis exponitur, ἑλκέτω πρὸς ἀτμίδα ἐς τὸ ſτόμα, καὶ τὰς ῥῖνας προσίσχων, quod eſt, admoto ori & naribus medicamento odorem attrahere. Vaticana autem exemplaria pro καὶ ὀζεῖ, ὀζεῖ legunt.

237 καὶ πρὸ λιπαζέσθω ἐσθιέτω] ἐσθιέτω lego, & ἀφθὸν ἄρτον, pro λευκὸν ex lib. de Nat. mulIebr. quam etiam lectionem ſecutus videtur Caluus, ſiue ex mercurialis ſucco, ſiue decocto, coctam farinam ſorbendam intelligat.

238 καὶ ἢν ἡ γαστὴρ φλεγμαίνῃ] ἐφλεγμαίνεται pro φλεγμαίνῃ legunt exemplaria Vaticana ex lib. de Nat. mulieb.

239 καὶ ἔστιν ὅτε κυκεῶνα] κυκεῶνα ταράξαι exponit Erotianus, hunc locum ſubnotans, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. Vel igitur confuſum aut permixtum cum membranis ſanguinem intelligas licet, vt omnia inter ſe conturbentur, vel trumboſum quandoque ſanguinem & craſſum, veluti pituita concretum efferri, quòd κυκεῶν ὁ παχὺς καὶ θρόμβος εἶναι ἀπὸ τοῦ μελανος. Exemplaria autem Regia manu ſcripta, κυκᾶται vitioſè pro κυκᾶται legunt, quæ videtur eſſe huius verbi κυκεῶνος explicatio, hoc eſt, permiſcentur, confunduntur.

240 καὶ εἰ δ' αὖθις τι ῥέοι] Hæc longè apertiùs leguntur lib. de Nat. muliebri, vbi eadem repetuntur.

241 τὰ ἀμφίδια] Hanc dictionem ex Galeno & Erotiano expoſuimus in noſtra OEconomia, hoc expreſſo loco.

242 στόμα δὲ ἐρχέσθω ἑλκοῦσθαι] Hanc quidem lectionem cum omnibus Interpretibus ſecutus ſum, & omnibus exemplaribus, quòd hic ſummas vteri oſculi ac pudendi oras exulceratas eſſe conſtet, hicq; fluxionis quæ ſua acrimonia exulcerat, curatio tantùm videatur reſtitui. Secus verò ſcribitur lib. de Natur. mulieb. cùm duplicis fluxionis ratio illic habeatur. Ideoque adſcribitur, ἢν δὲ ἑλκῶται προσφέρειν, ὡς σύμφορα, ἢν μὴ τὰ αἰδοῖα ἑλκωμένα ᾖ. Quæ certè cauſam ipſam morbi & fluxionis oppugnant, hic verò humoris fluentis ratio initur. Scio tamen aliam eſſe Cordæo mentem, qui negationem ex lib. de Nat. muliebr. adſcripſit.

243 λίνου σπέρμα] Sic etiam ſcribitur lib. de Nat. mulieb. Cornarius tamen σελίνου σπέρμα, vt ſæpe aliàs legit.

244 τὰ ἕψω τῇ τρυγί] Hæc phraſis medicamentum quod ex fœce comparatur, aut ex fœce decoctum indicare videtur. Vinum quoque cum fœce etiam indicat, cùm eius proximè facta ſit mentio. Lib. de Natur. mulieb. ἢ χυλὸν τῆς ἐλαίης ad collutionem adhibet.

245 κλύσαι πρὶν] πρὶν omiſit Cornarius, vt & quod poſtea ſequitur, ἢν δὲ ἑλκώδεας ἔωσι.

246 ἢν δὲ κοιλανθῇ] Hæc eadem repetuntur lib. de Natur. mul. ſed hîc meliùs leguntur. Adducitur etiam hic locus Galeno Comment. ad aphor. 45. lib. 5. qui ex hoc loco totus pendere videtur.

247 ἐλλείπει ἰδέσθαι] Lib. de Natur. mulieb. μύξαι ἔρχονται ſcribitur, quæ videtur eſſe iſtius dictionis explicatio, velut adſcripſimus etiam, in noſtra Oeconomia.

248 ἀπὸ τῆς ἐλαιώδους] τῷ ἀπὸ τῆς ἐλαιώδους legunt Vaticana exemplaria, vt lib. de Nat. mulieb. ἐς οὖν pro ἐς οὐ.

249 καὶ κλύζειν τῷ ἕψω τῷ ἴξῳ] Hæc phraſis aliud decoctum vſurpandum indicat, forteque idem ipſum ex lauro, ſed cui æqua pars aceti admiſceatur ad vehementiorem deterſionem, præſertim cùm lib. de Nat. mulieb. poſt ſubdititiorũ appoſitionem, in collutionibus parem aceti quantitatem admiſceat.

250 καὶ σφήνωσαι] Hanc dictionem iſtumq; locum expoſuimus in noſtra Oeconomia, cùm ſic legant exemplaria omnia. At certè videntur intelligi lanea quædam femoralia tegumenta noſtris Calçonibus non abſimilia, ad arcendum frigus idonea. Sed certè ῥήνεας exiſtimo hic Galenum legiſſe, & ἀρνακίδας expoſuiſſe, vt intelligamus pelles agninas cum villis, ex quibus femorum tegumenta illa confici voluerit, velut lib. περὶ παρθενίων. ἀρνακίδας ventri ad frigus arcendum, & fumum in ſuffitu continendum, virgunculis admoueri iubet. Neq; enim video cuinam loco aptiùs hæc dictio accommodari poſſit aut debeat. Alioqui non dubium eſt quin ſi σφήνωσαι ſcripſiſſet Hippocrates, dictionis illius expoſitionem Erotianum aut Galenum adſcripturum fuiſſe.

251 καὶ οἱ μαζοὶ σκληροὶ] καὶ οἱ μαζοὶ σκληροὶ, καὶ ἀλγέοντες γίνονται legunt Cornarius & Cordæus, quos ſecutus ſum noſtra interpretatione, niſi quòd pro σκληροὶ, ξηροὶ lubentiùs lego ex libr. de Natura mulieb. vbi iſta repetuntur, ex quo etiam καὶ τὸ ἄγαν πονηρὸς ἔχει etiam lego cum Cordæo.

252 ὁ χρόνος πλείων γίνεται] πλείων γίνεται lego ex libr. de Natura muliebri.

253 καὶ μεταξὺ ἡμέρας] μεταξὺ δὲ ἡμέρας ſcribitur lib. de Nat. muliebri, vt diem vnum interpoſitum velit, aut de die hoc remedium vſurpari.

254 καὶ πολυποδίῳ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & equidem miror Interpretes lectionem iſtam eſſe ſecutos, cùm nihil æquè officiat ac multa potio. πολυπίειν igitur lego ex lib. de Nat. mulieb.

255 καὶ χρίμφθῃ ἰκέλῳ] Hæc verba non parùm mihi ſuſpecta ſunt, tum quòd vitioſè leguntur in codicibus Aldinis & aſteriſco notantur, tum quòd etiam lib. de Nat. mulieb. vbi iſta repetuntur, non adſcribuntur, vt neq; ea legiſſe videtur Caluus ex membranis Vaticanis.

256 ἢν δὲ περὶ τῶν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & ſenſus rectè quidem conſtare poteſt, vt etiam ſi fœtus moueatur, & motione robuſtus eſſe indicetur, ad hæc tamen plærunque fœtus corruptio & abortio accedat. περὶ τίμηνα tamen lego cum Cornario ex lib. de Natur. mulieb. cùm ſæpè bimeſtrem fœtum, aut non multò grandiorem eiiciant.

257 ἐκ αἰδοῦ ἴσχει τὰ αἰδοῖα] τὰ αἰδοῖα legunt exemplaria quædam, vt & αἰδοῖα lib. de Nat. mul.

258 ἴδῃ αὐτῷ δοκέῃ δὲ] ἴδῃ αὐ ἢν δοκέῃ δὲ legit Cornarius ex libr. de Nat. mulieb.

259 καὶ ξαίνει] ξηραίνει legunt exemplaria Regia manu ſcripta, ſed hîc ξαίνειν lacerare, laniare, pungere ac vellicare ſignificat, pro quo ἐξελκοῖ legitur lib. περὶ γυναικ. φυσ.

260 καὶ κινεῖ] Poſt κινεῖ ἔτι ἦν addit Cornarius ex lib. de Natur. mulieb. idq; meritò, cùm partionis beneficio aut etiam abortionis, omnia quæ priùs aderant cum fœtu aut puerperij purgamentis, per inferiora ſubeant aut defluant, eaque ſola ratione ſanitas reſtituatur.

261 οἱ ἀπὸ τοῦ σπλάγχνου] ἀπὸ τῶν σπλάγχνων ὑδρώδεις legunt exemplaria Vaticana. Hic autem admodum inſignis eſt de hydrope locus, & his quæ ſcribuntur ab Hippocrate lib. 4. de Morbis, valde conſentiens.

262 τὸν ἄνθρωπον] τὴν ἄνθρωπον legunt exemplaria Vaticana, cùm iſta de muliere dicantur, vt etiam paulò poſt.

263 ὁ σπλὴν λαμβάνει] ἕλκει pro λαμβάνει habent exemplaria Vaticana.

264 ἐπειδὰν δὲ ἀπὸ τῆς ὕδρωπος] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἀπὸ τούτου legit Cordæus.

265 γίνεται δὲ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸ τὸ νόσος] Exemplaria Vaticana pro ἀρχῆς αὐτῆς legunt. Cordæus etiam pro αὐτὸ αὐτῆς legit.

266 οἷα φλέγματος ἐς αὐτὰ ἀφίκηται] ὕδατος pro φλέγματος legit Cordæus, vt & aph. 54. lib. 7. Vaticana autem exemplaria αὐτὰ ἀφίκηται pro ἀφίκηται habent.

267 καὶ ἔλαδον ἰσχύει] ἰσχύει pro ἰσχύει legunt exemplaria Vaticana.

268 καὶ τὸ δὲ σφίας] ὕσι lego cum Interpretibus.

269 τρίμματα αὐτῆς γυναικεῖα] σκεύασμα legunt exemplaria quædam manu ſcripta Regia.

270 μὴ ἐγκαθαιρέσθω] μὴ ἐγκαθαιρέσθω lubentiùs lego, etſi ἐγκαθαιρέσθω habent exemplaria manu ſcripta, quod indicare poteſt ea quæ intus ſunt expurgari. Vaticana autem exemplaria ἐγκαθιζέσθω legunt.

271 καὶ ἢν ἔτι σφίας ἑλκῶται αὖθις] ἑλκῶται αὖ ἢν legunt exemplaria quædam manu ſcripta, quæ ſecutus ſum cum Cordæo.

272 καὶ κισσὸν] κισσοῦ legunt exemplaria Regia manu ſcripta & Vaticana, eamq; lectionem ſecuti ſunt Interpretes. Hederæ autem folia decocto omnibus vlcerum generibus prodeſſe ſcribit Dioſcorides, eaq; ſæpe ab Hippocr. ad id præſcribitur.

273 ὀργῆς τῆς ξηρῆς] ξηρὰ legunt omnes Interpretes, quos ſecuti ſumus.

274 κατακεχρίσθω] Id non legit Cornarius, cùm tamen habeatur in omnibus exemplaribus.

275 καὶ ξυναχεῖν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ξείδοις legiſſe videtur Caluus.

276 τοῦ δὲ καστρῆς τι διαμυδῶν ἐόν] διαμυδῶν legunt exemplaria omnia velut à διαμυδαίνω, ſed διαμυδῶν legitur apud Ariſt. c. 3. lib. 7. hiſt. animal. particulam autem in vtero, dilaniatam, deraſam, aut diuulſam ſignificat.

277 αἰγὸς κνηστοῦ πιοτάτου] αἰγείου τοῦ κνηστοῦ πιοτάτου legunt exemplaria Vaticana, quam lectionem ſecutus eſt Caluus.

278 καὶ τὸ ταρὸν συμμίξας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quod mihi indicare videtur caſeum caprillum deraſum amarum (poſt deraſam ſordem & ſalſuginem) polentæ pollini permiſcendum. Sæpè enim in tota γυναικείων tractatione, caprillũ caſeum deraſum, cum tenui farina ſorbendum exhibet Hipp. μιξέσθω autem pro ταρὸν legunt Caluus & Cornarius. πίνειν autem πλεῖστον non πῖνειν lego.

279 καὶ τὰ γυναικεῖα] Vaticana exemplaria legunt, καὶ ἃ τὰ γυναικεῖα ἀπ' ἀρχῆς μάλιστα ὠφελήσεται, ex quibus medicamenta, aut potiones muliebres mihi indicari videntur, ad diluendum cyceonem craſſum. Interpretes verò τὰ γυναικεῖα de mulierculis ſumpſerunt.

280 καὶ πολύκαρπον] πολύκαρπον τὸ κρητικὸν ἐνθαλλόμενον ex hoc loco exponit in Exegeſi Galenus, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi etiam polycnemi meminimus.

281 καὶ ἄλφιτα ἐν ὕδατι] Iſta polentæ pollinem omnibus permiſcendam ſignificant, vt pulticulæ dilutioris in formam ſorbitio quædam conficiatur. πάλην ἀλφίτου prius dixit, quod hic ἄλφιτα.

282 ἔχειν ἐν ὕδατι δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρης] ἐχέτω ἐν ὕδατι legunt Vaticana exemplaria.

283 ταῦτα δὲ χρὴ ποιεῖν ἐν νηστείῃ] ταῦτα δὲ χρὴ φαρμακεύειν ἄπυρον, legunt exemplaria Vaticana.

284 καὶ ἐπιπιπτέτω ὁ ἰητρὸς] Interpretes καὶ ἐπιπίνειν legiſſe videntur. Nos vulgatam lectionem ſecuti ſumus cum Cordeo.

285 καὶ ὀλιγοποτείτω] ὀλιγοποσίην legiſſe videtur Caluus, quæ lectio mihi plurimum arridet, vt in deficcandi victus ratione minimum potum concedat.

286 ἀπόρυτα] ἄνευ τοῦ etiam videtur addere Caluus ex membranis Vaticanis.

287 τὸ ἐκ τοῦ ἐλαίου παλαιοῦ] τὸ ἐκ τοῦ ἐλαίου παλαιὸν lego cum Cordæo, vt vetuſtam aliquam pinguedinem intelligas, quòd oleum vlceribus etiam iam puris parum conueniat.

288 καὶ ἢν ἐν ἑλκώσῃ καὶ ἐκ τῆς ἑλκώσιος aut ἑλκώδεος lego, cum Cornario, vt de vteri oſculo vlcerato iſta intelligantur. Iſtam tamen lectionem ſequuntur exemplaria omnia, quæ meritò ſuſpectam lectionem faciunt. Caluus μὴ ἑλκώδεος aut ἑλκώδεα legiſſe videtur.

289 ἐν ἅλμῃ γλυκείῃ] Hic ἅλμη γλυκεῖα mihi accipi videtur aqua cum ſale, aut ſalſilago in qua incoquuntur piſces vulgò, & piſcium decoctum, vt crebrò apud Athenæum lib. 7. & 2. ἐν ἅλμῃ piſces apparantur, quam non malè hic muriam dici exiſtimo, idque vulgari & vernaculo noſtratium ſermone, quam dulcem neque ita ſalſam expetit, ad humorum acrium contemperationem, & vt magis humectet. Aquam autem cum ſale muriam dici & ἅλμην, teſtantur oliuæ quæ muria condiuntur. Quod ſequitur, ὀψίου δὲ λιπαροῦ, de multa pinguedine cum qua piſces incoqui vult intelligendum videtur, quod pingui modo dixerunt interpretes, vt eundem acrimoniæ temperandæ ſcopum ſpectet Hippocrates. λιπαρῶς autem pro λιπαροῦ legunt Vaticana exemplaria.

290 οἴνῳ γλυκεῖ] Ex hoc loco Erotianus οἴνῳ γλυκεῖ, τῷ ἑψήματι λέγεσθαι exponit, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, ſapam ideò diximus. Galenus verò τῷ γλυκεῖ ἑψήματι, ſapa dulci. Poſt hæc autem verba καὶ τὰ addunt exemplaria Aldina & Vaticana quæ ſecuti ſunt interpretes.

291 καὶ ἢν παλαιῶν χρόνων ἀσινέα] παλαιῶν χρόνων lego, & ἀσινέα, vt etiam ſcribunt exemplaria quædam. Etſi ἀσινέα aut ἀσινέων (vt etiam habent exemplaria quædam) ferri poteſt. ἀσινέα tamen agnoſcit Galenus in Exegeſi.

292 ῥηΐδιως γὰρ ἀναχαλᾷ] ἀναχαλᾷ legunt exemplaria omnia, quod etſi de vlceribus quæ facilè reſoluuntur, relaxantur, aut expanduntur explicari poteſt: exiſtimo tamen Galenum ἀναξαίνεται legiſſe, quod explicat in Exegeſi ἀναξαίνεται, refricantur, reſcinduntur, & rurſus lacerantur. Quod etiam expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia.

293 καὶ ἐγχεῖν] ἐγχεῖται legunt Vaticana exemplaria.

294 ἐν ἐλαίῳ ἐν τῇ κοίτῃ ἐς] Sic legunt Germanici codices & meliores Aldina verò exemplaria vitioſè legunt, διὰ τι τῆς κοίτης ἐν ἅπαξ.

295 φρυγάνων φάκελον] Quid ſint φρύγανα expoſuimus in noſtra OEconomia, hoc expreſſo loco. Hic autem concuſſionis modus adeo obſcurus videtur, vt multis modis ab Interpretibus ſit acceptus, & propter difficultatem (opinor) à Caluo leuiter admodum attactus. Hic verò mihi ſenſus eſſe videtur, vt aridorum virgultorum & mollium faſcis tantus aut tam bellè adaptatus lecto ſupponatur, vt non ſinat lectum pedibus qui ad caput ſunt, terram attingere, dum in terram proiicitur, hoc eſt, dum relaxatur ad concuſſionem ab iis qui eum quàm maximè dirigunt. Cornarius autem ὅπως μὴ ψαύσῃ legiſſe videtur, cùm tamen ὅπως ψαύσῃ legant exemplaria omnia. Et vtraq; lectio mihi tolerari poſſe videtur.

296 ὅπως δὲ οἱ πόδες μὴ ψαύσωσιν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ὅπως οἱ πόδες ψαύσωσιν lego cum Cornario, ſimulq; demiror, quomodo Interpretes quidam de mulieris pedibus intellexerint, cùm de lecti pedibus ſumenda videantur.

297 ἢ σκύλης] Ex hoc loco σκύλης exponitur Galeno ὁ πῖλος.

298 καὶ μηδὲν ἐν τῷ ἑτέρῳ ἔχῃ] Id mihi indicare videtur, nulla alia remedia eſſe requirenda, ſed iſta ad emolliendum ſatis eſſe, aut ea certè omni cura & ſolicitudine eſſe admouenda. Alioqui certè ad ea quæ ſequuntur referri iſtud poteſt, vt omne ſtudium ad dilatandum & aperiendum Medicus aut obſtetrix adhibeat. Quem ſenſum ſecutus eſt Caluus.

299 καὶ φύσιν μαλθακὰς] Iſtud malui ad ſequentia referre quàm ad præcedentia, quod tamen fecit Cornarius.

300 ἄχρις ἂν ἰαίνηται] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra Oeconomia. Sunt qui iſta ad fœtus referant, donec emolliantur aut diſſoluantur. Sed malui ad mulierem referre cum Cornario, etſi alio ſenſu, vt mulier tota perfundatur, donec vteri & pudendorum clauſtra emolliantur, laxentur, tepeſcant, reſoluantur. Sic enim ἰαίνεσθαι ὀργᾶν Heſychio exponitur.

301 τῷ πίεστρῳ] Hunc locum expoſuimus & expreſſimus in noſtra OEconomia. Hic verò Galenum ſequimur in Exegeſi, qui πίεστρον ἐμβρυοθλάστην aut θλάστην exponit, inſtrumentum confringendo aut contundendo fœtui idoneum, idque volſella præſtari poteſt, velut † Paulus ad id forcipem dentibus extrahendis accommodatum adhibet.

† Cap. 74. lib. 6.

302 ἀνάλογον] ἐμβρυουλκὸν mihi videntur legiſſe Cornarius & Caluus, qui volſellam dixerunt, niſi quòd Caluus pro more vtranq; lectionem adhibuit. ἐμβρυουλκὸν autem eadem forma, qua ἐμβρυουλκὸν Galeno & Paulo dicitur, & ἐμβρυουλκία.

303 ὅ τῷ ἑλκυστῆρι] Hunc locum mihi exprimere videtur Galenus in Exegeſi, cùm ἑλκυστῆρι τῷ ἐμβρυουλκῷ exponit. Quam ad rem etiam ἐμβρυουλκὸν adhibet Paulus lib. 6. Illud autem ὥς ἂν ἔχῃ malui ad vncum referre, qui in clauiculam demiſſus tenacius hæreat, quò faciliùs extrahi fœtus poſſit, aut quoquo ſe habeat modo euelli. Etſi mihi optimè conſcius ſum aliam eſſe Interpretum mentem, quam etiam in noſtra Oeconomia ſecuti ſumus.

304 καὶ φλέβας τι ἐν ἰσχίῳ] ἐν ἰσχίῳ legiſſe videtur Cornarius. Cordæus ἐν τοῦ ἰσχίου aut τῷ ἰσχίῳ. Ego de aliqua ventris in fœtu parte ſumpſi, quem ſectione attingi vetat.

305 καὶ ξυνάλειπτον ἐμμοτώσας] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia, addita etiam Erotiani explicatione, ſimulque admonuimus nonnullos ἀναμοτώσας legere, quod eſt, abſterſo fœtus cruore, aut fœtu deterſo.

306 τῷ λιχανῷ ἐμματαδώσαντα] Sic quidem legunt exemplaria Regia manu ſcripta, ſed ἐμματαδώσαντα malim, pro ἐμματαδώσαντα, quod ζητεῖσθαι ἐρευνᾶσθαι exponit Heſychius, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi iſtum etiam locum expoſuimus & expreſſimus. Vult autem indicem digitum, quo tectum ſit gladioli caput, præmitti, eoque, leuiter pertractando, capacitatem vteri timidè pertentari, reformidando ne ſcalpelli acies vterum offendat.

307 ὅτι καὶ μύλη ἐν βαλβοῖς γίνεται] ἐν βαλβοῖς γενέσθαι exponitur Galeno ex hoc loco. Eadem autem de Mola repetuntur lib. περὶ ἀφόρων. De ea etiam ſcribit Ariſtoteles capit. vltimo, libr. 10. de hiſtor. animal.

308 φρυγανᾶ δὲ τι ἕρξει] φρυγανᾶ lego. Cornarius autem φρύγανα δὲ καὶ πτθῶν legiſſe videtur, ex lib. περὶ ἀφόρων, quæ eſt Vaticanorum codicum lectio.

309 πάντα μάλιστα μὲν] Cornarius hic lectionem libri περὶ ἀφόρων ſecutus eſt quam etiam ex codicibus Vaticanis Caluus expreſſit.

310 ἐφέλκεται δὲ ἢ ἐν μήτρῃ] Id mihi maximè ad mulierum

conditionem & ſtatum conſiderandum referri videtur, vt virium earum adhibita ratione fiant & adminiſtrentur, etſi aliter lib. περὶ ἀφόρων ad vterorum purgationem pertinere videantur, eiuſq; præcipuè habendam eſſe rationem velit, vt παραμείβοντα τὰ κατ᾽ αὐτοὺς μόνας etiam intelligatur.

311 χωρίας δὲ τὰ λοχεῖα] Eadem etiam ſcribuntur lib. περὶ γυν. φύσιος.

312 ἢ ξυχὸ πῆγνυ)] Iſtud ad ſanguinem retuli, qui citò coit & concreſcit, velut ſanguis integer lib. περὶ γυν. φύσιος. Cornarius tamen ad puerperij purgamenta retulit.

313 φθερεῖ γε τὸ ἔμβρυον] φθερεῖ γε legunt Vaticana exemplaria & Aldina.

314 ὅσον τὸ ἐλατήριον] Iſtum parem adipis ouiculæ ex renibus cũ elaterio copiam ſumendam eſſe indicat, minimè autem liquandum eſſe adipem aut emolliendum, neque vt elaterium conterendum, quod in puluiſculum abire neceſſe eſt. Minimè igitur liquato adipe, ſed puluiſculo elaterij craſſiuſculè permixto glandes duas ſubdititias conficito.

315 ὁ μελάνθιον] Melanthium quod in aruis & tritico naſcitur, ſic dicitur, & pſeudomelanthium vocatur, quod ſæpius in hac tota muliebrium tractatione vſurpat Hippocr.

316 ὕδωρ ἢ φάρμακον] Hæc lectio mihi admodum ſuſpecta eſt, & pro φάρμακ ὕδατι legendum ſuſpicor ex lib. περὶ ἀφόρων. vbi iſta repetuntur, vt & paulò poſt hoc libro, vbi ἰχῶρας ὕδατι vocat.

317 γαῖαν] γαιαῖον malim, vt lib. περὶ ἀφόρων. vt μύρον γαιαῖον intelligatur, velut ſcribitur poſtea, & extremo lib. περὶ ἀφόρων. & paulò poſt γαιαῖον.

318 ἐκκλυτῆρσι ὑπὸ λίνῳ] Lib. περὶ ἀφόρων. ἐν ὀθονίῳ ὑπὸ λίνῳ legitur, quam lectionem ex membranis Vaticanis hic etiam adhibuit Caluus, etſi vtramq; pro more appoſuit.

319 ὅσον κύαμον] ὑποκύαμον legunt Aldina exemplaria & Vaticana, eamq; lectionem ſecutus eſt Caluus, verùm eam eſſe vitioſam apparet ex lib. περὶ ἀφόρων.

320 ξυμμιγνῦσα] Id de muliere & obſtetrice quæ muliebribus malis medetur, dicitur, ideoque lib. περὶ γυναικ. φύσ. ξυμμίγνυσθαι γυναῖ, & ἀμφιδέξιος ſcribitur, & αἰαπεγγίζεσθαι pro ἀναλαμβάνεσθαι.

321 ἀποζέσαι] Iſtud probè percoctas ſignificat, quoad granula interna depoſuerint, quod ſcribitur libr. περὶ γυναικ. vbi iſta repetuntur, ἕως ἂν τὰ κόκκια ἀποβάλῃ. Quo ex loco iſte non parum ſuſpectus redditur, ſimulque emendatur, vt ἀποζέσαι ἐν οἴνῳ ἢ μέλιτι μύρῳ coniungantur. Deinde τὸ δεύτερον alterius peſſi acrioris indicaturam facit aut eiuſdem acrioris redditi, ſi rutæ & braſſicæ vtriuſque pars æqua, aut dimidia trita addatur.

322 ὄξος] Iſtud omittit Cornarius, vt & exemplaria Aldina, quod tamen legitur libr. περὶ ἀφόρων. & in membranis Vaticanis vt etiam patet ex Caluo.

323 ἀκαλήφη] κηρωτίον dicitur libr. περὶ ἀφόρων. vbi cera vitioſè omittitur, vt hic rectè additur, & reſina nucis magnitudine apponitur.

324 ἅμα συμμίξαντα] Hæc trita priùs cum roſaceo permixta ſupponi debent, vt ſcribitur lib. περὶ ἀφόρων. vbi iſta repetuntur.

325 ἀφροδίσια] Hæc duo ſubdititia medicamenta etiam repetuntur extremo lib. περὶ ἀφόρων.

326 βουπρηστις] Bupreſtes in cantharidum genere reponit* Dioſcorides, eaſq; recondi & peſſis emollientibus admixtas menſes ciere ſcribit.

* *Cap. 66. lib. 2.*

327 ἢ πνεῦ ἀναιδέως] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἢ πᾶσαν ἀναίμως legendum exiſtimo, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi & locum iſtum expreſſimus, ſimulque dictionem iſtam expoſuimus.

328 ἐν τῷ αὐτῷ τρίψαι] Hæc phraſis omnia permixta & ſimul trita velut in eadem pila ſignificat.

329 ἢν μὲν τὰ φάρμακα καθαίρῃ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ ſignificant ſi per vorata medicamenta purgatio minùs contigerit, alia efficaciora adhibenda eſſe ſubdititia. Verùm non leuiter ſuſpecta eſt lectio, ideoque ἢν μὴ τὰ πινόμενα καθαίρῃ libens legerem cum Cordæo.

330 ἢν δὲ ἀναλκέα ἐς τὸν ...] Sic legunt exemplaria omnia, verùm Caluus legiſſe videtur, ἢν δὲ ἀναλκέα ... καὶ ἢ τῶν προσθέτων, nihilque de addenda ſola bupreſti addit. Aldina exemplaria ſic legunt, ἢν δὲ ἀναλκέα, ... μόνον προσθεῖναι, ... ἢ τὴν βουπρηστιν. ἢ ἀφροδίσια ὅσαι.

331 ἢ πέτρας ἀδεῖναι] Hanc lectionem ex Hippocrate agnoſcit Erotianus, eamque expoſuimus in noſtra OEconomia hoc expreſſo loco.

332 ἢ σπόγγον ...] Iſtud mihi ſignificare videtur ferri ſcoriam ea quantitate aut magnitudine ſumendam, quæ in duo minuta fragmenta diuidi poſſit, quò faciliùs ab vrina imbuatur, in eamque vim ſuam exerat. Etſi ſcio Cordæum Diplam de vaſe accepiſſe.

333 ἢ τριήκοντα πυρίας] Hunc mihi locum ſubindicare videtur Galenus in Exegeſi, cùm πυρίας exponit τὰς διαπύρους χάλικας, ἢ σφύρωμα σιδήρου ἀπὸ πυρίας τῷ ὕδωρ, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. Vult igitur triginta ſilices candentes in fomentũ iniici aut ſcoriæ fragmenta, aut triceſies fomentum huiuſmodi, iniectis ignitis fruſtis & iterum extinctis parari, quemadmodum ſumunt interpretes. Sed cùm lapides poſtea vrat, idque iterari velit, ſilices triginta in fomentum immitti mihi probabilius videtur.

334 δαμαλίας δὲ μὴ ...] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed lego, ἢ τὰς πυρίας αὖθις δαμαλίας. μὴ δὲ ... cum interpretibus, etſi Caluus hanc totam clauſulam omiſit. Cornarius verò ... legiſſe non videtur.

335 ...] ... lego in noſtra OEconomia, & oleum ex Platæis vrbe Bœotiæ aduectum accipio.

336 πτύρων ἀσκ ...] ... legunt Vaticana exemplaria quæ etiam ſecutus eſt Caluus, vt & pro ᾠὰ λευκὰ, ᾠὰ λεπτὰ legunt, quam etiam lectionem mihi ſecutus videtur Caluus. ᾠὰ autem λεπτὰ mihi dici videntur oua liquidà & cruda, veluti ptiſanæ ſuccus tenuis, liquidus ſæpe dicitur.

337 ἐν οἴνῳ λεπτὸν] λεπτὸν videtur legiſſe Caluus, ſed λεπτὸν γλήχωνα vocare videtur, diligenter tritum pulegium aut læuigatum, vt paulò pòſt γλήχωνα λεπτήν.

338 ἢν δὲ ζῶν μὴ ἐθέλῃ] Phraſis iſta refugientem hoc remedium mulierem indicat, aut malum huic remedio minimè cedens.

339 εἰς ἡμέρας] ἐς pro εἰς legit Caluus.

340 πρὸς τὸν ... μήτρας] πρὸς τὸ ... legunt exemplaria Vaticana.

341 εἰς ὀθόνιον λίνον] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ lanam linteo lineo exceptam & illigatam ſignificant, ſed λίνῳ lego cum interpretibus, vt lanam filo in linteo deligatam accipiat, eamque penitiùs tantiſper intromiſſam dum purgatur, ſic tamen vt filum foras propendeat aut promineat. Vaticana autem exemplaria pro ... legunt.

342 εἰλεῖν ἐγκυλίνδοντα ...] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia, ſimulq; admonuimus ἐγκυλίνδειν aut ἐγκυλινδεῖν melius legi, ab ἐγκυλινδεῖν aut ἐγκυλίειν, quod eſt in orbem voluto aut conuoluo.

343 καὶ αὐτὴν ἰκέσθω] καὶ ἐς τὰς ἰκέσθω legunt Vaticana exemplaria, eaque ſecutus eſt Caluus.

344 ἀφύσσιον] Hoc medicamentum repetitur libro de Natura muliebri.

345 ἢ καὶ εἰ δέοι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ... legit Cornarius.

346 ἢ ὕδατος θερμοῦ κυάθους δύο] Caluus aquæ calidæ cyathum vnum legit, & vini duos. Exemplaria verò Regia manu ſcripta legunt ὕδατος κυάθου ... δύο.

347 ...] Vaticana exemplaria legunt, ... ἢ καὶ μήτρας, vt hoc medicamentum ab inflammatione recreet ac reſtituat, quam lectionem etiam ſecutus eſt Caluus. In ſequenti quoque medicamento eadem exemplaria legunt, ...

348 ἢν δὲ ἡ οὐλὴ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἡ ... οὐλὴ legit Cordæus.

349 ἐν οἴνῳ ἀδίαντον] Iſtud ſignificat adiantum tritum, oleo ſubactum ac dilutum, permixto meraco vino inungendum. Interpretes tamen ex vino meraco propinandum dixerunt.

350 ἢ λινόζωστις] Hoc medicamentum repetitur lib. περὶ ἀφόρων. & vteros purgare ſcribitur.

351 ...] Hæc remedia ſcribuntur libr. de Natur. mulieb. vbi pro ... legitur, ſed admodum ſuſpecta lectione, vt illic ſcripſimus.

352 ἢ καράβους] Carabos dici ex Plinio, etſi locuſtas vertit Gaza & alij Interpretes Latini. Eſt autem carabus ex cancrorum genere.

353 ...] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ... legendum cenſeo, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, phraſi Homero ſæpiùs vſurpata, huncque locum à Galeno indicari exiſtimo, cùm ... in Exegeſi exponit, etſi quidam ... legere malint. Erotianus autem ... exponens apud Hippocratem, iſtum quoque locum mihi ſubnotare videtur, ex quo etiam ...

λευκὸν mihi legiſſe videtur, quam lectionem ſecutus ſum, quamuis à πέλει παλαιὸν ferè omnes ſcribant. Libro de Nat. muliebri, vbi iſtud remedium repetitur, & repurgando vtero adhibetur, ἄλφιτα θαλλὸν ſcribitur.

354 ἤμισυ] Sic quidem legunt exemplaria omnia & ad ſuperius medicamentum referunt. Verum in libro de Natura muliebri, ἢ μίσυ legendum apparet, & ad ſequentia referri. Deinde pro φρύξας, φωγνύας aut φρύγας legendum, etſi φρύξας retineri poteſt, vt torrefactum aut frictum miſy ſignificet.

355 ἢ τ' ἄλλα] Etſi iſtud ad ſtruthij vires referri poſſit, quibus aluum, calculos, & vrinam ducit: libro tamen de Natura muliebri, vbi hoc remedium repetitur, iſta non leguntur, vt neq; mihi legiſſe videtur Caluus.

356 ἢ ψύχει] ἢ πιεῖν mihi legiſſe videtur Cornarius, cùm ebibi velit, deinde ὑποθυμιῆν ad ſequentia refert, & eryſimi ſuccum pro fomento tithion admoueri vult. Incertum verò eſt an ſuccum ad decoctum addi velit Hippocrates, an ex eo ſuffitum apponi, an verò ebibi, cùm mollioribus cibis vtendum præcipiat.

357 ἐπὴν μὴ ὥρην καθαρσις] Hîc καθαρσιν de menſtrua purgatione intelligi ſatis indicant quæ ſcribuntur lib. de Natura muliebri, vbi inter γυναικεῖα καθαρτικὰ hoc etiam medicamentum deſcribitur.

358 ἢ κυμινείου σπερμὸν] Lib. de Nat. mulieb. hoc medicamentum prioribus adſcribitur.

359 καθαρτικὸν] Hæc eadem repetuntur ad extremum libri de Nat. mulieb.

360 λοχείας αἵρει] Hæc eadem etiam ſcribuntur lib. de Natur. muliebri.

361 ἢ γλυκυρρίζαν] Lib. de Nat. mulieb. vbi iſtud ſcribitur, ἢ γλυκυσίδης legitur.

362 ἢ ἄλευρον σιτινὸν] ἄλευρον ἄκρατον legitur libro de Natura muliebri.

363 ὀπὸν] ὀπὸν hîc ſilphium dixit Cornarius, ſed ἢ ὀπὸν legimus cum Caluo & Cordæo, & de rutæ ſucco accipimus, aut certè ὀπὸν πηγάνου legendum.

364 ἢ ἀκτῆς τὰ φύλλα] Iſtud cum Caluo & Cornario ad fotum ex foliis ſambuci præponendum ante peſſi vſum retuli, vt quaſi viam peſſo ex cantharide muniat. Neque enim mihi peſſus ex ſambuci foliis ſecundas educere poſſe videtur.

365 οὗτοι ἢ ἰδίᾳ ἐπάγουσι] Hoc ſenſu mihi iſtud accipi videtur, vt peſſus iſte ex cantharide debiles partes ac velut emortuas irritet & excitet, alioqui etiam debilioribus & lenioribus medicamentis additus, ea excitat & roborat.

366 σφυδωνὸν ἐμβρύου] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & paulò poſt vbi idem medicamentum repetitur, σφυδωνὸν legitur. Cornarius tamen τὸ παιδίον ἀποπληκτὸν legiſſe videtur ex libro de Natura muliebri vbi iſta repetuntur. ἔμβρυον autem ἀπόπληκτον fœtus ſyderatus ac velut emortuus dicitur, quique tanquam reſolutus nullo modo mouetur, enectum dicunt Interpretes.

367 ἢ τὸ σέλινον] Libro de Natura mulieb. ἀνθεμον legitur, & τῆς ἀνθέμου τοῦ χλωροῦ τὸ ἄνθος ξηρὸν τρίψας ἴσον κόγχην ſcribitur, & σελίνου σπέρματος ἴσον; quod effecit vt chamomeli & ſeminis apij æquas portiones reddiderimus. Poſtea vero hoc libro vbi iſtud repetitur, iſtius nulla fit mentio, quod ſuſpectam lectionem facit.

368 σφυδωνὸς] ἄλλο παιδίον videtur legiſſe Cornarius ex libro de Natura muliebri, contra omnium codicum fidem.

369 ἢ τοῦ τετριμμένου] Eiuſdem medicamenti contriti ſtaterem Ægineum potui exhibendum ſignificat. Aut alioqui valde eſt ſuſpecta lectio, cùm libro de Natura muliebri legatur, βατραχίου τὰ φύλλα ἢ τὸ ἄνθος τετριμμένον. Quam lectionem huc tranſtulit Cornarius. Caluus σταθμὸν legiſſe videtur, & vtranque lectionem adhibuiſſe.

370 ὡς μάζαν ἐμπλάσας] ἐμπλάσας legit Cornarius in lib. de Natura muliebri, vbi etiam iſta ſcribuntur, quo ex loco ὡς μάζαν ἐμπλάσας lubentius lego, vt cucumeris agreſtis ſucco maza ſubigatur, aut ad ſuccum cucumeris agreſtis hordei farina aſpergatur, velutique maza conficiatur aut efformetur, deinde in ſubditicio apponatur.

371 ἢ ὄστρακον σηπίης] σηπίης lego cum Cornario ex libro de Natura mulieb. σηπίας tamen ferri poteſt, vt ſepiæ teſtam vino elutam accipiat, velut lib. περὶ ἀφόρων, & cum pilis leporis ſubactam.

372 πεσσὸν] ἐν οἴνῳ πεσσὸν legunt Vaticana exemplaria ex lib. de Nat. mulieb.

373 δι' ὕδατος πεσσὸν] ἐν ὕδατι πεσσὸν, ſcribitur lib. de Natura muliebri.

374 περὶ ἐμβρύου] Hæc videntur tranſpoſita, ideóque indicaturam iſtam ſilphio appoſuit Caluus.

375 ἴσον χήμην ἀδρὴν] ἴσον χηραμίδα dixit lib. de Nat. mulieb. in eodem medicamento, aut ſequens paulò poſt medicamentum illic exprimitur.

376 ἢ σμύρνης χυλὸν] σμύρνης vt & paulò ante pro σμύρνης legit Caluus.

377 ἢ ἀνδράχνης σπερμὸν] Libro de Natura muliebri, violæ & portulacæ ſemen ex vino albo potum propinat ad fœtum mortuum expellendum & ſecundas. Eadem quoque ratione hîc ſemen portulacæ ex vino albo vetere exhibetur. Verùm id non parum mihi, vt & Cordæo ſuſpectum eſt, neq; adeò quod ſubſtituam ſuppetit.

378 ἢ αἰγείρου] Hoc idem medicamentum adſcribitur lib. de Nat. mulieb.

379 ἢ βατραχίου] Libro de Natura muliebri, in hoc eodem medicamento Æginenſis ſtateris pondus pro drachma ponitur, & hîc quoque πιεῖν potiùs quàm πίνειν legam, vt illic.

380 λοβοειδὲς ἴσον] Hunc locum à Galeno & Erotiano exprimi ſcripſimus in noſtra Oeconomia, ſimulque Galenum λοβοειδὲς hîc legiſſe nobis videri.

381 χεῖν ἐξάγει] Hoc medicamentum toties repetitum magnarum eſſe virium videtur, & in quo plurimum efficaciæ collocarit Hippocrates, ideóque multoties ſcribitur, eamq; ob cauſam à Cornario prætermiſſum videtur; cùm tamen in omnibus legatur exemplaribus.

382 ἐλελισφάκου] Ex hoc loco ἐλελισφάκος exponitur Galeno in Exegeſi. βοτάνης ἀγρία λαχανώδης. Quidam Dulcichinum eſſe exiſtimant, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

383 ἢ φύλλον τὸ λιβυκὸν] Hunc quoq; locum mihi ſubindicare videtur Galenus in Exegeſi, cùm φύλλον, τὸ τοῦ σιλφίου σπέρμα exponit, additq; interdum ab Hippocrate Libycum vocari, interdum verò Æthiopicum. Quod etiam adſcripſimus in noſtra Oeconomia, vbi etiam quando Æthiopicum dicatur appoſuimus.

384 σμύρνης] σμύρνης ὀλίγον videtur legiſſe Caluus. Verum phraſis iſta apud Hippocratem, ſeſelios & mirrhæ pares vtriuſque eſſe debere portiones indicat.

385 ἢ τῶν ἐχίνων ἓν ἔχῃ] Incertum eſt an medicamentum ex echinis paratum intelligat, quomodo ſumpſit Caluus, an verò echinorum copiam, velut ſumpſimus.

386 περὶ τὰς ἰσχίας τὰ γυναικεῖα] Sic quidem legunt exemplaria omnia quæ ſequimur cum Cordæo. τὸ σώματος tamen legit Cornarius.

387 τὸ νωχελὲς] Dictionem iſtam expoſuimus in noſtra Oeconomia, ſimulque admonuimus quoſdam νωχελὲς ſcribere malle. Significat autem τὸ νωχελὲς quicquid ad exitum tardat aut immoratur, ſiue ſecundam intelligas, ſiue puerperij purgamenta, ſiue partum enectum & mortuum, aut ſtupidum, & qui moueri non poteſt, prius ἀπόπληκτον dictum. νωχελὲς enim βραδὺς Sudæ & Heſychio exponitur. Sed hic præcipuè ſecundas morantes ſignificat. Exemplaria Vaticana pro τὸ νωχελὲς, τὸ νωχελὲς legunt.

388 ὅταν ἔσω ᾖ νεκρὸν] Illud νεκρὸν ad τὸ νωχελὲς præcipuè refertur, ideóque de ſecunda emortua ſumpſit Cornarius, quod etiam de fœtu immortuo rectiùs dici videtur, ad quod etiam τὸ νωχελὲς ſpectare poteſt. Hic verò præcipuè ἔγχυτον & ἐγχέαι de medicamento quod in vterum infunditur per metrenchytam dicitur.

389 πίνειν πλὴν ὀδὸν σύρμαιαν] μέλι ἢ σύρμαιαν τρίψας legunt Aldina exemplaria Vaticana & Regia manuſcripta, eamq; lectionem ſecuti ſunt Interpretes. De Syrmæa autem abundè ſcripſimus in noſtra Oeconomia, vbi locum iſtum expreſſimus, diximuſque hîc potum quendam aut ſuccum ſignificare videri, & Caluum quoque pro ſapa accepiſſe, aut ἐν σιραίῳ legiſſe. Cornarius potionem moderatè purgantem dixit, ad Galeni expoſitionem in Exegeſi reſpiciens.

390 ἄλλο σφυδωνὸν ἐκβόλιον] Exemplaria Vaticana hanc indicaturam ſequenti medicamento apponunt, eamq; lectionem ſecutus eſt Caluus.

391 ἅλας αἰγυπτίας] Exemplaria Vaticana hic ἐκβόλιον σφυδωνὸν apponunt quæ etiam ſecutus eſt Caluus.

392 ὑπεὶρ ἐκβόλιον] πιεῖν addunt exemplaria Vaticana, vt & Caluus.

393 τῶν ἐκτίμων] Hunc locum ſubindicat Galenus in Exegeſi, cùm ἐκτίμων exponit ἐκκαθαίρειν ἀξίων. Erotianus quoque hanc dictionem agnoſcens apud Hippocr. ſcribit ἐκτίμου, Δεινῶς: φησὶν ὑπερβαλλόντως ἢ μάλιστα ἐκλίβοντα.

394 μὴ πλέον τίτων] μὴ πλεῖον τούτων legunt Vaticana exemplaria.

395 ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ] Mirum eſt Caluum hæc in aqua decoquere, cùm ſic legunt exemplaria omnia.

396 τρύγα] Vſtam vini fæcem ex aqua liquefieri aut dilui debere ſatis indicant quæ ſcribuntur libro de Natura mulieb. vbi fere iſta repetuntur, & ſcribitur τρύγα κεκαυμένην, ἐς ὕδωρ βάλλε. ἔπειτα τῷ ὕδατι κλύζειν. Deinde quod ſcribitur paulò poſt, ἢ τρύγα καίων, χρίειν σὺν ὕδατι.

397 μέλαιναν τρίψας] μέλαιναν μίξας legunt Vaticana exemplaria.

398 διηθήσας τὸ καθαρὸν τούτου οἴνου] διηθήσας ἐς τ' αὐτὸ, legunt Vaticana exemplaria.

399 ἢ δάφνης καρπὸν, ἢ βαλαύστιον μέλαν] ἢ λωτοῦ (aut λωτὸν) μέλαν tantùm legiſſe videntur Interpretes.

400 ἢ ἐλατήριον, ἢ κέστρον] ἢ ἐλατηρίου ἴσον δύο πόσιας, legunt Vaticana exemplaria tantùm, neque κέστρου meminerunt, quæ etiam ſecutus eſt Caluus. κέστρον autem Vettonica dicitur * Plinio, quæ betonica. κνέωρον autem legiſſe videtur Cornarius.

* Cap.8. lib.25.

401 κλύσματα] Hæ ferè collutiones ſcribuntur lib. de Natura mulieb. quædam etiam in fine lib.2. περὶ γυναικ.

402 ἃ τρίψας δὲ ἐς μύρον μίσγεται] Hæc verba etſi rectè de iſtis accipi poſſunt, quæ trita vnguento, hoc eſt, argenti flori, cum vino, melle & cera liquato permiſcentur, mihi tamen non leuiter ſuſpecta ſunt, pro quibus ſcribitur lib. de Natura mulieb. καὶ ἴσον τῷ ἀργύρου μογοστικῷ.

403 καὶ ἴσον βρύου] Hæc quoque ſuſpecta ſunt, & pro his legitur libro de Nat.mulieb. στρύχνον ἐν οἴνῳ ἑψεῖν κλύζειν.

404 ἐν οἴνῳ ἑψῆσαι] Poſt hæc verba κλύζειν addit Cornarius ex libro de Nat.mulieb.

405 καὶ κλύζειν ἐν ὕδατι] ἐν οἴνῳ ἢ ὕδατι ἑψεῖν, καὶ κλύζειν legiſſe videntur Interpretes.

406 ταῦτα δρᾶν] Iſta admodũ mihi ſuſpecta ſunt, eaq; referri videntur ad præcedens medicamentum, tumq; legendum erit, καὶ κισσὸν κρητικὸν ἐν ὕδατι. ταῦτα δρᾶν, vt hedera Cretica in aqua decocta, eadem facienda ſint, hoc eſt, colluendum. Deinde, ἢ ἰχέτεαν καὶ σμύρναν ἑψεῖν ἐν ὕδατι, κλύζειν. Sic enim legitur lib. de Nat. mulieb. Cuius lectionis coniecturam dant exemplaria quæ hic ἢ ἰχέτεαν legũt. ἰχέτεαν autẽ ἡ λευκὴ βρυωνία exponitur Galeno.

407 ἐνεργεῖν] Lib.de Nat.mulieb. κλύζειν legitur pro ἐνεργεῖν. Idem autem ſignificat quod antea ταῦτα δρᾶν.

408 ἢ δάφνης ῥίζαν ἴσον δύο πόσιας] καὶ μέλι καὶ ἔλαιον addunt Vaticana exemplaria ex lib.de Nat.mulieb.

409 καὶ σίδης γλυκείας ῥοιῆς] Sic quidem legunt exemplaria omnia. σίδης tamen mihi valde ſuſpectum eſt, cùm non legatur lib. de Nat. mulieb. vbi iſta repetuntur. Lubentiùs autem καὶ σίδιον γλυκείας ῥοιῆς τὸ ἔνδοθεν legam, vt quod intra putamen eſt mali punici dulcis intelligatur granati dulcis ſuccum dixit Caluus.

410 καὶ ὕδατι πλύνειν ἑψήσας] ἑψήσας lego cum Interpretibus, cùm ἑψήσας ſcribatur libro de Natura mulieb. & ἑψήσας ſupra hoc libro. ἑψήσας verò legiſſe videtur Caluus, cùm decoquenda velit.

411 εὐμαρὲς πεπορεύσθαι ἐπιέναι] Sic quidem legunt exemplaria quæ adhuc vidimus omnia publicata. Vaticana verò εἰ εὐμαρὲς, quod mihi referre videtur id quod hoc libro antea ſcriptum eſt, vbi iſta repetuntur, εἰ οἵη τε ἂν εἴη φέρειν. hoc eſt, ſi ferre poſſit, aut ſi facile fiat. Si facilè poſſit dixit Caluus, hanc lectionem ſecutus. Iſtud verò additur, quod ἀποτεθῆναι lacte ſolo ad dies quadraginta vti velit, etſi libro de Natura muliebri vbi iſta etiam ſcribuntur, nihil tale ſcriptum eſt. Alioqui εὐμαρὲς quod habent publicata omnia exemplaria, ad lac bubulum, vt ἀπόπεπτον referetur, quodque faciliùs aut paratur, aut bibitur, quàm aſininum. Cornarius verò pro εὐμαρὲς μελάνθιον legit, ex libro de Natura muliebri.

412 λινόσπερμον καὶ ἄρκευθον] Sic antea ad ſedis dolorem ex partu, iuniperi baccas cum ſemine lini & vrticæ in potum exhibuit. Vbi etiam Cornarius pro λίνου ἱπποσελίνου legit, & hic σελίνου, ſemen apij poſuit.

413 ὑοσκυάμου καρπὸν] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Apparet autem ex Galeno in Exegeſi hic Dioſcoridem κυάμου legiſſe, & pro hyoſcyami ſemine cepiſſe.

414 ἢ σχίνου] Libro de Natura muliebri vbi iſta etiam ſcribuntur, pro σχίνου χυλὸν ſcribitur, quod lentiſci ſuccum ſignificat.

415 χυλὸν ἐκπιέσας αὐτὸν] χυλὸν ἐκπιέσας ἔγχει legunt Vaticana exemplaria.

416 ἢ σικύης τὸ μέσον] ἢ σικύης τι ἐν μέσῳ legitur libro de Natura muliebri vbi cucurbitæ mediculliũm in longitudinem deraſum indendum ſignificatur.

417 ἢ ἀφεψῆς] Libro de Natura muliebri legitur, ὕδατι ψαμμώδει τρίβειν, ἐν οἴνῳ ἀποπνίξας, σμύρνης.

418 σιδίου] Libro de Natura muliebri vbi remedium iſtud repetitur, σιδίου ἰδίως ſcribitur, vt in pulticulæ formam parandum medicamentum indicet.

419 χαλβάνης] Libro de Natura muliebri hæc eadem ſcribuntur.

420 βάλανον σιδηρῆν μακρὰν] βάλανον σιδηρῆν μακρὰν καὶ λεπτὴν legunt exemplaria Vaticana, quæ etiam ſecutus eſt Caluus.

421 ἐλατηρίου πόσιας τέσσαρας] ἢ ἐλατηρίου lego, & προσθέσθαι ex membranis Vaticanis quas ſecutus eſt Caluus. στέαρ μαλακὸν Erotianus αἰτὶ τοῦ στέατος poſitum apud Hippocratem adſcribit.

422 ἢ θαλάσσης] Aldina exemplaria ἢ θαλάσσης legunt, vt aquæ marinæ cum melle potionem vnam exhiberi velint.

423 ἐν οἴνῳ γάλακτι ἑφθῷ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vt etiam paulò ſupra colocynthidas vino aut lacte cocto macerabat, ἐν οἴνῳ γάλακτι tamen legunt exemplaria Vaticana, quæ etiam ſecutus eſt Caluus.

424 ἄλλο κλυσμὸς χελιδόνι καὶ φλεγματώδης] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cordæus verò ἐπὶ χελιδόνι καὶ φλεγματώδεσι legit. In hac autem lotione, quæ repetitur libro de Natura muliebri. oleum ſimpliciter cum melle affunditur. Hîc verò ἄνηθον, anethinum tamen dixit Caluus.

425 ἢ κνέωρον] κνέωρον κόκκον dici apud Hippocratem teſtatur Galenus in Exegeſi, idq; ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

426 κατακλύζειν ἢ χήνου φύλλα] χήνου φύλλα lego cum Interpretibus, pro quo σίλλου φύλλα vitioſè legitur libro de Natura muliebri.

427 ἐλατηρίου] ἢ ἐλατηρίου lego cum Interpretibus.

428 καὶ ἀποβρέξαντα] καὶ ἀποδόντα legunt exemplaria Vaticana, eamque lectionem ſecuti ſunt Interpretes.

429 κόκκον τρίβειν] Hic κόκκον granum Cnidium ſumo cum Cornario & Caluo, quòd ſæpiùs ſic ſoleat Hippocrati efferri, id ex mandragoræ radicis decocto teri iubet.

430 σμύρνα ἢ μάλυζαν] Hoc idem medicamentum ſcribitur lib. de Natura muliebri ſed σμύρνα μάλυζα non apponitur.

431 ἢ γῆς λευκῆς] Iſtud præteriit Cornarius, quòd non aſcriptum ſit lib.de Nat.mulieb.

432 ἢ λευκὴν ῥίζαν] Iſtud etiam ſcribitur libro de Natura muliebri vbi λευκὴν ῥίζαν τοῦ δρακοντίου, à Galeno explicari diximus.

433 κυκλαμίνου τοῦ κεφαλῆς] κυκλαμίνου legitur libro de Natura muliebri, ſed illic κυκλαμίνου ex hoc loco legit Cornarius.

434 ἢ κόκκους ὀπλίψας] Cornarius ex libro de Natura muliebri. hîc κόκκους τριάκοντα legit, & grana Cnidia triginta aſſumi & teri vult. Verùm illum locum ex iſto potiùs repono, & Indici medicamenti grana tria trita ſumi volo, quod piper vocatur Hippocrati ex libro ſecundo περὶ γυναικ. vt indicauimus in noſtra Oeconomia, hoc expreſſo loco. ὀπλίψας autem lego.

435 πράσον δεῖ ἑψεῖν] Libro de Natura muliebri vbi medicamentum iſtud adſcribitur, porrum in aqua decoquitur, deinde decocto vinum admiſcetur. In fine libri ſecundi περὶ γυναικ. porri ſuccus additur.

436 σμικρὸν ἀποχέας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ quidem volunt minorem decocti copiam ad collutionem ſumendam. Verùm iſta lectio non parum mihi ſuſpecta eſt, tum quod ἥμισυ σμικρὸν legiſſe videtur Cornarius, tum quod libro de Natura muliebri legatur, ἐμβαλὼν λίνου σπέρμα μικρὸν, ἔπειτα ἀποχέας, κλύζε.

437 κνέωρον ὅσον πόσιν] Libro de Natura muliebri pro κνέωρον κνεόρου legitur, & hemina Æginæa aquæ mulſæ requiritur, vt ſatis appareat κνέωρον κνεόρου dici.

438 ὕδωρ ἄγει καὶ δέρματα] Pro δέρματα φλέγματα legunt Vaticana exemplaria, quam lectionem etiam ſecutus eſt Caluus. Hæc verò eadem paulò ſupra iam ſcripta ſunt, & repetita extremo lib. de Nat.mul.

439 ἀφέψησον κνέωρον] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed κόκκον legendum ex ſuperioribus apparet, quemadmodum etiam Caluus & Cornarius legerunt, pro quo κνεώρου ſcribitur lib.de Nat.mulieb. vbi etiam ἄλας addit.

440 ἄγριον] Interpretes hanc dictionem omittunt, quod ſuper non adhibeatur, neque lib. de Natura muliebri: adſcripſimus tamen ex omnibus exemplaribus, etſi videtur ex ἀγρίου detortum, eóque medicamentum facilè carere poſſit.

441 πιεῖν τι τρίψαντα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quod grana cnidia pedibus decorticata & trita ſignificat, fortè quòd foris inuolucrum durum eſt, nec niſi tuſum ac depoſitum in vſum veniat. Sed ſuſpectam lectionem faciunt Interpretes, qui πίνειν τι τρίψαντα, aut πιεῖν legerunt. vt quantum ad potionem vnam ſatis ſit ſumi velint, velut poſtea legitur, ἐλατηρίου τι ὀσμημένης.

442 ἐκ μυέζην ἀπολείψας] ἀπολείψαντα legunt Aldina exemplaria & Vaticana, quæ ἀποχλευάζειν pro ἀφιλεῖν legunt.

443 κηκίδα ἐν μέλιτι] ὁκοῖον κηκίδα quidam legunt, vt ad inſtar gallæ cum melle glans efformetur, quod eadem in re ἴσην κηκίδι dixit libro de Natura muliebri. Significat autem ex medicamento ſumendam eſſe gallæ magnitudinem, & in glandem componendam, aut gallæ craſſitudine glandem fingendam. Exemplaria tamen omnia ἴσον ὁκοῖον legunt.

444 καὶ σμύρναν ἄκρητον] σμύρναν ἄκρητον vocat, myrrham maximè ſinceram ac puram, eadem πρώτη dicitur lib. περὶ ἀφόρων, quæ eſt primariæ notæ & probatiſſima, & nihil habet impuri admixti, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

445 καὶ ἐλατηρίου] ἢ ἐλατηρίου legunt Interpretes, ἐν στέατι verò Caluus pingui ſubactum elaterium eſſe vult, propter diuerſam τοῦ στέατος ſignificationem.

446 ἄλλο ἐμετικὸν] Vaticana exemplaria addunt, ὕδωρ ἄγει καὶ μύξαν καὶ ἀφρὸν, quam lectionem etiam ſecutus eſt Caluus.

447 ὅσον πόσιν ἑψῆσαι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ decocta grana cnidia ad potionem vnam ſignificant, aut quę potionem vnam efficiant. Cornarius autem τρεῖς πόσιας legiſſe videtur vt quantum tribus potionibus ſatis ſit accipias.

448 ἢ ῥόδινον ἄλειφα] ἤ τι ῥόδινον ἄλειφα legunt interpretes, vt deinde illinendum ſit vnguentum roſaceum. Sed videntur iſta ſignificare grana cnidia trita, melle ſubacta, vnguento roſaceo intingenda, & ex glande ſupponenda.

449 καὶ δέρματα ἀφαιρεομένη] δέρματα ἀφαιρεόμενα legunt exemplaria Aldina, ἀφαιρέουσα Vaticana quædam. Communes pelliculas dixit Caluus, ſed idem ὕδωρ ἄγει legiſſe videtur.

450 ὕδωρ ἄγει ἀφαιρέουσα] καὶ ἀφαιρέουσα ἀφαιρέουσα legunt exemplaria Vaticana.

451 ἀνθεμὶς ἢ ἀσφάραγος] Hæc in omnibus exemplaribus ſic leguntur. Cornarius autem & Caluus poſt potiones adſcribunt. Caluus verò hic legit, ἀπολέσθαι τρίψας.

452 ἀνδράχνης πίνειν] Apparet hoc medicamentum hic diminutè ſcriptum eſſe, ideóq; ex ſupraſcriptis & libro de Natura muliebri, reponendum. In eo autem plurimum virium reponit Hippocrates, cùm idem ſæpiùs repetat.

453 ἐν ὕδατι θερμῷ] Iſtud aliter legunt Interpretes ex ſuperioribus locis.

454 καὶ τὸ πεπερμένον] Hic Cornarius lectionem lib. de Nat. mulieb. adſcripſit.

455 ὁκόσα μίνθου καὶ σμύρνης] Hoc longè aliter legit Caluus, & ad medicamentum ex mercuriali & myrrha retulit.

456 ἀνδράχνης ὁ πιεζόμενος] Hic fotus etiam ſcribitur lib. de Nat. mulieb. longè tamen aliter, quod non parum ſuſpectam hanc lectionem facit.

457 ἐκ τὸ σῶμα ὁ κόλπος ἰσχὺς ἔχῃ] καὶ ὀρθὸν ἔχῃ legunt Caluus & Cornarius. Secutus tamen ſum codicum pluralitatem cum Cordæo. κόλπος etiam pro κόλπος legunt Aldina exemplaria. θαλάσσιον ὕδωρ autem videtur eſſe aqua marina, quæ paulò poſt θαλάσσιον dicitur.

458 πεπλίου ἢ βληχροῦ] βληχρὸς lego cum Interpretibus, vt ſcribitur lib. de Nat. mulieb.

459 ἐς χοίνικας] ἐς δύο χοίνικας addunt exemplaria Aldina & Vaticana, quæ etiam ſcribunt, τὰς ἡμίσεας χοίνικας τῶν ἀμυγδάλων.

460 ὄγχνην ἀνδράχνην] ὄγχνην non legunt Caluus & Cornarius, cùm medicamentum iſtud lib. de Nat. Mulieb. & poſtea lib. 2. inter ſuffimenta reponatur.

461 ἀλείφειν ἐλαίῳ ἐν σκαφίδι] ἐν σκαφίδι lego cum Interpretibus, & σκαφίδα ex Galeno hic accipio, τὴν θαλασσίαν κόγχην τὴν ὀστρακώδη ἤγουν, ἐν ᾗ πολλοὶ μύακας ὀστρακόδερμοι. Hunc enim locum à Galeno in Exegeſi ſubindicari in Oeconomia noſtra ſcripſimus. Quod autem hic ἐν σκαφίδι dixit, libro de Natura mulIebri, ἐν ὀξυβάφῳ ἰλαιηρῷ ſcribit, & libro ſecundo περὶ γυναικείων, ἐν ἰξβάφῳ, in acetabuli formam, θυμιάματα quoque hic ἀφόρματα, aut materiam ad ſuffitum accommodatam ſignificant, quam in σκαφίδα aut ὀξύβαφον ad ſuffitum parandum iniici vult.

462 ἐκ τοῦ ἀμυγδαλίου τε] μοῦνον legunt Interpretes. Hoc autem medicamentum ex aqua decoquendum eſt, deinde percolatum infundendum.

463 μαλάχης τῶν μαλθακτικῶν] Hoc etiam medicamentum inter mollientia ſcribitur poſtea lib. 2.

464 ἀνδράχνης ἄλευρα λεῖα] Hoc medicamentum ab Interpretibus prætermittitur, quòd paulò antea ſit adſcriptum, etſi in omnibus exemplaribus apponitur, quod tumultuariam iſtam operam indicat.

465 ἔπειτα φάγειν μοῦνον] μοῦνον aut μοῦνα lego vt antea, quod ſæpè in Hippocratis doctrina lenticulæ decoctum ad vomitum exhibeatur.

466 ἐκ θεὶλ γυναιξὶν κυᾶσαι] Hæc etiam ſcribuntur libro de Natura muliebri.

467 ἔπειτα δὲ τὸ αἰδοῖον] τὰ αἰδοῖα ſcribitur libro de Naturá muliebri.

468 ἐκ δὲ τὸ σῶμα μυρίσῃ] Longè aliter legitur lib. de Naturá muliebri. Caluus verò etiam aliter legiſſe videtur, ἐκ δὲ τὸ σῶμα αἱματωθῇ. & μίσγεν αὐ μυρίσῃ.

469 ἐκ ἐλαιώδει] Videtur hoc medicamentum adſcribi lib. de Natura muliebri, vbi carnis bubulæ fruſtum pollicis pedis magnitudine, & digitorum ſex longitudine requirit, & filo deligatum ſupponit. κρέας autem pro κέρας legit Cornarius & Caluus, etſi hic (pro more) vtrunque agnoſcit. πεῖσαν autem δέσμευσον Galenus in Exegeſi exponit.

470 καὶ συκέης ὀπὸν] Hic mihi videtur eſſe locus quem Galenus ex hoc libro exponens ſcribit in Exegeſi, σοῦς, ἐν πρώτῳ τῶν γυναικείων, ὁ συκέης ὀπὸς ἀπὸ ῥίζης, ἐν ἴσῳ τῷ συκέας, ταύτῃς συμμιγεῖς, ὅπερ ἰσχυρότερον ἄλλο ἐγχυόμενον φασὶ, μορίου ῥίζης. Sic enim ſcribendum diximus in noſtra Oeconomia, cùm vitioſè legatur apud Galenum, locumq; iſtum expreſſimus & expoſuimus, ideoque mori radicis fomentum adhibendum ex decocto diximus, cùm fici radicis decoctum ſumpſerint Interpretes, & deinde quod ſequitur [καὶ μετάσταται τοῦ πίονος] de fici interioris pulpa & pinguedine ſumpſerint. Videtur tamen de quouis pingui ex vino dulci exhibito intelligendum.

471 ἐν ἐν οἴνῳ αἰθίοπι] Libro de Natura muliebri eandem in rem oleæ folia & hederæ, rubi & mali punici, vino veteri incoquit. Vbi pro vino Pramnio, vinum vetus ſcribitur. Quid autem ſit vinum Pramnium ſcripſimus in noſtra Oeconomia, hoc etiam expreſſo loco. Lubentiùs autem legam, καὶ ὁ οἶνος ἔστω πράμνιος.

472 σίλφιον ἢ ὀποῦ στλαμῶς] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra Oeconomia. Cæterùm pro ποῦ ὄπιοδε ἀεὶ legunt omnes Interpretes & exemplaria Vaticana.

473 ἀρόδιο] Hoc remedium etiam adſcribitur libro de Natura muliebri etſi diminutè, & in fine libri ſecundi περὶ γυναικείων.

474 μυελὸν] ἰλαιον & μυελὸν legit Caluus.

475 φύλλα ἐλαίης καὶ βάτου] Libro de Natura muliebri hoc remedium repetitur, ſed carnis bubulæ fruſtum his foliis velut cataplaſmate obductum, in pudenda immittit.

476 ἔλκεα ἐν μέσῳ ὑποχωρέει] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ ſignificant hæc quæ ſequuntur cum melle ad deſiccanda vteri vlcera vſurpari debere. Verùm cùm ferè remedia iſta ad vteri vlcera adſcribantur libro de Natura muliebri. ἔλκεα ἐν μήτρῃσι ὑποχωρέει, lego cum Cornario.

477 ἀναμίξας] ἀναμίξας lego cum codicibus Aldinis.

478 ἐν μέλι] Sic quidem legunt exemplaria quæ vidimus omnia, quibus verbis quid ſignificetur non ſatis conſtat. Pro iis ἐνεῖν legiſſe videtur Cornarius, vt fel tauri tenui farinæ maſſa obductum aut obuolutum, in cruſtam torrefieri velit, deinde deuorari. Caluus verò ἐνεῖναι legere videtur. Locus certè mihi ſuſpectus eſt, & pro ἐν μέλι ἄρτῳ legit Cordæus.

479 ἐν τρίτῃ] Iſtud tertio quoque die bibendum ſignificare videtur. Interpretes tamen ter dixerunt. ἐν τρίτῃ tamen legit Cordæus.

480 ἀνδράχνην δὲ ἴσον] ἴσον lego cum Interpretibus omnibus.

481 ῥιζίον] Surculum aut coliculum intelligo, aut radicem fibroſam.

482 καὶ ἄκρον ψιλὸν] Glandis extremum nudum eſſe vult, hoc eſt, minimè lana obuolutum, cedria tamen illitum.

483 ἀρχὴ νόθου] Hæc Notha huc appoſuimus ex veteribus membranis, maximéq; Vaticanis, quæ huc adſcribunt, etſi quædam ad extremum librum ſecundum adiungunt. Sunt autem hæc in codicibus omnibus admodum corrupta, quæ tamen minimè prætermittenda putauimus.

484 ἀπὸ ὀλίγων] Libro primo περὶ γυναικείων ad puellorum tuſſim lini ſemen cum oui vitello aſſato & ſeſamo in cibum exhibet.

485 προσφέρειν τὰ ἴσωθεν] τὰ ἴσωθεν lego cum Cornario, & ἐν μέλιτι περί ψας.

486 πλύνω] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed μοτοῦν legunt Interpretes.

487 ἀλευρίῳ] Iſtud non videtur legiſſe Caluus.

488 τῷ χηνὶ ἢ μαλακῷ] Sic quidem legunt exemplaria omnia: Cornarius tamen τῷ χηνείῳ, ἢ τῷ οἴῳ legit & εἰρίῳ δὲ χιόνος μαλακῷ. Videtur autem ſignificare, ad vſum glandes, anſerino pingui illitas, lana ouilla & molli inuoluendas.

489 ἐλαίῳ δὲ χρίειν] Id non legit Cornarius.

490 τὸ ευλαῖον] ευλαῖον legiſſe videtur Caluus.

491 ἐπὶον φάρμακον] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed αὐτὸν malim, quomodo etiam Cornarius legiſſe videtur.

492 ὕδατι φύγειν] Hic locus parum eſt integer, in quo ſecutus ſum Cornarium, & lego, νίτρον ὕδατι φύγοντα λεῖον.

493 ἢ τὸ ἴδιον χέειν] Hæc fœdiſſimè ſunt corrupta in omnibus exemplaribus, & ex quibus nullus ſenſus elici poſſit. Ideóque cum Cornario prætermittere malui, quàm in his turpiter & pueriliter nugari. Suſpicio tamen eſt, medicamentum ex nitro trito in ollam cum melle coniectum, addito alumine cum aqua aliquandiu ferue factum, ad illinendum locum dolentem comparatum fuiſſe. Quod ſequitur videtur ad illinendam ſedem dolentem apparatum ex vua paſſa trita. Quod tamen longè aliter ſumpſiſſe videtur Caluus.

494 ἐν σταιτὶ] Incertum quoque eſt an hic farinæ maſſam aqua ſubactam, an verò pingue aliquid intelligat. Pingue ſuillum dixit Caluus. Deinde in ponderibus valde eſt ſuſpectum Medicamentum, & videtur de portulacæ & lactucæ ſucco cum farinæ maſſa, aut pingui aliquo ſubacto accipiendum.

495 χαλκὸς, ὡς χολὴ] χαλκοῦ ἴος lego, æs vſtum aut æruginem.

496 ἰμπάσσειν] ἔμπασμα legit Cornarius, & ſignificat id quod puluere inſpergitur. Videtur enim hoc medicamentum, vſtum, tritum & puluere vſurpandum. Hoc verò longè aliter Caluus legiſſe videtur.

497 τὸ ψιμύθιον] τὸ ψιμύθιον lego, & τῷ μολύβδῳ ἐν. Deinde ὑγχρίσματος, quemadmodum etiam Caluus legiſſe videtur. Pro μολυβδίνῳ etiam μολυβδίνῳ lego, & ad ἀπό id refero, vt paulò poſt.

498 διηθεῖσαν ὀθονίῳ] ὀθόνιῳ lego ex Galeno, in noſtra Oeconomia, hoc etiam expreſſo loco.

499 ἐν χαλκῷ κυσίδι] κυσίδι legunt exemplaria manu ſcripta, ſicque legi debere ſcripſimus in noſtra Oeconomia, hoc expreſſo loco.

500 ταύτης ἴσον μίγνυσι] ταύτῃ τῷ μίγνυσι lego.

501 ἐναποψᾶται τὸ χρύσιον] Hæc vitioſa ſunt & ab Interpretibus omittuntur. διατετριμμένην autem & διατρίβειν probè & diligenter terere hic ſignificat, ταύτας ἀλλήλαις διατρίβειν lego.

502 χρυσῖτις] χαλκῖτιν legiſſe videtur Cornarius.

503 ἀπὸ δὲ ἡ κυανῆς ἡ χαλκῖτιδος] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed Cornarius αὐτὸ δὲ κυανῆς λεῖον legit. Intelligit autem chalcitim veram.

504 μὴ ξυμπέσῃ] ξυμπέσῃ lego, vt ſit, ne coeat inter ſe, aut in ſeſe cogatur & colligatur dum teritur. ξυμπέσῃ etiam quedam legunt exemplaria, quod eſt, ne in ſe concurrat aut ſimul contrahatur dum teritur, hoc eſt, ne partes inter ſe cohæreant aut coeant. Cornarius verò μὴ ξυμπέσῃ legiſſe videtur.

505 ἀχὺς ἄχλυος] ἄχλυος quodnam ſit oculi vitium ſcripſimus in noſtra Oeconomia, ſimulque hunc locum ſubnotauimus.

506 ἢ γλαυκῶσις ἢ ἀμβλυώς] γλαυκώματα legunt Aldina exemplaria, & aſteriſcum apponunt, vt vitij notam, γλαύκωμα aut γλαυκῶσις videntur legiſſe Interpretes. γλαυκοὶ autem ἀμβλυωποὶ quinam dicantur Galeno, expoſuimus in noſtra Oeconomia.

507 δρίψας ἐξυδάσαι] ἐξυδᾶσαι lego cum Interpretibus. Hunc autem locum longè aliter mihi legiſſe videtur Caluus.

508 σμύλα] Sic legitur in omnibus exemplaribus, ſed κυκεῶνα μυλίζειν videtur legiſſe Cornarius.

509 ὀ φύλλοις] Hic locus valde ſuſpectus eſt, ideóque aſteriſco eſt ſubnotatus in Aldino exemplari.

510 διηγκυλωμένον] Interpretes iſtud omiſerunt cùm tamen in omnibus exemplaribus legatur, ſed ὡς διηγκυλωμένον legendum videtur.

511 ἐπὶ δ' αὖ ἀπέλθῃ] ἐπὰν δ' αὖ ἀπέλθῃ, aut ἐπὶ legunt Interpretes, ſed ἢ, ἐπὶ δ' αὖ lego, vt intelligatur id quod à rutro diſcedet.

512 σκόλυμα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, eamque dictionem retinuit Caluus. Verùm mendum ſubeſſe exiſtimo, & ἅλες aut ἄλευρα lego cum Cornario.

513 ἐκ γείρου πλὴν ἐπίρλυ] Hæc vitioſa ſunt & valde ſuſpecta, ideoque in codice Aldino aſteriſco notata, τὰ ἐσπελευσῆς πίπτον legiſſe videtur Caluus. Cornarius autem omnino prætermiſit, quem ſequimur. Iſta autem longè aliter legiſſe videtur Caluus.

514 πνίξον χυλοῦ, ἰσχύει ἐς σκαφίδα] Hæc verba prætermittuntur ab Interpretibus, ſed accipi videntur de infuſo in vas aliquod (σκαφίδα dicit, nos ſcapham aut ſcaphulam vertimus) effundendo, vt deinde in ſedem iniiciatur.

515 ἐς χύτραν ὕδατος] ἡμιχόῳ legit Caluus.

516 φύξας δὲ τὰ μῆλα] ἴτρινα lego cum Caluo. φύξας tamen legunt exemplaria omnia, ſed vitium ſubeſſe aſteriſcus codici Aldino affixus indicat, ξηράνας legit Cornarius. Mala autem cydonia, vt ſupra, conciſa intelligi videntur. Coriandrum etiam cum apij foliis addit Caluus.

IN LIBRVM SECVNDVM, DE MORBIS MVLIERVM.

1 Ρόος λευκὸς] Hic liber eiuſdem eſt argumenti cum ſuperiore, propriéque quodammodo profluuia muliebria, & veri errores pertractat.

2 ἢ ἐς τὰς γαστροκνημίας] ξυνιτείνει vitioſè legunt Aldina exemplaria pro ξυντιταίνει. ξυντείνει verò exemplaria Regia manu ſcripta, quæ videtur eſſe quædam huius verbi explicatio. τιταίνειν enim pro τείνειν ſæpè efferunt Homerus & Hippocrates. Lego autem τὰ μηρὰ ξυντιταίνει, vt cum ſuris fœmora contendantur, ac veluti contrahantur. Id autem ad mulierem veluti quadam conuulſione affectam refertur.

3 ἢ τὰ κλύσματα ἀπὸ τῆς ἄρτου κεκαυμένου] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, ſed pro κλύσματα κλάσματα legendum exiſtimo, vt decerpta ex pane cruſtula aut fruſtula aqua macerata intelligantur. Huiuſmodi enim potus valde deſiccat, neque ingrati eſt ſaporis, vt quotidie teſtantur ægri, qui ex panis fruſto torrefacto aquam ſæpiſſimè ebibunt. Cornarius ξύσματα pro κλύσματα legiſſe videtur.

4 ἢ ἄλφιτα σησάμινα] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra Oeconomia ex Galeni mente, qui ἄλφιτα σησάμινα, τὰ ἐκ τῶν τριῶν ἢ σησάμου κεχώρισ bis exponit. At Erotianus apud Hippocratem, τὰ χρίσματα ἐκ τῆς θριγκῷ κελεύω exponit, ſcribitq; ſic Atticis vocari. Verùm apud Erotianum mendum ſubeſſe ſuſpicor, & ἀφρύκτων legendum exiſtimo, cumque à Galeno ſubnotari opinor, cùm ſcribit, τινὲς δὲ τὰ ἐκ τῆς ἀφρύκτων μόνα. Exemplaria autem Aldina σησαμίδια pro σησάμινα vitioſè legunt.

5 ἢ παχεῖ, σπόγγῳ] παχεῖ craſſiorem vinculi partem aut nodum intelligo, hoc eſt laqueum, iſtumq; locum expreſſimus in noſtra Oeconomia.

6 ἢ πυίας ἀνίρι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vulgatamque iſtam lectionem ſecuti ſumus in noſtra Oeconomia. Verùm σιπύας ἀνίρι malim, quod eſt σαμψύχου, vt exponit Erotianus.

7 τί, τι χλοίῃ ἀμυδρὴς] ἀμυδρῆς, τὰ ἄχροα χλόην ἔχοντα ὠχρᾶς, apium colore referens exponit Galenus. Erotianus verò iſtum locum diſertiſſimis verbis ſic exprimit. τὰ χλοίῃ ἀμυδρῆς ἢ τὰ σελίνου μετάρσιον] ἀμυδρὲς μὲν χλοίην λέγεται τὸ λευκότερον, ἀπὸ δ' ἄχρου τὰ ἰχθύδια ὠνομασμένον, μετάρσιον δὲ, κυρίως μὲν τὸ ὑψηλὸν λέγεται, κατακεχρηκε δ' ἐν τῷ ὑπαλλαγὴν ἀντὶ τοῦ ὑπόλευκον.

8 αἱ μὴν γὰρ ἀπίρλυνται] Eadem ſcribuntur initio libri περὶ γυναικείων φύσιος.

9 ἡλικιῶν ἴσαι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ex Galeno ἰσηλικίαι legimus in noſtra Oeconomia, iſtumq; locum reſtituimus. Exponuntur enim ἰσηλικίαι Galeno in Exegeſi, ἐν ξυστάσει, μεσήλικες οὖσαι in media ætate conſtitutæ, aut in æquilibrio ætatis poſitæ, cùm ſint inter iuuenculas & vetulas mediæ.

10 ἢ ῥοιῆς πλὴν ἐνεξύρλεi] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ῥόα πλὴν ἐνυδρίῳ lego cum Interpretibus omnibus. Deinde ἐν ὄξει ὀξυτάτῳ lego cum Cornario, etſi ὕδατι legunt exemplaria omnia. Poteſt autem ὕδωρ ὀξύτατον dici, aqua in qua thus ipſum ac ſumachium tam diu maduerit vt acorem maximum imbuerit. ἀλειφάδων etiam pro διηλιφάδων ponitur. Per vinaceorum autem potum, aquam ipſam in qua vinacea macerata fuerint intelligo.

11 στέαρ ξυμμίξας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, verùm σταιτὸς ἀλεύρου lego cum Cornario.

12 ἢ οἶνον μέλανα οἰνώδεα] οἰνώδεα pro οἰνώδεα legunt exemplaria Vaticana, eaq; ſecutus eſt Caluus.

13 φάρμακον πίνειν] ἄνω pro κάτω legunt Vaticana exemplaria.

14 λεῖ καὶ πεδιλῆς] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed πυέλου pro πεδιλῆς legit Cornarius.

15 ἢ ξυμβαίνει διηλαίνοντα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, iſtamque lectionem ſecuti ſumus, quæ cum eo quod ſequitur maxime conuenit. Interpretes tamen omnes διηλάμποντα legiſſe videntur.

16 ἐκβράζει] ἐκβράσσει hîc mihi legiſſe videtur Galenus in Exegeſi (vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia,) quod ἐκβάλλει, ἐκβράσσει exponit & in quibuſdam exemplaribus ἐκβάλλει, velut æſtuando aut ebulliendo expellit & eiicit, quod prorumpentis ſanguinis copiam aut impetum ſatis indicat.

517 ἢ

17 ἢ ἐλινυσει] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ dictio quietum eſſe à flatibus ventrem indicat, & ſine flatu diſtentum aut induratum, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Sed ſuſpectum locum habeo, & pro ἐλινυσει αὐτῇσι, aut αἰωρῆται, aut ἐκκινεῖται (velut ἐκμὸς pro αἰμὸς dicitur) lubentiùs legam, vt ſit inflatur, aut flatum concipit. In his enim venter flatu diſtenditur, attollitur & indureſcit. Cornarius αἰωρεῖ legiſſe videtur, aut τονίζει huc accommodaſſe, quod Galenus in Exegeſi αἰωρηθῆναι exponit. Caluus autem ἐνίοι legit.

18 ἢ τένοντα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed τένοντας malim. Sic enim colli neruos ſæpè vocat Hippocrates.

19 ἢ ὁ χρὼς ῥίγεται] φρίσσει legunt Vaticana exemplaria.

20 καὶ ἐλεῖν] ἐκπιέζειν lego cum Cornario.

21 ὅ, τι ἂν μᾶλλον συμφέρῃ] ὅ, τι ἂν ἄλλο μᾶλλον συμφέροντας legunt Vaticana exemplaria.

22 ἢ ῥόφημα ἐκ ἀλφίτων ἁδρῶν] Hunc mihi locum proprio quodam modo ſubindicare Galenus videtur in Exegeſi, cùm ſcribit, ὅταν δ' ἐγκείμενα ἀλφίτα ἁδρὰ, τὰ μέγαλα τῶν ἀλφίτων δηλοῖ. Ideoque πυκνὰ ἀλφιτα addit, vt farinam triticeam tenuiter confractam & cribratam ad ſorbitionem iſtam parandam intelligas, cuius etiam aliàs vel crebra fit mentio.

23 ἢ διαλύειν] διαλύουσιν legunt exemplaria Vaticana.

24 ἀπὸ τῶν ἄρθρων] Loca ſub articulis mihi intelligi videntur, hoc eſt lumbi, coxendices, & os ſacrum, quibus alligatus eſt vterus, & ex quibus ligamenta dependent.

25 ζωμοὶ κατερρήξαντο] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vt lib. 2. de morbis, ἐρρήξαντο τοῖς ἄγχος legitur, ſed illic ἐρείξαντο, vt hic κατερείξαντο malim.

26 ἔμμοτα ἀπὸ ἐλαιηρῶν] Videtur amurca intelligi quæ olearia vaſa obſepit & infarcit, quæque vtiliter ad ſedis, genitalium, & vuluæ exulcerationes adhibetur, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

27 ἢ κηλεῖν] ἢ κατακαίειν legiſſe videtur Cornarius. Flammam autem accenſam tolli vult & prunas remanere ad ſuffitum excitandum.

28 ἢ λιπαρὰ] Hic λιπαρὰ ex omnibus exemplaribus leuia ac blanda accipio, hoc eſt minimè acria ac mordacia, veluti ſunt pinguia, aut velut λιπαρῶς, μαλακῶς dicitur blandè & leniter. λεπτὰ tamen legiſſe videtur Cornarius, vt quæ fluant, aquoſa & tenuia, hoc eſt liquida euadant, & minimè mordacia, vliginoſa dixit Caluus pro pinguibus.

29 ἢν δὲ μὴ σύλυτον τὸ στόμα ᾖ] σύλυτον τὸ στόμα hîc dicitur quod minimè conniuet aut concluſum eſt, quomodo quæ clauſa ſunt & adſtricta, ſolui dicuntur, cùm aperiuntur.

30 ἀρσὶ ἐλίσς] ἐλαιηρύοντες videtur pro his legiſſe Caluus.

31 μελιχρὸν] Hic μελιχρὸν οἶνον, vinum mellei coloris ſumi videtur, quale eſt fuluum, pro quo κιρρὸν paulò poſt ponitur, mellitum tamen diximus, vt dictionis vim retineremus, ſiue ad colorem, ſiue ad mellis permixtionem reſpicias.

32 αὐτὸ δὲ κιρρὸν οἶνον] κιρρὸς color in vino melius dicitur † Gellio, * Plinio fuluus, quem ſequimur. Eſt enim κιρρὸν χρῶμα Galeno lib. duodecimo Meth. med. πυρρὸν ὠχρόν, color rufus in pallidum, aut pallidus aliquantum in rubrum inclinans, melinus aut giluus color dicitur, pro quo μελιχρὸς antea poſitus, hoc eſt melleus color aut cereus, quemadmodum κιρρὸν vertit Barbarus.

† *Lib. 13. cap. 19.* * *Lib. 14. cap. 9.*

33 ἢ γλαμυροὶ οἱ ὀφθαλμοὶ] γλαμυροὶ ὀφθαλμοὶ quinam ſint oſtendimus in noſtra Oeconomia, hoc expreſſo loco, & quodnam ſit ἀφαλὲς χρῶμα.

34 ἐμπλάσσεται] Hanc phraſim expoſuimus & expreſſimus in noſtra Oeconomia.

35 ἢ πιτύος λέμματα] πιτύος legiſſe videtur Caluus, cum mori ramenta dixit.

36 καὶ ἐν τῷ πρώτῳ πτύσματι μωροὶ αἰσθάνονται] μωροὶ legunt Vaticana & Aldina exemplaria, μωρὰ Galenus quem ſequimur, ex cuius mente hanc dictionem expoſuimus in noſtra Oeconomia, iſtumq; locum expreſſimus. μωρὰ autem legit Erotianus.

37 ἢ ἐκ τοῦ ἀπὸ σησαμίδων, ὁ ὀρρὸς διδόναι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ὑπὸ τῷ τῶν σησαμίδων ὀ, lego cum Interpretibus.

38 ἰσχαδίων] [illegible] dicuntur quæ ex leguminibus freſis aut confractis conficiuntur, ideoque panes ex hordeo freſo aut confracto, cum interpretibus ſumpſimus in noſtra Oeconomia. At verò (ſi quid rectè conijcimus) exiſtimo Galenum hîc legiſſe ἰτρίων aut ἰτρίνων, qua notione pro ἐκβάται & bellariis aut dulciariis placentulis ſumuntur, quæ ex ſaccharo, nucibus pineis, ſeſamo, ſeminibus papaueris, ex πεμμάτων genere conficiuntur, ad virium refectionem. Scribit enim Galenus in Exegeſi, τὸ ἴτριον ἰτρίων inde dictum διὰ τὸ θραύειν, οἷον τὸ θρίνιον quod eſt θρυπτὸν, vnde quoque ἰτρία πέμματα exponuntur Heſychio.

39 πτισάνην] Hunc mihi locum ſubindicare videt[illegible]r Galenus in Exegeſi, cum πτισάνην exponit ἀναδίδοσθαι, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia hoc expreſſo loco. Hæc verò hîc ἰσχάδιοι videntur opponi.

40 ξυστῆρι τῷ] σπαθιστῆρι videtur legiſſe Caluus, etſi vtranquè lectionem adſcripſit.

41 ἀφελὼν δι' ἀστρανίσας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vitioſè vt apparet, ſed nos in noſtra Oeconomia διὰ κρησέρα legendum eſſe monuimus, iſtumque locum ex Erotiano & Galeno reſtituimus, hancque lectionem ſecutos eſſe Interpretes apparet, etſi Cornarius δι' ἄστρας exactè cribratum dixit. Eſt autem κρησέρα Galeno in Exegeſi, ὁ ἀλευρῶν πλεῖστον ὀνομαζόμενος quæ κοσκίνον dicitur Erotiano, qui etiam κησέρας apud Hippocratem exponit. Huic κησέρα, dicitur, ῥάκος λινοῦν καὶ ἀραιὸν, δι' οὗ διηθοῦσι τινα ὡς δι' ἠθμοῦ, cribrum excuſſorium aut pollinarium vocant, ſacculum quendam lineum rarum per quem excuſſas farinas tranſmittunt & traiiciunt. Poſtea etiam animaduertimus Hieronymum Mercurialem διὰ κρησέρας ex vetuſtiſſimis codicibus adſcripſiſſe, & διὰ κρησέρης in ſuis Annotationibus legiſſe. Sed διὰ κρησέρας malim, aut cum Erotiano διὰ κησέρας.

42 ἢ λεῖα ἐν μαχρῷ λάσανῳ] μὴ λάσανοι legit Cornarius, contra tamen codicum omnium fidem.

43 ἐκείνας γυναῖκας] ἐκείνας γὰρ ἑτέρας λαμβάνει ὁ νοῦς αὐτὸς, legunt exemplaria Vaticana. Caluus autem ἐκείνας γεραιτέρας legiſſe videtur.

44 καίζει δὲ πῶσι αὐτίκα] Sic quidem legunt exemplaria quæ vidimus omnia. Caluus tamen αὐτὴ δοκεῖ χλωρὴ καίζει legiſſe videtur.

298 ῥόου ὕδατος] ὑδατώδεος legunt exemplaria Vaticana , quæ etiam ſecutus eſt Caluus.

299 ἢ ἀμύλου] ἀμύλου legunt exemplaria Regia manu ſcripta, quædam etiam ἀμύνου vitioſè. Caluus autem videtur poſt ἀμύλου,οἴνῳ ἢ ῥόδου ἄνθεσι addidiſſe ex codicibus Vaticanis.

300 ἢ λιβανωτοῦ καρποῦ] λιβανωτοῦ καρπὸν,ἀντὶ τοῦ τὸν ὀνομαζόμενον λιβανωτὸν exponit Galenus in Exegeſi,hoc ſubindicato loco. Exemplaria verò Vaticana pro κλυστῆρες ἐνιέναι,ἐγχεῖν legunt. Infundendum tamen medicamentum indicatura indicat.

301 ἢ μανδραγόρου τὸ ἄκρον] Sic quidem legunt exemplaria omnia,ſed ſuſpecta eſt mihi lectio,& cogor cum Interpretibus legere, ἢ μανδραγόρας ἐν αἰγείῳ στέατι.

302 ξὺν τοῖσιν ἰσχάδεσι] ξὺν τοῖσιν ἀχύροισι lego cũ Cornario , quod ſæpius ad eiuſmodi vteri mala & procidentiam, hordeum cum repurgamentis ſuffitu adhibeatur in tota hac muliebrium morborum tractatione.

303 ἢ ὄπτὸν σταφὶς πίνειν] σταφὶς οἴνῳ πίνειν legit Caluus.

304 πνεῦμα δὲ οἴχηται]Sic quidem legunt exemplaria omnia , ſed lego, πνεῦμα δὲ οἴχηται ἄγει ἄνω,vt ſit,& ſpiritus confertim coaceruatus ſurſum commotus fuerit aut proruperit,aut confertus ſe ſurſum commouerit.

305 ὁρμᾶται ὁμαλδύνεται] ἀθρόον ἢ ἀμφιλαφὲς exponunt Erotianus & Galenus in Exegeſi,hoc loco diſertis verbis expreſſo.

306 ἢ κόχλον τὸ ἔνδον] κόνυζαν lego cum Interpretibus ex lib.de Nat. mul. vbi κόνυζαν τὸ ἄνθος τὸ λευκὸν dicitur.

307 ἢ χλόον λεπτόν] Hunc mihi locũ in Exegeſi reſpicere videtur Galenus,cum χλόον exponit,ἢ μόνον τὸ θαμνῶδες φυτὸν, ἀγνὸν ἢ ἄνθος τι καλοῦμεν, ἀλλὰ ἄρα ἢ πίσος καλοῦμεν τῆς βολβῶν Quod etiam rectè animaduertit Cornarius, qui legit ἢ λεπτόν. Caluus autem χλόον legit.

308 καρίανον ὀλίγον]Sic quidem legunt exemplaria omnia , ſed καρίανον lego,pro quo κάρον ſcribitur lib. de Nat. mul. καρίανον tamen veteres Medicos dixiſſe ſcribit Galenus , recentiores κάρον.

309 τοῦ κρόνου ῥίζα]Ex hoc loco κρόνου ῥίζα exponitur Galeno in Exegeſi, τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ κύπερον ὀνομάζουσι. Pro quo vitioſè τῆς κροτωνοειδέος τὰς ῥίζας legunt exẽmplaria libr. de Nat. mul.Caluus autem ex vino decoctam radicem potui exhibet , vt id ex codicibus Vaticanis addidiſſe videatur.

310 ἐνθεὶς ἐς πρόχειρον] Sic legunt exemplaria omnia , vt πρόχειρον ὀθόνιον ſubaudiri poſſit, ſed πτυχίον legere malo,vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.Pro quo ἐς ῥάκος ſcribitur lib.de Natur.mulieb. eadem in re. Intepretes autem hic etiam προσθεῖς addere videntur.

311 ἢ οἶνον αἰθιοπικὸν]ἢ κύμινον αἰθιοπικὸν lego ex lib.de Nat.muliebri,vbi iſtud repetitur.Cornarius ἢ οἶνον , ἢ αἰθιοπικὸν legiſſe videtur,vt vinum cedrinum,& Æthiopicum , hoc eſt cuminum etiam bibendum ſuadeat.

312 ἰδίσματα ποιεῖν]Ex hoc loco mihi videtur Galenus in Exegeſi ἰδίσματα exponere,vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, vt apud eum mihi legendum videatur,ἢ τὰ ἀφέματα,ἢ ἱδρώματα.

313 ἢ πρόμαλον]Sic quidem legunt exemplaria omnia. Regia vero manu ſcripta πρόμαλον legunt , quam lectionem etiam ſecutus videtur Caluus. Cornarius πρόμαλον myricam dixit. Verum mihi lectio corrupta videtur, & πρόμαλον legi pro πρόσβαλλε aut προσβαλεῖν. Sic enim legitur lib. de Nat. mulieb. eadem in re,κριθὰς πτίσας λείας ξὺν τοῖς ἀχύροις πρόσβαλλε.

314 ὅταν προσπεπτώκῃ πνίγωσι] Iſtud iiſdem ferè verbis repetitur lib. de Nat.mul. de vteris ſurſum procedentibus , aut prolſtentibus ac ſtrangulantibus. Idem autem hic προσπίπτειν quod paulò ante de iiſdem ἄνω προσίστασθαι dicitur,& lib. de Nat. mul.

315 ἱστάναι αὐτὴν δέκα] εἴσω αὐτὴν ἰδέτω lego ex lib.de Nat.mulieb. quod ſatis ſit δύο μόνον.

316 ἢ καὶ πρὸ] Aut hîc καὶ ἐστὶν legendum,vt ſæpè legitur , & καὶ ὄπτον ἔλαιον intelligendum, aut καὶ ὅσα αὐτὸ τὸ καὶ εἶναι aut καὶ ὁδῷ ſumito,vt lib.de locis in homine.

317 ἢν ᾖ μὴ ἐῶν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἢ pro μὴ lego cum Cornario, aut ἢμοι, vt vna cum ſtrangulatu tuſſis vrgeat. Quo ex loco etiam Interpretes ἀμύγδαλα πικρὰ ὀ τέσσαρα addunt.

318 ὁ τῶ πυετίδος ὥσπερ] τῶ κυνοῦ ὥσπερ legunt Caluus & Cornarius.

319 φύκος ὁ πόντιος] Hæc remedia repetuntur libr. de Nat. mulie bri ὁ φύκος legunt Interpretes.

320 ἐς χαλκίον] ἢ ἐς πλοῖον legit Cornarius ex lib. de Nat. mul. κοῖλον tamen habent exemplaria omnia.

321 πυελίοις ὡς ἀνίωσι] Hoc eſt, vt foribus iſtis vteri ab inguinibus quibus inſident aut incumbunt, recedant, πυελίοις ſimpliciter tamen ſcribuntur libr. de Nat. mul. & lib. 1. περὶ γυναικ. vbi iſtorum modus fuſius explicatur.

322 βαλεῖν τετριμμένον] πεπαυμένον ἢ σεσησμένον legendum ex lib. de Nat. mulieb. cum lib 1. περὶ γυναικ. ſcribat, σὺν ἄλφιτα ξηρὰ ἄλφιτα ἢ ἀλφίτοις τέσσαρας χοίνικας. πεπαυμένον tamen habent exemplaria omnia, quam lectionem cum Caluo retinui. ἥμισυ verò (ſiue vtrobi farinam aut decoctum ſumas) dimidium eſſe vult libr. de Nat. mulieb. pro quo tamen vitioſè ἡμι ὀβολὸν ſemel legitur, alias chœnicis menſuram eſſe vult. Aquæ marinæ nulla fit mentio lib. de Nat. mulieb. quam lib. 1. γυναικείων ad heminas viginti bis ponit. Deinde hoc medicamentum naribus ſuffitu hic adhibetur, illic vero πυελίῳ ſimpliciter dicitur, eamq; lectionem adhibuit Cornarius.

323 χαλκὸς ἴσον ἐμπίπτοι] ἐμπίπτοι videtur omiſiſſe Cornarius, quod tamen vbique legitur.

324 ἢ ἐρεβίνθων δὲ λευκῶν] Hoc medicamentum hîc admodum diminutum, ex ſuperioribus locis reponendum. Lib. de Natur. mulieb. cicerum alborum tritorum partes ſunt duæ, vuæ paſſæ tertia pars, & aquæ dimidium affunditur ad coctionem. Lib. verò 1. περὶ γυναικ. Cicerum alborum & vuæ paſſæ duæ chœnices tribus aquæ ſemicongiis decoquuntur.

325 ἐλαίου ἡμικοτύλιον] τρία ἡμικοτύλια legit Cornarius ex libr. de Nat. mul.

326 ὁ δὲ δάφνης φύλλα] Hæc remedia valde ſunt confuſa, quæ lib. de Nat. mul. longè meliùs diſponuntur, vnde lectionem ſuam adhibuit Cornarius.

327 ἢ ὀ ῥοιῆς τὰ φύλλα] ἢ τῆς ῥοιῆς τὰ φύλλα legit Cornarius ex libr. de Nat. mulieb.

328 ἢ τὰ ἐκλελυμένα ἔχει χαλάσαι] Sic legunt exemplaria Germanica, Aldina verò ἔχει. Sed nos in noſtra OEconomia ἔχει legimus ex lib. περὶ γυναικ. φυσ. & ex hoc libro antea cum Interpretibus, exiſtimamuſque hic Galenum ἔχειν legiſſe, quod ἐχῖνον exponit in Exegeſi (etſi vitioſè ἔχειν pro ἔχει ſcribitur) & ἔχει etiam adhibuiſſe, vt vtramque lectionem exponeret, & in Exegeſi pro ἐχῖνον ἔχει ſcribendum, & exponendum ὁ περὶ τὸ στόμα τῆς μήτρας ἐκκεχυμένος ἐπιπαγέντος. vt τὰ ἐκλελυμένα ἔχει dicantur, eadem quæ ἀμφιβλῆστρα antea & τὰ λίγνα, flexuoſa oris vteri eminentia, eiuſque ſumma & extrema ora, quæ in vteri extra prominentia compendet, demittitur ac relaxatur velut ſcrotum. Aut certè pro ἐχῖνον apud Galenum ἔχειν legendum erit, & αἱ περὶ τὸ στόμα τῆς μήτρας ἐκκεχυμένοι ἐπιπαγέντος, vt loco Coacarum Prænotionũ iſta expoſitio adaptetur. Hic verò Cornarius legit, ἢ οἷον ἔχει χαλάσαι.

329 μελανθίου ἐς ἔρια] Ex his quædam repetuntur lib. de Nat. mulieb.

330 ἢ σίαλ] Sic etiam ſimpliciter legitur libr. de Nat. mul. ſed Cornarius σίαλ χλιαρὸν legit.

331 μαλακῷ σφύσαι] Hoc adſcribitur lib. 1. περὶ γυναικ.

332 ἐλελίσφακον κόψας τρίψας] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia, ſimulque legendum hic eſſe admonuimus ex lib. περὶ γυναικ φυσ. & lib. 1. περὶ γυναικ ἐλελίσφακον κόψας τρίψας ἐν ὕδατι. Hic etiam locus à Galeno ſubindicatur in Exegeſi cum μυρτίδανον exponit, quem ibi etiam fuſiſſimè explanauimus.

333 ὁμήρυσον] Sic legunt exemplaria omnia publicata, ἡμίρυπον legunt exemplaria Regia manu ſcripta, quæ ſecuti ſumus cum Interpretibus, vt lanam ſemiſuccidam aut ſemiſordidam intelligas, ſed fortè ἢ μὴ ῥυπαρὸν legi poteſt, vt τὸ καθαρὸν εἶναι exponat: Alioqui ſemiſuccidam lanam putam accipit, quæ non æquè mordeat ac plenè ſuccida.

334 ναίκισκον] ναρκίσσινον legitur lib. de Natur. mulieb. vt μύρον ναρκίσσινον lib. 1. περὶ γυναικ. vbi idem repetitur, & ex molli ac tenui linteo, glandis forma ſupponitur.

335 ὁ λευκῷ ὁ αἰγυπτίῳ] ὁ λευκῷ αἰγυπτίῳ legunt Vaticana exemplaria, quæ ſecutus eſt Caluus, vt ſit oleum Ægyptium album, quod ſuſinum etiam dicitur. libr. 1. περὶ γυναικ. ἰρίνῳ vult ἢ ἐλαίῳ λευκῷ αἰγυπτίῳ.

336 καὶ ὅτι ἐᾶν] ἢ ποιεῖ legunt exemplaria Regia manu ſcripta & Vaticana quæ ſecutus ſum.

337 ἢ συκῆς ῥίζα] Hic συκῆς pro συκέας ῥιζῶν συνημμένων poſitum diximus in noſtra OEconomia. At Caluus fici radicem dixit.

338 μέγεθος ἢ κηκίδα μικρὰν] Hoc in maſſam gallæ paruæ magnitudine permiſcendum eſſe ſignificat, ex qua glans formari poſſit, quo liquore aliquo imbuta, ſubdatur. Ibidem etiam ceruinum adipem ex vino liquatum eſſe vult.

339 περιπεπλασμένον] Hoc mihi ſuſpectum eſt, alioqui περιπεπλασμένον idem valere videtur quòd alias ἐν ῥακίῳ πεπλασμένον dicitur, aut ἐν ῥακίῳ ἐνδεδεμένον hoc eſt lacero & attrito panno, aut linteo raro excepta & illigata. At lib. 1. περὶ γυναικ. iſta inſtillato lacte muliebri trita, ex lana vnguento intincta ſupponit.

340 κηκίδα] Id etſi gallam ſignificat, eodemque modo ſcribitur lib. 1. περὶ γυναικ. mihi tamen gallæ magnitudine de medicamento ſumendum, ad glandem conficiendam indicare videtur, vt ſit, ὅσον κηκίδα, vt in re eadem alias ſcribitur lib. περὶ γυναικ. φυσ. & lib. 1. περὶ γυναικ.

341 σίαλ ἰχάνι] ἐλάφου σίαλ legit Cornarius, quem ſequor.

342 ἐς λάδανον] ἐς λάδανον ἐλαίῳ legit Cornarius, ἐς λάδανον αἰγύπτιον Caluus ex Vaticanis membranis.

343 τὸ μέλαν ποιεῖ] μέλαν ποιεῖ, aut, μέλαν ὀλίγον lego, vt περὶ γυναικ. lib. 1. vbi etiam μέλι γυναικὸς κυουσῆς requirit. περὶ δὲ αὐτῆς autem, & ἐν ἐλαίῳ αἰγυπτίῳ ἑψῆσαι videtur addere Caluus, ex lib. 1. περὶ γυναικ.

344 ὁ ἐλατήριον τρεῖς πόσιας] Iſtud ad ſuperiora refertur, vt cum adipe tres elaterij potiones ex aqua ſubactæ, in ſubdititio apponantur, vt apparet ex lib. 1. περὶ γυναικ.

345 μελίκρητον λευκῷ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed μέλι, χηνὸς λευκοῦ, vt in ſequente lego cum Cornario. Hæc autem paulò antea magna ex parte repetita ſunt, & lib. de Nat. mulieb.

346 οἶνον καὶ ὡς ὕδωρ] Hæc repetuntur circa finem lib. de Nat. mulieb.

347 ἐν δὲ ὕδασι ταπεινίζειν] ταπεινίζειν, ἐμψύχειν cum Erotiano expono, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, hoc expreſſo loco.

348 ἐπιθεὶς ἐπὶ πυρὸς] hic θρύμμα aut κέραμον ſignificat, & candens vaſis igniti aut ollæ fruſtum, aut candentem aliquam teſtam indicat, pro quo lib. 1. περὶ γυναικ. ὀστράκιον χυτρίδιον διάπυρον ponitur, vbi hæc eadem ad vteri dolorem & inflammationem adhibentur. Hic autem exemplaria Aldina de mendo ſuſpectum locum aſteriſco notant, cùm legunt, ἐπὶ πυρὸς διάπυρον ἐπὶ διάπυρον, cum vulgata iſta lectio rectè ſtare poſſit. διάπυρον autem ex Erotiano in OEconomia noſtra expoſuimus, hoc expreſſo loco.

349 ὅσα ἐμβάλλων] ἐμβάλλειν aut ἐμβάλλων lubentiùs lego.

350 ἐπὶ τὸ τοῦ μύρου ἐμβάλλειν] Hæc ad ſuffitus rationem pertinent, vt quæ in vnguenta aut olea coniiciuntur contuſa ſint & cribrata, deinde ea in ſtercore bubulo in acetabuli formã compoſito imponantur cum oleis aut vnguentis, quemadmodum etiam netopo vnguento illinendum ſtercus bubulum præcipit. Hæc autem deinde prunis impoſita ſuffitum ad mala muliebria accommodatum faciunt. Exemplaria autem Regia manu ſcripta vbique hic βολιτὸν pro βόλβιτον legunt.

351 ἢ κυμίνου καρποῦ] Fortè κυμίνου καρποῦ meliùs legatur, pro quo ſæpiùs κώνειον codices ponunt.

352 ἐκ ποταμοῦ κεραμίδος] ποταμοῦ κεραμίδος legunt exemplaria Vaticana. Hæc autem recens compactum aut comparatum fictile ſignificant.

353 ἢ ἐλαίας λευκῆς] ἐλαίας λευκῆς lego cum Interpretibus. Codices Vaticani, ἢ pro ἐ legunt, quos ſecutus eſt Caluus, qui ἐλαίας pro αἰθίας legit. ναρκίσσινον autem pro ναρκίσσινον lego, cùm eandem phraſim aliàs vſurpet, vt lib. περὶ γυναικ. φυσ. ἢ ἐλαίας φύλλα ναρκίσσινον μυρῷ. & paulò ſupra repetitur eadem in re.

354 ἐν οἴνῳ γλυκεῖ πιεῖν] Hic ſecutus ſum vulgatam lectionem Germanicorum codicum, vt vinum dulce potu exhibeatur in vteri ſtrangulatu, & fotu quoque vinum ſuauiſſimum adhibeatur. Vatic. verò & Aldina exemplaria legunt, ἐν οἴνῳ γλυκεῖ πιεῖν ἐν οἴνῳ ἡδίστῳ, οἶνον ὡς ἥδιστον ὅσον ἂν ἥδιστον πιεῖν, quæ ſecuti ſunt reliqui Interpretes.

355 ἢ ὅσα] ἢ φαρμακεῦσαι addunt Vaticana exemplaria, quod medicamentis cedere dixit Caluus. Apparet tamen lectionem iſtam ex ſuperioribus deſumptam, vbi iſta in vteri doloribus ſedandis repetuntur, & φαρμακεῦσαι pro φαρμακεῦσαι ſcriptores legiſſe. Qua de lectione illic mentem noſtram aperuimus.

356 ἢ φλυκτίδες καθ' ὅλον αὐτῆς ἴωσιν] Quæ hic φλυκτίδες dicuntur, φλύκταιναι priùs dictæ ſunt in purgatione fortè in pudendo muliebri innatæ, quas hic toto corpore erumpere vult. Ideoque

ἐλαίῳ λευ-

ἀλφαλνπιδες hîc legunt Vatica. exemplaria, quam lectionem Erotianum & Galenum adhibuiſſe conſtat, cùm his ἀλφαλνπιδες φλύκταιναι exponuntur, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Quam dictionẽ etiam agnoſcit & exponit Heſychius, etſi huic etiã ἀλφαλνπις ſcribitur. ἀλφαλνπιδες tamen ſcribuntur Erotiano.

357 ἢ κριθέων ἀλφιτα] Hîc Caluus farinam hordeaceam ad decoquendam ſorbitionem addit.

358 ἄλλο πυρίη] ἄλλο πυρίη ἡ ξηρὴ legit Cornarius. Nos lectionem publicatam ſecuti ſumus, & πυρίην de fotu ſicco ac ſuffitu accipimus, vt aph. 28. lib. 5. & aliàs ſæpè.

359 Ἐπὶ οἰναρίδων] Hunc mihi locum propriè indicare videtur Galenus in Exegeſi, cùm οἰναρίδων, ἀμπέλου κλημάτων exponit, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Apud Erotianum quoq; οἰναρίδες dicuntur Atticis τὰ τῆς ἀμπέλου κλήματα ex hoc loco. Succenſa autem & ignita eſſe vitium ſarmenta intelligenda, & πυρουμένων ex ſuperiore repetendum, in quæ materia ad ſuffitum iniicienda, velut ad ſuffitum paulò antè οἰναρίδων ἀνθέων, & φορ κληματίνων requirebat. Exemplaria autem Vaticana ἐλαίων καιομένων φύλλων ἐπιβάλλειν legunt, quam lectionem ſecutus videtur Caluus.

360 ῥίζας καρδίου] Sic quidem legunt exemplaria omnia, in quibus mendum ineſſe non eſt dubium. ξανθίου aut ξανθίου legunt Interpretes, vt Xanthij radicem aut lappæ indicent, quæ potentiſſimè deſiccat. Verùm Xanthium fructu aut ſemine vſurpatur, non radice. Caluus Hyacinthi etiam & aſphodeli radicem appoſuit. ἀσπαλάθου ῥίζας ξανθῆς legi poſſe aliquando exiſtimaui, quòd hæc in ſubditiitios peſſos veniat, & ad pudendorum ſordida vlcera exhibeatur. Sed tum δι' ἀσπαλάθου legendum erit. Nihil tamen muto, cùm hic de ſuffitu agatur.

361 δύο χοίνικας] Duas chœnices dixit Cornarius, ex prius deſcripto hoc ſuffitu, vbi vinaceorum torrefactorum duas chœnices Atticas poſuit. Quod effecit vt Caluus hunc ſuffitus modum ad ſupra commemoratum locum retulerit. Vaticana autem exemplaria hic θυμιῆσθαι pro πυριῆσθαι legunt.

362 καὶ ὕστερον ἐπὴν] Hoc etiam ſcribitur lib. περὶ γυναικ. φυσ.

363 ἢ ὑπὸ θυμιῶν πινέτω] ὑπόθημα legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

364 ἢ θυμιῶν πινέτω] ὑπόθημα legit Cornarius ex libr. de Natur. mulieb.

365 ὀξυχλιαίας τι ἐν εἰρίῳ] Cornarius ὀξυχλιαίας ἐν χυτρείῳ legit ex li. de Nat. mulieb. Ex quo etiam εἰρίον οἱ μαλθακώτατον ἐμβάπτων lego. Hoc autem τὸ μὲν προσθεῖναι, τὸ δὲ ἀφαιρεῖν, lanam medicamento imbutam ſupponendam, deinde ea ablata alteram ſubdendam ſignificat, vt alternatim imponatur.

366 λευκὸν τι ἀδεκές] εἰρίον λευκόν τι ἀδεκές lego cum Interpretibus.

367 μυρσίνας ἐμβάφιον] σμύρνης ἐμβάφιον lego ex libro de Natura muliebri, & libro primo περὶ γυναικ. vbi σμύρνης ὀξύβαφον legitur.

368 λευκὸν] σαλίνε ἀσίρια legit Cornarius ex libro primo περὶ γυναικ. ſed λευκὸν ἀσίρια legitur lib. de Nat. mul.

369 ἕξ@ λευκὸν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & lib. de Natura muliebri, & libro primo περὶ γυναικ. ſed οἶνος τὸ λευκὸν legit Cornarius. Sed placet lectio, ὄξος, λευκὸν τὸ μέγιστον ἐγγύτατον.

370 οἶνον χλιαρὸν] Hæc phraſis iſta omnia contuſa ex vino decocta eſſe indicat, deinde collutione adhibita. Aliter tamen dixit libro primo περὶ γυναικ. eadem in re, ἢ οἶνον ἴσον τῷ χυλῷ τούτων, vt eorum decocto ex aqua, par vini modus adiiciatur. Li. verò de Nat. mul. vinum æquali portione additur, deinde ex decocto collutio paratur.

371 μελανθίου τὸ κωνείου] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed μελανθίου, κωνείου lego, ex ſuperiore medicamento, & priùs adductis locis, quòd hic apertius deſcribitur.

372 ὄξος λευκὸν] Hic ruſus Cornarius οἶνον λευκὸν legit.

373 ὁ λινοζώστιος ὕδωρ] Hæc in mercurialis decocto, myrrham, thus, & netopum permiſcenda, & cum ea decoquenda ſignificant, ad collutionem, vt apertius ſcribitur libro de Natura muliebri, vbi iſta repetuntur, & lib. 1. περὶ γυναικ.

374 ὁ λίνου καρπὸν] σελίνου καρπὸν legit Cornarius ex li. 1. περὶ γυναικ. σμύρνας etiam lego, ac libenter pro σμύρνας καρποῦ, ἀκτῆς καρπὸν ex illis locis legam.

375 ἐκβῆσαι τὰ θυώματα] θύωμα, ἄρωμα exponit Heſychius, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, & θυώματα Galenus in Exegeſ θυμιάματα. Erotiano quoq; θυώματα ἀρώματα dicuntur, vt apud Galenum θυώματα pro θύματα aut θυάματα, ex hoc loco legendùm videatur. Aromata autem in vnguenta immitti ſupra dixit.

376 χυλὸν μυρσίνης] ἢ ἐς χυλὸν μίξας σμύρνας videtur legiſſe Cornarius, vt ad mercurialis decoctum ea ammixta eſſe velit, ex lib. 1. περὶ γυναικ.

377 ἐπὴν δὲ ὑγιὴς] Hoc non ita pridem ſcriptum & repetitum tumultuariam iſtam operam arguit.

378 μύρσιν θερμὸν] μύρον θερμὸν lego ex lib. de Natura mulieb. cum Cornario. Idem quoque pro χλιαινέσθω ἐν οἴνῳ ἀφεψηθέντος ῥοιῆς γλυκείης σιδίου ἀφεψηθὲν legit.

379 ἢ χυλὸν] χύλα κυάμου legunt Vaticana exemplaria.

380 ἐπὴν δὲ αἷμα ἐγχέῃ] Hoc repetitur lib. de Natura muliebri: Caluus autem hic cuminum tritum roſaceo ſubactum apponit.

381 ἐκ κυάθου] ἐκ κυάθου legit Cornarius, etſi ἐκ κυάθου etiam legitur lib. de Natura muliebri. Atqui hoc modum excedere videtur. Idem ἐν ἀρώματι ἑψεῖν legere videtur, ſed ἐν χρίσματι lego, vt hæc ſimul mixta ac permixta, ex vino albo decoquantur addito aceti cyatho vno, vt præcipit libro de Nat. mulieb.

382 ἐπὴν οἱ ἐν τῷσι αἰδοίοισι] Hunc locum diſertis verbis exprimit Galenus in Exegeſi, cùm κίων exponit, etſi ſignificatio quam illic apponit, parum huic loco congruit, vt indicauimus in noſtra Oeconomia. κίων autem potius legendum ex libro de Natura muliebri, ex quo totum hunc locum repoſuit Cornarius, & integrum legit. Nos tamen quoad potuimus indicum omnium ſidem ſecuti ſumus, etſi remedia iſta videntur ad pudendorum vlcera, aut ad præfectam columellam adhiberi.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS, DE HIS QVÆ VTERO NON GERVNT.

1 Περὶ μὲν τῶν γυναικῶν] Hunc libellum eiuſdem eſſe argumenti, neq; à ſuperioribus poſſe ſeiungi, hoc principium ſatis teſtatur, eundemq; horum etiam eſſe authorem. Inſcribitur autem περὶ ἀφόρων in omnibus exemplaribus, eamq; inſcriptionem agnoſcunt Erotianus & Galenus. Dicuntur autem ἄφοροι Hippocrati, quæ ex aliquo vteri corporis vitio vterum non gerunt, etſi alioqui curatæ gerere & concipere queant, & quæ omnino ſteriles ſunt ac prorſus infœcundæ, quæque reſtibilem fœcunditatem nullo modo habere poſſunt.

2 οὐδὲ ἐπὴν ἀμφὶ μηνίων] Hic ἀμφὶ ἀντὶ ἐγχῇ, aut ἐξαίρετος, vt & paulò pòſt, mihi ſignificare videtur, velut ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

3 ἐπὴν δὲ ἔλεγον ἀποφραχθῆναι] ἀποφραχθῆναι ἢ, ὁ ἀμφὶ μηνίων legunt exemplaria Vaticana. Vide lib. 1. περὶ γυναικ.

4 δίαιτα γίνεται] δίαιτα γίνεται εἴρηται. εἴρηται δὲ ἐν τοῖσι γυναικείοισι νοσήμασι legunt Vaticana exemplaria & Aldina, quæ ſecuti ſunt Interpretes, vt partim horum cauſæ hic, partim etiam libris de Morbis mulieb. explicentur.

5 ἐπὴν δὲ λίαν ἰσχνὰ ᾖ] Vide lib. 1. περὶ γυναικ.

6 ἀλλὰ μαλακῶς] Id de impuro & ſordido vlcere accipio cum Cornario. Caluus de marceſcente muliere accipit, quod ἰμαλακῶδες Galeno κατεψυγμένον exponatur.

7 ἀλλὰ διαφέρει τὸ ῥεῦμα] Hunc locum fuſiſſimè aperuimus in noſtra Oeconomia.

8 ὁ ὑπὸ τῶν ...] ὁ ὑπὸ ... τῶν ... legunt Vaticana exemplaria.

9 αἷμα δὲ ἐν τῇ ...] αἷμα δὲ τὸ ἐν τῇ ... εἰρημένα, legunt Vaticana exemplaria.

10 φορὶς ἔσται] γίνεται pro ἔσται legunt Vaticana exemplaria.

11 ὁ ξυλλαμβάνειν τὴν γονὴν] ... ξυλλαμβάνουσι legunt Vaticana exemplaria.

12 δίαιτα γίγνεται] δίαιτα ... γίγνεται legit Cornarius.

13 ἐπὴν γὰρ τὸ ...] ἀλλ' ἵν legunt Cornarius & Caluus.

14 ὅτι πολλάκις, ... πολλάκις [ὅτι ... πολλάκις ...] legũt exẽplaria Vaticana. Cornarius ὅτι ξυ... μὲν legiſſe videtur.

15 σικύαν ...] Hæc leguntur in omnibus exemplaribus, & quo pertineant non ſatis eſt exploratum, niſi de fotu per cucurbitulam intelligantur. Certè corrupta eſſe apparet, ideoq; ea cum Interpretibus deleo, & ... lego, aut certè legendum exiſtimo. γυναῖκα ἐπὴν δὲ ... ἢ ... , ... ἢ ... &c. Aut certè pro ... aut θυμίημα ... legendum, & de ſuffitu adhibendo ad fœcunditatem explorandam intelligendum, velut aph. 59. lib. 5.

16 ...] Hæc repetũtur li. de Nat. mul. & li. 1. περὶ γυναικ.

17 ... γυναικί] Hæc iiſdem penè verbis ſcripta ſunt lib. περὶ ἐπικυήσιος, vbi pro ... legitur.

18 μόλυβδον ...] Hæc ſcribuntur lib. de Natur. Mul. & lib. 1. περὶ γυναικ. admodum diminutè.

19 ...] Eadem hîc videtur eſſe ratio exhibendi aniſi, quæ aquæ mulſæ aphor. 41. lib. 5. niſi quòd hic fœcunditas, illic conceptus exploratur, alioqui hic ... pro ... vtrobique legendum.

20 ... γυναῖκα] Hæc repetuntur lib. περὶ ἐπικυήσιος.

21 ...] ... moroſos vertit Caluus, qui etiam ... de prauorum ciborum appetentia accipit.

22 ...] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ... legit Cornarius.

23 ...] Ante hæc verba Vaticana exẽplaria pro

indicatura adſcribunt, ἀθῆναι δὲ ἄρρεν ἢ θῆλυ νοῦ. Eadem etiam pro ἄρρεν θῆλυ legunt, & pro θῆλυ ἄρρεν, quam lectionem adhibent etiam exemplaria Regia manu ſcripta, eamque ſecuti ſumus cum Interpretibus, ex aph. 42. lib. 5.

[34] τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐπιπολάζει ἐν φύλλοισι] Sic quidem legunt exemplaria omnia quæ adhuc vidimus, eſt mihi tamen ſuſpectus locus, aut πυαλίζει legendum, vt de ſono quem lac edit in folia emulctum, & de mamma extractum intelligatur. πυαλίζειν de crebra manuum conuerſione & motu dicitur, vnde pro geſticulari ſumitur. Pro ὀπῶν autem ὀρῶν lego cum Cornario.

[35] ἰῶνται δὲ ἀπεσεῖν] πινέειν legitur libr. περὶ ἐπικυήσιος, vbi iſta repetuntur, quæ tamen omnia à Caluo omittuntur.

[36] καὶ τὸ ἀλυ ᾗ κάτω] ἢ κάτω δὲ legunt exemplaria Vaticana.

[37] ἢ αἰορθουμένη] ᾗ αἰορθοῦται αὐτόματα legunt Vaticana exemplaria, ex lib. περὶ ἐπικυήσιος.

[38] ἢ μαλκιᾷ] ἢ μαλθάσσῃ malo, vt li. περὶ ἐπικυήσιος, & ἀρχαιοῖσι.

[39] εἶτα περὶ ξυλήφιον μακρότερον] εἶτα περὶ ξύλιον μακρότερον ἐρίῳ legitur lib. περὶ ἐπικυήσιος. Aldina exemplaria εἶτα περ ξυλήφιον habēt. Vaticana autē & Regia manu ſcripta περὶ ξυλήφιον μακρότερον legunt, quā lectionem ſecutus eſt Caluus, vt lana oblongiore ſpecillo obuoluta, intingantur, & immittantur.

[40] ᾗ κυμίνου αἰθιοπικοῦ κόλλαμον] Pro κόλλαμον τρίψας legunt Vaticana exemplaria ex lib. περὶ ἐπικυήσιος, quam lectionem ſecuti ſumus cum Cornario.

[41] σκυλάκεια παλαιὰ] παλαιὰ legit Erotianus, & σκυλάκεια παλαιὰ exponit κυνῶν κρέα παλαιὰ ex hoc loco, quem etiam ſubindicat Galenus, cùm παλαιὰ, λιπαρά, πίονα, exponit in Exegeſi, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Catulinas autem carnes veteribus eſui fuiſſe, aliàs probauimus.

[42] πλευτῇ δὲ μαλθακώτερα] ἐς μαλθακώτερα lego, & ἕως ἂν δοκῇ καλῶς ἔχειν, ex li. περὶ ἐπικυήσιος, quam lectionem etiam adſcribunt exemplaria Vaticana.

[43] τὸ ἀπὸ τῆς μηλέου ἔργον] Hanc lectionem omnibus codicibus conteſtatam ſecutus ſum: Cornarius tamen, τὸ ἀπὸ τῆς μηλῶν ἔργον μετὰ δεῖξαι τὸ στόμα legit, quam etiam lectionem adhibuit lib. περὶ ἐπικυήσ.

[44] ᾗ ὀργῇ τὸ ὑστερόων ὀρθόν] Exemplaria Vaticana legunt, ἰκνοῦ ὅ σιμαχος ᾗ διαχεῖ, ἐπεὶ τὸ τοῦ στόματος ὀργῇ τοῦ ὑστερόων ὀρθόν. Quæ lectio videtur deſumpta ex li. περὶ ἐπικυήσ. etſi hic longè melius legitur.

[45] καὶ δὲ τε γυνὴ] Hæc etiam leguntur lib. περὶ ἐπικυήσ.

[46] ὁ δὲ αὐτὸς μὴ διαθερμαίνῃ] μὴ μεταθερμαίνῃ legunt exemplaria Vaticana, ex lib. περὶ ἐπικυήσ. Vide Ariſt. quæſt. natural. q. 4. ſect. 4.

[47] ὅταν δὲ δοκῇ] ὅταν legit Cornarius, vt lib. περὶ ἐπικυήσ.

[48] μαλθακὸς ἔξεστι] μαλθακὸς ἔξεστι lego, vt lib. περὶ ἐπικυήσ.

[49] τὸ κατείρημα] τὴν κατείρησιν lego, vt lib. περὶ ἐπικυήσ. & τὸ ἰδίως, etti τὸ ἐπίτηδες legunt exemplaria Vaticana.

[50] ἐξελκε αὐτὸ ἀπὸ τοῦ ἰσχίου] ἐξελκε αὐτῆς ἀπὸ κηρωτῆς, aut αὐτῇ ἀπὸ κηρωτῆς lego.

[51] ἄρτι ἔγει] ἴσχει legunt Vaticana exemplaria.

[52] καὶ μετὰ ἀπὸ ἔξω διαῖται] ἀρτίως lego ex lib. περὶ ἐπικυήσ.

[53] στέαρ ὕδατι] ὕδατι στέαρ Galenus in Exegeſi, πῖαρ ὕδατι ἢ ἀλείματι ἢ ζωὸν exponit, hoc ſubindicato loco, vt monuimus in noſtra Oeconomia.

[54] ᾗ καθαίρει μαχεῖν σπόγγον] πλυνεῖν σπόγγον, καλῶς τῶ ἰδίω τὸ ἴσθι, exponit Gal. ex hoc loco, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

[55] ᾗ αὐτὴν μέλιτι ἀμφικλήσιος] Sic quidem legunt exemplaria omnia, iſtamq; lectionem vt vulgatam ſecuti ſumus, vt caſtoris teſtem ex vino albo tritum, lana conuolutum, & ſpecillo circum lanam obductum ſupponi velit. Interpretes ᾗ αὐτὴν μέλιτι ἀμφιχρίειν legunt, vt ipſum melle oblini velint.

[56] ἀπολουτέω παχὺ ἀφεῖναι τὸ γυναικεῖον] Hanc lectionem cum Cornario ſecuti ſumus, vt mulierem neceſſe ſit viri genituram ſero diluere aut ſeroſam reddere, ſicq; effluentem ex vtero elabi velut irritam & ineffiacem, vt ſit ἀφεῖναι idem quod paulò antea ἀποφεῖν, eoq; ſenſu in noſtra Oeconomia expoſuimus. Vaticana autem exemplaria παχὺ οὖρεῖν legunt, & de craſſa reddita vrina accipiunt, quæ ſecutus eſt Caluus.

[57] ὅσπερ μὴ συστρέφηται] Hic συστρέφηται mihi dici videtur de viri ſemine, quod craſſius & coaleſcens, ſeſe vtero admouet & applicat, vt ad conceptionem adhæreſcat. Alioqui ſeroſius & dilutum effluit, à pure extinctum & hebetatum retunditur, neque vtero ſe applicat, aut ab eo comprehenditur, ſed à pure diſſipatum & putrefactum euanidum effluit.

[58] τίθεται γὰρ τὸ πῦον] τήγει pro τίθεται legunt exemplaria Vaticana, vt genituram à pure dilui, madeſieri, & irrigari, atque adeò emolliri & eneruari indicent.

[59] ᾗ τὸ σῶμα τὸ ἐν τῇ ἄλλῃ καταστήσηται] ἀλθαίνει lego cum Erotiano, quod τὸ ὑγιάζει exponit. ὑγιέσαι enim ᾗ μήτρας ἀλθεῖν dici Hippocrati teſtatur Rufus Epheſius ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας. Eſt autē καταστῆσαι ſanitati aut integritati reſtituere, cōponere, aut ſedare.

Hic verò Vaticana exemplaria legit συστρέφηται pro συστρέφηται quod etiam noſtram expoſitionem in συστρέφηται confirmat.

[60] διὰ κρίσιος ἐκ λεπτοτάτου διὰ χρόνου] legunt exemplaria Regia manu ſcripta. Vaticana verò διὰ χρονίου. Quæ certè noſtram de hoc loco opinionem confirmant, quam in Oeconomia noſtra adſcripſimus, cùm hic κρόκας, aut κρόκιον ex Erotiano legēdum eſſe admonuimus. Quam etiam lectionem & expoſitionem videtur eſſe ſecutus Caluus, cùm tenuiſſimum & rarum linteum dixit. κρόκιον certè diſertis verbis legit Erotianus, cui κροκίς exponitur ῥάκος χρηστὸν ᾗ ἁπαλὸν, διὰ δὲ ἀσαφεῖ τινα ἐκ διάφορον. Quæ κρόκα dicitur Galeno in Exegeſi, vt ſcripſimus antea. Quod ſuſpicionem facit κρόκιον pro κροκίου apud Erotianum legendūm eſſe. Hanc autem dictionem ampliſſimè in Oeconomia noſtra expoſuimus, hoc etiam expreſſo loco. Aldina verò exemplaria hic pro διὰ κρίσιος, δι' ἄκρας ἄρας legunt, & aſteriſcum apponunt vitiata ex διὰ χρονίου, aut διὰ χρονίοις lectione, vt ſatis apparet, velut antea lib. 2. περὶ γυναικ. admonuimus.

[61] ᾗ τὸ παρ' αὐτὴν] ᾗ τρυπᾶν legunt Vaticana exemplaria, vt poſt ſummam fiſtulæ aut clyſteris partem, non multo interiecto ſpatio, foramen perforetur. τετρυπῆσθαι tamen legiſſe videtur Cornarius.

[62] τεγγόμενον δὲ ἐξώλης τὸ ὕδωρ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ex quo aqua emollitam aut madefactam intelligo, aut probè admodum perpurgatam, & emundatam, aut deraſam, vt pro ἐξόως ξύεις leges cum Cornario & Caluo.

[63] ἐς τὰς ὑστέρας ἐνθεῖς] ἐς τὰς ὀξέας lego cum interpretibus & membranis Vaticanis.

[64] ἐπειδὰν δὲ κλείσῃ] ἐπειδὰν δὲ κλείσῃς lego, & τὰς κύστεις διαθερμαίνουσας, vt de clauſis & obturatis foraminibus intelligatur.

[65] ἀφελεῖν τὸ κλύσμα] κλεῖσμα lego aut βύσμα, cum membranis Vaticanis, vt detractum obturamentum, aut linteum quod foramina claudit, intelligas.

[66] αὐτὴ δὲ ἡ δὲ ἴδοι] αὐτὴ δὲ ᾗ ἰδοῖ ὅκου δεῖ lego cum membranis Vaticanis & Interpretibus, eo ſenſu vt ipſa mulier nouerit vbi fiſtulam indere oporteat.

[67] ὅπου ἔξω] ὅπου τῶν ἔξω legunt Vaticana exemplaria, quam lectionem ſequitur Caluus, eaq; mihi admodum probatur propter id quod ſequitur.

[68] ἐπὴν αὐτὴ ψυχθῇ ὀλίγον] ἐπὴν αὐτὴ ψυχθῇ ὀλίγον lego. Cucurbitam autem requirit modico tempore reficcatam, quo fundum faciliùs ſecetur aut perforetur ad ſuffitum tranſmittendum.

[69] τοῦτο ἔσωθεν ποιῆσαι τὸ ἄλλο] τὸ ἄλλο legunt exemplaria Vaticana, vt alteri extremo ſimile, ſummo excepto, iſtud reddatur, hoc eſt perforatum, ad eundemq; modum quo fiſtula infuſoria vtaris, hoc eſt in pudendum ad excipiendum ſuffitum intrudas.

[70] τοῦτο ἀφελεῖναι ἐς τεῦχος] ἀφελεῖναι ἐς αἰδοῖον legunt exemplaria Vaticana, quæ lectio mihi probatur.

[71] ὁ δὲ οἶνος ἔστω αἰθιοπικὸς] αἰθιοπικὸς εἶναι exponitur Erotiano ex hoc loco, ὁ εἶδος ἢ θεὸς. Quid verò ſit οἶνος αἰθιοπικὸς exponimus in noſtra Oeconomia hoc etiam expreſſo loco. Pro ξηρότητος autem ἰσχυρότητος lubenter legam.

[72] ἔπειτα λίθον μέλανα] λίθον μέλανα, ὅν δὴ μυλίτην ὀνομάζουσι ἀκόνη exponit Gal. in Exegeſi, hoc ſubindicato loco, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

[73] περὶ τὴν βάλανον ὅ σικύης] Hoc eſt, vt alterum cucurbitæ extremum in glandem formatum, duobus digitis cucurbitam æream & externam excedat, & in pudendum à muliere indatur. Quidam tamen quatuor digitorum menſuram apponunt.

[74] ὅταν μὴ ἐθέλῃ ἡ γυνὴ] Eadem ferè ſcribuntur lib. de Natur. mulieb. & lib. 1. περὶ γυναικ.

[75] ᾗ χηλὴν βοὸς] ᾗ ὕειον addunt Vaticana exemplaria, quam etiam lectionem ſecutus eſt Caluus.

[76] ἔπειτα δὲ οὐκέτι] Illud δὲ ἡμέρας omittunt Interpretes.

[77] κοτύλαι ἀτελεῖς πίνειν] πίνει legit Caluus. Deinde etiam συμβρέξας τε malo, aut συμβρέξας.

[78] ἐν οἴνῳ λευκῷ τῇ ἡμέρῃ χοῖ] ἐν οἴνῳ λευκῷ χοὶ legit Cornarius. Vaticana exemplaria χοὸς pro χοῖ legunt.

[79] ἀχράνια βρεχόμενα] τὰ βρεχόμενα legunt Vaticana exemplaria.

[80] ὅταν δὲ πολλοὶ ἰδοῦ συστῶσι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed lego, ὅταν δὲ μὴ μὲν ἴδῃ συστῶσι, vt συστῶσι προσίησθαι ſignificet aut αἰδοί προσιέναι.

[81] ᾗ στυπτηρίης μηλίης] Alumen Melinum quodnam ſit diximus in noſtra Oeconomia, hoc etiam expreſſo loco.

[82] τὸ λεπτότατον ἐπιλύσαι] λευκότατον legunt exemplaria Vaticana, & Caluus vtramq; lectionem adſcripſit.

[83] ἢν γυναικῆς μὴ ἐπαγομένης] Hoc caput in tota muliebrium morborum tractatione tanquam maximè neceſſarium, bis repetitur lib. de Nat. mulieb. & ſemel lib. 1. περὶ γυναικ.

[84] ἐν δὲ δέκα ἡμέρας ποιεῖ] ἡμέρας τρεῖς legiſſe videtur Cornarius, ſed ἡμέρας ὀλίγας ponit lib. de Nat. mulieb.

[85] ᾗ λαι

[75] καὶ λευκὰ χρίεσθαι τὸ σῶμα] Eadem ferè ſcribuntur libr. de Nat. mulieb. & lib. περὶ γυναικ.

[76] καὶ οἶνον ἰσχύειν] καὶ οἶνον ἰσχυρὸν ἐς τὸ αἰδοῖον legunt Interpretes.

[77] ἢ γνῶναι] καὶ γνώσεαι lego cum Interpretibus. Hæc autem verba velut interiecta ſententiam ſuſpendunt, quod huic authori eſt admodum familiare.

[78] ἢν δὲ παχυνθῇ] Iſtud iiſdem verbis repetitur lib. de Natura mulieb. ex aph. 46. lib. 5.

[79] ὁ πίμελος κύκλωθεν] τὸ πίμελος κύκλωθεν lego ex lib. de Natur. mul. vbi iſtud repetitur, & lib. 2. περὶ γυναικ. ἐλλιπὲς autem legit Cornarius ex lib. de Nat. mulieb.

[80] ὅταν γυναικὶ τὰ ἐπιμήνια γένηται] Iſtud volunt dici quidam de mulieribus quæ purgari ſolitæ, ſuppreſſis ſunt menſtruis, ſed videtur potius de fotu per cucurbitulam adhibendo intelligi, ad fœcunditatem mulieri comparandam, vt de fotus adhibendi tempeſtiuitate iſta obaudiantur.

[81] ἰσχάς ἐς ἐχῖνον θαλάσσης]: hic ἐχῖνον ſumo cũ Erotiano, pro vaſe amplo & patente. Quidã verò ἐχῖνον θαλάσσης, pro cõcha aut teſta echini marini non rectè meo iudicio ſumunt, vt ſatis indicant Exemplaria Vaticana, quæ pro θαλάσσης θάλασσαν legunt.

[82] ἔπειτα δὲ χοινοπλόκου δίφρου] δὲ χοινοπλοκοῦς δίφρου legiſſe videtur Cornarius, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, vbi etiam expoſuimus quid ſit χοινόπλοκος δίφρος.

[83] τοῦ τόνου] τοῦ τόμου legiſſe videtur Cornarius, & ſectionem ad tranſmittendam fiſtulam ſumit. Sed hiç τόνον ſparteam connexionem, aut ex funibus diſtenſionem ad ſedendum aptam ſumo, ſupra quam fiſtulam duobus digitis extare vult, vt in pudendum immittatur, alij verò quatuor digitis excedere volunt. Ac fortè pro τόνου θάκου non malè legatur.

[84] περὶ θοειδέα τῇ λαμπείᾳ] περὶ σχοινίον τῷ λαμπτηρίῳ legunt exemplaria Vaticana.

[85] ὥστε δακτύλῳ ἐμμάξαι] ὥστε δακτύλιον ἐμμάξαι lego ex Galeno in Exegeſi. Huic enim δακτύλιον, κύκλον, τρίχιον ex hoc libro exponitur, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, hoc ſubnotato loco. Etſi verò δακτύλῳ ἐμμάξαι ferri poteſt, eamq; lectionem ſequũtur Exegeſeos exẽplaria, δακτύλιον tamẽ legere malo cùm Galenus hunc locũ ſubnotans, ἐμμάξαι ἀναπλάσαι exponat, ſcribatq; τρίχιον, ὡς τὸ κυκλίον ἀναπλάσαι. Iſtum enim omni procul dubio locum exponit Galenus. Qua de re fuſioribus verbis mentem noſtram aperuimus in noſtra Oeconomia. Exemplaria autem Vaticana hic legunt, τρίχιον ἄχρι τοῦ ἐς περίκλυσμον, &c.

[86] ἔπειτα ἐγχαλάξει τὰ ξύλα] τὰ ξυλάρια legũt exẽplaria Vaticana.

[87] ἐς τὴν κοιλίην] ἐς τὴν κοίτην legunt exemplaria Vaticana, vt in lecto iaingi certo vterum velint.

[88] τὸ λεπτὸν] λεπτόν tenues veratri nigri radices intelligo, Caluus fibras. Deinde ἢν πλεῖον, ad veratrum refero, vt ſi copioſum ſit mordeat. Cornarius μὴ πλεῖον legiſſe videtur. Exemplaria autem Vaticana his duobus capitibus ἄλλο adſcribunt.

[89] τούτων γὰρ οὐδὲν ἀσαφέστερον] Hic ἀσαφέως idem quod ἀνεπίφρων mihi ſignificare videtur, vt ſit qui aliquid inconſideratè aut temerè agit, neque rectè & ratione res perpendit. Egregia verò & Hippocrate digna præceptio, qua monet Medicum vt ratione & via neq; tantum experientia nitatur, ſed omnia recta ratione, & diligenti conſideratione perpendat, & ad naturæ contemplationem accommodet, ſeſeq; naturalem ac rationalem Medicum exhibeat.

[90] ὅτι τὸ ὀπίσω δεῖ ἐλέγχειν] ἀλλὰ τὸ ὀπίσω ἐλέγχει legunt Vaticana & Aldina exemplaria. Regia verò quædam ἐλέγχεσθαι legunt.

[91] καὶ ἀχέει ἐκ τοῦ κρίου] ἐκ τοῦ πυρὸς lego cum Interpretibus omnibus. Vaticana autem exemplaria & Regia manu ſcripta, καὶ δεῖ ἐκ τοῦ πυρὸς legunt, & ὑποθυμιᾶν.

[92] ὅσον ἐς ἡμίεκτον] Hic ἡμίεκτον ſumo pro olla dimidiatum ſextariam aut quatuor chœnices capiente, velut ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Cornarius pro ſella cui mulier inſideat ad ſuffitum excipiendum.

[93] ἄρτον μελάνθιον] ἢ κυμίνου ἄρτον lego cum Interpretibus, & μελάνθιον.

[94] τὸ χρῶμα] τὸ σῶμα lego cum Interpretibus, ſed ad mulierem referre malo. Caluus ad partum retulit.

[95] σμικρὰ δὲ ποιεῖ πλείω αὐτῇ] σμικρὰ δὲ ποιέει lego ex lib. 1. περὶ γυναικ. vbi iſta repetuntur, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Deinde αὐτὴ ἢ ἐν ὅτῳ, &c.

[96] ἢν δὲ πολλὰ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & αἷμα, quæ quidem lectio etſi ſtare poteſt, πολλὰ tamen & αἷμα lego ex lib. 1. περὶ γυναικ. cum Interpretibus.

[97] ταύτην μάλιστα κῆ, μὴ ἰδέῃ] Hoc aliter legitur li. 1. περὶ γυναικ.

[98] πολλαὶ γὰρ ἴσως] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed lego, πολλαὶ γὰρ ἴσως αἰτίαι. Cornarius lectionem lib. 1. περὶ γυναικ. ſecutus eſt.

[99] ἐστε αἷμα ἀγάγῃ] ἀγάγῃ lego ex lib. 1. περὶ γυναικ.

[100] καὶ ἀναιρέει ὅτι πλεῖστον] αἷμα additur lib. 1. περὶ γυναικ.

[101] ἔπειτα ψυχθέντος τὴν ἰχλὺν ἀφελὼν] τὴν χρειὼ lego in noſtra Oeconomia, & quod lacti cocto concretum ſupernatat expono; quòd χρεὺς aut χρεῶς & χρῶς dicitur. Deinde καὶ διαδιδὰς lego.

[102] περὶ μακρὸν μᾶκος μέγα συνείλων] Vaticana exemplaria legunt, συνείλας περὶ μακρὸν μᾶκος μέγα, vt ſit, in oblongam magnitudinem ſpiræ in modum, aut in orbem conuolutum medicamentum. Sed συνείλας lego, etſi συνείλων habent exemplaria omnia.

[103] ῥοδίνῳ ἄκρῳ] Illud ἄκρῳ omiſiſſe videtur Cornarius, cùm tamen habeatur in omnibus exemplaribus.

[104] καὶ ἴκμαλμα] Hunc locum diſertiſſimis verbis exprimit Galenus in Exegeſi, cùm ſcribit, ἴκμαλμα, τὸ, τι συνεστραμμένον φύραμα, καὶ τὸ κροκόμαγμα ὡς ἐν τῷ περὶ ἀφόρων. Hoc croci recrementum cum Interpretibus ſumpſimus, etſi etiam ſubactam aut coactam maſſam indicare poſſit, vt etiam ſcripſimus in noſtra Oeconomia, vbi etiam μαγίδα manualem maſſam ex hoc loco diximus.

[105] ἐς σμικρὴν σπυρίδα] Iſtum etiam mihi locum ſubindicare videtur Galenus in Exegeſi, cùm σπυρίδα πυξίδα exponit, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

[106] ὅταν ἴσχωσιν ἐν γαστρὶ] Eadem ſcribuntur lib. de Nat. mul. & lib. 1. περὶ γυναικ. ex aph. 44. lib. 5.

[107] καὶ αἱ ὑστέραι ἴσχωσι] ἰσχύουσι lego ex lib. de Nat. mulieb. cum Interpretibus omnibus.

[108] κατὰ δὲ αὐτὸν χρόνον τοῦτον ἀφροδισίων] κατὰ δὲ αὐτὸν χρόνον τοῦτον ἀφροδισίων lego ex lib. περὶ ἐπικυήσιος, vbi iſta adſcribuntur, & meliùs ſic leguntur, ἀλλὰ καὶ ἢν πρῶτον ἢ ὕστερον, ἢν τι πλεῖστα χρόνον γεγονότα ἀφροδισίων. Quam lectionem adſcribunt exemplaria Vaticana.

[109] ἔπειτα σικύην προσβάλλειν] Hæc longè aliter leguntur libr. περὶ ἐπικυήσιος. de cucurbitula apponenda, ex iſtoq; loco reponenda videntur.

[110] ὅταν δὲ βούλῃ] ποιέειν δὲ φύσιν ἐς τὴν μήτρην ὅταν βούλῃ, lego cum Interpretibus.

[111] μέλαν διάπυρον ἐμβάλλοντα] μύδρους διαπύρους dicit lib. 2. περὶ γυναικ. Quam lectionem mihi hic adhibuiſſe Caluus videtur, cùm ferri fruſtula & ſilices candentes vertit.

[112] καὶ ῥόδινον] καὶ ῥόδον legit Cornarius, cùm tamen ῥόδινον habeant exemplaria omnia.

[113] μὴ ἔῃ ἐλαίους] μὴ ἔῃ, ἢ ἐλαίους lego cum Cornario. Deinde, ὃ περὶ πλεῖον ἔσται, ὁ deleo. Vaticana autem exemplaria περὶ πλεῖον ἄλλοιον ἔσται legunt, vt præter alia omnia etiam maior accedat purgatio.

[114] ἐκπίνειν] πιέτω legiſſe videtur Cornarius. Caluus autem ſorbitionem conficit, & ῥοφείτω legiſſe videtur.

[115] ἴσον σταθμόν] His omnibus capitibus ἄλλο præfigunt exemplaria Vaticana.

[116] δὲ γάλακτι ἐπιστάσαν] ἐπιστᾶσαν videtur legiſſe Cornarius, cùm lacti ſuperſtantem concretionem vertit.

[117] καὶ διὰ θύμου ἢ ἄλλου θύμου] Poſt hæc verba exemplaria Vaticana legunt, ὁ δὲ θύμος ἐστιν ὁ τῶν πλείστων ἐν τῇ μύξῃ. Hunc autem θύμον in vteris Thymum vocant Paulus & Aetius, Thymion Celſus. * Cap. 28. lib. 5.

[118] ὑποθεῖσαι τὴν μήτρην] ὑποθεῖσαι τὴν μήτρην legunt exemplaria Vaticana, vt & φάρμακον, & περὶ ὅσας ἐπὶ τὸ ἄκρον.

[119] ἴσως ἂν ἐκπέσῃ] Id de calloſa duritie accipiendum, ſpecillum ſurſum ac deorſum tantiſper vertendum, dum promineat aut emergat, quod faciliùs per matricis ſpeculum aſſequêris.

[120] εὐχὴ δὲ εἶναι] Horum verborum is mihi ſenſus eſt. Votum eſſe vt callus in vteri ore conſpiciatur, quod certè contingit, ſi vteri oſculum in coxendicem non obuertatur aut adhæreſcat, ſed rectum ſit, & ſpecillo obaudiat vt facilè diducatur, idq; optimum eſſe. Alioqui καὶ ἐκβαλεῖ ἐκπίπτοντος, de callo prominente, qui promptè educatur aut euellatur, intelligi poteſt, propter ea quæ ſtatim conſequuntur.

[121] ἢν δὲ ἐνέχηται ἐν τῷ στόματι τῆς μήτρης] Sic quidem legunt exemplaria omnia; ſed ἰσχνῆται malim, quomodo legiſſe Cornarium auguror.

[122] ὀρίγανον ξηρὴν] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Caluus tamen origanum ſiccum appoſuit. Sed lib. περὶ ἀφόρων. vbi iſtud repetitur, ὀρίγανον χλωρὴν legitur, & pro ὑποφαίνεται, προσφέρεται.

[123] γλυκυσίδης τοὺς μέλανας κόκκους] κόκκους legunt exemplaria Vaticana.

[124] εἰρίῳ μαλακῷ διαφέρει] Sic quidem legunt exemplaria omnia quæ ſecuti ſumus. Cornarius verò ex molli lana imponi vult, & legiſſe videtur, ἐρίῳ μαλακῷ δεῖ προστιθέναι.

[125] καὶ τὸ οὖρον τρύζει] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed libro de Natura mulíebri, & libro ſecundo περὶ γυναικ. vbi iſta etiam ſcribuntur, τρίζει pro τρύζει ſcribitur. Dicitur autem de ſtridore & ſono quem paulatim ſtillando vrina edit, vt ſcripſimus

in noſtra Oeconomia. Vaticana exemplaria καῖζον legunt. Quas omnes lectiones Caluus pro more appoſuit. Tantæ exemplaria ei fuerunt religioni, vt nullam ex his lectionem prætermitteret.

126 εἰς τὸ αὐτὸ πάθος] Hæc vitioſa ſunt & corrupta, & ex ſuperioribus locis ſic reponenda, ἢν πάσχῃ ἢν ἐν πάσῃ ὥρᾳ τὰ αἰδοῖα φλεγμαίνοντα.

127 καταχεῖν τὸ ὕδωρ ἐς πέδα ἕδρην] Iſtam quidem lectionem ſequitur Caluus, & decoctum quàm maximè gelidum in ſedem immittit. Verùm ἐς πέδα αἰδοῖον lego cum Cornario, ex libro ſecundo περὶ γυναικ. Quanquam libro de Natura muliebri, περὶ ποιεῖν pro αἰδοῖον vitioſè legitur, etſi tamen ferri lectio illa poteſt, quòd medicamentum læuiter tritum imo ventri ex cataplaſmate apponatur.

128 ὕδωρ πιπίσκειν φακῶν] ὕδωρ πίνειν φακοῦ lego cum Interpretibus ex libro ſecundo περὶ γυναικ. & codicibus Vaticanis, tum quòd ſoleat Hippocrates ad vomitum ciendum lentium decoctum propinare.

129 καὶ τὸν οἶνον ὑδαρέα λευκὸν] Hæc eadem lectio ſeruatur lib. 2. περὶ γυναικ. ſed libro de Natura muliebri, οἶνον λευκὸν legitur, & μηδὲ ξυγκοιμάσθω. Hic autem exiſtimo Galenum in Exegeſi ἀπολούσθω pro λουέσθω legiſſe, quod hic quoque συγκλυζέσθω nominatim ex hoc libro ſignificare ſcribit. Quod de particulari prolutione aut aquæ perfuſione intelligi debet, quæ vtero iam admodum lubrico, & extra naturam prolapſo aduerſatur.

130 καὶ ἐδωδῇ λαμβανέτω] Hæc lectio defecta videtur, & ex libr. de Natur. mulieb. & lib. 2. περὶ γυναικ. ſupplenda.

131 Ἢ τὰ αἰδοῖα ξυγκειμένα τοι] ἢ τὰ αἰδοῖα μὴ ξυγκειμένα τοι vitioſè legunt exemplaria Vaticana, vt ex ſupra notatis locis apparet.

132 ἀνθίνον ἐς οἶνον] ἀνθίλην dicit lib. de Nat. mulieb. & lib. 2. περὶ γυναικ. vt & libro περὶ γυναικ. φυσ. eadem ferè in re ῥοιὰς apponit.

133 ἄνω τὰ σκέλη] καὶ πόδας legit Cornarius ex ſupra adductis locis.

134 καὶ ἐὰν μὲν ὕπνοι ἐθέλωσιν ἰέναι] Hæc lectio ex libro ſecundo περὶ γυναικ. ſupplenda. αἰονᾶν tamen legitur libro de Natur. muliebri.

135 καὶ διαπλασάσθαι τῇ ποιῇ ἑφθῇ] τῷ πιτυρῷ χλιερῷ legit Cornarius ex li. 2. περὶ γυναικ. At lib. de Nat. mulieb. medicamentum quo eluatur aut illinatur non apponitur.

136 ἔπειτα ξυνδῆσαι τὰ σκέλεα] ξυμμίξας τὰ σκέλεα legunt exemplaria Vaticana.

137 διδόναι δὲ ὀλίγον χυλὸν πτισάνης] Hic vulgatam lectionem ſecutus ſum cum Caluo. Cornarius verò aliam ex ſupra adſcriptis locis adhibuit.

138 ἐγκεῖσθαι] ἐγκεῖσθαι ἐᾶν legiſſe videntur Interpretes.

139 περὶ σφενδόνην φερέτω] Hunc locum nominatim mihi exprimere videtur Galenus in Exegeſi, cum σφενδόνην exponit & ſcribit, ἐν δὲ τῷ περὶ ἄρθρων, τὸ καλύπτον φύλαγμα. δοκεῖ δὲ καὶ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, ὅτι τι τούτῳ προσέοικε. Quibus verbis indicat pro pudendorum tegumento aut ſubligari ſumi, quo verenda cuſtodiuntur, quales ſunt mollium noſtrarum mulierum Calçones. Ac neſcio an extrema Galeni verba huic loco accommodari debeant, ac de faſcia pedali etiam ſumi poſſint. Quæ porrò ſequuntur de fœtus extractione, etſi omnibus in codicibus leguntur, quia tamen miſerè ſunt deprauata, in libellum ἐγκατατομῆς ἐμβρύου releganda.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE VIDENDI ACIE.

1 AI ὄψιες] Hic libellus in omnibus exemplaribus περὶ ὄψιος inſcribitur, in quo de oculorum acie corrupta ac vitiata per manum potiſſimum curanda agitur, & in membranis Vaticanis poſt librum de Inſomniis ſcribitur. Incertum verò eſt an hic liber indicetur, cùm libr. περὶ τόπων ſeorſum de oculorum morbis ſe ſcripturum pollicetur. ὄψις autem Hippocratis videndi aciem qua cernimus, & pupilla † Marco Tullio dicitur, ſignificat, oculi potentiam qua cernit, & potentiam interiorem dixit * Cornel. Celſus. ὄψις etiam oculum indicat, qua ratione nonnulli & De oculis hunc librum appellant, velut etiam oculus nobis pro pupilla ſumitur, cùm oculos cæſios, glaucos, aut cæruleos dicimus. Iſtaque notione hîc αἱ ὄψιες διεφθαρμέναι, pupillæ vitium, aut videndi acies corrupta dicitur, qualis in ſuffuſione aut glaucomate contingit. Hunc autem libellum inter θεραπευτικὰ propter curationem repoſuimus, etſi propter manus adminiſtrationem, quæ maxima eius eſt pars, inter χειρουργικὰ reponi poſſit. Qua ratione ferè ab omnibus codicibus poſt librum περὶ αἱμορροΐδων apponitur.

† Lib. 1. de nat. deor. * Cap. 6. lib. 6.

2 καὶ ἐὰν ἐπιχέηται ξυνεστηκὸς ἦ] ταυτὰ videntur legiſſe Interpretes.

3 τὰ βλέφαρα λεπιδώδεα, ξύειν] In palpebræ aſpritudine, ſcabritie, tyloſi, ſycoſi, palpebra deraditur, inſtrumentumq; ad eam manus adminiſtrationem accommodatum βλεφαροξυστον Paulo li. 3. dicitur.

4 ἐπὶ τὰ σπονδύλους] Hæc omnia vt Hippocrate indigna neglexit Cornarius. Vſtionem autem venarum quæ ſunt in dorſo per ſpongiam oleo feruente imbutam continent. Cujus mihi rationem habere videtur laqueus ſetaceus dorſi initio transfixus. Quædam autem exemplaria legunt, τρεῖς χερσὶ δὲ μέσον τὸ ἰσχίον.

5 τὰς ἐν τοῖς φλέβας] ἀρμαίας φλέβας videtur legiſſe Caluus. Hæc autem obſcura admodum, in vrendo venas, aut colli tendines & neruos vitari volunt. Magnas autem & varias capitis ſectiones ad oculorum remedia habes apud Celſum c. 7. lib. 7.

6 τὸν σπόγγον] σπογγίον legunt exemplaria Regia manu ſcripta. σπόγγον autem ἐλαιωθέντα, ſpongiam oleo feruente tinctam intelligo, qua vſtio fiat.

7 ὅταν δὲ φλέβα ἀποκαύσῃς] Hæc obſcuriſſima verba mihi indicare videntur, leuiter factam vſtionem fluxionem minimè ſiſtere, cùm vena adhuc intumeſcat & infletur, ideoq; repetendam eſſe quoad penitus conquieſcat, aut vſtio omninò peracta ſit. Sic enim cruſtas facilius excidere, cicatriceſque melius coaleſcere.

8 τάχιστ' ἐκπίπτουσι] τάχεα ἐκπίπτουσι legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

9 σημεῖον δὲ ὅταν ἀπέχῃ τὸ ξύσμα] Etſi hoc loco publicatam lectionem ſecutus ſum, ſatis tamen deraſam eſſe palpebram apparet, ſi pro cruenta & aquoſa ſanie, ſanguis ſincerus & purus effluat.

10 ἄνευ ἄνθος τοῦ χαλκοῦ] ἐπεὶ ἄνθος τοῦ χαλκοῦ fortè legendum, etſi vulgata lectio ſatis per ſe conſtat.

11 φάρμακον ξηρὸν διὰ τῶν βρωμάτων] Hæc videtur eſſe quædam ἐκπαθείας species.

12 τὰ βλέφαρα τὰ παχύτερα] Huic vitium ſimile πτίλωσις Medicis dicitur.

13 ἰᾶσθαι τὰ λοιπὰ] ὡς τὰ λοιπὰ lego cum interpretibus, vt hæc vlcera ſicuti reliqua vlcera curentur. Pilorum autem naturam vocat, ciliorum exortum, quem vitari præcipit.

14 καὶ κνησμὸς ἔχῃ] ξυνοχὴ ἔχῃ legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

15 περὶ φολίδα τοῦ χαλκοῦ] Ex hoc loco φολίδα χαλκοῦ, τὴν λεπίδα, mihi exponere videtur Erotianus, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

16 νυκτάλωπος φάρμακον] νυκτάλωπα pro vitio oculorum poni, & luſcitionem Feſto dici ſcripſimus in noſtra Oeconomia, de eoq; aliàs fuſiſſimè egimus. Lego autem cum interpretibus, νυκτάλωψ φάρμακον πίνειν ἐλατήριον.

17 Ἢ κατάξας τὴν ἰσχύα] κατασχάσας lego cum interpretibus. πίνων autem ad inediam & famem refert Cornarius, ſed vlcus, & vlceris appreſſionem, & durationem reſpicere arbitror.

18 ἧπαρ βοὸς] Paulus cap. 22. lib. 3. in Nyctalope hepar hircinum aſſatum comedendum exhibet, eiusq; inter aſſandum ſaniem collectam illinit. At author libri de oculis Galeno attributi, hepatis caprini ſuffitum adhiberi vult. Celſus quoq; c. 6. lib. 6. ſic laborantes inungi iubet ſanguine iecinoris maximè hircini, ſin minus caprini, vbi id aſſum coquitur, aut fortè ſanie cum ἰχῶρα dicat Dioſc. c. 39. lib. 2. & Pl. c. 11. li. 48. Quod remedium adſcribit etiam Gal. extremo lib. 4. κατὰ τόπ.

19 ἐὰν τινι οἱ ὀφθαλμοὶ] Hoc oculi vitium ἀμαύρωσις Græcis dicitur, cùm oculis bene habentibus videndi acies laborat.

20 ὀφθαλμίας] Sunt hæc communia lippitudinis remedia, capitis & totius corporis purgatio, alui ſolutio, ſanguinis detractio, modicus cibus, aquæ potio, ex aph. 31. & 17. li. 6. cauſarum foris incidentium vitatio, & deambulatio, ex * Paulo. * lib. 3. c. 11.

21 ἂν δ' ἐστὶ ξυμφέρει] εἰ γὰρ ξυμφέρει legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

22 κατάπλασμα ἐδωδὸν μὴ ἀνιῶν] Cataplaſmate vtimur ad ſiſtendam fluxionem & ad eorum quæ irritant mitigationem, vt ſcribit Paulus, qui etiam cataplaſmata deſcribit.

HIPPO-

HIPPOCRATIS COI MEDICORVM PRINCIPIS OPERVM OMNIVM,

Sectio VI.

τὰ χειρουργούμενα, hoc eſt, eius Medicinæ partis quæ manu curat, tractationem decem libris complexa, ita vt rectè HIPPOCRATIS CHIRVRGIA dici poſſit.

Omnia nunc recens Latina interpretatione & Annotationibus donata, quæ Commentarij cuiuſdam vice eſſe poſſint.

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico authore.

Hac Sectione continentur,

Κατ' ἰητρεῖον, *Medici officina; aut de officio Medici, Lib.1.*
Περὶ ἀγμῶν, *De fracturis, Lib.1.*
Περὶ ἄρθρων, *De articulis, Lib.1.*
Μοχλικόν, *Vectiarium, hoc eſt, de oſſium per molitionem impellendorum ratione, Lib.1.*
Περὶ ἑλκῶν, *De vlceribus, Lib.1.*
Περὶ συρίγγων, *De fiſtulis, Lib.1.*
Περὶ αἱμορροΐδων, *De hæmorrhoidibus, hoc eſt, de venis in ano ſanguinem fundere ſolitis, Lib.1.*
Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων, *De capitis vulneribus, Lib.1.*
Περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου, *De fœtus in vtero mortui exectione, Lib.1.*
Περὶ ἀνατομῆς, *De corporum reſectione, Lib.1.*

IN SECTIONEM SEXTAM PRÆFATA.

SECTIONEM huius Operis ſextam τὰ χειρουργούμενα complectentem, ſub Chirurgiæ Hippocrateæ nomine publicaturus, non eram neſcius (Lector candide) fore aliquando vt hic noſter labor in varias hominum reprehenſiones incurreret, nonnulloſq́ futuros qui hanc diligentiam poſt tot nobiliſſimos de iſtius Medicinæ facultate ſcriptores, vt ſuperuacaneam & minimè neceſſariam contemnerent, quoſdam etiam qui vel inutilem & fractam, neque ſatis abſolutam eſſe clamitarent. Quos quidem homines velut otio abundantes, rectæ voluntatis propenſione ſecurus, optimorumque officiorum conſcientia fretus, meritò reiicere poturam, niſi turpe & iniquum exiſtimarem ſuſceptæ cauſæ patrocinium deſerere, aut æquitatis exiſtimationem maleuolentiſſimis hominum obtrectationibus prodere. Qui ſi ægre ferunt nos poſt tot egregios de Chirurgia facultate ſcriptores, eadem de re veterem diſciplinam ad Hippocratis veteris Medicinæ parentis decreta reuocare, in lucem & in exiſtimantium arbitrium ponere: næ illi in nobiliſſimam & antiquiſſimam Medicinæ partem grauiter peccant, & tanquam communis omnium ſalutis hoſtes parricidio ſe inualuunt ſempiterno. Nam in tanta tamq́ feraci nobiliſſimorum ingeniorum copia, tam multis denique ea de re omnis generis conſcriptis voluminibus, vt omnium literis decantatiſſima, & hominum manibus detritiſſima Chirurgia videatur, pauci tamen, quod dolendum potiùs quàm inuidendum, eam ad Hippocratis præcepta reuocarunt, & de fæce haurire, quàm eius limpidiſſimos fontes conſectari maluerunt. Nemo tamen eſt vel mediocriter literis imbutus, qui iſtius præcipuè facultatis vt principem, ita totius Medicinæ ac bonorum omnium parentem Hippocratem non prædicet ac liberè fateatur. Quo laudis titulo, vt ſæpè, ita nunquam ſatis dignè eum exornat Galenus. At verò in hoc præſidio quod ad communem omnium ſalutem conſtitutum eſt, & manus curationem poſtulat, is tam cumulatè cum omni laude excelluit, vt ad ampliſſimam gloriæ ſegetem, hæc palma proprio quodam iure omnium iudicio ei ſola reſeruata videatur. Nam tot ea de re conſcriptis voluminibus, & obeundis ciuitatibus ac regionibus, tantam in hac facultate nauauit operam, eamq́ adeò locupletauit, vt hi ferè libri qui hoc nomine circumferuntur, ſoli edititij ac genuini Hippocratis illius Magni & Heraclidæ filij, ex clariſſima Aſclepiadarum familia verè oriundi, omnium iudicio eſſe cenſeantur. Ac ea ferè tota quam hic tibi fortaſſe nimis ambitioſè venditamus (vt liberè & ingenuè dicam) vera eſt & germana Hippocratis illius fœtura. Quò certè æquius eſt te noſtram iſtam operam, cum publica omnium ſalute coniunctam, & rectæ voluntatis aſſenſione ad omnium vtilitatem aggregatam, tuo fauore proſequi, & labores noſtros quos iam pridem magna animi propenſione ad Hippocratem contulimus, liberaliter amplecti, neque ægrè ferre, ſi de iiſdem eadem (vt habetur in conditionibus) non tamen eodem modo, neque ſimiliter à nobis dicantur. Nam iampridem longa animi reputatione mecum ſtatui, non modo non temerariam aut inutilem eſſe in Hippocratem collatam operam, verumetiam omninò neceſſariam, & vtilitate communi conſignatam & probatam. Quanquam ſi quis rectè ſecum reputet, is facilè ſtatuet non eadem eſſe quæ à nobis hic proferuntur, ſed longè diuerſa, & verò multò locupletiora quàm quæ à nobiliſſimis huius artis Dictatoribus olim non ſine ampliſſima ingenij laude in communem vſum poſteritati ſunt commendata. Ac ne tibi plus æquo munus noſtrum verbis exaggerem, hic tibi in libros Hippocratis κατ᾽ ἰητρεῖον, περὶ ἀγμῶν, περὶ ἄρθρων, poſt Galeni Commentarios. Notas noſtras exhibemus, & opus hoc Mochlici & libelli de Hæmorrhoidibus noua acceſſione auximus, eoſq́ liberali manu in Aſclepiadarum familiam aſſeruimus. Ac intra eius familiæ ſepta nos lubenter continuiſſemus; niſi publicæ huic cauſæ, quæ manu curat, iniquum præiudicium adferri, nimiſq́ magnam contumeliam aut iniuriam fieri putaſſemus. Ideoq́ libellos de fœtus in vtero mortui exectione, & de corporum reſectione ad pleniorem Chirurgiam informandam adiunximus. In iſtamq; cauſæ coniunctionem non ingratis libellos περὶ ἰητροῦ & περὶ ὀστέων φύσιος, velut minimè inutiles impoſuiſſemus, niſi illis locum in altera orcheſtra ſaltandum dediſſemus. Quòd ſi libros περὶ ὀλεθρίων τραυμάτων & περὶ βελῶν adiungere licuiſſet, non eſt dubium quin ſuis numeris perfectam & abſolutam huius muneris tractationem, plenamq; Chirurgiam, qualem ex Hippocratis libris recenſet Erotianus, poſteris tradere potuiſſemus. Sed hoc nobis inuidit temporis iniuria, quæ omnibus bonis literis ſemper inimica, cladem etiam attulit ſempiternam. Sed fortaſſe extra cauſam nimis multa, de cauſa pau-[illegible], & quæ conſilij noſtri rationem afferant dicenda ſunt. In hoc autem nouo argumenti genere, etſi ordinis ratio ſua cuilibet libro à me eſt præfixa, eam tamen ſecuti videmur, quæ magis popularis eſt, & Galeno approbata. Medici officinam quòd proœmium quoddam ſit operis, & Medicum ad omnem manuariam operam præſtandam, tanquam εἰσαγωγὴ compendio quodam promptè inſtruat, libris de fracturis & articulis præpoſuimus, quod & feciſſe Galenum in ſuis Commentariis apparet. Neque verò ſæpe hoc ordinis initium abiurat, vt ex eius lectione patet, tum quod ea ipſa τὸ κατ᾽ ἰητρεῖον indicatura, hos omnes libros, hoc eſt, Officinam Medici, & libros de fractis & luxatis, veteribus Medicis quondam complexa ſit, vt ex Galeno Com. in lib. de fract. & Com. 4. in lib. de art. liquido cuiuis patet. Et ſi idem nonnunquam libros de fract. & art. ante Medici Officinam ſæpe legendos eſſe moneat, illoſq́ ad huius explicationem non rarò adhibeat, alio ordinis ſcopo propoſito. Iſtaque mihi videtur inſtituti ordinis ratio plauſibilior, quâ & Medici inſtrumentum & ſupellex, & verò munus propiùs informatur, & tanquam ex vmbra in puluerem

& aciem

& aciem, hoc eſt, in mannariam operam, deducitur. In iis verò ita mihi temperaui, vt Galeni Commentarios, etſi magna ex parte laceros, vel leuiter attingerem, quod id alterius eſſet inſtituti, & ne eadem de re ſæpiùs dictata, vel cum faſtidio reponerem. Libras de fract. & art. ſuo velut loco ſequitur Mochlicus aut Vectiarius, de oſſium per molitionem impellendorum ratione dictus, quod eorum librorum compendioſam quandam doctrinam contineat, & quem certè à reliquis non ſine fraude & ſcelere ſeparari oportuit. Adeò vt mihi tanquam capite diminutam ac mancam Hippocratis Chirurgiã populo venditaſſe videantur, qui eum vel taciti præterierunt, vel certa animi perſuaſione neglexerunt. Quò certè me maior admiratio ſubit, Cornarium in hac Hippocraticæ Interpretationis palaſtra gladiatorem imprimis nobilem & exercitatum, hunc librum in totum præteritum reliquiſſe, illiusq; indicaturam falsò libello de Oſſibus ſuppoſuiſſe. Niſi cum cæteris operis inſanitate & difficultate deterritus, interpretandi animum vna cum potiundæ integritatis ſpe abiecerit. De me verò etſi nolo quicquam, ipſe præſertim, ambitioſiùs prædicare, ſpero tamen noſtra interpretatione effectum, vt limata illa verborum ſiccitas, qua totus redundat, plenioribus Hippocratis fontibus irrigata, & ad eoſdem deducta, pleniorem lucem accipiat, doctorúmque necnon intelligentium aſſenſionem ita commoueat, vt eam reddita ſibi ſanitate, tanquam detracto fuco, pro legitimo ac germano Hippocratis Magni fœtu verè agnoſcant ac recipiant. Quod & cuiuis me facile probaturum ſpero, qui noſtram cum cæterorum interpretatione contulerit, & ad Hippocratis diſciplinam velut poſtliminio reuocarit, ad eámq; rem cognoſcendam tantum iudicij, quantum non quiuis vnus ex populo, ſed quantum exiſtimator doctus & intelligens, adhibuerit. Vlcerum tractatio ſequitur, quæ videtur eſſe alterum quoddam Vulnerarij officium, quo ſe velut caduceo ornatus, per populi ora glorioſiùs iactare poſſit, quæ etſi vniuerſitatem quandam comprehendere, eoq; nomine præponi debere videatur, ad eam tamen cum dignitate curationem obeundam, egregiè comparatum Medicum eſſe oportuit, & in omnibus manuariis præſtandis officiis optimè inſtructum, quod non niſi longè ante præparata exercitatione probè præſtari potuiſſe ſatis conſtat. Qua ratione eam quoque poſt fracturarum tractationem adhibet Hippocr. lib. de fract. Accedit vulnerum capitis ſpeculatio, quæ etſi in fracturarum genere non incommodè pertractari potuit, ſua tamen dignatione & pondere in hunc locum non temerè eſt ſepoſita, vt quæ & toto argumenti genere diſſentiens, & tractationis modo eximia, hoc totum Chirurgiæ corpus informaret. Reliqua ſupereſt fœtus intermortui extractio aut exectio, & corporum reſectio, quæ Medico non indigna, ita ad Chirurgiam ſuis numeris complendam valde ſunt neceſſaria. In qua inſtituenda cùm vel multa lubrica, vt in opere anfractuoſo & difficili occurrerent, noſtras rationes ita attemperauimus, vt ad Hippocratis ſententiam cum dignitate tuendam vel maximè accommodarentur. Quod certè præſtiterim necne, tuum eſto iudicium, idq; vt ſperare non audeo, ita ſemper præ metuliſſe palam profiteor. Reſtat (lector candide) vt hoc Hippocrateæ Chirurgiæ corpus quod exulceratiſſimis ac turbulentiſſimis iſtis temporibus tibi de vindemiolis noſtris excerpſimus, ita tuo fauore proſequare, vt ad reliquias perſequendas alacriores nobis addas animos, & tua æquanimitas noſtram augeat in ſcribendo induſtriam. Nam etſi fœliciſſimorum ingeniorum curſum premit ac retardat importuna iſta Reipub. Gallicæ clades, is tamen mihi laudandus eſt, qui hoc tempore ipſe cum liceat, in hoc communi noſtro & quaſi publico fato, conſoletur ſe, cum conſcientia optima mentis & rectæ vitæ, tum etiam vſurpatione & renouatione doctrinæ. Bene vale. Ex Mediomatricibus ipſis Nonis Quintilib. 1594.

A

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΚΑΤ' ΙΗΤΡΕΙΟΝ.

B

HIPPOCRATIS LIBER DE OFFICINA MEDICI; AVT

De officio Medici.

PRINCIPIO quænam ſimiliter aut diſſimiliter ſe habeant videndum; idque ex his quæ maximi ſunt momenti, aut facillimè cognoſcuntur, aut quauis via & ratione comprehenduntur: quæ & viſione, & tactu, & auditione percipiuntur; quæque in viſionis, auditionis, tactus, narium, linguæ & intelligentiæ ſenſum cadunt, ex quibus omnis cognitio noſtra conſtat.

C

Ὅμοια, ἢ ἀνόμοια ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῶν μεγίστων, ἀπὸ τῶν ῥηΐστων, ἀπὸ τῶν πάντῃ πάντως γιγνωσκομένων. ἃ καὶ ἰδεῖν, καὶ θιγεῖν, καὶ ἀκοῦσαι ἐστί. ἃ καὶ τῇ ὄψει, καὶ τῇ ἁφῇ, καὶ τῇ ἀκοῇ, καὶ τῇ ῥινί, καὶ τῇ γλώσσῃ, καὶ τῇ γνώμῃ ἐστὶ αἰσθέσθαι. ἃ καὶ οἷς γιγνώσκομεν, πάντα ἐστὶ γνῶναι.

D

ANNOTATIONES.

HIc libellus κατ' ἰητρεῖον palam & publicè inſcribitur, eaque indicatura ex vetuſtiſſimis exemplaribus vel Galeni tempore ſatis conteſtata fuit, qua vel Medici, vel Chirurgiæ officina, vel Medicatrina indicatur: præſtaret tamen (vt Galenus ſcribit) περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον inſcribere, quod περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον πραττομένων ὁ λόγος αὐτῷ γίνεται. Quam inſcriptionem libris de fract. & artic. quidam etiam impoſuerunt, vt patet ex † Galeno, quòd ferè his libris Medici vulnerarij aut Chirurgi potiſſimùm munus explicatur. κατ' ἰητρεῖον enim τὰ κατὰ τὸ ἰητρεῖον πραττόμενα ſignificat, vt exponit Gal. Comm. 1. in lib. 1. Epid. vt vel ab ea Medicinæ parte quæ manu curat & omnium eſt vetuſtiſſima (teſte Celſo) inſcriptio huic libro ſit quæſita, quo vel præcipua Chirurgiæ ſupellex adornatur & proponitur, ac veluti eorum quæ libris de fract. & art. diffusè tractantur, breuis & compendioſa adumbratio ſpectatur. Etſi verò non malè Medici officinam dici exiſtimandum eſt; quòd in eo multa toti arti Medicæ communia contineantur, ac veluti totius artis quidam aditus ac prooemium adumbretur, nec Galenus ſolum ad Chirurgiam, verùm etiam ad totius artis cognitionem exempla referat. Erotianus tamen ἰητρείου θεραπείαν exponit, quo nomine communem totius artis curationem complectitur: etſi propriè quodammodo explicatio illa libro primo Epid. (cuius antea memini) accommodari poteſt. Huius autem libelli originem ad magnum illum Hippocratem Coum, virum & arte & facundia inſignem (vt loquitur Celſus) referri, & phraſis ipſa clamat, & fatetur Galenus Comm. 1. in lib. de fract. quamuis obſcuriſſimis verbis, etſi aliàs nonnihil ambigere videtur. * Erotianus quoque hunc librum inter θεραπευτικοῖς, ac velut Chirurgiæ dicata opera, in librorum Hippocratis recenſione, longo ordine poſt libros de fract. & artic. commemorat. Vt autem eiuſdem argumenti multa erant ſcripta ab antiquis Medicis, præſertim Diocle & Philotimo, ita in hunc librum explicationem ſcripſerat Aſclepiades, cuius meminit Erotianus, & Galenus ſuis in hunc librum Commentariis. E F

† *Comm. 1. in lib. de fract.* * *Comm. in hunc lib.*

ὅμοια ἢ ἀνόμοια] Hoc commune eſſe totius artis veluti præludium, aut quendam etiam tum ad præſagiendum, tum ad curandum ingreſſum, præter ea quæ hìc ſcribit Galenus, teſtatur quoque Comm. 1. in Prognoſt. ad idque accommodat vt totius artis prooemiū eſſe velit. Optimè verò initio lib. 9. de placitis Hippocr. & Platonis hunc totum locum explicat, & ad cuiuslibet rei in quauis arte inueſtigationem adhibet, hinc ſumpto cognitionis principio, vt à naturalibus inuentionis indiciis, quæ in ſenſum & rationem cadunt, omnis propoſitæ rei natura petatur. Quod non in arte Medica modò, ſed etiam in philoſophia vim habet maximam, vt ſcribit Plato in Phædro.

ἀπὸ τῶν πάντῃ πάντως γιγνωσκομένων] Hoc veluti tertium quoddam cognitionis inſtrumentum ponitur, quod mentis acie, cogitatione, ratione & diligenti ſpeculatione continetur, ab iiſque quæ ſub ſenſum cadunt & facillima ſunt cognitu diſtinguitur. Ea enim quæ quauis ratione & via, accurateque intenta iudicij exercitatione comprehenduntur, ſignificantur, diligentemque artis cognitionem & ſpeculationem requirunt, ſiue in experientiam, ſiue in rationem cadant. Eoque pertinere videntur τὰ πάντῃ πάντως γιγνωσκόμενα, quæ tam ſæpè & cum obſcuritate inculcat Galenus, vt ea facillimis & ſenſuum iudicio cognitis opponat, nec non niſi longa exercitatione, mentis intentione, ac magna cognitionis perceptione comprehendantur. In hanc enim notionem accipienda mihi videntur hæc obſcuriſſima Galeni ex Commentario verba, quæ quia vitio non carent, ita legenda ſunt: [illegible] [illegible]. Quæ tamen aliter ſumpſerunt interpretes. Hucque ſpectare videtur quod à Platone in Phædro eſt explicatum, ea quæ naturalibus indiciis & ſub ſenſum poſitis ſunt expoſita, nullam in ſe controuerſiam habere. In his verò quæ ratione comprehenduntur, magnam ambiguitatem exiſtere. Caluus hoc commune totius artis exordium ita obſcurauit, vt eius ſenſa non facilè eruas. G

ἃ καὶ τῇ ὄψει] Hæc ſunt κοινὰ κριτήρια, quibus in quauis arte, quid ſit conſentaneum, aut repugnet, quid ſimile aut diſſimile, compoſitum etiam aut diuiſum inueſtigamus, aut quibus veluti inſtrumentis, cuiuſuis quæſitæ rei cognitio conſtat. De quibus agit Plato in Phædro, & poſt eum Galenus in lib. 9. de plac. Hippocr. & Plat. Referri certè quidem iſta ad ſenſuum perſpicuitatem poſſe videntur, in quibus maximè eſt veritas, ſi & ſani ſunt, & valentes, omniaque remouentur quæ obſtant & impediunt. Quorum etiam iudicia clara & certa ſunt, vt ſi optio naturæ noſtræ detur, & ab ea Deus aliquis requirat contentáne ſit ſuis integris incorruptiſque ſenſibus, an poſtulet melius aliquid, non videam quid quærat ampliùs, vt copioſè diſputat apud Marcum Tullium Lucullus. H

A lus,etſi ſunt iſta ab* Academia noua & Carneade accurate,tum etiam ſubtiliter à Chryſippo exagitata. Quæ de mente dicuntur eò ſpectant,vt ad ea quæ non ſenſibus ipſis percipi dicuntur,ſed quodammodo ſenſibus,referantur. Animo iam hæc tenemus comprehenſa non ſenſibus quæ quaſi expletam rerum comprehenſionē amplectuntur. Poteſt etiā de ea appetitione intelligi,quæ à ſenſuum vi pulſa ſequitur,cum ſenſus non obſcuri præſertim nec tenebricoſi,ad res percipiendas intenduntur. Mens enim ipſa (inquit † ille) quæ ſenſuum fons eſt,atq; etiam ipſa ſenſus eſt,naturalem vim habet,quā intendit ad ea quibus mouetur. Itaq; alia viſa ſic arripit,vt iis ſtatim vtatur,aliqua ſic recondit,è quibus memoria oritur. Cætera autem ſimilitudinibus cōſtituit,ex quibus efficiuntur notitiæ rerum,quas Græci tum ἐννοίας,tum προλήψεις vocant. Eò cùm acceſſit ratio,argumentiq; concluſio,rerumq; innumerabiliū multitudo,tum & perceptio eorum omniū apparet,& eadem ratio profecta his gradibus ad ſapientiam peruenit. Ad rerum igitur ſcientiā vitæq; cōſtantiā aptiſſima cum ſit mens hominis,amplectitur maximè cognitionē,& κατάληψιν,quam,vt dixi, verbum è verbo exprimentes,comprehenſionem dicimus,cùm ipſam per ſe amat (nihil eſt enim ei veritatis luce dulcius) tum etiā propter vſum. Quocirca etiam ſenſibus vtitur & artes efficit,quaſi ſenſus alteros,& vſq; eò philoſophiā ipſam corroborat, vt virtutem efficiat, ex qua re
B vna vita omnis apta ſit. Qui totus locus cùm huc optimè conueniat,& ad quamuis artis perceptionem plurimum faciat, mihi exſcribendus integer fuit. De eo autem quod καταληπτὸν,aut ἀκατάληπτον Philoſophis dicitur, & meminit Galenus in Commentario, fuſiſſimè agitur apud M. Tullium in Acad. Quæſtionibus. * *Acad. Quæſt.* † *Cic. in Acad. Quæſt.*

ᵃ τὰ δ' ἐς χειρουργίην] Caluus hunc totum locum ita obſcurauit, vt non facilè aut Hippocratis, aut Galeni mentem inde haurias.

ᵃ Τὰ δ' ἐς χειρουργίην κατ' ἰητρεῖον, ὁ ἀσθενέων. ὁ δρῶν. οἱ ὑπηρέται. τὰ ὄργανα. τὸ φῶς. ὅκου. ὅκως. ὅσα. ὅκως. ὁκότε τὸ σῶμα. τὰ ἄρμενα. ὁ χρόνος. ὁ τρόπος. ὁ τόπος. ὁ δρῶν, ἢ καθήμενος, ἢ ἑστεώς. ξυμμέτρως πρὸς ἑωυτὸν, πρὸς τὸ χει-
C ριζόμενον, πρὸς τὴν αὐγήν. αὐγῆς μὲν οὖν δύο εἴδεα. τὸ μὲν κοινὸν. τὸ δὲ τεχνητόν. τὸ μὲν οὖν κοινὸν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. τὸ δὲ τεχνητὸν. καὶ ἐφ' ἡμῖν. ὧν ἑκατέρου διπλαῖ χρήσιες, ἢ πρὸς αὐγὴν, ἢ ὑπ' αὐγήν. ὑπ' αὐγὴν μὲν οὖν ὀλίγη ἡ χρῆσις, καταφανής τε ἡ μετριότης. τὰ δὲ πρὸς αὐγὴν ἐκ τῶν παρεουσέων, ἐκ τῶν ξυμφερουσέων αὐγέων, πρὸς τὴν λαμπροτάτην τρέπειν τὸ χειριζόμενον. πλὴν ὅσα ἢ λαθεῖν δεῖ. ἢ ὁρῆν αἰσχρόν.
D οὕτως δὲ τὸ μὲν χειριζόμενον, ἐναντίον τῇ αὐγῇ, τὸν δὲ χειρίζοντα, ἐναντίον τοῦ χειριζομένου, πλὴν ὥστε μὴ ἐπισκοτάζειν. οὕτω γὰρ ἂν ὁ μὲν δρῶν, ὁρῴη. τὸ δὲ χειριζόμενον, οὐχ ὁρῷτο. ᵇ πρὸς ἑωυτὸν δὲ καθημένῳ πόδες ἐς τὴν ἄνω ἴξιν κατ' ἰθὺ γούνασι. διάστασιν δὲ ὀλίγον συμβεβῶτες, γούνατα δὲ ἀνωτέρω βουβώνων σμικρὸν διάστασιν ἀγκῶσι θέσει, καὶ παραθέσει. ἱμάτιον εὐσταλέως. εὐκρινέως. ἴσως. ὁμοίως. ἀγκῶσιν ὤμοισι.

Iſta autem in manu curantis officio ſpectantur. Æger,agens,miniſtri,inſtrumenta,lumē,quo loco,quomodo,quænā,quemadmodū & quando,corpus,quæ ad agendum ſunt accommodata,tempus,modus,locus,is qui agit,ſiue ſedens, ſiue ſtans accōmodate tū ad ſe ipſe,tum ad id quod manu tractatur,tum ad lucem ſe habeat. Ac lucis duo cùm ſint genera,cōmune quidem in nobis ſitum nō eſt,quod autem arte conſtat,penes nos eſt. Vtriuſq; verò duplex vſus exiſtit,aut aduerſi luminis,aut auerſi. Auerſi quidē luminis exiguus eſt vſus,& moderatio manifeſta. Quod ad aduerſum verò lumen attinet,ex eo quod præſens eſt & cōfert, id quod manu curatur ad luminis ſplendorem conuertere oportet,niſi ſi quę aut latēre cōuenit,aut conſpici turpe eſt. Atq; hoc pacto id quidē quod manu tractatur lumini aduerſum,cum verò qui curat,ei qui curatur ex aduerſo eſſe oportet,dū ne lumini officiat. Ita nanq; & qui opus exercet cernere poterit, neq; quod manu tractatur,cernetur. Quòd autem ad ſeſe attinet,ſic ſedeat,vt pedes ſecundū eam quæ ſurſum eſt rectitudinē,è directo ad genua ſiti ſint,paruo interuallo inter ſe coniuncti. Genua verò ad ſuperio-
E rem inguinum regionem paulò diducta ſint,ita vt cubiti ſua poſitione, & in latera appoſitione, iis innitantur. Veſtis ſit decenter compoſita,explicata,æquabiliter,ſimiliter,in cubitis atq; humeris.

ᵇ πόδες ἐς τὴν ἄνω ἴξιν] Galenus κάτω ἴξιν legit,& eam quæ deorſum eſt ad genua rectitudinem capit, eadem certè notione. Siue enim eam rectitudinem ſpectes,quæ ſurſum pedum ratione ducitur,ſiue eam quæ genuum ratione deorſum eſt, eundem ſenſum elicies; dum pedes ad genua è directo ſint collocati. Caluus longè aliter hunc locum ſumit,& de ægri ſitu intelligit,contra Gal. mentem.

εὐσταλέως] εὐσταλέως ἀντὶ τοῦ προσεσταλμένως poni ſcribit Galenus. Significat autem Medici veſtem collectam eſſe debere,expeditam, aptam,bene inſtructam & decenter ornatam,neq; adductam aut adſtrictam nimis,neq; fluxam,ſed ſuccinctam & aptè compoſitam. εὐκρινέως autem de veſte explicata dicitur,quæ eſt diſtincta & minimè replicata. Erotianus εὐσταλέως συνεσταλμένως exponit, vt dicatur de veſte contracta,compreſſa,arcta,aut etiam decenter compoſita. Caluus quod de Medici veſtitu dicitur,ad veſtem ſtragulam, faſcias & lintea neſcio qua ratione detorſit.

F ᶜ πρὸς δὲ τὸ χειριζόμενον, τοῦ μὲν πρόσω καὶ ἐγγὺς καὶ ἄνω καὶ κάτω καὶ ἔνθα, ἢ ἔνθα, ἢ μέσον. τοῦ μὲν πρόσω καὶ ἐγγυτέρω ὅροι ἀγκῶνες. εἰς μὲν τὸ πρόσθεν, γούνατα μὴ ἀμείβειν. εἰς δὲ τὸ ὄπισθεν, πλευράς. τοῦ δὲ ἄνω μὴ ἀνωτέρω μαζῶν ἄκρας χεῖρας ἔχειν. τοῦ δὲ κάτω μὴ κατωτέρω, ἢ ὡς τὸ στῆθος ἐπὶ γούνασιν ἔχειν ἄκρας χεῖρας ἐγγωνίους πρὸς βραχίονας. τὰ μὲν κατὰ μέσον οὕτως. τὰ δὲ ἔνθα, ἢ ἔνθα μὴ ἔξω
G τῆς ἕδρης κατὰ λόγον δὲ τῆς ἐπιστροφῆς προσβαινόμενον τὸ σῶμα καὶ τοῦ σώματος τὸ ἐργαζόμενον. ἑστεῶτα δὲ δεῖ καὶ ἐπ' ἀμφοτέροισι βεβῶτα ἐξ ἴσου τῶν ποδῶν δεῖ. δρῆν δὲ τῷ ἑτέρῳ ἐπιβεβαιότα μὴ τῷ κατὰ τὴν δρῶσαν χεῖρα. ὕψος γούνατι πρὸς βουβῶνα ὡς ἐν ἕδρῃ. καὶ τὰ ἄλλα ὅρια τὰ αὐτά. ὁ δὲ χειριζόμενος τῷ χειρίζοντι τῷ ἄλλῳ τοῦ σώματος μέρει ὑπηρετείτω. ἢ ἑστεώς. ἢ καθήμενος. ἢ κείμενος, ὅκως ἂν ῥηΐστα, ὃ δεῖ ὡς σχῆμα ἔχων διατελέῃ. φυλάσσων ὑπόρρευσιν, ὑπόστασιν,
H ἔκτρεψιν, κατάλυσιν, ὡς ὃ δεῖ σώζηται καὶ σχῆμα καὶ εἶδος τοῦ χειριζομένου ἐν παρέξει, ἐν χειρισμῷ, ἐν τῇ ἔπειτα ἕξει.

In eo verò quod manu tractatur, vltra quidem & propè,& ſupra & infra,& quod in hanc vel illam partem declinat,aut quod mediū eſt ſpectatur. Eius quidem quod vltra & propè, termini ſunt cubitorū gibbi,in anteriorem quidē partem,ſi genua, in poſteriorem verò,ſi coſtas non pertranſeant. Quòd ad ſurſum attinet,vt ne ſupra mammas ſummę manus perueniant. Deorſum autem, vt ne infeſiùs quàm vt pectore ad genua incumbente, ſummæ manus rectum angulum ad brachia faciant. Atq; hęc quidem medio modo ſe habent. In hanc verò vel in illam partem,ne extra ſedem declinet,ſed prout conuerſionem fieri conuenit,corpus & eam corporis partem quæ agit, protendat. Stantē autē vtriſq; ex ęquo pedibus abundè inſiſtere oportet,ſed altero inſiſtentem agere, nō eo qui eſt ad agentem manu, ita vt genu ad inguina ſublatum ſit perinde atq; vbi ſedebat. Ac in cæteris iidem termini ſeruandi ſunt. At qui tractatur reliqua corporis parte manu curanti ſubſeruiat,aut ſtans,aut ſedens,quo quam facillime ita in ea figura perſeueret,obſeruans defluxionem,ſubſiſtentiā,in latus conuerſionem,decliuitatem,ſic vt eam quam oportet & figuram & formam eius partis quæ tractatur tueatur; cùm ſe medico exhibet,& manu tractatur,eumq; habitum ſeruat,in quo poſtea contineri debet.

[6] [illegible]] Hunc locum adducit Galen. Comm. 2. in lib. de fract. Apparet autem Galenum [illegible] legiſſe, quòd ad inguina vtrinſq; eentis æqualem altitudinem intelligi velit, cùm tamen omnia exemplaria tum manu ſcripta, tum exarata [illegible] legant. Quo ſenſu etiam nonnulli Galeni locum legunt. A

[7] [illegible]] Sic legunt exemplaria omnia tum publicata, tum manu ſcripta. [illegible] tamen cum Galeno legimus, quam [illegible] exponit, ad latera inclinationem & conuerſionem. In Exegeſi quoq; vbi [illegible] exponit [illegible], hunc locum ſubindicare videtur, & [illegible] potius quàm [illegible] adumbrare: vbi fortè [illegible] pro [illegible] meliùs legeretur. Caluus hunc totum locum admodum conturbauit, & longè ab Hippocratis & Galeni mente receſſit.

Vngues neq; longiores neq; breuiores digitorum extremis verticibus eſſe oportet, quos ſic in vſum adhibere conuenit. Digitis quidem ſummis, indice ferè ad pollicem admoto, manu autẽ integra prona, ambabus verò aduerſis. Digitorũ autẽ apta à natura habitudo eſt, vt magnũ ſit interuallũ quod eſt inter digitos medium, & pollex indici ex aduerſo conſtituatur. Morbo verò eos malè affici cõſtat, quib. ex primo ortu, aut educatione, pollex ab aliis digitis contineri aſſueuit. Qui agit, ad opera omnia adhibeat vtraſque manus, & ambas ſimul, cũ ſint ſimiles, ad id quidẽ animũ aduertens, vt ambabus vtatur rectè, decorè, citò, ſine labore, concinnè, promptè. Inſtrumenta certè & quãdo, & qualiter parata eſſe debeant, dicetur. Sed ea vbi oportet poſita, iuxta eam corporis partẽ quæ tractatur, ita vt ne quid opus remoretur, neq; in aſſumendo impediat. Quòd ſi ab altero exhibeantur, is paulò ante paratus ſit, & vbi iuſſeris imperata faciat. Qui verò ægrotanti adſiſtũt, quod manu curatur prout traditũ fuerit, exhibeant, reliquum autem corpus in quiete cõtineant, tacentes, & ei qui præeſt auſcultantes.

[8] ὄνυχας μήτε ὑπερέχειν, μήτε ἐλλείπειν. δακτύλων κορυφὰς ἐς χρῆσιν ἀσκέειν. δακτύλοισι μὲν ἄκροις, τὰ πλεῖστα λιχανῷ πρὸς μέγαν. ὅλῃ δὲ καταπρηνεῖ. ἀμφοτέρῃσι δὲ ἐναντίῃσι. B δάκτυλον ἐκφυλῶαι μέγαν τὸ ἐν μέσῳ τῶν δακτύλων, καὶ ὑπεναντίον τὸν μέγαν τῷ λιχανῷ. νοῦσος δὲ δηλονότι ἡ βλάπτει οἷσιν ἐν γενέῃσιν, ἐν τροφαῖς εἴθισται ὁ μέγας ὑπὸ τῶν ἄλλων δακτύλων κατέχεσθαι, δῆλον. τὰ ἔργα πάντα ἀσκέειν ἑκατέρῃσι δρῶντα, καὶ ἀμφοτέρῃσιν ἅμα. ὅμοια γάρ εἰσιν ἀμφοτέρῃσι, στοχαζόμενον ἀγαθῶς, καλῶς, ταχέως, ἀπόνως, εὐρύθμως, εὐπόρως. ὄργανα μὲν καὶ ὅτε καὶ οἵως εἰρήσεται. ὅκου δὲ μὴ ἐμποδὼν τὸ ἔργον, μηδὲ ἐμποδὼν τῇ ἀναιρέσει. παρὰ δὲ τὸ C ἐργαζόμενον δὲ τοῦ σώματος ἔστω. ἄλλος δὲ ἢν διδῷ, ἑτοῖμος ὀλίγῳ πρότερον ἔστω. ποιείτω δὲ ὅταν κελεύῃς. [9] οἱ δὲ περὶ τὸν ἀσθενέοντα, τὸ μὲν χειριζόμενον παρεχόντων ὡς ἂν δοκῇ, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα κατεχόντων, ὡς ὅλον ἀτρεμέῃ, σιγῶντες, ἀκούοντες τοῦ ἐφεστεῶτος.

[8] [illegible]] Hunc locum integrum his luculentiſſimis verbis explicat Gal. lib. 1. de vſu partium: [illegible] D Quam certè Galeni lectionem hîc quoq; ſecuti ſumus, contra omnium membranarũ fidem. [illegible] verò pro [illegible] facili lapſu legi debere ſatis quis coniecerit, etſi [illegible] plæraq; habent exemplaria, quæ etiam ſecuti ſunt Interpretes, quædam etiam [illegible], vt & Italica, quæ ſecutus eſt Caluus. Quod ſi vulgatam ſcriptionem ſequamur, [illegible], ea erit notio, pollicem quidem eum à natura exortum habere debere, vt plurimo interuallo ab indice diſtet, & velut medius cæteris digitis, & indici oppoſitus ſtatuatur. Sunt qui [illegible] ad ſpatium illud quod eſt inter digitos & ad extenſionem facit, referunt, & [illegible] pro diducere aut extendere ſumunt. Mihi ſanè [illegible] tam ad congruam natura aptitudinem & habitudinem, veluti habilitatem ad actionem quandam referri, quàm ad optimam à natura constructionem videtur, eoq; lubentius Gal lectionem ſecuti ſumus. E

ὅμοια γάρ εἰσιν ἀμφοτέρῃσι] Sic ferè diſtinguunt omnia exemplaria, vt iſta ad ambarum manuum ſimilitudinem referas. Quam in notionem quoq; poſtea à Gal. his verbis adducuntur, ὅμοιαι γάρ εἰσιν ἀμφότεραι. Nos tamen vetuſtatis authoritatem ſecuti ſumus.

[illegible]] Caluus hunc locum admodum mihi perturbaſſe videtur, neq; eum eſſe aſſecutus.

[9] [illegible]] Sic ferè habent omnia exemplaria, ſed [illegible] ex Gal. legimus.

Deligationis duo ſunt genera, vnũ eius quæ adhuc fit, alterum eius quę iam facta eſt. Ad eam quę fit quidem ſpectat, citò, ſine dolore, promptè, cõcinnè. Celeritas quidem in operis abſolutione; indolẽtia vero in agendi facilitate cõſiſtit. At prõptitudo in eo quod ad quiduis præſto eſt, concinnitas verò in viſus delectatione ſpectatur. Atque iſta quanam exercitatione comparentur, dictum eſt. Ad eam verò quę iam facta eſt rectum & decorum pertinet. Decorum quidem in eo quod ſimplex eſt aut diſtinctũ ſpectatur, ſi ſimilibus aut æqualibus æqualia aut ſimilia, aut inęqualib. & diſſimilibus inæqualia & diſſimilia adhibeantur. Atq; huius generis ſunt ſimplex, rotundum, aſcia, ſimum, oculus, rhombus & dimidiatum. ita vt forma formæ & affectioni partis quæ deligatur aptè reſpondeat. G

[10] ἐπιδέσιος δύο εἴδεα, εἰργασμένον, καὶ ἐργαζόμενον. ἐργαζόμενον μὲν ταχέως, ἀπόνως, εὐπόρως, εὐρύθμως. ταχέως μὲν ἀνύειν τὰ ἔργα. ἀπόνως δὲ ῥηϊδίως δρᾷν. εὐπόρως F δὲ ἐς πᾶν ἑτοίμην. εὐρυθμίην δὲ ὁρῆσθαι ἡδέως. ἀφ' ὧν δὲ ταῦτα ἀσκημάτων, εἴρηται. εἰργασμένον δὲ ἀγαθῶς, καλῶς. καλῶς μὲν ἁπλῶς, εὐκρινέως. ἢ ὅμοια, ἢ ἴσα, ἴσως καὶ ὁμοίως, ἢ ἄνισα καὶ ἀνόμοια, ἀνίσως καὶ ἀνομοίως. τὰ δὲ εἴδεα, ἁπλοῦν, ἔγκυκλον, σκέπαρνον, σιμὸν, ὀφθαλμὸς, ῥόμβος, καὶ ἡμίτομον. ἁρμόζον τὸ εἶδος τῷ εἴδει καὶ τῷ πάθει τοῦ ἐπιδεομένου.

[10] ἐπιδέσιος δύο εἴδεα] Hunc totum locum explicat Galenus in libello de faſciis ei attributo.

[illegible]] Hunc etiam locum apertiſſimè exponit Galenus libello de Faſciis. [illegible] autem [illegible] exponit Erotianus, & [illegible] ſumi ſcribit, hunc locum (vt opinor) ſubindicans.

σκέπαρνον] σκέπαρνον dicitur Galeno vinculi genus quo vtuntur in fractis membris, aſciæ fabrilis modo, à recta linea & orbiculari deligatione paululum deflectens. Sic enim ſcribit Com. 3. in lib. de fract. [illegible] Sic enim legendum locum exiſtimo, cum alioqui paſſim mendum ſubſit. Meminit idem quoq; Com. 2. in lib. de art. σκέπαρνον autem dicitur in Exegeſi his verbis: [illegible]. Sic etiam Erotianus: [illegible] Huius porrò loci meminit Galenus Com. 3. in lib. de fract.

ἡμίτομον] [illegible] dicitur Erotiano, ſemiſectum, dimidiatum, & ſemirhombus dicitur, cuius plures habet ſpecies Galenus in libello de faſciis. Verum apud Erotianum [illegible] potiùs quàm [illegible] legendum videtur. H

Rectum autẽ in deligatione duobus modis ſpectatur. Robur quidẽ aut appreſſu aut linteorum multitudine cõſtat. Ac ipſa quidẽ deligatio partim medetur, partim medentibus ſubſeruit. Atq; hæc quidem

[11] Ἀγαθῶς δὲ δύο εἴδεα τοῦ ἐπιδεομένου. ἰσχὺς μὲν ἢ πίεξις, ἢ πλῆθος ὀθονίων. τὸ μὲν οὖν αὐτὴ ἡ ἐπίδεσις ἰῆται, τὸ δὲ τοῖς ἰωμένοισιν ὑπηρετεῖ. ἐς μὲν

οὖν ταῦ-

A ὅτῳ τοῦτο νόμος.[11] ἐν δὲ τούτοισι μέγιστα ἐπιδέσιος. πιέξις μὲν ὥστε τὰ ἐπικείμενα μὴ ἀφεστάναι, μὴ δὲ ἐρηρεῖσθαι. ἀλλ' ἡρμόσθαι μὲν, προσηναγκάσθαι δὲ μὴ, ἧσσον μὲν τὰ ἔσχατα. ἥκιστα δὲ τὰ μέσα.

in iis lex obſeruanda eſt. In his autem circa deligationẽ maximè attendere oportet, vt appreſſus ita fiat, vt quæ ſunt impoſita, neq; abſcedant, neque innitantur, ſed aptè quidem componantur, non cogantur; idq; in extremis minùs, minimùm verò in mediis.

[11] ἰσχὺς μὲν ἡ πίεξις] Huius loci meminit Galenus Com. 4. in lib. de artic. eumq; his verbis explicat: τινὰ γὰρ ἀσφαλῶς ἐπιδέτους ἔφασαν, ὃ πιέσειν, ὃ μάλιστα ἐπίδεσιν γίνεσθαι.

τὸ μὲν ἐν αὐτῷ ἐπίδεσιν] Huius loci meminit Galenus lib. 2. Salubrium, eumq; frictionibus accommodat, his verbis: τινὰ δὲ ἐπὶ τὸ συνειδέναι ἐνιστέναι χρὴ, καὶ πρότερον διωρίσαμεν περὶ αὐτῆς εἰρήκαμεν, ὡς ἔστι τὸ μὲν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἐργάζεται τι περὶ τοῖς σώμασιν ἡμῶν χρησιμώτερον τοῖς ἐργαζομένοις ὑπηρετοῦν, καθάπερ Ἱπποκράτης ἔλεγε περὶ ἐπιδέσεως. ὡς ἐπιδέσεως τὸ μὲν αὐτὸ ἰᾶται, τὸ δὲ τοῖς ἰωμένοις ὑπηρετεῖ. Hunc verò to-
B tum locum non mihi videtur aſſecutus Caluus.

[12] ἀλλ' ἡρμόσθαι μὲν] ἡρμόσθαι quidem, (quæ eſt omnium codicum lectio) aptè compingi & componi lintea ſignificat, vt eorum firma certè ſit compages, neq; tamen nimis adſtricta aut coacta. Quod certè ab ἁρμόζομαι deductum eſt. Galenus tamen ἠρεῖσθαι legiſſe videtur, cum in Commentario ἀσφαλῶς ἐρηρεῖσθαι, hoc eſt firmiter inſidere & ſubniti explicet, tum etiam in Exegeſi ἠρεῖσθαι, ἐρηρεῖσθαι, ἢ ἡρμόσθαι exponat, quod eſt firmatum ſubnixumq; eſſe, aut aptatum, hunc locum non leuiter ſubnotans. Quinetiam apud Erotianum ἡρμοσται, ἐστερέωται, ἐστήρικται) ſignificat (non ἥρμοσται vt perperam legitur) tranſlatione ducta (vt ſcribit) ἀπὸ τῶν ἡρμοσμένων. ἐρμάζειν quoque Galeno ἐδράζειν & στηρίζειν ſignificat, quod eſt ſtabilire, firmare & fulcire. Heſychio verò ἐρμάσαι, στηρίζαι, & ἐλαφρῶς ἀποκλῖναι indicat. Quæ certè notiones huc quoq; aptiſſimè accommodatæ eſſe videntur, vt lintea ſint ſubnixa, firmata & veluti fulcita, non tamen appreſſa, adſtricta aut alliſa, ſed leuiter inuoluta, & quæ dolorem minimè cieant.

[12] Ἅμμα καὶ ῥάμμα τρηχυνόμενον μὴ κάτω, ἀλλ' ἄνω, ἐν
C προθέσει, χρήσει, ἐπιδέσει, καὶ πιέξει. ἀρχὰς βάλλεσθαι μὴ ἐπὶ τὸ ἕλκος, ἀλλ' ἔνθεν ἢ ἔνθεν τὸ ἄμμα. τὸ δὲ ἄμμα μήτε ἐν τρίψει, μήτε ἐν ἔργῳ, μήτε ἐν κενεῷ, ὅκου κενεόν. ὡς μὴ ἐς κενεὸν κεῖσθαι. ἄμμα δὲ καὶ ῥάμμα μαλθακὸν, οὐ μέγα. δεῖ γε μὴν γνῶναι, ὅτι ἐς τὰ κατάρροπα, καὶ ἀπόξυ φέρεται πᾶς ἐπίδεσμος. οἷον κεφαλῆς μὲν τὸ ἄνω. κνήμης δὲ τὸ κάτω.

Nodus & filum non deorſum, ſed ſurſum ferantur, dum pars affecta medicis exhibetur, ad curationem accommodatur, deligatur, & ad habitum, quo poſtea contineri debet comparatur. Principia non ea parte qua vlcus eſt iniicienda, ſed hinc vel inde nodus faciendus. Neq; verò nodum facere oportet ea parte quam terimus, neque qua agimus, neque quæ parte inane eſt, ne in vanum collocetur. Nodus & filum molle ſit, non magnum. Probè tamen iſtud attendere conuenit, deligationem omnem ad loca decliuia & in a-
D cutum tenuata tendere, velut in capite ad ſuperiorem quidem partem, in tibia verò ad inferiorem.

[13] ἐν χρήσει] Hic χρῆσιν Galenus exponit eum corporis accommodatum curationi ſuſcipiendæ habitum, dum pars affecta ad curationem præparatur. Sed in Exegeſi σχέσιν καὶ συνοχὴν exponit (hunc locum ſubindicans) hoc eſt cohibitionem, & velut partis affectæ ad curationem accommodatam collocationem. Vbi tamen ἐν σχέσει pro πιέξει vitioſè ſcribitur. Cæterùm hic Galenum ſecuti ſumus, qui ἐν τῇ ἐπιδέσει ἴξει pro πιέξει legit in Commentario, etſi τῇ πιέξει retinet in Exegeſi.

μὴ ἐπὶ τὸ ἕλκος] Galenus μὴ κατὰ τὸ ἕλκος legiſſe videtur. Vulgatam tamen lectionem ſequuntur exemplaria omnia manu ſcripta. Idem quoq; huiuſce loci meminit, eumq; explicat Com. 1. in lib. de fract. vbi & variam quoque ſcriptionem facit.

ὡς μὴ ἐς κενεὸν κεῖσθαι] Sic legunt omnia exemplaria, tum manu ſcripta, tum publicata. Galenus ὡς εἰ κενεὸν legit, & κενεὸν ἀσάρκον, ὁ χωρίον καὶ κοῖλον explicat. Poteſt & κενεὸν τὸ κενὸν, locus vacuus intelligi. Quo præcipitur ne nodus loco inani aut in flexura collocetur.

τὸ ἀπόξυ] Sic legunt omnia exemplaria tum publicata, tum manu ſcripta, & Galenus paſſim. Erotianus ἀπόξυ, & ἀπόξυρα καὶ ἀποξυρόμενα exponit, additq; λέγει τὰ ἐκ πλάτους εἰς στενὸν ἠγμένα. Galenus quoq; paulò poſt ἀπόξυ χωρία vocari ſcribit, vbi & iſtius loci me-
E minit, idemque ἀπόξυρα poſtea vocat fortè pro ἀπόξυρα vt lib. de fract.

[14] Ἐπιδεῖν δεξιὰ, ἐπ' ἀριστερὰ καὶ ἀριστερὰ, ἐπὶ δεξιὰ, πλὴν κεφαλῆς. ταύτην δὲ κατ' ἴξιν. τὰ δὲ ὑπεναντία, ἀπὸ δύο ἀρχέων. ἢν δὲ ἀπὸ μιῆς, ἐφ' ὅτου ὅμοιον ἐς τὸ μόνιμον. οἷον τὸ μέσον τῆς κεφαλῆς. καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον.[15] τὰ δὲ κινεύμενα, οἷον ἄρθρα, ὅπη μὲν συγκάμπτεται), ὡς ἥκιστα, καὶ ψιλότατα περιβάλλειν. οἷον ἰγνύην. ἐπὶ δὲ περι-
F τείνεται, ἁπλᾶ τε καὶ πλατέα, οἷον ἡ μύλη. προσπεριβάλλειν δὲ καταλήψιος μὲν τῶν περὶ ταῦτα εἵνεκα. ἀναλήψιος δὲ τοῦ σύμπαντος ἐπιδέσμου, ἐν τοῖσιν ἀτρεμέουσι, καὶ λαπαρωτέροισι τοῦ σώματος, οἷον τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω τοῦ γούνατος.[16] ὤμου μὲν ἡ περὶ τὴν ἑτέρην μασχάλην περιβολή. βουβῶνος δὲ ἡ περὶ τὸν ἕτερον κενεῶνα. καὶ κνήμης, ἡ ὑπὲρ γαστροκνημίης. ὁκόσοισι μὲν ἄνω ἡ
G φυγὴ, κάτωθεν ἡ ἀντίληψις. οἷσι δὲ κάτω, τὸ ἐναντίον. οἷσι δὲ μὴ ἔστιν, οἷον ἡ κεφαλὴ, τούτων ἐν τῷ ὁμαλωτάτῳ τὰς καταλήψιας ποιέεσθαι, καὶ ἥκιστα λοξῷ τῷ ἐπιδέσμῳ χρέεσθαι, ὡς τὸ μονιμώτατον ὕστατον περιβληθὲν τὰ πλανωδέστατα κατέχῃ. ὁκόσοισι δὲ μὴ ἐγκαταλήπτως τοῖς ὀθονίοισι, μὴ δὲ εὐαναλήπτως ἔχῃ, ῥάμμασι τὰς ἀναλήψιας ποιέεσθαι ἐν καταβολῇ ἢ συρραφῆς.

Deligatio à dextris ad ſiniſtra, & à ſiniſtris ad dextra ducatur, præter quàm in capite, hoc enim in directum deligandum eſt. Quæ verò partes inter ſe opponuntur, faſcia ex duobus initiis deligandę. Quod ſi ab vno incipis, ad ſimilitudinem, per eum locum in quo firmiter hæreat, deducenda, velut eſt capitis pars media, & ſi quid aliud eſt huius generis. Quæ ad motionem ſunt idonea, velut articuli, qua parte quidem inflectuntur, quàm minimis & maximè contractis linteis obuoluenda ſunt, veluti poples: at vbi contenduntur, explicatis & latis, velut genu mola. Inſuper quoq; circũdare vinculũ quoddã oportet, ad ea quidem comprehendenda quæ circum articulos ſunt, tum verò ad retinendam totam deligationem, in iis corporis partibus quæ quieſcunt & demiſſiores ſunt; velut ſupra & infra genu. In humero quidem faſciatũ inuolutio quæ ad alteram axillam iniicitur, cõuenit. In inguine verò ea quæ fit per alteram lateris mollitudinem, & in tibia, quæ ſupra ſuram. Quibus quidẽ ſurſum vinculorum euolutio elabitur, deorſum apprehenſio fiat, quibus verò deorſum, contra. At in quibus hoc non datur, vt in capite, in his quàm maximè æquabili loco comprehenſiones facere, & minimè obliqua deligatione vti oportet, quò poſtrema inuolutio firmiſſimè circumiecta, ea quæ vel maximè errabunda ſunt contineat. Quæ autem linteis ne-
H que commodè comprehendi, neque aptè retineri poſſunt, ea filis per iniectionem aut ſuturam adhibitis, retineri debent.

[14] ταύτην δὲ κατ' ἴξιν] ἴξιν hic Galenus (vt aliàs ſæpè) τὴν εὐθυωρίαν exponit. Erotianus verò ἴξιν, τὴν ἀκολουθίαν, ἢ τὸ παρὰ τὴν μῆκος τὸ κατ' εὐθὺ explicat. Et alioqui ἴξιν Hippocrati ἀφιξιν καὶ τὴν φορὰν ſignificat, vt aliquando exponit Gal.

[16] ὁμαλαὶ [δὲ]] Non video quonam iure iſta omnia in Calui interpretatione deſiderentur. Et alioquí adducitur hic locus à Galeno Com. 1. in lib. de art. A

ἐς τὸ μετέωρον] ἀφιβαλλόν τα legunt omnes codices, tum publicati, tum ſcripti. Sed ἀφιβάλλειν, & τὸ ἀνατείνειν malim, quanquam ἀφιβάλλοντα ἀνατείνοντα ferri etiam poteſt.

Vincula munda, leuia, mollia & tenuia eſſe oportet, eaque ambabus ſimul manibus inuoluenda, aut vtriſque in vicem opus exercendum. Conueniente autem deligatione vtendum, adhibita in rationem linteorum tum latitudine, tum craſſitudine. Faſciarum inuolutarum capita dura, æquabilia, explicata ſunto. Quæ ſane futurum eſt vt decidant, ea deteriora ſunt vbi cito decidunt: partim vero ſunt eiuſmodi, vt neque comprimant, neque decidant.

[17] ἐπιδέσματα καθαρά. κοῦφα. μαλθακά. λεπτά. ἐλίσσειν ἀμφοτέρῃσιν ἅμα, καὶ ἑκατέρῃσιν χωρὶς ἀσκέειν. τῇ πρεπούσῃ δὲ ἐς τὰ πλάτη καὶ τὰ πάχη τῶν ὀθονίων τεκμαιρόμενον χρέεσθαι. ἑλίξιος κεφαλαὶ σκληραί. ὁμαλαί. εὐκρινέες. [18] τὰ δὲ δὴ μέλλοντα ἀποπίπτειν κάκιον ταχέως ἀποπεσόντων. τὰ δὲ μήτε πιέζειν, μήτε ἀποπίπτειν. B

[17] καὶ τὰ πάχη τῶν ὀθονίων] Nos iſtam ſecuti ſumus lectionem omnibus exemplaribus, tum manu ſcriptis, tum publicatis conteſtatam. Interpretes vero Galenum ſecuti, τῶν ἀπὸ μήκεων, aut μοχίων legiſſe videntur.

[18] τὰ δὲ δὴ μέλλοντα] Interpretes mirum in modum iſtam ſententiam conturbarunt, præcipueq; Caluus, atq; ita vt ex eo neq; Hippocratis, neq; Galeni mentem eruere poſſis. Cornarius etiam literam preſſius ſecutus, Galeni ſenſum neglexit.

Quæ autem deligatio appetat, aut ſubligatio, aut vtraque, hæc ſunt. Subligatio quidem efficit, vt quæ abſceſſerunt adducantur, vel quæ expanſa ſunt coarctentur, aut contracta diducantur, aut peruerſa dirigantur, aut contra. Iam verò lintea paranda ſunt leuia, tenuia, mollia, munda, lata, nullas neque futuras, neque extantes linorum eminentias habentia, neque adeo valentia vt extenſionem ferre poſſint, pauloq; præſtantiora, non arida, ſed ſucco ſingulis accommodato madentia. In his certè quæ abſceſſerunt, ita vt ſublimia ſedem quidem attingant, neq; tamen comprimant. Initio autem à ſana parte ducto, ad vlcus deſinendum eſt, vt quod ſubeſt emulgeatur, neque præterea quicquam colligatur.

[19] ἔστι δὲ ἔχοντα ἐπίδεσις, ἢ ὑπόδεσις, ἢ ἀμφότερα. ὑπόδεσις μὲν αἰτίη ὥστε ἢ ἀφεστεῶτα προσστεῖλαι, ἢ ἐκπεπταμένα συστεῖλαι ἢ ξυνεσταλμένα διαστεῖλαι, ἢ διεστραμμένα διορθῶσαι ἢ τἀναντία. [20] παρασκευάζειν δὲ ὀθόνια κοῦφα. λεπτά. μαλθακά. καθαρά. πλατέα. μὴ ἔχοντα συρραφάς. μηδ' ἐξεστίας. καὶ ὑγιέα ὥστε τάσιν φέρειν, καὶ ὀλίγῳ κρέσσω, μὴ ξηρά, ἀλλ' ἔγχυμα χυμῷ ᾧ ἕκαστα συμφέρει. ἀφεστεῶτα μὲν ὥστε τὰ μετέωρα τῆς ἕδρης ψαύειν μέν, πιέζειν δὲ μή. ἄρχεσθαι δὲ ἐκ τοῦ ὑγιέος, τελευτᾶν πρὸς τὸ ἕλκος. ὡς τὸ μὲν ὑπεὸν ἐξαμέλγηται, C D ἕτερον δὲ μὴ ἐπιξυλλέγηται.

[19] ἢ ἐκπεπταμένα συστεῖλαι] Erotianus τὰ ἐκπεπταμένα ἐξηπλωμένα καὶ ἐξηνεωγμένα exponit, hunc locum ſubindicans. Vbi certè ἐξηπλωμένα aut ἀνεπτυγμένα, pro ἐξηνεωγμένα legendum videtur.

ἢ διεστραμμένα διορθῶσαι] Sic legunt omnia ferè exemplaria, tum manu ſcripta, tum typis exarata, eamq; etiam lectionem Galenus agnoſcit. Quædam vero διαρθρῶσαι habent, quod componere & efformare indicat.

[20] μηδ' ἐξεστίας] ἐξεστίας habent omnia exemplaria, atque eæ dicuntur quas ἐξαστίας in Exegeſi vocat Galenus, & quidam exponunt τὰ ἐπανεστηκότα ἐξ ἄκρων τῶν χιτώνων ὀθονίων λίνα καὶ ἀπὸ τῶν ῥακῶν τὰ κρόσσα. Sibi tamen etiam videri ita appellari τὰ περὶ χιτῶνας ἀνεχόμενα τῆς αὐτῆς τρίχος. Erotiano tamen ἐξέστια dicuntur, qui ſic ſcribit: αἱ ἐμφερόμεναι τοῖς ἐπιδέσμασι κατὰ τὰ ἔλαια τρίχες, ἐξέστια παρ' αὐτῷ καλοῦνται. E

παρασκευάζειν autem lego non παρασκευάζει.

ὡς τὸ μὲν ὑπεὸν ἐξαμέλγηται] ἐξαμέλγεσθαι eſt emulgeri, exugi, veluti ſugendo aut mulgendo detrahi, effundi, exprimi. ἀμέλγεται nanque Erotianus Bacchium θηλάζεται ἢ θλίβεται exponere ſcribit. Epiclem vero ἐκπιέζεται ἢ ἐκθλίβεται, eodemque ſenſu à Nicandro ſumi. Heſychius quoque ἀμέλγειν, ἀμέλγειν explicat. Idem ἀμέλγεται pro θηλάζεται ἢ θλίβεται poni ſcribit. Sic enim apud eum ex Erotiano ſcribendum exiſtimo, cùm exemplaria excuſa vitioſa ſint, aut pro ἢ θλίβεται, ἐκθλίβεται legendum potiùs. Cornarius certè pro ἐξαμέλγηται, ἐξαθλίβηται legiſſe videtur, cùm excolari dixerit, quòd ἀθλίβεται διηθεῖται explicat Heſychius, & ἀθλίβειν διηθεῖν percolare, & colo transfundere ſignificat. Poteſt & ἐξαμέλγηται aut ἐξαθλίβηται extrahi ſignificare, quòd ἀθλίβειν ex Nicãdro pro ἕλκειν Heſychius affert, etſi pro ἀθλίβειν ἀμέλγειν legi debere ex Erotiano rectè quis cõiiciat. Galenus porro in Exegeſi ἀμέλγεται, πιέζεται, ἐκθλίβεται exponit, quæ notio huic loco non admodum conuenire videtur, ſed in librum περὶ χυμῶν releganda eſt, vbi legitur & optimè quadrat, niſi pro ἀμέλγεται διηθεῖται legatur. Quam lectionem ex Heſychio & Varino apud Galenum germanam eſſe in noſtra OEconomia ſcripſimus.

Atqui deliganda ſunt recta in rectum, obliqua vero, obliquè, eo modo figurata, in quo neq; dolor, neq; compreſſio, neq; relaxatio adſit, vt eum habitum nõ mutent, cùm ad apprehenſionem aut poſitionem fit tranſitus, verùm vt ſimiliter ſe habeant iſta omnia, nempe muſculi, venæ, nerui, & oſſa, ſintq; rectè diſpoſita & benè retenta. Apprehendi autẽ & iacere eo habitu conuenit, qui ſecundum naturam ſit & dolorem minimè faciat. In quibus autem abſceſſio facta eſt, contra. Aſt vbi quæ expanſa ſunt cõtrahere oportet, in cæteris quidem eodem modo. Ex longinquo tamen quodam interuallo contractio, ſenſimq; progreſſu facto compreſſio facienda eſt, primò quidem minimùm, poſtea magis, ita vt maximę cõpreſſionis, contactus terminus ſtatuatur. In iis verò quæ contracta ſunt diducendis, vbi quidem inflammatio adeſt, cõtrariam rationem adhibere oportet: quæ ſi abeſt, eodem quidem apparatu, cõtraria autem deligatione vtendum.

[21] ἐπιδεῖν τὰ μὲν ὀρθὰ, ἐς ὀρθόν. τὰ δὲ λοξὰ, λοξῶς. ἐν σχήματι ἀπόνῳ, ἐν ᾧ μήτε ἀπόσφιγξις, μήτε ἀπόστασις ἔσται. ὅταν μεταγάγῃ ἐς ἀνάληψιν ἢ θέσιν, οὐ μέλλει ἀλλάξειν, ἀλλ' ὁμοίως ἕξουσι μύες. φλέβες. νεῦρα. ὀστέα. ἀναλελάμφθαι δὲ ἢ κεῖσθαι ἐν σχήματι ἀπόνῳ τῷ κατὰ φύσιν. τὰ δὲ ἀποστάντα τἀναντία. [22] ὅσα δὲ αὖ ἐκπεπταμένα συστεῖλαι, τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὰ αὐτά, ἐκ πολλοῦ δέ τινος δεῖ τὴν συναγωγὴν ἐκ περιαγωγῆς τὴν πίεξιν τὸ πρῶτον ἥκιστα, ἔπειτα ἐπὶ μᾶλλον, ὅρον τοῦ μάλιστα τὸ συμψαύειν. [23] ὅσα δὲ ξυνεσταλμένα διαστεῖλαι, σὺν μὲν φλεγμονῇ τἀναντία. ἄνευ δὲ ταύτης, παρασκευῇ μὲν τῇ αὐτῇ, ἐπιδέσει δὲ ἐναντίῃ. F G

[21] νεῦρα, ὀστέα] νεῦρα, ὀστέα, in fine eſſe addita ex Galeno apparet, quam lectionem noſtra verſione amplectimur, etſi horum nullum extat veſtigium in exemplaribus tam ſcriptis, tum publicatis. H

ἀναλελάμφθαι] ἀναλελάφθαι ἀνειλῆφθαι apud Hippocratem exponit Erotianus, ſi modo vera eſt lectio.

τὰ δὲ ἀποστάντα] Id de faſciarum diſceſſione & relaxatione intelligendum videtur, vt contrarius habitus aut deligatio retinenda ſit. Quam in notionem ex Aſclepiadis ſententia diſceſſionem facere videtur Galenus, cùm etiam ἀπόστασιν τῶν ἐπιδέσμων χάλασιν, hoc eſt faſciarum relaxationem ſignificat.

In peruerſis quoq; dirigendis cætera quidẽ eodem

[24] διεστραμμένα δὲ διορθῶσαι. τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὰ αὐτὰ

A τὰ αὐτὰ δὲ ἢ τὰ μὲν ἀπεληλυθότα ἐπαγωγῇ, ὑποδέσει, προσκολλήσει, ἀναλήψει. τὰ δὲ ἐναντία, ἐναντίως. [26] σπλήνων μήκεα, πλάτεα, πάχεα, πλήθεα. μῆκος ὅσον ἡ ἐπίδεσις. πλάτος τριῶν ἢ τεσσάρων δακτύλων. πάχος τριπτύχους ἢ τετραπτύχους. πλῆθος, κυκλοῦντας μὴ ὑπερβάλλειν, μὴ ἐλλείπειν. [26] οἷσι δὲ ἐς διόρθωσιν μῆκος κυκλοῦντας, πλάτος καὶ πάχος τῇ ἐνδείῃ τεκμαίρεσθαι, μὴ δὲ ἀθρόα πληροῦντας. [27] τῶν δὲ ὀθονίων ὑποδεσμίδες εἰσὶ
B δύο. ἡ πρώτη ἐκ τοῦ σίνεος ἐς τὰ ἄνω τελευτῶσα. ἡ δὲ δευτέρη, ἐκ τοῦ σίνεος ἐς τὰ κάτω. κατὰ δὲ σίνος πιέζειν μάλιστα, ἥκιστα τὰ ἄκρα. τὰ δὲ ἄλλα κατὰ λόγον. ἡ δὲ ἐπίδεσις πολὺ τοῦ ὑγιέος προσλαμβανέτω.

modo fieri debent. Quæ autem receſſerũt ea per ſubligationem, agglutinationem, apprehenſionem adducere oportet, contraria verò contra. Spleniorum longitudo, latitudo, craſſitudo, multitudo, talis eſto. Longitudine deligationem æquent, latitudine trium ſint aut quatuor digitorum, craſſitudine triplicia aut quadruplicia, multitudine, vt in orbem conuoluta, neque plura ſint neque pauciora. At quibus ad directionem adhibentur, longitudinem, in orbem conuolutione, latitudinem & craſſitudinem, ex eo quod deficit coniiciemus, dum ne confertim compleamus. Linteorum autem ſubligationes duæ cùm ſint, vna ex loco affecto in ſuperiorem partem, altera ex parte affecta in inferiorem partem deſinit. Ad locum affectum appreſſus maximè fieri debet, extremis partibus minimè, in reliquis verò pro ratione. Deligatio quoq; magnam eius quod ſanum eſt partem occupet.

[26] οἷσι δὲ ἐς διόρθωσιν] Idem ferè ſcripſit lib. de fract. τοῖσι δὲ ὑποδέσμοισι ... σπλήνεσι κυκλοῦντας. τὰ δὲ ... ἀθρόοι ξυνδιορθοῦντα, ἀλλὰ κατὰ μέρος.

C [27] τῇ πρώτῃ ἐκ τοῦ σίνεος] τελευτῶσι legunt ferè omnia exemplaria, & primo membro adiungunt, quædam etiam ſecundo, & τελευτῶσα cum Aldino legunt.

[28] ἐπιδέσμων δὲ πλῆθος, μῆκος, πλάτος. πλῆθος μὲν μὴ ἐνδιδόναι τοῦ σίνεος. μηδὲ νάρθηξιν ἐνέρειδον εἶναι, μηδὲ ἄχθος, μηδὲ περιρρέπειν, μηδὲ ἐκθήλυνσιν. μῆκος δὲ καὶ πλάτος, τριῶν, ἢ τεσσάρων, ἢ πέντε, ἢ ἕξ. πηχέων μὲν μῆκος, δακτύλων δὲ πλάτος. καὶ περιδέρμασι περιβολαὶ
D ἔστωσαν, ὥστε μὴ πιέζειν. μαλθακὰ δὲ μὴ παχέα. τῶν πάντων ὡς ἐπὶ μήκει καὶ πλάτει καὶ πάχει τοῦ πάθεος. [29] νάρθηκες δὲ λεῖοι, ὁμαλοί, σιμοί, κατ᾽ ἄκρα σμικρῷ μείους ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς ἐπιδέσιος. παχύτατοι δὲ ᾗ ἐξέρρεπε τὸ κάτηγμα. ὁκόσα δὲ κυρτὰ καὶ ἄσαρκα φύσει, φυλασσόμενον τὰ ὑπερέχοντα. οἷον κατὰ δακτύλους ἢ σφυρὰ, τιθέναι, ἢ τῇ
E βραχύτητι. περιδέρμασι δὲ ἑρμάζειν, μὴ πιέζειν τὸ πρῶτον. κηρωτῇ μαλθακῇ καὶ λείῃ καὶ καθαρῇ.

Quod ad faſciarũ multitudinem, longitudinẽ, latitudinem attinet, multitudo quidẽ tanta eſſe debet, vt ne affectæ parti cedat, & ferularũ compreſſionẽ impediat, neq; pondere moleſta ſit, neq; vinculi alterã in partem propenſionẽ, neq; effœminationem afferat. Quòd ad longitudinẽ vero & latitudinem pertinet, tres aut quatuor, aut quinque, aut ſex, longitudine quidem cubitos, latitudine autem digitos æquare debent. Tot itidem ſint ſtabilimenti circumuolutiones, vt ne cõprimant. Mollia autem ſint & minimè craſſa quæ adhibentur, eaq; omnia pro partis affectæ longitudine, latitudine & craſſitudine. Ferulæ autem læues, æquales, circa extrema reſimæ ſint oportet, & ab vtraque parte deligatione paulò breuiores, craſſiſſimæ vero qua parte fractura erupit. At in partibus quæ ſuapte natura incuruæ ſunt & excarnes, velut circa digitos & talos, in iis vitare ferularum appoſitionẽ iuxta ea quæ eminent oportet, aut breuiores apponere. Stabilimenta verò primam deligationem fulciant, at non comprimãt. Cerato vtendum molli, læui & puro.

[28] μηδὲ ἐκθήλυνσιν] μηδὲ ἐκθήλυνσιν ἐπιδέσμου, lego in codicibus manu ſcriptis, cum Galeno & Aſulano exemplari: etſi videtur Galenus ἐκθήλυνσιν ſolum legiſſe, quam partim ad læſam partem, partim ad vinculum ipſum à quibuſdam referri ſcribit. Dicitur autem ἐκθήλυνσις ἐπιδέσμου vinculi laxitas & relaxatio, velut ligamenti mollities, ἄνεσιν exponit Gal.

[29] κατ᾽ ἄκρα σμικρῷ μείους] σιμοὶ κατ᾽ ἄκρα legit Galenus. Exemplaria verò omnia, tum manu ſcripta, tum publicata, κατ᾽ ἄκρα σμικρῷ
F μείους ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς ἐπιδέσιος habent, hoc eſt, in extremis vtraque parte vinculo breuiores. De ferulis verò ſic agit Celſus ferulæq; ſuperaccommodandæ ſunt, quæ liſſæ circumpoſitæq; oſſa in ſua ſede contineant, & in quam partem fractura inclinat, ab ea latior valentiorque ferula imponenda eſt. Eaſq; omnes citra articulum eſſe oportet reſimas, ne hunc lædant, nec vltra adſtringi quam vt oſſa contineant. Cæterùm exemplaria manu ſcripta quædam ἐξέρρεπε pro ἐξέρρεψε legunt: ſed ἐξέρεπε aut ἐξερρεῖ malim, iſtumq; mihi locum reſpexiſſe videtur Erotianus cùm ἐξέρρεπε ἐξέπεσεν exponit.

ὁκόσα δὲ κυρτὰ] Mirum in modum hunc locum conturbaſſe videtur Caluus, neque Hippocratis aut Galeni mentem eſt aſſecutus, & pro βραχύτητι τραχύτητα legiſſe videtur. Celſus verò in humeri fracti curatione, ferulas vel omnino non imponendas contra eminentia cubiti, vel aliquantò breuiores eſſe vult.

καὶ λείῃ καὶ καθαρῇ] Pro λείῃ, λιπαρῇ videtur legiſſe Galenus in Exegeſi, quod ὑγρῷ exponit, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Atq; huius lectionis non obſcura apparent in Commentario veſtigia, etſi variè ab Interpretibus diſtorquentur, λιπαρῷ autem τῷ ξηρῷ ex
G aduerſo reſpondere innuitur.

[30] ὕδατος θερμότης, πλῆθος. θερμότης μὲν κατὰ τὴν ἑωυτοῦ χεῖρα καταχεῖν. πλῆθος δὲ χαλάσαι μὲν καὶ ἰσχνῶσαι τὸ πλεῖστον, ἄριστον. σαρκῶσαι δὲ καὶ ἁπαλῦναι, τὸ μέτριον. μέτρον δὲ ἐν τῇ καταχύσει ἔτι μετεωριζομένου, δεῖ παύεσθαι. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, αἴρεται. ἔπειτα δὲ ἰσχναίνεται. [31] θέσις δὲ μαλθακή, ὁμαλή, ἀνάρροπος τοῖσιν
H ἐξέχουσι τοῦ σώματος. οἷον πτέρνῃ καὶ ἰσχίῳ. ὡς μήτε ἀνακλᾶται μήτε ἐκτρέπεται. [32] σωλῆνα παντὶ τῷ σκέλει ἢ ἡμίσει. ἐς δὲ πάθος δὲ βλέπειν καὶ τὰ ἄλλα ὅσα βλάπτει δῆλα.

In aqua calor & copia ſpectanda ſunt. Calor quidẽ tantus vt ſupra Medici manũ affuſa, ferri poſſit. Copia verò, vbi laxãdũ quidem & attenuandũ, maxima: vbi autem carne implendũ & molliendũ, modica, optima eſt. In perfundendo autẽ ea moderatio eſſe debet, vt dum pars adhuc attollitur, prius quã concidat deſiſtamus. Primùm nãq; attollitur, deinde attenuatur. In prominẽtibus corporis partibus poſitus mollis, æquabilis eſſe debet, & qui ſurſum tẽdat, velut in calcaneo & coxẽdice, ita vt neq; reflectãtur, neq; euertantur. Canalem toti potius parti quam dimidiæ ſubiicere oportet. Ad effectũ autem animũ intendere conuenit, & cætera quæcunq; ex eo palã oriuntur incõmoda.

[30] τὸ μὲν γὰρ πρῶτον αἴρεται] Huius loci meminit Galenus lib. 2. Salub. frictioniq; hunc in modum accommodat. ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ καταχύσει ὕδατος θερμοῦ ... τὸ μὲν πρῶτον ἐξαίρεται τὸ σῶμα, ... οὕτω ... τὸ μὲν γὰρ πρῶτον αἴρεται, ἔπειτα ἰσχναίνεται ... τὸ σῶμα. Hunc etiam locum adducit Gal. lib. 14. Meth. med.

[32] σωλῆνα παντὶ τῷ σκέλει] De ſolena quem canalem vocant, à fictilibus tubulis aut ſiphonibus traducta denominatione, agitur

Com.1.in lib.de fract. Eſt autem inſtrumentum chirurgicum,rotundum,oblongum, cauum, in quo crus aut femur fractum iniicitur & continetur, gloſſocomo quidem ſimile,ſed figura diſtans. De canali agit Celſus lib.8. in crurum femorumque fractorum curatione, & Paulus lib.6. (cap.106.) & Gal.lib.6. Meth.med. A

Exhibitio autem,diſtentio, conformatio,cæteraq; ſecundum naturam accommodata eſſe debet. Natura verò, quandoquidē in actionibus conſideratur, ex operis actione quonam ſpectet cōiectandum. Quòd autem ad iſta attinet,attendendus eſt quieſcentis habitus,& communis,& qui in conſuetudinem venit.In quieſcente quidem ac remiſſo in rectum proceſſus ſpectandus eſt,qualis eſt in manus figura.In communi extēſio & inflexio, veluti vbi cubitus cum brachio ad angularem propè figuram accedit.In conſueto autem, quòd non alias figuras faciliùs ferre poſſint, cuiuſmodi in cruribus eſt extenſio. In eo enim habitu diu facillimè ſine immutatione perſeuerarint. In immutatione autem ex diſtentione in habitū aut poſitionem,ſimiliter iſta ſe habeant,muſculi,venæ,nerui, oſſa,aut bene admodum ſint depoſita & bene retēta.

[33] παρέξις δὲ, καὶ διάτασις, καὶ ἀνάπλασις, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ φύσιν. φύσις δὲ ἐν μὲν ἔργοισι, τοῦ ἔργου τῇ πρήξει ὃ βούλεται τεκμήριον. ἐς δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ ἐλινύοντος. ἐκ τοῦ κοινοῦ. ἐκ τοῦ ἔθεος. ἐκ μὲν τοῦ ἐλινύοντος καὶ ἀφειμένου, τὰς ἰθυωρίας σκέπτεσθαι, οἷον τὸ τῆς χειρός. ἐκ δὲ τοῦ κοινοῦ, ἔκτασιν, σύγκαμψιν, οἷον τὸ ἐγγώνιον πήχεος πρὸς βραχίονα. ἐκ δὲ τοῦ ἔθεος, ὅτι οὐκ ἄλλα σχήματα φέρειν δυνατώτερα, οἷον σκέλεα ἔκτασιν. ἀπὸ τουτέων γὰρ ῥήιστα πλεῖστον χρόνον ἔχει αὖ μὴ μεταλλάσσοντα. ἐν δὲ τῇ μεταλλαγῇ ἐκ διατάσιος ὅμοια ταῦτα ἔχειν, εἰς ἕξιν, ἢ θέσιν. μύες. φλέβες. νεῦρα. ὀστέα. ἢ μάλιστα εὔθετα καὶ ὀχέεται. B C

[33] καὶ ἀνάπλασις] Sic legunt meliora exemplaria tum manu ſcripta, tum publicata. ἀνάπλασιν autem διάπλασιν exponit Galenus, quæ eſt fracti membri compoſitio & conformatio, ita vt fracturæ extrema ſeſe mutuò contingant, & partes è directo ſtatuantur, vt ſcribit Galenus Com.1. in lib. de fract. Quædam autem exemplaria manu ſcripta pro ἀνάπλασις κατάτασις legunt, quæ ſecuta ſunt exemplaria Italica (vt ex Caluo patet) & Aſulanum, eoq; modo poſtea legit Galenus hoc Commentario. Quæ dictio etſi ſatis eſt vſitata lib.de fract. rectè tamen per διάτασιν comprehendi poteſt.

ἐκ τοῦ ἐλινύοντος] Lib. περὶ ἀγμῶν in ſtatuenda naturali manus figura eam quæ ſpectatur ἐκ τοῦ ἐλινύοντος animaduertendam eſſe iubet Hippocrates: iſtudq; mediæ figuræ, quæ in quiete ſit, & in qua neuter oppoſitorum muſculorum agit, accommodat Galenus initio lib.2. de motu muſculorum. Caluus autem adeò iſta mihi perturbaſſe viſus eſt, vt neque Hippocratis neque Galeni mentem eruere poſſis. D

ἐκ δὲ τοῦ κοινοῦ] τὸ κοινὸν vt hic μέσον exponit Galenus, ita & lib.2.de motu muſculorum μέσον καὶ ἀνώδυνον σχῆμα vocat, eandemq; exactè mediam figuram eſſe dicit & doloris expertem. ἐγγώνιον vero σχῆμα dicitur,vbi cubitus cum brachio ad rectum angulū figuratur,quæ media eſt ad ſummam extenſionem & inflexionem figura & doloris expers. Sic enim explicat Galenus lib.2. de motu muſculorum his verbis: ὅρος δὲ ἐκείνου τοῦ σχήματός ἐστιν ὁ πῆχυς ὀρθὴν ἐργαζόμενος γωνίαν πρὸς βραχίονα, ὃ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸ καλοῦσιν ἐγγώνιον. Ruſuſq; ὡς γὰρ ἐπὶ χειρὸς τὸ καλούμενον ἐγγώνιον, μέσον ἀκριβῶς ἄκρας ἐκτάσεως καὶ καμπῆς ὄν, ἀνώδυνόν ἐστιν. Idem quoq; Com.1. in lib. de fract. ἐγγώνιον figuram explicat, ὅταν οὕτως ἔχῃ σχήματος ἡ χείρ, ὡς ὀρθὴν γωνίαν ἐργάζεσθαι τὸ τοῦ βραχίονος ἐσωτάτω πρὸς τὸ τοῦ πήχεος. Ac rurſus: ταύτην ἐπιχειρεῖν φύσιν ἔχουσι τὴν κατ' ἀγκῶνα διάρθρωσιν, ἐγγώνιον μὲν λαβόντες σχῆμα τὴν ὅλην χεῖρα, ὥσπερ ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει τὴν ἐπ' ὀρθὴν γωνίαν σχέσιν τοῦ βραχίονος πρὸς τὸν πῆχυν. Erotianus verò ἐγγώνιον πῆχυν exponit, ὅταν καμφθεὶς γενόμενος κατὰ τὸν ἀγκῶνα, hunc (vt opinor) locum exprimens. Apparet autem hic Galenum legiſſe, ἐγγὺς τοῦ ἐγγωνίου σχήματος potiùs quàm ἐγγώνιον πήχεος, quam tamen lectionem membranæ omnes conſtantiſſimè retinent. E

ἐκ δὲ τοῦ ἔθεος] Magnum habet momentum conſuetudo ad inueniendam mediam figuram ac indolentem, quod etiam teſtatur Galenus lib.6.Meth.med. Neque tamen ideo ad exquiſitè mediam figuram flexionis aut extenſionis in cruribus, vt brachio, deueniendum, ſed magis ad extenſionem declinandum, quòd his plurimùm extenſis vtamur,ac veluti totum corpus fulcientibus deambulemus & innitamur. Deinde verò quòd priùs quàm iplis ad motionem vteremur, in cunis cum faſciis ad extenſionem ſunt deformata. Qua in re conſuetudinis indicatio plurimùm valet,eamq; in rem plurima ſcribuntur à Galeno lib.2.de Motu muſculorum. Hic verò innuere velle videtur Galenus,in media etiam figura,qualis eſt in manu angularis,conſuetudinem ipſam pro cuiuſque habitu maximè ſpectandam eſſe,& eam quam quiſque in quauis poſitione tolerandi habet facilitatem plurimùm eſſe attendendam.

οἷον σκέλεα ἔκτασιν] Præter conſuetum laborantis membri habitum etiam media & indolens figura in cruribus ad extenſionem vergit. Quod his verbis proſequitur quoque Galenus lib.2.de Motu muſculorum: ταῦτ' οὖν τὰ δύο σκοπῶ ἐφ' ἑκάστου τῶν ὀργάνων, τό τε φυσικὸν, τὸ ἔθος, ἐξευρήσεις ὅπως τὸ μέσον τε καὶ ἀνώδυνον. ἔστι δὲ ἐν ταυτῷ συμβαίνειν πανταχοῦ τὸ μὲν ἔθος τῇ φύσει. καὶ καλῶς ἄρρητα φύσις ἐπιτείνει, τὸ δ' ἀνώδυνον σχῆμα, τὸ μέσον. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν σκελῶν ταυτὸν τὸ ἀνώδυνον καὶ μέσον, οὐ γε τὸ μέσον τῶν ἐναργεστάτων τοῖς πολλοῖς κινήσεων, καὶ μὴ πολλάκις ἐκτάσεως καὶ καμπῆς μόνον πειραῖς, αὐτὰ γὰρ ὅσα ἀπολαύομεν τοῦ σχήματος ἐσχάτως, ταῦτα ἐν ἐκτεταμένοις ἀνώδυνον σχῆμα πρὸς τὴν ἔκτασιν. F

Diſtenſio præcipuè ad ea quæ maxima,craſſiſſima, & æqualia, & vtraq; oſſa fracta habent, accommodatur.Secundo loco vbi os ſubiectum, minimè verò vbi id quod ſupra læſum eſt. Quæ ſi iuſtò maior fiat, noxiā adfert, præter quàm in pueris. Partes autem ipſas paulùm accliues habere oportet. Ad directionē, pro exēplo proponatur,quod eſt eiuſdē nominis, cōiugatum,ſimile,ſanū.Frictio vim habet ſoluendi,vinciēdi, carnem augendi,minuendi.Dura quidem vinciendi, mollis ſoluēdi,multa minuendi,mediocris implendi.

[34] διάτασις μάλιστα, τὰ μέγιστα, καὶ παχύτατα, ἢ ὁμαλὰ, καὶ ὅκου ἀμφότερα. δεύτερα, ὧν τὸ ὑποτεταγμένον. ἥκιστα, ὧν τὸ ἄνω. μᾶλλον δὲ τοῦ μετρίου βλάβη, πλὴν παιδίων ἔχειν αὐτὰ τῇ σμικρόν. [35] διορθώσιος παράδειγμα τὸ ὁμώνυμον. τὸ ὁμόζυγον. τὸ ὅμοιον. τὸ ὑγιές. [36] ἀνάτριψις δύναται λῦσαι. δῆσαι. σαρκῶσαι. μινυνθῆσαι. ἡ σκληρὴ, δῆσαι. ἡ μαλακὴ, λῦσαι. ἡ πολλὴ, μινυνθῆσαι. ἡ μετρίη, παχῦναι. G

[34] ἔχειν αὐτὰ σμικρόν] σμικρὸν legiſſe Galenum ſatis apparet,contra tamen omnium codicum fidem, quem ſecuti ſumus cum interpretibus, vt & in expoſitione iſtius ſententiæ,cùm ἄκρα ἀπορρέπεα τοῖς ἀποκειμένοις adſcribit.

[35] διορθώσιος] Sic legunt omnia exemplaria, tum manu exarata, tum verò publicata, Galenus autem διαρθρώσιος, διάρθρωσις quidem eſt artuum conformatio & articulatio, διόρθωσις verò articuli prolapſi aut membri fracti correctio, directio & in naturalem ſitum reſtitutio. H

[36] ἀνάτριψις] Hæc decantatiſſima frictionis effecta pluribus explicat Galenus lib.2. Salub. Et quæ multis antè ſeculis à nobiliſſimis authoribus de frictione tradita ſunt, ex hoc veluti fonte manarunt. Quod etiam Celſus indicauit hunc locum ſic exponens cap.14.lib.2. Neque dubitari poteſt, quin latius quidem & dilucidiùs vbi & quando frictione vtendum eſſet, Aſclepiades præceperit, nihil tamen reperierit, quod non à vetuſtiſſimo authore Hippocrate paucis verbis comprehenſum ſit, qui dixit, frictione ſi vehemens ſit, durari corpus,ſi lenis, molliri, ſi multa, minui, ſi modica,impleri. Sequitur ergo vt tum vtendum ſit, cum aut adſtringendum corpus ſit, quod fluens eſt, aut molliendum quod induruit, aut digerendum in eo quod copia nocet, aut alendum id quod tenue & infirmum eſt. Quibus ſanè verbis frictionis vſus apprimè docetur. Plinius verò lib.28. cap.4. hunc etiam locum explicare videtur cùm ſcribit. Vehemens fricatio ſpiſſat, lenis mollit, multa adimit corpus,auget modica. Eodem quoque ferè de frictione

ſcribit

A ſcribit Paulus Ægineta lib. 1. cap. 18. λύειν verò vt πιεσθῆναι hic exponit Galenus, ita etiam σκληρύνειν, πυκνάζειν, σφίγγειν. λύει, πυκνοῖ, καὶ δυσωδεῖ τὰς σάρκας ποιεῖν ſignificare ſcribit lib. 2. Salub. λύειν quoque ἀραιοῦν, μαλάττειν, χαλᾶν αἴτιαι τὰς σάρκας καὶ ἐν ἄλλοις, ſignifica[re] ibidem ſcribit.

[17] ἐπιδεῖν δὲ τὸ σύμπαν, ὁ μὲν ἐπιδεδεμένος μάλιστα φάτω πεπιέχθαι κατὰ τὸ σίνος. ἥκιστα τὰ ἄκρα. ἡρμόσθαι δὲ μὴ πεπιέχθαι τῷ πλήθει μὴ ἰσχύϊ. τὴν δὲ ἡμέρην ταύτην καὶ νύκτα ὀλίγῳ μᾶλλον. τὴν δὲ ὑστέρην, ἧσσον. τρίτῃ, χαλαρά. εὑρεθήτω δὲ τῇ μὲν ὑστεραίῃ ἐν ἄκροις
B οἴδημα μαλθακόν. τῇ τρίτῃ δὲ τὸ ἐπιδεθὲν λυθὲν, ἰσχνότερον παρὰ πάσας τὰς ἐπιδέσιας τοῦτο. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἐπιδεθεὶς ἢν δικαίως ἐπιδεδεμένος φανῇ, μαθεῖν δεῖ. ἐντεῦθεν δὲ μᾶλλον καὶ ἐπὶ πλέοσι πιεχθήτω. τῇ δὲ τρίτῃ ἐπὶ μᾶλλον καὶ ἐπὶ πλείοσι. τῇ δὲ ἑβδόμῃ, ἀπὸ τῆς πρώτης ἐπιδέσιος λυθέντα, εὑρεθήτω ἰσχνά, χαλαρὰ τὰ ὀστέα. ἐς δὲ νάρθηκας δεθέντα, ἢν ἰσχνὰ καὶ ἄκνησμα
C καὶ ἀνέλκεα ᾖ, ἐᾶν μέχρις εἴκοσιν ἡμερέων ἀπὸ τοῦ σίνεος. ἢν δέ τι ὑποπτεύηται, λύσαι ἐν μέσῳ. νάρθηκας διὰ τρίτης ἐρείδειν.

In deligando autem, imprimis quidem qui deligatur, qua parte noxia eſt, ſe maximè dicat eſſe compreſſum, extremis partibus minimè, & faſcias tam aptè appoſitas eſſe ſentiat, vt ſtabilitæ quidem ſint, non autem appreſſæ, non vi, ſed numero, ac ea quidem die ac nocte paulò magis premi, poſtridie minùs, tertia laxari. Poſtridie autem in extremis quidem partibus, tumor mollis reperiatur. Tertio verò die pars deligata vbi ſoluta fuerit, gracilior deprehendatur, idq; per omnes deligationes obſeruandum eſt. Poſtera deligatione an decenter deligatum apparuerit cognoſcendum, ac deinceps magis ac pluribus linteis adſtringendum, tertio item die magis ac pluribus. Septimo verò die poſt primam deligationem, reſoluta oſſa gracilia & laxa deprehendantur. At ferulis alligata, ſi gracilia, ſine prurigine & vlcere fuerint, ad vigeſimum à noxa diem ſinere oportet. Quòd ſi aliqua ſuſpicio ingruit, ſoluere interim, & ferulas tertio quoq; die confirmare conuenit.

[17] ὁ μὲν ἐπιδεδεμένος] Lib. περὶ ἀγμῶν. καὶ ὅρος ἐπιδέσιος, ὃ ἐρωτῴη αὐτὸν ὁ παθὼν, εἰ φαίη μὲν πεπιέχθαι, ἥκιστα δὲ καὶ μάλιστα οἱ κατὰ τὸ κάταγμα φαίη. Vincturam autem ea parte qua fractura eſt leuiter comprimimus, vt ſanguis ad vtranq; membri partem & extra noxiam elidatur, ſicq; inflammationem euitemus. Quam vinciendi rationem ampliſſimis verbis proſequitur Gal. lib. 6. Meth. med. cap. 5.

ἡρμόσθαι δὲ μὴ πεπιέχθαι] Vinculorum modus tam apte accommodatus eſſe debet, vt fracturam ipſam ſtabiliat, itaq; innitatur vt non
D valde comprimat, ne inflammationem pariat. Quod aptè admodum lib. de fract. his verbis præcipit: ἐρείδειν μὲν χρὴ μὴ πιέζειν δὲ σφόδρα. Itemque, ἢν δὲ ἐπιδεῖ, δικαίως τὸν ἐπιδεδεμένον ἡρμόσθαι μὲν πεπιέχθαι δὲ μή. φάτω δὲ κατὰ τὸ ἄλλο μάλιστα ἡρμόσθαι. Hunc autem locum adducit Galenus & ad latitudinem faſciarum inueniendam accommodat Com. 1. in lib. de fract. etſi vitioſè legitur noſtris in codicibus. Vbi tamen ἡρμόσθαι, vt hic quoq; legitur. & ἐνισχέσθαι explicatur. Quanquam interpretes omnes, ἡρμόσθαι legiſſe videntur, & ἐρμάσματα & ἔρματα deductæ dictiones ita legendum eſſe fidem faciunt, & ἡρμάσθαι, quod ἐρηρεῖσθαι, ὅ ἐστιν ἐρμάζεσθαι exponitur Galeno in Exegeſi, huc rectè accommodari poſſe videatur. Nos ſanè quoad licuit vtriuſq; dictionis ſenſum complecti voluimus, dum tam aptè accommodatas & appoſitas faſcias eſſe debere diximus, vt ſubnixæ ſint & ſtabilitæ, non autem appreſſæ.

τῷ πλήθει μὴ ἰσχύϊ] Faſciarum multitudine & linteorum copia fracturam adhæreſcere præſtat, quàm robore, quia (vt loquitur Celſus) ſatiùs eſt ſæpiùs circuire, quàm adſtringi. Siquidem id quod adſtrictum eſt alienatur, & cancro opportunum eſt. Id igitur faſcia-
E rum numero potius agendum, quam vi & robore, pluribuſq; faſciis potiùs opus eſt, quàm adſtrictis. Idem quoque in iugulo fracto circundandam eſſe faſciam ſæpiùs potius, quàm valentiùs ſcribit. Quod ipſum quoque in omnibus oſſibus fractis perpetuum eſt.

τὴν δὲ ἡμέρην ταύτην] Deligationis & compreſſionis modum his verbis circunſcribit Hippocr. lib. de fract. σημεῖα δὲ τοῦ ὀρθῶς ἐπιδεῖν ταῦτα. τὴν μὲν ἡμέρην ἣν ἂν ἐπιδεῖ, καὶ τὴν νύκτα δοκέειν αὐτὸν ἑωυτῷ μὴ ἐπὶ ἧσσον πεπιέχθαι, ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον. τῇ δ' ὑστεραίῃ οἰδημάτιον ἐλθεῖν ἐς χεῖρα ἄκρην μαλθακόν. μετρίου γὰρ σημεῖον τῆς πιέξιος τοῦτο. τελευτώσης δὲ τῆς ἡμέρης, ἐπὶ ἧσσον δοκέειν πεπιέχθαι. τῇ δὲ τρίτῃ χαλαρὰ τὰ ἐπιδέσματα. Id quoque ſic exprimit † Celſus. Deligatum verò membrum in diem tertium continendum eſt. Eaque vinctura talis eſſe debet, vt primo die nihil offenderit, non tamen laxa viſa ſit, ſecundo laxior, tertio iam penè reſoluta.

† Lib. 8.

παρὰ πάσας τὰς ἐπιδέσιας τοῦτο] Id in omnibus deligationibus obſeruandum, vt reſoluto vinculo membrum circa fracturam gracilius & extenuatum appareat, & faſciæ in deligationibus ipſis circa fractum os ſenſim paulò adſtrictiores conuoluantur. Quod etiam ſcri-
F ptis teſtatum reliquit Hippocrates lib. de fract.

ἐντεῦθεν δὲ μᾶλλον] Si ritè omnia proceſſerint, die quinto vinculorum contentio augenda eſt, tuncq; linteorum multitudine, qua vtendum erat, pars munienda & firmanda. Quòd ſi inflammatio aliqua ſubſit, ad ſeptimum diem progrediendum. Quod etiam docetur lib. de fract. Linteorum autem multitudo iccirco requiritur, quòd (vt ſcribit Gal.) ἡ ἀσφάλεια τῶν κατεαγότων ἐπιδέσεων, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀθονίων γίγνεται. Adeò vt Celſus ad fracturas firmandas ſex faſcias adhibeat.

χαλαρὰ τὰ ὀστέα] Septimo die reſolutis vinculis locus fractus contractus & extenuatus appareat, oſſa verò laxa, depreſſa & demiſſa, & (vt loquitur Hippocrates) τὰ μᾶλλον κινεύμενα καὶ εὐπαράγωγα ἐς κατόρθωσιν, hoc eſt, quæ promptiùs moueantur, & agiliora ſint ad coaptationem, &, quod ſcribit Celſus, facillimè tractentur.

ἐς δὲ νάρθηκας δεθέντα] Lib. de art. χρὴ δὲ διὰ τρίτης ἐρείδειν τοὺς νάρθηκας μὴ ἰσχυρῶς. ὅσοι τῇ γνώμῃ ἔχουσιν, ὡς οἱ νάρθηκες φυλακῆς ἕνεκα ἐπιδέονται, ἀλλ' οὐχ ἡ πίεξις ἕνεκεν ἐπιδέονται. ἢν μὲν οὖν εὖ εἰδῇς ὅτι ἱκανῶς τὰ ὀστέα ἀπόκειται ἐν τῇσι πρώτῃσιν ἐπιδέσεσιν, καὶ μήτε κνησμοί τινες λυπέωσι, μήτε τις ἕλκωσις ὑποπτεύηται εἶναι, ἐᾶν χρὴ ἐπιδεδέσθαι ἐν τοῖσι νάρθηξιν, ἔστ' ἂν ὑπὲρ εἴκοσιν ἡμέρας γένηται. Quod
G ſic expreſſit Celſus. Ferulas omnes citra articulum eſſe oportet reſimas, ne hunc lædant, nec vltra adſtringi quam vt oſſa contineant: & cum ſpatio laxentur, tertio quoq; die paulùm habenis ſuis coarctari. At ſi nulla prurigo, nullus dolor eſt, ſic manere donec duæ partes eius temporis quo os quodq; conferuet compleantur. Sic enim legendum cenſeo.

[18] ἡ ἀνάληψις, ἡ ἀπόθεσις, ἡ ἐπίδεσις, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ ᾖ διαφυλασσέσθω. [19] κεφάλαια σχημάτων ἔθη. φύσις ἑκάστου τῶν μελέων. τὰ εἴδεα ἐκ τοῦ τρέχειν, ὁδοιπορέειν, ἑστάναι, κατακεῖσθαι ἐκ τοῦ ἔργου. ἐκ τοῦ ἀφεῖσθαι. ὅτι
H χρῆσις κρατύνει. ἀργίη δὲ τήκει. [20] ἡ πίεξις ἢ πλῆθος.

Obſeruandum autem eſt vt apprehenſio, depoſitio & deligatio eodem ſint ſtatu. Figuratum ſcopi ex conſuetudine & cuiuſque membri natura petuntur. Species verò ex curſu via, ſtandi & iacendi ratione, ex actione & remiſſione. Nam & vſus roborat, otium vero colliquat. An compreſſione, an linteorum copia adſtrictio fieri debeat animaduertendum.

[18] ἡ ἀνάληψις, ἡ ἀπόθεσις] ἀφαίρεσις vitioſè legunt exemplaria omnia pro ἀπόθεσις, quæ eſt membri fracti aut deligati depoſitio, ſitus & collocatio, idem quod θέσις, dum qua figura membrum deligatum collocatur, continetur. ἀνάληψις autem & ἀπόθεσις ſæpe coniunguntur, & quod in brachio aut manu eſt ἀνάληψις, id in crure aut tibia ἀπόθεσις. Significat autem eodem habitu collocandas eſſe partes & figurandas in apprehenſione, depoſitione, & deligatione, hoc eſt ſecundùm naturam. Quod etiam prius quodammodo expreſſiſſe videtur his verbis, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ φύσιν. Illic nanque ἀνάληψιν & ἀπόθεσιν ſubintelligi vult Galenus, vt ea quæ ſequuntur.

[19] ἡ χρῆσις κρατύνει] Galenus Com. 3. in lib. 6. Epid. huius loci meminit, ſed pro χρῆσις κίνησις legit, vt & Com. 1. in lib. de artic. Ad-

ducitur quoque à Galeno lib.6.de loc.affect.ex Platone, ἡ μὲν ἡσυχία ἀπολεῖ, ἡ δ᾽ ἐν τοῖς σώμασιν ἕξις διαφθείρει, σώζει τὴν φύσιν. Quale quid etiam in Theæteto ſcribitur, corporum habitus otio & torpore corrumpi, exercitatione autem motuq; plurimum conſeruari. A
* Celſus quoque hunc locum adumbraſſe videtur cùm ſcribit, ignauiam corpus hebetare, laborem firmare. Quòd verò ad Chirurgiam attinet (in quo propoſitæ hic quæſtionis cardo vertitur) animaduertendum quod ſcriptum eſt ab Hippocr. lib.de art. πάντα τὰ ἐν τῷ σώματι ἀκόπως χρῆσθαι ἔχοντι, χρεομένοισι μὲν μετρίως καὶ γυμναζομένοισιν ἐν τῇσιν ταλαιπωρίῃσιν ἐν ᾗσιν ἕκαστα εἴθισται· οὕτω μὲν ὑγιεινὰ καὶ αὔξιμα, καὶ εὔγηρα γίνεται, μὴ χρεομένοισι δ᾽ ἀλλ᾽ ἐλινύουσι νοσηρότερα γίνεται, καὶ ἀναυξέα, καὶ ταχύγηρα.

* *Cap.1. lib.1.*

At verò vbi ſugillata, contuſa, vulſa, aut tumores ſine inflammatione ex vulnere fiunt, ſurſum quidem plurimùm, paulùm autem deorſum deligare oportet, dum brachium aut crus non propendeat, initio facto ex vulnere, & maximè firmato, circa extrema minimùm, circa verò media, modicè, & in deligando aut comprimendo vinculi extrema parte ad ſuperiores corporis partes reducta. Quin & iſta numero potiùs quàm vi fieri debent. Ad hæc autem maximè valent lintea tenuia, leuia, mollia, pura, lata, ſana, vt abſque ferulis contineantur. Copioſiore item aquæ perfuſione eſt vtendum.

⁴¹ ὁκόσα δὲ ἐκχυμώματα, ἢ φλάσματα, ἢ σπάσματα, ἢ οἰδήματα ἀφλέγμαντα ἐξεργᾶται ἐκ τοῦ τρώματος ἐς μὲν τὸ ἄνω τοῦ σώματος τὸ πλεῖστον, βραχὺ δέ τι καὶ ἐς τὸ κάτω, μὴ κατὰ τὴν χεῖρα ἔχοντα, ἢ τὸ σκέλος. ἀρξάμενον τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸ τρῶμα, καὶ μάλιστα ἐρείδοντα. ἥκιστα τὰ ἄκρα. μέσως τὰ διὰ μέσου. τὸ ἔσχατον πρὸς τὰ ἄνω τοῦ σώματος νενεμημένον ἐπιδέσιος, πιέξιος. ἅπερ καὶ ταῦτα πλήθει μᾶλλον, ἢ ἰσχύϊ. μάλιστα δὲ τουτέοισιν ὀθόνια λεπτά, κοῦφα, μαλθακά, καθαρά, πλατέα, ὑγιέα, ὡς ἂν ἄνευ ναρθήκων, καὶ καταχύσει χρῆσθαι πλείονι. B C

⁴¹ ἐξεργᾶται ἐκ τοῦ τρώματος] Hæc lectio omnibus exemplaribus, tum manu ſcriptis, tum publicatis eſt conteſtata, quam ideò ſecuti ſumus, vt ſit ἐξεργᾶται ἀντὶ τοῦ ἐξεργάζεται poſitum. Galenus verò ἐξαρύεται legiſſe videtur, quod exhauriuntur, attrahuntur è profundo & exprimuntur ſignificat. θλίβεται enim & ἐξαίρεται exponit. Sic Erotianus ἐξαρύεται à Bacchio ἐκθλίβεται exponi ſcribit, & videtur idem quod ἐξαντλεῖται ſignificare, quod ὀχετεύεται ab eodem explicatur. At mihi videtur apud Erotianum illud ἐξαντλεῖται eſſe vocis ἐξαρύεται explicatio, etſi palam in codicibus diſtinguitur. Galenus verò in Exegeſi ἐξαρύεται legit (niſi ſi ἐξαρύεται potiùs ſcribendum ſit) & ἐκκενοῦται exponit & ἐκθλίβεται, παρὰ δὲ τὸ ἐξαρύεται καὶ ἐξαρυσθῶ ποιοῦνται. Sic enim potiùs legendum videtur. Idem ἐξαρύσαι, ἐξαντλῆσαι exponit. Vtitur autem hac voce apertè Hippocrates lib.de fract. Vbi tamen codices vitioſè ἐξαρύεται legunt. Caluus hic pro ἐξαρύεται, ἐξερύεται legiſſe videtur, cùm trahitur exponit. Hoc porrò loco mihi agere videtur de his vitiis, quæ ex vitioſa deligatione contingunt, quibus ſola deligatione accommodata, & abſque ferulis, & adhibita aquæ perfuſione medetur.

At vbi articuli ſuis ſedibus elabuntur, aut iis illæſis quę circa ipſos ſunt neruoſæ partes intorquentur, aut oſſa quæ naturaliter ſe mutuò contingunt, aliquo interuallo diſtant, aut cùm diuulſis iis quæ oſſa colligant, ipſa quæ mutuò ſe contingebant, plurimùm ſecedunt, aut vbi oſſa propè articulum per totam oſſis craſſitudinem abrumpuntur, aut diſtorquentur, velut quæ vara dicuntur, in alteram partem inclinantia, ea vinculis deligare oportet, qua parte quidem exceſſerunt remittendo, ab ea autem in quam exceſſerunt intendendo, ita vt vbi deligata fuerint, in contrariam ac priùs quàm deligarentur partem inclinent, paulò magis quàm ex æquo, idq; vinculis, ſpleniis apprehenſionibus & figuris, tum etiam extenſione, frictione, directione, ad hæc etiam vberiore perfuſione.

⁴² Τὰ δὲ ἐκπτώματα, ἢ στρέμματα, ἢ διαστήματα, ἢ ἀποσπάσματα, ἢ ἀποκλάσματα, ἢ διαστρέμματα, οἷα τὰ κυλλά, τὰ ἐπιρρέποντα, ἔνθεν μὲν ἐξέστη συνδιδόντα, ὅπῃ δὲ συντείνοντα, ὡς ἐς τἀναντία ῥέπῃ ἐπιδεθέντα, ἢ ὀρθῶς ἐπιδεδεμένα, σμικρῷ μᾶλλον, ἢ ὥστε ἐξ ἴσου εἶναι. καὶ τοῖσιν ἐπιδέσμοισι, καὶ τοῖσι σπλήνεσι, καὶ τοῖσιν ἀναλήμμασι, καὶ τοῖσι σχήμασι καὶ τάσει. ἀνατρίψει. διορθώσει. τοῦτο καὶ καταχύσει πλείονι. D E

⁴¹ οἷα τὰ κυλλά] κυλλοὶ vari dicuntur & quibus crura extrorſum inclinant, intus autem ſinuantur, quibus βλαισοὶ opponuntur, vt ſatis patet ex lib.de artic. vnde & κύλλωσις vbi crura in exteriorem partem vergunt. Ex quo manifeſtum eſſe vitium in Galeni Commentario apparet, vt & Comm.in lib.de artic. cùm κυλλὸς vocari ſcribitur, quod crus in interiorem partem inclinet, vbi pro ἔξω, ἔσω mendosè ſcriptum eſt. Quam tamen lectionem ſecuti ſunt omnes interpretes. Caluus pro κυλλὰ κύλλια videtur legiſſe, quæ κυλλάδια Heſychio & κυλάδες dicuntur, & ὑπώπια ſignificant. Mirumq; eſt quod hic ſupercilia & partes oculorum inferiores contra Hippocratis & Galeni mentem ſumpſerit. F

σμικρῷ μᾶλλον ἢ ὥστε ἐξ ἴσου εἶναι] Sic lib.de artic. in κυλλώσεως curatione (quod & in cæteris articulorum aut fracturarum reſtitutionibus obſeruandum eſt) paulo vltra naturalem ſtatum progredi his verbis iubet Hippocrates. ὅτω δὲ τὰ ἀναγκαῖα ποιέειν τῇ ἐπιδέσει καὶ τῇσι χερσὶν ἢ κατορθοῦν ἐς τὸ ὑγιές, ἕως ὁ πούς ὀλίγον μᾶλλον ἐς τὸ βλαισὸν ῥέπων φαίνηται.

διορθώσει] Sic legunt manu ſcripta exemplaria optima, ἀνατρίψει quædam etiam habent, vt & Aſulanus legit, quam lectionem ſecutus eſt Galenus in Comment.

Extenuata verò multùm ſanæ partis comprehendendo deligare oportet, vt ex affluxione contabefactæ partes, ampliùs quam ſuapte natura extenuatæ, diuerſo vinculo permutatæ, ad incrementum tendant, carniumq; reſtaurationem efficiant. Præſtat autem ſuperiorem partem vt in tibia & femoribus, ſimulq; alterum crus cum parte ſana deligare, vt ſimilius ſit & æquè conquieſcat, pariterq; alimento prohibeatur, idq; ſuſcipiat. Idq; linteorum numero, non appreſſu, laxando primùm id quod maximè indiget, & frictione quæ carne impleat, vtendo, atque perfuſione abſque ferulis.

⁴³ Τὰ δὲ μινυθήματα, πολὺ προσλαμβάνοντα τοῦ ὑγιέος ἐπιδεῖν ὡς ἂν ἐκ τῆς ἐπιδρομῆς τὰ συντακέντα πλέονα ἢ αὐτὰ μινυθήματα ἐμινύθη, ἀλλ᾽ ἢ τῇ ἐκ τῆς ἐπιδέσιος παραλλάξαντα ἐγκλινῇ ἐς τὴν αὔξησιν καὶ ἀνάπλασιν τῆς σαρκὸς ποιήσηται. βέλτιον δὲ καὶ τὸ ἄνωθεν, οἷον κνήμης καὶ τὸν μηρόν, καὶ τὸ ἕτερον σκέλος τὸ ὑγιὲς συνεπιδεῖν, ὡς ὁμοιότερον ᾖ καὶ ὁμοίως ἐλινύῃ, καὶ ὁμοίως τῆς τροφῆς ἀποκλείηται καὶ δέχηται. ὀθονίων πλήθει μὴ πιέξει. ἀνιέντα πρῶτον τὸ μάλιστα δεόμενον, καὶ ἀνατρίψει χρώμενον σαρκούσῃ, καὶ καταχύσει ἄνευ ναρθήκων. G H

⁴³ τὰ δὲ μινυθήματα] τὰ μινυθήματα exponit Galenus τὰ ἰσχνὰ καὶ ἀτροφα γιγνόμενα, partes ex diuturno vinculo aut quiete emaciatas, extenuatas & imminutas, aut graciliores effectas, quas hic deligatione reſtaurari conſulit Hippocrates. Locus autem eſt admodum obſcurus & varia lectione perplexus, in quo etiam explicando non parum ſe torquet Galenus. Nos ſanè popularem & exemplarium multitudine conteſtatam lectionem ſecuti ſumus, Galeni mentem amplexati. Sunt qui etiam legant, ὡς ἐξ ἐπιδρομῆς τὰ συντακέντα πλέον ἢ αὐτὰ ἐμινύθη, vt ex affluxione ampliore, quàm ipſa immutata fuerunt. Quo etiam aliquantum inclinare videtur Galenus in Comment. Sed certè plauſibilior eſt illa lectio quam adſcriptam habet Galenus, ὡς ἂν ἐξ ἐπιδρομῆς τὰ συντακέντα πλέον ἢ αὐτὰ ἐμινύθη, aut ἢ αὐτὰ μινυθήματα ἐμινύθη, quam ſecuti ſumus ex codicum numero. Poteſt & huius lectionis hic eſſe ſenſus, vt ex affuſione contabefactæ

A befactæ partes ampliùs accipiant, quàm vbi ipſæ extenuatæ ſunt. At tunc ἢ ἄλλῃ aut ἀλλοίῃ τῇ ἐπιδέσει legendum eſſet. In quo ſanè admodum variant exemplaria manu ſcripta feréque omnia vitiata ſunt, cùm τῇ δὲ ἐπιδέσει legant, quædam etiam τὸ ἔξω habeant, cuius lectionis meminit Galenus. Omnia autem ἢ τῇ ἄλλῃ pro ἀλλοίῃ habent, quam tamen lectionem ex Galeni authoritate indubitatam amplectimur, etſi τῇ ἄλλῃ idem conſequimur. Poteſt & ex codicum conſenſione alia etiam hauriri lectio, ἢ ἄλλῃ, ἢ τῇ ἐπιδέσει, & hic ſenſus elici, vt partes contabefactæ alia ratione quam vinculo permutatæ, vt ἄλλῃ pro ἄλλως ſumptum ſit, & aliam calefaciendæ partis viam & ad calorem reuocandæ, quàm vinculum indicet, frictionem nempe, motionem, medicamentum calefaciens, picationem, confectiones picem habentes, & aquæ calidæ perfuſionem, quorum meminit Galenus in Comment. quæque etiam ad extenuatarum partium reſtaurationem adhiberi ſolent. Eſt & hic quoque alia lectio, cuius certè altum eſt in codicibus ſilentium, nullamque facit mentionem Galenus in Comment. verùm eam adſcripſit in Exegeſi, in dictione ἀμείν, cùm ſcribit: ἀμείν, ὅπως ἐν τῷ μετ᾽ ἰητρεῖον Διοσκουρίδης γράφει, ἀμεὶν ὅτι πιέζειν προσαλλάξαι, ἐκκλεῖσαι εἰς τὴν αὔξησιν καὶ ἀνάπαυσιν τῶν [illegible] ποιήσηται. οἱ δὲ ἄλλοι γράφουσιν ἀλλοίην. φησὶ δὲ Διοσκουρίδης τὸ ἀμείν, μεῖζον εἶναι, μαρτύρεται δὲ οὐδὲν προσαγαγών.

B Qui locus etſi mendo reſperſus eſt, hunc tamen omni procul dubio deſignat, & vinculi compreſſionem moderatam eſſe vult, eamque vt infra quidem dolorem ſit, qui alioqui inflammationem pariat, ſi modo ἀμείν τὸ πιέζειν προσαλλάξαντα, legas. Quam ſanè diuerſi vinculi vim Galenus his verbis, ſed vitioſiſſimè apud nos deſcriptis, explicat: ἐγὼ δὲ ἐγνώρισα λέγειν ὅτι ἐπικρατεῖ ἀλλοίην, ὡς πρὸς τὴν ἐργαζομένην δηλονότι τὸ μετὰ δέσματος, τοῦτο δὲ ἕτερον ἐργάζεται. κατὰ γὰρ ἀρχὰς μὲν ἀπὸ τῆς ὑγιοῦς, οὐκ ἀπὸ τοῦ πεπονθότος, ἢ ἐν πλάτει τὴν ἐπιβολὴν ποιούμενοι αὐτοῖς ἐσφίγγετο, ὡς ἐκπιέσοντα κατὰ τὴν ὀδύνην. ἄχρι τοῦ μηδεμίαν ὀδύνην ἐργάζεσθαι, φλεγμονὴν ἐργάζεσθαι δυναμένην. οὕτω δὲ ἄχρι τοῦ πεπονθότος ἐκλύοντα κατὰ βραχὺ τὴν πίεσιν. (Sic enim legendus mihi videtur locus iſte, quem tamen aliter accipiunt interpretes.) At quam ab Hippocrate diuerſam dici aſſero, ab ea videlicet quæ imminuta efficit, id alia ratione efficitur. A ſanis quippe partibus non ab affectis initium ducere oportet, ita vt multis in ea cum compreſſione iniectis vinculis, eatenus cum dolore comprimamus, qui nullam inflammationem excitare queat, & paulatim relaxata compreſſione, ad affectam partem perueniamus. Quam etiam diuerſam compreſſionis rationem aliis verbis aperit Galen. in Com-

C ment. ἐπειτα δὲ μὴ πιέζειν κατὰ τὸ πεπονθὸς μᾶλλον, ἀλλὰ ἀνιέναι μὲν κατὰ τοῦτο. πιέζειν δὲ μάλιστα μὲν ὅθεν ἄρξῃ κατὰ τὸ ὑγιές. ἑξῆς δὲ ἐκλύειν μὲν τὴν πίεσιν ἐν τῷ κατὰ ὑγιὲς μέρει μέχρι τοῦ πεπονθότος. ὅταν δὲ ἐπὶ τὸ πεπονθὸς ἀφίκηται, μάλιστα ἐκλελυμένην χρὴ τὴν ἐπιβολὴν τῶν ὀθονίων. Deinde circa affectam partem comprimere non oportet, ſed in ea remiſſione vti. At maximè compreſſione vtendum circa ſanam partem, vnde vinculorum initium ductum eſt. Ac deinceps faſciam quæ ſanæ parti inuoluitur ad affectum locum extendere iubet, quo vbi peruenerit, maximè remiſſa linteorum inuolutione vtendum. Ruſuſque καὶ δὲ τοῦτο τὸ μὲν κατὰ τὸ ὑγιὲς σκέλος ἐπιδεῖν ἐρεῖσθαι χρὴ μέχρι τοῦ μὴ θλίβειν οὕτως εἰς ὀδύνην ποιεῖν. Ideoque quæ ſano cruri adhibetur deligatio euſque adſtricta ſit, vt ne adeo comprimat vt dolorem moueat. Minutum autem eſt quod περιλαμβάνονται pro περιλαμβάνοντα habet codicum maxima pars. Caluus verò, vt in obſcuriſſimo loco, neque Hippocratis, neque Galeni mentem mihi aſſecutus videtur.

καὶ τῷ ὑγιεῖ] Hanc lectionem teſtibus omnibus exemplaribus ſecuti ſumus, ferri tamen poteſt, καὶ τὸ ῥᾷον, quam lectionem ſecu-

D ti videntur interpretes.

[44] Τὰ δὲ ἑρμάσματα καὶ ἀποστηρίγματα οἷον στήθει, πλευρῇσι, κεφαλῇ, καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν ὅσα τοιαῦτα. τὰ μὲν, σφυγμῶν εἵνεκεν, ὡς μὴ ἐνσείηται. τὰ δὲ καὶ τῶν διαστασίων τῶν κατὰ τὰς ἁρμονίας, ἐν τοῖσι κατὰ τὴν κεφαλὴν ὀστέοισιν ἑρεισμάτων χάριν. ἐπί τε βηχέων, ἢ πταρμῶν, ἢ ἄλλης κινήσιος. οἷα τὰ κατὰ τὸν θώρακα καὶ κεφαλὴν

E ἀποστηρίγματα γίγνεται. τουτέων ἁπάντων αἱ αὐταὶ ξυμμετρίαι τῆς ἐπιδέσιος. ᾗ μὲν γὰρ τὰ σίνη μάλιστα πιέζει, ὑποτιθέναι δὲ εἴρια, μαλθακὰ ἁρμόζοντα τῷ πάθει. ἐπιδεῖν δὲ μὴ μᾶλλον πιέζοντα, ἢ ὥστε τοὺς σφυγμοὺς μὴ ἐνσείεσθαι, τάς τε διαστάσιας τῶν ἁρμονιῶν ψαύειν τὰ ἔσχατα ἀλλήλων. μήτε ἀμφὶ τοῖσι πταρμοῖσι καὶ βηξὶν, ἀλλ᾽ ὥστε ἀποστήριγμα εἶναι καὶ μήτε ἀναγκά-

F ζηται μήτε ἐνσείηται.

Quod ad fulcra ac ſtabilimenta attinet, ea pectori, coſtis, capiti, cæteriſq; id genus adhibentur, partim quidem pulſuum gratia, vt ne quid concutiatur, partim verò ad iuncturarum diſtantias in capitis oſſibus firmandas. Ad tuſſim autem & ſternutamentum, aut aliam motionem, qualia thoraci & capiti ſtabilimenta admouentur: in quibus omnibus eadem deligationis commoderatio ſeruanda eſt. Nam qua noxia eſt, eo præcipuè comprimere oportet. Subiicienda igitur lana mollis, affectui accommodata, deligatione verò ea vtendum quæ non ampliùs comprimat, quam vt ne pulſus cieantur, aut iuncturarum diſtantiæ ad extrema ſe mutuo contingant; neque circa ſternutamenta & tuſſes partes affectas agitari prohibeat, ſed ita ſtabilimento ſit, vt neque cogantur, neque concutiantur.

[44] ἑρεισμάτων χάριν] ἑρμάτων legiſſe videtur Erotianus & hunc locum ſubindicare, cùm ἑρμάτων [illegible] apud Hippocratem exponit, vt ſit, ad iuncturam diſtantias tutandas, muniendas, hoc eſt, firmandas. Galenus tamen ἑρεισμάτων in Comm. legiſſe videtur.

ᾗ μὲν γὰρ τὰ σίνη] μάλιστα πιέζειν mihi magis probatur, etſi Galenus πιέζει legiſſe videtur. Noſtræ etiam lectioni adſtipulantur exemplaria manu ſcripta ferè omnia, quæ πιέζεσθαι pro πιέζειν legunt, vt & Aluina, etſi reliqua parte vitiata ſunt. ἢ γὰρ pro ᾗ γὰρ habent, vt legendum eſſe ſatis ex Galeno patet.

ἢ ὥστε τοὺς σφυγμοὺς] Hæc germana eſt lectio quam ex Galeni mente ſecuti ſumus, etſi vetuſtiores membranæ aliter legunt, ὥστε τοὺς σφυγμοὺς μὴ ἐνσείειν. Quæ lectio certè corruptiſſima eſt & diuerſum longè ſenſum efficit, eaque ad Aſulanum codicem peruenit.

G Senſus autem huius loci is mihi eſſe videtur, vt id quod ſtabilimento eſt, & ad vitium firmandum adhibetur, faſciarum ambitu ita adſtringi debeat, vt non ampliùs comprimat, quàm vt ne pulſus partium prohibeatur, ſed cieatur & moueatur, neq; partes prohibeat quò minùs ſub pulſu concutiantur.

τάς τε διαστάσιας τῶν ἁρμονιῶν] Exemplaria manu ſcripta anguſtiora ferèq; omnia legunt, μηδὲ μᾶλλον ἢ ὥστε διεστηκότα τὰ ἔσχατα τῶν ἁρμονιῶν ψαύειν ἀλλήλων. Quæ lectio etſi ſatis aperta eſt, ea tamen quæ Galeni Commentario conteſtata eſt, mihi magis arridet, tum quod διαστασίων malim quàm διεστηκότα.

μήτε ἀμφὶ τοῖσι πταρμοῖσι] Hanc Galeni lectionem ſecuti ſumus, quæ certè valde eſt perplexa. Is autem mihi ſenſus eſſe videtur, vt ea deligationis moderatio ſit quæ non ampliùs adſtringat, quàm vt ne circa tuſſes & ſternutamenta partes affectæ agitari prohibeantur, ſed quod adhibetur ita firmamenti vicem ſubeat, vt eas neque cogat, neque concutiat, hoc eſt, neque validiùs, neque

H molliùs deuinciat. Exemplaria manu ſcripta longè aliam habent lectionem, μηδὲ τοὺς βῆχας καὶ τοὺς πταρμοὺς, ἀλλ᾽ ὥστε κωλύειν ἀποστήριγμα εἶναι. Qua ſignificatur eam in deligando appreſſionis moderationem eſſe debere, quæ tuſſes aut ſternutamenta non moueat, ſed ita ſtabilimento ſit, vt eas prohibeat. Quam ſecuti ſunt ferè omnes interpretes. Minutum verò eſt quod pro ἀναγκάζηται, Gal. ἀναγκάζηται legit.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΓΜΩΝ. A

HIPPOCRATIS DE FRACTIS LIBER.

EOrum quæ ſuis ſedibus exciderunt & fracta ſunt, medicum quam rectiſſimas extenſiones facere conuenit. Id enim maximè ſecundum naturam rectum eſt. Quòd ſi quid in hanc vel illam partem inclinet, præſtat in pronum tendere. Leuius enim eam in partem peccatur, quam in ſupinam.

ἘΧρῆν τὸν ἰητρὸν τῶν ἐκπτωσίων τε καὶ καταγμάτων ὡς ἰθυτάτας τὰς κατατάσιας ποιέεσθαι. αὕτη γὰρ ἡ δικαιοτάτη φύσις. ἢν δέ τι ἐγκλίνῃ ἢ τῇ ἢ τῇ, B ἐπὶ τὸ πρηνὲς ῥέπειν. ἐλάσσων γὰρ ἡ ἁμαρτὰς ἢ ἐπὶ τὸ ὕπτιον.

De authore huius libri etſi magna olim orta eſt controuerſia, conſtans tamen fama eſt apud omnes, ad magnum Hippocratem Coum Heraclidæ filium referri debere. Quidam verò ad eius auum Hippocratem Gnoſidici filium originem deducebant. Quod etiam teſtatur Gal. Comm. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. vt hic quoque. Sed tunc ſanè hos duos de fract. & art. libros in vnum coactos τῷ κατ' ἰητρεῖον indicatura ornabant, quod iis in libris eius artis quæ manu curat, præcipua verſaretur quæſtio. Inſcriptio autem etſi περὶ ἀγμῶν exemplaribus tam manu ſcriptis, tum publicatis paſſim eſt conſignata, περὶ κατηγμάτων, tamen ſæpè habet nominis indicaturam, quam & ſtatim prima fronte deſignaſſe videtur Hippocrates, & aliquot locis non rarò vſurpant Galenus & Erotianus. Habent verò hi libri tractationis genus diffuſum & amplum, quod διεξοδικὸν vocat Galenus, ideóq; ante alios qui in eadem manuariæ operæ exercitatione verſantur, legendos paſſim admonet, & Erotianus inter θεραπευτικὰ χειρουργούμενα reponit. C

¹ τὰς ἰθυτάτας τὰς κατατάσιας] καταθέσεις hoc eſt collocationes, repoſitiones ex hoc loco apud Hippocratem exponere mihi videtur Erotianus, contra Galeni mentem.

αὕτη γὰρ ἡ δικαιοτάτη φύσις] τὸ δικαιότατον εἰκότως, hoc eſt maximè naturæ conueniens & accommodatum explicari poteſt ex Galeno. Erotianus hic δίκαιον τὸ συμφέρον ſignificare ſcribit, & δικαιοτάτην φύσιν ὥσπερ δίκαιον νόμον exponit, hoc eſt legem quandam iuſtam ac præceptum naturæ maximè conſentaneum ac conueniens.

Qui igitur nihil in conſilium adhibent, plærunq; nihil peccant, quippe cum qui deligatur æquiſſima natura duce manum ita porrigat. Qui vero Medici ſapientiam ſibi falſo arrogant, ij nimirum peccant. Nullius ergo eſt negotij manum fractam tractare, idque cuiuis (propè dixerim) medico procliue eſt. Qua de re plura mihi dicenda ſunt, quòd medicos noui qui ex figuranda manu in deligatione ſapientiæ opinionem præ ſe ferebant, cùm ex eo ignari potiùs exiſtimandi eſſent. Verùm enimuerò multa hoc modo hac in arte æſtimari ſolent. Quod enim peregrinum eſt, necdum conſtat an vtile ſit, conſueto, quod iam norunt vtile eſſe, anteponunt, quodque ab vſu communi abhorret, ei quod eſt probè cognitum. Exponendum igitur in medicorum erroribus de manu natura, quoſnam tum docere, tum dedocere velim. Nam & aliorum corporis oſſium doctrinam hæc oratio continet.

¹ Οἱ μὲν οὖν μηδὲν προβουλεύσαντες οὐδὲν ἐξαμαρτάνουσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. αὐτὸς γὰρ ὁ ἐπιδεόμενος τὴν χεῖρα ἀπορέγει, οὕτως ὑπὸ τῆς δικαίης φύσιος ἀναγκαζόμενος. οἱ δὲ ἰητροὶ σοφιζόμενοι δῆθέν εἰσιν οἳ ἁμαρτάνουσιν. D σπουδὴ μὲν οὖν οὐ πολλὴ χεῖρα κατεαγεῖσαν καταδῆσαι, καὶ παντὸς δὲ ἰητροῦ, ὡς ἔπος εἰπεῖν. ἀναγκάζομαι δὲ πλείω γράφειν περὶ αὐτῆς, ὅτι οἶδα ἰητροὺς σοφοὺς δόξαντας εἶναι ἀπὸ σχημάτων χειρὸς ἐν ἐπιδέσει, ἀφ' ὧν ἀμαθέας αὐτοὺς ἐχρῆν δοκέειν εἶναι. ἀλλὰ γὰρ πολλὰ οὕτω ταύτης τῆς E τέχνης κρίνεται. τὸ γὰρ ξενοπρεπὲς οὔπω ξυνιέντες εἰ χρηστόν, μᾶλλον ἐπαινέουσιν, ἢ τὸ ξύνηθες, ὃ ἤδη οἴδασιν ὅτι χρηστόν, καὶ τὸ ἀλλόκοτον, ἢ τὸ εὔδηλον. ῥητέον οὖν ὁκόσας ἐθέλω τῶν ἁμαρτάδων τῶν ἰητρῶν, τὰς μὲν ἀποδιδάξαι, τὰς δὲ διδάξαι περὶ τῆς φύσιος τῆς χειρός. καὶ γὰρ ἄλλων ὀστέων τῶν κατὰ τὸ σῶμα δίδαγμα ὅδε ὁ λόγος ἐστίν.

¹ μηδὲν προβουλεύσαντες] Exemplaria quædam manu ſcripta Regia βουλεύσαντες legunt, alia βουλεύσαντο. Sed προβουλεύσαντες magis probatur ex Galeno, qui τοὺς μηδὲν προεσκεμμένους περὶ τοῦ κατὰ φύσιν τῆς χειρὸς σχήματος, explicat, hoc eſt, medicos qui eam manus figuram quæ eſt ſecundum naturam antea in conſilium non adhibuerunt, neq; mente reputarunt. F αὐτὸς γὰρ ὁ ἐπιδεόμενος] Membranæ reconditiſſimæ Regiæ ἐπιδεσμούμενος legitur, quam lectionem Gal. in Com. agnoſcit, & ὁ ἐπιδεόμενος ἀσθενῶν ab eodem explicatur.

ἀπορέγει] ἀπορέγει hic ὀρέγει exponit Gal. in Exegeſi ἐκτείνει. Erotianus vero ἐκτείνει, hunc ſanè locum ſubindicans. Sed pro ἀπορέγει, ἀπορεῖ habent vitioſè exemplaria quædam manu ſcripta. ὑπὸ τῆς δικαίης φύσιος] Hunc naturæ ductum commendat Gal. in inuenienda media membrorum figura, quæ ſit doloris expers, eademq; rectiſſima. Iſtumq; locum in medium adducit lib. 2. de motu muſcul. Hic autem δικαίην φύσιν vocat naturam optimam & æquiſſimam, hoc eſt, (vt explicat Gal. quæ ab ipſo ortu, totoq; deniquè vitæ curriculo, quod cuique membro conueniens eſt & maximè accommodatum inuenerit, definiuerit, & liberaliter protrexerit: tum quæ etiam in confirmandis animantium corporibus optimam prouidentiam, & magnam æquabilitatis ac proportionis rationem adhibuerit. Ideoq; optimo iure ab Hippoc. δικαίην dici ſcribit Gal. lib. 2. & 16. de vſu partium, & lib. 1. de natur. facul. & lib. 9. G de placitis Hippocr. & Plat. δῆθέν εἰσιν οἳ ἁμαρτάνουσιν] Iſta eſt recepta lectio & maximè vulgaris. Exemplaria verò manu ſcripta quædam Regia ſic legunt: οἱ δὲ ἰητροὶ σοφιζόμενοι δῆθεν εἰσὶν ἃ ἂν οἷς ἁμαρτάνουσι. Quæ lectio non omnino aſpernabilis videri poſſit, vt in eo in quo peccant ſibi ſapientes videantur. ἀλλὰ γὰρ πολλὰ] Hanc lectionem ex codicum conſenſione ſecutus ſum, cùm alij ἄλλα cum Gal. legant. τὸ γὰρ ξενοπρεπὲς] Locum iſtum communem ſæpe vſurpat Gal. vt Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. & Com. 1. in lib. 3. Epid. ξενοπρεπὲς autem ἐξηλλαγμένον exponit Erotianus ex hoc loco, & quod eſt ab vſu communi abhorrens, extraneum, aut nouam formam adeptum, aut immutatum ſignificat. Idem quoque ἀλλόκοτον ἐξηλλαγμένον exponit. Gal. vero in Exegeſi, ἀδηλὸν & ἄγνωστον, obſcurum & ignotum, vt ei τὸ εὔδηλον rectè opponatur. ῥητέον οὖν] Exemplaria Regia reconditiſſima legunt, ῥητέον δὲ ὁκόσας ἐθέλω. καὶ γὰρ ἄλλων ὀστέων] Hæc eſt omnibus codicibus, tum ſcriptis, tum publicatis recepta lectio, quam tamen longè aliam adhibuiſſe Caluum conſtat. H

Manum itaque (quod in præſenti quæſtione verſatur) quidam pronam deligare viſus eſt. Eam verò ſtatui coëgit ſagittariorum habitu, cùm humerum prætendunt, atque ita habentem deligauit, hunc eſſe ratus naturalem eius habitum. Cuius rei teſtimonium afferebat, quòd omnia cubiti oſſa rectitudinem inter ſe habebant, tum partium æquabilitatem,

¹ Τὴν μὲν οὖν χεῖρα, περὶ οὗ ὁ λόγος, ἔδωκέ τις καταδῆσαι καταπρηνέα ποιήσας. ὁ δὲ ἠνάγκαζεν οὕτως ἔχειν, ὥσπερ οἱ τοξεύοντες, ἐπὴν τὸν ὦμον ἐμβάλωσιν, καὶ οὕτως ἔχουσαν ἐπέδει, νομίζων ἑωυτῷ εἶναι τοῦτο αὐτῆς τὸ κατὰ φύσιν. καὶ μαρτύριον ἐπῆγε τά τε ὀστέα ἅπαντα τὰ ἐν τῷ πήχει, ὅτι ἰθυωρίην κατάλληλα ἔχει, τήν τε ὁμοχροίην,

ὅτι αὐτή

A ἀλλ' αὐτὴ καθ' ἑωυτὴν τὴν ἰθυωρίην ἔχει οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ἔξωθεν μέρεος καὶ ἐκ τοῦ ἔσωθεν. οὕτω δὲ ἔφη καὶ τὰς σάρκας καὶ τὰ νεῦρα πεφυκέναι. καὶ τὴν τοξικὴν ἐπῆγε μαρτύριον. ταῦτα λέγων καὶ ταῦτα ποιέων σοφὸς ἐδόκει εἶναι. τῶν δὲ ἄλλων τεχνέων ἐπελελήθει, καὶ ὁκόσα ἰσχύϊ ἐργάζονται, καὶ ὁκόσα τεχνήμασιν, οὐκ εἰδὼς ὅτι ἄλλο ἐν ἄλλῳ τὸ κατὰ φύσιν σχῆμά ἐστιν, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἔργῳ ἕτερα τῆς δεξιῆς χειρὸς σχήματα κατὰ φύσιν ἐστὶν, καὶ ἕτερα τῆς ἀριστερῆς, ἢν οὕτω τύχῃ. ἄλλο μὲν γὰρ σχῆμα
B ἐν ἀκοντισμῷ κατὰ φύσιν, ἄλλο δὲ ἐν σφενδονήσει, ἄλλο δὲ ἐν λιθοβολίῃσιν. ἄλλο ἐν πυγμῇ, ἄλλο ἐν τῷ ἐλινύειν. ὁκόσας δ' ἄν τις τέχνας εὕροι, ἐν ᾗσιν οὐ τὸ αὐτὸ σχῆμα τῶν χειρέων κατὰ φύσιν ἐστὶν. καὶ ἐν ἑκάστῃ τῶν τεχνέων, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἄρμενον ὃ ἂν ἔχῃ ἕκαστος, καὶ πρὸς τὸ ἔργον ὃ ἂν ἐπιτελέσασθαι θέλῃ, σχηματίζονται αἱ χεῖρες. τοξικὴν δὲ ἀσκέοντι, εἰκὸς τοῦτο τὸ σχῆμα κράτιστον εἶναι τῆς ἑτέρης χειρός. τοῦ
C γὰρ βραχίονος τὸ γιγγλυμοειδὲς ἐν τῇ τοῦ πήχεος βαθμίδι, ἐν τουτέῳ τῷ σχήματι ἐρεῖδον, ἰθυωρίην ποιέει τοῖσιν ὀστέοισι τοῦ πήχεος, καὶ τοῦ βραχίονος, ὡς ἂν εἴη τὸ πᾶν. καὶ ἡ ἀνάκλασις τοῦ ἄρθρου κεκλεῖσθαι ἐν τουτέῳ τῷ σχήματι. εἰκὸς μὲν οὖν οὕτως ἀκαμπτότατόν τε καὶ τετανώτατον εἶναι τὸ χωρίον. καὶ μὴ ἡσσᾶσθαι, μηδὲ ξυνδιδόναι ἑλκομένης τῆς νευρῆς ὑπὸ τῆς δεξιῆς χειρός. καὶ οὕτως ἐπὶ πλεῖστον μὲν τὴν
D νευρὴν ἑλκύσει, ἀφήσει δὲ ἀπὸ στερεωτάτου, καὶ ἀθροωτάτου. ἀπὸ τῶν τοιουτέων γὰρ ἀφεσίων τῶν τοξευμάτων, ταχεῖαι καὶ αἱ ἰσχύες καὶ τὰ μήκεα γίνονται. ἐπιδέσιος δὲ καὶ τοξικῆς οὐδὲν κοινόν. τοῦτο μὲν γὰρ εἰ ἐπιδήσας ἔχειν τὴν χεῖρα οὕτω διδάσκει, πόνους ἂν ἄλλους πολλοὺς προσεπιθείη μείζονας τοῦ τρώματος. τοῦτο δ' εἰ συγκάμψαι ἐκέλευεν, οὔτε τὰ ὀστέα, οὔτε τὰ νεῦρα, οὔτε αἱ σάρκες ἔτι ἐν τῷ αὐτέῳ ἔμενον,
E [illegible] ἀλλ' ἄλλῃ μετεκοσμέετο, κρατέοντα τὴν ἐπίδεσιν. καὶ [illegible] ὄφελος ἐστὶ τοξικοῦ σχήματος. καὶ ταῦτα ἴσως οὐκ ἂν ἐξημάρτανε σοφιζόμενος, εἰ εἴα τὸν τετρωμένον αὐτὸν τὴν χεῖρα παρέχεσθαι.

quòd illa ipſa eandem directionem præ ſe ferret, idq; tam exterioribus partibus, quàm interioribus. Ita quoque & carnes & neruos à natura comparatos eſſe dicebat, ſagittariamq; artem in teſtimoniũ adducebat, ex iiſq; tum dictis tum factis, ſapientiæ perſuaſionem ſibi ſumpſerat, cæterarũ artiũ immemor, quæ aut viribus, aut artificiis opus ſuum moliuntur, non aduertens aliũ eſſe in alio habitũ ſecundum naturã. Quin & in eodẽ opere, ſi res ita tulerit, aliã eſſe dextræ manus figurã ſecundum naturam, aliam ſiniſtræ. Alius eſt enim habitus ſecundam naturã iaculatoris, alius funditoris, alius in lapidatione, alius in pugillatu, alius in quiete. Quaſcũq; verò artes quis inueſtigauerit, in iis non eadem ſecundũ naturam manuum figura eſt; ſed in vnaquaq; arte, & ad conueniens inſtrumentũ quod habet quiſq;, & ad opus quod perficere intendit, manuum figuræ accommodantur. Qui autem ſagittandi artem exercet, ei hãc manus alterius figurã validiſſimam eſſe par eſt. Hoc enim habitu brachij pars cardinem referens, in vlnæ ſede innixa, vlnæ & brachij oſſa perinde in directum diſtendit, quaſi totũ vnum ſit. Eoq; ſtatu fit recuruata articuli flexio. Hoc igitur modo locũ iſtum minimè flecti plurimũq; intendi oportet, neq; neruo quem dextra tendit cõcedere, neq; ab eo ſuperari. Ita vt plurimùm quidem adducendo, chorda trahatur, firmiſſimo autem & maximè repentino impetu emittatur. Sic enim emiſſæ ſagittæ celeriore impetu longiùſq; feruntur. Deligatio verò cum ſagittãdi arte nihil habet commercij. Qui namq; deligatam manum ita continere volet, longè alios maiores quàm vulnus dolores afferet. Quòd ſi flectere iubeat, neq; oſſa, neq; nerui, neq; carnes ampliùs eodẽ ſtatu conſiſtent, ſed ſuperata deligatione aliò tranſmutabuntur. Quid ergo vtilitatis ſagittariorum habitus afferat nõ video. Ideoq; fortaſſe nõ peccaret qui ſapientiæ opinionem ſibi vendicat, ſi permitteret, vt vulneratus ipſe manum porrigeret.

* ἰθεῖ τε] Sic legunt omnia exemplaria tum manu exarata, tum publicata. Interpretes ἰθεῖ τε ex Galeno legunt.

ἐπειδὰν ὦμον ἐμβάλλωσι] Cum humerum prætendunt diximus, quod prætento ac porrecto brachio, humeri caput in cauitatem ceruicis lati ſcapularum oſſis immittitur & conjicitur. Deinde verò quòd protentæ ac porrectæ corporis partes, ad impetum aut impreſſionẽ faciendam, ὡς ἐς ἐμβολὴν, paratæ dicuntur Galeno. Idem quoq; ἐκτείνουσι παρέχοντες legiſſe videtur. Hic autem ὁμόχροιαν dixi partium æquabilitatem, ſuperficiei æqualitatem & læuitatem corporis intelligens, non ſimpliciter coloris ſimilitudinem, quam
F Gal. ὁμόχροιαν ἀπὸ τῆς ἄλλης χροιῆς exponit. Eaq; dictione vtitur Hippocr. lib. de Cap. vulner. ὁμόχροον ὀστέον vocans teſtæ læuitatem & oſſis æquabilitatem, qua carnem exteriore parte attingit, aut parte interiore membranam.

ἄλλο δὲ ἐν τῷ αὐτῷ] Illud omiſiſſe videtur Caluus.

καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἔργῳ] Id quoque aliter legiſſe videtur Caluus, dum aliam ſecundum naturam figuram eſſe vult in otio, aliam in negotio.

ἄλλο ἐν τῷ ἐλινύειν] Caluus aliud quid de negotiante hîc addidit.

τὸ σχῆμα κράτιστον] Validiſſimam hoc eſt robuſtiſſimam & intentiſſimam figuram duximus, quæ fit validè extenta manu, qualem ſagittariorum habitum eſſe expedit. Cuius rei rationem reddit Hippocrates. Atq; ideò lib. de aëre, loc. & aq. ſcribit Scythas Nomadas propter nimiam humiditatem ac mollitiem, neque arcus intendere, neque telum contorquere poſſe.

ἰθυωρίην ποιέει] ποιέεται legunt exemplaria manu ſcripta Regia peruetuſta.

G ὡς ἂν εἴη τὸ πᾶν] Codices manu ſcripti ferè omnes cum publicatis, ὡς ἐνείη legunt. Quidam etiam ἐνείη habent, quomodo legiſſe videtur Caluus. Sed vitiatas lectiones eſſe apparet, & ἓν εἴη legendum. Vt ſit ſenſus, in ea validiſſima figura, ita in directum brachium diſtendi, vt vnum totum videatur, neq; huc aut illuc inclinet, ſed firmum teneatur, vt exponit Galenus. Poteſt & ἐνείη hac mente explicari, vt totum brachium inſerat, hoc eſt, vt totum brachium inſertum, non vlla articulatione commiſſum videatur. Galenus initio horum Commentariorum ὡς ἂν εἴη legit.

καὶ ἡ ἀνάκλασις] Hic ſecutus ſum Interpretum mentem. Mihi tamen etiam intelligi poſſe videtur, vt eo habitu articuli reflexio fracta ſit, hoc eſt, irrita & nullius vſus, quod indicat firmiſſimam & validiſſimam brachij contentionem. κλᾶσθαι enim de muſculorum diſtortione, vbi eorum actiones propè ſunt irritæ & fruſtratæ, dicitur. Quem in ſenſum ſæpe vſurpat Gal. lib. 2. de motu muſcul. Atq; eo intellectu paulò poſt dicitur κλᾶται ὁ ἀγκὼν ὕπτιος, cùm ſupina cubiti flexura frangitur aut retorquetur, hoc eſt, contentionem
H propter diſtortionem habet irritam & nullius roboris.

τοῦ μὲν γὰρ] Mendoſa ſunt exemplaria manu ſcripta, quæ τοῦ μὲν γὰρ ἐπιδήσας legunt.

* Ἄλλος δ' αὖ τις τῶν ἰητρῶν ὑπτίην τὴν χεῖρα δοὺς, οὕτω κατατείνειν ἐκέλευεν, καὶ οὕτως ἔχουσαν ἐπέδει, τοῦτο νομίζων τὸ κατὰ φύσιν εἶναι, τῷ τε χροῒ σημαινόμενος, καὶ τὰ ὀστέα νομίζων κατὰ φύσιν εἶναι οὕτως, ὅτι φαίνεται τὸ ἐξέχον ὀστέον τὸ παρὰ τὸν καρπὸν, ᾗ ὁ μικρὸς δάκτυλος κατ' ἰθυωρίην εἶναι τοῦ ὀστέου

Rurſus verò alius quidam Medicus ſupinam manum exhibens, ſic componere iubebat, eoq; ſtatu deuinciebat, eum naturalem eſſe ratus, tum ex cutis planicie coniecturam faciens tum quòd oſſa ſic ſe habere ſecundum naturam exiſtimaret, ex eo quòd os ad manus iuncturam prominens iuxta paruum digitum,

è directo illius oſſis ſitum videatur, ex quo homines vlnam metiuntur. Atq; his argumentis eum eſſe naturalem habitum contendebat, rationiq; cõſentanea dicere videbatur. Verùm hic habitus, ſi ſupina manus collocetur, vehementem dolorem afferet. Eum verò habitum dolori primùm opportunũ quiuis cõperiet, ſi quis ita manum ſuam cõponat. Si quidem imbecillior robuſtiorem ita collocatum vt cubiti flexura ſupina reflectatur, manu cõprehenſum quocunq; volet deduxerit. Neq; enim ſi gladiũ hac manu teneat, eo vti poſſit, vſq; adeò violenta iſta figura eſt. Ad hæc ſi deligatã manũ quis eo habitu ſinat, maiorem quidẽ dolorẽ ſi obambulet, magnũ tamen etiam ſi decumbat, ſentiet. Quòd ſi quis manum flectat, muſculos cõtrahi, & oſſa aliam habere figurã prorſus neceſſe eſt. Quin & præter cætera huius habitus incõmoda, hoc quoq; acceſſit, quòd ignorãt, os ad manus iuncturam iuxta paruũ digitum prominens, hoc quidem ad vlnã pertinere, illud autẽ in cubiti flexu, quod vlnã metitur, brachij caput eſſe. Idem verò eſſe os hoc & illud hic exiſtimauit, itemq; multi alij. Sed qui cubiti gibbus, ſiue *ἀγκὼν* dicitur, cui nempe innitimur, idem eſt quod illud. Sic igitur manum ſupinam habenti hoc quidem os diſtorqueri videtur. Præterea verò neruі ipſi qui à manus iũctura & digitis interiore parte procedũt, ſupina manu diſtorquẽtur. Hi enim ad os brachij, vnde vlnæ modus definitur, tendũt. Tales quidẽ tamq; multi errores exiſtunt de manus natura, tãtaq; ignoratio. Quòd ſi quis manũ fractam, velut iubeo, ſtatuat, is os quod eſt ad paruum digitũ, & ad cubiti gibbũ tendit, rectà conuertet, neruiq; ex manus iunctura ad brachij extrema in directum procedẽt. Manus verò dum ſuſpenſa retinetur, eodem habitu quo deligata, collocabitur, ita vt ne deambulanti quidem dolorem vllum, aut decumbenti laborem ac defatigationẽ adferat. Hominẽ autem ita ſtatui oportet, vti oſſis pars quæ prominet, clariſſimo lumini, quantũ conceditur, obuerſa ſit, vt nec eum qui compoſitionem aggreditur lateat, num abundè ſit in directum conſtituta. Neque enim peritum artificem manum admouentem, os prominens contactu latere poſſit.

Quod ad faſciarũ multitudinem, longitudinẽ, latitudinem attinet, multitudo quidẽ tanta eſſe debet, vt ne affectæ parti cedat, & ferularũ compreſſionẽ impediat, neq; pondere moleſta ſit, neq; vinculi alterá in partem propenſionẽ, neq; effœminationem afferat. Quòd ad longitudinẽ vero & latitudinem pertinet, tres aut quatuor, aut quinque, aut ſex, longitudine quidem cubitos, latitudine autem digitos æquare debent. Tot itidem ſint ſtabilimenti circumuolutiones, vt ne cõprimant. Mollia autem ſint & minime craſſa quæ adhibentur, eaq; omnia pro partis affectæ longitudine, latitudine & craſſitudine. Ferulæ autem læues, æquales, circa extrema reſimæ ſint oportet, & ab vtraque parte deligatione paulò breuiores, craſſiſſimæ vero qua parte fractura erupit. At in partibus quæ ſuapte natura incuruæ ſunt & excarnes, velut circa digitos & talos, in iis vitare ferularum appoſitionẽ iuxta ea quæ eminent oportet, aut breuiores apponere. Stabilimenta verò primam deligationem fulciant, at non comprimát. Cerato vtendum molli, læui & puro.

[28] μηδὲ ἐκθήλυνσιν] μηδὲ ἐκθήλυνσιν ἐπιδέσμων, lego ex codicibus manu ſcriptis, cum Galeno & Aſulano exemplari: etſi videtur Galenus ἐκθήλυνσιν ſolum legiſſe, quam partim ad læſam partem, partim ad vinculum ipſum à quibuſdam referri ſcribit. Dicitur autem ἐκθήλυνσις ἐπιδέσμων vinculi laxitas & relaxatio, velut ligamenti mollities, ἄνεσιν exponit Gal.
[29] κατ' ἄκρα σμικρῷ μείους] σιμοὺς κατ' ἄκρα legit Galenus. Exemplaria verò omnia, tum manu ſcripta, tum publicata, κατ' ἄκρα σμικρῷ μείους ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς ἐπιδέσιος habent, hoc eſt, in extremis vtraque parte vinculo breuiores. De ferulis verò ſic agit Celſus ferulæq;
F ſuperaccommodandæ ſunt, quæ liſſæ circumpoſitæq; oſſa in ſua ſede contineant, & in quam partem fractura inclinat, ab ea latior valentiorque ferula imponenda eſt. Eaſq; omnes citra articulum eſſe oportet reſimas, ne hunc lædant, nec vltra adſtringi quam vt oſſa contineant. Cæterùm exemplaria manu ſcripta quædam ἐξέρεπε pro ἐξέρρεπε legunt: ſed ἐξέρεπε aut ἐξέσχεν malim, iſtumq; mihi locum reſpexiſſe videtur Erotianus cùm ἐξέρεπε ἐξέσχεν exponit.
[30] ὁκόσα δὲ κυρτὰ] Mirum in modum hunc locum conturbaſſe videtur Caluus, neque Hippocratis aut Galeni mentem eſt aſſecutus, & pro βραχύτητι τραχύτητι legiſſe videtur. Celſus verò in humeri fracti curatione, ferulas vel omnino non imponendas contra eminentia cubiti, vel aliquantò breuiores eſſe vult.
καὶ λείῃ καὶ καθαρῇ] Pro λείῃ, λιπαρῇ videtur legiſſe Galenus in Exegeſi, quod ὑγρῷ exponit, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Atq; huius lectionis non obſcura apparent in Commentario veſtigia, etſi variè ab Interpretibus diſtorquentur, λιπαρῇ autem τῷ ξηρῷ ex
G aduerſo reſpondere innuitur.

[30] ὕδατος θερμότης, πλῆθος. θερμότης μὲν κατὰ τὴν ἑωυτοῦ χεῖρα καταχεῖν. πλῆθος δὲ χαλάσαι μὲν καὶ ἰσχνῆναι τὸ πλεῖστον, ἄριστον. σαρκῶσαι δὲ καὶ ἁπαλῦναι, τὸ μέτριον. μέτρον δὲ ἐν τῇ καταχύσει ἐπὶ μὲν τοῦ ἀείρεσθαι, πρὶν ξυμπίπτειν παύεσθαι. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, αἴρεται. ἔπειτα δὲ ἰσχναίνεται. [31] θέσις δὲ μαλθακή. ὁμαλή. ἀνάρροπος τοῖσιν
H ἐξέχουσι τοῦ σώματος. οἷον πτέρνῃ ἢ ἰσχίῳ. ὡς μήτε ἀνακλᾶται μήτε ἐκτρέπηται. [32] σωλῆνα πάντι τῷ σκέλει ἢ ἡμίσει. ἐς δὲ τὸ πάθος δὲ βλέπειν καὶ τ' ἄλλα ὅσα βλάπτει δῆλα.

In aqua calor & copia ſpectanda ſunt. Calor quidẽ tantus vt ſupra Medici manũ affuſa, ferri poſſit. Copia verò, vbi laxãdũ quidem & attenuandũ, maxima: vbi autem carne implendũ & molliendũ, modica, optima eſt. In perfundendo autẽ ea moderatio eſſe debet, vt dum pars adhuc attollitur, prius quã concidat deſiſtamus. Primùm nãq; attollitur, deinde attenuatur. In prominẽtibus corporis partibus poſitus mollis, æquabilis eſſe debet, & qui ſurſum tẽdat, velut in calcaneo & coxẽdice, ita vt neq; reflectãtur, neq; euertantur. Canalem toti potius parti quam dimidiæ ſubiicere oportet. Ad effectũ autem animũ intendere conuenit, & cætera quæcunq; ex eo palã oriuntur incõmoda.

[30] τὸ μὲν γὰρ πρῶτον αἴρεται] Huius loci meminit Galenus lib. 2. Salub. frictioniq; hunc in modum accommodat. ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ καταχύσει ὕδατος θερμοῦ, ὡς ἔγραψε, τὸ πρῶτον ἐξαίρεται τὸ σῶμα, ξυμπίπτει δὲ ὕστερον, καὶ ἐφ' ὧν ἐν τρίψεσιν ἐπ' αὐτῶν, τὸ μὲν γὰρ πρῶτον αἴρεται, ἔπειτα δὲ ἰσχναίνεται οὕτως καὶ ἡ τρίψις ἐξαίρει μὲν πρῶτον, αὖθις δὲ συστέλλει τε καὶ ἰσχναίνει τὸ σῶμα. Hunc etiam locum adducit Gal. lib. 14. Meth. med.
[31] σωλῆνα πάντι τῷ σκέλει] De ſolena quem canalem vocant, à fictilibus tubulis aut ſiphonibus traducta denominatione, agitur

Com.2.in lib.de fract. Eſt autem inſtrumentum chirurgicum,rotundum,oblongum, cauum, in quo crus aut femur fractum iniicitur A
& continetur, gloſſocomo quidem ſimile,ſed figura diſtans. De canali agit Celſus lib.8. in crurum femorumque fractorum curatione, & Paulus lib.6. (cap.106.) & Gal.lib.6. Meth.med.

Exhibitio autem,diſtentio, conformatio, cæteraq; ſecundum naturam accommodata eſſe debet. Natura verò, quandoquidē in actionibus conſideratur, ex operis actione quonam ſpectet cōiectandum. Quòd autem ad iſta attinet,attendendus eſt quieſcentis habitus,& communis,& qui in conſuetudinem venit. In quieſcente quidem ac remiſſo in rectum proceſſus ſpectandus eſt,qualis eſt in manus figura. In communi extēſio & inflexio, veluti vbi cubitus cum brachio ad angularem propè figuram accedit. In conſueto autem, quòd non alias figuras faciliùs ferre poſſint, cuiuſmodi in cruribus eſt extenſio. In eo enim habitu diu facillimè ſine immutatione perſeuerarint. In immutatione autem ex diſtentione in habitū aut poſitionem,ſimiliter iſta ſe habeant,muſculi,venæ,nerui, oſſa,aut bene admodum ſint depoſita & bene retēta.

[11] πάρεξις δὲ, καὶ διάτασις, καὶ ἀνάπλασις, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ φύσιν. φύσις δ' ἐν μὲν ἔργοις, τῶν ἔργων τῇ πρήξει ὃ βούλεται τεκμήριον. ἐς δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ ἐλινύοντος. ἐκ τοῦ κοινοῦ. ἐκ τοῦ ἔθεος. ἐκ μὲν τοῦ ἐλινύοντος καὶ ἀφειμένου, τὰς ἰθυωρίας σκέπτεσθαι, οἷον τὸ τῆς χειρός. ἐκ δὲ τοῦ κοινοῦ, ἔκτασιν, σύγκαμψιν, οἷον τὸ ἐγγώνιον πήχεος πρὸς βραχίονα. ἐκ δὲ τοῦ ἔθεος, ὅτι οὐκ ἄλλα σχήματα φέρειν δυνατώτερα, οἷον σκέλεα ἔκτασιν. ἀπὸ τούτου γὰρ ῥήϊστα πλεῖστον χρόνον ἔχοι ἂν μὴ μεταλλάσσοντα. ἐν δὲ τῇ μεταλλαγῇ ἐκ διατάσιος ὅμοια ταῦτα ἔχειν, εἰς ἕξιν, ἢ θέσιν. μύες. φλέβες. νεῦρα. ὀστέα. ἢ μάλιστα εὖ κεῖται καὶ ἔχεται.

[11] καὶ ἀνάπλασις] Sic legunt meliora exemplaria tum manu ſcripta, tum publicata. ἀνάπλασιν autem διάπλασιν exponit Galenus, quæ eſt fracti membri compoſitio & conformatio, ita vt fracturæ extrema ſeſe mutuò contingant, & partes è directo ſtatuantur, vt ſcribit Galenus Com.1. in lib. de fract. Quædam autem exemplaria manu ſcripta pro ἀνάπλασις κατάστασις legunt, quæ ſecuta ſunt exemplaria Italica (vt ex Caluo patet) & Aldinum, eoq; modo poſtea legit Galenus hoc Commentario. Quæ dictio etſi ſatis eſt vſitata lib.de fract. rectè tamen per διάταξιν comprehendi poteſt.

ἐκ τοῦ ἐλινύοντος] Lib. περὶ ἀγμῶν in ſtatuenda naturali manus figura eam quæ ſpectatur ἐκ τοῦ ἐλινύοντος animaduertendam eſſe iubet Hippocrates: iſtudq; mediæ figuræ, quæ in quiete fit, & in qua neuter oppoſitorum muſculorum agit, accommodat Galenus initio lib.2. de motu muſculorum. Caluus autem adeò iſta mihi perturbaſſe viſus eſt, vt neque Hippocratis neque Galeni mentem eruere poſſis. D

ἐκ δὲ τοῦ κοινοῦ] τὸ κοινὸν vt hìc μέσον exponit Galenus, ita & lib.2.de motu muſculorum μέσον καὶ ἀνώδυνον σχῆμα vocat, eandemq; exactè mediam figuram eſſe dicit & doloris expertem. ἐγγώνιον vero σχῆμα dicitur, vbi cubitus cum brachio ad rectum angulū figuratur, quæ media eſt ad ſummam extenſionem & inflexionem figura & doloris expers. Sic enim explicat Galenus lib.2. de motu muſculorum his verbis: ὅρος δὲ ἐκείνου τοῦ σχήματος ἐστὶν ὁ πῆχυς ὀρθὴν ἐργαζόμενος γωνίαν πρὸς βραχίονα, ἢ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸ καλοῦσιν ἐγγώνιον. Ruſuſq; ὡς γὰρ ἐπὶ χειρὸς τὸ καλούμενον ἐγγώνιον, μέσον ἀκριβῶς ἐστὶ ἀμφοτέρων, ... Idem quoq; Com.1. in lib. de fract. ἐγγώνιον figuram explicat, ὅταν οὕτως ἔχῃ σχήματος ἡ χείρ, ὡς ὀρθὴν γωνίαν ἐργάζεσθαι τὸ τοῦ βραχίονος ἰσοῦν πρὸς τὸ τοῦ πήχεος. Ac ruſus: ... Erotianus verò ἐγγώνιον πῆχυν exponit, ὅταν ... , hunc (vt opinor) locum exprimens. Apparet autem hic Galenum legiſſe, ἐγγὺς τοῦ ἐγγωνίου σχήματος potiùs quàm ἐγγώνιον πήχεος, quam tamen lectionem membranæ omnes conſtantiſſimè retinent. E

ἐκ δὲ τοῦ ἔθεος] Magnum habet momentum conſuetudo ad inueniendam mediam figuram ac indolentem, quod etiam teſtatur Galenus lib.6.Meth.med. Neque tamen ideo ad exquiſitè mediam figuram flexionis aut extenſionis in cruribus, vt brachio, deueniendum, ſed magis ad extenſionem declinandum, quòd his plurimùm extenſis vtamur, ac veluti totum corpus fulcientibus deambulemus & innitamur. Deinde verò quòd priùs quàm ipſis ad motionem vteremur, in cunis cum faſciis ad extenſionem ſunt deformata. Qua in re conſuetudinis indicatio plurimùm valet, eamq; in rem plurima ſcribuntur à Galeno lib.2.de Motu muſculorum. Hic verò innuere velle videtur Galenus, in media etiam figura, qualis eſt in manu angularis, conſuetudinem ipſam pro cuiuſque habitu maximè ſpectandam eſſe, & eam quam quiſque in quauis poſitione tolerandi habet facilitatem plurimùm eſſe attendendam.

οἷον σκέλεα ἔκτασιν] Præter conſuetum laborantis membri habitum etiam media & indolens figura in cruribus ad extenſionem vergit. Quod his verbis proſequitur quoque Galenus lib.2.de Motu muſculorum: ... F

Diſtenſio præcipuè ad ea quæ maxima, craſſiſſima, & æqualia, & vtraq; oſſa fracta habent, accommodatur. Secundo loco vbi os ſubiectum, minimè verò vbi id quod ſupra læſum eſt. Quæ ſi iuſtò maior fiat, noxiā adfert, præter quàm in pueris. Partes autem ipſas paulùm accliues habere oportet. Ad directionē, pro exēplo proponatur, quod eſt eiuſdē nominis, cōiugatum, ſimile, ſanū. Frictio vim habet ſoluendi, vinciēdi, carnem augēndi, minuendi. Dura quidem vinciendi, mollis ſoluēdi, multa minuendi, mediocris implendi.

[14] διατάσιος μάλιστα, τὰ μέγιστα, καὶ παχύτατα, ἢ ὁμαλά, καὶ οἷσιν ἀμφότερα. δεύτερα, ὧν τὸ ὑποκάτω ... ἥκιστα, ὧν τὸ ἄνω. μᾶλλον δὲ τοῦ μετρίου βλάβη, πλὴν παιδίων ἔχειν ἀνάντη σμικρόν. [15] διορθώσιος ... παράδειγμα τὸ ὁμώνυμον. τὸ ὁμόζυγον. τὸ ὅμοιον. τὸ ὑγιές. [16] ἀνάτριψις δύναται λῦσαι. δῆσαι. σαρκῶσαι. μινυθῆσαι. ἡ σκληρὴ, δῆσαι. ἡ μαλακὴ, λῦσαι. ἡ πολλὴ, μινυθῆσαι. ἡ μετρίη, παχῦναι. G

[14] ἔχειν ἀνάντη σμικρόν] σμικρὸν legiſſe Galenum ſatis apparet, contra tamen omnium codicum fidem, quem ſecuti ſumus cum interpretibus, vt & in expoſitione iſtius ſententiæ, cùm ... adſcribit.

[15] διορθώσιος] Sic legunt omnia exemplaria, tum manu exarata, tum verò publicata, Galenus autem διαρθρώσιος, διάρθρωσις quidem eſt artuum conformatio & articulatio, διόρθωσις verò articuli prolapſi aut membri fracti correctio, directio & in naturalem ſitum reſtitutio. H

[16] ἀνάτριψις] Hæc decantatiſſima frictionis effecta pluribus explicat Galenus lib.2. Salub. Et quæ multis antè ſeculis à nobiliſſimis authoribus de frictione tradita ſunt, ex hoc veluti fonte manarunt. Quod etiam Celſus indicauit hunc locum ſic exponens cap.14.lib.2. Neque dubitari poteſt, quin latius quidem & dilucidiùs vbi & quando frictione vtendum eſſet, Aſclepiades præceperit, nihil tamen repererit, quod non à vetuſtiſſimo authore Hippocrate paucis verbis comprehenſum ſit, qui dixit, frictione ſi vehemens ſit, durari corpus, ſi lenis, molliri, ſi multa, minui, ſi modica, impleri. Sequitur ergo vt tum vtendum ſit, cum aut adſtringendum corpus ſit, quod fluens eſt, aut molliendum quod induruit, aut digerendum in eo quod copia nocet, aut alendum id quod tenue & infirmum eſt. Quibus ſanè verbis frictionis vſus apprimè docetur. Plinius verò lib.28. cap.4. hunc etiam locum explicare videtur cùm ſcribit. Vehemens fricatio ſpiſſat, lenis mollit, multa adimit corpus, auget modica. Eodem quoque ferè de frictione

ſcribit

A ſcribit Paulus Ægineta lib. 1. cap. 18. λύειν verò vt πιεζοῦν hic exponit Galenus, ita etiam σκληρύνειν, πυκνάζειν, σφίγγειν. Καὶ πιεσμοῦ & ſυσφιγ τῆς σαρκὸς significare ſcribit lib. 2. Salub. λύειν quoque ἐρμοῦν, μαλάττειν, χαλᾶν εἶναι τῆς σαρκὸς & σώματι ſignifica ibidem ſcribit.

[17] ἐπιδοῦν δὲ τὸ καταγὲν, ὁ μὲν ἐπιδεδεμένος μάλιστα φάτω πεπιέχθαι κατὰ τὸ σίνος. ἥκιστα τὰ ἄκρα. ἡρμόσθαι δὲ μὴ πεπιέχθαι τῷ πλήθει μὴ ἰσχύϊ. τὴν δὲ ἡμέρην ταύτην καὶ νύκτα ὀλίγον μᾶλλον. τὴν δὲ ὑστέρην, ἧσσον. τρίτη, χαλαρά. εὑρεθήτω δὲ τῇ μὲν ὑστεραίῃ ἐν ἄκροις

B οἴδημα μαλθακόν. τῇ τρίτῃ δὲ τὸ ἐπιδεθὲν λυθὲν, ἰσχνότερον πρὸς πάσας τὰς ἐπιδέσιας τοῦτο. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἐπιδέσῃ ἣν δικαίως ἐπιδεδεμένον φανῇ, μαθεῖν δεῖ. ἐντεῦθεν δὲ μᾶλλον καὶ ἐπὶ πλέοσι πιεχθήτω. τῇ δὲ τρίτῃ ἐπὶ μᾶλλον καὶ ἐπὶ πλείοσι. τῇ δὲ ἑβδόμῃ, ἀπὸ τῆς πρώτης ἐπιδέσιος λυθέντα, εὑρεθήτω ἰσχνά, χαλαρὰ τὰ ὀστέα. ἐς δὲ νάρθηκας δεθέντα, ἣν ἰσχνὰ καὶ ἀκνησμα καὶ ἀνέλκεα ᾖ, ἐᾶν μέχρις εἴκοσι ἡμερέων ἀπὸ

C τοῦ σίνεος. ἢν δὲ τι ὑποπτεύηται, λύσαι ἐν μέσῳ. νάρθηκας διὰ τρίτης ἐρείδειν.

In deligando autem, imprimis quidem qui deligatur, qua parte noxia eſt, ſe maximè dicat eſſe compreſſum, extremis partibus minimè, & faſcias tam aptè appoſitas eſſe ſentiat, vt ſtabilitæ quidem ſint, non autem appreſſæ, non vi, ſed numero, ac ea quidem die ac nocte paulò magis premi, poſtridie minùs, tertia laxari. Poſtridie autem in extremis quidem partibus, tumor mollis reperiatur. Tertio verò die pars deligata vbi ſoluta fuerit, gracilior deprehendatur, idq; per omnes deligationes obſeruandum eſt. Poſtera deligatione an decenter deligatum apparuerit cognoſcendum, ac deinceps magis ac pluribus linteis adſtringendum, tertio item die magis ac pluribus. Septimo verò die poſt primam deligationem, reſoluta oſſa gracilia & laxa deprehendantur. At ferulis alligata, ſi gracilia, ſine prurigine & vlcere fuerint, ad vigeſimum à noxa diem ſinere oportet. Quòd ſi aliqua ſuſpicio ingruit, ſoluere interim, & ferulas tertio quoq; die confirmare conuenit.

[17] ὁ ἐπιδεδεμένος] Lib. περὶ ἀγμῶν. καὶ ὅρος ἐπιδέσιος, οἷ ἐρωτῶν αὐτὸν εἰ πεπίεκται, καὶ εἰ φάῃ μὲν πεπιέχθαι, ἀλλ' ὀλίγως δὲ καὶ μάλιστα καὶ κατὰ τὸ κάταγμα φάῃ. Vincturam autem ea parte qua fractura eſt leuiter comprimimus, vt ſanguis ad vtranq; membri partem & extra noxiam elidatur, ſicq; inflammationem euitemus. Quam vinciendi rationem ampliſſimis verbis proſequitur Gal. lib. 6. Meth. med. cap. 5.

D ἡρμόσθαι δὲ μὴ πεπιέχθαι] Vinculorum modus tam apte accommodatus eſſe debet, vt fracturam ipſam ſtabiliat, itaq; innitatur vt non valde comprimat, ne inflammationem pariat. Quod aptè admodum lib. de fract. his verbis præcipit: ἐρείδειν μὲν οὖν μὴ πιέζειν δὲ ἰσχυρῶς. Itemque, ἣν δὲ ἐπιδεθῇ, δικαίως τοῦ ἐπιδεδεμένου ἡρμόσθαι μὲν πεπιέχθαι δὲ μή. φάτω δὲ κατὰ τὸ ἕλκος μάλιστα ἡρμόσθαι. Hunc autem locum adducit Galenus & ad latitudinem faſciarum inueniendam accommodat Com. 1. in lib. de fract. etſi vitioſè legitur noſtris in codicibus. Vbi tamen ἡρμόσθαι, vt hic quoq; legitur, & ἐπεσίχθαι explicatur. Quanquam interpretes omnes, ἡρμόσθαι legiſſe videntur, & ἐρείσματα & ἔρεισμα deductæ dictiones ita legendum eſſe fidem faciunt, & ἡρμόσθαι, quod ἡρμόσθαι, ἡ ἡρμόσθαι exponitur Galeno in Exegeſi, huc rectè accommodari poſſe videatur. Nos ſanè quoad licuit vtriuſq; dictionis ſenſum complecti voluimus, dum tam aptè accommodatas & appoſitas faſcias eſſe debere diximus, vt ſubnixæ ſint & ſtabilitæ, non autem appreſſæ.

τῷ πλήθει μὴ ἰσχύϊ] Faſciarum multitudine & linteorum copia fracturam adhæreſcere præſtat, quàm robore, quia (vt loquitur Celſus) ſatius eſt ſæpiùs circuire, quàm adſtringi. Siquidem id quod adſtrictum eſt alienatur, & cancro opportunum eſt. Id igitur faſciarum numero potius agendum, quam vi & robore, pluribuſq; faſciis potiùs opus eſt, quàm adſtrictis. Idem quoque in iugulo fracto

E circundandam eſſe faſciam ſæpiùs potius, quàm valentiùs ſcribit. Quod ipſum quoque in omnibus oſſibus fractis perpetuum eſt.

τὴν δὲ ἡμέρην ταύτην] Deligationis & compreſſionis modum his verbis circunſcribit Hippocr. lib. de fract. σημεῖα δὲ τοῦ μετρίως. τὴν μὲν ἡμέρην ἣν ἂν ἐπιδέῃ, καὶ τὴν νύκτα δοκεῖν αὐτὸν ἑωυτῷ μὴ ἐπὶ ἔλασσον πεπιέχθαι, ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον. τῇ δ' ὑστεραίῃ οἰδημάτιον ἐλθεῖν ἐς χεῖρα ἄκρην μαλθακόν. μετρίου γὰρ σημεῖον τῆς πιέξιος ἐν. τελευτώσης δὲ τῆς ἡμέρης, ἧσσον δοκεῖν πεπιέχθαι. τῇ δὲ τρίτῃ χαλαρὰ σοι δοκεῖν εἶναι τὰ ἐπιδέσματα. Id quoque ſic exprimit † Celſus. Deligatum verò membrum in diem tertium continendum eſt. Eaque vinctura talis eſſe debet, vt primo die nihil offenderit, non tamen laxa viſa ſit, ſecundo laxior, tertio iam penè reſoluta.

† *Lib. 8.*

πρὸς πάσας τὰς ἐπιδέσιας τοῦτο] Id in omnibus deligationibus obſeruandum, vt reſoluto vinculo membrum circa fracturam gracilius & extenuatum appareat, & faſciæ in deligationibus ipſis circa fractum os ſenſim paulò adſtrictiores conuoluantur. Quod etiam ſcri-

F ptis teſtatum reliquit Hippocrates lib. de fract.

ἐντεῦθεν δὲ μᾶλλον] Si ritè omnia proceſſerint, die quinto vinculorum contentio augenda eſt, tuncq; linteorum multitudine, qua vtendum erat, pars munienda & firmanda. Quòd ſi inflammatio aliqua ſubſit, ad ſeptimum diem progrediendum. Quod etiam docetur lib. de fract. Linteorum autem multitudo idcirco requiritur, quòd (vt ſcribit Gal.) ὁ πρόσλοιπος τῶν πεπιεσμένων ἐπιδέσεων, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀθονίων γίγνεται. Adeò vt Celſus ad fracturas firmandas ſex faſcias adhibeat.

χαλαρὰ τὰ ὀστέα] Septimo die reſolutis vinculis locus fractus contractus & extenuatus appareat, oſſa verò laxa, depreſſa & demiſſa, & (vt loquitur Hippocrates) τὰ μᾶλλον κινούμενα & εὐαπάγωγα ἐς κατόρθωσιν, hoc eſt, quæ promptiùs moueantur, & agiliora ſint ad coaptationem, &, quod ſcribit Celſus, facillimè tractentur.

ἐς δὲ νάρθηκας δεθέντα] Lib. de art. χρὴ δὲ διὰ τρίτης ἐρείδειν τοῖσι νάρθηξι τοῦ ἀγκῶνος. ὅπως τῇ γνώμῃ ἔχοντας, ὡς οἱ νάρθηκες φυλακῆς ἕνεκα ἐπιδέσιος προσκέονται, ἀλλ' οὐ πιέξιος ἕνεκεν ἐπιδέονται. ἣν μὲν οὖν εὖ εἰδῇς ὅτι ἱκανῶς τὰ ὀστέα ἀπόκειται ἐν τῇσι πρώτῃσιν ἐπιδέσεσι, καὶ μήτε

G κνησμοί τινες λυπέωσι, μήτε τι ἕλκος ὑποπτεύηται εἶναι, ἐᾶν χρὴ ἐπιδεδέσθαι ἐν τοῖσι νάρθηξι, ἔστ' ἂν ὑπὲρ εἴκοσι ἡμέρας γένηται. Quod ſic expreſſit Celſus. Ferulas omnes citra articulum eſſe oportet reſimas, ne hunc lædant, nec vltra adſtringi quam vt oſſa contineant: & cum ſpatio laxentur, tertio quoq; die paulùm habenis ſuis coarctari. At ſi nulla prurigo, nullus dolor eſt, ſic manere donec duæ partes eius temporis quo os quodq; conferuet compleantur. Sic enim legendum cenſeo.

[18] ἡ ἀνάληψις, ἡ ἀπόθεσις, ἡ ἐπίδεσις, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ ἢ διαφυλασσέσθω. [19] κεφάλαια σχημάτων ἔθη. φύσις ἑκάστου τῶν μελέων. τὰ εἴδεα ἐκ τῶν πρήξιος, ὁδοιπορίης, ἑστάναι, κατακεῖσθαι ἐκ τῶν ἔργων. ἐκ τῶν ἀφαιρέσιος. ὅτι

H χρῆσις κρατύνει. ἀργίη δὲ τήκει. [20] ἡ πίεξις ἢ πλῆθος.

Obſeruandum autem eſt vt apprehenſio, depoſitio & deligatio eodem ſint ſtatu. Figuratum ſcopi ex conſuetudine & cuiuſque membri natura petuntur. Species verò ex curſu via, ſtandi & iacendi ratione, ex actione & remiſſione. Nam & vſus roborat, otium vero colliquat. An compreſſione, an linteorum copia adſtrictio fieri debeat animaduertendum.

[18] ἡ ἀνάληψις, ἡ ἀπόθεσις] ἀπόθεσις vitioſè legunt exemplaria omnia pro ἀπόθεσις, quæ eſt membri fracti aut deligati depoſitio, ſitus & collocatio, idem quod θέσις, dum qua figura membrum deligatum collocatur, continetur. ἀνάληψις autem & ἀπόθεσις ſæpe coniunguntur, & quod in brachio aut manu eſt ἀνάληψις, id in crure aut tibia ἀπόθεσις. Significat autem eodem habitu collocandas eſſe partes & figurandas in apprehenſione, depoſitione, & deligatione, hoc eſt ſecundùm naturam. Quod etiam prius quodammodo expreſſiſſe videtur his verbis, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ φύσιν. Illic nanque ἀνάληψις & ἀπόθεσις ſubintelligi vult Galenus, vt ea quæ ſequuntur.

[19] ὅτι χρῆσις κρατύνει] Galenus Com. 3. in lib. 6. Epid. huius loci meminit, ſed pro χρῆσις πόνος legit, vt & Com. 1. in lib. de artic. Ad-

ducitur quoque à Galeno lib.6.de loc.affect.ex Platone, ὁ μὲν ἡσυχία δουλοῖ, ὁ δ᾽ ἐν τῷ σώματι ἕξις ἀργίας, ἀνάγκη τὴν φθίσιν. Quale quid etiam in Theæteto ſcribitur, corporum habitus otio & torpore corrumpi, exercitatione autem motuq́; plurimum conſeruari. A

* Celſus quoque hunc locum adumbraſſe videtur cùm ſcribit, ignauiam corpus hebetare, laborem firmare. Quòd verò ad Chirurgiam attinet (in quo propoſitæ hic quæſtionis cardo vertitur) animaduertendum quod ſcriptum eſt ab Hippocr. lib.de art. πότε τὰ ἐν τῷ σώματι ἀνάγκη ἐπὶ χειρὸς; ὅταν, χειρουμένοισι μὲν μέτριά τε καὶ γυμναζομένοισιν ἐν τοῖσι ἐλλείπουσιν ἐν ὥρᾳ ἕκαστα αὔξεται· ὑπὸ μὲν ὑγιείᾳ καὶ αὔξησις, καὶ εὐεξίη γίνεται, μὴ χειρουμένοισι δὲ ἀλλ᾽ ἐλλείπουσι νοσερότερα γίνεται, καὶ ἀναυξέα, καὶ ταχύγηρα.

* *Cap.1. lib.1.*

At verò vbi ſugillata, contuſa, vulſa, aut tumores ſine inflammatione ex vulnere fiunt, ſurſum quidem plurimùm, paulùm autem deorſum deligare oportet, dum brachium aut crus non propendeat, initio facto ex vulnere, & maximè firmato, circa extrema minimùm, circa verò media, modicè, & in deligando aut comprimendo vinculi extrema parte ad ſuperiores corporis partes reducta. Quin & iſta numero potiùs quàm vi fieri debent. Ad hæc autem maximè valent lintea tenuia, leuia, mollia, pura, lata, ſana, vt abſque ferulis contineantur. Copioſiore item aquæ perfuſione eſt vtendum.

41 ὁκόσα δὲ ἐκχυμώματα, ἢ φλάσματα, ἢ σπάσματα, ἢ οἰδήματα ἀφλέγμαντα ἐξεργάζεται ἐκ τοῦ τρώματος ἐς μὲν τὸ ἄνω τοῦ σώματος τὸ πλεῖστον, βραχὺ δέ τι καὶ ἐς τὸ κάτω, μὴ καταβλέπουσαν τὴν χεῖρα ἔχοντα, ἢ τὸ σκέλος, ἐπιδεόμενον τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸ τρῶμα, καὶ μάλιστα ἐρείδοντα, ἥκιστα τὰ ἄκρα, μέσως τὰ διὰ μέσου. τὸ ἔσχατον πρὸς τὰ ἄνω τοῦ σώματος νενεμημένον ἐπιδέσιος, πίεξις. ἀτὰρ καὶ ταῦτα πλήθει μᾶλλον, ἢ ἰσχύϊ μάλιστα δὲ τούτοισιν ὀθόνια λεπτά, κοῦφα, μαλθακά, καθαρά, πλατέα, ὑγιέα, ὡς ἂν ἄνευ ναρθήκων, καὶ καταχύσει χρῆσθαι πλείονι. B C

41 ἐξεργάζεται ἐκ τοῦ τρώματος] Hæc lectio omnibus exemplaribus, tum manu ſcriptis, tum publicatis eſt conteſtata, quam ideò ſecuti ſumus, vt ſit ἐξεργάζεται αντὶ τοῦ ἐξεργάζεται poſitum. Galenus verò ἐξαρύεται legiſſe videtur, quod exhauriuntur, attrahuntur è profundo & exprimuntur ſignificat. θλίβεται enim & ἐξαίρεται exponit. Sic Erotianus ἐξαρύεται à Bacchio ἐκθλίβεται exponi ſcribit, & videtur idem quod ἐξαντλεῖται ſignificare, quod ἀπαντλίζεται ab eodem explicatur. At mihi videtur apud Erotianum illud ἐξαντλεῖται eſſe vocis ἐξαρύεται explicatio, etſi palam in codicibus diſtinguitur. Galenus verò in Exegeſi ἐξαρύεται legit (niſi ſi ἐξαρύεται potiùs ſcribendum ſit) & ἐκκενοῦται exponit & ἐκθλίβεται, τινὲς δὲ τὸ ἐξορμᾶται καὶ ἐξορμὴν ποιεῖται. Sic enim potiùs legendum videtur. Idem ἐξαρύσαι, ἀπαντλῆσαι exponit. Vtitur autem hac voce apertè Hippocrates lib.de fract. Vbi tamen codices vitioſè ἐξαρύεται legunt. Caluus hic pro ἐξαρύεται, ἐξερύεται legiſſe videtur, cùm trahitur exponit. Hoc porrò loco mihi agere videtur de his vitiis, quæ ex vitioſa deligatione contingunt, quibus ſola deligatione accommodata, & abſque ferulis, & adhibita aquæ perfuſione medetur.

At vbi articuli ſuis ſedibus elabuntur, aut iis illæſis quę circa ipſos ſunt neruoſæ partes intorquentur, aut oſſa quæ naturaliter ſe mutuò contingunt, aliquo interuallo diſtant, aut cùm diuulſis iis quæ oſſa colligant, ipſa quæ mutuò ſe contingebant, plurimùm ſecedunt, aut vbi oſſa propè articulum per totam oſſis craſſitudinem abrumpuntur, aut diſtorquentur, velut quæ vara dicuntur, in alteram partem inclinantia, ea vinculis deligare oportet, qua parte quidem exceſſerunt remittendo, ab ea autem in quam exceſſerunt intendendo, ita vt vbi deligata fuerint, in contrariam ac priùs quàm deligarentur partem inclinent, paulò magis quàm ex æquo, idq́; vinculis, ſpleniis apprehenſionibus & figuris, tum etiam extenſione, frictione, directione, ad hæc etiam vberiore perfuſione.

41 τὰ δὲ ἐκπτώματα, ἢ στρέμματα, ἢ διαστήματα, ἢ ἀποσπάσματα, ἢ ἀποκλάσματα, ἢ διαστρέμματα, οἷα τὰ κυλλά, τὰ ἑτερόρροπα, ἵνα μὲν ἐξέστη συνδιδόντα, ὅθεν δὲ συντείνοντα, ὡς ἐς τἀναντία ῥέπῃ ἐπιδέοντα, ἢ πρὶν ἐπιδεῖσθαι σμικρῷ μᾶλλον ἢ ὥστε ἐξ ἴσου εἶναι, καὶ τοῖσιν ἐπιδέσμοισι, καὶ τοῖσι σπλήνεσι, καὶ τοῖσιν ἀναλήμμασι, καὶ τοῖσι σχήμασι κατὰ τάσιν. ἀνάτριψιν. διόρθωσιν. τῇ καταχύσει πλείονι. D E

41 τὰ τὰ κυλλά] κυλλὰ vari dicuntur & quibus crura extrorſum inclinant, intus autem ſinuantur, quibus βλαισὰ opponuntur, vt ſatis patet ex lib.de artic.vnde & κυλλοῦν vbi crura in exteriorem partem vergunt. Ex quo manifeſtum eſſe vitium in Galeni Commentario apparet, vt & Comm.in lib.de artic.cùm κυλλὸν vocari ſcribitur, quod crus in interiorem partem inclinet, vbi pro ἔξω, ἔσω mendoſè ſcriptum eſt. Quam tamen lectionem ſecuti ſunt omnes interpretes. Caluus pro κυλλὰ κύλλα videtur legiſſe, quæ κυλλαὶ Heſychio & κυλάδες dicuntur, & ὑπώπια ſignificant. Mirumq́; eſt quod hic ſupercilia & partes oculorum inferiores contra Hippocratis & Galeni mentem ſumpſerit. F

σμικρῷ μᾶλλον ἢ ὥστε ἐξ ἴσου εἶναι] Sic lib.de artic.in κυλλώσεων curatione (quod & in cæteris articulorum aut fracturarum reſtitutionibus obſeruandum eſt) paulo vltra naturalem ſtatum progredi his verbis iubet Hippocrates. ὥστε δὲ τοὶ ἀτρεκέως ποιέειν τὴν διόρθωσιν καὶ τῇσι χερσὶν ἡ κατόρθωσις ἔω τοῦ ποδὸς, ὅκως ὀλίγον μᾶλλον ἐς τὸ βλαισὸν ῥέπων φαίνηται.

ἀνάτριψιν] Sic legunt manu ſcripta exemplaria optima, ἀνάτριψις quædam etiam habent, vt & Aſulanus legit, quam lectionem ſecutus eſt Galenus in Comment.

Extenuata verò multùm ſanæ partis comprehendendo deligare oportet, vt ex affluxione contabefactæ partes, ampliùs quam ſuapte natura extenuatæ, diuerſo vinculo permutatæ, ad incrementum tendant, carniumq́; reſtaurationem efficiant. Præſtat autem ſuperiorem partem vt in tibia & femoribus, ſimulq́; alterum crus cum parte ſana deligare, vt ſimilius ſit & æquè conquieſcat, pariterq́; alimento prohibeatur, idq́; ſuſcipiat. Idq́; linteorum numero, non appreſſu, laxando primùm id quod maximè indiget, & frictione quæ carne impleat, vtendo, atque perfuſione abſque ferulis.

41 τὰ δὲ μινυθήματα, πολὺ προσλαμβάνοντα τοῦ ὑγιέος ἐπιδεῖν ὡς ἂν ἐξ ἐπιδρομῆς τὰ συντακέντα πλείονα ἢ αὐτὰ τὰ μινυθέντα ἢ ἄλλη ἢ τῇ ἐξ ἐπιδέσιος παραλλάξαντα ἐγκλίνῃ ἐς τὴν αὔξησιν καὶ ἀνάπλασιν τῶν σαρκῶν ποιήσηται, βέλτιον δὲ καὶ τὸ ἄνωθεν οἷον κνήμης καὶ τὸν μηρὸν, καὶ τὸ ἕτερον σκέλος τὸ ὑγιὲς συνεπιδεῖν. ὡς ὁμοιότερον ᾖ καὶ ὁμοίως ἐλινύῃ, καὶ ὁμοίως τῆς τροφῆς ἀποκλείηται καὶ δέχηται. ὀθονίων πλήθει μὴ πίεξις. αὐτὰ τὰ πρῶτα τὸ μάλιστα δεόμενον, καὶ ἀνατρίψει χρώμενον σαρκούσῃ, καὶ καταχύσει ἄνευ ναρθήκων. G H

41 τὰ δὲ μινυθήματα] τὰ μινυθήματα exponit Galenus τὰ ἰσχνὰ καὶ ἄσαρκα γιγνόμενα, partes ex diuturno vinculo aut quiete emaciatas, extenuatas & imminutas, aut graciliores effectas, quas hic deligatione reſtaurari conſulit Hippocrates. Locus autem eſt admodum obſcurus & varia lectione perplexus, in quo etiam explicando non parum ſe torquet Galenus. Nos ſanè popularem & exemplarium multitudine conteſtatam lectionem ſecuti ſumus, Galeni mentem amplexati. Sunt qui etiam legant, ὡς ἐξ ἐπιδρομῆς τὰ συντακέντα πλείονα ἢ αὐτὰ ἐμινύθη, vt ex affluxione ampliore, quàm ipſa immutata fuerunt. Quo etiam aliquantum inclinare videtur Galenus in Comment. Sed certè plauſibilior eſt illa lectio quam adſcriptam habet Galenus, ὡς ἂν ἐξ ἐπιδρομῆς τὰ συντακέντα πλεῖον ἢ αὐτὰ ἐμινύθη, aut ἀυτὰ μινυθήματα ἐμινύθη, quam ſecuti ſumus ex codicum numero. Poteſt & huius lectiónis hic eſſe ſenſus, vt ex affuſione contabefactæ

befactæ partes ampliùs accipiant, quàm vbi ipſæ extenuatæ ſunt. At tunc ὁ ἄλλῃ aut ἀλλοίῃ τῇ ἐπιδέσει legendum eſſet. In quo ſanè
A admodum variant exemplaria manu ſcripta feréque omnia vitiata ſunt, cùm τῇ δὲ ἐπιδέσει legant, quædam etiam τῇ ἔξω habeant, cuius lectionis meminit Galenus. Omnia autem ὁ τῇ ἄλλῃ pro ἀλλοίῃ habent, quam tamen lectionem ex Galeni authoritate indubitatam amplectimur, etſi τῇ ἄλλῃ idem conſequimur. Poteſt & ex codicum conſenſione alia etiam hauriri lectio, ὁ ἄλλῃ, ὁ τῇ ἐπιδέσει, & hic ſenſus elici, vt partes contabefactæ alia ratione quam vinculo permutatæ, vt ἄλλῃ pro ἄλλως ſumptum ſit, & aliam calefaciendæ partis viam & ad calorem reuocandæ, quàm vinculum indicet, frictionem nempe, motionem, medicamentum calefaciens, picationem, confectiones picem habentes, & aquæ calidæ perfuſionem, quorum meminit Galenus in Comment. quæque etiam ad extenuatarum partium reſtaurationem adhiberi ſolent. Eſt & hic quoque alia lectio, cuius certè altum eſt in codicibus ſilentium, nullamque facit mentionem Galenus in Comment. verùm eam adſcripſit in Exegeſi, in dictione ἀμοίῃ, cùm ſcribit: ἀμοίῃ, ὥσπερ ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον Διοσκουρίδης γράφει, ἀμοίῃ ὅτι πιέζει παραλλάξας, ἐκκλίνεις τὴν αὔξησιν καὶ ἀνάπαυσιν τῆς σαρκὸς ποιοῦνται. οἱ δὲ ἄλλοι γράφουσιν ἀλλοίῃ. φησὶ δὲ Διοσκουρίδης τὸ ἀμοίῃ, μετρίῳ εἶναι, μαρτυρεῖν δὲ οὐδὲν παρατίθεται. Qui locus etſi mendo reſperſus eſt, hunc tamen omni procul du-
B bio deſignat, & vinculi compreſſionem moderatam eſſe vult, eamque vt infra quidem dolorem ſit, qui alioqui inflammationem pariat, ſi modo ἀμοίῃ τῷ πιέζει παραλλάξαντα, legas. Quam ſanè diuerſi vinculi vim Galenus his verbis, ſed vitioſiſſime apud nos deſcriptis, explicat: ἣν δὲ ἐγὼ φημι λέγεσθαι πρὸς Ἱπποκράτους ἀλλοίην, ὡς πρὸς τὴν ἐργαζομένην ὀδύνην τὰ μινύθηματα, ταύτῃ δ' ἑτέρως ἐργάζεται. κατὰ γὰρ ἀρχὰς μὲν ἀπὸ τῆς ὑγιοῦς, ἐκ δὲ τῶν πεπονθότων, ἢ ἐν πλάτει τὴν ἐπιβολὴν ποιούμενος αὐτοῖς ἔσφιγγε, ὡς ἐκπιέσοντα κατὰ τὴν ὀδύνην. ἄχρι τοῦ μηδεμίας ὀδύνην φθείρας, φλεγμονὴν ἐργάζεσθαι δυναμένην. ἕως δὲ ἄχρι τοῦ πεπονθότος ἐκλύοντα κατὰ βραχὺ τὴν πίεσιν. (Sic enim legendus mihi videtur locus iſte, quem tamen aliter accipiunt interpretes.) At quam ab Hippocrate diuerſam dici aſſero, ab ea videlicet quæ imminuta efficit, id alia ratione efficitur. A ſanis quippe partibus non ab affectis initium ducere oportet, ita vt multis in ea cum compreſſione iniectis vinculis, eatenus cum dolore comprimamus, qui nullam inflammationem excitare queat, & paulatim relaxata compreſſione, ad affectam partem perueniamus. Quam etiam diuerſam compreſſionis rationem aliis verbis aperit Galen. in Com-
C ment. ἐπιεῖ δὲ μὴ πιέζειν κατὰ τὸ πεπονθὸς μᾶλλον, ἀλλὰ ἀνιέναι μὲν κατὰ τοῦτο. πιέζειν δὲ μάλιστα μὲν ἔσω ἔρξω κατὰ τὸ ὑγιές. ἐξῆς δὲ συνελοῖς μὲν τὴν τάσιν ἐν τῷ κατὰ ὑγιὲς τομῇ μέχρι τοῦ πεπονθότος. ὅταν δὲ ἐπὶ τὸ πεπονθὸς ἀφίκηται, μάλιστα ἐκλελυμένην χρῆσθαι τῇ ἐπιδέσει τῶν ὀθονίων. Deinde circa affectam partem comprimere non oportet, ſed in ea remiſſione vti. At maximè compreſſione vtendum circa ſanam partem, vnde vinculorum initium ductum eſt. Ac deinceps faſciam quæ ſanæ parti inuoluitur ad affectum locum extendere iubet, quo vbi peruenerit, maximè remiſſa linteorum inuolutione vtendum. Rurſuſque καὶ διὰ τοῦτο τὸ μὲν κατὰ τὸ ὑγιὲς σκέλος ἐπιδεῖν ἐσφίγχθαι χρὴ μέχρι τοῦ μὴ θλίβειν οὕτως εἰς ὀδύνην ποιεῖν. Ideoque quæ ſano cruri adhibetur deligatio euſque adſtricta ſit, vt ne adeo comprimat vt dolorem moueat. Minutum autem eſt quod περιλαμβάνονται pro περιλαμβάνοντα habet codicum maxima pars. Caluus verò, vt in obſcuriſſimo loco, neque Hippocratis, neque Galeni mentem mihi aſſecutus videtur.

καὶ τῶν ὑγιῶν] Hanc lectionem teſtibus omnibus exemplaribus ſecuti ſumus, ferri tamen poteſt, καὶ ὁ μέσον, quam lectionem ſecu-
D ti videntur interpretes.

** Τὰ δὲ ἐρείσματα καὶ ἀποστηρίγματα οἷον στήθει, πλευρῇσι, κεφαλῇ, καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν ὅσα τοιαῦτα. τὰ μὲν σφυγμῶν εἵνεκεν, ὡς μὴ ἐνσείηται. τὰ δὲ τῆς διαστάσιος τῶν κατὰ τὰς ἁρμονίας, ἐν τοῖσι κατὰ τὴν κεφαλὴν ὀστέοισιν ἐρεισμάτων χάριν. ἐπί τε βηχέων, ἢ πταρμῶν, ἢ ἄλλης κινήσιος. οἷα τὰ κατὰ τὸν θώρηκα καὶ κεφαλὴν
E ἀποστηρίγματα γίνεται. τουτέων ἁπάντων αἱ αὐταὶ ξυμμετρίαι τῆς ἐπιδέσιος. ἧ μὲν γὰρ τὰ σίνη μάλιστα πιέζειν, ὑποτιθέναι δ' ἔρια, μαλθακὰ, ἁρμόζοντα τοῖσι πάθεσιν. ἐπιδεῖν δὲ μὴ μᾶλλον πιέζοντα, ἢ ὥστε τοὺς σφυγμοὺς μὴ ἐνσείεσθαι, τάς τε διαστάσιας τῶν ἁρμονιῶν ψαύειν τὰ ἔσχατα ἀλλήλων. μήτε ἀμφὶ τοῖσι πταρμοῖσι καὶ βηχέσιν, ἀλλ' ὥστε ἀποστήριγμα εἶναι καὶ μήτε διαναγκά-
F ζηται μήτε ἐνσείηται.

Quod ad fulcra ac ſtabilimenta attinet, ea pectori, coſtis, capiti, cæteriſq; id genus adhibentur, partim quidem pulſuum gratia, vt ne quid concutiatur, partim verò ad iuncturarum diſtantias in capitis oſſibus firmandas. Ad tuſſim autem & ſternutamentum, aut aliam motionem, qualia thoraci & capiti ſtabilimenta admouentur: in quibus omnibus eadem deligationis commoderatio ſeruanda eſt. Nam qua noxia eſt, eo præcipuè comprimere oportet. Subiicienda igitur lana mollis, affectui accommodata, deligatione verò ea vtendum quæ non ampliùs comprimat, quam vt ne pulſus cieantur, aut iuncturarum diſtantiæ ad extrema ſe mutuo contingant; neque circa ſternutamenta & tuſſes partes affectas agitari prohibeat, ſed ita ſtabilimento ſit, vt neque cogantur, neque concutiantur.

** ἐρεισμάτων χάριν] ἐρυμάτων legiſſe videtur Erotianus & hunc locum ſubindicare, cùm ἐρυμάτων πιεσμάτων apud Hippocratem exponit, vt ſit, ad iuncturam diſtantias tutandas, muniendas, hoc eſt, firmandas. Galenus tamen ἐρεισμάτων in Comm. legiſſe videtur.

ᾗ μὲν γὰρ τὰ σίνη] μάλιστα πιέζειν mihi magis probatur, etſi Galenus πιέζει legiſſe videtur. Noſtræ etiam lectioni adſtipulantur exemplaria manu ſcripta ferè omnia, quæ πιέζεσθαι pro πιέζειν legunt, vt & Aldina, etſi reliqua parte vitiata ſunt. ὁ γὰρ pro ᾗ γὰρ habent, vt legendum eſſe ſatis ex Galeno patet.

ὁ ὥστε τοὺς σφυγμοὺς] Hæc germana eſt lectio quam ex Galeni mente ſecuti ſumus, etſi vetuſtiores membranæ aliter legunt, ὥστε τοὺς σφυγμοὺς μὴ ἀνεῖσθαι. Quæ lectio certè corruptiſſima eſt & diuerſum longè ſenſum efficit, eaque ad Aſulanum codicem peruenit. Sen-
G ſus autem huius loci is mihi eſſe videtur, vt id quod ſtabilimento eſt, & ad vitium firmandum adhibetur, faſciarum ambitu ita adſtringi debeat, vt non ampliùs comprimat, quàm vt ne pulſus partium prohibeatur, ſed cieatur & moueatur, neq; partes prohibeat quò minùs ſub pulſu concutiantur.

τάς τε διαστάσιας τῶν ἁρμονιῶν] Exemplaria manu ſcripta anguſtiora ferèq; omnia legunt, μηδὲ μᾶλλον ἢ ὥστε διεστηκότα τὰ ἔσχατα τῶν ἁρμονιῶν ψαύειν ἀλλήλων. Quæ lectio etſi ſatis aperta eſt, ea tamen quæ Galeni Commentario conteſtata eſt, mihi magis arridet, tum quod διεστηκότα malim quàm διεστεῶτα.

μήτε ἀμφὶ τοῖσι πταρμοῖσι] Hanc Galeni lectionem ſecuti ſumus, quæ certè valde eſt perplexa. Is autem mihi ſenſus eſſe videtur, vt ea deligationis moderatio ſit quæ non ampliùs adſtringat, quàm vt ne circa tuſſes & ſternutamenta partes affectæ agitari prohibeantur, ſed quod adhibetur ita firmamenti vicem ſubeat, vt eas neque cogat, neque concutiat, hoc eſt, neque validiùs, neque
H molliùs deuinciat. Exemplaria manu ſcripta longè aliam habent lectionem, μηδὲ τὰς βῆχας καὶ τοὺς πταρμούς, ἀλλ' ὥστε κωλύειν ἀποστήριγμα εἶναι. Qua ſignificatur eam in deligando appreſſionis moderationem eſſe debere, quæ tuſſes aut ſternutamenta non moueat, ſed ita ſtabilimento ſit, vt eas prohibeat. Quam ſecuti ſunt ferè omnes interpretes. Minutum verò eſt quod pro διαναγκάζηται, Gal. ἀναγκάζηται legit.

A

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΓΜΩΝ.

HIPPOCRATIS DE FRACTIS LIBER.

EOrum quæ ſuis ſedibus exciderunt & fracta ſunt, medicum quam rectiſſimas extenſiones facere conuenit. Id enim maximè ſecundum naturam rectum eſt. Quòd ſi quid in hanc vel illam partem inclinet, præſtat in pronum tendere. Leuius enim eam in partem peccatur, quam in ſupinam.

¹ Ἐχρῆν τὸν ἰητρὸν τῶν ἐκπτωσίων τε καὶ καταγμάτων ὡς ἰθυτάτας τὰς κατατάσιας ποιέεσθαι. ² αὐτὴ γὰρ ἡ δικαιοτάτη φύσις. ἢν δέ τι ἐγκλίνῃ ἢ τῇ ἢ τῇ, B ἐπὶ τὸ πρηνὲς ῥέπειν. ἐλάσσων γὰρ ἡ ἁμαρτὰς ἢ ἐπὶ τὸ ὕπτιον.

De authore huius libri etſi magna olim orta eſt controuerſia, conſtans tamen fama eſt apud omnes, ad magnum Hippocratem Coum Heraclidæ filium referri debere. Quidam verò ad eius auum Hippocratem Gnoſidici filium originem deducebant. Quod etiam teſtatur Gal. Comm. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. vt hîc quoque. Sed tunc ſanè hos duos de fract. & art. libros in vnum coactos τῷ κατ' ἰητρεῖον indicatura ornabant, quod iis in libris eius artis quæ manu curat, præcipua verſaretur quæſtio. Inſcriptio autem etſi περὶ ἀγμῶν exemplaribus tum manu ſcriptis, tum publicatis paſſim eſt conſignata, περὶ καταγμάτων, tamen ſæpè habet nominis indicaturam, quam & ſtatim prima fronte deſignaſſe videtur Hippocrates, & aliquot locis non rarò vſurpant Galenus & Erotianus. Habent verò hi libri tractationis genus diffuſum & amplum, quod διεξοδικὸν vocat Galenus, ideóq; ante alios qui in eadem manuariæ operæ exercitatione verſantur, legendos paſſim admonet, & Erotianus inter θεραπευτικὰ χειρουργούμενα reponit. C

¹ τὰς ἰθυτάτας τὰς κατατάσιας] κατατάσιες hoc eſt collocationes, repoſitiones ex hoc loco apud Hippocratem exponere mihi videtur Erotianus, contra Galeni mentem.

² αὐτὴ γὰρ ἡ δικαιοτάτη φύσις] τὸ δικαιότατον οἰκειότατον, hoc eſt maximè naturæ conueniens & accommodatum explicari poteſt ex Galeno. Erotianus hîc δίκαιον τὸ συμφέρον ſignificare ſcribit, & δικαιοτάτην φύσιν ὥσπερ δίκαιον νόμον exponit, hoc eſt legem quandam iuſtam ac præceptum naturæ maximè conſentaneum ac conueniens.

Qui igitur nihil in conſilium adhibent, plærunq; nihil peccant, quippe cum qui deligatur æquiſſima natura duce manum ita porrigat. Qui vero Medici ſapientiam ſibi falſo arrogant, ij nimirum peccant. Nullius ergo eſt negotij manum fractam tractare, idque cuiuis (propè dixerim) medico procliue eſt. Qua de re plura mihi dicenda ſunt, quòd medicos noui qui ex figuranda manu in deligatione ſapientiæ opinionem præ ſe ferebant, cùm ex eo ignari potiùs exiſtimandi eſſent. Verùm enimuerò multa hoc modo hac in arte æſtimari ſolent. Quod enim peregrinum eſt, necdum conſtat an vtile ſit, conſueto, quod iam norunt vtile eſſe, anteponunt, quodque ab vſu communi abhorret, ei quod eſt probè cognitum. Exponendum igitur in medicorum erroribus de manu natura, quoſnam tum docere, tum dedocere velim. Nam & aliorum corporis oſſium doctrinam hæc oratio continet.

¹ Οἱ μὲν οὖν μηδὲν προβουλεύσαντες οὐδὲν ἐξαμαρτάνουσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. αὐτὸς γὰρ ὁ ἐπιδεόμενος τὴν χεῖρα ἀπορέγει, οὕτως ὑπὸ τῆς δικαίης φύσιος ἀναγκαζόμενος. ² οἱ δὲ ἰητροὶ σοφιζόμενοι δῆθεν εἰσὶν οἳ ἁμαρτάνουσι. σπουδὴ μὲν οὖν οὐ πολλὴ χεῖρα κατεαγῖαν καταστῆσαι, καὶ παντὸς δὲ ἰητροῦ, ὡς ἔπος εἰπεῖν. ἀναγκάζομαι δὲ πλείω γράφειν περὶ αὐτῆς, ὅτι οἶδα ἰητροὺς σοφοὺς δόξαντας εἶναι ἀπὸ σχημάτων χειρὸς ἐν ἐπιδέσει, ἀφ' ὧν ἀμαθέας αὐτοὺς ἐχρῆν δοκέειν εἶναι. ³ ἀλλὰ γὰρ πολλὰ οὕτω ταύτης τῆς τέχνης κρίνεται. ⁴ τὸ γὰρ ξενοπρεπὲς οὔπω ξυνιέντες εἰ χρηστὸν, μᾶλλον ἐπαινέουσιν, ἢ τὸ ξύνηθες, ὃ ἤδη οἴδασιν ὅτι χρηστὸν, καὶ τὸ ἀλλόκοτον, ἢ τὸ εὔδηλον. ῥητέον οὖν ὁκόσας ἐθέλω τῶν ἁμαρτάδων τῶν ἰητρῶν, τὰς μὲν ἀποδιδάξαι, τὰς δὲ διδάξαι περὶ τῆς φύσιος τῆς χειρός. ⁵ καὶ γὰρ ἄλλων ὀστέων τῶν κατὰ τὸ σῶμα δίδαγμα ὅδε ὁ λόγος ἐστί. D E

F ¹ μηδὲν προβουλεύσαντες] Exemplaria quædam manu ſcripta Regia βουλεύσαντες legunt, alia βουλεύοντες. Sed προβουλεύσαντες magis probatur ex Galeno, qui τοὺς μηδὲν προεσκεμμένους περὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἐν τῇ χειρὶ σχήματος, explicat, hoc eſt, medicos qui eam manus figuram quæ eſt ſecundum naturam antea in conſilium non adhibuerunt, neq; mente reputarunt. αὐτὸς γὰρ ὁ ἐπιδεόμενος] Membranæ recondititiſſimæ Regiæ ὁ ἐπιδεσμενόμενος legunt, quam lectionem Gal. in Com. agnoſcit, & ὁ ἐπιδεῖσθαι μέλλων ἰδιώτης ab eodem explicatur.

² σοφιζόμενοι] σοφίζομαι hîc σοφίζειν exponit Gal. in Exegeſi σοφίζεσθαι. Erotianus vero ἀπατᾶν, hunc ſanè locum ſubindicans. Sed pro σοφιζόμενοι, ἀποσείοι habent vitioſè exemplaria quædam manu ſcripta. ὑπὸ τῆς δικαίης φύσιος] Hunc naturæ ductum commendat Gal. in inueniendа media membrorum figura; quæ ſit doloris expers, eademq; rectiſſima. Iſtumq; locum in medium adducit lib. 2. de motu muſcul. Hic autem δικαίην φύσιν vocat naturam optimam & æquiſſimam, hoc eſt, (vt explicat Gal. quæ ab ipſo ortu, totoq; deníque vitæ curriculo, quod cuique membro conueniens eſt & maximè accommodatum inuenerit, definierit, & liberaliter proſecuta erit; tum quæ etiam in confirmandis animantium corporibus optimam prouidentiam, & magnam æquabilitatis ac proportionis rationem adhibuerit. Ideoq; optimo iure ab Hippoc. δικαίην dici ſcribit Gal. lib. 1. & 16. de vſu partium, & lib. 1. de natur. facul. & lib. 9. de placitis Hippocr. & Plat. δῆθεν εἰσὶν οἳ ἁμαρτάνουσι] Iſta eſt recepta lectio & maximè vulgaris. Exemplaria verò manu ſcripta quædam Regia ſic legunt: οἱ δὲ ἰητροὶ σοφιζόμενοι δῆθεν ἔσθ' ἃ ἂν εἶεν ἁμαρτάνοντες. Quæ lectio non omnino aſpernabilis videri poſſit, vt in eo in quo peccant ſibi ſapientes videantur. ³ ἀλλὰ γὰρ πολλὰ] Hanc lectionem ex codicum conſenſione ſecutus ſum, cùm alij ἄλλα cum Gal. legant. ⁴ τὸ γὰρ ξενοπρεπὲς] Locum iſtum communem ſæpe vſurpat Gal. vt Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. & Com. 1. in lib. 3. Epid. ξενοπρεπὲς autem ἐξηλλαγμένον exponit Erotianus ex hoc loco, & quod eſt ab vſu communi abhorrens, extraneum, aut nouam formam adeptum, aut immutatum ſignificat. Idem quoque ἀλλόκοτον ἐξηλλαγμένον exponit. Gal. vero in Exegeſi, ἀδήλως καὶ ἀγνώστως, obſcurum & ignotum, vt ei τὸ εὔδηλον rectè opponatur. ῥητέον οὖν] Exemplaria Regia reconditiſſima legunt, ῥητέον δὲ ὁκόσας ἐθέλω. ⁵ καὶ γὰρ ἄλλων ὀστέων] Hæc eſt omnibus codicibus, tum ſcriptis, tum publicatis recepta lectio, quam tamen longè aliam adhibuiſſe Galenum conſtat. G

H

Manum itaque (quod in præſenti quæſtione verſatur) quidam pronam deligare viſus eſt. Eam verò ſtatui coëgit ſagittariorum habitu, cùm humerum prætendunt, atque ita habentem deligauit, hunc eſſe ratus naturalem eius habitum. Cuius rei teſtimonium afferebat, quòd omnia cubiti oſſa rectitudinem inter ſe habebant, tum partium æquabilitatem,

¹ Τὴν μὲν οὖν χεῖρα, περὶ ἧς ὁ λόγος, ἔδωκέ τις καταδῆσαι πρηνέα ποιήσας. ὁ δὲ ἠνάγκαζεν οὕτως ἔχειν, ὥσπερ οἱ τοξεύοντες, ἐπὴν τὸν ὦμον ἐμβάλλωσι, καὶ οὕτως ἔχουσαν ἐπέδει, νομίζων ἑωυτῷ εἶναι τοῦτο αὐτῇ τὸ κατὰ φύσιν. καὶ μαρτύρια ἐπήγετο τά τε ὀστέα ἅπαντα τὰ ἐν τῷ πήχει, ὅτι ἰθυωρίην κατάλληλα εἶχε, τήν τε ὁμοχροίην, ὅτι αὐτὴ

A ἀλλὰ αὐτὴ καθ' ἑωυτὴν τὴν ἰθυωρίην ἔχει, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ἔξωθεν μέρεος καὶ ἐκ τοῦ ἔσωθεν. οὕτω δὲ ἔφη καὶ τὰς σάρκας καὶ τὰ νεῦρα πεφυκέναι, καὶ τὴν τοξικὴν ἐπήγετο μαρτύριον. ταῦτα λέγων καὶ ταῦτα ποιέων σοφὸς ἐδόκεεν εἶναι. τῶν δὲ ἄλλων τεχνέων ἐπελελήθει, καὶ ὁκόσαι ἰσχύϊ ἐργάζονται, καὶ ὁκόσαι τεχνήμασιν, οὐκ εἰδὼς ὅτι ἄλλο ἐν ἄλλῳ τὸ κατὰ φύσιν σχῆμά ἐστι, καὶ ἐν τῷ αὐτέῳ ἔργῳ ἕτερα τῆς δεξιῆς χειρὸς σχήματα κατὰ φύσιν
B ἐστὶ, καὶ ἕτερα τῆς ἀριστερῆς, ἢν οὕτω τύχῃ. ἄλλο μὲν γὰρ σχῆμα ἐν ἀκοντισμῷ κατὰ φύσιν, ἄλλο δὲ ἐν σφενδονήσει, ἄλλο δὲ ἐν λιθοβολίῃσιν, ἄλλο ἐν πυγμῇ, ἄλλο ἐν τῷ ἐλινύειν. ὁκόσας δ' ἄν τις τέχνας εὕροι, ἐν ᾗσιν οὐ τὸ αὐτὸ σχῆμα τῶν χειρέων κατὰ φύσιν ἐστὶν, ἐν ἑκάστῃ τῇ τέχνῃ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἄρμενον ὅ ἂν ἔχῃ ἕκαστος, καὶ πρὸς τὸ ἔργον ὅ ἂν ἐπιτελέεσθαι θέλῃ, σχηματίζονται αἱ χεῖρες. τοξικὴν δὲ ἀσκέοντι, εἰκὸς τοῦτο τὸ σχῆμα κράτιστον εἶναι τῆς ἑτέρης χειρός. τοῦ
C γὰρ βραχίονος τὸ γιγγλυμοειδὲς ἐν τῇ τοῦ πήχεος βαθμίδι, ἐν τουτέῳ τῷ σχήματι ἐρειδόμενον, ἰθυωρίην ποιεῖ τοῖσιν ὀστέοισι τοῦ πήχεος καὶ τοῦ βραχίονος, ὡς ἂν ἓν εἴη τὸ πᾶν. καὶ ἡ ἀνάκλασις τοῦ ἄρθρου κέκλασται ἐν τουτέῳ τῷ σχήματι. εἰκὸς μὲν οὖν οὕτως ἀκαμπτότατόν τε καὶ τετανώτατον εἶναι τὸ χωρίον, καὶ μὴ ἡσσᾶσθαι, μηδὲ ξυνδιδόναι ἑλκομένης τῆς νευρῆς ὑπὸ τῆς δεξιῆς χειρός. καὶ οὕτως ἐπὶ πλεῖστον μὲν τὴν
D νευρὴν ἑλκύσει, ἀφήσει δὲ ἀπὸ ἐξυτάτου καὶ ἀθροωτάτου. ἀπὸ τῶν τοιούτων γὰρ ἀφεσίων τῶν τοξευμάτων, ταχεῖαι καὶ αἱ ἰσχύες καὶ τὰ μήκεα γίνονται. ἐπιδέσιος δὲ καὶ τοξικῆς οὐδὲν κοινόν. τοῦτο μὲν γὰρ εἰ ἐπιδήσας ἔχειν τὴν χεῖρα οὕτω διανοεῖτο, πόνους ἂν ἄλλους πολλοὺς προσετίθει μείζονας τοῦ τρώματος. τοῦτο δ' εἰ συγκάμψαι ἐκέλευεν, οὔτε τὰ ὀστέα, οὔτε τὰ νεῦρα, οὔτε αἱ σάρκες ἔτι ἐν τῷ αὐτέῳ ἐγί-
E νοντο, ἀλλ' ἄλλῃ μετεκοσμέετο, κρατέοντα τὴν ἐπίδεσιν. καὶ τί ὄφελος ἦν τοξικοῦ σχήματος. καὶ ταῦτα ἴσως οὐκ ἂν ἐξημάρτανε σοφιζόμενος, εἰ εἴα τὸν τετρωμένον αὐτὸν τὴν χεῖρα παρέχεσθαι.

quòd illa ipſa eandem directionem præ ſe ferret, idq́; tam exterioribꝰ partibus, quàm interioribus. Ita quoque & carnes & neruos à natura comparatos eſſe dicebat, ſagittariamq́; artem in teſtimoniũ adducebat, ex iiſq́; tum dictis tum factis, ſapientiæ perſuaſionem ſibi ſumpſerat, cæterarũ artiũ immemor, quæ aut viribus, aut artificiis opus ſuum moliuntur, non aduertens aliũ eſſe in alio habitũ ſecundum naturã. Quin & in eodẽ opere, ſi res ita tulerit, aliã eſſe dextrę manus figurã ſecundum naturam, aliam ſiniſtræ. Alius eſt enim habitus ſecundam naturã iaculatoris, alius funditoris, alius in lapidatione, alius in pugillatu, aliꝰ in quiete. Quaſcũq; verò artes quis inueſtigauerit, in iis non eadem ſecundũ naturam manuum figura eſt, ſed in vnaquaq; arte, & ad conueniens inſtrumentũ quod habet quiſq;, & ad opus quod perficere intendit, manuum figuræ accommodantur. Qui autem ſagittandi artem exercet, ei hãc manus alterius figurã validiſſimam eſſe par eſt. Hoc enim habitu brachij pars cardinem referens, in vlnæ ſede innixa, vlnæ & brachij oſſa perinde in directum diſtendit, quaſi totũ vnum ſit. Eoq́; ſtatu fit recuruata articuli flexio. Hoc igitur modo locũ iſtum minimè flecti plurimũq́; intendi oportet, neq; neruo quem dextra tendit cócedere, neq; ab eo ſuperari. Ita vt plurimùm quidem adducendo, chorda trahatur, firmiſſimo autem & maximè repentino impetu emittatur. Sic enim emiſſæ ſagittæ celeriore impetu longiuſq́; feruntur. Deligatio verò cum ſagittãdi arte nihil habet commercij. Qui namq; deligatam manum ita continere vole, longè aliós maiores quàm vulnus dolores afferet. Quòd ſi flectere iubeat, neq; oſſa, neq; nerui, neq; carnes amplius eodẽ ſtatu conſiſtent, ſed ſuperata deligatione aliò tranſmutabuntur. Quid ergo vtilitatis ſagittariorum habitus afferat nõ video. Ideoq́; fortaſſe nõ peccaret qui ſapientiæ opinionem ſibi vendicat, ſi permitteret, vt vulneratus ipſe manum porrigeret.

ἰδίαι τε] Sic legunt omnia exemplaria tam manu exarata, tum publicata. Interpretes ἰσχύϊ τε ex Galeno legunt.

ἐπὴν τὸν ὦμον ὑπερβάλλωσιν] Cum humerum prætendunt diximus, quod prætento ac porrecto brachio, humeri caput in cauitatem ceruicis lati ſcapularum oſſis immittitur & conicitur. Deinde verò quòd protentæ ac porrectæ corporis partes, ad impetum aut impreſſioné faciendam, ὡς ἐς ἐμβολὴν paratæ dicuntur Galeno. Idem quoq; ἑτοῖμοι πρὸς δύναμιν legiſſe videtur. Hic autem ὁμόχροιαν dixi partium æquabilitatem, ſuperficiei æqualitatem & læuitatem corporis intelligens, non ſimpliciter coloris ſimilitudinem, quam
F Gal. ὁμόχροιαν τῆς ὅλης χειρὸς φυλάσσειν exponit. Eaq; dictione vtitur Hippocr. lib. de Cap. vulner. ὁμοχροίην ὀστέου vocans teſtæ læuitatem & oſſis æquabilitatem, qua carnem exteriore parte attingit, aut parte interiore membranam.

οὕτω δ' ἔφη καὶ τὰς σάρκας] Illud omiſiſſe videtur Caluus.

καὶ ἐν τῷ αὐτέῳ ἔργῳ] Id quoque aliter legiſſe videtur Caluus, dum aliam ſecundum naturam figuram eſſe vult in otio, aliam in negotio.

ἄλλο ἐν τῷ ἐλινύειν] Caluus aliud quid de negotiante hîc addidit.

τὸ σχῆμα κράτιστον] Validiſſimam hoc eſt robuſtiſſimam & intentiſſimam figuram diximus, quæ fit validè extenta manu, qualem ſagittariorum habitum eſſe expedit. Cuius rei rationem reddit Hippocrates. Atq; ideò lib. de aëre, loc. & aq. ſcribit Scythas Nomadas propter nimiam humiditatem ac mollitiem, neque arcus intendere, neque telum contorquere poſſe.

ἰθυωρίην ποιεῖ] ποιέει legunt exemplaria manu ſcripta Regia peruetuſta.

G ὡς ἂν ἓν τὸ πᾶν] Codices manu ſcripti ferè omnes cum publicatis, ὡς ἐνεῖν legunt. Quidam etiam ἐνεῖν habent, quomodo legiſſe videtur Caluus. Sed vitiatas lectiones eſſe apparet, & ἓν εἴη legendum. Vt ſit ſenſus, in ea validiſſima figura, ita in directum brachium diſtendi, vt vnum totum videatur, neq; huc aut illuc inclinet, ſed firmum teneatur, vt exponit Galenus. Poteſt & ἐνεῖν hac mente explicari, vt totum brachium inſerat, hoc eſt, vt totum brachium inſertum, non vlla articulatione commiſſum videatur. Galenus initio horum Commentariorum ὡς εἰ ἐνείη legit.

ἡ ἀνάκλασις] Hic ſecutus ſum Interpretum mentem. Mihi tamen etiam intelligi poſſe videtur, vt eo habitu articuli reflexio fracta ſit, hoc eſt, irrita & nullius vſus, quod indicat firmiſſimam & validiſſimam brachij contentionem. κλᾶσθαι enim de muſculorum diſtortione, vbi eorum actiones propè ſunt irritæ & fruſtratæ, dicitur. Quem in ſenſum ſæpe vſurpat Gal. lib. 2. de motu muſcul. Atq; eo intellectu paulò poſt dicitur κλᾶται ἀγκὼν ὕπτιος, cùm ſupina cubiti flexura frangitur aut retorquetur, hoc eſt, contentionem
H propter diſtortionem habet irritam & nullius roboris.

τῶν τοιούτων γὰρ] Mendoſa ſunt exemplaria manu ſcripta, quæ τῶν τ' ἂν ἀφεσίων legunt.

Ἄλλος δ' αὖ τις τῶν ἰητρῶν ὑπτίην τὴν χεῖρα δοὺς, οὕτω κατατείνειν ἐκέλευεν, καὶ οὕτως ἔχουσαν ἐπέδει, τοῦτο νομίζων εἶναι κατὰ φύσιν, τῷ τε χροῒ σημαινόμενος, καὶ τὰ ὀστέα νομίζων κατὰ φύσιν εἶναι οὕτως, ὅτι φαίνεται τὸ ἐξέχον ὀστέον τὸ παρὰ τὸν καρπὸν, ᾗ ὁ σμικρὸς δάκτυλος, κατ' ἰθυωρίην εἶναι τοῦ ὀστέου

Rurſus verò alius quidam Medicus ſupinam manum exhibens, ſic componere iubebat, eoq́; ſtatu deuinciebat, eum naturalem eſſe ratus, tum ex cutis planicie coniecturam faciens tum quòd oſſa ſic ſe habere ſecundum naturam exiſtimaret, ex eo quòd os ad manus iuncturam prominens iuxta paruum digitum,

è directo illius oſſis ſitum videatur, ex quo homines vlnam metiuntur. Atq; his argumentis eum eſſe naturalem habitum contendebat, rationiq; cõſentanea dicere videbatur. Verùm hic habitus, ſi ſupina manus collocetur, vehementem dolorem afferet. Eum verò habitum dolori primùm opportunũ quiuis cõperiet, ſi quis ita manum ſuam cõponat. Si quidem imbecillior robuſtiorem ita collocatum vt cubiti flexura ſupina reflectatur, manu cõprehenſum quocunq; volet deduxerit. Neq; enim ſi gladiũ hac manu teneat, eo vti poſſit, vſq; adeò violenta iſta figura eſt. Ad hæc ſi deligatã manũ quis eo habitu ſinat, maiorem quidẽ dolorẽ ſi obambulet, magnũ tamen etiam ſi decumbat, ſentiet. Quòd ſi quis manum flectat, muſculos cõtrahi, & oſſa aliam habere figurã prorſus neceſſe eſt. Quin & præter cætera huius habitus incõmoda, hoc quoq; acceſſit, quòd ignorãt, os ad manus iuncturam iuxta paruũ digitum prominens, hoc quidem ad vlnã pertinere, illud autẽ in cubiti flexu, quod vlnã metitur, brachij caput eſſe. Idem verò eſſe os hoc & illud hic exiſtimauit, itemq; multi alij. Sed qui cubiti gibbus, ſiue ἀγκὼν dicitur, cui nempe innitimur, idem eſt quod illud. Sic igitur manum ſupinam habenti hoc quidem os diſtorqueri videtur. Præterea verò nerui ipſi qui à manus iũctura & digitis interiore parte procedũt, ſupina manu diſtorquẽtur. Hi enim ad os brachij, vnde vlnæ modus definitur, tendũt. Tales quidẽ tamq; multi errores exiſtunt de manus natura, tãtaq; ignoratio. Quòd ſi quis manũ fractam, velut iubeo, ſtatuat, is os quod eſt ad paruum digitũ, & ad cubiti gibbũ tendit, recta conuertet, neruiq; ex manus iunctura ad brachij extema in directum procedẽt. Manus verò dum ſuſpenſa retinetur, eodem habitu quo deligata, collocabitur, ita vt ne deambulanti quidem dolorem vllum, aut decumbenti laborem ac defatigationẽ adferat. Hominẽ autem ita ſtatui oportet, vti oſſis pars quæ prominet, clariſſimo lumini, quantũ conceditur, obuerſa ſit, vt nec eum qui compoſitionem aggreditur lateat, num abundè ſit in directum conſtituta. Neque enim peritum artificem manum admouentem, os prominens contactu latere poſſit.

ἀφ' ὅτευ τε Ⓐ πῆχυν οἱ ἄνθρωποι μετρέουσι. ταῦτα τὰ μαρτύρια ἐπήγετο ὡς κατὰ φύσιν οὕτως ἔχει, καὶ ἐδόκεεν εὖ λέγειν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔτι ἡ ἀπαλίη, ἡ χεὶρ καταπεπτηνῖα ἰσχυρῶς πονέοι ἄν. γνοίη δ' ἄν τις τὴν ἑωυτοῦ χεῖρα καταπετείνας, ὡς ἐπώδυνον τὸ σχῆμα. ἐπεὶ καὶ ἀνὴρ ἥσσων κρέσσονα διαλαβὼν οὕτως ἐν τῇσιν ἑωυτοῦ χερσὶν ὡς κλᾶται ὁ ἀγκὼν ὕπτιος, ἄγοι ἂν ὅπη ἐθέλοι. οὔτε γὰρ εἰ ξίφος ἐν ταύτῃ τῇ χειρὶ ἔχοι, ἔχοι ἂν ὅ τι χρήσαιτο τῷ ξίφει, οὕτω βίαιον τοῦτο τὸ σχῆμά ἐστι. τοῦτο δὲ εἰ ἐπιδήσας τις ἐν τούτῳ τῷ σχήματι ἐῴη, μέζων μὲν πόνος, εἰ περιίοι, μέγας δὲ καὶ εἰ κατακέοιτο. τοῦτο δὲ εἰ συγκάμψαι τὴν χεῖρα, ἀνάγκη συνάγειν τοὺς μύας, καὶ τὰ ὀστέα ἄλλο σχῆμα ἔχειν. ἠγνόει δὲ καὶ τάδε τὰ ἐν τῷ σχηματισμῷ εἰς τὴν ἄλλην λύμην. τὸ γὰρ ὀστέον τὸ παρὰ τὸν καρπὸν ἐξέχον, τὸ κατὰ τὸν σμικρὸν δάκτυλον, τοῦτο μὲν τοῦ πήχεός ἐστι. τὸ δὲ ἐν τῇ συγκάμψει, ἀφ' ὅτευ τὸν πῆχυν Ⓒ ἄνθρωποι μετρέουσι, τοῦτο δὲ τοῦ βραχίονος ἡ κεφαλή ἐστιν. ᾤετο δὲ τωὐτὸ ὀστέον εἶναι τοῦτό τε κἀκεῖνο· πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι. ἔστι δὲ ἐκείνῳ τῷ ὀστέῳ τωὐτὸ, ὁ ἀγκὼν καλεόμενος, ᾧ ποτε στηριζόμεθα. οὕτως οὖν ὑπτίην ἔχουσι τὴν χεῖρα, τοῦτο μὲν τὸ ὀστέον διεστραμμένον φαίνεται. τοῦτο δὲ τὰ νεῦρα ἀπὸ τοῦ καρποῦ τείνοντα ἐκ τοῦ ἔσω μέρεος, καὶ ἀπὸ τῶν δακτύλων, ταῦτα ὑπτίην ἔχουσι τὴν χεῖρα διεστραμμένα γίγνεται. τείνει γὰρ ταῦτα τὰ νεῦρα πρὸς τοῦ βραχίονος ὀστέον, ὅθεν ὁ πῆχυς μετρέεται. αὗται τοσαῦται καὶ τοιαῦται αἱ ἁμαρτάδες καὶ ἄγνοιαι τῆς φύσιος τῆς χειρός. εἰ δὲ ὡς ἐγὼ κελεύω χεῖρα κατηγμένην κατατείνοι τις, ἐπιστρέψει μὲν τὸ ὀστέον ἐς ἰθὺ τὸ κατὰ τὸν σμικρὸν δάκτυλον τὸ ἐς τὸν ἀγκῶνα τεῖνον. ἰθυωρίην δ' ἕξει τὰ νεῦρα τὰ ἀπὸ τοῦ καρποῦ πρὸς τοῦ βραχίονος τὸ ἄκρον τείνοντα. ἀναλαμβανομένη δὲ ἡ χεὶρ ἐν τῷ παραπλησίῳ σχήματι ἔσται, ἐν ᾧπερ καὶ ἐπιδεομένη, ἄπονος μὲν ὁδοιπορέοντι, ἄπονος δὲ κατακειμένῳ καὶ ἀκάματος. καθίζειν δὲ χρὴ τὸν ἄνθρωπον οὕτως ὅκως ἂν τὸ ἐξέχον τοῦ ὀστέου πρὸς τὴν λαμπροτάτην τῶν παρεουσέων αὐγέων, ὡς μὴ λάθῃ τὸν χειρίζοντα ἐν τῇ κατατάσει εἰ ἱκανῶς ἐξιθύνηται. τοῦ γε μὴν ἐμπείρου οὐδ' ἂν τὴν χεῖρα λάθοι ἐπαφωμένην τὸ ἐξέχον φαινόμενον.

A B C D E

* ἢ ὁ σμικρὸς δάκτυλος] Hanc lectionem ex magno codicum numero ſecuti ſumus eamq; amplexatus videtur Galenus, & omnes Interpretes. ὁ ὁ σμικρὸς δάκτυλος, habent reliqua exemplaria, quæ lectio certè ferri poteſt, & alteram adfert rationem cur ſupina manus figura ſecundum naturam habere videatur, nempe quòd paruus digitus è directo illius oſſis, ex quo vlnæ menſura deſumitur, ſitum habeat. Quam lectionem ſecutus eſt Caluus. ἀφ' ὅτευ τε] Iſta ſuperioribus iunximus, melioribus exemplaribus & Interpretum omnium aſſenſione freti. Reliqua exemplaria, ἀφ' ὅτευ τε τὸ πῆχυν οἱ ἄνθρωποι μετρέουσι, ταῦτα τὰ μαρτύρια ἐπήγετο, hoc ſenſu. Ex eoq; vnde vlnæ modus definitur, ſumptis argumentis, eum naturalem eſſe habitum confirmabat. Quam ad opinionem Galeni lectio adhæreſcere videtur, cùm legit, ἀπὸ τούτου οἱ ἄνθρωποι τὸν πῆχυν μετρέουσι. γνοίη δ' ἄν τις] Hic καταπετείνας pro πρηνὴς ex Erotiano ſumpſimus, vt & καταπετείνειν pro καταπρηνὴς his omnibus locis accepimus, quod dicitur de membro habitu quodam cõpoſito collocato, vt hic de ſupina manus figura. Sic igitur τὴν χεῖρα καταπετείνας, ſi quis ea figura manum componat, aut collocet, ſupinamq; ſtatuat, indicat. Quod etiam teſtatur Erotianus his verbis hunc ipſum locum ſubnotans. καὶ ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν. ὅταν λέγῃ, γνοίη δ' ἄν τις τὴν ἑωυτοῦ χεῖρα καταπετείνας, ὡς ἐπώδυνον τὸ σχῆμα. καὶ νῦν τὸ καταπετείνας, ἀντὶ τοῦ σχηματίσας τεθεῖκε, καὶ τὸ πρηνὴς ὑπτίας ἀκουστέον. πάντα γὰρ ἐπιτηδείως χειρὸς ἐν τῷ σχήματι διατίθησι.

ἀνάγκη συνάγειν τοὺς μύας] Sic legunt exemplaria omnia publicata, Manu verò exarata Regia reconditiſſima, ἀνάγκη πολλὰ συνάγειν τοὺς μύας habent. Recentiora, ἀνάγκη πολλὰ τοὺς τε μύας, καὶ τὰ ὀστέα ἄλλο σχῆμα ἔχειν. Quam lectionem ſecuti videntur Cornarius & Caluus.

τοῦτο δὲ τοῦ βραχίονος] Hunc locum innuit Rufus Epheſius περὶ ὀνομασίας his verbis: καὶ ὁ ἐπὶ ἀπόφυσις δὲ τοῦ ἀγκῶνος, ἣν δὴ φασιν Ἱπποκράτης ἐνίοτε ἀγκῶνα ὀνομάζειν ἀπὸ τοῦ πήχεος, καὶ αὐτὴν κεφαλὴν βραχίονος.

ὁ ἀγκὼν καλεόμενος] Huius loci meminit Gal. libr. 1. de motu muſcul. vbi ᾧ ποτὶ στηριζόμεθα legit Virg. lib. 4 Æn. de Didone moriente, *Ter ſeſe attollens cubitoq; innixa, leuauit.* οὕτως οὖν ὑπτίην ἔχουσι τὴν χεῖρα] In ſupina quoq; manus figura, tum neruos, tum venas & arterias ac muſculos ipſos peruerti plurimumque laborare, ſcribit etiam Gal. lib. 2. de motu muſculorum.

τοῦτο δὲ τὰ νεῦρα ἀπὸ τοῦ καρποῦ τείνοντα] τὰ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τείνοντα eleganter habent exemplaria manuſcripta Regia.

ἐν ᾧπερ καὶ] Hunc certè locum in exquirenda exactè media figura celebrat Gal. lib. 2. de motu muſculorum.

καθίζειν δὲ χρὴ] καθίζειν lego, quod eſt Hippocrati frequens, & καθίζειν aut κατακλίνειν exponit Galenus.

F G

Quando autem cubiti os vtrumq; fractum nõ eſt, os ſuperius vulneratũ faciliorem curationem admittit, etſi craſſius exiſtit, partim quidem quòd ei ſanum fundamẽti loco ſubtẽditur, partim verò quia faciliùs lateat, niſi id circa manus iuncturam cõtigerit. Craſſior enim caro ſuperiore parte adnata eſt, os verò inferi⁹ neq; carnẽ habet, neq; facilè latet, extenſioneq;

Τῶν δὲ ὀστέων τοῦ πήχεος, ἢν μὴ ἀμφότερα κατεαγῇ, ῥάων ἡ ἴησις, ἢν τὸ ἄνω ὀστέον τετρωμένον εἴη, καίπερ παχύτερον ἐόν. ἅμα μὲν ὅτι τὸ ὑγιὲς ὑποτεταμένον γίγνεται, ἅμα δὲ ὅτι εὐκρυπτότερον γίγνεται, ἢν μὴ εἰ τὸ ἐξέχον τοῦ καρποῦ. παχείη γὰρ ἡ τῆς σαρκὸς ἐπίφυσις ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω. τὸ δὲ κάτω ὀστέον ἄσαρκον, καὶ οὐκ εὐσύγκρυπτον, καὶ κατατάσιος H

ἰσχυ-

A ἰσχυροτέρης δεῖται, ἢν δὲ τὸ ἕτερον μὴ ξυντριβῇ, ἀλλὰ τὸ ἕτερον, φαυλοτέρη ἡ κατάτασις ἀρκέει. ἢν δὲ ἀμφότερα κατεηγῇ, ἰσχυροτέρης κατατάσιος δεῖται. παιδίου μὲν γὰρ ἤδη εἶδον κατατεθέντα μᾶλλον, ἢ ὡς ἔδει. οἱ δὲ πλεῖστοι ἧσσον τείνονται, ἢ ὡς δεῖ. χρὴ δὲ ἐπὴν τείνωσι, τὰ θέναρα προσβεβλημένα διορθοῦν. ἔπειτα χρίσαντα κηρωτῇ μὴ πάνυ πολλῇ, ὡς μὴ περιπλέη τὰ ἐπιδέσματα, οὕτως ἐπιδεῖν, ὅπως μὴ κατωτέρω ἄκρην τὴν χεῖρα ἕξει τοῦ ἀγκῶνος, ἀλλὰ σμικρῷ καὶ ἀνωτέρω, ὡς

B μὴ τὸ αἷμα ἐς ἄκρον ἐπιῤῥέῃ, ἀλλὰ ἀπολαμβάνηται. ἔπειτα ἐπιδεῖν τῷ ὀθονίῳ τὴν ἀρχὴν βαλλόμενος κατὰ τὸ κάτηγμα. ἐρείδειν μὲν οὕτω, μὴ πιέζων ἢ κάρτα, ἐπὴν δὲ περιβάλῃ κατὰ τωὐτὸ δὶς ἢ τρὶς, ἐπὶ τὸ ἄνω νεμέσθω ἐπιδέων, ἵνα αἱ ἐπιῤῥοαὶ τῶν αἱμάτων ἀπολαμβάνωνται. καὶ τελευτησάτω κεῖθι. χρὴ δὲ μὴ μακρὰ εἶναι τὰ πρῶτα ὀθόνια. τῷ δὲ δευτέρῳ ὀθονίῳ, τὴν μὲν ἀρχὴν βαλλέσθω ἐπὶ τὸ κάτηγμα, περιβαλὼν

C δὲ ἅπαξ ἐς τὸ αὐτὸ, ἔπειτα νεμέσθω ἐς τὸ κάτω, καὶ ἐπὶ ἧσσον πιέζων, καὶ ἐπὶ μεῖζον διαβιβάσκων, ὡς ἂν αὐτέῳ ἱκανὸν ᾖ ἡ τὸ ὀθόνιον ἀνάπαλιν διαμῆναι καὶ ἵνα περ τὸ ἕτερον ἐτελεύτησεν. ἐνταῦθα μὲν οὖν τὰ ὀθόνια ἐπ' ἀριστερὰ ἢ ἐπὶ δεξιὰ ἐπιδείσθω, ἢ ἐπὶ ὁκότερα ἂν ξυμφέρῃ πρὸς τὸ σχῆμα τοῦ κατάγματος, καὶ ἐφ' ὁκότερα ἂν περιῤῥέπειν ξυμφέρῃ. μετὰ δὲ ταῦτα σπλῆνας κατατείνειν χρὴ κεχρισμένους κηρωτῇ

D ὀλίγῃ, καὶ γὰρ προσηνέστεροι καὶ εὐθετώτεροι. ἔπειτα οὕτως ἐπιδεῖν τοῖσιν ὀθονίοισιν ὡς ἐναλλὰξ, ὁτὲ μὲν ἐπὶ δεξιὰ, ὁτὲ δὲ ἐπ' ἀριστερά. καὶ τὰ μὲν πλείω κάτωθεν ἀρχόμενος, ἐς τὸ ἄνω ἄγειν, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἄνωθεν ἐς τὸ κάτω. τὰ δὲ ὑπόξηρα ἀπολαμβάνειν τοῖσι σπλήνεσι κυκλεῦντα. τὰ δὲ πλῆθος τῶν περιβολέων μὴ πάνυ ἀθρόα ξυνδιαρθροῦντα, ἀλλὰ κατὰ μέρος. περιβάλλειν δὲ χρὴ χαλαρὰ καὶ περὶ τὸν καρπὸν τῆς χειρὸς, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε.

vehementiore indiget. Sin verò non hoc, ſed alterum comminutum fuerit, leuis intenſio ſatis eſt. At vbi vtrunq; fractũ eſt, valentiore intenſione opus eſt. Puerum quidem plus æquo diſtentum vidi: plæriq; tamẽ minùs quàm res poſtulat, diſtenduntur. Intenta verò manuum volis admotis dirigenda ſunt. Deinde adhibito cerato non ita quidem multo, ne deligamenta defluant, ita deligare, vt ne ſumma manus cubiti flexu inferior, verùm paulò etiam ſuperior collocetur, quò ſanguis intercludatur, neq; ad extremitatem defluat. Tum demũ linteo deligare, initio ad fracturam iniecto, ſic vt firmet quidẽ, non tamen vehementer comprimat. Vbi circa eundem locum iterum atq; tertio faſciam inuolueris, ſurſum feratur, quo ſanguinis affluxus retineatur, ibiq; deſinat, eamq; minimè longam eſſe oportet. Altera verò faſcia, initio quidem ſupra fracturam iniecto, ac ſemel eodem voluta, tum demum deorſum feratur, minuſq; cõprimendo longiora ſpatia tranſcurrat, quò poſſit ad eum locum, in quo prior finiit, recurrere. Atq; hic quidem lintea ad dextram aut ſiniſtram deducantur, aut in vtramlibet partem ad fracturæ habitum accommodatæ huc vel illuc inclinare cõuenit. Poſt hæc ſplenia modico cerato illita ſuperiniicienda, ſic enim lenius & firmius hærebunt. Quæ ita deinde faſciis alligare oportet, vt permutato ordine inter ſe, modò quidem in dextra, modò etiam in ſiniſtra ferãtur, ac plurimùm ſanè ab inferiore parte ſurſum, interdum quoq; à ſuperiore deorſum ducantur. Extremę verò partes in anguſtum extenuatæ, ſpleniis in orbem ductis curandę pluribus faſciarum obuolutionibus, nõ confertim, ſed ſenſim, totum corrigentes. At circa manus iuncturam eas laxè variis in locis circumdare oportet.

E ᵃ ἢν τὸ ἄνω ἐστὶ τὸ πιεζόμενον ὂν] πιεζόμενον ὂν videtur legiſſe Vidus Vidius, quòd paulò poſt ξυντριβῇ legatur. Sed exemplaria publicata omnia & manu ſcripta πιεζόμενον ὂν legunt. Quædam etiam, ἢν τὸ ἄνω ὀστέον τὸ ...

καὶ τὸ παχύτερον ἐὸν] Hic παχύτερον λεπτοτέρῳ opponitur, quòd poſtea ſcribat cubiti os λεπτότερον καὶ μακρότερον. Plenius igitur & craſſius os radij dicit. Quem totum locum explicat Paulus his verbis lib. 6. cap. 110. ὁ πῆχυς δὲ ὁ κερκὶς ποτὲ μὲν ἄμφω κατ' αὐτὸ κατάγνυται. ποτὲ δὲ θάτερον μόνον. ... (Sic enim legendũ videtur vt huic loco reſpondeat, etſi exemplaria μεῖον legunt & Interpretes, quidam etiam μείζων legiſſe videntur.) Eſt enim radius, vt ſcribit Celſus, quem κερκίδα Græci appellant, ſuperior breuiorq;, & primò tenuior, rotando & leuiter cauo capite exiguum hume-

F ri tuberculum recipit, atq; ibi neruis & cartilagine continetur. εὐσαρκότερον autem ad carnoſam molem refertur, quod & in ſura poſtea ſcribit, in quo radio in cubito reſpondet. παχύς γὰρ ὁ καρπός] Neq; ſolùm craſſior illic adnata eſt caro ob muſculorum implantationem, verùm etiam ea parte os craſſius eſt, cuius rei rationem adſcribit Gal. c. 13. lib. 2. de vſu part. Celſus quoque ad manum craſſitudinis modum mutatum ſcribit. Si quidem ibi radius plenior, cubitus admodum tenuis eſt.

ἢν δὲ ἀμφότερα κατεηγῇ] Celſus lib. 8. iſtud rectè his verbis exprimit. At ſi brachium fractum eſt, in primis conſiderandum eſt alterum os, an vtrumq; comminutum ſit, non quòd alia in eiuſmodi caſu curatio admouenda, ſed primùm, vt valentius extendatur, ſi vtrumq; os fractum eſt, quia neceſſe eſt minus neruos contrahi altero oſſe integro eoſq; intendẽte. Deinde vt curioſius omnia in continendis oſſibus fiant, ſi neutrum alteri auxilio eſt. Nam vbi alterum integrum eſt, plus opis in eo, quàm in faſciis feruliſque eſt. Animaduertendum quoq; eſt exemplaria quædam Regia manu ſcripta pro φαυλοτέρη ἐλαφροτέρη habere. Quod etſi eandem habet notionem, φαυλοτέρη tamen & elegantiam & vetuſtatis authoritatem retinet ex Galeno.

παιδίου μὲν γὰρ] Hoc loco Hippocrates ſumma in extenſione opus eſſe prudentia inſinuat. Fracta namq; oſſa aut ſuis ſedibus mota,

G nunquam in ſuum locum veniunt (vt ſcribit * Celſus) niſi illa aliquis per vim intendat. Intendere autem digitum, vel aliud quoque membrum, ſi adhuc tenerum eſt, etiam vnus homo poteſt, cùm alteram partem dextra, alteram ſiniſtra prehendit. Valencius membrũ duobus eget, qui in diuerſa contendant. Si firmiores nerui ſunt, vt in viris robuſtis, maximeq; eorum feminibus & cruribus euenit, habenis quoque vel linteis faſciis vtrinque capita articulorum deliganda, & per plures in aduerſum ducenda ſunt. Cauendum autem ſemper eſt ne immoderatiùs confractum membrum extendatur. Immoderata enim diſtentio, in duris præſertim & ſiccis corporibus, vehementes dolores, febres, conuulſiones, & reſolutiones interdum inducit. Quinetiam per eam diuelli ac diſrumpi muſculorum ac neruorum fibras aliquando contingit. Vt verò in mollioribus corporibus & minoribus αὐτῇσι manibus perficitur: ita vbi vitium maius eſt, aut corpus durius, ad μοχλὸν, lorum, habenas, & vſitatas machinas veniendum. * Cap. 10. lib. 8.

H τὰ θέναρα προσβεβλημένα] θέναρ autori Iſagoges dicitur ... Rufo verò Epheſio ... Addit etiam ſibi videri Hipp. ... Hic verò innuit Hippocr. poſt αὐτῇσι διορθοῦν locum eſſe vt in naturalem ſitum oſſa committantur. Vbi enim paulò longius quàm naturaliter eſſe debet, membrum, vis fecit (vt loquitur Celſus) tum demum oſſa manibus in ſuam ſedem compellenda ſunt. Indiciũq; oſſis repoſiti eſt, dolor ſublatus. Galenus quoq; lib. 6. Meth. med. ...

ἔπειτα χρίσαντα] Tranſitus eſt ad ἐπίδεσιν, in qua magna cautio adhibenda vt phlegmonem arceas, & membrum reformatum contineas, in eoq; magna fuit veteris diſciplinæ cura. Primùm lintea quædam vino nigro craſſo & modicè auſtero, aut oleo inſuccata, parti læſæ ad prohibendam phlegmonem & dolorem adhibebantur. Interdum etiam emplaſtico quodam medicamento ad id idoneo, vel lintea imbuebantur, vel pars læſa illinebatur, vt ſatis patet ex Galeno. Quam in rem vtebatur Hippocrates ipſe cerato cata-

gmatico, quod ὑγρὸν aut λιπαρὸν dicitur. Faſciæ quoq; eodem medicamento imbutæ admouebantur, ſed tanta moderatione inſuccatæ, A
vt ne promptè exareſcerent, duritieq; & aſperitate læderent, aut dolorem & moleſtiã faceſſerent, aut ne nimium madidæ dilaberentur & circumfluerent. Celſus membrum extenſum & alteri parti æquatum duplicibus triplicibúſve pannis inuoluendum cenſet, in vino & oleo tinctis, quos linteos eſſe commodius eſt. * Paulus quoq; vbi recens eſt fractura, & metus inflammationis abeſt, faſcias lineas aqua aut poſca madidas adhibet. Atq; ex veteris huius diſciplinæ decreto, ſapienter admodum recentiores Chirurgi vnum atque alterum panniculum lineum, oui albo, & roſaceo, aut myrtino delibutum, nudo fracto membro primùm admouent, ea quidem magnitudine, vt etiam ex parte ſana non nihil comprehendat. Iuſtum eſt quoq; medicamentum quod eam in rem adhibetur, emplaſtrum διὰ χαλκίτεως, ſubduplo roſaceo emollitum, deinde ſubauſtero vino imbutum. Quod etiam parti illinitur, aut in linteis adhibetur. Faſciæ deinde vino aut poſca madidæ & expreſſæ apponuntur. Atq; ea fuit veterum Medicorũ in oſſium fracturis prima cautio, à noſtris non indiligenter expreſſa. Quænam autem ſit cerati huius liquidi accommodata & iuſta ad eum quem quærimus vſum moderatio, aptiſſimè expreſſa eſt ab Houlerio in libris de Materia Chirurgica cap. de oſſium vitiis. *Lib.6.c.97. B

ὅπως μὴ ἀγωνιῇ] Poſt ἐπίδεσιν ſequitur κατάθεσις & apta membri collocatio. Exemplaria autem manu ſcripta Regia legunt, ἀλλὰ ὁμαλῶς πιεῖ καὶ αἰωρῇ.

ὡς μὴ τὸ αἷμα ἐς ἄκρον ἐπιῤῥέῃ] Hæc eſt omnium codicum lectio, tum manu ſcriptorum tum publicè exaratorum. Apparet tamen Galenum aliter legiſſe, ſi modò integra eſt Commentarij lectio.

ἐρείδειν μὲν ὧν] Hæc tota deligaturæ catagmaticæ ratio pluribus inſtituitur, & à Galeno fuſiſſimis verbis explicatur li.6. Meth. med. Imprimis autem faſcias lineas velut molles ac firmas eſſe oportet. Primam verò ſuo initio circa fracturam inijci oportet, eaq; moderatione adhiberi, vt inſideat & fracturam ſtabiliat, non autem appreſſu comprimat. Quod ſanè vnicum propè ac religioſum eſt iſtius militiæ catagmaticæ ſacramentum. Nam cùm laxior deligatura oſſibus moueri permittat, arctior verò conſtringendo dolorem excitet, danda opera eſt, vt vitato ambarum exceſſu, vtriuſque fruamur commodo. Quod fiet ſi quod nimium eſt declinabimus. Ergo nec adeò arctare deligaturam debebimus, vt iam comprimat, nec adeò remittere vt laxa ſit, vt ſcribit Gal. lib. 6. Meth. Iuſtæ autem adſtrictionis modus, tum ex noſtro, tum ex ægrotantis ipſius ſenſu æſtimandus eſt, vt ſcribit Paulus. C

ἐπιδεῖν δὲ ἀρξάμενον] Hanc deligandi rationem plurimis rationibus commendat Galenus, tandemque huius loci meminit his verbis lib.6. Meth. med. ἀρχεσθαι τε ὡς ἀπὸ τοῦ κατάγματος, καὶ δὶς ἢ τρὶς ἐν κύκλῳ περιβαλόντα, [illegible] ἐπὶ τὸ ὑγιές, [illegible] ἐκ τῶν ὑγιῶν εἰς τὸ πεπονθὸς ἐπιῤῥοὴ τοῦ αἵματος, [illegible] αὐτῷ. Paulus quoq; lib.6. cap.99. hunc locum his verbis denotat: καὶ εἰ μὲν ἐν τῷ μέσῳ τοῦ βραχίονος ᾖ τὸ κάταγμα, τὴν ἀρχὴν τοῦ ἐπιδέσμου κατὰ τοῦ κατάγματος ἐπιβάλλομεν. [illegible] τὸ ἐπίδεσμον, ἵνα, φησὶν, αἱ ἐπιῤῥύσεις τοῦ αἵματος ἀπολαμβάνωνται [illegible] Hunc etiam primum faſciarum ordinem elegantiſſimis verbis ſic complexus eſt Celſus. Prima faſcia breuiſſima adhibenda, quæ circa fracturam ter voluta, ſurſum verſum feratur, & quaſi in cochleam ſerpat, ſatiſque eſt eam ter hoc quoque modo circuire.

τῷ δὲ δευτέρῳ ὀθονίῳ] Alterius vinculi rationem ſic explicat Gal. lib.6. Meth. [illegible] D
[illegible] Paulus quoq; lib.6. [illegible] Iſtam etiam faſciam ſic exprimit Celſus. Altera dimidio longiore, eaq; qua parte os eminet, ab ea, ſi totum æquale eſt, vnde libet ſuper fracturam debet incipere priori aduerſa, deorſumque tendere, atq; iterum ad fracturam reuerſa, in ſuperiore vltra priorem faſciam deſinere. (Sic enim legendum cenſeo contra omniũ codicum fidem.) In quibus ſanè animaduertendum eſt Galenum & Paulum plures complexus ſupra fracturam huic faſciæ tribuere, cùm Hippocrates ipſe ſemel conuolui voluerit.

ἐπὶ μᾶζον διαβιβάσκων] ἐπὶ μέσον legiſſe videtur Caluus, vt qui deligat per media ſpatia elabatur & tranſcurrat. Sed omnia exemplaria tum ſcripta, tum publicata, ἐπὶ μᾶζον habent, quod eſt, longiore interpoſito interuallo faſciarum orbes circumducere, quod per τὸ [illegible] explicat Gal. hoc eſt minùs denſas inuolutiones facere. E

ὡς αὖ αὐτίκα ἱκανῶς] αὐτὸ legunt omnia exemplaria Regia manu exarata, quam lectionem etiam videtur ſecutus Caluus.

πρὸς τὸ σχῆμα τοῦ κατεαγότος] σχῆμα τοῦ κατάγματος legunt alia exemplaria, eodem ſenſu.

μετὰ δὲ τῶν σπληνῶν] Horum ſpleniorum vſum ſic docet Gal. lib.6. Meth. ſimulq; hũc locum denotat, [illegible] Quam opinionem etiam ſequitur Celſus. Super has (duas faſcias) iniiciendũ latiore linteo ceratum eſt, quod eas contineat, ac ſi qua parte os eminet, triplex ea pannus ſubiiciendus, eodem vino & oleo madens. F

ὡς ἐναλλὰξ] Hunc faſciarum inter ſe aduerſum & permutatum ordinem ita diſpenſat Celſus, vt ſemper inſequens priori aduerſetur, cumq; ſic exprimit. Hæc tertia faſcia comprehendenda ſunt, quartaq;, ſic vt ſemper inſequens priori aduerſa ſit, & tertia tantũ in inferiore parte, tres in ſuperiore finiant. In quo certè animaduertendum Celſum ferè cum Hippocrate & Galeno duas ſuperiectas ſpleniis faſcias facere, etſi tertio & quinto die quintam & ſextam faſciam adiungat. Quinetiam faſciarum numerus Galeni quoque tempore vſitatus fuiſſe videtur. Sed certè tot faſciarum inuolucra non abs re ſunt Chirurgis noſtris ſuſpecta, tum quòd plurimum moleſtiæ membro fracto exhibeant, tum quòd pruritum & dolorem commoueant, perſpiratumq; prohibeant. Iidem quoque vt plurimum ſpleniis faſciam vnicam ſuperiniiciũt, quidam etiam duas, vt Galenus, quod & idemq; factitaſſe Hipp. ex his verbis coniiciendum eſt. Minutum verò eſt Regia quædam exemplaria manu ſcripta, ἐς τὰ ἄνω ἄγειν legere, quædam etiam ἐς τὸ ἄνω.

τὰ δὲ ἀπόξυρα] Hic ἀπόξυρα dicuntur quæ Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. ἀπόξυρα καὶ ἀπόξυρα vocari ſcribit, hoc eſt partium extremitates in acutũ tenuatæ & faſtigiatæ, velut ad manus iuncturam brachium, & ad pedem tibia. Sic autem dictæ ſunt velut ſubaridæ, ideoque contractæ & in acutum faſtigiatæ. Erotianus ἀπόξυρα, τὰ ἐκ πλάτους εἰς μύουρον ἠγμένα, hoc nimirum ſubnotato loco explicat. Galenus in Exegeſi [illegible]. Ac videntur ἀπόξυρα velut ὑπόξυρα dici, quòd ξυρὰ τὰ εἰς στενὸν συνηγμένα dicantur Galeno, indeq; etiam quidam pro ἀπόξυρα ὑπόξυρα ſubſtituant. Hunc autem locum apertiſſime exponunt quæ ſcribuntur ab Hipp. lib. κατ' ἰητρ. his verbis: [illegible] vbi & διάβασιν veluti [illegible] ſumit, & hic quoque τὰ [illegible] capi debet, vt huiuſmodi partes circumuolutis plagulis & pluribus faſciarum complexibus, non ſemel & confertim, ſed ſenſim ac paulatim complectantur itaq; dirigantur, vt longè fuſioribus verbis exprimit Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. G

Quòd ad linteorũ copiam attinet, primò duę portiones ſatis eſſe poſſunt: inde autem rectè eſſe curatum cõiicies, iſq; eſt deligati terminus, ſi interrogat⁹ nũ prematur, ipſe premi quidẽ ſe dixerit, ſed leuiter, idq; præcipuè circa fracturam. Atq; hęc ita ſe habere perpetuò fateatur neceſſe eſt qui deligatur. Modus verò his ſignis deprehenditur, ſi eadem die ac nocte qua deligatus eſt, ipſe ſibi magis nõ minùs compreſſus eſſe videatur. Poſtero etiam die ad ſummam manum exortus tumor paruus ac mollis, moderatæ cõpreſſionis tibi erit indicio. At deſinente die ſe minùs

πλῆθος δὲ τῶν ὀθονίων ἱκανὸν τὸ πρῶτον, αἱ δύο μοῖραι. σημεῖα δὲ τοῦ καλῶς ἰητρευμένου, καὶ ὀρθῶς ἐπιδεομένου, εἰ ἐρωτῴης αὐτὸν εἰ πεπίεκται, καὶ ἢν φαίη μὲν πεπιέχθαι, ἡσύχως δὲ, καὶ μάλιστα εἰ κατὰ τὸ κάτηγμα φαίη. τοιαῦτα τοίνυν φάναι χρὴ παντὸς διὰ τέλεος τὸν ὀρθῶς ἐπιδεόμενον. σημεῖα δὲ τῆς μετριότητος, τὴν μὲν ἡμέρην ἣν ἂν ἐπιδεθῇ, καὶ τὴν νύκτα δοκέειν αὐτὸς ἑωυτὸν μὴ ἐπὶ ἧσσον πεπιέχθαι, ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον. τῇ δ' ὑστεραίῃ οἴδημα ὑπελθεῖν ἐς χεῖρα ἄκρην μαλθακόν. μετριότητος γὰρ σημεῖον τῆς πιέξιος. τελευτώσης δὲ τῆς ἡμέρης, ἐπὶ ἧσσον H

A ἐπὶ πᾶσι δοκείτω πεπιέχθαι. τῇ δὲ τρίτῃ χαλαρώτερα δοκείτω εἶναι τὰ ἐπιδέσματα. κἢν μὲν τούτων τῶν εἰρημένων ἐλλίπῃ, γινώσκειν χρὴ ὅτι χαλαρωτέρη ἐστὶν ἐπίδεσις τῆς μετρίης. ἢν δέ τι τῶν εἰρημένων πλεονάζῃ, χρὴ γινώσκειν ὅτι μᾶλλον ἐπιέχθη τοῦ μετρίου. καὶ τούτοισι σημειούμενος τὸ ὕστερον ἐπιδέειν, ἢ χαλᾶν μᾶλλον, ἢ πιέζειν. ἀπολύσαντα δὲ χρὴ τριταῖον ἐόντα, κατατεινάμενον καὶ διορθωσάμενον, κἢν μετρίως καὶ πρότερον κατατύχῃς ἐπιδήσας, ταύτην τὴν ἐπίδε-
B σιν χρὴ ὀλίγῳ μᾶλλον ἢ ἐκείνην πιέσαι. βάλλεσθαι δὲ χρὴ τὰς ἀρχὰς κατὰ τὸ κάτηγμα, ὥσπερ καὶ τὸ πρότερον. ἢν μὲν γὰρ τὸ πρότερον ἐπιδέῃς, ἐξαρεῖται ἐκ τούτου οἱ ἰχῶρες ἐς τὰς ἐσχατιὰς ἔνθα καὶ ἔνθα. ἢν δέ τι ἄλλῃ πρότερον πιέζῃς, ἐς τὸ ἐξαρεῖται ἐκ τοῦ πιεχθέντος. ἐς πολλὰ δὴ εὔχρηστον τὸ ξυνιέναι. οὕτως οὖν ἄρχεσθαι μὲν ἀεὶ χρὴ τῆς ἐπιδέσιος καὶ τῆς πιέξιος
C ἐκ τούτου τοῦ χωρίου. τὰ δ' ἄλλα κατὰ λόγον. ὡς ἂν προσωτέρω ἀπὸ τοῦ κατήγματος ἀπάγῃ, ἐπὶ ἧσσον τὴν πίεξιν ποιέεσθαι. χαλαρὰ δὲ παντάπασι μηδέποτε περιβάλλειν, ἀλλὰ προσκεκολλημένα. ἔπειτα δὲ πλείοσιν ὀθονίοισι χρὴ ἐπιδεῖν ἑκάστην τῶν ἐπιδεσίων. ἐρωτώμενος δὲ φάτω ὀλίγῳ μᾶλλον ἢ πεπιέχθαι ἢ τὸ πρότερον, καὶ μάλιστα φάτω κατὰ τὸ κάτηγμα, καὶ τὰ ἄλλα δὲ κατὰ λόγον, καὶ ἀμφὶ τῷ οἰδήματι, καὶ ἀμφὶ τῷ πονέειν, καὶ ἀμφὶ τῷ ῥηΐζειν, κατὰ λόγον τῆς προτέρης ἐ-
D πιδέσιος γινέσθω. ἐπὴν δὲ τριταῖος ᾖ, χαλαρώτερα ἢ δοκείτω εἶναι τὰ ἐπιδέσματα. ἔπειτα ἀπολύσαντα χρὴ αὖθις ἐπιδῆσαι ὀλίγῳ μᾶλλον πιέζοντα, καὶ ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀθονίοισιν οἷσιπερ ἤμελλεν ἐπιδεῖσθαι. καὶ ἔπειτα αὐτὸν πάντα ταῦτα καταλαβέτω, ἅπερ καὶ ἐν τῇσι προτέρῃσι περιόδοισι τῶν ἐπιδεσίων. ἐπὴν δὲ τριταῖος γένηται, ἑβδομαῖος δὲ ἀπὸ τῆς
E πρώτης ἐπιδέσιος, ἢν ὀρθῶς ἐπιδέηται, τὸ μὲν οἴδημα ἐν ἄκρῃ τῇ χειρὶ ἔσται, οὐδὲ τοῦτο λίην μέγα. τὸ δὴ ἐπιδεόμενον χωρίον ἐν πάσῃσι τῇσιν ἐπιδέσεσιν ἐπὶ τὸ λεπτότερον καὶ ἰσχνότερον εὑρεθήσεται. ἐν δὲ τῇ ἑβδόμῃ, καὶ πάνυ λεπτόν, καὶ τὰ ὀστέα τὰ κατεηγότα ἐπὶ μᾶλλον κινεύμενα καὶ εὐπαράγωγα ἐς κατόρθωσιν. καὶ ἢν ᾖ ταῦτα τοιαῦτα, κατορθωσάμενον χρὴ ἐπιδῆσαι ὡς ἐς νάρθηκας, ὀλίγῳ μᾶλλον πιέσαντα, ἢ τὸ
F πρότερον, ἢν μὴ πόνος τις πλείων ἢ ἀπὸ τοῦ οἰδήματος τοῦ ἐν ἄκρῃ τῇ χειρί. ἐπὴν δὲ ἐπιδήσῃς τοῖσιν ὀθονίοισι, τοὺς νάρθηκας περιθεῖναι χρὴ καὶ περιλαβεῖν ἐν τοῖσι δεσμοῖσιν, ὡς χαλαρωτάτοισιν ὅσον ἠρεμέειν, ὥστε μηδὲν ξυμβάλλεσθαι ἐς τὴν πίεξιν τῆς χειρὸς τὴν τῶν ναρθήκων πρόσθεσιν. μετὰ δὲ ταῦτα, ὅ, τε πόνος, αἵ τε ῥᾳστῶναι αἱ αὐταὶ γινέσθωσαν, αἵπερ καὶ ἐν τῇσι προτέρῃσι περιόδοισι τῶν ἐπιδεσίων. ἐπὴν δὲ τριταῖος
G ἐὼν φῇ χαλαρὸς εἶναι, τότε ἔπειτα χρὴ τοὺς νάρθηκας ἐρείσασθαι, μάλιστα μὲν κατὰ τὸ κάτηγμα, ἀτὰρ καὶ τἄλλα κατὰ λόγον, εἴπερ καὶ ἡ ἐπίδεσις ἐχάλα μᾶλλον ἢ ἐπίεζε. παχύτατον δὲ χρὴ εἶναι τὸν νάρθηκα, ᾗ ἐξέχει τὸ κάτηγμα, μὴ μὴν πολλῷ. ἐπιτηδεύειν δὲ χρὴ μάλιστα μὲν κατ' ἰθυωρίην τοῦ μεγάλου δακτύλου ὡς μὴ κείσεται ὁ νάρθηξ, ἀλλὰ τῇ ἢ τῇ.
H ἢν δὲ ἄρα πρὸς τὸ κάτηγμα ξυμφέρῃ κεῖσθαι κατὰ ταύτας τὰς νάρθηκας, βραχυτέρους αὐτοὺς χρὴ τῶν ἄλλων ποιέειν, ὡς μὴ ἐξικνέωνται πρὸς τὰ ὀστέα τὰ ὑπερέχοντα παρὰ τὸν καρπόν. κίνδυνος γὰρ ἑλκώσιος, καὶ νεύρων ψιλώσιος. χρὴ δὲ διὰ τρίτης ἐρείδεσθαι τοῖσι νάρθηξιν πάνυ ἡσυχῇ, οὕτω τῇ γνώμῃ ἔχοντας, ὡς οἱ νάρθηκες φυλακῆς εἵνεκα τῆς ἐπιδέσιος προσκέωνται, ἀλλ' οὐ τῆς πιέξιος εἵνεκεν ἐπιδέωνται.

compreſſum ſentiat, tertioq; die vincula laxa videantur. Noſſe autem oportet ex his quę dicta ſunt, ſi quid deſideretur, laxiùs, ſi quid ſuperet, arctiùs quàm conueniat vinculum fuiſſe compreſſum. Atq; hac coniectura adhibita, deinceps vel laxiores vel arctiores faſcias admouere licebit. Tertio verò poſt extenſionē & directionem die, ſoluere membrum conuenit, ac ſi primis diebus tibi moderata deligatio cōtigerit, iſtā paulò arctiùs conſtringens, initio etiam ſupra fracturam, vt priùs iniecto. Sic enim vbi primū fracturā deuinxeris, ſanies ad extremam vtranq; membri partē exprimitur. Sin alia parte priùs cōſtrinxeris, inde ad fracturam expreſſio fiet. Quod intellexiſſe quidē ad multa conducit. Inde igitur deligationem & cōpreſſionem initium ducere ſemper opus eſt. In reliquis verò ea ratio ſeruanda eſt, vt quò lōgiùs à fractura receſſeris, eò minorem compreſſionem facies: laxa tamen nunquam ex toto vincula circumducantur, ſed adhæreſcant. Deinde pluribus linteis vnaquæq; deligatio vinciēda. Ac interrogatus fateatur ſe paulò magis quàm antea cōpreſſum eſſe, maximeq; ad fracturam. In reliquis eadē obſeruanda ratio, tum quòd ad tumorem, tum dolorē, tum alleuationē attinet, quæ in prima deligatione. Vbi tertius aduenerit dies, & vincula laxiora ſenſerit, dein ſoluere cōuenit, ruſſuſque paulò arctiùs vincire, idq; omnib. iniectis faſciis quibus deligandus erit. Poſtea eadem omnia quæ in primis deligationum circuitibus, circa ægrotum cōtingant. Vbi autem ad diem tertium ventum eſt, qui ſeptim⁹ eſt à prima deligatione, ſi recta deligatio fuerit, tumor in ſumma manu, iſq; non admodū magnus aderit, ac deligatus locus cùm vinculum inìicietur, tenuior ac gracilior cōſpicietur. Septimo verò die etiam admodum tenuis, & oſſa fracta faciliùs tractantur, & ad directionem adducuntur. Hiſq; hoc modo ſe habentibus directione facta, deligationem ad ferulas excipiendas accōmodare oportet, paulò ampliùs quàm antea comprimendo, niſi quis maior dolor, à tumore qui in ſumma manu eſt, excitatus fuerit. Vbi verò faſcias deligaris, ferulæ ſunt apponendæ, & quā maximè laxis vinculis comprehendendæ, ita vt quieſcant, neq; quicquam ferularum appoſitio ad manus compreſſionem addat. Poſt hæc in dolore & tolerādi facilitate, eadem quæ in primis vinculorū circuitibus ſpectentur. Ab hinc tertio die, ſi vinculum laxū ſenſerit, tum demū ferulæ, circa fracturam præcipuè, firmandæ ſunt, reliquaq; etiam pro ratione, ſi quidē vinculum laxum potiùs fuerit quàm adſtrictū. Craſſiorem autem, neq; tamen multò, ferulam eſſe oportet, qua fractura eminet. Maximaq; adhibenda eſt diligentia, ne vel è regione pollicis ferula ſtatuatur, verùm in hanc vel in illam partem neq; è regione parui digiti, quà oſſis eſt eminentia in manus iunctura, ſed hâc vel illâc. Sin fortè cōducit his locis ferulas quaſdam ad fracturam adhiberi, eas aliis breuiores eſſe oportet, vt ne ad oſſa iuxta manus iuncturam eminentia pertingant. Sic enim exulcerationis aut denudationis neruorum periculum imminet. Tertio autem quoq; die ferulas admodum leuiter obfirmare oportet, in conſilium adhibentes, vt nec vltra adſtringant, quàm vt vinculum contineant.

* καὶ ὀρθῶς ἐπιδεομένου] Exemplaria Regia manu ſcripta quædam ὀρθῶς ἐπιδεομένου legunt, quam lectionem ſecutus videtur Caluus ex codicibus Vaticanis. Et poſſunt rectè vtraq; coniungi. Nos tamen codicum pluralitatem ſecuti ſumus.

[illegible]] Hæc omnia repetuntur breuioribus verbis [illegible], eaq; ſic expreſſiſſe videtur Celſus. Eaq; via-

ſtura talis eſſe debet, vt primo die nihil offenderit, non tamen laxa viſa ſit, ſecundo laxior, tertio iam penè reſoluta. (Sic enim lego.) A
Exemplaria quædam manu ſcripta ἐτι μᾶλλον, non ἐπὶ μᾶλλον legunt, quæ ſecutus eſt Aſulanus.

ἀπολύειν δὲ χρή] Abſolui tertio die vincula vult Hippocrates, vt perfuſio ex aqua calida & tepida circa fracturam fiat, indeq; prurigo conquieſcat, cuiuſq; materia tenuis & ſeroſa in halitum diſpergatur, tenſio relaxetur, dolor ſedetur, & inflammatio euaneſcat. Eaq; ſunt veteris diſciplinæ decreta. Quod etiam indicat Gal. lib. 6. Meth. hunc locum ſubindicans, his verbis: λύειν δὲ καλῶς διὰ τρίτης ... Quæ ſanè verba tam propriè expreſſit Paulus c. 99. lib. 6. vt rectiſſimè ex hoc loco emendari poſſint, cùm noſtris in codicibus corruptiſſimè ſcribantur. Idem quoque præcipit Celſus ſcribens: deinde tertio die reſolui debere, foueriq; per ſpongiam vapore aquæ calidæ, eademq; quæ primò fuerunt ſuperdari. Idem die quinto fieri, & donec inflammatio finiatur, quæ vel octauo die, vel ſeptimo ferè reſoluitur. Idem: Deligatum verò membrum in diem tertium B
continendũ eſt, &, Quotieſcunq; ſoluitur membrum, calida aqua fouendum eſt. At recentiores Chirurgi ſaniei acrimoniam & pruriginem aqua ſalſa infuſa digerunt, aut vnguento albo, aut populeone vulgò appellato membrum illinunt.

ἰξαρύονται ἐκ τούτου] Sic legunt omnia exemplaria, tam manu ſcripta quàm publicata, ſed ἰξαρύονται legendum videtur, aut ἰξαρύονται pro ἰξαρύοντο ponitur, vt ſit tertia perſona pluralis Ionica, ἰξαρύονται autem Erotianus ex Bacchio exponit ἀπολύονται, ἰξαντλοῦνται, ἀπαντλοῦνται. (Sic enim mihi iſta coniungi debere videntur, etſi ſeparatim leguntur.) ἰξαρύονται etiam legitur apud Gal. in Exegeſi, & ἰκκενοῦνται, ἀπολύονται, exponitur. De quo noſtrum iudicium, & quonam referri debeat in OEconomia noſtra adſcripſimus.

ἔπειτα δὲ πλείοσιν ὀθονίοισιν] Eadem ferè ſed breuioribus verbis reperiuntur ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον. Inde autem ſex faſciarum occaſionẽ in fracturę deligatione ſumpſiſſe videtur Celſus, cùm ſcribit. Ergo tum rurſum die tertio id membrum deligandũ, adiiciendaq; prioribus quinta faſcia, iterumq; quinto reſoluendum eſt, & ſexto faſciis inuoluendum, ſic vt tertia & quinta infra, cęteræ ſuprà finiantur.

ἀεὶ ἐν τῇσι πρώτῃσι ἐπιδέσεσι] πρώτῃσι quædam exemplaria omittunt, legunt tamen meliora. C

τὸ δ' ἐπιδεῖσθαι χρεών] Vbi nullus amplius inflammationis metus ſubeſt, membrum aliquantò quàm pro naturali habitu gracilius apparet (quod intra ſeptimũ diem accidit) tuncq; ferulas ex antiquorũ decreto adhibere conuenit, vt teſtatur Gal. lib. 6. Meth. med. & Paulus c. 99. lib. 6. neq; ante ſeptimum veteres adhibuere. At recentiores ſtatim initio, ſecundum deligationẽ ferulas circumponunt, quò adaptationis figurã contineant, & oſſa in ſuam ſedem repoſita vtcunq; fulciant. Quod & Paulus ſuo tempore adhuc factitatũ cõmemorat. Aſbucaſis etiam in leui malo, ſtatim primo die, grauiore vitio, vel quinto vel ſeptimo ferulas circumponit, Quod & rectè fieri poteſt, dum nimia adſtrictio & dolor vitentur. Ferulas autem quales eſſe oporteat optimè deſcribit Hipp. lib. κατ' ἰητρεῖον, vbi & die ſeptimo, quo membrum reſoluitur vt ferulæ circumponantur, membrum gracile & laxiora oſſa apparere ſcribit. Celſus, leuius quam ex cõſuetudine membrum fieri dixit. Quod ſi ſeptimus dies non dedit, certè nonus exhibet. Tum facillimè oſſa tractantur. His enim verbis locum iſtum exprimere videtur. Ferulæ etiam quomodo adhiberi debeant fuſiſſimè deſcribit Paulus lib. 6.

ναρθήκων δὲ χρὴ ...] Idem ferè lib. κατ' ἰητρ. Hunc verò totum locum propriè quodãmodo ſic expreſſit Celſus. In quam partem fractura inclinat, ab ea latior valentiorq; ferula imponenda eſt. Eaſq; omnes citra articulũ eſſe oportet reſimas, ne hunc lædant, ne vlcera adſtringant, quàm vt oſſa contineant, & cùm ſpatio laxentur, tertio quoq; die, paulũ habenis ſuis coarctari. Ac ſi nulla prurigo, nullus dolor eſt, ſic manere, donec duæ partes eius temporis, quo os quodq; cõferuet, compleantur. Sic enim locus ille rectè mihi legendus videtur, contra tamen omnium codicum noſtrorum fidem. Paulus quoq; præcipit καὶ τοῖς νάρθηξιν ἰσχυροτέροις ἐφ' ᾧ μέρει κυρτοῦται τὸ κάταγμα. D

Quòd ſi ſub prioribus vinculis oſſa abundè eſſe directa probè cognoueris, & neq; pruriginis, neq; exulcerationis metus vllus ſubeſt, ſic alligatas ferulas vltra vigeſimũ diem ſinere oportet. Nã plerunq; triginta ad ſummum diebus, cubiti oſſa in totum coaleſcũt: nihil tamen eſt perpetuum. Nã & natura à natura, & ætas ab ætate plurimùm diſtat. At vbi reſolueris, aquã calidam affundere, pauloq; minùs quàm antea comprimendo, & paucioribus quàm priùs faſciis religare cõuenit, ac demum tertio quoq; die reſoluere, & minùs quidem comprimendo, paucioribus quàm antea faſciis deligare. Quòd ſi alligatis ferulis, oſſa nõ rectè poſita, aut aliud quid vulnerato moleſtum eſſe ſuſpicio ſit, dimidio temporis ſpatio, aut paulò antè ſoluere, itemq; religare oportet. At quib⁹ circa initia cute integra oſſa foris nõ eminẽt, iis abundè eſt vict⁹ ratio mediocris. Pauciore tamen victu ad decimum vſque diem vtendũ, præſertim cùm ex toto quieſcãt, ac obſonia liquida adhibenda, quæ ventrẽ modicè deducant: vino verò & carnibus abſtinendũ: poſt hęc paulatim reficiẽdi. Atq; iſta oratio velut æqua quędã lex de fracturarũ curatione inſtituta eſt. Quæ ita tractãda ſunt, vt ex his iuſta curatio procedat. Sin verò ſec⁹ cõtingat, ſcite licet in ipſa curatione aliquid vel deficere vel redundare. Ad hæc in hoc ſimplici modo ad ea animum intendere oportet, quę nõ admodum aduertunt medici, quamuis niſi rectè procedant, curam omnem totamq; vinciendi rationẽ corrumpere valeant. Nam ſi os vtrumque, aut inferius tantùm fractum ſit, vinctiq; manus mitella quadam excipiatur, quæ magna ſui parte fracturam contineat, hinc verò & inde manus dependeat, huic in ſuperiorẽ partẽ os peruerti neceſſe eſt Sin verò oſſibus ſic fractis, ſummam manus partem & eam quæ eſt ad cubiti flexum

ἢν μὲν οὖν εἰδῇς ὅτι ἱκανῶς τὰ ὀστέα ἀπίθυνται ἐν τῇσι προτέρῃσιν ἐπιδέσεσι, καὶ μήτε κνησμοί τινες λυπέωσι, μήτε τις ἕλκωσις μηδεμία ὑποπτεύηται εἶναι, ἐᾶν χρὴ ἐπιδεδέσθαι ἐν τοῖσι νάρθηξιν ἔστ' ἂν ὑπὲρ εἴκοσιν ἡμέρας γένηται. E
ἐν τριήκοντα γὰρ μάλιστα τῇσι ξυμπάσῃσι κρατύνεται ὀστέα τὰ ἐν τῷ πήχει τὸ ἐπίπαν. ἀτρεκὲς δὲ οὐδέν. μάλα γάρ τι καὶ φύσις φύσιος, καὶ ἡλικίη ἡλικίης διαφέρει. ἐπὴν δὲ λύσῃς, ὕδωρ θερμὸν καταχέειν χρὴ καὶ μετεπιδῆσαι, ἧσσον μὲν ὀλίγῳ πιέσαντα, ἢ τὸ πρόσθεν. ἐλάσσοσι δὲ τοῖσιν ὀθονίοισιν, ἢ τὸ πρότερον, καὶ ἔπειτα διὰ τρίτης ἡμέρης λύσαντα ἐπιδεῖν, ἐπὶ μὲν ἧσσον πιέζοντα, ἐπὶ δὲ ἐλάσσοσι τοῖσιν ὀθονίοισι. F
ἐπὴν δὲ ὅταν τοῖσι νάρθηξιν δεθῇ, ὑποπτεύῃς τὰ ὀστέα μὴ ὀρθῶς κεῖσθαι, ἢ ἄλλο τι ὀχλέῃ τὸν τετρωμένον, λῦσαι ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ χρόνου, ἢ ὀλίγῳ πρόσθεν, καὶ αὖθις μετεπιδῆσαι. διαιτᾶν δὲ τουτέοισιν οἷσιν ἂν μὴ ἕλκεα ἐξ ἀρχῆς γένηται, ἢ ὀστέα ἔξω ἐξίσχῃ, ἀρκέει ὑποφαύλη. ἐνδεεστέρως δὲ χρὴ διαιτᾶν ἄχρι ἡμερέων δέκα, ἅτε ἤδη καὶ ἐλινύοντας. καὶ ὄψοισιν ἁπαλοῖσι χρῆσθαι ὁκόσα τὴν διέξοδον μετριότητα παρέχοισι. οἴνου δὲ καὶ κρεωφαγίης ἀπέχεσθαι. ἔπειτα μέντοι ἐκ προσαγωγῆς ἀνακομίζεσθαι. G
οὗτος ὁ λόγος ὥσπερ νόμος κεῖται δίκαιος περὶ κατηγμάτων ἰήσιος. ὥστε χειρίζειν χρὴ ὥστε ἀποβαίνειν ἀπὸ τῆς δικαίης χειρίξιος. ὅτι δ' ἂν μὴ οὕτως ἀποβαίνῃ, εἰδέναι χρὴ ὅτι ἐν τῇ χειρίξει τι ἐνδεὲς πεποίηται, ἢ ὑπερπλεονέκται. ἔτι δὲ τάδε χρὴ προσξυνιέναι ἐν τούτῳ τῷ ἁπλῷ τρόπῳ, ἃ οὐ κάρτα ἐπιμελέονται οἱ ἰητροί, καίτοι πᾶσαν μελέτην καὶ πᾶσαν ἐπίδεσιν οἷά τε διαφθείρειν, ἔστι μὴ ὀρθῶς ποιεύμενα. H
ἢν γὰρ τὰ μὲν ὀστέα ἀμφότερα κατεηγῇ, ἢ τὸ κάτω μοῦνον, ὁ δὲ ἐπιδεδεμένος ἐν ταινίῃ τινὶ τὴν χεῖρα ἔχῃ ἀναλελαμμένην, τυγχάνῃ δὲ ἡ ταινίη κατὰ τὸ κάτηγμα πλείστη ἐοῦσα, ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν ἡ χεὶρ ἀπαιωρέηται, τοῦτον ἀνάγκη τὸ ὀστέον εὑρεθῆναι διεστραμμένον ἔχοντα πρὸς τὸ ἄνω μέρος. ἢν δὲ κατεηγότων τῶν ὀστέων οὕτως ἄκρην τε τὴν χεῖρα ἐν

A τῇ ταινίῃ ἔχειν, ἀλλὰ τὸν ἀγκῶνα, ὁ δ' ἄλλος πῆχυς μὴ μετέωρος ἦ, ἢν δὲ μὴ, ἐν τουτέῳ εὑρεθήσεται τὸ ὀστέον ἐς τὸ κάτω μέρος διεστραμμένον ἔχειν. χρὴ οὖν ἐν ταινίῃ πλάτος ἐχούσῃ μαλθακῇ, τὸ πλεῖστον τοῦ πήχεος καὶ τὸν καρπὸν τῆς χειρὸς ὁμαλῶς αἰωρέεσθαι.

mitella excipiat, quod auté in cubito eſt reliquũ dependeat, in inferiorem partem os deprauatum erit. Oportet igitur mitella lata & molli, maximã cubiti partem & manus iuncturã æqualiter ſublatam eſſe.

ἐὰν χρὴ ἐπιδεῖν] Hunc locum longe aliter contra Hippocratis & Galeni mentem omnino ſumpſit Caluus.

ἐν τριήκοντα δὲ μάλιστα] Idem ſcribit Paulus (cap.100.lib.6.) cubiti oſſa ferè triginta diebus callo firmari. Celſus verò inter vigeſimum & trigeſimum diem crura brachiaque ſaneſcere.

μάλα γάρ τι] Hic communia exemplaria ſecuti ſumus. Sic enim legunt tam ſcripta quàm publicata omnia. Gal. tamen, μάλα γάρ τι ἐν ὀλίγῳ ἀλλοίην ἀφαιρεῖν legiſſe videtur, etſi aliàs naturæ meminit, vbi hunc locum adducit, vt Com.1. in lib. de rat. vict. in morb. ac.

B ἐπὴν δὲ λύσῃς] Poſt ſeptimum diem iam circumpoſitis ferulis, deligationis & calidæ perfuſionis modum fuſiſſimis verbis proſequitur Gal. lib.6. Meth. med. & Paulus lib.6. Iſtud autem breuioribus his verbis ſic exprimit Celſus. Poſtea leuius aqua calida fouere quia primo digeri materiam opus eſt, tunc euocari. Ergo cerato quoque liquido id leuiter eſt vngendum, perfricandaq; ſumma cutis eſt, laxiuſq; id deligandum eſt. Tertio quoque die ſoluendum, ſic, vt remota aqua calida, cætera eadem fiant: tantummodo ſingulæ faſciæ, quoties reſolutæ fuerint, ſubtrahantur.

καὶ αὖθις μετεπιδείτω] Sic meliora legunt exemplaria, quædam etiam ἢ ὀλίγῳ ἀσθενέστερον μετεπιδείτω minùs rectè.

δίαιτα δὲ ἔστω] δίαιταν ἀνεπαίλλην mediocrem victum diximus ex Galeno, qui μέτριον & μέσην exponit, ſubexilem aut propè vulgatem obaudientes, hoc eſt ſubexiguum & non validæ materiæ. Celſus in fractis famem primùm eſſe neceſſariam ſcribit, deinde à die tertio humidum cibum, ſublata inflammatione paulò pleniorem, eumq; qui carnem alat: per omne tempus vinum eſſe alienum. Item primis diebus habendum ſilentium & quieſcendum. Idem primis diebus famem conſulit, deinde tum cùm iam increſ-

C cere callum oportet, liberalius alimentum, longam à vino abſtinentiam.

ἡ χεὶρ αἰωρείσθω] Erotianus αἰωρείσθω hic legiſſe videtur, quod ἀπαιωρεῖται exponit, hoc eſt ſuſpenditur aut dependet.

ὡς περ νόμος] Hunc locum explicat Gal. Com.2. in lib. κατ' ἰητρ. Erotianus autem νόμον δίκαιον, λόγον συμφέροντα exponit, hunc locum procul omni dubio ſubindicans.

ὁ δὲ ἄλλος πῆχυς] Sic legunt exemplaria omnia manu ſcripta. Galenus verò ὅλος πῆχυς. Quædam etiam ἄλλως, minùs rectè. Reliqua omnia exemplaria manu ſcripta μὴ μετέωρος ἦ legunt: etſi Caluus ſine negatione legiſſe videtur, in eoque magnam amphibologiam ſecutus videtur, cùm cubitum ſublimem & altum eſſe voluit, quem ſuſpenſum dixiſſe oportuit. Aut certè negatio adſcribenda fuit, ad Hippocratis & Galeni notionem exprimendam.

χρὴ οὖν ἐν ταινίῃ] Celſus. Deligari autem brachium debet, paulùm pollice ad pectus inclinato. Siquidem is maximè brachij natura-

D lis habitus ſit, idque inuolutum mitella commodiſſimè excipitur, quæ latitudine ipſi brachio, perangustis capitibus collo iniicitur, atq; ita commodè brachium ex ceruice ſuſpenſum eſt.

Ἢν δὲ ὁ βραχίων κατεαγῇ, ἢν μέν τις ἀποτανύσας τὴν χεῖρα ἐν τουτέῳ τῷ σχήματι διατείνῃ, ὁ μῦς τοῦ βραχίονος κατατεταμένος ἐπιδεθήσεται. ἐπὴν δὲ ἐπιδεθεὶς ξυγκάμψῃ τὸν ἀγκῶνα, ὁ μῦς τοῦ βραχίονος ἄλλο σχῆμα σχήσει. δικαιοτάτη οὖν βραχίονος κατάτασις ἥδε. ξύλον πηχυαῖον ἢ ὀλίγον

E βραχύτερον, οἷοί εἰσιν οἱ στειλαιοὶ τῶν σκαφίων, κρεμάσαι χρὴ ἔνθεν καὶ ἔνθεν σειρῇ δήσαντα. καθῆσθαι δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ ὑψηλοῦ τινος, τὴν χεῖρα ὑπερκεκλασμένον, ὡς ὑπὸ τῇ μασχάλῃ γένηται ὁ στειλαιὸς ἔχων ξυμμέτρως, ὥστε μόλις δύνασθαι καθῆσθαι τὸν ἄνθρωπον, σμικροῦ δέοντα μετέωρον εἶναι. ἔπειτα θέντα τι ἄλλο ἕδρανον, καὶ ὑποθέντα σκύτινον ὑποκεφάλαιον, ἢ ἓν ἢ πλείω, ὅκως ξυμμέτρως σχοίη ὕψεος

F τοῦ πήχεος πλαγίου πρὸς ὀρθὴν γωνίην. ἄριστον μὲν σκῦτος πλατὺ καὶ μαλθακὸν, ἢ ταινίην πλατείην ἀμφιβάλλοντα, τῶν μεγάλων τινὰ σταθμίων ἀπαρτῆσαι, ὅ τι μετρίως ἕξει κατατείνειν. εἰ δὲ μὴ, τῶν ἀνδρῶν ὅστις ἐρρωμένος ἐν τούτῳ τῷ σχήματι τοῦ πήχεος παρὰ τὸν ἀγκῶνα καταναγκαζέτω ἐς τὸ κάτω. ὁ δὲ ἰητρὸς ὀρθὸς μὲν ἐὼν χειριζέτω, τὸν ἕτερον πόδα ἐπὶ ὑψηλοτέρου τινὸς ἔχων, κατορθώσας δὲ τοῖσι θέναρσι τὸ

G ὀστέον. ῥηιδίως δὲ κατορθώσεται. ἀγαθὴ γὰρ ἡ κατάτασις, ἤν τις καλῶς παρασκευάσηται. ἔπειτα ἐπιδείτω, τάς τε ἀρχὰς βαλλόμενος ἐπὶ τὸ κάτηγμα, καὶ τἄλλα πάντα ὥσπερ πρότερον ὑφηγήθη, χειριζέτω. καὶ ἐρωτήματα ταὐτὰ ἐρωτάτω. καὶ σημείοισι χρήσθω τοῖσιν αὐτοῖσιν. ἢν μετρίως ἔχῃ ἢ οὔ. καὶ διὰ τρίτης ἐπιδείτω. καὶ ἐπὶ μᾶλλον πιεζέτω. καὶ ἑβδομαῖον ἢ ἐναταῖον ἐν νάρθηξι δησάτω. καὶ ἢν ὑποπτεύσῃ μὴ καλῶς κεῖσθαι τὸ ὀστέον, μεσηγὺ τουτέου τοῦ χρόνου λυσάτω, καὶ εὐθετισάμενος μετεπιδησάτω.

At verò brachio fracto, ſi quidé manu porrecta diſtentio adhibeatur, brachij muſculus intétus deligabitur, atq; vbi vinctus cubitũ inflexerit, brachij muſculus figurã immutabit. Brachij igitur æquiſſima diſtétio hæc eſt, lignũ cubitale, aut paulò breuius, cuiuſmodi ſunt ligonũ manubria, ab vtraq; parte fune deligatũ ſuſpenſum eſſe oportet. Homo auté alto quodã ſedili collocatus manu ſuperincumbat, ſic vt manubriũ ſub ala ita ſtatuatur, vix vt ille cõſidere poſſit, ſed propè ſuſpenſus maneat. Tũ ſuppoſito firmo aliquo, & ſuperdato puluino vno ſcorteo aut pluribus, ea altitudine quæ obliquè collocato cubito ad rectũ angulũ reſpondeat: præſtiterit quidé ex corio lato & molli, aut faſcia lata ſuperiniecta, graue aliquod pondus quod modicè intédat, ſuſpendere. Alioqui vir robuſtus ſic collocatum cubitũ, ad cubiti flexuram vi quadã deorſum deducat. Medicus verò erectus, altero pede altiore loco collocato, ad curationem aggrediatur, & manuum palmis os componat. Quod certè facile fiet, Hæc enim intendendi ratio laudabilis eſt, ſi quis ea probè vtatur. Poſtea iniectis circa fracturã faſciarum initiis, ad deligationé accedat, cæteraq; omnia quéadmodũ antea monuimus, ad curationé accõmodet, eaſdemq; interrogationes atq; eadé indicia adhibeat, vt intelligat nũ moderatè ſe habeãt necne, & tertio quoq; die deligationé admoueat, magiſq; cõprimat. Septimo aut nono die ferulæ circũdandæ. Ac ſi metus ſit os nõ rectè repoſitũ eſſe, medio ſpatio ſoluere, poſteaq; vbi rectè collocatũ fuerit, religare oporter.

H ἢν μέν τις ἀποτανύσας τὴν χεῖρα] ἀποτανύσας ἐκτείνας exponit Erotianus hunc locum innuens, etſi apud eum ἀποτανύσας legitur.

οἷοί εἰσιν οἱ στειλαιοὶ] στειλαιὸς manubriũ hic ſignificat, vt & στειλειὸν dicitur foramen ſecuris aut ligonũ in quod lignũ immittitur, quod & ὀστελεὸν magis proprie nominatur. Dicitur & στειλειὸς aut στελεὸς Didymo ὁ λαβὴ τοῦ πελέκεως. Codices autem, tum manu ſcripti, tum publicati, mendosè στυλαιὸς legunt. Ex quo etiam ad Paulum vitium dimanauit lib.6. cap.99. Cùm namque hunc intendendi modum ex Hippocrate deſcribit, ξύλον ὡς στυλίον vocat, quod columnulæ modo dixerunt Interpretes. Idem quoque 115. & 118. lib.6. eundem extendendi modum indicans, τὸ στύλιον vocat, baculum inſtar columnulæ rotundum ſignificans. Sed ſanè vtrobique στειλαιὸς ex Hippocrate legendum eſſe apparet. Alios verò intendendi brachij modos apud Paulum videre licet, præcipueq; ex Sorano, quem ferè hodie Chirurgi noſtri ſequuntur: neque enim funes aut lora, ſed manus tantum adhibent. Cornelius autem Celſus proprium quendam intendendi humeri modum deſcribit. Siquidem humerus fractus, non ſic, vt membrum aliud intenditur. Quem quidem quia valde obſcurus eſt, & in exemplaribus noſtris omninò deprauatus, ideoque multis malè acceptus, integrum apponere operæpre-

tium videtur. Homo collocatur alto ſedili, medicus autem humiliore aduerſus. Vna faſcia brachium amplexa, ex ceruice ipſius qui læſus eſt, id ſuſtineat. Altera ab altera parte ſuper caput data, ibi accipit nodum. Tertia vincto imo humero deorſum demittitur, ibi quoque capitibus eius inter ſe vinctis. Deinde ab occipitio ipſius, miniſter ſub ea faſcia quam ſecundo loco poſui, correptum, ſi dexter humerus ducendus eſt, dextro, ſi ſiniſter, ſiniſtro brachio, demiſſum inter femina eius qui curatur, baculum tenet: Medicus ſuper eam faſciam de qua tertio loco dixi, palmam inijcit dextram, ſi ſiniſter, ſiniſtram, ſi dexter humerus ducatur, ſimulque alteram faſciam miniſter attollit, alteram premit medicus. Quò fit vt leuiter humerus extendatur. A

ἐφῇ ὕπερόν τι] *ὑπερῷον* habent exemplaria quædam manu ſcripta Regia, quæ etiam videtur ſecutus Caluus. Quædam etiam *ὑπερῷόν τι* vitioſè legunt. Paulus lignum vult per ſumma de trabe fune ſuſpenſum. Et Erotianus *ἐφῇ τῷ ὑπέρῳ* exponit, hunc certe locum ſubnotans.

ὥστε μόλις διαιᾶσθαι καθήμενον τὸ ἀκρώμιον] Sic ſanè legunt omnia exemplaria tum manu ſcripta, tum publicata, quæ ſonant (vix vt eò perueniat) hoc eſt, manubrium ea commoderatione ſub ala aptetur, vix vt eò ſedens contingat, ac niſi propè ſublimis & ſuſpenſus. Quæ certè lectio perſpicua eſt. Sed pro *καθήμενος καθῆσθαι* omnes Interpretes legiſſe videntur, quos etiam ſecuti ſumus. Vitioſa ſunt autem exemplaria quæ *καθίζομαι* habent, vt & ea quæ *σμικρῷ δ' ἴσον μετέωρον εἶναι*, pro *σμικρῷ ἧσσον*. Paulus hominem alto ſedili collocatum, paulò erectiorem eſſe vult, quàm in ea figura quæ *ὀρθοκαθεύδειν* (quòd in ea erecta ceruice dormiatur) dicitur, aut à recta ſeſſione *ὀρθοκαθεδρία*. Sic enim quidam legendum exiſtimant. B

σκύτινον ὑποκεφάλαιον] Erotianus *σκύτινον ὑποκεφάλαιον* legit, ſi modo integra eſt ſcriptio, idque exponit *δερμάτινον προσκεφάλαιον, ὅπερ ἐστὶ πούλβινον*. Scorteum puluinum Celſus vocat.

καὶ εὐθετιζόμενος μετὰ τοῦ σκίμποδος] *εὐθετιζόμενος* *κατακλίνας* exponit Erotianus apud Hippocrat. hoc certè ſubnotato loco, quod eſt conſternens, probè collocans, tanquam ab *εὐθετίζομαι*, cum tamen *εὐθετιζόμενος* legant exemplaria omnia.

Firmatur autẽ brachij os diebus ferè quadraginta. Quos vbi exceſſerit, reſoluendũ, minuſq; adſtrictis faſcijs ac paucioribus vinciendũ. Victus quoq; ratio exquiſitior quodãmodo ac diuturnior quàm antea adhibenda, coniectura ex tumore qui in ſumma manu eſt eiuſq; viribus, ſumpta. Illud præterea animaduertendũ, brachium ſuapte natura in exteriorẽ partẽ inclinari, eoq; ſi malè curetur, diſtorqueri ſolere. Quin & reliqua omnia oſſa, qua parte naturaliter diſtorta ſunt, eò, vbi fracta curantur, facilè peruerti conſuerũt. Si qua igitur talis eſt ſuſpicio, faſcia lata brachio circumijcienda & ad pectus circũducenda. Cumq; quieſcere volet, inter cubiti gibbum & coſtas, ſplenium quoddã multiplex inuolutum, aut aliud quidpiã eiuſmodi, ſubijciendũ. Hac enim ratione incuruati oſſis directio fiet. Ea tamen cautione adhibita, vt ne nimis ad interiorẽ partem ducatur. Pes autem hominis ex multis & paruis oſſibus, non ſecus ac ſumma manus, conſtat. Quę neq; ferè frangi conſuerũt, niſi ab acuto aliquo & graui, vnà quoq; carnoſæ partis vulnus accedat. Sed de vulneratorũ curatione, vbi de vlcerib. agetur, dicemus. Quòd ſi quid ſuo loco moueatur, aut digitorũ articulus, aut aliud quodpiã os ex his quæ primã plantã conſtituunt, (quã *ταρσὸν* vocant) in ſuam quodq; ſedẽ compellendũ, non ſecus ac in manu. Curatioq; adhibenda per ceratũ, ſplenia & faſcias, nõ ſecus ac in fracturis, ferulis prętermiſſis, eodẽ modo cõprimendo, ac tertio quoq; die deligando. Interrogandus quoq; is qui vincitur, perinde etiã ac in fracturis, adſtrictáne ſit, an laxa deligatio. Saneſcũt autẽ perfectè omnia viginti diebus, niſi ſi quæ cũ tibiæ oſſib. cõmunionẽ habent, eiq; è directo reſpondent. Quo tẽpore decumbere cõfert, id tamẽ nõ ſuſtinẽt, qui morbũ parui faciẽtes, obãbulãt priùs quã ſani ſint. Ideoq; plæriq; non integrè cõualeſcunt, ſed ſubinde, nõ iniuria, eos doloris ſenſus cõmonefacit. Nam cùm totum corporis onus pedes ſuſtineãt, vbi nondũ ſani deãbulant, articuli agitati nõ rectè curantur, eaq; de cauſa ſubinde ad tibiam dolores ſentiũt. Quæ verò cum tibiæ oſſib. cõmunionẽ habent, tũ reliquis maiora ſunt, tum agitata lõgius tempus ad curationem poſtulant. Curandi tamen eadẽ eſt ratio. Plures autẽ faſcias & ſplenia adhibere oportet, omninoq; vtraq; parte deligare & adſtringere, vt reliqua omnia, ea potiſſimùm parte qua os emotũ eſt, eoq; primùm faſcias circũducere. At quoties faſciæ ſoluũtur, calida multa vtendũ.

10 Κρατύνεται δὲ μάλιστα βραχίονος ὀστέον ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν. ἐπὴν δὲ ταύτας ὑπερβάλλῃ, λύειν χρή, καὶ ἐπὶ ἧσσον πιέζειν τοῖσιν ὀθονίοισι, καὶ ἐπὶ ἐλάσσοσιν ἐπιδεῖν. διαιτῆν δὲ ἀκριβεστέρην τινὰ ἢ τὸ πρότερον διαιτᾶν, καὶ πλείω χρόνον. τεκμαίρεσθαι δὲ πρὸς τοῦ οἰδήματος τοῦ ἐν ἄκρῃ τῇ χειρὶ τὴν ῥώμην ὁρῶν. προσξυνιέναι δὲ χρὴ καὶ τάδε, ὅτι βραχίων κυρτὸς πέφυκεν ἐς τὸ ἔξω μέρος, καὶ διαστρέφεσθαι φιλέει, ἐπὴν μὴ καλῶς ἰητρεύηται. ἀτὰρ καὶ τἄλλα πάντα ὀστέα εἰς ὅπερ πέφυκε διεστραμμένα, ἐς τοῦτο καὶ ἰητρευόμενα φιλέει διαστρέφεσθαι, ἐπὴν κατεαγῇ. χρὴ τοίνυν ἐπὴν τοιοῦτό τι ὑποπτεύηται, ταινίῃ πλατείῃ προσπεριλαμβάνειν τὸν βραχίονα, κύκλῳ περὶ τὸ στῆθος περιδέοντα. καὶ ἐπὴν ἀναπαύεσθαι μέλλῃ, μεσηγὺ τοῦ ἀγκῶνος καὶ τῶν πλευρέων σπλῆνά τινα πολύπτυχον πτύξαντα ὑποτιθέναι, ἢ ἄλλο τι ὃ τι τούτῳ ἔοικεν. οὕτω γὰρ ἂν ἰθὺ τὸ κύρτωμα τοῦ ὀστέου γένοιτο. φυλάσσεσθαι μέντοι χρή, ὅπως μὴ ἦ ἄγαν ἐς τὸ ἔσω μέρος.

11 Ποὺς δὲ ἀνθρώπου ἐκ πολλῶν καὶ μικρῶν ὀστέων σύγκειται, ὥσπερ χεὶρ ἄκρη. κατάγνυται μὲν οὖν οὐ πάνυ τι ταῦτα τὰ ὀστέα, ἢν μὴ ξὺν τῷ χρωτὶ τιτρώσκηται ὑπὸ ὀξέος τινὸς ἢ βαρέος. τὰ μὲν οὖν τιτρωσκόμενα, ἐν ἑλκωσίων μέρει εἰρήσεται ὡς χρὴ ἰητρεύειν. ἢν δέ τι κινηθῇ ἐκ τῆς χώρης, ἢ τῶν δακτύλων ἄρθρον, ἢ ἄλλο τι τῶν ὀστέων τοῦ ταρσοῦ καλεομένου, ἀναγκάζειν μὲν χρὴ ἐς τὴν ἑωυτοῦ χώρην ἕκαστον, ὥσπερ καὶ τὰ ἐν τῇ χειρὶ εἴρηται. καὶ ἰητρεύειν δὲ κηρωτῇ καὶ σπλήνεσι καὶ ὀθονίοισιν, ὥσπερ καὶ τὰ κατήγματα, πλὴν τῶν ναρθήκων. τὸν μὲν αὐτὸν τρόπον πιέζοντα, διὰ τρίτης δὲ ἐπιδέοντα. ὑποκρινέσθω δὲ ὁ ἐπιδεόμενος παραπλήσια, οἷάπερ καὶ ἐν τοῖσι κατήγμασι, καὶ περὶ τοῦ πεπιέχθαι, καὶ περὶ τοῦ χαλαρὰν εἶναι. ὑγιέα δὲ γίνεται ἐν εἴκοσιν ἡμέρῃσι τελέως ἅπαντα, πλὴν ὅσα κοινωνέει τοῖσι τῆς κνήμης ὀστέοισι, καὶ αὐτέῃ τῇ ἴξει. ξυμφέρει δὲ κατακεῖσθαι τοῦτον τὸν χρόνον. ἀλλὰ γὰρ οὐ τολμέουσιν ὑπεροφρονέοντες τὸ νόσημα, ἀλλὰ περιέρχονται πρὶν ὑγιέες γενέσθαι. διὰ τοῦτο καὶ οἱ πλεῖστοι οὐκ ἐξυγιαίνουσι τελέως, ἀλλὰ πολλάκις αὖθις ὁ πόνος ὑπομιμνήσκει εἰκότως· ὅλον γὰρ τὸ ἄχθος τοῦ σώματος οἱ πόδες ὀχέουσιν. ὁκόταν οὖν μήπω ὑγιέες ἐόντες ὁδοιπορέωσι, φλαύρως ξυναλθάσσεται τὰ ἄρθρα τὰ κινηθέντα. διὰ τοῦτο ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ὀδυνῶνται τὰ πρὸς τῇ κνήμῃ. τὰ δὲ κοινωνέοντα τοῖς τῆς κνήμης ὀστέοισι, μείζω τε τῶν ἑτέρων ἐστὶ, καὶ κινηθέντων τούτων πουλυχρονιωτέρη ἡ ἄλθαξις. ἴησις μὲν οὖν ἡ αὐτή. ὀθονίοισι δὲ πλείοσι χρέεσθαι, καὶ σπλήνεσι. καὶ ἐπὶ πολὺ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπιδεῖν. πιέζειν δὲ ὥσπερ καὶ τἄλλα πάντα, ταύτῃ μάλιστα ᾗ ἐκινήθη, καὶ τὰς πρώτας περιβολὰς τῶν ὀθονίων, κατὰ ταῦτα ποιέεσθαι.

ἐν δὲ

A ἐν δὲ ἐξαρθρήσει τῶν ἀπολύσεων, ὕδατι πολλῷ θερμῷ χρῆσθαι, ἐν πᾶσι δὲ πολλὸν ὕδωρ θερμὸν καταχέειν τὰ κατ' ἄρθρα σίνεα. αἱ δὲ πιέξιες καὶ αἱ χαλάσιες, ἐν τοῖσιν αὐτέοισι χρόνοισι τὰ αὐτὰ σημεῖα δηλούντων, ἅπερ ἐπὶ τοῖσιν πρόσθεν, καὶ τὰς μεταπιδέσιας, ὡσαύτως χρὴ ποιέεσθαι. ὑγιέες δὲ τελέως ἐπὶ γίνονται ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι μάλιστα, ἢν ἀτρεμίσωσι κατακεῖσθαι. ἢν δὲ μὴ, πάσχουσι ταῦτα ἃ καὶ πρότερον, καὶ ἐπὶ μᾶλλον.

Ea nanq; in omnibus articulorũ læſionib. liberaliter affundenda. Cõpreſſiones verò & laxaméta iiſdẽ tẽporibus fieri, eadẽ quæ ſupra ſigna oſtendunt. Quod & vbi religare expedit, itidẽ factitandũ. Hi autem, ſi decumbere nõ grauentur, quadraginta ferè diebus in totũ conualeſcunt. Sin minus, cùm his quæ priùs expoſita ſunt, tum etiam grauioribus malis afficiuntur.

B [10] κρατύνεται δὲ] Paulus quoque lib. 6. brachij & tibiæ os intra quadrageſimum diem callo ferruminari ſcribit. Celſus inter ſeptimum & vigeſimum, & quadrageſimum, humerum & femina ſaneſcere.

ἐν βραχίονι κυρτὸς πέφυκεν] Brachij os extrinſecus quidem magis eſſe gibberoſum, internis verò partibus ſimum, ſcribit Gal. cap. 16. lib. 2. de vſu part. eiuſq; rationem reddit.

ὅπως μὲν ἢ ἄγαν ἐς τὸ ἔσω μέρος] ἔξω legit Caluus refragantibus omnibus exemplaribus, tum etiam ſenſũ ipſo.

[11] πῶς δὲ ἀνθρώπου] Hunc locum adducit Gal. lib. 3. de adminiſtr. anatom. & explicat.

ἢν μὴ ξὺν τῷ χρωτὶ] χρώματι legunt exemplaria Regia quædam manu ſcripta, quod χρῶμα etiam cutis dicatur & corporis ſuperficies, eáq; etiam dictione vtitur Hip. lib. περὶ χυμῶν. χρωτὶ tamen legunt reconditiores membranæ, vt & Galenus.

ἀναγκάζειν δὲ χρὴ] Chirurgi noſtri, ad oſſium in ſumma manu compoſitionem, tabella plana ex Pauli præſcripto vtuntur, quale C quid etiam in manus luxatione præcipit Hippocr. libr. de art. In ſummo pede, ex Albucaſis conſilio, pedem læſum ſolo affigunt, deinde ſupra os prominens durum aliquid ſuperimponunt, & os prolapſum plantæ pedis calcant ac vrgent, vt vis facta faciliùs in ſuam ſedem compellat. Quod ſanè ex Hippoc. quoq; lib. de artic. ſumptum videtur.

ὑγιέες δὲ γίνονται ἐν εἴκοσιν ἡμέρῃσι] Celſus intra vnum & vigeſimum diem ferè ſaneſcere os tali, calcem, manum, plantam, ſcribit.

ἐν δὲ ἐξαρθρήσει τῶν ἀπολύσεων] ἀπολύσιας hoc mihi videtur loco exponere Erotianus, ἢ τὰς τῶν ἄρθρων ἀπολύσεις, ἢ τὰς τῶν ἐπιδέσμων λύσεις.

[11] Ὅσοι δὲ πηδήσαντες ἀφ' ὑψηλοῦ τινος ἐνεστήριξαντο τῇ πτέρνῃ ἰσχυρῶς, τουτέοισι διΐστανται μὲν τὰ ὀστέα, φλέβια δὲ ἐκχυμοῦνται, ἀμφιφλασθείσης τῆς σαρκὸς D ἀμφὶ τὸ ὀστέον, οἴδημα δὲ ἐπιγίνεται καὶ πόνος πουλύς. τὸ γὰρ ὀστέον τοῦτο οὐ σμικρόν ἐστι, καὶ ὑπερέχει μὲν ὑπὸ τὴν ἰθυωρίην τῆς κνήμης, κοινωνέει δὲ φλεψὶ καὶ νεύροισιν ἐπικαιρίοισιν. ὁ τένων δὲ ὁ ὄπισθεν τούτῳ προσήρτηται τῷ ὀστέῳ. τούτους χρὴ ἰητρεύειν μὲν κηρωτῇ καὶ σπλήνεσι καὶ ὀθονίοισιν. ὕδατι δὲ θερμῷ πλείστῳ τουτέοισι χρῆ- E σθαι, καὶ ὀθονίοισι πλείοσιν. ἐπὶ τουτέοισι δεῖ καὶ ἄλλως ὡς βελτίστων καὶ προσηνεστάτων. καὶ ἢν μὲν τύχῃ ἁπαλὸν τὸ δέρμα φύσει ἔχον τὸ ἀμφὶ τὴν πτέρνην, ἐᾷν οὕτως. ἢν δὲ παχὺ καὶ σκληρὸν οἷα μετεξέτεροι ἴσχουσιν, κατατάμνειν χρὴ ὁμαλῶς τε καὶ λεπτύνειν μὴ διατιτρώσκοντα. ἐπιδέειν δὲ ἀγαθῶς, οὐ παντὸς ἀνδρός ἐστι τὰ τοιαῦτα. ἢν γάρ τις ἐπιδέῃ, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὰ σφυ- F ρὰ ἐπιδεῖται, ὅτε μὲν περὶ τὸν πόδα περιβαλλόμενος, ὅτε δὲ περὶ τὸν τένοντα, αἱ ἀποσφίγξιες αὗται χωρίζουσι τὴν πτέρνην, ᾗ τὸ θλάσμα ἐγένετο. καὶ οὕτω κίνδυνος σφακελίσαι τὸ ὀστέον τῆς πτέρνης. καίτοι ἢν σφακελίσῃ τὸν ἅπαντα χρόνον ἱκανὸν ἀντέχειν τὸ νόσημα. καὶ γὰρ τἆλλα ὅσα μὴ ἐκ τοιούτου τρόπου σφακελίζει, ἀλλ' ἐν κατακλίσει μελανθείσης τῆς πτέρνης ὑπὸ ἀμελείης τοῦ σχήματος, ἢ ἐν G κνήμῃ τρώματος γενομένου, ἐπικαίρου καὶ χρονίου, καὶ κοινοῦ τῇ πτέρνῃ, ἢ ἐν μηρῷ, ἢ ἐπὶ ἄλλῳ νοσήματι ὑπὸ ὑπτιασμοῦ χρονίου γενομένου. ὅμως καὶ τοῖσι τοιούτοισι χρόνια καὶ ὀχλώδεα, καὶ πολλάκις ἀναρρηγνύμενα, ἢν μὴ χρηστῇ μὲν μελέτῃ θεραπευθῇ, πολλῇ δὲ ἡσυχίῃ. ὡς τοῖσί γε ἐκ τοῦ τοιούτου τρόπου σφακελίζουσι, κινδύνους μεγάλους τῷ σώματι παρέχει πρὸς τῇ ἄλλῃ λύμῃ. καὶ γὰρ πυρε- H τοὶ ὑπεροξέες, ξυνεχέες, τρομώδεες, λυγγώδεες, γνώμης ἁπτόμενοι, καὶ ὀλιγημέρεοι κτείνοντες. γίνοιτο δ' ἂν καὶ φλεβῶν αἱμόρροων πελιώσιες, ναυσιώδεες, καὶ γαγγραινώσιες ὑπὸ τῆς πιέξιος. γίνοιτο δ' ἂν ταῦτα ἔξω τῆς ἄλλης σφακελίσιος. ταῦτα μὲν οὖν εἴρηται, οἷα τὰ ἰσχυρότατα θλάσματα γίνεται. τὰ μέντοι πλεῖστα ἡσυχαίως ἀμφιφλᾶται, καὶ οὐδὲν μὲν πολλὴ σπουδὴ τῆς μελέτης, ἀλλ' ὅμως ὀρθῶς γε χρὴ χειρίζειν. ὅπου μέντοι ἰσχυρὸν δόξῃ εἶναι τὸ ἔρεισμα, τά τε εἰρημένα ποιέειν χρή. καὶ τὴν ἐπίδεσιν τὴν πλείστην

Qui ab alto deſilientes, calci vehementi cum impetu innituntur, iis oſſa quidem diducuntur, venulæ, carne circa os colliſa, ſanguinem effundunt, tumorque ac dolor multus ſuperuenit. Neque enim hoc os exiguum eſt, ſubterque è directo tibiæ prominet, & communionem cum venis & neruis magnis habet. Huic quoq; oſſi poſteriore parte tẽdo annectitur. Curandi autem ſunt cerato, ſpleniis & faſciis, calidaq; liberaliter affundenda, & pluribus faſciis vtendum, tum præcipuè etiam quàm optima & leniſſima adhibenda. Quòd ſi cutis quæ calcem ambit natura mollis extiterit, ſic ſinere oportet. Sin craſſa & dura, qualis in cęteris cernitur, ea æqualiter incidẽda & attenuanda eſt, neq; tamen vulneranda. Iſta autẽ rectè deligare nõ eſt cuiuſuis. Si quis enim eo modo deuinciat, quo cætera circa malleolos vinciuntur, partim quidem ad pedem, partim verò ad tendinẽ faſcia circumiecta, huiuſmodi faſciarum cõſtrictiones, calcem qua colliſio extitit ſeiungunt, vnde ei ſyderationis periculum impendet. Quod ſi accidat, toto æuo perdurat. Nam quæ aliæ ſunt ſyderationes, velut vbi ex decubitu negligẽter collocato calce is nigreſcit, aut, ſiue ex inſigni & diuturno tibiæ aut fœmoris vulnere, quod calci cõmunicatum fuerit, ſiue ex alio morbo, diu ſupini ægri decubuerint: eæ tamẽ iis diuturnæ & moleſtæ ſunt, & quæ ſæpè recrudeſcunt, niſi optima diligentia & longa quiete curẽtur: Quare quæcunq; huiuſmodi ſyderationes contingunt, ea præter aliam noxiã, corpus quoq; in ſummũ diſcrimen adducunt. Febres enim admodum acutæ ſuperueniunt, aſſiduæ, cũ tremore & ſingultu, mentẽ tentantes, & quæ paucis diebus ægrum è medio tollant. Exiſtunt quoque venarum ſanguinem fundere ſolitarum liuores, eæque veluti nauſeabundæ ſanguinem refundunt, & cancero propter compreſſionem occupantur. Poſſunt etiam iſta incidere abſque alia ſyderatione. Atq; hæc quidem ad vehementiſſimas colliſiones referenda ſunt. Plurima tamen leuiter colliduntur, ac neq; magnum ſtudium aut diligentiam requirunt, nihilominus rectè tractari debent. Vbi autem vehemens illiſio incumbere videbitur, tum fulcire, tum quæ dicta ſunt facere conuenit. Tum verò maxima faſciæ parte

ad calcem circumiecta, partim ſummũ pedẽ, partim medium, interdũ etiam quę ad tibiã ſunt, oppoſitis inter ſe ductibus obuoluere, tum vicinas partes omnes hinc & inde, velut ante dictũ eſt, vinculis cõprehendere, neq; vehementẽ quidẽ compreſſionẽ, ſed multas tamen linteorũ conuolutiones facere. Pręſtat autẽ eodem aut poſtero die, veratri potionẽ exhibere, tertioq; die ſoluere, ac rurſus deligare. Recrudeſcat verò necne morb. his indiciis cognoſcetur. Nanq; vbi ſanguis è venis refuſus, aut quæ nigricant, quæq; his vicina ſunt aliquãtulum rubeſcunt aut obdureſcũt, periculum eſt ne recrudeſcat. Quòd ſi febre vacet æger, ſurſum purgante medicamẽto vtendũ, velut dictum eſt, quod idẽ etiam cõuenit, vbi febris nõ eſt aſſidua. Eo nanq; ſi febris fuerit aſſidua abſtinẽdum, vt & cibis ac ſorbitionibus, potioneq; vtendum aquæ non vini, ſed aquæ mulſæ acidæ, ὀξύγλυκυ vocãt. At ſi nullus recrudeſcẽtis morbi metus eſt, ſugillata & nigrores, circumuicinæq; partes, citra duritiem, aliquantulum ex virore palleſcunt. Id quod certum eſt in omnibus ſugillatis indiciũ, non futurum vt vnquã morbus recrudeſcat. Quæ verò cum duritie liuent, ea certè ne nigreſcant periculum eſt. Ac danda eſt opera vt pes plærunq; reliquo corpore paulò altior collocetur. Sanus autẽ, ſi quieſcat, intra ſexaginta dies euadet.

ποιέεσθαι ἀμφὶ τὴν πτέρνην περιβαλόντα. ἄλλοτε πρὸς τὰ ἄκρα τοῦ ποδὸς ἀντιπεριβάλλοντα, ἄλλοτε πρὸς τὰ μέσα, A
ἄλλοτε πρὸς τὰ περὶ τὴν κνήμην. πρὸς τοῦτο δὲ καὶ τὰ πλησίον πάντα, καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται. καὶ ἰσχυρῶς μὲν μὴ πιέζειν τῇ πίεξει, πολλοῖσι δὲ τοῖς ὀθονίοισιν. ἄμεινον δὲ καὶ ἐλλέβορον πιπίσκειν αὐθημερὸν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ ἀπολύσαι δὲ τριταῖον καὶ αὖθις μεταπιδῆσαι. σημεῖα δὲ τάδε ἢν παλιγκοτήσῃ, ἢ οὔ. ἐπὴν μὲν τὰ ἐκχυμώματα τῶν φλεβῶν, καὶ τὰ μελάσματα, καὶ τὰ ἐγγὺς ἐκείνων ὑπέρυθρα ᾖ καὶ B
ὑπόσκληρα, κίνδυνος παλιγκοτῆσαι. ἀλλ' ἢν μὲν ἀπύρετος ᾖ, φαρμακεύειν ἄνω χρὴ ὥσπερ εἴρηται. καὶ ὅστις μὴ ξυνεχῶς πυρεταίνῃ, ἢν δὲ ξυνεχῶς πυρεταίνῃ, μὴ φαρμακεύειν. ἀπέχειν δὲ σιτίων καὶ ῥοφημάτων. ποτῷ δὲ χρῆσθαι ὕδατι καὶ μὴ οἴνῳ, ἀλλὰ ὀξυγλυκεῖ. ἢν δὲ μὴ μέλλῃ παλιγκοτήσειν τὰ ἐκχυμώματα, καὶ τὰ μελάσματα, καὶ τὰ περιέχοντα ὑπόχλωρα γίνεται καὶ μὴ σκληρά. ἀγαθὸν τοῦτο τὸ μαρτύριον ἐν πᾶσι ἐκχυμώμασιν, ὅσα μὴ C
μέλλει παλιγκοτήσειν. ὅσα δὲ σὺν σκληρύσμασι πελιοῦται, κίνδυνος μὲν μελανθῆναι. τὸν δὲ πόδα ἐπιτηδεύειν χρὴ, ὅκως ἀνωτέρω τοῦ ἄλλου σώματος ἔσται τὰ πλεῖστα. ὀλίγον. ὑγιὴς δὲ ἂν γένοιτο ἐν ἑξήκοντα ἡμέρῃσιν, εἰ ἀτρεμέοι.

[11] τὸ γὰρ ἰσχίον τοῦτο οὐ σμικρόν ἐστι] Omnia pedis oſſa calcem ipſam magnitudine plurimum excedere ſcribit Gal. lib. 3. de vſu part. D eiuſque rei rationem reddit.

ὁ τένων δὲ ὁ ὄπισθεν] De eo agit Gal. lib. 3. de vſu par. cap. 10. Celſus latum neruum, durum & intentum à poſteriore vocat.

περὶ τὸ πόδα περιβαλλόμενος] ἐπιβαλλόμενος legunt exemplaria quædam manu ſcripta Regia non contemnendæ authoritatis.

ἀλλ' ἐν περιβολῇσι] Sic legunt omnia exemplaria, tam manu ſcripta, quam publicata, quæ adhuc videre licuit. Caluus tamen ἐν περικλίσεσι legiſſe videtur.

καὶ πολλάκις ἀναρρηγνύμενα] ἀναρρηγνύμενα hic quæ diſrumpuntur aut quæ recrudeſcunt ſignificant, velut τὰ παλιγκοτέοντα dicuntur in fine lib. de artic. vbi iſta ferè aliis verbis repetuntur. Vocantur etiam τὰ ἀναρρηγνύμενα ἕλκη Paulo, quæ præproperè cicatrice obducta, rurſus orta inflammatione diſrumpuntur aut recrudeſcunt.

ναυτιώντες] ναρκώντες habent vitioſè omnia exemplaria manu ſcripta, quæ etiam ſecutus videtur Caluus. Sed ναυτιώντες ex Galeno legendum apparet. Suntq; ναυτιῶντες in Exegeſi, αἱ παρεκχύσεις τοῦ αἵματος, ἃς δὲ καὶ ἐκχυμώσεις ὀνομάζει. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν ἐπὶ ταῖς ναυσίαις ἐμούντων ἅμα, τοῦτο μέν. Neq; certè cuiquam dubium eſt quin hunc locum indicet, eadem quoque ferè expreſſa explicatione. Dicuntur igitur φλεβῶν ναυτιώσιες venarum nauſeæ aut nauſeationes, hoc eſt veluti nauſeabundarum venarum ſanguinis refuſiones. E

ἔξω τοῦ ἄλλου σφακελισμοῦ] Sic habent meliores & reconditiores membranæ cum publicatis exemplaribus. Quædam etiam σφακελισμοὶ legunt, vitioſè.

ἐπὴν μὲν τι ἰσχυρὸν θλάσμα ᾖ] ἰσχυρὸν πίεσμα hic quidam iungunt, & vehementem fulciendo illiſionem factam intelligunt. Sed nos ἰσχυρὸν ad θλάσμα & πίεσμα ad ſequentia retulimus cum Vidio.

πολλοῖσι δὲ τοῖς ὀθονίοισιν] Sic vetuſtiora & meliora exemplaria, quædam etiam δὲ omittunt. Alia etiam ἐν πολλοῖσι δὲ legunt.

At verò tibiam duo oſſa conſtituunt, quorum quidem vnũ altero hac parte lõgè tenuius, illa verò parte paulò tenuius eſt. Cohærent autẽ inter ſe qua parte pedem contingunt, cõmuneq; habent oſſis accremẽtum, ſed in tibiæ directione non cohærent. Ad femur verò adnato quodam oſſe coniũguntur, quod ſeptum medium habet. Oſq; alterũ qua parte paruum digitũ ſpectat, paulò longius producitur. Ac oſſium tibiæ natura ſic ſe habet. Atq; hæc vtraq; oſſa interdũ quidẽ qua pedem contingũt, vna cum adnato oſſe ſuis ſedibus excidunt, quandoq; verò adnatum os dimouetur, quandoq; etiam alterũ os. Hæc ſanè, modò homines quieſcant, minùs moleſtiæ exhibẽt, quàm quæ in prima manus iunctura exiſtũt. Curatio verò in vtroq; aſſimilis. Nam & hic per intẽtionẽ repoſitio, velut in illis, molienda. Quanquã eò valentiorẽ hęc intentionẽ deſiderant, quò validius hac parte corpus eſt. Vt plurimum tamen duo viri ſatis ſunt, qui in diuerſa cõtendãt: ſin minus, valentiorẽ intentionẽ moliri procliue eſt. Aut .n. humi defoſſo rotę modiolo, aut alia quapiã re huic ſimili, molle aliquid ad pedẽ circũdare oportet, deinde loris bubulis latis pedẽ circumuincire, eorũq; capitib. aut ad piſtillũ, aut ad aliud lignũ alligatis, lignũ, ſũma ei' parte in modiolũ immiſſa, reflectere,

[11] ἡ δὲ κνήμη δύο ὀστέα ἐστί. τῇ μὲν συχνῷ λεπτότερον τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου. τῇ δὲ οὐ πολλῷ λεπτότερον. ξυνέχεται δὲ ἀλλήλοισι τὰ πρὸς τοῦ ποδὸς, καὶ ἐπίφυσιν κοινὴν ἔχει. ἐν F
ἰθυωρίῃ δὲ τῆς κνήμης οὐ ξυνέχεται. τὰ δὲ πρὸς τοῦ μηροῦ ξυνέχεται, καὶ ἐπίφυσιν ἔχει. καὶ ἡ ἐπίφυσις διάφυσιν. μακρότερον δὲ τὸ ἕτερον ὀστέον σμικρῷ τὸ κατὰ τὸν σμικρὸν δάκτυλον. ἡ μὲν φύσις τοιαύτη τῶν ὀστέων τῶν ἐν τῇ κνήμῃ. ὀλισθάνει δὲ ἔστιν ὅτε τὰ πρὸς τοῦ ποδὸς. ὅτε μὲν ξὺν τῇ ἐπιφύσει ἀμφότερα τὰ ὀστέα. ὅτε δὲ ἡ ἐπίφυσις ἐκινήθη, ὅ- G
τε δὲ τὸ ἕτερον ὀστέον. ταῦτα δὲ ὀχλώδεα μὲν ἧσσον, ἢ τὰ ἐν τῷ καρπῷ τῶν χειρέων, ἢν τολμῶσιν ἀτρεμέειν οἱ ἄνθρωποι. ἴησις δὲ παραπλησίη οἵηπερ ἐκείνῳ. τὴν τε γὰρ ἐμβολὴν χρὴ ποιέεσθαι ἐκ κατατάσιος ὥσπερ ἐκείνων, ἰσχυροτέρης δὲ δεῖται τῆς κατατάσιος, ὅσῳ ἰσχυρότερον τὸ σῶμα ταύτῃ. ἐς τὰ πλεῖστα μὲν γὰρ ἀρκέουσιν ἄνδρες δύο, ὁ μὲν ἔνθεν, ὁ δὲ ἔνθεν τείνοντες. ἢν δὲ μὴ ἰσχύωσιν, ἰσχυροτέρην H
ῥηΐδιόν ἐστι ποιέειν τὴν κατάτασιν. ἢ γὰρ πλήμνην κατορύξαντα χρὴ, ἢ ἄλλο τι ὃ, τι τούτῳ ἔοικεν, μαλθακὸν τι περὶ τὸν πόδα περιβάλλειν. ἔπειτα πλατέσι βοείοισιν ἱμᾶσι περιδήσαντα τὸν πόδα, τὰς ἀρχὰς τῶν ἱμάντων, ἢ πρὸς ὕπερον, ἢ πρὸς ἕτερον ξύλον προσδήσαντας, τὸ ξύλον πρὸς τὴν πλήμνην ἄκρον ἐνθέντα ἀνακλᾷν.

A τῶν δὲ ἀντιτείνειν, ἀναδέοντα τὸν ὦμον ἐγγυθεν καὶ τῆς ἰγνύος.

[ἡ δὲ κνήμη δύο ὀστέα ἔχει] ἔστι legunt reconditiores membranæ manu ſcriptæ. ἔχει etiam habent quædam non ita vetuſtæ. Cæterum iſtud Celſus ſic exprimit. Ipſum autẽ crus eſt ex oſſibus duobus. Etenim per omnia femur humero, crus vero brachio ſimile eſt: adeo vt habitus quoq; & decor alterius ex altero cognoſcatur, quod ab oſſibus incipiẽs, etiam in carne reſpondet. Verùm alterum os ab exteriore parte ſupra poſitum eſt, quod ipſum quoq; ſura rectè nominatur. Id breuius ſupraq; tenuius, ad ipſos talos intumeſcit.

διάφυσιν] διάφυσις hic ſeptum illud medium aut interſtitium ſignificat, in medio adnati oſſis tibiæ inter vtrumque ſinum protuberans quod inferiora femoris tubercula diſcriminat, eorum grandem ſinum ſubiens. Eminentiam quandam neruεam cartilaginoſamq; vocat lib. de Oſſib. Gal. inter medios tibiæ ſinus aſſurgentem, quæ inter femoris tubercula, veluti in mediam quandam rimam aut ſciſſuram inſeritur. Hanc certè διάφυσιν minùs rectè expreſſiſſe Caluus videtur.

B μακρότερον δὲ τὸ ἕτερον] Suræ os breuius & tenuius, nec adeò protenſum ac tibiæ os ad genu, tum ipſa res clamat, tum ſcribit Galenus lib. 3. † de vſu part. & libello de oſſib. Celſus etiam alterum os dicit à priore parte poſitum, cui tibiæ nomen eſt, longius & in ſuperiore parte plenius, ſolum cum femoris inferiore capite committitur, ſicut cum humero cubitus. Etſi verò inter ſe comparata vtraque oſſa longitudine paria videntur, quod & Iulius Pollux teſtatur libr. 2. Suræ tamen os qua minimum digitum ſpectat tanto longius producitur, quanto altius tibiæ os ad femur ſupra porrigitur. Eamque lectionem ex Galeni mente ſecuti ſumus. Alioqui certè ſi communis eſſe adnata appendix conſeatur, ſimpliciter ſuræ os longius eſſe dicatur. Quod etiam ſubindicare videtur Galenus in Comment. † *Cap.* 13.

ὁ γὰρ πλήμνην] πλήμνην, τροχοῦ χοινικίδα exponit Galenus in Exegeſi, vt hic quoque. Sic enim legendum apparet, cùm tamen πλήμνην legiſſe videatur. Erotianus quoque πλήμνας, τὰς χοινικίδας τοῦ τροχοῦ δι' ὧν ὁ ἄξων στρέφεται, exponit, idque nouè admodum, cùm non axis,

C ſed rota aut modiolus circum ipſum axem voluatur. Quam expoſitionem etiam Homeri Scholiaſtes adſcribit Iliad. ε. Heſychius πλήμνας eſſe ſcribit τὰς περιεχούσας τὸν ἄξονα χοινικίδας. Eidem etiam πλήμνη, ἡ χοινικὶς τοῦ τροχοῦ ἢ τὸ ἀντυγος dicitur, ἀπὸ τοῦ πληροῦσθαι ὑπὸ τοῦ ἄξονος. Pollux etiam πλήμνην τὸ περιλαμβάνον τὸν ἄξονα dicitur. Vtitur hac dictione Homerus (vt etiam teſtatur Gal.) Il. ε. (v. 726.) πλῆμναι δ' ἀργύρου εἰσὶ περίδρομοι ἀμφοτέρωθεν. Et Il. ψ. (v. 339.) ὡς ἄν τοι πλήμνη γε δοάσσεται ἄκρον ἱκέσθαι.

ὁ ὑπέρου: ὕπερον] ὕπερος piſtillum dicit, quo hîc pro vecte vtitur Hippocrates ad extenſionem faciendam. Eſt apud Heſychium ὕπερον περιτροπεῖ paroemia, de iis qui eandem rem factitant, neque finem vllum faciunt. Hoc autem totum admodum leuiter attigiſſe Caluus videtur, vt nec illud ἀνακλῶν expreſſiſſe.

[14] ἔστι δὲ καὶ τὸ ἄνω τοῦ σώματος ἀνάγκην προσλαβεῖν. τοῦτο μὲν ἢν βούλῃ, ξύλον στρογγύλον λεῖον κατορύξας βαθέως, μέρος τι αὐτοῦ ὑπερέχον τοῦ ξύλου μεσηγὺ τῶν σκελέων ποιήσασθαι πρὸς τὸν περίνεον, ὡς κωλύῃ ἀκολουθέειν τὸ σῶμα τοῖσι πρὸς ποδῶν τείνουσιν. ἔπειτα πρὸς τὸ τεινόμενον σκέλος μὴ ῥέπῃ. ἔστω δὲ ἵνα πλάγιος παρακαθήμενος ἀπωθέειν ἔστω γλουτὸν ὡς μὴ περιέλκηται τὸ σῶμα. τοῦτο δὲ καὶ ἢν περὶ τὰς μασχάλας ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὰ ξύλα περιπεπήγῃ. αἱ δὲ χεῖρες παρατεταμέναι φυλάσσωνται, προσεπιλαμβανέσθω δέ τις κατὰ τὸ γόνυ, καὶ οὕτως ἀντιτείνοιτο. τοῦτο δὲ ἢν κατὰ τὸ γόνυ βούληται, ἄλλως ἱμάντας περιδήσας, ἢ περὶ τὸν μηρὸν, πλήμνην ἄλλην ὑπὲρ κεφαλῆς κατορύξας, ἐξαρτήσας τι τῶν ἱμάντων ἐκ τινος ξύλου, τὸ ξύλον σπεύδων ἐς τὴν πλήμνην, τἀναντία τῶν πρὸς ποδῶν ἕλκειν. τοῦτο δὲ ἢν βούλῃ ἀντὶ τῆς πλημναίης σανίδα ὑποτείνας ὑπὸ τὴν κλίνην μετρίην. ἔπειτα πρὸς δὲ τῆς σανίδος, ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὴν κεφαλὴν σπεύδων, καὶ ἀνακλῶν τὰ ξύλα, κατατείνειν τοὺς ἱμάντας. ἢν δὲ θέλῃς, ὀνίσκοις κατατείνειν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἐπ' ἐκείνων τὴν κατάτασιν ποιέεσθαι. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τρόποι κατατασίων. ἄριστον δὲ ὅστις ἐν πόλει μεγάλῃ ἰητρεύει, κεκτῆσθαι ἐσκευασμένον ξύλον ἐν ᾧ πᾶσαι ἀνάγκαι ἔσονται πάντων τῶν καταγμάτων, πάντων δὲ ἄρθρων ἐμβολῆς ἐκ κατατάσιός τε μοχλεύσιος. ἀρκεῖ δὲ τὸ ξύλον ἢν ᾖ τοιοῦτον, οἷόν ἐστι τετράγωνοι στῦλοι οἱ δρύινοι γίνονται, μῆκος καὶ πλάτος καὶ πάχος. ἐπὴν δὲ ἱκανῶς κατατείνῃς, ῥηΐδιον ἤδη τὸ ἄρθρον ἐμβάλλειν. ὑπεραιωρέεται γὰρ ἐς ἰθυωρίην ὑπὲρ τῆς ἀρχαίης ἕδρης. κατορθώσαντα οὖν χρὴ τοῖσι θέναρσι τῶν χειρῶν, τοῖσι μὲν ἐς τὸ ἐξεστηκὸς ἐρείδοντα, τοῖσι δὲ ἐπὶ θάτερα κατώτερον τοῦ σφυροῦ ἀντερείδοντα. ἐπὴν δὲ ἐμβάλῃς, ἢν μὲν οἷόν τε ᾖ, κατατεταμένῳ ἐπιδέειν χρή. ἢν δὲ κωλύῃ ὑπὸ τῶν ἱμάντων, ἐκείνους λύσαντα ἀντικατατείνειν ἔστ' ἂν ἐπιδήσῃς. ἐπιδεῖν δὲ τὸν τρόπον, καὶ τὰς ἀρχὰς ὡσαύτως βαλλόμενον κατὰ τὸ ἐξεστηκὸς καὶ τὰς περιβολὰς τὰς πρώτας πλείστας κατὰ τοῦτο ποιέεσθαι, καὶ σπλῆνας πλείστους κατὰ τοῦτο, καὶ τὴν πίεξιν μάλιστα κατὰ τοῦτο, προσεπιδεῖν δὲ καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπὶ συχνόν. μᾶλλον δέ τι τοῦτο τὸ ἄρθρον πιέζεσθαι χρὴ ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιδέσει, ἢ τὸ ἐν τῇ χειρί.

quoſdam verò à ſuperiore parte humeris apprehenſis & poplite, in diuerſum extendere.

Sed & ſuperiori corporis parti, vis hoc modo, ſi lubet, adhiberi poteſt. Ligno tereti, læui, altè defoſſo, pars eius quædam extans media inter crura ad interfœmineum ſtatuatur, ne corpus ad eos qui à pedibus extenſionẽ faciũt, delabatur. Deinde ne in crus quod intenditur inclinet, aliquis à latere aſſidẽs, natem repellat, ne corpus circumducatur. Idem quoq; fiet ſi ad vtranq; alam ligna affigantur, brachiaq; protenſa ſeruentur, alius autẽ genu apprehenſo, ita in diuerſa cõtendat. Quinetiam, ſi placet, hoc molieris aliis habenis ad genu vel femur alligatis, ſi alterũ rotæ modiolum ad caput defoderis, & habenis ad aliquod lignũ quod in rotę modiolũ defixum ſit, religatis, contrariã ei quæ ad pedes fit extenſionẽ feceris. Quin ſi lubet modiolorũ loco, ſubtenſa lecto mediocri trabecula, deinde ad eius capita hinc & inde lignis obſirmatis & reflexis, lora intẽdere licebit. Quòd ſi placet, per aſellos ab vtraq; parte collocatos, extenſionẽ molieris. Sunt & alia quàplurima diſtentionũ genera. Præſtat autẽ eum qui in magna vrbe medicinam factitat, lignũ habere præparatũ, in quo vis omnis contineatur, quæ tã in fractis quàm luxatis omnibus reſtituendis, tum per extẽſionem, tũ per vectis molitionẽ adhibetur. Ad hoc ſatis erit lignũ longitudine, latitudine & craſſitudine, quales columnæ quernæ quadrangulæ fieri aſſolent. Abundè igitur diſtento crure, articulus iam promptè reponitur. Sublimis enim in directũ ſupra priſtinam ſedem tollitur. Ergo manuũ palmis cõponere decet, partim ſupra prominens os vrgendo, partim infra malleolum contra propellendo. Repoſitũ articulum intentũ, ſi fieri poteſt, deligare oportet, ſin lora prohibeant, iis ſolutis, dum vinculum iniectũ ſit, in diuerſa diducere. Deligandum verò eodem modo, faſciarum initiis qua parte os prominet ſimiliter iniectis, primiſq; orbibus quamplurimis eodem volutis, & ſpleniis plurimis ad id adhibitis, illicq; potiſſimum adſtrictis. Prætereaque hinc & inde plurimùm vinculo circundandũ. Hîc verò articulus prima deligatione magis comprimendus, quàm qui in manu eſt.

Iniecto vinculo, pars deligata reliquo corpore ſuperior ſtatuatur. Situs autẽ is eſſe debet, vt pes quàm minimè dependeat. At corporis extenuationẽ talẽ feceris, prout grauis luxatio fuerit, ſiquidẽ nonnulla leuiter, alia multũ luxantur. Omnino magis & diutius in crurũ quàm brachiorũ vulneribus extenuandum eſt, quippe cùm hęc illis ſint maiora & craſſiora. Quinetiã corpus quieſcere & iacere neceſſe eſt. Soluere verò articulũ tertio quoq; die, poſteaq; deligare, neq; quicquam prohibet, neq; vrget. Reliquaq; omnia ſimilem præcedẽtibus curationẽ habeant. At ſi quietus iaceat, ſatis eſſe poſſunt quadraginta dies, dũmodo in priſtinã ſedẽ oſſa reuerterint. Sin quieſcere nolit, & crure difficiliùs vtetur, diutiſſimeq; vinctũ geſtare cogetur.

ἐπὴν δὲ ἐπιδέσῃς, ἀνωτέρω μὲν τοῦ ἄλλου σώματος ἐχέτω τὸ ἐπιδεθέν. τὴν δὲ θέσιν δεῖ ποιέεσθαι οὕτως, ὅκως ἥκιστα ἀπαιωρηθήσεται ὁ πούς. τὴν δὲ ἰσχνασίην τοῦ σώματος οὕτως ποιέεσθαι, ὁκοίην δύναμιν ἔχει καὶ τὸ ὀλίσθημα. τὰ μὲν γὰρ σμικρόν, τὰ δὲ μέγα ὀλισθαίνει. τὸ ἐπίπαν δὲ ἰσχναίνειν μᾶλλον, καὶ ἐπὶ πλείω χρόνον χρὴ ἐν τοῖσι κατὰ σκέλεα τρώμασιν, ἢ ἐν τοῖσι κατὰ χεῖρας. καὶ γὰρ μέζω καὶ παχύτερα ταῦτα ἐκείνων. καὶ δὴ καὶ ἀναγκαῖον ἐλινύειν τὸ σῶμα καὶ κατακέεσθαι. μεταπιδῆσαι δὲ τὸ ἄρθρον, οὔτε τι κωλύει τριταῖον, οὔτε κατεπείγει. καὶ τὰ ἄλλα πάντα παραπλησίως χρὴ ἰητρεύειν, ὥσπερ καὶ τὰ πρόσθεν γεγραμμένα. καὶ ἢν μὲν ἀτρέμα κατακέηται, ἱκαναὶ τεσσαράκοντα ἡμέραι, ἢν μοῦνον ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην τὰ ὀστέα αὖθις καθίζηται. ἢν δὲ μὴ θέλῃ ἀτρεμέειν, χρῆσθαι μὲν οὐ ῥᾳδίως τῷ σκέλει, ἐπιδεῖσθαι δὲ ἀναγκάζοιτ' ἂν πολλὸν χρόνον.

A B

ἀνάγκην περιλαβεῖν] Sic legit magna pars codicum. Quidam etiam ἀνάγκην περιλαβεῖν habent, vt ſit vim extenſionis ſubire aut admittere. ἀνάγκην verò vim etiam exponit Erotianus cùm ſcribit. ἀνάγκη βιαιότερον ἐν τρίτῳ αὐτὴ ἡ βία φησὶ κεῖσθαι τὴν λέξιν. hunc (opinor) locum denotans.

ταινίας τὰς περὶ τὰ σφυρὰ] Caluus perperam à pedibus extenſionem fieri præcipit, cùm in contrariam partem, hoc eſt ad caput attractionem moliri debeamus. C

τὰς κεφαλὰς] Contra Galeni & Hippocratis mentem Caluus habenarum capita dixit, cùm trabeculæ capita & vtraque extrema intelligenda ſint.

ὀνίσκοισι στρεπτοῖσι] ὀνίσκους aſellos vocant ſeu axiculos, per quos extenſionem molimur. Sic ὄνοι dicuntur οἱ ἄξονες, vt hic ſcribit Galenus & in Exegeſi. ὄνος etiam dicitur ſucula, quæ eſt machina tractorij generis, vt ſcribit Budæus, qua vtitur Cato libris de re ruſtica. Eadem etiam ὀνίσκος dicitur, vnde & ὀνεύειν & κατονεύειν ex Galeno in Exegeſi, δι' ὄνων ἐπιστροφῆς τείνειν, per aſellorum circumactionem, aut ſucula verſata extenſionem moliri. Erotiano quoq; ὄνος ὁ ἄξων dicitur, ἤγουν, διὰ τὸ κυκλικὸν τοῦ κινεῖσθαι. ὀνίσκους autem & aſellos deſcribit Paulus cap. 117. lib. 6. D

ὥσπερ ἐν πόλει μεγάλῃ ἰητρεύοντα] ἰητρεῦσι legunt exemplaria duo Regia manu ſcripta, reliqua omnia ἰητρεῖ.

τὴν δὲ θέσιν δεῖ ποιέεσθαι οὕτω] Sic legunt omnia ferè ac meliora exemplaria. Quædam etiam, τὴν δὲ θέσιν δεῖ ποιέεσθαι, οὕτω δή.

At vero vbi oſſa ſuis ſedibus non integrè reſtituũtur, ſed aliqua ex parte deficiũt, temporis lapſu coxa, femur & tibia emacreſcunt. Ac ſiquidem intrò luxatio facta eſt, exteriore parte, ſi extra, interiore parte attenuatio fieri ſolet. Plærunq; tamẽ intrò excidunt. Cum autẽ vtraq; tibię oſſa abſq; vlcere fracta fuerint, validiorẽ intentionem requirũt. Ac ſi pars oſſis aliqua plurimùm ſuper alterã efferatur, aliquẽ ex antè commemoratis intendendi modis adhibere cõuenit. Satis tamen eſſe poſſunt extẽſiones quas per homines molimur. Nam & plerunq; duo valẽtes viri, qui hinc & inde in diuerſa cõtendunt, ſatis ſunt. Intẽdere autẽ in directum pro naturali habitu, ac ſecundũ tibiæ & femoris rectitudinẽ oportet, ſiue tibiæ fractę, ſiue femoris oſſa intẽdas. Quin & vtrũuis deuinxeris, ita extẽta vtraq; deliganda ſunt. Neq; enim eadẽ deligationis ratio & cruri & manui confert. Siquidẽ vbi cubiti & brachij oſſa fracta deligãtur, manus ſuſpẽſa excipitur. Ac ſi ea extẽta deligaueris, carniũ figurationes in cubiti inflexione immutantur. Neq; enim cubiti flexura longam extenſionem ferre, cum nõ eo habitu, ſed plærunq; incuruata detineri conſueuerit. Quin & manu vulnerata, cùm homines obambulare poſſint, eam ad cubiti flexũ incuruare opus habẽt. Crus verò, cùm obambulando, tum ſtãdo, partim quidẽ extentũ, partim verò propè extentum eſſe in inferiorem partem naturaliter ſoleat, nec non ſanè reliquum corpus vehere debeat, iccirco extenſionem facilè ferre, cùm opus eſt, poteſt. Quinetiam in cubili plærunq; hoc habitu extentum continetur. At poſtquam vulneratum eſt, ad ſeruilem animi demiſſionem homines neceſſitate adiguntur, cùm erigi nequeãt, adeò vt neq; inflecti, neque exurgere eis in mentem veniat, ſed eo habitu iacentes quieſcãt. Has igitur ob cauſas, neq; intenſionis, neq; deligationis eadẽ figura manui & cruri conuenit. Quòd ſi ſatis eſſe poteſt extenſio quæ per homines adhibetur, nihil ampliùs fruſtrà laborã-

Ὁκόσα μὲν τοι τῶν ὀστέων μὴ τελέως ἱζάνει ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην, ἀλλά τι ἐπιλείπει, τῷ χρόνῳ λεπτύνεται ἰσχίον, καὶ μηρὸς καὶ κνήμη. καὶ ἢν μὲν εἴσω ὀλισθῇ, τὸ ἔξω μέρος λεπτύνεται. ἢν δὲ ἔξω, τὸ εἴσω. τὰ πλεῖστα δὲ ἐς τὸ εἴσω ὀλισθαίνει. ἐπὴν δὲ κνήμης ὀστέα ἀμφότερα κατεαγῇ ἄνευ ἕλκεος, κατατάσιος ἰσχυροτέρης δέεται. τείνειν δὲ τυπτικῶν τῶν προειρημένων τινί, ἢν μεγάλαι αἱ παραλλάξιες ἔωσιν. ἱκαναὶ δὲ καὶ αἱ ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν κατατάσιες. τὰ πλεῖστα γὰρ ἀρκέουσιν αἱ δύο ἄνδρες ἐρρωμένοι, ὁ μὲν ἔνθεν, ὁ δὲ ἔνθεν ἀντιτείνοντες. τείνειν δὲ ἐς τὸ ἰθὺ χρὴ κατὰ φύσιν, καὶ κατὰ τὴν ἰθυωρίην τῆς κνήμης, καὶ τοῦ μηροῦ. καὶ ἢν κνήμης ὀστέα κατεηγότα κατατείνῃς, καὶ ἢν μηροῦ. καὶ ἐπιδεῖν δὲ οὕτως ἐκτεταμένων ἀμφοτέρων ὁκότερον ἂν τούτων ἐπιδέῃς. οὐ γὰρ ταὐτὰ ξυμφέρει σκέλεΐ τε καὶ χειρί. πήχεος μὲν γὰρ καὶ βραχίονος ἐπὴν ἐπιδέωσιν ὀστέα κατεηγότα, ἀναλαμβάνεται ἡ χείρ. καὶ ἢν ἐκτεταμένα ἐπιδήσῃς τὰ σχήματα τῶν σαρκῶν ἑτεροιοῦται ἐν τῇ ξυγκάμψει τοῦ ἀγκῶνος. ἀδύνατος γὰρ ὁ ἀγκὼν ἐκτετάσθαι πολὺν χρόνον, οὐ γὰρ πολλάκις ἐν τούτῳ εἴθισται, ἀλλ' ἐν τῷ ξυγκεκάμφθαι. καὶ δὴ καὶ ἅτε δυνάμενοι οἱ ἄνθρωποι περιϊέναι, ἐπὴν κατὰ χεῖρα τρωθέωσι, ξυγκεκάμφθαι κατὰ τὸν ἀγκῶνα δέονται. σκέλος δὲ ἔν τε τῇσιν ὁδοιπορίῃσιν, καὶ ἐν τῷ ἑστάναι εἴθισται, ὁτὲ μὲν ἐκτετάσθαι, ὁτὲ δὲ μικροῦ δεῖν ἐκτετάσθαι, ἐς τὸ κάτω κατὰ φύσιν. καὶ δὴ καὶ πρὸς τὸ ὀχέειν τὸ ἄλλο σῶμα, διὰ τοῦτο εὔφορον αὐτῷ ἐστι τὸ ἐκτετάσθαι, ὅταν ἀνάγκην ἔχῃ, καὶ δὴ καὶ ἐν τῇσι κοίτῃσι πολλάκις ἐν τούτῳ τῷ σχήματί ἐστιν ἐν τῷ ἐκτετάσθαι. ἐπὴν δὲ δὴ τρωθῇ, ἀνάγκη καταδουλοῦται τὴν γνώμην, ὅτι ἀδύνατοι μετεωρίζεσθαι γίγνονται. ὥστε οὐδὲ μέμνηνται περὶ τοῦ συγκάμψαι ἢ ἀναστῆναι, ἀλλ' ἀτρεμέουσιν ἐν τούτῳ τῷ σχήματι κείμενοι. διὰ οὖν ταύτας τὰς προφάσιας χειρὸς καὶ σκέλεος, οὔτε ἡ κατάτασις, οὔτε ἡ ἐπίδεσις τοῦ σχήματος ξυμφέρει ἡ αὐτή. ἢν μὲν οὖν ἱκανὴ ἡ κατάτασις ἡ ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν ᾖ, οὐδὲν δεῖ μάτην

E F G H

την

A τὴν ποιέεσθαι. καὶ γὰρ σολοικότερον μηχανοποιέειν μηδὲν δέον. ἢν δὲ μὴ ἱκανὴ ᾖ κατάτασις ἡ ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν, καὶ τῶν ἄλλων τινὰ τῶν ἀναγκέων προσφέρειν, ἤν τινά γε προσχωρέῃ. ὅταν δὲ ἱκανῶς κατατεταθῇ, ῥηΐδιον ἤδη κατορθῶσαι τὰ ὀστέα καὶ ἐς τὴν φύσιν ἀγαγεῖν, τοῖσι θέναρσι τῶν χειρῶν ἀπευθύνοντα καὶ ἐξευκρινέοντα. ἐπὴν δὲ κατορθώσῃ, ἐπιδέειν τοῖσιν ὀθονίοισι κατατεταμένα ἤν τ' ἐπὶ δεξιὰ, ἤν τ' ἐπ' B ἀριστερὰ περιφέρειν ξυμφέρῃ αὐτέοισι τὰ πρῶτα ὀθόνια, βαλλέσθω δὲ τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸ κάτηγμα καὶ περιβαλλέσθω κατὰ τοῦτο τὰς πρώτας περιβολάς. κἄπειτα νεμέσθω ἐπὶ τὴν ἄνω κνήμην ἐπιδέων, ὥσπερ ἐπὶ τοῖσιν ἄλλοισι κατήγμασιν εἴρηται, τὰ δὲ ὀθόνια πλατύτερα χρὴ εἶναι καὶ μακρότερα καὶ πλέω αὐτὰ κατὰ τὸ σκέλος τῶν ἐν τῇ χειρί. ἐπὴν δὲ ἐπιδήσῃς, καταθεῖναι ἐφ' ὁμαλοῦ τινος καὶ μαλθακοῦ, ὥστε μὴ διαστρέφεσθαι ἢ τῇ, ἢ τῇ, μήτε λορδὸν μήτε κυφὸν C εἶναι. μάλιστα δὲ ξυμφέρει προσκεφάλαιον, ἢ λινέον, ἢ ἐρίνεον, μὴ σκληρὸν, λαπαρὸν, μέσον κατὰ μῆκος ποιήσαντα, ὑποθεῖναι, ἢ ἄλλο τι, ὃ τούτῳ ἔοικεν.

dum eſt. Machinas enim admouere vbi res nō exigit abſurdum eſt. At ſi ſatis eſſe nequit per viros adhibita extenſio, etiam quiddam ex violentis quod cōmodū ſit, admoliri opus eſt. Diſtentione abundè facta, oſſa facilè componuntur, & ad naturalē ſtatum adducuntur, manuum palmis directa & conuenienter aptata. Compoſita autē oſſa, extenta faſciis deligāda, eò primum circumiectis faſciis, ſiue ad dextram, ſiue ad ſiniſtrā ducendæ ſint. Quarū tamen initia qua parte os fractū eſt iniiciantur, ibiq; primùm obuoluta, deinceps ad ſuperiorem tibiæ partē deligando tendāt, quemadmodum in aliis fracturis dictum eſt. Faſcias verò latiores & longiores, multoq; plures in crure quàm in manu eſſe oportet. Atque vbi deuinxeris, ſupra molle aliquod & æquabile deponere, vt ne in hanc vel in illam partem peruertatur, aut in anteriorem aut poſteriorem partem inflectatur. Ad id verò plurimùm confert puluinum lineum, aut laneū, mollem, non durum, medium in longitudinem, aut aliud quid tale cruri ſupponere.

[11] καὶ δεῖ καὶ ἅτε δυνάμενοι] ἅτε δυνάμενοι legiſſe videtur Caluus, contra omnium codicum fidem & Hippocratis mentem.
ἤν τ' ἐπ' ἀριστερὰ περιφέρειν ξυμφέρῃ] Sic legunt omnia ferè & meliora exemplaria. Quædam verò ſic habent, ἤν τ' ἐπ' ἀριστερὰ περιφέρῃ αὐτέοισι τὰ πρῶτα ὀθόνια.
μέσον κατὰ μῆκος ποιήσαντα] Medium per longitudinem cruri puluinum ſupponendum eſſe monet. Quod non ſatis expreſſit Caluus, cum modicè longum dixit.

D [16] Περὶ δὲ τῶν σωλήνων τῶν ὑποτιθεμένων ὑπὸ τὰ σκέλεα τὰ κατεηγότα ἀπορέω, ὅ τι ξυμβουλεύσω, ἢ ὑποτιθέναι χρὴ ἢ οὔ. ὠφελέουσι μὲν γὰρ, οὐχ ὅσον δὲ οἱ ὑποτιθέντες οἴονται. οὐ γὰρ ἀναγκάζουσιν οἱ σωλῆνες ἀτρεμέειν, ὡς οἴονται. οὔτε γὰρ τὸ ἄλλο σῶμα διαστρεφόμενον, ἢ ἔνθα, ἢ ἔνθα, ἐπικρατέει ὁ σωλὴν μὴ ἐπακολουθέειν τὸ σκέλος, ἢν μὴ ἐπιμελέηται αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος. οὔτε αὖ τὸ σκέλος ἄνευ τοῦ σώ- E ματος κωλύει ὁ σωλὴν κινηθῆναι, ἢ τῇ ἢ τῇ. ἀλλὰ μὴν ἀτερπέστερόν τε ξύλον ὑποτετάσθαι, ἢν μὴ ὁμοῦ, ἀλλ' ὡς μαλθακόν τι ἐς αὐτὸ ἐντεθῇ. χρησιμώτατον δέ ἐστιν ἐν τῇσι μεταστρώσεσι, καὶ ἐν τῇσιν ἐς ἄφοδον προχωρήσεσιν. ἔστιν οὖν σὺν σωλῆνι καὶ ἄνευ σωλῆνος καὶ καλῶς καὶ αἰσχρῶς κατασκευάσασθαι. πιθανώτερον δὲ τοῖσι δημότῃσίν ἐστι, καὶ τὸν F ἰατρὸν ἀναμαρτητότερον εἶναι, ἢν σωλὴν ὑποκέηται. καίτοι ἀτεχνέστερόν γε ἐστίν. δεῖ μὲν γὰρ ἐφ' ὁμαλοῦ τε καὶ μαλθακοῦ κεῖσθαι πάντη πάντως ἐς ἰθύ. ἐπεί τοι γε ἀνάγκη κρατηθῆναι τὴν ἐπίδεσιν ὑπὸ τῆς διαστροφῆς τῆς ἐν τῇ διαθέσει, ὅποι ἂν ῥέπῃ, καὶ ὁκόσον ἂν ῥέπῃ. ὑποκρινέσθω δὲ ὁ ὑποδεδεμένος τὰ αὐτὰ, ἅπερ καὶ πρότερον εἴρηται. καὶ γὰρ τὴν ἐπίδεσιν χρὴ τοιαύτην εἶναι, καὶ τὸ οἴδημα οὕτως ἐξαείρεσθαι ἐς τὰ ἄ- G κρεα, καὶ τὰς χαλάσιας οὕτως, καὶ τὰς μετεπιδέσιας διὰ τρίτης, καὶ εὑρισκέσθω ἰσχνότερον τὸ ἐπιδεόμενον, καὶ τὰς ἐπιδέσιας ἐπὶ μᾶλλον ποιέεσθαι, καὶ πλέοσι τοῖσιν ὀθονίοισιν. περιλαμβάνειν τε καὶ τὸν πόδα χαλαρῶς, ἢν μὴ ἄγχι ἐγγὺς ᾖ τοῦ γούνατος τὸ τρῶμα. κατατείνειν δὲ μετρίως καὶ ἐπικαρθοῦν ἐφ' ἑκάστῃ ἐπιδέσει χρὴ τὰ ὀστέα. ἢν γὰρ ὀρθῶς μὲν ἰη- H τρεύηται, κατὰ λόγον δὲ τὸ οἴδημα χωρέῃ, εἴη μὲν λεπτότερον καὶ ἰσχνότερον τὸ ἐπιδεόμενον χωρίον ἔσεσθαι, εἴη δὲ αὖ εὐπαραγωγότερα ὀστέα, ἐνακούοντα δὲ τῆς κατατάσιος μᾶλλον. ἐπὴν δὲ ἑβδομαῖος, ἢ ἐναταῖος, ἢ ἑνδεκαταῖος γένηται, τοὺς νάρθηκας προσθεῖναι, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοισι κατήγμασιν εἴρηται.

Canales nanque, qui cruribus fractis ſupponuntur, ſubiici debeant, nec ne, ambigendum mihi videtur. Proſunt etenim, non tamen quantum exiſtimant, qui eos ſupponunt. Nam neq; in quiete, vt putant, crus continent, neq; dum reliquum corpus in hanc vel illam partem cōuertitur, canales prohibent quominus crus ſequatur, niſi homo ipſe diligenter aduertat, neque rurſus crus vel in hanc vel in illam partem moueri abſq; reliquo corpore prohibent. Quinetiam durum videtur & aſperum lignū ſubiici, niſi ſimul molle aliquid in ipſum imponatur. Maximè tamen eſt vſui cum ſtratum ſubſternitur, ac dum ad deſidendum æger progreditur. Poteſt igitur cum canali, & ſine eo, bene vel malè res confici. Vulgo tamen perſuaſum eſt etiam medicū minus eſſe culpæ obnoxium, ſi canalis ſubiiciatur, etſi minùs id ex arte eſt. Crus ſiquidem ſuper re aliqua æquabili & molli omni ex parte rectum iacere oportet, quandoquidem neceſſe eſt, ab ea peruerſione quę fit in membri depoſitione, quocunq; aut quantumcunq; ſe vertat, deligationem ſuperari. Vinctus autem ad eadem quæ priùs dicta ſunt interrogatus reſpōdeat. Nam & vinculum eiuſmodi eſſe conuenit, & tumorem extremis partibus eodem modo aſſurgere, eodemq; modo vincula laxari, & tertio quoq; die reſolui, ac poſtea deligari, necnon vinctam partem graciliorem eſſe vinculaq; arctiora & per plures faſcias adhibere, eaq; ad pedem laxè obuoluere, niſi fractura ad genu proximè accedat. Intendi quoq; moderatè ac dirigi quoties deligantur oſſa debent. Nam ſi curatio rectè inſtituatur, tumorq; ex ſententia ſuccedat, cum tenuior ac gracilior vincta pars futura ſit, tum etiam oſſa faciliùs adducentur, intentioniq; magis cedent. Septimo autem aut nono, aut vndecimo die, ferulæ, velut in aliis quoque fracturis dictum eſt, admouendæ.

[16] Περὶ δὲ τῶν σωλήνων] Huius loci meminit Gal. cap. 5. lib. 6. Meth. med. & Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. Canalis vſum non omnino improbat Hipp. vt patet ex lib. κατ' ἰητρ. neq; etiam Galenus, qui eum Gloſſocomo etiam magis accommodatum eſſe ſcribit. Celſus quoq; crus aut femur fractum in canalem coniici iubet. † Paulus tamen ex recentiorum opinione omnino canalem reiicit. Parabantur autem canales lignei aut fictiles, aut etiam coriacei, quale quid fere adhibet Paulus. † Cap. 106. lib. 6.

ἄγε μὴν ἐπιχωρέειν] ἐπιχωρέειν durum & aſperum diximus. Gal. ἀπολαύειν ἢ ἀπολείπειν exponit, & Com. in lib. περὶ ἰητρ. ἄγειν ἢ ὀλίγον, vt & paulò poſt dicitur Hippocrati, iniucundum, permoleſtum, quia comprimat. Sic Paulus canales improbat διὰ τὸ θλίβειν ἢ διὰ τόπων σκληρόν. A

ὀχευόμενον] Mirum eſt ſanè conſentire hac in ſcriptione omnes codices tum manu ſcriptos tum publicatos, quæ tamen ſenſui & Galeni explicationi, tam in hoc Commentario, quàm in his quos in lib. περὶ ἰητρ. ſcripſit, repugnat. Neque hoc aduertiſſe Caluum per quàm mirum eſt. οὐχ ὀχευόμενον igitur aut χαλάσαντες legendum eſſe procul omni dubio apparet.

πάντη παντὸς ἰσῦ] Iſtud abſolutam in collocando crure diligentiam denotat, quam etiam non minorem quàm in reliquis omnibus quæ ad curationem pertinent adhiberi commendat Paulus, cùm fractarum partium æqualitas rectè adhibita membri collocatione conſeruetur. Omni ergo ex parte & vſquequaque rectum crus iacere debet. Quò magis Albucaſis conſilium probatur, qui crure fracto repoſito, & quoad eius fieri poteſt rectè collocato, eius rectitudinem filo perpendiculari ad talos extenſo explorat.

ἐπιλείπῃ ἢ ἑβδομαῖος, ἢ ἐνναταῖος] Sic legunt reconditiora omnia exemplaria & reliquorum magna pars. Quædam etiam ἢ ἐνναταῖος omittunt. B

• Ea tamen ne è regione malleolorũ ac ſupra tendonem qui ex tibia in pedem fertur inſideant, adhibẽda cautio eſt. Tibiæ verò oſſa quadraginta diebus, ſi rectè curentur, firmantur. Quòd ſi os aliquod directione indigere ſuſpiceris, aut alicuius exulcerationis metus ſit, interiecto tẽpore vbi reſolueris ac probè collocaris, religato. At ſi alterũ tibiæ os fractũ ſit, imbecilliore quidẽ intentione opus eſt, ſed nec ea tamẽ deficere aut ſupinè adhiberi debet. Ac potiſſimũ quidẽ in prima deligatione fracta omnia quantũ cõuenit, vel certè quàm celerrimè ſemper intendenda ſunt. Quod enim non rectè cõpoſitis oſſibus vinculo adſtrictũ fuerit, id maiore dolore locum vrget. Reliqua curatio eadem eſt. Ex oſſibus verò quod ex anteriore tibiæ parte (quæ ἀντικνήμιον dicitur) intro vergere conſpicitur, moleſtiorem curationẽ facit, maioremq́; intentionem poſtulat, ac niſi oſſa rectè cõponantur, latere non poteſt. Totũ enim & carnis expers ſe prodit, eoq́; fracto multo tardius crure inſiſtere queunt. Quod ſi os externum fractũ eſt, tum multo leuiùs ferunt, tum longè faciliùs latet, etiamſi nõ rectè repoſitum fuerit, cùm carnoſum ſit, citoq́; pedib⁹ inſiſtunt. Maximã quippe oneris partem os ſuſtinet, quod anterioris tibiæ (quę ἀντικνήμιον dicitur) interiore parte ſitum eſt, ſimulq́; vna cum crure, onus etiam quod cruri è directo impoſitum eſt ferendo, plurimum laboris ſubit. Nam femoris caput quod ſuperiorem corporis partem ſubuehit, interiore cruris parte, non exteriore, idq́; è directo anterioris tibiæ, ſitum habet. Tũ vero reliqua dimidia corporis pars, huc magis ſuo momento quàm in exteriorem partẽ inclinat. Addequod internũ os externo craſſius eſt, non ſecus ac in cubito, quod in directum minimo digito reſpondet, tenuius eſt & longius. At in inferiore articulo non ſimiliter os lõgius ſubtenditur. Neq́; enim ſimiliter articulus ad cubiti gibbũ & poples flectuntur. Eas igitur ob cauſas exteriore quidẽ oſſe fracto celeriter, interiore verò tardiùs incedunt.

17 τὰ δὲ παρ' ἐθίζειν τὰς ἕδρας φυλάσσεσθαι κατά τι τῶν σφυρῶν τὴν ἴξιν, καὶ κατὰ τένοντα τὸν ἐν τῇ κνήμῃ τοῦ ποδός. ὀστέα δὲ κνήμης κρατύνεται ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ἢν ὀρθῶς ἰητρεύηται. ἢν δὲ ὑποπτεύῃς τῶν ὀστέων τι διορθώσιος δεῖσθαι, ἢ ἕλκωσιν ὀρρωδέῃς, ἐν τῷ μεσηγὺ χρόνῳ χρὴ λύσαντα καὶ διορθωσάμενον μετεπιδῆσαι. ἢν δὲ τὸ ἕτερον ὀστέον κατεαγῇ ἐν κνήμῃ, κατατάσιος μὲν ἀσθενεστέρης δεῖται, οὐ μὴν ἐπιλείπειν χρὴ, οὐδὲ βλακεύειν ἐν τῇ κατατάσει, μάλιστα μὲν ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιδέσει κατατείνεσθαι ὅσον ἐφικνέεται αἰεὶ πάντα τὰ κατήγματα, εἰ δὲ μὴ, ὡς τάχιστα. οὐ γὰρ αἱ μὴ κατὰ τρόπον διηρθρωμένων τῶν ὀστέων ἐπιδέσιες πιέζουσιν, ὀδυνηρότερον τὸ χωρίον ποιέουσιν. ἡ δὲ ἄλλη ἴησις ἡ αὐτή. τῶν δὲ ὀστέων τὸ μὲν ἔσω τοῦ ἀντικνημίου καλεομένου ὀχλωδέστερον ἐν τῇ ἰητρείῃ ἐστὶ, καὶ κατατάσιος μᾶλλον δεόμενον, καὶ ἢν μὴ ὀρθῶς τὰ ὀστέα τεθῇ, ἀδύνατα κρύπτεσθαι. φανερὸν γὰρ καὶ ἄσαρκον πᾶν ἐστι, καὶ ἐπιβαίνειν ἐπὶ τὸ σκέλος πολλῷ βραδύτεροι δύνανται οὕτως κατεηγότος. ἢν δὲ τὸ ἔξω ὀστέον κατεαγῇ, πουλὺ μὲν εὐφορώτεροι φέρουσι, πουλὺ δὲ εὐκρυπτότερον, καὶ ἢν μὴ καλῶς ξυντεθῇ, ἐπίσαρκον γάρ ἐστιν, ἐπὶ πόδας τε ταχέως ἵστανται. τὸ πλεῖστον γὰρ τοῦ ἄχθεος ὀχέει τὸ ἔσωθεν τοῦ ἀντικνημίου ὀστέον. ἅμα μὲν γὰρ αὐτῷ σκέλει τῇ ἰθυωρίῃ τοῦ ἄχθεος κατὰ τὸ σκέλος, τὸ πλέον ἔχει τοῦ πόνου τὸ ἔσω ὀστέον. εἰ γὰρ μηροῦ ἡ κεφαλὴ ὑποχέει τὸ ὑπερέχον τοῦ σώματος, αὕτη δὲ ἔσωθεν πέφυκε τοῦ σκέλεος, καὶ οὐκ ἔξωθεν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ ἀντικνημίου ἴξιν. ἅμα δὲ τὸ ἄλλο ἥμισυ τοῦ σώματος γειτονεῦον ταύτῃ μᾶλλον τῇ ἴξει, ἀλλ' οὐχὶ τῇ ἔξωθεν. ἅμα δὲ οὖν παχύτερον τὸ ἔσω τοῦ ἔξωθεν, ὥσπερ καὶ τὸ ἐν τῷ πήχει τὸ κατὰ τὴν τοῦ μικροῦ δακτύλου ἴξιν λεπτότερον καὶ μακρότερον. ἐν μέντοι τῷ ἄρθρῳ τῷ κάτω οὐχ ὁμοίη ἡ ὑπόταξις τοῦ ὀστέου τοῦ μακροτέρου. ἀνομοίως γὰρ ὁ ἀγκὼν πτύσσει καὶ ἡ ἰγνύη κάμπτεται. διὰ οὖν ταύτας τὰς προφάσιας τοῦ μὲν ἔξωθεν ὀστέου κατεαγέντος, ταχεῖαι αἱ ἐπιβάσιες. τοῦ δὲ ἔσωθεν κατεαγέντος, βραδεῖαι αἱ ἐπιβάσιες. C D E F

17 ἐν τεσσαράκοντα] Inter vigeſimum & trigeſimum diem crura brachiaq́; Celſo ſaneſcunt. G

οὐδὲ βλακεύειν] βλακεύειν ὀλιγωρεῖν exponit Gal. in Exegeſi, quod eſt negligere, contemnere aut vilipendere. Eſt & βλακεύειν ſupinè aut remiſsè, ignauè & negligenter ſe in re aliqua gerere. Erotianus etiam βλακεύειν ὀλιγωρεῖν exponit, & τὸ μετὰ νωθρείας καὶ ὀλιγωρίας τι πράττειν, ſtupide & remiſſe aliquid facere. Vnde & βλακικὸν ἀντὶ τοῦ νωθροῦ καὶ ὀλίγωρου poni ſcribit apud Plat. Idẽ quoq́; βλακεύειν, τὸ ἐπὶ πολὺ ... ſignificare ſcribit, à piſce quodã qui βλάξ dicitur, ... quod qui ſupinè aut ignauè aliquid agunt, circa id plurimùm commorentur.

ἀλλ' οὐχὶ τῇ ἔσωθεν] Sic legunt omnia exemplaria tum publicata tum manu ſcripta, ſed ἔξωθεν legendũ apparet, quod viderũt reliqui interpretes præter Caluum. Significat enim reliquum corporis pondus ſuo momento in interiorem partem ferri ac vergere, non in exteriorem.

οὐχ ὁμοίη ἡ ὑπόστασις] ὑπόταξις habent meliora exemplaria manu ſcripta, quædam etiam ὑπόστασις. Eſt autẽ oſſis ὑπόταξις ſubtentio aut ſubiectio, & inferior ſtructura aut compoſitio. ὑποτάσσεται ὑποτείνεται exponit Erot. & ὑποτεταγμένον τὸ ὑποκείμενον ξύλον.

At verò ſi femoris os fractũ ſit, omni ope annitendũ, vt extenſio, eaq́; non minus quã par eſt, fiat. Superans enim intenſio nullã lęſionẽ afferet. Nam neq́; ſi diducta per vim extẽſionis oſſa religaris, ſic diducta vinculo cõtineri poterũt, ſed cùm primùm intenſio remiſerit, inter ſe cõcurrent. Hic enim carnes craſſæ ac validæ deligationẽ ſuperant, nõ ab ea ſuperantur.

18 ἢν δὲ τὸ τοῦ μηροῦ ὀστέον κατεαγῇ, τὴν κατάτασιν χρὴ ποιέεσθαι περὶ παντὸς, ὅκως μὴ ἐνδεεστέρως σχήσει. πλεοναζούσης μὲν γὰρ οὐδὲν ἂν σίνοιτο. οὐδὲ γὰρ εἰ διεστεῶτα τὰ ὀστέα ὑπὸ τῆς ἰσχύος τῆς κατατάσιος ἐπιδέοι τις, οὐκ ἂν δύναιτο κρατέειν ἡ ἐπίδεσις, ὥστε διεστάναι, ἀλλὰ συνέλθοι ἂν πρὸς ἄλληλα τὰ ὀστέα ὡς τάχιστα ἂν ἀφιῶσιν οἱ τείνοντες. παχεῖαι γὰρ καὶ ἰσχυραὶ αἱ σάρκες ἐοῦσαι, κρατήσουσι τῆς ἐπιδέσιος, ἀλλ' οὐ κρατηθήσονται. H

περὶ

A περὶ δὲ οὕτω ὁ λόγος διατείνειν δὲ καὶ ἀδιαστρέπτως χρὴ, μηδὲν ἐπιλείποντα. μεγάλη γὰρ ἡ αἰσχύνη καὶ βλάβη βραχύτερον τὸν μηρὸν ἀποδεῖξαι. χεὶρ μὲν γὰρ βραχυτέρη γενομένη, καὶ ξυγκρυφθείη ἂν, καὶ οὐ μέγα τὸ σφάλμα, σκέλος δὲ βραχύτερον γινόμενον, χωλὸν ἀποδείξει τὸν ἄνθρωπον. τὸ γὰρ ὑγιὲς ἐλέγχει μακρότερον ἐόν. ὥστε λυσιτελεῖ τὸν μέλλοντα κακῶς ἰητρεύεσθαι, ἀμφότερα καταγῆναι τὰ σκέλεα μᾶλλον ἢ τὸ ἕτερον. ἰσόρροπος γοῦν ἂν εἴη αὐτὸς ἑωυτῷ. ἐπὴν μέντοι ἱκανῶς B κατατείνῃς, κατορθωσάμενον χρὴ τοῖσι θέναρσι τῶν χειρῶν ἐπιδέειν τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ καὶ πρόσθεν γέγραπται. καὶ τὰς ἀρχὰς βαλλόμενον, ὥσπερ εἴρηται, καὶ νεμόμενον ἐς τὸ ἄνω τῇ ἐπιδέσει. καὶ ὑποκρινέσθω ταὐτὰ ὥσπερ καὶ πρόσθεν. καὶ πονεέτω κατὰ ταὐτὰ, καὶ ῥηιζέτω, καὶ μετεπιδείσθω ὡσαύτως. καὶ ναρθήκων πρόσθεσις ἡ αὐτὴ χρησίμη. κρατύνεται δὲ ὁ μηρὸς ἐν πεντήκοντα ἡμέρῃσι. προσξυνιέναι δὲ χρὴ καὶ τόδε, ὅτι ὁ μηρὸς γαυσὸς ἐστὶν C ἐς τὸ ἔξω μέρος, ἢ ἐς τὸ ἔσω, καὶ ἐς τὸ ἔμπροσθεν μᾶλλον, ἢ ἐς τοὔπισθεν. ἐς ταῦτα οὖν τὰ μέρεα καὶ διαστρέφεται, ἐπὴν μὴ καλῶς ἰητρεύηται. καὶ δὴ καὶ κατὰ ταῦτα ἀσαρκότερος αὐτὸς ἑωυτοῦ ἐστιν. ὥστε οὐ ξυγκρύπτειν δύναται ἐν τῇ διαστροφῇ. ἢν οὖν τι τοιοῦτον ὑποπτεύῃς, μηχανοποιέεσθαι χρὴ οἷάπερ ἐν τῷ βραχίονι τῷ διαστρεφομένῳ εἴρηται. περιβάλλειν δὲ χρὴ ὀλίγα τῶν ὀθονίων κύκλῳ ἀμφὶ τὸ ἰσχίον, καὶ τὰς ἰξύας, D ὅκως ἂν οἵ βουβῶνές τε καὶ τὸ ἄρθρον τὸ κατὰ τὴν πληχάδα καλεομένην προσεπιδέηται. καὶ γὰρ ἄλλως ξυμφέρει, καὶ ὅκως μὴ τὰ ἄκρεα τῶν ναρθήκων σίνηται πρὸς τὰ ἀνεπίδετα προσβαλλόμενα. ἀπολείπειν δὲ χρὴ ἀπὸ τοῦ γυμνοῦ αἰεὶ τοὺς νάρθηκας, καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἱκανῶς. καὶ τὴν θέσιν αἰεὶ τῶν ναρθήκων προμηθέεσθαι χρὴ, ὅκως μήτε κατὰ τὰ ὀστέα τὰ ἐξέχοντα παρὰ E τὰ ἄρθρα φύσει πεφυκότων, μήτε κατὰ τὸ ἄρθρον νεῦρον ἔσται. τὰ δὲ οἰδήματα τὰ κατ᾽ ἰγνύην, ἢ κατὰ πόδα, ἢ κατὰ ἄλλο τι ἐξαειρόμενα ὑπὸ τοῦ πιέξιος, εἰρίοισι πολλοῖσι ῥυπαροῖσιν, εὖ κατειργασμένοις, οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ῥήνας, κηρωτῇ ὑποχρίων καταδεῖν. καὶ ἢν πιέζωσιν οἱ νάρθηκες, χαλᾶν θᾶσσον. ἰσχναίνειν δ᾽ ἂν, εἰ ἐπιδέοις ἐς τοὺς νάρθηκας ὀθονίοισιν ἰσχνοῖσιν ἐπιδέοις τὰ οἰδήματα, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ κατωτάτου ἐπὶ τὸ F ἄνω νεμόμενος. οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ἰσχνὸν τὸ οἴδημα γένοιτο, καὶ ὑπερβαίη ὑπὲρ τὰ ἀρχαῖα ἐπιδέσματα. ἀλλ᾽ οὐ χρὴ τούτῳ τῷ τρόπῳ χρῆσθαι τῆς ἐπιδέσιος, ἢν μὴ κίνδυνος ᾖ ἐν τῷ οἰδήματι φλυκταινώσιος ἢ μελασμοῦ. γίνεται δὲ οὐδὲν τοιοῦτον, ἢν μὴ ἄγαν τις πιέζῃ τὸ κάτηγμα, ἢ κατακρεμάμενον ἔχῃ, ἢ κνῆται τῇ χειρὶ, ἢ ἄλλο τι προσκέηται ἐρεθιστικὸν πρὸς τὸν χρῶτα.

In eo igitur de quo agitur, intenſio valida fieri debet, ſic nullâ vt in partem vertatur, nihilq; deficiat. Neque enim ſine magno dedecore ac noxia femur breuius redditur. Manus quidē certè breuior celari poterit, neq; id magnū peccatū eſt. Crus verò breuius redditū, hominē claudū efficiet. Id enim ſanū, quod eſt lōgius, arguit. Adeò vt ei qui malè curari debeat, vtrūq; crus potiùs quā alterū, frangi ſit cōducibile. Sic enim ſe ipſe æquis in vtranq; partem momentis librauerit. Cum autē abundè intenderis, ac manuū palmis cōpoſueris, eodem quo antea ſcriptū eſt modo deligandum eſt, tum faſciarū initiis velut dictū eſt īniectis, tum iis ad ſuperiorē partem deductis. Æger etiam ad eadē (vt priùs) reſpondeat, iiſdemq; partib. doleat, ac leuiùs habeat, & ſolitis vinculis ſimiliter religetur, ferulæq; eodē modo adhibeantur. Femur verò quinquaginta dieb. firmatur. Inſuper animaduertendū eſt femur exteriore potiùs parte quàm interiore, ac magis anteriore quā poſteriore parte incuruari. Ideoq; in has partes, vbi rectè nō curatur, diſtorqueri ſolere. Quinetiā his partib. quàm reliquis minus carnoſum eſt, ita vt cùm peruertitur latere nequeat. Si quid igitur eiuſmodi ſuſpectū eſt, eadē moliri oportet quę in brachio diſtorto conſuluimus. Pauca præterea lintea ad coxā & ilia in orbem circunducenda, tū vt inguina, tum etiam articulus ad locum inter crura mediū (qui πληχὰς Gręcis, h.e. greſſura dicitur) deuinciatur. Quod cùm aliàs cōfert, tum vt ne extremę ferulæ ad partes vinculis carētes admotæ eas lædant. Ferulę ſiquidē à nuda parte abundè vtrinq; ſemper recedere debent, in iiſq; admouendis ea perpetuò cautio adhibenda eſt, vt ne ad oſſa in articulis naturaliter prominentia, neq; ad neruū qui circa articulū eſt imponantur. Tumores verò in poplite, aut pede, aut alia quapiam parte, ex compreſſione ſublati, multis lanis ſuccidis probè carptis, vino & oleo reſperſis, cerato ſublito, deuinciendi ſunt, ferulęq; ſi premant, citò laxandæ. Quin & tumores extenuabūtur, ſi ſurſū verſus ad ferulas, tenuib. faſciis eos deuinxeris, initio ab īmis partibus facto, ſurſum procedendo. Ita enim celerrimè tumor extenuabitur, & ſupra priorē deligationem transferetur. Hoc tamen deligationis modo vtendum nō eſt, niſi periculum ſit, ne tumor puſtulis aut nigritie vitietur. Tale autē nihil cōtingit, niſi fractura valde cōprimatur, aut depēdeat, aut manu ſcalpat, aut aliquid aliud quod irritet ad corp' offēderit.

ὅκως ἂν ἀδιαστρέπτως χρὴ] Poteſt & ad extenſionem referri, & ad femur ipſum, quod infra modum extenſum, minus quam par eſt fiat, quod faciunt omnes interpretes. Neque enim ignorari oportet (vt ſcribit Celſus) ſi femur fractum eſt, fieri breuius, quia nunquam in antiquum ſtatum reuertitur. Quod ſanè ferè vt plurimùm accidere ſcribit Auicennas, raramq; admodum eſſe femoris fracti integram curationem. Nos quoad eius fieri poterit vtranq; expoſitionem aſſequemur, cùm (vt nulla re deficiatur) dicemus. Etſi G Gal. ſequemur, qui ad extenſionem magis retuliſſe videtur. Quod etiam paulò poſt ſequentia indicant.

ὅτι τάχιστα ἂν ἀφιείσαν] Sic magna pars codicum legit. Quidam etiam ἂν ἀφίοιεν habent, vt & Aſulanus. Vitioſa verò ſunt exemplaria quæ ἀφιείσαν pro ἀφιείσαν habent.

περὶ δὲ οὕτω ὁ λόγος] Totum iſtud membrum librarij vitio (vt reor) in Cornarij verſione deficit.

κρατύνεται δὲ ὁ μηρὸς] Paulus cap. 102. lib. 6. πυροῦται ὁ μηρὸς ἕως πεντήκοντα ἡμερῶν. Celſus inter ſeptimum & vigeſimum, & quadrageſimum humeros & femina ſaneſcere ſcribit.

προσξυνιέναι δὲ χρὴ] Hunc locum mihi ſubindicare videtur Gal. lib. 3. de vſu part. cùm femur curuum exteriore parte, interiore verò reſimum à natura fabricatum contendit, itaq; ſcribit: ταύτην αὐτὸ τὴν ἰδέαν ἡ φύσις ἐπιτηδείως ἔδωκε, καὶ συμβουλεύει τοῖς ἰατροῖς φυλάττειν καὶ μὴ διαστρέφειν εὐθὺ, καὶ ἴδοις ἂν οὕτως αὐτοὺς ἀδεῶς τοὺς τοιούτους φησὶ σχηματίζοντας πάντας κατὰ τὸ χεῖρον. H

A 26 ἐπὶ δὲ ὀλίγῳ καὶ φλεγμονὴ ὀλίγη ἡ δύναμις] Sic lego cum interpretibus, quanquam publicata exemplaria ὀλίγου ἡ δύναμις legunt. τίπτ ἄριστα] Exemplaria omnia tum manuſcripta tum publicata ſequentibus iſta iungunt. Nos tamen ex interpretum ſententia & Galeni mente ſuperioribus annexuimus, iiſque meliùs cohærere videntur. Quædam etiam exemplaria τίπ, alia τίτα quoque habent. vt & parum refert an ἐπὶ χωρίον, aut ἐπίχωρον legas.

περὶ γὰρ ἐν ἀπεπτοτέρῳ] Hunc locum longè aliter legit & accepit Caluus.

ἢ οἷα ἤν τι φύσῃ καὶ τἄλλα τοιαῦτα] Hunc locum ſubindicat Gal. lib. περὶ ἀνωμάλου δυσκρασίας, his verbis: καθ' αὐτὸ δὲ ἐξαιρέτως ἐν τῷ ... ὁ λόγος ἔχει ἐπισκέψιν, ὥς που καὶ Ἱπποκράτης φησὶ, φάσκων ἕλκη ποτ' ... τὰ τοιαῦτα. συνεχείας μὲν γὰρ λύσις τὸ ἕλκος, αἱ δ' ἄμετροι θερμασίαι καὶ ψύξεις, κινοῦσιν ὅσον τῷ λύειν τὴν συνέχειαν. Huc quoque alludere videtur Hippocr. lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, cùm ſcribit: τῶν νοσημάτων ἄνω μὲν ἕλκεα ἐστι ὑπερίζοντα τοῦ ἄλλου σώματος εἰσίν.

27 Ὁκόσοισι δὲ τὰ ὀστέα κατεηγότα καὶ ἐξίσχοντα μὴ δύνωνται ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην καθιδρύεσθαι, ἥδε ἡ κατάτασις. B σιδήρια χρὴ ποιέεσθαι, ἐς τοῦτον τὸν τρόπον ὅνπερ οἱ μοχλοὶ ἔχουσιν, οἷς οἱ λατύποι χρέονται, τὸ μὲν τι πλατύτερον, τὸ δέ τι στενότερον. εἶναι δὲ χρὴ καὶ τρία καὶ ἔτι πλείω, ὡς τοῖς μάλιστα ἁρμόζουσιν τις χρήσαιτο. ἔπειτα τουτέοισι χρὴ ἅμα τῇ κατατάσει μοχλεύειν ὑποβάλλοντα. πρὸς μὲν τὸ κατώτερον τοῦ ὀστέου, ἐρείδοντα. πρὸς C δὲ τὸ ἀνώτερον, τὴν ἀνωτέρην τοῦ σιδηρίου. ἁπλῷ δὲ λόγῳ, ὥσπερ εἰ λίθον τις ἢ ξύλον μοχλεύοι ἰσχυρῶς. ἔστω δὲ σθεναρὰ τὰ σιδήρια ὡς οἷόν τε, ὡς μὴ κάμπτηται. αὕτη μεγάλη τιμωρίη, ἤν τε τὰ σιδήρια ἐπιτήδεια ᾖ, καὶ μοχλεύηταί τις ὡς χρή. ὁκόσα γὰρ οἱ ἄνθρωποι ἄρμενα μεμηχάνηνται, πάντων ἰσχυρότατά ἐστι τρία ταῦτα, ὄνου τε D περιαγωγὴ, καὶ μόχλευσις, καὶ σφήνωσις. ἄνευ δὲ τούτων, ἢ ἑνός δή τινος, ἢ πάντων, οὐδὲν τῶν ἔργων τῶν ἰσχυροτάτων οἱ ἄνθρωποι ἐπιτελέουσι. οὔκουν ἀτιμαστέη αὕτη ἡ μόχλευσις. ἢ γὰρ οὕτως ἐμπεσεῖται τὰ ὀστέα, ἢ οὐκ ἄλλως. ἢν δὲ ἄρα τὸ ὀστέον τὸ ἄνω παρηλλαγμένον μὴ ἐπιτήδειον ἔχῃ ἕδρην τῷ μοχλῷ, ἀλλὰ παροξὺ ὂν παραφέρῃ, παραγλύψαντα χρὴ τοῦ ὀστέου ἕδρην τῷ μο- E χλῷ, ἀσφαλέα ποιῆσαι. μοχλεύειν δὲ χρὴ καὶ τείνειν αὐθημερὸν, ἢ δευτεραῖον, τριταῖον δὲ μὴ, τεταρταῖον δὲ, ὡς ἥκιστα, καὶ πεμπταῖον. καὶ γὰρ μὴ ἐμβαλόντι, ὀχλήσει μὲν, ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσι φλεγμονὴν ἂν ποιήσειε, καὶ ἐμβάλλοντι οὐδὲν ἧσσον. σπασμὸν μέντοι ἐμβάλλοντι, πολὺ ἂν μᾶλλον ποιήσειεν ἢ ἀπορήσαντι ἐμβαλεῖν. ταῦτα δὲ χρὴ εἰδέναι. καὶ γὰρ εἰ ἐπιγίνοι- F το σπασμὸς ἐμβάλλοντι, ἐλπίδες μὲν οὐ πολλαὶ σωτηρίης, λυσιτελέει δὲ ὀπίσω ἐμβάλλειν τὸ ὀστέον εἰ οἷόν τε εἴη ἀόχλως. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖσι χαλαρωτέροισι τοῦ καιροῦ σπασμοὶ καὶ τέτανοι ἐπιγίνονται, ἀλλ' ἐπὶ τοῖσιν ἐντεταμένοισι μᾶλλον, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος. οὐ χρὴ οὖν ἐνοχλέειν ἐν τῇσι προειρημένῃσιν ἡμέρῃσι ταύτῃσιν, ἀλλὰ μελετᾶν ὅκως ἥκιστα φλεγμανεῖ τὸ ἕλκος καὶ G μάλιστα ἐκπυήσει. ἐπὴν δὲ ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσιν, ἢ ὀλίγῳ πλείους, ἢν ἀπύρετος ᾖ, καὶ μὴ φλεγμαίνῃ τὸ ἕλκος, τότε ἧσσον κωλύει πειρᾶσθαι ἐμβάλλειν, ἢν ἐλπίζῃς κρατήσειν. εἰ δὲ μὴ, οὐδὲν δεῖ μάτην ὀχλέειν καὶ ὀχλέεσθαι. ἢν μὲν οὖν ἐμβάλῃς τὰ ὀστέα ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην, γεγράφαται ἤδη οἱ τρόποι τοῖς ὡς χρὴ ἰη- H τρεύειν, ἤν τε ἐλπίζῃς ὀστέα ἀποστήσεσθαι, ἤν τε μή. χρὴ δὲ ἢν μὲν ἐλπίζῃς ὀστέα ἀποστήσεσθαι, ὥσπερ εἴρηται τῷ τρόπῳ τῶν ὀθονίων ἐπὶ πᾶσι τοῖσι τοιουτέοισι τὴν ἐπίδεσιν ποιέεσθαι ἐκ μέσου τοῦ ὀθονίου ἀρχόμενον, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ὡς ἐπὶ δύο ἀρχέων ὑποδεσμίδας ὑποδεῖν. τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ πρὸς τὴν μορφὴν τοῦ ἕλκεος, ὅκως ἥκιστα στιφρὸς καὶ ἐκπεπλιγμένον ἔσται παρὰ τὴν ἐπίδεσιν. τοῖσι μὲν γὰρ ἐπὶ δεξιὰ ἐπιδεῖν ξυμφέρει, τοῖσι δὲ ἐπ' ἀριστερά. τοῖσι δὲ ἀπὸ δύο ἀρχέων. ὁκόσα δὲ κατεηγότα

At quibus oſſa fracta cute eminentia, in ſuam ſedem collocari non poſſunt, ea hoc modo reconduntur. Ferramenta faciẽda ad vectium ſimilitudinẽ, quibus in lapidicinis vtuntur, hac quidẽ parte latiora, altera vero anguſtiora. Tria autem aut etiam plura eſſe debẽt, quò maximè accommodata in vſum adhibeãtur. His deinde ſuppoſitis vna inter extendendum ita molitionem aggredi oportet, vt ima ſui parte inferiori oſſi, ſumma vero ſuperiori innitantur, non ſecus (vt vno verbo complectar) quam ſi quis ad lapidem aut lignum commouendum, validam vectis molitionem adhibeat. Sint autem ferramenta quàm maximè fieri poteſt valida, ne inflectãtur. In eoq; magnum eſt ſubſidium, ſi & ferramẽta ſint idonea, & conuenientem quis molitionẽ adhibeat. Ex omnibus namq; machinamentis quæ conuenienter ad vſum homines comminiſcuntur, violẽtiſſima hæc tria exiſtunt, aſelli circumactio, per vectẽ molitio, & cunei adactio. Ac niſi aut vnum aliquod, aut omnia adhibueris, nihil ex his omnibus quæ magna vi nituntur, perfici poſſit. Quare negligenda non eſt hæc per vectes molitio. Hac ſiquidem ratione, aut nulla alia, oſſa in ſuas ſedes reconduntur. Quòd ſi ſanè pars oſſis quæ ſuper aliud effertur, minimè idoneam vecti ſedem exhibet, ſed acutũ quid prominet, illud ſcalpro vtrinq; limandum, quò firmiùs vecti inſideat. Eodem autem die aut poſtero molitionẽ & extenſionẽ adhibere conuenit, ſed non tertio, quarto verò, & quinto minimè. His etenim diebus laceſſita oſſa, etiamſi ſuis ſedibus reſtituta nõ ſint, inflammatione tentantur, ac nihilominus etiã vbi reſtituta fuerint. Quinetiam repoſito oſſe multo magis excitabitur neruorum diſtentio, quàm non repoſito, quod probè noſſe conuenit. Etenim ſi repoſito oſſe neruorũ diſtentio ſuperuenit, in anguſto ſpes eſt. Præſtatq; ſi id ſine moleſtia fieri poſſit, os retrò compellere. Neq; enim his quæ plus iuſto laxiora ſunt neruorum diſtentiones & rigores accedũt, ſed his quæ magis intenduntur, qua de re nunc agitur. His igitur prędictis diebus nullã moleſtiam exhibere oportet, ſed operam dare vt vlcus quam minimè inflammatione tentetur, maximeq; ad pus perueniat. Elapſis verò ſeptem diebus, aut etiam paulò pluribus, ſi febris abſit, neq; vlcus inflammatione vexetur, tũc minùs obſtat quò minùs reponere tentemus, ſi id nos conſequi poſſe non diffitemur. Alioqui nil opus eſt fruſtra aut ſibi moleſtiam, aut alteri exhibere. Vbi igitur oſſa in ſuã ſedem compuleris, diſceſſionem factura ſint necne, quænam ad ea curandi ratio accommodari debeat, iam eſt expoſitum. Ac ſiquidem diſceſſura oſſa ſperaueris, in his omnibus deligatio ex linteis, quo dixi modo, vt plurimùm à mediis orſa inſtituẽda eſt, velut quæ ex duobus initiis primum faſcia circũdatur. Vlceris autẽ forma in conſiderationẽ adhibẽda eſt, quo quã minimùm hiãtibus ac diductis labris ſub vinculo exiſtat. Interdũ etenim accõmodatè vinculũ ad dexteram ducitur, interdum verò ad ſiniſtram, aliis etiã ex duobus initiis ortũ habet. At quę ſuis ſedibus oſſa

reſtitui non potuerunt, ea diſceſſioné eſſe factura noſſe conuenit, necnon quæ prorſus carne nudata ſunt. Nudantur verò quibuſdá parte ſuperiore, nonnullis quoq; in orbé quoquouerſus carnes emoriuntur. Et nonnullis quidé ſub diuturno vulnere oſſa quædá cariem experta ſunt, aliis verò minimè, & his quidé magis, illis auté minùs, ac partim quidem parua, partim etiá magna. Ob relatas igitur cauſas vno verbo explicari nó poteſt, quo tempore oſſa diſceſſionem ſint factura. Quædam etenim ob paruitaté, nonnulla etiam quod in ſummo cótineantur celeriùs diſcedunt. Alia verò minimè, verum areſacta & carié ſentientia deſquamantur. Ad hęc etiá multùm inter ſe curádi ratio differt. His igitur in totú celerrimè oſſa abſcedút, quibus citiſſimè pus coit, celerrimeq; etiam atque optimè caro producitur. Quę enim in lęſa parte caro ſubnaſcitur, ea ferè in ſublime oſſa attollit. Totus quidé teſtæ oſſis ambitus, ſi quadraginta diebus diſceſſioné facit, rectè abſcedere exiſtimádus eſt, cùm tamé quędam ſexageſimum attingant. Rariora quidé certè oſſa citiùs, ſolidiora tardiùs, quæq; etiam minora ſunt, multùm infra hoc ſpatium, atq; alia aliter diſcedunt.

ὀστέα ἐμπεσεῖν. ταῦτα εἰδέναι χρὴ ὅτι ἀποστήσεται, καὶ A
ὅσα τελέως ἐψιλώθη τῶν σαρκῶν. ψιλοῦται δὲ ἐνίων μὲν τὸ ἄνω μέρος, μετεξετέρων δὲ κυκλόθεν ἀμφιθνήσκουσιν αἱ σάρκες. καὶ τῶν μὲν ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου τρώματος σεσαπρίσται ἔνια τῶν ὀστέων, τῶν δὲ οὔ. καὶ τῶν μὲν μᾶλλον, τῶν δὲ ἧσσον. καὶ τὰ μὲν σμικρά, τὰ δὲ μεγάλα. διὰ οὖν ταῦτα τὰ εἰρημένα οὐκ ἔστιν ἑνὶ ὀνόματι εἰπεῖν ὁκότε τὰ ὀστέα ἀποστήσεται. τὰ μὲν γὰρ διὰ μικρότητα, τὰ δὲ διὰ τὸ ἐπ' ἄκρου ἔχεσθαι θᾶσσον B
ἀφίσταται. τὰ δὲ, διὰ τὸ μὴ ἀφίστασθαι, ἀλλὰ λεπιδοῦσθαι καταξηρανθέντα, καὶ σαπρὰ γινόμενα. πρὸς δὲ τούτοις, διαφέρει τε καὶ ἰητρείης. ὡς μὲν οὖν τὸ ἐπίπαν τάχιστα τουτέων ὀστέα ἀφίσταται, ὧν τάχισται μὲν αἱ ἐκπυήσιες. τάχισται δὲ καὶ κάλλισται αἱ σαρκοφυΐαι. καὶ γὰρ αἱ ὑποφυόμεναι σάρκες κατὰ τὸ σιναρὸν αὗται μετεωρίζουσι τὰ ὀστέα ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ. ὅλος μὲν ὁ κύκλος τοῦ ὀστέου, ἢν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν C
ἀποστῇ, καλῶς ἀποστήσεται. ἔνια γὰρ εἰς ἑξήκοντα ἡμέρας ἀφικνέεται. τὰ μὲν γὰρ ἀραιότερα τῶν ὀστέων, θᾶσσον ἀφίσταται. τὰ δὲ στερεώτερα, βραδύτερον. τὰ δὲ ἄλλα τὰ μείω, πολλὸν ἐνδοτέρω, ἄλλα δὲ ἄλλως.

[27] ἀλλ' ὁ κρατέων] κρατέοντος legũt omnia ferè exemplaria tum manuſcripta, tum publicata. Sed κρατέοντα ex Gal. legi debet.

ἀνάγκη χρὴ τοιόνδε] Eam quæ fit per vectes molitionem in reponendis oſſibus, adeóque vectes ipſos, his verbis ex ipſo Hippocr. deſcribit Paulus lib. 6. ἁρμόζομεν δὲ αὐτὰ τῷ λεγομένῳ μοχλίσκῳ. τὸ δὲ μὲν δὴ ἐστὶ τοῦτο ὄργανον, μῆκος μὲν ἔχον ἄχρις ζ ἢ ὀκτὼ δακτύλων. πάχος δὲ σύμμετρον ὥστε μὴ ἐπικάμπτεσθαι ἐν τῷ μοχλεύειν, ὀξὺ κατὰ τὸ ἄκρον καὶ πλατὺ, καὶ μετρίως ἐπικαμπές. ὃ πρὸς τὸ ἔξω πέρας ὑποβάλλοντες τοῦ ὑποκειμένου D
τοῦ ἐσωτέρου ὑπερέχοντος, κατὰ τὸ ἕτερον ἀντιβαίνοντες ἅμα καὶ μοχλεύοντες ... τοῦ κάτω ... καταλλήλως φέρομεν τὸ τοῦ κατάγματος πέρας. Celſus verò, ſi manus oſſis repoſitionem facere non poteſt, volſellam, quali fabri vtuntur, iniiciendam eſſe præcipit, rectè ſe habenti capiti ab ea parte quæ ſima eſt, vt ea parte qua gibba eſt, eminens os in ſuam ſedem compellat.

αὕτη μεγάλη τιμωρία] Hunc locum longè aliter ſumit Caluus.

ἢν δὲ ἄκρον τὸ ὀστέον] Hunc locum ſic mihi expreſſiſſe Celſus videtur. Inter quæ ſi quod paruulum fragmentum oſſis eminet, id ſi retuſum eſt, in ſuam ſedem dandum, ſi acutum, aut acumen eius longius eſt, præcidendum, ſi breuius, limandum, & vtrinque ſcalpro leuandum, tum ipſum recondendum eſt. Sic enim lego. Paulus verò (cap. 107. lib. 6.) εἰ δὲ μὴ δυνηθείημεν τοῦτο πρᾶξαι, διὰ ... ἀφαιροῦμεν τὸ ὑπερέχον, ἢ ἀποπρίομεν κατὰ τὸ ἐν αὐτῷ ... καὶ τὴν τραχύτητα ... τι τὸ κωλύον, τῇ ἰσομοίρῳ ... ἀγωγῇ. Illud autem ὃ διαφέρει, de oſſis acumine quod prominet & præfertur rectè mihi ſumi E
videtur, etſi poteſt dici de oſſis acuto, quod vectis præterlabitur & effugit.

λεπταλέη δὲ ὀπίσω ἐμβάλλειν] ὀπίσω ἐμβάλλειν de oſſe dicitur, quod retro compellitur, hoc eſt, ſua ſede elabitur, excidit, expellitur, pro quo exemplaria quædam manuſcripta ἐκβάλλειν legunt.

ἀεὶ οὐ νῦν ὁ λόγος] Iſta ſuperioribus iungi poſſunt, aſſentientibus manuſcriptis exemplaribus & vetuſtiſſimis & plurimis. Cùm enim de oſſium repoſitione agatur, in qua conuulſiones potiùs ſuboriantur, quàm ſi in totum omittatur, eaq; ſine membri diſtentione fieri nequeat, eò rectè hæc accommodari poſſunt. Quædam etiam exemplaria ſequentibus iungunt, quod faciunt interpretes & Aſulani codices. Hunc autem locum longè aliter ſumpſiſſe videtur Caluus, cùm temporibus leuioribus aut moleſtioribus accommodat.

ἕλκος ἀναρρωγότα στομερῆ] στομερὲς ἕλκος vlcus plurimũ hians & apertum, ac euerſis labris dicitur. Galen. in exegeſi, hoc ſubnotato loco, στομερὸς exponit, τὸ ἐκπεπταμένον καὶ διεστηκὸς ἐπὶ πλεῖστον τοῖς χείλεσιν, ὅπερ καὶ ἀναπεπταμένον ὀνομάζεται. ἀναπεπταμένον verò paulò ante expoſuimus.

καὶ γὰρ αἱ ὑποφυόμεναι σάρκες] Sic legunt meliora exemplaria. Quædam etiam ἀποφυόμεναι, quæ ſecutus videtur Caluus. F

His autem de cauſis os eminens præcidi debet, ſi in ſuam ſedem compelli nequit, ac tantùm non reponi poſſe videatur, ſi detrahi queat, ſi noxium fuerit, & carnem aliqua ex parte vulneret, ſenſuq; moleſtiam afferat. Quin ſi denudatum fuerit, id quoq; auferri debet. Reliqua præcidantur necne non multum refert. Prorſus enim conſtat quæ carne in totum priuantur & areſiunt, ea penitùs quoq; diſceſſionem eſſe factura. At quæ in ſquamas reſolui ſperantur, ea præcidi non debent. Ex propoſitis autem indiciis coniiciendum eſt quænam penitùs diſceſſionem factura ſint, ad eaq; huiuſmodi, curatio per ſplenia & vini perfuſionem, velut in abſceſſuris oſſibus ante ſcriptum eſt, adhibenda. Cauendumq; ne frigidis per exordia perfundantur, horroris enim cum febre neruorumq; diſtentionis metus impendet. Frigida namque neruorum diſtentionem accerſunt, quandoq; verò etiam exulcerant. Noſſe autem conuenit illic breuius neceſſariò membrum fieri, vbi vtrumque os fractum & aliud ſuper aliud excedens curatum fuerit, cuique totus etiam teſtæ oſſis ambitus diſceſſerit. At quibus femoris aut brachij os eminens eſt, ij ægrè ſuperſunt. Nam cùm oſſa grandiora ſunt & me-

[28] ἀποπρίειν δὲ ὀστέον ἐξέχον ἐπὶ τοῖσδε τῇσι προφάσεσι χρή, ἢν μὴ δύνηται ἐμβάλλειν, μικροῦ δέ τινος αὐτῷ δοκέῃ δεῖν παρελθεῖν, καὶ οἷόν τε ᾖ παραιρεθῆναι, ἢν τι ἀσηρὸν ᾖ καὶ θραύῃ τι τῶν σαρκῶν, καὶ δυσθεσίην παρέχῃ, ψιλὸν δὲ τυγχάνῃ ἐόν, καὶ τὸ τοιοῦτον ἀφαιρέειν χρή. τὰ δ' ἄλλα οὐδὲν μέγα διαφέρει, οὔτε ἀποπρίσαι, οὔτε μὴ ἀποπρίσαι. σαφέως γὰρ εἰδέναι χρὴ ὅτι ὀστέα ὅσα τελέως στερέεται τῶν σαρκῶν καὶ G
ἐπιξηραίνεται, ὅτι πάντα τελέως ἀποστήσεται. ὅσα δὲ ἀπολεπιδοῦσθαι μέλλει, ταῦτα οὐ χρὴ ἀποπρίειν. τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ ἀπὸ τῶν γεγραμμένων σημείων τὰ τελέως ἀποστησόμενα. ἰητρεύειν δὲ τοὺς τοιούτους σπλήνεσι καὶ τῇ οἰνηρῇ ἰητρείῃ, ὥσπερ καὶ πρόσθεν γέγραπται τῶν ἀποστησομένων ὀστέων. φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ μὴ κατὰ ψυχροῖσι τέγγειν τὸν πρῶτον χρόνον. ῥιγέων γὰρ πυρετωδέων κίνδυνος. κίνδυνος H
δὲ καὶ σπασμῶν. προκαλέεται γὰρ ἀεὶ σπασμοὺς τὰ ψυχρά. ποτὲ δὲ καὶ ἕλκη. εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι περ ἀνάγκη βραχύτερα τὰ σώματα ταύτῃ γίνεσθαι, ὧν ἀμφότερα τὰ ὀστέα κατεηγότα καὶ παρηλλαγμένα ἰητρεύηται, καὶ οἷς ὅλως καὶ ὁ κύκλος τοῦ ὀστέου ἀπέστη. [29] ὅσοις δὲ μηροῦ ὀστέον ἢ βραχίονος ἐξέχει, οὗτοι οὐ μάλα περιγίνονται. τὰ γὰρ ὀστέα μεγάλα καὶ πο-

λυμύελα

A λυμαίνεσθαι, καὶ πολλὰ καὶ ἐπίκαιρα τὰ συνδιατεινόμενα νεῦρα, καὶ μύες, καὶ φλέβες. καὶ ἢν μὲν ἐμβάλῃς, σπασμοὶ φιλέουσι ἐπιγίνεσθαι. μὴ ἐμβληθεῖσι δὲ πυρετοὶ ὀξέες, καὶ ἐπίχολοι καὶ λυγγώδεες, καὶ ἐπιμελαίνονται. περιγίνονται δὲ οὐχ ἧσσον οἷσι μὴ ἐμβληθῇ μηδὲ πειρηθῇ ἐμβάλλεσθαι. ἔτι δὲ μᾶλλον περιγίνονται οἷσι τὸ κάτω μέρος τοῦ ὀστέου ἐξέσχεν, ἢ οἷσι τὸ ἄνω. περιγίνονται δ' ἂν καὶ οἷσιν ἐμβληθείη, σπανίως γε μήν. B μαλακταὶ γὰρ μελέτησιος μέγα διαφέρουσι, καὶ φύσιες φυσίων τοῦ σώματος εἰς εὐφορίην. διαφέρει δὲ μέγα καὶ ἢν ἔσω τοῦ βραχίονος καὶ τοῦ μηροῦ τὰ ὀστέα ἐξέσχῃ. πολλαὶ γὰρ καὶ ἐπίκαιροι κατατάσιες φλεβῶν ἐν τῷ ἔσω μέρει, ὧν ἔνιαι τιτρωσκόμεναι σφαγιαί εἰσι. εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῷ ἔξω μέρει, ἧσσον δέ. ἐν τοῖσιν οὖν τοιούτοισι τρώμασι τοὺς μὲν κινδύνους οὐ χρὴ λήθειν, ὁκοῖοί τινές εἰσι, καὶ προλέγειν χρὴ πρὸς τὸν καιρόν. C εἰ δὲ ἀναγκάζοιο μὲν ἐμβάλλειν, ἐλπίζοις δὲ ἐμβάλλειν, καὶ μὴ πολλὴ ἡ παράλλαξις ᾖ τοῦ ὀστέου, καὶ μὴ ξυνδεδραμήκοιεν οἱ μύες, φιλέουσι γὰρ ξυνθέειν, ἡ μόχλευσις καὶ τοιοῖσι μετὰ τῆς κατατάσιος εὖ ἂν ξυλλαμβάνοιτο.

dulloſa, tum verò multi & inſignes nerui ſimul vulnerantur, & muſculi, & venæ. Ac ſi quidem repoſueris, neruorum diſtentiones ſuperuenire conſueuerũt, nõ repoſitis autem febres acutę, biliosæ, cum ſingultu & nigritie. Nihilò auté minùs ſuperſunt, quibus neq; in ſuas ſedes ſunt cõdita, neq; vt reconderentur tentatũ eſt. Potiùs verò ſuperſunt, quibus oſſis pars inferior, quàm quibus ſuperior eminet. Superesse etiã poſſunt, ſed rarò quidem, quibus intrò ſunt condita. Curationes enim & corporum naturæ, quod ad ferẽdi leuitatem attinet, longè aliis aliæ præſtant. Multum quoq; refert an interiore parte brachij ac femoris oſſa eminent. Multę enim & inſignes venarum productiones per interiorem partem feruntur, quarum nonnullæ ſi vulnerentur, hominẽ iugulãt. Sunt & exteriore parte quædam, verùm pauciores. Quare in huiuſmodi caſibus quodnam periculum impendeat non eſt ignorãdum, idq; in tempore prædicendum. Quòd ſi in ſuam ſedem compellere cogeris, idq; te cõſequi poſſe ſperes, neq; multum oſſa inter ſe ceſſerunt, muſculiq; in ſeipſos non contrahuntur (quod ſæpè fieri aſſolet) his per vectem molitio cum diſtentione benè cõtulerit.

58 ἢν τι ἀσινέῃ] ἀσινεῖν infeſtum, noxiũ, moleſtũ ſignificat, vt antea. Erotianus ἀσινεῖν [illegible] exponit, hunc librũ ſubindicans. Celſus verò de oſſe eminente hunc locũ ſic exprimit. Si id maius eſt, membranuliſq; cingitur, ſinere oportet eas ſub medicamentis reſolui, idq; os vbi iam nudatũ eſt, abſcindere, quod maturiùs ſcilicet faciendũ eſt, prodeſtq; ea ratione os coire, & vulnus ſaneſcere. Rurſus quoq;, Interdum fractura quibuſdã velut aculeis carnẽ vexat, quo à prurigine & pũctionib. cognito, aperire id medicus, eoſq; aculeos præcidere neceſſe habet. (Sic enim vtrobiq; legendum cenſeo.) Idem etiam, Ex oſſibus ea quæ cutem vulnerãt, pręcidenda ſunt.

D φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ] Frigus omni ratione vitandum eſſe ſcribit Celſus. Ex eo quoque horrores tremoreſq; naſci. Frigus etiam neruorum diſtentionem infert. Quæ omnia ex aph. 17. & 20. lib. 5. deſumpta ſunt.

59 ἔσω δὲ μηροῦ ἐστιν] Hunc locum his verbis expreſſit Paulus li. 6. [illegible]

πυρετοὶ λυγγώδεες] Sic legunt quotquot licuit adhuc videre exemplaria, tum ſcripta, tum publicata. Sed λυγγώδεες, aut λυζώδεες, aut λυγγώδεες lego cum interpretibus. Sunt enim febres ſingultuoſæ, quæ perpetuò ferè coniunctum habent vomitum, quales in partis E cuiuſdam inſignis ſyderatione contingunt, & gangrenam comitantur, quales etiam in calcis ſyderatione antea deſcripſit Hippocrates, & repetit extremo lib. περὶ ἄρθρων, etſi vitioſa illic videtur eſſe ſcriptio. λυγγώδεες autem vt febres dicantur [illegible], vt ſcribit Gal. Com. in lib. de rat. vict. in morb. ac.

φιλέουσι γὰρ ξυνθέειν] Sic legunt omnia exemplaria, tum manu ſcripta, tum publicata. Interpretes ξυντρέχειν cum Galeno legiſſe videntur, quod muſculos inter ſe concurrere, aut in ſeipſos contrahi, & ad ſuum initium recurrere ſignificat, aut illud ξυνθέειν hoc modo explicare. Contracti enim hoc modo muſculi, colligati ac præpediti ſentiuntur.

60 ἐμβάλλοντα δὲ ἐλλέβορον μαλθακὸν προσπίσαι χρὴ αὐθημερόν, ἢν αὐθημερὸν ἐμβληθῇ· εἰ δὲ μή, οὐδ' ἐγχειρέειν χρή. F τὸ δὲ ἕλκος ἰητρεύειν χρὴ οἷσιπερ κεφαλῆς ὀστέα κατεηγότα, καὶ ψυχρὸν μηδὲν προσφέρειν. σιτίων δὲ στερῆσαι τελέως. καὶ ἢν μὲν πικρόχολος φύσει ᾖ, ὀξύγλυκυ εὐῶδες ὀλίγον ἐπὶ ὕδωρ ἐπιστάζοντα τούτῳ διαιτᾶν. ἢν δὲ μὴ πικρόχολος ᾖ, ὕδατι ποτῷ χρῆσθαι. καὶ ἢν μὲν πυρεταίνῃ ξυνεχέως, τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας τὸ ἐλάχιστον οὕτω διαιτᾶν, ἢν δὲ ἀπύρετος ᾖ, ἑπτὰ ἡμέρῃσιν. ἔπειτα ἐκ προσαγωγῆς κατὰ λόγον ἐς φαύλην δίαιταν ἄγειν. G καὶ οἷσιν ἂν μὴ ἐμβληθῇ τὰ ὀστέα, καὶ τὴν φαρμακίην χρὴ παραπλησίην ποιέεσθαι, καὶ τῶν ἑλκέων τὴν μελέτην, καὶ τὴν δίαιταν ὡσαύτως. καὶ τὸ ἀπαιωρεύμενον τοῦ σώματος μὴ κατατείνειν, ἀλλὰ καὶ προσάγειν μᾶλλον, ὥστε χαλαρώτερον εἶναι τὸ κατὰ τὸ ἕλκος. τῶν δὲ ὀστέων ἀπόστασις χρονίη, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται. H μάλιστα δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα διαφυγεῖν, ἢν καλὴν ἔχῃ τὴν ἀποφυγήν. αἵ τε γὰρ ἐλπίδες ὀλίγαι, καὶ οἱ κίνδυνοι πολλοί. καὶ μὴ ἐμβάλλων ἄτεχνος ἂν δοκέοι εἶναι, καὶ ἐμβάλλων ἀγχοτέρω τοῦ θανάτου ἀγάγοι ἢ σωτηρίης. 61 τὰ δὲ ὀλισθήματα τὰ κατὰ γούνατα, καὶ τὰ διακινήματα τῶν ὀστέων, ἀπλούστερα πολὺ τῶν κατ' ἀγκῶνα κινημάτων καὶ ὀλισθημάτων. τό τε γὰρ ἄρθρον τοῦ μηροῦ εὐσταλέστερον ὡς ἐπὶ μεγέθει, ἢ τὸ τοῦ

Vbi reſtitueris, veratrum molle eodem die propinare conuenit, ſi eodem die reſtitueris, alioqui ne tentare quidem opõrtet. Vlcus autem eodem modo, quo capitis oſſa fracta curandum eſt, neque frigidi quicquam admouendum, ac cibo penitùs interdicendum. Ac ſiquidem æger natura bilioſus fuerit, nonnihil mellæ odoratæ in aquam inſtillando, eo victu ſuſtinendus eſt. Si verò bile non abundet, aquæ potione vtendum. Quòd ſi febre continenti detineatur, diebus quatuordecim, vt minimum, eo victu tolerari debet, ſin febre vacet, ſeptem diebus. Deinde ſenſim progreſſu facto, pro ratione ad ſimplicem victus rationẽ reuocandus. At quibus oſſa intro cõdita non fuerint, tum eadem medicamenti potio adhibẽda, tum eodem modo vlcus nutriendum, atq; eodem victu perſeuerandum. Itidemq; elatam corporis partem diſtendere non oportet, quin potiùs contrahere, quò laxior, qua parte vlcus eſt efficiatur. Oſſium quoque diſceſſio longiore tempore fit, quemadmodum etiam antea dictum eſt. Taliaq; pręcipuè vitãda ſunt, ſi quis modo id honeſtè facere poteſt, cùm & ſpes in anguſto ſit, & pericula multa impendeãt, ac niſi repoſuerit imperitiæ artis exiſtimatio tibi ſubeunda ſit, ſin repoſueris, ægrum potiùs ad mortem præcipites, quàm ad ſanitatẽ reducas. Vbi oſſa ex toto ſuis ſedibus mouentur, aut paulùm excedunt, id multò mitiùs in genu quàm in cubiti flexu contingit. Femoris enim articulus pro magnitudine, magis ſuccinctus quæ

brachij eſt,atq; hic vnus æquabilem habet naturam eamq; rotundam. At brachij articulus,cùm magnus eſt, tum plures habet cauitates. Adde quod tibiæ quidem oſſa longitudinem habent inter ſe ſimilem, & paulùm quid,ne effatu quidem dignū, quod exteriore parte eſt excedit,nihilq; memorabile prohibet, ex quo exterior poplitis tendo ortum ducit. Cubiti verò oſſa inæqualia ſunt,quodque breuius, longe plenius eſt, quod tenuius, multum ſupra articulum fertur & excedit. His tamen neruis qui ſunt ad communem oſſium coniunctionem annectitur. In brachio autem os tenue maiorem connexionis neruorum partem habet,quàm craſſum. Atque horum quidem articulorum & oſſium in cubiti flexu,natura eſt huiuſmodi. Ex quo naturæ modo,oſſa quæ in genu articulo ſunt,ſępiùs quidem elabuntur,at faciliùs reconduntur. Ac neq; inflammatio magna, neque articuli vinculum accedit. Plurimùm autem in interiorem partem excidunt,interdum verò in exteriorem, nonnunquam etiam in poplitem. Quorum omnium difficiles non ſunt repoſitiones. Verùm vbi in exteriorem ac interiorem partem mouentur, homo humili aliquo ſedili, crure paulò quidem ſublimiore collocato ſedeat. Fereque mediocris extenſio ſatis eſt, vt altera quidem parte tibiam, altera femur in diuerſa contendas.

βραχίονος, καὶ δικαίην φύσιν μοῦνον ἔχον, καὶ ταύτην περιφερέα. τὸ δὲ τοῦ βραχίονος ἄρθρον μέγα καὶ βαθμίδας πλείονας ἔχον. πρὸς δὲ τούτοις, τὰ μὲν κνήμης ὀστέα παραπλήσια μῆκός ἐστι, καὶ σμικρόν τι οὐκ ἄξιον λόγου, τὸ ἔξω ὀστέον ὑπερέχει, οὐδενὸς μεγάλου κώλυμα ἐόν, ἀφ' οὗ πέφυκεν ὁ ἔξω τένων ὁ παρὰ τὴν ἰγνύην. τὰ δὲ τοῦ πήχεος ὀστέα ἄνισά ἐστι, καὶ τὸ βραχύτερον παχύτερον συχνῷ. τὸ δὲ λεπτότερον, πολλῷ ὑπερβάλλει καὶ ὑπερέχει τὸ ἄρθρον. ἐξήρτηται μέντοι καὶ τοῦτο τῶν νεύρων κατὰ τὴν κοινὴν ξύμφυσιν τῶν ὀστέων. πλέον δὲ μέρος ἔχει τῆς ἐξαρτήσιος τῶν νεύρων ἐν τῷ βραχίονι τὸ λεπτὸν ὀστέον, ἤπερ τὸ παχύ. ἡ μὲν οὖν φύσις τοιουτότροπος τῶν ἄρθρων τούτων καὶ τῶν ὀστέων τοῦ ἀγκῶνος. καὶ διὰ τὸν τρόπον τῆς φύσιος τὰ κατὰ γόνυ ὀστέα πολλάκις μὲν ὀλισθάνει, ῥηιδίως δὲ ἐμπίπτει. φλεγμονὴ δὲ οὐ μεγάλη προσγίνεται, οὐδὲ δεσμὸς τοῦ ἄρθρου. ὀλισθάνει δὲ τὰ πλεῖστα εἰς τὸ εἴσω μέρος, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐς τὸ ἔξω. ποτὲ δὲ καὶ ἐς τὴν ἰγνύην. τούτων ἁπάντων αἱ ἐμβολαὶ οὐ χαλεπαί, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔξω καὶ ἔσω ὀλισθάνοντα, καθῆσθαι μὲν χρὴ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ χαμαιζήλου τινός. τὸ δὲ σκέλος ἀνωτέρω ἔχειν, μὴ μέντοι πολλῷ. κατάτασις δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ μετρίη ἀρκεῖ, τῇ μὲν κατατείνειν τὴν κνήμην, τῇ δὲ ἀντιτείνειν τὸν μηρόν.

[illegible]] Sic codicum magna pars legit,quam lectionem etiam libenter amplectimur.

καὶ βαθμίδας πλείονας ἔχον] Ex hoc loco Galenus lib.2.de vſu part. βαθμίδας Hippocrati dici ſcribit ſinus leuiter excauatos, ad finem trochlearis cauitatis in vtraque brachij parte exiſtentes,in quos vlnæ proceſſus adunci(quos κορώνας vocant) ingrediuntur, extremæ tenſionis & flexionis terminos. ἐξήρτηται μέντοι καὶ τοῦτο τῶν νεύρων] Sic legunt exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit. Cornarius tamen τοῦτο legiſſe videtur & Galenum ſecutus ad τὸ ὑπερέχον τοῦ πήχεος ὀστοῦ, τουτέστι τὸν ἀγκῶνα, referre.

πλέον δὲ μέρος] Hic exemplaria quædam addunt, πλέον δὲ μέρος ἔχει τὸ ἄρθρον. Quod tamen vitium redolere videtur,vt ex melioribus membranis & Galeno ſatis patet.Hac etiam parte mendoſus eſt codex Aldinus.

τούτων ἁπάντων αἱ ἐμβολαὶ] Sic legunt exemplaria publicata cum melioribus & recentioribus membranis. Quædam etiam μεταβολαί, quam lectionem ſecutus eſt Vidus Vidius.

At quæ ſunt in cubiti flexu oſſa, maiorem moleſtiam exhibent, quàm quæ in genu, maioreque negotio ob inflammationem reponuntur, niſi protinus reſtituantur. Minus quidem certè quam illa ſuis ſedibus mouentur, ſed ægriùs in ſuum locum reconduntur & collocantur, inſuperque inflammationem magis contrahunt & callum obducunt. Sunt autem horum magna quidem ex parte paruæ inclinationes, interdum ad coſtas, interdum in exteriorem partem. Neque tamen articulus totus loco mouetur, ſed quodammodo in brachij cauo ſubſiſtit,qua parte os cubiti excedit. Hæc igitur vbi in hanc vel illam partem excidunt, facilè reponuntur, ac ſatis eſt brachium in directum extendere, ita vt vnus ad manus iuncturam intendat, alter ſub ala comprehenſum retineat. Medicus autem altera manu ad emotum articulum admota, prominentiore palmæ parte propellat,altera verò propè articulum iniecta,in contrariam partem impellat. Atque huiuſmodi luxationes non ægrè repoſitioni parent, ſi priùs quàm inflāmatione occupentur, recondantur. Vt plurimùm autem magis in interiorem partem elabuntur, luxantur quoque & in exteriorem. Quæ habitu manifeſta fiunt, eaque plærumque etiam abſque valida intenſione in ſuas ſedes reſtituuntur. In his autem quæ in interiorem partem elabuntur, articulum in naturalem ſedem propellere oportet, cubitum verò in pronum magis conuerſum circumagere. Atque magna quidem ex parte quæ in cubiti flexu luxationes contingunt,ſunt huiuſmodi. Quod ſi articulus in hanc vel illam partem vltra cubiti os quod in brachij cauum prominet, moueatur, quod quidem raro contingit, ſed ſi accidat, non ampliùs ſimiliter extenſio in directum facta ad huiuſmodi luxata accommoda-

τὰ δὲ κατὰ τὸν ἀγκῶνα ὀχλωδέστερά ἐστι τῶν κατὰ τὸ γόνυ, καὶ δυσεμβολώτερα, καὶ διὰ τὴν φλεγμονήν, ἢν μή τις αὐτίκα ἐμβάλοι. ὀλισθάνει μέντοι ἧσσον, ἢ ἐκεῖνα, δυσεμβολώτερα δὲ καὶ δυσαθετώτερα, καὶ ἐπιφλεγμαίνει μᾶλλον καὶ ἐπιπωροῦται. ἔστι δὲ καὶ τούτων τὰ μὲν πλεῖστα σμικραὶ ἐγκλίσιες. ἄλλοτε ἐς τὸ πρὸς τῶν πλευρέων μέρος. ἄλλοτε ἐς τὸ ἔξω. οὐ πᾶν δὲ τὸ ἄρθρον μεταβεβηκός, ἀλλὰ μένον τι κατὰ τὸ κοῖλον ὀστέον τοῦ ὀστέου τοῦ βραχίονος, ᾗ τὸ τοῦ πήχεος ὀστέον τὸ ὑπερέχον ἔχει. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα, κἂν τῇ ἢ τῇ ὀλισθῇ, ῥηΐδιον ἐμβάλλειν. καὶ ἀποχρὴ ἡ κατάτασις ἡ ἐς τὸ ἰθὺ γινομένη κατ' ἰθυωρίην τοῦ βραχίονος, τὸν μὲν κατὰ τὸν καρπὸν τῆς χειρὸς τείνειν, τὸν δὲ κατὰ τὴν μασχάλην περιβάλλοντα. τὸν δὲ ἐν τῇ ἑτέρῃ πρὸς τὸ ἐξέχον τοῦ ἄρθρου τὸ θέναρ προσβάλλοντα ὠθεῖν. τῇ δ' ἑτέρῃ ἀντωθεῖν προσβάλλοντα ἐγγὺς τοῦ ἄρθρου. ἐμπίπτει δὲ ῥηιδίως ἐμβαλλόμενα τὰ τοιαῦτα ὀλισθήματα. ἢν πρὶν φλεγμαίνειν ἐμβάλλῃ τις. ὀλισθάνει δέ, ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ μᾶλλον ἐς τὸ ἔσω μέρος. ὀλισθάνει δὲ καὶ ἐς τὸ ἔξω. εὔδηλα δὲ τῷ σχήματι, καὶ πολλάκις ἐμπίπτει τὰ τοιαῦτα, καὶ ἄνευ ἰσχυρῆς κατατάσιος. χρὴ δὲ τῶν ἔσω ὀλισθανόντων, τὸ μὲν ἄρθρον ἀπωθεῖν ἐς τὴν φύσιν, τὸν δὲ πῆχυν ἐς τὸ καταπρηνὲς μᾶλλον ῥέποντα περιάγειν. τὰ μὲν πλεῖστα ἀγκῶνος τοιαῦτα ὀλισθήματα. ἢν δὲ ὑπερβῇ τὸ ἄρθρον, ἢ ἔνθα ἢ ἔνθα ὑπὲρ τὸ ὀστέον τοῦ πήχεος τὸ ἐξέχον ἐς τὸ κοῖλον τοῦ βραχίονος. γίνεται μὲν οὖν ὀλιγάκις τοῦτο. ἢν δὲ

γένηται

A ἐμβλῆται οὐκ εὖ ὁμοίως ἡ κατάτασις ἡ ἐς ἰθυωρίην γινομένη ἐπιτηδείη τῶν τοιουτέων ὀλισθημάτων· κωλύει γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ κατατάσει τὸ ἀπὸ τοῦ πήχεος ὑπερέχον ὀστέον τὴν ὑπέρβασιν τοῦ βραχίονος. χρὴ δὲ τοῖσιν οὕτως ἐκβεβληκόσι τὴν κατάτασιν ποιέεσθαι τοιαύτην, οἵην πρόσθεν γέγραπται, ὁπόταν τὰ ὀστέα βραχίονος κατεηγότα ἐπιδέῃ, ἀπὸ μὲν τῆς μασχάλης ἐς τὸ ἄνω τείνεσθαι, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀγκῶνος αὐτοῦ ἐς τὸ κάτω ἀναγκάζειν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ὁ βραχίων ὑπεραιωρηθείη ὑπὲρ τῆς ἑωυτοῦ βαθμίδος. ἢν δὲ ὑπεραιωρηθῇ, ῥηϊδίη ἡ κατάστασις τοῖσι θέναρσι τῶν χειρῶν, τὸ μὲν ἐξεστεὸς τοῦ βραχίονος ἐμβάλλοντα ἀπωθέειν, τὸ δὲ ἐς τοῦ πήχεος ὀστέον τὸ παρὰ τὸ ἄρθρον ἐμβάλλοντα ἀντωθέειν, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀμφοῖν, ποιοῦντα δὲ ἧσσον. αὕτη ἡ κατάτασις τοῦ τοιούτου ὀλισθήματος δικαιοτάτη. ἐμβληθείη δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἰθυωρίης κατατάσιος, ἧσσον δὲ ἢ οὕτω.

ta fuerit. In huiuſmodi namq; extenſione, quod à cubito prominet, quò minùs brachium ſupra ferri poſſit prohibet. In his igitur quæ ſic ſuo loco mota ſunt, eiuſmodi extenſionem adhibere conuenit, quæ priùs deſcripta eſt, vbi quis brachij fracta oſſa deligat; ita vt ab ala quidem in ſuperiorem partem tenſio fiat, ab ipſo autem cubiti gibbo deorſum cogamus. Hac enim maximè ratione brachium ſupra ſuum ſinum ſublimè tolletur. Quod ſi accidat, facilè in ſuam ſedem reconduntur, vbi manuum palmis partim quidem os brachij elapſum propellentes reponimus, partim verò os cubiti quod iuxta articulum eſt, in partem contrariam impellimus in vtroq; eodem modo, minùs tamen. Atque hæc diſtentio in hoc luxamento iuſtiſſima videtur. Quin & intenſione in directum in ſuam ſedem recondi queat; minùs tamen quàm ſi hoc modo intendatur.

C [illegible]] Celſus. In cubito celeriùs quàm in vllo alio articulo, ſiue extra remanſit, ſiue intus recerrit, callus circumdatur, iſque ſi per quietem increuit, flexus illius poſtea prohibet.

[illegible]] Quas hic Hippocrates [illegible] paruas articuli inclinationes, †Paulus [illegible], mediocres inuerſiones aut emotiones vocat, eundemq; reponendi modum his verbis ſtatuit: [illegible] Quod effecit vt hoc loco, [illegible], manum medici cum quibuſdam interpretibus potuerim.

† Lib. 6. cap. 110.

[illegible]] Paulus, [illegible]. Cornelius Celſus. Quicquid autem ſuo loco motum eſt, ante inflammationem reponendum eſt.

[illegible]] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria tum manu ſcripta tum publicè exarata. Vidus tamen pro [illegible] legit, & pro [illegible], ſi modo librarij vitio non contingit.

D [illegible]] Sic legunt omnia exemplaria tam publicata quam ſcripta. Sed [illegible] lego cum interpretibus, vt ſit velut [illegible], & in ſuam ſedem reſtitutio ac repoſitio, vt antea expoſuit Galenus, recondi Celſus dicit.

[illegible]] Hæc valde ſunt obſcura ideoq; à Caluo prætermiſſa, & à quibuſdam ex parte expreſſa, etſi eadem eſt omnium membranarum lectio. Mihi certè accipi videntur, vbi brachium in interiorem aut exteriorem partem prolabitur, vt in vtroque caſu eadem recondendi ratio valeat, vt prominentioribus manuum palmis partim quod extat impulſum reponatur, partim à contraria parte coactum, in ſuam ſedem reſtituatur. Vtramq; enim vim adhibendam cenſet, minore tamen vi agendam, cùm in exteriorem partem rariùs elabatur. Poteſt etiam [illegible] ad illud [illegible] referri, vt in contrariam partem minor vis adhibenda ſit, in qua reniti ac tantùm contra tendere ſatis eſſe videatur.

E [11] ἢν δὲ ἐς τοὔμπροσθεν ὀλισθῇ ὁ βραχίων, ὀλιγάκις μὲν τοῦτο γίνεται, ἀλλὰ τί οὐκ ἂν ἐξαπίνης ἔκπαλσις οὐκ ἐκβάλλοι; πολλὰ γὰρ καὶ παρὰ τὴν οἰκείην φύσιν ἐμπίπτει, καὶ ἢν μέγα ᾖ τὸ κωλῦον. ταύτῃ δὲ τῇ ἐκπαλήσει μέγα ἐστὶ τὸ ὑπερβαινόμενον τὸ παρὰ τὸ παχύτερον τῶν ὀστέων καὶ τῶν νεύρων συχνὴ κατάτασις. ὅμως δὲ ἤδη τισὶν ἐξέπαλσεν. σημεῖον δὲ τοῖσιν οὕτως ἐκπαλεῖσιν· οὐδὲν γὰρ χρῆμα τὸν ἀγκῶνα κάμψαι δύνανται. F δῆλον δὲ καὶ τὸ ἄρθρον ψαυόμενον. ἢν μὲν οὖν μὴ αὐτίκα ἐμβληθῇ, ἰσχυραὶ καὶ βίαιοι φλεγμοναὶ καὶ πυρετώδεες γίνονται· ἢν δὲ αὐτίκα τις παρατύχῃ, εὐέμβολον. χρὴ δὲ ὀθόνιον σκληρὸν εἱλίξαντα, μὴ μέγα, ἐνθέντα πλάγιον ἐς τὴν καμπὴν τοῦ ἀγκῶνος, ἐξαπίνης ξυγκάμψαι τὸν ἀγκῶνα, καὶ προσαγαγεῖν ὡς μάλιστα τὴν χεῖρα πρὸς τὸν ὦμον. ἱκανὴ μὲν οὖν αὕτη ἡ ἐμβολὴ τοῖσιν οὕτως ἐκπαλεῖσιν· ἀτὰρ καὶ ἐς τὸ ἰθὺ κατάτασις δύναται G δὲ ἤδη τοῦτον τὸν τρόπον τῆς ἐμβολῆς. τοῖσι μὲν τοῖσι θέναρσι τῶν χειρῶν χρὴ τὸν μὲν ἐμβάλλοντα ἐς τὸ τοῦ βραχίονος ἐξέχον τὸ παρὰ τὴν καμπὴν ὀπίσω ἀπωθέειν, τὸν δὲ ἕτερον κάτωθεν ἐς τὸ τοῦ ἀγκῶνος ὀξὺ ἐμβάλλοντα ἀπωθέειν ἐς τὴν ἰθυωρίην τοῦ πήχεος ῥέποντα. δύναται δὲ ἐν τοῖσι τοιουτέοισι ὀλισθήμασι καὶ ἐκείνη ἡ κατάτασις ἡ πρόσθεν γεγραμμένη, ὡς χρὴ H κατατείνειν ὅτε τὰ ὀστέα τοῦ βραχίονος κατεηγότα ἐστὶν ἐπιδεῖσθαι. ἐπὴν δὲ κατατεθῇ, οὕτω χρὴ τοῖσι θέναρσι τὰς προσβολὰς ποιέεσθαι, ὥσπερ καὶ πρόσθεν γέγραπται.

At ſi in anteriorem partem brachiũ elabitur, quod quidem rarò admodum contingit, ſed quid nõ eiicit repentina motio? Multa namque ſuis ſedibus excidunt, etſi magnum quoddam ſit impedimentum. In hac autem articuli emotione magnum quiddam ſupra os craſſius fertur, & multa neruorum contentio, nihilominus tamen quibuſdam, ſua compage mouetur. Huius autem emotionis indicium eſt, quod nulla ex parte cubitum flectere queunt, & articulus ad cõtactum manifeſtus eſt. Niſi igitur ſubitò reconditus fuerit graues vehementeſq; inflammationes cum febre oriuntur. Quòd ſi ſtatim occurratur, nullo negotio in ſuam ſedem opponitur. Oportet autem linteo duro conuoluto, non magno, in cubiti flexu tranſuerſo impoſito, de repente cubitum inflectere, & manũ quàm maximè fieri poteſt ad humeri caput adducere. Hæc igitur reponendi ratio iis quidem ſic emotis abunde eſt. Quinetiã in directum diſtentio, hunc repoſitionis modum adaptare poteſt. Prominẽtioribus tamen manuum palmis ad brachij partem ad flexurã quidem extantem iniectis, alter in poſteriorem partem propellere, alter verò ab inferiore parte iiſdem in cubiti eminentiam iniectis, in contrariam partem è regione cubiti impellere debet. Ad hunc quoq; luxationis modum adhiberi poteſt intendendi ratio priùs deſcripta, qua oſſa brachij fracta, vbi deuincienda ſunt, extenduntur. Atq; vbi diſtentio facta eſt, prominentioribus manuum partibus admotis; velut priùs dictum eſt conformare oportet.

[11] [illegible]] [illegible] emotionem & vim qua articuli ſua compage luxantur ac veluti eluctantur ſignificat, velut [illegible]. Sic Heſychio [illegible] ſignificat, & articulum ſua compage emotum & eiectum, [illegible], quod eſt [illegible]. Vnde & [illegible] quod idem exponit [illegible], vt [illegible]. Sic [illegible] exponit Erotianus & [illegible]. Vt hunc locum mihi ſubnotare viſus ſit, & [illegible] pro [illegible] legiſſe, vt & [illegible] ex hoc loco pro [illegible] Galeno ſcribitur in Exegeſi, vt multis docuimus in noſtra Oeconomia.

Παρὰ τὴν εἰκείαν χώρην ἰημένη] Sic legunt omnia exemplaria tum manu ſcripta tum publicè exarata. Sed [illegible] cum interpretibus lego. Neq; tamen Hippocratis mentem mihi videtur aſſecutus Caluus. Vitioſa etiam ſunt exemplaria quæ [illegible] pro οἰκείαν legunt. A

Χρὴ δὲ ἐκτανύοντα [illegible]] Hunc locum ſic exponit Paulus lib.6. [illegible] Huius quoque repoſitionis per violentam flexionem meminit Hipp.lib.de art.& Cornelius Celſus cap.16.lib.8.

Διώκεται δὲ ἐν τούτῳ τῷ τρίτῳ] Huius quoque extenſionis meminit lib de art. Hippocrates. Paulus verò lib.6.eam explicat, & totū reponendi modum paulò fuſius exprimit, his verbis: [illegible] Intendendi quoq; ac reponendi modum † Corn. Celſus his verbis proſequitur. Extendendi tamen alia atq; alia genera ſunt, prout nerui valent, aut oſſa huc illúcve ſe dederunt. Ac modò manibus ſolis vtendum eſt, modò quædam alia adhibenda. Ergo ſi in priorem partem cubitus prolapſus eſt, extendi per duas manus, interdum etiā habenis iniectis ſatis eſt. Deinde rotundum aliquid à lacerti parte ponendum eſt, & ſuper id repente cubitus ad humerum impellendus eſt. At in aliis caſibus commodiſſimum eſt eadem ratione brachium extendere, quæ fracto humero ſupra poſita eſt, & tum oſſa reponere. Sic enim iſta apud Celſum legenda cenſeo, cum vitioſiſſimè ſcripta ſint noſtris in codicibus. Sunt porrò apud recentiores Chirurgos reponendæ cubiti in priorem partem prolapſionis multa genera, quæ quòd ex multis Chirurgiæ magiſtris peti poſſint, in præſens omitto. B C

† Cap.16.lib.8.

At ſi poſteriorem in partem brachium exciderit, quod tamen rarò contingit, is caſus maximos omniū dolores, febreſq; aſſiduas, merè bilioſas, lethales & quæ intra paucos dies hominem è vita tollant, inducit. Quibus id accidit, brachium extendere nequeūt. Si ergo ſtatim a principio affueris, vi cubitum intendere oportet, ac ſpōte in ſuū locū reſtituetur. Quòd ſi febres præoccuparit, recondi nō ampliùs debet. Vi enim adhibita dolor intenderetur. Ac, vt vno verbo dicam, neq; vllus alius articulus, ac minimè omnium cubitus, dum febris adeſt, in ſuam ſedem compellendus eſt. Aliæ quoq; graues noxiæ ac moleſtæ in cubiti gibbo cōtingunt Nempe os iſtud craſſius quandoq; ab altero dimouetur, tuncq; neq; curuari, neq; extendi ſimiliter brachium poteſt. Id autem manifeſtū fit, ſi quis cubiti flexum, quà vena ſcinditur, & ſupra lacertum fertur, manu contingat. Quod vbi accidit, nō facilè in ſuam naturā reſtituitur. Neq; enim vlla alia duorū inter ſe oſſium cōnexio, vbi dimota eſt, facilè in priſtinā ſedem reponitur, verùm diductis oſſib⁹ eā partem turgidiorē eſſe neceſſe eſt. Qua autē ratione articulus vinciendus ſit, in malleoli deligatione dictū eſt. Interdū verò os cubiti brachio ſubiectū frangitur, quandoq; etiā cartilaginea eius pars, ex qua tēdo in poſteriore brachij parte enaſcitur. Quod cū fit, febrem & maligna vitia inducit. Articulus tamē ſuo loco manet, æqualiter enim ipſius baſis hac parte excedit. Cum verò quā parte brachij caput ſupereminet diſceſſerit, magis vagatur articulus, quā ſi penitùs tranſuerſus frangatur. Ac (vt vno verbo complectar) minores noxiæ ſunt ſub oſſibus fractis, quam ſi iis non fractis, venæ tamen ac nerui inſignes iis locis conterantur. Hæc enim magis quàm illa præcipitant, ſi febre cōtinua incendantur. Verùm huiuſmodi quidem fracturæ rarò euenire conſueuerunt. Interdum quoq; ipſum brachij caput iuxta productionem frangitur. Idque cum longè magis noxium eſſe videatur, iis quæ circa cubitum contingunt multò eſt leuius. Qua igitur ratione luxata ſingula in ſuas ſedes reponi potiſſimumq; curari conueniat, ſcriptum eſt, quódque articulum protinus in ſuum locū compelli, ob celerem neruorum inflammationem, maximè conferat. Etenim ſi quæ ſuo loco mota ſunt ſtatim recondantur, vna etiam nerui contendi ſolent, aliquantoque tempore conſuetam tum extenſionem tum inflexionem impedire. Hæc autem omnia ſimili modo curare cōuenit, tum quæ fráguntur,

Ἢν δὲ ἐς τοὔπισω βραχίων ἐκπέσῃ, ὀλιγάκις μὲν τοῦτο γίνεται, ἐπωδυνώτατον δὲ τοῦτο πάντων καὶ πυρετωδέστατον ξυνεχέων πυρετῶν καὶ ἀκρητοχόλων, θανατωδέων καὶ ὀλιγημερέων. Καὶ οὗτοι ἐκτανύειν οὐ δύνανται. Ἢν μὲν οὖν αὐτίκα παρατύχῃς, βιάσασθαι χρὴ ἐκτανύοντα τὸν ἀγκῶνα, καὶ αὐτόματον ἐμπίπτει. Ἢν δέ γε φθάσῃ πυρετήνας, οὐκέτι χρὴ ἐμβάλλειν. κατατείνει γὰρ ἂν ἡ ὀδύνη ἀναγκαζομένου. ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι, οὐδ' ἄλλο χρὴ ἄρθρον πυρετήναντι ἐμβάλλειν, ἥκιστα δ' ἀγκῶνα. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα σίνεα κατ' ἀγκῶνα καὶ ὀχλώδεα. τοῦτο μὲν γὰρ τὸ παχύτερον ὀστέον ἔστιν ὅτε ἐκινήθη ἀπὸ τοῦ ἑτέρου, τὸ οὔτε ξυγκάμπτειν, οὔτε κατατανύειν ὁμοίως δύναται. δῆλον δὲ γίνεται ψαυόμενον κατὰ τὴν ξυγκαμπὴν τοῦ ἀγκῶνος παρὰ τὴν διχαλίδα τῆς φλεβὸς τῆς ἀνὰ τὸν μῦν τεινούσης. τοῖσι δὲ τοιούτοισιν οὐκ εὐπετὲς ῥηΐδιον ἐς τὴν ἑωυτοῦ φύσιν ἀγαγεῖν, οὐδὲ γὰρ ἄλλην οὐδεμίην ῥηϊδίως ξυμφυάδα κοινὴν δύο ὀστέων κινηθεῖσαν ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν ἱδρυνθῆναι, ἀλλ' ἀνάγκη ὄγκον ἴσχειν τὴν διάστασιν. ὡς δὲ ἐπιδεῖν χρὴ ἐν ἄρθροις, ἐν τῇ κατὰ σφυρὸν ἐπιδέσει εἴρηται. ἔστι δὲ οἷσι κατήγνυται τοῦ πήχεος τὸ ὀστέον τὸ ὑποτεταγμένον τῷ βραχίονι. ὅτε μὲν τὸ χονδρῶδες αὐτοῦ ἀφ' οὗ πέφυκεν ὁ τένων ὄπισθεν τοῦ βραχίονος, καὶ ἐπὴν τοῦτο κινηθῇ, πυρετῶδες καὶ κακόηθες γίνεται, τὸ μέντοι ἄρθρον μένει ἐν τῇ ἑωυτοῦ χώρῃ. ἴσως γὰρ ἡ βάσις αὐτοῦ ταύτῃ ὑπερέχει. ὅταν δὲ ἀπαγῇ ταύτῃ ᾗ ὑπερέχει ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος, πλανωδέστερον τὸ ἄρθρον γίνεται, ἢν πάμπαν ἀποκαυλισθῇ. ἀσινέστερα δὲ ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι, πάντα τὰ κατήγματα τῶν ὀστέων ἐστὶν, ἢ οἷσι τὰ μὲν ὀστέα οὐ κατάγνυται, φλέβες δὲ καὶ νεῦρα ἐπίκαιρα ἀμφιφλᾶται ἐν τούτοισι τοῖσι χωρίοισιν. ἐγγυτέρω γὰρ θανάτου πελάζει ταῦτα ἢ ἐκεῖνα, ἢν ἐκπυρωθῇ ξυνεχεῖ πυρετῷ. ὀλίγα γε μὴν τὰ τοιαῦτα κατήγματα γίνεται. ἔστι δὲ ὅτε αὐτὴ ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος κατὰ τὴν ἐπίφυσιν κατάγνυται. τοῦτο δὲ δοκέει κακοσινώτερον εἶναι πολλῷ, πολλῷ ἦν εὐηθέστερον τῶν κατ' ἀγκῶνα σινέων ἐστίν. ὡς μὲν οὖν ἕκαστα τῶν ὀλισθημάτων ἁρμόσει ἐμβάλλειν καὶ μάλιστα ἰητρεύειν, γέγραπται. καὶ ὅτι παραχρῆμα ἐμβάλλειν καὶ μάλιστα ἄρθρον ξυμφέρει διὰ τὸ ταχὺ τῆς φλεγμονῆς τῶν νεύρων. καὶ γὰρ ἢν ἐκπεπτωκότα αὐτίκα ἐμπέσῃ, ὁμοίως φιλέει τὰ νεῦρα ξυντάσιν ποιέεσθαι, καὶ κωλύει ἐπὶ πουλὺν χρόνον τήν τε ἔκτασιν ὅσην πρὸ φιλέει ποιέεσθαι, τήν τε ξύγκαμψιν. ἰητρεύειν δὲ πάντα παραπλησίως ταῦτα ξυμφέρει, καὶ ὅσα ἄγνυται. D E F G H

καὶ

A καὶ ὀχὴ [illegible] ὅλα θᾶσσον [illegible] γὰρ χρὴ ὁποίοισι πολλοῖσι καὶ σπλήνεσι καὶ κηρωτῇ ἰητρεύειν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα κατήγματα. τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ἀγκῶνος ἐν τούτοισι πᾶσι δεῖ τοιοῦτον ποιέεσθαι, οἷόν περ βραχίονος ἐπιδέοντος κατεαγέντος καὶ πήχεος. κοινότατον μὲν γὰρ πᾶσι τοῖς ὀλισθήμασι, καὶ τοῖσι κινήμασι, καὶ τοῖσι κατήγμασι τοῦτο τὸ σχῆμα ἐστί. κοινότατον δὲ πρὸς τὴν ἔπειτα διάτασιν, καὶ τὴν ἔκτασιν ἕκαστα, καὶ ξυγκάμψιν. ἐντεῦθεν γὰρ οὐδὲ ἐς ἀμφότερα [illegible]

B σιοι. εὐοχώτατον δὲ καὶ εὐκατάληπτον αὐτῷ τῷ κάμνοντι τοῦτο τὸ σχῆμα. ἐν δὲ πρὸς τοῖσιν ἑτέροισι [illegible] παρεόντος. εἰ μὲν ἐκτεταμένη ἡ χεὶρ κρατηθείη [illegible] εἴη μὴ προσεοῦσα. πολλὸν μὲν γὰρ κώλυμα εἴη, ὠφελεῖν δὲ ὀλίγον. εἰ δ' αὖ ξυγκεκαμμένη, μᾶλλον εὔχρηστος ἂν εἴη. πολλῷ δὲ εὐχρηστοτέρη εἰ τὸ δὲ μέσον σχῆμα ἔχοι [illegible] προσθείη χρείαν. τὰ μὲν περὶ τοῦ σχήματος τοιαῦτα.

C [14] ὑπολυσιμώτατον δὲ τοῦτο παίειν] Lib. de arti. vbi cubitus in posteriorem partem luxatus est, dolores maximè recrudescere scribit cum febre, nausea & meracæ bilis vomitione. Celsus quoque. Si in posteriorem partem cubitus prolapsus est, brachium curuum esse neque extenditur, breuiusque altero est. Interdum febrem vomitumque bilis mouet.

[illegible]] Paulus [illegible] [illegible].

ὅταν δὲ ἄπηγμα] Et istud est [illegible] aut ἄπηγμα recentioribus dictum, quod scribit Galenus Comment. 3. in lib. περὶ ἰητρείου. Lego autem cum interpretibus, ὅταν δὲ ἄπηγμα [illegible], contra omnium exemplarium fidem: etsi pro [illegible] quidam legunt. Rursusq; [illegible] legendum videtur, contra tamen omnium codicum fidem. Erotianus autem [illegible] exponit.

ἀμφιφλάσῃ] Sic legunt meliora exemplaria, quædam etiam ἀμφιπλάσῃ, quæ magis ad Galeni mentem accedere videntur, Com.

D 3. in lib. περὶ ἰητρείου.

[illegible]] [illegible], hoc est nocentissima, longè noxia exponit Galenus in Exegesi, Interpretes autem legisse videntur, [illegible], &c.

ὁμοίως φιλέει τὰ νεῦρα] ὅμως pro ὁμοίως videtur legisse maxima pars interpretum. Nos tamen nihil immutauimus, eumque sensum amplectimur, vt statim extensione facta nerui etiam similiter facilè extendantur, alioqui interposito aliquo tempore, neque extensioni neque inflexioni facilè cedunt ob inflammationem.

[15] ἐπιδεῖν δὲ χρὴ τὴν μὲν ἀρχὴν τοῦ ὀθονίου βαλλόμενον κατὰ τὸ βλαφθὲν, ἤν τε κάταγμα, ἤν τε ἐκστῇ, ἤν τε

E διαστῇ. καὶ τὰς περιβολὰς τὰς πρώτας κατὰ τοῦτο ποιέεσθαι, καὶ ἐρηρεῖσθαι μάλιστα ταύτῃ, ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν ἧσσον. τὴν δὲ ἐπίδεσιν κοινὴν ποιέεσθαι χρὴ τοῦ τε πήχεος καὶ τοῦ βραχίονος, καὶ ἐπὶ πουλὺ πλέον ἑκατέρωσε ἢ ὡς οἱ πλεῖστοι ποιέουσιν, ὅκως ἐξαρύηται ὡς μάλιστα ἀπὸ τοῦ σίνεος τὸ οἴδημα ἔνθεν καὶ ἔνθεν. προσεπιδεῖσθαι δὲ καὶ τὸ ὀξὺ τοῦ πήχεος ἤν τε κατὰ τοῦτο ᾖ, ἤν τε μὴ, ἵνα τὸ οἴδημα ἐς αὐτὸ μὴ

F αὐτὸ ξυλλέγηται. πεφυλάχθαι δὲ χρὴ ἐν τῇ ἐπιδέσει, ὅκως μὴ κατὰ τὴν καμπὴν πολλὰ τῶν ὀθονίων ἦ, ἀθρόα ἔσται ἐκ τῶν δυνατῶν. πεπιέχθαι δὲ κατὰ τὸ σίνος ὡς μάλιστα, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τὰ χαλαρώτατα [illegible] τοῦ πήχεος τὸ χαλάσαι. ταῦτα καὶ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἕκαστα ὡς περ τῶν ὀστέων τῶν κατεηγότων ἐν τῇ ἰητρείῃ προγέγραπται. καὶ αἱ μεταπηδήσιες διὰ τρίτης ἔστωσαν. χαλαρὰ δὲ δοκέετω τῇ τεί-

G τῃ ὥσπερ καὶ τότε καὶ νάρθηκας προσπεριβάλλειν ἐν τοῖσι ἐκπεπτωκόσι καὶ τοῖσι μὴ. οὐδὲν γὰρ ἄτοπον, καὶ τοῖσι τὰ ὀστέα κατεηγόσι, καὶ τοῖσι μὴ. ἢν μὴ πυρεταίνῃ. ὡς χαλαρωτάτους δὲ, τοὺς μὲν ἀπὸ τοῦ βραχίονος κατατεταγμένους, τοὺς δὲ ἀπὸ τοῦ πήχεος κειμένους. ἔστωσαν δὲ μὴ παχέες οἱ νάρθηκες. ἀνάγκη δὲ καὶ ἀνίσους αὐτοὺς εἶναι ἀλλήλοισιν,

H καὶ ὑπαλλάσσειν παρ' ἀλλήλους, ἢ ἂν ξυμφέρῃ τεκμαιρόμενον πρὸς τὴν ξύγκαμψιν. ἀτὰρ καὶ τῶν σπληνέων τὴν πρόσθεσιν τοιαύτην χρὴ ποιέεσθαι, ὥσπερ καὶ τῶν ναρθήκων, εἴρηται. ὀγκηρότερος δὲ ὀλίγῳ κατὰ τὸ σίνος προστιθέναι. τοὺς δὲ χρόνους τοὺς ἀπὸ τῆς φλεγμονῆς τεκμαίρεσθαι, καὶ ἀπὸ τῶν προσθεν γεγραμμένων.

tum quæ inter se diſſident, tum quæ luxantur. Cuncta enim pluribus faſciis & ſpleniis, ac cerato, haud aliter quàm reliquæ fracturæ curanda ſunt. In his etiam cubiti gibbum talem prorſus habitum habere conuenit, qualis vbi brachium fractum aut cubitus deligabatur. His enim omnibus tam luxationibus, quàm emotionibus & fracturis, maximè cõmunis eſt habitus, nec non ad eam quæ poſtea ſequitur diſtẽtionẽ, & ad ſingula extendenda & flectenda. Inde enim ſimiles ad vtraq; viæ ineundæ ſunt. Præterea hoc habitu ægroto mẽbrũ facilè continetur & appenſum excipitur. Ad hæc etiã vbi callus firmandus eſt, ſi quidem porrecta manu callus obducatur, eum minimè adeſſe præſtat, cùm magno ſit impedimento, parũ verò proſit: ſi autẽ manu inflexa callus obducitur, magis ex vſu fuerit. At longè expeditius meliuſque fuerit, ſi manu medio habitu collocata, callus obfirmetur. Ac de habitu quidem hactenus.

Deligare verò oportet primo faſciæ capite ad læſam partem iniecto, ſiue fracta ſit, ſiue exciderit, ſiue dehiſcat, ibique primas conuolutiones circumdare, ita vt ea parte maximè obfirmentur, ſed vtrinque minùs. Vinculo quoque cubitus & brachium communiter comprehendendum, quòd vtriuſque multo maiorem partem occupet, quàm plærique ſoleant, quò quàm longiſſimè à loco læſo in hanc vel illam partem tumor exprimatur. Vinculo inſuper eminentia etiam cubiti circumdanda, ſiue ea parte noxia ſit, ſiue non, vt ne circa ipſam tumor colligatur. Vitandum etiam in vinciendo quoad eius fieri poterit, ne vinculum ad cubiti flexum multum coaceruetur. Compreſſio quoque quàm maximè qua parte noxia eſt facienda, cæteraq; quòd ad vinculi compreſſionem ac laxamentum attinet, eadem, iiſdemq; temporibus ſingula adhibenda, quæ in oſſium fractorum curatione priùs ſcripta ſunt. Tum tertio quoque die vincula reſoluenda. Tertio item die laxa eſſe ſentiãtur, non ſecus ac in fracturis. Ferulæ quoq; ſuo tempore circumdandæ. Nihil enim abſurdum eſt, tam in iis quibus oſſa fracta ſunt, quam quibus fracta nõ ſunt, adhibere, niſi febris adfuerit. Quàm laxiſſimæ autem partim quidam ad brachium adaptentur, partim etiã ad cubitum collocentur, neq; eæ craſſæ. Admoueri quoq; eas inæquales neceſſe eſt, ac inter ſe cedentes, quatenus conferat coniectura ad flexum adhibita. Quin & ſplenia eadem ratione, qua ferulas diximus, ſunt apponenda, ſed qua parte vitiũ eſt, paulò pleniora. Temporis verò opportunitatem, cùm ex inflammatione, tum ex iis quæ ſupra ſcripta ſunt, coniicere oportet.

[15] ὅκως ἐξαρύηται] Sic lego cùm omnia exemplaria ἐξαιρεῖται vitioſè legant, etſi ἐξαρύηται malim. ἐξαρύσαι autem [illegible], [illegible] à Galeno exponi antea ſcripſimus, & ab Erotiano ἐξαντλῆσαι, & [illegible] quod eſt exhaurire, exprimi & euacuari. Huc verò quadam

tenus quadrare poſſe videtur Galeni expoſitio in Exegeſi, cum ſcribit ἐξαφύη) quibuſdam explicari ἐξορμᾷ) ἢ ἐξωθεῖ, ποιεῖ), hoc eſt A cum impetu fertur, aut impetum facit. (Sic enim legere malim, cùm ἀναλάβῃ habeant omnia exemplaria.) Hoc ſenſu, vt quam longiſſimè à loco læſo in hanc vel illam partem tumor exhauriatur, hoc eſt exprimatur, aut impetu feratur ac depellatur.

ἵνα δὲ οἰδήματα ἐπιπῶδα] Sic certè legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria tum manu ſcripta tum publicata. Verùm cum interpretibus ἵνα μὴ lego.

ἀπὸ τοῦ βραχίονος κατεπιπεπηγμένου] Sic legit exemplarium bona pars, quædam etiam κατεπιπεπηγμένου.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΡΘΡΩΝ.

HIPPOCRATIS DE ARTICVLIS, LIBER. B

HVMERI articulũ vno modo, in alam videlicet, excidere vidi, nunquam autem in ſuperiorẽ aut exteriorem partem. Non tamen excidat néc ne contenderim, licet de eo aliquid dicere poſſim. Verũ neque in priorẽ partem vnquã vidi, nec excidere poſſe exiſtimo. Etſi quibuſdam medicis eam in partẽ plurimùm luxari videtur. Sed maximè fallũtur in iis quorum carnes circa articulum & brachiũ tabes occupauit. In quibus brachij caput in anteriorẽ partẽ prominere prorſus videtur. Atq; ego cùm aliquando huiuſmodi articulum excidiſſe negarem, eam ob rem tum apud medicos, tũ apud vulgum malè audiui. Solus enim ignarus, alij verò omnes periti ſunt habiti, remq; ita ſe habere, vix illis perſuadere potui. Si quis ex brachio, ſuperiore humeri parte, carnẽ detraxerit, ex ea quidem parte qua muſculus ſurſum tendit, tẽdonẽ quoq; nudarit, qui iuxta alam & iugulũ ad pectus fertur, brachij caput, licet nõ exciderit, anteriore parte multum prominere cõſpicietur. Natura enim, brachij caput in anteriorẽ partẽ pronũ eſt, reliquum verò brachij os in exteriorẽ partẽ incuruatur. Brachiũ verò lati ſcapularum oſſis cauo adiacet, vbi ad coſtas porrigitur. At cùm in anteriorem partem manus tota extenditur, tunc brachij caput rectà cauum lati ſcapularũ oſſis ſpectat, neq; amplius anteriore parte prominere videtur. Sed quod in propoſita quæſtione verſatur, nunquam anteriorẽ in partem prolapſum vidi, neq; tamẽ de eo ſic excidat néc ne verbis contenderim. Vbi igitur brachiũ in alam elabitur, cùm multis contingat, complures id in ſuam ſedem reponere nõrunt. Omnes autẽ noſſe modos quibus medici recõdere cõſueuerunt, quaq; ratione his quiſ optimè quis vtatur, eruditi eſt. Modus quoq; optimus adhibẽdus, vbi validiſſima vi opus eſſe cõſpexeris. Optimus verò ille eſt, qui poſtremus, pauſo poſt adſcribetur. Quibus igitur humerus frequenter elabitur, ij per ſe vt plurimũ in ſuam ſedem reponere poſſunt. Immiſſis enim ſub alam alterius manus digitorũ nodulis, articulum ſurſum propellunt, cubiti verò gibbum ad pectus adducunt. Ad hunc quoq; modum medicus in ſuũ locũ compellet, ſi interiore articuli prolapſi parte, ſub alã immiſſis digitis, ipſe quidẽ capite ad ſummũ humerũ obfirmato, à coſtis reducat, genibus verò ad cubiti flexum brachio admotis, ad coſtas repellat. At qui reponit, manus eam habere robuſtas conuenit, aut ipſe quidem manibus & capite id præſtet, alius verò quidam cubiti gibberum ad pectus adducat. Reponitur quoq; humerus, ſi cubito in poſteriorem partem ad ſpinam reducto, tum altera manu quod in cubito eminet ſurſum reflectatur, altera verò articulus retrò obfirmetur. Hic reponendi modus cum ſuperiore, etſi non ſunt ſecundum naturam, articulum tamen circunducentes in ſuam ſedem compellunt.

ὮΜΟΥ δὲ ἄρθρον ἕνα τρόπον οἶδα ὀλισθάνον τὸν ἐς τὴν μασχάλην. ἄνω δὲ, οὐδέποτε εἶδον, οὐδὲ ἐς τὸ ἔξω. οὐ μέντοι διισχυριεῦμαί γε, εἰ ὀλισθάνοι ἂν, ἢ οὔ, καίπερ ἔχων περὶ αὐτοῦ, ὅ, τι λέγω. ἀτὰρ οὐδὲ ἐς τὸ ἔμπροσθεν οὐδέπω ὄπωπα, οὐδὲ τοῦτο ὅ τι ἔδοξέ μοι ὠλισθηκέναι. τοῖσι μέντοι ἰητροῖσι C δοκέει κάρτα ἐς τοὔμπροσθεν ὀλισθάνειν, καὶ μάλιστα ἐξαπατῶνται ἐν τούτοισιν, ὧν ἂν φθίσις καταλάβῃ τὰς σάρκας τὰς περὶ τὸ ἄρθρον τε καὶ τὸν βραχίονα. φαίνεται γὰρ ἐν τοῖσι τοιούτοισι πάντα πᾶσιν ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἐξέχουσα ἐς τοὔμπροσθεν. ἐγὼ δὲ ποτὲ τὸ τοιοῦτον οὐ φὰς ἐκπεπτωκέναι, ἤκουσα φλαύρως ὑπό τε τῶν ἰητρῶν, ὑπό τε τῶν δημοτέων διὰ τοῦτο τὸ πρῆγμα. ἐδόκεον γὰρ αὐτοῖσιν ἠγνοηκέναι μοῦνος, οἱ δὲ D ἄλλοι πάντες ἐγνωκέναι, καὶ οὐκ ἠδυνάμην αὐτοὺς ἀναγνῶσαι, εἰ μὴ μόλις ὅτι τοιόνδε ἐστὶ τοιόνδε. εἴ τις τοῦ βραχίονος ψιλώσειε μὲν τῶν σαρκέων τὴν ἐπωμίδα, ψιλώσειε δὲ ᾗ ὁ μῦς ἀνατείνει, ψιλώσειε δὲ τὸν τένοντα τὸν κατὰ τὴν μασχάλην καὶ τὴν κληῖδα πρὸς τὸ στῆθος ἔχοντα, φαίνοιτο ἂν ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἐς τοὔμπροσθεν ἐξέχουσα ἰσχυρῶς, καίπερ οὐκ ἐκπεπτωκυῖα. πέφυκε γὰρ ἐς τοὔμπροσθεν προπετὴς ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος. τὸ δ᾽ ἄλλο ὀστέον τοῦ βραχίονος ἐς τὸ ἔξω καμπύλον. ὁμιλέει E δὲ ὁ βραχίων τῷ κοίλῳ τῆς ὠμοπλάτης πλάγιος, ὅταν παρὰ τὰς πλευρὰς παρατεταμένος ἔῃ, ὅταν μέντοι ἐς τοὔμπροσθεν ἐκτανυσθῇ ἡ ξύμπασα χεὶρ, τότε ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος κατ᾽ ἶξιν τῆς ὠμοπλάτης τῷ κοίλῳ γίγνεται, καὶ οὐκ ἔτι ἐξέχειν ἐς τοὔμπροσθεν φαίνεται. περὶ οὖν τούτου ὁ λόγος, οὐδέποτε εἶδον, οὐδὲ εἰς τοὔμπροσθεν ἐκπεσὸν, οὐ μὴν ἰσχυριεῦμαί γε F περὶ τούτου, εἰ μὴ ἐκπέσοι ἂν οὕτως, ἢ οὔ. ὅταν οὖν ἐκπέσῃ ὁ βραχίων ἐς τὴν μασχάλην, ἅτε πολλοῖσιν ἐκπίπτοντος, πολλοὶ ἐπίστανται ἐμβάλλειν. εὐπαίδευτον δέ ἐστι τὸ εἰδέναι πάντας τοὺς τρόπους οἷσιν οἱ ἰητροὶ ἐμβάλλουσι, καὶ ὡς ἄν τις αὐτοῖσι τοῖσι τρόποισι μάλιστα χρέοιτο. χρέεσθαι δὲ χρὴ τῷ κρατίστῳ τῶν τρόπων, ἢν ἰσχυροτάτης ἀνάγκης δέῃ. κράτιστος δὲ ὁ ὕστατος γεγραψόμενος. ὁκόσοισι μὲν οὖν πυκινὰ ἐκπίπτει ὁ ὦμος, ἱκανοὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον αὐτοὶ σφίσιν αὐτοῖσιν G ἐμβάλλειν εἰσίν. ἐνθέντες γὰρ τῆς ἑτέρης χειρὸς τοὺς κονδύλους ἐς τὴν μασχάλην, ἀναγκάζουσιν ἄνω τὸ ἄρθρον, τὸν δὲ ἀγκῶνα παράγουσιν ἐπὶ τὸ στῆθος. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον τοῦτον καὶ ὁ ἰητρὸς ἂν ἐμβάλοι, εἰ αὐτὸς μὲν ὑπὸ τὴν μασχάλην, ἐσωτέρω τοῦ ἄρθρου ἐκπεπτωκότος, ὑποτείνας τοὺς δακτύλους, ἀναγκάζοι ἀπὸ τῶν πλευρέων, ἐμβάλλων τὴν ἑωυτοῦ κεφαλὴν ἐς τὸ ἀκρώμιον, ἀντερείσιος ἕνεκα, τοῖσι δὲ γούνασι παρὰ τὸν ἀγκῶνα H τὸν βραχίονα ἐμβάλλων, ἀντωθέοι πρὸς τὰς πλευράς. ξυμφέρει δὲ κραταιὰς τὰς χεῖρας ἔχειν τὸν ἐμβάλλοντα. ἢ αὐτὸν μὲν τῇσι χερσὶ καὶ τῇ κεφαλῇ οὕτω ποιέειν, ἄλλον δέ τινα τὸν ἀγκῶνα παράγειν παρὰ τὸ στῆθος. ἔστι δὲ ἐμβολὴ ὤμου, καὶ ἐς τοὐπίσω ὑπαγαγόντα τὸν πῆχυν ἐπὶ τὴν ῥάχιν, ἔπειτα τῇ μὲν ἑτέρῃ χειρὶ ἀνακλᾷν ἐς τὸ ἄνω τοῦ ἀγκῶνος ἐχόμενον, τῇ δ᾽ ἑτέρῃ παρὰ τὸ ἄρθρον ὄπισθεν ἐρείδειν. αὕτη ἡ ἐμβολὴ καὶ ἡ πρόσθεν εἰρημένη, οὐ κατὰ φύσιν ἐοῦσαι, ὅμως ἀμφιβάλλουσαι τὸ ἄρθρον, ἀναγκάζουσιν ἐμπίπτειν.

Magnam

A Magnam eſſe Italicarum membranarum hoc in libro varietatem, ſatis indicat Calui verſio, quæ per omnia Mochlico ſimilis videtur, plurimaque ex parte diminuta. Eadem quoque in ſcriptionis ordine & indicatura varietas videtur. Quædam enim membranæ Vaticanæ poſt librum περὶ φύσιος παιδίου hunc adſcribunt, & περὶ ἄρθρων ἐμβολῆς indicaturam faciunt, ea quæ luxa ſunt deſignantem, ac fortè melius περὶ ἄρθρων ἐμβολῆς. Nos Regiarum membranarum manuſcriptarum liberalitatem & vetuſtatem quoad eius fieri poteſt, amplectemur, iſtumque conſecutionis ordinem ex Galeno aſſignabimus, & περὶ ἄρθρων denominationem adſcribemus, etſi περὶ τῶν ἐξαρθρημάτων ſæpè aliàs inſcribitur Galeno.

ὤμου δ' ἄρθρον] Hoc loco ὤμου ἄρθρον excidere dicitur ἀντὶ τοῦ τὸ κατ' ὦμον ἄρθρον, velut τὸ ἰσχίον ἐξίσταται ſcribitur aph. 59. li. 6. pro τὸ κατ' ἰσχίον ἄρθρον, vt illic ſcribit Gal. hoc loco ſubnotato. Sic Com. 2. in hunc lib. Galenus hic ὦμον pro τὸ κατ' ὦμον ἄρθρον primùm ſcribit, vt & illic γνάθον pro τὸ κατὰ τὴν γνάθον ἄρθρον.

οὐ μέντοι διισχυρίζομαί γε] Sic legunt omnes membranæ ſcriptæ cum publicatis. Galenus verò ἰσχυρίζομαι, vt poſtea, legiſſe videtur, & ἰσχυριστικῶς ἔχω, aut ἰσχυρῶς ἔχω, aut ἰδίαν αὐτοῦ accipere, hoc eſt, non aſſeuerauerim, aut contenderim. Eſt enim ἰσχυρίζομαι aut
B διισχυρίζομαι verbis contendo & connitor, aſſeuero, aut affirmo, Gallica phraſi rectè exprimitur (*Ie me fay fort de cela*) Quæ tranſlatio aptiſſimè huc quadrare poſſit. Verſus autem Homericus qui apud Galenum vitioſus eſt Iliad. ε. ſcribitur (verſ. 37.) hoc modo:

καί ῥ' οἳ γ' ἐφείοντες αὐτοῦ ἢ πολέμοιο.

Ex quo Heſychius ἐφείοντες exponit ἰδίᾳ, θέλοντες, ὁρμῶντες ἔχοντες, [illegible] βουλόμενοι, [illegible] τοῖς γινομένοις. Hunc porrò locum adducit Galenus lib. περὶ τῶν ὅλου τοῦ νοσήματος καιρῶν, vbi ἰσχυρίζω legit, his verbis: μακρότερον δὲ λόγου δεόμενον τοῦ σκέμματος, [illegible] ἅπαντα, [illegible] περὶ δὲ κατὰ τὸν ὦμον ἐκπτώσεως εἰπόντα, οὐ μέντοι ἰσχυρίζω ἔγωγε περὶ αὐτοῦ, καὶ τί ἔχει ὅ, τι λέγει. Hic autem Codices manuſcripti reconditiores Regij διισχυρίζομαι pro διισχυρίζομαι habent, quod certè magis probatur.

ἐγὼ δὲ ποτε τοῦτο οἶμαι] Sic publicati omnes codices legunt, pertinaci admodum vitio, quod etiam ad ſcriptas membranas redundauit, pro quo φαὶ lego cum interpretibus omnibus.

C αὐτοὶ ἀναγνῶσι] Certè ἀναγνῶσι hoc ſubnotato loco videtur legiſſe Galenus in Exegeſi & Erotianus, cum μεταπείθουσι. μεταδιδάξαι exponunt, aut ἀναγνῶσι ex hoc loco apud Galenum & Erotianum legendum. Cuius etiam fuſiorem explicationem adſcripſimus in noſtra Oeconomia.

οἵ τε τοῦ βραχίονος] Hunc locum adducit Galenus lib. 3. de Adminiſtrat. anatomicis, vbi τὸν βραχίονα legit.

ὁμιλεῖ δὲ ὁ βραχίων] Hìc ὁμιλεῖν adhærere, cohærere, aut inſeri & apponi ſignificare videtur, cum ὁμιλία de oſſium cohærentia & συνθέσει dicatur. Quod indicare videtur Erotianus hoc ſubnotato loco his verbis: ἐν δὲ τῷ περὶ ἄρθρων [illegible] καὶ γειτνιάσει, ὅτε φησίν. ὁμιλεῖ δὲ βραχίων τῇ κοτύλῃ τῆς ὠμοπλάτης. Vbi animaduertendum eſt Erotianum τῇ κοτύλῃ legiſſe, cùm exemplaria omnia τῷ [illegible] habeant. Galenus autem τὸ ὁμιλεῖν pro συνεῖναι ἀλλήλοις καὶ οἷον ὁμιλεῖν, hoc eſt, ſimul conuenire aut conuerſari, velut per quandam tranſlationem ſumit. Quem etiam in ſenium verſum Homericum ex Il. ε. (v. 539.) vſurpat. At verò Erotianus huc aliam quadrare ſignificationem, ita etiam nominatim expreſſa, exiſtimat. Galenus quoque Com. 1. in lib. de Fract. ὁμιλεῖν hic [illegible] καὶ ψαύειν,
D quod eſt, adiacere & attingere exponit. Verùm idem παχέος legit, & [illegible] ἡ χείρ. Quam lectionem etiam ſequitur in Commentario.

οὐ μὴν ἰσχυρίζομαί γε] Humeri articulum in anteriorem partem an elabatur non contendit Hippocrates, neque id videre illi contigit. Paulus quoque lib. 6. * & Auicennas priorem in partem luxari negant. Galenus ſcribit ſe ſemel Smyrnæ in Aſia, & Romæ quater eiuſmodi luxationem vidiſſe. † Celſus etiam humeri in priorem partem prolapſi hæc ſigna dedit, ſummum quidem brachium extenditur, minùs tamen quàm naturaliter, difficiliùſque in priorem partem quàm in poſteriorem cubitus porrigitur. [illegible] etiam Chirurgi eam luxationem interdum videri adſcribunt.

* *Cap. 114.* † *Cap. 15. lib. 8.*

ἐνδόντες γὰρ τῆς ἑτέρης χειρὸς] Hæc repoſitio in mollibus & delicatis corporibus fit, cuius meminit Paulus his verbis: [illegible]
E [illegible] ἐπὶ τοῦ μέσου δακτύλου [illegible], ὁ ἰατρὸς χειρὸς, καὶ ὁ τοῦ [illegible] τὸ ὑγιές, εἰ μὴ παῖς ᾖ, πολλάκις [illegible] ἐμπειρίας.

τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον] Huic repoſitionis modo ſimile ferè quod ſcribit Celſus. Igitur ſi in alam humerus excidit, & vel puerile adhuc eſt corpus, vel molle certè & imbecillibus neruis intentum eſt, ſatis eſt collocare id in ſedili, & ex duobus miniſtris alteri imperare vt caput lati ſcapularum oſſis leuiter reducat, alteri vt brachium extendat: ipſum poſteriore parte reſidentem humerum ſub ala eius cogere, ſimulque & latum os, & altera manu brachium eius ad latus impellere. Vitioſa autem ſunt exemplaria, quæ ἐμβάλλειν τὴν κεφαλὴν, pro ἐμβάλλειν hic legunt, vt & quæ ἡ αὐτὴ φύσις, pro ἡ αὐτὴ ἀεί.

ὅμως ἀμφισφάλλουσαι] Erotianus ἀμφισφάλλουσαι περισφάλλουσαι explicat, hanc repoſitionem quæ circumducendo fit intelligens. Neque enim dubium cuiquam eſſe poteſt quin hunc locum ſubindicet. Sed fortè ἀμφισφάλλουσαι legendum videtur, vt legiſſe Erotianum ſuſpicor, vt & poſtea ἀμφισφαλὴς pro περισφαλὴς ponitur. Et in Mochlico de hac humeri luxati repoſitione verba faciens, ὡς
F [illegible] ἀμφισφαλῇ iubet.

Οἱ δὲ τῇ πτέρνῃ πειρώμενοι ἐμβάλλειν, ἐγγύς τι τοῦ κατὰ φύσιν ἀναγκάζουσι. χρὴ δὲ τὸν μὲν ἄνθρωπον χαμαὶ κατακλῖναι ὕπτιον, τὸν δὲ ἐμβάλλοντα χαμαὶ ἵζεσθαι ἐφ' ὁκότερα ἂν τὸ ἄρθρον ἐκπεπτώκῃ. ἔπειτα λαβόμενον τῇσι χερσὶ τῇσιν ἑωυτοῦ, τῆς χειρὸς τῆς σιναρῆς, κατατείνειν αὐτήν, τὴν δὲ πτέρνην ἐς τὴν μασχάλην ἐμβάλλοντα
G ἀντωθεῖν, τῇ μὲν δεξιῇ, ἐς τὴν δεξιήν, τῇ δὲ ἀριστερῇ, ἐς τὴν ἀριστερήν. δεῖ δὲ ἐς τὸ κοῖλον τῆς μασχάλης ἐνθεῖναι στρογγύλον τι ἐναρμόσσον. ἐπιτηδειόταται δὲ αἱ πάνυ σμικραὶ σφαῖραι καὶ σκληραί, οἷαι πολλαὶ ἐκ τῶν σκυτέων ῥάπτονται. ἢν γὰρ μή τι τοιοῦτον ἐγκέηται, οὐ δύναται ἡ πτέρνη ἐξικνέεσθαι πρὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος. κατατεινομένης γὰρ τῆς χειρὸς κοιλαίνεται ἡ μασχάλη, οἱ
H γὰρ τένοντες οἱ ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς μασχάλης ἀντισπασθέντες ἐναντίοι εἰσί. χρὴ δέ τινα ἐπὶ θάτερα τοῦ κατατεινομένου καθήμενον κατέχειν κατὰ τὸν ὑγιέα ὦμον, ὡς μὴ περιέλκηται τὸ σῶμα τῆς χειρὸς τῆς σιναρῆς ἐπὶ θάτερα τεινομένης. ἔπειτα ἱμάντος μαλθακοῦ πλάτος ἔχοντος ἱκανόν,

At qui calce reponere tentant, ij prope ad naturalem repoſitionem accedunt. Homine quidem humi ſupino reclinato, eum qui reponit humi ſedere quam in partem articulus exciderit, oportet, deinde affecta manu ſuis manibus apprehenſa, eam extendere, calce verò ſub alam immiſſo, dextro quidem in dextram, ſiniſtro in ſiniſtram, in contrariam partem impellere. In alæ cauum autem immitti rotundum aliquid, quod congruat, debet. Quam ad rem maximè accommodatæ ſunt paruæ admodum pilæ ac duræ, quales multæ è corio ſui aſſolent. Niſi enim quid tale indatur, ad brachij caput calx peruenire nequit. Manu quippe extenſa ala cauatur, tendonibus hinc & inde alam aduerſum inter ſe conſtringentibus. Alius verò ab altera eius qui extenditur parte conſidens, hominem ad integrum humerum contineat, vt ne dum manus affecta in diuerſum tenditur, corpus circumducatur. Demum habenam mollem iuſtæ latitudinis, quæ pilam ſub alam impoſitam circumeat, & contineat, vtroque capite prehenſam, quidam ſupra caput eius qui extenditur

ὅταν ἡ σφαῖρα ἐντεθῇ εἰς τὴν μασχάλην, περὶ τὴν σφαῖραν περιβεβλημένου τοῦ ἱμάντος, καὶ κατέχοντος, λαβόμενον ἀμφοτέρων τῶν ἀρχῶν τοῦ ἱμάντος, ἀντικατατείνειν ἕνα ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ κατατεινομένου [illegible]

ſedens, & os ſummi humeri pede calcās, in diuerſum contendat. Pila autē quàm maximè fieri poteſt intrò ad latus, non ad brachij caput, accedat. Eſt & alius reſtituēdi modus, cùm in erecti & ſtantis humerū æger ſuſtollitur. Eum autem qui in humerum tollit maiorē eſſe oportet, apprehenſaq; laborantis manu, ſublatum humerum in alam ſubiicere, deinde velut ſedi inſidētem aliquantulum cōuertere, id in animum inducentem, vt ex humero ſuo ſuſpenſum ala hominē attollat. Ipſe verò excitato humero, ea parte ſe magis, quā altera attollat, ſuſpenſiq; hominis brachiū ad pectus ſuū quā celerrimè cōpellat. In eoq; habitu vbi hominē ſuſpenſum tenuerit, inſuper concutiat, quò reliquū corpus ei in contrariā partē, ex aduerſo brachij quod continetur, propendeat. Quòd ſi leuis admodū homo fuerit, huic præterea leuis aliquis puer à tergo appēdeat. Atq; hi omnes repoſitionis modi ad palęſtrā valde ſunt accōmodati, quòd eò nulla inferri inſtrumēta deſiderent. Quibus tamen alibi quoq; quis vti poſſit.

ἡλμένον περὶ τοῦ ποδὸς προσβαίνειν πρὸς τὸ ἀκρώμιον τοῦ ὀστέου. A
ἡ δὲ σφαῖρα ὡς ἐσωτάτω καὶ ὡς μάλιστα πρὸς τῶν πλευρέων κείσθω, καὶ μὴ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ βραχίονος. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ἐμβολή, ὡς κατωμίζουσιν ἐς ὀρθόν. μείζω μέντοι εἶναι χρὴ τὸν κατωμίζοντα, διαλαβόντα δὲ τὴν χεῖρα, ὑποθεῖναι τὸν ὦμον τὸν ἑωυτοῦ ἐπὶ τὴν μασχάλην ὀξύν. κἄπειτα ὑποστρέψαι, ὡς ἂν εὐσχήμων ἕδρη, στοχασάμενον ὅκως ἀμφὶ τὸν ὦμον τὸν ἑωυτοῦ κρεμάσαι τὸν ἄνθρωπον κατὰ τὴν μασχάλην. αὐτὸς B
δὲ ἑωυτὸν ὑψηλότερον ἐπὶ τούτου τὸν ὦμον ποιεέτω, ἢ ἐπὶ τοῦ ἑτέρου. τοῦ δὲ κρεμαμένου τὸν βραχίονα πρὸς τὸ ἑωυτοῦ στῆθος προσαναγκαζέτω ὡς τάχιστα. ἐν τούτῳ δὲ τῷ σχήματι προσαναστειέτω, ὅκοταν μετεωρίσῃ τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἀντίρροπον τὸ ἄλλο σῶμα αὐτοῦ, ἀντίον τοῦ βραχίονος τοῦ κατεχομένου. ἢν δὲ ἄγαν κοῦφος ᾖ ὁ ἄνθρωπος, προσεπικρεμασθήτω τούτου ὄπισθεν τις κοῦφος παῖς. αὗται δὲ αἱ C
ἐμβολαὶ πᾶσαι κατὰ παλαίστρην εὔχρηστοί εἰσιν, ὅτι ἄνευ ἀλλοίων ὀργάνων δέονται ἐπιτεχνᾶσθαι. χρῷτο δ᾽ ἄν τις καὶ ἄλλῃ.

[1] χρὴ δὲ τὸν ἄνθρωπον] Hic repoſitionis modus inter efficaciores reponitur, & à Paulo his verbis explicatur, [illegible]

στρογγύλον τι ἐναρμόζον] Exēplaria Regia manuſcripta quædā ἐναρμόζοντα legunt, quædā etiam ἐναρμόττειν, quemadmodum etiam Aſulanus. Sic quoque paulò ſupra [illegible] pro [illegible] legunt exemplaria quædam manuſcripta, quæ lectio non eſt aſpernanda. D

[3] ὡς κατωμίζουσιν ἐς ὀρθὸν] κατωμίζειν is dicitur qui humerum ægroti alæ ſupponit & ægrum in humerum ſuſtollit, vnde κατωμισμὸς reponendi modus per humeri ſuppoſitionem, cùm erecti & ſtantis humerus, ægroti alæ ſupponitur, aut cùm ægrotus in alterius ſtantis humerum tollitur & libratur. Sic enim κατωμίζουσιν ἐς ὀρθὸν legunt ferè omnia exemplaria, cùm quædam κατωμίζουσιν ἐς ἄνθρωπον habeant, quæ ſecutus videtur Aſulanus & Vidus, κατωμίζειν autem exponit Hippocrates, ὑποθεῖναι τὸν ὦμον τὸν ἑωυτοῦ ἐπὶ τὴν μασχάλην. Paulus quoque, ὑποβάλλειν τῇ μασχάλῃ τὸν ἑαυτοῦ ὦμον. Qui & hunc repoſitionis modum dilucidè admodum his verbis exprimit, quæ vitioſiſſimè leguntur noſtris in codicibus: [illegible] E
Hic verò pro ὡς κατωμίζουσιν, quæ receptiſſima eſt lectio, quidam ὡς κατωμίζοντες legunt.

Quinetiam qui piſtillo in ſuam ſedem compellunt, propè ad naturalem reponendi modum accedunt. Piſtillum autē molli quadā faſcia conuoluendum, quo minus elabatur, atq; inter coſtas & brachij caput ſubter adigendum. At ſi breue quidē piſtillum fuerit, collocari aliquo ſedili homo debet, ſic, vt ægrè brachiū piſtillo circumducatur. ferè autem longius eſſe piſtillum oportet, propè vt ſtans ex eo dependeat. Deinde brachio quidē & cubito circa piſtillum porrecto, ex altera corporis parte manibus ad ceruicē iuxta iugulū iniectis, deorſum quis vrgeat. Hic repoſitionis modus ferè ſecundum naturā eſt, & recōdere articulū ſi probè apparetur, poteſt. Quin & per trāſuerſū in ſcala lignū quidā alius huiuſmodi modus, atq; etiā melior obitur, propterea quod ſuſpēſum corpus in hāc vel in illā partem ſecuriùs ex æquo libretur. Ad id enim quod piſtilli fōrmā habet, licet humeri articulus adhæreat, periclitatur tamē corpus ne in hāc vel in illā partē oberret. At ſupra ſcalæ gradū deligari rotundū aliquid debet, quod in alæ cauū conuenienter aptetur, inſuperq; brachij caput in ſuam ſedē compellat.

[4] Ἀτὰρ καὶ οἱ περὶ τὸ ὕπερον ἀναγκάζοντες, ἐγγύς τι τοῦ κατὰ φύσιν ἐμβάλλουσι. χρὴ δὲ τὸ μὲν ὕπερον κατειλῆσθαι ταινίῃ τινὶ μαλθακῇ, ἧσσον γὰρ ἂν ἀπολισθαίνοι, ὑποσφηνωθῆναι δὲ μεσηγὺ τῶν πλευρέων καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος. καὶ ἢν μὲν βραχὺ ᾖ τὸ ὕπερον, καθῆσθαι χρὴ τὸν ἄνθρωπον ἐπί τινος, ὡς μόλις τὸν βραχίονα περιβάλλειν δύνηται περὶ τὸ ὕπερον. μάλιστα δὲ ἔστω F
μακρότερον τὸ ὕπερον, ὡς ἂν ἑστὼς ὁ ἄνθρωπος, κρεμασθῇ μικροῦ δεῖν ἀμφὶ τῷ ξύλῳ. κἄπειτα ὁ μὲν βραχίων καὶ ὁ πῆχυς παρατεταμένος περὶ τὸ ὕπερον ἔστω. τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα τοῦ σώματος, καταναγκαζέτω τις ὑποβάλλων κατὰ τὸν αὐχένα παρὰ τὴν κληῖδα τὰς χεῖρας. αὕτη ἡ ἐμβολὴ κατὰ φύσιν ἐπιεικέως ἐστί, καὶ ἐμβάλλειν δύναιτ᾽ ἄν, G
ἢν χρηστῶς σκευάσηται αὐτήν. [5] ἀτὰρ καὶ ἡ διὰ τοῦ κλιμακτῆρος ἑτέρη τις τοιαύτη, καὶ ἔτι βελτίων, ὅτι ἀσφαλεστέρως ἂν τὸ σῶμα, τὸ μὲν τῇ, τὸ δὲ τῇ, ἀντισήκωσιν μετεωρισθείη. περὶ γὰρ τὸ ὕπερον, εἰ καὶ ὁ ὦμος [illegible], περισφάλλεσθαι τὸ σῶμα κίνδυνος, ἢ τῇ, ἢ τῇ. χρὴ μέντοι καὶ ἐπὶ τοῦ κλιμακτῆρος ἐπιδεδέσθαι τὸ ἄνωθεν στρογγύλον ἐναρμόσσον ἐς τὸ κοῖλον τῆς μασχάλης, ὃ προσαναγκάσει τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ἐς τὴν φύσιν ἀπιέναι. H

[4] ἀτὰρ καὶ οἱ περὶ τὸ ὕπερον] Hunc reponendi modum per manubrium vocat Guido, eumque ſe aſſequi poſſe negat. Paulus verò his apertiſſimis verbis ſic exponit: [illegible] Exemplaria porrò quædam manuſcripta, περὶ τὰ ὕπερα legunt, cætera verò omnia τὸ ὕπερον.

[5] ἀτὰρ καὶ ἡ διὰ τοῦ κλιμακτῆρος] διὰ τοῦ κλιμακτῆρος per tranſuerſum aut obliquum in ſcalis lignum expono, Galenum ſecutus in Exegeſi, qui hunc locum ſubnotans, κλιμακτῆρος exponit τοῦ πλαγίου τῆς κλίμακος ξύλου, & adſerunt quoſdam κλιμακῆρος abſque τ legere, quod faciunt noſtra omnia exemplaria. κλιμακτὴρ etiam paulò poſt dicitur. Scalam tamen omnes vertunt interpretes, cùm per tranſuerſum lignum repoſitio fiat. vt & extremo hoc libro κλιμακτὴρ ξύλον πλάγιον dicitur.

A περὶ δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ κλιμακτῆρος] Paulus hunc repoſitionis modum ſic exponit: ἢ ἐν βαθμίδι δὲ κλίμακος οὕτω ποιητέον, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ κατατεταμένου βραχίονος ὀλίγον κατωτέρω. ὅλον δὲ στρογγύλον τὸ σῶμα τῇ βαθμίδι προσδεδέσθω, τῇ μασχάλῃ τοῦ κάμνοντος ἐναρμόζον ὁμοίως, καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ὠθοῦν.

* Κρατίστη μὲν οὖν πασέων ἐμβολέων ἥδε. ξύλον χρὴ εἶ) πλάτος μὲν ὡς πενταδάκτυλον, ἢ τετραδάκτυλον τὸ ἐπίπαν. πάχος δὲ, ὡς διδάκτυλον, ἢ καὶ λεπτότερον. μῆκος δὲ, δίπηχυ, ἢ ὀλίγῳ ἔλασσον. ἔστω δὲ ἐπὶ θάτερα τὸ ἄκρον περιφερὲς καὶ στενότατον ταύτῃ καὶ λεπτότατον. ἄμ-
B βην δὲ ἐχέτω, μικρὸν ὑπερέχουσαν ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ τοῦ περιφερέος ἐν τῷ μέρει, ἀλλὰ μὴ τῷ πρὸς τὰς πλευρὰς, ἀλλὰ τῷ πρὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ἔχουσαν, ὡς ὑφαρμόζει τῇ μασχάλῃ παρὰ τὰς πλευρὰς ὑπὸ τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ὑποτιθέμενος. ὀθονίῳ δὲ, ἢ ταινίῃ μαλθακῇ, κατακεκολλήσθω ἄκρον τὸ ξύλον, ὅκως προσηνέστερον ἔῃ. ἔπειτα χρὴ ὑπώσαντα τὴν
C κεφαλὴν τοῦ ξύλου, ὑπὸ τὴν μασχάλην ὡς ἐσωτάτω, μεσηγὺ τῶν πλευρέων καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος, τὴν δὲ ὅλην χεῖρα πρὸς τὸ ξύλον κατατείνοντα προσκαταδῆσαι κατά τε τὸν βραχίονα, κατά τε τὸν πῆχυν, κατά τε τὸν καρπὸν τῆς χειρὸς, ὡς ἂν ἀτρεμέῃ ὅτι μάλιστα. περὶ παντὸς δὲ χρὴ ποιέεσθαι, ὅκως τὸ ἄκρον τοῦ ξύλου,
D ὡς ἐσωτάτω τῆς μασχάλης ἔσται, ὑπερβεβηκὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος. ἔπειτα χρὴ μεσηγὺ δύο στύλων στρωτῆρα πλάγιον εὖ προσδῆσαι, ἔπειτα ὑπερενεγκεῖν τὴν χεῖρα ξὺν τῷ ξύλῳ ὑπὲρ τοῦ στρωτῆρος, ὅκως ἡ μὲν χεὶρ ἐπὶ θάτερα ἔῃ, ἐπὶ θάτερα δὲ, τὸ σῶμα. κατὰ δὲ τὴν μασχάλην, ὁ στρωτήρ. κἄπειτα ἐπὶ μὲν θάτερα τὴν χεῖρα καταναγκάζειν ξὺν τῷ ξύλῳ περὶ τὸν στρω-
E τῆρα. ἐπὶ θάτερα δὲ, τὸ ἄλλο σῶμα. ὕψος δὲ ἔχων ὁ στρωτὴρ προσδεδέσθω, ὥστε μετέωρον τὸ ἄλλο σῶμα εἶ), ἐπ' ἄκρων τῶν ποδῶν. οὗτος ὁ τρόπος παραπολὺ κράτιστος ἐμβολῆς ὤμου, δικαιότατα μὲν γὰρ μοχλεύει, ἢν καὶ μόνον ἐσωτέρω ἔῃ τὸ ξύλον τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος. δικαιόταται δὲ αἱ κατάρροπαι, ἀσφαλέες δὲ τῷ ὀστέῳ τοῦ βραχίονος. τὰ μὲν οὖν νεαρὰ ἐμπίπτει θᾶσσον, ἢ ὡς ἄν τις
F οἴοιτο πρὶν ἢ κατατετάσθαι δοκέειν. ἀτὰρ καὶ τὰ παλαιὰ μούνη αὕτη τῶν ἐμβολέων οἵη τε ἐμβιβάσαι, ἢν μὴ ἤδη ὑπὸ χρόνου σὰρξ μὲν ἐπεληλύθῃ ἐπὶ τὴν κοτύλην, ἡ δὲ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἤδη τρίβον ἑωυτῇ πεποιημένη ἔῃ ἐν τῷ χωρίῳ ἵνα ἐξεκλίθη, οὐ μὴν ἀλλ' ἐμβάλλειν γάρ μοι δοκέει, καὶ οὕτω πεπαλαιωμένον ἔκπτωμα τοῦ βραχίονος. τί γὰρ ἂν δικαίη μόχλευσις οὐχὶ κατάγοι; μένειν μὲν
G τοι οὐκ ἄν μοι δοκέῃ κατὰ χώρην, ἀλλ' ὀλισθάνειν ἂν ὡς τὸ ἔθος. τὸ αὐτὸ δὲ ποιέει καὶ περὶ κλιμακτῆρα καταναγκάζειν, τοῦτον τὸν τρόπον σκευάσαντα. πάνυ μὲν ἱκανῶς ἔχει, καὶ περὶ μέγα ἕδος θεσσαλικὸν ἀναγκάζειν, ἢν νεαρὸν ἔῃ τὸ ὀλίσθημα. ἐσκευάσθαι μὲν οὖν χρὴ τὸ ξύλον, ὥσπερ εἴρηται. ἀτὰρ τὸν ἄνθρωπον καθίσαι πλάγιον ἐπὶ τοῦ δίφρου. κἄπειτα τὸν βραχίονα ξὺν τῷ ξύλῳ ὑπερβάλλειν ὑπὲρ τοῦ ἀνακλισμοῦ, καὶ ἐπὶ μὲν θάτερα τὸ σῶμα καταναγκάζειν, ἐπὶ δὲ θάτερα, τὸν βραχίονα σὺν τῷ ξύλῳ. τὸ αὐτὸ δὲ ποιέειν ἀναγκάζειν, καὶ ὑπὲρ δικλίδος θύρης. χρέεσθαι δὲ τούτοισιν ἃ ἂν τύχῃ παρεόντα.

Ex omnibus autẽ reponendi modis hic optimus. Lignum eſto latitudinis ferè quidẽ quinq; aut quatuor digitorũ, craſſitudinis verò duorũ, aut etiam tenuius, lõgitudinis autem bicubitalis, aut paulò minus. Cuius alterum extremum rotundum ſit & anguſtiſſimum ea parte, maximeq; tenue. Superciliosam autẽ habeat eminentiam in ſumma rotunditatis parte paulum extantẽ, qua non latus, ſed brachij caput attingit, vt huic ſuppoſita, alæ ad coſtas adaptetur. Lignũ quoq; quò lenius reddatur, extrema ſui parte linteum aut faſciã mollem agglutinatã habeat. Deinde ligni capite ſub alam intrò quantum fieri poteſt, inter coſtas & brachij caput impulſo, manus tota ad lignum porrecta, alligari debet; vt ad brachium, & ad cubitum, & ad volã manus quàm firmiſſimè quieſcat. Imprimis verò id elaborandum eſt, vt ligni ſumma pars, brachij capite ſuperato, quàm penitiſſimè alam ſubeat. Poſt hæc trabeculæ tranſuerſæ inter duas columnas probè alligatæ, manus vna cum ligno ſuperimponẽda, ſic vt altera quidẽ parte manus, altera corpus, ad alam verò trabecula ſtatuatur. Demum in alteram partẽ manus vnà cum ligno circa trabeculam deorſum vrgenda, in alteram verò reliquum corpus. Trabecula autem ita altè vinciatur, vt totum corpus ſublime ſummis pedibus inſiſtat. Hæc reponendi humeri ratio longè optima cenſetur. Iuſtiſſimã enim molitionẽ facit, ſi vel ſolùm intrò magis quam brachij caput lignũ immittatur, iuſtiſſimæq; fiunt in vtramq; partẽ librationes, & oſſi brachij ſecuritatẽ præſtant. Recẽtia igitur opinione citiùs reconduntur, ac priùs quàm extenſio facta videatur. Quinetiã vbi inueterauerint, hæc ſola repoſitio reſtituere poteſt, niſi iã temporis lapſu caro quidẽ articuli cauitatẽ occupauerit, & brachij caput locũ in quem declinauit, cõſuetudine tritũ iam ſibi fecerit: Enimuerò tamen ita inueteratum brachij luxũ reponere mihi poſſe videtur. Quid nõ enim iuſta molitio moueat? Non tamẽ loco manere poſſe exiſtimo, ſed vt cõſueuit prolapſurum. Idẽ quoq; efficies, ſi per ſcalam vi admota, eundem reponendi modum adhibueris. Admodum item idonea fuerit ſella magna Theſſalica, ſuper quam vis adhibeatur, ſi recẽs ſit luxatio. Paratum tamen lignũ velut dictũ eſt, oportet. Sed & ægro in ſella in latus collocato, brachium cũ ligno, ſuper eã partem, in quã dorſo recumbunt, tranſmitti debet, & in alteram quidem partem corpus, in alteram verò brachium cum ligno deorſum impelli. Idem quoque impulſio ſuper biforem ianuam facta efficit. Iis autem prout ſeſe obtulerint, vtendum.

* ἄμβην δὲ ἐχέτω] ἄμβην exponit Galenus in Exegeſi ὀφρυώδη ἐπανάστασιν, ſuperciliosam & altiorem quandam eminentiam. Hic
H verò ἐπικεχειλωμένην ἐξοχὴν ὀφρυώδη ὁμοίως ἀνεστηκυῖαν, prominens quoddam ſupercilium labro ſimile, quod in extrema ollarum ora apparet ad interiorem cauitatem conuerſum, aut in extremo clypeorum ambitu labrum quod crepidinis ſimilitudinem habet. Sic enim Heſychio ἄμβη ἡ τοῦ ἴτυος ὀφρὺς dicitur, & apud Erotianum ex quodam, χεῖλος τῆς ἀσπίδος ● ἢ ἀσπὶς αὐτῇ τῇ ἴτυϊ. Ideoque crepidinem quidam vertunt. Quo nomine totam etiam machinam donant, vt videre eſt apud Galenum & Erotianum, qui etiam hoc loco ἄμβην τὴν ὀφρυώδη ἐπανάστασιν, poſt exagitatam multorum opinionem, exponit. Idem etiam Ariſtophanis Comici locum (vbi τοῦ ἄμβωνος λοπάδος, id eſt) τὸ ἄμβωνος χεῖλος ſumi ſcribit) in medium adducit, etſi (vt mea fert opinio) corruptè, quemadmodum quoque apud Galenum. Celſus certè machinam iſtam Chirurgicam, ſpatham aut ſpathulam ligneam vocare videtur, & Hippocratis ἄμβην, capitulum rotundum & leniter cauum. His enim verbis machinam iſtam ac totum repoſitionis huiuſmodi modum deſcribit. * At ſi vaſtius corpus neruive robuſtiores ſunt, neceſſaria eſt ſpathula lignea, & quæ craſſitudinem duorum digitorum habet, & longitudine ab ala ad digitos peruenit. In qua ſumma capitulum eſt rotundum & leuiter cauum, vt recipere particulam aliquam ex capite

humeri poſſit. In ea bina foramina tribus locis ſunt inter ſe ſpatio diſtantibus, in quæ lora mollia coniiciuntur. Eaque ſpatha faſcia inuoluta, quò minùs tactu lædat, ad alam à brachio dirigitur, ſic vt caput ſummæ alæ ſubiiciatur. Deinde, loris ſuis ad brachium deligatur, vno loco paulùm infra humeri caput, altero paulùm ſupra cubitum, tertio ſupra manum. Cui rei proximus interualla tunc quoque foraminum aptata ſunt. Sic brachium deligatum ſuper ſcalæ gallinariæ gradum traiicitur, ita altè, vt conſiſtere homo ipſe non poſſit, ſimulque in alteram partem corpus demittitur, in alteram brachium intenditur. Eoque fit vt capite ligni, caput humeri impulſum, in ſuam ſedem, modò cum ſono, modò ſine hoc, compellatur. Paulus quoque hunc Hippocratis locum exprimens, & machinam iſtam ἄμβην vocat, eamque cum toto repoſitionis modo ita deſcribit: ἡ δὲ διὰ τῆς ἄμβης δικαιοτάτη τῶν πασῶν, ἡ διὰ ... δυσχεραινομένων περὶ τὴν ἐμβολὴν, χρώμεθα καὶ τῇ διὰ τῆς καλουμένης ἄμβης μεθόδῳ. ξύλον δέ ἐστιν ἡ ἄμβη, τὸ μὲν μῆκος, εἰς δίπηχυ, πλάτος δὲ τετραδάκτυλον, καὶ πάχος, ὡς διδάκτυλον, ἔχοντι ἐπ' ἄκρου πέρας ... καὶ συναρμόζοντι τῇ τῆς μασχάλης κοιλότητι, ... τὸ τοῦ ἀνίσου πέρατι. τοῦτο οὖν τὸ πέρας ῥάκει περιειλήσαντες ὅπως ἂν ... τὴν μασχάλην ἐναρμόσομεν. ἔπειτα δὲ τὴν χεῖρα πρὸς τὸ ξύλον κατατείναντες, συνδήσομεν αὐτὸ κατά τε τὸν βραχίονα, καὶ τὸν πῆχυν, καὶ τὸ ἄκρον αὐτῆς. ἔπειτα μὲν ξύλῳ πλαγίῳ μεταξὺ δύο στύλων ἐμβαλόντες ἐφαρμόσομεν, ὃ ... ἐν βαθμίδι κλίμακος ..., ... τὴν χεῖρα σὺν τῷ ξύλῳ, ὥστε τὴν μασχάλην ἐγκαρσίως ἐφαρμόζειν τῇ βαθμίδι. τὴν δὲ χεῖρα κάτω ἕλκοντες, ἐάσομεν ἐπὶ θάτερα τὸ ἄλλο σῶμα μετέωρον κρεμασθῆναι. τούτου γὰρ ... τὸ ἄρθρον. Vbi animaduertendum eſt ἄμβην dici Paulo, quam ἄμβην vocat Hippocrates.

* Cap 15. lib. 8.

σταυτῆρα πλάγιον] σταυτὴρ trabeculam aut tignum ſignificat, σταυτῆρα δοκίδα exponit Erotianus hunc locum ſubindicans, Paulus ξύλον ſimpliciter vocauit. Dicuntur σταυτῆρες trabeculæ aut tigellæ, quæ tignis maioribus inſternuntur.

ἐπὶ θάτερα δὲ τὸ ἄλλο σῶμα] Hic ἄλλο σῶμα vt & paulò poſt τὸ λοιπὸν σῶμα ſignificat, vt & annotat Erotianus ἄλλο ἐπὶ τοῦ λοιποῦ hic ſæpè ab Hippocrate poni, his nimirum ſubindicatis locis.

δικαιότατα μὲν γὰρ μοχλεύει] Hic iuſtiſſimam molitionem vocat, maximè conuenientem & accommodatam ac vtilem, & δικαιοτάτας ἀντιρροπίας maximè æquabiles in vtramque partem inclinationes & librationes. Sic his locis δίκαιον ἐπὶ τοῦ ἴσου καὶ τοῦ συμφέροντος ſumit Erotianus, immutata quoque ſcriptione. Sic enim legit, ... κράτιστος ἐμβολῆς ὤμου, δικαιότατος μὲν μοχλεύων, ἣν μέσον ἰσωτέρου τῆς κεφαλῆς ᾖ τοῦ βραχίονος. δικαιότατος δὲ ἀντιρροπίην ἀσφαλὴς ἐστίν. Quædam etiam exemplaria manuſcripta, ἣν καὶ μέσον ἰσωτέρου ἐπὶ τὸ ξύλον vitioſè pro ᾖ legunt, vt & Aſulanus.

τὸ γὰρ ἂν δικαίη μόχλευσις] Hic δικαίη ἀντὶ τοῦ ἰσχυρᾶς ſumitur apud Erotianum, hoc loco ſubnotato. Sed locus vitioſus videtur, & vbi ſcribitur δίκαιον ἐπὶ τοῦ ἰσχύειν dici, ἐπὶ τοῦ ἰσχύος ſcribendum videtur, vt vim ſubindicet, aut ἐπὶ τοῦ ὤμου, cum de humeri repoſitione agatur.

μέγα ἕδος θεσσαλικόν] ἕδος θεσσαλικὸν exponit Galenus θρόνον καὶ δίφρον ... ἀνάκλιντρον ἔχοντα, & Erotianus quoque, qui hoc ſubnotato loco addit: ... δίφρους ἀνακλισμὸν ἔχειν, θεσσαλικὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς λέγεται. Meminit & Pollux li. 10.* ſellarum Theſſalicarum quatuor pedes habentium & ægrè vectarum. ἀνακλισμὸς autem dicitur Hippocrati, ea ſellæ pars in quam dorſo recumbimus, velut accubitum. Erotianus ἀνακλιντήριον exponit, & Galenus ἐπίκλιντρον, alij ἀνάκλιντρον. Phrynichus Atticos ἀνάκλιντρον non dicere, ſed ἐπίκλιντρον ſcribit, quod ex Ariſtophane citat Pollux lib. 10. † Sunt qui exiſtiment ἀνάκλιντρα dici poſſe accubas aut accubitas, aut etiam accubita, quibus vtitur Lampridius in Heliogabalo. ἕδος igitur θεσσαλικὸν videtur ſella in quam recumberent intelligi, velut ἀνάκλιντοι θρόνοι Plutarcho in Romulo, & apud Homerum Il. θ. κλισμός. Illic enim Euſtath. θρόνου εἶδος eſſe vult, quod poſteris ἀνάκλιντρον dictum eſt.

* Cap. 11. † Cap. 7.

καὶ ὑπὲρ δικλίδος θύρης] δικλὶς θύρα dicitur Galeno bipartita ianua aut bifida, quaſi duplex, & quæ ſuperiore parte & inferiore claudi poteſt. Idem quoque in Exegeſi δικλίδος διμεροῦς exponit, ὡς δυνάσθαι τοῦ κάτω μέρους κεκλεισμένου, τὸ ὑπερκείμενον ἀνοῖξαι. Erotianus verò ſcribit δικλίδες, & exponit hoc modo, δικλίδες ἰδίως λέγονται θύραι αἱ δίχα τετμημέναι, ὡς δύνασθαι μέρους τινὸς κεκλεισμένου, τὸ λοιπὸν ἀνοῖχθαι. Quibus in verbis priore loco δικλίδος fortè legendum, vt & apud Galenum διμεροῦς, quod vtrobique hic locus ſubnotetur. Varinus apud Galenum διττοῖς pro διμερὲς legiſſe, & reliqua parte diminutus eſſe videtur. Cæterùm δικλίδες πύλαι Homero dicuntur Il. μ. (v. 455.) non δικλίδες, valuæ bifores, quæ duplicem habent ianuam, quæq; duabus ſeris clauduntur, quòd altæ ſint, vnde Euſtathio exponuntur αἱ διχῇ κλειόμεναι ὑπὸ δύο ὀχέων, & δίθυροι, vt & Schol. Eædem etiam explicantur δίχοθεν κλειόμεναι & δίθυροι Euſtathio & Varino, bifores valuæ, quæ duabus ſeris clauduntur & vna claue aperiuntur, αἱ ἀνοιγόμεναι δύο ὑπὸ μιᾶς κλειδός. Ac quemadmodum δίζυγες ἵπποι, biiuges equi dicuntur, qui idem iugum ſubeunt, ita δικλίδας dici volunt, quæ duplici ſera vna claue aperiuntur, quaſi biclaues. Heſychio vero δικλίδες ſimpliciter & ſine adiuncto, αἱ θύραι dicuntur, eidemque δικλίδες δίθυροι exponitur: ſi modò vtrobique vera eſt lectio, ac non δικλίδες, δίθυροι, vt & δικλίδες, δίθυροι legendum. Quibus poſtremis verbis hic Hippocratis locus ſubnotari videtur, quod & alioqui Heſychio ſolemne eſt.

Naturam igitur alteri plurimum præſtare, vt quæ prolapſa ſunt facilè recondantur, animaduertere oportet. Et certè acetabulum ab acetabulo diſtat, cùm hoc quidē facilè, illud verò ægriùs ſuperetur. Plurimum etiā diſcriminis habet neruorū colligatio, quæ iis quidē remiſſa, illis verò intentā eſt. Etenim in articulis humor hominibus ineſt, ob neruorum compagem, qui natura laxi ſunt, & facilè intenduntur. Complures namque ita humidos videas, vt cùm velint, iis articuli ſua ſede citra dolorem moueantur, ruſuſque abſque dolore reſtituantur. Quin & habitus quidam corporis diſcrimen habent. Iis enim qui bene habitis ſunt membris & carnoſis, & articulus minus elabitur, & ægriùs recōditur. Vbi verò ſolito tenuiores & macilentiores euaſerunt, tunc magis excidit, & facilius reſtituitur. Cuius rei argumento ſunt boues, quibus tunc ſua cauitate femur magis excidit, cùm macilentiſſimi euaſerunt. Quod ſub hyemis finem iis contingit, quo etiam tempore potiſſimum luxantur. Si modò huiuſmodi quippiam in medicina tractari debet, & certè fas eſt. Rectè enim nouit Homerus, inter omnia pecora boues eo tempore quàm maximè laborare, ex iiſque aratores, quod hyeme terram colant. Iis igitur quod maximè attenuentur,

Εἰδέναι μὲν οὖν χρὴ, ὅτι φύσιες φυσίων μέγα διαφέρουσιν, ἐς τὸ ῥηϊδίως ἐμπίπτειν τὰ ἐκπίπτοντα. διενέγκοι μὲν γὰρ ἄν τι καὶ κοτύλη κοτύλης, ἡ μὲν εὐυπέρβατος ἐοῦσα, ἡ δὲ ἧσσον. πλεῖστον δὲ διαφέρει καὶ τῶν νεύρων ὁ σύνδεσμος, τοῖσι μὲν ἐπιδόσιας ἔχων, τοῖσι δὲ ξυντεταμένος ἐών. καὶ γὰρ ἡ ὑγρότης τοῖσιν ἀνθρώποισι γίνεται ἡ ἐκ τῶν ἄρθρων, διὰ τῶν νεύρων τὴν ἀπάρτησιν, ἢν χαλαρά τε ᾖ φύσει, καὶ τὰς ἐπιτάσιας διαφέρως φέρῃ. συχνοὺς γὰρ ἄν τις ἴδοι οἳ οὕτως ὑγροί εἰσιν, ὥστε ὁπόταν ἐθέλωσι, τότε αὐτοὶ τὰ ἄρθρα ἐξίστανται ἀνωδύνως, καὶ καθίστανται ἀνωδύνως. διαφέρει μέντοι καὶ ἕξις τις σώματος. τοῖσι μὲν γὰρ εὖ ἔχουσι τὸ γυῖον καὶ σεσαρκωμένοισιν ἐκπίπτει τε ἧσσον, ἐμπίπτει τε χαλεπώτερον. ὅταν δὲ αὐτοὶ σφέων αὐτῶν λεπτότεροι καὶ ἀσαρκότεροι ἔωσι, τότε ἐκπίπτει τε μᾶλλον, ἐμπίπτει τε ῥᾷον. σημεῖον δὲ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει τόδε. τοῖσι γὰρ βουσὶ, τότε ἐκπίπτουσι μᾶλλον οἱ μηροὶ ἐκ τῆς κοτύλης, ὁπόταν αὐτοὶ σφέων αὐτῶν λεπτότατοι ἔωσι. γίνονται δὲ καὶ βόες λεπτότατοι, τοῦ χειμῶνος τελευτῶντος. τότε οὖν καὶ ἐξαρθρέουσι μάλιστα. εἰ δή τι καὶ τοιοῦτον δεῖ ἐν ἰητρικῇ γράψαι, δεῖ. καλῶς γὰρ Ὅμηρος καταμεμάθηκεν ὅτι πάντων τῶν προβάτων βόες ὅτι μάλιστα πονέουσι ταύτην τὴν ὥρην, καὶ βοῶν οἱ ἀρόται, ὅτι κατὰ τὸν χειμῶνα ἐργάζονται. τούτοισι τοίνυν ἐκπίπτει μάλιστα. οὗτοι γὰρ μάλιστα λεπτύνον-

A λεπτύνονται. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα βοσκήματα δύναται βραχεῖαν τὴν ποίην βόσκεσθαι. βοῦς δὲ οὐ μάλα πρὶν βαθεῖα γένηται. τοῖσι μὲν γὰρ ἄλλοισιν ἐστὶ λεπτὴ ἡ προβολὴ τοῦ χείλεος, λεπτὴ δὲ ἡ ἄνω γνάθος. βοῒ δὲ παχεῖα μὲν ἡ προβολὴ τοῦ χείλεος. παχεῖα δὲ καὶ ἀμβλεῖα ἡ ἄνω γνάθος. διὰ ταῦτα ὑποβάλλειν ὑπὸ τὰς βραχείας πόας οὐ δύναται. τά τε αὖ μώνυχα τῶν ζώων, ἅτε ἀμ-
B φόδοντα ἐόντα, δύναται μὲν σαρκάζειν, δύναται δὲ ὑπὸ τὴν βραχεῖαν ποίην ὑποβάλλειν τοὺς ὀδόντας. καὶ ἥδεται τῇ οὕτως ἐχούσῃ ποίῃ μᾶλλον, ἢ τῇ βαθείῃ. καὶ γὰρ τὸ ἐπίπαν ἀμείνων, καὶ στερεωτέρη ἡ βραχεῖα ποίη τῆς βαθείης, ὅτι καὶ πρὶν ἐκκαρπεῖν τὴν βαθεῖαν. διὰ τοῦτο οὖν ἐποίησεν ὧδε τάδε τὰ ἔπη. ὡς δ' ὁπότ' ἀσπάσιον ἔαρ ἤλυθε βουσὶν ἕλιξιν. ὅτι ἀσμενωτάτη τοῖσιν αὐτοῖ-
C σιν ἡ βαθεῖα ποίη φαίνεται. ἀτὰρ καὶ ἄλλως ὁ βοῦς χαλαρὸς φύσει τὸ ἄρθρον τοῦτο ἔχει μᾶλλον τῶν ἄλλων. διὰ τοῦτο καὶ εἰλίπους ἐστὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων ζώων. καὶ μάλιστα ὅταν λεπτὸν καὶ γηραλέον ᾖ. διὰ ταῦτα πάντα καὶ ἐκπίπτει βοῒ μάλιστα. πλείω δὲ γέγραπται περὶ αὐτοῦ, ὅτι πάντων τῶν προειρημένων ταῦτα μαρτύριά ἐστι. περὶ οὖν τοῦ λόγου, τοῖσιν ἀσάρκοισι μᾶλ-
D λον ἐκπίπτει, ὡς θᾶσσον ἐμπίπτει, ἢ τοῖς εὖ σεσαρκωμένοισι. καὶ ἧσσον ἐπιφλεγμαίνουσι τοῖσιν ὑγροῖσι καὶ τοῖσιν ἀσάρκοισιν, ἢ τοῖσι σκελιφροῖσι καὶ σεσαρκωμένοις, καὶ ἧσσόν γε δέδεται ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον. ἀτὰρ καὶ ἢν μύξα πλείων ὑπείη τοῦ μετρίου μὴ ξὺν φλεγμονῇ. καὶ οὕτως ἂν ὀλισθηρότερα εἴη. μυξωδέστερα γὰρ τοὐ-
E πίπαν τὰ ἄρθρα τοῖσιν ἀσάρκοισιν, ἢ τοῖσι σεσαρκωμένοισιν ἐστίν. καὶ γὰρ αὗται αἱ σάρκες τῶν μὴ ἀπὸ τέχνης ὀρθῶς λελιμαγχημένων, αἱ τῶν λεπτῶν, μυξωδέστεραί εἰσιν, ἢ αἱ τῶν παχέων. ὅσοισι μὲν τοι ξὺν φλεγμονῇ μύξα ὑπογίνεται, ἡ φλεγμονὴ δήσασα ἔχει τὸ ἄρθρον. διὰ τοῦτο οὐ μάλα ἐκπίπτει τὰ ὑπόμυξα, ἐκπίπτοντα ἂν εἰ μή τι ἢ πλέον ἢ ἔλασσον φλε-
F γμονῆς ὑπεγίνετο. οἷσι μὲν οὖν ὅταν ἐμπέσῃ τὸ ἄρθρον, καὶ μὴ ἐπιφλεγμήνῃ τὰ περιέχοντα, χρῆσθαί τε ἀνωδύνως αὐτίκα τῷ ὤμῳ δύνανται. οὗτοι μὲν οὐδὲν νομίζουσι δεῖν ἑωυτῶν ἐπιμελεῖσθαι: ἰητροῦ μέν ἐστι καταμαντεύσασθαι τῶν τοιούτων. τοῖσι τοιούτοισιν ἐκπίπτει, καὶ αὖθις μᾶλλον, καὶ οἷσιν ἂν ἐπιφλεγμήνῃ τὰ νεῦρα. τοῦτο κατὰ πάντα τὰ ἄρθρα οὕτως ἔχει. καὶ μάλι-
G στα κατ' ὦμον καὶ κατὰ γόνυ. μάλιστα γὰρ οὖν καὶ ὀλισθάνει ταῦτα. οἷσι δ' ἂν ἐπιφλεγμήνῃ τὰ νεῦρα, οὐ δύνανται χρῆσθαι τῷ ὤμῳ. κωλύει γὰρ ἡ ὀδύνη καὶ ἡ ξύντασις τῆς φλεγμονῆς. τοὺς οὖν τοιούτους ἰῆσθαι χρὴ κηρωτῇ καὶ σπλήνεσι καὶ ὀθονίοισι πολλοῖσιν ὑποδέοντα. ὑποτιθέναι δὲ ἐς τὴν μασχάλην εἰρίων μαλθακῶν, καθαρῶν ξυνελίσαντα, ἐκπλήρωμα τοῦ
H κοίλου ποιέοντα, ἵνα ἀντιστήριγμα μὲν τῇ ἐπιδέσει ᾖ, ἀνακωχῇ δὲ τὸ ἄρθρον. τὸν δὲ βραχίονα ἐς τὸ ἄνω ῥέποντα ἴσχειν χρὴ τὰ πλεῖστα. οὕτω γὰρ ἂν ἑκαστάτω εἴη τοῦ χωρίου ἐς ὃ ὠλίσθεν ἡ κεφαλὴ τοῦ ὤμου. χρὴ δὲ ὅταν ἐπιδήσῃς τὸν ὦμον, ἔπειτα προσκαταδεῖν τὸν βραχίονα πρὸς τὰς πλευρὰς ταινίῃ τινὶ κύκλῳ περὶ τὸ σῶμα περιβάλλοντα. χρὴ δὲ καὶ ἀνατρίβειν τὸν ὦμον ἡσυχαίως καὶ λιπαρῶς. πολλῶν δ' ἔμπειρον δεῖ εἶναι τὸν ἰατρὸν, ἀτὰρ δὴ καὶ ἀνατρίψιος. ἀπὸ γὰρ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος οὐ τὰ αὐτὰ ἀποβαίνει. καὶ γὰρ ἂν δήσειεν ἄρθρον ἀνάτριψις, χαλαρώτερον τοῦ καιροῦ ἐὸν, καὶ λύσειεν ἄρθρον, σκληρότερον τοῦ καιροῦ

articuli potiſſimum prolabuntur. Reliquæ namque pecudes breuem herbam depaſcere, bos nõ item, nec niſi altam poteſt. Etenim reliquis tenuia labra prominent, & ſuperior mala gracilis eſt. At boui craſſa quidem labra prominent, craſſa quoq; aut retuſa ſuperior mala eſt, ideoq; tenues herbas ſubire nequeunt. Rurſus animalia ſolidam vngulam habentia, vt quę vtrinque dentata ſint, ſummis quidem labris aut dentibus vellere poſſunt, & exiguæ herbæ dentes ſupponere huiuſmodiq; herba potiùs quàm altiore delectantur. In totum enim exigua herba, alta melior eſt ac firmior, preterquam quòd maturiùs frugem effert. Ideoque hunc in modum verſibus cecinit,

Sic vbi flexilibus veris gratiſſima bobus
Tempeſtas fuerit.--

quòd alta herba lubentiſſimè delectatur. Sed & alioqui natura laxiorẽ hunc articulũ quàm cętera animalia bos habet, ideoq; inter eundũ pedes reliquis magis flectit, pręſertimq; vbi macie & ſenio cõfectus fuerit. His omnibus de cauſis boui potiſſimùm articulus excidit. De quo certè plura à me dicta ſunt, quòd iſta corũ omniũ quæ ante dicta ſunt fidem faciant. Sed vt nunc ad inſtitutũ redeat oratio, carne expertibus magis elabuntur articuli, vt& citiùs recõduntur, quàm bene carnoſis, minuſq; inflãmatione tentãtur humidis & gracilibus, quàm ſiccis & carnoſis, minuſq; in poſterũ deuinciũtur. Quin & citra inflãmationẽ mucus iuſto copioſior ſubeſt, atq; ita lubricus magis locus fuerit. Ferè enim gracilibus magis quàm carnoſis articuli muco redundãt. Graciliũ namq; carnes qui nõ rectè ex arte inediã tolerarũt, quàm obeſorũ mucoſiores ſunt. Quibus tamẽ cũ inflammatione mucus ſubeſt, iis ex inflãmatione articulus deligatur, ac propterea qui muco redundãt articuli, non admodũ excidunt, qui alioqui exciderent, niſi aut maior, aut minor inflãmatio acceſſiſſet. Qui igitur repoſito articulo, nullã circũflectis partibus inflammationẽ ſentiunt, & nulla interpoſita mora humero abſq; dolore vti poſſunt, ij quidẽ nulla adhibita cura ſibi opus eſſe exiſtimant. Medici tamen officiũ eſt, aduerſus hos pręſagiũ inſtituere. In huiuſmodi ſiquidẽ & rurſus prõptiùs elabitur, quàm quibus nerui inflammatione vexantur. Atque hæc in omnibus hominis articulis ita ſe habent, ac præcipuè circa humerum & genu. Hæc namque potiſſimùm luxantur. At quibus nerui inflãmatione laborãt, ij humero vti, quòd dolor & inflammationis contentio prohibeat, non poſſunt. Iis igitur cerato & ſpleniis, ac multorum linteorum vinculis mederi oportet, ac lanam mollem mundam & conuolutam in alam imponere, quæ ſinum expleat, tum contra vinculum quidem fulciat, & articulum inhibeat. Brachium autem vt plurimum detinendum vt in ſuperiorem partem vergat. Ita enim humeri caput à loco in quem prolapſum fuit quàm longiſſimè abfuerit. Humero verò deuincto, deinde brachium, faſcia in orbem corpori circumuoluta, ad latus alligandum. Humerus quoque blande & molliter perfricandus. Multarum verò rerum experientiam medicũ habere oportet, ac certè etiã frictionis. Ex eodem enim nomine, nõ idẽ euenire cõſueuit. Nam & iuſto laxiorem articulũ frictio vincire, & iuſto duriorem ſoluere

poteſt. Verùm de frictione nobis alio loco tractabitur. Hunc igitur humerum mollibus manibus, tum alioqui blandè, quod certè confert, perfricare conuenit. Articulus autem non vi, ſed quatenus id citra dolorem fieri poſſit, dimouendus. Omnes verò in ſuam ſedem reponuntur, partim quidem longiore, partim etiam breuiore tempore.

τόν. ἀλλὰ διοριεῖται ἡμῖν περὶ ἀνατρίψιος ἐν ἄλλῳ λόγῳ. A τὸ γοῦν τοιοῦτον ὦμον μαλθακοῖσι χρὴ χερσὶν ἀνατρίβειν, συμφέρει γὰρ καὶ ἄλλως πρηέως. τὸ δὲ ἄρθρον διακινέειν μὴ βίῃ, ἀλλὰ τοσοῦτον, ὅσον ἀνωδυνέως κινήσεται. καθίσταται δὲ πάντα, τὰ μὲν ἐν πλείονι χρόνῳ, τὰ δὲ ἐν ἐλάσσονι.

⁷ ὑγρασίῃ γὰρ αἱ πιεῖαι] Hanc ob cauſam Scythas Nomadas ſcribit Hippocrates lib. de aëre loc. & aq. ſibi humeros, manuum iuncturas, pectora, coxas & lumbos exurere, vt firmioribus & validioribus eſſent corporibus ac articulis, cùm alioqui ob nimiam naturæ mollitiem & humiditatem, neque arcus intendere, neque præ impotentia telum contorquere poſſent. Exuſto autem & conſum- B pto humore, ἐντονώτερα μᾶλλον γίνεται καὶ τροφιμώτερα, καὶ ἠρθρωμένα τὰ σώματα μᾶλλον.

διαφέρει μᾶλλον ἢ χρόνος] Huius loci meminit Galenus lib. 3. de Cauſ. pulſuum. Sed legit, διαφέρει μὲν γὰρ τι ἡ χρόνος σώματος. Hic autem χρόνος τὴν ἕξιν ſignificat, vt exponitur in Exegeſi, vbi & hic locus adducitur, ſed vitioſè χρόνοι pro χρόνος legitur. Iſtum quoque locum propriè quodammodo mihi reſpexiſſe videtur Erotianus, cum χρόνον apud Hippocratem propriè de muſculis dici ſcribit, & Bacchium reprehendit, qui σῶμα & μέλος expoſuerit. Alioqui τὸ χρόνον, τὸ ὅλον σῶμα exponitur Galeno Com. ad aph. 26. ſect. 4. lib. 6. Epid. & aliàs id ſignificat, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

ὅτι πάντων τῶν προβάτων] Hic πρόβατα πάντα τὰ βοσκήματα ſignificare contendit Galenus ex Homeri loco qui Il. ξ. (v. 124.) ſcribitur. πολλὰ δέ οἱ πρόβατ᾽ ἔσαν. Vbi ſcribit Scholiaſtes πάντα τὰ τετράποδα ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ πρόβατα. Quin & Erotianus hanc quoque expoſitionem adfert, cùm de hoc loco ſcribit, πρόβατα ἔστι κατὰ κοινοῦ πάντα τὰ τετράποδα ζῶα. Annotandum porro videtur exemplaria quædam Regia manuſcripta, pro προβάτων θρεμμάτων legere, cum θρέμμα pecus aut armentum indicet, etſi ſpeciali quodam nomine C pecudem quandoque ſignificet. Hic verò præcipua fit mentio boum aratorum, quòd ea præcipuè vtilitas ex bobus compararetur, in eumque vſum eſſent apud antiquos. Quod docet M. Tullius lib. 2. de Natura deorum. Quid de bobus loquar? quorum ipſa terga declarant non eſſe ſe ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus cùm terræ ſubigerentur fiſſione glebarum, ab illo aureo genere (vt poetæ loquuntur) vis nunquam vlla afferebatur,

Ferrea tum vero proles exorta repente eſt,
Auſaq; funeſtum prima eſt fabricarier enſem,
Et guſtare manu victum domitumque iuuencum.

Tanta putabatur vtilitas percipi ex bobus, vt eorum viſceribus veſci ſcelus haberetur. D

ἅτε ἀμφόδοντα] Sic exemplaria omnia tum manuſcripta tum publicata. Erotianus tamen ex hoc loco ἀμφώδοντα legit, & τὰ ἀνόδοντα ἢ μὴ πάντας ὀδόντας ἔχοντα exponit. Et certè vtraque ſcriptio ferri poteſt.

διδόντα μὲν βρύζειν] Hic βρύζειν ſummis labris aut vtrinque compreſſis dentibus herbam vellere ac depaſcere ſignificat & arrodere, quod pecudibus vtrinque dentatis attribuitur, & de equis & aſinis qui prata depaſcuntur aut attondent dicitur. (Sic enim Maro*, Quatuor hic, primum omen, equos in gramine vidi Tondentes campum late, candore niuali.) Galenus in Exegeſi σαρκάζειν exponit κυρίως μὲν τὸ διὰ τῶν χειλῶν ἄχρων χλευάζειν. ὁ δὲ Ἱπποκράτης ἐπὶ τὸ ἄκροις τοῖς χείλεσι συμπεριφερομένοις ἀποτίλλειν τι. Erotianus verò de hac dictione ſic ſcribit. σαρκάζειν, οἱ μὲν, βρύκειν. οἱ δὲ ἀποτίλλειν τὴν πόαν γελᾶν, τὸ δὲ ὅλον τὸ χείλεσιν αὐτὴν ἐσθίειν. ἔστι γὰρ εἶδος ἀποτίλσεως τὸ σαρκάζειν. Qui locus haud dubiè iſtum ſubindicat, & (ſi modò vera eſt lectio) βρύκειν pro σάρκας ἕλκειν ἢ τρώγειν ſumi videtur, quod de carniuoris animalibus dicitur, quæ vtroque dentium ordine βρύζειν, hoc eſt, velut diducto rictu carnes detrahere, vellere ſeu arrodere dicuntur, & σαρκοῦν ac βρύζειν velut carniſecare dicitur. Sic Ariſtophani ἐν Εἰρήνῃ Megarenſium inopia vellicatur, qui γλίσχρως E ζῶντα σαρκάζοντες ὥσπερ κυνίδια, tenuiter vitam tolerarent, ac velut canes diducto rictu carnes vellentes & arrodentes. σαρκάζοντες enim dicuntur Scholiaſti ἀποσαρκοῦντες καὶ διαγελάζοντες, ἕλκοντες ἢ τρώγοντες. Vnde etiam σαρκάζειν, τρώγειν ſignificat. Eſt etiam σαρκάζειν diducto rictu irridere, quod frendere dicunt, aut protenſis labris ac demerſis ſubſannare, quod amarulentæ irriſionis genus eſt, & σαρκασμὸς dicitur. Quem geſtum etiam hodie in nonnullis videre eſt, & σαρκάζειν μετὰ πικρίας γελᾶν exponitur Heſychio. * lib. 3. Æn.

ὅτι ἡ πρὶν ἐκκαρπεῖν] Hic ſecutus ſum vulgatam lectionem omnibus exemplaribus conteſtatam. Galenus tamen poſtea καὶ pro ὅτι legit & μάλιστα exponit. Quo ſenſu dicendum erit breuem herbam alta firmiorem & meliorem, maximè etiam ante quàm grandior fructum ferat, aut priuſquam ad maturitatem deueniat. Quæ lectiones ambæ eodem ferè recidunt.

⁸ διὰ τοῦτο καὶ εἰλίποδας βοῦς μᾶλλον] In hoc Homerico verſu, qui nuſquam extat in his Homeri ſcriptis quæ ad nos peruenerunt, ἕλικας βοῦς εἰλίποδας exponere videtur Hippocrates, hoc eſt, τοὺς πόδας κατὰ τὴν πορείαν εἰλοῦντας, quod inter incedendum crura vertant & pedes flectant. Vnde & ἕλικες flexiles & flexipedes, aut curuipedes dicuntur. Interpretes tamen apud Homerum ἕλικας ἑλικωτὰ τὰ κέρατα ἔχοντας, ἢ τὴν εὐκίνητον exponunt, & ἑλικοκεράτους, quod & facit Heſychius, aut etiam μέλανας, vt ἕλικον ὕδωρ de Æſopo fluuio Homero dicitur, & paſſim ἑλίκωπες Ἀχαιοί, nigris oculis ſpectabiles. Interdum vero Homerus ἕλικας βοῦς ſimpliciter ſcribit, vt Il. ο. (v. F 633.) περιμηκέα τε ἕλικας βοῦς ἀμφὶ ἐκείνην. Interdum quoque εἰλίποδας ἕλικας βοῦς effert, vt Il. ι. (v. 462.) πολλὰ δὲ ἴφια μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς. & Il. φ. (v. 458.) βόας, τοὺς δ᾽ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς ἀπολέσουσι. Virgilius certè εἰλίποδας βοῦς, quod ab Homero appoſitiſſimè dicitur, expreſſiſſe videtur, cùm errabunda bouis veſtigia extulit, quod flexis pedibus incedant, vt annotat Seruius.

περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος] περὶ ὧν νῦν ὁ λόγος habent exemplaria manuſcripta quædam cum Galeno, quæ ſecuti ſumus cum interpretibus.

ἔστι τοίνυν ἐν τῷ ἐπιτηδείως καὶ αὖθις μᾶλλον] ἐκπίπτει καὶ αὖθις μᾶλλον, ἢ καὶ οἷον αὐτὸ ἀποφλεγμαίνῃ τὰ νεῦρα lego cum interpretibus.

τοὺς οὖν πάντας ἰδὼν χρὴ καρτερῶς καὶ πλείονα καὶ ἐθέλειν] Sic legunt omnia exemplaria tum publicata tum ſcripta. Sed ἐθέλειν lego, aut ἐθέλοιεν, vt aliàs ſæpè. G

ἀνακωχὴν δὲ τῷ ἄρθρῳ] Senſus eſt, vt lana conuoluta in alam immiſſa, articulum remoretur ac inhibeat, ſuſtineat aut ſuſtentet, ἀνακωχὴν enim pro ἀνέχειν ſumere videntur interpretes, quod ἀνακωχὴ Galeno in Exegeſi ἀνοχὴν & ἀνάπαυσιν ſignificet, hoc ſubindicato loco, quod fulcimentum, fulcrum, ſtabilimentum, velut ſuſtentaculum, aut etiam moram indicare poteſt. Quo ex loco apparet Galenum aliter legiſſe, & pro ἀνακωχὴν ἀνακωχὴ ſcriptum fuiſſe. Quod & Erotiani verba de hoc loco teſtantur, vbi ἀνακωχὴν exponit (ſi modò vera eſt lectio) his verbis, βούλεται δὲ ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ ἄρθρων φησὶν οὕτως λέγων. ὑποτιθέναι δὲ εἰς τὴν μασχάλην σφαῖραν ἐρίου ἐλιγμένου, καὶ ἀναπλήρωμα τοῦ κοίλου ποιοῦντα, ἵνα ᾖ στήριγμα ἐν τῷ ὑπὸ εἶναι, ἀνακωχὴ ἐς τὸ ἄρθρον. Ex his enim verbis, tum varia quædam ſcriptio, tum etiam ἀνακωχὴ pro ἀνακωχὴν poſitum fuiſſe colligere eſt, demum quoq; alius etiam ſenſus elici poteſt, nempe vt hæc lana inuoluta ad articulum velut mora quædam poſita, vinculo ſtabilimēto ſit, quo veluti fulcro articulus inhibeatur ac retineatur. Id enim iſta ſignificant, τοῦτέστιν ἀνέχεται καὶ ἐγκρατεῖται. ἀνακωχὴ vero generali ſignificato, ceſſationem, moram, laxamentum, retardationem, dilationem, & belli inducias indicat. ἀνακωχεύειν etiam & ἀνακωχεῖν eſt nauem in alto retinere ac inhibere, cùm in anchoris ſtat ſubductis velis, H propter tempeſtatem. ἀνακωχεῖν quoque Heſychio exponitur ἀναχωρεῖν, & ἀνακωχεύοντες ἀναχωρήσαντες, ἢ μετέωροι κατέχοντες τὰς ναῦς, & ἀνακωχὴ, ἀναχώρησις διὰ τὸ ὕδωρ, ἢ ἀνάπαυσις. Si modò mendo caret lectio, ac non pro ἀναχωρεῖν ἄνω χωρεῖν legendum videtur. Quod etiã ſignificat Erotianus his verbis, τὸ γὰρ ἐν ταῖς, ἐπειδὰν ἐπὶ πόντου βαλλῶνται, ἀνακωχὴν λέγεσθαι, ὅπερ ἐστὶν ἄνω χωρεῖν. ἀνακωχεύειν quibuſdam ſtabilire indicat, quod & hoc loco quadrare poteſt. Exemplaria porrò manuſcripta omnia cum publicatis conſentiunt.

ὑποτιθέναι δὲ ἐς τὴν μασχάλην] Paulus pilam laneam alæ ſubiicit, ſi inflammatio abſit, ſiccam, ſi adſit, oleo imbutam, ac deligationem iuxta χιασμὸν & decuſſationem facit. Brachium verò ad coſtas alligat. Celſus. Repoſito humero, lana alæ ſubiicienda eſt. Si in interiore parte os fuit, vt ei opponatur. Tum faſcia primùm ſub ala obuoluta, caput eius debet comprehendere, deinde profectus ad alteram alam, ab eaq; ad ſcapulas, ruſuſq; ad eiuſdem humeri caput tendere. Sæpiuſq; ad eandem rationem circumagi, donec bene id teneat. Vinctus hac ratione humerus commodiùs continetur. Si adductus ad latus ſit, ad id quoque faſcia deligatur.

οὕτω

A ὅκως γὰρ οἷόν ἐστιν ἱζέσθω ἂν χρείη]Hic ἱζέσθω pro ἱδρύσθω ponitur, quod καθιζέσθω ſignificat, quemadmodum etiam apud Herodotum annotatur. Vt vitioſa ſint exemplaria quæ ἱκέσθω legunt.

χρὴ δὲ καὶ ἀνατρίβειν] λιπαρῶς hîc μαλακῶς, ἐλαφρῶς ac ἠρεμαίως ſignificat, vt mollem ac leuem frictionem indicet, & quæ muſculorum fibras emolliat, ne quid duri ex inflammatione ſit reliquum, vt ſcribit Galenus. Et paulò poſt λιπαρῶς, μαλθακῇσι χερσὶν exponitur, vt & ἡσυχίως, ἠρέμα. Paulus poſt ſeptimum diem aut tardius, facta ſolutione, mediocri frictione vtendum ſcribit, quo corpore ſolidiore reddito, articulus difficiliùs elabatur. Celſus quoque infrictionem membro luxato adhibet.

ἀνὰ δύσιν ἡμῖν] διέσεσθαι legit Galenus, non δύσιν, quæ tamen lectio eſt omnium codicum tum manu ſcriptorum, tum publicatorum.

τὸ δὲ ἄρθρον ἐξερεύνων] Celſus. Iamque ad vſus quoque ſuos id membrum promouere, quia motus vt in dolore peſtifer, ſic aliàs ſaluberrimus corpori eſt.

B * Γινώσκειν δὲ εἰ ἐκπέπτωκεν ὁ βραχίων τοῖσδε χρὴ τοῖσι
σημείοισι. τοῦτο μὲν ἐπειδὴ δίκαιον ἔχουσι τὸ σῶμα οἱ ἄνθρω-
ποι, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὰ σκέλεα, παραδείγματι χρέεσθαι δεῖ,
τῷ ὑγιεῖ πρὸς τὸ μὴ ὑγιές, καὶ τῷ μὴ ὑγιεῖ πρὸς τὸ ὑγιές, μὴ τὰ
ἀλλότρια ἄρθρα καθορῶντα, ἄλλοι γὰρ ἄλλων μᾶλλον ἔξαρ-
θροι πεφύκασιν, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ τοῦ κάμνοντος, ἢν ἀνόμοιον
ἦ τὸ ὑγιὲς τῷ κάμνοντι. καὶ τοῦτο εἴρηται μὲν ὀρθῶς. παραξυ-
C νίησιν δὲ ἔχει πάνυ πολλὴν διὰ τὰ τοιαῦτα. καὶ οὐκ ἀρκεῖ
μοῦνον λόγῳ εἰδέναι τὴν τέχνην ταύτην, ἀλλὰ καὶ ὁμιλίῃ
ὁμιλέειν. πολλοὶ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης, ἢ ὑπ' ἄλλης προ-
φάσιος οὐκ ἐξεστεώτων αὐτέοισι τῶν ἄρθρων, ὅμως οὐ δύ-
νανται ἐς τὰ ὅμοια σχήματα καθιστάναι, ἐς οἷά περ τὸ ὑγιαῖνον
σῶμα σχηματίζεται. προσξυνιέναι δὲ δεῖ οὖν, καὶ ἐννοεῖν καὶ τὸ
τοιόνδε σχῆμα χρή, ἀτὰρ καὶ ἐν τῇ μασχάλῃ ἡ κεφαλὴ τοῦ
βραχίονος φαίνεται ἐγκειμένη πολλῷ μᾶλλον τοῦ ἐκπεπτωκό-
D τος ἢ τοῦ ὑγιέος. τοῦτο δὲ ἄνωθεν κατὰ τὴν ἐπωμίδα κοῖλον φαίνε-
ται τὸ χωρίον, καὶ τὸ τοῦ ἀκρωμίου ὀστέον ἐξέχον φαίνεται, ἅτε ὑ-
ποδεδυκότος τοῦ ἄρθρου ἐς τὸ κάτω χωρίον. παραξυνίησιν
μὲν καὶ ἐν τούτῳ ἔχει τινά, ἀλλ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ γεγρά-
ψεται, ἄξιον γὰρ γραφῆς ἐστι. τοῦτο δὲ τοῦ ἐκπεπτωκότος ὁ
ἀγκὼν φαίνεται ἀφεστεὼς μᾶλλον ἀπὸ τῶν πλευρέων, ἢ τοῦ ἑτέ-
E ρου. εἰ μέντοι τις προσαναγκάζοι, προσάγεται μέν, ἐπι-
πόνως δέ. τοῦτο δὲ ἄνω τὴν χεῖρα ἆραι εὐθεῖαν παρὰ τὸ οὖς ἐκ-
τεταμένου τοῦ ἀγκῶνος οὐ μάλα δύνανται, ὥσπερ τὴν ὑγιέα,
οὐδὲ παράγειν ἔνθα καὶ ἔνθα ὁμοίως. τά τε οὖν σημεῖα ταῦ-
τά ἐστιν ὤμου ἐκπεπτωκότος. αἵ τε ἐμβολαὶ αἱ γεγραμ-
μέναι, αἵ τε ἰητρεῖαι αὗται. ἐπάξιον δὲ τὸ μάθημα ὡς χρὴ
ἰητρεύειν οἷσι πυκινὰ ἐκπίπτουσιν οἱ ὦμοι. πολλοὶ μὲν γὰρ ἤδη
F ἀγωνίης ἐκωλύθησαν διὰ ταύτην τὴν ξυμφορήν, τἄλ-
λα πάντα ἀξιόχρεοι ὄντες. πολλοὶ δὲ ἐν πολεμικοῖσιν ἀ-
χρήιοι ἐγένοντο, καὶ διεφθάρησαν διὰ ταύτην τὴν ξυμφορήν.
ἅμα δὲ ἐπάξιον καὶ διὰ τοῦτο, ὅτι οὐδένα οἶδα ὀρθῶς ἰητρεύ-
οντα, ἀλλὰ τοὺς μὲν μηδὲ ἐγχειρέοντας, τοὺς δὲ τἀναντία
τοῦ ξυμφέροντος φρονέοντάς τε καὶ ποιέοντας. συχνοὶ γὰρ ἤδη
ἰητροὶ ἔκαυσαν ὤμους ἐκπίπτοντας, κατά τε τὴν ἐπωμίδα,
G κατά τε τὸ ἔμπροσθεν, ᾗ ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἐξέχει,
κατά τε τὸ ὄπισθεν ὀλίγον τῆς ἐπωμίδος. αὗται οὖν αἱ καύ-
σιες εἰ μὲν εἰς τὸ ἄνω ἐξέπιπτεν ὁ βραχίων, ἢ ἐς τοὔμπρο-
σθεν, ἢ ἐς τοὔπισθεν, ὀρθῶς ἂν ἔκαιον. νῦν δὲ ὅτε ἐς τὸ κάτω
ἐκπίπτει, ἐκβάλλουσιν αὗται αἱ καύσιες μᾶλλον, ἢ κωλύου-
σιν. ἀποκλείουσι γὰρ τὴν ἄνω εὐρυχωρίην τὴν κεφαλὴν τοῦ
H βραχίονος. χρὴ δὲ ὧδε καίειν ταῦτα. ἀπολαβόντα τοῖσι δακ-
τύλοισι κατὰ τὴν μασχάλην, τὸ δέρμα ἀφελκύσαι κατ' αὐ-
τὴν τὴν ἴξιν μάλιστα, καθ' ἣν ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἐκ-
πίπτει, ἔπειτα δὲ οὕτως ἀφελκυσμένον τὸ δέρμα διακαῦσαι
ἐς τὸ πέρην. σιδηρείοισι δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα καίειν, μὴ παχέσι,
μηδὲ λίην φαλακροῖσιν, ἀλλὰ προμήκεσι. ταχυπορώτε-
ρα γὰρ καὶ τῇ χειρὶ ἐπερείδεται. χρὴ δὲ διαφανέσι καίειν, ὡς ὅτι τάχιστα περαιωθῇ κατὰ δύναμιν. τὰ γὰρ παχέα βραδέως

His autem indiciis an brachium exciderit intelligi poteſt. Atque id quidem, vbi homines iuſtum corpus, & manus, & crura nacti ſunt, ſi pars integra cum ſana, & ſana cum integra conferatur, alterius hominis articulis in conſiderationem non adhibitis (quibuſdam enim articuli naturâ magis prominent) ſed ipſius ægrotantis, num integer [illegible] diſſimilis ſit. Atque hoc rectè quidem dictum eſt. Admodum tamen multa in his hallucinatio ſubeſt. Ac neque ſatis eſt hanc artem tantũ ratione noſſe, ſed & in vſum exercitatione traducenda eſt. 'Multi enim præ dolore, aut alia ex cauſa, licet iis articuli non exciderint, haud tamen eo habitu, quo ſanum corpus collocatur, reſtitui ſuſtinent. Ad huiuſmodi igitur habitum intelligentia & animi notione conſequendum adniti oportet. Quin & brachij luxati caput, in alam multo magis incumbere quàm ſani videtur. Adhæc in ſuperiore humeri parte locus cauus apparet, & ſummi humeri os, quod articulus in inferiorem locum ſubierit, extare conſpicitur. In quo quidem aliqua etiam hallucinatio ſubeſt, de qua, cùm memoratu digna ſit, poſtea ſcribetur. In eo prætereа quod excidit, cubiti gibbus magis à latere recedere, quàm in altero videtur. Ac ſi quis vi admota adducat, iſtud quidem non ſine dolore fieri poſſit. Adhæc neque cubito extento rectam manum ſurſum ad aurem attollere admodum poteſt, neque hac vel illac, perinde ac ſanum, traducere. Atque hæc quidem ſunt humeri prolapſi indicia, ac reponendi modi, qui ſcripti ſunt, curationeſque eædem. At eorum curatio quibus humeri frequenter elabuntur cognitione digna eſt, cùm multi alioqui ad omnia idonei, à certaminibus prohibiti fuerint, multi quoque ad res bellicas inutiles euaſerint, eóque caſu perierint. Simul quoque eam ob cauſam res conſideratione digna eſt, quòd neminem qui iis rectè medeatur videam, verùm partim ad curationem ne aggredi quidem, partim verò contra quàm conueniat tum ſentire tum facere. Frequenter enim medici ad prolapſos humeros, in ſuperiore humeri parte, & anteriore quà brachij caput eminet, & poſteriore quoque paulùm iuxta ſuperiorem humeri partem, vſtionem adhibuerunt. Quæ quidem rectè adhibita fuiſſet, ſi brachium vel in ſuperiorem, vel anteriorem, vel poſteriorem partem prolapſum fuiſſet. Nunc verò cum in inferiorem partem elabatur, propellit potiùs quàm prohibeat. Superiore enim capacitate brachij caput excludit. Sic verò vſtione vtendum, vt cutis ſub ala digitis apprehenſa, ſecundum eam rectitudiné potiſſimùm, in quam brachij caput prolabitur, attrahatur, ſic deinde attracta cutis candenti ferramento traiiciatur. Ferramentis autem ad id vtendũ, non craſſis, neque admodum rotundis, ſed oblongis. Manu enim impulſa celeriùs penetrant. Candentibus quoque adurendum, quò quàm celerrimè fieri poteſt, penetrent. Craſſiora námque cùm tardiùs

penetrent, latiores cruſtas reſoluunt, periculúmque eſt ne vlcera abrumpant. Quod etſi nihilo deterius, eſt, deforme tamen magis & ab arte abhorrens cenſetur. Vbi verò adurendo ferramentum traieceris, in plæriſq; abundè erit inferiori duntaxat parti cruſtas inurere. Quòd ſi periculum minimè eſſe videatur vt vlcera abrumpantur, ſed magnum ſpatium ſit interiectum, tenue ſpecillum quo ad illinendum vtimur per ambuſta foramina traicere oportet, cute adhuc digitis apprehenſa, neq; enim aliàs traicere poſſis. Quo traiecto cutis laxanda eſt, deinde inter vtramq; cruſtam, alia tenui ferraméto, donec ſpecillo occurrat, inducenda & inurenda. Ex his autem coniicias quatenus cutis ſub ala apprehendi debeat. Glandulæ ſub ala, vt & multis aliis corporis partibus, ſitæ ſunt. Verùm integra glandularum natura aliàs tractabitur, quodq; exiſtant, & quę in quoq; indicent, quámque vim habeant. Has igitur, neq; quæ his interiora ſubſunt, pręhendere oportet. Magnum namq; periculum imminet, quòd cum valde inſignibus neruis propinquitatem habeant. Quod verò extra glandulas eſt, id cum extra noxiam ſit, quàm plurimum apprehendendum. Illud autem animaduertere oportet, ſummè quidem ſurſum ſublato brachio, nihil ex cute ſub ala, quod extenſione dignum ſit, apprehendi poſſe. Conſumitur enim ac reſimatur cùm ſurſum brachium porrigitur. Neque verò nerui vlla ratione vulnerandi ſunt, qui eo habitu intenti ſunt & expoſiti. At paulùm ſublato brachio multum quidem de cute apprehendes, cùm nerui quibus cautio adhibéda eſt, intus ac vltra id quod appprehenditur ſiti ſint. An non verò in omni arte imprimis elaborandum eſt, vt iuſtus in vnoquoque hàbitus inueniatur? Atq; hęc quidem circa alam fieri debent, ſatiſq; ita cutem apprehendere, vt rectè vſtiones adhibeantur.

περιτέμνομενα, πλατυτέρας τὰς ἐκπτώσιας τῶν ἐσχαρῶν ποιέει. καὶ κίνδυνος ἂν εἴη ξυῤῥαγῆναι τὰς ὠτειλάς. καὶ κάκιον μὲν οὐδὲν ἂν εἴη, αἴσχιον δὲ καὶ ἀτεχνότερον. ὅταν δὲ διακαύσῃς ἐς τὸ πέρην, τὰ μὲν πλεῖστα ἱκανῶς ἂν ἔχοι τῷ κάτω μέρει τὰς ἐσχάρας ταύτας μούνας θεῖναι. ἢν δὲ μὴ κίνδυνος φαίνηται εἶναι ξυῤῥαγῆναι τὰς ὠτειλάς, ἀλλὰ πολὺ τὸ διὰ μέσου ἔῃ, ὑπαλειπτρίῳ χρὴ λεπτῷ διέρσαι διὰ τῶν καυμάτων, ἔτι ἀναλελαμμένου τοῦ δέρματος. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως δύναιο διέρσαι, ἐπὴν δὲ διέρσῃς, ἀφεῖναι τὸ δέρμα ἔπειτα μεσηγὺ τῶν ἐσχαρῶν, ἄλλην ἐσχάρην ἐμβάλλειν λεπτῷ σιδηρίῳ καὶ διακαῦσαι, ἄχρις ἂν τῷ ὑπαλειπτρίῳ ἐγκύρσῃ. ὁκόσον δέ τι χρὴ τὸ δέρμα τὸ ἀπὸ τῆς μασχάλης ἀπολαμβάνειν, τοῖσι δὲ χρὴ τεκμαίρεσθαι. ἀδένες ὑπέασιν ὑπὸ τῇ μασχάλῃ. πολλαχῇ δὲ καὶ ἄλλῃ τοῦ σώματος. ἀλλ' ἐν ἄλλῳ λόγῳ περὶ ἀδένων οὐλομελίης γεγράψεται, ὅ τι τέ εἰσι, καὶ οἷα ἐν οἷσι σημαίνουσί τε καὶ δύνανται. τοὺς μὲν οὖν ἀδένας οὐ χρὴ προσεπιλαμβάνειν. οὐδὲ ὅσα ἐσωτέρω τῶν ἀδένων, μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος. τοῖσι γὰρ ἐπικαιροτάτοισι τόνοισι γειτονεύουσιν. ὅσον δὲ ἐξωτέρω τῶν ἀδένων ἐπὶ πλεῖστον ἀπολαμβάνειν. ἀσινέα γάρ. γινώσκειν δὲ χρή, ὅτι εἰ μὲν ἰσχυρῶς τὸν βραχίονα ἀνατείνοις, οὐ δυνήσῃ τοῦ δέρματος ἀπολαβεῖν οὐδὲν τοῦ ὑπὸ τῇ μασχάλῃ, ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου καταναλίσκεται. σημοῦται γὰρ ἐν τῇ ἀνατάσει. οἱ δὲ αὖ τόνοι, οὓς οὐδεμιῇ μηχανῇ δεῖ τιτρώσκειν. οὗτοι γὰρ πρόχειροι γίνονται καὶ κατατεταμένοι ἐν τούτῳ τῷ σχήματι. εἰ δὲ μικρὸν ἐπάρῃς τὸν βραχίονα, πολὺ μὲν τοῦ δέρματος ἀπολήψῃ. οἱ δὲ τόνοι ὧν δεῖ προμηθέεσθαι, εἴσω καὶ πρόσω τοῦ χειρίσματος γίνονται. ἆρ' οὖν οὐκ ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ περὶ πολλοῦ χρὴ ποιέεσθαι τὰ δίκαια σχήματα ἐξευρίσκειν ἐφ' ἑκάστοισι, ταῦτα μὲν κατὰ τὴν μασχάλην, καὶ ἱκαναὶ αὗται αἱ καταλήψιες, ἢν ὀρθῶς τεθῶσιν αἱ ἐσχάραι.

* γινώσκειν] Hunc locum explicat Gal. lib. 9. de Plac. Hippocr. & Platonis.

ὁπόταν δίκαιον ἔχωσι τὸ σῶμα] δίκαιον τὸ σῶμα ἀκριβῶς ἴσον ἰσατίμιον exponit Galenus. Erotianus autem ὅμοιον hoc ſubindicato loco, his verbis: δίκαιος ἐν τῷ περὶ ἄρθρων, τὸ ὅμοιον. ἔστι γὰρ ὁπόταν δίκαιον ἔχωσιν οἱ ἄνθρωποι τὸ ἄλλο σῶμα, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὰ σκέλεα, ἀντὶ τοῦ ἴσον χρησάμενοι ἐπὶ τοῦ ὑγιές. Galenus quoq; lib 9. de Plac. Hippocr. & Platonis hanc corporis δικαιοσύνην de exacta inter ſe partium corporis ſimilitudine & æquabilitate, tam in magnitudine quam ſitu, numero, figura, ac tota demum compoſitione ac formatione ſumendam eſſe indicat, eamque miris laudibus effert, hoc loco in medium adducto.

εἰ, τὸ δ' ἐστὶ μὲν ὀρθῶς] Sic meliora omnia exemplaria tum publicata tum ſcripta, quædam etiam εἰ, ἐστί.

ἄγει καὶ ἀπεστεώσει] Sic quoque legunt meliora & reconditiora exemplaria, alia mendosè ἄγει καὶ omittunt.

τοῦ δὲ καὶ τοῦ ἀπεστεῶτος] τοῦ δ' οὖν τοῦ ἀπεστεῶτος bis legit Galenus eundem locum explicans Paulus cap. 114. lib. 6. hunc etiam locum exprimit & hæc Hippocratis verba mutuatur. Celſus autem eundem ſic mihi adumbrare videtur. Si in alam delapſus eſt humerus, ei iunctus cubitus recedit ab latere, rurſum iuxta eiuſdem partis aurem cum humero porrigi non poteſt, longiuſque altero id brachium eſt. Verùm vitiati ſunt omnes noſtri codices, qui (& victus) pro ei iunctus, aut eiectus legunt, quod eſt in exteriorem partem verſus. (Sic enim legendum cenſeo) Nam quibus brachij caput in alam excidit, iis cubitus ad latus extra vergit, & à coſtis recedit.

τὴν χεῖρα ἄρας εὐθεῖαν] Sic quoque legunt meliora exemplaria. Quædam verò εὐθεῖαν omittunt, & ἄρα pro ἄρας vitioſiſſimè habent. Alia quoque δύναται pro δύνανται legunt, eamque lectionem ſecutus eſt Galenus libro 9. de placitis Hippocratis & Platonis.

μαλθακὴ φαλακρώδης] φαλακρὸν τὸ ψιλόθριξ exponit Erotianus hunc locum ſubnotans. Galenus etiam in Exegeſi φαλακρὰ ψιλὰ τῶν τριχῶν ſignificare ſcribit vt hic quoque, etſi quibuſdam in codicibus φαλαρὰ vitioſè legitur.

χρὴ διαπείρειν] διαπείρειν διατρυπᾶν exponit Erotianus hoc ſubnotato loco, & τὰ διαπείρια ὅ λέγει, τὰ διάτρυπα καυτήρια, Paulus περονοειδῆ καυτήρια vocat.

ὑπαλειπτρίῳ χρὴ λεπτῷ] ὑπαλειπτρίον τὸ ἀγγεῖον ᾧ ἄν τις ὑπαλείψοιτο τοὺς ὀφθαλμοὺς exponit Galenus in Exegeſi, μήλην Erotianus, vnde & nobis ſpecillum dicitur. Sed apud Erotianum ὑπάλειπτον vitioſè legitur, πυρῆνα μήλης ponit Paulus.

διὰ τῶν καυματίων] Sic legunt exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit. Neque ideo tamen integrior videtur lectio, quòd membranatum ſcriptarum conſenſu vitium inoleuerit. Quædam etiam καυματίων habent, æquè ſuſpecta ſcriptione. Cuius loco τυμμάτων ſupponi poteſt, vt plagas vſtione factas obaudias. Qua dictione vſus eſt Hippocrates lib. 7. Epid. Sed nos καυμάτων cum cæteris interpretibus recipimus, dum melioris lectionis ſpes aliqua affulgeat, quæ huic vulneri mederi queat. Paulus* alias duas cruſtas ex Hippocrate fieri iubet ab vtraque parte mediæ relatæ æquali interuallo inter ſe diſtantes, ad quadratam figuram. Quæ certè noſtros codices ſuſpectos faciunt, cum nihil tale hic ſcribatur, niſi ad id quod paulò poſt ſequitur referatur.

* *Cap. 42 lib 6.*

περὶ ἀδένων οὐλομελίης] οὐλομελίη omnium membrorum abſolutionem & perfectionem, aut abſolutam & integram cuiuſque rei naturam ſignificat, ὁλοκληρίαν φύσιν exponit Galenus. Erotianus ὅλην φύσιν, hoc ſubindicato loco. Sed οὐλομελίης legiſſe videtur. Vtitur verò hac etiam dictione Hippocrates lib. περὶ τροφῆς, verùm ei κατὰ μέρος opponit. Heſychius ὁλομελῆ aduerbium, ὁλοσχερῶς, συντελῶς exponit, & quibuſdam accipi ſcribit, περὶ τῆς ἀρτίας, τὸ ἐκ τῶν ὅλων & τέλειον ὅλον dici.

οὐ χρὴ προσεπιλαμβάνειν] Exemplaria manu ſcripta Regia προσλαμβάνειν legunt. Iſtam quoque cautionem adhibendam Paulus admonet, quòd inde inflammatio, aut operis difficultas, aut functionem læſio inducatur.

σημοῦται

A ἀπομύσσεται γὰρ] Hic ἀπομύσσεσθαι τὸ δέρμα exponit Galenus, vt ſit, brachio extento cutem quæ ſub ala eſt abſumi, hoc eſt deperire ac reſimari. Heſychio quoque ἀπομυσσοῦ ἀπαλείφου ſignificat. Quæ ſignificatio quoque in veteri lexico annotatur, tamq; Ionicum eſſe quidam exiſtimant.

* Ἔξωθεν δὲ τῆς μασχάλης, διὰ δύο μοῦνα ἐστὶ χωρία ἵνα ἄν τις ἐσχάρας θείη, ὠφελεούσας τὸ πάθημα. μίαν μὲν ἐν τῷ ἔμπροσθεν μεσηγὺ τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος καὶ τοῦ τένοντος τοῦ κατὰ τὴν μασχάλην. καὶ ταύτῃ τὸ μὲν δέρμα τελέως διακαίειν χρή. βαθύτερον δὲ οὐ χρή. φλέψ τε γὰρ παχείη B πλησίον καὶ νεῦρα, ὧν οὐδέτερα θερμαντέα. ἑτέρην δ' αὖ ἐσχάρην ἐνδέχεται ἐνθεῖναι ἀνωτέρω μὲν συχνῷ τοῦ τένοντος τοῦ κατὰ τὴν μασχάλην, κατωτέρω δὲ ὀλίγῳ τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος. καὶ τὸ μὲν δέρμα τελέως χρὴ διακαίειν. βαθείην δὲ μηδὲ κάρτα ταύτην ποιέειν. πολέμιον γὰρ τὸ πῦρ νεύροισιν. ἰητρεύειν μὲν οὖν χρὴ διὰ πάσης τῆς ἰητρείης τὰ ἕλκεα, μηδέποτε ἰσχυρῶς ἀνατείνοντα τὸν βρα-C χίονα, ἀλλὰ μετρίως ὅσον τῆς ἐλκέων ἐπιμελείης εἵνεκα. ἧσσον μὲν γὰρ ἂν ψύχοιτο, ξυμφέρει γὰρ πάντα τὰ καύματα σκέπειν ὡς ἐπιεικέως ἰητρεύεσθαι. ἧσσον δ' ἂν ἐκπλατύνοιτο. ἧσσον δ' ἂν αἱμορραγοίη, ἧσσον δ' ἂν σπασμὸς ἐπιγένοιτο. ὅταν δὲ δὴ καθαρὰ γένηται τὰ ἕλκεα, ἐς ὠτειλὰς ἴῃ, τότε δὴ χρὴ πάντα τὸν χρόνον αἰεὶ τὸν βραχίονα πρὸς τὰς πλευρὰς προσδεδέσθαι, καὶ νύκτα καὶ ἡμέρην. D ἀτὰρ καὶ ὁπόταν ὑγιέα γένηται τὰ ἕλκεα, ὅμως ἐπὶ πουλὺν χρόνον χρὴ προσδεῖν τὸν βραχίονα πρὸς τὰς πλευράς. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ἐπουλωθείη, καὶ ἀποληφθείη ἡ εὐρυχωρίη, ᾗ μάλιστα ὀλισθάνει ὁ βραχίων. ὁκόσοισι δ' ἂν ὦμος καταπορηθῇ ἐμβληθέντα, ἢν μὲν ἐν αὐξήσει ἐοῦσιν, οὐκ ἐθέλει συναύξεσθαι τὸ ὀστέον τοῦ βραχίονος ὁμοίως τῷ ὑγιεῖ. ἀλλὰ αὔξεται μὲν ἐπί τι, βραχύτερον δὲ τοῦ ἑτέρου E γίνεται. καὶ οἱ καλεόμενοι δὲ ἐκ γενεῆς γαλιάγκωνες, διὰ δισσὰς ξυμφορὰς τοιοῦτοι γίνονται, ἢν μὲν τοιοῦτον αὐτοῖς ὀλίσθημα καταλάβῃ ἐν γαστρὶ ἐοῦσι, διά τε ἄλλην ξυμφορὴν, ἀτὰρ ἢ ὕστερον ποτε γεγενημένην.[10] ἀτὰρ καὶ οἷσιν ἂν νηπίοισιν ἐοῦσι κατὰ τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος βαθεῖαι καὶ ὑποβρύχιοι ἐκπυήσιες γίνονται, καὶ οὗτοι πάντες γαλιάγ-F κωνες γίνονται, καὶ ἤν τε τμηθῶσιν, ἤν τε καυθῶσιν, ἤν τε αὐτόματά σφιν ἐκραγῇ. ἐργάζεσθαι χρὴ, εἰ καὶ οὗτοι οὕτως ἔχουσιν, ἀλλ' ἔργα τῇ χειρὶ δυνατώτατοί εἰσιν οἱ ἐκ γενεῆς γαλιάγκωνες, οὐ μὴν οὐδὲ ἐκ φύσιος ἀνατεῖναι παρὰ τὸ οὖς τὸν βραχίονα ἐκτανύσαντες τὸν ἀγκῶνα δύνανται, ἀλλὰ πολὺ ἐνδεεστέρως ἢ τὴν ὑγιέα χεῖρα. οἷσι δ' ἂν ἤδη ἀνδράσιν ἐοῦσιν ἐκπέσῃ ὁ ὦμος, καὶ μὴ ἐμβληθῇ, ἡ ἐπωμὶς ἀσαρκοτέρη γίνεται, καὶ ἡ ἕξις λεπτὴ ἡ κατὰ τοῦτο. ὅταν G μὲν ὀδυνώμενοι παύσωνται, ὅσα μὲν δεῖ ἐργάζεσθαι ἐπαείροντας τὸν ἀγκῶνα ἀπὸ τῶν πλευρέων ἐς τὸ πλάγιον, ταῦτα μὲν οὐ δύνανται ἀπαρτὶ ὁμοίως ἐργάζεσθαι. ὅσα δὲ δεῖ ἐργάζεσθαι παράγοντας τὸν βραχίονα παρὰ τὰς πλευρὰς, ἢ ἐς τοὔπισω, ἢ ἐς τὸ πρόσω, ταῦτα πάντα δύνανται ἐργάζεσθαι. καὶ γὰρ ἂν ῥίνα ἑλκύσειαν, καὶ πρίονα, καὶ πελεκήσειαν ἂν, καὶ σκάψειαν, μὴ κάρτα ἄνω ἐπαίροντες τὸν ἀγκῶνα, καὶ τἄλλα ὅσα τοιουτοτρόπως ἐργάζονται.

Extra alam verò duobus tantũ locis inurere licet, quo morbo ſuccurratur. Vno quidẽ anteriore parte, inter brachij caput & tendonẽ qui circa alam eſt. Eaque parte cutis penitus candenti ferramento, nõ tamen altiùs, perurenda. Proxima enim eſt vena craſſa & neruus, quorũ neutrum igne tentari debet. Rurſus autẽ exteriore parte alteram vſtionem adhibere licet, multùm quidem ſupra tendonẽ qui ad alam eſt, paulùm verò infra brachij caput. Ac cutis quidẽ penitus candẽti ferramento adurenda, non tamẽ altẽ admodum infligenda plaga eſt. Ignis namque neruis eſt noxius. Mederi igitur vlceribus per totam curationẽ conuenit, brachiũ nunquam vehementer, verũ mediocriter, quantum ad vlcerum curationem opus eſt, attollendo, vt minùs frigore tententur. Ambuſta namq; omnia tegi debent, quò & moderatam curationem recipiant, ac minùs oras diducant, minorq; cùm profluuij ſanguinis, tum cõuulſionis metus accedat. Vbi verò pura euaſerint vlcera, & ad cicatricem peruenerint, tunc ſanè omninò brachium die ac nocte ad coſtas ſemper alligatum eſſe oportet. Quinetiã ſanatis vlceribus, eodẽ modo lõgo tempore brachium ad latus alligandũ eſt. Hac enim potiſſimum ratione cicatrice obducetur, & cõtrahetur laxitas ea, in quam maximè brachium prolabitur. At quibus humerus in ſuum locum recondi minimè potuit, ſi quidẽ adhuc creſcunt, os brachij non æquè ac integrum augeri conſueuit, verùm vt aliqua ex parte augeatur, altero tamẽ breuius euadit. Idem verò experiũtur qui à primo ortu muſtelæ cubito præditi, Græci γαλιάγκωνες dicũtur, & duplici ex noxia tales euadunt, ſiue quod in vtero tali luxatione teneantur, ſiue aliã ob noxiã poſtea ſcribendam. Quinetiã quib. adhuc tenellis circa brachij caput profundæ alteq; demerſæ ſuppurationes cõtingũt, ij quoq; omnes iuſto breuius & tenuius brachiũ habẽt, & γαλιάγκωνες euadunt, & ſiue ſecentur, ſiue vrantur, ſiue iis pus ſponte erumpat, rem ita ſe habere compertũ eſt. Manu quidem validiſſimè vti poſſunt qui muſtelæ cubito ab ortu ſunt præditi, ij tamen brachiũ ad aurẽ attollere extento cubiti gibbo non valent, idq; multò minùs quàm manũ integram. At vbi iam in homines euaſerint, neq; humerus prolapſus reſtitutus fuerit, iis gracilis ſuperior humeri pars redditur, eaq; parte habitus tenuatur. Neq; tamen vbi dolor quieuerit, ea quidem omnia quæ requiruntur ad ſublatũ cubiti gibbũ à coſtis ad latera adducendũ, ſimiliter præſtare poſſunt. Quæ verò brachio ad latus, vel in priorem partẽ, vel in poſteriorẽ adducto effici poſſunt, ad ea tractanda valent. Nam & ſcobinã & ſerram trahere, ſecuri item cædere & ligone fodere queunt, dũ ne nimiùm cubiti gibbum attollant, ad aliaq; omnia quæ huiuſmodi habitus poſtulat efficienda, idonei habentur.

H * ὁκόσοισι δ' αὖ ὦμος ἐκπέσῃ] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, tum manu ſcripta, tum publicè exarata. Galeni tamen lectionem ſecutus ſum qui hanc brachij regionem exactis terminis definiuit, quæ tamen quod paulùm iuxta poſteriorem partem ſita videatur, hanc ſcriptionem vt retinuit.

[10] ἀτὰρ καὶ οἷσιν ἂν νηπίοισιν] Hanc cauſam attingit aph. 15. ſect. 1. lib. 6. Epid. vt illic adſcripſimus.

χρῆσθαι μέντοι τῇ χειρὶ δυνατώτατοι] Illud quoq; explicat Paulus lib. 6. cap. 114. his verbis: [illegible] Idemque etiam pene explicat Hippocr. poſtea.

καὶ γὰρ ἂν ῥίνα ἑλκύσειαν] ῥίνη inſtrumentum eſt fabrile quo ſcobes decutitur, ſcobinam fabri dixit* Plinius. Et Iulius Pollux libr. 7. cap. 16. ῥίνην inter fabrilia inſtrumenta reponit. Sudas quoq; τεκτονικὸν ἐργαλεῖον eſſe ſcribit. Galenus in Exegeſi hunc locum ſubindicat ſcribens, [illegible].

*Cap. 37. lib. 7.

Quibus ſummus humerus auulſus eſt, iis os auulſum extare cernitur. Eſt autem id iuguli & lati ſcapularum oſſis ligamentum. Hac enim in parte hominis à cæterarum animantium natura diſtat. Medici igitur hoc in caſu plurimum falli conſueuerunt. Auulſo enim oſſe extante, ſuperior humeri pars depreſſa & caua conſpicitur, ita vt quaſi humeris prolapſis curationem inſtituant. Equidem complures noui medicos, alioqui minimè contemnendos, qui huiuſmodi humeros excidiſſe rati, dum reſtituere conarentur, magnam noxiam ægris inferrent, neq; priùs deſiſterent, quàm vel ſpe vel opinione reponendi humeri ſe fruſtratos intelligerent. His quidem ea eſt curatio quæ cæteris huiuſmodi, ceratũ, ſplenia, faſciæ, & eadem vinciendi ratio. Os tamen quod ſupereminet deorſum vrgendum eſt, eiq; plurima ſplenia admouenda, & hac parte maximè apprimenda, brachiumque lateri annexum ſuperiore parte detinendum. Hac enim ratione os auulſum proximè adduci poterit. Hæc autem probè noſſe, & ſi tibi alioqui videatur certò prædicere licet, hoc caſu nullum quidem neq; paruum, neq; magnum humero detrimentum contingere, locum tamen deformem reddi. Nunquam enim os illud in priſtinam ſedem, quale natura eſſe conſueuerat, reſtituitur, ſed plùs aut minùs ſuperiore parte turgeſcere neceſſe eſt. Nam neq; aliud os vllũ, quod cum altero communionem & cohærentiam habet, vbi à naturali ſede auulſum fuerit, in priſtinũ locum reuertitur. Summus verò humerus ſi probè vinciatur, paucis diebus dolore liberatur.

" Ὅτισι δ' ἂν τὸ ἀκρώμιον ἀποσπασθῇ, τουτέοισι φαίνεται ὑπερέχον τὸ ὀστέον τὸ ἀποσπασθέν. ἔστι δὲ τοῦτο ὁ σύνδεσμος τῆς κληῗδος καὶ τῆς ὠμοπλάτης. ἑτεροίη γὰρ φύσις ἀνθρώπου ταύτῃ ἢ τῶν ἄλλων ζώων. οἱ οὖν ἰητροὶ μάλιστα ἐξαπατῶνται ἐν τούτῳ τῷ τρώματι. ἅτε γὰρ ἀνασχόντος τοῦ ὀστέου τοῦ ἀποσπασθέντος, ἡ ἐπωμὶς φαίνεται χαμηλὴ καὶ κοίλη, ὥστε τὰ προμηθεῖσθαι τῶν ὤμων τῶν ἐκπεπτωκότων. πολλοὺς οὖν οἶδα ἰητροὺς, τἄλλα οὐ φλαύρους ἐόντας, οἳ πολλὰ ἤδη ἐλυμήναντο, A B ἐμβάλλειν πειρώμενοι τοὺς τοιούτους ὤμους, οὕτως οἰόμενοι ἐκπεπτωκέναι, καὶ οὐ πρόσθεν παύονται πρὶν ἢ ἀπογνῶναι ἢ ἀπορῆσαι δοκέοντες, αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐμβάλλειν τὸν ὦμον. τούτοισιν ἰητρείη μὲν ἥπερ καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσι τοιούτοισι, κηρωτὴ καὶ σπλῆνες καὶ ὀθόνια, καὶ ἐπίδεσις τοιαύτη. καταναγκάζειν μέντοι τὸ ὑπερέχον χρὴ καὶ τοὺς σπλῆνας κατὰ τοῦτο τιθέναι πλείστους, καὶ πιέζειν ταύτῃ μάλιστα, καὶ τὸν βραχίονα πρὸς τῇσι πλευρῇσι προσηρτημένον ἐς τὸ ἄνω μέρος ἔχειν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα πλησιάζοιτο τὸ ἀποσπασθέν. C ταῦτα δὲ μὴν εἰδέναι χρὴ, καὶ προλέγειν ὡς ἀσφαλέα ἢν ἄλλως ἐθέλοις, ὅτι βλάβη μὲν οὐδεμίη, οὔτε μικρὴ, οὔτε μεγάλη τῷ ὤμῳ γίνεται ἀπὸ τούτου τοῦ τρώματος, αἶσχος δὲ τὸ χωρίον. οὐδὲ γὰρ τοῦτο τὸ ὀστέον ἐς τὴν ἀρχαίην ἕδρην ὁμοίως ἂν ἱδρυνθείη, ὥσπερ ἐπεφύκει, ἀλλ' ἀνάγκη πλέον ἢ ἔλασσον ὀγκηρότερον εἶναι ἐς τὸ ἄνω. οὐδὲ γὰρ ἄλλο ὀστέον, οὐδὲν ἐς τὸ αὐτὸ καθίσταται, ὅτι ἂν κοινωνέον ἐστὶν ἑτέρῳ ὀστέῳ καὶ προσαπεφυκὸς ἀποσπασθῇ ἀπὸ τῆς ἀρχαίης φύσιος. ἀνώδυνον δὲ τὸ ἀκρώμιον ἐν ὀλίγῃσιν ἡμέρῃσι γίνεται, ἢν χρηστῶς ἐπιδέηται. D

" ἔστι δὲ τοῦτο ὁ σύνδεσμος] Sic legunt reconditiores membranæ manu ſcriptæ, quædam etiam ἴσχει σύνδεσμον habent, quam lectionem ſequitur Aſulanus. Galenus certè σύνδεσμον eſſe ſummum humerum, & iugulum cum lato ſcapularum oſſe colligare vult, eſſeque os cartilaginoſum, quod ſitum eſt quà iugulum cum lato ſcapularum oſſe connectitur, idque ſecuritatis & firmitatis gratia factum teſtatur lib. de Oſſibus & cap. 11. lib. 13. de vſu part. * Paulus quoq; lib. 6. hunc locum imitatus de acromio ſic ſcribit: ἔστι δὲ χονδρῶδες ὀστέον τὴν κλεῖν τῇ ὠμοπλάτῃ συνδεσμοῦν, ἐξαρθρεῖται δὲ ἐν τοῖς σκελετοῖς. ὃ ἀποσπασθὲν, φαντασίαν παρέχεται τοῖς ἀπείροις τοῦ τὴν κεφαλὴν ἐκπεπτωκέναι τοῦ βραχίονος. καὶ γὰρ ἐπὶ τούτου ἡ ἐπωμὶς ἐξυπτία φαίνεται. κοίλον δὲ τὸ ὅλον μέρος. Quam etiam opinionem retinet Rufus, & apud eundem Eudemus. Quidam verò anatomes periti lati ſcapularum oſſis, cum iugulo ſyntaxin acromium eſſe reputarunt, vt ſcribit Galenus. * Cap. 113. E

ἑτεροίη γὰρ φύσις] Id ad acromium & os illud cartilaginoſum paruum referendum, quod iugulum cum omoplata ligamentis quibuſdam validis à ſe exortis connectit, præter communia illa & membranoſa, idque ſecuritatis gratia. Quod homini proprium facit Hippocrates, Galenus etiam ſimiis negat lib. 5. de adminiſtrat. anatomic. in eumque ſenſum hunc Hippocr. locum accommodat his verbis, [Greek quotation, illegible in part] ἐπὶ ἄλλου ζώου ὑπάρχειν αὐτό, μόνῳ ἀνθρώπῳ, καὶ [Greek, illegible in part] ἑτεροίη γὰρ φύσις ἀνθρώπου ταύτῃ ἢ τῶν ἄλλων ζώων. Idem etiam ſcribit Galen. lib. 13. de vſu part. cap. 11. & libello de Oſſib. cap. 13. & Oribaſius lib. 25. Collect. Paulus verò iſtud ad clauiculam retuliſſe videtur, cum ſoli homini inter animalia clauiculam ineſſe ſcribit, quam opinionem ex Rufo hauſiſſe videtur. Sed tamen & ſimiis eſſe communem ſatis eſt manifeſtum. F

Iugulum ſiquidem ex toto tranſuerſum fractum fuerit, faciliùs curatur, ſi verò per longitudinem, ægriùs. Contraq; id contingit quàm quis exiſtimet. Quod enim ex toto tranſuerſum fractum eſt, citiùs quis in ſuam ſedem compellere, & ſi diligenter proſpexerit, ac idoneum habitum conuenientemq; deligationem adhibuerit, quod ſupra eſt, infra abducere poſſit. Ac etiam ſi prorſus in ſuam ſedem non collocatur, non tamen eminens oſſis pars admodum acuta redditur. Quibus verò oblongum os frangitur, ſimile malum contingit iis quibus oſſa quædam auulſa ſunt, vt ante ſcriptum eſt. Ipſum ſiquidem ſecum ipſum collocari non admodum poteſt. eminens tamen oſſis ſummitas valde acuta redditur. Omninò certò ſcire conuenit, nullam ex iugulo fracto, neque humero, neque reliquo corpori noxiam afferri, niſi (quod rarò accidit) præterea ſyderari contingas. Ad iugulum tamen fractum deformitas accedit, idque primùm turpiſſimum, deinde verò

" Κληῒς δὲ κατεαγεῖσα, ἢν μὲν ἀτρεκέως ἀποκαυλισθῇ, εὐιητοτέρη ἐστί. ἢν δὲ παραμηκέως, δυσιητοτέρη. τἀναντία δὲ τούτοις ἐστὶν ἢ ὡς ἄν τις οἴοιτο. τὴν μὲν γὰρ ἀτρεκέως ἀποκαυλισθεῖσαν προσαναγκάσειεν ἄν τις μᾶλλον ἐς τὴν φύσιν ἐλθεῖν. καὶ εἰ πάνυ προμηθείη τὸ ἀνωτέρω, κατωτέρω ἂν ποιήσειε. σχήματί τε ἐπιτηδείοισι καὶ ἐπιδέσει ἁρμοζούσῃ. εἰ δὲ μὴ τελέως ἱδρυνθείη, ἀλλ' οὖν τό γε ὑπερέχον γε τοῦ ὀστέου οὐ κάρτα ὀξὺ γίνεται. ᾗσι δὲ ἂν παραμήκης τὸ ὀστέον κατεαγῇ, ἰκέλη ἡ ξυμφορὴ γίνεται τοῖσιν ὀστέοισι τοῖσιν ἀποσπωμένοισιν, περὶ ὧν πρόσθεν γέγραπται. οὔτε γὰρ ἱδρυνθῆναι αὐτὸ πρὸς ἑωυτὸ κάρτα ἐθέλει, ἥ τε ὑπερέχουσα ἀκρὶς τοῦ ὀστέου ὀξεῖα γίνεται κάρτα. τὸ μὲν οὖν σύμπαν εἰδέναι χρὴ ὅτι βλάβη οὐδεμίη τῷ ὤμῳ οὐδὲ τῷ ἄλλῳ σώματι γίνεται διὰ τὴν κάτηξιν τῆς κληῗδος, ἢν μὴ ἐπισφακελίσῃ. ὀλιγάκις δὲ τοῦτο γίνεται. G H αἶσχος γε μὴν προσγίνεται περὶ τὴν κάτηξιν τῆς κληῗδος, καὶ τούτοισι τὸ πρῶτον ἀρχῇσιν. ἔπειτα μὴν καὶ

πᾶσι

A [illegible] γίνεται. συμφύεται δὲ ταχέως κληῒς, καὶ τἄλλα πάντα ὅσα χαῦνα ὀστέα. ταχείαν γὰρ τὴν ἐπιπώρωσιν ποιέεται τὰ τοιαῦτα. ὅταν μὲν οὖν νεωστὶ κατεαγῇ, οἱ τετρωμένοι σπουδάζουσιν οἰόμενοι μεῖζον τὸ κακὸν εἶναι ἢ ὅσον ἐστί. οἵ τε ἰητροὶ προθυμέονται δῆθεν ὀρθῶς ἰῆσθαι. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου οἱ τετρωμένοι, ἅτε οὐκ ἀδυνώμενοι, οὔτε κωλυόμενοι, οὔτε ὁδοιπορεῖν, οὔτε ἐσθίειν, καταμε-
B λέουσιν, οἵ τε αὖ ἰητροὶ ἅτε οὐ δυνάμενοι κατὰ τὰ χωρία ἀποδεικνύειν, ἀποδιδράσκουσι, καὶ οὐκ ἄχθονται τῇ ἀμελείῃ τῶν τετρωμένων. ἐν τούτῳ δὲ ἡ ἐπιπώρωσις συνταχύνεται. ἐπιδέσιος μὲν οὖν τρόπος καθέστηκε παραπλήσιος τοῖσι πλείστοισι, κηρωτῇ καὶ σπλήνεσι καὶ ὀθονίοισι μαλθακοῖσιν ἰητρεύειν. καὶ τάδε δεῖ προσιητρεύειν, καὶ τάδε δεῖ προσξυνιέναι, καὶ μάλιστα ἐν τούτῳ τῷ χειρίσματι, ὅτι τούς τε σπλῆνας πλείστους κατὰ τὸ ἐξέχον χρὴ τιθέναι. καὶ τοῖσι ἐπιδέσμοισι
C πλείστοισι, καὶ μάλιστα κατὰ τοῦτο χρὴ πιέζειν. εἰσὶ δὲ δή τινες οἳ ἐπεψηφίσαντο ἤδη μολίβδιον βαρὺ προσεπικαταδεῖν, ὡς καταναγκάζειν τὸ ὑπερέχον. ξυνιᾶσι μὲν οὖν ἴσως, οὐδὲ οἱ ἁπλῶς ἐπιδέοντες. ἀτὰρ δὲ οὐδ' οὕτως ὁ τρόπος κληῖδος κατήξιός ἐστιν. οὐ γὰρ δυνατὸν τὸ ὑπερέχον καταναγκάζεσθαι, οὐδὲν ὅ,τι καὶ ἄξιον λόγου. ἄλλοι δ' αὖ τινες εἰσὶν οἵ τινες καταμαθόντες τοῦτο, ὅτι αὗται αἱ
D ἐπιδέσιες παραφορέει εἰσὶ καὶ οὐ κατὰ φύσιν καταναγκάζουσι τὰ ὑπερέχοντα. ἐπιδέουσι μὲν οὖν αὐτοὶ σπλήνεσι καὶ ὀθονίοισι χρεώμενοι, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι. ζώσαντες δὲ τὸν ἄνθρωπον ταινίῃ τινὶ ᾗ εὐζωστότατος αὐτὸς ἑωυτοῦ ἐστιν, ὅταν ἐπιθῶσι τοὺς σπλῆνας ἐπὶ τὰ ὑπερέχοντα τοῦ κατήγματος, ἐξογκώσαντες ἐπὶ τὰ ἐξέχοντα, τὴν ἀρ-
E χὴν τοῦ ὀθονίου προσέδησαν πρὸς τὸ ζῶσμα ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν, καὶ οὕτως ἐπιδέουσιν ἐπὶ τὴν ἴξιν τῆς κληῖδος ἐπιτείνοντες ἐς τοὔπισθεν ἄγοντες, κἄπειτα περιβάλλοντες περὶ τὸ ζῶσμα, ἐς τοὔμπροσθεν ἄγουσι. καὶ αὖθις ἐς τοὔπισθεν. οἱ δέ τινες οὐχὶ περὶ τὸ ζῶσμα περιβάλλουσι τὸ ὀθόνιον, ἀλλὰ περὶ τὸν περίνεόν τε καὶ παρ' αὐτὴν τὴν ἕδρην, καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν κυκλέοντες τὸ ὀθόνιον,
F οὕτω πιέζουσι τὸ κάτηγμα. ταῦτα γοῦν ἀπείρῳ μὲν ἀκοῦσαι, φαίνεται ἐγγὺς τοῦ κατὰ φύσιν εἶναι, χρεωμένῳ δὲ ἀχρεῖα. οὔτε γὰρ μόνιμα οὐδένα χρόνον, οὐδ' εἰ κατακέοιτο, καίτοι ἐγγύτατα αὖ οὕτως, ἀλλ' ὅμως εἰ κατακείμενος, ἢ τὸ σκέλος συγκάμψειεν, ἢ αὐτὸς καμφθείη, πάντα αὖ τὰ ἐπιδέσματα κινέοιτο, ἄλλως τε ἀσηρὴ ἡ ἐπίδεσις. ἥ τε γὰρ ἕδρη ἀπολαμβάνεται, ἀθρόα τε τὰ ὀ-
G θόνια ἐν ταύτῃ τῇ στενοχωρίῃ γίνεται. τά τε αὖ περὶ τὴν ζώνην περιβαλλόμενα, οὐχ οὕτως ἰσχυρῶς ἔζωσται, ὡς οὐκ ἀναγκάσαι ἐς τὸ ἄνω τὴν ζώνην ἐπανιέναι, καὶ οὕτως ἀνάγκη αὖ εἴη πάντα χαλᾶν τὰ ἐπιδέσματα. ἄγχιστα δ' αὖ τις δοκεῖ ποιέειν, καίπερ οὐ μεγάλα ποιέων, εἰ τοῖσι μὲν τισὶ τῶν ὀθονίων περὶ τὴν ζώνην περιβάλλοι, τοῖ-
H σι δὲ πλείστοισι τῶν ὀθονίων, τὴν ἀρχαίην ἐπίδεσιν ἐπιδέοι. οὕτω γὰρ αὖ μάλιστα τὰ ἐπιδέσματα μόνιμά τε εἴη καὶ ἀλλήλοισι τιμωρέοι. τὰ μὲν οὖν πλεῖστα εἴρηται, ὅσα καταλαμβάνει τοὺς τὴν κληῖδα κατεηγνυμένους. προσξυνιέναι δὲ καὶ τόδε χρή, ὅτι κληῒς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κατάγνυται, ὥστε τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ στήθεος πεφυκὸς ὀστέον, ἐς τὸ ἄνω μέρος ὑπερέχειν, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκρωμίης πεφυκὸς ὀστέον ἐν τῷ κάτω μέρει εἶναι. αἴτια δὲ τούτων τάδε. ὅτι τὸ μὲν στῆθος οὔτε κατωτέρω αὖ πολὺ, οὔτε ἀνωτέρω χωρήσειεν. μικρὸς γὰρ ὁ ἐγκλισμὸς τοῦ ἄρθρου ἐν τῷ στήθει· αὐτὸ γὰρ ἑωυτῷ συνεχές ἐστι τὸ στῆθος καὶ τῇ ῥάχει. ἄγχιστα μὲν ἡ κληῒς πρὸς τὸ τοῦ ὤμου ἄρθρον πλαδῶσά ἐστιν.

minus turpe fit. Iugulũ vero vt & reliqua omnia oſſa quæ laxa ſunt, promptè coaleſci. Talia namq; callũ celeriter obducunt. Vbi igitur recẽs eſt fractura, vulnerati malũ re ipſa grauius eſſe rati ſolicitudinẽ adhibent, & medici quoq; rectã curandi rationem magno ſtudio ſuſcipiunt. Procedente verò tempore vulnerati, cum neq; dolore tententur, neq; aut cibũ capere, aut iter facere prohibeãtur, rem negligũt, itemque medici, cũ nihil his in locis præſtare queãt diffugientes laborantiũ incuriam nõ iniquo animo ferũt, interimq; callus celeriter obducitur. Deligandi autẽ ratio eadẽ quæ plæriſq; adhibetur, curatioq; cerato, ſpleniis, & mollibus linteis inſtituitur. Ac præter iſtã curationẽ, in primis in hac manuũ tractatione prouidendũ & inſuper eſt animaduertendũ, vt quàm plurima ſplenia quà os extat imponantur, & plurimæ faſciæ ea præcipuè parte adſtringantur. Nonnulli verò iam ſolerter excogitarunt, vt plumbũ aliquod graue ſuperalligaretur, quò deorſum cogeretur quod extat. At neq; fortè prudenter ſe gerunt qui ſimpliciter deligant. Quinetiã ſanè hic modus iugulo fracto nõ eſt accõmodatus. Neq; enim quod eminet effatu memorabilẽ aliquã depreſſionẽ habere poteſt. Alij rurſus intelligẽtes huiuſmodi deligationes huc & illuc vitioſè ferri, neq; quę eminẽt in naturalẽ locũ cogere, ipſos quidẽ certè deuinciũt, ſpleniis & linteis vtẽtes perinde atq; alij. Verũ faſcia quadã homine accincto, qua parte aptiſſimè cingi ſolet, ſpleniis ad fracturę eminẽtia adhibitis, vt ea parte extuberent, faſciæ caput ad cingulũ anteriore parte alligãt, atq; ita productũ in iuguli directũ vinculũ, in poſteriorẽ partẽ agũt, deinde cingulo aduolutũ in anteriorẽ partẽ ducunt, rurſuſq; in poſteriorẽ reducunt. Quidã verò faſciam cingulo nõ obuoluunt, ſed ea ad interfœmineum ipſamq; ſedem & iuxta ſpinã circundata, eo modo fracturã comprimunt. Hæc igitur vbi audiuntur, inexperto quidẽ propè ad id quod ſecundũ naturã eſt accedere videntur, verùm ſi quis ad vſum accõmodet, inutilia comperiet. Neq; enim vllam vnquã firmitatem habent, ne ſi quis decumbat quidẽ, quanquã ſic proximè ad firmitatẽ accedant: verùm ſi decumbens aut crus inflectat, aut ipſe incuruetur, faſciæ omnes mouebuntur, & alioqui moleſta eſt hæc vinciẽdi ratio. Nam & ſedes intercluditur, & faſciæ in hac loci anguſtia vniuerſæ colliguntur. Rurſus quæ cingulo obuoluuntur, non adeò firmiter huic accincta ſunt, quin cingulũ ſurſum ferri cogatur, atq; ita neceſſe ſit vinculo omnia relaxari. Quàm proximè autem res confieri poſſe videatur, etſi nihil magni quis pręſtiterit, ſi quibuſdã faſciis ad cingulũ conuolutis, plurimas alias ad priorem deligationem admoueat. Hac enim ratione tum maximè ſtabiles faſciæ fuerint, tum ſibi mutuo opem ferant. Plurima igitur quæ iugulũ fractũ conſequuntur dicta ſunt. Sed & id quoque præterea aduertendum eſt, iugulum plęrumq; ita frangi ſolere, vt os quod eſt à pectore in ſuperiorẽ partẽ emineat; quod eſt à ſummo humero in inferiorem partem deprimatur. Horumq; ea eſt ratio, quod pectus quidem neq; infra neq; ſupra admodum procedat. Articuli enim in pectore leuis eſt agitatio. Pectus namq; tũ ſibiipſi, tum ſpinæ continenter coaptatum eſt. Sed iugulum quidẽ proximè ad humeri articulum fluitat.

Cogitur namque ſæpiſſimè moueri propter eam quam cum ſummo humero habet connexionem. Adde quod vbi vulneratum fuerit, pars ea quæ pectori inhæret, ſurſum elabitur, neque ferre deorſum deprimi ſolet, cum & natura leuis ſit, eique ſupra quam infra maior inanitas pateat. At humerus brachium, & quæ his connectuntur, facilè à pectore & coſtis recedunt, ac propterea multum in ſuperiorem & inferiorem partem abduci poſſunt. Fracto igitur iugulo os quod ad humerum eſt, deorſum tendit. Promptiùs enim vna cum humero & brachio deorſum inclinare poteſt, quam ſurſum ferri. Cùm igitur hæc ita ſe habeant, imprudenter ſe gerunt, qui extantem oſſis partem deorſum cogi debere exiſtimant. Verùm inferiorem partem ad ſuperiorem adducendam eſſe perſpicuum eſt, cùm ea motionem habeat, & à naturali ſede receſſerit. Patet igitur hanc aliter nullo modo cogi poſſe. Vincula namque nihilo magis adducunt quàm abducunt. Quòd ſi quis brachium quàm maximè ad latus adductum ſurſum propellat, ſic vt quàm acutiſſimus humerus appareat, eo modo planè continget, vt cum oſſe quod pectori adhæret, vnde eſt auulſa, adaptetur. Is igitur cùm recta intelligentia vtetur, tum etiam optimam & celerrimam curationem inſtituet, qui legitimam deligationem, vti celeriter coaleſcat, adhibuerit, reliquaque omnia, præter commemoratū habitum, vana reputauerit. Decumbere tamen hominem valde ad rem pertinet, & ſatis ſunt dies quatuordecim, vt ſummum, viginti. Quod ſi cui contra iuguli fractura eueniat, id quod non admodum contingit, ita vt os quod eſt à pectore ſubiiciatur, quod eſt à ſummo humero extet ac ſuper alterum feratur, nulla magna curatione hic opus eſt. Ipſe enim humerus demiſſus cum brachio inuicem oſſa committet, ac quælibet viuendi ratio ſatis fuerit, vt intra paucos dies callus contrahatur. At ſi non eo modo fractum fuerit, ſed in hanc vel illam partem prolabatur, ſublato quidem humero cum brachio, in ſuam ſedem reducendum erit, velut etiam antea dictum eſt. Ac vbi ad priſtinum habitum redierit, reliqua curatio celerrimè cōſequetur. Vt plurimum igitur vbi alia ſuper aliam effertur, brachium in ſuperiorem partem propulſum reſtituit. Ex his vero quæ in ſuperioribus partibus elabuntur, quæcumq; ad latus aut infra tendunt, iis reſtitutionem ſubminiſtrauerit hominis ſupinus decubitus, ſi loco inter ſcapulas medio, paulo ſublimius aliquid ſupponatur, quo pectus quam maximè in vtramque partem reflectatur, brachiumque aliquis ad latus porrectum ſurſum adducat. Medicus verò altera manu, iniecta in brachij caput vola protrudat, altera oſſa fracta componat. Sic enim quàm maximè ad naturalem ſedem reducet. Verùm quod iam dictum eſt, os ſuperius ferè ad inferiorem partem ſubire ſolet. Plæriſque igitur, vbi deuincti fuerint, hinc habitus auxilio eſt, vt detento ad latera cubiti gibbo, ita ſurſum humerus

ἀναγκάζεται γὰρ πυκινοκίνητος εἶναι, διὰ τὴν τῆς ἀ- A
κρωμίης σύζευξιν. ἄλλως τε, ὅταν τρωθῇ. φθίνει ἐς
τὸ ἄνω μέρος τὸ πρὸς τοῦ στήθεος προσεσχισμένον. καὶ οὐ
μάλα ἐς τὸ κάτω μέρος ἀναγκάζεσθαι ἐθέλει. καὶ γὰρ
πέφυκε κοῦφον, καὶ ἡ εὐρυχωρίη αὐτοῦ ἄνω πλείων ἢ κάτω,
ὁ δὲ ὦμος καὶ ὁ βραχίων καὶ τὰ προσηρτημένα τούτοισι
εὐαπόλυτά εἰσιν ἀπὸ τῶν πλευρέων καὶ τοῦ στήθεος,
καὶ διὰ τοῦτο δύναται καὶ ἀνωτέρω πολὺ ἀνάγεσθαι B
καὶ κατωτέρω. ὅταν γοῦν κατεαγῇ κληῒς, τὸ πρὸς
τοῦ ὤμου ὀστέον ἐς τὸ κατωτέρω ἐπιρρέπει. ἐς τοῦ-
το γὰρ ἐπιτροχώτερον αὐτῷ ἅμα τοῦ ὤμου καὶ τοῦ βρα-
χίονι κάτω ῥεῦσαι μᾶλλον, ἢ ἐς τὸ ἄνω. ὁπότε οὖν
τοῦτο τοιοῦτόν ἐστιν, ἀξυνετέουσιν ὅσοι τὸ ὑπερέχον τοῦ
ὀστέου ἐς τὸ κάτω καταναγκάσαι οἴονται εἶναι. ἀλλὰ
δῆλον ὅτι τὸ κάτω πρὸς τοῦ ἄνω προσακτέον ἐστί. C
τοῦτο γὰρ ἔχει κίνησιν, τοῦτο γάρ ἐστι καὶ τὸ ἀποστὰν
ἀπὸ τῆς φύσιος. δῆλον οὖν ὅτι ἄλλως μὲν οὐδαμῶς
ἐστιν ἀναγκάσαι τοῦτο. αἵ τε γὰρ ἐπιδέσιες οὐδέν τι
μᾶλλον προσαναγκάζουσιν ἢ ἀπαναγκάζουσιν, εἰ
δέ τις τὸν βραχίονα πρὸς τῇσι πλευρῇσιν ὡς μά-
λιστα ἐόντα ἀναγκάζοι ἄνω, ὡς ὅτι ὀξύτατος ὁ ὦμος
φαίνεται εἶναι, δῆλον ὅτι οὕτως ἁρμοσθείη πρὸς τὸ D
ὀστέον τὸ ἀπὸ τοῦ στήθεος πεφυκὸς ὅθεν ἀπεσπάσθη. εἰ
οὖν τις τῇ μὲν ἐπιδέσει χρῷτο τῇ νομίμῃ τοῦ τα-
χέως συναλθεσθῆναι εἵνεκα, ἡγήσαιτο δὲ τἄλλα
πάντα μάταια εἶναι παρὰ τὸ σχῆμα τὸ εἰρημένον,
ὀρθῶς τε ἂν ξυνιείη, ἰητρεύοιτ' ἂν τάχιστα καὶ κάλ-
λιστα. κατακέεσθαι μέντοι τὸν ἄνθρωπον μέγα τὸ
διαφέρον ἐστί, καὶ ἡμέραι ἱκαναὶ τεσσαρεσκαίδε- E
κα εἰ ἀτρεμέοι, εἴκοσι δὲ πάμπολλαι. εἰ μέν-
τοι τινὶ ἐπὶ τἀναντία ἡ κληῒς κατεαγείη, ὃ οὐ
μάλιστα γίνεται, ὥστε τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ στήθεος ὀστέον
ὑποδεδυκέναι, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκρωμίης ὀστέον ὑπερέ-
χειν καὶ ὑποκέεσθαι ἐπὶ τοῦ ἑτέρου, οὐδεμιῆς μεγάλης
ἰητρείης τοῦτο γ' ἂν δέοιτο. αὐτὸς γὰρ ὁ ὦμος ἀφιέ- F
μενος καὶ ὁ βραχίων, ἱδρύοι ἂν τὰ ὀστέα πρὸς ἄλ-
ληλα. καὶ φαύλη ἄν τις ἐπίδεσις ἀρκέοι, καὶ ὀλί-
γαι ἡμέραι τῆς πωρώσιος γίνοιντ' ἄν. εἰ δὲ μὴ κατα-
γείη μὲν οὕτω, παραλισθάνοι δὲ ἐς τὸ πλάγιον, ἢ τῇ
ἢ τῇ, ἐς τὴν φύσιν μὲν ἀπαγαγεῖν ἂν δέοι ἀναγαγόντα
τὸν ὦμον σὺν τῷ βραχίονι, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρη-
ται. ὅταν δὲ ἵζηται ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν, ταχείη ἂν
ἡ ἄλλη ἰητρείη εἴη. τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τῶν παραλ- G
λαγμάτων κατορθοῖ αὐτὸς ὁ βραχίων ἀναγκαζόμε-
νος πρὸς τὸ ἄνω. ὅσα δὲ τῶν ἄνωθεν παραλι-
σθαίνοντα ἐς τὸ πλάγιον ἔλθῃ, ἢ ἐς τὸ κατωτέ-
ρω, συμπορσύνοι ἂν τὴν κατόρθωσιν, εἰ ὁ μὲν
ἄνθρωπος ὕπτιος κέοιτο. κατὰ δὲ τὸ μεσηγὺ τῶν
ὠμοπλατέων ὑψηλότερόν τι ὀλίγῳ ὑποκέοιτο ὡς
ἀπορρέπῃ ἐς τὸ στῆθος ὡς μάλιστα, καὶ τὸν βρα- H
χίονα εἰ ἀνάγοι τις παρὰ τὰς πλευρὰς παρατε-

ταμένον. ὁ δὲ ἰητρὸς τῇ μὲν ἑτέρῃ χειρὶ ἐς τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ἐμβαλὼν τὸ θέναρ τῆς χειρὸς ἀπωθέοι. τῇ δὲ ἑτέρῃ τὰ ὀστέα τὰ κατεαγότα ἐπιθήζοι, οὕτως ἂν μάλιστα ἐς τὴν φύσιν ἄγοι. ἀτὰρ ὅπερ ἤδη εἴρηται τὸ μάλα τὸ ἄνωθεν ὀστέον ἐς τὸ κάτω φιλέει ὑποδύνειν. τοῖσι μὲν οὖν πλείστοισιν ὅταν ἐπιδεθῶσι τὸ σχῆμα ἀρήγει, παρ' αὐτὰς τὰς πλευρὰς τὸν ἀγκῶνα ἔχοντα, οὕτως ἐς τὸ ἄνω τὸν ὦμον

ἀναγκά-

A ἀναγκάζεσθαι ἐστὶ δὴ οἷσι μὲν τὸν ὦμον ἀναγκάζειν δεῖ ἐς τὸ ἄνω ὡς εἴρηται, τὸν δ' ἀγκῶνα πρὸς τὸ στῆθος προσάγειν. ἄκρην δὲ τὴν χεῖρα πρὸς τὸ ἀκρώμιον τοῦ ὑγιέος ὤμου ἔχειν. ἢν μὲν οὖν καρτερέεσθαι βούληται, ἀντιστήριγμά τι προσθεῖναι χρὴ, ὡς ἂν ὁ ὦμος ἀνωτάτω ἔῃ. ἢν δὲ περιΐῃ, σφενδόνην χρὴ ἐκ ταινίης περὶ τὸ ὀξὺ τοῦ ἀγκῶνος ποιήσαντα, ἀναλαμβάνειν περὶ τὸν αὐχένα.

propellatur. At nonnullis quidem (vt dictum eſt) in ſuperiorem partem humerus propelli debet, cubiti verò gibbus ad pectus adduci, & manus extrema ad ſummum humerũ ab integra parte admoueri. Quòd ſi decumbere non recuſet, firmamentum quoddam cui obnitatur adhibere oportet, vt humerus maximè ſublimis maneat. Sin verò obambulet, fundam ex mitella factam ad cubiti eminentiam circumdatam, de collo ſuſpenſam geſtare.

B ἢν μὲν ἀτρεμέως ἀποκαυλισθῇ] ἀτρεμέως ἀποκαυλισθὲν, δι' ὅλου, ὁλοκλήρως, ἀκριβῶς, ex toto ac penitus fractum ὡς κατὰ μηδὲν συνέχεσθαι, ita vt nulla ex parte adhæreat, exponit Galenus, [illegible] ἀποκαυλισθὲν poſtea dicet Hippocrates. Erotianus quoque hoc ſubindicato & explicato loco. ἀτρεμέως, ἀκριβῶς exponit, his verbis, ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς, ὅμοιος καὶ περὶ ἄρθρων, ὅταν λέγῃ, κλεὶς δὲ κατεαγῇ, ἢν μὲν ἀτρεμέως ἀποκαυλισθῇ, εὐιητοτέρη ἐστίν. ἢν δὲ παραμηκέως. δυσιητοτέρη. [illegible] ἀτρεμὲς ἐπὶ τῶν ὀστῶν [illegible] ἀπηρτημένων [illegible]. Idem quoque ἀποκαυλισθῇ, [illegible] καυληδὸν κλασθῇ exponit. Cæterum hunc locum ſic vſurpauit Paulus lib. 6. cap. 93. βέλτιον δὲ καυληδὸν μᾶλλον, ἀλλὰ μὴ σχιδακηδὸν ἢ [illegible] κατεαγῆναι τὴν κλεῖν, [illegible] τοῖς πολλοῖς. τὸ μὲν γὰρ ἀποκαυλισθὲν [illegible] τῇ [illegible] [illegible] τῶν δακτύλων εἰς τὸ κατὰ φύσιν [illegible]. τὸ λοιπὸν δὲ εὐθεραπεύτως ἔχει τὰ [illegible]. Sic enim legendus mihi videtur hic locus, contra omnium codicum & interpretum fidem. Celſus verò ſic etiam hoc exprimit. Iugulum verò ſi tranſuerſum fractum eſt, nunquam per ſe rectè coit & niſi mouetur, ſanari ſine vinctura poteſt. Porrò exemplaria quædam

C Regia manu ſcripta pro ἀποκαυλισθῇ ἀποκλασθῇ legunt, & παραμηκέως pro παραμηκέως vitioſè vt ſatis apparet.

ἢν δὲ τῶν ἀποκαυλισθέν] Exemplaria quædam manu ſcripta [illegible] vitioſè habent.

ὅ τι ὑπερέχουσα ἀκρὶς τοῦ ὀστέου] ἄκρις legendum, & eminentem oſſis ſummitatem ſignificat & faſtigium. Ac neſcio an non ἄκρις à Galeno ex hoc loco in Exegeſi exponatur ὀξεῖα [illegible], vbi tamen ἀκρὶς vitioſè ſcribitur. Cui certè reſpondet quod Erotiano ἄκρις [illegible] exponitur, pro quo, ἄκρις haud dubiè ſcribi debet.

[illegible], τι αὖ ἰητρῷ] Hanc lectionem vt ſimplicem & omnibus exemplaribus conteſtatam ſecutus ſum. Interpretes omnes de priſtino loci decoro & iuguli reſtitutione ſumpſerunt, quod etiam intelligi poteſt ex noſtra verſione. Sed nos detracto omni fuco nudam lectionem propoſuimus.

οἱ ἐπιτηδεύοντο] Sic ferè omnia exemplaria publicata legunt, eamque lectionem ſecuti ſunt interpretes. Membranæ autem recon-

D ditiſſimæ Regiæ ἐπεβοίθεντο habent, quas lubenter amplectimur cum Erotiano, qui ἐπεβοίθεντο [illegible] exponit, quod eſt, elaborarunt, curioſè ſunt moliti, hoc certè ſubnotato loco. Exemplaria autem quædam manu ſcripta [illegible] pro [illegible] habent.

ἢ [illegible] τὴν ἄκανθαν [illegible] τι ὀθόνιον] Sic legunt exemplaria omnia publicata manu ſcripta quædam [illegible]. Sed reconditiſſima & quæ plus habent authoritatis [illegible], vnde defluxiſſe altera lectio videtur. Quid enim [illegible] aut etiam [illegible] indicet non ſatis eſt compertum. Etſi μύκλαι aut μύκλαι Heſychio ſunt rugæ & plicæ in aſinorum aut boum collis, quibus nimirum pellis rugatur & conduplicatur, ad quarum formam [illegible] τι ὀθόνιον dici poſſunt, qui faſciam circumuoluunt aut conduplicant, vt conuoluta faſcia eiuſmodi plicarum orbibus ſimilis videatur.

[illegible] τι [illegible] τι] Sic quidem legunt omnia quæ adhuc videre licuit exemplaria. Sed non dubium eſt vitium. [illegible] enim legendum eſt, aut etiam [illegible], Quam lectionem cum interpretibus omnibus ſecuti ſumus.

ἐν ξύρῳ τῷ συγχωρεῖν] συγχωρεῖν legiſſe Galenũ ſatis apparet ex Commentario, cum tamẽ [illegible] legant exemplaria omnia, tum

E excuſa, tum manu ſcripta, quæ in manus noſtras deuenerunt [illegible] etiam Galenus in Exegeſi [illegible] ſimpliciter exponit, etſi addit quoſdam τὸ [illegible] [illegible] καὶ [illegible] explicare. At Erotianus τὸ συγχωρεῖν exponit [illegible] καὶ [illegible] ἡ χρεία ἐστί.

ἢ ἀλλάσσοι [illegible]] [illegible] habent exemplaria manu ſcripta Regia recõditiſſima, quæ ſecutus eſt Aſulanus. Hic porro mihi videtur eſſe locus qui ab authore libelli de faſciis proponitur, vbi Hippocratẽ in iugulo fracto, vinculo quod [illegible] vocat vſum ſcribit.

προσξυστέναι ἢ τινὰ χρὴ] Hunc de iugulo locũ aliter ſumpſiſſe videtur Celſus ſi modo integra ſunt noſtra exẽplaria, quæ ſic legũt. Nonnunquam verò maximeq; vbi motum eſt, elabitur, fereq; id quod à pectore ſub id quod ab humero eſt, in poſteriorem partem inclinatur. Cuius ea ratio eſt, quod per ſe non mouetur, ſed cũ humeri motu cõſentit. Itaque eo ſubſiſtente, ſub id humerus agitatur. Sed quis non videt peruerſa eſſe Celſi verba, & hoc modo locum legendum? fereque id quod ab humero ſub id quod à pectore eſt,

F aut fereq; id quod à pectore ſubit quod ab humero eſt, & in inferiorẽ partẽ inclinatur. Hunc quoq; locũ Paulus his verbis obſcurè, & vitioſè admodũ noſtris in codicibus ſcriptis expreſſit, quæ ſic legenda mihi videtur ἢ [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] τοῦ βραχίονος, [illegible] [illegible], τὸ [illegible] τὸν ὦμον [illegible] εἰς τὸ πολὺ [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] τοῦ βραχίονος.

μικρὸς γὰρ ὁ κιγκλισμός] κιγκλισμὸν βραχεῖαν κίνησιν explicat Galenus, & in Exegeſi βραχεῖαν συνεχῆ κίνησιν, ἀπὸ τοῦ κίγκλου τοῦ ζώου. Erotianus etiam κιγκλισμὸν κίνησιν exponit, κίγκλος δὲ ἐστιν ὄρνις [illegible] πολυκίνητος, πολυτάραχος. Heſychius quoque κίγκλον ſcribit eſſe ὄρνεον [illegible] τὴν οὐρὰν κινοῦν, vnde & motacilla auicula dicitur, ὅτι (vt ſcribit Galenus) [illegible] συνεχῶς τὰ ὀπίσθια [illegible], indeque [illegible] dici ſcribunt. Ex quo κιγκλίζειν deducitur, quod exponit Heſychius. [illegible], [illegible] μοχλεύειν, κινεῖν. Quidam etiam de impudico & cinædico motu accipi volunt apud Theocritum Idyl. 5. quod criſſare aut ceuere dicitur. Eſt & κιγκλισμὸς Hippocrati vt exponit Galenus in fine huius libri, ἡ ἐπὶ βραχὺ γιγνομένη [illegible] Scribit autem Hippocrates ἐν τῷ μοχλικῷ, κλεῖδες δὲ [illegible] ἐς [illegible], ἔχουσαι περὶ μὲν τὸ στῆθος βραχείας κινήσιας, περὶ δὲ τὸ ἀκρώμιον συχνοτέρας.

G [illegible] ἐστί] Hunc locum Erotianus his verbis ſubindicat & exponit [illegible], [illegible], [illegible] χάλασμα ἔχουσα ἢ [illegible]. Significatur autem clauiculam ipſam iuxta humerum inanem & ſpatioſam quandam laxitatem habere, ac veluti fluitare & innatare, nullique firmamento inhærere, ac ideo veluti per ſumma fluctuare, quod [illegible] dixit Galenus. Id autem ob frequentem cum ſummo humero motionem contingit. Adſcribendum etiam videtur quædam exemplaria manu ſcripta pro [illegible] [illegible] apponere. Quod veluti gloſſema quoddam ex Galeno adſcriptum apparet, quod vox illa nimis inſolens & tranſlata videretur.

[illegible] τὸ ἀκρωμίης [illegible]] ἀκρωμίης [illegible] videtur legiſſe Erotianus, eſtq; vt ſatis apparet [illegible] [illegible]. ἀκρωμίη γὰρ αὐτὴ (vt ſcribit Galenus) [illegible] τὸ κατ' ὦμον ἄρθρον ἐστὶ [illegible]. Aut certè antea vbi ſcribitur, μικρὸς γὰρ ὁ κιγκλισμὸς τοῦ ἄρθρου τοῦ ἐν τῷ [illegible] illud (τοῦ ἄρθρου) [illegible] τὸ ἀκρωμίης ſumpſit cum de iugulo intelligi debere ſatis conſtet ex Mochlico.

ἐς τὸ κάτω γὰρ [illegible] αὐτοῦ] Ad verbum ſonat, vna enim cum humero & brachio procliuius eſt vt deorſum inclinet, quam vt ſupra feratur, vt vertimus in noſtra OEconomia. Vbi etiam admonuimus hic Erotianum [illegible] pro [illegible] legere, & [illegible]

H [illegible] exponere.

[illegible] δὲ [illegible]] Celſus intra vnum & vigeſimum diem iugulum ſaneſcere ſcribit. Paulus verò viginti dies adſcribit, [illegible] δὲ τὸ πλεῖστον ὁ κλεὶς ἐν εἴκοσιν ἡμέραις.

οἱ μὲν [illegible]] Celſus certè aliam quam Hippocrates his verbis curationem adhibet. Si humerus caſu ſuperior eſt, id quod à pectore eſt, implendum lana, & humerus ad pectus deligandus eſt. Paulus verò eam breuiſſimis & obſcuriſſimis his verbis proſequitur, εἰ δὲ ἐπὶ τὸ ἄνω [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] τοῦ βραχίονος [illegible], [illegible] δὲ [illegible] [illegible], καὶ [illegible] [illegible]. Cum enim brachij ſuſpenſionem refugit, hanc Hippocratis demiſſionem intelligit.

τὰ μὲν [illegible] τῶν παραλλαγμάτων] παραλλάγματα ſunt quæ alias plurimum παραλλαγμένα vocat, partes oſſis quæ inter ſe ceſſerunt, aut vbi vnum ſuper aliud effertur. Codices manu ſcripti reconditiores [illegible] legunt cum quibuſdam publicatis. Quædam etiam exemplaria [illegible].

συμπορσύνει αὐτὴν κατόρθωσιν] συμπορσύνει συναρμόσει exponit Erotianus, hunc locum procul omni dubio ſubindicans, itaquè apud eum legendum. Quod certè ſignificat reſtitutionem conceſſerit, conciliauerit, exhibuerit, confecerit, ſubminiſtrauerit, præparauerit, ſuppeditauerit hominis ſupinus decubitus. πορσύνων nanq; verbum poëticum ἀρτύειν, συνευτρεπίζειν, κοσμεῖν indicat, vt apud Homerum Il. γ. (v.411.) κείνου πορσανέουσα λέχος, hoc eſt εὐτρεπίζουσα, κατασκευάζουσα, & στρωννύουσα. Vbi etiam Hesychius πορσύνουσα legit. Idem quoque πορσαίνει, εὐτρεπίζει, κοσμεῖ exponit, qua ſignificatione adornare repoſitionem dici poteſt. A

ὡς ὅτι μάλιστα μὴ ἀποσφηνωθῇ ἡ γνάθος] Ea eſt conſtans omnium membranarum manu exaratarum ſcriptio,quam tamen vitiatam puto,Galenus ἀποσφηνωθῇ exponit εἰς ὀξὺ ἀχθῇ,exacui,in acutum traduci ac fingi.Sed ἀποσφυλλαίνεσθαι legēdum exiſtimo,tum quod ἀποσφυλλαίνεσθαι haud temerè reperiatur,tum verò quod Erotianus.hunc omni procul dubio locum ſubnotans. ἀποσφυλλαίνεσθαι legat, quod fieri ſcribit ὅταν ἀφαιρεθῇ τὸ τοῦ στόματος μέρος τοῦ χείλους μετὰ περιόντος ζῆν, μάλιστα δὲ ἐν μαχαῖς. Sic enim ex ictu diſtorta aut veluti auulſa maxilla

A xilla, vbi præcipuè muſculorum relaxatio contigerit, ἀπομυλλαίνῃ dicitur, hoc eſt, incuruari aut intorqueri. Eſt enim μυλλὸν (vnde iſta dictio deducitur) Heſychio κυλλὸν, ἐμπρόσθιον, σκολιὸν, στρεβλόν. Et Euſtathio μυλλὸν τὸ διεστραμμένον πρὸς ὄψιν ſignificat. Accedit quoque quod Galenus in Exegeſi ἀπομυλλαίνειν, προβάλλειν τὰ χείλη συναγομένως exponit, cùm intelligens qui protenſis labris ea adducit & contrahit. Idem quoq; ... exponit, & μυλλαίνειν, ... τὰ χείλη. Sic Suidæ ... τὰ χείλη πρὸς ἄλληλα συνάγειν. Ex quibus efficitur vt vtraq; lectio ſeſe tueri poſſit. Nam ſi negationem addideris, quæ plurima eſt omnium manu ſcriptorum exemplarium lectio ὡς ἐπὶ μάλιστα μὴ ἀπομυλλαίνῃ ἡ γνάθος, ſenſus erit habenas inter ſe in vertice quàm maximè cõuertendas, vt ne maxilla ... intorqueatur, aut diſtorta exacuatur, & in acutum traducatur. Quod ſi negationem tollas, & ὡς ἐπὶ μάλιστα ἀπομυλλαίνῃ ἡ γνάθος legas, quæ eſt Germanicorum codicum lectio, hunc ſenſum elicias licet, vt quam maximè protenſis labris, fractæ maxillæ extrema inter ſe adducantur & contrahantur. Sunt certè qui ἀπομυλλαίνειν, ex Etymologico adducant pro διασιλλαίνειν, & ..., quod eſt veluti protenſis in acutum labris & diſtortis irridere, parui facere & contemnere. Tuncq;

B ἀπομυλλαίνειν retinere licebit eadem notione cũ Galeni lectione ſeruata, vt ſit, ὡς μὴ ἀπομυλλαίνῃ, vt nè in acutum maxilla protendatur aut ducatur, quod fieret non bene mentis habenis, ſed relaxatis, idque magis ea quæ ad mentum eſt remiſſa. Quod verò ad huiuſmodi deligationem attinet, eam admodum preſſè his verbis deſcribit Celſus. Deinde aut faſcia, aut mollis habena media in longitudinem inciſa, vt vtrinque mentum complectatur, & inde capita eius ſupra caput adducta ibi deligantur. Paulus tamen aliam deligationem huiuſmodi maxillæ fractæ reſtitutione inſtituit.

καὶ κατάβλημα χρή] κατάβλημα exponit Galenus, τὸ κατὰ παντὸς ἔξωθεν ἐπιβαλλόμενον ſiue fimbria ſit, ſiue panniculus, ſiue aliud quid accõmodatum. In Exegeſi verò ... ἐπιδεσμάτων ... τῷ κολλῆσαι τὰ ..., vbi vitium forte ſubeſſe & pro κολλῆσαι ... reponendum videtur. Paulus ἐπίδεσμα vocat, eamq; faſciam, quæ fronti inducitur hoc munere fungi aliiſque ſuperinijci vult, his verbis quæ apud illum hoc modo legenda ſunt: ... κατάβλημα, ... τῷ μετώπῳ, ... περιάψαι ... Parum autem refert an hic eam faſciam quæ fronti inijcitur κατάβλημα eſſe

C velit, vti Paulus, an verò aliud omnibus ſuperinijciendam exiſtimet.

ἀτὰρ καὶ τἄλλα τὰ ὀστᾶ ...] Erotianus hic ... exponit. Ferè verò intra quartumdecimum, & vnum ac vigeſimum diem ſaneſcunt maxillæ, malæ, &c. vt loquitur Celſus. Paulus etiam ... εἴκοσι ἑβδομάσιν, ... ἀφήρηται ...

εὐμαρέσι] Sic legunt exemplaria omnia tum ſcripta tum publicata, & mitem, lenem placidamq; extenſionem ſignificant, ſed εὐμάρως, vt prius, lego. εὐμαρὲς autem eam ſignificat quæ facilè procuratur, diſpenſatur, & facilè reconditur ac promitur, hoc eſt, expeditam & facilè parabilem, aut quæ medici arbitrio temperatur. διάστασις autem lego, vt & exemplaria manu ſcripta quædam, omneſq; interpretes, etſi διάστασις ferri poteſt, vt intelligatur ea oſſium diſtantia, quæ per corij agglutinationem & diſtentionem fit.

ἤν δὲ ...] Ex hoc loco Galenus libro tertio de Adminiſtrat. anatomicis, medicos temerè ſcalpella in diſſectionibus vtentes, ... vocat, niſi ... legas, vt referatur ad id quod paulo poſt de naſo dicitur.

ἢν μὴ ...] Exemplaria quædam manu ſcripta ... vitiosè legunt, pro ... aut ... Etſi enim ... Galeno

D ſæpè ... ſignificat, non temerè tamen ... reperias.

...] Pro ... habent exemplaria quædam, ſed ... legunt meliora exemplaria, eamq; lectionem mihi ſecutus videtur Galenus.

Μὴ ...] Hæc eſt diu nimiſq; exagitata Anatomicorum querimonia, qua genam inferiorem in homine vnico oſſe conſtare contendunt, non duobus oſſibus per vnionem nexis, vt hic vult Hippocrates, & Galenus quoq; in Commentario, & lib. de Oſſib. & lib. 11. de vſ. part. teſtatur, qui hanc in extremo mento diuiſionem non planè perſpicuam eſſe fatetur, quòd hæc oſſa in adultis per coalitum ac ſymphyſin firmiſſimè annexa ſint. In fœtu verò & pueris hæc commiſſura manifeſta videtur & vtrinq; inſignis tuberoſa eminentia, ſymphyſeos & ſuturæ fidem aliquam facit, vt hac quoque parte corpus, etiam geminum ſit, vt ſcribit Galenus lib. 11. de vſu part. Celſo certè maxilla mollis & vna eſt. Sic enim genam inferiorem vocat.

E ἐς διάτασιν μὲν τὰ διατεινόμενα] Senſus eſt ad maxillæ fractæ repoſitionem ea diſtentione eſſe vtendum quæ oſſa inter ſe diducat & diſtare faciat. Id enim διάτασις ſignificat. Celſus membrum in diuerſas partes extendere, donec ſpatium inter oſſa liberum ſit, dixit. Sed pro διάτασιν διάστασιν quidam legunt, fortè quoq; ἐς διάστασιν διατεινόμενοι, quoad oſſa inter ſe diſtent aut diducantur contendentes & annitentes dici poſſunt, aut omnem ingenij conatum ad id adhibentes. Quam in ſignificationem διατείνεσθαι eleganter & propriè ſumitur.

ἢ εἰ ἐγχρίπτων τις ... τὰ ὀστέα] Hoc eſt, quam ſi quis oſſa inter ſe propè admouens & illidens compellere tentet, aut quã ſi quis impactis & complicatis inter ſe oſſibus, aut mutuo contactu inhærentibus & admotis, ea recondere conetur. Eſt enim ἐγχρίπτειν, aut ἐγχριμπτειν, & ἐγχρίπτειν, πελάζειν, προσεγγίζειν, προσψαύειν, propè admouere, ſeſe offendere, implicare, ac veluti infricare, aut oppãgere & appellere. Id autẽ dicitur de oſſibus quæ mutuo contactu ſe illidunt & cõtingunt aut implicant. Heſychius ἐγχρίπτων προσπελάζων exponit, hunc fortè locũ ſubindicans, vt ſolet aliàs plurimas voces ex Hippocrate depromere. Idem quoq; ἐγχριμφθεὶς, ...

F ... explicat, & ἐγχρίμπτει, ἐγγίζει, & ἐγχριφθεὶς, ἐμπελάσας, ἐγγὺς γενόμενος. Qua dictione vtitur Homer. Il. ... vbi Scholiaſtes ... ἐπέβη exponit, etſi ἐπερείδων meliùs dicatur, vt ſit ſcuto innixus. Et Il. (v. 661.) αἰχμὴ ὀστέῳ ἐγχριμφθεῖσα, hoc eſt, ... ἐμπελασθεῖσα, oſſi inhærens & infixa. Significat etiã ἐγχρίπτειν ἐπερείδειν, rei alicui inniti & in eã occurrere aut offendere, quomodo ſumitur poſtea, vbi Galenus ἐγχρίπτειν dici ſolere ſcribit ... Sic Heſychius ἐγχριμφθῆναι ἐπερεισθῆναι exponit, vt χρίμπτειν ἐρείδειν, ... cui etiam τὸ ... & τὸ ... ſignificationem addit. Et apud Herodotum ... ſignificat. Erotianus verò ἐγχρίπτων, ... & ἐγχρίπτειν ... exponit quam ſignificationem etſi hoc loco accommodare poſſimus, magis tamẽ cum qui poſtea ſequitur in fine huius libri ſubindicare videtur, etſi illic ... non ἐγχρίπτων legitur. Quod attinet ad hunc locum eum quodammodo exponere & innuere videtur Galenus initio Com. 1. in lib. de fract. de partium fractarum extenſione & conformatione agens, vbi ἐγχρίπτειν apud Hippocratem de oſſibus dici ſigni-

G ficare videtur, quæ τὰ ἀλλήλοις ... vocat, vbi alterum ſub altero conditur, & inter ſe implicantur, aut alterum alteri cohæret & innititur. Comment. quoq; 3. in hunc lib. huius etiam loci explicationem adfert, vbi quod hic dicitur. ἢ εἰ ἐγχρίπτων τις ἀλλήλοισι τὰ ὀστέα ... ἐγχρίπτων ... πρὸς ἄλληλα ... τὰ ὀστέα. ſcribit.

... τὰ ...] Iſtud ſcriptum in omnibus codicibus tum publicatis tum manu ſcriptis inuenitur, eamqueob cauſam reſtituimus. Quod tamen quidam expungunt, quòd alioqui admonuerit Galenus in Comment. hoc præceptum communiter ad omnia oſſa quæ componuntur pertinere. Immò ſanè veriùs Galeni lectio iſtud fuiſſe ab Hippocrate ſcriptum innuit. Admonet autem hic locus hoc præceptum de oſſium fractorum per extentionem compoſitione, in tota tum fractorum cum luxatorum commentatione, in animo & mente diligenter eſſe reponendum.

H ἐπίδεσις δὲ βραχεῖα ἢ ποικίλη] Breuem aut variam dixi ex Galeno, qui maxillam varias deligationes admittere vult, cùm reliqui interpretes, breuem potiùs quàm variam dixerint.

ἢ ἀτρεμέειν δὲ χρή] Adeò hac in parte neceſſaria quies eſt, vt ad totam curationem plurimum conferat momenti, cogantur; ægri plurimis diebus liquidiore cibo vti & in ſilentio conquieſcere. Quod facit vt rectè cum Cornario apud Paulum legendum exiſtimem. ... Sed ἀτρεμεῖν quam ... malim, quod ea voce vtatur Hippocrates, ex eaq; ... faciliùs deprauatum videatur. Etſi huic quoq; lectioni vulgatæ ſua poteſt conſtare ſententia. Celſus hic quoq; quietem imperat his verbis. Sed in maxilla illud quoq; adijciendum eſt, quòd humidus cibus diu aſſumendus eſt. Atq; etiam cùm tempus proceſſit, in lagano ſimilibuſq; aliis perſeuerandum, donec ex toto maxillam callus firmarit. Item vtiq; primis diebus habendum ſilentium. Rurſus quoque: cùm omnibus verò quorum oſſa mota ſunt, primo liquidior cibus conueniat, tum his præcipue, adeò vt ſermo quoque, frequenti motu oris per neruos lædat.

Naſo verò fracto, fracturæ modus vnus non eſt. Verùm qui ſpecioſis vinculis imprudenter delectantur, cum in aliis quidem multis, tum verò in naribus vel maximè turpiter illuduntur. Hoc enim vinculum inter cætera maximè varium eſt, plurimiſq; locis aſciam refert, & relictis in cute aliquot ſpatiis inanib9, variè admodum in rhombi formam intermittit. Qui igitur (vt dictum eſt) temerariam manus aggreſſionē ſtudioſè affectant, ij nares fractas vt deuinciant auidè arripiunt. Atqui vno aut altero die ſibi quidem medicus placet, deligatus item æger gaudet deinde cito vt moleſtum onus faſtidit, ſatiſq; eſt medico, ſi variam narium deligationem oſtentarit. Hæc autem vinciendi ratio omnia contra quàm oporteat efficit. Etenim ſiue ob fracturam ſimæ nares ſint, ſi quis eas ſuperiore parte potiùs comprimat, ſimæ magis reddentur. Siue etiam quibuſdam in hanc vel illam partem, aut circa cartilaginē, aut ſuperiore parte nares diſtorqueantur, manifeſtum eſt quod nullam vtilitatem ex ſuperiniecto vinculo conſequi, quin potiùs lædi conſueuerunt. Neque enim ſic ex altera narium parte ſplenia adaptata conuenient, quanquam neque hoc faciunt qui deligationem admouent. Maximè autem mihi deligatio prodeſſe videtur, ſi ad medium naſum acuta ſui parte, caro ſupra os contundatur, aut ſi os quoq; quibuſdam paululum, non autem multum offenſum ſit. In iis enim nares callo obducuntur, & quandam prominentiam oblongiorem habent. Sed neq; hi ſanè multum moleſta deligatione indigent, ſi modò quid vinculo opus eſt. Satiſq; eſt ſplenium quidem inceratum ſupra contuſum extendere, dein qualis deligatio ex duobus initiis fieri ſolet, ita ſemel ductam faſciam circumdare. Optimè autem medetur farina ſitania, eluta, glutinoſa, ſubacta, modica, ex cataplaſmate impoſita. Ac ſiquidem farina ex optimo tritico ſuppetit, & quæ facilè duci poſſit, ea ad hæc omnia vti conuenit. Quod ſi non admodum ducatur, cum pauca thuris mica concuſſu eliſa, in tenuiſſimum pollinem redacta, & aqua diluta, farina eſt ſubigenda, aut paululum omnino gummi ſimiliter admiſcendū. Quibus igitur nares inferiore parte fractæ ſimæ redduntur, ſiquidem ex anteriore parte ad cartilaginem deſidunt, poteſt in nares aliquid quod dirigat immitti, ſin minus, excitanda quidem hæc omnia ſunt, digitis in nares, ſi licet, inditis. Alioqui ſpecillo pleniore quo ad illinendūm vtimur, non in anteriorem partem, ſed quà deſidunt, in nares digitis impulſo, exteriore verò narium parte hinc & inde digitis comprehenſa, ſimul impellere & ſurſum attollere. Ac ſi omninò anteriore parte fractura fuerit, licet aliquid velut iam dictum eſt intrò in nares indere, vel ex linteo deraſam lanuginē, vel aliud quid tale linteo conuolutum, aut potiùs Carthaginienſi corio circūſutum, ea figura accōmodatū, vt aptè hūc in locum immitti queat. At ſi vlterior fractura ſit, nihil intrò immitti poteſt. Etenim ſi anteriore parte moleſtū onus eſt, quomodo interiore nō ſit futurum? Imprimis igitur interiore parte nares conformandæ, & exteriore parte non remiſſè agendo in ſuam ſedem cōpellendæ & dirigendæ. Nā & tibi maximè naſus fractus reſtituitur, præcipueq; eodem die vel certè paulò poſt. Verùm negligenter agunt medici, & primum molliùs quàm oporteat rem pertractāt. Digitis enim hinc & inde pro narium natura quoad eius fieri poteſt ad imas nares demiſſis, eas ab inferiore parte

Ἢν δὲ ἡ ῥὶς καταγῇ, τρόπος μὲν οὐχ εἷς ἐστι κατήξιος, A
ἀτὰρ πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἄλλα λωβεῦνται οἱ χαίροντες τῇσι
καλῇσιν ἐπιδέσεσιν ἄνευ νόου, ἐν δὲ τοῖσι περὶ τὴν ῥῖνα καὶ μά-
λιστα. ἐπιδεσίων γάρ ἐστιν αὕτη ἡ ποικιλωτάτη, καὶ πλεί-
στους μὲν σκεπάρνους ἔχουσα, καὶ διαρρώγας, καὶ διαλείψιας ποι-
κιλωτάτας τοῦ χρωτὸς ῥομβοειδέας. ὡς οὖν εἴρηται, οἱ ἀσκεῦντες
εὐχειρίην ἐπιτηδεύοντες ἄσμενοι ῥινὸς κατεαγείσης ἐπιτυγχά-
νουσιν ὡς ἐπιδήσωσι. μίαν μὲν οὖν ἡμέρην ἢ δύο, ἀγάλλεται B
μὲν ὁ ἰητρός, χαίρει δὲ καὶ ὁ ἐπιδεδεμένος. ἔπειτα ταχέως μὲν ὁ
ἐπιδεδεμένος κορέννυται. ἀσηρὸν γὰρ τὸ φόρημα, ἀρκεῖ δὲ
τῷ ἰητρῷ ἐπεὶ ἔδειξεν ἐπιδεῖξαι, ὅτι ἐπίσταται ποικίλως ῥῖνα
ἐπιδεῖν. ποιέει δὲ ἡ ἐπίδεσις ἡ τοιαύτη πάντα τἀναντία τοῦ
δέοντος. τοῦτο μὲν γὰρ ὁκόσοι σιμοῦνται διὰ τὴν κατήξιν, δῆ-
λον ὅτι εἰ ἄνωθέν τις μᾶλλον πιέζοι, σιμότεροι ἂν εἶεν. τοῦ- C
το δὲ ὁκόσοισι παραστρέφεται ἢ ἔνθα ἢ ἔνθα ἡ ῥίς, ἢ κατὰ τὸν χόν-
δρον, ἢ ἀνωτέρω, δῆλον ὅτι οὐδὲν αὐτοὺς ἡ ἄνωθεν ἐπίδεσις
ὠφελήσει, ἀλλὰ καὶ βλάψει μᾶλλον. οὐχ οὕτω γὰρ ἁρμόσει
τὰ σπλήνια τῷ ἑτέρῳ τῆς ῥινός, καίτοι οὐδὲ τοῦτο ποι-
έουσιν οἱ ἐπιδέοντες. ἥκιστα δὲ ἡ ἐπίδεσίς μοι δοκέει αὐτὴ
ποιέειν, εἰ κατὰ μέσην τὴν ῥῖνα κατὰ τὸ ὀξὺ ἀμφιφλασθείη ἡ σὰρξ
κατὰ τὸ ὀστέον, εἰ καὶ τὸ ὀστέον μικρόν τι σίνος εἴη καὶ μὴ μέγα. τοῖσι
γὰρ τοιούτοισιν ἐπιπωροῦται ἰσχυρῶς ἡ ῥὶς καὶ ὀκριοειδεστέρη γίνεται. D
ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲ τούτοισι δή που πολλοῦ ὄχλου δέεται ἡ ἐπί-
δεσις, εἰ δή τι καὶ δεῖ ἐπιδεῖν. ἀρκεῖ δὲ ἐπὶ μὲν τὸ φλάσμα
σπλήνιον ἐπιτεῖναι κεκηρωμένον, ἔπειτα ὡς ἀπὸ δύο
ἀρχέων ἐπιδέεται, οὕτως ὀθονίῳ ἐς ἅπαξ περιβάλλειν. ἄ-
ριστον μέν τοι ἰητρεύειν, τῷ ἀλήτῳ τῷ σιτανίῳ, τῷ πλυτῷ,
γλίσχρῳ, πεφυρημένῳ, ὀλίγῳ, καταπλάσσειν τὰ τοιαῦτα.
χρὴ δὲ ἢν μὲν ἐξ ἀγαθῶν ᾖ τῶν πυρῶν τὸ ἄλητον καὶ εὔολκι- E
μον, τούτῳ χρέεσθαι ἐς πάντα τὰ τοιαῦτα. ἢν δὲ μὴ πάνυ
ὁλκιμον ᾖ, ἐς ὀλίγην μάνναν ὕδατι ὡς λειοτάτην δεύσαντα,
τούτῳ φυρᾶν τὸ ἄλητον, ἢ κόμμι πάνυ ὀλίγον ὡσαύτως
μίσγειν. ὁκόσοισι μὲν οὖν ῥὶς ἐς τὸ κάτω καὶ ἐς τὸ σιμὸν
ῥέπουσα καταγῇ, ἢν μὲν ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν μέρεος κατὰ
τὸν χόνδρον ἵζηται, οἷόν τε ἐστὶ καὶ ἐντιθέναι διόρθωμα F
εἰς τοὺς μυκτῆρας. ἢν δὲ μή, ἀνορθοῦν μὲν χρὴ πάντα
τὰ τοιαῦτα, τοὺς δακτύλους ἐς τοὺς μυκτῆρας ἐντιθέντα, ἢν
ἐνδέχηται. ἢν δὲ μή, παχὺ ὑπάλειπτρον μὴ ἐς τὸ ἔμπροσ-
θεν τῆς ῥινὸς ἀπάγοντα τοῖσι δακτύλοισιν, ἀλλ᾽ ᾗ ἵδρυται.
ἔξωθεν δὲ τῆς ῥινὸς ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀμφιλαμβάνοντα τοῖσι
δακτύλοισι, συναναγκάζειν τε ἅμα καὶ ἀναφέρειν ἐς τὸ ἄνω.
καὶ ἢν μὲν πάνυ ἐς τὸ ἔμπροσθεν τὸ κάτηγμα ᾖ, οἷόν τέ τι
καὶ εἴσω τῶν μυκτήρων ἐντιθέναι, ὥσπερ ἤδη εἴρηται, ἄχνην G
τὴν ἀφ᾽ ἡμιτυβίου, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐν ὀθονίῳ εἱλίσσοντα,
μᾶλλον δὲ ἐν καρχηδονίῳ δέρματι ἐρράψαντα, σχηματί-
σαντα τὸ ἁρμόσον σχῆμα τῷ χωρίῳ ἵνα ἐγκείσεται. ἢν μέν-
τοι προσωτέρω ᾖ τὸ κάτηγμα, οὐδὲν οἷόν τε εἴσω ἐντι-
θέναι. καὶ γὰρ εἰ ἐν τῷ ἔμπροσθεν ἀσηρὸν τὸ φόρημα, πῶς
γε δὴ οὐκ ἐν τῷ ἐσωτέρω; τὸ μὲν οὖν πρῶτον καὶ ἔσω-
θεν ἀναπλάσασθαι καὶ ἔξωθεν ἀφιδρύσαντα χρὴ ἀνά- H
γειν ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν διορθώσασθαι. κάρτα γὰρ
τοι ἡ τι ῥὶς κατεαγεῖσα ἀναπλάσσεται, μάλιστα μὲν
αὐθημερόν. ἢν δὲ μή, ὀλίγῳ ὕστερον. ἀλλὰ κα-
ταβλακεύουσιν οἱ ἰητροὶ καὶ ἁπαλωτέρως τὸ πρῶ-
τον ἅπτονται ἢ ὡς χρή. παραβάλλοντα γὰρ τοὺς δακτύλους χρὴ ἔνθεν καὶ ἔνθεν κατὰ τὴν φύσιν τῆς ῥινὸς ὡς καλλιστα
κάτωθεν

A ἀνακάτωθεν συναναγκάζειν, καὶ οὕτω μάλιστα ἂν ὀρθωθείη· σὺν τῇ ἔσωθεν διορθώσει διορθοῦντα, ἔπειτα δὲ ἐς τὰ τοιαῦτα ἰθέως οὐδ' ἄλλος τις οὕτως ἐπιτήδειος μηχανᾶσθαι, ὡς οἱ αὐτοῦ δάκτυλοι οἱ λιχανοί· οὗτοι γὰρ κατὰ φύσιν μάλιστά εἰσι. παραβάλλοντα γὰρ χρὴ τοὺς δακτύλους ἑκατέρωθεν παρὰ τὴν ῥῖνα ἐρείδειν, καί πως οὕτως ἔχειν, μάλιστα μὲν ἐνδελεχέως ἕως ἂν κρατυνθῇ· εἰ δὲ μὴ, ὡς πλεῖστον χρόνον, ὡς εἴρηται. ἢν δὲ B μὴ, ἢ παῖδα ἢ γυναῖκά τινα· μαλθακὰς γὰρ τὰς χεῖρας δεῖ εἶναι. οὕτως ὡς ἂν κάλλιστα ἰητρευθείη ἡ ῥὶς, ὅτις μὴ ἐς τὸ σιμὸν, ἀλλ' ἐς τὸ κάτω ἱδρυμένη εἴη ἰσόρροπος. ἐγὼ μὲν οὐδεμίαν πω ῥῖνα εἶδον, ἥτις οὕτω κατεαγεῖσα, οὐχ οἵη τε διορθωθῆναι αὐτίκα πρὶν πωρωθῆναι συναναγκαζομένη, εἴ τις ὀρθῶς ἐθέλοι ἰητρεύειν. ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι αἰσχροὶ μὲν εἶναι πολλοῦ ἀποτιμῶσι, μελετᾶν δὲ ἅμα μὲν οὐκ C ἐπίστανται, ἅμα δὲ οὐ τολμῶσιν, ἢν μὴ ὀδυνῶνται, ἢ θάνατον δεδίωσι. καίτοι ὀλιγοχρόνιος ἡ πώρωσις τῆς ῥινός· ἐν γὰρ δέκα ἡμέρῃσι κρατύνεται, ἢν μὴ ἐπισφακελίσῃ. ὁκόσοισι δὲ τὸ ὀστέον ἐς τὸ πλάγιον κατάγνυται, ἡ μὲν ἴησις αὐτή· τὴν δὲ διόρθωσιν δῆλον ὅτι χρὴ ποιέεσθαι, οὐκ ἰσόρροπον ἀμφοτέρωθεν, ἀλλὰ τὸ ἐγκεκλιμένον ὠθεῖν ἐς τὴν φύσιν ἔξωθεν ἀναγκάζοντα, καὶ ἐσματευόμενον ἐς τοὺς μυκτῆρας, καὶ τὰ D εἴσω ῥέψαντα διορθοῦν ἀόκνως, ἔστ' ἂν κατορθώσῃ, εὖ εἰδότα, ὅτι ἢν μὴ αὐτίκα κατορθώσῃ, οὐχ οἷόν τε μὴ οὐ διεστράφθαι τὴν ῥῖνα. ὅταν δὲ ἀγάγῃς ἐς τὴν φύσιν, προσβάλλοντα χρὴ ἐς τὸ χωρίον ἢ τοὺς δακτύλους, ἢ τὸν ἕνα δάκτυλον ᾗ ἐξέσχεν, ἀνακωχεύειν, ἢ αὐτὸν, ἢ ἄλλον τινὰ, ἔστ' ἂν κρατυνθῇ τὸ τρῶμα. ἀτὰρ καὶ ἐς τὸν μυκτῆρα τὸν μικρὸν δάκτυλον E ἀπωθέοντα, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε διορθοῦν χρὴ τὰ ἐγκεκλιμένα. ὅκου δ' ἂν φλεγμονῆς ὑπογίνηται τουτέοισι, χρὴ τῷ σταιτὶ χρέεσθαι. τοῖσι μέντοι δακτύλοισι προσέχειν χρὴ ὁμοίως, καὶ εἰ σταῖς ἐπικέεται. ἢν δέ πῃ κατὰ τὸν χόνδρον ἐς τὸ πλάγιον κατεαγῇ, ἀνάγκη τὴν ῥῖνα ἄκρην μετεστράφθαι. χρὴ οὖν τοῖσι τοιούτοισιν ἐς τὸν μυκτῆρα ἄκρον διόρθωμά τι τῶν εἰρημένων, ἢ ὅ τι τουτέοισιν ἔοικεν ἐντιθέναι. πολλὰ δ' ἄν τις F εὕροι τὰ ἐπιτήδεια, ὅσα μήτε ὀσμὴν ἔχει, μήτε ἄλλως προσηνέα ἐστίν. ἐγὼ δέ ποτε πνεύμονος προβάτου ἀπότμημα ἐνέθηκα· τοῦτο γάρ πως προὔτυχεν. οἱ γὰρ σπόγγοι ἐντιθέμενοι ὑγράσματα δέχονται. ἔπειτα χρὴ καρχηδονίου λωπίου πλάτος ὡς τοῦ μεγάλου δακτύλου τετμημένον, ἢ ὅκως ἂν ξυμφέρῃ, προσκολλῆσαι ἐς τὸ ἔξωθεν πρὸς τὸν μυκτῆρα τὸν ἐγκεκλιμένον, κἄπειτα κατατεῖναι τὸν ἱμάντα G ὅκως ἂν ξυμφέρῃ· μᾶλλον δὲ ὀλίγῳ τείνειν χρὴ, ὥστε ὀρθὴν καὶ ἰσόρροπον τὴν ῥῖνα εἶναι. ἔπειτα, μακρὸς γὰρ ἔστω ὁ ἱμὰς, κάτωθεν τοῦ ὠτὸς ἀγαγόντα αὐτὸν, ἀναγαγεῖν περὶ τὴν κεφαλήν. καὶ ἔξεστι μὲν κατὰ τὸ μέτωπον προσκολλῆσαι τὴν τελευτὴν τοῦ ἱμάντος, ἔξεστι δὲ μακροτέρω ἄγειν, ἔπειτα περιελίσσοντα περὶ τὴν κεφαλὴν καταδῆσαι. τοῦτο ἅμα καὶ δικαίην τὴν διόρθωσιν ἔχει, ἅμα δὲ εὐταμίευτον, καὶ μᾶλλον ἢν ἐθέλῃ καὶ H ἧσσον τὴν ἀντιρροπίην ποιῆσαι τῆς ῥινός. ἀτὰρ καὶ ὁκόσοισιν ἐς τὸ πλάγιον ἡ ῥὶς κατάγνυται, τὰ μὲν ἄλλα ἰητρεύειν χρὴ, ὡς προείρηται· προσδέονται δὲ τοῖσι πλείστοισι καὶ τοῦ ἱμάντος πρὸς ἄκρην τὴν ῥῖνα προσκολλῆσαι τῆς ἀντιρροπίης εἵνεκα. ὁκόσοισι δὲ σὺν τῇ κατήξει καὶ ἕλκεα προσγίνεται, οὐδὲν δεῖ ταράσσεσθαι διὰ τοῦτο. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τὰ ἕλκεα ἐπιτιθέναι πισσηρὴν, ἢ τῶν ἐναίμων τι· εὐήθεα γὰρ τὰ τοιαῦτα. ὁμοίως ἢν ὀστέα μέλλῃ ἀπιέναι,

ſurſum compellere oportet, atq; ita maximè excitatas, ſimul etiā ab interiore parte dirigere. Deinde verò ad eā rem nullus eſt magis idoneus medicus, ſi eo ſtudio contendere, aut id etiam tolerare velit, quàm ipſius digiti indices. Hi enim maximè ſunt à natura accōmodati. Admoto autē vtroq; digito totæ nares obſirmandæ ſunt atq; ita in quiete continendæ, maximè quidē ſi fieri poſſit aſſiduè, quoad cōfirmentur, vel certè quā diutiſſimè, velut dictū eſt. Quod ſi iſtud æger præſtare nequit, vel pueri, vel mulieris cuiuſdā digitis vtendum. Molles enim manus eſſe conuenit, ſic vt quàm optimè curentur nares, quibus nō diſtortæ, ſed æquabiliter ad inferiorē partem deſidunt. Equidē nullas vnquam nares vidi, quæ ſic fractæ, ſi ſtatim prius quam callo obducantur, cōpellerentur, reſtitui nō potuerint, ſi modo quis rectā curandi rationem inſiſtat. Atqui homines deformitatem magno quidē pretio redimendā æſtimant, eo autē ſtudio anniti, niſi dolore aut mortis metu coacti, neq; ſciunt, neq; ſuſtinent, quanquā in naribus callus pauco tempore inducatur. Decē enim diebus, niſi ſyderētur, cōfirmantur. At quib. os à latere frangitur, curatio quidem eadem cōuenit, directio tamen ipſa nō æquabiliter ab vtraq; parte facienda, ſed quod inclinatū eſt extrinſecus compellendo, ad naturalē ſitum adurgēdum, & digitis immiſſis nares cōtrectādo, quæ in interiorē partem vergūt impigrè dirigenda, quoad reſtituantur, iſtud animo reputātes, niſi protinus nares dirigantur, fieri nō poſſe quin peruertātur. Quibus in naturalē ſedem reductis, admotos ad locum vnū aut plures digitos, qua eminentia erat, ipſum aut alium quendā continere oportet, quoad vulnus confirmatū fuerit. Quin & impulſo in nares paruo digito ſubinde quæ inclinata ſunt dirigere cōuenit. Ac ſi quid inflāmationis ſubeſt, iis farina ex aqua ſubacta adhiberi debet. Nihilo tamē minus etiā farina impoſita, digiti ſimiliter admouendi. At ſi quādo ad cartilaginē in latus nares fractæ ſint, eas ſummas peruerti neceſſe eſt, tūcq; in extremas nares quiddā ex iis quæ dicta ſunt, quod eas dirigat, aut aliquid tale, immitti debet. Multa autē ad id accōmodata inueniri poſſunt, quæ neq; odorem moueant, & alioqui mollia nō ſint. Ego ſanè pulmonis ouilli fruſtū (quod fortè tunc aderat) aliquando immiſi. Inditæ enim ſpongiæ humorē excipere cōſueuerunt. Deinde ex Carthaginienſis corij cortice exteriore, inciſa habena pollicis latitudine, aut quanta cōuenit, exteriore parte naribus, qua parte inclinant, agglutinanda, poſteaq; prout cōuenit intēdenda. Paulò autē ampliùs intendi debet, quoad erectæ & ſuſpenſæ nares eſſe videantur. Tum ita longa habena ſit, vt ſub aurem abducta, ſurſum circa caput adduci queat. Quam quidē ſuo extremo frōti agglutinare, aut etiam vlteriùs ducere, demum circa caput volutā deuincire licet. Hæc ſiquidē ratio ſimul iuſtā directionem cōtinet, ſimulq; expedita habet, ſi quis cupiat maiorem aut minorem narium in contrariū momentum propenſionem. Etenim quibus nares in latus fractæ ſunt, in reliquis quidem eadem quę propoſita eſt curatio conuenit. In plerisq; tamen habena inſuper opus eſt, quæ extremis naribus agglutinata, eas in contrarium momentum propendere faciat. At quibus ad fracturam cutis quoq; vulnus acceſſit, eos nihil eam ob rem commoueri neceſſe eſt. Verùm vlceri ceratum quod picem habeat, aut medicamentū aliquod cruentis vulneribus accommodatum imponendū. Hæc ſiquidem facilè curationem admittunt. Eodem quoque modo vbi oſſa diſceſſionem parant,

tum primùm directio impigrè omni adhibita diligentia facienda,tum etiam poſtea digiti ad directionem adhibendi. Hos ſiquidem & laxiores eſſe,& admouere tamen oportet. Ex omnibus enim corporis partibus nares facillimè componuntur. Habenarum verò agglutinatione aut in contrarium momentum propenſione nihil omninò vti prohibet, neque ſi vlcus,neque ſi inflammatio adfuerit , iſta nanque nullam moleſtiam afferre.

ἤν τι διάρθρωσιν τῆς [illegible], ἀλλ' ὅμως χρὴ [illegible] μηδὲν A
ἐπιλείποντα, καὶ τὰς διορθώσιας τοῖσι δακτύλοισιν [illegible]
[illegible] χαλαρωτέρῃσι μὲν γὰρ χρεώμενον, χρεώμενον
δὲ. εὐπλαστότατον γάρ ἐστι πάντων τῶν τοῦ σώματος ἡ ῥίς ἐστι. τῶν
δὲ ἱμάντων τῇ κολλήσει καὶ τῇ ἀντιρροπίῃ πρὸς τἀναντίον οὐδὲν
κωλύει χρῆσθαι, οὔτ' ἢν ἑλκώσῃ, οὔτ' ἢν ἐπιφλεγμήνῃ,
ἀλύπητοι γάρ εἰσιν.

11 διαβρηγματώδης] διαβρήγματα ſunt hiatus, rimæ & fiſſuræ aut interruptiones. Hic vincula ſignificant interrupta & dehiſcentia,cùm quædam in medio ſpatia inania ac veluti hiatum quędam relinquunt. Galenus τὰ μεταξὺ διαστήματα τῆς ἐπιδέσεως explicat,& διαβρηγματώδεα legiſſe videtur. Erotianus vero (ſi modo vera eſt lectio) διαρραγάς, & τὰς τῶν ἐπιδέσμων διαπνοὰς καὶ τὰ μεταξὺ τούτων διαστήματα explicat , velut quaſdam vinculorum interſpirationes ac intermiſſa ſpatia. B

ἀπορόν γὰρ τὸ φόρημα] φόρημα lego cum melioribus & reconditioribus membranis,onus & geſtationem intelligens , geſtamen dixit Virgilius. σόφισμα tamen legunt exemplaria quædam manu ſcripta & Aſulanum,pro conſilio, inuento aut commento, de quo tantopere ſeſe efferunt Medici.

ἀγάλλονται μὲν ὁ ἰητρὸς]Erotianus hic ἀγάλλονται χαίρουσιν exponit,& Bacchium reprehendit qui τέρπονται denotare ſcripſerat.

ἀλιγκα δὲ ὠφελέει] Hic ἀντωφελέει contra bene facere ſignificare videtur & iuuare,quod etiam ὠφελεῖ explicat Gal.in Com.Poteſt etiam denotare morbo reſiſtere aut occurrere,vt ſumpſerunt interpretes.Poteſt quoq; hic ἀντωφελέει indicare noxiam beneficio rependere,quod antea deligatio damnum potiùs quàm vtilitatem attulerit,nunc verò contra iuuet.Senſus autem eſt, prope eſſe mihi videtur deligatio vt contra benefaciat. Sed maximè prodeſſe dixi,cùm Erotianus hic ἄγχιστα pro μάλιστα poni his verbis ſignificet: ἄγχιστα. ἐγγὺς μὲν ἄγχιστα. αὐτὸς δὲ αὐτὸ τὸ μάλιστα τίθησι τὴν λέξιν. C

καὶ ἐκρηονδείρα τι ἔσται] Significat in inducendo callo oblongiorem quandam prominentiam enaſci , niſi fuerit vinculo coërcita ac repreſſa. ὄκρις eſt Galeno in Exegeſi ἐξοχὴ ἐπιμήκης, prominentia oblonga. Sed ὄκρις meliùs ſcribatur , quemadmodum Varino, cui ὄκρις eſt ἐξοχὴ μικρὰ [illegible]. Videtur dictum ὄκρις vel ἄκρις ſummum cacumen montium aut rupium,& petrarum eminentia. Sunt enim ἄκραι ἐξοχαί. Suntque inde deducta ὀκριόεις & ὀκριάω. †Homero ὀκριόεις λίθος,& μάρμαρος ὀκριόεις dicitur, lapis & marmor acutas habens eminentias aut prominentias oblongas, ἔχον ἄκρας καὶ ὀξύτητας, Interpretes ὀκρίς aſperum exponũt,& hic volunt nares callo quodammodo exaſperari,quòd ὄκρις τραχὺς λίθος Heſychius exponit,& ὀκριῶν. ὀκριάζων idem τραχυνόμενος & ὀκριόεντα τραχυνόμενα,& [illegible] exponit.Sed idem tamen ὀκριόεν,τραχύ,σκληρόν,τραχύ , & ὀκριόωντα τραχεῖ , & [illegible] ſcribit, quomodo & apud Homerum ſcribitur Dicitur quoq; Heſychio ὀκριόεν φρικῶδες,rigidum,horridũ aut horrendum, & ὀκριόωντα , τραχέα,χαλεπὰ ex Homero.Nos Galeni mentem ſecuti,nares oblongiorem quandam prominentiam habere diximus. Iſtud enim Galeni verba ſignant,ἐξοχὴ γάρ τις ἔσται κατὰ τὸ πώρωμα αὐτῆς. Quod eleganter dixiſſe videtur Celſus,paulò vehementius deligandum eſſe,quia callus eo loco non ad ſanitatem tantummodo,ſed etiam ad tumorem increſcat.Iſtum autem locum innuit * Paulus cùm ſcribit : [illegible] [illegible]. Qui locus ſanè vt vitiatus apparet,ita non dubium eſt quin ex hoc loco [illegible],aut [illegible] reponendum ſit.Quod certè Cornarium fugiſſe,& aliam reſtituiſſe lectioné,præſertim veteratorem in hac arena nobiliſſimum & alioqui oculatiſſimum. per ſanè mihi mirum videtur. † *Il.8.(v.327.)Odyſſ.1.(v.499.)* * *Cap 91.Lib.6.* D

ὀψιὲ δὲ ἐπὶ τὸ φλάσμα] Hic ὀψιὲ βραδὺ exponit Erot.Nemini enim dubium eſſe poteſt,quin hac notatione locum iſtum deſignet. E

τοῦ ἀλεύρου σητανίου] ἄλευρον σητάνιον farinam ſitaniam diximus Plinium ſecuti,farinam ex ſitanio tritico intelligentes.Siue ſitanium triticum trimeſtre intelligas,velut ex † Dioſcoride & * Theophraſto vocat Plinius (cap.25.lib.22.)Siue etiam ſitanium ſumas certum quoddam tritici genus in Co & tota Aſia Galeni tempore ſic dictum,quod vere ineunte ſerebatur , nec ſecus ac bimeſtre(quod διμηνιαῖον & τριμηνιαῖον inde dicebatur) in maturitatem adoleſceret,& ſubactam aqua farinam lentam admodum & glutinoſam efficeret.Quam certè opinionem videtur amplecti Galenus,etſi poſtea hac in dictione explicanda anxius videtur,cùm ſcribit σητανίους πυρούς,accipi poſſe pro quouis tritici genere quod denſum & compactum ſit.& ex quo optima & valde tenax farina conficiatur, non auté certũ aliquod tritici genus denotari. Hic igitur σητάνιον ἄλευρον dicitur Hippocrati,quod lib.de rat.vict.in morb.ac.σητάνιον ἄλευρον,& Dioſcoridi ἐκ τῶν σητανίων ἀλεύρων ἄρτος effertur,Plinius ſitanium panem(hoc eſt è trimeſtri)vertit.Ex quo rectè ſitaniam farinam,aut è trimeſtri tritico dici probatum volumus.Hippocratis interpretes omnes farinam hornam aut huius anni dixerunt, quòd ſcribat Gal.doctos Hippocratis enarratores apud eum σητανίους πυροὺς exponere τοὺς ὄντας ἐπετησίους. & cũ pro ὄντας Attici ὄντες dicant,ſic accipi quaſi [illegible]. Eos auté præcipuè in hanc cauſam impoſuit Gal.hunc locum in Exegeſi his verbis ſubindicãs: σητάνιον,τὸ [illegible], τουτέστι τὸ κατὰ τὸ ἔαρ [illegible]. Ex quo hornũ aut hornotinum frumentum ſumpſerunt,vt ſcribit M.Tullius in frumentaria.Sed certè neq; eam amplecti opinionem videtur Gal.in Com.neq; ſcriptio ſatis conuenire,cum meliùs σητάνειοι πυροὶ ſcribatur & σητάνειον ἄλευρον à σῆτες Ionico aduerbio, quod Dorice σᾶτες effertur,vnde & σατινός Atticè verò τῆτες & τητινός , vt ſit σητάνιος ὁ ἐπέτειος.At tũc ſetaniũ triticũ efferri poterit,velut ſetania allia,σητάνεια κρόμμυα ex Theophraſto vertit†Plinius.Etſi mihi optimè conſcius ſum vtramq; ſcripturam,& σητάνειον & σητάνιον retineri poſſe. Poteſt hic quoq; σητάνειον ἄλευρον farina pura intelligi,quod σητάνεια aut σητάνειον quidam καθαρὸν ſignificare contendant. Sed σητάνιον aut σητάνειον potius ſcribendum duxerim,quod Heſychio σητάνιοι πυροί,καθαροὶ dicuntur, & Sudas σητάνειον ἄρτον à σήθω quod eſt κοσκινίζω deducat,Varinuſq; σητάνειον ἄρτον,καθαρὸν exponat.Ad eamq; puræ farinæ opinionem propè accedere videtur Gal.in Exegeſi,cùm σητανίου exponit,[illegible] ἀλεύρου,Etſi illic quoq; σητανίου malim. Adde quod ſtatim ὡς ἀγαθῶν τῶν πυρῶν τὸ ἄλευρον ſubiungit Hippocrates σητάνιον ἄλευρον exponens,vbi etiam Gal. exiſtimare videtur σητανίους πυροὺς ab Hippocrate pro exemplo poni velut optimum quodq; tritici genus denſum & compactum , quodq; ſubactum optimam & maximè lentam farinam efficiat.Celſus quoq; hoc cataplaſmate ad glutinum expreſſo, ſimilam veluti puriſſimam farinam exigit.Paulus verò σεμίδαλιν πυρίνην ſimilam aut ſimilaginem triticeam requirit,qui & huius medicamenti etiã vſum exponit , nempe vt conuenienti deligatione adhibitum nares compreſſas in naturalem ſtatum reſtituat, & inflammationem arceat, Celſus etſi gummi prætermiſit,glutinandi tamé & nares continendi vſum ſatis idoneum expreſſit.ἄλευρον autem ἄλφιτον apud Hipp.exponit Erotianus. † *Cap.107.lib 2.* * *Lib.8.cap.4.* †*Lib.19.cap.6.* F G

χρὴ δὲ ἢν μὲν ἐξ ἀγαθῶν] Hanc lectionem ſecuti ſumus ex magna codicum ſcriptorum pluralitate & Galeno.Quædam etiam exemplaria manu ſcripta.ἢν μὲν ἀγαθὸν ᾖ τῶν πυρῶν τὸ ἄλευρον legunt,quæ lectio etiam probatur Aſulano codici.

ἐπιδέειν μὲν ἢν μὲν ἐς τὸ κόμμι]Sic magna exemplarium pars,quædam etiam μὲν ἐς σμικρὸν legunt. H

ἔχειν τὴν ἀπ' ὠμοτριβίου]ὠμοτρίβιον Gal in Exegeſi ὀθόνιον παχὺ καὶ νέον apud Hipp.ſignificare ſcribit.Heſychius λινοῦν ἔνδυμα,ὃ σινδόνιον ἀποκαλοῦσιν.Ariſtophanis verò Schol.in Pluto [illegible].Quib' verbis ſatis patet eſſe ὠμοτρίβιον lineum quoddam indumentum,velut peplum aut ſudarium,aut pannum aliquem lineum detritum,quo ad abſtergendum velut mantili vtebantur,aut faſciolam lineam vtrinque fimbriatam.Pollux * lib.7.ὠμοτρίβιον lineum eſſe indumentum Ægyptiũ teſtatur,quale quid tunc ὠμόλινον dicebatur,& Ariſtophanis locum in Pluto annotat.Sed apud Pollucem ὠμοτύβιον vt & apud Varinum mendoſè(vt opinor)legitur,etſi quædam exemplaria manu ſcripta hoc loco eam ſcriptionem retinent. Sed apud Ariſtophané & Heſychium, & paſſim ὠμοτρίβιον legitur,cùm ſit ὠμοτρίβιον ὁ μακρὸς [illegible].Hanc verò dictionem etiam vſurpat Hippocr. lib.2. de Morbis,ῥάκεα ὠμοτρίβια,craſſiores panniculos linteos intelligens.Quo loco præcipuè Galeni expoſitio quã adſcribit in Exegeſi quadrat.

A drat. Hic verò ἄχνη ὀμοτοῦ lintei alicuius detriti lanugo, ramentum, aut conceptum linamentum intelligitur, ex quo penicilli vulneribus imponendi concinnantur. In μοχλικῷ ἄχνην ὀθονίου dicit, quam hîc ἄχνην ὠμοτοῦ. Quo ex loco Erotiani explicatio huc quoque aptiſſimè accommodabitur, qui ἄχνην ὀθονίου, τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον ξύσμα explicat, ὃ γίνεται μοτοὺς ὁ ἐκλύομενος ξυσμὸς, pro quo fortaſsè ξυσὶς ſcribendum eſſe audacter ſpondeam. Neque verò dubium cuiquam eſſe poteſt, quin locus iſte Heſychio ſubnotetur cùm ſcribit ὁ δ' Ἱπποκράτης τὸ λινοῦ ἄχνην. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ λινοῦν ξύσμα. (Sic enim apud Heſych. legendum exiſtimo.) Ex quibus & ὠμοτοῦ λινοῦ exponit, & ἄχνην ξύσμα, vt veluti lintei ramenta intelligat. Hunc autem locum integrum ſic mihi expreſſiſſe Celſus videtur. Quicquid in cartilaginem excidit, excitandum leniter eſt, aut ſubiecto ſpecillo, aut duobus digitis vtrinque compreſſis. Deinde in longitudinem implicata linamenta, & molli pellicula cincta circunſutaq; intus adiicienda ſunt. Aut eodem modo compoſitum aliquid ex arido penicillo. Aut grandis pinna, gummi vel fabrili glutine illita, & molli pellicula circundata, quæ deſidere cartilaginem non ſinat. Paulus verò proximè Celſum conſequi videtur, iſtumq; locum ſic explicare : [illegible] ῥινὸς, ἐν μὲν τοῖς κάτω μέρεσι τῆς λιχανὸν ἢ μικρὸν δάκτυλον [illegible] τὴν ἐπὶ τὸ ἐκτὸς [illegible] ἀπεῶσαι. ἐν δὲ τοῖς ἀνωτέροις καὶ τῆς [illegible] μείζονα [illegible]

B [illegible] τῆς ῥινὸς [illegible]. ἔξωθεν δὲ τῷ λιχανῷ καὶ μεγάλῳ δακτύλῳ [illegible] [illegible] ῥάκος [illegible] τῇ ῥινὶ δύο, ἵνα [illegible] τὸ [illegible] τῆς ῥινὸς [illegible] καλαμίσκος [illegible] χελωνίου [illegible] τῇ ῥινὶ [illegible] τὸ σχῆμα φυλάττειν [illegible] γινομένης. Dicendũ porrò eſt quædã exemplaria ἀμὸ [illegible] legere, quæ ſecutus eſt Aſulanus, ſed ἀπ' ὠμοτοῦ malim, vt meliora habent exemplaria.

ἀσκεῖν τὸ φάρμακα] Hic quoque vt antea, quædam exemplaria φρόνημα habent, vt excogitatum præſidium intelligas.

ἀφειδέοντα.] Hoc eſt remiſsè nihil aut molliter agendo, nihil veriti, ſed audacter contrectando, ſiue diligentiam requiras, ſiue mollitiem fugias, cui poſtea βλακεύειν & ἀναλωτέρως ἅπτεσθαι opponitur. διορθώσασθαι autem quædam exemplaria manu ſcripta habent. Sed διαρθρῶσαι legunt omnes reconditiores codices & publicati, quod & hîc aliàs de naribus pro διορθοῦσθαι vſurpatur, (paulò poſtea.)

C ἀλλὰ καταβλακεύουσιν] καταβλακεύουσι καταλιγωροῦσι exponit Gal. in Exegeſi hunc locum ſubnotans. βλακεύειν ὀλιγωρεῖν Erotianus. Sed & idem addit. βλακεύειν δέ ἐστι τὸ μετὰ νωθρείας καὶ ὀλιγωρίας τι πράττειν. aliquid ſupino animo remiſſo, ignauè, ſegniter, & languidè agere, hebeſcere ac torpeſcere. Idem quoq; ſcribit βλακεύειν dici τὸ ἐπὶ πλεῖστον διατρίβειν. Idque deductum eſſe à piſce quodam qui βλὰξ aut βλακὸς aut etiam βλέννα dicitur, & ἐν τῷ συνωνυμάζειν δυσκαλόως ἔχειν. καταβεβλακευμένως apud Ariſtoph. in Pluto. βραδέως καὶ τρυφερῶς cunctanter, negligenter, ſupinè & delicatè ſignificat, cui σπουδαίως opponit. Idem etiam & βλακικῶς dicit in Auibus.

καὶ ὅπη μάλιστα αἰσθάνωνται] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Quæ lectio ſtare poteſt, vt ſenſus ſit: hîc enim maximè excitantur. Ac niſi lectionem immutare maxima mihi eſſet religio, αἰσθάνεσθαι malim, aut καὶ ὅπη μάλιστα διορθῶνται, καὶ τῇ ἔσωθεν διορθώσει διορθοῦσθαι. Sic enim lógè planior ſenſus redditur. Cornarius certè ἔξωθεν διορθοῦνται ex ſuo exẽplari addidiſſe videtur. Quod tamen nil eſt neceſſe. Superiora enim verba directionem quæ exteriore parte digitis vtrinq; ad imas nares demiſſis inſtituitur, denotãt.

ὅτι μὴ ἐς τὸ σκολιὸν] Sic lego conſentientibus membranis ſcriptis fide dignis, & publicatis codicibus. Quædam exemplaria ὅτι μὴ,

D & κοῖλον pro σκολιὸν habent. Sed σκολιὸν retinui ex melioribus & vetuſtioribus codicibus.

μᾶλλον δ' ἅμα [illegible]] exponit Erot. hũc, vt apparet, locũ ſabindicans, adducto Homeri ex Od. θ. teſtimonio.

ἀνακωχὴν] Hic ἀνακωχὴν [illegible], aut etiam ἀνέχειν ſignificat, quod eſt continere, ſuſtentare, inhibere, remorari, aut firmare, ac veluti obniti, pro quo ἀνακοχλίζειν in μοχλικῷ ſcriptum videtur. Is autem erit ſenſus, vno aut pluribus admotis digitis, qua parte excellerat, eum ipſum vel alium quemuis, inhibere aut ſuſtentare debere.

διορθοῦν χρὴ τὰ ἐκχυθέντα] Sic legunt quotquot in hunc vſque diem videre licuit exemplaria, pro ἐγχυθέντα, quam lectionem cum interpretibus retinuimus ἐκχυθέντα tamen quæ defluxerunt, metaphoricè dici poſſunt.

ὅτι δή αὖ φλεγμονῆς [illegible]] Sic legunt exemplaria omnia: ὅ, τι δή αὖ, aut ὅ τι δή αὖ malim, quomodo legiſſe videtur Cornarius.

ἐπὴν καὶ ὁκόσον] Sic legunt multa exemplaria, quædam etiam καὶ γὰρ ὁκόσον, quæ ſecuti ſumus cum interpretibus.

E ἔπειτα χρὴ καρχηδόνιον κολλῆσαι] Hunc etiam locum diſertiſſimis verbis explicat Paulus, quæ quia noſtris in exemplaribus vitioſè adſcribuntur, ſic mihi legenda videntur: ἐπὶ δὲ τῆς [illegible] ῥινὸς διεφθαρμένης. ὁ μὲν Ἱπποκράτης μετὰ τὴν ἁρμόζουσαν [illegible] ἱμάντας [illegible] τὸ πλάτος, [illegible] τῷ ἄκρῳ μέρει τῆς ῥινὸς [illegible] καὶ μετὰ τὸ ξηρανθῆναι [illegible] τὸν ἱμάντα [illegible] καὶ τὸ μέτωπον. [illegible] τοῦ ἱμάντος ἀρχὴν ἀσφαλίζεσθαι. [illegible] τὸ σχῆμα. [illegible] Hoc tamen commentum vt nec multum probat Galenus, ſic nec recentioribus Chirurgis arridere ſcribit Paulus. Iſtud etiam paulo aliter ſic expreſſit Celſus. Si à latere (cartilago fracta eſt) craſſius eſſe debet ab ea parte in qua naſus iacet, ab altera tenuius, id quod inſeritur. Extrinſecus autem circundanda habena eſt mollis, media illita miſtis inter ſe ſimila & thuris fuligine, eaq; vltra aures ducenda, & fronti duobus capitibus agglutinanda eſt. Id enim corpori quaſi gluten inhæreſcit, & cùm induruit, nares commodè continet.

Ἢν δὲ οὖς κατεαγῇ, ἐπιδέσιες πᾶσαι πολέμιαι. οὐ γὰρ

F οὕτω τις χαλαρὴν περιβάλλοι. ἢν δὲ μᾶλλον πιέζῃ, πλέον κακὸν ἐργάζεται. ἐπεὶ καὶ ὑγιὲς οὖς ἐπιδέσει πιεχθὲν ὀδυνηρὸν, καὶ σφυγματῶδες, καὶ πυρετῶδες γίγνεται. ἀτὰρ καὶ τὰ ἐπιπλάσματα κάκιστα μὲν τὰ βαρύτατα ἐπίπαν. ἀτὰρ καὶ τὰ πλεῖστα φλαῦρα καὶ ἀποστατικὰ, καὶ μύξας τε ὑποποιέει πλείους. κἄπειτα ἐκπυήσιας ἀσηράς, τούτων δὲ οὖς ἥκιστα κατεαγὲν προσδέεται. ἄγχιστα μὲν εἰ ἄρα χρὴ τὸ γλίσχρον ἄλη-

G τον, χρὴ δὲ μηδὲ τοῦτο βάρος ἔχειν. ψαύειν δὲ ὡς ἥκιστα ξυμφέρει. ἀγαθὸν γὰρ ἐνίοτε φάρμακον, τὸ μηδὲν φέρειν φάρμακον, καὶ πρὸς οὖς, καὶ πρὸς ἄλλα πολλά. χρὴ δὲ καὶ τὴν ἐπικοίμησιν φυλάττεσθαι. τὸ δὲ σῶμα ἰσχναίνειν, καὶ μᾶλλον, ᾧ ἂν κίνδυνος ἔη, ἔμπυον τὸ οὖς γενέσθαι. ἄμεινον δὲ καὶ μαλθάξαι τὴν κοιλίην. ἢν δὲ καὶ εὐήμετος

H ἔη, ἐμέειν ἀπὸ συρμαϊσμοῦ. ἢν δὲ ἐς ἐμπύησιν ἔλθῃ, ταχέως μὲν οὐ χρὴ τομαίνειν. πολλὰ γὰρ καὶ τῶν δοκεόντων ἐκπυέεσθαι ἀναπίνεται ποτὲ, ἢν μηδείς τις καταπλάσσῃ. ἢν δὲ ἀναγκασθῇ τομῆσαι, τάχιστα μὲν ὑγιὲς γίγνεται, ἢν τις πέρην διακαύσῃ. εἰδέναι μέντοι χρὴ σαφῶς, ὅτι κυλλὸν ἔσται τὸ οὖς καὶ μεῖον τοῦ ἑτέρου, ἢν πέρην διακαυθῇ. ἢν δὲ μὴ πέρην καίηται,

At verò auri fractæ vinculum omne inimicum eſt, Neque enim ita laxo ambitu circundari poterit, & ſi magis apprimatur, plurimùm officiet. Quandoquidem & integra auris ſub vinculo adſtricta, dolore & pulſatione, & febre vexatur. Sed & ea ſunt omnino quidem peſſima cataplaſmata, quæ grauiſſima, quinetiam plæraq; noxia, & abſceſſum procurant, cumq; mucum plurimum, tum deinde moleſtiæ plenas ſuppurationes efficiunt. At his ad aurem fractã minimè opus eſt. Proximùm certè (ſi modò quid confert) locum habet farina glutinoſa, quam neq; grauem eſſe oportet, ac quàm minimè contingere cõducit. Interdum nanq; bona medicina eſt, quæ tũ ad aurem, tum ad cætera multa, etiã nulla adhibetur. Vitandus præterea in eã partem decubitus, corpuſq; extenuandum, idq; potiſſimùm in quo auris ſuppuratio metuitur, præſtatq; etiam aluum emollire. Quòd ſi facilis ſit ad vomitum, is ex moderata aliqua purgatione ciendus eſt. Sed ſi ad ſuppurationem veniat, celeriter quidem aperiri non debet. Multa nanq; ex his quæ ſuppurare videntur, quandoque etiam nullo adhibito cataplaſmate reſorbentur. At ſi coactus aperueris, citò quidem ſaneſcet, ſi in vlteriorem partem candens ferramentum adegeris. Certò tamen ſcire licet aurem cádenti ferramento præter traiectam, curtam & altera minoré reddi. Si verò huiuſmodi ferramentũ reformides

pars in tumorem ſublata non parua admodũ ſectione incidenda. Craſſiore ſiquidem loco quàm quis exiſtimet, pus contineri deprehenditur. Atque (vt breuiter dicam) cætera quoq; omnia mucoſa & mucos gignẽtia, cùm lenta ſint, vbi contrectantur digitos celeriter hac vel illa parte effugiunt, eamq; ob rẽ medici craſſiore loco quàm exiſtiment, hæc cõtineri deprehendunt. Nam & ex iis tuberculis quæ ganglia nominãt, quæcunq; fluida ſunt & mucoſam carnem cõtinent, plærique aperiunt, in his humorem ſe inuenturos ſperantes. Ac medicus quidem opinione fallitur, nulla tamen ex huiuſmodi ſectione noxia imminet. Quæ verò loca aquoſa aut muci plena ſunt, & quibus in locis ſingula ſi aperiãtur, vel mortem, vel alia etiam nocumenta afferant, aliàs ſcribetur. Vbi igitur auris ſecta fuerit, omni tum cataplaſmatum, tum linamentorum vſu abſtinendũ. Sed vel iis medicamentis quæ cruentis vulneribus imponuntur curatio eſt inſtituenda, vel alio quopiam quod neque onere grauet, neq; dolorem inferat. Vbi enim cartilago nudari incipit, in eaq; purulenta aut mucoſa ſubſident, id moleſtum eſt. Id quod etiam in illis curationibus euenit. In omnibus autem quæ rurſus excandeſcunt, ferramentum candens vtraq; parte traiicere abundè ſuppetit.

τάμνειν χρὴ τὸ μετέωρον, μὴ πάνυ σμικρὴν τομήν. διὰ A παχυτέρου μὲν γὰρ τὸ πύον εὑρίσκεται, ἢ ὡς ἄν τις δοκέοι. ὡς δ' ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, καὶ τἄλλα τὰ μυξώδεα καὶ μυξοποιά, ἅτε γλίσχρα ἐόντα, ὑποδιολισθαίνοντα ταχέως ἀπὸ τῶν δακτύλων καὶ ἔνθα καὶ ἔνθα. διὰ τοῦτο διὰ παχυτέρου εὑρίσκουσι τὰ τοιαῦτα ἢ ὡς οἴονται. ἐπεὶ καὶ τῶν γαγγλιωδέων ἔνια, ὅσα ἂν πλαδαρὰ ᾖ, καὶ μυξώδεα σάρκα ἔχῃ, πολλοὶ τάμνουσιν B οἰόμενοι ῥεῦμα ἀθρόον εὑρήσειν ἐς τὰ τοιαῦτα. ἡ μὲν οὖν γνώμη τοῦ ἰητροῦ ἐξαπατᾶται. τῷ δὲ πρήγματι οὐδὲ τῷ τρωθέντι οὐδεμία βλάβη τμηθέντι. ὅσα δὲ ὑδατώδεα χωρία ἐστὶν, ἢ μύξης πεπληρωμένα, καὶ ἐν οἵοισι χωρίοισιν ἕκαστα θάνατον φέρει τμηθέντα, ἢ καὶ ἄλλας βλάβας, περὶ τούτων ἐν ἄλλῳ λόγῳ γεγράψεται. ὅταν οὖν τάμῃ τις τὸ οὖς, πάντων μὲν καταπλασμάτων, πάσης τε μοτώσιος ἀπέ- C χεσθαι χρή. ἰητρεύειν δὲ ἢ ἐναίμοις, ἢ ἄλλῳ τῳ, ὅ, τι μήτε βάρος, μήτε πόνον παρέχῃ. ἢν γὰρ ὁ χόνδρος ἄρξηται ψιλοῦσθαι, καὶ ὑποστάσιας ἴσχῃ πυρώδεας ἢ χαλώδεας, ὀχληρόν. γίγνεται δὲ καὶ ὑπὸ δὴ ἐκείνας τὰς ἰήσιας. πάντων δὲ τῶν παλιγκοτησάντων ἡ πέρην διάκαυσις αὐταρκέστατον.

[11] ἀγαθὸν γὰρ ἐνίοτε σφίγγειν] Hunc ſanè locum Paulus ſubindicat lib. 3. cap 23. cùm ad aures contuſas Hippocratem ſuadere nihil admouendum eſſe ſcribit. Qua in re multis iam retro ſeculis à veteri diſciplina defecimus. Et verò ægrotantium mollitie coacti, multa remedia comminiſcimur, quod etiam ſubindicat Paulus. Et Galenus lib. 3. κατὰ τόπους multa ex Archigene, Aſclepiade, Apollonio, ad aures fractas & contuſas tum emplaſtra, tum cataplaſmata, tum epithemata, cæteraque id genus remedia ſuggerit. Idem quoque ad aurium dolorem cataplaſma ex triticea aut hordeacea farina cum vino cocta ex Apollonio probat. Quod quidem remedium ad id quod Hippocrates commemorat propiùs accedit. Idem quoque Paulus in auribus cataplaſmatum pondus vitandum monet his verbis: ἐλαφρὰ δὲ ἔστω τὰ καταπλάσματα καὶ χυλὸς ἐπιδέσεως, ὡς ἐλαφρῶς ἐπιδεῖσθαι. D

καὶ δὲ ἐπὶ τὴν ἐπικαίριον] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria tum publicata, tum manu ſcripta, quorum aſſenſionem ſecuti ſumus. Interpretes quidam ἐπικαίριον aut ἐπικαίριον legiſſe videntur, aut aliud quid tale. Porrò Galenus lib. 3. κατὰ τόπους ex Apollonio conferre ſcribit ad aurium affectus, τροφῆς ἐνδείας καὶ λεπτῆς διαίτης καὶ κοιλίας κινήσεως ἐξ ἀρχῆς, ἔπειτα δὲ ἀνάπαυσιν, ἡσυχίας, σιγῆς τὴν κεφαλήν. Quod iterum illic etiam reperit. Celſus quoque, in his generibus abſtinentiam primi temporis neceſſariam eſſe donec inflammatio finiatur, ſcribit. E

ἐνίοτε ὑπὸ συρμαϊσμῷ] Hic συρμαϊσμὸν moderatam purgationem, eam præcipuè quæ per vomitum fieret diximus, ex Galeni ſententia, qui συρμαϊσμὸν antiquis dici ſcribit, τὰς μετρίας κενώσεις, εἴ τε διὰ τῆς ἕδρας, εἴ τε καὶ δι' ἐμέτων γίγνοιντο. Idem quoque in Exegeſi συρμαΐζειν dici ſcribit, τὴν μετρίως γινομένην τῆς ἄνω τὴν γαστέρα καθαρσιν. συρμαϊσμὸς etiam dici poteſt purgatio per vomitum quæ ex raphano inſtituitur. Sic enim Erotianus hic ὑπὸ συρμαϊσμῷ exponit his verbis: συρμαΐα λέγεται ὑπ' Αἰγυπτίων ῥαφανίς, ἣν πίνες μεθ' ἅλμης καθαίροντες ἐκαθαίροντο. ὅθεν καλεῖται συρμαϊσμὸς ὁ τοιοῦτος τῆς καθάρσεως τρόπος. Paulus etiam ex † Diocle συρμαϊσμοὺς dici antiquis ſcribit, τοὺς μετρίους ἐμέτους, & συρμαΐζειν eiuſmodi purgatione vti, quam tenuibus radiculis, naſturtio, ſinapi & portulaca ex aqua tepida procurandam ſuadet. In quam quoque ſententiam diſcedere videtur hîc Galenus, cùm ea quæ vomitum mouent accenſet, præcipueque vbi per radiculam ſolam, aut veratri ſurculis infixis in oxymelite maceratam, vomitum tentat. συρμαίαν quoque raphanum dici quidam teſtantur, quod vomitui ciendo idoneus ſit. Ariſtoph. Scholiaſtes ἐν ὄρνισι συρμαίαν eſſe ſcribit herbæ ſuccum quo vterentur Ægyptij ad ventris profluuium. Videturq; fuiſſe raphani ſuccus, quo cum ſale ad purgandam aluum plurimum vterentur Ægyptij. Rhaphanos nanq; Ægyptiis nobilitatos ſcribit * Plinius. Heſychio verò συρμαία dicitur φυτόν τι ἐν Αἰγύπτῳ, ὅπερ ἔχει συρμαΐαν, & βρωμάτιον διὰ σιτίου καὶ μέλιτος. Vnde & συρμαϊσμὸς idem dicitur quod καθαρμὸς ἐπιπόλαιος, καὶ πόμα δι' ὕδατος καὶ ἁλός. Qua voce etiam vtitur Herodotus in Euterpe de Ægyptiis loquens. Ex quo annotant συρμαΐζειν dici, τὸ καθαίρειν πόματι τῷ ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος. Quidam etiam συρμαίαν potum ex aqua & hordeo ſignificare contendunt nec non obſonium, vt apud Diodorum Siculum. Et apud nautas facere συρμαίαν eſſe comparare obſonia. μελανοσυρμαῖος λεὼς apud Ariſtophanem Ægyptij dicuntur teſte Suida, quos Plinius author eſt hoc genere potus vſos. Varinus etiam συρμαίαν ſcribit, τὸ καθαρτικὸν δι' ἐμέτων καὶ κοιλίας, καὶ συρμαΐζειν τὸ καθαίρειν, καὶ συρμαίαν βοτάνην, αὐτὴν τὴν ῥαφανίδα. Ex quibus ſanè manifeſtum eſt mendoſa eſſe exemplaria quæ hic συρμασμῷ legunt, & συρμαϊσμῷ legendum eſſe, vt & συρμαϊσμοὺς apud Galenum. F

† Cap. 100. lib. 1. * Cap. 5. lib. 19.

μὴ πάνυ σμικρὴν τομήν] Ideoq; Celſus lunatã plagam conſulit, cùm vt amplior plaga ſit, tũ verò vt natiuæ partis figuræ reſpondeat. G

καὶ ὑποστάσιας ἴσχῃ] ὑποστάσιας hîc τὰς ἔσω ὑγρῶν μονάς exponit Gal. velut humorũ moras, ſtatus, cõcretiones ac conſiſtentias, vbi introrſùm ſubſiſtunt, ſubſident, ac veluti fundum petunt & morantur, quæ alioqui excerni opus eſt, velut ea quæ ſunt purulenta & mucoſa. Qua notione aliàs quoque apud eũdem ponitur hæc dictio, vt lib. κατ' ἰητρ. eiq; ἀναδόσεων opponit, & Prorrh. 2. & aph. 28. ſect. 3. 6. Epid. ex codicum omnium lectione, etſi illic meliùs ὑποστάσιες ſcribitur, vt ibidem adſcripſimus. Ex qua quoque ſignificatione pendere exiſtimo quod non rarò apud Hippoc. in Cois Præſagiis ὑποστάσεις κοιλίης pro alui remoratione & ſuppreſſione ſumitur, vt aliàs ſcripſimus. Apparet autem Gal. ὑποστάσιας πυώδεας ἢ μυξώδεας legiſſe, quem cum interpretibus omnibus ſecuti ſumus, cùm tamen exemplaria omnia quæ ad hunc vſque diem videre licuit πυρώδεας ἢ χαλώδεας retineãt. Quæ lectio etiam probari poteſt, vt intelligamus ea quæ in cartilagine ſubſiſtunt, febrem aut inflammationem excitare, dum in pus vertuntur, & laxitatem quandã facere velut quæ mucoſa ſunt πάντων δὲ τῶν παλιγκοτησάντων] Hæc verba in vno exemplari manu ſcripto Regio deſiderantur, in cæteris adſcribuntur. H

At quibus ſpinæ vertebræ ex morbis gibbum contrahunt, ea quidẽ magna ex parte ſolui nequeũt, præcipuè verò vbi ſuperiore parte qua ſepto annectitur, in gibbum curuantur. Quæ verò infra ſunt, eorum quædam varicibus in cruribus ſubortis ſoluũtur. Magis autem quibuſcunque ſpina in gibbum attollitur,

[41] Σπόνδυλοι δὲ οἱ κατὰ ῥάχιν, ὅσοισι μὲν ὑπὸ νοσημάτων ἕλκονται ἐς τὸ κῦφος, τὰ μὲν πλεῖστα ἀδύνατα λύεσθαι. μάλιστα δὲ καὶ ὅσα ἀνωτέρω τῶν φρενῶν τῆς προσφύσιος κυφοῦται. τῶν δὲ κατωτέρω, μετεξέτερα λύουσι κιρσοὶ γενόμενοι ἐν τοῖσι σκέλεσι, μᾶλλον δέ τι ἐγγινόμενοι κιρσοὶ ἐν τῇ κατ' ἰγνύην φλεβί.

εἶπ

A οἷσι δ' ἂν τι κύφωμα ἤ, λύουσιν. ἐγγίνονται δὲ καὶ ἐν τῇ κατὰ βουβῶνα. ἤδη δὲ τισιν ἔλυσε καὶ ἡ δυσεντερίη πολυχρόνιος γενομένη. καὶ οἷσι μὲν κυφοῦται ῥάχις παισὶν ἐοῦσι, πρὶν ἢ τὸ σῶμα τελειωθῆναι ἐς αὔξησιν, τουτέοισι μὲν οὐδὲ συναύξεσθαι ἐθέλει κατὰ τὴν ῥάχιν τὸ σῶμα. ἀλλὰ σκέλεα μὲν καὶ χεῖρες τελειοῦνται, ταῦτα δὲ ἐνδεέστερα γίνονται. καὶ ὅσοισι ἂν ᾖ ἀνωτέρω τῶν φρενῶν τὸ κῦφος, τουτέοισι μὲν αἵ τε πλευραὶ οὐκ ἐθέλουσιν ἐς τὸ εὐρὺ αὔξεσθαι, ἀλλ' ἐς τοὔμπροσθεν.
B τό, τε στῆθος ὀξὺ γίνεται, ἀλλ' οὐ πλατύ, αὐτοί τε δύσπνοοι γίνονται καὶ κερχνώδεες. ἧσσον γὰρ εὐρυχωρίην ἔχουσιν αἱ κοιλίαι αἱ τὸ πνεῦμα δεχόμεναι καὶ προπέμπουσαι. καὶ μέντοι καὶ ἀναγκάζονται κατὰ τὸν μέγαν σπόνδυλον λορδὸν τὸν αὐχένα ἔχειν, ὡς μὴ προπετὴς ἔῃ αὐτέοισιν ἡ κεφαλή. στενοχωρίην μὲν οὖν πολλὴν τῇ φάρυγγι παρέχει καὶ τοῦτο ἐς
C τὸ εἴσω ῥέπον. καὶ γὰρ τοῖσιν ὀρθοῖσι φύσει δύσπνοιαν παρέχει τοῦτο τὸ ὀστέον, ἢν ἔσω ῥέψῃ ἔστ' ἂν ἀναπιεχθῇ. διὰ οὖν τὸ τοιοῦτον σχῆμα ἐξεχέβρογχοι οἱ τοιοῦτοι τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον φαίνονται, ἢ ὑγιέες. φυματίαι τε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κατὰ τὸν πλεύμονα εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι σκληρῶν φυμάτων καὶ ἀπέπτων. καὶ γὰρ ἡ πρόφασις τοῦ κυφώματος, καὶ ἡ ξύντασις τοῖσι πλείστοισι, διὰ τοιαύτας συστροφὰς γίνεται, ἧσιν ἂν κοινωνήσωσιν οἱ τόνοι οἱ σύν-
D εγγυς. ὅσοισι δὲ κατωτέρω τῶν φρενῶν τὸ κύφωμά ἐστι, τουτέοισι νοσήματα μὲν ἐνίοισι προσγίνεται νεφριτικά, καὶ κατὰ κύστιν. ἀτὰρ καὶ ἀποστάσιες ἐς ἐμπύημα, καὶ κατὰ κενεῶνας, καὶ κατὰ βουβῶνας χρόνιαι καὶ δυσαλθέες. καὶ τουτέων οὐδέτερα λύει τὰ κυφώματα. ἰσχία δὲ τούτοισιν ἐπισαρκότερα γίνεται, ἢ τοῖσιν ἄνωθεν κυφοῖσιν. ἡ μέντοι σύμπασα ῥάχις μακροτέρη τουτέοισιν, ἢ τοῖσιν ἄνωθεν κυφοῖσιν. ἥβη δὲ καὶ γένειον
E βραχύτερα καὶ ἀτελέστερα, καὶ ἀγονώτεροι οὗτοι τῶν ἄνωθεν κυφῶν. οἷσι δ' ἂν ἠνδρωμένοισιν ἤδη τὸ σῶμα γένηται κύφωσις, τουτέοισιν ἀπαρτικρὺ μὲν τῆς νούσου τῆς τότε παρεούσης κρίσιν ποιέει ἡ κύφωσις. ἀνὰ χρόνον μέντοι σημαίνει τι τῶν αὐτέων, ὥσπερ καὶ τοῖσι νεωτέροισιν, ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον. ἧσσον δὲ κακοήθεα ὡς τὸ ἐπίπαν μὲν τοιαῦτά ἐστι. πολλοὶ μέντοι ἤδη καὶ εὐφόρως ἤνεγκαν καὶ ὑγιεινῶς τὴν κύφω-
F σιν ἄχρι γήρως, μάλιστα δὲ οὗτοι οἷσιν ἂν ἐς τὸ εὔσαρκον καὶ πιμελῶδες προτράπηται τὸ σῶμα. ὀλίγοι μὲν ἤδη καὶ τῶν τοιούτων ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτεα ἐβίωσαν. οἱ δὲ πλεῖστοι βραχυβιώτεροί εἰσιν. ἔστι δ' οἷσι καὶ ἐς τὸ πλάγιον σκολιοῦνται σπόνδυλοι, ἢ τῇ, ἢ τῇ. πάντα μὲν ἢ τὰ πλεῖστα τὰ τοιαῦτα γίνεται διὰ συστροφὰς τὰς ἔσωθεν ῥάχιος. προσξυμβάλλεται δὲ ἐνίοισι σὺν τῇ νούσῳ καὶ τὰ σχήματα, ἐφ'
G ὁποῖα ἂν ἐθισθέωσι κεκλίσθαι. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τοῖσι χρονίοισι κατὰ πλεύμονα νοσήμασιν εἰρήσεται. ἐκεῖ γάρ εἰσιν αὐτέων καλλίσται προγνώσιες περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι.

At verò quænam oſſa augeantur, res ſic ſe habet. Quibus quidem ad malleolum tibiæ os loco motum eſt, iis certè pedis oſſa, quòd proximè vulneri iuncta ſint, minimum augentur. Tibiæ verò oſſa augentur quidem, neq; certè multò minore copia, verùm carnes imminuuntur. At cùm articulus ad malleolum ſua ſede ſecundum naturam manſerit, ad genu verò ſuo loco emotus fuerit, iis tibiæ os, quòd vulneri ſit proximum, non æquè augeri, ſed breuius reddi conſueuit. Pedis autem oſſa imminuuntur quidem, verùm non æquè ac paulò ante dictum eſt, cùm pedis articulus integer maneat. Quòd ſi eo etiã, ſicuti cùm varus eſt, vti poſſent, iis adhuc minùs pedis oſſa imminuerentur. Quibus verò coxendicis articulus luxatur, iis femoris os, quòd proximè vulnus attingat, non æquè augeri ſolet, ſed ſano breuius redditur. His tamen neq; tibiæ os, neq; pedis oſſa eodem modo augeri prohibẽtur. Quod ideo accidit, quòd femoris articulus qui cum tibia committitur, & tibiæ, qui cum pede, ſua naturali ſede manet: iis tamen totius cruris carnes imminuũtur. Quòd ſi crure vti poſſent, etiam magis oſſa augerentur, velut priùs quoq; dictum eſt, femore excepto, minuſq; carne deſtituerẽtur, quamuis id multò magis quàm ſanis contingat. Cui rei indicio ſunt, qui à prima origine, aut antequam ad perfectum incrementum deuenerint, brachio luxato muſtellæ cubito præditi euadunt. Hi ſiquidem os brachij breue, cubitum verò ac ſummam manum ſanis paulò exiliora habent, idque ob antedictas cauſas, quòd brachium, cùm læſo articulo proximum ſit, idcirco breuius redditur. Cubitus autem non ideo noxiæ æquè patet, quòd brachij articulus qui ad cubitum eſt, priſtinam naturam retineat. Manuſque rurſus etiam longius à noxia quàm cubitus abeſt. Has igitur ob cauſas enumeratas, oſſa quædam incremento deſtitui, quædam etiam incrementum ſuſcipere contingit. Ad pleniorem autem manus & brachij habitum, multùm manus labor profuerit. Qui namque muſtellæ cubito prædit ſunt, manuarias operas, quas etiam altera manu præſtant, vt plurimùm hac manu ſuſcipiunt, idque nihilo peius quàm altera. Neque enim manibus vt cruribus, corporis onus fertur, ſed ſunt leuia earum opera. Ob exercitationem autem neque in manu, neque in cubito, iis qui muſtellæ cubitum habent, carnes imminuuntur. Quinetiam brachium ad pleniorem habitum inde nonnihil iuuatur. At vbi coxendicis articulus à primo ortu, aut etiam in ipſa infantia, ſua compage emotus, ad interiorem partem inclinarit, carnes eam ob cauſam magis quàm in manu imminuuntur, quòd ij crure vti nequeant. Atque hæc ita ſe habere, quæ paulò poſt dicentur quodammodo teſtabuntur.

H [17] ἐὼν ἧσσον ἄσαρκα ἦν] Sic legunt publicata exemplaria, quædam etiam ἧσσον, alia καὶ ἧσσον, & nonnulla οὐκ ἧσσον eodem ſenſu.

τὰ πλεῖστα προθυμέονται] Sic legunt publicata omnia exemplaria & manu ſcriptorum bona pars. Quædam etiam προμηθέονται habent, quæ eos rationem inire aut proſpicere ad ſuſcipiendas manuarias operas ſignificant. προθυμεῖν autem promptum animum & laborem ac ſtudium ad opus ſuſcipiendum indicat.

ὅταν δὲ ἰσχίον ἐκπαλὲς γένηται] ἐκπαλὲς Heſychius ἐξάρθρον exponit, hanc Hippocratis dictionem ex hoc loco ſubnotans, fortéq; ἀπὸ τοῦ ἐκπάλλεσθαι dictum videtur, hoc eſt ἐκπηδᾶν, ſuaq; compage emotum aut prolapſum ac eluxatum articulum ſignificat. Indeq; etiam fortè ἐκπαλεῖν deductum eſt, quod idem Heſychius ἐχωλεῦον, ἀπῆν, ἐξέπιπτεν, exponit, & ἐκπαλέοντες, ἐκπίπτοντες, ἐκπαλεῖν quoque exponunt ἔξω τοῦ [illegible] πάλλεσθαι. Erotianus etiam ἐκπαλέοντες, ἐκπάλσεις [illegible].

At quibus in exteriorem partem femoris caput exceſſit, iis crus iuxta alterum extenſum meritò quidem breuius apparet. Neque enim femoris caput, velut cùm intrò luxabatur, oſſi inſidet, ſed iuxta os quod natura inclinatum eſt, in carne humida & cedente firmatur, ideóque breuius apparet. Interiore verò parte ad locum inter crura medium (greſſuram & πληχάδα nominant) femur magis contrahitur & gracilius euadit. Exteriore autem parte nates in gibbum magis extumeſcit, extra nimirum femoris capite elapſo. Quin & ſuperior nates apparet, eò quòd hac parte caro femoris capiti cedit. Extrema verò femoris pars ad genu, & tibia & pes introrſum ſpectare conſpiciuntur. Verùm neque inflectere perinde ac ſanum crus poſſunt. Atque hæc quidem ſunt extra prolapſi femoris notæ. Quibus igitur iam adultis luxatus articulus reconditus non fuerit, iis crus totum breuius conſpicitur, neq; ingreſſu terram calce contingere poſſunt, ſed ima planta terræ inſiſtunt, paulumq; ſummis digitis interiorem in partem tendunt. Atq; in his longè melius crus læſum corpus ferre poteſt, quàm quibus in interiorem partem luxatio facta eſt, partim quidem quod femoris caput, & articuli ceruix, quæ naturaliter obliqua eſt, maiori coxæ parti ſubiecta eſt, partim verò quòd ſummus pes in exteriorem partem inclinari non cogitur, ſed propè ad rectitudinem corporis accedit, & interiorem in partē etiam conuertitur. Quum igitur articulus carnis locū in quem elapſus eſt conſuetudine tritum fecerit, & caro lentorem contraxerit, temporis tractu doloris expers euadit. Tuncq;, ſi velint, abſq; baculo incedere poſſunt, & corpus affecto crure ſuſtentare. Iis ergo, eo quod crure vtuntur, minùs quàm quibus paulo ante dictum eſt, carnes emolliuntur, idq; plus, aut minùs contingit. Ferè autem magis ad interiorē partē quàm exteriorem effœminantur. Ac eorum quidem nonnulli, quòd crus flectere non poſſint, calceum ſibi inducere nequeunt. Quidam etiam id poſſunt. At quibus in matris vtero hic articulus ſua ſede emotus fuerit, aut cùm adhuc augentur vi exciderit, neq; reconditus fuerit, aut etiam morbo elapſus atq; ſua compage motus fuerit (horum enim plæraq; contingunt) eorum quidem nonnullis, ſi ſyderatum femur fuerit, ſuppurationes diuturnæ & quæ curationem per linamenta deſiderent, contingunt, quibuſdam etiam oſſa nudantur. Eodem verò modo tum quibus ſyderatur os femoris, tum quibus non ſyderatur, multò breuius redditur, ac neque velut ſanum augeri ſolet. Huius etiam tibiæ oſſa paulò quidem quàm alterius breuiora euadunt, ob eaſdem cauſas, quæ etiam antea ſunt commemoratæ. Atque hi incedere poſſunt, nonnulli quidem eo modo, quo quibus iam adultis elapſus articulus reconditus non fuit, quidam etiam toto pede inſiſtunt, inter ambulandum tamen ob cruris breuitatem, vtramq; in partem inclinari coguntur. Hæc autem ſic contingunt, vbi in his quæ ad corporis habitum ſpectant, diligenter, & in quibus oportet rectè fuerint à pueris educati, priùs quàm ad ambulationem confirmentur, ac nihilominus etiam diligenter & rectè, vbi confirmati fuerint. Summam verò

12 Ὁκόσοισι δὴ αὖ ἐς τὸ ἔξω ἡ τοῦ μηροῦ κεφαλὴ A ἐκβῇ, τούτοισι βραχύτερον μὲν τὸ σκέλος φαίνεται παρατεινόμενον παρὰ τὸ ἕτερον, εἰκότως. οὐ γὰρ ἐπ' ὀστέον ἡ ἐπίβασις τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ ἐστὶν, ὡς ὅτε εἴσω ἐξεπεπτώκει, ἀλλὰ παρ' ὀστέον παρεγκεκλιμένον τὴν φύσιν ἔχον. ἐν σαρκὶ δὲ στηρίζεται ὑγρῇ καὶ ὑπεικούσῃ, διὰ τοῦτο μὲν βραχύτερον φαίνεται. ἔσωθεν δὲ ὁ μηρὸς παρὰ τὴν πληχάδα καλεομένην κοιλότερος B καὶ ἀσαρκότερος γίνεται. ἔξωθεν δὲ ὁ γλουτὸς κυρτότερος. ἅτε ἐς τὸ ἔξω τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ ὠλισθηκυίης. ἀτὰρ καὶ ἀνωτέρω φαίνεται ὁ γλουτὸς ἅτε ὑποχωρησάσης τῆς σαρκὸς τῆς ἐνταῦθα, τῇ τοῦ μηροῦ κεφαλῇ. τὸ δὲ κατὰ τὸ γόνυ τοῦ μηροῦ ἄκρον, εἴσω ῥέπον φαίνεται, καὶ ἡ κνήμη, καὶ ὁ πούς. ἀτὰρ οὐδὲ ξυγκάμπτειν ὥσπερ τὸ ὑγιὲς σκέλος δύνανται. τὰ μὲν οὖν σημεῖα C ταῦτα, τοῦ ἔξω ἐκπεπτωκότος μηροῦ ἐστί. οἷσι μὲν οὖν τετελειωμένοισιν ἤδη ἐκπεσὸν τὸ ἄρθρον μὴ ἐμπέσῃ, τούτοισι βραχύτερον μὲν φαίνεται τὸ σύμπαν σκέλος. ἐν δὲ τῇ ὁδοιπορίῃ τῇ μὲν πτέρνῃ οὐ δύνανται καθικνέεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς. τῷ δὲ στήθει τοῦ ποδὸς βαίνουσιν ἐπὶ τὴν γῆν, ὀλίγον δὲ εἰς τὸ ἔσω μέρος ῥέπουσι τοῖσι δακτύλοισιν ἄκροισιν. D ὀχέειν δὲ δύνανται τὸ σῶμα τὸ σιναρὸν σκέλος τούτοισι πολλῷ μᾶλλον, ἢ οἷσιν αὖ ἐς τὸ εἴσω μέρος ἐκπέπτωκε. ἅμα μὲν ὅτι ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ, καὶ ὁ αὐχὴν τοῦ ἄρθρου πλάγιος φύσει πεφυκὼς ὑπὸ συχνῷ μέρει τοῦ ἰσχίου τὴν ὑπόστασιν πεποίηται. ἅμα δὲ ὅτι ἄκρος ὁ πούς, οὐκ ἐς τὸ ἔξω μέρος ἀναγκάζεται ἐγκεκλίσθαι, ἀλλ' ἐγγύς ἐστι τῆς ἰθυωρίης τῆς κατὰ τὸ σῶμα, καὶ τείνει καὶ ἐσωτέρω. E ὅταν μὲν οὖν τρίβον λάβῃ τὸ ἄρθρον ἐν τῇ σαρκὶ εἰς ἣν ἐξεκλίθη, ἡ δὲ σὰρξ γλισχρανθῇ, ἀνώδυνον περὶ χρόνον γίνεται. ὅταν δὲ ἀνώδυνον γένηται, δύνανται μὲν ὁδοιπορέειν ἄνευ ξύλου, ἢν ἄλλως βούλωνται. δύνανται δὲ ὀχέειν τὸ σῶμα, ἐπὶ τὸ σιναρὸν σκέλος. διὰ οὖν τὴν χρῆσιν ἧσσον τοῖσι τοιούτοισιν ἐκθηλύνονται αἱ σάρκες F, ἢ οἷσιν ὀλίγον πρόσθεν εἴρηται. ἐκθηλύνονται δὲ ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον. μᾶλλον δὴ ἐκθηλύνονται κατὰ τὸ εἴσω μέρος, ἢ κατὰ τὸ ἔξω, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. τὸ μέντοι ὑπόδημα μετεξέτεροι τούτων ὑποδέεσθαι οὐ δύνανται διὰ τὴν ἀκαμπτίην τοῦ σκέλεος, οἱ δέ τινες καὶ δύνανται. οἷσι δὲ αὖ ἐν γαστρὶ ἐοῦσιν ἐξαρθρήσῃ τοῦτο τὸ ἄρθρον, ἢ ἔτι ἐν αὐξήσει ἐοῦσι βίῃ ἐκπεσὸν ἤδη μὴ ἐμπέσῃ G, ἢ καὶ ὑπὸ νούσου ἐξαρθρήσῃ τοῦτο τὸ ἄρθρον καὶ ἐκπαλήσῃ, πολλὰ γὰρ τοιαῦτα γίνεται. καὶ ἐνίων μὲν τῶν τοιούτων ἢν ἐπισφακελίσῃ ὁ μηρὸς, ἐμπυήματα χρόνια καὶ ἔμμοτα γίνεται, καὶ ὀστέων ψιλώσιες ἐνίοισιν. ὁμοίως δὲ καὶ οἷσιν ἐπισφακελίζει, καὶ οἷσι μὴ ἐπισφακελίζει τοῦ μηροῦ τὸ ὀστέον, πολλῷ βραχύτερον γίνεται, καὶ οὐκ ἐθέλει ξυναύξεσθαι, ὥσπερ τοῦ ὑγιέος. H τὰ μέντοι τῆς κνήμης βραχύτερα μὲν γίνεται, ἢ τὰ τοῦ ἑτέρου, ὀλίγῳ δὲ διὰ τὰς αὐτὰς προφάσιας, αἳ καὶ πρόσθεν εἴρηνται. ὁδοιπορέειν δὲ δύνανται οἱ τοιοῦτοι. οἱ μέν τινες αὐτῶν, τοῦτον τὸν τρόπον, ὥσπερ οἷσι τετελειωμένοισιν ἐξέπεσε καὶ μὴ ἐνέπεσεν. οἱ δὲ, καὶ βαίνουσι μὲν παντὶ τῷ ποδὶ, διαφέρουσι δὲ ἐν τῇ ὁδοιπορίῃ, ἀναγκαζόμενοι διὰ τὴν βραχύτητα τοῦ σκέλεος. ταῦτα δὲ τοιαῦτα γίνεται, ἢν ἐπιμελῶς μὲν παιδαγωγηθῶσιν ἐν τοῖσι σχήμασι, καὶ ὀρθῶς ἐν οἷσι δεῖ, πρὶν κρατυνθῆναι ἐς τὴν ὁδοιπορίην, ἐπιμελέως δὲ καὶ ὀρθῶς, ἐπὴν κρατυνθῶσι. πλείστης δὲ

ἐπιμε-

A ἐπιμελείης δέονται οἷσιν ἂν νηπίοισιν ἐοῦσιν, αὕτη ἡ ξυμφορὴ γένηται. ἢν γὰρ ἀμεληθῶσι νήπιοι ἐόντες, ἀχρήιον παντάπασι καὶ ἀναυξὲς ὅλον τὸ σκέλος γίνεται. αἵ τε σάρκες τοῦ σύμπαντος σκέλεος μινύθουσι μᾶλλον, ἢ τοῦ ὑγιέος. πολὺ μέντοι ἧσσον τούτοισι μινύθουσιν, ἢ οἷσιν ἂν ἔσω ἐκπεπτώκῃ διὰ τὴν χρῆσιν καὶ τὴν ταλαιπωρίην. ὅτι εὐθέως δύνανται χρῆσθαι τῷ σκέλει, ὡς καὶ πρόσθεν ὀλίγον
B ἐπὶ τῶν γαλιαγκώνων εἴρηται. Εἰσὶ δὲ οἷσιν ἤδη ἐκ γενεῆς αὐτίκα. τοῖσι δέ, καὶ ὑπὸ νούσου ἀμφοτέρων τῶν σκελέων ἐξέστη τὰ ἄρθρα ἐς τὸ ἔξω μέρος, τούτοισιν οὖν τὰ μὲν ὀστέα ταὐτὰ παθήματα πάσχει. αἱ μέντοι σάρκες ἥκιστα ἐκθηλύνονται. εὔσαρκα δὲ καὶ τὰ σκέλεα γίνονται, πλὴν εἴ τι ἄρα κατὰ τὸ ἔσω μέρος ἐλλείποι ὀλίγον. διὰ τοῦτο δὲ εὔσαρκά ἐστιν, ὅτι ἀμφοτέροισι τοῖσι σκέλεσιν ὁμοίως ἡ
C χρῆσις γίνεται. ὁμοίως γὰρ σαλεύουσιν ἐν τῇ ὁδοιπορίῃ ἔνθα καὶ ἔνθα. ἐξέχοντες δὲ οὗτοι ἰσχυρῶς φαίνονται, διὰ τὴν ἔκστασιν τῶν ἄρθρων. ἢν δὲ μὴ ἐπισφακελίσῃ αὐτοῖσι τὰ ὀστέα, μηδὲ κυφοὶ ἀνωτέρω τῶν ἰσχίων γένωνται. ἐνίους γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα καταλαμβάνει. ἢν οὖν μὴ τοιοῦτόν τι γένηται, ἱκανῶς ὑγιηροὶ τἆλλα διαφέρονται. ἀναυξέστεροι μέντοι τὸ πᾶν σῶμα οὗτοι γίνονται, πλὴν τῆς κεφαλῆς.
D

curam poſtulant, quibus in prima infantia hic caſus incidit. Si enim ea in infantia negligantur, iis totum crus prorſus inutile & incrementi expers redditur, ac vniuerſi cruris carnes magis imminuuntur quã ſani. At multò ſanè minùs quàm quibus interiorẽ in partem exciderit, idq; ob vſum & laborem, iſta vt ſtatim vti crure valeant, velut etiam de his qui muſtelæ cubito præditi ſunt paulò antè dictum eſt. Nonnullis quoq; partim quidem ſtatim à prima origine, partim verò ſub morbo, amborum crurum articuli exteriorẽ in partem prolapſi ſunt. Iis igitur oſſa quidem huiuſmodi vitiis patent, at carnes minimè effœminantur. Sed & pleniora crura euadunt, niſi ſi quid interiore parte paulùm deficit. Eam verò ob cauſam pleniora ſunt, quòd vtroq; crure pariter vtuntur. Eodem enim modo inter ambulandum ab vtraq; parte iactantur, iiq; valde prominentibus natibus conſpiciũtur, eo quod articuli ſuo loco exceſſerunt. Quòd ſi neq; his oſſa vitientur, neq; gibboſi ſupra coxendices euadãt (quoſdam enim huiuſmodi vitia prehendũt.) Niſi ergo tale quid contingat, de cætero ſatis ſalubriter vitam traducunt. Minùs tamen ij reliquo corpore, capite excepto, incrementi ſuſcipiunt.

ἔστιν δ' ἂν ἐς τὸ ἔξω] Celſus. Si in exteriorem (partem femur prolapſum eſt) breuius ratumq; fit, & intus inclinatur, calx ingreſſu terram non contingit, ſed planta ima, meliuſq; id crus ſuperius corpus, quàm in priore caſu fert, minuſq; baculo eget. Sed pro ratum, varum aut macrum legendum eſſe ex Hippocrate apparet. Paulus ſic: ἐὰν δὲ ἐπὶ τὰ ἔξω ἐκπεπτώκῃ, τὰ ἐναντία συμβαίνει σημεῖα. τό τε γὰρ σκέλος βραχύτερον φαίνεται, καὶ κατὰ μὲν τὸν βουβῶνα κοιλότερον, κατὰ δὲ τὸν γλουτὸν εἰς ὄγκον ἐπαίρεται. καὶ τὸ μὲν ἰγνύον κάμπτειν καὶ συγκάμπτειν τὸ σκέλος δύναται. In quo nequaquam exiſtimandum eſt Paulum ab Hippocrate diſſentire, quòd eos crus flectere poſſe dicat. Id enim ab eo dictum eſt ex collatione cum iis quibus in interiorem partem os femoris excidit, quibus caput femoris eo pacto prolapſum muſculos adeò comprimit, vt flectentibus cedere nequeant. Quod contrà in iis quibus extra femoris caput prolapſum eſt, accidit, ideoq; hi crus ad inguen flectere queunt. Hippocrates verò non perinde ac ſanum crus eos flectere ſcribit, quòd muſculi poſteriores tantam extenſionem ferre nequeant.

E

ἢν ἐς τὸ ἔξω μέρος ἀναγκάζηται ἐγκλίνεσθαι] Sic legunt omnia exemplaria, ἐγκλίνεσθαι tamen lego cum multis interpretibus, aut ἐκκλίνεσθαι legendum, vt ſummus pes exteriorem in partem excludi aut prominere non cogatur, quemadmodum paulò poſt τρίβον λαβεῖν τὸ ἄρθρον ἐν τῇ σαρκὶ οὗ ἂν ἐξεκλίθη dicitur, hoc eſt, articulus carnis locum in quem excluſus aut detruſus eſt conſuetudine & mora tritum faciens. Sic enim ἐξεκλίθη, legendum exiſtimo, aut ἐξεκλίνη, vt partem in quam declinauit aut elapſus eſt, indicet. Hoc enim verbum in tota luxatorum tractatione ſæpiùs vſurpatur.

Ὁτέοισι δ' ἂν ἐς τοὔπισθεν ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ ἐκπέσῃ, ὀλίγοισι δὲ ἐκπίπτει, οὗτοι ἐκτανύειν οὐ δύνανται
F τὸ σκέλος οὔτε κατὰ τὸ ἄρθρον τὸ ἐκπεσόν, οὔτε τι κάρτα κατὰ τὴν ἰγνύην. ἀλλ' ἥκιστα τῶν ἐκπαλησίων, οὗτοι μᾶλλον ἐκτανύουσι καὶ τὸ κατὰ τὸν βουβῶνα, καὶ τὸ κατὰ τὴν ἰγνύην ἄρθρον. προσξυνιέναι μὲν οὖν καὶ τόδε χρή. εὔχρηστον γὰρ καὶ πολλοῦ ἄξιόν ἐστι, καὶ τοὺς πλείστους λήθει, ὅτι οὐδ' ὑγιαίνοντες δύνανται κατὰ τὴν ἰγνύην ἐκτανύειν τὸ ἄρθρον, ἢν μὴ ξυνεκτανύσωσι καὶ τὸ κατὰ τὸν βουβῶνα ἄρθρον, πλὴν ἢν μὴ πάνυ ἄνω
G ἀείρωσι τὸν πόδα. οὕτω δ' ἂν δύναιντο. οὐ τοίνυν οὐδὲ ξυγκάμπτειν δύνανται τὸ κατὰ τὴν ἰγνύην ἄρθρον ὁμοίως, ἀλλὰ πολὺ χαλεπώτερον, ἢν μὴ συγκάμψωσι καὶ τὸ κατὰ τὸν βουβῶνα ἄρθρον. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κατὰ τὸ σῶμα τοιαύτας ἀδελφίξιας ἔχει, καὶ κατὰ νεύρων ξυντάσιας, καὶ κατὰ μυῶν σχήματα καὶ πλεῖστά τε καὶ πλείστου ἄξια γινώσκεσθαι, ἢ ὥς τις οἴεται,
H καὶ κατὰ τὴν τοῦ ἐντέρου φύσιν, καὶ τὴν τῆς ξυμπάσης κοιλίης, καὶ κατὰ τὰς τῶν ὑστερέων πλάνας καὶ ξυντάσιας. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἑτέρωθι λόγος ἔσται, ἠδελφισμένος τοῖσι νῦν λεγομένοισι. περὶ οὗ δὲ ὁ λόγος ἐστίν, οὔτε ἐκτανύειν δύνανται, ὥσπερ ἤδη εἴρηται, βραχύτερόν τε τὸ σκέλος φαίνεται διὰ δισσὰς προφάσιας, ὅτι τε οὐκ ἐκτανύεται, ὅτι τε πρὸς τὴν σάρκα ὤλισθε τὴν τῆς πυγῆς. ἡ γὰρ φύσις τοῦ ἰσχίου τοῦ ὀστέου ταύτῃ, ᾗ καὶ ἡ κεφαλὴ καὶ ὁ αὐχὴν τοῦ μηροῦ γίνεται

At quibus poſteriorem in partem femoris caput elapſum eſt, quod paucis contingit, ij neque ad articulum luxatum, neque admodum ad poplitem crus extendere poſſunt. Atq; id multò minùs, quàm quibus hoc vitium iampridem contigit, quod hi inguinis & poplitis articulum magis extendere poſſint. Præterea etiam illud animaduertẽdum, quod & valde vtile & magni eſt momenti, ac plæroſq; latet, neque ſanos poplitis articulum extendere poſſe, niſi vna quoque inguinis articulum extendant, præterquàm ſi pedem valde ſuſtollant: ſic enim poſſe. Hi ergò neque eodem modo poplitis articulum, ſed multò ægriùs, flectere poſſunt, niſi vna quoque inguinis articulum inflexerint. Multa quoque alia in corpore huiuſmodi cognationes habent, & circa neruorum cõtractionem & muſculorum habitum plurima & cognitu digniora quàm quis exiſtimet, conſpiciuntur. Quod etiam in inteſtinorum natura totiuſque ventris, ac in vteri erroribus & contractionibus cernere licet. De quibus aliàs cum his quæ nunc dicuntur conſentiens ſermo habebitur. Quod ad præſentem ſermonem attinet, neque crus extendi (velut iam dictum eſt) poteſt, breuiúſque duabus de cauſis apparet, tum quòd non extenditur, tum quia ad natis carnem prolapſum eſt. Ea etenim eſt oſſis coxendicis natura, qua parte & femoris ceruix & caput ineſt:

At vbi commiſſura excidit, decliue in exterioré natis partem deferri ſolet. Inflectere tamé crus, ſi modo dolor non prohibeat, poſſunt, tibiaq; & pes ferè recta conſpiciuntur, neq; in hanc vel illam partem admodum inclinata. Ad inguen vero, præcipuè etiá ſi quis locum attingat, caro aliquanto mollior ſentitur, præſertim cùm articulus alteram in partem prolapſus ſit. Ad nates autem, ſi quis attrectet, femoris caput aliquantò etiam magis protuberare videtur. Atq; hæ quidem notæ ſunt, vbi poſteriorem in partem femur elapſum eſt. Cui ergo iam adulto prolapſum, recóditum non fuerit, is quidem, vbi tempus aliquod interceſſerit, & dolor quieuerit, articuluſq; in carne volui aſſueuerit, ambulare poteſt: inter ambulandum tamé vehementer ad inguina eum inflecti neceſſe eſt, idq; duabus de cauſis, tum quòd ob ante dicta crus multo breuius efficitur, tum etiam quia longè abeſt vt calce terram cótingat. Si nanq; vel paululum conetur hoc pede ferri, nulli alteri rei innixus, is vtiq; in poſteriorem partem decidet, cùm coxédices plurimùm præter pedis ingreſſum in poſteriorem partem eminentes, & ſpina in coxendices incumbens, magno momento illuc ferantur. Vix autem ima pedis planta cóſiſtit, ac ne ſic quidem, niſi ſeipſe ad inguina incuruarit, prætereaq; alterius cruris poplitem inflectat. Quádoquidem ita neceſſe eſt, vt manu quæ eſt à parte affecti cruris, ſuperiori femoris parti obiecta, ad quemlibet ingreſſum firmetur. Quæ res certè efficit, vt ad inguina aliquantulum incuruari cogatur. In alterna enim crurum inter ambulandum viciſſitudine, ſuper crure affecto corpus ferri nequit, niſi admota manu crus illud terræ obfirmetur, præſertim cùm articulus corpori non ſubſtet, ſed ad coxendicem poſteriorem in partem promineat. Ij tamen abſq; baculo incedere, ſi aliàs aſſueuerint, poſſunt, propterea quòd pedis greſſus priſtinam directionem ſeruat, neq; exterioré in partem inclinat. Quocirca conto cui innitantur nihil indigent. Atqui ſi femoris apprehenſi loco, alæ quæ ad crus affectum eſt ſubiecto ſcipioni inniti velint, ij lógiore quidem ſuppoſito ſcipione, erectiores incedent, pede tamen humi non innituntur. Quòd ſi pede inniti velint, breuiorem eſſe baculum oportet, eoſque inſuper ad inguina inflecti neceſſe eſt. At carnium imminutiones iis etiam pro ratione, velut ante dictum eſt, contingunt. Quibus enim crus ſuſpenſum eſt & nihil laborant, iis vel maximè imminuuntur, minimum verò, vbi plurimùm ingreſſu vtútur. Crus tamen integrum non modò nihil vtilitatis conſequitur, verumetiam deformius redditur, ſi affecto crure ad terram innixi vtantur. Illi enim dum ſubſeruit, tum in exterioré partem coxendicem prominere, tum poplitem inflecti neceſſe eſt. Quòd ſi affecto crure terram non cótingat, ſed eo ſuſpenſo ſcipioni innitatur, eo ſanè pacto crus integrú robuſtius euadet, cùm & naturaliter habeat, & exercitatione magis corroboretur. Ceterùm hæc ad artem Medicá nihil pertinere dixerit fortaſſe quiſpiam. Nimirum quid attinet de his quæ nullam ampliùs curationem admittunt, copioſiorem adhuc doctrinæ ſermoné facere? Iſtud verò plurimú refert. Eadé enim notione, cùm iſta inter ſe ſeparari nequeant, cóprehenduntur.

ἔστω δ' ἐξαρθρήσιος, καὶ τὸ φύσει τι πέφυκεν ἐπὶ τὸ πυγαίου τὸ ἔξω μέρος. ξυγκάμπτειν μὲν τι δύνανται, ὅταν μὴ ὀδύνη κωλύοι. καὶ ἡ κνήμη τε καὶ ὁ πούς, ὀρθὰ ἐπιεικέως φαίνονται, καὶ οὔτε τῇ οὔτε τῇ πολὺ ἐγκεκλιμένα. κατὰ δὲ τὸν βουβῶνα δοκεῖ τι ἡ σάρξ, λαπαρωτέρη εἶναι ποτιψαυομένη. ἅτε τοῦ ἄρθρου ἐς τὸ ἐπὶ θάτερα μέρη ὠλισθηκότος. A κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν πυγαῖον διαψαυομένη ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ δοκεῖ τι ἐξογκέειν μᾶλλον. B τὰ μὲν οὖν σημεῖα ταῦτα, ᾧ ἂν ἐς τὸ ὄπισθεν ἐκπεπτώκῃ ὁ μηρός. ὅτῳ μὲν οὖν τετελειωμένῳ ἤδη ἐκπεσὸν μὴ ἐμπέσῃ, ὁδοιπορέειν μὲν δύναται, ὅταν ὁ χρόνος ἐγγένηται, καὶ ἡ ὀδύνη παύσηται, καὶ ἐθισθῇ τὸ ἄρθρον ἐν τῇ σαρκὶ ἐγκυλινδεῖσθαι. ἀναγκάζεται μὲν τοι ἰσχυρῶς ξυγκάμπτειν κατὰ τοὺς βουβῶνας ὁδοιπορέων, διὰ δισσὰς προφάσιας. C ἅμα μὲν ὅτι πολλῷ βραχύτερον τὸ σκέλος γίνεται, διὰ τὰ προειρημένα, καὶ τῇ μὲν πτέρνῃ καὶ πάνυ πολλοῦ δέεται ψαύειν τῆς γῆς. ἢν γὰρ πειρᾶται καὶ ἐπ' ὀλίγον τῷ ποδὶ ὀχήσασθαι μηδενὶ ἄλλῳ ἀντιστηριζόμενος, ἐς τὸ ὄπισθεν ἂν πίπτοι. ἡ γὰρ ῥοπὴ πολλὴ ἂν εἴη τῶν ἰσχίων ἐπὶ πολὺ εἰς τοὔπισθεν ὑπερεχόντων ὑπὲρ τοῦ ποδὸς τῆς βάσιος, καὶ τῆς ῥάχιος ἐς τὰ ἰσχία ῥεπούσης. μόλις δὲ τῷ στήθει τοῦ ποδὸς καθικνέεται, καὶ οὐδὲ οὕτως, ἢν μὴ κάμψῃ αὐτὸς ἑωυτὸν κατὰ τοὺς βουβῶνας, D καὶ τῷ ἑτέρῳ σκέλει κατὰ τὴν ἰγνύην ἐπιξυγκάμψῃ. ἔπειτα δὲ τούτοισιν ἀναγκάζεται ὥστε τῇ χειρὶ τῇ κατὰ τὸ σιναρὸν σκέλος ἐρείδεσθαι ἐς τὸ ἄνω τοῦ μηροῦ ἐφ' ἑκάστῃ ξυμβάσει. ἀναγκάζει δ' οὖν καὶ τοῦτο αὐτὸν ὥστε κάμπτεσθαι κατὰ τοὺς βουβῶνας. ἐν γὰρ τῇ μεταλλαγῇ τῶν σκελέων ἐν τῇ ὁδοιπορίῃ, οὐ δύναται τὸ σῶμα ὀχεῖσθαι ἐπὶ E τοῦ σιναροῦ σκέλεος, εἰ μὴ προσκατερείδηται τὸ σιναρὸν πρὸς τὴν γῆν ὑπὸ τῆς χειρός, ἅτε οὐχ ὑφεστεῶτος τοῦ ἄρθρου ὑπὸ τῷ σώματι, ἀλλ' ἐς τὸ ὄπισθεν ἐξεστεῶτος κατὰ τὸ ἰσχίον. ἄνευ μὲν τοῦ ξύλου δύνανται ὁδοιπορέειν οἱ τοιοῦτοι, ἢν ἄλλως ἐθισθῶσι, διότι ἡ βάσις τοῦ ποδὸς κατὰ τὴν ἀρχαίην ἰθυωρίην ἐστίν, ἀλλ' οὐκ ἔξω ἐγκεκλιμένη. διὰ F τοῦτο οὖν οὐδὲν δέονται τῆς ἀντικοντώσιος. ὅσοι μέντοι βούλονται ἀντὶ τῆς ὑπὸ τοῦ μηροῦ ἐπιλαβῆς ὑπὸ τὴν μασχάλην τὴν κατὰ τὸ σιναρὸν σκέλος ὑποτιθέμενοι σκίπωνα ἀντερείδειν, ἢν μὲν μακρότερον τὸ σκίπωνα ὑποτιθῶνται, ὀρθότεροι μὲν ὁδοιπορέουσι, τῷ δὲ ποδὶ πρὸς τὴν γῆν οὐκ ἐρείδονται. εἰ δ' αὖ βούλονται ἐρείδεσθαι τῷ ποδί, βραχύτερον μὲν τὸ ξύλον ποιητέον. κατὰ δὲ τοὺς βουβῶνας ἐπιξυγκάμπτοιντο ἄν. τῶν δὲ σαρκῶν αἱ μι- G νυθήσιες κατὰ λόγον γίνονται καὶ τούτοισιν, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται. τοῖσι μὲν γὰρ μετέωρον ἔχουσι τὸ σκέλος καὶ μηδὲν ταλαιπωρέουσι, τούτοισι καὶ μάλιστα μινύθει. εἰ δ' αὖ πλεῖστα χρέονται τῇ ἐπιβάσει, τούτοισιν ἥκιστα μινύθει. τὸ μέντοι ὑγιὲς σκέλος οὐκ ὠφελεῖται, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἀσχημονέστερον γίνεται, ἢν χρέωνται τῷ σιναρῷ σκέλει ἐπὶ τὴν γῆν. συνυπουργέον γὰρ H ἐκείνῳ ἐξίσχειν τε ἀναγκάζεται εἶναι καὶ κατὰ τὴν ἰγνύην ξυγκάμπτειν. ἢν δὲ μὴ προσχρέηται τῷ σιναρῷ ἐπὶ τὴν γῆν ἀλλὰ μετέωρον ἔχων, σκίπωνι ἀντερείδηται. οὕτω δὲ καρτερὸν γίνεται τὸ ὑγιὲς σκέλος, ἔν τε γὰρ τῇ φύσει διαιτᾶται, καὶ τὰ γυμνάσια προσκρατύνει αὐτό. φαίη μὲν οὖν ἄν τις ἔξω ἰητρικῆς τὰ τοιαῦτα εἶναι. τί γὰρ δεῖ δὴ περὶ τῶν ἤδη ἀνηκέστων γεγονότων ἔτι προσξυνιέναι; πολλοῦ δὲ δεῖ οὕτως ἔχειν. τῆς γὰρ αὐτῆς γνώμης καὶ ταῦτα ξυνιέναι, οὐ γὰρ οἷόν τε ἀπαλλοτριωθῆναι ἀπ' ἀλλήλων.

δεῖ μὲν

A δεῖ μὲν γὰρ καὶ τὰ ἀκεστὰ μηχανᾶσθαι ὅκως μὴ ἀνήκεστα ἔσται, ξυνιέντα ὅκη ἂν μάλιστα κωλυτέα εἰς τὸ ἀνήκεστον ἐλθεῖν. δεῖ δὲ καὶ τὰ ἀνήκεστα ξυνιέναι, ὡς μὴ μάτην λυμαίνηται. τὰ δὲ προῤῥήματα λαμπρὰ καὶ ἀγωνιστικὰ ἀπὸ τοῦ διαγινώσκειν ὅκη ἕκαστον, καὶ οἵως, καὶ ὁπότε τελευτήσει, ἤν τε εἰς τὸ ἀκεστὸν τράπηται, ἤν τε εἰς τὸ ἀνήκεστον. ὁκόσοισι δ' ἂν ἐκ γενεῆς, ἢ καὶ ἄλλως ἐν αὐξήσει B ἐοῦσιν, οὕτως ὀλισθὲν τὸ ἄρθρον ὀπίσω καὶ μὴ ἐμπέσῃ, ἤν τε βίῃ ὀλισθῇ, ἤν τε καὶ ὑπὸ νόσου. πολλὰ γὰρ τοιαῦτα ἐξαρθρήματα γίνεται ἐν νούσοισι. οἷαι δὲ τινές εἰσιν αἱ νοῦσοι ἐν ᾗσιν ἐξαρθρέεται τὰ τοιαῦτα, ὕστερον γεγράψεται. ἢν οὖν ἐκπεσὸν μὴ ἐμπέσῃ, τοῦ μὲν μηροῦ τὸ ὀστέον βραχὺ γίνεται. κακοῦται δὲ πᾶν τὸ σκέλος καὶ ἀναυξέστερον γίνεται, καὶ ἀσαρκότερον πολλῷ, διὰ τὸ μη- C δὲν προσχρέεσθαι αὐτῷ. κακοῦται γὰρ τούτοισι καὶ τὸ κατὰ τὴν ἰγνύην ἄρθρον. τὰ γὰρ νεῦρα ἐντεταμένα γίνεται διὰ τὰ προειρημένα. διὸ οὐ δύνανται τὸ κατὰ τὴν ἰγνύην ἄρθρον ἐκτανύειν οἷσιν ἂν οὕτως ἰσχίον ἐκπέσῃ. ὡς γὰρ ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, πάντα τὰ ἐν τῷ σώματι ὁκόσα ἐπὶ χρήσει γέγονε, χρεομένοισι μὲν μετρίως καὶ D γυμναζομένοισιν ἐν τῇσι ταλαιπωρίῃσιν ἐν ᾗσιν ἕκαστα εἴθισται, οὕτω μὲν ὑγιεινὰ, καὶ αὔξιμα, καὶ εὔγηρα γίνεται, μὴ χρεομένοισι δὲ ἀλλ' ἐλινύουσι νοσηρότερα γίνεται, καὶ ἀναυξέα, καὶ ταχύγηρα. ἐν δὲ τούτοισιν οὐχ ἥκιστα τὰ ἄρθρα τοῦτο πέπονθε καὶ τὰ νεῦρα, ἢν μή τις αὐτοῖσι χρέηται. κακοῦται οὖν διὰ ταύτας τὰς προφάσιας μᾶλλον ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ ὀλισθήματος ἢ ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν. ὅλον γὰρ τὸ σκέ- E λος ἀναυξὲς γίνεται, καὶ τῇ ἀπὸ τῶν ὀστέων φύσει, καὶ τῇ ἀπὸ τῶν σαρκῶν, οἱ οὖν τοιοῦτοι ὁκόταν ἀνδρωθῶσι μετέωρον καὶ συγκεκαμμένον τὸ σκέλος ἴσχουσιν, ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ὀχέονται καὶ τῷ ξύλῳ ἀπερειδόμενοι, οἱ μὲν, ἑνὶ, οἱ δὲ δυοῖν.

Danda ſiquidem opera eſt, ne quæ curationem admittere poſſunt, incurabilia euadant, proſpicientes quanam potiſſimum ratione prohibeamus, quò minùs eò deueniant, vt incurabilia reddantur. Quæ verò nullam curationem admittunt, proſpicere etiã oportet ne maximè noxia efficiantur. Prædictiones autem ſplendidæ & laude dignæ ex eo exiſtũt, quòd dignoſcimus quonam, & quanam ratione, aut quando, res quæque exitum habitura ſit, ſiue eò tendat vt curationem recipiat, ſiue curationis ſpem adimat. At quibus vel à primo ortu, vel alioqui dum adhuc augentur, articulus hoc modo in poſteriorem partem prolapſus, ac minimè reconditus fuerit, ſiue per vim, ſiue per morbum hic caſus inciderit (multę nanque luxationes huiuſmodi per morbos fiunt, quibuſnam verò in morbis iſta contingant paulò poſt ſcribetur.) Si prolapſus igitur articulus reſtitutus non fuerit, os femoris breue quidem redditur, crus autem vniuerſũ, eò quòd nulli ſit vſui, vitiatur & incremẽto deſtituitur, longeq́; gracilius euadit, quòd nihil ad vſum cedat. In iis etiam poplitis articulus vitium ſentit. Nerui nanq; ex prædictis cauſis intenduntur. Ideò neque poplitis articulum extendere poſſunt quibus hunc in modum coxa elapſa ſit. Quæcunq; enim (vt breuiter dicam) corpori vſum aliquem præſtant, ea ſi quis in eo laboris genere quod cuiq; eſt conſuetum, moderatè exerceat, hac quidem parte bene valent, augentur & ad maturam ſenectutem perueniunt: ſin contra otientur neq; in vſum veniat, morbis patent, incremento priuantur, celeriterq́; conſeneſcunt. Inter quæ maximè id articuli & nerui ſentiunt, ſi in vſionem non veniant. His igitur de cauſis hoc in luxationis genere, maiorem quàm in cæteris noxiam accipiunt. Crus nanq; totum, tum quod ad oſſium, tum quod ad carnium naturam ſpectat, incremento deſtituitur. Ij ergo vbi in viros euaſerunt, crus ſuſpẽſum & inclinatum habentes, ſuper altero, baculo vno, aut etiam altero innixi, feruntur.

** ἀλλ' ἥκιστα τοῦ ἐκ παλαιοῦ] Hæc eſt codicum omnium lectio, quam etiam ex pluralitate ſecutus ſum, vt ſenſus ſit, hos multo minus crus extendere, quàm quibus vitium inueterauerit, quòd ij inguinis & poplitis articulum magis extendere queant, vbi ex in- F ueterata luxatione callus & lentor quidam ea parte contractus fuerit, qui diſtentionem doloris expertem faciat, vt ſcribitur poſtea. Quod etſi verum eſt, melior tamen mihi videtur lectio, ἀλλ' ἥκιστα τῶν ἐκπαλέων, ἀπὸ τοῦ ἐκπαλλέειν aut ἐκπαλαίειν, hoc eſt, ἐξαρθρεῖν, hac notione, vt ex omnibus femoris luxationibus, ij præcipuè quibus in poſteriorem partem procidit, minimè inguinis ac poplitis articulum extendere queant. Quod ſanè vt eſt rationi conſentaneum, eam etiam lectionem ſequitur Galenus libr. 6. de loc. affect. hoc modo: ἀλλ' ἥκιστα τῶν ἐκπαλαισάντων, ἔξω ἐκτανύουσι καὶ τὸ κατὰ τὸν βουβῶνα, καὶ τὸ κατὰ τὴν ἰγνύην ἄρθρον, Vbi tamen Interpres vſitatam & vulgatam codicum lectionem ſecutus eſt, alio tamen ſenſu. Hanc verò femoris in poſteriora luxationem ſic exprimit Celſus. Sed & ſi in poſteriorem (prolapſum eſt) extendi non poteſt crus, breuiuſque eſt, vbi conſtitit, calx quoq; terram non contingit. Paulus verò: οἱ δὲ ἐπὶ τὰ ὀπίσω ἐξαρθρήσαντες, οὐκ ἐκτανύουσι τὴν ἰγνύαν, οὔτε τὸ γόνυ. ἔτι δὲ ἐπισυμβαίνει δ' αὐτοῖς ... ἐπὶ ὁ ὁ βουβὼν ἐπισυμβαίνει. καὶ ὅλον δὲ τὸ σκέλος βραχύτερον, ὁ βουβὼν λαπαρώτερος φαίνεται, καὶ κατὰ τὴν πυγὴν ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ ἐξογκοῦται.

καὶ κατὰ τὴν ὑστέρην πλανᾶται] In veteri peruerſionibus, vterus huc & illuc oberrare videtur, ideoq́; veteribus & Platoni in Timæo a- G nimatus creditur, eumq́; ζῷον ἐπιθυμητικὸν ἐὸν τῆς παιδοποιίας, καὶ πλανώμενον πάντη κατὰ τὸ σῶμα, vocat. Qua de re agit Galenus lib. 6. de loc. affect. vbi & hunc locum integrum exponit.

λαπαρωτέρη ἐστὶ] λαγαρωτέρη legiſſe videtur Paulus, qua dictione inguen non diſtentum nec plenum, ſed vacuum ſignificat, quod ἐγκοίλῳ opponitur, ad quod etiam τὸ λαπαρὸν conſequitur.

ἢν γὰρ πουλὺ τὸ] Sic omnia habent publicata exemplaria. Manu ſcripta autem πειρᾶται τὸ legunt, quemadmodum dixit Homerus Il. β. (v. 73.) πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι ἣ θέμις ἐστί.

30 Οἷσι δ' ἂν ἐς τοὔμπροσθεν ἡ κεφαλὴ μηροῦ ἐκπέσῃ. ὀλίγοισι δὲ τοῦτο γίνεται. οὗτοι ἐκτανύειν μὲν τὸ σκέλος δύνανται τελείως. ξυγκάμπτειν δὲ ἥκιστα οὗ- H τοι δύνανται τὰ κατὰ τὸν βουβῶνα, πονέουσι δὲ καὶ ἢν κατὰ τὴν ἰγνύην ἀναγκάζωνται ξυγκάμπτειν. μῆκος δὲ τοῦ σκέλεος παραπλήσιον φαίνεται κατὰ μὲν τὴν πτέρνην καὶ πάνυ. ἄκρος δὲ ὁ ποὺς ἧσσον ἂν προκύπτειν ἐθέλοι ἐς τοὔμπροσθεν. ὅλον δὲ τὸ σκέλος ἔχει τὴν ἰθυωρίην κατὰ τὴν φύσιν, καὶ οὔτε τῇ, οὔτε τῇ ῥέπει. ὀδυνῶνται δὲ αὐτίκα οὗτοι μάλιστα, καὶ οὖρον ἴσχεται τὸ πρῶτον μᾶλλον ἢ τοῖσιν ἄλλοισιν ἐξαρθρήμασι.

At quibus priorem in partem femoris caput prolapſum eſt (quod paucis contingit) ij perfectè quidem crus extendere poſſunt, incuruari verò ad inguen minimè. Quin & laborant ſi poplitem inflectere cogantur. Crus verò lõgitudine æquale cõſpicitur, idq́; ad calcem maximè. Sed pes ſummus minùs aliquanto in anteriorem partem propendere poteſt. Crus autem vniuerſum naturalem rectitudinem ſeruat, neque in hanc vel illam partem tendit. Dolore quoque ij ſtatim præcipuè afficiuntur, vrinaq; imprimis potiùs quàm aliis in luxationibus ſupprimitur.

In his enim femoris caput proximè ad inſignes neruos incumbit,& ad inguen quidé intumeſcũt,iſtq; locus contentus cõſpicitur,ad nates auté in rugas magis contractus & ſummè gracilis. Atq; hæ quidem dictæ ſunt notæ eorum quibus hunc in modum femur prolapſum eſt. Quibus igitur iá adultis, articulus hic elapſus reconditus non fuerit,ij vbi dolor cõquieuerit & articulus eo in loco in quem excidit verti aſſueuerit,protinus ferè erecti abſq; baculo ingredi poſſunt,idq; admodũ erecti,nimirũ cùm affectum crus neq; ad inguen , neque ad poplitem facilè incuruare queant. Ideoq; quòd ad inguen flecti nequeant, toto crure ad ingreſſum magis erecto,quàm cùm valebát, vtuntur. Interdumq; pedem per terram trahũt,vt qui ſuperiores articulos non facilè inflectát, & toto pede inambulent. Neq; enim minùs hi calce quá anteriore pedis parte incedũt. Quòd ſi multũ progredi poſſent,vel planè calci inſiſterét. Nam & bene valentes quo longiùs iter faciendo procedunt,hoc magis calci inſiſtũt,pede vno defixo alterũ attollentes. Quib. ergo hoc modo luxatio contigit, ij magis adhuc calce quàm pedis parte anteriore impingũt. Pedis enim pars anterior,cùm crus reliquum extentũ eſt,non ęquè ac ſi inflexum fuerit,in priorem partem flecti poteſt. Neq; contra pes ſimus reddi poteſt crure inclinato,velut extento. At crus quidem cùm bene valet, quomodo diximus à natura cõſtitutum eſt. Cùm verò prolapſus articulus repoſitus non fuerit,ob cõmemoratas cauſas,velut dictum eſt inambulát. Ad nates tamen & carnoſam tibiæ poſteriorem partem,atq; è regione poſterioris partis , crus altero gracilius redditur. At quibus tenella adhuc ætate ſic luxatus articulus recõditus nõ fuerit,vel à prima origine id cõtigerit,iis quoq; femoris os aliquanto magis quá tibiæ aut pedis imminuitur. Et minimùm quidem in hoc luxationis genere femur imminuitur. Carnes tamen omni ex parte,pręſertimq; ex poſteriore regione imminuuntur,velut iam ſupra dictũ eſt. Qui ergo rectè educati fuerint,ij dum augentur,crure quidé, etſi altero aliquantum breuiore, vti poſſunt, baculo tamen qua parte crus lęſum eſt,innitentes. Neq; enim abſq; calce imam plantam ad vſum demittere admodum queunt,quod in aliis claudicationibus quibuſdam licet. Cuius rei ea cauſa eſt quá paulò antè retulimus. Iccirco igitur baculo inſuper indigent. At qui neglecti fuerint,neq; crus in terram demittunt, ſed ſuſpéſum habent, iis oſſa quidé quòd ad incrementũ attinet,potiùs quàm iis qui eo vtuntur,imminuũtur,carnes verò multò etiam magis. Circa articulos autem, quòd ad directionem ſpectat,crure ij aliquáto magis capti ſunt,quàm quibus aliter luxatio contigerit.

ἐγκέεται γὰρ ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ ἐγγυτάτω τούτοισι τῶν τόνων τῶν ἐπικαίρων. A καὶ κατὰ μὲν τὸν βουβῶνα ἐξογκέον καὶ κατατεταμένον τὸ χωρίον φαίνεται, κατὰ δὲ τὸ πυγαῖον, στολιδωδέστερον καὶ ἀσαρκότερον. ταῦτα μὲν οὖν σημεῖά ἐστι τὰ εἰρημένα, ὧν ἂν οὕτως ἐκπεπτώκῃ ὁ μηρός. ὁκόσοισι μὲν οὖν ἂν ἤδη ἠνδρωμένοισι τοῦτο τὸ ἄρθρον ἐκπεσὸν μὴ ἐμπέσῃ, οὗτοι ὁκόταν αὐτέοισιν ἡ ὀδύνη παύσηται, καὶ τὸ ἄρθρον ἐθισθῇ ἐν τῷ B χωρίῳ τούτῳ στρέφεσθαι ἵνα ἐξέπεσεν, οὗτοι δύνανται σχεδὸν εὐθὺς ὀρθοὶ ὁδοιπορέειν ἄνευ ξύλου, καὶ πάνυ μέν τοι εὐθέες. ἐπεὶ δὲ σιναροί, ἅτε οὔτε κατὰ τὸν βουβῶνα εὔκαμπτοι ἐόντες, οὔτε κατὰ τὴν ἰγνύην. διὰ γοῦν τοῦ βουβῶνος τὴν ἀκαμπίην εὐθυτέρῳ ὅλῳ τῷ σκέλει ἐν τῇ ὁδοιπορίῃ χρέονται, ἢ ὅτε ὑγιαίνοντες. καὶ σύρουσι δὲ ἐνίοτε πρὸς τὴν γῆν τὸν πόδα, ἅτε οὐ ῥηιδίως C ξυγκάμπτοντες τὰ ἄνω ἄρθρα, καὶ ἅτε πάντῃ βαίνοντες τῷ ποδί. οὐδὲν γὰρ ἧσσον τῇ πτέρνῃ οὗτοι βαίνουσιν, ἢ τῷ ἔμπροσθεν. εἰ δέ γε ἠδύναντο μέγα προβαίνειν, κἂν πάνυ πτερνοβάται ἦσαν. καὶ γὰρ οἱ ὑγιαίνοντες ὅσῳ ἂν μέζον προβαίνοντες ὁδοιπορέωσι, τοσούτῳ μᾶλλον πτερνοβάται εἰσί, τιθέντες τὸν πόδα, αἴροντες δὲ τὸν ἐναντίον. ὁκόσοισι δὲ δὴ οὕτως ἐκπέπτωκε, καὶ ἔτι μᾶλλον τῇ πτέρνῃ προσεγχρίμπτουσιν, ἢ τῷ ἔμπροσθεν. τὸ γὰρ ἔμπροσθεν τοῦ ποδός, ὅταν ἐκτεταμένον ᾖ, τὸ ἄλλο σκέλος οὐχ ὁμοίως δύναται ἐς τὸ πρόσω καμπυλέεσθαι, D ὥσπερ ὅταν ξυγκεκαμμένον εἴη τὸ σκέλος. οὔτ᾽ αὖ σιμοῦσθαι δύναται ὁ ποὺς ξυγκεκλιμένου τοῦ σκέλεος, ἕως ὅταν ἐκτεταμένον ᾖ τὸ σκέλος, ὑγιαίνοντά τε οὖν ἡ φύσις οὕτω πέφυκεν, ὥσπερ εἴρηται. ὅταν δὲ ἐκπεσὸν μὴ ἐκπέσῃ τὸ ἄρθρον, οὕτως ὁδοιπορέουσιν ὡς εἴρηται, διὰ τὰς προφάσιας ταύτας τὰς εἰρημένας. ἀσαρκότερον μέν τοι τὸ σκέλος τοῦ ἑτέρου γίνεται, κατά τε τὸ πυγαῖον, κατά τε γαστροκνημίην, καὶ κατὰ τὴν ὄπισθεν ἴξιν. E οἷσι δ᾽ ἂν νηπίοισιν ἐοῦσι τὸ ἄρθρον οὕτως ὀλισθάνον μὴ ἐμπέσῃ, ἢ καὶ ἐκ γενεῆς οὕτω γένηται, καὶ τούτοισι τὸ τοῦ μηροῦ ὀστέον μᾶλλον τι μινύθει, ἢ τὰ τῆς κνήμης, καὶ τὰ τοῦ ποδός. ἥκιστα μὲν ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ ὀλισθήματος ὁ μηρὸς μειοῦται. μινύθουσι μέν τοι αἱ σάρκες πάντῃ, μάλιστα δὲ κατὰ τὴν ὄπισθεν ἴξιν, F ὥσπερ ἤδη καὶ πρόσθεν εἴρηται. ὅσοι μὲν οὖν τιθηνηθῶσιν ὀρθῶς, οὗτοι μὲν δύνανται προσχρέεσθαι τῷ σκέλει αὐξανόμενοι, βραχυτέρῳ μέν τοι τοῦ ἑτέρου ἐόντι. ὅμως δὲ ἐρειδόμενοι ξύλῳ ἐπὶ ταῦτα ᾗ τὸ σιναρὸν σκέλος. οὐ γὰρ κάρτα δύνανται ἄνευ τῆς πτέρνης τῷ στήθει τοῦ ποδὸς χρέεσθαι, ἐπικαθιέντες ὥσπερ ἐν ἑτέροις χωλώμασιν ἔνιοι δύνανται. αἴτιον δὲ τοῦ μὴ δύνασθαι τὸ ὀλίγῳ πρόσθεν εἰρημένον. G διὰ οὖν τοῦτο προσδέονται ξύλου. ὅσοι δ᾽ ἂν καταμεληθῶσι καὶ μηδὲν χρέονται ἐπὶ τὴν γῆν τῷ σκέλει, ἀλλὰ μετέωρον ἔχουσι, τούτοισι μινύθει μὲν τὰ ὀστέα ἐς αὔξησιν μᾶλλον, ἢ τοῖσι χρεομένοισι, μινύθουσι δὲ καὶ αἱ σάρκες πολὺ μᾶλλον ἢ τοῖσι χρεομένοισι. κατὰ δὲ τὰ ἄρθρα ἐς τὸ εὐθὺ πηροῦνται τούτοισι τὸ σκέλος μᾶλλον τι, ἢ οἷσιν ἂν ἄλλως ἐκπεπτώκῃ.

10 οἷσι δ᾽ ἂν ἐς τὸ ἔμπροσθεν] Celſus iſtud his verbis exprimit. Si in priorem partem (femur prolapſum eſt) crus extenſum eſt, implicarique non poteſt,alteri cruri ad calcem par eſt,ſed ima planta minùs in partem inclinatur, dolorq; in hoc caſu præcipuus eſt, & maximè vrina ſupprimitur. Paulus verò, οἷς δὲ ὡς ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν, ἐκτείνουσι τε χωλεὶς ἐθ... τὰ τοῦ γόνατος, οὐδὲ ... ἐπὶ τὰ ... βαδίζειν ... τὰ τε ... ἐπέχεται, καὶ ὁ μὲν βουβὼν ἐξογκοῦται, τὸ δὲ πυγαῖον ῥυσσὸν τε καὶ ἀσαρκότερον φαίνεται, καὶ πτερνοβατοῦσιν ἐν τῇ πορείᾳ. H Sic enim mihi locus legendus videtur. Quibus in verbis etſi ... ferri rectè poteſt, ... tamen ex Hippocrate legi debere ſuſpicor. Ij nanq; poplitem inclinare aut demittere ad interiora inter ambulandum nequeunt,quod de ſummo pede dixit Hippocrates,qui ad interiora inclinari,niſi genu curuetur,nequit.

στολιδωδέστερον] στολιδωδέστερον, ῥυσότερον Galenus in Exegeſi explicat,hunc locum ſubnotans,in rugas & plicas magis contractum,aut rugoſius. Sic Paulus, πυγαῖον ῥυσσὸν ſcribit. Sic quoq; στολιδῶδες μέτωπον & ὄλκοι Medicis dicitur ῥυσσῶδες,vt & Martialis dixit,Rugoſiorem cum ſtola frontem geras. Et κονδυλώματα στολιδώδεις ἐπαναστάσεις in ano Paulo dicuntur. Et δακτύλιον στολιδώδης Aëtio ἐπ... ἴχει ῥυτίδας. In Mochlico hunc locum exprimens Hippocrates, τὰ ὄπισθεν στολιδώδεα ſcribit.

καὶ ἅτε πάντῃ βαίνοντες τῷ ποδί] Toto pede inambulare dicuntur qui totum pedem in terram demittunt,eoq; toto innituntur , tum

calce,

A calce, tum ima planta, & digitis, quod Celſus totum pedem eſſe dixit. Sic enim hunc locum exprimit. Vbi cum dolore inflammatio quieuit, commodè ingrediuntur, totuſque eorum pes eſt.

τῇ πτέρνῃ περιέχειν τοῖσιν ἢ τὸ ἔμπροσθεν] ἢ τὸ ἔμπροσθεν (vt priùs) legiſſe videntur omnes interpretes, quos etiam ſecuti ſumus, etſi vulgatam lectionem retinent omnia exemplaria, tum publicata, tum manu ſcripta.

ἐς τὸ πρόσω κυμπυλίδας] κυμπυλίδας videtur legiſſe Erotianus, & κάμπτεσθαι exponit, vt & πρόσω ἔμπροσθεν, vt ſit πρόσω κυμπυλίδας; in anteriorem partem pedem flecti, incuruari & deprimi.

33 Ὡς μὲν οὖν ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι, τὰ ἄρθρα τὰ ἐκπίπτοντα καὶ τὰ ὀλισθαίνοντα ἀνίσως αὐτὰ ἑωυτοῖσιν ἐκπίπτει καὶ ὀλισθαίνει, B ἄλλοτε μὲν πολὺ πλείονα, ἄλλοτε δὲ πολὺ ἐλάσσονα. καὶ οἷσι ἂν μὲν πολὺ πλεῖον ὀλισθῇ ἢ ἐκπέσῃ, χαλεπώτερα ἐμβάλλειν τὸ ἐπίπαν ἐστί. καὶ ἢν μὴ ἐμβιβασθῇ μείζους καὶ ἐπιδηλοτέρας τὰς πηρώσιας καὶ κακώσιας ἴσχει τὰ τοιαῦτα, καὶ ὀστέων, καὶ σαρκῶν, καὶ σχημάτων. ὅταν δὲ μεῖον ἐκπέσῃ καὶ ὀλισθῇ, ῥηΐδιον μὲν ἐμβάλλειν τὰ τοιαῦτα τῶν ὀστέων C γίνεται. ἢν δὲ κατορθωθῇ ἢ ἀμεληθῇ ἐμπεσεῖν, μείους καὶ ἀσινέστεραι αἱ πηρώσιες γίνονται τούτοισιν, ἢ οἷσιν ὀλίγῳ πρόσθεν εἴρηται. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἄρθρα καὶ πάνυ πολὺ διαφέρει ἐς τὸ ὁτὲ μὲν μεῖον, ὁτὲ δὲ μεῖζον τὸ ὀλίσθημα ποιέεσθαι. μηροῦ δὲ καὶ βραχίονος κεφαλαὶ παραπλησιώτατα ὀλισθαίνουσιν αὐτὴ ἑωυτῇ ἑκατέρη. ἅτε γὰρ στρογγύλαι μὲν αἱ κεφαλαὶ ἐοῦσαι, D ἁπλῆν τὴν στρογγύλωσιν καὶ φαλακρὴν ἔχουσι. κυκλοτερέες δὲ αἱ κοιλίαι ἐοῦσαι αἱ δεχόμεναι τὰς κεφαλάς, ἁρμόζουσαι δὲ τῇσι κεφαλῇσι. διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν αὐτῇσι τὸ ἥμισυ ἐκστῆναι τοῦ ἄρθρου. ὀλισθαίνοι γὰρ ἂν διὰ τὴν περιφερείην ἢ ἐς τὸ ἔξω, ἢ ἐς τὸ εἴσω. περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστίν, ἐκπεπτώκασι τελέως ἤδη, ἐπεὶ E ἄλλως γε οὐκ ἐκπίπτουσιν. ὅμως δὲ καὶ ταῦτα ὁτὲ μὲν πλεῖον ἀποπηδᾷ ἀπὸ τῆς φύσιος, ὁτὲ δὲ ἔλασσον. μᾶλλον δὲ τὸ μηροῦ ἢ τὸ τοῦ βραχίονος πέπονθεν. ἐπεὶ ἔνια καὶ τῶν ἐκ γενεῆς γενομένων ὀλισθημάτων ἢν μικρὸν ὀλισθῇ, οἷά τε ἐς τὴν φύσιν ἄγεσθαι, καὶ μάλιστα τὰ παρὰ τοῦ ποδὸς ἄρθρα. ὁκόσοι ἐκ γενεῆς κυλλοὶ γίνονται, τὰ πλεῖστα τούτων ἰήσιμα ἐστιν, ἢν μὴ πάνυ μεγάλη ἡ F ἔκκλισις εἴη, ἢ καὶ προηυξημένων ἤδη τῶν παιδίων ξυμβῇ. ἄριστον μὲν οὖν ὡς τάχιστα ἰητρεύειν τὰ τοιαῦτα, πρὶν πάνυ μεγάλην τὴν ἔνδειαν τῶν ὀστέων τῶν ἐν τῷ ποδὶ γενέσθαι, πρίν τε πάνυ μεγάλην τὴν ἔνδειαν τῶν σαρκῶν τῶν κατὰ τὴν κνήμην εἶναι. τρόπος μὲν οὖν κυλλώσιος οὐχ εἷς, ἀλλὰ πλείονες. τὰ πλεῖστα μὲν οὐκ ἐξηρθρηκότα παντάπασιν, ἀλλὰ G δι' ἔθος σχήματος ἔν τινι ἀπολήψει τοῦ ποδὸς κεκυλλωμένα. προσέχειν δὲ τῇ ἰητρείῃ τοῖσι δὲ χρή. ἀπωθέειν μὲν καὶ κατορθοῦν τῆς κνήμης τὸ κατὰ τὸ σφυρὸν ὀστέον, τὸ ἔξωθεν ἐς τὸ εἴσω μέρος, ἀντωθέειν δὲ ἐς τὸ ἔξω μέρος τὸ τῆς πτέρνης τὸ κατ' αὐτὴν τὴν ἴξιν, ὅκως ἀλλήλοισιν ἀπαντήσῃ τὰ ὀστέα τὰ ἐξίσχοντα κατὰ μέσον δὲ καὶ πλάγιον τὸν πόδα. H τοὺς δ' αὖ δακτύλους ἀθρόους ξὺν τῷ μεγάλῳ δακτύλῳ ἐς τὸ εἴσω μέρος ἐγκλίνειν, καὶ περιαναγκάζειν οὕτως. ἐπιδεῖν δὲ κηρωτῇ ἐρρητινωμένῃ εὖ, καὶ σπλήνεσι, καὶ ὀθονίοισι μαλθακοῖσι μὴ ὀλίγοισι μὴ δὲ ἄγαν πιέζοντα. οὕτω δὲ τὰς περιαγωγὰς ποιέεσθαι τῆς ἐπιδέσιος ὥσπερ καὶ τῇσι χερσὶν ἡ κατόρθωσις ἦν τοῦ ποδός. ὅκως ὁ πους ὀλίγῳ μᾶλλον ἐς τὸ βλαισὸν ῥέπων φαίνηται. ἴχνος δέ τι ποιέεσθαι, ἢ δέρματος μὴ ἄγαν σκληροῦ ἢ μολυβδίνου. προσεπιδεῖν δὲ, μὴ πρὸς τὸ χρῶμα τιθέντα, ἀλλ' ὅταν ἤδη τοῖσιν ὑστάτοισιν ὀθονίοισι μέλλῃς ἐπιδέειν.

In ſumma igitur, articuli qui prolabuntur & luxantur, non eodem ſemper modo excidunt & luxãtur, ſed interdum quidem longè ampliùs, interdum verò multò minùs. Et qui quidem longè ampliùs luxantur aut excidunt, maiore moleſtia in totum reconduntur, ac niſi reponantur, in his oſſa, carnes corporis habitus & magis ac manifeſtius debilitantur & deprauantur. At vbi minùs prolabuntur & luxantur, hæc quidem oſſa facilius reconduntur; cumque fruſtra tentata aut neglecta repoſitio fuerit, iis minores magiſque innoxiæ, quàm quibus paulò antè dictum eſt, debilitates contingunt. Atque in reliquis quidem articulis per ſanè multum intereſt, maiórne interdum an minor luxatio fiat. Verùm tum femoris tum brachij capita, quàm ſimillimas inter ſe vtraque luxationes patiuntur. Cùm namque rotunda ſint, ſimplicem ac læuem rotunditatem habent. Sinus autem ea excipientes rotundiores ſunt, iiſque adaptantur. Quò fit vt articuli dimidiũ in his ſuo loco excedere non poſſit. Ob rotunditatem enim, aut exteriorem in partem, aut interiorem luxabitur. Ergo quòd ad præſentem ſermonem attinet, in totum iã prolabuntur, alioqui minimè excidunt. Interdum tamen ij magis quidem, interdum minùs à naturali ſede exiliunt, magiſque id femori quàm brachio vſuuenit. Nonnulla ſiquidem ex luxatis quæ à primo ortu contigerunt, ſi parua luxatio fuerit, in naturalem ſtatum redire poſſunt, præſertimque ad pedis articulos. Quibus à primo ortu crus varum efficitur, eorum pleriq; curari poſſunt, niſi magna admodum emotio extiterit, aut etiam pueris ætate paulò ampliùs prouectis iſta contigerint. Quàm celerrimè his igitur curationem adhibere optimum eſt, priùs quã & pedis oſſium, & carnis in tibia perquam magnus defectus contingat. Vari igitur non vno modo ſed pluribus fiunt. Plærunq; ſiquidem non ex toto ſede ſua elapſo articulo, ſed quod re aliqua detentus eo habitu aſſueuerit, pes varus efficitur. In eorum autem curatione animaduertendum eſt, vt tibiæ quidem os ad malleolum quod extra ſpectat, interiorem in partem propellatur & dirigatur, contra verò os calcis è directo exteriorem in partem repellatur, quò oſſa quæ extant, tum circa medium, tum circa tranſuerſum pedem, inter ſe concurrant. Digiti verò vnà cum pollice interiorem in partem repente inclinentur, atque hunc in modum cogantur. Adhibito autem cerato quod copioſam reſinam recipiat, & ſpleniis & faſciis mollibus, neque paucis, neque admodum appreſſis, deligatio inſtituenda, neque aliter faſciæ circumducendæ quàm ſi pes manibus componeretur, quò pes paulò magis ad valgum ſpectare videatur. Tum ſolea quædam ex corio non admodũ duro, aut plumbo paranda, eaq; non ad cutem poſita adalliganda, ſed cum iam poſtremas faſcias appoſiturus es.

Vbi iam deuinctus fuerit, vnius cuiuſdam lintei ex quibus deligatio conſtat caput, ad faſcias quæ in inferiore parte pedis exiſtunt, è regione parui digiti aſſuendum, deinde ſurſum intendendum, vt dum moderatè habere videatur, ſupra carnoſá tibiæ partem poſteriorem prominentem circumducatur, atq; ita firmiter collocatum hæreat. Ad ſummum, quaſi quis ceram fingat, ea ad iuſtam naturam adducenda, vt & quæ inclinant & quæ præter naturam diſtenduntur, manibus nec non deligatione in naturalem ſtatum reponantur, neque magna vi ſed leniter cogantur. Ita verò faſciæ aſſuendæ, vt quemadmodum opus eſt, membrum excipiatur. Nam & aliæ claudicationes alium excipiendi modum poſtulant. Tum calceus plumbeus parandus, ſupra vinculum inducendus, eo modulo qualem Chiæ crepidæ habebát. Verùm neq; eo opus eſt, ſi quis rectè, manibus componat, tum rectam faſciarum deligationem adhibeat, tum rectè excipiat. Atque hæc quidem curatio, quæ neque ſectionem, neque vſtionem, neque aliam varietatem vllo modo poſtulat. Iſta nanque opinione celeriùs curationi cedunt. Tempore tamen ſuperanda ſunt, quoad iuſto habitu corpus incrementum acceperit. Cùm verò calcei ratio ineunda erit, accommodatiſſimi erunt calcei arbylæ dictæ, quibus lutum calcatur. Hoc nanque calceamenti genus minimè à pede ſuperatur, ſed ipſum potiùs continet. Maximè quoque accommodata eſt Cretenſis calceamenti ratio.

ὅταν δὲ ἤδη ἐπιδεδεμένος ᾖ, ἑνός τινος τῶν ὀθονίων χρὴ, A
οἷσιν ἐπιδέεται, τὴν ἀρχὴν προσράψαι πρὸς τὰ κάτω τοῦ ποδὸς ἐπιδέσματα κατὰ τὴν ἴξιν τοῦ μικροῦ δακτύλου. ἔπειτα ἐς τὸ ἄνω τείνοντα, ὅκως ἂν δοκέῃ μετρίως ἔχειν, περιβάλλειν ἄνωθεν τῆς γαστροκνημίης, ὡς μόνιμον ᾖ κατατεταμένον οὕτως. ἁπλῷ δὲ λόγῳ, ὥσπερ κηροπλαστέοντα χρὴ ἐς τὴν φύσιν τὴν δικαίην ἄγειν, καὶ B
τὰ ἐκκεκλιμένα καὶ τὰ συντεταμένα παρὰ τὴν φύσιν, καὶ τῇσι χερσὶν οὕτως διορθοῦντα, καὶ τῇ ἐπιδέσει ὡσαύτως, προσάγειν δὲ οὐ βιαίως ἀλλὰ παρηγορικῶς. προσράπτειν δὲ τὰ ὀθόνια ὅκως ἂν ξυμφέρῃ τὰς ἀναλήψιας ποιέεσθαι. ἄλλη γὰρ ἄλλης τῶν χωλωμάτων δέεται ἀναλήψιος. ὑποδημάτιον δὲ ποιέεσθαι μολύβδινον, ἔ- C
ξωθεν τῆς ἐπιδέσιος ἐπιδεδεμένον, οἷον αἱ χῖαι κρηπῖδες ῥυθμὸν εἶχον. ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῦ δεῖ, ἢν ὡς ὀρθῶς μὲν τῇσι χερσὶ διορθώσῃ, ὀρθῶς δὲ τοῖσιν ὀθονίοισιν ἐπιδέῃ, ὀρθῶς δὲ καὶ τὰς ἀναλήψιας ποιέῃ. ἡ μὲν οὖν ἴησις αὕτη, καὶ οὔτε τομῆς, οὔτε καύσιος οὐδὲν δεῖ, οὔτ' ἄλλης ποικιλίης. θᾶσσον γὰρ ἐνακούει τὰ τοιαῦτα τῆς ἰητρείης, ἢ ὡς ἄν τις οἴοιτο. προσνικᾶν μέντοι χρὴ τῷ χρόνῳ, ἕως ἂν αὐξηθῇ τὸ σῶμα ἐν τοῖσι δικαίοισι σχήμασιν. ὅταν δὲ ἐς D
ὑποδήματος λόγον ἴῃ, ἀρβύλαι ἐπιτηδειόταται αἱ πηλοπατίδες καλεόμεναι. τοῦτο γὰρ ὑποδημάτων ἥκιστα κρατέεται ὑπὸ τοῦ ποδὸς, ἀλλὰ κρατεῖ μᾶλλον. ἐπιτήδειος δὲ καὶ ὁ κρητικὸς τρόπος τῶν ὑποδημάτων.

[11] τὰ βιαιότερα τῶν ἰσίων φύσεων] τῶν ἑτέρων legunt exemplaria manu ſcripta, hoc ſenſu, ij facitiùs quàm cæteri reconduntur. Quam lectionem cognoſcunt etiam quædam exemplaria publicata & Aſulanum.

καὶ φαλακρὸν] φαλακρὰ τὰ στρογγύλα μὲν λεῖα δὲ exponit Galenus, & φαλακροῖσι σιδηρίοισι Erotianus, quod de ferramentis Hippocrati dicitur in ſummo capitulatis & læuibus, non acutis. Sic hoc loco ſimplicem rotunditatem vocat, minimè excedentem, ſed læuem & glabram ac lubricam. E

τὰ ἐς πτέρνην τὰ κατ' αὐτὴν τὴν ἴξιν] Sic legunt omnia exemplaria, quæ eſſe vitiata ſatis conſtat. τὰ τῆς πτέρνης nanque legendum eſſe conſtat tum ex rerum natura, tum verò ex Galeno, qui τὴν πτέρνην ἀνωθεῖν ἐκεῖ iubet. Quod etiam viderunt omnes interpretes.

καὶ τὰ ἐκκεκλιμένα καὶ τὰ συντεταμένα παρὰ φύσιν] Sic legunt omnia exemplaria, vt & quæ declinant & quæ præter naturam diſtenduntur ſignificentur. τὰ ἐγκεκλιμένα tamen videntur omnes legiſſe interpretes.

οἷον αἱ χῖαι κρηπῖδες Vitioſa ſunt exemplaria, quæ οἷον αἱ χῖαι, ῥυθμὸν τῇσι χερσὶ εἶχον legunt, pro οἷον αἱ χῖαι κρηπῖδες ῥυθμὸν εἶχον. Dicuntur autem κρηπῖδες * Gellio crepidæ aut crepidulæ prima ſyllaba correpta, calceamenti genus molle & effœminatum, quo ima planta tantum tegebatur. Soleas idem dictas teſtatur, vnde & Soleatos Senatores à T. Caſtritio Rhetore reprehenſos. Omnia enim F
fermè id genus, quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur, cætera propè nuda & teretibus habenis iuncta ſunt, ſoleas Romani dixerunt, nonnunquam voce Græca crepidulas. Idem Gellius, Gallicas M. Tullio Philipp. 2. crepidas dictas vult. Etſi quidam apud Tullium lacernæ genus eſſe volunt, quo Galli pluuias arcent, & aëris iniuriam tutantur. * *Lib. 13. cap. 20.*

ἀρβύλαι πηλοπατίδες] ἀρβύλαι ὑποδήματα τὰ βαθέα exponuntur in Exegeſi, & Erotiano ὑποδήματος εἶδος, vt & Heſychio. ἀρβύλη dicitur & Etymologo eſſe ὑποδήματος εἶδος, παρὰ τὸ ἁρμόζεσθαι τοῖς ποσὶν, οἷον ἁρμύλη. Quod & à Varino adducitur & Scholiaſte Theocriti Idyl. 7. Euripidis autem Scholiaſtes in Oreſte, ὑποδήματος εἶδος κοῖλον καὶ βαθὺ eſſe ſcribit, quod etiam videtur ſecutus Galenus in Comment. cùm calceamenti genus cauum ponit, quod arctiſſimè totum pedem ad malleolos vſque conſtringit, quò ſecuriùs per lutum quis incedere queat. Vnde quod optimè quadrare debeat, ἀγροικικὸν ὑποδήματος εἶδος dicunt. Iulius Pollux tamen cap. 22. lib. 7. ἀρβύλην ὑπόδημα ἁπλοῦν τὴν ἐργασίαν, calceamentum non admodum operoſè confectum ponit. Idem quoq; ex Æſchylo in Phœniſſis, πηλωτὰς ἔχοντας ἐνδεῖς ἐν ἀρβύλαις, adducit. Scholiaſtes Nicandri in Theriacis Euripidis locum ex Oreſte adducens, ἀρβύλας legit. Idemque ἀρβύλην ὑποδήματος εἶδος facit. Meminit porrò huius loci Galenus lib. ad Thraſybulum, vbi ἀρβύλας πηλοπατίδας G
ponit. Exemplaria tamen manu ſcripta Regia quædam πηλοπατίδες habent, quam etiam lectionem agnoſcit Galenus. Quædam etiam πηλοπατίλιδες habent, quod vitiatum videtur. Et quod ad literam attinet quidam codices, ἐς ὑποδήματος λόγον ἴῃ legunt, quam lectionem ſequi videtur Galenus in Commentario.

At verò quibus tibiæ oſſa luxata, accedente vulnere, commiſſura quæ eſt ad pedem penitus eminent. ea ſiue intrò, ſiue extra vergant minimè reponenda ſunt, ſed ſinenda, vt qui velit ea reponat medicus. Id enim manifeſtò noſſe oportet, eos quibus iſta repoſita permanſerint interituros, paucíſque diebus duraturos. Conuulſione nanque ſublati, pauci diem ſeptimum ſuperant. Sed & pes & tibia ad gangrænam deueniunt, eaque ſic affore certò noſſe conuenit. Ac neque veratrum eodem die exhibitum, iterumque epotum, mihi videtur auxilio futurum, proximè tamen, ſi quid aliud, facere, quod certè non exiſtimo.

[P] Ὅσοισι δὲ αἱ κνήμης ὀστέα ἐξαρθρήσαντα, καὶ ἕλκος ποιήσαντα, τελείως ἐξίσχει τὰ κατὰ τὸν πόδα ἄρθρα, εἴτε εἴσω ῥέψαντα, εἴτε μέντοι καὶ ἔξω, τὰ τοιαῦτα μὴ ἐμβάλλειν, ἀλλ' ἐᾶν τὸν βουλόμενον τῶν ἰητρῶν ἐμβάλλειν. σαφέως γὰρ εἰδέναι χρὴ ὅτι ἀποθανεῖται, H
ἐὰν ἐμβληθέντα ἐμμείνῃ, καὶ ἡ ζωὴ δὲ ὀλιγήμερος τούτοις γενήσεται. ὀλίγοι γὰρ αὐτῶν τὰς ἑπτὰ ἡμέρας ὑπερβάλλοιεν, σπασμὸς γὰρ ὁ κτείνων ἐστίν. ἀτὰρ καὶ γαγγραινοῦσθαι ἱκνέεται κνήμην καὶ τὸν πόδα. ταῦτα βεβαίως εἰδέναι χρὴ οὕτως ἐσόμενα. καὶ οὐκ ἄν μοι δοκέῃ οὔτ' ἐλλέβορος ὠφελήσειν αὐθημερὸν τι δοθεὶς, καὶ αὖθις πινόμενος. ἥκιστα δὲ εἴπερ τι τοιοῦτον, οὐ μέντοι οὐδὲ τοῦτο δοκέω.

ἢν δὲ

A ἢν δὲ μὴ ἐμβληθῇ, μηδ' ἀπ' ἀρχῆς, μηδὲ πειρηθῇ ἐμβάλλειν, περιγίνονται οἱ πλεῖστοι αὐτῶν. χρὴ δὲ ἡρμόσθαι μὲν τὴν κνήμην καὶ τὸν πόδα οὕτως, ὡς αὐτὸς ἐθέλει. μοῦνον δὲ, μὴ ἀπαιωρεύμενα, μηδὲ κεκινευμένα ἔστω. καὶ ἰητρεύειν δὲ πισσηρῇ καὶ σπλήνεσιν οἰνηροῖσιν, ὀλίγοισι, μὴ ἄγαν ψυχροῖσιν. ψῦχος γὰρ ἐν τοῖσι τοιούτοισι σπασμὸν ἐπικα-
B λέεται. ἐπιτήδεια δὲ καὶ φύλλα τεύτλων, ἢ βηχίου, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ ἡμίεφθα ἐπιτιθέντα, ἐπί τε τὸ ἕλκος, ἐπί τε τὰ περιέχοντα. κηρωτῇ δὲ χλιερῇ ἐπιχρίειν αὐτὸ τὸ ἕλκος. ἢν δὲ ἡ ὥρη χειμερινὴ ᾖ, καὶ ἔρια ῥυπαρὰ ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ καταρραίνοντα χλιεροῖσιν ἄνωθεν ἐπιτέγγειν. καταδεῖν δὲ μηδὲν μηδενὶ, μηδὲ
A τοῦτο τὸ ἄρθρον ἐμβαλέεσθαι. καὶ ἤδη μὲν τινας εἶδον, οἵ τινες ὑπὸ φαυλότητος, καὶ τὰ ἔξω ἐγκεκλιμένα, καὶ τὰ ὄπισθεν ἀσκῷ ἐπειρῶντο ἐμβάλλειν, οὐ γινώσκοντες ὅτι ἐξέβαλλον αὐτὸ μᾶλλον, ἢ ἐνέβαλλον. ὁ μέντοι πρῶτος ἐπινοήσας, δῆλον ὅτι πρὸς τὰ ἔσω ὠλισθηκότα, ἀσκῷ ἐμβάλλειν ἐπειρήσατο. ἐπίστασθαι μὲν οὖν χρὴ ὡς χρηστὸν ἀσκῷ εἰ δέοι χρέεσθαι. διαγινώσκειν

B δὲ χρὴ, ὅτι ἕτερα πολλὰ ἀσκοῦ κρέσσω ἐστί. χρὴ δὲ τὸν μὲν ἀσκὸν καταθεῖναι ἐς τοὺς μηροὺς ἀφύσητον ἐόντα, ὡς ἂν δύναιτο ἀνωτάτω πρὸς τὸν περίνεον ἀναγαγόντα. ἀπὸ δὲ τῶν ἐπιγουνίδων ἀρξάμενον, ταινίῃ πρὸς ἀλλήλους τοὺς μηροὺς καταδῆσαι, ἄχρι τοῦ ἡμίσεος τῶν μηρῶν. ἔπειτα ἐς ἕνα τῶν ποδῶν τοῦ λελυμένου ἐν-

C θέντα αὐλὸν ἐκ χαλκείου φυσᾶν, καὶ ἐσαναγκάζειν ἐς τὸν ἀσκόν. τὸν δὲ ἄνθρωπον πλάγιον κατακέεσθαι, τὸ σιναρὸν σκέλος ἐπιπολῆς ἔχοντα. ἡ μὲν οὖν παρασκευὴ αὕτη ἐστί. σκευάζονται δὲ κάκιον οἱ πλεῖστοι, ἢ ὡς ἐγὼ εἴρηκα. οὐ γὰρ καταδέουσι τοὺς μηροὺς ἐπὶ συχνόν, ἀλλὰ μοῦνον τὰ γούνατα, καὶ οὐ προσκατατείνουσι. χρὴ δὲ καὶ προσκατατείνειν. ὅμως δὲ ἤδη τινὲς ἐνέβαλον, ῥη-

D ϊδίου πρήγματος ἐπιτυχόντες. εὐφόρως δὲ οὐ πάνυ ἐστὶ διαναγκάζεσθαι οὕτως. ὅ, τε γὰρ ἀσκὸς ἐμφυσώμενος, οὐ τὰ ὀγκηρότατα αὐτοῦ ἔχει πρὸς τῷ ἄρθρῳ τῆς κεφαλῆς, ἣν δεῖ μάλιστα ἐκμοχλεύεσθαι. ἀλλὰ κατὰ τὸ ἑωυτοῦ, αὐτὸς μέσος καὶ τῶν μηρῶν ἴσως, ἢ κατὰ τὸ μέσον, ἢ ἔτι κατωτέρω. οἵ τε αὖ μηροὶ φύσει

E γαυσοὶ πεφύκασιν. ἄνωθεν γὰρ σαρκώδεές τε καὶ ξύμμηροι. ἐς δὲ τὸ κάτω ἀπόξηροι. ὥστε καὶ ἡ τῶν μηρῶν φύσις ἐπαναγκάζοι τὸν ἀσκὸν, ἀπὸ τοῦ ἐπικαιροτάτου χωρίου. εἴ τε οὖν σμικρὸς ἐνθείη ὁ ἀσκὸς, μικρὴ ἰσχὺς ἐοῦσα, ἀδύνατόν ἐστιν ἀναγκάζειν τὸ ἄρθρον. εἰ δὲ δεῖ ἀσκῷ χρέεσθαι, ἐπὶ πολὺ τοὺς μηροὺς ξυνδετέους πρὸς ἀλλήλους. καὶ ἅμα τῇ κατατάσει τοῦ σώματος,

F ὁ ἀσκὸς φυσητέος. τὰ δὲ σκέλεα ἀμφότερα ὁμοῦ καταδέειν ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς ἐμβολῆς ἐπὶ τὴν τελευτήν. χρὴ δὲ περὶ πλείστου μὲν ποιέεσθαι ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ, ὅκως ὑγιὲς μὲν ποιήσῃς τὸ νοσέον. εἰ δὲ πολλοῖσι τρόποισιν οἷόν τε εἴη ὑγιέας ποιέειν, τὸν ἀοχλότατον χρὴ αἱρέεσθαι. καὶ γὰρ ἀνδραγαθικώτερον τοῦτο καὶ τεχνικώτερον. ὅστις μὴ ἐπιθυμέει δημοειδέος κιβδηλίης.

G περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶ, τοιάδε τ' ἄν τινες κατοικίδιοι κατατάσιες εἶεν τοῦ σώματος, ὥστε ἐκ τῶν παρεόντων τὸ βέλτιον εὑρίσκειν. τοῦτο μὲν ἢν τὰ δεσμὰ τὰ ἱμάντινα μὴ παρέῃ τὰ μαλθακὰ καὶ προσηνέα, ἀλλ' ἢ σιδήρεα, ἢ ὅπλα, ἢ σχοινία, ταινίῃσι χρὴ ἢ ἐρρήγμασι τρυχίων ἐρινέων περιελίσσειν ταύτῃ μάλιστα, εἰ μέλλοι τὰ δεσμὰ καθέξειν, καὶ ἔτι ἐπὶ πλέον. ἔπειτα οὕτω δεῖν τοῖσι δεσμοῖσι. τοῦτο δὲ ἐπὶ κλίνης χρὴ, ἥτις ἰσχυροτάτη καὶ μεγίστη

H τῶν παρεουσέων, κατατετάσθαι καλῶς τὸν ἄνθρωπον. τῆς δὲ κλίνης τοὺς πόδας, ἢ τοὺς πρὸς κεφαλῆς, ἢ τοὺς πρὸς ποδῶν, ἐρηρεῖσθαι πρὸς τὸν οὐδὸν, εἴτε ἔξωθεν ξυμφέρει, εἴτε ἔσωθεν. πρὸς δὲ τοὺς ἑτέρους πόδας παρεμβεβλῆσθαι ξύλον τετράγωνον, πλάγιον, διῆκον ἀπὸ τοῦ ποδὸς πρὸς τὸν πόδα. καὶ ἢν μὲν λεπτὸν ᾖ τὸ ξύλον, προσδεδέσθω πρὸς τοὺς πόδας τῆς κλίνης, ἢν δὲ παχὺ ᾖ, μηδέν. ἔπειτα τὰς ἀρχὰς χρὴ τῶν δεσμῶν, καὶ τῶν πρὸς τῆς κεφαλῆς, καὶ τῶν πρὸς τῶν ποδῶν,

recondere tentarit. Nonnullos tamen vidi, qui ob ineptiam, tam ea quæ extra, quàm quæ in poſteriorem partem erumperent, per vtrem reponere tentarent, neque aduerterent hoc modo articulum potiùs expelli quàm reſtitui. Conſtat certè eum qui primus id excogitauit, quæ intro luxata fuerũt per vtrem reponere tentaſſe. Noſſe igitur conuenit vbi vſus expetit, vtre vtendum eſſe, ſcire tamen licet multa alia vtre præſtantiora eſſe. Vter autem non inflatus inter femora collocatur, ſic vt quoad eius fieri poteſt, maximè ſublimis ad interfœmineum adducatur, tum à patellis genu initio ducto, faſciis femora inter ſe vinciantur, quæ ad eorum mediam partem tendat, deinde impoſito folle fabrili in partem ex multis ſolutam, flatus in vtrem immittitur ac diſtendi cogitur. Homo verò in latus decumbere debet, & crus affectum ſuperiore parte habere. Atque huiuſmodi quidem eſt apparatus. Plærique tamen deteriùs quàm ego dixi apparant. Neque enim femorum magnam partem, ſed genua tantum deuinciunt, neque præterea intenſionem admouent, quæ tamen neceſſariò adhiberi debet. At nonnulli rem facilem nacti, luxationem etiam reſtituerunt. Verùm hoc pacto non admodum facilis impulſio eſt. Inflatus enim vter qua potiſſimùm parte tumet, articuli caput, quod molitione impelli maximè debet, non attingit, ſed ferè tota ſui parte medius inter femora, vel circa medium, vel adhuc inferius collocatur. Adhęc femora etiam ipſa curua natura ſunt comparata. Superiore enim parte carnoſa ſeſe contingunt, inferiore verò in anguſtum tenuantur. Ita vt etiam femorum natura vtrem ab eo loco expellat, in quem maximè immitti oportebat. Si quis igitur paruum vtrem immittat, fieri nullo modo poterit vt vis exigua articulum impellat. Quòd ſi vtre vtendum ſit, femora inter ſe magna ex parte colliganda, vnaque cum corporis extenſione vter inflandus. In hoc verò repoſitionis modo vtraque crura extrema parte ſimul deliganda. At verò in tota arte imprimis quidem tibi allaborandum eſt, vt quod ægrum eſt ad ſanitatem reducas. Quòd ſi ea multis modis reſtitui poteſt, is qui minimum habet moleſtiæ eligendus. Iſtud enim ad bonum virum & artis peritum ſpectare magis videtur, ſi popularem auram non affectes. Verùm (quod ad præſens inſtitutum attinet) tam domeſtici ſunt quidam extendendi corporis modi, vt promptè in rem præſentem expediri poſſint. Nempe quidem ſi lora mollia & lenia non adfuerint, ſed vel ferreæ catenæ, vel rudentes nautici, vel funes, ea vincula qua parte iniici debent, aut etiam ampliùs, faſciis aut laneorum panniculorum ſegmentis conuoluenda, tum vinculis vincienda. Homine verò in lecto ex iis quorum eſt copia firmiſſimo & maximo bene extento, lecti pedes, vel à capite, vel qui à pedibus ſunt, aut exteriore, aut interiore parte, prout conferre videbitur, ad ianuæ limen offirmandi. Ad alios autem pedes lignum quadratum tranſuerſum, quod ab vno ad alterum pedem pertingat, obiiciendum, ac ſi id quidem exiguum extiterit, ad lecti pedes deligandum, ſin craſſum, ſine vinculo relinquendum. Poſt hæc vinculorum capita, tum à capite, tum à pedibus, vtraque ad piſtillum,

vel ad aliquod aliud huiuſmodi lignum alligentur. Vinculum verò è directo ad corpus, vel paulò etiam ſupra collocetur. Per piſtilla verò quæ erecta exiſtunt, conueniens extenſio fiat, quorum alterum ad limen, alterum ad obiectum lignum offirmatur. Tum ſic retro adductis piſtillis extenſio facienda. Ad hoc autem ſatis eſſe poterit ſcala firmos gradus habens lecto ſuppoſita, ad cuius gradus, liminis & ligni appoſiti loco, piſtillis conuenienter hinc & inde firmatis, eodem modo vinculorum diſtenſio adhibeatur. Femoris item articulus, ſiue interiorem in partem, ſiue in priorem luxatus fuerit, hunc etiam in modũ reconditur. Scalæ in terram defixæ homine inſidente, tum crus quidem integrum leuiter extentum, quâ commodum videbitur alligandum, ex affecto autem vas fictile aqua plenum appendendum, aut ſporta in quam coniecti lapides fuerint. Eſt & alius reponendi modus, ſi interiorem in partem luxatio contigerit. Trabes iuſta altitudine inter duas columnas deligatur, cui ab vna parte quæ pro magnitudine natiũ extet, æger ſe applicet, obuolutoque pectori ſtragulo, homo contiguæ trabis parti inſideat, tum pectore ad columnam lata quadam habena adducto, demum crus integrum, ne circum oberret, ab aliquo quidem contineatur, læſo verò pondus quantum cõuenire videbitur, vt etiam ſupra dictum eſt, appendatur. Imprimis igitur noſſe conuenit, oſſium omnium iuncturas, vt plurimùm, ex capite & acetabulo conſtare, ac in quibuſdam cauum acetabuli formam referre, in nonnullis verò ſinus leuiter eſſe depreſſos. Prolapſi autem omnes articuli, maximè quidẽ protinus dum adhuc ſunt calidi, vel certè quàm citiſſimè recondendi. Nam & qui reponit faciliùs ac citiùs reponet, ægroq; longe minorem moleſtiam affert, ſi priuſquam locus intumuerit, articulus recondatur. Omnes item recondendi articuli antè emolliri & dimoueri debent. Sic enim faciliùs reuerti ſolent. In omnibus autem articulorum repoſitionibus imperanda abſtinentia eſt, præcipuè quidẽ vbi maximi ſunt & repoſitu difficillimi articuli, minimùm verò vbi minimi & qui facilè reconduntur.

προσδῆσαι ἑκατέρας πρὸς τὸν ὕπερον, ἢ πρὸς ἄλλο τι τοιοῦτον ξύλον. ὁ δὲ δεσμὸς ἐχέτω ἰθυωρίην κατὰ τὸ σῶμα, ἢ καὶ ὀλίγῳ ἀνωτέρω. ξυμμέτρως δὲ ἐκτετάσθω πρὸς τὰ ὕπερα ὡς ὀρθὰ ἑστεῶτα, τὸ μὲν παρὰ τὸν οὐδὸν ἐρείδηται, τὸ δὲ παρὰ τὸ ξύλον τὸ παραβεβλημένον. κἄπειτα οὕτω τὰ ὕπερα ἀνακλῶντα χρὴ τὴν κατάτασιν ποιέειν, ἀρκέει δὲ κλίμαξ ἰσχυροὺς ἔχουσα τοὺς κλιμακτῆρας ὑποτεθεῖσα ὑπὸ τὴν κλίνην, ἀντὶ τοῦ οὐδοῦ τε καὶ τοῦ ξύλου τοῦ παρατεταμένου, ὡς τὰ ὕπερα πρὸς τὸν κλιμακτῆρας τοὺς ἁρμόζοντας ἔνθεν καὶ ἔνθεν προσηρηρεισμένα, οὕτω τὴν κατάτασιν ποιέεσθαι τῶν δεσμῶν. ἐμβάλλεται δὲ μηροῦ ἄρθρον καὶ τῷδε τῷ τρόπῳ. ἢν ἐς τὸ εἴσω ὀλισθῇ, ἢ ἐς τὸ ἔμπροσθεν. κλίμακα χρὴ κατορύξαντα, ἐπικαθίσαι τὸν ἄνθρωπον. ἔπειτα τὸ μὲν ὑγιὲς σκέλος ἡσύχως κατατείναντα προσδῆσαι ὅκου ἂν ἁρμόσῃ. ἐκ δὲ τοῦ σιναροῦ, εἰς κεράμιον ὕδωρ ἐγχέαντας ἐκκρεμάσαι, ἢ ἐς σφυρίδα λίθους ἐμβάλλοντας. ἕτερος τρόπος ἐμβολῆς. ἢν ἐς τὸ εἴσω ὀλισθῇ, σφώνεα χρὴ διαδῆσαι μεταξὺ δύο στύλων, ὕψος ἔχοντα συμμέτρως. προσεχέτω δὲ τοῦ σφώνεος κατὰ τὸ ἐν μέρος ὁ ποσσίων, ἐκ τὸ δὲ πυγαῖον. περιδήσας δὲ περὶ τὸ στῆθος τοῦ ἀνθρώπου ἱμάτιον, ἐπικαθίσαι τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὸ προσεχὲς τοῦ σφώνεος. εἶτα προσλαβεῖν τὸ στῆθος πρὸς τὸν στύλον πλατεῖ λωίῳ. ἔπειτα τὸ μὲν ὑγιὲς σκέλος κατεχέτω τις, ὡς μὴ περισφάλληται. ἐκ δὲ τοῦ σιναροῦ ἐκκρεμάσαι βάρος ὅσον ἁρμόζει, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται. πρῶτον μὲν οὖν δεῖ εἰδέναι, ὅτι πάντων τῶν ὀστέων αἱ ξυμβολαὶ εἰσὶν ὡς ἐπὶ πολὺ ἡ κεφαλὴ καὶ ἡ κοτύλη. ἐφ' ὧν δὲ ἡ χώρα κοτυλώδης καὶ ἐπίμακρος. ἔνιαι δὲ τῶν χωρίων γληνοειδέες εἰσίν. ἀεὶ δὲ ἐμβάλλειν δεῖ, πάντα τὰ ἐκπίπτοντα ἄρθρα μάλιστα μὲν εὐθὺς παραχρῆμα ἔτι θερμῶν ἐόντων. εἰ δὲ μή, ὡς τάχιστα. καὶ γὰρ τῷ ἐμβάλλοντι ῥηΐτερον καὶ θᾶσσόν ἐστιν ἐμβαλεῖν. καὶ τῷ ἀσθενέοντι πολὺ ἀπονωτέρη ἡ ἐμβολή, ἢ πρὶν διοιδεῖν ἐστί. δεῖ δὲ αἰεὶ πάντα τὰ ἄρθρα ὁκόταν μέλλῃς ἐμβάλλειν, προσαναμαλάξαι καὶ διακινῆσαι. ῥᾶον γὰρ ἐθέλει ἐμβάλλεσθαι. παρὰ δὲ πάσας τὰς τῶν ἄρθρων ἐμβολάς, ἰσχναίνειν δεῖ τὸν ἄνθρωπον, μάλιστα μὲν περὶ τὰ μέγιστα ἄρθρα καὶ χαλεπώτατα ἐμβάλλεσθαι. ἥκιστα δὲ περὶ τὰ ἐλάχιστα καὶ ῥήϊστα.

[19] ἢν δὲ ἐς τὸ ἔμπροσθεν] Paulus apertiſſimè hunc luxationis modum ſic exprimit: ἐπὶ δὲ τῆς ἐπὶ τὸ ἔμπροσθεν ἐξαρθρήσεως, [illegible] τοῦ ἀνθρώπου, [illegible] τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἐπὶ τοῦ [illegible], τῇ ἑτέρᾳ συμπιέζοντα, ἅμα τε ἐπὶ τὸ [illegible] [illegible]: [illegible]. Celſus verò in hac luxatione eundem ferè reſtituendi modum his verbis refert: Neruis extentis vbi in priorem os venit, rotundum aliquid ſuper inguen ponendum, ſubitoque ſuper id genu adducendum eſt eodem modo eademque de cauſa, qua idem in brachio fit, protinuſque ſi complicari femur poteſt, intus eſt. Sic enim legendus mihi locus ille videtur.

[illegible] ποιέειν] [illegible] cum interpretibus omnibus lego.

[16] [illegible] ὁ [illegible]] [illegible] legiſſe videtur Vidius contra omnium, quos adhuc videre licuit, codicum fidem.

[illegible]] Nos hîc publicatorum & manu ſcriptorum codicum conſenſum ſecuti ſumus.

[illegible] τῶν ποδῶν [illegible]] Sic legunt exemplaria omnia. Intelligitur autem pars vtris ſoluta cùm aliæ omnes vinctæ ſint, ne flatui exitus pateat. Quidam τῶν ποδῶν legunt, vt vtris pedes intelligantur partes extantes, quæ etiam conſtringuntur ad flatum retinendum, vna libera & ſoluta ad immittendam follis fiſtulam.

οἱ ξύμμηροι] ξύμμηροι ſunt femora quæ ſuperiore parte carnoſiora prope ſe contingunt ac inter ſe coëunt, femora in ſeſe contracta. ξυμμήροις opponuntur οἱ [illegible], qui diducta habent femora. [illegible] verò dicuntur extrema parte tenuata & in anguſtum tendentia femora. Sic [illegible] Galenus vocat [illegible], Comment. in libr. de Fract.

ὁ ἐρρήγματι] [illegible] explicat Galenus in Exegeſi, quod eſt laceri panni ſegmentum & fruſtum, pro quo [illegible] quidam legunt. Quod ſatis indicat Galenum hic [illegible] legiſſe, cùm tamen exemplaria omnia ἐρρήγματι habeant. Cæterùm [illegible] legunt omnia exemplaria, ſed [illegible] lego.

πρὸς τὸν οὐδὸν] οὐδὸς Heſychio exponitur [illegible], & [illegible]. Sudæ verò [illegible], iamuæ limen vel lignum ſeu ſaxum in ima ianuæ parte, qua in ædes ingreſſus patet. Eidem quoq; idem quod τὸ οὖδας aut οὖδας ſignificat. τὸ [illegible], ſolum ac pauimentum. Qua notione etiam hîc ſumi poteſt. Verùm hîc videtur [illegible] pro τὸν οὐδὸν legiſſe Erotianus, [illegible] enim [illegible] exponit, [illegible] ſcribit, ſi modò integra eſt ſcriptio.

ἢ ἐς σφυρίδα] σφυρὶς hic idem quod σπυρὶς fiſcella, ſporta, corbis aut calathus vimineus, vnde & σπυρίδιον Ariſtophani [illegible] dicitur, quòd ſenes tardi ad ingreſſum laternam in ſporta circumferrent. Ibidem etiam [illegible] dicitur. Heſychius autem [illegible] eſſe dicit [illegible], idem quod σπυρίδιον, σπυρὶς autem Etymologo dicitur, quaſi [illegible].

mo-

A ὀπίσω τὸ πηχαῖον] Sic legunt omnia exemplaria. Vidus διὰ πυλαίων, aut πηχαίων legiſſe videtur.

ἐφ' ὧν ἡ καὶ ἡ χεὶρ κοτυλώδης.] Galenus lib. de oſſibus, κοτύλην vocari ſcribit Medicis cauitatem profundiorem & magis ſinuoſam, oſſium capita excipientem. γλήνην verò leuiter depreſſam & ſuperficiariam, leuiterque deſidentem ac ſinuoſam.

ὁ μὲν ἐμβιβάζειν ἐστί.]Sic habent edititia omnia exemplaria. Quædam verò manuſcripta ἐμβιάζειν legunt, quod de oſſibus dicitur quæ vi in ſuam ſedem compelluntur. Quædam etiam ἐμβιβάζειν, & alioqui facilis eſt lapſus.

19 Δακτύλων δὲ ἢν ἐκπέσῃ ἄρθρον, ἤν τε τὸ πρῶτον τῆς χειρὸς, ἤν τε τὸ δεύτερον, ἤν τε τὸ τρίτον, ὁ αὐτὸς καὶ ἴσος τρόπος τῆς ἐμβολῆς. χαλεπώτερα μὲν ἀεὶ τὰ μέγιστα τῶν ἄρθρων ἐμβάλλειν. ἐκπίπτει δὲ κατὰ τέσσαρας τρόπους, ἢ ἄνω, ἢ κάτω, ἢ ἐς τὸ πλάγιον ἑκατέρωθεν. B μάλιστα μὲν ἐς τὸ ἄνω. ἥκιστα δὲ ἐς τὰ πλάγια, ἐν τῷ σφόδρα κινέεσθαι. ἑκατέρωθεν δὲ τῆς χώρης οὗ ἐκβέβηκεν, ὥσπερ ἄμβη ἐστίν. ἢν μὲν οὖν ἐς τὸ ἄνω ἐκπέσῃ, ἢ ἐς τὸ κάτω, διὰ τὸ λειοτέρην εἶναι ταύτην τὴν χώρην, ἢ ἐκ τῶν πλαγίων, καὶ ἅμα μικρῆς ἐούσης τῆς C ὑπερβάσιος, ἢν μεταστῇ τὸ ἄρθρον, ῥηΐδιόν ἐστιν ἐμβάλλειν. τρόπος δὲ τῆς ἐμβολῆς ὅδε. περιελίξας τὸν δάκτυλον, ἄκρον, ἢ ἐπιδέσματί τινι, ἢ ἄλλῳ τρόπῳ τοιούτῳ τινὶ, ὅκως ἐπὴν κατατείνῃς ἄκρου λαβόμενος, μὴ ἀπολισθάνῃ. ὅταν δὲ περιελίξῃς, τὸν μέν τινα διαλαβέσθαι ἄνωθεν τοῦ καρποῦ τῆς χειρὸς, τὸν δὲ τοῦ κατειλημμένου. ἔπειτα κατατείνειν πρὸς ἑωυτὸν ἀμφοτέρους D μάλα, καὶ ἅμα, ἀπῶσαι τὸ ἐξεστηκὸς ἄρθρον ἐς τὴν χώρην. ἢν δὲ ἐς τὰ πλάγια ἐκπέσῃ, ὁ μὲν κατατάσιος ὁ αὐτὸς τρόπος. ὅταν δὲ δὴ δοκέῃ σοι ὑπερβεβηκέναι τὴν γραμμὴν, ἅμα χρὴ κατατείνοντα ἀπῶσαι ἐς τὴν χώρην εὐθύς. ἕτερον δέ τινα ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρεος τοῦ δακτύλου, φυλάσσειν καὶ ἀντωθέειν, ὅκως μὴ πάλιν ἐκεῖσε ἀπολισθῇ. E ἐμβάλλουσι δὲ ἐπιτηδείως καὶ αἱ σαῦραι αἱ ἐκ τῶν φοινίκων πλεκόμεναι, ἢν κατατείνῃς ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὸν δάκτυλον λαβόμενος, τῇ μὲν ἑτέρῃ τῆς σαύρης, τῇ δὲ ἑτέρῃ τοῦ καρποῦ τῆς χειρός. ὅταν δὲ ἐμβάλλῃς, ἐπιδεῖν ὀθονίοισιν ὡς τάχιστα λεπτοτάτοισι, κεχρισμένοισι κηρωτῇ, μήτε λίην μαλακῇ, μήτε λίην σκληρῇ, ἀλλὰ μετρίως ἐχούσῃ. ἡ μὲν γὰρ σκληρὴ, ἀφέστηκεν ἀπὸ τοῦ δακτύλου. F ἡ δὲ ἁπαλὴ καὶ ὑγρὴ διατήκεται καὶ ἀπόλλυται, θερμαινομένου τοῦ δακτύλου. λύειν δὲ ἄρθρον δακτύλου, τεταρταῖον ἢ τριταῖον. τὸ δὲ ὅλον, ἢν μὲν φλεγμαίνῃ, πυκνότερον λύειν. ἢν δὲ μὴ, ἀραιότερον. κατὰ πάντων δὲ τῶν ἄρθρων, ταῦτα λέγω. καθίσταται δὲ τοῦ δακτύλου τὸ ἄρθρον, τεσσαρεσκαιδεκαταῖον. ὁ αὐτὸς δέ ἐστι θεραπείης τρόπος, δακτύλων χειρός τε G καὶ ποδός. κατὰ δὲ πάσας δὲ τὰς τῶν ἄρθρων ἐμβολὰς, δεῖ ἰσχναίνειν, καὶ λιμαγχονέειν ἄχρι ἑβδόμης. καὶ ἢν μὲν φλεγμαίνῃ, πυκνότερον λύειν, ἢν δὲ μὴ, ἀραιότερον. ἡσυχίην δὲ δεῖ ἔχειν ἀεὶ τὸ πονέον ἄρθρον, καὶ ὡς κάλλιστα ἐσχηματισμένον κεῖσθαι. 40 Γόνυ δὲ εὐηθέστερον ἀγκῶνος, διὰ τὴν εὐσταλίην καὶ τὴν εὐφυΐην, διὸ καὶ ἐκπίπτει ῥᾷον. ἐκπίπτει δὲ πλειστάκις εἴσω, ἀτὰρ καὶ ἔξω καὶ ὄπισθεν. ἐμβολαὶ δὲ ἐκ H τοῦ συγκεκάμφθαι. ἢ ἐκλακτίσαι ὀξέως, ἢ συνελίξας ταινίης ὄγκον ἐν τῇ ἰγνύῃ, καὶ θεὶς ἀμφὶ τοῦτον ἐξαίφνης, ἐς ὄκλασιν ἀφιέναι τὸ σῶμα. δύναται δὲ καὶ κατατεινόμενον μετρίως, ὥσπερ ἀγκὼν ἐμπίπτειν τὰ ὄπισθεν. τὰ δὲ ἔνθα καὶ ἔνθα, ἐκ τοῦ συγκεκάμφθαι, ἢ ἐκλακτίσαι. ἀτὰρ ἐκκατατάσιος μετρίης. ἡ δὲ ὄρθωσις ἅπασι κοινή. ἢν δὲ μὴ ἐμπέσῃ, τοῖσι μὲν ὄπισθεν

At verò vbi digitorum articulus exciderit, ſiue primus qui ad manum eſt, ſiue ſecundus, ſiue tertius, eadem & æqualis eſt reponendi ratio. Maximè tamen articuli ægriùs ſemper reſtitui ſolent. Prolabuntur autem quatuor in partes, aut ſurſum, aut deorſum, aut vtrinque ad latus, ſed ſurſum maximè, minimè in latus, idque dum vehementer mouentur. Ex vtraque verò parte in quam exceſſerunt, velut ſuperciliosa quædam eminentia in extrema oræ labro ſimilis apparet. Si quidem igitur in ſuperiorem aut inferiorem partem exciderit, cùm hic locus læuior quàm qui ad latera ſit, ſimulque prolapſus articulus parum exceſſerit, facilis repoſitio eſt. Reponendi autem ratio ſic habet. Digito extremo, vel faſcia, vel alia quapiam huiuſmodi ratione obuoluto, ne ea parte prehenſus, dum intenditur elabatur, vnus quidem manum ſupra primam iuncturam, alter digiti partem obuolutam prehendat, tum ad ſeſe probè vterque extendat, vnaq; prolapſum articulum in ſuam ſedem impellat. Quòd ſi in latus excidit, eadem quidem extendendi ratio adhibetur. Vbi namque lineam tibi exceſſiſſe videbitur, ſimul dum extenditur, protinus in locum ſuum impellendus. Alius verò quidam ab altera parte digitum repellat, id obſeruans ne rurſum eam in partem elabatur. Idoneam quoque repoſitionem præſtant lacertæ vimineæ ex palmis contextæ, σαῦραι Græcis dictæ, vbi in diuerſa digitum contendendo, altera manu lacertá, altera primam manus iuncturam prehendas. Repoſitus articulus linteis tenuiſſimis, cerato neque nimis liquido, neque nimis duro, ſed mediocri conſiſtentia illitis, quàm celerrimè deligari debet. Quod enim durum eſt à digito abſcedit, quod liquidum & molle, digiti calore diffluit, & euaneſcit. Digiti autem articulus tertio aut quarto quoq; die ſoluendus, ac (vt in totum dicam) ſi quidem inflammatio occupauit, crebriùs, ſin minùs, rariùs. Atq; hæc communiter de omnibus articulis dicta ſunto. Reſtituitur digiti articulus decimo quarto die. Ac digitorũ manus & pedis eadem eſt curandi ratio. In omni verò articulorũ repoſitione, victu tenui & inedia etiam ad ſeptimum diem vtendum, ac ſiquidem inflammatio ſubſit, crebriùs, ſin minùs, rariùs reſoluendum. Semper autem afflictum articulum quietem agere, & quàm optimo habitu collocatum eſſe oportet. Genu cubiti gibbo ob ſuccinctã & commodam eius naturam benignius eſt, ideoq; faciliùs excidit. Sæpiùs autem interiorem in partem, ſed & in exteriorem & poſteriorem prolabitur. Hoc autem reponit ſubita conflexio aut excalcitratio, aut ſi ad conuolutum faſciæ globum in poplitem immiſſum, vt de repente genibus flexis corpus in ſuras & talos ſubſidat, permiſeris. Poteſt quoque moderata extenſione, non ſecus ac cubiti gibbus, cum poſteriorem in partem prolapſum eſt ſuum in locum reuerti. Vbi verò in hanc vel illam partem excidit, conflexione, aut excalcitratione reconditur. At quæ moderata intenſione fit reſtitutio, omnibus communis eſt. Quòd ſi non reuertit, neque cùm

poſteriorem in partem, neque cùm alias in partes exceſſit, flecti admodum queat. Femoris verò & tibiæ pars anterior imminuitur. At quibus interiorem in partem excidit, ij valgi magis euadunt, exterioribus autem partibus imminuuntur. Quibus autem exteriorem in partem excidit, ij varij magis, claudi verò minus efficiuntur. Craſſiore autem oſſis parte geſtantur, & interioribus partibus imminuuntur. At quibus à primò ortu, aut dum adhuc corpus augetur luxatio facta eſt, ij quomodo priùs dictum eſt ſe habent.

ξυγκάμπτεσθαι οὐ δύναται, ἀτὰρ οὐδὲ τῇσιν ἄλλοισι. A
πάνυ μινύθει δὲ μηροῦ καὶ κνήμης τὰ ἔμπροσθεν. ἢν δὲ ἐς τὸ ἔσω, βλαισότεροι. μινύθει δὲ τὰ ἔξω. ἢν δὲ ἐς τὸ ἔξω γαυσότεροι. χωλοὶ δὲ ἧσσον, κατὰ δὲ τὸ παχύτερον ὀστέον ὀχέει, μινύθει δὲ τὰ ἔσω. ἐκ γενεῆς δὲ καὶ ἐν αὐξήσει κατὰ λόγον τῶν προειρημένων. B

[1] δακτύλων δὲ ἢν ἐκπέσῃ τι] Digitorum luxationem & repoſitionem hunc in modum proſequitur * Celſus. At in digitis totidem ferè caſus eademque ſigna ſunt quæ in manibus. Sed in his extendendis non æquè vi opus eſt, cùm & articuli breuiores, & nerui minùs validi ſint. Super menſam tantummodo intendi debent, qui vel in priorem, vel in poſteriorem partem exciderunt, tum iam palma compelli, atque id quod in latus elapſum eſt, digitis reſtitui. † Idem de pedis digitis. In digitis nihil vltrà fieri debet, quàm quod in his qui ſunt in manu, poſitum eſt. Poteſt tamen conditus articulus medius aut ſummus canaliculo aliquo contineri.

* *Cap. 19 lib. 8.* † *Cap. 24.*

ὥσπερ ἀμβυ θεῖ] Hic locus mihi ſubindicari videtur à Galeno in Exegeſi, cùm ἄμβη ἐφρυάδας ἐπαναςάσεις exponitur. C

ἐμβάλλουσι δὲ ὀθόναις ᾗ αἱ σανίδες] Erotianus ὀθονικὰς ἱκανὰς apud Hippocratem ſignificare ſcribit, quod vel hîc maximè quadrat. Idemq; adſcribit Atticos ὀθονικὸς dicere τὸ ἱκανόν.

[2] γόνυ δὲ] Quæ ſunt hîc reliqua, quòd ex Mochlico petita, & quadam ex parte libro de Fracturis repetita videantur, à quibuſdam interpretibus omittuntur. Ea tamen ex magna codicum pluralitate reliquis attexuimus. Genu autem εὔσταλὲς ſuccinctam & expeditam aut contractam naturam ſignificat, ob expeditum illius motum, quodque promptiùs ac faciliùs reponatur. Aut certè contracta genu natura dicitur, quòd femore ſuccinctum magis ſit & compoſitum. Sic εὐςαλὲς τὸ συνηγμένον εἰς ὀλίγον exponit Galenus Comment. 2. in libro κατ' ἰητρεῖον, eique quod eſt explicatum opponit. Sic genu εὔφυὲς commoda habiliſque eius natura dicitur, aut oppoſita & conueniens. εὐανθέτερον autem, quòd mitiorem aut benigniorem repoſitionem faciat, aut cuius luxatio ſit mitior, veluti εὐηθέστερα ὀλισθήματα antea dicta ſunt mitiores * oſſium prolapſiones. εὐανθέστερον autem, quod habent quædam exemplaria ſcripta, vitioſum eſt & corruptum. * *Lib. de Fract.*

ἐκλακτισμοῦ] Hic ἐκλακτισμὸς excalcitrationem ſignificare videtur, & per calces elapſi oſſis impulſionem, aut eam quæ fit repente calcibus in ſublime iactatis & per ſubitum flexum articuli repoſitionem. D

ἐν ὀκλάσει] ὄκλασις dicitur cum genibus flexis quis in ſuras & talos ſubſidet. ὀκλάσαι λέγει (ſcribit Erotianus) τὸ ἐπὶ τὰς κνήμας ἢ τὰ ἴσχια καθῆσθαι. Hunc autem repoſitionis modum ſic exprimit Celſus Et id quidem quod in poſteriorem partem excidit, eodem modo rotundo aliquo ſuper poplitem impoſito adductoque eò crure reconditur. Solum autem repoſitionis modum per extenſionem habet † Oribaſius & Paulus.

† *Cap. 39. lib. de Machinamentis.*

ἢν δὲ καὶ ἐκπίπτῃ] ἰγνύην legendum quemadmodum in Mochlico, &, ἀτὰρ οὐδὲ τῇσιν ἄλλῃσιν πάνυ τι. Hic tamen interpretes ſecutus ſum, cùm litera ſonet, neq; poſteriore parte, neq; aliis locis flecti admodum poſſe.

Articuli circa malleolos luxati, valida intenſione, quæ per manus, aut per alia huiuſmodi adhibetur, opus habent, ac directione quæ ſimul vtrumque efficiat. Hoc verò omnibus commune eſt. At quæ in pede contingunt, velut ea quæ in manu curationem recipiunt. Quæ verò cum tibia conſenſionem habent, & à primo ortu excidunt, aut etiam dum corpus adhuc augetur luxantur eandem quam in manu repoſitionem habent. At quibus ex alto deſilientibus & in calcem innixis, oſſa diſſident, venæ ſubter cutem effunduntur, ac nerui contunduntur, vbi hæc grauia facta fuerint, periculum quidem eſt, ne ex ſyderatione, iis per totam vitam negotium exhibeatur. Fluxa ſiquidem iis oſſa euadunt. Quia verò nerui inter ſe conſenſionem habent, tum vel præcipuè quibus ex fractura vel vulnere in tibia aut femore, aut ex diſſolutione neruorum qui cum his communicant, aut ex negligentiore decubitu, calx denigrata fuit, iis etiam ex talibus recrudeſcere mala conſueuerunt, tum verò vbi ad ſyderationem febres acutæ, ſingultuoſæ, mentem attentantes, & quæ citiſſimam mortem afferant acceſſerint, idque cum venarum ſanguinem fundentium liuoribus. Recrudeſcentis morbi indicia ſunt, vbi ſanguis è venis in cutem effuſus, & quæ nigreſcunt, quęque his vicina ſunt, duritiem & ruborem aliquem contraxerunt. Quòd ſi cum duritie liueſcunt, vt nigreſcant periclitantur. Sin autem ſubliuida, aut etiam liuida & mollia ſugillata fuerint, aut aliquantulum ex virore pallida & mollia, hæc in huiuſmodi omnibus bono ſunt. Ad horum curationem ſiquidem febris adſit, veratrum exhibendum, alioqui non dandum, ſed in potu aqua mulſa acida (ὀξύγλυκυ dicitur) ſi opus eſt, vtendum. Deligatio verò quæ articulis conuenit, & quæ ad omnia magis adhibeatur. Ad colliſa pluribus linteis & mollioribus, minoreque compreſſione vtendum, plurima faſcię parte

[3] Τὰ δὲ κατὰ τὰ σφυρὰ κατὰ τὰς διαστάσιος ἰσχυρῆς δέεται, ἢ τῇσι χερσὶν, ἢ ἄλλοισι τοιούτοισι. κατορθώσιος δὲ ἅμα ἀμφότερα ποιεούσης. κοινὸν δὲ τοῦτο ἅπασι. τὰ δὲ ἐν ποδὶ, ὡς καὶ τὰ ἐν τῇ χειρὶ ὑγιέες. E
τὰ δὲ τῆς κνήμης ξυγκοινωνέοντα καὶ ἐκπεσόντα ἐκ γενεῆς, ἢ καὶ ἐν αὐξήσει ἐξαρθρήσαντα, ταῦτα ὡς καὶ ἐν χειρί. ὁκόσοι δὲ πηδήσαντες ἄνωθεν ἐπεστηρίξαντο τῇ πτέρνῃ, ὥστε διαστῆναι τὰ ὀστέα καὶ φλέβας ἐκχυμωθῆναι, καὶ νεῦρα ἀμφιφλασθῆναι, ὁκόταν δὴ γένηται οἷα τὰ δεινὰ, κίνδυνος μὲν σφακελίσαντα τὸν αἰῶνα πρήγματα παρασχεῖν. τοιαῦτα μὲν γὰρ τὰ ὀστέα. τὰ δὲ νεῦρα ἀλλήλοισι κοινωνέοντα. ἐπεί τοι καὶ οἷσιν μάλιστα κατεαγῇσιν, ἢ ὑπὸ τρώματος, ἢ ἐν κνήμῃ, ἢ ἐν μηρῷ, ἢ νεύρων ἀπολυθέντων, ἃ κοινωνέει τούτοισιν, ἢ ἐκ κατακλίσιος ἀμελέος ἐμελάνθη πτέρνη. καὶ τούτοισι τὰ παλιγκοτέοντα ἐκ τῶν τοιούτων ἐστίν. ὅτε δὲ καὶ πρὸς τῷ σφακελισμῷ γίνονται πυρετοὶ ὀξέες, λοιμώδεες, γνώμης ἁπτόμενοι, ταχυθάνατοι, καὶ ἔτι φλεβῶν αἱμορροιέων πελιώσιες. σημεῖα δὲ τῶν παλιγκοτησάντων, ἢν τὰ ἐκχυμώματα, καὶ τὰ μελάσματα, καὶ τὰ περὶ ταῦτα ὑπόσκληρα, καὶ ὑπέρυθρα, ἤν τε ξὺν σκληρύσματι πελιδνωθῇ, κίνδυνος μελανθῆναι. ἢν δὲ ὑποπέλια ᾖ, ἢ καὶ πέλια μάλα καὶ ἐκκεχυμένα, ἢ ὑπόχλωρα καὶ μαλακὰ, ταῦτα ἐπὶ πᾶσι τοῖσι τοιούτοισιν ἀγαθά. H
ἴησις, ἢν μὲν ἀπύρετος ἔῃ, ἐλλεβορίζειν. ἢν δὲ μὴ, μή. ἀλλὰ ποτὸν ὀξύγλυκυ εἰ δέοι. ἐπίδεσις δὲ ἀρθρέων. ἐπὶ δὲ πλεῖστα μᾶλλον, τοῖσι φλάσμασιν ὀθονίοισι πλείοσι καὶ μαλθακωτέροισι. πίεξις ἧσσον. προσεπιβάλλειν δὲ

τὰ πλεῖ-

A τὰ πλεῖστα τῇ πτέρνῃ τὸ σχῆμα, ὅπως ἡ ἐπίδεσις, ὡς μὴ ἐς τὴν πτέρνην ἀποπιέζηται. νάρθηξι δὲ μὴ χρῆσθαι. οἷσι δ' ἂν ἐκβῇ ὁ πούς ἢ αὐτὸς, ἢ ξὺν τῇ ἐπιφύσει, ἐκπίπτει δὲ μᾶλλον ἐς τὸ ἔσω. ἢν δὲ μὴ ἐμπέσῃ, λεπτύνεται ἀνὰ χρόνον, τό, τε ἰσχίον καὶ ὁ μηρὸς, καὶ κνήμης τὸ ἀντίον τοῦ ὀλισθήματος. ἐμβολὴ δὲ καὶ ἄλλη ὥσπερ καρποῦ. κατάτασις δὲ ἰσχυρή. ἴησις δὲ νόμος ἄρθρων. παλιγκοτέει, ἧσσον δὲ καρ-
B ποῦ, ἢν ἡσυχάσωσι. δίαιτα μείων ἐλινύουσι. τὰ δὲ ἐκ γενεῆς ἢ ἐν αὐξήσει, κατὰ λόγον τῶν προτέρων.

ad calcem circumiecta. Figuratio ea ſit quæ deligationi conuenit, vt ne in calcem expreſſio fiat, neque ferulis vtendum. At quibus pes ipſe ſolus, aut cum adnato oſſe exceſſit, interiorem quidem in partem magis excidit, ac niſi recondatur, & coxa, & femur, & tibiæ pars luxationi ex aduerſo reſpondens, temporis ſucceſſu extenuatur. Repoſitio eadem quæ primæ iuncturæ manus, contentio vero valida. Curatio autem pro lege articulorum adhibetur. Quod ſi quieſcant, minùs quàm in prima manus iunctura morbus recrudeſcit. Et quietem agentibus tenuior victus ratio imperanda. Quæ verò à primo ortu; aut cùm adhuc corpus augetur contingunt, eam quæ ſupra comprehenſa eſt tractationem habent.

*1 ὡς ἐν τῇ χειρὶ ὑγιέες] Sic certè legunt omnia exemplaria, quæ tamen vitioſa eſſe apparet, & ὑγιέες lego, vt Mochlici lectioni conſentiat, τὰ δὲ ἐν ποδὶ, ὡς τὰ ἐν χειρὶ ὑγιέα. Quæ in pede contingunt, velut ea quæ in manu ſunt ſanitatem recipiunt, aut ſanantur. Cornarius certè ὑγιαίνει aut ὑγιαίνουσι legiſſe videtur.

ῥοώδεα μὲν γὰρ τὰ ὀστέα] Sic legunt exemplaria manu ſcripta recondita & publicata quædam quæ ſecuti ſumus, eáque lectione oſſa fluxa aut fluida ex ſyderatione & corruptione indicantur. Erotianus verò ῥοώδεα legiſſe videtur, cùm ῥοώδεα ὀστέα exponat τὰ χωριζόμενα
C ἀπ' ἀλλήλων, μεταφορικῶς ἀπὸ τοῦ ῥοῦ εἰρημένα. Dicuntur etiam τὰ ῥοώδεα ὄμματα aph. 24. ſect. 2. lib. 6. Epid. oculi fluxione tentati, ῥοώδεις ὀφθαλμοὺς vocat Galenus. Exemplaria verò quædam ῥικνώδεα, velut in Mochlico, legunt, quæ ſecuti ſunt interpretes, & diſtorta oſſa ac incurua ſignificant. Quam etiam lectionem ex eo agnoſcere videtur Erotianus, quòd ſtatim poſt ῥοώδεα ὀστέα, ῥικνώδεα etiam adſcribit, ἀντὶ τοῦ χωλὰ καὶ στρεβλὰ ἐκλαβών. Vtramque etiam lectionem agnoſcit Caluus, cùm diuulſa & diſtorta oſſa dixit. In quo mihi videtur Erotiani explicationem adhibuiſſe.

πυρετοὶ ὀξέες, λυγμώδεες] Sic legunt plæraque exemplaria, tum publicata, tum manu ſcripta. λυγγώδεες autem lego, aut λυγμώδεες, vt antea quoque libro de Fract. & in Mochlico. λυώδεες etiam quidam legunt, quod λυώδεις παραφρονητικοὺς exponat Galenus apud * Hippocratem, ac febres intelliguntur quæ mentem ſoluunt & ad inſaniam adigunt. Verùm apud Galenum pro λυώδεις, λυγγώδεις quidam ſcribunt. λύσσα enim ἡ μανία dicitur, παρὰ τὸ λύειν τὸν νοῦν. λυώδεες: tamen πυρετοὶ dici poſſunt, quòd animum cum corpore diſ-
ſoluant. Ad quam lectionem propiùs accedunt vulgata exemplaria quæ λυμώδεες legunt, vitioſè tamen.

D * In Exegeſi.

καὶ ἐν φλεβῶν αἱμοῤῥαγίαι παλιέσιες] Sic lego ex melioribus exemplaribus manu ſcriptis & Mochlico. Quædam autem καὶ ἐκ φλεβῶν αἱμοῤῥαγίαι παλιέσιες legunt. Quæ lectio etiam ferri poteſt. Hic quoque καὶ γαγγραινώσιες quædam addunt exemplaria, vt antea libro de Fract. & Mochlico.

ἢν δὲ ὑπόπλεα ᾖ, ἢ πλέον ἢ μᾶλλον τὰ ἐκχυμωμένα] Sic lego, ἢν δὲ ὑπόπλεα ᾖ, ἢ πλέον ἢ μᾶλλον τὰ ἐκχυμωμένα, etſi Mochlici lectio ferri poteſt, vbi ἐκχυμώματα legitur, quam ſecuti videntur interpretes. Caluus ὕπουλα pro ὑπόπλεα legiſſe videtur.

ἐπὶ δὲ πάντα μᾶλλον] Ambiguum eſt quo tam illud referatur. Malui ad eam deligationem referre, quæ maiore ex parte toti pedi & magnæ tibiæ parti, viciniſque partibus plurima ex parte adhibetur, qualem ſupra in colliſionibus deſcripſit. In Mochlico verò, ἐπὶ δὲ τῶν μᾶλλον legitur, quæ lectio ferri poteſt, etſi mihi ſuſpecta videtur.

ἢν δ' αὖ ὁ πούς] οἷσι δ' ἂν ὁ πούς ἐκβῇ lego. In Mochlico verò, ὅταν δὲ ἐκβῇ ὁ πούς. Cur verò partes iſtæ extenuentur magis declarat
E libro de Fract.

ἐμβολὴ δὲ καὶ ἄλλη] Sic legunt exemplaria omnia, quæ tamen vitiata eſſe apparet. Legendum enim ἐμβολὴ δὲ καὶ αὐτὴ ὥσπερ καρποῦ. In Mochlico legitur, ἐμβολὴ ὡς ὁ καρπός.

κατάτασις δὲ ἰσχυρὴ] ἰσχυροτέρη melius legatur, vt in Mochlico & lib. de Fract. Cuius etiam rei, vt & tenuioris victus, rationem reddit. Hic vero totus ſermo vt parum integer ac imperfectus videtur, ita in Mochlico perfectam habet abſolutionem, etſi eam ipſam Lacinia obtinet.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

F

ΜΟΧΛΙΚΟΝ.

HIPPOCRATIS MOCHLICVS,

SEV VECTIARIVS, HOC EST, DE

Oſſium per molitionem impellendorum ratione.

ΟΣΤΕΩΝ φύσις, δακτύλων μὲν ἁπλᾶ καὶ
G ὀστέα καὶ ἄρθρα. χειρὸς δὲ καὶ ποδὸς πολλὰ ἄλλα, ἀλλοίως συνηρθρωμένα. μέγιστα δὲ τὰ ἀνωτάτω. πτέρνης δὲ ἓν οἷον ἔξω φαίνεται, πρὸς ὃ αὐτὴν οἱ ὄπισθεν τένοντες τείνουσι. κνήμης δὲ δύο ἄνωθεν καὶ κάτωθεν ξυνεχόμενα, κατὰ μέσον δὲ διέχοντα. σμικρὸν δὲ ἔξωθεν, κατὰ τὸν σμικρὸν δάκτυλον λεπτότερον βραχὺ, πλεῖστον δὲ ταύτῃ διέχουσι καὶ σμικροτέρῃ ῥοπῇ, κατὰ γόνυ.
H καὶ ὁ τένων ἐξ αὐτοῦ πέφυκεν, ὁ παρὰ τὴν ἰγνύην ἔξω. ἔχουσι δὲ κάτωθεν κοινὴν ἐπίφυσιν πρὸς ἣν ὁ πούς κινέεται. ἄλλην δὲ ἄνωθεν ἔχουσιν ἐπίφυσιν ἐν ᾗ τὸ τοῦ μηροῦ ἄρθρον κινέεται, ἁπλόον καὶ εὐσταλέως ἐπὶ μήκει. εἶδος κονδυλῶδες, ἔχον ἐπιμυλίδα. αὐτὸς δὲ ἔγκυρτος ἔξω καὶ ἔμπροσθεν. ἡ δὲ κεφαλὴ ἐπίφυσις ἐπὶ

OSSA hunc in modũ à natura ſunt comparata. Digitorum quidẽ, tum oſſiũ, tum articulorum, ſimplex eſt iunctura. In manu verò & pede, cùm multa alia variè cõnectuntur, tũ maxima ſunt quæ ſupremo loco cõmittuntur. Calcis vnum os eſt, quale foras prominet, quo etiã à poſteriore parte tendines tendũt. Tibiæ duo oſſa ſunt ſupra & infra cohærẽtia, medio verò loco diſtãtia. Quod exterius tendit, paruũ & iuxta paruũ digitum paulo tenuius. Plurima verò hac parte diſtantia, minoreq́; momento ad genu inclinatio eſt, ex quo exterior poplitis tendo ortum habet. Inferiore autem parte communem habẽt oſſis accretionem, qua pes mouetur, & ſuperiore parte alteram, vbi femoris articulus ſimplex & longitudine ſuccinctus mouetur, tuberculorum ſpeciem referens, & patellã habens. Ipſum verò femur exteriore & anteriore parte incuruatur. Eius caput oſſis eſt accrementum,

rotundum,ex quo neruus qui in coxendicis acetabulo eſt, originem ducit. Cuius aliquantulũ obliqua eſt connexio minùs tamẽ quam brachij. Coxendix autẽ magnæ vertebræ, quæ eſt ad os ſacrũ,ex vinculo cartilaginoſo & neruoſo inhæreſcit. At ſpina à ſacro quidem oſſe ad magnam vertebram vſq; in gibbum curuatur. Veſicaq; & genituræ pars deſtinata, rectiq; inteſtini quod eſt inclinatum,ibi ſedem habet. Inde verò ad ſeptũ tranſuerſum,rectà interiorem in partẽ inclinata tendit, qua parte lũborum muſculi ψόαι dicti, exiſtunt. Ab ea quoq; parte ad magnam vertebrã,quę eſt ſupra ſummã humerorum partem, recta in gibbũ eleuatur, imò verò huiuſmodi magis apparet, quàm ſit. Poſteriores enim vertebrarum proceſſus ea parte maximè eminent. Ipſe autẽ ceruicis articulus anteriorem in partem inclinat. Vertebræ autem interiore parte inter ſe ſunt æquabiles, exteriore verò cartilaginibus & neruis continẽtur. Eæ quoq; in poſteriore medullæ ſpinalis parte, articulorũ modo inter ſe cõmittuntur. Parte autem poſteriore proceſſum acutũ habent,cum adnata cartilagine, vnde exoriũtur nerui qui proni feruntur, non ſecus ac muſculi à ceruice ad lumbos adnaſcuntur, qui coſtarũ & ſpinæ intermedium complent. Coſtæ verò ad vertebrarũ interſtitia, neruo annectuntur, à ceruice ad lumbos interiorem in partem tendentes. Anteriore autẽ parte ad pectus,laxum & molle extremũ habentes,forma præ cæteris animantibus maximè recurua cernũtur. Hac enim parte homo mole eſt anguſtiſſima. Qua coſtæ nõ ſunt, proceſſus obliquus, breuis & latus, ad ſingulas vertebras neruo annexus eſt. At pectus ſibi ipſi cohæret,qua parte coſtæ annectũtur obliqua interſtitia habens,laxũ quoq; & cartilagineum. Clauiculæ parte anteriore rotundæ,ad pectus quidẽ breues motus, ad ſummum verò humerũ crebriores habent. Summus autẽ humerus (ἀκρώμιον dicitur) ex lato ſcapularũ oſſe ortũ ducit,in plurimis non æquabiliter. Latum verò ſcapularũ os ad ſpinã cartilagineũ,reliqua parte laxum,foris inæquabile, ceruicem & cauum cartilagineum habens,ex quo coſtæ motionem ducunt, quod facilè inter oſſa,ſi brachiũ demas, diſſoluitur. Huius caput ex cauitate neruulo annexum eſt,teneram cartilaginem & rotundam adnatã habens. Ipſum autem exteriore parte incuruum,& anteriore obliquum, ad cauitatem rectà non fertur. Quod verò eſt ad cubiti gibbũ ,latum, tuberculoſum , oblongas cauitates habens & ſolidũ, poſteriore parte cauũ eſt, in quod cubiti proceſſus adnatus (qui κορώνη dicitur) vbi manus extenditur,inſeritur,quo etiã torpidus neruus,qui ex medio cubiti oſſium interſtitio enaſcitur,terminatur.

στρογγύλη, ἐξ ἧς τὸ νεῦρον τὸ ἐν τῇ κοτύλῃ τοῦ ἰσχίου πέφυκεν. A
ἐπιπλάγιον δὲ καὶ τοῦτο προσήρτηται· ἧσσον δὲ βραχίονος. τὸ δ' ἰσχίον προσήρτηται πρὸς τὸν μέγαν σπόνδυλον τὸν παρὰ τὸ ἱερὸν ὀστέον, χονδρονευρώδει δεσμῷ. ῥάχις δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ ἱεροῦ ὀστέου μέχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου, κυφή. κύστις τε καὶ γονὴ, καὶ ἀρχοῦ τὸ ἐγκεκλιμένον ἐν τούτῳ. ἀπὸ δὲ τούτου ἄχρι φρενῶν, ἰθεῖα ἡ ἰξὺ λορδὸς, καὶ αἱ ψόαι κατὰ τοῦτο. ἐντεῦθεν δὲ ἄχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου, B
τοῦ ὑπὲρ τῶν ἐπωμίδων, ἰθυκυφής. ἔστι δὲ μᾶλλον δοκέει, ἢ ἐστίν. αἱ γὰρ ὄπισθεν τῶν σπονδύλων ἀποφύσιες ταύτῃ ὑψηλόταται. τὸ δὲ τοῦ αὐχένος ἄρθρον, λορδόν. σπόνδυλοι δὲ ἔσωθεν ἄρτιοι πρὸς ἀλλήλους. ἀπὸ δὲ τῶν ἔξωθεν χόνδρων καὶ νεύρων συνεχόμενοι. ἡ δὲ ξυνάρθρωσις αὐτῶν, ἐν τῷ ὄπισθεν τοῦ νωτιαίου. ὄπισθεν δὲ ἔχουσιν ἔκφυσιν C
ὀξείην, ἔχουσαν ἐπίφυσιν χονδρώδεα, ἔνθεν νεύρων ἀπόφυσις κατωφερής. ὥσπερ καὶ οἱ μύες προσπεφύκασιν ἀπὸ αὐχένος ἐς ὀσφῦν, πληροῦντες δὲ τὸ εὐρέων, καὶ ἀκάνθης τὸ μέσον. πλευραὶ δὲ κατὰ τὰς διαφύσιας τῶν σπονδύλων νευρίοις προσπεφύκασιν, ἀπ' αὐχένος ἐς ὀσφῦν ἔσωθεν. ἐπίπροσθεν δὲ κατὰ τὸ στῆθος, χαῦνον καὶ μαλθακὸν τὸ ἄκρον ἔχουσαι, εἶδος ῥαιβοειδέστατον τῶν ζώων. στενότατος γὰρ D
ταύτῃ ὁ ἄνθρωπος ἐπ' ὄγκον. ᾗ δὲ μὴ πλευραί εἰσιν, ἔκφυσις πλαγίη, βραχείη, καὶ πλατείη, ἐφ' ἑκάστῳ σπονδύλῳ νευρίῳ προσαπεφύκασι. στῆθος δὲ ξυνεχὲς αὐτὸ ἑωυτῷ, διαφύσιας ἔχον πλαγίας, ᾗ πλευραὶ προσήρτηνται. χαῦνον δὲ καὶ χονδρῶδες. κληΐδες δὲ περιφερέες ἐς τοὔμπροσθεν, ἔχουσαι πρὸς μὲν τὸ στῆθος βραχείας κινήσιας. πρὸς δὲ τὸ ἀκρώμιον, συχνοτέρας. ἀκρώμιον δὲ E
ἐξ ὠμοπλατέων πέφυκεν, ἀνομοίως τοῖσι πλείστοισιν. ὠμοπλάτη δὲ χονδρώδης τὸ πρὸς ῥάχιν, τῇ δ' ἄλλῃ χαύνη, τὸ ἀνώμαλον ἔξω ἔχουσα. αὐχένα δὲ καὶ κοτύλην ἔχουσα χονδρώδεα, ἐξ ἧς αἱ πλευραὶ κίνησιν ἔχουσιν. διάλυτος ἐοῦσα ὀστέων, πλὴν βραχίονος. τούτου δὲ ἐκ τῆς κεφαλῆς νευρίῳ ἡ κεφαλὴ ἐξήρτηται, χόνδρου χαύνου περιφερῆ ἐπίφυσιν ἔχουσα. αὐτὸς δὲ ἔκκυρτος ἔξω, καὶ ἔμ- F
προσθεν πλάγιος, οὐκ ὀρθὸς πρὸς κοτύλην. τὸ δὲ πρὸς ἀγκῶνα αὐτοῦ, πλατύ καὶ κονδυλῶδες, καὶ βαλβιδῶδες, καὶ στερεὸν, ἔγκοιλον ὄπισθεν. ἐν ᾧ ἡ κορώνη ἐκ τοῦ πήχεος, ὅταν ἐκταθῇ ἡ χεὶρ, ἔνεστιν. ἐς τοῦτο καὶ τὸ ναρκῶδες νεῦρον ὃ ἐκ τῆς διαφύσιος τῶν τοῦ πήχεος ὀστέων, ἐκ μέσου ἐκπίφυκε καὶ περαίνεται.

G

Hic liber μοχλικὸν indicaturam paſſim in omnibus exemplaribus & apud Galenum præ ſe fert, quod eſt, De oſſium per molitio-
nem impellendorum ratione, aut, De impellendis per molitionem oſſibus. Quibuſdam etiam Vectiarius, ſeu De molendi ra-
tione, aut etiam, De curandis luxatis, ex argumento inſcribitur. Plurima enim in eo ineſt luxatorum oſſium repoſitio, eamque
in rem machinarum & organorum molitionem admouet. Eſt enim μοχλεία aut μόχλευσις, [illegible]
[illegible] (vt ſcribit Definit. Medic. author.) Cuius vſum non eſſe aſpernabilem, ſed valde in tota manu curandi ra-
tione neceſſarium, & quomodo per ferramenta admoueri debeat (quod eſt proprium huius inſtituti argumentum) ex-
ponit Hippocrates libro de Fract. Quod cum fuſam habeat & latè ſparſam libris ſuperioribus tractationem, hic tamen velut H
in ſumma capita contractam, ac velut compendiariam luxatorum curandorum rationem complectitur. Qualia ſunt per-
multa alia Hippocratis ſcripta, quæ quod ſummam rerum doctrinam ad memoriam tantum reconditam contineant, ὑπο-
μνηματικὰ ſcripta eſſe perhibentur. Quem in cenſum * Galeno teſte, vel maximè hic Mochlici liber reponitur. Quo cer-
te nomine ad Chirurgiam vt maximè accommodatus, ita valde neceſſarius eſſe videtur. Vt mirum ſubeat, cum tamdiu ab
Interpretibus qui vel Chirurgiam totam ex Hippocratis ſcriptis ad eam operam inſtitutis, informarunt, vel abſolutam Hip-
pocraticæ doctrinæ ſecturam ediderunt, indéque præclariſſimam laudem reportarunt, tam ſecurè, ne dicam ſupinè fuiſſe præ-
teritum. Quos tamen ad tam iuſti operis cauſam aggrediundam, imprimis Galeni authoritas, & codicum manuſcriptorum ac
publicatorum conſtans vbique fides potiſsimum impellere potuiſſet. At videntur ab eo deterriti vel inani quadam (vt videbantur)
eorum ferè omnium quæ in ſuperioribus libris de Fractorum & luxatorum curatione ſcripta ſunt, repetitione, cum tamen eo
maximè nomine à Galeno commendentur. Aut certè (quod magis reor) operis deformitate & mutilatione in vada & ſyrtes

* *Com. 1. in lib. de Fract.*

conie-

A coniecti, integritatem totius corporis abiurarunt. Nam & codices Græcos omni ex parte corruptiſſimos eſſe conſtat. Et vt collocationis ordinem præteream, qui ferè quibuſque membranis ſuus eſt & arbitrarius, in nonnullis quoque non alio quàm ſub ὀστέων φύσιος nomine ponitur. Quam ſanè vaſtitatem multo magis luctuoſam & deplorandam exiſtimo, quod etiam Galeni tempore eandem calamitatem hic fœtus expertus eſſe videtur. Nam & quæ de Venis libello περὶ ὀστέων φύσιος attexuntur, τὰ προσκείμενα τῷ μοχλικῷ dici videntur Galeno ἐν γλώσσαις in dictione κοτυλίδα & ἀρθρώδεας. Et quod huius libri initio adſcribitur de oſſium natura, libro περὶ ὀστέων φύσιος in reconditiſſimis membranis iure optimo apponitur. Etſi ſuo etiam quodam merito huc quadrare poſſit, cùm ad luxatorum & fractorum curationem oſſium coagmentatio & natura Medico apprimè ſit neceſſaria, atque adeo ſanè, vt iſtum περὶ ὀστέων φύσιος libellum cum Hippocratis ſcriptis ad Chirurgiam informandam accommodatis, aptiſſimè coniungi poſſe exiſtimem. Hunc verò genuinum Hippocratis Magni fœtum, in hanc Aſclepiadarum familiam tanquam fugitiuum mancipium aut ſtigmaticum liberali aſſerimus manu, ac veluti captis pignoribus coercemus. Quam ad rem Galenum etiam cenſorem adhibemus;
B qui multis locis, præcipuè verò Comment. 1. in Prorrh. genuinum ac omnibus receptum Hippocratis fœtum Mochlicon palam profitetur. Quod etiam preſſa ac breuis ſcribendi ratio, tum etiam eorum quæ libris de Fracturis & Articulis continentur, conciſa & ſubtilis comprehenſio teſtatur. Hic enim quæ illis in libris latè ſparſa diffuſiorem cognitionem habent, ad memoriæ ſubſidium in anguſtos fines ac veluti pugillares contrahuntur. Ad eam quoque exiſtimationis cenſuram accedet, quod præter earum dictionum explicationem quæ à Galeno & Erotiano ex hoc libello propriè quodammodo petuntur, ipſe quoque Erotianus μοχλικὸν in Librorum Hippocratis recenſione, ἐν τοῖς χειρουργικοῖς nominatim ſuo loco, hoc eſt poſt libros de Fract. & Art. & κατ' ἰητρεῖον, ponit. Quo certè magis miror Cornarium veteratorem hoc in ludo aſſiduum, libellum περὶ ὀστέων φύσιος iſtius Mochlici indicatura inſigniuiſſe, iuſtiq; Vectiarij nomine populo venditaſſe, cùm ne vlla quidem in eo ad impellenda oſſa molitio aut machina adhibeatur, ibique oſſium quæ exceſſerunt recondendorum altum omninò ſit ſilentium, niſi & iſte illi ad tantam inſcriptionis exiſtimationem retinendam velut ſuccenturiatus adiungatur. Quod etiam velle videntur recondita quædam manu ſcripta exemplaria,
C quæ illum huic præponunt, aut quæ τὰ προσκείμενα τῷ μοχλικῷ Galeno dicuntur, aut (vt etiam habent membranæ quædam) τὰ προσκείμενα. Quæ certè omnia huius libelli inſanitatem aut mutilationem præ ſe ferunt, velut etiam dictio ἴπος, quæ à Galeno in Exegeſi ex hoc libello profertur, cuius tamen nulla extat mentio. Vt vel inde huius operis & ſummam deſperationem, & maximam difficultatem facilè agnoſcas.

1 ὀστέων φύσις] Hoc principium in librum περὶ ὀστέων φύσιος reiici debet, ex manu ſcriptorum codicum conſenſu. Verùm quia tam publicatorum quàm manu ſcriptorum exemplaria recondita huic libro attexunt, tum quia quædam hic etiam ex libris ſuperioribus repetuntur, quæ de coxa, ſpina, & coſtis dicuntur, huc quoque quadrare poſſe videtur.

μέγιστα δὲ τὰ αὐχένια] Sic magna pars codicum legit. Quædam etiam manu ſcripta exemplaria Regia τὰ αὐχένια legunt, nonnulla quoque, καὶ τὰ αὐχένια, eodem vtrobique ſenſu.

D οἱ ὀπίσθιοι τένοντες] Libro de Fract. calci tendonem poſteriore parte annecti ſcribit, quem neruum durum & intentum vocat Celſus, quòd robuſtiſſimus ſit, & ex tribus magnis muſculis, qui in poſteriore tibiæ parte locati ſunt, ortus, in validiſſimum tendonem degenerans, in calcaneum inſeratur. Ex gemellis enim ad tibiæ medium cum ſolea iunctis, tendo vnus longè omnium robuſtiſſimus productus, pternæ principio inſeritur. Eamque ob rem quod ex plurium muſculorum connexione ortum habeat, velut plures tendones, multitudinis nomine donat, aut certè neruos inſignes quibus ea pars communicat intelligit. Inſignes enim & magni nerui calcaneo conſentiunt (τὰ ἐπίκαιρα νεῦρα dicuntur libro de Fract.) vnde & vehementium dolorum & conuulſionum pericula imminent.

σμικρὸν τὸ ἔξωθεν] Suræ os exterius hoc modo dictum eſt tenuius & breuius libro de Fract. λεπτότερον βραχὺ meliùs legatur, quomodo etiam legiſſe videntur interpretes.

πλεῖστον δὲ τὸ κάτω ἀνεχοῦσι] His ſubobſcuris verbis indicatur ſuræ os inferiore parte multò longiùs produci, & ſuperiore parte ad
E genu paulò eſſe breuius, minoreq; quodam momento inclinare ac propendere. Qua enim minimum digitum ſpectat, tanto longiùs producitur quanto tibiæ os ad genu altiùs porrigitur, ideoq; μακρότερον dicitur libro de Fract. Quod etiam ſcribitur à Galeno libr. 3. vſus part. & lib. de Oſſib. ὀλίγον tamen malim, vt videtur legiſſe Caluus in principio libelli de Oſſium natura.

συμφερτικὴ ῥοπή] Hæc inclinatio etſi ad ſuræ inferiorem in genu propenſionem refertur, quà tibia paulo inferius fertur: Poteſt tamen etiam id reſpicere quod ſcribitur libro de Fract. de ſuræ oſſe, ὁ δ' αὐτὸς μεγάλου κάλυμμα ἐὸν, ἀφ' οὗ τένων ὁ ἔξω τείνει ὁ παρὰ τὴν ἰγνύην. Hic enim tendo exteriore genu parte conſtringens, paruo quodam momento præſidio eſt & impedimento, ne exteriorem in partem luxatio fiat. Ideoque magis interiorem in partem genu prolapſio fit, vt ſcribit Gal. Com. 3. in lib. de Fract.

ἁπλόον δὲ οὐ φαλακρὸς ἐπὶ μηροῦ] Illud videtur in comparatione dictum, vt libro de Fract. femoris enim articulus ſimplex eſt, nullos habens receſſus, & pro magnitudine brachij articulo expeditior, vt explicat Galenus libro de Fract. Hîc verò ἐπὶ μηροῦ longè apertiùs rem oſtendit quàm ἐπὶ μηροῦ, duo capita illa aut condylos inferiores, quibus cum tibia femur per membranoſa & valida ligamenta
F annectitur, expeditumq; eorum motum ſubindicans. Sic libro de artic. genu τὸ εὐσταλὲς καὶ τὸ εὔθετον, vt hic quoque poſtea commemorat.

αὗται κονδυλώδεις] Inferiora femoris capita in medio ſinuata, in duos condylos deſinunt, adeo magnos, vt capita dici poſſint, vt ſcribit Galenus lib. de Oſſibus.

ἔχει ἐπιμυλίδα] Ἐπιμυλίδα lego ex Exegeſi, vbi τὴν ἐπιγονατίδα τὴν μύλην explicat Galenus, hunc locum ſubindicans. Idem ἐπιγονατίδα καὶ μύλην dici ſcribit libro de Oſſib. os extrinſecus cartilaginoſum rotundumq; ſubiectorum oſſium femoris & tibiæ gibbam partem ac veluti condyloſam aptis cauitatibus complectens, eamq; commiſſuram tegens, patellam vocant Latini, alij rotulam. Quod etiam ſcribit Galenus lib. 3. de vſu part. Huius verò vſum aliàs explicat Hippocrates lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, ἐπιγονατίδα verò dici ſcribit Galenus Com. 3. in lib. de Fract. παρ' ὅλον τὸ γόνατος ἐπιπεφυκέναι.

G ἀποτρίβεται δ' ἔγκυρτον] Libro de fracturis ſcribitur, ὅτι μηροῦ γωνίης κεῖται ἐς τὸ ἔξω μέρος, ὃ ἐς τὸ ἔσω, καὶ ἐς τὸ ὄπισθεν μᾶλλον, ἢ ἐς ἔμπροσθεν. Quod etiam ſcribit Galenus libro de Oſſib. & lib. 3. vſ. part.

ὁ δὲ κεφαλὴ] Femoris caput ſuperius oſſis accrementum habet, epiphyſin dictam, exactè rotundam, ceruici prolongæ adnatam, & ad interiora inclinatum, vt ſcribit * Galenus, ex cuius medio vertice ligamentum rotundum & robuſtum in acetabuli fundum prope totum, præſertim parte interiore quà pubis foramen ſpectat, firmiter inſeritur. Quod hîc neruus, vt aliàs ſæpe Hippocrati οἱ σύνδεσμοι nerui dicuntur. Hoc vero ligamentum adeo durum eſt, vt νευροχονδρῶδες merito dici poſſit.

* Lib. de Oſſib.

ὑπομάδων δὲ] Id de ligamento rotundo & validiſſimo, adipe interſperſo, tam lato vt pubis foramen etiam attingat intelligi poteſt, quod ex media iſchij cauitate & latere prope toto, paulatim contractius & rotundius, in medium femoris caput inſeritur. Alioqui obliquum femoris ſitum ſpectat, quo ex cotyle iſchij foras ſecedit, neque rectitudinem totam in externarum corporis partium
H ſequitur. Quod quem in vſum à natura comparatum ſit ſcribit Galenus lib. 3. de vſu part. Brachij autem caput ad humerum, cùm magnum ſit, nec oblongam ceruicem habeat, in lati ſcapularum oſſis cauum non admodum altum, ſed ſupina neque valde ſuperciliosa habens labra, obliquè magis inſeritur, vt ſcribitur lib. 2. & 13. de vſu part. Ideoque etiam facilius excidit: vt ſcribit Hippocrates. † Caluus ἧσσον explicat, vt femoris caput brachij capite ad humerum minus ſit. Quod vt ſatis conſtat, ita ἧσσον legiſſe videtur ex codicibus manu ſcriptis in lib. περὶ ὀστέων φύσ.

† Libro de Fract.

τὸ δ' ἰσχίον προσέχεται] ἰσχίον hîc dici videtur oſſis ilium pars aſpera, inæqualis, & inſigniter craſſa, quæ oſſis ſacri apophyſibus tranſuerſis, exteriore parte grandibus & patentibus, cauitate glenoide excipitur, eaque ſede oſſi ſacro per ſynarthroſin committitur. Quod totum os vt Galeno & Oribaſio nomine caret, ita Rufo ἰσχίον, fortè à præcipua iſchij actione, dicitur. Vinculum autem neruoſum & cartilagineum hîc intelligi videtur, plurima cartilago ligamenti naturam adepta, & totam amplitudinem quæ inter hæc oſſa intercedit, inuicemque dehiſcunt, explens, vbi duo illi ſacri oſſis proceſſuum ſinus conſpiciuntur, quibus os ilium

ſuis tuberibus non exactè reſpondet. Aut certè ea connexio accipienda eſt, qua os ſacrum cum oſſe ilium vnitur, & ligamentis plurimis firmiſſimè colligatur, ſumma autem ſui parte infimo lumborum ſpondylo cartilagine incruſtatum connectitur & adhæreſcit. A
Hic autem μέγαν σπόνδυλον extremam lumborum vertebram intelligit, vt & ſtatim poſtea, & libro de artic. cum ex ea crurum annexionem dependere dixit, quæ etiam iſtis verbis hic adumbrari videtur, & de neruorum qui ad crura feruntur exortu, ab extrema lumborum vertebra, quæ cum oſſe ſacro committitur, intelligi, vt illic quoque explicat Galenus. Exemplaria verò manu ſcripta Regia, τῷ ἀπὸ τῆς ἱερῆς ὀστέῳ legunt.

ἀρχοῦ τὸ ἐγκεκλιμένον] τὸ χαλαρὸν dixit lib. de artic. eam recti inteſtini partem, quæ laxa eſt & ad latitudinem inclinat, neque muſculis conſtringitur.

ὀπίσω δὲ ταῦτα] Hæc ferè iiſdem verbis repetuntur lib. de artic.

σπόνδυλοι δὲ ἔσωθεν] Id quomodo accipiendum eſſet diximus libro de articulis. Hic autem neruoſum ligamentum & mucoſum intelligit, ex cartilaginibus originem ducens, quod vertebras parte ſua exteriore complectitur, eaſque inter ſe connectit vt docet Galenus lib. 13. de vſu part. Exemplaria verò quædam manu ſcripta χονδρωτοὺς legunt, vt extimam vertebrarum partem quæ cartilagine incruſtatur intelligant. Quæ ambæ lectiones etſi ad eandem notionem referuntur, illa tamen quæ codices manu ſcriptos refert, propiùs ad libros de articulis accedere videtur, quod extimam ſpondylorum partem ab interiore regione ſignificare videatur. Aſulanus autem codex hîc nullo merito aſteriſcum, velut corruptionis notam apponit. B

οἱ δὲ ξυναρθρώσιες] Spondyli inter ſe per apophyſes ſurſum & deorſum ſpectantes diarthroſi committuntur, vt ſcribit * Galenus. γιγγλυμώδεα dixit Hippocrates lib. de articulis, quod velut cardinis modo inter ſe iungantur. Illud verò ἐν τῷ ὄπισθεν τῷ νωτιαίῳ, quod ἔσω dicit Galenus, quomodo accipiendum ſit, illic apertiſſimè Galenus exponit.

* *Lib. de Oſſibus.*

ὄπισθεν δὲ ἔχουσι ἐκφύσιας] Aliter paulò legitur lib. de artic. quod etiam à Galeno explicatur. C

ὅπως καὶ οἱ μύες προσπεφύκασι] Hic ῥαχίτας muſculos intelligi ſatis conſtat. Quod etſi lib. de artic. repetitur, hîc tamen meliorem quandam fortunam nactum eſt, meliuſque ſcribitur quàm lib. de artic. vbi etiam à Galeno explicatur.

κατὰ τὰς διαφύσιας] διαφύσιες hîc intelliguntur vertebrarum interſtitia aut rimæ, cauitates paruæ ac ſuperficiariæ, ſinuſque vertebrarum corporibus inciſi ad apophyſeon tranſuerſarum radices, in quas coſtarum principium tuberculoſo quodam capite & rotundo inſeritur. Aut certè διαφύσιες etiam dici poſſunt, quæ inter vertebras enata ſunt, & ipſi ſpondylorum proceſſus tranſuerſi intelligi cum quibus duplici diarthroſi, vna ad eorum radices, altera ad internam eorum extremitatem, duobus tuberculis coſtæ committuntur, & ad interiora tendunt. Duplex enim & διφυὴς (* vt ſcribit Galenus) earum eſt coarticulatio, vt eo quoque nomine, duplices illi ſinus veluti rimæ quædam verticulorum corporibus inſculpti, διαφύσιες rectè dici poſſunt. προσπεφύκασι verò dixit, quod προσηρθρῶνται libr. de artic. quodque Galenus διαρθροῦνται explicat. φύσιν autem vocat nerui productionem & exortum, ad apophyſeon tranſuerſarum finem vnicuique vertebræ reſpondentem, vt teſtatur † Galenus. Coſtæ nanque cum vertebrarum corpore magna ex parte inarticulantur, inter mutuam ipſarum commiſſuram & foramen neruis deſtinatum. Hic verò κατὰ τὰς διαφύσιας τῶν σπονδύλων cum interpretibus lego, contra tamen omnium codicum fidem. D

* *Com. 3. in lib. de artic.*

† *Lib. 13. de vſu part.*

ἔμπροσθεν δὲ κατὰ τὸ στῆθος] Coſtarum cum ſterno commiſſuram intelligit, quæ parte cartilaginoſa in tuberculum deſinentes, ſingulis ſterni oſſibus ſinum leuiter cauum ſortitis, per diarthroſin iunguntur. Totaque ea coſtarum cum ſterno iunctura, non os, ſed cartilago eſt, (* vt ſcribit Galenus) Ideóque hîc χαῦνα καὶ μαλθακὰ τὰ ἄκρα ἔχουσαι dicuntur. ῥαιβοειδέστεραι autem hîc exemplaria omnia legunt, eamque lectionem ſecutus videtur Erotianus. Sed nos libro de artic. ῥικνοειδέστεραι legendum eſſe diximus. Illud enim incuruam maximè coſtarum figuram innuere videtur. Coſtis nanque (vt ſcribit Galenus) non vna ſimplexq; figura eſt, cùm poſt eam quam habent cum vertebris diarthroſin, in anteriora ſimul & inferiora ferantur, multumque ita progreſſæ, rurſuſque ſurſum verſæ, proximus ad ſternum recurruentur. E

* *Lib. de Oſſibus.*

στενότατος γὰρ ταύτῃ] Cùm homo latiſſimum habeat thoracem, ad eum vſum quem indicat Galenus Commentariis de reſpiratione, & lib. 7. & 13. libr. de vſu partium, ideò coſtæ maximè inflexæ ſunt, & ad ſternon interiorem in partem incuruantur, nec vt in cæteris animantibus, in acutum aut tumorem tendunt, quod hîc anguſtiſſimam molem habere dixit. πλατυστερνότατος enim ὁ ἄνθρωπος. († vt ſcribit Galenus) cætera verò animalia ὀξύστερνα. Cuius rei etiam rationem ibi reddit. Legi verò poteſt, τῶν ζώων γὰρ στενότατος ταύτῃ ὁ ἄνθρωπος. Quam etiam lectionem ſecutus fuiſſe videtur Caluus. ἐφ' ἕκαστον autem legendum cenſeo pro ἐπ' οἶσιν.

† *Com. 3. in lib. de artic.*

ἐφ' ἑκάστῳ σπονδύλῳ] προσπεφύκασι habent omnia exemplaria quotquot adhuc videre licuit, ſed προσηρθρῶνται legendum exiſtimo. F

στῆθος δὲ] Hîc ſterni aut pectoris ſubſtantiam fungoſam admodum & mollem, totamque cartilagine indurata & ſiccata ferè conſtantem intelligit, quæ pluribus oſſibus, nec ſemper certo numero comprehenſis, inter ſe ſynarthroſi aut etiam ſymphyſi iunctis, continetur & cohæret. διαφύσιες autem hîc dicuntur diſcrimina quædam & interualla, hoc eſt cartilagines ipſæ, quibus ſynarthroſi ſternum cum coſtis committitur; aut ſinus ipſi cartilagine incruſtati, ad pectoris latera & commiſſuram inſculpti, in quos coſtarum pars cartilaginoſa inſeritur. Qua notione etiam codicum conſenſum ſecutus ſum, διαφύσιας ἔχει παχείας, ᾗ πλευραὶ προσηρθρῶνται legens. quanquam etiam, ᾗ πλευραὶ προσηρθρῶνται χαῦνα καὶ χονδρώδεα, legi poteſt, vt Caluus legiſſe videtur. Sed ea poſtrema verba totam pectoris ſubſtantiam cartilagineam & mollem, totamque ferè cartilagine indurata contectam, mihi innuere videntur. Libro verò de artic. ſcribitur, αὐτὸ γὰρ ἑωυτῷ συνεχές ἐστι τὸ στῆθος, ὡς τῇ ῥάχει.

κληῗδες δὲ] Claniculæ parte ſuperiore quà ſterno diarthroſi inarticulantur, craſſiores ſunt & rotundæ, ideoque περιφερέες ἐς τὸ στρογγύλον hîc dicuntur. Vbi etiam paruas motiones habent. μικρὰς γὰρ ὁ κιγκλισμὸς τοῦ ἄρθρου τοῦ ἐν τῷ στήθει, vt ſcribitur libro de artic. Ad ſummum verò humerum, cùm per ſumma veluti fluctuent ac fluitent (vnde & Hippocrati, περὶ τὸ τοῦ ὤμου ἄρθρον πλανώδεες εἰσί,) αἰωρεῖσθαι, αἰωρέονται πολυκινητότεραι ἐοῦσαι, ἢ τὸ πρὸς τοῦ ἀκρωμίου σύζευξις (lib. de artic.) G

ἀκρώμιον δὲ ἐξ ὠμοπλατέων] Spina in dorſo lati ſcapularum oſſis (quod ὠμοπλάτη dicitur) elata, progreſſa, dilatata fit acromion. Eſt nanque omoplatæ acromion, os illud cartilaginoſum, quà ipſa claui committitur. Quod Hippocrates lib. de artic. ligamentum eſſe ſcribit, iugulum cum lato ſcapularum oſſe colligans, idque firmitatis & ſecuritatis gratia, vt ſcribit * Galenus. Quia verò cartilago iſta oſſea, in commiſſura lati ſcapularum oſſis cum iugulo, interdum accumbit, ſæpius verò media intercedit, vt in ea quæ claui eſt cum ſterno iunctura, & ea quæ cruris cum tibia: Ideo hîc plæriſque inæquabilem, aut non æquè omnibus connecti ſcribit. Aut certè quod cartilago iſta hominibus tantùm propria Hippocrati & Galeno eſſe ſcribitur.

* *Lib. 13. de vſu part.* H

ὠμοπλάται δὲ] Hîc ὠμοπλάτη, vt & Galeno libro de Oſſibus, & libris vſus partium latiùs ſumitur, ὦμον & ἐπωμίδα complectens. Huius ima baſis quæ ſecundum dorſi longitudinem thoracis vertebrarum ſpinis proximè exporrigitur, maxima ex parte cartilagine incruſtatur, ac penè cartilaginea eſt. Vnde ſpina quædam primùm humilis & depreſſa, deinde ſenſim elatior facta & amplior, in acromion dilatatur. Ex quo etiam ei magna inæqualitas parte exteriore accedit. Parte anteriore apophyſin quandam habet, quam ceruicem nominant, in cuius extremo cauitas quædam excauatur, in quam brachij caput diarthroſi inſeritur. Quæ cauitas humilis & ſuperficiaria, cartilagine reliquorum articulorum modo incruſtata, non admodùm altè cælatur, ideóque glene potiùs quàm cotyle dicenda videatur, hîc tamen vt & libello de Oſſibus à Galeno cotyles nomine exprimitur. Quod autem ad ſcriptionem attinet, illud τὰ πρὸς ῥάχιν, ad omoplatæ ſpinam refertur, etſi illius baſim ad longitudinem dorſi & ſpinam pertingentem, reſpicere aliqua ex parte poteſt. ἔχουσα verò pro ἔχουσι (quod paſſim in omnibus codicibus legitur) ſcribo.

ἐξ ὧν, αἱ πλευραὶ ἀνίσους ἔχουσι] πλευραὶ hîc aut ſuperius & inferius lati ſcapularum oſſis latus dicuntur (vt veteribus Græcis) cùm

non niſi

A non niſi humeri articulo emoto, moueri queant: Aut certè humeri articulum, qui ex ceruice & cotyle omoplatæ dependet, exporrectum eſſe & longè à thorace abductum intelligit, vt latiſſimus eſſet thorax & faciliùs moueretur. Quam ad rem etiam clauiculæ articulatio maximè accommodata eſſe videtur. Quod diſertiſſimè ſcriptum eſt à Galeno lib. 13. vſus partium.

ἐυάπλυτος ἐιδον] Summi humeri, quod ἀκρώμιον dicitur, auulſionem intelligit. Quod etſi ſecuritatis gratia validis quibuſdam ligamentis clauiculæ & omoplatæ impoſitum, eas inter ſe connectit; facilè tamen, brachio excepto, recedit. Cum enim brachij caput rotundum, parua & ſuperficiaria cauitate condatur, eiuſque pars maxima extra ſit, crebrò excidit & luxatur, vt ſcribit Galenus libr. 13. de vſu part. Ideoque Chirurgi acromij auulſionem non intelligentes, brachij caput excidiſſe autumant, quod in ſeipſo expertum Galenus fatetur Com. 1. in lib. de artic.

νευρόν ὁ κοινὸν ἐξήρτηται] Ligamentum latum, amplum & membranoſum totum humeri articulum ambiens, omnibus articulis commune intelligit, quod ex ſuperciliis cauitatis lati ſcapularum oſſis orbiculatim ortum ducens, in capitis interni brachij radi-

B cem & initium inſigitur. De quo agit Galenus lib. 13. de vſu part.

αὐτὸς δ᾽ ὁ βραχίων] Brachij figura rotunda, nec recta tamen, nec omninò ſimilis. In anteriora enim & exteriora gibba, in poſteriora verò & interiora ſima, & ad apprehenſionem concaua. Melius enim fuit ad ſe inuicem conuerſas fuiſſe manus, & concauas oſſium partes ſe inuicem aſpicere, ipſorum autem conuexitates foras auertere, vt ſcribit Galenus lib. 16. de vſu partium. Caluus verò ἔγκυρτος ἔξω ἢ ἔμπροσθεν, πλάγιος, καὶ ὀρθὸς πρὸς κοτύλην, legiſſe videtur, vt ſit, exteriore & anteriore parte incuruum, quemadmodum libr. de oſſibus ſcribit Galenus. Vbi anteriorem partem ſumit eam quæ foras ſpectat. Codicum tamen maxima pars, ἐς τὸ ἔμπροσθεν πλάγιος habet. Qua ſcriptione pars anterior & interior obliqua, hoc eſt, ſima & concaua eſſe indicatur. Etſi hic obliquum gibbum, & anterior pars exteriorem ſignificare poteſt. Brachium verò non rectà ad cauitatem ſcapulæ committitur, cùm humeri articulus extra promineat, ad thoracis amplitudinem & latitudinem, vt ſcribit Galenus lib. 13. de vſu part.

τὸ δ᾽ πρὸς ἀγκῶνα αὐτοῦ] Inferiorem brachij finem tuberculoſum & inæqualem intelligit. ὑπὸ τῷ βραχίονος ἄκρον vocat * Hippocra-

C tes. πλατύνεται γὰρ ἐνταῦθα (vt ſcribit Galenus Comment. in libro de articulo) πλάτος λαμβάνει κατὰ τὰ εἴδη, ἐν ἑκατέρωθεν κονδύλους. βαλβιδώδης autem oblongas habens cauitates dixi, quod βαλβὶς κοιλότης ἐπιμήκης dicatur Galeno in Exegeſi, aut ἐπιμήκης, vt legit Varinus. Ea autem cauitas intelligitur quæ eſt in brachij fine inferno, leuis & rotunda, inter duos condylos medio paruo condylo leuata, & trochleæ ſimilis, quam vlnæ cauitas σιγμοειδὴς comprehendit eaque ſuis proceſſibus aduncis & coronis circa hanc mouetur, & à qua brachij pars inferior cardinem referre, & γιγγλυμοειδὴς dicitur Hippocrati libro de Fract. Cùm verò βαλβὶς ἄφεσιν & ἀφετηρίαν, aut γραμμὴν, carceres, aut locum vnde curſores emittuntur, lineam etiam & repagulum, aut etiam καμπτῆρα, τέλος ἢ τέρμα, flexum, metam, aut terminum ſignificet † Polluci, τὸ βαλβιδῶδες hìc quod eſt repagulo aut metæ ſimile ſignificare poteſt, quo modo ſumpſerunt * Caluus & Cornarius. Eoque ſenſu ſinus in brachij fine inferiore vtrinque exſculpti ad elatiorem rotulæ regionem intelligentur, βαθμίδες propriè dicti, in quos vlnæ proceſſus & coronæ inſeruntur, illicque veluti ad metam flectuntur & ſiſtuntur, aut

D tanquam repagulo conſtringuntur & terminantur. βαλβὶς quoque cum βαθμὸς ἢ ἔρεισμα dicatur Heſychio, & ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν deducatur Euſtathio, aut ἀπὸ τοῦ βαίνειν Varino, βαλβιδῶδες dici poteſt inferius brachij caput, eas vtrinque cauitates (quas βαθμίδας dicimus) habens velut ſedes in quas vlnæ proceſſus ingrediuntur, immittuntur, inſident, ac veluti firmantur, βαλβῖδες etiam dicuntur Euſtathio & Varino αἱ ἐν ὀρθίῳ ἢ ἄλλοις ἐγκοπαί ἢ ἀρχαί δι᾽ ὧν ἀγωνιστεῖς ἐπ᾽ αὐτῷ. Vnde quoque βαλβιδῶδες apud Hippocratem Heſychius τὸ ἔχον ἀναστρόφους ἐπιμήκεις explicat. Sic enim apud eum legendum, iſtumque locum ab eo denotari exiſtimo. Qua notione elatiores rotulæ regiones intelligentur, ad quas vtrinque ſinus, qui βαθμίδες peculiariter dicuntur, in inferiore brachij capite ſunt excauati. At certè ex his omnibus notionibus ea mihi potior exiſtimanda eſt quæ ad Galeni mentem propiùs accedit, & qua cauitas illa trochleæ ſimilis, aut cauitates vtrinque exſculptæ in inferiore brachij capite ſignificantur.

* *Lib. de artic.*

† *Cap. 30. lib. 3.*

* *Lib. de Oſſium natura.*

E καὶ τὸ νευρώδες ἀνόητον] νευρῶδες ἀνόητον ligamentum intelligere videtur, quod ligamentorum natura ſenſu careat. Innuit autem ligamentum illud denſum, craſſum & validum ac membranoſum, quod ex brachij fine inferiore exortum, cubitum cum radio connectit, totamque dearticulationem circumueſtiens, maiore tamen parte cubitum annectit, vt ſcribit Hippocrates libro de Fract. Eamque ob cauſam cubiti gibbi in poſteriorem partem luxatio periculi plena eſt, nec facilè reſtituitur, febremque, dolorem, ac meracæ bilis vomitionem mouet, vt ſcribitur libr. de artic. & poſtea. Per totam autem longitudinem, qua inuicem radius & vlna dehiſcunt, ligamentum validum & membraneum habetur, ab anteriore vlnæ linea in radij lineam inſertum.

* Ῥὶς δὲ κατεαγεῖσα ἀναπλάσσεσθαι οἷόν τε αὐθημερόν. κ᾽ ἢν μὲν ὁ χόνδρος ἐνιζάνη, ἄχριν ὀθόνιον ἐναποδεόντα λεπτῷ καρχηδονίῳ, ἢ ἐν ἄλλῳ ὃ μὴ ἐρεθίζει. πρὸς λεπτῷ δὲ ταῖς προσκολλήσιας προσκολλᾶν, καὶ ἀναλαμβάνειν. ταῦτ᾽ δὲ ἐπίδεσις κελεύσεται. ἴησις ἄλλη. ἅμα δὲ πρὸς ξυμβαλεῖν ἢ θεῖον ξὺν κηρωτῇ αὐτίκα ἀναπλάσσειν. ἔπειτα ἀνακογχυλίζειν ἔσω δακτύλοισι ἐσμασσόμενον καὶ προσαντιστρέφοντα. καὶ τὸ καρχηδόνιον

G πωρῶσαι. καὶ ἢν ἕλκος ἐνῇ, καὶ ἢν ὀστέα ἀπιέναι μέλλῃ. οὐ γὰρ παλιγκοτέειν ταῦτα ποιητέα.

Naſus autem confractus eodem momento conformari poteſt. Si quidem igitur cartilago deſidit, deraſam lintei lanuginem Carthaginienſis corij cortice, aut aliqua alia re quæ non irritet, conuolutam, in nares immittere oportet. Id autem deligatio præſtat. Eſt & alia curatio, vbi ſimul iniecto ſulphure cũ cerato, ſtatim naſus componitur, deinde digitis immiſſis explorando continetur, & in alteram partem conuertitur. Carthaginienſe verò corium ſinendum, donec callum obduxerit, ſiue vlcus adfuerit, ſiue oſſa diſceſſionem factura ſint. Neque enim committendum vt ſic maximè recrudeſcant.

* Ῥὶς ἢ κατεαγεῖσα] Hæc valde compendioſa eſt naſi fracti curatio, quam diffuſioribus verbis explicatam habes libro de articulis. αὐθημερὸν autem eodem momento aut eadem hora ſignificat, quod etiam Heſychius, αὐτίκα exponit, quod eſt continuo. Naſi igitur fracti conformatio eodem die aut pene eodem momento præſtari debet, quod ſcribitur libro de artic. ἢν τι ῥὶς κατεαγῇ ἀναπλάσσειν, μάλιστα μὲν αὐθημερὸν, εἰ δὲ μὴ, ὀλίγῳ ὕστερον. Paulus verò, εὖ ἀρκεῖν ὀλίγαις ἡμέραις οὐ δεῖ, ὃ μὴ πέφυκε ξυνέχειν. Caluus illud ἀναπλάσσεσθαι οἷόν τε αὐθημερὸν, deprimitur & deformatur ſicuti videre eſt, dixit, alio longè ſenſu & contra Hippocratis mentem.

H κ᾽ ἢν μὲν ὁ χόνδρος ἐνιζάνη] Sic legunt quotquot in hunc vſque diem licuit videre exemplaria. Verùm legendum exiſtimo, κ᾽ ἢν μὲν ὁ χόνδρος ἰζάνει, ἐνθεῖναι ἄχριν ὀθόνιον, ex libro de artic. Hunc autem locum ſubindicare videtur Erotianus, cùm ἄχριν ὀθόνιον explicat, τὸ περὶ ὑμῖν λεγόμενον ξύσμα, ὃ γίνεται μοτὸς ὁ λεαινόμενος ξυσμός. (Sic enim legendum cenſeo) Heſychius quoque cùm τὸ λεπτὸν ἄχριν Hippocrate adſcribit, & τὸ λεπτὸν ξύσμα exponit, hunc haud dubiè intelligere videtur. Tenue autem lintei alicuius ramentum ex quo penicilli contorquentur, corio Carthaginienſi, aut aliquo alio molli conuolutum & conſutum intelligit, quod in nares ad eas dirigendas indatur. Pro quo ponit lib. de artic. ἄχριν ἀπὸ ὀθονίου ἐντυλίξαντα, ἢ ἄλλο τι ἐοικὸς ἐς ἐνθεῖναι ἐνθέσθαι, μᾶλλον δὲ καρχηδονίῳ δέρματι ἐρράψαντα. Atque iſta mihi ad Hippocratis mentem propiùs accedere videntur. Sunt verò qui illud πρὸς λεπτῷ δὲ ταῖς προσκολλήσιας προσκολλᾶν ἢ ἀναλαμβάνειν accipiant de anſis quas corio agglutinari velint, quibus extrahi & permutari queat. Sed illud ἀναλαμβάνειν alium habere vſum apud Hippocratem videtur.

πρὸς λεπτῷ δ᾽] Iſtud refertur ad narium fractarum curationem, vbi quæ directa ſunt & excitata, tum demum habenis ex tenui

corio Carthaginienſi, extremis naribus, aut quà diſtortæ ſunt, adalligata & glutine illita, eas inclinatas dirigit & continet, vt ex- A
plicatur lib. de artic. ἀνθρακώσεις autem hic intelligit oſſa inter ſe alternantia & cedentia, vbi alterum ſuper alterum excedit, quod
eſt Hippocrati vſitatum. ἀνακαμφθεῖσαν verò de parte naſi inclinata & diſtorta dicitur, quæ corio agglutinata, eoque intenſo retinetur,
excipitur, & ſuſpenditur, vt ſcribitur lib. de artic. [illegible]

ἔπειτα ἀλλο] Quod antea dictum eſt ad narium deligationem pertinere videtur, nunc verò curationem inſtituere vbi naribus fractis vulnus quoque cutis acceſſit. Ad quæ ceratum quod picem habeat, aut medicamentum aliquod cruentis vulneribus accommodatum adhibet Hippocrates. Aut certè cataplaſma ex farina aqua ſubacta, tum ad glutinum, tum ad arcendam inflammationem adhibitum exprimit, cui thuris pollinem, aut gummi ad lentorem adiiciendum ſuadet Hippocrates. Galenus etiam reſinam liquidam, aut thus etiam adhibendum cenſet. Ideoque exemplaria quædam regia manu ſcripta hic, ἅμα δὲ τῷ ξὺν μάννῃ ἢ θεῖον, pro ξυμβαλεῖν legunt. ξυμβαλεῖν autem aut ſulphuris cum cerato permixtionem, aut etiam oſſium confractorum compoſitionem ſignificare poteſt. Quanquam non mihi vitij ſuſpicione carere videtur iſta lectio, quemadmodum ex membranis Regiis conſtat. B

ἔπειτα ἀνακωχίζειν] Hic ἀνακωχίζειν idem quod ἀνακωχεῖν dicitur libro de artic. ſignificare videtur, quod eſt κατέχειν, aut ἀνέχειν, aut κρατεῖν, hoc eſt nares continere, aut digitis immiſſis firmare & ſuſtentare. Eſt igitur ἀνακωχίζειν πῶς δακτύλοισιν ἐμπεπλασμένα, velut πῶς δακτύλοισιν ἐμπεπλασμένα. Exemplaria manu ſcripta, [illegible] ἀνακωχίδας (pro ἀνακωχίδας) legunt, quæ ſecutus eſt Aſulanus. Regia quædam etiam exemplaria ἀνακωχίζεις habent. Quæ certè omnia teſtantur ἀνακωχίζειν pro ἀνακωχεῖν ſumi, aut fortè multò potiùs ἀνακωχεῖν reponi debere. ἀντερείδειν verò hic ſumi videtur pro eo quod ſcribitur lib. de artic. τὸ ἐγκεκλιμένον ἐθέλειν ἐς τὴν ἐναντίην ἀναγκάζοντα, hoc eſt inclinatum in contrariam partem compellere aut adurgere, ac dirigere, quod etiam τὸ ἐγκλιθὲν ἀπερείδειν ibidem dicitur, eam quam ἀντερείδειν vocat, innuens. Etſi video quoſdam ἀντερείδειν de linamento quod digitis vertitur & intromittitur accipere. C

καὶ τὸ ἐπιχρίειν] Hæc lectio quanquam omnibus exemplaribus eſt conteſtata, mihi tamen vitium ſubolet. Lego autem καὶ τὸ μαλθακὸν ἐπὶ [illegible]. Hunc enim ſenſum eliciendum exiſtimo, mollem pelliculam aut corium Carthaginienſe, ſiue eo ad cataplaſma, aut ad deligationem, aut ad penicillum imponendum & nares excitandas vtamur, permittendum, quouſque callum nares obduxerint, (vt vult Paulus) quod breui tempore contingit, [illegible] enim, vt ſcribit Hippocrates, [illegible]. Neque ſanè video quinam aptior ſenſus elici poſſit, & omninò deſperatus locus, ac niſi meliora adhibeantur, exemplaria, conclamatus videtur. Nam quod volunt quidam corio intromiſſo nares obturari, nihilo certè integrior lectio, aut melior ſenſus affulget. Caluus autem in tota hac narium fractarum curatione, ita ſe geſſit, vt neque quem ſenſum animo conceperit, neque quam lectionem ex multis Vaticanis atque Italicis exemplaribus adhibuerit, coniicere rectè poſſis. D

Auri fractæ neque vinculum, neque cataplaſma adhibendum. Quod ſi quo ſit opus, ceratum quàm maximè leue, aut ſulphuris agglutinatio conueniet. At quibus aures ad ſuppurationem tendunt, iis pus craſſiore loco reperitur. Tibi autem imponent quæcunque ſubmucoſa & humida carne plena ſunt, ac neque ex huiuſmodi ſectione detrimentum contingit. Vbi autem, & quænam mortifera exiſtant, ea ſunt appoſita. Aures citò ſaneſcunt ſi in vtramque partem ferramentum candens adigatur. Mutila tamen & minor candenti ferro præter traiecta auris redditur. Quod ſi aperta fuerit, leui aliquo medicamento, quod cruentis vulneribus adhibetur impoſito opus erit.

[1] Οὖς κατεαγὲν, μὴ ἐπιδεῖν, μηδὲ καταπλάσσειν. ἢν δέ τι δέῃ, ὡς κουφότατον ἡ κηρωτὴ, καὶ θεῖον προσκολλᾶν. ἢν δὲ ἔμπυα τὰ ὦτα διὰ πάχεος διείσεται. πάντα δὲ τὰ ὑπόμυξα καὶ τῇ ὑγρῇ σαρκὶ πλήρεα ἐξαπατᾶ μὴ βλάβη ἢ γίνηται τομῶν τὸ τοιοῦτον. ἔστι γὰρ ἄσαρκα καὶ ὑδατώδεα, μύξης πλέα. ὅπου δὲ καὶ οἷα ἐόντα θανατώδεα ἐστι, προείρηται. ὦτα καύσεις πέρην, τάχιστα ὑγιάζει. κυλλὸν δὲ καὶ μεῖον γίνεται τὸ οὖς, ἢν πέρην καυθῇ. ἢν δὲ τομηθῇ, κούφῳ ἐναίμῳ ἰητρεύειν χρή. E

[1] μὴ ἐπιδεῖν] In aure fracta deligationem & medicamenta quæ cataplaſmate adhibentur, præcipuè quæ ponderis ſenſum adferunt, vitat Hippocrates libro de artic. Quòd ſi quid conferre videatur, cataplaſma ex farina glutinoſa ſubacta adhibendum cenſet, quòd maximè exſiccet. Quale hic ceratum vocat, vt antea in naribus, aut ceratum picatum ſulphure mixtum, ad arcendam inflammationem intelligit. Sic Celſus, antequam pus oriatur imponendum glutinans medicamentum cenſet. † Et Paulus, myrrhæ, aloës, thuris, acaciæ, ſingulorum æquales partes, cum cerato aut oui candido illinit. κουφότατον autem lego, cùm pondus aut grauitatem in auribus maximè vitandam moneat Hippocrates. κυφότατον tamen habent omnia exemplaria, quæ ſecutus Caluus, (quod maximè repandum, tortuoſum, & declinatum eſſet) dixit, nullo ſenſu. F

† Cap. 23. lib. 3.

ἢν δὲ ἔμπυα τὰ ὦτα] Hic locus vbique aſteriſco notatus vitium ſubolet. At mihi facilè ad Hippocratis ſenſum accommodari poſſe videtur. Vbi namque auris ad ſuppurationem tendit, locum aperiendum aut candenti ferramento traiiciendum cenſet. Quòd ſi ad ſectionem veniendum ſit, eam amplam, non paruam fieri ſuadet, quòd pus craſſiore quàm quis exiſtimet loco contineatur. Mucoſa autem & quæcunque humida aut fluida carne redundant, cùm attrectando ſub digitis emolleſcant & cedant, puris opinionem eludunt. Sic igitur locus mihi reſtitui poſſe videtur, ἢν δὲ ἔμπυα τὰ ὦτα, τὸ πῦον διὰ παχέος εὑρίσκεται. Vt his verbis libri de artic. reſpondeat, [illegible]. Etſi tamen vulgatæ lectioni ſuus conſtare ſenſus poteſt, vt aures purulentæ craſſitudine deprehendantur, ἐξαπατᾷ etiam aut ἐξαπατῶν legendum exiſtimo, & [illegible]. Significat enim quæcunque ſubmucoſa ſunt & carne humida redundant, vbi digitis facilè cedant, imponere Medico, cùm puris ſpeciem exhibeant, quæ ſectione nullam accipiunt noxiam. Sic enim libro de artic. ſcribitur, [illegible]. Vt valde mihi mirum ſubeat, cur illud [illegible], de clauſo loco accipiat Caluus. G

ἔστι γὰρ ἄσαρκα] Etſi ſectionem in cartilagine reformidat Hippocrates, quod ea ſecta non probè coëat, ad eam tamen aliquando deueniendum cenſet, ne puris multitudine auris ſyderetur. In eaque amplius vulnus faciendum conſulit, ne quid puris intus remaneat. H

ὅπου δὲ καὶ οἷα] Hæc obſcuriſſima verba mihi referri poſſe videntur ad ea quæ ſcribuntur libro de artic. [illegible]. Vt hoc loco de his iam ſe ſcripſiſſe ſignificet, etſi vbi id præſtiterit Hippocrates non ſatis conſtat. Vt mihi potiùs, [illegible], legendum videatur. Quare non video qua ratione ad ea quæ negliguntur aut prætermittuntur referat Caluus, aut (quod alij faciunt) ad ea quæ intus detinentur.

ὦτα καύσεις πέρην] Lib. de artic. [illegible].

ἢν δὲ τομηθῇ] Lib. de artic. [illegible]

A λοξοῖς, ὅ, τι μὴ τὸ βάθος, μὴ τι πάνυ ἀξυνεχῆ. Vt valde mirer cur illud, ἢν μὴ ἀνῇ, de loco clauſo acceperit Caluus, contra Hippocratis mentem.

* Γνάθοι δὲ καταστῶνται μὲν πολλάκις καὶ καθίστανται, ἐκπίπτουσι δὲ ὀλιγάκις, μάλιστα μὲν χασμωμένοισιν. οὐ γὰρ ἐκπίπτει, ἢν μή τις χάνῃ μέγα παραγάγῃ. ἐκπίπτει δὲ μᾶλλον, ὅτι τὰ νεῦρα ἐν πλαγίῳ, καὶ λελυγισμένα συνδιδοῖ. σημεῖα, προέχει ἡ κάτω γνάθος. καὶ
B παρέστραπται τἀναντία τοῦ ἐκπτώματος, ξυμβάλλειν οὐ δύνανται. ἢν δ' ἀμφότεραι προέχωσι, μᾶλλον συμβάλλουσιν ἧσσον ἀστραβέες. δηλοῖ δὲ τὰ ὄρθια τῶν ὀδόντων τὰ ἄνω τοῖσι κάτω κατ' ἴξιν. ἢν οὖν ἀμφότεραι ἐκπεσοῦσαι μὴ αὐτίκα ἐμπέσωσι, θνήσκουσι δεκαταῖοι οὗτοι μάλιστα πυρετῷ συνεχεῖ, νωθρῇ τε καρώσει. οἱ γὰρ μύες οὗτοι, τοιοῦτοι. γαστὴρ ἐπιταράσσεται ὀλίγα ἄκρητα. καὶ
C ἢν ἐμέωσι, τὰ τοιαῦτα ἐμέουσιν. ἡ δ' ἑτέρη ἀσινεστέρη. ἐμβολὴ δὲ ἡ αὐτὴ ἀμφοτέρων. κατακειμένου ἢ καθημένου τοῦ ἀνθρώπου, τῆς κεφαλῆς ἐχομένης περιλαβόντα τὰς γνάθους ἀμφοτέρας ἀμφοτέρῃσι χερσὶν ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν, τρίαμμα ποιῆσαι. ὅπως δὲ ἐς ὀρθὸν, καὶ ἐς τοὐπίσω, καὶ συγχεῖν τὸ σῶμα. ἴησις, μαλάγματα, καὶ σχήμασι, καὶ ἀναλήψει γενείου. ποιοῦσι ταῦτα τῇ ἐμ-
D βολῇ.

Maxillæ autem frequenter quidem conuelluntur, & reſtituuntur, raro verò excidunt, maximè quidem hiantibus. Neque enim hic caſus incidit, niſi quis vehementer os aperiendo, in alteram partem torqueat. Idque magis incidit, quod nerui in obliquum etiam vbi contorquentur concedunt. Cuius rei hæ notæ ſunt, maxilla inferior in anteriorem partem prominet, & in alteram luxationis partem peruertitur, ægri maxillas committere nequeunt. Quòd ſi vtraq; parte maxilla prolabatur, prominet magis, os minùs cõmittunt, minimè diſtorquentur, quod dentium fines indicant, cùm inferiores ſuperioribus ex aduerſo reſpondeant. Vtraque igitur maxillæ parte prolapſa, niſi ſtatim repoſita fuerit, hi intra decimum diem fere ex febre aſſidua & ſegni ſopore moriuntur. Hi enim muſculi huiuſmodi ſoporem inuehunt, aluus paucis & ſynceris exturbatur, & ſi vomitus adfuerit, eiuſmodi vomitione refundũt. At ſi altera parte maxilla excidat, minor eſt noxia, eadem tamen vtrorumq; eſt repoſitio. Homine decumbente aut in ſedili collocato, capite prehenſo, vtramq; maxillæ partem ambabus manibus, tum interiore, tum exteriore parte apprehendere, ac tria ſimul facere oportet, in directum ac in poſteriorem partem propellere, & corpus commouere. Curatio per malagmata, figurationes, & menti exceptionem perficitur. Iſta enim ad repoſitionem faciunt.

* Γνάθοι δὲ καταστῶνται] [illegible], maxillarum diuulſionem qua oſſium compages ſoluitur, ſignificat, vt ſit [illegible] idem quod [illegible]. Aut [illegible] χαλᾶν indicat, & maxillæ inferioris decuſſionem aut tranſlationem denotat, vbi à priſtino ſtatu diuellitur, & in alium tranſmutatur, quod χαλᾶν dixit Hippocrates. Aut certè conuulſionum ſignificationem intelligit quam primùm & crebrò
E adferunt maxillæ articuli, ob eam conſenſionem quam habent cum neruis, [illegible] (vt ſcribit Hippocrates) [illegible]. Ideoque pro καθίστανται [illegible] legi poſſe aliquando ſuſpicatus ſum. Etſi καθίστανται exemplaribus omnibus conſpirantibus retineri poteſt.

ἐκπίπτουσι δὲ ὀλιγάκις] Exemplaria quædam manu ſcripta Regia, [illegible] legunt, & [illegible]. Sed tunc καὶ addendum erit. Libro de artic. hoc ſic exprimitur, [illegible].

ἐκπίπτει δὲ μᾶλλον] Hic mihi ſenſus eſſe videtur, maxillas magis excidere, quòd nerui quibus illigantur, in obliquum vbi flectuntur aut intorquentur, facilè concedunt. Sic enim λελυγισμένα [illegible] ſignificant, & neruos viticis in morem flexibiles ac lentos, maximè eſſe idoneos vt ad quaſuis extenſiones concedant. Eumque mihi locum expreſſiſſe videtur Erotianus cum [illegible] exponit. Epiclem verò [illegible], Bacchiumque multò meliùs [illegible] explicaſſe ſcribit. Deductam etiam dictionem ἀπὸ τῶν λύγων, hoc eſt à viminibus, [illegible], & quæ facilè flectuntur. Iſtud verò
F his verbis expreſſum videtur libro de artic. [illegible]. Eò namque aptiſſimè referri videtur. συνδιδοῖ autem legendum, non, quod faciunt exemplaria manu ſcripta. τοῦ [illegible], quod vitium ſubolet, aut, quod legiſſe videtur Caluus, [illegible], & aliter hunc locum accepiſſe.

σημεῖα προέχει] Tam compendioſè ſcriptus hic locus eſt, vt vitium ſubolere mihi videatur. Quod etiam ex codicibus Italicis apparet, quos ſecutus Caluus multa alia attexuit. Etſi verò ferri vtcunque (vt in compendio) hæc ſcriptio poteſt, ſcribendum tamen cenſuerim, σημεῖα, προέχει ἡ κάτω γνάθος, καὶ παρέστραπται τἀναντία τοῦ ἐκπτώματος. quod longè apertiùs effertur libr. de artic. [illegible]. προέχειν autem prominere & in anteriorem partem proiici ſignificat, quod maxillæ luxatæ contingit. In anteriorem partem propelli dixit Celſus. ξυμ-
G βάλλειν autem de maxillis inter ſe commiſſis dicitur & ore clauſo, quod dentibus inter ſeſe conuenientibus non ſatis aptè mihi videtur accommodaſſe Caluus.

ἢν δ' ἀμφότεραι] Hic locus procul omni dubio lacer videtur, ſicque reſtitui debet: ἢν δ' ἀμφότεραι [illegible], προέχουσι μᾶλλον, συμβάλλουσιν ἧσσον, ἀστραβέες. Vbi προέχουσι de vtraq; maxillæ parte intelligi debet, quæ promouetur, prominet, & in exteriorem partem propellitur. [illegible] explicat Galenus. Hippocrates per [illegible] expreſſit. Celſus totum mentum in exteriorem partẽ promoueri dixit. ἀστραβέες autem dicuntur, quòd maxilla non deprauatur aut peruertitur, ſed naturalem ſedem ſine vlla in alterutram partem inclinatione tuetur, denteſq; paribus reſpondent. Quæ omnia mirè ſunt conturbata apud Caluum, vt nec videatur Hippocratis mentem aſſecutus, aliamque longè lectionem ſecutus.

θνήσκουσι δεκαταῖοι] Hæc repetuntur lib. de artic. eorumque rationem reddit Galenus.

οἱ γὰρ μύες οὗτοι] [illegible] hoc eſt, [illegible] vt exponitur lib. de artic. Caluus pro [illegible] legiſſe videtur. Quæ lectio etiam probari poteſt, quòd ſcribatur lib. de artic. [illegible], quodq; muſculi iſti intenti ſoporem adferre queant. Sed cùm [illegible]
H addatur, vnde etiam ſopor excitetur, [illegible] retinendum videtur ex codicum conſenſu.

ἡ δ' ἑτέρη ἀσινεστέρη] Iſtud in collatione intelligendum. Neq; enim alterius partis maxillæ luxatio periculo vacat. Sed quæ vtraque parte contingit longè magis infeſta, quòd omnes muſculos vtrinque intendat, vt ſcribit Galenus.

τρίαμμα ποιῆσαι] Hic locus procul omni dubio corruptus ſic mihi reſtituendus videtur, τρία ἅμα ποιῆσαι vt ad tres figuras de quibus agitur lib. de artic. in maxillæ luxatæ repoſitione conſilium dirigat, cum ſcribit [illegible]. Hæ autem figuræ ſic intelliguntur, vt maxilla ex peruerſione in hanc vel illam partem manu dimota, & in directũ ad naturalem ſedem collocata ſubito motu ac penè eodem momento in poſteriorem partem propellatur, tum demum os comprimatur. Quod verò συγχεῖν τὸ σῶμα ſcribitur in omnibus exemplaribus, vitiũ apertè ſubolet, & [illegible] legendum videtur, quod etiam ſubindicat Caluus, tumq; ad maxillæ demotionem, qua manu huc & illuc agitatur & in latus promouetur referendum, quod dicitur libr. de artic. [illegible]. Quod etiam exprimens Celſus, cõcutiendum eſſe mentũ dicit. Aut certè (quod

magis placet ἴσχειν τι αὐτὰ aut ἄλλην legendum, vt ſit os committere & comprimere, quod ξυμβάλλειν τὸ στόμα καὶ μὴ χάσκειν dicitur lib. A de artic. & tertium figuræ genus comprehendit.

ἴησις, ἀνάληψις] Curationem breuem per ſplenia incerata inſtituit lib. de artic. & laxam deligationem, qua mentum (vt vult Celſus) excitatur, figurationem quoque accommodatam ibidem aperit.

At verò humerus inferiorem in partem excidit, aliam in partem excidere non audiui. Videtur ſiquidē in anteriorem partem excidere, quibus carnes quæ circa articulum ſunt natura extenuatæ fuerint, quale quid etiam in bobus per hyemem ob macilentiam cernitur, & magis excidit, ac extenuatis, aut gracilibus, aut ſiccis, iiſq; quib⁹ humiditates circa articulos citra inflāmationem cōtinentur. Ipſa enim colligaret quidem. Ex quo qui boues curant ac ſtimulant, in iiſq; repoſitionē tentant, errant, tum quia eos lateat quemadmodū bos crus ad vſum iactet, tum quia etiā homini ita conſtituto, hic habitus cōmunis eſt. Quibus quoq; accedit Homeri authoritas, quod boues tunc maximè graciles exiſtunt. At quibus humerus recondi nō potuit, ij quæ cubito in latus à coſtis ſublato fiunt, non admodū præſtare poſſunt. Quibus igitur potiſſimùm excidat, & quomodo habeant dictū eſt. Quibus verò à primo natali die iſta cōtingunt, iis oſſa potiùs quæ ad luxationē proximè accedunt, breuia fiunt (quale quid tunc iis qui muſtelæ cubito præditi ſunt, & γαλιάγκωνες Græcis dicuntur, vſuuenire ſolet) quod cubito minùs, adhuc autē minùs manui accidere videtur. Quę verò ſupra ſunt, nihil tale ſentiūt, ſed quæ vicinitatē habent, valde emaciantur. Imminuuntur autem maximè quæ altera luxationis parte ſunt, & quæ incrementū accipiunt, minùs tamē quodāmodo quā quæ talia ſunt ab ortu. Quin & profundæ ſuppurationes circa iuncturā recens natis præcipuè ad humerū fiunt, iiſq; non ſecus ac luxata efficiunt. Quod ſi adultis iſta contingunt, oſſa quidē non minuuntur. Neq; enim cauſa eſt cur alia non ęquè ſimul augeantur. At carniū imminutiones fiunt, quod hę in dies & augeantur & minuantur, idq; per ætates & corporis habitus, qui in eo obtinent. Præterea etiā indicio eſt id quod ad ſummū humerum eſt auulſum & cauum, propterea quod ſummo humero auulſo & cauo, brachiū prolapſum eſſe exiſtimant: brachij autem caput in ala cernitur. Neq; enim attollere ipſum queunt, neq; huc vel illuc traducere. Quod ſimiliter ex altero humero deprehenditur. His autem rationibus reponitur, ſi pugno quidē in alam iniecto, caput ſurſum propellas, manum verò prętereà ad pectus adducas, aut ſi retroducendo ita vt circum obuertet, cōpellas. Aut capite ad ſummum humerū obiecto, manibus verò in alam iniectis, brachij caput abducas, cubiti autem gibbū genibus protrudas, aut genuum loco alterū cubiti gibbū ad latus adducere, vt priùs, iubeas. Aut ſi ſuppoſito in alam humero, æger in humero inſideat. Aut vbi calce, adhibitis his quę alę cauitatem cōpleant, ad dextrū humerum, dextro vſus fueris. Aut vbi per piſtillum, aut ſcalæ gradum coegeris, aut vnà cum ligno ad manū porrecto ſupertrabeculā tranſuerſam conuerteris. Curatio perficitur eo habitu vt brachium ad coſtas adducatur, manus ſumma ac humerus ſurſum detineantur, ſicq; ſurſum deligatio fiat & appenſio. Quòd ſi repoſitus humerus non fuerit, ſummus humerus etiam extenuatur. Summus humerus auulſus, ſpeciem quidem prolapſi humeri exhibet, nullo tamen priuatur, neque in priſtinum ſtatum reſtituitur. Idem habitus tum in deligatione, tum in ſuſpenſione, qui etiam luxato conuenit, & pro deligationis lege. H

[1] Ὦμος δὲ ἐκπίπτει κάτω. ἄλλῃ δὲ οὐκ ἤκουσα. δοκέει μὲν γὰρ ἐς τοὔμπροσθεν ἐκπίπτειν, ἐν αἷς σάρκες αἱ περὶ τὸ ἄρθρον μεμινύθηκασι διὰ τὴν φύσιν, οἷον καὶ τοῖσι βουσὶ χειμῶνος φαίνεται[1] διὰ λεπτότητα, καὶ ἐκπίπτει μᾶλλον. τοῖσι B δὲ λεπτοῖσιν, ἢ ἰσχνοῖσι, ἢ ξηροῖσι, καὶ τοῖσιν ὑγράσματα περὶ τὰ ἄρθρα ἔχουσιν ἄνευ φλεγμονῆς. αὕτη γὰρ συνδέει. καὶ βουσὶν ἐμβάλλοντες καὶ ἀποκεντοῦντες, ἐξαμαρτάνουσι. καὶ ὅτι διὰ τὴν χρῆσιν ὡς χρῆται βοῦς σκέλει, λήθει. καὶ ὅτι κοινὸν καὶ ἀνθρώπῳ οὕτως ἔχοντι τὸ σχῆμα τοῦτο. τό, τε Ὁμήρειον, καὶ διότι λεπτότατοι βόες τηνικαῦτα. οἷσι τὸ τοῦ πήχεως C πλάγιον ἀπὸ πλευρέων ἄραντες δρῶσιν, οὐ πάνυ δύνανται[2] δρᾶν, οἷσιν ἂν μὴ ἐμπέσῃ. οἷσι μὲν οὖν ἐκπίπτει. μάλιστα καὶ ὡς ἔχουσιν εἴρηται. οἷσι δὲ ἐκ γενεῆς, τὰ ἐγγύτατα μᾶλλον βραχύνεται[2] ὀστέα, οἷον ἐν τούτῳ τῷ γαλιάγκωνες. πῆχυς δὲ ἧσσον. χεὶρ δὲ ἔτι ἧσσον. τὰ δὴ ἄνωθεν, οὐδέν. καὶ σαρκῶνται ἐγγύς. μινύθει δὲ μάλιστα τὰ ἐναντία τοῦ ὀλισθήματος, καὶ τὰ ἐν αὐξήσει. ἧσσον δὲ ἔτι τῶν ἐκ γενεῆς. καὶ τὰ διαπυήματα, τὰ κατ᾽ ἄρθρον, βαθέα νεογνοῖσι μάλιστα περὶ ὦμον γίνεται[3], καὶ ποιέουσιν ὥσπερ τὰ ἐξαρθρήσαντα ποιέει. ἢν δὲ D εὐξηρηθέωσι, τὰ μὲν ὀστέα οὐ μειοῦται. οὐδὲ γὰρ ἔχει οὐδὲ οὐ ξυναύξεται ὁμοίως. αἱ δὲ μινυθήσιες τῶν σαρκῶν. τοῦτο γὰρ καθ᾽ ἡμέρην καὶ αὔξεται καὶ μειοῦται, καὶ καθ᾽ ἡλικίας, καὶ ἃ δύνανται σχήματα. καὶ αὖ σημεῖον τὸ περὶ τὸ ἀκρώμιον κατεσπασμένον καὶ κοῖλον. διότι ὅταν τὸ ἀκρώμιον ἀποσπασθῇ, καὶ κοῖλον ᾖ, οἴονται τὸν βραχίονα ἐκπεπτωκέναι. κεφαλὴ δὲ E τοῦ βραχίονος ἐν τῇ μασχάλῃ φαίνεται. αἴρειν γὰρ οὐ δύνανται, οὐδὲ περιάγειν ἔνθα καὶ ἔνθα. ὁμοίως ὁ ἕτερος ὦμος μηνύει. ἐμβολαὶ δέ, αὐτὸς μὲν τὴν πυγμὴν ὑπὸ μασχάλην ὑποθείς, τὴν κεφαλὴν ἀνωθέειν. τὴν δὲ χεῖρα ἐπιπαράγειν ἐπὶ τὸ στῆθος. ἀλλ᾽ ἢ ἐς τοὔπισω περιαναγκάσαι ὡς ἀμφιστροφῇ. ἀλλ᾽ ἢ κεφαλῇ μὲν πρὸς τὸ ἀκρώμιον, χερσὶ δὲ ὑπὸ μασχάλην, κεφαλὴν ὑπάγειν βραχίονος. γούνασι F δὲ ἀγκῶνα ἀπωθέειν. ἢ αὖ τῶν γουνάτων τὸν ἀγκῶνα τοῦ ἑτέρου παράγειν, ὡς τὸ πρότερον. ἢ κατ᾽ ὤμου ἵζεσθαι, ὑποθεὶς τῇ μασχάλῃ τὸν ὦμον. ἢ τῇ πτέρνῃ, ἐνθεὶς τὰ ἐκπληρώματα τῇ μασχάλῃ, τῇ δεξιῇ δεξιόν. ἢ περὶ ὕπερον. ἢ περὶ κλιμακτῆρα. ἢ περίοδος ξὺν τῷ ξύλῳ τῷ ὑπὸ χεῖρα τεινομένῳ. ἴησις, τὸ σχῆμα, πρὸς πλευρῇσι βραχίων, χεὶρ ἄκρη, ἄνω ὦμος. ἄνω οὕτως ἐπίδεσις. ἀνάληψις. G ἢν δὲ μὴ ἐμπέσῃ, ἀκρώμιον προσλεπτύνεται. ἀκρώμιον δὲ ἀποσπασθὲν, τὸ μὲν εἶδος φαίνεται, οἷον τοῦ ὤμου ἐκπεσόντος. στερίσκεται δὲ οὐδενός. ἐς δὲ τωὐτὸ οὐ καθίσταται. σχῆμα, τωὐτό. ὃ καὶ ἐκπεσόντι ἐν ἐπιδέσει καὶ ἀναλήψει. ἐπιδέσιος καὶ ὡς νόμος.

[1] διὰ τὴν φύσιν] Hanc lectionem retinent omnia exemplaria, quæ vt ferri certè poteſt, ita etiam φύσιν ex lib. de artic. non malè ſcribatur.

αὕτη γὰρ συνδέει δὲ] Hæc eſt omnium codicum tum publicatorum tum reconditorum lectio neque tamen ſatis integra. Mihi verò συνδέει δὲ, aut συνδεῖ legendum videtur, quòd ſcribatur lib. de artic. ἡ φλεγμονὴ δ᾽ ἂν ἄλλα ἔχει τὸ ἄρθρον. Quam etiam lectionem velut quibuſdam codicibus teſtificatam protulit Caluus cùm (colligat) dixit, etſi συνδέει δὲ legiſſe etiam videtur, & pro συνδεῖ accepiſſe, quod (contumefacere facit) vertit vt & lib. de luxatis. Hic autē mihi ſenſus eſſe videtur, tenuibus & gracilibus, quibus magna humiditatis ac muci

A ac muci copia circa articulos ſubeſt,humeri articulum magis excidere,dum nulla inflammatio ſuborta ſit.Ipſa enim inflammatio articulum alioqui tumefaceret,ac veluti conſtringeret aut colligaret. Ideoque articuli muco redundantes & inflammatione tentati non facilè excidunt.

ϰαὶ βοσὶν ἰσχνῇσιν] Hic locus propter ſummam breuitatem eſt ſubobſcurus. Mihi hic ſenſus eſſe videtur, bobus ob gracilitatem ſæpe articulos excidere, idque hyeme, quo tempore maximè emaciantur,aut etiam ſæpe videri excidere, ideoque crura intrò vertunt & flectunt. vnde εἴλιπας aut εἰλίποδας dicuntur Homero. Quò certè referri poteſt Homericum teſtimonium, aut quod hyeme maximè emacientur,quia hoc tempore in colenda terra plurimùm laborant, vt ſcribitur lib.de artic. [illegible] autem dici videntur οἱ βοηλάται aut οἱ βουλάται,qui boum curam gerunt aut eos ſtimulant,velut βοῶν κέντορες.

ϰαὶ ὅτι κοινὸν ϰαὶ ἀνθρώπῳ] Scribitur nanque lib.de artic.In iis quibus coxæ articulus reconditus non fuit, [illegible]

B ἐσω τι τὸ πῆχυ] Hæc ſunt humeri in alam prolapſi indicia ſcripta lib.de artic.quòd cubiti gibbus magis à latere recedat, quòd manum ad aurem tollere nequeant. In quibus magna quoque hallucinatio interdum ſubeſt,cùm quidam non ex luxatione, ſed ex dolore & muſculi contentione quandoque hoc modo affecti ſint. Quam hallucinationem [illegible] vocat lib.de artic. & hic quoq; animaduertendam ſignificare videtur. Caluus verò hunc locum longè aliter legiſſe videtur,caſq; luxati humeri notas ex lib. de artic.integras ferè appoſuiſſe. Nos codicum noſtrorum fidem quoad maximè licuit retinuimus. Hæc quoq; ſunt prolapſi humeri neque repoſiti indicia in adultis,vt ſcribitur lib.de artic. [illegible]

οἷσι δὲ ἐκ φύσιος] Hæc intelligi debent de iis qui à natura exarticulatum habent humerum,velut ſcribitur lib.de artic. Igitur οἱ ἐκ τούτου γαλιάγκωνες,οἱ ἐκ φύσιος γαλιάγκωνες dicuntur.

C τῶν δ' ἀλλων ὀστέων] Indicat in infantibus adhuc in vtero aut recens natis, ſi exarticulatus ſit humerus, ea quæ ſunt ſupra humerum nullam ferè ſentire noxiam.Quod etiam expreſſit * Paulus. Quæ verò luxationi ſunt vicina,minuuntur & alimoniam non ſentiũt. In adultis autem aliter contingit,vt ſcribitur lib.de artic.Caluus aliter mihi hunc locum legiſſe videtur. Codices etiam manu ſcripti quidam ϰαὶ ἀσαρκότεροι ἐγγὺς habent,quos ſecutus eſt Aſulanus. * *Cap.114. lib.6.*

μινύθει δὲ μάλιστα] Sic lib.de artic.quibus femoris caput interiorem in partem prolapſum eſt,carnes exteriore parte imminui atq; emolliri ſcribit, quod exteriore parte oriuntur magis,vt ſcribit Galenus.

ϰαὶ τὰ ἐν αὐξήσει] Hunc in ſenſum ſcribit lib.de artic grauiſſimè habere,quibus dum adhuc in vtero continentur,coxæ articulus prolabitur Secundum hos,quibus in ſumma infantia idem contingit. Minimè verò omnium qui adulti iſtud perpeſſi ſunt. Caluus Hippocratis mentem vt non eſt aſſecutus,ita alium ſenſum atque aliam lectionem reſpexiſſe videtur.

ϰαὶ τὰ ἐξαποστήματα] Senſus eſt,recens natis infantibus profundas circa humeri articulum ſuppurationes fieri,quæ eos breuiore eſſe

D brachio cogant,& γαλιάγκωνας efficiant,velut ſcribitur lib.de artic. [illegible] Ex quibus efficitur vt ἐξαποστήματα aut ἐμπυήματα legendum eſſe ſpondeam,quanquam conſtans eſt omnium exemplarium lectio.Neq; verò quid per(agnata)velit Caluus video.

οὐδὲ γὰρ ἴσχει] Hic locus procul omni dubio lacer eſt & exulceratus,neq; vllam ex codicibus ſcriptis alleuationem habere poteſt, qui omnes cum publicatis conſentiunt.Mihi verò hic elici poſſe ſenſus videtur.In adultis & perfectum incrementum adeptis, vbi luxatio contingat,oſſa breuiora non reddi,quòd nulla cauſa ſubſit quæ reliqua brachij oſſa æquale accipere incrementum prohibeat, velut in his qui adhuc incrementum recipiunt,aut recens natis,& ab vtero muſtelæ cubito præditis.In quibus brachij os breuius quidem efficitur,reliqua quidem oſſa etſi augentur quidem,non æquale tamen manui integræ incrementum accipiunt. In luxatorum enim legibus ſancitum eſt(quod etiam ſcribit † Galenus) luxata membra in iis qui adhuc creſcunt minora reddi, minuſque

E increſcere & augeri. In adultis verò macilentiora & molliora reddi,minuſque alimentum ſentire,non autem breuiora fieri, quod oſſa iam perfectum incrementum acceperint,carnes verò in dies minorem alimenti copiam ſentiant. Ideoq; in his carnium imminutiones fiant. Hoc ergo ſenſu ſic locus legi poſſe videtur: οὐδὲ γὰρ ἴσχει δὲ ἄλλα οὐ ξυναυξεῖται ὁμοίως,vt per ἄλλα reliqua totius manus oſſa capiantur,quæ vt in iis qui adhuc creſcunt non æqualiter augentur,ita in adultis iam plenam incrementi copiam acceperunt. Atq; hæc mihi probabilis ac fortè tolerabilis coniectura ad receptam codicum lectionem magis accedere videtur. In qua etſi mihi planè non ſatisfacio,ita tamen deformata & corrupta lectio videtur,vt niſi meliorum codicum ope ſanationem accipiat, propè deſperata ſit. Ac aliquando legi poſſe exiſtimaui, οὐδὲ γὰρ ἴσχει ἄλλα ξυναυξεῖται ὁμοίως. Sed tunc ἄλλα de recens natis, iiſq; qui adhuc augentur accipitur. Aut οὐδὲ γὰρ ἴσχει ἄλλα ξυναύξεσθαι ὁμοίως,vt propiùs ad phraſim libri de artic.accedat,idq; de oſſibus intelligetur,quæ non amplius augeri conſueuerunt,cùm plenum incrementum acceperint.Caluus certè legiſſe mihi videtur,οὐδὲ γὰρ ἴσχει ἄλλα οὐ ξυναυξεῖται ὁμοίως. Quæ lectio vtcunque ferri poteſt,implicatum tamen admodum ſenſum habet.

F ϰαὶ ἐν οἷσι σχήμασι] Corporis figuras intelligo in quas pars luxata vertitur & cogitur,quòd partes quæ mouentur,augeantur, cõtra,quæ otiantur,marceſcunt & emolliuntur. [illegible] vt ſcribitur lib.de artic. σχήματα autem ponit,quòd optimum ſit(vt ſcribit Hippocr.) [illegible]

ϰαὶ αἱ σημεῖα] Hoc eſt humeri luxati indicium,quod ſcribit lib.de artic. [illegible] Quod alioqui vel celeberrimis Medicis viuuenire ſcribit Hippocrates, & ſibi accidiſſe teſtatur Gal. ὁμοίως ὁ ὑγιὴς ὦμος] In humero luxato deprehendendo, ſani humeri ad luxatum comparatione & exemplo vtendũ præcipit Hippocrates. [illegible] ἐμβολαὶ δὲ] Hi repoſitionis modi ampliſſimè ſcribuntur lib.de artic.Et quòd hîc pugnum ſub alam concipit, libro de artic.digitorum nodos in alam conijcit,quodq; hic τὴν χεῖρα,lib.de artic. [illegible] iubet.

G ὡς ἀμφιφορεῦ] His breuiſſimis verbis eam luxati humeri repoſitionem quæ κατ' ἀμφιφορέα dicitur exprimit.Ea pluribus verbis declaratur lib.de artic.ἀμφιφορεῦ verò pro ἀμφιφορεὺς ponitur,vt & ἀμφιφορέως pro ἀμφιφορέως lib.de artic.ibique à Galeno explicatur, etſi exemplaria manu ſcripta quædam ἀμφιφορεῖ vitiosè legunt, vt & Aſulanus. Caluus quoque aliam mihi videtur lectionem ſecutus,neque quid per hæc verba velit augurari poſſum(tutius vtrinque vti ſtatuatur.)Quæ etiam libro de luxatis adſcripſit.

ἐπὶ κεφαλῆς] Hic repoſitionis modus ab Hipp.exponitur lib.de artic.vbi digitis ſub alam iniectis & capite ad ſummum humerum obfirmato brachij caput à coſtis abducitur,genibus verò ad cubiti gibbum admotis,ad coſtas repellitur. ἀπάγειν autem malim quàm ἀπάγει, quod ἀναγκάζειν ἀπὸ τῶν πλευρέων lib.de artic.ἀπωθεῖν quoque πρὸς τὰς πλευρὰς ἀπωθεῖν dicitur lib.de artic.

ἢ αὖ τῷ γονάτι] Si genibus cubiti gibbo appulſis vt brachium ad coſtas retrudatur,vti nolis,alteri qui cubiti gibbum ac coſtas adducat imperabis,dum capite & manibus molitionem molieris,quod dixit Hippocr.ἄλλος δὲ τις τὸν ἀγκῶνα ἀπάγοι πρὸς τὰς πλευράς. Quod mihi non videtur aſſecutus Caluus,cùm dixit(vel pro genibus cubitum alterum adigito.) ἢ ἐφ' ὦμον ἵζησι] Hoc eſt, vbi

H ægroti humero,alæ ſuppoſito,ægrum ſupra humerum velut ſedi inſidentem collocaris,aut vbi ſubdito alæ humero, ei æger veluti inſidet.Atq; hic reponendi modus κατωμισμὸς dicitur,& qui in humerum tollit κατωμίζειν.Vt non malè hoc loco, ἢ κατωμίζειν, legi poſſe exiſtimem,vt ſit,vbi in humerum ſuſtuleris.Hic verò Caluus aliquid ex codicibus ſcriptis addidiſſe videtur.

ἢ τῷ πτέρνῃ] Mirè compendioſa eſt iſta breuitas,re alioqui fuſiſſimè explicata lib.de artic. τὰ ἐμπλάσματα autem vocat ea quæ in alæ ſinum immittuntur eumq; complent,velut ſupplementa quædam,quo faciliùs calce,brachij caput protrudatur. Quem in vſum pilæ paruæ duræ & coriaceæ,aut ex aliqua alia materia non admodum molli, accommodatæ ſunt.Eiuſmodi ἐμπλάσματα explicat lib.de artic.cùm ſcribit. [illegible] Et ruſus, [illegible] Ex quibus certè conijcio,ἐνθεῖναι τὸ ἐμπλάσματα τῇ μασχάλῃ, hic legi debere. Caluus aliquid de ſiniſtro calce in ſiniſtram alam immiſſo addidit,contra omnium codicum fidem.

ἢ περίοδον] περίοδον ambitum vocat & conuerſionem brachij,cùm ad ſpatham deligatum,ſuper trabeculam tranſuerſam, aut ſcalæ

gallinariæ gradum traiicitur & tranſmittitur. Poteſt etiam legi, ἢ περὶ κλιμακτῆρα ἢ ἀκίνδυνος, vt eam conuerſionem quæ ad ſcalæ gradum vertitur, intelligas. Securi autem ſumus exemplarium conſenſum. Caluus id totum, ἢ ἀκίνδυνος omiſiſſe videtur. Mira autem breuitate hic complectitur, quæ fuſiſſimè libris de art. explicat. ξύλον hic quoque, vt & illic, ſpatham intelligit, in longitudinem toti manui porrectam. A

ἴησις. τὸ χωρίον] Repoſito humero, is ſurſum retinendus, lana molli, munda, & conuoluta in alam impoſita, quæ ſinum expleat, ac vinculum quidem ſtabiliat, & articulum inhibeat. Deligatio verò iuxta decuſſationem aut χιασμὸν, ex Pauli præſcripto ſurſum facienda. Brachium quoque ad latus adductum, faſcia in orbem corpori circumuoluta, ad coſtas alligandum. Cubiti gibbus cum ſumma manu ex ceruice appenditur, vt ne rurſus articulus excidat. Iſtorumq; verborum ſanè obſcurorum, neque (vt mea fert opinio) ſatis integrorum, hic ſenſus eſſe videtur. χεὶρ ἄκρη ἄνω ὦμος, vt manus ſumma & humerus ſurſum detineantur, eoque deligatio poſt multos circumactus tendat, mitella quoque manus appendatur. Eo enim ἀνάληψις referri videtur, etſi fortè non malè ἀνάψυξις legatur, vt ſit membri refrictio, de qua agitur lib. de artic. Caluus hunc locum ſic mihi legiſſe videtur, & in Luxatis & in Mochlico, χεὶρ ἄκρη ἄνω πρὸς ὦμον ὑγιῆ, ἔπειτα ἐπίδεσις. B

λεπτύνεται δὲ καὶ ἐπωμὶς] Lib. de artic. ἔστι δὲ καὶ ἐπωμὶς λεπτοτέρη ... κατὰ ταῦτα. Hoc autem hic dicitur, quòd in dies ſummus humerus ſemper gracilior euadat, parteſque huiuſmodi debiliores minùs alimenti attrahant & excipiant, vt ſcribit Gal. ἀκρώμιον ἀποσπασθὲν] Idem paulò antea ſcriptum eſt, & libr. de artic. fuſiùs explicatum.

στερεῖται δ' οὐδενὸς] Hoc eſt, nullo vſu priuatur, & nullum inde neque magnum, neque paruum humero detrimentum infertur. Quod ſcribitur lib. de artic. ὅτι βλάβην μὲν οὐδεμίην οὔτε μικρὴν οὔτε μεγάλην τῷ ὤμῳ γίνεσθαι ... ἐχειν ἐπὶ χρείην.

ἐς δὲ τὸ αὐτὸ οὐ καθίσταται] Id de ipſo acromio intelligendum quod ſemel auulſum in naturalem ac priſtinam ſedem nō reuertitur, vt ſcribitur lib. de artic. οὐ γὰρ οἷόν τε ... ἐς τὴν ἀρχαίην ἕδρην ὁμοίως ... ἀλλ' ἀνάγκη ... ἐς τὸ ἄνω. Caluus certè aliter accepiſſe locum videtur & ſic legiſſe: ἐς δὲ τὸ αὐτὸ οὐ καθίσταται, σχῆμα τὸ αὐτὸ ... χρῆμα τὸ αὐτὸ] Sic lego. Nam & lib. de artic. eandem ſcribit curationem quæ & luxatis conuenire, ceratum, ſplenia, faſcias, eandemq; vinculi rationem. Et quòd ad corporis habitum attinet, brachium lateri annexum ſuperiorem in partem continendum & appendendum. Illud verò ἐπίδεσις ὡς ὁ νόμος, deligationis legem illam indicat, quam in decuſſationem obit Paulus. Celſus verò per multos circumactus fieri diligenter exprimit. Pro ἀνάληψις Caluus in Luxatis ἀνάληξις aut ἀνάληψις legiſſe videtur. Quidam etiam ἀνάληψις ἐπίδεσις legunt. C

At verò cubiti gibbi articulo in latus, aut exteriorem in partem dimoto quidem aut ſubluxato, acuta eius parte in brachij cauo remanente, diſtentione in directũ facta, eminentia retro & ad latus propellere oportet. Quòd ſi prorſus in hãc vel illam partem exciderit, diſtentio quidem in qua brachium deligatur, adhibenda. Sic nanque cubiti flexus nihil impediet. Potiſſimùm verò ex laterum parte excidit. In ſuum autem locum dirigitur, quàm plurimùm abducẽdo, ne caput brachij acutum oſſis proceſſum attingat. Suſpenſum verò circumagere & circũflectere oportet, neq; vim in directum adhibere, ſimulq; in contrarium in vtranque partem impellere, & in ſedem compellere. Ad hæc quoque contulerit cubiti gibbum modo quidem pronum, modò etiam ſupinum contorquere. Repoſitio autem eſt, quæ ex habitu quidem pendet, ſi ſumma manus paulò cubiti gibbo altior, brachium verò ad latera adductum teneatur. Sic quoq; & appenſio, & facilis geſtatio, & natura, & vſus in commune conferunt, ſi modo callus, qui celeriter increſcit, prauè non obducatur. Curatio per lintea pro lege articulari inſtitui debet, & cubiti eminentia inſuper deligari. Rurſus autẽ maximè excandeſcit cubiti gibbus, febreſq; dolorem, nauſeam, ac meracæ bilis vomitionem mouet, idq; maximè ſi in poſteriorem partem, ob torporem, ſecundum id, ſi in anteriorem elapſus ſit. Curatio eadem adhibenda. Reconditur verò vbi in poſteriora excidit, ſi porrectum brachium in diuerſa contendatur. Cuius rei indicium eſt, quod extendi nequit, vt & in anteriorem prolapſi, quod minimè flecti poteſt. Hic autem impoſito duro aliquo collecto, ſuper id, vbi extenderis, de repente flectendus eſt. At diſſidentiũ inter ſe oſſium indicium, quà vena in brachio ſcinditur, ad cōtactum patet. Hæc verò celeriter callo obducuntur. Quibus à primo ortu iſta cōtingunt, iis oſſa infra noxiam breuiora euadunt, plurimùm verò quæ cubito ſunt proxima, deinde ea quæ in manu, poſtremò quæ in digitis. Brachiũ autem & humerus propter nutritionem validiora euadunt. Manus item altera, propter opera, etiam longè validior eſt. At carnium imminutio, ſiquidem in exterioré parté articulus prolapſus eſt, interiore parte fit, ſin minùs, contra quàm exciderit. Cubiti autem gibbus vbi interiorem in partem, aut exteriorem exciderit, in habitu quidem angulari cubiti ad brachium communi reponitur. Ex ala nanque faſcia excepta ſuſpenſio facienda, ad cubitum verò ſummum ſuppoſitum pondus aliquod iuxta articulum appendendum, vel manibus adurgendum. Tum ſuſpenſo in ſublimi articulo, oſſa manuum volis

metuitur, aut vbi periculum eſt ne quid vitietur, vel cum articuli vlcera inflammatione tẽtantur, aut vbi conuulſionis metus impendet, & venter vulnus accepit: tum verò vel maximè, ſi caput & femur, vel quæuis alia pars fracturam ſenſerit. Stare autẽ vlceri minimè cõuenit, idq; præſertim ſi in crure vlcus ſit, immo neq; ſedere, neq; ambulare. Verùm quies & ociũ plurimùm conducunt. At recentia vlcera omnia, tum ipſa, tum ambientes partes, minimè inflam̃atione tentantur, ſi quis quàm celerrimè ad ſuppurationem adducat, neq; pus vlceris oſculo interceptum ſupprimatur, aut ſi quis inhibeat ne ad pus niſi neceſſarium idq; pauciſſimum deueniant, ſed quàm maximè ſiccet medicamento non moleſto. Igneum namq; feruorem concipiunt, vbi horror ac pulſatio acceſſerit. Inflammatione ſiquidem tunc vlcera tentantur, cùm ad ſuppurationem tendunt. Suppurant autem alterato & calefacto ſanguine, ita vt putrefactus in huiuſmodi vlceribus in pus cõuertatur. At vbi cataplaſmate opus eſſe viſum fuerit, non ad ipſum vlcus, ſed ad ambientes partes admouendum, quo via puri fiat, & quæ induruerunt emolliantur. Quod verò vlcus acuto telo inciſum aut diſſectum fuerit, medicamentum quod cruentis protinus imponitur, (ἔναιμον Græci vocant) & ſiccans quoddam quod ſuppurare vetet, admittit. Quæ caro à telo colliſa aut cæſa eſt, ea ita curãda eſt, vt quàm celerrimè in pus vertatur. Nam cùm minùs inflammatione tentetur, tum neceſſe eſt carnes quæ colliſæ cæſæq; ſunt, putrefactas & in pus verſas tabeſcere, deinde nouas carnes renaſci. Omni recèns facto vlceri, præter quàm ſi in ventre ſit, ex eo ipſo vulnere ſanguinem ſtatim plus minúſve effluere expedit. Nam tum ipſum vlcus, tum quæ ipſum ambiunt partes minùs inflammatione vexantur. Quin & ab inueteratis vlceribus vt crebrò ſanguis effluat, prout opportunum videbitur, tã ab ipſis vlceribus quàm à circumſtantibus vlcus partibus, efficere conducit, tum præcipuè ſi in crure, aut pedis, aut manus digito vlcus ſit, magis quàm in alia corporis parte. Exhauſta enim ſanguinis effluxu, ſicciora ac minora euadunt. Eiuſmodi namq; vlcera præcipuè quidem ſaneſcere prohibet, tum demum verò reliqua etiam omnia, ſanguinis putredo, & quod ex ſanguinis mutatione eſt ortum. Poſt ſanguinis effluxum, in his vlceribus ſpongiam denſam, mollem, inciſam, ſicciorem, non humidiorem alligare conducit, aut ſpongiæ folia gracilia ſuperimponere. Oleum verò & quæcumque mollitudinem & olei vim habent medicamenta, huiuſmodi vlceribus minimè conferunt, niſi iam prorſus ad ſanitatem tendant. Neq; recentibus vlceribus oleum, neque mollia, neque pinguia medicamenta conueniunt, tum vel maximè cùm vlcus copioſiore purgatione indigeat. Atque, vt vno verbo dicam, olei litu tum æſtate, tum hyeme ad ea quæ huiuſmodi medicamenta requirunt, vtendum.

μέλλει. καὶ ὅ,τι σφακελίσαι κίνδυνος. καὶ τοῖσιν ἕλκεσι καὶ φλέγμασι τοῖσιν ἐν τοῖσιν ἄρθροισι. καὶ ὅκου (A) σπασμὸς γενέσθαι κίνδυνος. καὶ τοῖσιν ἐν κοιλίῃ τρώμασι. πάντων δὲ μάλιστα τοῖσιν ἐν κεφαλῇ καὶ μηρῷ κατεαγεῖσι, καὶ ἄλλο ὅ,τι κάτηξις γένηται. ἑστάναι δὲ ἐν τῷ ἕλκει ἥκιστα ξυμφέρει. καὶ μᾶλλον ἢν ἐν τῷ σκέλει ἔχῃ τὸ ἕλκος. ἀλλ' οὐδὲ καθῆσθαι οὐδὲ πορεύεσθαι. ἡσυχίη δὲ καὶ ἀτρεμίη ξυμφέρει μάλιστα. τὰ δὲ νεότρω- B τα ἕλκεα πάντα ἥκιστα ἂν φλεγμαίνοιεν αὐτά τε καὶ τὰ περιέχοντα. εἴ τις διαπυήσειεν ὡς τάχιστα. καὶ τὸ πῦον μὴ ἀπολαμβανόμενον ἀπὸ τοῦ ἕλκεος τοῦ στόματος ἴσχοιτο. ἢ εἴ τις ἀποτρέποι ὅκως μὴ δὲ μάλιστα διαπυήσαι, πλὴν τοῦ ἀναγκαίου πύου ἐλαχίστου. ἀλλὰ ξηρὸν εἴη ὡς μάλιστα φαρμάκῳ μὴ περισκελεῖ. πυρώδεες γὰρ γίνεται ἢν φρίκη ἐγγένηται. καὶ σφυ- C γμός. φλεγμαίνει γὰρ τὰ ἕλκεα τότε, ὁκόταν διαπυήσαι μέλλῃ. διαπυεῖ δὲ ἀλλοιουμένου τοῦ αἵματος καὶ θερμανθέντος, ἕως σαπὲν πῦον γένηται τῶν τοιούτων ἑλκέων. ὅταν δοκέῃς δεῖσθαι καταπλάσιος, οὐ χρὴ αὐτὸ τὸ ἕλκος καταπλάσσειν. ἀλλὰ τὰ περιέχοντα. ὅκως τὸ πῦον ἀποχωρέῃ, καὶ τὰ σκληρυνόμενα μαλαχθῇ. τῶν δὲ ἑλκέων, ὅταν μὲν ἂν ὀξεῖ βέλει D διατμηθῇ ἢ διακοπῇ, ἐνδέχεται ἔναιμον φάρμακον. καὶ τὸ κωλῦον διαπυεῖν ἀναξηραῖνον ἠρέμα. ὅ,τι δ' ἂν ὑπὸ τοῦ βέλεος ἐφλάσθη καὶ ἐκόπη σάρξ. ταύτην δὲ ἰητρεύειν, ὅκως διάπυος ὡς τάχιστα γένηται. ἧσσον τε γὰρ φλεγμαίνει, καὶ ἀνάγκη τὰς σάρκας τὰς φλασθείσας καὶ κοπείσας, καὶ σαπείσας, καὶ πῦον γενομένας, ἐκτακῆναι. ἔπειτα βλαστάνειν νέας σάρ- E κας. ἕλκεϊ νεοτρώτῳ παντὶ πλὴν ἐν κοιλίῃ ξυμφέρει, αἷμα ποιέειν ἀπορρέειν πυκνά, ὅκως ἂν δοκέῃ καιρὸς εἶναι. καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἕλκεος τῶν περιεχόντων τὸ ἕλκος. δηλονότι καὶ ἢν ἐν κνήμῃ ᾖ τὸ ἕλκος, ἢ ἐν δακτύλῳ ποδὸς, ἢ χειρὸς. μᾶλλον ἤ που ἄλλοθι τοῦ σώματος. τοῦ γὰρ ἀπορρέοντος τοῦ αἵματος, ξηρότερα καὶ μείονα ἰσχναινό- F μενα. κωλύει μὲν γὰρ μάλιστα τὰ τοιαῦτα ἕλκεα ὑγιαίνεσθαι. ἔπειτα δὲ καὶ τὰ σύμπαντα αἵματος σηπεδὼν, καὶ ἐξ αἵματος μεταστάσιος γίνεται. ξυμφέρει δὲ μετὰ τὴν τοῦ αἵματος ἀπόρροιαν, ἐπὶ τῶν τοιούτων ἑλκέων καὶ σπόγγον ἐπιδεῖν, πυκνὸν καὶ μαλθακὸν τετμημένον, ξηρότερον ἢ ὑγρότερον. ἢ ἐπὶ τῷ σπόγγῳ ἄνωθεν φύλλα ἰσχνὰ ἐπιδεῖν. ἔλαιον δὲ καὶ ὅσα μαλθακώδεα, ἢ ἐλαιώδεα ἐστὶ φάρμα- G κα, οὐ ξυμφέρει τοῖσι τοιούτοισιν ἕλκεσιν, ἢν μὴ πάνυ ἤδη πρὸς ὑγιείην τείνῃ. οὐδὲ τοῖσι νεοτρώτοισιν ἕλκεσι ξυμφέρει ἔλαιον, οὐδὲ μαλθακώδεα, οὐδὲ στεατώδεα φάρμακα. δηλονότι καὶ ὅτι ἂν δέηται ἕλκος πλείονος καθάρσιος. τὸ δὲ ξύμπαν εἰπεῖν, ἐλαίῳ τὴν χρίσιν ποιέεσθαι, καὶ ἐν θέρει καὶ ἐν χειμῶνι, πρὸς ἃ τῶν τοιούτων φαρμάκων δέονται.

H *ἕλκος cùm dicatur * Galeno omnis in quacumque parte ex eroſione continuitatis ſolutio, præter eam quæ in oſſe ſit, & τραῦμα nominatur, hoc libro omnium vlcerum curatio, tam eorum quæ cauſa interna, quàm quæ cauſa externa excitauit, comprehenditur. Quibus peculiare nomen τραύματος imponitur, etſi ſæpe τραῦμα & ἕλκος in eandem appellationis notionem incidunt, ac eam quæ in carne fit vnitatis ſolutionem ſignificant. Cuius certè omnis curatio propriè hoc libro continetur, & à Galeno libro 3. & 4. Meth. medendi explicatur. Quanquam non deſunt qui exiſtiment, hìc recentium, vt libro de vulneribus, inueteratorum & diuturnorum vlcerum curationem inſtitui, his verbis inducti, quæ ex veteribus membranis Galeni Exegeſi adſcribuntur, [illegible]. Quæ etiam verba ex Scholio quodam in manuſcriptis membranis huc adſcribuntur. At vlcerum in vniuerſum curationem proponit Hippocrates libro 1. περὶ γυναικείων, & pauciſſimis verbis comprehendit, [illegible]. Quæ ſanè verba velut ἐν τύπῳ propoſita, in hac vlcerum curatione imprimis ſunt animaduer-

A maduertenda. Hunc autem eſſe germanum Hippocratis fœtum res ipſa clamat, & Galeni monimenta teſtantur, qui in hunc librum à ſe ſcriptos Commentarios ſæpiùs inculcat, ac integros ex eo locos libris Methodi medendi explicat. Idem quoque ſcribit Com. 4. in lib. de art. hoc in libro curationis ſcopum ad ſiccitatem non adeo intendi, vt quæ libro de capitis vulneribus inſtituitur, ſiccitatem tamen hic conuenire, quàm quæ fracturis debeatur. Hunc etiam libellum Erotianus in θεραπευτικοῖς numerat, & poſt libr. [illegible] artic. collocat. * *Lib. de Conſtit. art.*

ἕλκεα ξύμπαντα] Hic vlcus ſolum & ἀσύνθετον primum curandum ſuſcipitur, eiuſque ſanandi prima indicatio proponitur. [illegible] γὰρ τοῦ ἕλκους ἐστὶν ἴαμα, τὸ ξηραίνειν μετρίως, vt ſcribit † Galenus. Τοῦ ἕλκους autem addit, vt ſolius & ſimplicis vlceris hic curationem ab Hippocrate inſtitui intelligamus. Eſt autem vlcus ſolum ab omni alio affectu liberum, neque vllum ſymptoma habet adiunctum, & vlcus tantum eſt, cui nec cauitas adeſt, nec dolor, nec ſordes, quodq; ipſum tantum vlceris ſanationem deſiderat, cuius (vt ſcribit † † Galenus) ſcopus eſt [illegible]. Quod certè probè præſtare vinum poteſt, quod adſtringit & ſiccat. Eſt igitur vinum (vt ſcribit † † † Galenus) [illegible] φάρμακον ἑλκῶν ἁπάντων [illegible].

B Quale autem vinum eſſe debeat, nempe nigrum & adſtringens, ac ſubſtantia craſſum indicat Galenus Comment. 3. in lib. de fract. & Comm. 4. lib. de artic. vbi etiam in luxationibus cum vlcere, plagulas vino imbutas, aut humidum ceratum adhibet Hippocrates, lanaſque ſordidas vino & oleo imbuendas, iiſque hyeme tepidis perfundendas conſulit. τέγγειν autem & [illegible] exponit Galenus Com. 4 in librum de artic. quod eſt madefacere, perfundere, irrigare. At verò libro de vulner. cap. capitis vlcera ſcribit, οὐ χρὴ τέγγειν οὐδενὶ, οὐδ' οἴνῳ. Hoc porrò initium explicat Galenus lib. 4. Meth. med.

† *Lib. 4. Meth.* † † *Lib. 3. Meth.* † † † *Lib. 3. Meth.*

τὸ δ' ἕλκος ὑγρόν] Demonſtratio eſt ex rei natura vlcus ſiccantibus indigere. Vlceratæ namque partes madent, ſana & integra cutis ſicca eſt. Ideoq; cùm ſicca ſint quæ ſana ſunt, ſiccantibus quæ vlcerata ſunt curanda. Quam ſenis mentem non aſſecutus videtur Caluus, cùm dixit humidum vlcus ſanum non eſſe.

C οὐδὲ καταπλάσσειν [illegible]] Cataplaſma cùm leniat, relaxet, pus moueat & reſoluat, quibuſdam vlceribus ac præcipuè recentibus quæ glutinationem poſtulant, non admouendum. Et quemadmodum in aure fracta, [illegible] præcipit Hippocrates libro de Fract. ſed vel ea medicamenta quæ cruentis adhibentur admouet, vel aliquo alio medicamento mediocriter exiccante curationem aggrediendam præcipit: ita certè in vlceribus quæ ſiccari poſtulant, cataplaſmate abſtinendũ. Cataplaſmata enim humores ſupernacuos præcipueque lentos & craſſos concludunt, & digeri prohibent. Eadem quoque vt [illegible], cauet. * Hippocrates. Idem ** quoque in fracturis cum vlcere, cataplaſmata quæ ob inflammationem admouentur, ob inutile pondus, velut incommoda reſpuit. Cataplaſmata autem ea intelligenda, quæ ex oleo, farina & aqua compoſita, relaxant & reſoluunt, partemque quodammodo emolliunt ac effœminant. Alioqui certè ſtaitum ex farina ſubactum quod ſiccat & lene eſt nari & auri fractæ cataplaſmate adhibet Hippocrates. Et

D Galenus ſimilia ferè cataplaſmata, quæ ex alica, aceto quoad intumeſcat, macerata, deinde trita, in palæſtrâ adhibentur, probat Com. 2. in lib. de artic.

* *Lib. de Artic.* ** *Lib. de Fract.*

καὶ τὰ ἐν τοῖσιν ἄρθροισιν] In articulis cataplaſmata cùm emolliant & laxent, non probantur, ſed eorum curatio exiccantibus perficitur. Ideoque Hippocrates lib. de artic. ad eorum curationem ea præcipue [illegible] admittit, quæ cùm poſt longius tempus ſoluantur, irrigari inter ſolutiones queunt, qualia ſunt, quæ magnam vim exiccandi habent. [illegible] verò [illegible], vt minùs idonea cauet. Sic quoque in articulorum curatione, non tantum cataplaſmate, ſed omni prorſus vinculo quod appreſſum & pondus inducit, abſtinendum cenſet his verbis, [illegible].

E καὶ ὁ πάνυ φλεγμαίνων [illegible]] Ex inflammationis magnitudine oritur gangræna, ex qua deinde σφάκελος & puris corruptio, vt ſcribit Galenus Com. 4. in lib. de artic.

καὶ φλέγμα] Articulorum vlcera, ac præcipuè quidem, ſi luxatio aut fractura adſit, inflammatione, gangræna & conuulſione periclitantur, quibus inedia & vini abſtinentia conſulendum. φλέγμα autem hic, vt & aliàs in Prognoſt. flammeũ ac igneum præter naturam, calorem ſignificat. [illegible] exponit Galenus. [illegible] φλέγμα. Idem quoque φλέγμα [illegible] indicare ſcribit in Exegeſi, [illegible], de quo agitur ampliſſimè lib. 2. de differ. feb.

καὶ τοῖσιν ἐν κοιλίῃ τρώμασι] Hic κοιλίη, vt & poſtea, ex Galeni explicatione venter tum ſuperior, qui thorace, tum inferior, qui abdomine circumſcribitur, intelligitur. Non paruum autem periculum adferunt tum thoracis tum ventris vulnera, ac præcipuè ſi quod

F interiorum viſcerum ſit vulneratum.

καὶ τοῖσιν ἐν κεφαλῇ καὶ μηροῦ κατήγματι] In capitis fracturis, propter partis præſtantiam, femore autem, propter oſſis magnitudinem, inflammationis metus impendet, ideoque victus tenuis imperandus. Sic lib. de Fract. vbi magna oſſa, vt brachij & femoris, fracta ſunt & cute eminent, in bilioſis naturis mellam aqua dilutam imperat Hippocrates: In aliis verò naturis aquæ potum conſulit. Ac ſi febris adſit, in ea victus ratione diebus quatuordecim, ſin minùs, diebus ſeptem perſeuerandum monet. Ad ſummum, in fracturis cum vlcere, tenuem victus rationem multis diebus imperat, tum verò vel maximè ſi oſſa magna fracta ſint aut cute emineant. [illegible] χρὴ περὶ διαίτης.

ἑστάναι δὲ οὐ σύμφορον ἕλκει] Stare & ſedere vlceribus inimica ſunt, quòd motus ſint. Multa namque ad ſenſum immota videntur, quæ moueantur tamen. Quod indicat Galenus libro de tremore & palpit. vbi hunc locum his verbis explicat, [illegible]

G [illegible]

τὰ δὲ νεότρωτα] Hic etiam primam omnium ſanandorum vlcerum indicationem proponere videtur, nempe exiccationem, atque indicare velle ea omnia vlcera recentia ſiccari oportere, præter ea in quibus caro colliſa eſt, & quàm celerrimè in pus verti debent. Quæ cùm ad ſuppurationem per medicamenta calida & humida, qualia ſunt cataplaſmata, ducantur, exiccationi maximè repugnant. Siccari autem maximè poſtulant, quæ ſine contuſione partes vulneratæ ſunt, vt etiam poſtea dicet. Atque ea curatio, vt vlceris propria, maximè inflammationem arcet, ſi per medicamenta ſiccantia & quæ pus auertant fiat. Soli namque ij partium affectus ſiccandi ſunt, in quibus pus fieri prohibemus. Quod etiam poſtea contendit Hippocrates, eamque ſententiam probat Galenus lib.

H 4. Meth. In qua certè explicanda, quòd admodum ſit obſcura, mirum in modum ſe torquent nonnulli. Mihi certè ſimplex omninò notio probatur vt vlcera recentia in quibus pus quàm celerrimè mouendum ſit, minimè inflammatione tententur, tum etiam ea in quibus nullę partes contuſæ ſunt, ideoque ab his ſuppurantia ſummouemus: nec niſi paucum & neceſſarium pus habent, ſed ſiccantibus medicamentis nutriuntur, maximè idoneis, non aſperis aut mordentibus, ſed blandis & lenibus: Id enim [illegible] φάρμακον ſignificat Galeno lib. 2. Curat. ad Glauconem, vbi huius quoque loci notionem his verbis adumbrat, [illegible]. Eſt & [illegible] ſκληρὸς, δυσχερής. Heſychio, & durum, aſperum, intractabilem & moleſtum ſignificat. Quò magis miror quod de medicamento vinculum non poſtulante & de periſcelide hîc multa adfert Vidus, & locum iſtum accipit, aut quod de crure neſcio quid hîc nugatur Caluus. Ea enim Galeni explicatio mihi vel proximè Hippocratis mentem exprimere videtur.

[illegible] γὰρ] Iſtud indicat ſolam & verè propriam eſſe vlcerum curationem quæ per ſiccantia non pus mouentia inſtituitur: quòd

pus μὴ ἀνῆσον τοῖς ξηραίνουσι (vt loquitur * Galenus) quæ ſiccitati maximè repugnat. Putreſcentia namque & ſuppurantia à calido & humido ita affecta ſunt. Cum autem in puris ex ſanguine generatione, pars ferueat & inflammatione teneatur, ac pulſet ex aphor. 21. lib. 7. neceſſe eſt tum dolorem ac vehementem febrem accedere, ex aph. 47. lib. 2. Quæ alteratio cùm partim à natura, partim à calido præter naturam fiat, hic ab Hippocrate putredo, vt & Galeno Com. 1. in Progn. nominatur. Eidem tamen lib. 1. de diff. feb. & lib. 5. de fac. ſimpl. medic. & Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. πέψις dicitur, vt & πεπασμὸς aph. 7. ſect. 3. lib. 6. Epid. Mixta autem dicitur quodammodo eſſe mutatio & media ex ea quæ à natura & quæ præter naturam ſit lib. 5. de fac. ſimpl. medic. vt & Com. ad aphor. 47. lib. 2. ἀμφιμιχθεῖσα μεταβολὴ vocatur. Qualis verò & quomodo alteratio in ſuppurantibus fiat, docet Galenus libr. 5. de facult. ſimp. medic. πυρώδης autem ἕλκος idem quod πυρετώδης ſignificat lib. de Fract. & φλεγμώδης ob inflammationem, quæ ex mala deligandi ratione & compreſſione orta eſt. Illic enim πυρετώδης pro πυρώδης dici ſcribit Galenus.

* *Lib. 4 Meth.*

ὅπως ἀπάγῃ ἀπὸ] Cataplaſmata quæ per ἀπάγειν fiebant, cùm calefacerent, humectarent, lenirent, emollirent, puri mouendo erant idonea, ſed partibus vlcus ambientibus admouenda ſunt, non ipſi vlceri, ne viam puri præcludant. Qua in re multum vulgò peccatur à noſtris Chirurgis, qui etiam in omnibus vlceribus, vt plurimùm puri mouendo elaborant. Quomodo autem pus mouentia emolliant, & quà ab emollientibus diſcrepent, docet Galenus lib. 5. de facult. ſimp. med.

ἐπὶ δὲ ἑλκέων] Hunc locum bis adducit Galenus lib. 4. Meth. med. eumq; explicat. Sed primo loco vitioſa ſunt noſtra exemplaria, vt ſatis patet. Hîc autem ἀναξηραίνειν τι lego ex Galeno. ὅ τι ἂν ὑπὸ τοῦ βέλεος] ὅ τι legit Galenus lib. 4. Meth. Idem verò ferè ſcribitur libro de vulner. capitis cùm in vulnere capitis cum colliſo ſtatim ſuppurationem conſulit his verbis, ταχὺ δὲ καὶ ὑγιὲς τι τῶν σαρκῶν ἐν τῷ ἕλκει καὶ μυδώσης, καὶ ἐπὶ πολλὸν χρόνον καθαίρεται, ἀλλὰ χρὴ ἀφίστασθαι μὲν ποιεῖν τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα. οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα φλεγμαίνοι τὸ ἀποπυϊσκόμενον τὸ ἕλκος, καὶ τάχιστα καθαρὸν εἴη. ἀνάγκη γὰρ ἔχει τὰς σάρκας τὰς κοπείσας καὶ φλασθείσας ὑπὸ τοῦ βέλεος, σαπείσας ἀποπυηθῆναι, ἀποτακῆναι. ἐπειδὰν δὲ καθαρθῇ, ξηραίνειν χρὴ τὸ ἕλκος. οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ὑγιὲς γένοιτο ξηρῆς σαρκὸς βλαστούσης καὶ μὴ ὑγρῆς. καὶ οὕτως ἂν οὐκ ὑπερσαρκήσειε τὸ ἕλκος. Ibidem quoque, ἀνάγκη γὰρ σάρκας τὰς φλασθείσας καὶ κοπείσας πάσας ἀποπυηθείσας ἀποτακῆναι.

ἑλκέων πεπαλαιωμένων] Hunc locum hunc in modum legendum eſſe & reſtituendum ex Galeno libr. 4. Meth. med. ſatis patet, hicque indicationem ſanandi vlceris ab affectus natura & magnitudine deſumi. Quare mirum vehementer ſubit codices omnes, tum manu ſcriptos tum publicatos, quos adhuc videre licuit, vitiatam iſtam lectionem magno conſenſu retinuiſſe, eamque contagionem ad codices Italicos perueniſſe vt ſatis ex Caluo patet. Quonam enim alio loco quod de inueteratis vlceribus à Galeno ter affertur lib. 4. Meth. hic verò magno errore omittitur, aptiùs collocabitur? Deinde Galenus etiam ipſe ſtatim poſt ea quæ de recenti vlcere dicta ſunt ab Hippocrate, ſubiungi monet, vt cuiuis ſit facile hanc lectionem integram ex his Galeni verbis elicere. ἑλκέων πεπαλαιωμένων, πλὴν ἐν κοιλίῃ, συμφέρει ἐκ τοῦ τρώματος αἷμα ῥυῆναι ἀτὰρ πλεῖον ἢ ἔλασσον. φλεγμαίνει γὰρ ἧσσον αὐτό τε τὸ ἕλκος, καὶ τὰ περιέχοντα. μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῷ περὶ ἑλκῶν γεγραμμένῳ, ἀναμνήσεις ἐν τοῖς ἄλλοις ὅπως συγγράμμασι πολλάκις ὑπὸ ἐμοῦ, μεμνῆσθαι ἄξιον ἐστὶ τοῦ ἰατροῦ, οὐ τῆς φύσεως μόνον, ἀλλὰ κακοήθειας οἷα ἀντικειμένης ὠφελεῖ, ὥσπερ αὖ ἔστι καὶ χρονίων ἑλκῶν ἐν τῷ παλαιοῦ ἐπὶ τοῦ αἵματος ἀφαιρέσεως ἐπὶ τῶν ἰσχυρῶν τραυμάτων. οὐ γὰρ δὴ συμφέρει μὲν αἷμα ῥυῆναι τοῖς ἑλκοῦσι, οὐκ ἐρρύη δὲ, τὸ λοιπὸν αὐτῷ χρὴ προστιθέναι. δῆλον δὲ τοῦτο κἀξ αὐτῶν ὧν ἐπιφέρει. σκεπτέον γοῦν τὸ προειρημένον ῥῆμα τί ποτε δηλοῖ φησί. καὶ ἀπὸ τῶν πεπαλαιωμένων ἑλκῶν ξυμφέρει αἷμα ποιέειν ἀπορρέειν τεχνῇ, ὅπως ἂν δοκῇ καιρὸς εἶναι. καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἑλκῶν, καὶ ἀπὸ τῶν περιεχόντων τὸ ἕλκος. ἐπειδὴ γὰρ προείρηκεν, ἑλκέων πεπαλαιωμένων ξυμφέρει αἷμα ῥυῆναι, προσέθηκεν ὡς ὁμοίως καὶ τῶν κεχρονισμένων, μονονουχί τινων, αἰτιώνταί τις ἐπὶ τῶν προειρημένων μόνον ὕστερον αὐτὸ ἀποφαίνεσθαι, ὁ δὲ τοῦτο δεόντως προστίθησι τὸ, ἀπὸ τῶν πεπαλαιωμένων ἑλκῶν ἀφαιρεῖν τοῦ αἵματος.

κωλύει μὲν γὰρ μάλιστα] ὑγραίνεσθαι legunt exemplaria omnia tum manu ſcripta, tum publicè exarata, eamque lectionem ſecuti ſunt omnes interpretes, vt ſanguinis effluxus vlcera huiuſmodi madeſcere prohibeat. Quod etſi verum eſt, Galeni tamen mihi magis lectio arridet, quam hic ſecutus ſum, & pro ὑγραίνεσθαι ὑγιαίνεσθαι legendum eſſe cenſeo facili quidem lapſu. Eam enim quæ ab affectus κακοηθείας aut malè affectæ partis natura indicatio ſumitur, ſecutus Hippocrates, vitioſi ſanguinis vacuationem ad vlceris curationem moliendam cenſet. Hic enim huiuſmodi inueterata vlcera vel maximè ſaneſcere prohibet, tum demum verò reliqua etiam omnia, nempe quod putreſcat & inflammationem excitet, & in pus tranſmutetur. Atque ea mihi videtur eſſe Hippocratis mens à Galeno his verbis lib. 4. Meth. explicata. καὶ ἀπὸ τῶν πεπαλαιωμένων ἑλκῶν ξυμφέρει αἷμα ποιέειν ἀπορρέειν τεχνῇ, ὅπως ἂν δοκῇ καιρὸς εἶναι. οὐ δὲ παλαιότητος ἕνεκεν ἐνδεικνυμένης τῆς θεραπείας, ἀλλὰ τῆς μοχθηρίας τοῦ αἵματος. ἐπιφέρει γοῦν αὐτὸς ἑξῆς. κωλύει γὰρ μάλιστα μὲν τὰ τοιαῦτα ἕλκεα ὑγιαίνεσθαι, ἔπειτα δὲ καὶ τ' ἄλλα σύμπαντα τοῦ αἵματος σηπεδὼν, καὶ ὅ,τι ἐξ αἵματος μετασταθὲν γίγνεται. Non me latet alium eſſe longè Interpretibus ſenſum, nempe omnia à putrefacto ſanguine & in pus verſo mala oriri. Sed hic mihi ſenſus ad Hippocratis mentem proximè accedere videtur, præſertim cùm Galenum aſſertorem habeat, & magis ſit explicatus. Adde quòd primam & generalem vlcerum ſanationis indicationem, nempe exiccationem, ſemper ad oculos intendit.

ξυμφέρει δὲ μὴ πλεῖον τοῦ αἵματος ἀπορρέειν] Et id quoque maximè generalem vlcerum curationem ſpectat. Quo etiam refert Galenus lib. 4. Meth. med. qui ἢ particulam vim negandi hic habere ſcribit (vt & aliàs Com. 3. in lib. κατ' ἰητρεῖον ex Homero probat) & ſiccantia omnia remedia ab Hippocrate adhiberi. Nam & ſpongia denſa, mollis, ſicca, & folia gracilia, aut verbaſci, aut trifolij, aut betæ, aut tuſſilaginis, vim ſiccandi habent. Hic verò φύλλα λευκὰ Cornarius (vt poſtea) legiſſe videtur, pro ἰσχνά.

ἔλαιον δὲ καὶ ὅσα μαλθακώδεα] Hæc quoque ad curationis vlcerum ſummam indicationem ſpectant. Sunt autem hic μαλθακώδεα, quæ mollitudinem & pinguedinem oleique naturam habent, qualia ſunt lenientia & mitigantia medicamenta, in quibus pinguedines, adipes, medullæ & reſinæ reponuntur. Ceram & ceratum quoque annumerat Galenus Comm. 4. in lib. de art. vbi huius etiam loci meminiſſe videtur. Sic quoque Galenus lib. 4. Com. pharmac. general. μαλθακώδη φάρμακα, quæ ſunt oleoſi generis ab Hippocrate dicta exponit, in quibus adipes, reſinas, ceram, ſebum etiam & œſypum reponit, nimirum hunc quoque locum ſubindicans, vbi etiam ea à malacticis diſtinguere videtur. Capite verò 6. lib. eiuſdē μαλθακώδη vocari ſcribit Hippocrati, medicamenta quæ innatam habent humiditatem, qualis eſt in pinguibus & oleoſis medicamentis, & in ipſo quidem oleo & aqua. Olei autem litus, tum hyeme, tum æſtate, quomodo in iis quæ huius generis facultatem requirunt, adhibendus ſit, docet Hippocrates, eius vſum in lanis ſordidis ad luxationes cum vlcere conſulens, quem etiam explicat Galenus Com. 4. in lib. de art.

In magna vlcerum parte inferiorem aluum purgare conuenit, tum etiam in vulneribus capitis, & ventris, & articulorum, tum in quibus partis corruptela imminet, itemque in his quæ ſuturam poſtulant, & in his quæ excedunt & ſerpunt, tum aliàs in his vlceribus quæ inueterauerunt, & quæ deligationē poſtulant. At neq; vbi deligatione vti, aut medicamenta vlceri imponere voles, id priùs quā vlcus valde ſiccum reddideris, moliaris oportet, tum verò vtiliter imponas. Sæpiùs verò vlcus ſpongia abſtergendum, itemque linteum ſiccum & mundum crebrò adhibendum, tum demum medicamentū quod vtile videatur impoſitum alligandū, aut ſine vinculo relinquendum. Vlceribus plæriſque calidum anni tempus magis quàm hyems conducit, præter quàm iis quæ ſunt in capite & ventre, magis tamen æquino-

Ὑποκάθαρσις τῆς κάτω κοιλίης ξυμφέρει τοῖσι πλείστοισι τῶν ἑλκέων, καὶ ἐν τρώμασιν ἐν κεφαλῇ ἐοῦσι, καὶ ἐν κοιλίῃ καὶ ἐν ἄρθροισι, καὶ ὅσα σφακελίσαι κίνδυνος, καὶ ὅσα ῥαπτὰ, καὶ τοῖσιν ἐσθιομένοισι καὶ ἑρπυστικοῖσι, καὶ τοῖσιν ἄλλως πεπαλαιωμένοισιν ἕλκεσι. καὶ ὅπῃ ἂν μέλλῃ ἐπιδεῖν, οὐ χρὴ οὐδὲ ἐμπλάσσειν τὰ φάρμακα, πρὶν ἂν πάνυ ξηρὸν ποιήσῃς τὸ ἕλκος. τότε δὲ δεῖ προστιθέναι, ἀνασπογγίζειν δὲ τὸ ἕλκος πολλάκις σπόγγῳ. καὶ αὖτις ὀθονίῳ ξηρῷ καὶ καθαρῷ προσίσχειν πολλάκις. οὕτω δὲ ἐπιθεὶς τὸ φάρμακον τὸ δοκέον ξυμφέρειν, ἐπιδεῖν, ἢ μὴ ἐπιδεῖν. ἕλκεσι τοῖσι πλείστοισιν, ὥρη ἡ θερμοτέρη ξυμφορωτέρη τοῦ χειμῶνος, πλὴν τοῖσιν ἐν κεφαλῇ καὶ κοιλίῃ, μᾶλλον δ' ἡ ἰσημε-

ρίη. τὰ

A ἐστί. Τὰ ἕλκεα ὁκόσα ἀνακαθαρθέντα, καλῶς τε καὶ ἐς τὸ δέον αἰεὶ, ἐπὶ τὸ ξηρότερον ποιέεται τὴν βλάστησιν. ταῦτα δ' οὐχ ὑπερσαρκέει ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἢν ὁκόθεν ὀστέον ἀφίστηται, ἢ καυθὲν, ἢ πρισθὲν, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ, τὴν ἑλκέων τούτων αἱ οὐλαὶ κοιλότεραι γίνονται). ἕλκεα δ' ἀκαθαρτα, οὐκ ἐθέλει ξυνιέναι, ξυναγόμενα, οὐδ' αὐτόματα ξυνέρχεται. οὐδ' οἷσι τὰ περιέχοντα φλεγμαίνει τοῦ ἕλκεος, ἕως ἂν μὴ παύσηται τῆς

B φλεγμασίης, οὐκ ἐθέλει ξυνιέναι. οὐδ' οἷσι τὰ περιέχοντα τοῦ ἕλκεος μελαίνεται, καὶ αἵματος σηπεδόνι, ἢ καὶ κιρσοῦ παρέχοντος τὴν ἐπίρροιαν τοῦ αἵματος. οὐδὲ ταῦτα ἐθέλει ξυνιέναι, ἢν μὴ τὰ περιέχοντα τοῦ ἕλκεος, ὑγιέα ποιήσῃς.

ctium. Vlcera quæ neq; probè neq; vt conuenit prius aſſiduè repurgata, carnē producere incipiunt, ea plurimùm carne ſuperexcreſcunt. Quæ verò probè & vt decet repurgata ſemper ad ſiccius, niſi ſint cōtuſa, curatione tendunt, iis ferè caro nō excreſcit. Quacunq; ex parte os aut vſtū, aut ſectū, aut quauis alia ratione ſeceſſerit, in huiuſmodi vlcerib. cicatrices cauæ fiūt. Non repurgata vlcera, neque ſi inter ſe adducantur, coire ſolent, neq; ſua ſponte coaleſcunt. Neque item coire ſolent quorum vlcus ambientes partes inflammatione vexantur, quandiu inflammatio perſeuerat. Nec ſi quæ vlcus ambiunt nigredinem contrahant, aut ſanguine putreſcente, aut etiam varice ſanguinis influxum ſuppeditante, id genus vlcera coire ſolent, niſi vlcus circumſtantes partes ſanas effeceris.

* ὑπερσαρκέει] In vlcerum curatione affectus naturam & magnitudinem ad indicationem plurimùm valere hic locus indicat. Quem in ſenſum hunc locum Galenus fuſiſſimis verbis explicat lib. 4. Meth. med. Ex quo huius loci integritas ſic eruenda eſt· ὑπερσαρκέει τε καὶ τὸ κοιλὸν ξυμφέρει τῶν πλείστων τῶν ἑλκέων, καὶ ἐν τρώμασιν ἐν κεφαλῇ ἐοῦσι, καὶ ἐν κοιλίῃ καὶ ἐν ἄρθροισι, καὶ ὅσα σφακελίσαι κινδυνεύει. καὶ ὅσα

C ῥαφῆς). Ἐπὶ τοῖς ἰσχομένοις, ἐπὶ ἄρθροισι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσι συμπαλαιουμένοισι. τὰ ἕλκεα, καὶ ὁκόσα δ' ἂν μέλλῃ τις ἐπιδεῖν, ὅπως ξηρότερον ᾖ, χρὴ ποιέειν.

καὶ ὅπῃ ἂν μέλλῃ] Hanc lectionem etſi vitioſiſſimam retinent conſtantiſſimè exemplaria omnia, tum manu ſcripta, tum publicata. Sed μέλλοι aut μέλλοις ἐπιδεῖν lego.

πλείω τῶν ἐν κεφαλῇ] Quod anni tempus æſtate calidum putredinem magis & febres excitet in partibus venis, arteriis ac ſanguine redundantibus, quale eſt caput & venter tum ſupremus, tum medius, in quo viſcera continentur. Ideoque capitis vulneribus febris ad decimum quartum diem hyeme ſuboritur, eoque tempore diutiùs trahunt ægri quàm æſtate, in qua febris ſeptimo ſuperuenit, vt ſcribit Hippocrates libro de cap. vulner. & teſtatur Paulus cap. 90. lib. 6. Neque ideo tamen vulnerum capitis curationem aëri frigido committimus, quòd frigidum cerebro & neruis ſit aduerſum, ſed qua arte poſſumus in aëre calido curationem exercemus linteis calidis & ignita aut candente lamina propiùs capiti admotis.

Τὰ ἕλκεα ὁκόσα] Hæc lectio omnibus in codicibus, tum manu ſcriptis, tum publicè exaratis eſt diminuta, eaque ex Galeno libr. 4.

D Meth. med. integra hunc in modum adſcribenda: Τὰ δὲ ἕλκεα ὁκόσα μὴ καλῶς ἀνακαθαρθέντα καὶ ἐς τὸ δέον αἰεὶ. πρότερον ἄρξηται βλαστάνειν, ταῦτα ὑπερσαρκέει μάλιστα. ὁκόσα δ' ἂν ἀνακαθαρθέντα καλῶς ἐς τὸ δέον αἰεὶ ἐπὶ τὸ ξηρότερον θεραπεύηται, πλὴν ἢν θλασθῇ, ταῦτα οὐχ ὑπερσαρκέει ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Vlcerum autem generalem curationem nempe ſiccationem indicat in vlceribus cauis & ſordidis, quorum curatio ad ſiccius ſemper tendere debet, præterquam vbi caro contuſa eſt, quam in pus conuerti neceſſe eſt. Quem in ſenſum hic locus exponitur à Galeno lib. 4. Meth. med. vbi hic locus bis adducitur. Indicatur etiam obiter in vlceribus non ſatis vt decet abſterſis aut repurgatis, minuſq; quam conueniat ſiccantibus medicamentis admotis, carnem excreſcere, quod non contingit vbi conuenienter ſiccantibus medicamentis nutriuntur, & ad ſicciora ſemper curatio promouetur. Quem in ſenſum ea verba ex Hippocratis & Galeni mente accipiēda videntur, αἰεὶ ἐπὶ τὸ ξηρότερον θεραπεύεται. Poteſt etiam vulgata lectio retineri & ſenſus conſtare quem ſecutus eſt Cornarius. Sed locus ad Galeni trutinam examinandus mihi viſus eſt.

ἢν ὁκόθεν ὀστέον] In vlceribus diuturnis in quibus oſſis eſt corruptio & os abſcedere neceſſe eſt, cicatrices cauas fieri ſcribit Hippocr.

E aph. 45. lib. 6. Tam enim cauas cicatrices fieri contingit, quanta eſt abſceſſuri oſſis craſſitudo.

ἕλκεα δ' ἀκαθαρτα] Vlcerum ſordidorum ac diuturnorū, quæq; coire non poſſunt, & cum affectu coniuncta ſunt curatio indicatur, quæ non niſi curato affectu, ac partis natura in priſtinum ſtatum reſtituta, obiri poteſt. Quem in ſenſum hunc locum adducit Galenus lib. 4. Meth. med. vbi τὴν ἐπίρροιαν ſimpliciter legit Galenus, exemplaria verò noſtra omnia ἐπίρροιαν τοῦ αἵματος habent.

* Τῶν ἑλκέων τὰ κυκλοτερέα, ἢν ὑπόκοιλα ᾖ, ἐν κύκλῳ πάντη ἐπιτάμνειν χρὴ, τὰ ἀφεστεῶτα, ἢ πάντα, ἢ τὰ ἡμίσεα τοῦ κύκλου, κατὰ μῆκος τῆς φύσιος τοῦ ἀνθρώπου. ἐπὶ παντὶ ἕλκει ἐρυσιπέλατος ἐπιγενομένου, κάθαρσιν δεῖ

F ποιέεσθαι τοῦ σώματος, ἐφ' ὁκότερα ἂν ξυμφέρῃ τῷ ἕλκει, εἴτε ἄνω, εἴτε κάτω. ὅτῳ ἂν οἴδημα ἐπιγένηται παρὰ τὸ ἕλκος, ἀφλεγμάντου ἐόντος τοῦ ἕλκεος, χρόνῳ ὕστερον, πύον ὑποστάσιν ἴσχει τὸ οἴδημα. καὶ ὅ,τι ἂν τῇ φλεγμασίῃ οἰδήσας μὴ καθίστηται, τῶν ἄλλων καθισταμένων, ὅσα ἅμα ἤρξατο φλεγμαίνειν καὶ οἰδίσκεσθαι, καὶ τοῦτο κίνδυνος, μὴ οὐ ἅμα ξυνιέναι. ὅσα δ' ἀπολύονται, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ διαχω-

G ρέεται ἢ θλᾶται, καὶ οἰδίσκεται), τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος, καὶ διαπυήσαντα πύον ἀπὸ τοῦ οἰδήματος, ἀποχωρέῃ κατὰ τὸ ἕλκος. τὴν τοιαύτην ὅ,τι ἂν δοκέῃ δεῖσθαι καταπλάσιος, οὐ χρὴ αὐτὸ τὸ ἕλκος καταπλάσσειν. ἀλλὰ τὰ περιέχοντα, ὅκως τὸ πύον ἀποχωρέῃ, καὶ τὰ σκληρυνόμενα καταμαλαχθῇ. ἐπειδὰν δὲ καταμαλαχθῇ, καὶ ἡ φλεγμασίη παύ-

H σηται. ἔπειτα ἀφεστεῶτα σπόγγους ἐπιδέων προσστέλλειν. ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ ὑγιέος ὀλίγον προσχωρέων. ἐπὶ δὲ τοὺς σπόγγους ἄνωθεν φύλλα ἐπιτιθέναι συχνά. ὅ,τι δ' ἂν μὴ δύνηται προσίζειν, ἢ σὰρξ ὑγρὴ ἔνδον ἐν ᾖ, ταύτην ἐκβάλλειν. ἢν ὑπὸ βαθείῃ σαρκὶ τὸ ἕλκος ἐῇ κατ' ἀμφω, κατά τε τῆς ἐπιδέσιος, κατά τε τοῦ προσπιέζοντος ὑπονοστεῦσαι. τὸ δὲ τοιοῦτον, ἄν τις τέμνῃ πρὸς μήλην ἢν ἐνδέχηται εὔροον, ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ

In rotundis vlceribus, ſi cauitatem nacta ſint, quæ abſceſſerunt, in orbem vndiquaque, aut ex toto, aut ex dimidio circuli, ſecundum hominis naturalem longitudinem præcidere oportet. In omni vlcere cui eryſipelas acceſſit, corporis purgationem quamcunque in partem vlceri conducit, ſiue ſurſum, ſiue deorſum, inſtituere oportet. Quoties circa vlcus tumor acceſſerit, abſque vlceris inflammatione, in eo temporis progreſſu pus ſubſidet. Quod verò ex inflammatione intumuit, neque aliis quæ vna inflammari & intumeſcere cœperunt conquieſcentibus cōquieſcit, hoc etiam ne vnà non coaleſcat metus eſt. Quæcunque ex caſu, aut alio pacto diſcinduntur, colliduntur, aut circum vlcus intumeſcunt, iiſque ſuppurantibus pus ad vlcus ſe recipit, in his, ſi quis vſus cataplaſmatis eſſe videatur, id non ad vlcus, ſed ad ea quæ ipſum ambiunt imponendum, vt pus decedat, & quæ indurata ſunt emolliantur. At vbi emollita ſunt & inflammatio conquieuit, demum ſpongiis alligatis ea quæ abſceſſerunt affirmato, orſus à parte ſana paulumque progreſſus. Super ſpongiam autem folia multa imponito. Quòd ſi quid affirmari nequit, cuius cauſa eſt caro humida, eam eiicere oportet. Si vlcus in carne altius inſederit, vtraq; ex cauſa, tū ex deligatione, tum ex eo quod præterea comprimit, in quendam tumorem aſſurgit. Hoc ſanè ſi quis ſecare velit ſupra ſpecillum immiſſum, quatenus licet, vt ad effluxum pateat, ab ore vlce-

ris eſt reſecandum, vbicunq; videbitur opportunũ, ſicq; quæcumque neceſſaria videbitur curatio admouenda. Ferè autem vlcus omne quod cauitatem habet, in quam rectà conſpici poſſit tumore non præſente, in eo ſiquidem putredo, aut caro nimio humore marcida & putris ſubſit, tum ipſum vlcus, tũ quæ iuxta ſunt, nigra aut ſubliuida conſpicientur. Et inter vlcera exedentia, quacunque in parte phagedæna adfuerit, & valde depaſcitur & abſumit, ea quoque in parte, quæ vlcus circumſtant, colorem habebunt nigrum ac ſubliuidum.

ἕλκεος αἰ ἀπαιτέῃ, ὅκου ἂν δοκέῃ καιρὸς εἶναι. καὶ οὕτως ἰητρεύειν προσφέρειν, ὁκοίης δ' ἂν δοκέῃ προσδεῖσθαι. ὡς δὲ τὰ πολλὰ ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἕλκεσι ὃ, ἢν αὖ κοιλίην ἔχῃ, ὥστε ὑφ' ἓν καταφανέα ἰδεῖν, οἰδήματος μὴ προσεόντος, ἢν μὲν ἔῃ ἐν αὐτῷ σηπεδὼν, ἢ ἡ σὰρξ ὑπὸ εἴη μυδῶσα καὶ σαπρὴ ἐοῦσα, τοῦτο τὸ ἕλκος καὶ τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος, ἰδεῖν μέλανα ὑπόπελια. καὶ τῶν ἐσθιομένων ἑλκέων, ὅπη καὶ αἱ φαγέδαιναι ἐοῦσι. ἰσχυρότατα τι νέμεται καὶ ἐσθίει, καὶ ταύτῃ τὸ ἕλκεος τὰ περιέχον, χροιὴν ἕξει μέλαιναν ὑπόπελιον A B

ᵃ τῶν χειλέων τὰ κυκλοτερέα] Indicatio hæc ab vlcerum affectu ſumitur & affectæ partis natura. Vlcera enim quæ dura & calloſa habent labra, callum excindendum indicant, eumque affectum priùs ſubmouendum eſſe, vt ad ſanitatem redeant. Sic enim hunc locum explicat Galenus lib. 4 Method. med. vbi pro ἀπαιτέῃ περιαιρέῃ legit.

ἐπὶ πᾶσι ἕλκεσι] Et hic quoq; affectæ partis natura ex vitioſi & bilioſi ſucci redundantia attenditur ad vlceris curationem. Quomodo hunc etiam locum explicat Galen. lib. 4. Meth. med. cumq; bis illic adducit. Meminit quoque Galenus huius loci Com. in libr. 1. de Humor. ſi modò verè Galeno adſcribuntur Commentarij illi. οἰδήματος] Hic agitur de tumoribus cum vlcere coniunctis ſiue ex inflammatione, ſiue abſq; ea orti ſint, quos certè priùs curare ac ſubſidere, quàm vlcus ſaneſcat, oportet. Id cataplaſmatis pus mouentibus & malacticis præſtari debet. Hunc quoq; locum ſubindicat Galenus lib. 4. Meth. med. C

ἐπιδεῖν δὲ λευκῷ] Hic de tumoribus vlceri coniunctis & ſuppuratis agens, ſedata inflammatione & emollita duritie, abſceſſus & ſinus qui relictus eſt glutinationem attingit. Quæ enim abſceſſerunt, cùm ita ſuſpenſa ſint, vt minimè ſeſe attingant, ita cogenda ſunt & comprimenda, vt inter ſe applicentur, firmentur, & inhæreſcant, quod ἐρείδειν & ἐρεῖσαι dixit Hippocrates, quod ſignificat affirmare, firmiter collocare & adurgere. In abſceſſibus enim qui nulla inflammatione, ſorde, aut carnis tabo, nulloque humore infeſtantur, agglutinatio & contactus eſt neceſſarius. Quod ſcripſit Hippocrates lib. κατ' ἰητρεῖον, ἀφεστεῶτα δὲ ἐς τι τὰ ὑποκείμενα ἕδρης φαίνεσθαι. Quibus innuit vt quæ ita abſceſſerunt, vt ſuſpenſa ſint, ſedem attingant, ſedem ſcilicet appellans, quod abſcedenti corpori eſt ſubditum, cui adhæreſcere, firmari & inſidere quod applicatur debet, quod ἐρείδειν hìc dicit Hippocrates. Galenus προσκλίνεσθαι καὶ ἑδράζεσθαι explicat Com. in lib. κατ' ἰητρεῖον. Poteſt & hic ἐρείδειν inhibere, ſiſtere & compeſcere ſignificare, vt humorem in abſceſſibus redundantem per ſiccantia inhibeat & propellat, eamque in rem ſpongiam & folia deſuper admoueat, quomodo ſumpſerunt reliqui omnes interpretes. Hic autem τὰ ἀφεστεῶτα dicuntur (vt exponit Galenus) ὅσα κατὰ φύσιν ἔχοντα ... ... φυλάττει τὴν ἕνωσιν ... D

ἐρχέσθωσαν ... ὑγιέας] Hanc vinculi rationem ad ſinuum glutinationem idoneam his verbis commendat lib. κατ' ἰητρεῖον. ... πρὸς ἕλκος ... ἐπιδεῖν ...

ἢ, τι δ' ἂν μὴ δύνηται προσερείδειν] προσάγειν legit Galenus hunc locum adducens lib. 4. Meth. med. ita vt προσάγειν pro ἐρείδειν legiſſe videatur. Quod etiam noſtram interpretationem comprobat, vt ea quæ abſceſſerunt inter ſe apponere & adhæreſcere iubeat & adducere, quod dixit in τῷ κατ' ἰητρεῖον ἀφεστεῶτα προσάγειν.

ὑποκυφοῦσθαι] ὑποκυρτοῦσθαι legunt Vidius & Caluus, vt ſit in varicem attollitur. Sed ὑποκυφοῦσθαι pro ὑποκυρτοῦσθαι ponitur, quod eſt in gibbum aſſurgit & incuruatur. Hic verò de ſinu agitur quem ſupra immiſſum ſpecillum, vt fluxui exitus pateat, ab ore ſecandum eſſe præcipit, ſi alioqui exitus non datur. ἢ ἡ σὰρξ ὑπὸ εἴη μυδῶσα] μυδᾶν de his dicitur quæ ſuperfluo humore madent & diffluunt, ac vligine vitiantur, putrent & marceſcunt. Vnde caro μυδῶσα dicitur hebes & fluxa, ex nimio humore contracta, indeque marcida & putris, qualis in vlcere inflammato colligitur. ... μυδώσας vocat lib. de vulner. cap. μύδησιν ſcribit Iſagoges author, ... τῶν ἐν σήψει ... propriè tamen palpebris attribui, vbi humore ſuperfluo redundantes & adipe tumentes aſſiduè defluunt. μυδᾶν exponunt quidam διυγραίνεσθαι, σήπεσθαι. Heſychius μυδῶσι, βρέχουσι, ... & μυδαλέον, διάβροχον ... Item μυδαίνει, σήπει. Sunt qui μυδᾶν pro μαδᾶν ſumant. Et in manu ſcriptis Regiis membranis ex Scholio quodam μυδῶσα, σαπρὰ exponitur, deinde adſcribitur, μυδᾶν λέγεται τὸ ὑγρὸν τι ... σώματος ... καὶ μαδᾶν, ... τῶν σωμάτων. Quod certè ſumptum videtur ex Corintho, aut eo qui de Dialecticis ſcripſit. E

ὅπη αἱ φαγέδαιναι ἐοῦσι] Hic propriè φαγέδαινα ab vlcere exedente diſtinguitur, vt dicatur φαγέδαινα vlcus tumidum, profundum, vicinas partes erodens, eoque nomine ab herpete differt, qui ſummam cutem exulcerat, & à nomis, quæ ſine tumore exedunt. Phagedænæ autem vlceri tumor coniunctus eſt, qui vlceris labra circumſtat, & cum cute ſubiectam etiam carnem abſumit. Quod his verbis ſcribit Galenus Com. ad aph. 45. lib. 6. ἀλλ' ἡμῖν ἀρκέσει ... περιλαμβανομένου ... ἕρπητας ὀνομάζειν, ... τὸ δέρμα ... ὑπερκειμένην ... σάρκα. Longè verò a[illegible]iùs libro de Tumor. præter nat. id ſic exprimit: ... ἕλκος ... ὄγκον, φαγέδαιναν ὀνομάζουσι. ... τὸ ἕλκος ... ἐπὶ μόνον τὸ δέρμα ... Interdum verò φαγέδαινα generis nomen aſſumit, & vlcus quod depaſcitur & vicinum corpus ſanum perrodit, quodque deterius & maius ſemper efficitur, ſignificat, quemadmodum etiam huiuſmodi vlcera phagedænica dicuntur, vt ibidem ſcribit Galenus, quomodo etiam Definit. Medic. authori φαγέδαινα ἐστὶν ἕλκος ... Oritur autem φαγέδαινα ex vitioſi ſucci copia & humore bilioſo vſto & iam ad melancholiam inclinante, qui ſua malignitate & acrimonia vicinas partes arrodit. φαγέδαιναν in cole inter cancri genera reponit Celſus lib. 6. F G

Partibus verò circa poſitis tumore & inflammatione laborantibus, vtiliter cataplaſmate imponitur verbaſcum coctum, & trifolij folia cruda, ac epipetri folia cocta & polium. Eademque hæc omnia ſi vlcus purgari poſtulet, purgandi quidem vim habet. Quinetiam & fici folia & oleæ, & marrubium, quæ omnia incoquere oportet. Inter hæc autem maximè viticem, ficum, oleam, decoquito. Eodemq; modo mali punicæ folia incoquẽda ſunt. Crudis verò vti licet, maluæ foliis ex vino tritis, item rutæ atq; origani viridis foliis. Quibus omnibus lini ſemen torrefactum ac quàm tenuiſſimè tritum immiſceto. Vbi verò eryſipelatis metus vlceribus imminet, glaſti folia trita cruda cum lini ſemine ex cataplaſmate imponito, aut lini ſemen ſolani aut glaſti ſucco maceratũ in cataplaſmate adhibendum. Cùm autem vlcus quidem

ᵃ Καταπλάσματα οἰδημάτων καὶ φλεγμασίης τῶν ἐν τοῖς περιέχουσι. φλόμος ἑφθὴ, καὶ τοῦ τριφύλλου τὰ φύλλα ὠμά. καὶ τὸ ἐπιπέτρου τὰ φύλλα ἑφθὰ, καὶ τὸ πόλιον. ἢν δὲ καὶ καθαίρεσθαι δέῃ τὸ ἕλκος, πάντα μὲν καὶ ταῦτα καθαίρει. ἀτὰρ καὶ τῆς συκῆς τὰ φύλλα καὶ τῆς ἐλαίης, καὶ τὸ πράσιον. ἕψειν δὲ ταῦτα πάντα, μάλιστα δὲ τούτων ἕψειν ἄγνον, καὶ τὴν συκῆν, καὶ τὴν ἐλαίην, καὶ τῆς ῥοιῆς τὰ φύλλα ὡσαύτως ἕψειν. ὠμοῖσι δὲ τοῖσι δὲ χρῆσθαι τῆς μαλάχης τὰ φύλλα. τρίβειν ξὺν οἴνῳ. καὶ τοῦ πηγάνου τὰ φύλλα. καὶ τῆς ὀριγάνου χλωρῆς. πᾶσι τούτοισι χρὴ τοῦ λίνου τὸν καρπὸν φρύξαντα καὶ κόψαντα ὡς λειότατα μισγειν. ὅκου δὲ ἐρυσίπελας κίνδυνος ἐφ' ἕλκεσι γενέσθαι, τῆς ἰσάτιδος τὰ φύλλα τρίβων. ὠμὰ καταπλάσσειν σὺν τῷ λίνῳ, ἢ τὸ λίνον δεύων στρύχνου χυλῷ, ἢ ἰσάτιδος καταπλάσσειν. ὅταν δὲ τὸ ἕλκος καθαρὸν ᾖ H

A ρὸν μὲν ᾖ, φλεγμαίνῃ δὲ τὸ τὸ ἕλκος καὶ τὰ περιέχοντα τοῦ ἕλκεος, φακὸν ἐν οἴνῳ ἑψήσας καὶ τρίψας λεῖον, ἐλαίῳ ὀλίγῳ φυρήσας καταπλάσας ἐπιδεῖν. ἢ τοῦ κυνοσβάτου ἑψήσας τὰ φύλλα ἐν ὕδατι τρίψας λεῖα καταπλάσσειν. ὀθόνιον ἐπιτείνας λεπτὸν καθαρὸν, οἴνῳ ἢ ἐλαίῳ τέγξας. καὶ ὅταν ξυνάγειν βούλῃ τοῦ κυνοσβάτου τὰ φύλλα, ὥσπερ τὸν φακὸν σκευάζειν. σαυρίδιον. οἶνος καὶ λίνου καρπὸς τετριμμένος λεπτός, ἢ τόδε, ὁ τοῦ λίνου καρπὸς, καὶ
B ἄγνος ὠμὸς, καὶ μηλιὰς στυπτηρίη, ὄξει ταῦτα διαβρέχειν.

purum fuerit, ipſum verò & ambientes partes inflammatione vexantur, lenticulam ex vino coctam & læuigatam, pauco oleo admixto, ex cataplaſmate deligato, & rubi canini folia ex aqua læuigata cataplaſmate imponito, ſuperdato linteo tenui, puro, vino & oleo madente. At vbi oras vlceris committere voles, rubi canini folia eo modo quo lenticulam præparato vel naſturtium (σαυρίδιον dicitur) vinum & lini ſemen contritum commiſcentur. Hoc quoque, lini ſemen, vitex cruda, & alumen Melinum, hæc aceto macerato.

* [illegible]] Cùm tumorum omnium præter naturam communis indicatio vacuatio ſit, inflammatioque ex humorum affluxu pendeat, breuis ac propria ipſius curatio inſtituitur per ea quæ affectum ipſum ſummouent, qualia ſunt quæ rarefaciunt, extenuant, digerunt, euacuant, reſoluunt & diſcutiunt, ſiccandique facultate valent. Quæ enim cataplaſmata calofacientia & humectantia phlegmonis adhibentur, ad dolorem demulcendum ſpectant, ſymptomaque ipſum, non affectum reſpiciunt. Quem in ſenſum hunc locum exponit Galenus lib. 4. Meth. Idem quoque lib. 13. Meth. vbi phlegmones feruor iam ſubſedit mitigaturus cataplaſmatis dimiſſis, ad ea quæ digerunt paulatim tranſeundum eſſe cenſet. Hæc autem omnia quæ hic recenſentur, deſiccandi ac dirigendi, quædam etiam detergendi vires habent, vt Galenus etiam fatetur.

ἢ τοῦ ἐπιπέτρου] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, tum ſcripta, tum publicata. Caluus κυπείρου legiſſe videtur
C cùm iunci quadrati folia dixerit. Sed cyperi radices, non folia ad vſum medicum, & vlcera quæ propter nimiam humiditatem ægrè coaleſcunt, itemque ad oris vlcera, Dioſcorides & Galenus commendant. Cornarius κύπρου φύλλα legit, & liguſtri folia vertit, quæ abſque morſu deſiccare ſcribit Galenus, habereque quiddam digerens cum aquea ſubſtantia, modicè calida, tum etiam adſtringens quiddam ex terrena ſubſtantia frigida, ideoque miſtæ eſſe facultatis. Quorum vſum aduerſus phlegmonas & carbunculos, oriſque vlcera commendant Dioſcorides & Galenus. Hic autem Galenus ἐπιπέτρου legit lib. 4. Meth. quem ſecuti ſumus. Epipetrum autem Ariſtot. lib. 4. de part. animal. cap. 5. inter plantas annumerat quæ abſolutè & per ſe viuunt, & in Parnaſſo naſci, diuque viuere clauis ſuſpenſum ſcribit. Plinius cap. 15. lib. 21. Epipetron acinon vocari ſcribit, quæ certè ocimo & ſpecie & viribus ſimilis eſt, ideoq; ſiccandi, detergendi, ac digerendi facultate prædita eſt. Hic quoq; quidam ὠκίμου pro ἐπιπέτρου legunt, cuius magna vis eſt ſiccandi ac detergendi, pro quo Crithmum & quam Crettam marinam dicunt ſubſtituunt, quæ potenter deſiccat.

ἢ τὰ τῆς κυνοσβάτου τὰ φύλλα] Hæc cataplaſmata mixtarum admodum ſunt virium. Habent enim aliquid adſtringentis, potenter ta-
D men extergent, digerunt, diſcutiunt & ſiccant. In quibus ſanè marrubium reponitur, quod lib. 5. κατὰ γένη Galenus in Heræ Panacia, ſolum etiam ad ea vlcera quæ carnem humidam & ſordidiorem habent, valere ſcribit.

μάλιστα δὲ ξὺν τούτοις ἑψεῖν τὸν οἶνον] Hoc etiam cataplaſma cùm potenter digerat & ſiccet, incoqui vult, quò magis induratas partes digerat, & acrimoniam ac calorem temperet, quo nomine etiam oleæ folia & mali punicæ adduntur.

ὠμὸν δὲ τόδε] Hoc præter cætera emollientem & lenientem habet facultatem, & inflammationem diſcutit, quo nomine eo crudo etiam vtitur. Torrefactum autem lini ſemen admiſcetur, vt excrementitia humiditate depoſita valentiùs ſiccet.

σαυρίδιον] σαυρίδιον ἡ καρδαμὶς βοτάνη ... Galenus in Exeg. vocum Hippocrat. Erotianus quoque hunc locum ſubindicat cùm ſcribit, σαυρίδιον ... καρδαμίδα ...

καὶ μηλιὰς στυπτηρίη] Melinum alumen Ægyptio proximum eſſe ſcribit Plinius cap. 15. lib. 35. & Dioſcorides. quod ex Melo inſula
E Cycladum vna adueheretur, cuius etiam meminit Celſus & Galenus lib. 3. κατὰ τόπ. ex Charixeno, etſi codices Græci ſunt deprauati. Ibidem quoq; alumen Melinum ad vlcera in naſo ab Archigene adhibetur. Meliùs autem στυπτηρίη μηλιὰς ſcribatur, quemadmodum μηλιὰς γῆ terra Melia dicitur Theophraſto libro de Lapidibus, & Dioſcuridi, quæ & μηλινή. Hucque referri videtur quod in Exegeſi ſcribitur quibuſdam in exemplaribus. μηλιάς, ἡ ἀπὸ Μήλου τῆς νήσου. Vbi & μηλιάδος legunt exemplaria quædam vitiosè pro μηλιὰς vt ſcripſimus aliàs.

[1] Ὄμφακα λευκὴν ἐς χαλκεῖον θλίψας ἐρυθρὸν δι' ἠθμοῦ πρὸς ἥλιον τιθέναι τὰς ἡμέρας. τὰς δὲ νύκτας αἴρειν, ὅκως μὴ δροσίζηται. ἀνατρίβειν δὲ τῆς ἡμέρης ἀπαύστως, ὡς ὁμαλῶς ξηραίνηται, καὶ ἀπὸ τοῦ χαλκείου ὡς
F ὅτι πλεῖστον ἀναλαμβάνηται. τιθέναι δὲ ἐς τὸν ἥλιον τοσοῦτον χρόνον, ἔστ' ἂν παχὺ γένηται, ὥσπερ μέλι. ἔπειτα ἐς χύτριον χαλκοῦν ἐγχέας, καὶ μέλι ὡς κάλλιστον, καὶ οἶνον γλυκὺν, ἐναφεψήσας πρότερον ῥητίνην τερμινθίνην, ἑψεῖν δὲ τὴν ῥητίνην ἐν τῷ οἴνῳ, ἕως ἂν σκληρὴ γένηται ὥσπερ μέλι ἑφθόν. ἔπειτα τὴν μὲν ῥητίνην ἐξελεῖν. τὸν δὲ
G οἶνον ξυγχέειν. ἔστω δὲ πλεῖστος μὲν ὁ χυλὸς τῆς ὄμφακος. δεύτερος δὲ ὁ οἶνος. τρίτον δὲ τὸ μέλι. καὶ σμύρναν τὴν στακτὴν, ἢ ἄλλως ὡς βελτίστην τρίψας λείην, καὶ διεῖσθαι τοῦ οἴνου τοῦ αὐτοῦ προσεγχέοντα κατ' ὀλίγον. ἔπειτα ἑψεῖν αὐτὴν ἐφ' ἑωυτῆς τὴν σμύρναν ξὺν τῷ οἴνῳ ἀνακινέοντα. ὅταν δὲ δοκέῃ ἤδη καλῶς ἔχειν τὸ πάχος, ξυγχέειν
H ἐς τὸν χυλὸν τῆς ὄμφακος. καὶ νίτρον ὡς ἄριστον φρύξας, ἡσυχῇ μιγνύειν ἐς τὸ φάρμακον. καὶ ἄνθος χαλκοῦ ἔλασσον τοῦ νίτρου. ταῦτα δὲ ἐπειδὰν μίξῃς, ἑψεῖν, μὴ ἔλασσον τριῶν ἡμερέων, ξύλοισι συκίνοισιν ὡς ὀλίγον ὑποκαίοντα, ἢ ἄνθραξιν ὡς μὴ φρύγηται. ἃ δὲ ἐμβάλλεται πάντα, ἄνυδρα ἔστω, καὶ τὰ ἕλκεα μὴ τεγγέσθω, ὅπη ἂν ἐπαλεί-

Vuam acerbam albam in vas æneum rubrum per colum tranſmiſſam interdiu inſolato, noctu deponito, ne rorem ſentiat. Interdiu autem aſſiduè terito, vt æquabiliter ſicceſcat, & ex æneo vaſe quàm plurimùm contrahat. Tantiſper verò ſoli exponatur, dum mellis craſſitudinem adepta ſit. Deinde in ollam æneam transfundatur, cum melle quàm optimo & vino dulci, in quo priùs reſina terebinthina incoxerit dum ad inſtar mellis cocti dura euaſerit, qua poſtea exempta vinum affunditur. Sit autem ſucci vuæ acerbæ maxima pars, ſecundo loco, vini, tertio mellis. Myrrha quoque ſtacte, vel alioqui quàm optima bene trita, ex eodem vino ſenſim affuſo diluitur, dein ipſa per ſe in vino agitando incoquitur. Vbi verò iuſtam craſſitudinem nacta eſſe videatur, in vuæ acerbæ ſuccum affunditur. Tum nitrum quàm optimum torrefactum, paulatim medicamento admiſcetur, & floris æris minor quàm nitri modus. Quæ vbi inter ſe mixta fuerint, non minùs quàm per triduum coquantur, lignis ficulneis paulatim ſuccenſis, vel carbonibus, ne torreantur. Quæ immittuntur omnia humoris ſint expertia, vlceráque minimè madeant, vbi hoc medica-

mentum illinitur. Eo vtitor ad inueterata & recentia vlcera, tum ad cutem quæ colis glandem tegit, tum capitis atque auris vlcera. Aliud medicamentum ad eadem vlcera. Fel bubulum aridum, mel quàm optimum, vinum album ex quo loti ramenta deferbuerint, thus, myrrha, æqua portione, croci, floris æris tãtundem. Ex liquidis plurima ſit vini portio, deinde mellis, fellis pauciſſima. Aliud. Vinum, mel cedrinũ pauca quantitate, ex aridis autem, flos æris, myrrha, malicorium ſiccum. Aliud. Floris æris vſti pars dimidia, myrrhæ duæ partes dimidiæ, croci tres partes, mellis exiguum, ex vino incoquuntur. Aliud. Thuris pars vna, gallæ tantundẽ, croci triplum. Singula arida quàm læuiſſimè trita, deinde mixta, ad ſolem feruentiſſimum, vuæ acerbæ ſucco affuſo, dum viſcoſa euadant, per tres dies teruntur, demum vino auſtero, nigro, odorato, paulatim inſtillato, macerantur. Aliud. Ilicis radices ex vino dulci, albo, incoquuntur, atque vbi probè habere videbitur, vini transfuſi duæ partes ſumuntur, & amurcæ quàm ſucciſſimæ vna. Deinde agitando, vt ne vrantur, incoquuntur leni igne dum iuſtam craſſitudinem habere videantur. Aliud. Reliqua quidem eadem, verùm vini loco acetum albũ acerrimum ſumitur, in quod lanæ quàm maximè ſuccidæ intinguntur, tum ammixta amurca & affuſo caprifici ſucco decoquitur, & alumen Melinum, ac nitrum, ærisq́; flos, vtraq; vſta admiſcentur. Hoc priore vlcera magis purgat, ſiccat tamen illud non minùs. Aliud. Lanæ pauciſſima aqua intinguntur, deinvini tertia pars affunditur, coquuntur dum ad iuſtam craſſitudinem peruenerint. Hæc recentia vulnera citiſſimè ad ſuppurationem deducunt. Iſta verò maximè ab his ſuppurationem auertunt.

φη(σ)ται τοῦτο τὸ φάρμακον. χρῆσθαι δὲ τούτῳ τῷ φαρμάκῳ, A
πρὸς τὰ πεπαλαιωμένα ἕλκεα, καὶ πρὸς τὰ νεότρωτα, καὶ ἐς
πόσθιον, καὶ ἐς κεφαλῆς ἕλκεα καὶ ὠτός. φάρμακον ἕτερον τῶν
αὐτέων ἑλκέων. χολὴ βοὸς ξηρή. μέλι ὡς κάλλιστον. οἶνος
λευκὸς, ἐν ᾧ ἀφεψῆσθαι δεῖ λωτοῦ τορνεύματα. λιβανωτὸς, σμύρνη ἴσον. κρόκος ἴσος. ἄνθος τε χαλκοῦ. ὁμοίως
δὲ ὑγρῶν. οἶνος πλεῖστος. μέλι δεύτερον. ὀλίγιστον ἡ χολή.
Ἕτερον. Οἶνος. μέλι κέδρινον, ὀλίγον. τὰ δὲ ξηρά, ἄνθος B
χαλκοῦ. σμύρνα, σίδιον ξηρόν. Ἕτερον. ἄνθος χαλκοῦ ὀπτὸν,
ἡμιμοίριον, σμύρνης, δύο ἡμιμοίρια. κρόκου τρεῖς μοῖραι.
μέλι ὀλίγον σὺν οἴνῳ ἑψόμενα. Ἕτερον. Λιβανωτοῦ μοῖρα. κηκῖδος μοῖρα. κρόκου τρεῖς. τούτων ἕκαστον ξηρὸν τρίψαι ὡς λειότατον. ἔπειτα μίξας, τρίβειν ἐφ' ἡλίῳ ὡς
θερμοτάτῳ, παραχέων χυλὸν ὄμφακος ἕως ἂν ἰξώδης
γένηται, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. ἔπειτα ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ μέλανι C
εὐώδει παραχέων κατ' ὀλίγον διέσθαι. Ἕτερον. Ἐν οἴνῳ
γλυκεῖ ἕψειν λευκῷ. πρίνου ῥίζας. ἐπειδὰν δὲ δοκέῃ καλῶς ἔχειν, ἀποχέας τοῦ οἴνου δύο μοίρας, ποιῆσαι τοῦδε. καὶ
ἀμόργης ἐλαίου ὡς ἀνυδροτάτου μοῖραν μίαν. ἔπειτα
ἕψειν ἀνακινέων ὡς μὴ φρυγῇ, μαλθακῷ πυρὶ ἕως ἂν δοκέῃ τοῦ πάχεος καλῶς ἔχειν. Ἕτερον. τὰ μὲν ἄλλα, τὰ D
αὐτὰ, ἀντὶ δὲ τοῦ οἴνου, ὄξος ὀξύτατον ἔστω λευκόν. ἐμβάψαι
δὲ ἐς αὐτὸ εἴρια ὡς οἰσυπώδεα. κἄπειτα δεύσας τῇ ἀμόργῃ ἕψειν. καὶ ὀπὸν ἐρινεοῦ ξυγχέαι. καὶ στυπτηρίην μηλείην. καὶ νίτρον. καὶ ἄνθος χαλκοῦ, μίξαι ὀπτὰ ἀμφότερα. τοῦτο μᾶλλον τοῦ προτέρου καθαίρει τὰ ἕλκεα. ξηραίνει δὲ τὸ πρότερον οὐχ ἧσσον. Ἕτερον. τὰ εἴρια βάψαι
ὡς ἐν ὀλιγίστῳ ὕδατι. ἔπειτα οἴνου ξυγχέας μέρος τρίτον, E
ἕψειν ἕως ἂν καλῶς ἔχῃ τὸ πάχος, ἀπὸ τῶνδε διαπυΐσκεσθαι ὀξέως ἂν τὰ νεότρωτα τάχιστα.

ὄμφακος λευκοῦ] Veterem omphacij præparandi modum iſtique non abſimilem deſcribit * Dioſcor. ex ſucco vuæ acerbæ & immaturæ. Ante canis ortum expreſſa melligo in rubro ære, linteo cooperto, inſolabatur, vſque dum cogeretur, ſemperque quod vaſi adhæreſceret reliquo humori permiſcebatur, noctuque à ſubdialibus locis in tectum referebatur. Quandoquidem nocturni rores ipſum concreſcere non ſinebant. Huius quoque duplicem conficiendi modum ſcribit Plinius cap. 27. lib. 12. atque ære Cyprio ſeruari tradit, vnde maiores ſtringendi & ſiccandi vires habet. Hoc autem medicamentum valenter glutinat, ſiccat, adſtringit & cicatricem contrahit. Quæ etiam vires reſina terebinthina admixta & myrrha, nitro quoque & æris flore, valde intenduntur. Quapropter id ad aures & capitis vlcera, tum cutis quæ glandem tegit, valde eſt accommodatum.

* *Cap. 5. lib. 5.*

F

τὰ δὲ ἐπειδὰν μίξῃς, ἕψειν] Sic codicum manu ſcriptorum magna pars legit, quædam etiam ἕψει eodem ſenſu.

ξύλοισι συκίνοισι] Ficulnea ligna vt δαλοὺς & ſicca eligit. Vitiata ſunt autem exemplaria manu ſcripta, quæ hîc medicamenti confectionem interrumpunt, aliamque eſſe cenſent, cùm ἕτερον interponant.

φάρμακον ἕτερον] Hæc medicamenti indicatura in manu ſcriptis codicibus quibuſdam vitioſè adſcribitur hoc modo, φάρμακον πρὸς παλαιὰ καὶ νεότρωτα ἕλκεα τῶν αὐτῶν ἑλκέων. Hoc verò medicamentum mollioribus corporibus eſt idoneum. Nam illius acrimonia thure quod mitigat & lenit, coquit & digerit, & vino retunditur. Crocus etiam ſubadſtringit & concoquit. Mellis ſatis magna copia ſiccat, digerit, & mixta huiuſmodi & putredine conſeruat. Myrrha tenuium eſt partium & ſiccat.

μέλι κέδρινον] Mel cedrinum dicitur, quod ex cedris roris modo defluit & colligitur, cuius magna eſt copia in Libano monte, quodq́ue coriis ſuper terram extenſis & excuſſis arboribus, in ollas ac fictilia excipitur, melq́ue roſcidum & aërium vocari teſtatur Galenus lib. 3. de aliment. facult. Iſtud autem quod ex cedris colligitur ſiccat magis ac deterget, tenuiorumq́ue eſt partium. At G
medicamentum iſtud ſuperiore valentius ſiccat ac deterget, ideoq; durioribus corporibus conuenit, & dyſepulotis vlceribus ac malignis eſt idoneum, quibus medicamenta adſtringendi & repellendi facultate prædita adhibentur, vt nihil in partem affectam, dum curatur, influat, quædam etiam digerentia, vt ſanies in laborante particula contentæ per habitum digerantur & vacuentur, vt ſcribit Galenus lib. 4. Comp. med. gener. Malicorium autem ex vino præſertim auſtero incoctum, potentiſſimè deſiccat, reliqua ſiccant, detergunt, digerunt.

ἕτερον λιβανωτοῦ Hoc medicamentum rectè facit ad dyſepulota quod validè adſtringat & ſiccet, propter gallam, ſuccum vuæ acerbæ, & vinum auſterum. Ex huiuſmodi autem vino macerata & trita ad cicatrices ducendas præſtant, omniaque iſta ſole æſtiuo multis diebus trita, meliora euadunt.

ἐν οἴνῳ γλυκεῖ] Hæc compoſitio adſtringit & ſiccat propter Ilicis radices. Quin & amurca cùm terrenæ ſubſtantiæ plurimùm habeat, adſtringit etiã & ſiccat, ideoque vulneribus cum aceto, vino, aut mulſo commodè illinitur Dioſcoridi, & ad interiora humani oris vlcera efficax eſt, vt ſcribit †Plinius. Ex igne autem molli concinnatur medicamentum, hoc eſt, lento ne torreatur & acrimoniam acquirat, aut prunas & minimè fumantem ignem intelligit, qualem mollem ignem vocat Galenus in Andromachi arteriaca lib 7. κατὰ τόπ. Vetuſtate autem amurca melior fit & ſiccior, ideoque præfertur quæ quàm maximè aquæ expers eſt. Eandem etiam vlcera ſiccorum temperatura corporum curare ſcribit Galenus lib. 6. ſimpl. med. H

† *Cap. 8. lib. 15.*

ἀντὶ δὲ τοῦ οἴνου] Hæc aceto acerrimo albo incocta ſubtiliora ſunt & efficaciam acquirunt, ideoque meliùs purgant, tenuant, ſiccant & digerunt, altiuſq́; penetrant. Ideoq́ lana eo aceto imbuta, quæ plurimam ſordem habeat concoquit magis & digerit. Exemplaria autem manu ſcripta μίξας vbi cætera μίξαι legunt, & ἔρια pro εἴρια. Vtraque lectio tamen probatur.

τὰ εἴρια βάψαι] Hæc compoſitio lenit, concoquit, maturat, ideoque recentibus vlceribus ſuppurationem accelerat. Reliqua cùm digerant & ſiccent, eam prohibeat. Eoque nomine ex codicibus manu ſcriptis eam indicaturam appoſuimus. Sic enim legunt, τὸ μάλιστα διαπυΐσκει τὰ νεότρωτα φάρμακα. Quam etiam lectionem agnoſcit Caluus.

ἄλλο

A [6] Ἄλλο. ἄρον ξηρὸν ἐπιπάσσειν, καὶ στέλλειν κράδης ἐν ὄξει τῷ φλοιὸν χλωρὸν τρίβων ἐν οἴνῳ ἐνστέλλειν, καὶ αὐτὸ οἴνου ἄνευ, καὶ ξὺν μέλιτι. ἕτερον. Ὄξος ἀφεψῶν, λωτοῦ τορνεύματα. ἔστω δὲ λευκὸν τὸ ὄξος. κἄπειτα μίξαι ἀμόργην ἐλαΐνην, καὶ ὀῤῥὸν πίσσης ὠμόν. καὶ ἐπαλείφειν καὶ καταστάζειν. καὶ ἐπιδεῖν. ξηρὰ ἀποτρέπει τὰ νεότρωτα διαπυΐσκεσθαι. ἢ ὄξει ἀπονίψας. οἴνῳ ἀποσπογγίσας.

Aliud. Arum ſiccum inſpergito, & ficulnei rami corticem viridem cum ſucco ex vino tritum immittito, quem vel ſine vino, vel per ſe cum melle immittere licet. Aliud. Ex aceto albo loti ramenta incoquito, deinde amurcam & ſerum picis crudum immiſceto, illinito, inſtillato, & alligato. Hæc ſicca recentia vulnera ſuppurare prohibēt, aut loco ex aceto abluto, aut ex ſpõgia vino madente deterſo adhibita.

B * ἄρον ξηρὸν] Hoc medicamentum valenter ſiccat & deterget. κράδη verò ramum ficulneum ſignificat, & κράδαι dicuntur Galeno in Exegeſi, κλάδοι οἱ ἀκρέμονες. Erotianus etiam κράδας, οἱ μὲν τὰ τῆς συκῆς φύλλα, οἱ δὲ, τοὺς κλάδους (vt ſcribit) accipiunt. κράδη etiam Heſychio & Sudæ pro ficu ſumitur, vt & apud Nicandrum pro ficu ſylueſtri. Iſtud autem aliter legiſſe videtur Cornarius, & hoc medicamentum diuiſiſſe.

καὶ ὀῤῥὸν πίσσης ὠμόν] ὀῤῥὸν πίσσης, τὸ ὑγρότατον τῆς πίσσης exponit Erotianus hunc locum ſubindicans, ſeroſum picis recrementum, aut liquorem aquoſum, qui pici liquidæ ſupernatat, ſicut ſerum lacti, intelligens. Cùm enim pix coquitur, expanſa ſupra cortinam vellera pura eius halitu madeſiunt, deinde in vas exprimuntur. Id πισσέλαιον † Dioſcoridi dicitur. Galenus vero lib. 1. κατὰ τόπ. quod pici liquidæ ſupernatat & incumbit πισσανθὲς, florem picis vocat, quod tenuium magis partium quàm ipſa pix exiſtit, tum compage, tum etiam facultate. †† Idem lib. 2. de ſimpl. fac. quod oleoſum in pice liquida ſupernè fluitat πισσανθὲς dici ſcribit. ††† Sic Scribonius Largus picis florem πισσέλαιον dici teſtatur, idque eſſe explicat quod excipitur dum pix coquitur, lana ſuperpoſita eius vapori.
C Id autem ὀῤῥοπίσσιον eſſe videtur, quæ medicis eſt vſui, & quam * Paulus ad vteros concluſos adhibet, quodque πίσσης ὀῤῥὸν auribus exulceratis & purulentis inculcat Apollonius apud Galenum lib. 3. κατὰ τόπ. πισσέλαιον autem ** Galeno dicitur mixtura ex pice liquida & oleo, qua ad radices capillorum vtebatur, longè à piſſantho differens. Porrò hunc quoque picis florem Scribonius Largus dolorem ſedare, & in auribus ſuppurationem prohibere fatetur.

*† Cap. 79. lib. 1. †† Cap. 21. ††† Cap. 40. * Cap. 74. lib. 3. ** Lib. 1. κατὰ τόπ.*

ξηρὰ ἀποτρέπει] Hæc, velut incluſa parentheſi, ad ſequentia etiam pertinere poſſunt, vt ſit eorum facultatis velut indicatura. Nam cùm ſicca adhibeantur, & cruentis vulneribus conueniant, probè glutinant cicatricemque contrahunt, ideoque pus fieri prohibent.

[7] Ἄλλο. τὸν μόλιβδον τρίβων λεῖον ξὺν τῇ σποδῷ τῇ κυπρίῃ λεανθέντα ἐπιπάσσειν. καὶ τοῦ λωτοῦ τὰ ἰχθυήματα
D ἐπιπάσσειν. καὶ τὴν λεπίδα τοῦ χαλκοῦ. καὶ τὴν στυπτηρίην, καὶ τὴν χαλκῖτιν μετὰ τοῦ χαλκοῦ. καὶ μίσυ. καὶ μετὰ τῶν τοῦ λωτοῦ ἰχθυημάτων. καὶ ἄλλως, ὅταν δέηται ξηρασίης τὸ ἕλκος, τούτοισι χρέεσθαι. καὶ τῇ σποδῷ τῇ ἰλλυρικῇ λείῃ μετὰ τῶν ἰχθυημάτων. καὶ αὐτοῖσι μούνοισιν ἰχθυήμασι. καὶ ἄνθη ἀργύρου μούνη, ὡς λειοτάτη. καὶ
E τὴν ἀριστολοχίην, ξύσας τι καὶ τρίβων λείην ἐπιπάσσειν. Ἕτερον ἔναιμον. Σμύρνα. λιβανωτός. κηκίς. ἰός. ἄνθος χαλκοῦ ὀπτόν. στυπτηρίη αἰγυπτίη ὀπτή. οἰνάνθη. οἰσυπίδες. μολυβδαίνα. τούτων ἴσον ἑκάστου ἡ δίεσις σὺν οἴνῳ ὥσπερ τὸ πρότερον. καὶ ἄλλη ἐργασίη κατὰ τὰ αὐτά. ὄξος ὡς ὀξύτατον λευκόν. μέλι. στυπτηρίην αἰγυπτίην. νίτρον ὡς ἄριστον. ἡσυχῶς φρύξαι. χολῆς ὀλίγον
F συνέψει. τοῦτο τὰ ὑπερσαρκέοντα καθαίρει καὶ κοιλαίνει, καὶ οὐ δάκνει. ἄλλο. Ποίη ἡ μικρόφυλλος, ἧς ὄνομα παρθένιον τὸ μικρόφυλλον, ἣ τὰ θύμια τὰ ἀπὸ τῆς ποσθῆς ἀφαιρεῖ. καὶ στυπτηρίη ἢ χαλκῖτις, καὶ μηλιάδος ὠμῆς, ἐλατήριον λεπτὸν ξηρὸν προσπάσσειν, καὶ τὸ σίδιον λεπτὸν ξηρὸν ὡσαύτως.

Aliud. Plumbum tritum cum ſpodio Cypria læuigatum inſpergito, tum loti corticum fragmenta, tum æris ſquamam, & alumen, & Chalcitidem cum ære, & ſolam, & cum loti corticum fragmentis. Alioquin ſi aridis opus ſit, his vti licet, & ſpodio Illyrio cum corticum fragmentis læuigato, aut ipſis corticum fragmentis per ſe. Flos item argenti per ſe quàm tenuiſſimè tritus, & Ariſtolochia, tum eraſa, tum bene trita inſpergitur. Aliud cruentis vulneribus idoneum. Myrrha, thus, galla, ærugo, flos æris vſtus, alumen Ægyptium vſtum, œnanthe, lanæ ſordidæ, plumbi recrementum. Singula pari pondere vino diluuntur, vt ſupra. Alia etiam mixtura ad eadem. Acetum album quàm acerrimum, mel, alumen Ægyptium, nitrum quàm optimum leuiter toſtum, fellis exiguum, ſimul coquito. Hoc ſuper excreſcentem carnem detrahit, excauat, & morſus eſt expers. Aliud. Parthenium quod μικρόφυλλον dicitur, & herba eſt minuta habens folia, quæque cutis glandem tegentis thymia aufert, alumen, chalcitis, melini crudi portio, elaterium tenue aridum inſpergitur, eodemque modo malicorium tenue aridum.

[7] ξὺν τῇ σποδῷ τῇ κυπρίῃ] Spodios ſiccat & adſtringit. Probatur autem Cypria Dioſcoridi cap. 46. lib. 5. & Plinio lib. 34. cap. 13. Et ad oculos ſæpè adhibetur, vt teſtatur Galenus in Exegeſi, & lib. 4. κατὰ τόπ.

τὰ ἰχθυήματα] ἰχθυήματα λεπίσματα φλοιοῦ, corticum fragmenta exponit Galenus in Exegeſi ex hoc loco, corticis loti ramenta aut ſcobem, aut præſegmina intelligunt, velut piſcium ſquamas. Erotianus etiam λωτοῦ ἰχθυήματα, ἀντὶ τοῦ ῥινήματα, ἢ πρίσματα poſitum
G contendit, hunc locum ſubindicans.

τῇ σποδῷ τῇ ἰλλυρικῇ] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria tum manuſcripta, tum publicata. Hermolaus Barbarus λαυρεωτικῇ hic legendum contendit, & ſpodon intelligi vult quæ ex argentariis fodinis eruitur. Fit enim ſpodos († vt ſcribit Plinius) in argenti fornacibus quam vocant Lauriotin. Eſt autem Laurion in Attica locus argenti fodinis nobilitatus teſte Pauſania. Sed hæc ſpodos; vt quæ oculis ſit vtiliſſima, priore lenior & infirmior cenſetur. *† Cap. 13. lib. 34.*

καὶ αὐτοῖσι μούνοισιν] Exemplaria Regia manu ſcripta, καὶ αὐτῇ μόνῃ legunt, καὶ ἰχθυήματα. quædam etiam μούνοισι vitioſè.

οἰσυπίδες] οἰσυπίδας προβάτων ῥύπον, ὅπερ ἐστὶν ῥυπαρὸν exponit Galenus in Exegeſi. Vbi & in quibuſdam exemplaribus additur. οἰσυπίδες προβάτων ῥύπον συνεστραμμένον. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ εἶον ῥυπαρὸν μαλλίον. Qui locus hunc procul omni dubio ſubindicat. Ex quibus hîc lanarum ſuccidarum ſordes intelliguntur, aut quod magis malim, lanarum ſuccidarum tomentum & glomeratus cumulus. Hoc enim
H μαλλίον (ſi modo ſcriptio vera eſt) ſignificare videtur, niſi ſi μαλλὸν ſcribendum videtur, vt lana ſuccida promiſſior concinnata & carpta, aut veluti vellus cincinnatum intelligatur. Videtur autem lana ipſa ſordida vſta intelligenda, cuius vſturæ modum docet * Dioſcor. Sic enim deſiccat potentiùs, & crematarum lanarum cinerem cruſtas obducere, & vlcera ad cicatricem perducere teſtatur Dioſcorides. Eadem quoque ad oculos vtuntur, quòd acrimoniam & morſum depoſuerit.

** Cap. 67. lib. 2.*

καὶ ἄλλη ἐργασίη] Arbitrarium eſt num hæc ad præparandi modum ſuperioribus ſimilem referantur, num verò alium mixturæ apparatum, ex ſequentibus intelligat, quod mihi ſit magis vero ſimile.

παρθένιον] Cùm multis Parthenij nomen attribuatur, vt Perdicio † Celſo, (quod etiam teſtatur Plinius ††) & Linozoſtidi & Artemiſiæ, non facilè eſt cuinam hoc nomen competat conijcere, tum quòd vnius tantum Parthenij meminerit Dioſcorides. Idem cap. 155. lib. 3. Anthemida hoc nomine vocari ſcribit, & cap. 191. lib. 4. Linozoſtin & amaracum. Quod etiam teſtatur Galenus in

Exegeſi,hunc nimirum locum ſubindicans cùm ſcribit, περδίνουν τὸ ἐμπεφυλλον, ... τὸ ἔλκος, ... ἀλλὰ ... ἐμπεφυλλον. Ex quibus ſatis apparet quàm deprauata ſint Galeni exemplaria. A

† *Cap.vlt.lib.2.* †† *Cap.30.lib.21.& 5.lib.25.& cap 17.lib.22.*

τὸ θύμια] θύμιον nominatur (vt ſcribit * Celſus) quod ſuper corpus quaſi verrucula eminet, ad cutem tenue,ſupra latius, ſubduruм & in ſummo peraſperum. Idque ſummum colorem floris thymi repræſentat,vnde ei nomen eſt,ibique facile finditur & cruentatur, nonnunquam aliquantulum ſanguinis fundit, fereque circa magnitudinem fabæ Ægyptiæ eſt,rarò maius, interdum perexiguum, modo vnum,modo autem plura naſcuntur,vel in talis vel palmis, vel inferioribus pedum partibus. Peſſima tamen in obſcœnis ſunt, maximeq; ibi ſanguinem fundunt. Thymi dicuntur cæteris & Galeno lib.14. Meth. & libro de Tumor. præter naturam. θύμοι quoque ** Paulo Æginetæ ſunt ... θύμου ... Hoc igitur medicamentum quod thymos his in partibus ſanat, potenter exiccare oportet.

* *Cap.28.lib.5.* ** *Cap.58.lib.6.* B

ἢ μηλιάδος ὠμῆς] μηλιάδος ὠμῆς, τῆς ἀπὸ μήλου χαλκίτιδος, ἢ στυπτηρίας exponit Galenus in Exegeſi. hunc ſanè locum ſubnotans. Vnde alumen aut Chalcitidem ſubintelligi vult, quòd ex Melo inſula vna Cycladum vtrunque præſtantiſſimum aduehatur. Hermolaus Barbarus hoc loco alumen Melinum ſignificari vult, quod Chalcitis dicitur, quia ex lapide fiat. Sed fortaſſe hic non malè Melia terra accipiatur, quam per Melinum cum Latinis authoribus & * Plinio ſubaudimus. μηλιάς γῆ Dioſcoridi dicitur, & μηλιὰς & μηλιαὶ Theophraſto lib. περὶ λίθων. Hæc vim habet aluminoſam, adſtringentem & detergentem † Dioſcoridi, ideóque pictoribus in vſum ad perpetuandos colores & ad pigmenta cedit. Quod teſtatur Plautus Moſtell. Non iſtanc ætatem oportet pigmentum vllum attingere, neque ceruſam, neque melinum, neque aliam offuciam. Cùm verò Eretrienſem terram imitetur, & viribus affinis ſit, poteſt ſua facultate quoque cruentis vulneribus adhiberi & cicatricem ducere, ad quæ Eretrienſem terram valere ſcribunt †† Galenus & Dioſcorides. Eam autem terram Meliam hîc ſubintelligi coniecturam auget, quòd antea στυπτηρίαν μηλιάδα ſemper dixerit Hippocrates, nunc verò apertiſſimè diſtinguatur, deinde quod crudum Melinum deſiderat ad maiorem adſtringendi & glutinandi vim. Demum quoque cùm μηλιάδος ὠμῆς ſcribatur, iſta caſus mutatio diſtinctionem auget cum phraſi Græca, quæ ſolidioris cuiuſdam rei, vt lapidis, aut terræ, portionem denotat. Ambiguitatem etiam adiuuat quod ſcribit Galenus in Exegeſi, μηλιάς ἡ ἀπὸ μήλου τῆς νήσου. C

* *Cap.6.& 7.lib.35.* † *Cap.180.lib.5.* †† *Lib.9.ſimpl.med. Cap.171.lib.5.*

Caua autem & pura maxime implet herba Lagopyrus nomine, furfures vbi inaruit referens, paruo inſtar oleæ folio, ſed longiore, & marrubij folium cum oleo. Aliud. Caricæ quam ſicciſſimæ pars interior pinguis,mellis inſtar,aquæ partes duæ ſeminis lini non admodum toſti & tenuiſſime triti, pars vna. Aliud. Caricæ & floris æris triti exiguum,& fici ſuccus. Tum caricæ pars interior, chamæleon niger, fel bubulum aridum,reliqua quidem eadem. Arida vero,naſturtium tenue crudum, irio, par vtriuſque modus. Caricæ partes duæ, ſeminis lini tantundem, fici ſuccus. Vbi horum medicamentorum aliquo vti voles, ſplenia aceto imbuta ſuperimponito, ſpongia ſpleniis ſuperpoſita & alligata,ac paulò magis appreſſa. Quod ſi partes ambientes inflammatione laborent, quod conferre videbitur circumlinito.

* Πληροῖ δὲ μάλιστα τὰ κοῖλα τὰ καθαρὰ, ποίη, ἣ λαγώπυρος ὄνομα. ἔστι δὲ πιτύρισιν ὁμοίη ὅταν ἀναξηρανθῇ, μικρὸν τὸ φύλλον, ὥσπερ καὶ τὸ τῆς ἐλαίης, καὶ μακρότερον, καὶ πρασίου τὸ φύλλον, σὺν ἐλαίῳ. Ἕτερον. Ἰσχάδος τὸ ἔσω, τὸ πῖαρ, τὸ μελιτῶδες, ὡς ξηροτάτης, ὕδατος δύο μοίρας, καὶ λίνου καρποῦ φρύξας μὴ σφόδρα, ὡς λεπτότατου μοίρην μίαν. Ἄλλο. Τῆς ἰσχάδος καὶ ἄνθος χαλκοῦ ὀλίγον λεπτόν. καὶ συκῆς ὀπόν. Τὸ δ᾽ ἐκ τῆς ἰσχάδος χαμαιλέων μέλας, χολὴ βοὸς ξηρὴ τὰ δὲ ἄλλα ταὐτά. Τὰ δὲ ξηρὰ. κάρδαμον λεπτὸν, ὠμὸν. ἐρύσιμον. ἑκατέρου ἴσον. τῆς δὲ ἰσχάδος δύο μέρη, λίνου καρποῦ, δύο μοίρας. ὀπὸν συκῆς. ὅταν τούτων τινὶ χρέῃ τῶν φαρμάκων, σπλῆνας ἀπ᾽ ὄξεος ἐπιθεὶς, σπόγγον ἀνωθεν τῶν σπληνῶν ἐπιθεὶς, καὶ ἐπιδήσας, προσαπόσφιγγε ὀλίγῳ μᾶλλον. τὰ δὲ περιέχοντα ἢν φλεγμαίνῃ, ὅ,τι ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν, περιπλάσσειν. D E

* ποίη ἡ λαγώπυρος] λαγώπυρος ἡ λαγωὸν πυρὸν ἐοικυῖα βοτάνη apud Galenum dicitur in Exegeſi, ſi modo vera eſt ſcriptio, quam certè ſuſpectam arbitror. Nam & Varinus, qui etiam alioqui γλώσσας illas & Galeni vocum Hippocratis expoſitionem mordicus retinet, λαγώπυρον ſcribit eſſe ... βοτάνην παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Et pro λαγώπυρος quidam λάμπυρος apud Galenum legunt. λαγώπυρος leporis triticum ſonat,& lagopum herbam quidam eſſe volunt,quæ ſiſtit aluum * Plinio,è vino pota,& naſcitur in ſegetibus. Galeno facultatis eſt deſiccantis,adeò vt alui fluxus probè deſiccet. Cornarius hîc & Caluus pro πιτυρίσιν, πυρῖνα legiſſe videntur. Idem Cornarius σὺν ἐλαίῳ legit, exemplaria tamen omnia σὺν ἐλαίῳ legunt. F

* *Lib.26.cap.8.*

ἰσχάδος] Hoc medicamentum ſarcoticum eſt cùm detergat ſine morſu & mediocriter exiccet. Quod autem emolliat per ſe ideò ſicco vtitur & ſemine lini leuiter toſto. Ideóque aqua ſuſpecta eſt, & eam quidam auferunt, quòd nullum medicamentum humectans,tum primariò tum accidenti,vlceribus ſit accommodum,vt ſcribit Galenus lib.1. Comp.pharm. κατὰ γένη, & lib.3. Meth.med.

τὰ περιέχοντα ἢν φλεγμαίνῃ] Vide Galenum lib.4. Comp.pharm. κατὰ γένη.

Si liquido vti lubet, etiã caricum medicamentum illinito, ac velut antea ſcriptum eſt eodẽ modo adalligato. Ex his autem cõficitur medicamẽtum,veratro nigro,ſandaracha,æris ſquama, plũbo eloto, cũ multo ſulphure,auripigmento,cantharidib. His prout videbitur cõpoſitis vtitor,cedria dilutis. Poſtquam verò abundè illitũ fuerit,medicamentum ſummoueto,aro cocto læuigato inſperſo,aut cõtrito arido melle ſubacto. Quòd ſi carico ſicco opus ſit,his remotis medicamentum inſpergendũ. Facit quoq; ſiccum ex veratro ſolo & ſandaracha. Aliud liquidũ. Herba eſt cui⁹ foliũ ari naturam refert,album tamẽ,lanuginoſum, folij hederæ magnitudinẽ æquat, ea herba ex vino imponitur, aut quod circũ ilicis caudicem inhæret, ex vino tritũ illinitur. Aliud. Vuæ acerbæ ſuccus, acetũ quàm acerrimum, flos æris, nitrum, caprifici ſuccus

* Ἢν βούλῃ ὑγρῷ χρέεσθαι, καὶ τὸ κηρωτὸν φάρμακον ἐπαλείφειν. ἐπιδεῖν δὲ ὥσπερ τὰ πρότερα γέγραπται, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ἔστι δὲ ἐκ τῶνδε τὸ φάρμακον ποιεύμενον. ἐλλεβόρου μέλανος. σανδαράχης. λεπίδος. μολίβδου πεπλυμένου, σὺν πολλῷ θείῳ, ἀρσενικοῦ, κανθαρίδος. τούτῳ ὁποίῳ δοκέῃ συντιθέντι χρέεσθαι, ὑγρὸν δὲ ἔστω κεδρίνῳ ἐλαίῳ. ἐπὴν δὲ ἅλις ἔχῃ ἐπαλειφθὲν, ἐκβάλλειν τὸ φάρμακον. ἐπιπλάσσειν ἄρον ἑφθόν. λεῖον. τρίψας ξηρὸν, τὸ μέλι ξηρὸν. ἢν ξηρῷ χρέῃ τῷ κηρωτῷ, τούτων χρὴ ἀφαιρέειν, τὸ φάρμακον ἐπιπάσσειν. ποιεῖ δὲ τὸ ξηρὸν ἀπὸ τοῦ ἐλλεβόρου μόνου καὶ τῆς σανδαράχης. Ἕτερον ὑγρόν. Ποίη, ἧς τὸ φύλλον ὅμοιον ἄρου τὴν φύσιν. λευκὴ δὲ. χνοώδης κατὰ κισσοῦ φύλλον τὸ μέγεθος. αὕτη ἡ ποίη σὺν οἴνῳ ἐπιπλάσσεται. ἢ τῆς πρίνου τὸ περὶ τὸ σέλεχος τρίψας σὺν οἴνῳ, ἐπιπλάσσεται. Ἕτερον. Ὀμφακος χυλός. ὄξος ὡς ὀξύτατον. ἄνθος χαλκοῦ. νίτρον. ὀπὸς ἐρινεοῦ G H

A ἐς ὄμφακος χυλὸν στυπτηρίην τι ἐμβάλλειν ὡς λειοτάτην, καὶ θεῖναι ἐν χαλκῷ ἐρυθρῷ ἐς ἥλιον, καὶ ἀνακινέειν. καὶ ἀνελεῖν ὅταν δοκέῃ καλῶς ἔχειν τὸ πάχος.

In vuæ acerbæ ſuccum alumen optimè læuigatum, & in vas æris rubri coniectum, ſoli exponito & dimoueto, ac vbi iuſtam craſſitudinem nactum fuerit, tollito.

καὶ τὸ καρινὸν] Caricum hoc medicamentum ſordidis vlceribus conuenit, & cathæreticum eſt, carnemq; exedit. Paratur autem liquidum cedrino oleo ſubactum, aut ſi arum addatur ad ſordes detergendas, melle exceptum. Aridum verò liquoribus abiectis inſpergitur. Huius meminit Galenus in Exegeſi ſcribens, καρινὸν τι φάρμακον οὕτως ὀνομάζει, ὃ καὶ πρὸς ῥυπαρίας ἐν τῷ περὶ ἑλκῶν χρῆται. Sic enim legendum apparet, cùm paſſim ἔλαιμα ſcribatur. Sunt qui carycum ſcribant, & è nucibus nomen habere exiſtiment, cùm tamen nuces nullas recipiat. Varinus etiam κάρυον ſcribit, & καθαρτικὸν ῥυπαρίας eſſe vult apud Hippocratem, ſed ſcripturam vitiatam eſſe apparet, pro καρινὸν. Erotianus ex hoc loco κατ' ἄρου ἑλαίῳ, τῷ κεδρίνῳ exponit. Cornarius quoque arum oleo ſubactum non melle ponit.

B ποίη ἐς τὸ φύλλον] Non eſt facile diuinare quamnam herbam intelligat ari natura acrem & detergentem, ex qua liquidum medicamentum vlcera ſordida repurgans paret. Quidam bechij folium intelligunt, quod tamen mediocriter acre eſt, & habet aliquid ſubadſtringens, qua inflammationes repellit, ideóque cruentis vulneribus adhibetur Hippocrati lib. de artic. Non tamen ari naturam acrem & detergentem refert, neque verò lanugine obducta habet folia, etſi alba quà terram lambunt. Arbitrarium quoque eſt quod ſequitur, an corticem ilicis truncum ambientem, an verò muſcum cortici adhærentem intelligat. Quorum certè neutrum acrem aut exedentem vim habet, ſed potiùs adſtringentem ac mediocriter deſiccantem. Qua ratione inflammationes potiùs arcet, quàm ſordes detergeat præcipuè ex vino adhibitum. Quod certè locum non leuiter ſuſpectum facit.

ὀμφακοῦ χυλὸς] Hoc medicamentum mixtas habet vires valdè adſtringentes & extergentes, vnde ſiccat potentiſſimè. Caluus alumen in acetum immiſſum omiſiſſe videtur, atque hunc locum aliter legiſſe.

C [10] Ἔναιμα ξηρὰ τάδε. Ἐλλέβορος μέλας ὡς λειότατος ἐπιπάσσεται, ἕως ἂν τι ὑγρὸν ἐνῇ, καὶ νεμόμενον. ἐπίδεσις δὲ ἡ αὐτὴ, ἥπερ ἐπὶ τοῖσιν ἐμπλάστροισιν. Ἕτερον ὁμοίως. Ἁλὸς χόνδρους ὡς ξηροτάτους, ἐς χυτρίδιον χάλκεον ἢ κεράμεον καινὸν ἐμβάλλειν, ἴσους ὡς μάλιστα τὸ μέγεθος, μὴ ἁδρούς. καὶ μέλι ὡς κάλλιστον διπλάσιον τῶν ἁλῶν εἰκάσας ἐπιχέαι ἐπὶ τοὺς ἅλας. ἔπειτα ἐπιθεῖναι ἐπὶ τοὺς ἄνθρακας τὸ
D χυτρίδιον, καὶ ἐᾶν ἕως ἂν κατακαυθῇ πᾶν. ἔπειτα ἀνασπογγίσας τὸ ἕλκος καὶ ἐκκαθήρας, ἐπιδῆσαι ὥσπερ τὸ πρότερον. καὶ πιέσαι ὀλίγῳ μᾶλλον. τῇ δ' ὑστεραίῃ, ὅπῃ ἂν μὴ λάβωνται τὸ φάρμακον ἐπιπάσσας, προσπιέζειν καὶ ἐπιδεῖν. ὅταν δὲ βούλῃ ἀφιστάναι τὸ φάρμακον, ὄξος θερμὸν ἐπιχέειν, ἕως ἂν ἀποστῇ, καὶ αὖθις τὰ αὐτὰ ποιέειν, ἢν δέῃ, ἀνασπογγίσας. ἄλλο ξηρὸν δάκνον. Μίσυος ὡς λειοτάτου
E ἐπιπάσσειν, ἐπὶ τὰ ὑγρὰ καὶ σαπρὰ, καὶ ἄνθος λεπτὸν, μὴ πάνυ τελέως λεῖον. ἄλλο ξηρὸν ὁμοίως δάκνον. ἀνασπογγίσας ὡς οἷόν τε ῥυπαρώτατα εἴρια, ἐπ' ὀστράκου κατακαίειν δᾳδίῳ προσίσχων ἕως ἂν πάντα κατακαύσῃς. τοῦτο λεῖον τρίβων καὶ ἐπιπάσσων, τὴν αὐτὴν ἐπίδεσιν ἐπιδεῖν. Ἕτερον ξηρὸν ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἑλκέων. χαμαιλέων μέλας. στυπτηρίη τῷ ὀπῷ τῆς συκῆς δεδευμένη. δεύειν δὲ ὀπτὴν,
F καὶ ἄγχουσαν μίσγειν. ἀναγαλλὶς καὶ στυπτηρίη αἰγυπτίη ὀπτὴ, ἐπίπαστον ὀρχομένιον ἐπιπάσσειν. πρὸς δὲ τὰς νομὰς στυπτηρίη, ἥ τε αἰγυπτίη ὀπτὴ, καὶ ἡ μηλείη. πρότερον δὲ ἀπονιτρῶσαι ὀπτῷ καὶ ἀνασπογγίσαι. καὶ ἡ χαλκῖτις στυπτηρίη ὀπτή. ὀπτᾶν δὲ ἕως ἂν φλογοειδὴς γένηται.

Alia arida hæc ſunt. Veratrum nigrum quàm optimè læuigatum inſpergitur, quandiu humoris aliquid & depaſcentis inerit. Deligatio autẽ eadem quæ emplaſtris adhibebitur. Aliud earundẽ virium. Salis grana quàm ſicciſſima, pari propè magnitudine nõ craſſa, in ollam æneam vel fictilem nouam coniiciuntur, & mel optimum duplum ad ſales coniectura facta, affunditur, tum olla prunis impoſita ſinitur dũ totum cõburatur. Deinde ſpongia deterſum vlcus & repurgatum, vt priùs deuincitur, & paulò magis comprimitur. Poſtridie verò qua parte medicamentum nõ admiſſum eſt, inſpergitur, apprimitur & alligatur. Vbi autẽ medicamentũ amouere voles, acetũ calidum dũ abſtrahatur affundito, eadẽ ruſſus faciens ac ſi opus eſt ſpongia detergẽs. Aliud aridum mordens. Myſi optimè læuigatũ, ad humida & putrida aſpergito & æris florem tenuẽ, non prorſus cõtritum. Aridum aliud eodem modo mordens. Vlcere per ſpõgiam deterſo, lanæ quàm maximè ſordidæ in teſta vrũtur, tæda admota dum totæ exurãtur. Hoc medicamentũ læuiter tritum inſpergitur, eodemq; vinculo alligatur. Aridũ aliud ad eadẽ vlcera. Chamæleo niger, alumẽ fici ſucco ſubactum. Vſtum autẽ ſubigendũ, & anchuſa immiſcenda. Vel anagallis & alumen Ægyptiũ vſtum, & Orchomenium puluillo inſpergitur. Ad vlcera depaſcentia, nomas vocãt. Alumen tũ Ægyptium, tũ Melinum vſtũ, priùs tamen nitro vſto inſpergẽda, & ſpõgia detergẽda. Valet & Chalcitis (στυπτηρίη dicta) vſta. Vrere autem conuenit donec flammam concipiat.

[10] ἔναιμα ξηρὰ] procul omni dubio ſuſpectus eſt locus iſte. Cùm enim ἔναιμα dicantur Medicis medicamenta glutinantia, quorum opus eſt coniungere & diuiſas partes glutinare, vt in priſtinam vnitatem particula reducatur cumq; ea ſiccantia, non abſterſoria eſſe debeant, (vt ſcribit Gal. Com. 3. in lib. de Fract. & libro 1. κατὰ γένη.) iſta quæ hîc adhibentur cùm acria ſint & exedant, in illorum
G albo recenſeri nequeunt, ſed potiùs ad ſordida vlcera, velut prius deſcriptum caricum, adhiberi debent. Igitur pro ἔναιμα ἕτερα ξηρὰ potiùs adſcriberem, cùm liquida quædam interpoſuerit, aut (vt volunt quidam) νεμόμενα pro ἔναιμα legendum. Etſi in veteri ſcriptura conſtantiſſimè retinenda mirum in modum conſentiunt exemplaria omnia, tum manuſcripta, tum publicè exarata.

ἐς χυτρίδιον] χυτρίδιον χύτραν ex hoc loco exponit Galenus in Exegeſi. Sic & χυτρίδιον καινὸν, olla pura ac noua dicitur, in quam nihil dum coniectum fuit, vt καινὸν πινακίδιον tabella pura Ariſtoteli dicitur, in qua nihil ſcriptum eſt.

ἔπειτα ἀνασπογγίσας τὸ ἕλκος] Hîc quidam ἐπιπάσσειν addunt, vt deterſo per ſpongiam vlcere, medicamentum aſpergatur. In vlceris autem maligni curatione Galenus linteo molli, puro & ſicco vlcus deterget, dein vlceris cauitatem medicamentis implet, tum platyſma ex emplaſtro labris accommodat. poſt hæc linteum frigida madens vndique medicamento ſuperiniicit, poſtremo ſpongiam mollem faſcia ex linteo in orbem ſemel aut bis circumdata exceptam admouet. Interdum vero linamentum ſimplex medicamento inducit, ſpongiam autem ex aqua aut vino madentem ſuperiniicit. Quam certè deligationem ipſam ex Hippocrate libro de fractu-
H ris expreſſam ſæpè inculcat, quod hîc etiam ipſe facere videtur Hippocrates. Paulò autem arctiùs vinculum apprimi iubet, vt medicamentum quod inſpergitur tenaciùs adhæreat.

καὶ ἄγχουσαν μίσγειν] Anchuſæ radix capienda quæ Onochiles & Alcibiadia dicitur. Hæc enim guſtu ipſo plus habet acrimoniæ, calidior eſt & magis medicata, vt ſcribit Galenus, etſi quæ Onoclea dicitur, deſiccat, extenuat & abſtergit, ſed ſubadſtringentem haber facultatem. Eodem modo velut diſcutiens medicamentum anchuſæ radicem vſtam & tritam cum oleo, dum ſtrigmentitiam acquirat craſſitudinem, ad puſtulas vlceroſas capitis & achoras admouet Galenus lib. 1. κατὰ τόπ.

ὀρχομένιον] De Orchomenio nihil certi ſtatuere licet. Incertum enim eſt an adarce, quæ & adarcion & λιμνῆτις † Galeno dicitur, & λιμνῆσις †† Aetio, quòd plurima in lacuſtribus aut paluſtribus locis & arundinetis proueniat, aut in Orchomenio lacu, de quo agit Theophr. lib. 4. de hiſt. plant. An verò calami corticis cinerem vſtum & puluillum intelligat, qui plurimus in Orchomenio

lacu innaſcitur, vt teſtatur ††† Plinius. Arundinis autem cortex combuſtus tenuium eſt admodum partium & digerentis facultatis, A potenter exiccat abſtergit & calfacit, adeò vt Cypriæ arundinis cortex alopecias exterat Dioſcoridi & Plinio. Adarce verò tantam habet acrimoniam & vehementiam, vt dropacibus efficaciter addatur Aëtio, & ad alopecias adhibeatur. Cornarius autem hoc medicamentum diſtinxit.

† *Lib. 1. Comp. phar. κατὰ γέν.* †† *Lib. 3. Tetrab. 1. cap. 180.* ††† *Lib. 16. cap. 36.*

ἢ ἡ χαλκῖτις στυπτηρίη] Hîc Chalcitis aluminis ſpecies intelligitur quibuſdam. Galenus autem in Exegeſi chalcitida ſimpliciter intelligit, cùm ſcribit, στυπτηρίη χαλκῖτις, ἣν ἁπλῶς οὕτως ὀνομάζουσι χαλκῖτιν. Et χαλκῖτις στυπτηρίη, ἤγουν τὸ χαλκῖτι. Sunt qui tum Chalcitida, tum etiam alumen intelligunt. Vtendi autem aluminis modum docet Aëtius Tetrab. 3. lib. 1. cap. 40.

At vetuſta vlcera quæ fiunt in anteriore tibiæ parte, ſanguine autem manant & nigra euadunt. Settulæ campanæ flos tritus, melle ſubactus illinitur. Ad neruos præciſos. Myrti agreſtis radices contuſæ & cribro tranſmiſſæ, oleoq; ſubactæ ex vinculo adhibendæ. Et quinquefolium herba quę alba eſt & lanuginoſa, altiuſq; à terra attollitur quàm quinquefolium nigrum, oleo ſubacta adalligatur, & poſt triduum reſoluitur.

[11] Τοῖς παλαιοῖς ἕλκεσι τοῖς ἐν τοῖσιν ἀντικνημίοισι γινομένοισιν. αἱματώδεα δὲ ἐστὶ καὶ μέλανα. Μελιλώτου ἄνθος τρίψας, μέλιτι φυρῶν, ἐπιπλάσσειν χρή. B ἐπὶ νεῦρα δὲ διατμηθέντα, ἐπιδεῖν μυρσίνης ἀγρίης ῥίζας κόψας καὶ διασήσας, καὶ φυρήσας, ἐλαίῳ. καὶ τὴν ποίην τὴν πεντάφυλλον. λευκὴ δέ ἐστι καὶ χλοώδης, καὶ ὑψηλοτέρη ἀπὸ τῆς γῆς ἢ τὸ μέλαν πεντάφυλλον. ταύτην τρίψας ἐν ἐλαίῳ ἐπιδεῖν. ἀπολύειν δὲ τεταρταῖον.

[11] τὴν πεντάφυλλον] Quidnam intelligat per pentaphyllon album difficile eſt ſtatuere, cùm vnum tantum pentaphylli genus agnoſcat Dioſcorides. Sunt qui Tormentillam dictam intelligunt, cùm his quidem viribus ſit efficax, & ſiccet ſine morſu & adſtringat, C etſi ſeptem non quinque foliis conſtet. Quod tamen non omnino eſſe alienum à Dioſcoride videtur, qui quinquefolio quina ex ſingulis pediculis folia attribuit, rarò etiam plura. Sunt qui in Italia contendant quinquefolium ſe vidiſſe pluribus quàm quinque foliis præditum. Cæterùm pro χλοώδης, quod habent omnia exemplaria publicata, & quædam etiam manu ſcripta, Interpretes omnes χνοώδης legunt. Quæ lectio etiam in reconditiſſimis membranis inuenitur.

Emollientia quibus quidem hyeme potiùs quàm æſtate vti conuenit. Emollientia medicamenta quæ etiam decoras cicatrices efficiunt. Scillæ partem interiorem mucoſam conterito, aut piceam cum ſuillo adipe recenti, cum pauco oleo, & reſinæ ac ceruſſæ exiguo. Tum adipem anſerinum & ſuillum recentem, & ſcillæ & olei exiguum. Cera quàm albiſſima, adeps recens purgatus. Aut ſcilla, oleum album, reſinæ modicum. Cera, adeps ſuillus vetus ac recens, oleum, ærugo, ſcilla & reſina. Veteris autem adipis duplo maior ſit portio quàm recentis, reliquorum verò quantum opportunum eſſe videbitur. Adeps recens liquatus in alterá ollam transfunditur, & plumbagine læuiſſimè trita & cribrata immixta coquitur & primùm agitatur. Vſque eò autem coquendum dú inſtillatum in terram indureſcat, dein igne ſublatum reliquum transfunditur, præter lapideum illud ſedimentum, tum reſina immittitur & agitatur, paucaq; adiecta cedria, quod ablatum fuit permiſcetur. At omnibus emollientibus quibus reſinam admiſces, ſublato ab igne medicamento, & adhuc calido, reſina immiſcenda & agitanda. Aliud. Adeps ſuillus vetus, cera, & oleum. arida verò loti ramenta, thus, plumbago, vt ſit thuris pars vna, plumbaginis & loti ramentorum tantundem, adipis autem veteris partes duæ, ceræ vna, adipis recentis tantundem. Aliud. aut adeps ſuillus ſolus, cum eo adeps caprinus recens, qui repurgatus quàm minimum membranarum habeat. Quibus parum tritis & bene contuſis oleum affunditur, & plumbum cum ſpodio inſpergitur, itemq; loti ramentorum pars dimidia. Aliud. Adeps caprinus, ſpodium, chalcitis, cyaneus lapis, oleum.

[12] μαλθακώδεα. τοῖσι δὲ χρὴ τοῖσι φαρμάκοισι χρέεσθαι, ἐν χειμῶνι μᾶλλον, ἢ ἐν θέρει. φάρμακα μαλθακώδεα, ἃ καὶ οὐλὰς καλὰς ποιεῖ. Σκίλλης τὸ εἴσω τὸ μυξῶδες τρίψας, ἢ πίσσαν σὺν χοιρείῳ στέατι νέῳ, ὀλίγον ἔλαιον καὶ ῥητίνης ὀλίγον, καὶ ψιμύθιον. D καὶ στέαρ χηνὸς, καὶ συὸς νέον, καὶ σκίλλαν, καὶ ἔλαιον ὀλίγον. κηρὸς ὡς λευκότατος, στέαρ πρόσφατον καθαρόν. ἢ σκίλλαν καὶ ἔλαιον λευκὸν, ῥητίνης ὀλίγον. κηρὸν, στέαρ συὸς παλαιὸν καὶ νέον, καὶ ἔλαιον, καὶ ἰὸς καὶ σκίλλαν, καὶ ῥητίνην. ἔστω δὲ δύο μοῖραι τοῦ παλαιοῦ στέατος πρὸς τὸ νέον. τῶν δὲ ἄλλων ὁκόσον δοκεῖ καιρὸς εἶναι. στέαρ συντήξας πρόσφατον ἀποχέας εἰς ἕτερον χυτρίδιον, E καὶ τὴν μολυβδαίνης τρίψας ὡς λειότατον διασήσας, συμμίξας ἕψειν καὶ κινεῖν τὸ πρῶτον. ἕψειν δὲ, ἕως ἂν ἐπισταζόμενον ἐπὶ γῆς πήγνυται. ἔπειτα καθελὼν ἀποχέαι τὸ ἄλλο, πλὴν τῆς λίθου τῆς ὑποστάσιος. καὶ ἐμβάλλειν ῥητίνην καὶ ἀνακινεῖν. καὶ κέδρινον ἔλαιον ὀλίγον ξυμμίξας τὸ ἀφῃρημένον. πᾶσι χρὴ τοῖσι μαλθακοῖσιν ὅκου ἂν ῥητίνην ξυμμίσγῃς, F ἐπειδὰν ἀφέλῃς ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὸ φάρμακον, ἐς θερμὸν ἔτι ἐὸν καθεὶς τὴν ῥητίνην κινεῖν. Ἕτερον. στέαρ συὸς παλαιὸν, καὶ κηρὸς, καὶ ἔλαιον. τὰ δὲ ξηρὰ ἰχθυήματα τοῦ λωτοῦ. λιβανωτός. μολύβδαινα. ἤγουν τοῦ μὲν μοίρη, καὶ τῆς δὲ μοίρη, καὶ τοῦ ἰχθυήματος μοίρη. ἔστω δὲ τοῦ παλαιοῦ στέατος δύο μοῖραι. κηροῦ δὲ μία, καὶ νέου στέατος μία. Ἕτερον. ἢ στέαρ μόνον παλαιὸν ὕειον. σὺν τούτῳ, στέαρ αἰγὸς πρόσφατον. ὡς ἥκιστα G ξὺν τοῖσιν ὑμέσι κατακαθήρας μικρὰ, τρίψας ἢ κόψας λεῖα, ἔλαιον παραχέειν, καὶ παραπάσσειν τὸν μόλυβδον, ξὺν τῇ σποδίῳ, καὶ λωτοῦ ἰχθυήματος τὸ ἥμισυ. Ἕτερον. Στέαρ αἰγὸς. σποδός. χαλκῖτις. κυανέη, ἔλαιον.

[12] μαλθακώδεα] Hæc emollientium indicatura hic ſuſpecta eſt, cùm ad ea quæ ſequuntur referri debeat. Incertum autem eſt an quæ ſequuntur de medicamentorum per hyemem vſu, ad ſuperiora referri debeant, cùm oleis ſubigantur, an verò ad emollientia quæ poſtea ſcribuntur. Certè ad vtrunque id ſpectare poteſt. Emollientia hîc verò enumerantur, quæ cùm calida ſint ex ſecundo & interdum tertio ordine, leuiter etiam exſiccant, ideóque cicatrices ſcabras, aſperas & induratas, emolliunt, complanant & læuigant. Et certè exiſtimo hic μαλθώδεα Galenum legiſſe, cùm μαλθακώδεα habeant paſſim exemplaria omnia, quod in Exegeſi μαλθώδεα μαλακτικὰ ἐκ κηροῦ explicet Galenus, quod ſit μάλθα ὁ κηρὸς, ἢ μάλιστα ὁ μεμαλαγμένος, cera præſertim emollita. Qua de re ſcripſimus in noſtra Hippocratis OEconomia. H

σκίλλης τὸ εἴσω τὸ μυξῶδες] Scillæ pars interior mucoſa & glutinoſa intelligitur, reſectis ad viuum tunicis. Huncque locum mihi ſubindicare videtur Erotianus, apud quem vitioſè σκίλλης τὸ ψῶδες : legitur, quod exponit τὴν ῥίζαν τὴν χυλώδη. Apud Erotianum tamen τὸ ψοῶδες quædam habent exemplaria, pro quo τὸ ὑγρῶδες reponit Henricus Stephanus. Ac certe neſcio an τὸ νιτρῶδες ſcripſerit Erotianus, vt ſuccus acris ſcillæ & mordens vt nitrum ſubaudiatur.

ξυμμίξας

A ξυμμίξας τὸ ἀποχυθὲν] Id mihi videtur intelligendum de eo quod transfuſum fuerat permiſcendo, admixta pauca cedria, quò craſſitudo iuſtior inſit medicamento, tum etiam vt efficaciores plumbaginis vires ad læuigandas & contrahendas cicatrices accipiat.

ὕγρον τῷ μέλι μίξας] Iſtud longè aliter videtur legiſſe Vidius.

ξὺν τῷ ποδί] Iſtud quoque omiſit Vidius.

κυανῷ] Incertum eſt an Cyaneum lapidem intelligat, an verò chalcitim cæruleam aut coloris cærulei velut quidam exponunt: Cyaneus verò lapis extergentem & acrem ac ἐσχαρωτικὴν habet facultatem, digerentem & ſubadſtringentem, vt & Chalcitis.

13 Περὶ πυρικαύστου. Ἕψειν χρὴ πρίνου ῥίζας ἁπαλάς, ὧν εἴη ὁ φλοιὸς ἐστὶ παχύτατος καὶ χλωρότατος, κατατεμὼν μικρά, οἶνον λευκὸν ἐπιχέας, μαλθακῷ πυρὶ

B καθέψειν, ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν τὸ πάχος, ὡς ὑπαλείπτρον, καὶ ἐν ὕδατι ἕψων αὐτὸν ὡσαύτως. Ἕτερον μὴ δακνόν. ὑὸς στέαρ μόνον παλαιὸν ὑπαλείφειν, τήξας αὐτὸ ἄνωθεν, διὰ τῆς σκίλλης, τὴν ῥίζαν διαιρῶν καὶ προσθεὶς καταδεῖν. τῇ δὲ ἑξῆς ἐπαιονᾷν τήξας, στέαρ τε ὑὸς παλαιόν, καὶ κηρόν, καὶ ἔλαιον συμμίξας, καὶ λιβανωτόν, καὶ λωτοῦ ἰζήματι, καὶ μίλτον τούτῳ ὑπαλείψας. ἄρου

C φύλλα ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ἑψήσας, προσθεὶς καταδεῖν. Ἕτερον, ἐπὴν τῷ ὑείῳ στέατι ὑπαλείψῃς τῷ παλαιῷ, καταλείφειν ἀσφοδέλου ῥίζας ἐν οἴνῳ τρίψας καὶ λειώσας. Ἕτερον. τήξας στέαρ ὑὸς παλαιόν, συμμίξας ῥητίνῃ καὶ ἀσφάλτῳ, καὶ αὐτὸ ἐπαλείψας ἐς ὀθόνιον, θερμήνας πρὸς πῦρ, ἐπιθεὶς ἐπιδεῖν. ὅταν ἐν τῷ νώτῳ ὑπὸ πληγέων, ἢ ἄλλως ἕλκος γένηται, τῇ σκίλλῃ διέφθῳ. τρίψας καὶ ἐπ᾽ ὀθόνιον ἀλείψας ἐπιδεῖν. ὕστερον δὲ στέαρ αἰγὸς, καὶ

D συὸς νέον, καὶ σποδὸν, καὶ ἔλαιον, καὶ λιβανωτὸν ἐπαλείφειν.

De eo quod igne ambuſtum eſt. Ilicis radices tenellæ incoquendæ. Harum cortex maximè craſſus & viridis in tenues partes conciſus, vino albo affuſo, léto igne decoquitur, dum idoneam craſſitudinem habuerit, vt illini poſſit. Poteſt & ex aqua eodem modo coqui. Aliud minimè mordens. Suillus adeps vetuſtus per ſe illitus, & ſupra liquatus per ſcillæ radicem diſciſſam impoſitam & alligatam. Poſtridie locus foueatur, adipe ſuillo vetere liquato, cera & oleo admixto, thure, loti ramētis & rubrica. Hoc illinitur. Ari folia vino & oleo incocta impoſita adalligātur. Aliud. Poſt litum ex adipe ſuillo vetuſto, aſphodeli radices ex vino tritæ & læuigatæ, illinũtur. Aliud. Adeps ſuillus vetuſtus liquatus reſinæ & bitumini admiſcetur. Et linteolum illitũ, igne calefactũ admouetur ac deligatur. Quum in dorſo ex plagis aut alia ex cauſa vlcus ſubortum fuerit, ſcilla cocta, cõtrita, & ex linteolo illita, adalligatur. Poſtea verò adeps caprinus & ſuillus recens, ſpodium, oleum & thus ſuperlinuntur.

13 Περὶ πυρικαύστου] πυρίκαυστα igne ambuſta dicũtur, vt quæ feruente aqua ambuſta, πυρίκαυτα Galeno lib. 1. Comp. pharm. κατὰ γένη: ad quæ phœnicinum emplaſtrum roſaceo liquatum, vt cerati ſpiſſitudinem habeat, vino aut aceto adiecto, nullo non tempore accommodatum eſſe ſcribit. Cùm enim in ambuſtis calor, vſtio, & excoriatio inſunt, per initia quæ inflammationem reſtingunt & puſtulas cohibent conueniunt, deinde quæ moderatè detergent & citra morſum exiccant, abſque inſigni aut calefactione aut refrigeratione, vt ſcribit * Galenus & Paulus. Ideoq; ad ea terram Selinuſiam, Chiam & Samiam accommodata eſſe ſcribit medicamenta. Curantur verò ambuſta lenibus pharmacis, & emplaſtris citra morſum exiccantibus & digerentibus, qualia ſunt ex lithargyro, ceruſſà, & qualia ſunt alba apud † Galenum, quæ neque thus neque reſinam recipiunt, & quod δι᾽ ἰτεῶν inſcribitur †† Gal. Atque ideo omnis terra leuis, continuo ex aceto aut oxycrato illita, optimum eſt ad igne ambuſta remedium, bullaſq; excitari prohibet ex Galeno & Paulo. * *Lib. 9. de ſimpl. med. Cap. 11. Lib. 4.* † *Lib. 1. κατὰ γένη.* †† *Lib. 2. κατὰ γένη.*

E ὡς ὑπάλειπτρον] ὑπάλειπτον lego ex Gal. qui in Exegeſi ὑπάλειπτον ἔγχριστον φάρμακον exponit, hoc nimirum ſubnotato loco, etſi omnia exemplaria ὑπάλειπτρον legunt. Significat autem ὑπάλειπτρον inſtrumentum omne quo medicamentum illinitur, vt ſpecillum aut ſpatham, vt ſcribit Gal. Com. 2. in lib. de artic. quo etiam illic vtitur Hippocr.

καὶ μίλτον] μίλτον vocant Græci Minium, vt ſcribit * Plinius, & rubricam. Ea verò exſiccantem emplaſticam & adſtringentem facultatem habet, ideoq; optimè vulnerariis & paſtillis emplaſtris exſiccantibus & adſtringentibus admiſceri ſcribit ** Dioſcor. Hoc verò medicamentum ſuperinducitur, vt ſi quid à ſcilla exaſperatum ſit leniatur & ſiccetur. * *Cap. 7. lib. 33.* ** *Cap. 111. lib. 5.*

14 Οἰδήματα ἐν τοῖσι ποσὶ γενόμενα, αὐτόματα καὶ μὴ αὐτόματα, οὐδὲ ὑπὸ τῶν καταπλασμάτων κα-

F θιστάμενα, τά τε οἰδήματα, καὶ ἡ φλεγμασίη. καὶ ἢν σπόγγους ἐπιδέῃς ἢ εἴρια, ἢ ἄλλο ἐπὶ τὸ ὑγιές, ἔπειτα αἰφνιδίως γίνηται αὐτόματον καὶ ἀναφλεγμήνῃ, κατὰ φλέβας ἐπιρρύσιος αἴτιόν ἐστιν αἵματος, ᾧ τινι μὴ φλάσμα αἴτιόν ἐστι. καὶ ἢν που ἄλλοθι τοῦ σώματος τοιοῦτόν τι γένηται, ὁ αὐτὸς λόγος. ἀλλὰ τοῦ αἵματος χρὴ ἀφιέναι. μάλιστα μὲν κατὰ φλέβας τὰς ἐπιρρεούσας, ἢν καταφανέες ἔωσιν. ἢν δὲ μή, κατακρούειν

G τὰ οἰδήματα βαθύτερα καὶ πυκνότερα. καὶ ἄλλο πᾶν ὅ, τι ἂν καταχρήσῃς, οὕτω χρὴ ποιέειν καὶ ὡς ὀξυτάτοισι σιδηρίοισι καὶ λεπτοτάτοισι. καὶ ὅταν ἀφαιρῇς τὸ αἷμα, τῇ μήλῃ, μὴ κάρτα πιέζειν, ὡς μὴ φλάσις προσγένηται. ὄξει δὲ καταιονίζειν, καὶ θρόμβον αἵματος ἐν τοῖσι χάσμασι μὴ ἐᾶν ἐγκαταλείπεσθαι, καταχρίσας τῷ ἐναίμῳ φαρμάκῳ, εἴρια οἰσυπηρὰ κατεξασμένα, μαλθακὰ

H ἐπιδῆσαι, ῥάνας οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ. καὶ ἐχέτω τὸ χωρίον ὅκως ἀνάρρους εἴη τοῦ αἵματος, καὶ μὴ κατάρρους. καὶ μὴ τεγγέσθω ὅλως. καὶ ὀλιγοσιτεέτω. καὶ πινέτω ὕδωρ. ἢν δὲ ἀπολύων εὑρίσκῃς τὰ χάσματα φλεγμαίνοντα, καταπλάσσειν ἐκ τοῦ ἄγνου καὶ λίνου καρποῦ καταπλάσματι. ἢν δὲ ἑλκωθῇ τὰ χάσματα καὶ συρραγῇ, προσχήματι ὁρέων, ἔπειτα προσφέρων ὅ, τι ἂν δέῃ, τὰ λοιπὰ ἰητρεύειν.

Pedum tumores ſponte & non ſponte prouenientes, vbi neque ipſi tumores, neque inflammatio, ex cataplaſmatis vſu ſubſidunt, tum ſi ſpongiis aut lanis adhibitis, aut alio quopiam ad ſanam partem alligato, poſtea ſua ſponte intumeſcant & inflammationem concipiant, in his ſanguinis per venas influxus in cauſa eſt, ſi cui colliſio non ſit. Eademq; ratio eſt ſi tale quid quauis alia corporis parte accidit. Verùm ſanguinem mittere oportet, præcipuè ex venis quidem per quas fit influxus, ſi modò conſpicuæ ſint, alioqui tumores altioribus & crebrioribus vulnuſculis pertundendi. Id quod in eo quodcumq; ſcalpello pertundis eodem modo fieri debet, idq; ferramentis quàm acutiſſimis ac tenuiſſimis præſtari. Vbi ſanguinem detrahis, ſpecillum non admodum apprimito, ne colliſio accedat. Aceto autem perfundito, neque ſanguinis grumum in cutis hiatibus remanere permittito, illitoq; medicamento cruentis vulneribus accommodato, lanas ſordidas, bene carptas, molles, vino atq; oleo reſperſas alligato. Locus ſcalpro pertuſus eo ſit habitu vt ſanguis ſurſum refluat, non deorſum defluat, neq; vllo modo madefiat, inediamq; toleret æger, & aquam bibat. Quòd ſi vinculo reſoluto cutis inciſuras vexatas inflammatione deprehendas, cataplaſma ex viticis ac lini ſemine inducendum. Sin verò vlcerentur ac ſimul committantur, pro occaſione, vt res poſtulat, cætera curanda.

[14] οἰδημάτων] Hic tumorum omnium, qui διὰ ῥύμην τοῦ αἵματος habent pro cauſa (vt aliàs loquitur Hippocrates) curatio adumbratur, ac per eorum occaſionem vlcerum quoque quæ per ſcalpellum fiunt, curatio inſtituitur. Præcipua verò hìc cauſæ ratio habetur, vnde & ſanguinis detractio pendet, quòd τὰ ἐν φύματι (vt ſcribit † Hippocrates) παχυνόμενα ὑπαλείφεται ἐξ ὑπολοίπου ἐξαλλάσσει, καὶ ταῖς περιστάσεσιν ἀναλύονται. οἰδήματος autem nomen (quod ſæpe ſolet Hippocrates) πᾶν παρὰ φύσιν ὄγκον ἅπαντα complectitur, vt ſcribit Galenus Com.1. in Progn. & Com. ad aph. 65. & 66. lib. 5. alioqui verò tumorem laxum, fungoſum & indolentem recentioribus indicat, cuius curationem deſcribit Galenus 14. meth. med. & lib. 2. Curat. ad Glauconem. A

† *Lib. περὶ ἰητροῦ.*

καταχαράσσειν τὰ οἰδήματα] καταχαράσσειν καταγχίζειν Erotianus & Galenus exponunt, quod de adacto ſcalpello & cute diſciſſa & pertuſa dicitur. Quidam etiam hac voce ſcarificationem intelligunt, vt κατασχάζειν legere videantur. Inflammationi autem ac tumori quando ſcarificatio debeatur, docet Galenus lib. 2. ad Glauconem, vt & in ſcarificatione tentanda quando leues omninò in ſuperficie inciſuras, quando etiam altas, aut quando tertias inter has longitudine & altitudine medias eſſe oporteat. Qua de re ſcripſit etiam Paulus cap. 41. lib. 6. & Aëtius ex Antyllo cap. 20. lib. 3. tetrab. 1. B

καὶ συῤῥαγῇ] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria tum publicata, tum manu ſcripta. Quam lectionem in tanto conſenſu ſecuti ſumus, vt ſignificet cutis inciſuras ac plagas exulceratas eſſe, ſimulque committi ad vlcerum magnitudinem. συριγγωθῇ verò legiſſe videtur Vidius, cùm in fiſtulas verti dixit, quidam etiam καθαρῇ legunt, vt vlcera pure manantia intelligant. σχῆμα autem hìc exaſperatarum ſcalpro partium ſtatum ac rei occaſionem ſignificat, cuius inita ratione, accommodatum medicamentum, & quod idoneum videatur adhibendum, ſiue glutinandum, ſiue nutriendum vlcus ſit, ſiue cicatrice obducendum. σχῆμα figuram aut rei formam ſumunt interpretes. χρῖσμα etiam quædam legunt exemplaria. Qua voce quod magis idoneum videtur medicamentum, ac velut delectum, ſignificari poteſt.

[15] Ὅκου δὲ κιρσὸς ἔνεστιν ἐπ' ἀντικνημίῳ, ἢ περιφανὴς, ἢ κατὰ τῆς σαρκὸς, καὶ ἔστι μέλαν τὸ ἀντικνήμιον, καὶ δοκέῃ δεῖσθαι αἵματος ἀπ' αὐτοῦ ἀποῤῥυέντος, οὐ χρὴ τὰ τοιαῦτα καταχαράσσειν οὐδαμῶς, ὡς γὰρ ἐπιτοπολὺ ἕλκεα μεγάλα γίνεται ἐκ τῶν χασμάτων διὰ τοῦ κιρσοῦ τὴν ἐπίῤῥοιαν. ἀλλὰ χρὴ αὐτὸν τὸν κιρσὸν ἀποκεντεῖν ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, ὅπη ἂν δοκέῃ καιρὸς εἶναι. C

At vbi varix anteriorem tibiæ partem occupat, aut conſpicuus eſt, aut carne tegitur, nigricatq; anterior tibiæ pars, & ſanguinis detractionem expetere videatur, iſta ſcalpello nullo modo pertundi debent. Plerunque enim ex inciſuris ob influxum ex varice magna vlcera fiunt. Verùm varix ipſe multis locis, prout opportunum videbitur, compungendus eſt.

[15] ὅκου δὲ κιρσὸς] Varicis curationem per vlceris occaſionem aggreditur. Interdum enim varix vlceri accedit, eiuſque curatio vlceri præponenda, alioqui arte immedicabile vlcus efficit. Qua de re ſcriptum eſt antea, & à Galeno lib. 4. Meth. med. & lib. 4. Comp. pharm. κατὰ γένη. Etſi quandoque ſanato priore vlcere, cuius cauſa varicis curatio inſtituitur, vulnus quod ex ſectione varicis illatum eſt, diutiùs apertum manet, ægreq; curatur, vt ſcribit Galenus lib. de atra bile. Eſt vbi varix per ſe naſcitur, manuſque curationem, quam hìc aggreditur, poſtulat. Eſt autem varix vena à ſanguine tum craſſo, tum copioſo, tum melancholico diſtenta, & in toros aſſurgens.* Quod in cruribus, pedibus, teſticulis & imo ventre contingit. Interdum etiam in temporib. †. Paulus accidere teſtatur. ** Aëtius etiam in palpebris. Propriam verò & exactam varicum ſectionem docet Celſus cap. 31. lib. 7. & Galen. eo libello qui Medicus inſcribitur, & Paulus lib. 6. & Aëtius tetrab. 4. lib. 2. cap. 84. D

* *Lib. 13. Meth. & lib. de atra bile.* † *Cap. 82. lib. 6.* ** *tetrab. 2. lib. 3. cap. 84.*

καὶ ἔστι μέλαν τὸ ἀντικνήμιον] Galenus in lib. de atra bile ſcribit à ſanguine melancholico plærunque venas in cruribus dilatari & varices fieri, temporiſque ſucceſſu cutem nigreſcere.

ἀλλὰ χρὴ αὐτὸν τὸν κιρσὸν ἀποκεντεῖν] Hìc non vult varicem altioribus plagis pertundi Hippocrates, hæmorrhagiæ metu, & vlcerum difficilis curationis, ſed quibuſdam locis compungi ad ſanguinis vacuationem. Sic in libello περὶ ἰητροῦ varicum ac venarum ſectiones tenuibus & acutis ſcalpellis fieri præcipit, ob ſanguinis impetum. E

[16] Ὅταν δὲ φλέβα τάμῃς, ἐπισχεῖν τοῦ αἵματος ἀφῇς καὶ λύσῃς τὴν ταινίην, καὶ μὴ ἵσταται, τὰ αὐτία ὅκως ἂν ὁ ῥοῦς γίνηται, καὶ αἵματος ἔχηται, ἤν τε χεὶρ, ἤν τε σκέλος ᾖ, ὥστε χωρέοντος τοῦ αἵματος ὀπίσω. καὶ οὕτως ὑπομείνας χρόνον πλείω ἢ ἐλάσσω κατακείμενος. ἔπειτα ἐπιδῆσαι αὐτὸν οὕτως ἔχοντα, μὴ ἐνεόντος τινὸς θρόμβου ἐν τῇ τομῇ. ἔπειτα σπλήνιον διπλόον προσθεὶς, τέγξας οἴνῳ, καὶ ἄνωθεν εἴριον ἐλαιώσας καθαρόν. κἢν γὰρ ἐπίῤῥυσις τοῦ αἵματος ᾖ βιαίη, παύσεται τοῦ ἐπιῤῥέοντος. κἢν θρόμβος ἐπὶ τῇ τομῇ γενόμενος οὕτω φλεγμήνῃ, ἐξεπυΐσκεται. νῆστιν κόντα δὲ χρὴ πλέον ἢ ἔλαττον, καὶ πεπωκότα φλεβοτομέειν, καὶ ὑποτεθερμασμένον, καὶ ἡμέρης θερμοτέρης ἢ ψυχροτέρης. F G

Vena ſecta vbi ſanguinem detraxeris, vinculumque ſolueris, neq; ſanguis ſiſtitur, contrariam in partem vt ſanguis fluxus fiat, ſeu brachium, ſeu crus collocetur, velut retracto ſanguine, eoque ſtatu plus minuſve temporis decumbens perſeueret, deinde ita iacens deligetur, dum ne quis ſanguinis grumus in ſectione relictus ſit. Tum demum ſplenium duplex vino madens, ac ſuper lana munda oleo imbuta apponatur. Fluentis namque ſanguinis quamuis vehemens eruptio, ſiſtitur. Ac ſi ſanguinis grumus in ſectione concreſcens ſic inflammetur, in pus verti ſolet. Liberalius autem aut parcius pranſo & poto vena ſecanda, & leuiter concalefacto, calidiore potius die quam frigidiore.

[16] ὅταν δὲ φλέβα τάμῃς] Sanguinis fluentis ſiſtendi rationem docet, membro ex quo ſanguis fluit, alio quàm cùm flueret ſtatu collocato, demumq; ligato, ac ſplenio vino madente, ac lana deſuper oleo imbuta adhibita. Quod conſilium ferè ſecutus videtur * Hippocrates lib. 6. Epid. his verbis, αἵματος φλεβῶν ῥύσιες, ἀποτροπή, σχῆμα ἄλλη, ἀπόληψις, μετάστασις ξυγροφή, περίδεσις, ἐπίδεσις. figuram enim aliorſum tendentem, ac alium membri ſtatum, quàm cùm ſanguis flueret, hæc mihi verba ſignificare videntur, τὰ αὐτία ὅκως ἂν ὁ ῥοῦς γίνηται, καὶ αἵματος ἔχηται, potiùs quàm ſanguinis ex aduerſa parte fluxum, quem hìc intelligi quidam volunt. Quod etiam in Medicinæ præceptis eſt, vt ſcribit † Celſus. Auertitur quoque interdum ſanguis, vbi alia parte prorumpens, alia emittitur. Deſinit enim fluere quà volumus, inde obiectis quæ prohibeant, alio dato itinere.

* *Sect. 7.* † *Cap. 10. lib. 2.*

ὥστε χωρέοντος τοῦ αἵματος] ῥέοντος lego, contra tamen omnium codicum fidem, eamq; lectionem ſecutus videtur Cornarius.

καὶ ὑποτεθερμασμένον] Concalfactum frictionibus ac fotibus intelligit, quò concretus ſanguis fluxilior reddatur. Quod etiam præcipit ἐν τοῖς περὶ διαίτης ὀξέων lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. Hippocrates & Galenus. H

[17] Σικύην δὲ προσβάλλοντα χρὴ, ἢν ἐπιῤῥέῃ τὸ αἷμα ἀφῃρημένης τῆς σικύης, κἢν πολὺ ῥέῃ, ἢ ἰχὼρ ῥέῃ, αὐτίκα ταχέως πρὶν ἢ πλησθῇ, αὖθις προσβάλλειν, ἐπεὶ ἐξέλκει τὸ λειπόμενον. ἢν δὲ μὴ, θρόμβοι ἐνεχόμενοι ἐν

Vbi ſãguis influit admota cucurbitula, ſi ea ablata is copioſè, aut ſeroſ' humor effluit, ea citò priùs quã impleatur, locis ſcalpro exaſperatis affigẽda eſt, & quod reſtat inſuper extrahẽdũ. Alioqui ſanguinis grumi in

τοῖσι

A τοῖσι χάσμασι. ἐπὴν δὲ ἀναφλεγμήνῃ, ἕλκεα γίνεται ἐξ αὐτῶν. ὄξει δὲ χρὴ πάντα τὰ τοιαῦτα καταιονᾷν, καὶ ὕστερον μὴ τέγγειν, μηδὲ κατακέεσθαι ἐπὶ τὰ χάσματα. τῶν δὲ ἐναίμων τινὶ φαρμάκων καταχρίειν τὰ χάσματα. ὅταν δὲ ὑπὸ τὴν κατωτέρω τοῦ γούνατος ἢν προσβάλλειν ἢ πρὸς τὸ γόνυ, ἑστηκότι ὀρθῷ, ἢν δύνηται ἑστάναι.

ipſis cutis inciſuris inhærent, indeq; poſtea vlceribus inflammatio contingit. Eiuſmodi autem omnia aceto olui debent, neq; poſtea madefieri, cauendumque ægro eſt, ne in loca ſcalpro pertuſa decumbat. Ea autem aliquo ex medicamentis cruentis vulneribus accommodato illinenda ſunt. Quòd ſi vel infra genu, vel ad genu admouenda cucurbitula eſt, id homini erecto & ſtanti, ſi ſtare poteſt, procurandum.

B ταύτῃ δὲ] Poſt ſanguinis miſſionem, eadem via per vlcerum occaſionem, affigendarum cucurbitularum rationem ex inſtituto attingit. Vult autem ſi ſanguis copioſè influat, aut tenuis & ſeroſus humor, ablatam cucurbitulam citò locis ſcalpró exaſperatis affigi, priùs quàm ſanguine impleantur. Alioqui ſanguinem ipſum diutiùs cutis inciſuris infixū, & calore ex longa cucurbitulæ mora deſtitutum, concreſcere & inflammationem concipere. Cui rei conſulit tepido aceto (vt priùs) elutis locis ſcarificatis, vt ſanguis liquetur & detergeatur, vlceribuſq; medicamentis glutinantibus adhibitis. Illud autem αὐτῶν ad χάσματα referendum videtur, vt & illud πρὶν ἢ αὐτοῖς. Nam locis ſcalpto exaſperatis affigendam cucurbitulam priùs quàm ſanguine compleantur aut turgeant, ſignificat. Etſi illud αὐτοῖς, priùs quàm cucurbitula impleatur intelligi poteſt. Quem ſenſum cum interpretibus ſecutus ſum. Hic autem locus vniuerſam cucurbitulas affigendi rationem per ſe celebrat, etſi hunc quidam, vt & eum qui de ſanguinis miſſione præcedit, in varicis ſectione accipi voluit. Animaduertendum autem eſt cucurbitulam vbi ad genu, aut infra admouetur, homini erecto, & ſtanti affigi debere. Erecto enim homine cutis naturali ſtatu manet, meliuſq; cucurbitula affigitur, & ſanguis ad fluxum magis eſt comparatus.
C Quod tamen ſecus factitatur à Chirurgis noſtris.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΣΥΡΙΓΓΩΝ.

HIPPOCRATIS LIBER DE FISTVLIS.

D Σύριγγες γίνονται μὲν ὑπὸ φλασμάτων καὶ φυμάτων. γίνονται δὲ καὶ ὑπὸ ἐρεσίης, καὶ ἱππασίης, ὅταν ἀθροισθῇ ἐν τοῖσι γλουτοῖσιν αἷμα πλησίον τῆς ἕδρης. σηπόμενον γὰρ νέμεται ἐς τὰ μαλθακὰ ἀπεχόμενον τοῦ ἀρχοῦ, καὶ τῆς σαρκὸς μαλθακῆς ἐν ᾗ νέμεται, ἕως ἂν τὸ φῦμα ῥαγῇ, καὶ καταρραγῇ ἐς τὸν ἀρχὸν διεσφήνωσεν. ἐπὴν δὲ τοῦτο γένηται, συρίγγουται καὶ ἰχωρέει. ἡ κόπρος δὲ δι' ἑωυτῆς καὶ φῦσα, καὶ βδελυγμίη πολλή. ὑπὸ μὲν οὖν τῶν φλασμάτων γίνεται, ὁκόταν τι τῶν περὶ τὸν ἀρχὸν χωρίων φλασθῇ ὑπὸ πληγῆς, ἢ ὑπὸ πτώματος, ἢ ὑπὸ τρώματος, ἢ ἱππασίης, ἢ ἐρεσίης, ἢ ὅσα τοιουτότροπα ἐστὶ ξυνίσταται γὰρ αἷμα, σηπόμενον δὲ ἐκπυίσκεται. ὑπὸ δὲ τοῦ ἐκπυίσκεσθαι πάσχει ἅπερ ἐπὶ τῶν φυμάτων εἴρηται.

E

Fiſtvlæ partim quidē ex colliſis, partim ex tuberculis fiunt. Oriuntur etiam vel ex remigatione, vel equitatione, collecto in natib^9 iuxta ſedē ſanguine. Putreſcens enim quæ mollia ſunt depaſcitur, cùm nimirū anus humidus ſit, & caro mollis in qua pabulatur dum tuberculū rumpatur infraq; ad rectū inteſtinum computreſcat. Quod cùm fit, in fiſtulam abit, ſanie manat, indeq; ſtercus & flatus, teterq; fœtor copioſè effluit. Ex colliſione autē naſcitur fiſtula, vbi ex ictu, aut caſu, vel vulnere, vel equitatione aut remigatione, aut aliis huiuſmodi rebus, pars aliqua circa rectum inteſtinū colliditur. Collectus enim ſanguis & putreſcens ſuppurat, & ex ſuppuratione quæ de tuberculis dicta ſunt, contingunt.

Hic libellus de Fiſtulis ſuo quodam iure libro de vlceribus annectitur. Eſt enim fiſtula (vt ſcribit Celſus) vlcus altum & calloſum, cuius hîc etiam curatio optimè inſtituitur. Cùm verò fiſtula in omni ferè corporis parte fiat, habeatq; quædā ſingulis in locis propria, hîc ex inſtituto quodammodo fiſtularum ani curationem aggreditur Hippocr. quòd eæ propriam eamq; difficillimam animaduerſionem deſiderent. Sinus autem cauernoſaq; aut cuniculoſa vlcera, ferè in fiſtulas abeunt. Fiſtula nanque *. Galeno oblon-
F gus & anguſtus ſinus dicitur, aut ſinus calloſus, oblongus & obliquus, ex abſceſſibus plærunq; conflatus, os habens cui cicatrix obduci nequit, ex quo humor tenuis certis temporibus effluit, † Paulo & Authori Definit. Med. Nomen autem ab organis muſicis & arundinum fiſtulis translatum eſt, quæ cauitates habent oblongas. Sic enim vbi abſceſſus longum ſinum facit, & exitus viam producit, συρίγγωσις dicitur ** Hippocr. Fiſtularum quibuſdam cùm plura ſint genera, aliis duo tantum referuntur. Cæca enim dicitur quæ oſculum in profundo, ſinum in ſuperficie habet, occulta, quæ tum os, tum ſinum in profundo obtinet. In fiſtularum verò curatione inprimis animaduertendam præſagium quod ab Hippocr. ſcribitur in Coacis Prænot. Ex fiſtulis maximè moleſtiam afferunt, quæ in cartilaginoſis aut carne vacuis locis fieri ſolent, cauæ ſunt, laborem faciunt, aſſiduéq; ſanie manant, & in quarum oſculo caruncula ineſt. Faciliùs autem curantur quæ in mollibus & carnoſis locis & minimè neruoſis oriuntur. Quæ omnia vt ferè à Celſo
G expreſſa eſſe diximus, ita ab eodem accuratam intelligentiam deſumunt. †† Auicennas quoq; fiſtulas in recentes curatu faciliores, & in inueteratas curatu difficillimas diuidit. Integrā verò fiſtularum tractationem habet Celſus cap. 28 lib. 5. & cap. 4. lib. 7. Paulus cap. 49. lib. 4. & cap. 77. lib. 6. Aëtius cap. 55. & cap. 11. lib. 2. tetrab. 4. Hanc autem eſſe germanam Hippocratis Coi fœturam ſatis indicat celebrata illa per linum fiſtulæ ani curatio, quam Iſagoges author, & *** Paulus Hippocrati imprimis acceptam ferunt. Celſus quoque etſi tacito Hippocratis nomine, in vſum transfert. Eoq; nomine hunc librum quidam de fiſtulis ani inſcripſerunt. Eo quoq; accedit fideliſſimum Erotiani teſtimonium, qui hunc librum in Hippocraticorum recenſione, inter χειρουργικὰ accenſet.

* *Lib. de Tumor. præt. nat.* † *Cap. 49. lib. 4.* ** *In Progn.* †† *Fen. 4. lib. 4. tract. 3. cap. 11.* *** *Cap. 78. lib. 6.*

¹ ὑπὸ φλασμάτων καὶ φυμάτων] Nonnunquam (inquit Celſus) ex eiuſmodi abſceſſibus, & ex aliis vlcerum generibus fiſtulæ oriuntur. Paulus quoque fiſtulam vocat ſinum callo obductum, qui magna ex parte ex abſceſſibus malè curatis ortum duxit. Hic verò φύματα (quod nomen etiam retinet Celſus) tumores omnes pus colligentes, & abſceſſus indicant.

H βδελυγμίη πολλή] Tetrum fœtorem iſtud indicat & execrandum. Heſychius nanque βδελυγμίαν δυσωδίαν exponit. Intelligitur autem grauis ille fœtor qui ex ventris recrementis & alui ſolutione expirat. βδέλλειν enim κατὰ τὴν κοιλίαν ſignificat Heſychio. Aut execrandus ille fœtor, qui ex ſaniei corruptela, & varia putrilagine, qua aſſiduè manant fiſtulæ, efflatur. Quò etiam μαλακίαι in Coacis pro μαλακῶν retulimus, abominandam illam virulentiam deſignantes.

ἅπερ ἐπὶ τῶν φυμάτων εἴρηται] Hoc eſt, ex ſuppuratione vlcus fit cuniculoſum & fiſtuloſum, multa ſanie & putrilagine manans.

² Πρὸ τοῦ μὲν οὖν ὅταν τὶ τοιοῦτον αἴσθῃ φυόμενον φῦμα, τάμνειν ὡς τάχιστα ὠμὸν πρὶν ἢ διαπυῆσαι ἐς τὸν ἀρχόν. ἢν δὲ νοσέοντα ἤδη τὴν σύριγγα παραλάβῃς, λαβὼν στελέχους φύλλα ὠμοῦ πρασίου, ἀποκλίνας τὸ ἀνδρὸς ..., τὸ

Ante omnia igitur cùm eiuſmodi tuberculū ſuboriri ſenſeris antequam ad rectum inteſtinum ſuppuratio perueniat, crudū quàm celerrimè ſecare oportet. Quòd ſi iam factam fiſtulam in manus ſumpſeris,

homine ſupino reclinato, cruribus huc atque illuc reductis, ſumptum allij recentem caulem, dum ad aliquid offendat immittere oportet, eoq; fiſtulæ altitudinem metiri. Tũ ſeſelis radice quã tenuiſſimè cõtrita quatuor diebus aqua affuſa macerata, admixto melle, aquam ad tres cyathos ieiuno propinato, eoq; tempore tenues lumbricos aſcaridas dictos purgato. Qui verò ſine curatione relinquuntur, pereunt.

σκέλεα διαγαγὼν, τὸ μὲν εἴσω, τὸ δὲ ἔξω, τὴν φύσιγγα A
καθιέναι ἕως ἂν προσκόψῃ, μετρῆσαι τὸ βάθος τοῦ συρίγγος τῇ φύσιγγι. καὶ σεσέλιος τὰς ῥίζας κόψας ὡς λεπτοτάτην, ὕδωρ ἐπιχέας, βρέχειν τέσσαρας ἡμέρας. καὶ προσηθήσας πινέτω, μέλι ἐπιμίσγων τὸ ὕδωρ, κατὰ τρεῖς κυάθους. ἐν τούτῳ καθαίρει καὶ τὰς ἀσκαρίδας. ὁκόσοι δ' ἂν καταλειφθῶσιν ἀθεράπευτοι, ἀποθνήσκουσιν.

* λαβὼν σκορόδου φύσιγγα] Allij recentem caulem veluti ſtylum intelligit, quo fiſtulæ altitudinem exploret. Allij autem caules recentes ad inſtar ſpecilli, fiſtulæ cauitatem promptè ſubeunt, & obſequenti facilitate ſinus explorant, neq; ſua rigiditate aliquid perrumpunt, aut ſeuerè nimis obnituntur. Hi enim recentes in frondem luxuriant, ideoq; matureſcentes in terram depreſſi obruuntur aut intorquentur, vbi caput validiùs fiat ſationis gratia. Atq; eo modo hic φύσιγγα ſumi ſatis teſtatur Galenus in Exegeſi, qui φύσιγγα τὸ περικλώμενον ἐκ τῶν φύλλων, καὶ μάλιστα τὸ κοῖλον exponit, hunc locum ſubindicans, ſcapum illum qui in caulem exit & cauus eſt intelligens, quo pro ſpecilli ſtylo vtitur. Verùm illic φύσιγχα pro φύσιγγα vitioſè ſcribitur, vt hic locus ſatis teſtatur. Quod etiam vitium ad Varinum eodem modo permanauit, φύσιγξ autem dicitur τὸ ἐκτὸς λέμμα τοῦ σκορόδου Ariſtoph. Scholiaſtæ. Qua notione Erotianus φύσιγγα τὸ ἔξωθεν λέμμα exponit. Heſychio φύσιγξ, τὸ σκόροδον, aut σκορόδου καυλίον. Vnde fortaſſis moti quidam hìc allij nucleum & caput exponunt, voluntq; ſpecilli capitatum extremum intelligi, quod alliorum nucleis ſit ſimile. Sed alliorum capita & nuclei ἄγλιθες dicuntur Hippocrati (vt teſtatur Galenus) & † Dioſcoridi, aliis ῥᾶγες, & Theophraſto γέλγεις. Columella ſpicas vocat, vt Plinius nucleos. Quod verò ſpecillo experiri iubent Celſus & Paulus, id per allij recentem ſcapũ explorat Hippocrates, non ſecus ad albucum aut ferulaceum ſcapum ad capitis fracturas dignoſcendas, dentibus conteri iubet in Cois Præſagiis Hippocrates. Guidus verò cum recentiorum Chirurgorũ turba, petroſelini aut betæ radice fiſtulæ cauum explorat. Quod vt eſt difficile, ita facilè ſeta ſuilla in fundũ inditur Paulo. Ex eo verò quod recentem caulem ſumi vult, ſatis apertè indicatur, allij non ſpecilli ſtylum intelligi, præter quã quòd recens allij caulis firmior matureſcente exiſtit, & propriam quandam vim habet ad fiſtularum vitia. † Cap. 181. lib. 2. B C

ꝑ σεσέλιος] Hoc ſeſeleos decoctum admixto melle ad περιχύσιν, vt vrinas deducat exhibetur, non ſecus ac ad αἱμάλωπα, ſi longiùs fiſtula eſt à præcordiis, ex interuallo ieiunum radiculas ediſſe, deinde vomere, neceſſarium eſſe ſcribit Celſus.

καὶ τὰς ἀσκαρίδας] ἀσκαρίδες ſunt Galeno in Exegeſi ἕλμινθες· ἰσχραὶ καὶ μικραὶ, ἐν τῷ ἀπευθυσμένῳ ἐντέρῳ γεννώμεναι, tenues & minuti lumbrici in imo recto inteſtino, qui facilè & ſæpè in ani fiſtula, ob variam putrilaginem ſuppeditatam oriuntur. Paulus quoque teſtatur in fiſtulis quæ ſunt ad inteſtinum, ſtercus & lumbricos per earum oſculum efferri, quos ἑλμίνθια vocat. D

Poſt hæc byſſinum linteum magni tithymalli ſucco imbutũ, vſto æris flore & trito aſperſum, in collyrij formam fiſtulæ longitudini æqualẽ intorque, filo per extremum linamentum, rurſuſq; per ſummum caulem traiecto, homineq; ſupino reclinato, vbi adhibito inſtrumento ad ſedem diducendam idoneo (quod κατοπτὴρ dicitur) in ano quid perroſũ ſit cõſpexeris, eo allij caulem demittito, atq vbi in anũ demiſſus fuerit, præhenſum trahito, donec linamentũ impulſum ſuperiori ac inferiori parti adæquatũ fuerit. Quo intro impulſo, glandem corneã in anum inditã podice creta cimolia illito, ibi ſinito, cumq; deſidendi cupiditas adfuerit, eximito, rurſuſq; immittito in quintũ diẽ vſq;. Sexto verò eximito, foras linamento è carne educto, poſteaq; gládẽ alumine trito impletã in anũ immiſſã, ibi dum alumen liqueſcat, ſinito. Podicẽ vero quoad cõuenire videatur, myrrha illinito.

* Ἔπειτα ὀθόνιον βύσσινον τιθυμάλλου ὀπῷ τοῦ μεγάλου δεύσας, καταπάσας ἄνθος χαλκοῦ, ὀπτὸν τετριμμένον, στρεβλὴν ποιήσας ἴσην τῷ συρίγγι τὸ μῆκος, ῥάμμα διεὶς δι' ἄκρας τῆς στρεβλῆς, καὶ αὖθις διὰ τῆς φύσιγγος ὕπτιον κατακλίνας τὸν ἄνθρωπον, κατοπτῆρι κατιδὼν τὸ διαβεβρωμένον τοῦ ἀρχοῦ, ταύτῃ τὴν φύσιγγα διεῖναι. καὶ ὁκόταν προσκύψῃ ἐς τὸν ἀρχὸν, ἐπιλαμβανόμενος ἑλκύσαι, ἄχρις οὗ ἡ στρεβλὴ διωσθῇ καὶ ἰσωθῇ τά τε ἄνω, καὶ τὰ κάτω. ἐπὴν δὲ ἐσωσθῇ, βάλανον εὐθὺς κερατίνην ἐς τὸν ἀρχὸν, γῇ διαχρίσας σμηκτρίδι τὸν ἀρχὸν ἐᾶν. ἐς τὴν δὲ ἀποπατέειν, ἐξαιρέειν, καὶ αὖθις προσθεῖναι, ἕως ἂν πεμπταῖος γένηται. ἕκτῃ δὲ ἡμέρῃ ἐξαιρέειν, ἕλκειν τὴν στρεβλὴν ἔξω τῆς σαρκός. καὶ τρίψας στυπτηρίην μετὰ τοῦ... καὶ πλήσας τὴν βάλανον καὶ ἐς τὸν ἀρχὸν ἐμβαλὼν, ἐᾶν ἄχρις οὗ ἡ στυπτηρίη ἐκτακῇ. τὸν δὲ ἀρχὸν σμύρνῃ διαλείφειν, ἄχρις οὗ ἂν δοκέῃ ξυμπεφωκέναι. E F

* στρεβλὴν] στρεβλὴ hic linamentum intortum aut penicillum turbinis in formam implicitum ſignificat, collyrium vocat Celſus. Ac neq; cuiquam dubium videri debet, quin hic locus à Galeno indicetur in Exegeſi, vbi στρεβλὴν pro στρεβλὴν vitioſè legitur, cùm στρεβλὴ ex hoc libello explicet, hoc eſt [illegible] aut penicillum intortum. Quod idem vitioſè quoque apud Varinum legitur. Byſſinum autem linteum vt mollius & firmius, quodq; faciliùs in penicillum torqueatur ſume[...] cenſet, ſucco tithymalli characiæ imbutum, quo promptiùs callum exedat, fiſtulis nanq; tithymalli characiæ ſuccum idone[um ...] ſcribit Dioſcorides. Etſi eadem vis dendroidi tithymallo eſſe poteſt. Quin & tithymalli magni ſucco ad fiſtulas exterend[as ...] recentiores Chirurgi. Adiicitur celeritati vt tormento quoque (inquit Celſus) ſi id quod ex penicillo eſt aliquo medic[amento] illinitur, ex his quibus callus exedi poteſt. Ideoq; æris flore trito linteum reſpergitur, ſed vſtione acrimoniam remiſit. Paulus lino puluiſculum pſori nomine, aut aliquid eiuſmodi inſpergit. G

κατοπτῆρ] κατοπτὴρ, τὸ ἐργαλεῖον ἑδροδιαστολεὺς ὥσπερ καὶ διόπτρα ὁ γυναικείων διαστολεύς, Galenus explicat in Exegeſi, hunc locum ſubnotans, vt ſit κατοπτὴρ inſtrumentum Chirurgicum dilatandæ ſedi idoneum, vt quæ recondita ſunt & latent in conſpectum veniant, quẽadmodum inſtrumentum quo vterus diducitur διόπτρα aut διοπτὴρ dicitur. Speculum ani & ſpeculum matricis noſtri vocant. Erotianus κάτοπτρον hic legiſſe videtur, & κάτοπτρον ὁ μηλωτὴ ei exponitur, ſi modò vera eſt lectio, & nõ μηλωτὶς potiùs legẽdũ venit, vt μήλην διαστομωτρίδα (τὸ διαστόμιον explicat Galenus) intelligat, ſpecillum quo aliquid dilatatur, διόπτριον vocat Paulus ex Leonide inſtrumentum ad diducendam ſedem aptatum, quod ἑδροδιαστολεὺς dicitur. Eo quoq; ad dilatandum ſinum muliebrem vtebantur.

προσκύψῃ ἐς τὸν ἀρχόν] Hoc de allij caule dicitur, vt ſit, vbi in anum incubuerit, inciderit, demerſus fuerit aut decubuerit. προσκύψῃ enim ἀντὶ τοῦ προσπίπτῃ ſumitur, alioqui προσκύψῃ cùm ſe inclinarit aut incuruarit ſignificat. Ea autẽ phraſi in anũ penetraſſe ſignificatur.

γῇ διαχρίσας σμηκτρίδι] Cretam Cimoliam ex Galeno diximus. Hic enim in Exegeſi hunc locum indicat, & γῇ σμηκτρίδι τῇ κιμωλίᾳ exponit. Ex quo hic σμηκτρίδι legiſſe apparet, vt & σμηκτρίδα γῆν idem τὴν κιμωλίαν explicat, quod etiam facit Erotianus, etſi apud eundem σμηκτρίδα habent quædam exemplaria, quemadmodum apud Hippoc. lib. 2. περὶ γυναικείων, quomodo hic quoque σμηκτρίδι habent omnia exemplaria. Hic verò cretam detergendi vi præditam ſignificat, quæ facultas cum deſiccatione terræ cimoliæ cum reliquis eſt communis, prætereaque mixtæ eſt facultatis vt ſcribit Galenus, cùm partim refrigeret, partim etiam digerat, eoq; nomine hoc loco ad propulſandum inflammationis periculum adhibetur. Nam ferè quæ circa fiſtulam ſunt habent aliquid inflammationis. Quidam hìc per σμηκτρίδα γῆν cretam albam intelligunt: ſed cùm Cimolia Creta duorum ſit generũ, candida vna, altera ad purpureum inclinans, malim Cimoliam ſimpliciter ex Galeno intelligi. Cæterùm glandis corneæ in rectum inteſtinum immiſſæ, hic eſſe vſus videtur. vt podicem diſtendat & dilatet, quo collyrium intrò faciliùs ſubeat, vique medicamentorum callum exedat, quod alioqui clauſo ano foras expelleretur, tum etiam vt ad fiſtulæ fundum via medicamentis per glandẽ pateat, per quam quoque fiſtulæ excremen- H

ta

A ta exitum habent, ne medicamentorum vim diluant. Demum etiam æqualiter diſtenta per glandem podicis tunica, medicamenti vim per collyrium in ambitum explicatis omnibus rugis facile amplectitur, vt omnis ex æquo callus exedatur.

ξυμπαρωνυχίου] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Caluus & Cornarius ξυμπεπτωκότα legiſſe videntur, quæ germana videtur eſſe lectio, quòd eius etiam medicamenti meminerit libello de hæmorrhoidibus poſtea ad denſam & validam carnem reddendam. Myrrha autem additur ad deſiccandum vlcus, alumen verò præter quàm quòd ſiccat, quod influit reprimit. Glutinandum autem & ſiccandum vlcus, dum coaluiſſe videatur. Hunc autem aluminis vſum vt cicatricem inducat, teſtatur Medici author.

ᵃ Ἑτέρη θεραπείη. ὠμόλινον λαβὼν ὡς λεπτότατον, συμβάλλειν ὅσον σπιθαμιαῖον πεντάπλουν, καὶ ξυμπεριελίσσειν ἱππείην τρίχα. ἔπειτα ποιησάμενος μήλην κασσιτερίνην B ἐπ' ἄκρου τετρημένην, ἐνείρας ἐς τὴν μήλην τὴν ἀρχὴν τοῦ ὠμολίνου συμβεβλημένου, καθιέναι τὴν μήλην ἐς τὴν σύριγγα, καὶ ἅμα τῆς ἀριστερῆς χειρὸς τὸν δάκτυλον τὸν λιχανὸν καθιέναι ἐς τὴν ἕδρην. ἐπὴν δὲ ψαύσῃ ἡ μήλη τοῦ δακτύλου, ἄγειν ἔξω τῷ δακτύλῳ, ἀποκάμψας τῆς μήλης τὸ ἄκρον, καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐν τῇ μήλῃ. καὶ τὴν μὲν μήλην C πάλιν ἐξαιρέειν, τοῦ δὲ ὠμολίνου τὰς ἀρχὰς ἅψαι δὶς ἢ τρίς. καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ ὠμολίνου ἐπιστρέψας, ἐπιδῆσαι πρὸς τὸ ἅμμα. ἔπειτα κελεύειν ἀπελθόντα, διαπρήσσεσθαι τὰ ἑωυτοῦ. ἡ δὲ θεραπείη. ὁκόσον δὴ σηπομένης τῆς σύριγγος χαλᾶται τοῦ ὠμολίνου, τοῦτο ἐπιτείνειν καὶ ἐπιστρέφειν αἰεὶ καθ' ἑκάστην ἡμέρην. ἢν δέ σοι τὸ ὠμόλινον διασαπῇ πρόσθεν, ἢ τὴν σύριγγα διαβρωθῆναι, πρὸς τὴν τρίχα D προσάψας ἕτερον ὠμόλινον διεῖναι καὶ ἅψαι. ἡ γὰρ θρὶξ διὰ τοῦτο περιβάλλεται τῷ ὠμολίνῳ, ὅτι ἄσηπτός ἐστιν. ἐπὴν δὲ διασαπῇ ἡ σύριγξ, τάμνειν χρὴ σπόγγον μαλακὸν ὡς λεπτότατον προσθέντα. ἔπειτα ἐς μὲν τὴν σύριγγα, ἄνθος χαλκοῦ ὀπτοῦ συχνὸν τῇ μήλῃ ἐνθεῖναι· τὸν δὲ σπόγγον ἀλεῖψαι μέλιτι, καὶ ὑποθεῖναι μέσῳ τῷ λιχανῷ δακτύλῳ τῆς ἀριστερῆς χειρός, ὥσπερ πρόσθεν. καὶ προσθεὶς ἕτερον σπόγγον, E ἀναδῆσαι, τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ ἐπὶ τῇσιν αἱμορροΐσιν. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἀπολύσας, προσκλύζειν ὕδατι θερμῷ. καὶ σπόγγῳ τῷ δακτύλῳ τῆς ἀριστερῆς χειρὸς πειρᾶν διακαθαίρειν τὴν σύριγγα. καὶ αὖτις πάλιν τὸ ἄνθος ἐπιδῆσαι. τοῦτο ποιέειν ἑπτὰ ἡμέρας. ἐν ταύτῃσι γὰρ μάλιστα ὁ χιτὼν τῆς σύριγγος σήπεται. τὸ δὲ λοιπὸν ἐς ἂν ὑγιασθῇ τούτῳ ἐπιδεῖν. κατὰ γὰρ τοῦτον τὸν τρόπον, ὑπὸ τοῦ σπόγγου διαναγκαζομένη καὶ ἀνατεινομένη ἡ σύριγξ, οὔτε πάλιν ξυμπίπτοι ἄν, οὔτε τὸ μὲν αὐτῆς ὑγιασθείη ἄν, τὸ δὲ πάλιν ξυμπληρωθείη· ἀλλ' ἐν F ἑωυτῇ πᾶσα ὑγιὴς ἔσται. ἐν τῇ θεραπείῃ δὲ προσαντλέειν ὕδατι πολλῷ θερμῷ, καὶ λιμοκτονέειν.

Alia curatio. Linum crudum quam tenuiſſimum quincuplex palmi longitudine in vnum complicatũ, ſeta equina cicumuoluitur, tum ſtanneum ſpecillum extrema parte perforatum, ita comparatum vt in id lini cõplicati caput inſeratur, in fiſtulam demittitur, ſimulq; ſiniſtræ manus index in ſedem iniicitur. Atq; vbi ſpecillum digitũ contigerit, id extrema parte inflexum, vnaq; lini caput quod per ſpecillum traiectũ eſt digito educitur, & ſpecillum quidem iterum extrahitur. Lini verò capita bis térve connectuntur, & quod dependet ex lino intortum in nodũ alligatur. Poſtea æger ad ſuas res obeundas dimittitur. Reliqua curatio. At eatenus linum ſingulis diebus intendere ac intorquere ſemper oportet, quatenus putreſcente fiſtula laxatur. Quòd ſi tibi ante quam fiſtula exedatur, linum crudum computreſcere videatur, alterum item ad ſetam alligatum traiiciendum & connectendum. Eo nanque nomine ſeta lino crudo adiicitur, quòd minimè putreſcat. At poſtquam fiſtula computruit, ſpõgiam mollem quàm tenuiſſimè inciſam apponere conuenit, tum copioſum æris vſti florem per ſpecillum quidem in fiſtulam iniicere. Spongiá verò melle illitam, inditam medio ſiniſtræ manus indice introtrudere, additaq; altera ſpongia, eam deligationem quæ fit cum ora venarum ſanguinem fundere ſunt ſolita, apponere. Qua poſtridie ſoluta, fiſtula aqua calida perluenda, tentandumq; vt per ſpongiam ſiniſtrę manus digito perpurgetur, rurſuſq; iniecto ęris flore vinculum alligandum, idemq; ſeptem dieb⁹ faciendum. Intra hos enim ferè dies fiſtulæ tunica conſumitur. In reliquo dum ſaneſcat hic deligationis modus aſſeruandus. Hac enim ratione, fiſtula per ſpõgiá coacta & expanſa, neq; rurſus committetur, neq; hac quidẽ ſui parte curabitur, hac verò rurſus implebitur, ſed ipſa vniuerſa ſaneſcet. In hac verò curatione copioſa calida perfundere iuuat, & inediá imperare.

ᵃ ὠμόλινον λαβὼν] Hic curandæ fiſtulæ modus per λινοδεσμίαν Paulo dicitur fieri, hoc eſt lini aut fili deligationem, eamque ex Hippocrate celebrat, in iis qui ſectionem metuunt. Eam quoq; Celſus elegantiſſimis verbis deſcribit cap. 4. lib. 7. Huius etiam meminiſſe videtur Medici author, eamq; imprimis Hippoc. attribuit. Curationis autem ſumma eſt, vt linum in fiſtulam immiſſum, connexis capitibus ſæpius ductum, paulatim cutem quę ſupra fiſtulam eſt incidat, quod alij ſcalpello ſupra ſpecillum in fiſtulam inditum ducto fieri volunt. Poſt ſectionem verò recentiores Chirurgi ferro candenti callum abſumunt, aut pyroticum adhibent, eamque in rem puluere aſphodelorum aut arſenico vtuntur. Auicennas quoque hydrargyrum ſublimatum admouet. Hanc quoq; lini deductionem recentiores Chirurgi celebrant, eaq; callum exterunt, & cutim quæ ſupra fiſtulam eſt incidunt, aut falce fiſtulis ſecandis accommo-G data amputant, ſυριγγοτόμον vocat Paulus, eiuſque rei meminiſſe videtur. Linum autem crudum vt ſit firmius magiſque deſiccet, & quincuplex vſurpat Hippoc. Celſus duplex triplexve, ſic tortum vt vnitas facta ſit, quem etiam imitantur recentiores Chirurgi, niſi quod linum byſſinum, aut ſericum quod minùs putreſcit adhibent. Quam in rem ſeta equina linum obuoluit Hippocrates.

μήλην κασσιτερίνην] Specillum quoq; ſtanneum duo capitula habens, διπύρηνον dictum (vbi tamen διπυρίνον vitioſè legitur) aut ex ære tenuiſſimum, quò faciliùs flecti poſſit adhibet Paulus. Recentiores Chirurgi plumbeo in id ſpecillo in acus modum perforato vtuntur, quo faciliùs extrema ſui parte inflexum, & digito in anum immiſſo, attractum linum ſecum educat. Plumbeo quoque ſpecillo aut ſtanneo Aëtius fiſtulam pertentat. ἐπὴν δὲ ψαύσῃ ἡ μήλη] Id de fiſtula intelligendum, cuius ſinus in ſedis profundum deſinit. Alterius nanq; manus quæ affecto cluni eſt oppoſita indice prius oleo illito, & vnguibus abraſis in anum indito, ſpecilli per oſculum immiſſi caput inflexum & linum trahens educitur, quod ſi in profundum ducta fiſtula, nõdum perforata reperiatur, immiſ-H ſo in anum digito, quo ſpecilli extremum occurrat exploratur, tum paruo interuallo interpoſita quædam membranoſa ac ſquamoſa corpuſcula, ſpecilli extremo violentiùs adacto exoluuntur, ac per ſedem ſpecillum educitur. Aut ſinus fundum ad ſedem per falcem fiſtulis ſecandis accõmodatam incidunt, vt ſcribit Paulus. Celſus quoque demiſſo in anum ſpecillo, ad vltimum eius caput cutem incidit, dein nouo foramine ſpecillum lino ſequente educit, quod in aliam eius partem ob ipſum perforatam, coniectum ſit. Idem verò manus præſidium his verbis celebrat Iſagoges author: ἐπὶ δὲ τῶν συντετρημένων εἰς τὸ ἀπευθυσμένον διαβάλλομεν τὸν δάκτυλον εἰς τὴν ἕδραν, ἐπὶ τὸν ἕτερον ἄκρον τῆς μηλωτίδος, [illegible] Sic enim hic locus legendus mihi videtur, contra noſtrorum codicum fidem.

τοῦ δὲ ὠμολίνου τὰς ἀρχὰς] Illud ſignificat lini capita bis térve ſuis extremis intorquenda & connectenda, ne iterum fiſtulam ſubeant. Quod reliquum ex lino dependet, cum altero capite intortum in nodum vinciendum, vt laxè cutem quæ ſupra fiſtulam eſt teneat.

[illegible]] Id ſua obire negotia & conficere ſignificat, phraſi Ionica & populari, pro [illegible]. Quod Celſus his verbis expreſſiſſe videtur. Interim autem licet negotia agere, ambulare, lauari, cibum capere perinde atque ſaniſſimo. Vidus certè alio ſenſu ſumpſiſſe videtur atque pro [illegible] [illegible] aut [illegible] legiſſe. A

ἄχρι διαγνώσιος] Id in omnibus exemplaribus adſcriptum, reliquum curationis perſequitur. Priore namque modo fiſtulæ callus tantum abſumi videtur, lino bis die ſaluo nodo ducto, ſic vt ſubeat fiſtulam pars quæ ſuperior fuerit. Hæc verò curatio media interpoſita fiſtulæ corpora per linum ſecat. Iſtud tamen ad lini deligationem conſequitur, ideoq; à quibuſdam rectè hæc verba omittuntur, quorum ne mentionem quidem ex codicibus Italicis Caluus feciſſe videtur. ἐκλύειν δὲ σπουδῇ] Fiſtula exeſa, linum paulatim cutem quæ ſupra fiſtulam eſt incidens, quatenus laxatur, eatenus ſingulis diebus intendendum & adſtringendum, ſemper intorquendo, vt pars quæ extra fiſtulam eſt in eam ſubeat. Sic enim fiſtulæ intermedia ſpatia paulatim inciduntur, ſimulq; & id ſaneſcit quod à lino relictum eſt, & id quod ab eo mordetur, inciditur. Sed hic curationis modus tardus eſt, & eorum qui præ timore Chirurgiam recuſant, eamq; vt doloris pleniſſimam & conuulſionibus obnoxiam reſpuit noua Chirurgorum diſciplina, quæ totum id corpus quod in medio duorum oſculorum ſitum eſt, falce fiſtulari aut ſcalpello reſecandum iubet, ex Pauli ſententia. B

ἢν δὲ ἐν τῷ ἀφιέναι]Neq; committendum eſt (ſcribit Celſus) vt linum putreſcat, ſed tertio quoq; die nodus reſoluendus eſt, & ad caput alterum recens linum alligandum, eductoq; vetere, id in fiſtulam cum ſimili nodo relinquendum.

ἐπὴν δὲ διαβρωθῇ] Exeſa fiſtula, callus exterendus & abſumendus, ſordes detergendæ, & medicamentis exitus dandus. Quam in rem ſpongiam mollem quàm tenuiſſimam, vt fiſtulæ ſinum ſubeat, melle intinctam, in collyrij modum imponit, callum exedens medicamentum ſpecillo auerſo reſpergitur, dein altera ſpongia apponitur, quæ manantem ſaniem excipiat, & deligatur. Quod etiam in ſinibus curandis faciendum præcipit * Galenus. Spongia autem mollis inditur, ne aſperitate lædat, ſed vt totum fiſtulæ ſpatium æqualiter impleat, & deſiccet, quod vt efficaciùs præſtetur, melle intingitur. Sic Celſus tenuia quædam penicilla intus demittit, vt cutis hoc ipſo extenuetur, quo extenditur. Linamenta quoq; ſi purgandum aliquid videtur, melle intincta imponit. Vinculum autem quo vtitur, vt hæc omnia contineantur, poſtea explicabitur. * *Lib. 2. ad Glauc.*

καὶ αὖθις ταύτῃ τῇ αὐτῇ ἐπιδεῖν] Illud ἐπιδεῖν de ſpongia ſuprà poſita vinculo alliganda & retinenda intelligendum videtur. C

ὁ χιτὼν τῆς σύριγγος ἀποτακῇ]ἀποτακῇ legunt duo exemplaria Regia manu ſcripta, non obſcuro ſenſu, vt intus tunica fiſtulæ calloſa intra hoc tempus his remediis conſumatur. Eſt verò fiſtulæ tunica Hippocrati, quod corium calloſum Chirurgis dicitur, aut callus, ſolida quædam & alba, & humoris expers caro, dolorem non ſentiens (vt ſcribit Paulus) quæ vetuſtate in fiſtula colligitur, & neminem fallit (ſcribit Celſus) Callum iſtum medicamentis idoneis exterendum docent * Celſus, † Paulus, & ** Aëtius, in quem vſum calcem etiam aut ſaponem, aut auripigmentum adhibent recentiores Chirurgi Quidam etiam ferro candenti callum eximendum cenſent. At Vidus in recenti Chirurgiæ diſciplina imprimis grauis author, callum eximi nihil eſſe neceſſe exiſtimat, quin potius ad cicatricem ducendam plurimùm facere. In quo certè tum veteris, tum recentioris Chirurgiæ decretis non parum aduerſatur.

* *Cap. 28. lib. 5.* † *Cap. 49. lib. 4.* ** *Cap. 85. lib. 2. tetrab. 4.*

τὸ δὲ λοιπὸν] Illud ἐν τῷ λοιπῷ magna interpretum pars de ſpongia externa alliganda accipit. Per hanc etiam compreſſa fiſtula, ac velut explicatis rugis expanſa, neque quibuſdam ſui partibus agglutinabitur, aut quibuſdam implebitur, ſed ex æquo vniuerſa ſaneſcet. Mihi verò iſtud de ſpongia intrò immiſſa intelligendum videtur, quæ ex æquo vniuerſas fiſtulæ partes cogat, explicet, diducat & aperiat, efficiatque vt in vniuerſum ipſa in ſeſe ſaneſcat, neq; hac parte glutinetur lateribus in ſeſe commiſſis, alia verò carne impleatur. Eſt autem curationis ordo, vt exeſo callo ſordes repurgandæ & detergendæ ſit, deinde purum vlcus implendum & glutinandum, eamque ad rem multa in hac diſciplina tum à veteribus, tum à recentioribus ſcribuntur. Celſus verò puro vlcere maiorem glutinandi quàm implendi diligentiam eſſe vult. Cuti autem exteriori circumponenda ſunt medicamenta, quæ valde quidem exſiccent nec mordeant. quale eſt medicamentum Galeni Cirrhum dictum à fuluo colore, quo ſe vſum in fiſtulis teſtatur, & deſcribitur † lib. 2 comp. pharm. κατὰ γένη, aut Phœnicinum & Diachalciteos, quo ſe in fiſtulis efficaciter vſum ſcribit lib. 1. κατὰ γένη. Admonendum porrò videtur hunc locum in membranis quibuſdam Regiis longè aliter hunc in modum legi: [illegible]. Quibus verbis medicamenti mixtura indicatur, vt ſit mellis hemina dimidia floris æris vſti cyathi tres, eo læuigato ſpongiæ illinuntur, fiſtula per digitum repurgata perfunditur medicamento, ſpongia abſtergitur, demum alligatur. Atq; eo medicamento poſt extritum callum repurgatur fiſtula ad curationem vſque, quemadmodum collyrius ex ærugine & melle cocto, ad repurgationem vtendum præcipit Aëtius, in eamq; rem ſpongiam melle cocto illitam aut linamenta in collyrij modum compoſita, melle tincta adhibet Celſus. Quò magis hic locus de intromiſſa ſpongia intelligendus venit. Ac ſimile fere eſt medicamentum quod expeditiſſimum eſſe & ex primis medicamentis Megeti attributum ſcribit Celſus. Recipit æruginis raſæ contritæ denarios duos (* Paulus denarios 12. adſcribit) ammoniaci thymiamatis denarios duos, [illegible] liquatur, eoq; infuſo ex ærugine colligitur, & collyria oblonga illinuntur. Hîc autem pro ξυμμαρανθῇ, συρριγγωθῇ videntur legiſſe Caluus & Vidus Vidius. D E

† *Lib. 2. ad Glauc.* **Cap. 49. lib. 4.*

[1] Ἢν δὲ μὴ διαβεβρωμένη ἡ σύριγξ, περιμηλώσας μήλῃ, τάμνειν ἕως ἂν διέλθῃ, καὶ ἐπιπάσαι ἄνθος χαλκοῦ. καὶ ἐᾶν ἐπὶ πέντε ἡμέρας. καταχέειν δὲ ὕδωρ θερμὸν καὶ ἐπιδεῖν ὕδατι φυρῶν ἄλφιτον καταπλάσαι καὶ φύλλα τεύτλων ἐπιδεῖν. ἐπὴν δὲ ἐκπέσῃ τὸ ἄνθος τοῦ χαλκοῦ, καὶ καθαρὸν ᾖ τὸ ἕλκος τῆς σύριγγος, ἰᾶσθαι ὥσπερ τὸ ἔμπροσθεν. ἢν δὲ ἐν χωρίῳ ᾖ, ὃ μὴ οἷόν τε, βαθεῖα δὲ καὶ ἡ σύριγξ, ἄνθει χαλκοῦ καὶ σμύρνῃ, καὶ λίτρῳ οὔρῳ διεὶς, κλύζειν, καὶ ἐς τὸ στόμα τῆς σύριγγος μολύβδιον ἐντιθέναι, ὅπως μὴ ξυμφύηται. κλύζειν δὲ πτερῷ, σύριγγα προσδήσας πρὸς κύστιν. καὶ καθεὶς ἐς τὴν σύριγγα, πρὸς τοῦτο διαγγέλλειν κλύζειν. ὑγιὴς δὲ οὐ γίνεται, ἢν μὴ τμηθῇ.

Quòd ſi fiſtula minimè exeſa fuerit demiſſo ante ſpecillo, ferro quoad penetrarit aperienda, & æris flore reſpergenda, & per dies quinq; linenda. Tum aqua calida affundēda, & farina aqua ſubacta ſuperimponenda foliaq; betæ alliganda. Atq; vbi æris flos deciderit, purumq; fiſtulæ vlcus fuerit, eadem, quæ priùs, curatio adhibenda. Sin locus ferramentum ferre nō poteſt, alteq; penetret fiſtula, flore æris, myrrha, & nitro ex vrina dilutis colluitur, & in fiſtulæ oſculum plumbeū aliquid immittitur, vt ne coaleſcat. Abluere autem fiſtulam conuenit per pennam veſicæ alligatam, & in fiſtulam demiſſam, vt per hanc infuſum tranſmittatur. Verùm non niſi ſectione ſaneſcit. F G

[1] ἰᾶσθαι ὥσπερ τὸ ἔμπροσθεν]Eam certè curationem intelligere mihi videtur, quam in exeſa per linum fiſtula extrito callo adhibuit ſinū repurgando & detergendo, tum demum glutinando & deſiccando. Quam in rem betæ folia moderatè ſiccantia accommodantur, quæ etiam eadem ratione luxationi cum vlcere lib. de art. apponuntur.

ἢν δὲ ἐν χωρίῳ ᾖ] Si fiſtula intus procedit, quò ferramentum tutò peruenire non poſſit, aut duplicem aut multiplicem fiſtulam eſſe exiſtimamus, adeò vt in anfractuoſos illos cuniculos collyrium immitti nequeat, quod vnam partem curet, reliquas omittat, medicamenta callos exedentia ex aceto aut alio liquore ad rem accommodè per oricularium clyſterem intro infunduntur, vt ſcilicet omnes multiplicis fiſtulæ ſinus permeent. Eadem quoque (vt ſcribit Celſus) ex vino interdum liquanda, vel ſi ſordidior fiſtula eſt, ex mulſo, ſi calloſior ex aceto ſunt, atque intus infundendum quicquid inditum eſt. Eadem etiam medicamenta arida in calamum ſcriptorium iniicienda ſunt, iſque ori fiſtulæ aptandus, inſpirandumque vt ea medicamenta intrò compellantur. Eam verò in rem recentiores Chirurgi aquam Chymica arte extractam, qua aurifices vtuntur adhibent, fiſtulas colluunt, aut Ægyptiacum & ſublimatum cum arſenico, lixiuio & aqua plantaginis diluunt, indeque collyria per oricularium clyſterem infundunt, quibus etiam nitroſa & fellea medicamenta ex Arnoldi præcepto diſſoluunt. Galenus † verò in fiſtula anguſti oris & profunda, necdum tamen calloſa H

A loſa ſed ſordida, primùm immiſſo lixiuio ſordem deterſit, poſtea medicamentum Cirrhum dictum impoſuit, quod etiam teſtantur Paulus & Aëtius. † *Lib. 2. ad Glauc.*

μολίβδιον ἐντιθέναι] Plumbeum aliquid in fiſtulam immittendum ſignificat quod latera diſtendat ne coeant, internaque ſiccet, vt plumbum. Quidam plumbeam glandem aut collyrium eſſe volunt.

κλύζειν δὲ πηρῷ] Ad perluendos ſinus † Galenus pyulcum aut fiſtulam æneam aut corneam recto ductu perforatam exhibet. Quòd ſi medicamenta paulò craſſiora aut magis emplaſtica immittenda ſint, ſuillæ veſicæ fiſtulam lati foraminis adiicit.

† *Lib. 2. ad Glauc.*

* Ἢν ὁ ἀρχὸς φλεγμαίνῃ, καὶ ὀδύνην ἔχῃ καὶ πυρετὸς, καὶ ἐς ἄφοδον θαμινὰ καθίζῃ, καὶ μηδὲν ὑποχωρέῃ, καὶ ὑπὸ τῆς
B φλεγμασίης δοκέῃ ἐξιέναι ἡ ἕδρη, καὶ ἐνίοτε στραγγουρίη ἐπιλαμβάνῃ. τοῦτο τὸ νόσημα γίνεται, ὅταν φλέγμα ἐς τὸν ἀρχὸν κατασκήψῃ ἐκ τοῦ σώματος. ξυμφέρει δὲ τὰ θερμὰ, δύναται γὰρ τὰ τοιαῦτα προσφερόμενα λεπτύνειν καὶ ἐκτήκειν τὸ φλέγμα, καὶ ἅμα τὸ δριμὺ, ὅ ἐστιν ἁλμυρὸν, ἐξυδαροῦν. ὥστε μὴ εἶναι τὸ καῦμα, μηδὲ δῆξιν τινὰ ἐν τῷ ἐντέρῳ. θεραπεύειν οὖν χρὴ ὧδε. καθίζειν ἐς ὕδωρ θερμόν. καὶ τρίψαντα τοῦ κόκκου τοῦ
C κνιδίου ἑξήκοντα κόκκους, διεῖναι ἐν οἴνου κοτύλῃ, καὶ ἐλαίου ἡμικοτυλίῳ χλιήνας, κλύζειν. ἄγει δὲ τοῦτο φλέγμα καὶ κόπρον. ὅταν δὲ μὴ ἐν τῷ ὕδατι καθίζῃ, ᾠὰ ἑψήσας ἐν οἴνῳ μέλανι εὐώδει, προστιθέναι πρὸς τὴν ἕδρην. ὑποτιθεὶς τι κάτωθεν θερμόν. ἢ κύστιν ὕδατος θερμοῦ πλήσας. ἢ λίνου σπέρμα πεφωγμένον ἀλέσας, τρίψας, καὶ μίξας ἴσον ἀλήτου
D ἐν οἴνῳ μέλανι καὶ εὐώδει, καὶ ἐλαίῳ, καταπλάσσειν ὡς θερμότατα. ἢ κριθὰς μίξας, ἢ στυπτηρίην αἰγυπτίην τετριμμένην. ἔπειτα πλάσσειν βάλανον μακρήν. καὶ χλιαίνων πρὸς πυρὶ καταπλάσματι ἢ πυρίῃ, καὶ τοῖσι δακτύλοισι περιπλάσσειν. ἔπειτα ἀκριβῶς χλιηρὸν ποιέων, ἐντιθέναι ἐς τὴν ἕδρην. τὰ ἔξωθεν δὲ κηρωτῇ περιαλείφειν. καὶ καταπλάσσειν σκορόδοισιν ἑφθοῖσιν ἐν οἴνῳ μέλανι κεκρημένῳ. ἔ-
E πειτα δὲ ἐξαιρέειν, ἐς ὕδωρ θερμὸν ἐγκαθίζειν. καὶ συμμίξας χυλὸν στρύχνου, καὶ χηνὸς καὶ ὑὸς στέαρ, καὶ χρυσοκόλλαν, καὶ ῥητίνην, καὶ κηρὸν λευκόν. ἔπειτα διατήξας ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ ξυμμίξας, τούτοισιν ἐγχρίειν. καὶ ἕως ἂν φλεγμαίνῃ, καταπλάσσειν τοῖσι σκορόδοισι θερμοῖσι. καὶ ἢν μὲν ὑπὸ τούτων ἀπαλλάσσηται τῆς ὀδύνης, ἀρκείτω. ἢν δὲ μὴ, πίσαι τὸ μηκώνιον τὸ λευκόν.
F ἢν δὲ μὴ, ἄλλο ὅ τι φλέγμα καθαίρει. διαιτᾶν δὲ ἕως ἂν φλεγμαίνῃ ῥοφήμασι κούφοισιν.

Si verò rectum inteſtinum inflãmatione tentetur, dolor ac febris teneat, crebraq; ſit deſidendi cupiditas, nihil tamen deiiciat, præ inflãmatione videatur ſedes procidere, interdũq; vrinæ ſtillicidiũ prehendat, quod morbi genus oritur, cũ pituita ex corpore in rectum inteſtinum incubuerit. Confertur autem calida, quæ certè pituitam extenuare & eliquare valent, ſimulq; quod acre eſt & ſalſum in humorem ſoluere, ita vt neq; æſtus, neq; morſus aliquis in inteſtino ſentiatur. Hæc igitur eſt curatio. Ægro in aqua calida deſidere iuſſo, grani Cnidij ſexaginta grana trita, vini hemina diluũtur, adiectaq; olei dimidia hemina, tepido aluus ſubluitur. Hęc pituitã & ſtercus educũt. Vbi verò in aqua nõ deſidet, oua vino nigro odorato incocta, ad ſedem admouentur, inferne ſubſtrato calido aliquo, vel veſica aqua calida referta, aut lini ſemine toſto, trito, & in tenuiſſimũ puluerem redacto, cũ pari farinæ modo, vino nigro odorato & oleo ſubacto, ex cataplaſmate quàm calidiſſimè impoſito. Aut ex hordeo alumini Ægyptio cõtrito mixto, glans oblonga cõficitur, eoq; ex igne tepido cataplaſmate aut fotu adhibito, digitis glãs effingitur, deinde omnino tepida in ſedem immittitur. Exterioribus partibus ceratum oblinitur, & allia vino nigro diluto incocta, ex cataplaſmate admouentur. Hoc verò ſublato, æger in aqua calida deſidere permittatur, admixtoq; ſolani ſucco, anſerino adipe & ſuillo, chryſocolla, reſina & cera alba, his deinde ſimul liquatis & inter ſe mixtis illinitur, & quoad inflammatio perſeuerauerit, cataplaſma ex alliis coctis admouetur. Ac ſiquidẽ his remediis dolor cedat, ſatis eſt præſidij. Sin minùs, meconium album potui exhibeatur, aut aliud quodpiã quod pituitam purget, dumq; inflammatio manet, leuibus ſorbitiunculis vtatur.

* Ἢν ὁ ἀρχὸς φλεγμαίνῃ] Fiſtularum podicis aggreſſionem plærunque ani inflammatio, procidentia, febris ac dolor comitantur, interdum crebra & irrita deſidendi cupiditas (teneſmum dicunt) aut vrinæ ſtillicidium ſuccedit. His malis ritè & ex ordine ſuccurrendum docet Hippocrates, ab ani inflammatione exorſus. Ferè enim quæ circa fiſtulam ſunt habent aliquid inflammationis, vt ſcribit Celſus. Cæterum θαμινὰ πυκνὰ exponit hoc loco Erotianus, etſi libri περὶ αἱμορροΐδων teſtimonio vtitur, vt huius libelli cum eo qui ſequitur tantam connexionem indicet, vt eadem deſignatione comprehendantur, quod etiam facit Gal. in Exegeſi.

καθίζειν ἐς ὕδωρ τὸ θερμὸν] Fomentum ex aqua calida præter quàm quòd pituitam recto inteſtino affixam eliquat & extenuat, etiam quod ſalſum eſt diluit, acrimoniam diffundit, temperat, lenit, dolores quoque & diſtentiones mitigat, ex eaque inſeſſus parantur, adiectis maluæ, fœnigræci & lini ſeminibus. Sæpe verò vbi aliquid inflammationis eſt, irrigationes ex vino aut oleo omphacino, myr-
G theo, aut roſaceo fiant. Celſus quoque ferè in ani vitiis deſidere in aqua calida ægrum præcipit, interdumque ex aqua in qua verbenæ decoctæ ſunt ex reprimentibus.

ᾠὰ ἑψήσας ἐν οἴνῳ μέλανι] Celſus in ani rhagadiis & condylomatis columbina oua cocta ad fotum adhibet. Quæ vbi purgata ſunt & teſta nudata, magnam calefaciendi vim & leniendi retinent. Ea vino nigro, auſtero & odorato incocta adſtringendi & firmandi vim habent, aqua ad fotum Celſus incoquit, & oua columbina vt calidiora adhibet. Gal. lib. 9. κατὰ τόπ. ad ardentes ſedis dolores oui aſſati vitellum vino albo terit, & cerato myrtheo exceptum illinit.

ἢ κύστιν ὕδατος θερμοῦ] Veſicam aquæ plenam adhibet Hippocrates pro fomento, quæ diutiùs calorem retineat. Eam in rem quoque ad teneſmum, glomerem ex ſtaminibus calidis ſedi apponunt, aut furfures calidos in faſciculum deligatos, aut ſpongiam, aut aliud quid in genus, ex *Pauli præcepto. Cataplaſma verò ex lini ſemine & farina vino odorato & oleo ſubacta, molliendi, leniendi & mitigandi doloris vim habet. * *Cap. 41. lib. 3.*

ἢ στυπτηρίην αἰγυπτίην] Glans iſta ex alumine ſuppoſita anum laxatum reprimit & firmat. Sic ad id alumen lana circundatum & ita
H appoſitum, idemque ex inferiore parte inditum, eſſe idoneum medicamentum ſcribit †Celſus. Hîc verò quidam καταπλάσματι ἢ πυρίῃ omittunt, quæ tamen de cataplaſmate & fotu adhibendo intelligenda videntur.

† *Cap. 18. lib. 4.*

τὰ ἔξωθεν δὲ] Exterioribus partibus ceratum illinit, vt inflammationem arceat & dolorem mitiget. Exemplaria verò quædam manu ſcripta Regia περιαλείφειν pro περιπλάσσειν legunt. Cataplaſma ex alliis ad pituitam huius affectus cauſam adhibetur, quam calefaciendo diſcutit, ſed acrimoniam aqua calida poſtea diluit.

καὶ συμμίξας χυλὸν στρύχνου] Hoc medicamentum mixtas habet facultates digerendi, diſcutiendi, repellendi & leniendi. Moderatum quoque eſt & minimè mordet ex adipum & reſinæ mixtura, vnde etiam emollit. Hæc quoque chryſocollæ acrimoniam, quamuis non valentem (vt vult Gal.) frangit & diluit.

μηκώνιον τὸ λευκὸν] Hic Meconium (vt alias) diximus, peplum intelligentes, quo vtebantur antiqui ad pituitam & bilem deturbandam. Et Hippocrates lib.7.epid.& lib.4.de rat.vict. in morb. acut. Meconium ad aquas educendas exhibet. Meconium autem peplum intelligi teſtatur Galenus in Exegeſi, exponens *μηκώνιον ὃ πέπλον καλοῦμεν, ὃν καὶ μηκωνίτην ὀνομάζουσι*. Quo nomine papauer ſpumeum quidam vertunt, peplum ſubaudientes, quam Meconium aphrodes dici ſcribit † Plinius ex Dioſcoride cap.168.lib.4. eademque ratione *μηκωνίδιον* ab Aëtio vocari, & contra viperas commendari quidam ſcribunt. A

† *Lib.27.Cap.12.*

ῥοφήματα ποιέουσι] *ῥοφήματα* legit Caluus quam lectionem veram exiſtimo. Quidam etiam codices *τρυφήματα* habent, & delicias aut delicatum cibum accipiunt. Neque temerè apud Hippocratem *τρύφημα* *καὶ ὁ τροφὴ* accipitur. etſi *τρόφιμα* ſint quæ ad victum neceſſaria dicuntur. Victum autem tenuem, vtpote ſorbitiunculas, rectè inflammationis metu exigit. Celſus quoque in ani vitiis per primos dies ægrum ſorbitionibus ſuſtinendum præcipit.

At vrinæ ſtillicidium ex his ſuccedit, cùm veſica à recto inteſtino incaleſcente, calore pituita adducitur, vrinæ verò ſtillicidium ex pituita gignitur. Hoc igitur vnà cum morbo plærunque finitur, alioqui medicamenta quæ ad vrinæ ſtillicidium faciunt exhibentur.

[7] ἢ δὲ στραγγουρίη ἐπιγίνεται ἐκ τῶνδε, θερμαινομένη ἡ κύστις ἐκ τοῦ ἀρχοῦ, προσάγεται τῇ θερμότητι φλέγμα. ἀπὸ δὲ τοῦ φλέγματος στραγγουρίη γίνεται. καὶ παύεται ἅμα τῇ νούσῳ παύη. φιλέει γὰρ ὡς τὰ πολλὰ οὕτως γίνεσθαι. καὶ ἢν μὴ, δίδου τῶν φαρμάκων τῶν στραγγουρικῶν. B

[7] *ἢ δὲ στραγγουρίη*] Ad recti inteſtini inflammationem vrinæ ſtillicidium & ſtranguria vicinitatis ratione ſuccedit, quod conſortij lege facilè ad veſicam inflammatio & intemperatura tranſmittantur ex aph.58.lib.5. Pituita verò calore liquata & tranſmiſſa, facilè adhæreſcit, & craſſitudine vrinæ viam obſtruit, interdum quoque ſua acrimonia ac putrilagine veſicam mordet & ad excretionem incitat. Eſt vbi vrinæ ſtillicidium vnà cum ani inflammatione ceſſat, interdum etiam diutiùs perdurat, quo caſu præſidiis ad ſtranguriam vtendum, ex aph.36.& 48.lib.7. C

Si verò anus procidat ſpógia molli ſurſum impellendus, & cochlea illinendus, manibus deuinctis homo pauco temporis interuallo ſuſpenditur & intus reponitur. Quod ſi ampliùs prolabatur, neque intus maneat, ilibus præcinctis, & ſubmiſſa retro faſcia, ano intro propulſo, ſpongia mollis aqua calida, in qua loti ſcobes incoxerit, madefacta admouetur, ſpongiaq; expreſſa eadem aqua anus perfunditur: tum faſcia, inter media crura ſubiecta, ad vmbilicum religatur. Vbi verò deiiciendæ alui cupiditas fuerit, id ſuper quã maximè anguſtos aſſeres fiat. Sin puer ſit, intra mulieris pedes, ad genua reclinatus, deſidat. Cumq; aluus deiicitur crura diſtenta habeat. Hoc enim pacto ſedes minimũ prolabitur. At ſi anus humore madeat & ſanie diffluat, aqua ex myrtho & fæce vini vſta eluitur, & adiantum tritũ, cribratũ inſpergitur. Si ſanguis profluat, vbi iiſdem elutus fuerit, chalcitis & cupreſſi, vel cedri, vel pini, vel terebinthi ſcobes trita, pari ad chalcitidem portione ammixta inſpergitur. Exteriores partes cerato craſſo oblinuntur.

[8] καὶ δὲ ὁ ἀρχὸς ἐκπίπτῃ, αἰώσας σπόγγῳ μαλθακῷ, καὶ κοχλίαις καταχρίσας, τὰς χεῖρας δήσας, ἐκκρέμασον ὀλίγον χρόνον, καὶ ἐσίζει. καὶ δὲ μᾶλλον ἐκπίπτῃ καὶ μὴ ἐνδῇ, διαζώσας ἐν τῇσι λαγόσι, καὶ ὑφεὶς ὄπισθεν ταινίην, ὤσας ἔσω τὸν ἀρχὸν, προσθεῖναι σπόγγον μαλθακὸν βρέξας ὕδατι θερμῷ, ἐν ᾧ ἑψήσας λωτοῦ πρίσματα. καταχέειν δὲ καὶ κατὰ τοῦ ἀρχοῦ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ὕδατος, τὸν δὲ σπόγγον ἐκπιέσας. ἔπειτα ἀποτείνας τὴν ταινίην διὰ μέσων τῶν σκελέων ἀναδῆσαι πρὸς τὸν ὀμφαλόν. ὅταν δὲ θέλῃ ἀφοδεύειν, ἐπὶ στενὸν ὡς στενότατον ἀφοδευέτω. καὶ δὲ παιδίον ᾖ, ἐπὶ γυναικὸς τῶν ποδῶν πρὸς τὰ γούνατα προσκλιθεὶς ὅταν δὲ ἀφοδεύῃ, τὰ σκέλεα ἐκτεινάτω. οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα ἐκπίπτοι ἡ ἕδρη. καὶ δὲ ὑγρανθῇ ὁ ἀρχὸς, καὶ ἰχὼρ ἀπορρέῃ, προσκλύσαι τρυγὶ κεκαυμένῃ καὶ ὕδατι ἀπὸ μυρσίνης. καὶ ἀδίαντον ξηρήνας καὶ κόψας, διασήσας καταπάσαι. καὶ δὲ αἱμορροῇ, προσκλύσας τοῖσιν αὐτοῖσι χαλκῖτιν καὶ πρίσματα κυπαρίσσου, ἢ κέδρου, ἢ πίτυος, ἢ τερμίνθου τρίψας, συμμίξας τῇ χαλκίτιδι ἴσον, καταπλάσσειν. τὰ ἔξωθεν δὲ κηρωτῇ παχείῃ περιαλείφειν. D E

[8] *καὶ δὲ ἀρχὸς ἐκπίπτῃ*] Procidentis ani quædam ſcribuntur cauſæ ab Hippocrate Prorrh.2. Prociditque anus interdum inflammatione & fluxione, interdum intemperie frigida humida, vt in pueris, aut ob nimiam mollitiem & humiditatem laxatis corporibus neruoſis & imbecillioribus redditis membranis, quibus oſſi ſacro & lumbis connectitur. Prolabitur quoque ab aliquo præter naturam humore acrimonia irritante, aut ob nimiam egerendi contentionem, vt in dyſenteriis & teneſmis. Velut hîc quoque à pituita in rectum inteſtinum decumbente anum exire ſcripſit Hippocrates, aut ex inflammatione, ad quam perpetua irritatio ad excretionem, aut vrinæ ſtillicidium ſequitur. In hac curatione ſiqua ſordes ano inhæſit, primùm detergenda, deinde fotus ex rebus adſtringentibus & exſiccantibus adhibendi. Demum vnctiones, inſperſiones puluerum, infuſiones, & denique balnea vſurpantur. Inflammationis materia laxantibus medicamentis & reſoluentibus digeritur, partim repellentibus & roborantibus admixtis. Tandem anus intrò manu propellitur, decoctis præſcriptis fouetur, & ſpongia medicamentis imbuta adhibita conuenienti deligatione detinetur. Quam in rem ſcribuntur nonnulla à Galeno lib.9. comp.pharm. *κατὰ τόπ.* & Paulo cap.59.lib.3. & Aëtio cap.7.& 8. lib.2.tetrab.4. & Celſo cap.18.lib.6. Ad extremum etiam, vbi neque medicamentis, neque victus ratione malum ſuperatur, Leonides vſtionem præcipit apud Aëtium. F G

αἰώσας σπόγγῳ μαλθακῷ] Hic ſecuti ſumus omnium exemplarium fidem *αἰώσας* legentes, vt intrò retrudi ſedem ſpongia molli deterſam conſulat Hippocrates. Alij *αἰονήσας* legiſſe videntur, ac ani fotum ex mollis ſpongiæ perfuſione intelligere, quò anus ſordibus & craſſioribus humoribus ante perluatur & detergatur. Quam ad rem hydromelite, muria, aqua marina multi vtuntur, Hippocrates verò aqua calida. Caluus verò vtranque lectionem ſecutus videtur.

καὶ κοχλίαις καταχρίσας] Incertum eſt an cochlearum carnes læuigatas, an verò earum mucum (*μύξαν κοχλίου* vocat * Galenus) intelligat. Hæc enim valentiſſimè deſiccant & glutinant, idque citra aſpritudinem & morſum, qua ratione ſedi ſunt accommodatiſſima medicamenta, vt ſcribit † Galenus. Quin & detergendi vim habent, adeò vt etiam inter ſmegmata ad lentigines, varos & faciei maculas eluendas, cochlearum magnatum terreſtrium mucum (quem *ἰχῶρα* vocat) vſurpet ** Aëtius. Cochleæ etiam vnà cum teſtis læuigatæ eandem vim habent, ac præterea valenter diſcutiunt, vnde toti ventri aqua intercute laborantium & arthriticis tumoribus impoſitæ commendantur Dioſcoridi & Galeno *κοχλίας* autem dicitur Dioſcoridi & Galeno, quæ hîc *κοχλίας* Hippocrati, aut vt habent omnia exemplaria *κοχλίας*, idq; fortaſſe quòd eadem *κόχλος* dicatur. Nam quem †† Dioſcorides *κοχλίαν σίφωνα*, Epicharmus apud Athen.(lib.2.) *κόχλον σίφωνα* appellat. Indeque etiam factum eſſe opinor, vt Caluus concham acceperit, perperamq; hunc locum de ſpongia aqua calida ex concha imbuta & deligata acceperit. H

†*Cap.1.lib.11.ſimpl.med.* **Lib.9.Comp.Pharm.κατὰ τόπ.* ††*Cap.10.ſerm.4.tetrab.2.* ** *Cap.11.lib.2.*

τὰς χεῖρας δήσας] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, vt hominem alligatis manibus ſuſpendi iubeat, & ad latera extenſis, quod ſæpe aliàs fieri præcipit lib.de artic. cùm præſertim ita collocandus homo ſit, vt pedes ſurſum vergant. Caluus iſtud de ſpon-

A ſpongia manibus expreſſa & alligata accipit. Sed cùm illud τῶν χειρῶν δήσας ἐ manibus deligatum & ſuſpenſum hominem indicet, mihi ſuſpecta quodammodo hæc lectio videtur, pro qua κοχλίῃ τῷ χρηστῷ non malè legi poſſe exiſtimo, cùm præſertim terreſtris cochleæ muco aut ſaliua illinendam ſedem præcipiat.

ἐ σείσας] Sic quoque legunt exemplaria omnia quæ ſecutus ſum, cum magno interpretum conſenſu, vt ſit, ... anus ac reponitur. Vidus ἐσείσθω aut ἐκσείσθω legiſſe videtur, vt de homine ſuſpenſo concutiendo intelligat.

διαζώσας ἐν τῷ τραχήλῳ] Sic etiam legunt omnia exemplaria, ἐν τῷ ἰσχίῳ tamen malim. Hæc autem vinculi ratio duabus faſciis continetur, vna ad ilia cingitur, altera priori mediæ aſſuitur, quæ in dorſum per poſteriora ad anum recta ducitur, indéque per interfœmineum & naturale ad vmbilicum porrecta religatur, T literæ figuram referens, ei iuncturæ ferè ſimilis, quam Soranus ex tribus capitibus ad ſcroti vitia accommodat libro de faſciis. Eandem habet vim quo Celſus ad ani condylomata vtitur. Vinculum ei loco linteolum aut panniculus quadratus eſt, qui ad duo capita duas anſas, ab altera verò parte totidem faſcias habet, cumque ſubiectum eſt, anſis ad ventrem datis à poſteriore parte in eas adductæ faſciæ coniiciuntur, atque vbi arctatæ ſunt, dexteriori ſiniſtra, ... riori dextra procedit, circundatæque circa aluum inter ſe nouiſſimè nodo deligantur. Hic porrò omnia exemplaria ... gunt, pro ἐς ὀμφαλὸν, quam lectionem magno interpretum conſenſu retinuimus, eamque genuinam eſſe exiſtimamus, & à Caluo ex codicibus Vaticanis aſſeruatam. Vidus tamen ... legiſſe videtur.

ἐς ἰσχίον ὄπισθεν] ἐς ἰσχίον ὄπισθεν ταινίῃ, legiſſe videntur omnes interpretes, contra tamen exemplarium omnium fidem. Quin & membranæ omnes manu ſcriptæ ἰσχίον ὄπισθεν ἐκ τοῦ διαζώματος legunt. Quam etiam lectionem planiorem exiſtimo, vt ex cingulo altera faſcia per dorſum & poſteriora ſubmittatur, & per intermedia crura porrigatur. Eamq; etiam approbaſſe videntur interpretes, hoc modo, ἐς ἰσχίον ὄπισθεν ἐκ τοῦ διαζώματος ταινίῃ. Mihi verò ſic quoque poſſe conſtare videtur, ἐς ἰσχίον ὄπισθεν ἐκ τοῦ διαζώματος ... ἴσω τὸν ἀρχὸν, vt faſcia ſedes intrò compulſa reponatur, quæ ſpongiam quoque mollem aqua decoctionis adſtringentis ... maceratam & expreſſam, ad anum appoſitam contineat, ſimulq; eam firmet. Monendum quoque eſt exemplaria manu ſcripta Regia, πρὸς τὸν ὀμφαλὸν, non περὶ legere. Hanc verò zonam Hippocraticam in vteri prolapſu vſurpant practici ad vterum repoſitum ſuo loco continendum, & ſemiſphæras figura mali cera obductas in muliebrem ſinum immiſſas retinendas.

C

ὅταν δὲ δίαν ἀποπατέῃ] Eiuſmodi deſidendi habitus anum qui inter deiiciendum ob nixum facilè prolabitur, maximè continet, ſi aſſeribus anguſtiſſimis & minimùm perforatis anus comprimatur & introrſum propellatur. Codex regius vnus manuſcriptus, pro ἐπὶ σανίσιν, ἐν λασανίοισιν, vitioſè pro λασάνοισι habet. Duo quoque alia Regia exemplaria manu ſcripta, ἐν σανιδώμασι habent, in quo vitioſè priorem ſcripturam imitantur. λάσανα autem Heſychius ἀφοδευτικοὺς δίφρους, ſellas familiares exponit. Vitioſa quoque ſunt exemplaria manu ſcripta quæ ... pro ἀφοδεύων habent, vt & ſuſpecta facit adſcriptus aſteriſcus.

ἢν δὲ ὑγραίνηται ὁ ἀρχὸς] In ano procidente conſiderari debet, purúmne id ſit quod prouolutum eſt, an mucoſo humore circundatū. Si purum eſt, in aqua deſidere homo debet, aut ſalſa, aut cum verbenis, vel malicorio incocta. Si humidum, vino auſtero ſubluendum eſt, illinendúmque vini fæce combuſta. Aetius per muriam aut marinam aquam prius anum fouere ſolet, aliquando etiam ſalem tritum inſpergit, ſicque deterget donec deſtillantes humiditates extra proceſſerint. Quo tempore vbi ſanie madet, metuſque corruptionis ineſt, valde detergentia & ſiccantia non inutiliter admouentur. In quibus fæx vini vſta accenſetur. Deinde anus retrudendus & inſeſſu aut inſuſo adſtringente ex vino auſtero, in quo myrtus, aut oleæ folia aut malicorium decocta fuerint, perfundendus. Adſtringentium autem vſum & mordentium, ob loci naturam ſubtili ſenſu præditam, remi tere oportet, vt ſcribit * Gal. Ideóque adianti puluerem ſine morſu ſiccantem adhibet Hipp. Reliqua materia adſtringens plurima deſcribitur Galeno, Aëtio & Paulo.

D

ὃ πρίσμα] Terebinthi ſcobes adſtringit & ſiccat, vt & eius cortex, folia & ſuccus. Exemplaria Regia quædam manu ſcripta τερεβινθίνου legunt, qua dictione vinum ex bacciferis terebinthi ramis intelligi poteſt, quod ſimiliter adſtringit & ad fluxiones ſedis inſeſſione probatur † Dioſcoridi. Poteſt & terebinthinum oleum intelligi, vt ex his cataplaſma apparetur. Deinde ſub ea curatione ceratum foris ad inflammationem cohibendam, idque craſſius, vt diutius adhæreſcat, adhibetur. Cæterum γῆ χαλκῖτιδι pro τῇ χαλκίτιδι legendum nobis videtur, vt in Oeconomia noſtra ſcripſimus, ac locus iſte à Galeno in Exegeſi ſubnotari, cùm ſcribit: γῆ χαλκῖτις, ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς τῇ χαλκίτιδι, vt per terram Chalcitiden nil aliud quàm Chalcitis intelligatur, quæ & potenter deterget, adſtringit & ſiccat, ſiue inſpergatur, ſiue cataplaſmate adhibeatur.

E

* Lib. 9. κτ̃ τόπ. † Lib. 5. cap. 39.

ᵉ Ὅκόταν ὁ ἀρχὸς ἐκπίπτῃ, καὶ μὴ θέλῃ κατέχεσθαι, χαίρειν μέσιφι, σίλφιον ὅτι ἄριστον καὶ πυκνότατον, ξύσας λεπτὸν καταπλάσσειν. καὶ τῷ πταρμικῷ φαρμάκῳ πρὸς τὴν ῥῖνα προσφέρειν, καὶ πταρνύσθω ὁ ἄνθρωπος, ἢ ὕδατι θερμῷ προσκλύσας σίδια. καὶ στυπτηρίῃ τρίψας ἐν οἴνῳ λευκῷ, καταχέαι τοῦ ἀρχοῦ. ἔπειτα ῥάκεα ἐμβαλὼν, καὶ τοὺς μηροὺς ξυνδῆσαι ἡμέρας τρεῖς, καὶ μὴ ἐσθιέτω. οἶνον δὲ πινέτω γλυκύν. ἢν δὲ μηδὲ οὕτω διαχωρέῃ, μίλτον μίξας ὁμοῦ μέλιτι διαχριέτω.

F

Cùm rectum inteſtinum prolabitur, neque ſuo loco contineri poteſt, laſerpitium quàm optimum & denſiſſimum tenuiter deraſum ex cataplaſmate imponitur, & medicamento quod ſternutamentum moueat ad nares admoto, homo commouetur, aut aqua calida in qua mali punici putamina maduerint, & alumine ex vino albo contrito, anus perfunditur. Deinde iniectis panniculis femora tribus diebus inter ſe vinciuntur, & inedia imperatur, vinum verò dulce potui exhibetur. Quod ſi ne ſic quidem procedit, minium melle permixtum illinitur.

ᵉ σίλφιον ὅτι ἄριστον] Laſerpitium cùm acre ſit & inſigniter calefaciat (vt ſcribit Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac.) hîc non alio nomine admoueri videtur, quàm vt pituitam adhæreſcentem eliquet, ſuaque tenuitate diſcutiat & exſiccet. σίλφιον autem laſerpitij radicem vocari ſcribit Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. & in Exegeſi, καλεῖ δὲ σίλφιον καὶ τὴν ῥίζαν μόνην. At medicamentum ſternutamentum mouens ea ratione adhiberi videtur, vt eo corporis ſucceſſu egreſſum inteſtinum omnino detergeatur, purgetur, & medicamentorum fotu eluatur & confirmetur, vt repoſitum firmiùs contineatur, non ſecus ac in cholera morbo veratrum exhibet † Hippocr. Hic ergo πταρνύσθω ὁ ἄνθρωπος, de irritando ac excitando ſternutamento intelligendum videtur, eo medicamento quod nares mordeat, & ad totius corporis concuſſionem ſua acrimonia commoueat. † Lib. 5. Epid.

G

καὶ τοὺς μηροὺς ξυνδῆσαι] Femora inter ſe vincta & colligata, vt & extenta, anum ſtringunt & comprimunt, curuata & diducta relaxant. Sic Celſus ad anum procidentem intus repoſitum, imponendam plantaginem contritam præcipit, vel folia ſalicis in aceto cocta, tum linteolum, & ſuper lanam æquè deligandam, cruribus inter ſe deuinctis.

ἢν δὲ μηδὲ οὕτω διαχωρέῃ] διαχωρέειν ἀντὶ τοῦ ἀναχωρέειν poſitum videtur, vt ad anum referatur, qui intrò redit aut recedit, ideoq; procedere diximus. Poteſt & ad alui deiectionem referri, cuius ſoluendæ gratia vinum dulce exhibet. In ani nanque procidentia id ſæpè accidit, vt poſt vſum adſtringentium aluus ſiſtatur, nec niſi coacta laxetur. Mel ergo ad excretionem aluum ſolicitat, præcipuè ſi crudum adhibeatur, vt hîc volunt quidam, qui ὠμῷ μέλιτι legunt. Minium verò adſtringendo & ſiccando, vſque ſua emplaſtica rectum inteſtinum cohibet.

H

ᶠ Ἀρχὸς ἢν ἐκπίπτῃ καὶ αἱμορροῇ, ἄρου ῥίζης περιελὼν τὸ φλοιὸν, ἕψειν ἐν ὕδατι, ἔπειτα τρίψαι ἄλητον ξυμμίσγοντα, καταπλάσσειν θερμόν. ἄλλο. τῆς ἀμπέλου τῆς ἀγρίης, ἣν ἔνιοι καλέουσι ψιλώθριον, ταύτης τὰς ῥίζας τὰς ἁπαλωτάτας περιξέσαντα, ἑψῆσαι ἐν οἴνῳ μέλανι, ἀκρήτῳ, αὐστηρῷ. ἔπειτα τρίψαντα, καταπλάσσειν χλιερόν.

Anus ſi procidat & ſanguine manet, ari radicis detractus cortex aqua incoquitur, deinde tritus cum farina mixtus, calidus ex cataplaſmate imponitur. Aliud. Vitis agreſtis (quam nonnulli pſilothrion vocant) radices tenerrimæ conciſæ, vino nigro auſtero meraco incoquuntur; dein contuſæ ex cataplaſmate tepidæ imponuntur.

Immiſcetur autem farina ex vino albo atq; oleo tepido ſubacta. Aliud. Cicutæ ſemen vino albo odorato affuſo tritum, dein tepidum ex cataplaſmate imponitur.

ξυμμίσγεται δὲ καὶ ἄλευρα. καὶ φυρῆν ἐν οἴνῳ λευκῷ, καὶ ἐλαίῳ χλιηρῷ. ἄλλο. κωνείου καρπὸν τρίψαντα, διαβρέξας οἴνῳ λευκῷ εὐώδεϊ. ἔπειτα καταπλάσσειν χλιηρόν. A

" ἄρου ῥίζας] Arum terrena ſubſtantia & calida conſtans, extergendi vim poſſidet, primo ordine exſiccat & calfacit, ideóque inflammationem lenit & digerit farinæq; admixtum vi emplaſtica ſanguinem cohibet. Exemplaria quædam manuſcripta ἀγνοῦ pro ἄρου habent, quam lectionem legiſſe quoq; videtur Caluus. Verùm vitex calfacit valenter & exiccat, tenuiumq; admodum eſt partium, modicamq; habet adſtrictionem, & foliis, ſemine & floribus tantùm, non radice commendatur.

ἢ ἀμπέλου τῆς ἀγρίης] Cataplaſma hoc exterget, deſiccat, inflammationem diſcutit & lenit. * Dioſcorides & † Galenus vitem albam aut bryoniam Philothron dici teſtantur, quam hic quidam ſumunt, non vitem agreſtem. Vtraque autem vim habet inſignem extergendi & digerendi. * Cap. 184. lib. 4. † Lib. 6. ſimpl. B

κωνείου καρπὸν] Hoc cataplaſma ſanguinem ſiſtit & inflammationem repellit cicutæ ſemine. Vinum autem odoratum album inſtillatur, quod tenuium eſt partium, vt inflammationis materiam craſſiorem diſcutiat, & extremè refrigerantem cicutæ vim emendet. Tepida etiam iſta omnia admouentur, habita inflammationis cauſæ ratione.

Quòd ſi inflammatione vexetur, hederæ radix bene contrita, ex aqua cocta, farina optima ex vino albo ſubacta admixta, adiectoq; ad hæc oleo, ex cataplaſmate imponitur. Aliud. Mandragoræ radix præcipuè quidem viridis, vel certè arida: viridis igitur elota & conciſa, vino diluto incoquitur, & ex cataplaſmate adhibetur, arida verò trita ſimiliter admouetur. Aliud. Cucumeris maturi interiora trita ex cataplaſmate imponuntur.

" ἢν δὲ φλεγμαίνῃ, κισσοῦ ῥίζαν ἑψήσας ἐν ὕδατι τρίψας λεῖον, ἀλεύρῳ ξυμμίσγων ὡς καλλίστῳ ἐν οἴνῳ λευκῷ φυρήσας, καταπλάσσειν, καὶ ἄλειφα πρὸς τούτοις ξυμμίξας. ἄλλο. μανδραγόρου ῥίζαν μάλιστα μὲν χλωρὴν. εἰ δὲ μὴ ξηρήν. τὴν μὲν οὖν χλωρὴν ἀποπλύναντα καὶ ταμόντα, ἑψῆσαι ἐν οἴνῳ κεκρημένῳ, καὶ καταπλάσσειν. τὴν δέ γε ξηρὴν τρίψαντα, καταπλάσσειν ὁμοίως. ἄλλο. σικύου πέπονος τὸ ἔνδον τρίψας λεῖον καταπλάσσειν. C

" ἢν δὲ φλεγμαίνῃ] Hoc cataplaſma mixtarum eſt virium, adſtringentis nanque eſt facultatis & digerentis, inflammationeſque cohibet & lenit, humoreſq; temperat, præſertim ſi oleum adhibeatur. ἄλειφα enim ἔλαιον ἢ στέαρ exponit Gal. apud Hipp. in Exegeſi, idemque eſt quod ἄλειφαρ, & pro eodem ponitur Herodiano apud Euſtathium, & ἄλειμμα ſignificat. Cæterùm Vidus hederæ radicem vino incoqui vult, vbi pro ὕδατι οἴνῳ legiſſe videtur.

σικύου πέπονος] Hoc quoque cataplaſma mixtarum eſt virium. Refrigerat quidem & tenuium eſt partium, vnde incidentis & abſtergentis eſt facultatis. Quapropter cucumis maturus, præter quàm quòd vrinas ducit, in ſmegmata etiam tranſit, corporiq; nitorem affert, vt ſcribit Galenus, præcipueque ſemine eius areſacto & contuſo vice pulueris abſterſorij vtuntur. Interiora autem carnem & ſemen intelligit. D

At ſi dolor ſit citra inflammationem, nitrum rubrum vſtum & bene tritum, alumen & ſales torrefacti & diligenter triti, pari vtraque miſcentur pondere, deinde pice quàm optima ammixta, linteo illita imponuntur & alligantur. Aliud. Cappparis folia viridia in ſacculum conie cta adalligantur, & vbi vrere videbuntur, ſummouentur, ac rurſus apponuntur. Quod ſi folia capparis non adfuerint, radicis cortex contuſus, vino nigro ſubactus, eodem pacto alligatur, quod etiam ad ſplenis dolorem valet. Ex his cataplaſmatis quæ refrigerant, influxum prohibere valent, quæ molliunt & calefaciunt digerere, quæ ad ſe attrahunt, ſiccare & extenuare. Oritur autem hic morbus, vbi bilis & pituita ad ea loca decubuerit. Ad rectum inteſtinum inflammatione tentatum illinitur medicamento quod reſinam, oleum, ceram, plumbi recrementum, & adipem accipit. Hæc calida liquata cataplaſmate imponuntur.

" ἢν δὲ ἄνευ τοῦ φλεγμαίνειν ὀδύνη ᾖ, λίτρον ὀπτήσας ἐρυθρὸν, καὶ τρίψας λεῖον, καὶ στυπτηρίην, καὶ ἅλας φώξας, καὶ τρίψας λείους, συμμίξαι ἴσον ἑκάστου. εἶτα πίσσῃ συμμίξας ὡς βελτίστῃ ἐς ῥάκος ἐναλείψας, ἐπιθεῖναι καὶ καταδεῖν. ἄλλο. καππάρεως φύλλα χλωρὰ τρίψας ἐς μάρσιππον ἐμβαλὼν προσκαταδεῖν. καὶ ἐπὴν καίειν δοκέῃ, ἀφαιρέειν καὶ αὖθις προστιθέναι. ἢν δὲ μὴ ᾖ φύλλα καππάρεως, τὸν φλοιὸν τῆς ῥίζης κόψας, φυρήσας ἐν οἴνῳ μέλανι τὸν αὐτὸν τρόπον καταδεῖν. τοῦτο καὶ πρὸς σπληνὸς ὀδύνην, ἀγαθόν. τούτων τῶν καταπλασμάτων, τὰ μὲν ψύχοντα κωλύει ῥέειν, τὰ δὲ μαλθάσσοντα καὶ θερμαίνοντα, διαχεῖν. τὰ δὲ εἰς ἑωυτὰ ἕλκοντα, ξηραίνειν καὶ ἰσχναίνειν. τοῦτο δὲ τὸ νόσημα γίνεται, ὅταν χολὴ καὶ φλέγμα ἐς τούτους τοὺς τόπους κατασκήψῃ. ἀρχοῦ δὲ φλεγμαίνοντος διαχρίειν τῷ φαρμάκῳ, ὅπερ ῥητίνην καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ ὁ κηρὸς, καὶ ἡ μολύβδαινα, καὶ τὸ στέαρ ὡς θερμότατον, διερρηθησαν καταπλάττεσθαι. E F

" λίτρον ὀπτήσας ἐρυθρὸν] Hæc pituitam recto inteſtino adhæreſcentem & craſſam eliquant, abſumunt & deterunt, valenterque ſiccant & abſtergent.

καππάρεως φύλλα] Hoc medicamentum mixtæ etiam eſt facultatis. Incidendi enim vires habet, extergendi, digerendi, & nonnihil contrahendi. Radicis quoque cortex hæc omnia valentiùs præſtat. Capparis verò quæ in admodum feruentibus regionibus prouenit, vt quam fert Arabia, valde acris eſt, multumque habet adurentis facultatis, vt teſtatur * Galenus, quemadmodum quæ à Lybico & rubro mari adfertur, ſiquidem puſtulas in ore excitat, gingiuaſq; oſſe tenus exedit, vt ſcribit Dioſcorides. ideoque cibis damnatur. Quod etiam innuere videtur Hippocrates, dum ſummouendum medicamentum præcipit, ſi vrere videatur. μαρσίππιον autem & μαρσύπιον idem quod μάρσιππος, marſupium aut ſacculus. Dicitur etiam μάρσιππος Tralliano ſacculus quo pars dolens fouetur. Capparin verò ad lienis dolorem valere teſtatur Dioſcorides & Galenus. G

* Lib. 7. ſimplic.

ἀρχοῦ δὲ φλεγμαίνοντος] Hoc cataplaſma emolliens & relaxans ad inflammationem valde eſt accommodatum, hanc enim lenit & mitigat, præterquàm quòd abſque morſu deſiccat.

H

ΙΠΠΟ-

A

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΙΜΟΡΡΟΙΔΩΝ.

HIPPOCRATIS DE HÆMORRHOIDIBVS LIBER,

Hoc eſt,

B

De venis in ano ſanguinem fundere ſolitis.

* Αἱμορροΐδων δὲ μὴν νόσημα, ὧδε γίγνεται. ἢν χολὴ ἢ φλέγμα ἐς τὰς φλέβας τὰς ἐν τῷ ἀρχῷ καταστηρίξῃ, θερμαίνει τὸ αἷμα τὸ ἐν τῇσι φλεβίοισι. θερμαινόμενα δὲ τὰ φλέβια ἐπισπᾶται ἐκ τῶν ἔγγιστα φλεβίων τὸ αἷμα. καὶ πληρεύμενα ἐξοιδεῖ τὸ εἴσω τοῦ ἀρχοῦ, καὶ C ᵉὑπερίσχουσιν αἱ κεφαλαὶ τῶν φλεβίων. καὶ ἅμα μὲν ὑπὸ τῆς κόπρου ἐξιούσης φλώμεναι, ἅμα δὲ ὑπὸ τοῦ αἵματος ἀθροιζομένου βιαζόμεναι, ἐξακοντίζουσιν αἷμα. μάλιστα μὲν ξὺν τῇ ἀποπάτῳ, ἐνίοτε δὲ χωρὶς ἀποπάτου. θεραπεύειν δὲ δεῖ, ὧδε.

ORa venarum hoc modo ſanguinem fundere ſolent. Bilis aut pituita ad venas quæ in ano ſunt decumbens, ſanguinem qui in his eſt calefacit. Incaleſcentes autem venæ, ſanguinem ex proximis venis attrahunt, eoq; impletæ, recti inteſtini partem interiorem in tumorem attollunt, & venarum capitula conſpicua ſunt, quæ dum partim à ſtercore exeunte contunduntur, partim à ſanguine coaceruato perrumpuntur, ſanguinem eiaculantur, idque maximè cum ſtercore, interdum verò ſine eo. Curantur autem hoc modo.

* αἱμορροΐδες] (quæ Celſo ora venarum ſanguinem fundentia dicuntur) interdum ſanguinis effluuium per eas venas quæ in ano ſunt, interdum etiam venas ipſas ſanguine turgentes & impletas ſignificant. In quibus cùm tumor & inflammatio, ac fluxio, perſæ- D pe etiam vlcus adiunctum ſit, earum tractatio propriam manus operam deſiderat. Ideoque hîc ordine quodam poſt vlcerum curationem, cum fiſtulis adiunguntur, quòd earum medela neglecta, aut non ſatis diligenter adhibita, plærunque in ani fiſtulas tranſeat. Atque vt hæmorrhoides parum tuto ſupprimuntur, ſic nimium profluentes ad miſeram vitam, nonnunquam etiam aquam inter cutem & cachexiam præcipitant, eoq; nomine manus opera adhibita tollendæ & extirpandæ, quod etiam Hippocrates hoc libello docet. Chirurgia verò vruntur, ſecantur, ligantur, conſuuntur, ſiccantur & tabeſcunt, vt præcipiunt † Celſus, * Paulus, & †† Aëtius. Etſi ligandi & ſuendi modus hîc ab Hippocrate omittitur, & ab aliis petendus eſt, aut obiter ex lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. huc transferendus. Hæmorrhoidum autem duæ ſummæ ſunt differentiæ. Aliæ enim cæcæ, aliæ apertæ dicuntur. Quinque etiam aliæ earum differentiæ Definitionum Medicarum authori adſcribuntur, à magnitudine, numero, figura, loco & conſtitutione. Recens autem Chirurgorum diſciplina quatuor alia hæmorrhoidum genera facit, nominibus ab earum forma expreſſis. At verò hunc libellum genuinum eſſe Hippocratis Magni fœtum, res ipſa & tractationis connexio clamat vt & Galeni & Erotiani ex eo petita teſti- E monia fidem faciunt: adeò vt aſſiduo hunc libellum cum ſuperiore coniungant, vt ex Erotiano patet in dictione θερμά, & Galeno in dictione πιεστὰ & στρεβλοῖ, etſi harum dictionum altera in his deſideratur, & locus ſuſpectus videtur. Quò maior me admiratio inceſſit Vidum Vidium hac in Chirurgica palæſtra veteratorem exercitatiſſimum, hunc exiguum libellum in Chirurgiæ ſuæ cenſum non adſcripſiſſe, cùm haud ſcio an vllus ſit hoc nomine in tota iſta diſciplina dignior. Et verò deligationis ratio libello ſuperiore deſignata, hîc quoque diſertis verbis expreſſa, eundem eſſe vtriuſque authorem teſtatur. Adde quod Erotianus in librorum Hippocratis recenſione, hunc libellum inter θεραπευτικὰ χειρουργούμενα enumerat, & cum ſuperiore connectit. Aëtius quoque non parum ad huius libelli authoritatem commendandam facere videtur, cum medicamentum ad diſſipandas hæmorrhoidas nominatim ex hoc libello expreſſis ponderibus adſcribit. Neque tamen id ſuſpicionem mouere debet, quod Celſus, Paulus, Aëtius, aut etiam Iſagoges author, in hæmorrhoidum per linum obligatione, aut vſtione & extirpatione, nullam huius libelli mentionem fecerint, cùm alias F quoque plurima ex Hippocrate, tacita eius authoritate, ſibi vendicarint. Varius eſt autem horum librorum ordo multis in exemplaribus manu ſcriptis, vt apud Caluum videre licet.

† *Lib. 6. cap. 29.* * *Lib. 6. cap. 79.* †† *Cap. 6. ſerm. 2. tetrab. 4.*

ᵉ ὑπερίσχουσιν αἱ κεφαλαί] Diſtentis ſanguine & plenioribus venis, earum ora tanquam ex capitulis quibuſdam ſurgentia ſupereminent & conſpicua ſunt. Indéque membrana, quæ venarum orificiis prætenditur, intenſa & compreſſa, plærunque acutiſſimi dolores ab inflammatione & plenitudine excitantur, qui interdum ad ſeſe totam curationem transferunt. Coactus verò ſanguis fluxionis copia interdum perrumpit, viáque exitum molitur, interdum quoque ſtercoris preſſu venæ perrumpuntur & colliduntur, ſanguinemque effundunt.

* Πρῶτον μὲν ὑπεραρχέτω εἰδέναι ἐν οἵῳ χωρίῳ γί- G νονται. ἀρχὸν γὰρ καὶ τάμνων, καὶ ἀποτάμνων, καὶ ἀναρράπτων, καὶ δέων, καὶ ἀποσήπων, ταῦτα γὰρ δοκέει δεινότατα εἶναι, οὐδὲν ἂν σίνοιο. παρασκευάσασθαι δὲ κελεύω ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ σιδήρια, σπιθαμιαῖα δὲ μέγεθος, πάχος δὲ, ὥστε μήλης παχείης. ἐξ ἄκρου δὲ κατακεκάμφθαι. καὶ ἐπὶ τῷ ἄκρῳ πλατὺ ἔστω, ὡς ἐπὶ ὀβολοῦ μικροῦ. προκαθήρας δὲ φαρμάκῳ τῇ προτεραίῃ, αὐτῇ δὴ ἂν ἐπιχει- H ρέῃς καίειν, ἀνακλίνας τὸν ἄνθρωπον ὕπτιον, καὶ ὑποκεφάλαιον ὑπὸ τὴν ὀσφὺν ὑποθείς. ἐξαναγκάζειν ὡς μάλιστα τοῖσι δακτύλοισι τὴν ἕδρην ἔξω. ποιεῖν δὲ καὶ διαφανέα τὰ σιδήρια, καὶ καίειν ἕως ἂν ἀποξηράνῃς, καὶ ὅκως μὴ ὑπολείψῃς. καίειν δὲ καὶ μηδεμίην ἐᾶσαι ἄκαυστον τῶν αἱμορροΐδων, ἀλλὰ πάσας ἀποκαύσεις. γνώσῃ δὲ τὰς χαλεπῶς τὰς αἱμορροΐδας, ὑπερέχουσι γὰρ ἐς τὸ εἴσω τοῦ ἀρχοῦ, ὥσπερ ῥάγες πελιδναί, καὶ ἅμα ἐξαναγκαζομένου τοῦ ἀρχοῦ, ἐξακοντίζουσιν αἷμα. κατεχόντων δ᾽ αὐτὸν ὅταν

Inprimis certè noſſe oportet, quo in loco contingant. Nam & anum incidendo, reſecando, conſuendo aut vinciendo, aut putrefaciendo, etiáſi grauiſſima eſſe iſta videantur, nullá inferes noxiam. Ferramenta ſeptem octóve parari iubeo, quæ magnitudine palmum, & craſſum ſpecillum craſſitudine æquent, extrema parte recurua, & in ſummo ad oboli parui formam lata. Poſt exhibitum pridie medicamẽtum purgans, eodem quo ad vſtionem aggredieris die, homo ſupinus reclinatur, puluinoq; lumbis ſuppoſito, ſedes digitis quàm maximè foras educitur, tum candentibus admotis ferramentis vruntur, quo ad reſiccentur, ita vt ne contingas. Vrere verò ita oportet vt earum venarum quæ ſanguinem fundunt nulla inuſta relinquatur, ſed omnes adurantur. Has nullo negocio deprehendes, quòd interiore ani parte conſpicuæ ſint, velut acini vuæ liuidæ, ſimulque cùm foras anus cogitur, ſanguinem eiaculantur. Inter vrendum autem

à quibuſdam caput & manus detineantur, ne moueatur, ſed clamet qui inuritur. Hoc enim pacto anus magis prominet. Peracta vſtione lentes & eruum tenuiſſimè trita, & ex aqua decocta, quinque aut ſex diebus imponũtur. Septimo die ſpongia mollis quàm tenuiſſimè inciditur. Spongia autem omni ex parte ſex digitorum latitudinẽ æquet. Tum linteum quod ſpongiæ magnitudinem non excedat, tenue & leue, melle illitum ſuperimponitur, dein ſubdito ſiniſtræ manus indice, media ſpógia intrò per inferiora quàm penitiſſimè in ſedem propellitur, deinum ſupra ſpongiam lana apponitur, vt in ſede immota permaneat. Cingulo verò per ilia ducto, faſcia ſubmittitur, exceptumque à poſteriore parte per crura vinculum, ad cingulum iuxta vmbilicum religatur. Tum medicamentum, quod dixi carnem denſam facere ac validam producere, alligatur. Quæ non minore quàm viginti dierum ſpacio deuincire oportet. Sorbitio autem ſemel die ex farina aut milio, aut furfuribus, & potui aqua exhibenda. Vbi ad deiiciendam aluum deſidet, calida proluitur. Tertio quoque die balneum adhibeatur.

κρατῆται, τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰς χεῖρας, ὡς μὴ κινέηται, βοάτω A
καιόμενος. ὁ γὰρ ἀρχὸς μᾶλλον ἐξίσχει. ἐπὴν δὲ καύσῃς,
φακοὺς καὶ ὀρόβους ἑψήσας, ἐν ὕδατι τρίψας λείους, καταπλάσαι πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας. τῇ δὲ ἑβδόμῃ σπόγγον μαλθακὸν τάμνειν ὡς λεπτότατον. πλάτος δὲ εἶναι τοῦ σπόγγου, ὅσον ἓξ δακτύλων πάντῃ. ἔπειτα ἐπιθεῖναι ἐπὶ τὸν σπόγγον ὀθόνιον ἴσον τῷ σπόγγῳ λεπτὸν, καὶ λεῖον, ἀλείψας μέλιτι. ἔπειτα ὑποβαλὼν τῷ δακτύλῳ τῷ λιχανῷ τῆς B
ἀριστερῆς χειρὸς, μέσον τὸν σπόγγον ὦσαι κάτω τῆς ἕδρης ὡς προσωτάτω. ἔπειτα ἐπὶ τὸν σπόγγον προσθεῖναι εἴρια, ὡς ἂν ἐν τῇ ἕδρῃ ἀτρεμίζῃ. διαζώσας δὲ ἐν τῇσι λαγόσι καὶ ὑφεὶς ταινίην, ἐκ τοῦ ὄπισθεν ἀναλαβὼν ἐκ τῶν σκελέων τὸν ἐπίδεσμον, ἀναδῆσαι ἐς τὸ διάζωσμα πρὸς τὸν ὀμφαλόν. τὸ δὲ φάρμακον ὃ εἶπον ἐπιδεῖν πυκνοῦν τὴν σάρκα ποιέει, καὶ ἰσχυρὴν φῦναι. τοῦτο δὲ δεῖ ἐπιδεῖν, μὴ C
ἔλασσον ἡμερέων εἴκοσι. ῥοφέειν δὲ ἅπαξ τῆς ἡμέρης ἄλευρον, ἢ κέγχρον, ἢ τὸ ἀπὸ τῶν πιτύρων. καὶ πίνειν ὕδωρ. ἐὰν δὲ ἐς ἄφοδον ἵζηται, ὕδατι θερμῷ διανίζειν. λούεσθαι δὲ διὰ τρίτης ἡμέρης.

* ἀρχὸς γὰρ καὶ τάμνων] Extrema recti inteſtini pars, cùm inter principes non annumeretur, dum vritur, ſecatur, aut conſumitur & tabeſit, nullam læſionem inducit, quod etiam ex Leonide ſcripſit † Aëtius. In inueteratis tamen hæmorrhoidibus & diuturnis periculoſa ſectio, qua vel moriuntur ægri, vel in acerbiſſimum dolorem & caſum incidunt. δεῖν verò etiam legunt exemplaria quædam D
manu ſcripta vt & Italica, quod ſatis ex Caluo apparet quæ etiam ſecuti ſumus, & ſi hîc nulla fit obligationis mentio. Pro quo δεῖν Interpretes & exemplaria duo manu ſcripta Regia legunt, quod hîc magna curationis pars in vſtione conſumatur.

† *Cap.8. ſerm.2. tetrab.4.*

καίειν δὲ καὶ σιδήρια τὰ ἐνδέσια] Hunc enixè mihi locum exprimere videtur Erotianus, cùm τὰ σιδήρια ἐνδέσια, τὰ διάπυρα καυτήρια exponit, ignita aut candentia cauteria, vt in OEconomia noſtra ſcripſimus.

καὶ ἐπὴν μὴ ὑπολάψῃς] μὴ ἐπιλάψῃς lego cum Cornario, alioqui ὑπολάψῃς leuem & ſuperficiarium ferramentorum contactum ſignificabit. Iubet ergo non leuiter & ſuperficie tenus ferramenta candentia induci, ſed ita affigi vt vrant & hæmorrhoidas ſiccent, conſumant & tabefaciant.

καίειν δὲ καὶ μηδεμίην ἐᾶν] Vt non temerè ſiſtendæ ſunt hæmorrhoides & curandæ, ita perdifficilis & diu agitata eſt quæſtio, num vna relinquenda ſit, an verò omnes tollendæ, vrendæ, & ſiccandæ, vt hîc conſulit Hippocrates, quam eius opinionem etiam ſequitur ″ Aëtius. Paulus certè vnam aſſeruari vult ad ſanguinis redundantis euacuationem in hæmorrhoidum obligatione, idque ex Hippocratis conſilio aphoriſm. 12. lib.6. & extremo lib. de rat. vict. in morb. ac. Qua in re plurimùm diuturnitati & conſuetudini tribuendum. Nam etſi periculoſa eſt hæmorrhoidum conſuetudo, in diuturnis tamen & aſſuetis, habenda eſt ratio indiuidui, & eorum qui grauioribus morbis ſunt opportuni, quibus niſi vna diutiùs aſſeruetur, intempeſtiuè curatis grauiſſima mala impendent, vt patet ex lib.6. epid. & Alcippo lib.4. epid. qui curatis hæmorrhoidibus, in maniam incidit. Quod etiam plurimis accidiſſe ſcribit Galenus lib. de atra bile, vt ſectis varicibus aut hæmorrhoidibus, in melancholiam incurrerent. Intempeſtiuè autem curati dicuntur † Galeno, qui neque ſanguinis miſſione certis temporibus & periodis, neque medicamentis purgantibus, neque item exercitationibus corporis redundantiam vacuant, neque etiam vnam relinquunt, ſed omnes in vniuerſum tollunt. Ex quibus ſatis conſtat, eos qui adeò grauiter hæmorrhoides ferunt, vt ſiſtendi conſilium ineatur, longo temporis interuallo, per circuitus, phlebotomiæ, purgationi & totius corporis exercitationi eſſe obligandos, dein non ſimul atque vniuerſim tollendas eſſe hæmorrhoidas, ſed vnam relinquendam, quæ paulatim iam aſſueta ad vacuationes natura, & optima victus ratione ad naturalem habitum reuocata, tandem ita ſupprimi poſſit, vt nulla relinquatur, quod etiam eſt Aëtij conſilium. Et certè non eſt in conſuetudinem trahenda per hæmorrhoidas vacuatio, cùm toto genere ſit præter naturam, & periculoſam habeat vtranque immoderantiam, vt ſcribit * Galenus. E F

″ *Cap.5. ſerm.2. tetrab.4.* † *Com.3. in lib.6. Epid.* * *Com. ad aph.25. lib.4.*

τῇ ῥαγὶ πελιδναὶ] Indéque recens Chirurgorum diſciplina inter quatuor hæmorrhoidum genera, quaſdam vueas ponunt, vuarum acinis ſimiles & liuidas, ex affluentis ſanguinis copia tumentes. Cùm verò περκάζειν de vuis matureſcentibus aut nigreſcentibus propriè dicatur, non malè περκναὶ pro πελιδναὶ legiſſe Galenum ſuſpicor, quod eius expoſitio apprimè huic loco quadret, quæ eſt μελαινόμεναι, πελιδνοῦσαι, hoc eſt, nigreſcentes, liueſcentes. G

φακοὺς καὶ ὀρόβους] Hoc cataplaſma deſiccantis, extergentis & ſubadſtringentis eſt facultatis, ideoq; inflammationem lenit. Spongia verò etiam eam in rem adhibetur quam latitudine ſex digitorum quaquauerſus in tenuiſſima fruſta inciſam, quò faciliùs in anum ſubeat, introrſum quàm penitiſſimè propellit, linteo tenui & leni ſuperpoſito, ne exaſperando dolorem moueat, melléque illitam, quò magis deſiccet & detergeat. Quæ vt firmiùs in ſede permaneat, lana exteriùs appoſita continetur, demúmque vinculo, quale in ſedis procidentia deſcriptum eſt, ſtabilitur.

τὸ δὲ φάρμακον ὃ εἶπον] Medicamentum ex alumine & myrrha intelligere videtur, quo vſus eſt libello de fiſtulis ad denſandam & contrahendam cutem.

ῥοφέειν δὲ] In inflammationis metu ſola ſorbitione eaq; ſemel die exhibita, vt tenui victu vtitur. Farinæ verò loturam aut decoctum, vt tenuem victum, in febre ardente Nicoxeno exhibet Hippocrat. lib.7. epid. & χόνδρου πτίσμα ἑφθὸν vocat. Tenuius quoq; alimentum exhibet furfurum decoctum, quo ſæpè vtitur Hippocrates. Fomentum verò ex aqua calida inflammationem mitigat & dolorem lenit, quod etiam facit balneum. Id tertio tantum quoque die adhibet, ne vſtionem & ſiccandi adhibitam rationem perturbet. H

Alia curatio. Foras educta quàm maximè ſedes, calida perfunditur, tum venarum ſanguinem fundentiũ extrema præciduntur. Hoc verò medicamentum antea præparatum ad ſectionem habere oportet. Vri-

ἑτέρη θεραπείη. ἐκβαλὼν τὴν ἕδρην ὡς μάλιστα, αἰονᾶν ὕδατι θερμῷ, ἔπειτα ἀποταμεῖν τῶν αἱμορροΐδων τὰ ἄκρα. φάρμακον δὲ προσκατασκευάσασθαι πρὸ τῆς τομῆς, τόδε. οὔροις ἐς χαλ-

A ἐς χαλκεῖον ἐπίπασον ἐπὶ δ' οὖν, χαλκοῦ ἄνθος ὀπτόν, καὶ πεποιημένον λεῖον, ἔπειτα δεῖς καὶ κινήσας τὸ χαλκεῖον, ξήρανον ἐν τῷ ἡλίῳ. ὅταν δὲ ξηρὸν γένηται, συνξύσας τρίψον λεῖον. καὶ προσθεῖναι τῷ δακτύλῳ. καὶ πληνία ἐλαιώσας προσθεῖναι. καὶ σπόγγον ἐπιδῆσαι ἐπὶ ἄνω.

na in vas æneum immiſſa, flos æris vſtus optimè læuigatus inſpergitur, tum vaſe agitato maceratur & in ſole ſiccatur. Siccatum eraditur, teritur & læuigatur, ano admouetur, ſplenia oleo madida apponuntur ſpongiaq́; ſuperimpoſita deligatur.

ἐκκαλεῖν τὴν ἕδρην] Extracta ſedes calida perfunditur vt dolor leniatur, ſumma venarum capitula & ora præciduntur, tum pharmacum admouetur potenter deſiccans & ſubadſtringens, quod & contrahit, & ſanguinem fluentem cohibet, ſuaque tenui ſubſtantia & vſtione exſiccat. Splenia oleo imbuta inflammationis metu adhibentur & leniendi doloris cauſa. Spongia foris adhibita medicamentum continet & exſiccat.

B καὶ προσθεῖναι τῷ δακτύλῳ] δακτυλίῳ lego cum Cornario, vt ano medicamentum admoueatur, etſi δακτύλῳ habent omnia exemplaria, vt per digitum admotum ano medicamentum intelligatur, aut δακτύλιος pro τοῦ δακτυλίου vſurpatur, vt paulò poſt.

ἕτερος τρόπος. προσφύεται πρὸς τῇ αἱματίτιδι τῇ κονδυλώδει, οἷον συκαμίνου καρπός. καὶ ἢν μὲν ἔξω σφόδρα ᾖ ἡ κονδύλωσις, περιπέφυκεν αὐτῇ καλυπτὴρ ὁ τῆς σαρκός. κατίσας οὖν τὸν ἄνθρωπον ὀκλὰξ ἐπὶ ὅλμοι δύο, σκοπεῖν. εὑρήσεις γὰρ πεφυσημένα τὰ μεσηγὺ τῶν γλουτῶν πρὸς τὴν ἕδρην. τὸ δὲ αἷμα ἐκχωρέειν ἔνδοθεν. ἢν

C οὖν νεαρὸν ᾖ ὑπὸ τῷ καλυπτῆρι, ἢ τὸ κονδύλωμα τῷ δακτύλῳ ἀφελεῖν. οὐδὲν γὰρ χαλεπώτερον, ἢ ὥσπερ προβάτου δερομένου τὸν δάκτυλον μεταξὺ τοῦ δέρματος καὶ τῆς σαρκὸς περαίνειν. καὶ ταῦτα διαλεγόμενος, ἅμα λανθάνειν ποιέειν, ἐπὴν δὲ ἀφέλῃς τὸ κονδύλωμα, ἀνάγκη ῥέεσθαι δρόμοις αἵματος ἀπὸ πάσης τῆς ἀφαιρέσιος.

D τάχα χρὴ ἀποπλύνειν οἴνῳ αὐστηρῷ κηκῖδας ἐναποβρέξας. καὶ ἡ αἱματῖτις οἰχήσεται σὺν τῷ κονδυλώματι. καὶ τὸ κάλυμμα καταστήσεται, καὶ ὅσῳ ἂν παλαιότερον ᾖ, ῥηϊδίως ἔσται ἡ ἴησις.

Alter curationis modus. Venæ ſanguinem fundenti & tuberoſam quandam eminentiam habenti, veluti mori fructus adnaſcitur, & ſi quidem tuberoſa eminentia foras valde prominet, ei circumcirca operculum carnoſum adhæreſcit. Homine igitur in genua ſuper duos lapides teretes inclinato, anum inſpice. Inuenies nanq; loca inter nates medias circa ſedem tumefacta, ſanguinemq́; ex interioribus partibus procedere. Si ergo tuberoſa eminentia ſub tegumento mollis ſit, digito ea auferenda eſt. Neque enim maiore negotio id fiet, quàm ſi dum pellis oui detrahitur, digitum inter pellem & carnem medium immittas. Idq; inter loquendum ſimulque non aduertente ægro faciendum. Sublatum tuberculum ſanguinis curſus omni ex parte ablata neceſſariò conſequitur. Vino auſtero in quo gallæ maceratæ fuerint, citò locus perluendus eſt, venaq; ſanguinem fundens vnà cum tuberculo recedet, & operculum in priſtinum ſtatum reſtituetur. Quoque vetuſtior morbus eſt, eò facilior curatio futura eſt.

τῇ αἱματίτιδι τῇ κονδυλώδει] κονδυλώδει legunt exemplaria Regia manu ſcripta: vt & Italica, vt ſatis ex Caluo apparet. Dicitur autem hic κονδύλωσις, eminentia quædam tuberculoſa, qua tument hæmorrhoides. Hæc interdum mori fructum repræſentat, craſſiore ſanguine illuc coaceruato vnde & Morales recentioribus dicuntur.

E ἐπὶ ὅλμοι δύο] ὅλμος Heſychio σφαιροειδὴς λίθος dicitur ἐν ᾧ τὰ ὄσπρια πτίσσουσι, & lapidem teretem cylindri forma ſignificat, interdum etiam pilam culinariam aut mortarium. Sed videndum eſt hic tenuari, cùm apud cæteros denſetur. Iubet igitur homine genibus ſuper duos lapides teretes inclinato, anum introſpicere Hippocrates, & rem ipſam conſiderare.

ἢν οὖν νεαρὸν ᾖ ὑπὸ τῷ καλυπτῆρι] ὑπὸ τῷ καλυπτῆρι τὸ κονδύλωμα, τῷ δακτύλῳ ἀφελεῖν, lego.

ἀνάγκη ῥέεσθαι δρόμοις] κνίδας pro ῥέεσθαι legunt exemplaria quædam manu ſcripta cum Alulano. κνίδας verò metaphoricè dicitur, pro imus concipi ſanguinis fluxum ac pullulare. Pro quo etiam exemplaria quædam manu ſcripta ὠδῖνας habent. Condyloma verò Hippocrates digitis apprehenſum extrahit aut eradit. Celſus tuberculum volſella diſtentum, iuxta radices ſcalpello excindit, quod etiam faciunt Paulus & Aetius, aut medicamentis quoque abſumunt.

τάχα χρὴ ἀποπλύνειν] τάχα χρὴ legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

καὶ ὅσῳ ἂν παλαιότερον] Vetus condyloma vbi iam induruit, neque ſub his medicationibus deſidit, medicamento abſumi, aut ſcalpello excindi poteſt. Et ani vitia vbi medicamentis non vincuntur, manus auxilium deſiderant. Si quando autem ex inflammatione pus in his oritur, vbi primum id apparuit, incidendum eſt, ne anus ipſe ſuppuret. Neque tamen ante properandum eſt. Nam ſi cru-

F dum inciſum eſt, inflammationis multùm accedit, & puris aliquantò ampliùs concitatur.

ἢν δὲ ἀνώτερον ᾖ ἡ κονδύλωσις, τῷ κατόπτῃρι σκέπτεσθαι. καὶ μὴ ἐξαπατάσθω ὑπὸ τοῦ κατόπτηρος. διοιγόμενος γὰρ ὁμαλύνει τὴν κονδύλωσιν. ξυναγόμενος δὲ πάλιν, δείκνυσιν ὀρθῶς. ἀφαιρέειν δὲ χρὴ ἐλλεβόρῳ μέλανι ὑπαλεί-

G ψοντα τὸν δάκτυλον. ἔπειτα τριταῖον οἴνῳ κλύζειν αὐστηρῷ. τὸ δὲ αἷμα ὅταν ἀφέλῃς, τὴν κονδύλωσιν ὅτι οὐ ῥέει μὴ θαυμάζειν. οὐδὲ γὰρ ἢν ἐν τοῖσιν ἄρθροισι διατάμῃς τὰς χεῖρας ἢ τὰ σκέλεα, οὐ ῥεύσεται αἷμα. ἢν δὲ ἄνωθεν ἢ κάτωθεν τάμῃς τῶν ἄρθρων, εὑρήσεις κοίλας φλέβας καὶ αἱμόρροους. καὶ χαλεπῶς ἂν ἴσχοις διαπόρους. οὕτω καὶ τὴν ἐν τῇ ἕδρῃ αἱμορροΐδα, ἢν μὲν ἄνω-

H θεν ἢ κάτωθεν τάμῃς τῆς ἀφαιρέσιος τοῦ κονδυλώματος, αἷμα ῥεύσεται. ἢν δὲ αὐτὴν ἀφέλῃς τὴν κονδύλωσιν ἐν τῇ προσφύσει, οὐ ῥεύσεται. ἢν μὲν οὖν οὕτω καθίστηται, καλῶς ἂν ἔχοι. ἢν δὲ μὴ, καῦσαι, φυλασσόμενος ὡς μὴ ἅψῃ τοῦ σιδήρου, ἀλλ' ἐγγὺς προσφέρων τὰ σιδήρια ἀποξηραίνειν, καὶ προστιθέναι τὸ τοῦ χαλκοῦ ἄνθος ἐν τῷ οὔρῳ.

At ſi altiùs inſederit tuberoſa eminentia, per inſtrumentum dilatandæ ſedi accommodatum, catopterem dictum, inſpicere oportet, neque ab eo decipi. Vbi enim aperitur tuberculum exæquat, vbi verò rurſus in ſeſe adducitur, rectè conſpicuum facit. Auferre autem conuenit, veratro nigro ano illito, tum tertio die vinum auſterum ex infuſo immittendum. At verò vbi tuberoſam eminentiam abſtuleris, ſi ſanguis non effluat, mirandum non eſt. Neque enim ſi in articulis manus aut crura ſeces, ſanguis effluet. At ſi ſupra aut infra articulos ſectio fiat, cauas & ſanguine manantes venas deprehendes: neque facilè promptè ſiſtas. Eodem modo ſi venam in ſede ſanguinem fundentem, ſupra quidem aut infra detractum tuberculum ſeces, ſanguis effluet. Sin verò ipſam tuberculoſam eminétiam vbi annectitur abſtuleris, non profluet. Si igitur hoc pacto quidem ad priſtinum ſtatum reducitur, bene ſe res habet: ſin minùs, vſtio adhibenda, ea cautione, vt ne ferro attingatur, ſed prope admotis ferramentis exſiccetur, & flos æris ex vrina adhibeatur.

[1] διηγώμεθα γὰρ] Vitium ſuſpicor, & διελόμενοι aut διηγούμενοι malim. Nam διαίρεσις & σύνθεσις, vt & διάκρισις & σύγκρισις oppo- A
nuntur apud Ariſtotelem. Alioqui διηγώμενος de diducto & explicato catoptere ſcribendum videtur.

ἐλλεβόρου μέλανος] Veratrum nigrum potenter exterget & exſiccat, ideóque carnem in vlceribus excreſcentem abſumit, vitiliginibus, ſcabiei & impetigini medetur, & erodentibus medicamentis commiſcetur Dioſcoridi. Parum autem eſt an eo illitus digitus in anum immittatur, an verò anus illinatur.

Alius venarum ſanguinem in ano fundentium curationis modus. Cauterium parare oportet in modũ paruæ arundinis vallatoriæ (phragmiten vocant) & in ipſum ferramentum probè congruẽs accommodare, deinde immiſſa in ſedem fiſtula, candens ferramentũ in eam demittere, crebròq; eximere, quò magis calorem toleret, neq; vlcus ex calore contrahat, & venulæ exſiccatæ conſaneſcant. Quod ſi neq; vſtio, neque ſectio placeat, ſedes multa & calida priùs fouetur & euertitur, tum myrrha probè læuigata, galla, & alumẽ Ægyptium vſtum, quod reliqua vna parte & dimidia ſuperet, & melanteriæ tantundem accipiendum, iiſq; aridis vtendum. Sub his medicamentis vena ſanguinem fundens, velut corium vſtulatũ decidit, eademq; facienda donec omnes diſſipaueris. Idemque efficit chalcitidis vſtæ dimidium. At ſi per glandes curationem inſtituas, ſepiæ teſta, plumbaginis tertia pars, bitumen, alumen, floris æris exiguum, galla, æruginis modicum cõmiſcentur, his melle cocto affuſo, glans oblongior conficitur, ſupponitur, donec deleantur.

[*] ἕτερος τρόπος ἰήσιος αἱμορροΐδων. καυτῆρα χρὴ ποιήσασθαι, οἷον καλαμίσκον φραγμίτην. σιδήριον δὲ ἐναρμόσαι καλῶς ἁρμόζον. ἔπειτα τὸν αὐλίσκον ἐνθεὶς ἐς τὴν ἕδρην, διάφανον τὸ σιδήριον καθιέναι, καὶ πυκνὰ ἐξαιρέειν, ἵνα μᾶλλον ἀνέχηται θερμαινόμενος, καὶ οὔτε ἕλκος ἕξει ἀπὸ τῆς θερμασίης, ὑγιέα τε ξηρανθέντα τὰ B
φλέβια. ἢν δὲ βούλῃ μήτε καίειν, μήτε ἀποτάμνειν, προκαταιονήσας ὕδατι πολλῷ θερμῷ, καὶ ἐκστρέψας τὴν ἕδρην, σμύρναν τρίψας λείην, καὶ κηκῖδα, καὶ στυπτηρίην αἰγυπτίην κατακαύσας, καὶ ἥμισυ πρὸς τὸ ἀγαθὸν, καὶ μελαντηρίης δύο τοσαῦτα, τουτέοισι ξηροῖσι χρῆσθαι. C
ἡ δὲ αἱμορροῒς τουτέοισι τοῖσι φαρμάκοισιν ἀποσήπεται, ὥσπερ σκῦτος κατακεκαυμένον. ταῦτα ποιέειν μέχρις ἂν πάσας ἀφανίσῃς, καὶ χαλκίτιδος ἥμισυ κεκαυμένον τὸ αὐτὸ ἀπεργάζεται. ἢν δὲ βούλῃ βαλάνοισιν ἰῆσθαι, σηπίης ὄστρακον. μολυβδαίνης τρίτον μέρος. ἄσφαλτον. στυπτηρίην. ἄνθος ὀλίγον. κηκῖδα. χαλκοῦ ἰὸν ὀλίγον. τουτέοισι μέλι ἑφθὸν καταχέας, βάλανον ποιήσας μακροτέρην προστίθει, μέχρις ἂν ἀφανίσῃς. D

[*] καυτῆρα χρὴ ποιῆσαι] καυτῆρα legunt exemplaria omnia publicata, vt & Italica manu ſcripta, vt patet ex Caluo, quædam vero Regia καυτῆρα, vt & Galenus in Exegeſi, qui καυτῆρα exponit χάλκεον καλαμίσκον πρὸς τῷ πυθμένι κατὰ τὸ πλάγιον, δι' οὗ καίειν διὰ πυρωθέντος σιδήρου. Sic enim legendum exiſtimo, vt indicet æneum quendam paruum calamum in fundo perforatum, per quem immiſſo candenti ferramento vſtio fit. Quibus verbis hic mihi ſanè locus ſubindicari videtur. Quò me maior inceſſit admiratio, quomodo καυτῆρα Cornarius pro καυτῆρα legerit, cùm & Hippocrates ipſe ſtatim poſtea αὐλίσκον & fiſtulam vocet, pro eáque ſumi indicet. καυτὴρ autem cauter dicitur Palladio, & Plinio cauterium; ferrumq; ignitum quo fit vſtio ſignificat, quod etiam καυτήριον dicitur. Hic verò legendum οἷον καλαμίσκον φραγμίτην ſatis patet, cùm arundo φραγμίτης Dioſcoridi dicatur arundo vallatoria, quæ ad hortorum ſepta & opera topiaria commendatur. φραγμίτην tamen habent omnia exemplaria tum publicata, tum manu ſcripta. Quod vitium etiam ad Italica permanauit, vt patet ex Caluo.

σμύρναν τρίψας λείην] Hoc medicamentum valenter exſiccat & potentiſſimè adſtringit, prætereaque tenuium admodum eſt partium, vnde hæmorrhoidas ſiſtit, abſumit & tabefacit, ac citra morſum & vlcerationem diſſipat, vt refert [*] Aëtius, qui hoc medicamentum nominatim ex ipſo Hippocrate expreſſit, ſeruatis etiam ponderibus. Idem addit ſe in melanteriæ penuria, ſori adieciſſe, quod parem ferè habet facultatem, niſi quod craſſiorum eſt partium, & pro melanteria quibuſdam falſo vſurpatur, vt ſcribit Dioſcorides. Aëtius verò anum vino præluit, Hippocrates tamen hic calida fouet, vt emolliatur & faciliùs educatur, ad inſpergendum medicamentum. μελαντηρίας autem pro μελαντηρίης vitiosè adſcriptum eſt. E

[*] Cap. 6. ſerm. 2. tetrab. 4.

καὶ χαλκίτιδος] Hæmorrhoidas inſigniter conſumunt & deſiccant quæ ab Aëtio deſcribuntur medicamenta. Sandarachæ drach. 8. auripigmenti drach. 8. cum lixiuio diluta impone, ægro probè collocato in ſole, aut apud ignem, & eo ſitu permanente, donec pharmacum abluatur. Hoc medicamento tabeſit hæmorrhois & promptè excidit reſiccata & à fundamento deuoluta: Eſt & aliud hæmorrhoidas excindens. Chalcitidis vſtæ, miſyos vſti, atramenti ſutorij vſti, diphrygis, ſoreos, ſingulorum drach. 4. ſquamæ æris vſtæ drach. 2. Vtere ipſo ſicco, & inſtar teſtæ induratæ decident. Celſus per medicamenta adurentia hæmorrhoidum capitula abſumit. Ac ſi iam vetuſtiora ſunt, ſub authore Dionyſio inſpergendam ſandaracham ſcribit, deinde imponendum quod ex his conſtat, Squamæ æris, auripigmenti ſingulorum drach. 5. ſaxi calcis denar. 8. Paulus ad perfectam aduſtionem paſtillo Fauſtino vtitur (quem deſcribit cap. 12. lib. 7.) aut inſtrumenti quo ad vuulæ vſtionem vtuntur cauitatem, adurente medicamento explet, & quemadmodum vuam, ſic etiam hæmorrhoidas adurit. Recentiores medicamenta cauſtica ex ſale gemmeo, nitro & tartaro fæcario vſto, melle excepta adhibent. F

ἢν δὲ βούλῃ βαλάνοισιν] Hoc medicamentum ad penitiores hæmorrhoidas per glandem, adhibetur, & ſuperiori probè æqualem habet facultatem exſiccandi, detergendi, adſtringendi & abſumendi.

Vena ſanguinem fundens in mulieris ano ſic curatur. Multa calida in qua ex odoratis aliquid incoxerit, perfunditur, tum myrica trita, ſpuma argenti vſta & galla additur, vino albo, oleo & anſerino adipe affuſo, omnia ſimul conteruntur, poſt perfuſionem vtenda dantur. Sedes autem quàm maximè educta perfunditur. G

[7] γυναικείην αἱμορροΐδα ὧδε θεραπεύειν. πολλῷ ὕδατι θερμῷ αἰονήσας, σμύψα δὲ ἐν τῷ θερμῷ τῶν εὐωδέων τρίψας μυρίκην, λιθάργυρον ὀπτὴν, καὶ κηκῖδα, οἶνον λευκὸν προσχέας, καὶ ἔλαιον, καὶ χηνὸς στέαρ, τρίψας ὁμοῦ πάντα. διδόναι ὅκως τὴν αἰόνησιν, διαχρίεσθαι. αἰονᾶν δὲ τὴν ἕδρην ἐξέχουσαν ὡς μάλιστα.

[7] γυναικείην αἱμορροΐδα] Natura muliebris lenia exigit medicamenta & minimè mordacia, quale hoc eſt. Sedes multa aqua calida in qua aromatica & odorata incoxerint, perluitur, quò faciliùs euertatur, dolor mitigetur, & acrimonia temperetur. Myrica fluxionem inhibet ac reprimit, abſterget & incidit abſque manifeſta deſiccatione, & nonnihil adſtringit. Cortice verò & fructu non paruam ſortita eſt adſtrictionem. Lithargyrus deſiccat ſine manifeſto calore, moderatè adſtringit & abſterget, eiuſque vtendi modum docet [*] Dioſcorides. Galla potenter deſiccat & adſtringit, fluxiones reprimit. Hæc igitur trita, oleo & adipe anſerino admixto aſperitatem remittunt, molliunt, leniunt, & temperatas vires habent. Vinum autem affuſum medicamento vires addit. Etſi verò myricæ radices odoratæ ſunt, eam tamen malim ad medicamentum addi, quàm aquæ incoqui. διαχρίεσθαι verò retinent omnia exemplaria, pro quo tamen διαχρίεσθαι legiſſe videntur interpretes. H

[*] Lib. 6.

ΙΠΠΟ-

A

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΚΕΦΑΛΗ ΤΡΩΜΑΤΩΝ.

HIPPOCRATIS LIBER DE CAPITIS VVLNERIBVS.

1 ΤΩΝ ἀνθρώπων αἱ κεφαλαὶ οὐδὲν ὁμοίως σφίσιν αὐτῇσιν, οὐδὲ αἱ ῥαφαὶ τῆς κεφαλῆς πάντων κατὰ ταὐτὰ (B) πεφύκασιν. ἀλλ' ὅστις μὲν ἔχει ἐν τῷ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς προβολήν. ἡ δὲ προβολή ἐστι τοῦ ὀστέου ἐξέχον στρογγύλον παρὰ τὸ ἄλλο, τούτου αἱ ῥαφαὶ πεφύκασιν ἐν τῇ κεφαλῇ, ὡς γράμμα τὸ ταῦ, Τ γράφεται. τὴν μὲν γὰρ βραχυτέρην γραμμὴν ἔχει πρὸ τῆς προβολῆς ἐπικαρσίην πεφυκυῖαν. τὴν δ' ἑτέρην γραμμὴν ἔχει διὰ μέσης τῆς κε(C)φαλῆς κατὰ μῆκος ἐς τὸν τράχηλον αἰεί. ὅτῳ δ' ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς τὴν προβολὴν ἔχει, αἱ ῥαφαὶ τούτῳ πεφύκασι τἀναντία ἢ τῷ προτέρῳ. ἡ μὲν γὰρ βραχυτέρη γραμμὴ πρὸ τῆς προβολῆς πέφυκεν ἐπικαρσίη. ἡ δὲ μακροτέρη διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς πέφυκε κατὰ μῆκος ἐς τὸ μέτωπον αἰεί. ὅτῳ δὲ ἀμφοτέρωθεν τῆς κεφαλῆς προβολὴν ἔχει, ἔν τε τῷ ἔμπροσθεν καὶ τῷ ὄπισθεν, τούτῳ αἱ ῥαφαί εἰσιν ὁμοίως πεφυκυῖαι ὡς γράμμα τὸ ἦτα, Η γράφεται. πεφύκασι δὲ τῆς (D) γραμμῆς, αἱ μὲν μακραὶ, πρὸ τῆς προβολῆς ἑκατέρης ἐπικάρσιοι πεφυκυῖαι. ἡ δὲ βραχείη διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς κατὰ μῆκος πρὸς ἑκατέρην περαίνουσα τὴν μακρὴν γραμμήν. ὅτῳ δὲ μηδ' ἑτέρωθι μηδεμίαν προβολὴν ἔχει, ἔχει τὰς ῥαφὰς τῆς κεφαλῆς, ὡς γράμμα τὸ χῖ, Χ γράφεται. πεφύκασι δὲ αἱ γραμμαὶ, ἡ μὲν ἑτέρη, ἐπικαρσίη πρὸς τὸν κρόταφον ἀφικνεομένη. ἡ δ' ἑτέρη, κατὰ μῆκος διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς.

HOMINVM capita neque inter ſe ſimiliter habent; neque ſuturæ capitis in omnibus eodem loco ſitæ ſunt. Verũ cuicunq; parte anteriore caput prominet; quod fit cùm oſſis pars rotunda plus reliquo emineat; huic ſuturæ in capite ad literæ T ſimilitudinem à natura ſunt accommodatæ. Breuiorem nanque lineam tranſuerſam ad oſſis prominentiam à natura productam habet, alteram verò per medium caput in lõgitudinem ad ceruicem perpetuò tendentem. At cui poſterior capitis pars prominet, huic ſuturæ contrà quàm in priore naturaliter ſe habent. Breuior nanq; linea tranſuerſa ad oſſis prominentiã naturaliter producitur, longior verò per medium caput in longitudinem ad frontem perpetuò tendens à natura conſtituta eſt. Cui autem vtraque corporis parte, tum anteriore, tum poſteriore os prominet, huic ſuturæ ad literæ H ſimilitudinem à natura ſunt accõmodatæ. Lineæ verò longiores ad vtranq; prominentiam trãſuerſæ à natura productæ ſunt, breuis autem per mediam capitis longitudinem in longam vtranque lineam deſinit. At cui neutra parte caput prominet, hic ſuturas literæ X ſimiles habet. Lineæ verò ita à natura productæ ſunt, vt altera quidem tranſuerſa ad tempora perueniat, altera per medium caput in longitudinem feratur.

E Hoc libro agitur vulnerum capitis tractatio, quæ oſſe detecto, ac nudato, aut etiam perforato fieri ſolent, aut certè quæ læſa membrana caluam tegente inferuntur. Ideoque longè alia multoque ſiccior curatio inſtituitur, quàm libro de vlceribus, quo vniuerſa vlcerum medicatio continetur. Nam & hìc cephalica præcipuè nominata conueniunt, quæ etiam ſi omnibus aliis denudatis oſſibus adhibentur, oſſibus tamen capitis detectis præcipuum vſum adferunt, quod maximè deſiccantia poſtulent, vt innuere videtur Galenus lib. 5. comp. pharm. κατὰ γένη & lib. 6. Meth. med. Ideoque idem Comment. 4. in lib. de artic. hìc longè ſicciora medicamenta requiri palam profitetur quàm in libro de vlceribus, atque iis vlceribus quæ ad articulos contingunt. τρῶμα verò cum valde ſit ambigua dictio, interdumque ad vlcus referatur & vulnus. Ionibus tamen in communi omnes offenſas & noxias, inſigneſque læſiones quæ ab externo quopiam fiunt, etſi citra vulnus factæ ſint, ſignificat, vt ſcribit Galenus Comment. 5. in libr. 6. epid. & Comment. 2. in lib. de artic. Sic τρῶμα ἢ ἕλκος, & τρωθῆ, ἐλκωθῆ, exponitur Galeno in Exegeſi vocum Hippocratis.

F τρώματα ergo hìc dicuntur capitis contuſiones, etiamſi ſine vlcere ſint, & inſignes læſiones, quæ ad oſſa fracta & forata pertinent, vt & τρώματα hìc capitis pertuſiones aut perforationes ſignificent. Vt verò hìc liber propriè quidem ad eam Medicinæ partẽ, quæ manuum requirit adminiſtram, ſpectat, ita germanum eſſe magni Hippocratis & ex Aſclepiadarum familia, tum res ipſa clamat, tum Galeni teſtimonium pluribus in locis teſtatum facit, maximeque libr. 6. Meth. vbi etiam ſcriptorum ab eo Commentariorum in hunc librum meminit, vt & initio Comment. 2. in lib. 3. epid. Erotianus quoque in librorum Hippocratis recenſione hunc librum inter χειρουργούμενα reponit, & περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων inſcriptionem facit. At plurima ad huius libri calcem adiecta eſſe idem teſtatur Galenus initio Comment. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. & in Exegeſi in dictione [illegible] & [illegible]. Quare per ſanè mirum eſt membranas quaſdam Vaticanas peruetuſtas hunc tam neceſſarium & ad Chirurgiam accommodatum libellum omnino tacitum prætermittere. Poſt autem communem fracturarum aliarum partium corporis & vlcerum doctrinam, hanc propriam vulneribus capitis & fracturis tractationem deſtinauit hoc libro Hippocrates, tum quod quæ capiti adhibetur Chirurgia, inter

G eas quæ in carne & in reliquis oſſibus fiunt, medium locum obtinet, tum quod caluaria omnes corporis partes ſupereminet, vt ſcribit Paulus.

1 Τῶν αἱ ἀνθρώπων αἱ κεφαλαὶ] Hoc libri huius principium inſtituitur in omnibus exemplaribus, tum manu ſcriptis, tum publicatis, quorum maximum conſenſum ſecuti ſumus. Capitis autem naturalis figura, ſphæræ prælongæ, & ad latera paulisper compreſſæ aſſimilatur. Variæ ſunt etiam aliæ capitis figuræ, neque vtique ſuturarum certa ſedes eſt, ſed pro capitis figura, ſuturarum numerus & poſitura variat, vt docet Gal lib. 9. de vſu part. & libello de oſſibus.

ὅτῳ ὄπισθεν ἔχει] φοξὰς κεφαλὰς cùm tria genera facit Gal. lib. 9. de vſu partium, hic primus modus tertius à Galeno numeratur cùm ſcilicet occipitis eminentia deperditur. Sed libello de oſſibus hunc primum φοξὸν modum, vt hic quoque eſſe fatetur.

ὅτῳ δ' ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς] Hic modus quoque ſecundus † Galeno annumeratur, cùm ſcilicet frontis eminentia perit.

† *Lib. de vſu partium, & lib. de oſſibus.*

H ὅτῳ δὲ ἀμφοτέρωθεν] Hæc capitis figura quæ hìc tertia numeratur, Galeno ſecundum naturam habere dicitur, cùm caput eſt ſphæricum, prælongum, & ad vtranque autem quaſi compreſſum. Hic verò πλάγιον lego, non πλάγιον, vt habent omnia exemplaria vitioſè.

ὅτῳ μηδ' ἑτέρωθι] Hæc quoque tertia ſpecies φοξῶν κεφαλῶν, & eorum quæ præter naturam ſunt, conſtituitur Galeno lib. de Oſſibus prima verò lib. 9. vſus partium, nempe cum capitis vtraque perit eminentia. Præter quas quarta quoque faſtigiati capitis ſpecies affertur † Galeno, quæ cogitatione tantum fingi, reapſe præſtari non poteſt. Sunt autem αἱ φοξαὶ κεφαλαὶ, capita faſtigiatum habentia verticem, quæ deficientem habent alterutram, aut vtranque eminentiam, vel plus quàm decet auctam. Nam & acuta albuminis, vel etiam vtraque capitis eminentia, φοξὸν fieri ſcribit * Galenus, fiuntq; ex omnes φοξῶν ſpecies, permuttata optima capi-

tis conformatione, quæ oblongam vtrinque ſphæram depreſſam refert, ideoque præter naturam eſſe dicitur. Animaduertendum autem eſt quatuor hîc deſcriptas capitum differentias ad offenſatum capitis curationem ſatis eſſe, eaſdemque à Galeno libr. de Oſſibus annotari. Nam & aliæ capitis figuræ, quæ ab Ariſtot. recenſentur, ad vulnerum capitis curationem parum faciunt. Atque ea etiam eſt ſuturarum in ſumma caluaria varietas quam hîc depingit Hippocrates, & obiter attingit lib. de locis in homine. Etſi quædam capita ſine ſuturis videantur, vt etiam ſcriptum reliquit †† Ariſtot. & teſtatur Pollux lib. 2. Et Herodotus (lib. 9.) Perſarum capita ex oſſe vno ſolido, & nullis ſuturis interſtincta reperta commemorat. Quod etiam etſi rarum, locis tamen æſtuoſis faciliùs inueniri fatetur ** Cornelius Celſus. Sunt tamen ſalubriora capita, quæ plures habent ſuturas, vt ſcribit Hippocr. lib. de loc. in homine, adeò vt mirum ſubeat quanam ratione à Celſo dictum ſit id caput firmiſſimum atq; à dolore tutiſſimum eſſe, quod ſine ſuturis eſſet, & quo ſuturæ pauciores eſſent, eò commodiorem eſſe capitis valetudinem, niſi id iniuriis externis minùs patere intelligat. Cæterùm in capite ſphærico ac rotundo, & in quo vtraque eminentia eſt deperdita, ſuturas ad literæ X ſimilitudinem ſe habere hîc ſcribit Hippocrates, vt & Galenus lib. 9. vſu part. & lib. de Oſſib. cùm vna à poſteriore parte capitis per mediam longitudinem in priorem rectà feratur, altera verò ab aure vna ad alteram tranſuerſa per temporum longitudinem tendat. Eas autem lineas ad angulos rectos ſe inuicem interſecare ſcribit Galenus lib. de Oſſibus, cùm tamen X litera angulos internos acutos, externos obtuſos habeat. Aut ergo X aliter deſcriptum fuiſſe, aut Ψ literæ ſimilitudinem potiùs referre ſatis apparet, quod etiam annotauit Galenus lib. 9. de vſu part. Has porrò quatuor capitum figuras hîc ab Hippocrate celebratas eſſe, & pro earum figura immutatas ſuturas commemorat Galenus lib. de vſu partium, quod etiam huic loco teſtimonium facit ampliſſimum. Harum verò capitis figurarum vitia ab Hippocrate & Galeno deſcripta, haud ita crebrò in craniis noſtris apparent, præter quàm quòd etiam ſuturæ coronalis ſitus in his maximè variat. Et recta ſutura crebrò ad naſum vſque per os frontis medium deſcendit. Vidimus cranium prælongum, & acuminatum, in quo pro lambdoide multæ erant ſuturæ in fine occipitis, & in toto cranio vna erat ſutura per medium cranium ab aure vna ad alteram delata. A B

*† Lib. 9. vſ. part. * Com. 1. in lib. 6 epid. †† Cap. 7. lib. 1. hiſt. anim. ** Lib. 8. cap. 1.*

Ad medium autem caput duplex os eſt, idq; tum ſumma ſui parte & æquabilitate, quà carne tegitur, tum infima quà membranam contegit, & inferior eſt oſſis æquabilitas, duriſſimum & denſiſſimum eſt à natura conſtitutum. Quodq; recedit à ſupremo & infimo oſſe, à duriſſimis & denſiſſimis, ad molle & minùs denſum quodq; magis cauum eſt accedit, ad interiora vſque quibus inter ſe connectuntur. Eaque maximè caua & molliſſima, plurimumq; peruia ſunt. Ac totum capitis os, ſi ſupremam atq; infimam partem admodum exiguam demas, ſpongiæ ſimile, multaſq; carnes humidas ſimiles in ſe habet, quas ſi quis digitis conterat, ex ipſis ſanguis prodeat. Inſunt quoque in oſſe venulæ tenues & cauæ ſanguinis plenæ. Quòd quidem ad duritiem mollitudinemq; ac cauitatem ſpectat, ſic ſe res habet, quòd verò ad craſſitudinem & tenuitatem, hoc modo.

[a] Διπλόον δ' ἐστὶ τὸ ὀστέον κατὰ μέσην τὴν κεφαλήν. C
σκληρότατον δὲ καὶ πυκνότατον αὐτὸ πέφυκε τό τε ἀνώτατον, ᾗ
ὁμαχροίη τοῦ ὀστέου ὑπὸ τῇ σαρκὶ, καὶ τὸ κατώτατον τὸ πρὸς
τὴν μήνιγγα, ἡ ὁμαχροίη τοῦ ὀστέου ἡ κάτω. ἀποχωρέον δὲ ἀπὸ
τοῦ ἀνωτάτου ὀστέου καὶ τοῦ κατωτάτου. ἀπὸ τοῦ σκληροτάτου καὶ
πυκνοτάτου ἐπὶ τὸ μαλθακώτερον καὶ ἧσσον πυκνὸν καὶ ἐπὶ
κοιλότερον ἐς τὴν διπλόην. ἡ δὲ διπλόη κοιλότατον καὶ μαλ- D
θακώτατον, καὶ μάλιστα σηραγγῶδές ἐστιν. ἔστι δὲ καὶ πᾶν τὸ
ὀστέον τῆς κεφαλῆς, πλὴν χαρτὰ ὀλίγου τοῦ τε ἀνωτάτου καὶ
κατωτάτου, σπόγγῳ ὅμοιον. καὶ ἔχει τὸ ὀστέον ἐν ἑωυτῷ ὅμοια
σαρκία πολλὰ καὶ ὑγρά, καὶ εἴ τις αὐτὰ διατρίβοι τοῖσι δα-
κτύλοισιν, αἷμα ἂν διαγίνοιτο ἐξ αὐτῶν. ἔνι δὲ ἐν τῷ ὀστέῳ
καὶ φλεβία λεπτότερα καὶ κοιλότερα, αἵματος πλέα.
σκληρότητι μὲν οὖν καὶ μαλθακότητι καὶ κοιλότητι, ὧδε E
ἔχει. παχύτητι δὲ καὶ λεπτότητι, ὧδε πως.

[a] Διπλόον δ' ἐστὶ τὸ ὀστέον] Quamnam mediam capitis partem intelligat valdè eſt ambiguum, num eam verticis partem qua ſe ſuturæ interſecant, num verò interiorem oſſium partem, quà inter ſe connectuntur, & poſtea διπλόη Hippocrati dicitur, an etiam mediã cranij partem duplici oſſe conſtare velit, quod mihi magis eſt vero ſimile, vt caluaria dimidia ſui parte duplex ſit. Quod etiam ex hoc loco his verbis mihi expreſſiſſe Celſus videtur. Eaq; ſimplex ab occipitio & temporibus, duplex vſque in verticem à fronte eſt.

σκληρότατον δὲ καὶ πυκνότατον] Galenus lib. 9. de vſu partium cranium quidem neque craſſum & denſum, neque tenue & denſum, ſed craſſum, rarum & cauernoſum, ad fuliginoſorum excrementorum vacuationem conſtituit. Hic verò caluaria exteriore ſua ſuperficie qua læuis eſt & æquabilis, & cute tegitur, aut membranam amplectitur, duriſſima & maximè denſa dicitur, idque ad mediæ & interioris oſſis partis comparationem, quæ ſpongioſa eſt & mollis. Eadem quoque Celſo ab exterioribus partibus, dura eſſe dicitur, F cùm tamen vtraque ſua planicie ſit porulenta. ὁμαχροίη autem hic intelligitur ſuperficiei vtriuſque læuitas & æquabilitas, aut complanata planicies, tum ea quæ ſuprema eſt, & cute tegitur, tum ea quæ interiore ambitu membranam cingit. Id ſic expreſſit Celſus. Igitur Caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinſecus gibba, vtrinque læuis, & quà cerebri membranam contegit & quà cute capillum gignente contegitur.

ἀποχωρέον δὲ ἀπὸ τοῦ ἀνωτάτου] Id ſic expreſſiſſe mihi videtur Celſus, Oſſaque eius ab exterioribus partibus dura, ab interioribus quibus inter ſe connectuntur, molliora ſunt. Sic enim διπλόην vocat, quod illic duplicata lamina inter ſe oſſa connectantur, qua ratione cauus magis locus eſt, mollior & aëre plenior. ἐπὶ κοιλότερον igitur lego, pro ἐπὶ κοινότερον, etſi duplicis laminæ connexio & ſpacioſa laxitas communitatem quandam facit.

καὶ μάλιστα σηραγγῶδές ἐστιν] Innuit his verbis Caluariæ oſſa interiore parte qua inter ſe connectuntur ad duplicatam laminam eſſe G maximè rara, laxa, & foraminibus peruia. Hunc enim mihi locum ſubindicare videtur Galenus in Exegeſi, cùm ſcribit: σηραγγώδη, χαῦνα, ἀραιά, πολλοὺς πόρους ἔχοντα. [illegible] σηραγγῶδες. σηραγγῶδες enim malim quàm σηραγγώδης, vt Erotianus σηραγγῶδες κατατετρημένον exponit & Galenus apud Hippocratem διεσηραγγωμένα, ἀραιωμένα, quod de his dicitur quæ cauernoſa ſunt & foraminibus peruia. Quædã exemplaria pro σηραγγῶδες σηραγγώδης legunt. Quædam etiam σειρῶδες vitioſè pro σηραγγῶδες. Quam lectionem adhibuiſſe videtur Caluus, qui connexa & catenæ ſimilia, dixit.

ἔστι δὲ καὶ πᾶν τὸ ὀστέον] Caluaria tota, exigua parte excepta, ſpongiæ in modum rara eſt, foraminulenta & cauernis plena, quæ carne humida, molli & madente inferciuntur, tum vt oſſa nutriantur, tum vt tutiora ſint ad externas iniurias, cùm plenitudinem quandam citra grauitatem exhibeant. Nutriuntur verò carunculæ à venulis quæ per oſſa diſcurrunt, & à parte tum exteriore, tum interiore prodeunt, ideoque digitis preſſæ facilè in ſanguineum humorem ſoluuntur. At nec interim abſurdam lectionem exiſtimo ὅμοια σαρκία, eamque non ingratiis amplector.

Totius capitis os id tenuiſſimum & maximè imbecillũ quod ad ſinciput eſt, idq; quàm minimam & tenuiſſimam carnem hac capitis parte in ſe habet, cerebrumq; plurimum eo loco ſubeſt. Cumq; hæc ita ſe habeant, vbi tela ictuſque æquales fuerint magnitudine vel minores, tum etiam æqualiter vulneratus aut leuiùs, os hac capitis parte magis colliditur,

[b] Συμπάσης τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον λεπτότατόν ἐστι καὶ H
ἀσθενέστατον τὸ κατὰ βρέγμα, καὶ σάρκα ὀλιγίστην καὶ λεπτοτά-
την ἔχει ἐφ' ἑωυτῷ ταύτῃ τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον. καὶ ὁ ἐγκέ-
φαλος κατὰ ταύτην τῆς κεφαλῆς πλεῖστος ὕπεστι. καὶ δὴ οὕτως
τούτων ἐχόντων, τῶν τε τρωσίων καὶ τῶν βελέων ἴσων τε ἐόντων
κατὰ μέγεθος, καὶ ἐλασσόνων, καὶ ὁμοίως τι τρωθεὶς καὶ ἧσσον,
τὸ ὀστέον ταύτῃ τῆς κεφαλῆς φλᾶται μᾶλλον καὶ
ῥήγνυται

A ῥήγνυται, καὶ ἔσω ἐσφλᾶται, καὶ θανατωδέστερόν ἐστι καὶ χαλεπώτερον ἰητρευθῆναί τε καὶ ἐκφυγεῖν τὸν θάνατον ταύτῃ ἢ ὅπου ἄλλοθι τῆς κεφαλῆς. ἔχοντι τὸ ἴσον τρῶμα, καὶ ὁμοίως τε τρωθεὶς καὶ ἧσσον, ἀποθνήσκει ἄνθρωπος, ὅταν γε καὶ ἄλλως μέλλῃ ἀποθανεῖσθαι ἐκ τοῦ τρώματος, ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ ὁ ταύτῃ ἔχων τὸ τρῶμα τῆς κεφαλῆς, ἢ ὅπου ἄλλοθι. ὁ γὰρ ἐγκέφαλος τάχιστά τε καὶ
B μάλιστα κατὰ τὸ βρέγμα αἰσθάνεται τῶν κακῶν τῶν γινομένων ἔν τε τῇ σαρκὶ καὶ τῷ ὀστέῳ. ὑπὸ λεπτοτάτῳ γὰρ ὀστέῳ ἐστὶ ταύτῃ ὁ ἐγκέφαλος καὶ ὀλιγίστῃ σαρκί, καὶ ὁ πλεῖστος ἐγκέφαλος ὑπὸ τῷ βρέγματι κεῖται. τῶν δὲ ἄλλων τὸ κατὰ τοὺς κροτάφους ἀσθενέστατόν ἐστιν. συμβολή τε γὰρ τῆς κάτω γνάθου πρὸς τὸ κρανίον, καὶ κίνησις ἐστιν ἐν τοῖς κροτάφοις ἄνω
C καὶ κάτω ὥσπερ ἄρθρου. καὶ ἡ ἀκοὴ πλησίον τῶν αὐτέων. καὶ φλὲψ διὰ τοῦ κροτάφου τέταται κοίλη τε καὶ ἰσχυρή.

frangitur, & medium deſidit, ſub eoque caſu magis moriuntur ægri, ægriuſque curantur & mortem euitant, quàm ſi qualibet alia capitis parte iſtud accidat. Ac vbi æqualia fuerint vulnera, aut æquè vehementer aut leuiùs quis percuſſus fuerit, cùm aliqui vulnus lethale ſit, intra breuius tempus ex vulnere moritur qui hac capitis parte quàm qui alia vulneratus eſt. Cerebrũ nanq; ad ſinciput celerrimè & maximè ſentit offenſas quæ in carne & oſſe fiunt, cum hoc loco tenuiſſimo oſſe & exigua carne tegatur, magnáque ex parte ſub ſyncipite ſitum ſit Ex reliquis oſſibus, quod eſt ad tempora, maximè eſt imbecillum. Committitur enim inferna maxilla cum caluaria, mouetúrq; in temporibus ſurſum & deorſum articuli in modum. auditióq; etiam huic eſt vicina, venaque caua & valida per tempora fertur.

¹ ἀσθενέστατον τῆς κεφαλῆς.] Syncipitis oſſa, quæ duo bregmatis oſſa conſtituunt, rara ſunt cauernoſa & laxa. Maxima etiam vaporum vis ex toto corpore ſurſum ad illa fertur, vt quæ loco celſiſſimo ſint conſtituta, ob eamque cauſam multiplicem ipſis natura per ea vacuationem comparauit. Ac præter reliqua, ad ſuturæ rectæ cum coronali concurſum, hoc ſummi capitis loco, cranium eſt rariſſimum & tenuiſſimum (quod etiam teſtatur * Galenus) adeò vt pueris mandentibus & reſpirantibus, hæc ſedes recenti caſeo ſimilis & diutiùs mobilis videatur. Quin etiam cùm hoc loco cranium ſit tenuiſſima carne contectum, & nuſquam ſuturæ laxius hæreant, huic parti perfuſiones adhibere Medicos ſcribit † Galenus, vt in multis cerebri vitiis extrinſecus, admotorum præſidiorum facultate iuuentur. Ad quod certè plurimùm confert ſuturæ coronalis in multis hominibus varietas, eaque laxitas, vt inter mandendum quibuſdam eius commiſſionis manifeſtus motus appareat, vt etiam ſcribit Galenus.

D * *Lib.13. Meth.* † *Lib.2.κατὰ τόπ. & 13.Meth.*

ὁ ἐγκέφαλος κατὰ τοῦτο] In anteriore & ſuperiore capitis parte ad verticem vſq; maxima & copioſiſſima cerebri pars ſubeſt, καὶ ὁ ἐγκέφαλος ἐς τὸ πρόσω μᾶλλον ἐστὶ τῆς κεφαλῆς, ἢ ἐς τοὔπισθεν, vt ſcribit Hipp. lib. 2. de Morbis.

συμβολή τε γὰρ τῆς κάτω γνάθου] Genæ inferioris pars quæ ad caput vergit, in duos proceſſus terminatur, quorum alter infra latior vertice ipſo tenuatur, longiuſque procedens, ſub oſſe iugali ſubit, & muſculi temporalis tendinis inſertionem validiſſimè excipit, totus ab illo complexus. Alter breuior & rotundior, in cauitatem oſſis capitis, quæ in oſſe temporali ſub meatu auditorio ante apophyſin μαστοειδῆ ſita eſt, dearticulatione recipitur. & in eo ſinu qui iuxta foramina auris eſt, cardinis modo ſit, ibique huc & illuc ſe inclinans maxillæ facultatem motus præſtat. Cæterùm poſt oſſa bregmatis, os temporum eſt infirmiſſimum, quia tenuiſſimum, quia pertuſum meatu auditorio, & cauatum, partim, ad genæ ſupernæ diarthroſin partim ad venæ iugularis ramos intus & foris excipiendos. Quanquam quod hic de vena caua & valida dicitur de arteriæ carotidis propagine, quæ per tempora excurrit, rectè
E accipi poteſt.

⁴ Ἰσχυρότερον δ' ἐστὶ τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον πάσης τὸ ὀστέον τῆς κορυφῆς καὶ τὸ κάτω, ἢ πᾶν τὸ ἔμπροσθεν. καὶ σάρκα πλέονα καὶ βαθυτέρην ἐφ' ἑωυτῷ ἔχει τοῦτο τὸ ὀστέον. καὶ διὰ ταῦτα οὕτως ἐχόντων, ὑπό τε τῶν τρωμάτων καὶ τῶν
F βελέων ἴσων ἀπτόντων καὶ ὁμοίων, καὶ μεζόνων καὶ μειόνων, ὁμοίως τιτρωσκόμενος, καὶ μᾶλλον ταύτῃ τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον ἧσσον ῥήγνυταί τε καὶ φλᾶται, καὶ ἢν μέλλῃ ἄνθρωπος ἀποθνήσκειν καὶ ἄλλως ἐκ τοῦ τρώματος, ἐν τῷ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ἔχων τὸ τρῶμα, ἐν πλείονι χρόνῳ ἀποθανεῖται. ἐν πλείονι γὰρ χρόνῳ τὸ ὀστέον ἐμπυΐσκεταί τε καὶ διαπυΐσκεται κάτω ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον, διὰ τὴν παχύτητα τοῦ ὀστέου. καὶ ἐλάσσων ταύτῃ τῆς κεφαλῆς ὁ ἐγκέφαλος ὕπε-
G στι. καὶ πλέονες ἐκφυγγάνουσι τὸν θάνατον τῶν ὄπισθεν τετρωμένων τῆς κεφαλῆς, ἢ τῶν ἔμπροσθεν. καὶ ἐν χειμῶνι πλείονα χρόνον ζῇ ἄνθρωπος ἢ ἐν θέρει, ἔστιν ὅστις καὶ ἄλλως μέλλει ἀποθανεῖσθαι ἐκ τοῦ τρώματος, ὁπουοῦν τῆς κεφαλῆς ἔχων τὸ τρῶμα.

At ex vniuerſi capitis oſſe, id quod ſecundũ verticem eſt, & poſt aures, validius eſt quàm id totum quod parte anteriore continetur, carnemque copioſiorem & altiorem in ſe habet. Saneque ſub hoc caſu, vbi ex læſionibus & telis omnibus æqualibus & ſimilibus, maioribuſque ac minoribus, ſimiliter aut grauiùs quis fuerit vulneratus, hac capitis parte os minus frangitur & colliditur. Ac ſi alioqui ex vulnere homo periturus ſit, diutius vitam trahet qui poſteriore capitis parte vulnus accepit. Longiore namque interuallo os ob craſſitudinem pus colligit, ipſumq; infra ad cerebrum transfundit. Minor quoque cerebri portio hac parte capitis ſubeſt: fereque plures ſeruantur ex iis qui parte capitis poſteriore, quàm qui anteriore vulnus acceperunt. Ex vulnere etiam capitis quacunq; parte acceptum ſit, vbi alioqui ex vulnere quis fuerit periturus, hyeme quàm æſtate diutius viuit.

⁴ τὸ ὀστέον τῆς κορυφῆς] Os occipitis quod ad verticem eſt intelligitur, vt ſutura lambdoeide ad poſteriorem capitis partem delata, interſecatur. Sic enim eam κατὰ κορυφὴν εἰς τὸ ὄπισθεν τοῦ κρανίου ἐπιφέρεσθαι diſtinguit Rufus Epheſius. Eſt autem κορυφὴ medius capitis vertex καὶ τὸ ἐν μέσῳ ὅθεν αἱ τρίχες ἄρχονται (vt idem quoque ſcribit) quod etiam Polluci κορυφαῖον dicitur, & τὸ τῆς κορυφῆς
H ἐγκύκλιον. Quo nomine pars ea capitis intelligitur, quæ ſutura Lambdoeide, eiuſq; additamentis cingitur, vnde & capitis cauitas in gibbum curuari incipit. Et alioqui certè facilè eam lectionem amplector quæ habet, ἢ ὀστέον τῆς κορυφῆς καὶ τὸ κάτω. Os verò occipitis & quod poſt aures eſt, duriſſimum & validiſſimum, tum ob patiendi difficultatem, cùm plagas ſæpiſſime excipiant, tum etiam quod nulla vaporatione indigeant vt ſcribit Galenus. Craſſiſſimum verò os in capite poſt aurem Celſus facit, qua capillus (vt veriſimile eſt) ob id ipſum non gignitur. Hunc certè locum longè aliter accepit Caluus.

καὶ ἐν χειμῶνι] Id contingit propter magnam venarum & arteriarum copiam quibus caput impletur. Plurimus enim ſanguis & ſpiritus iis in cauitatibus continetur, vnde hyeme aucto tum ſubſtantia tum qualitate calore, qui vulneratus eſt diutiùs trahit, eoque tempore febris ſub decimum quartum diem ſuboritur, cùm æſtate ferè ſeptimo contingat. Hyemis tamen frigus in capitis curationibus quoad fieri poteſt vitamus, quòd frigus neruis & cerebro ſit inimicum.

Vbi verò à telo acuto & leui impreſſum in oſſe veſtigium fuerit, idq; ſolum ita vt neque findatur, neq; collidatur, aut medium deſidat, quod æquè in anteriore capitis parte ac poſteriore accidere poteſt, ex his mors etſi conſequitur, non æquo tamen iure contingit. At vbi nudato oſſe ſutura in vulnere conſpicitur, quacunque corporis parte vulnus extiterit, minimè omnium vulneri ac telo reſiſtit, ſi fortè telum in ipſam ſuturam incubuerit, tumq; vel maximè, ſi telum ſyncipiti, iuxta debiliſſimam capitis partem, exceptum fuerit, ſuturæq; in vlcus incurrant, & telum ipſas ſuturas attigerit.

[1] Αἱ δὲ ἕδραι τῶν βελέων τῶν ὀξέων καὶ κουφοτέρων, A αὐταὶ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν γινόμεναι ἐν τῷ ὀστέῳ, αἱ δὲ ῥωγμῆς τι, καὶ φλάσιος, ἤ ἔσω ἐσφλάσιος. αὗται δὲ γίνονται ὁμοίως ἔν τε τῷ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς, καὶ ἐν τῷ ὄπισθεν. ἐκ τούτων θάνατος οὐ γίνεται κατά γε δίκην, ἢν γένωνται. ῥαφὴ δὲ ἐν ἕλκει φανεῖσα ὀστέου ψιλωθέντος, πανταχοῦ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἕλκεος γενομένου, ἀσθενέστατον γίνεται τῇ πρὸς τὸ βέλος ἀντιλαβεῖν, εἰ τύχῃ τὸ βέλος B ἐς αὐτὴν τὴν ῥαφὴν στηριχθέν. πάντων δὲ μάλιστα ἢν τὸ βέλος ἐν τῷ βρέγματι γενόμενον κατὰ τὸ ἀσθενέστατον τῆς κεφαλῆς, καὶ αἱ ῥαφαὶ εἰ τύχοιεν οὖσαι περὶ τὸ ἕλκος, καὶ τὸ βέλος αὐτέων τύχοι τῶν ῥαφέων.

[1] αἱ δὲ ἕδραι] ἕδρα dicitur Hippocrati in capitis vulneribus, vbi ita impactum vulnus eſt, vt teli veſtigium in oſſe remaneat & impreſſum ſit, quod non niſi ab incidente & acuto, aut graui telo fieri poteſt, vt ſcribitur Galenus Com. 2. in lib. de fract. vt idem ſit ἕδρη, & διάκοψις, vt poſtea ſcribitur. Et Galenus lib. de Cauſ. Morb. ἕδραν, ἐγκοπὴν καὶ διακοπὴν vocat fierique ſcribit vbi telum acutum aut incidens in os impactum fuerit. Hic verò locus mendo non carere videtur, vt etiam aſteriſcus in omnibus exemplaribus adſcriptus vitij ſuſpicionem iniicit, neque in eo vertendo conueniunt interpretes. Mihi hic ſenſus elici videtur, vt vbi in vulneribus capitis telum in oſſe inſederit, quod neque fiſſum ſit, neque colliſum, neque intrò deſidat (quod tam in anteriore quàm poſteriore capitis parte contingit) ex his ſi mors conſequatur, non æquè tamen accidere, quòd tardiùs intereant qui poſteriore capitis parte vulnus acceperint, celeriùs verò qui anteriore ob vtriuſque oſſis naturam. Ita vt non iniuria iſta ad ſuperiora referantur. Vbi κατὰ δίκην, æquo iure, æqualiter, eodem iure aut modo ac ex æquo ſignificare videtur. Quòd verò ad ſcriptionem attinet, ita legendum hunc locum exiſtimo, αὗται ἐπὶ σφῶν αὐτῶν γινόμεναι ἐν τῷ ὀστέῳ, ἄλλο ῥωγμῆς τι, ἢ φλάσιος, ἢ ἔσω φλάσιος. Quæ lectio ex publicatis exemplaribus, & manu ſcriptis, & interpretibus erui poteſt. Exemplaria nanque manu ſcripta αἱ δὲ ῥωγμῆς habent, vbi publicata ἢ ῥωγμῆς τι legunt, vt ſatis apparet, vtraque vitioſè admodum. Rurſuſque illud ἐπὶ σφῶν αὐτῶν γινόμεναι ἕδραι, teli ſedem aut veſtigium ſolum aut ex ſeſe impreſſum indicat.

ῥαφὴ δὲ ἐν ἕλκει φανεῖσα] Suturæ cùm membranas pertepantes & vaſa habeant, partes ſunt imbecillimæ, ideoque ſi ictum aut vulnus D exceperint, facilè ad mortem præcipitant, periculiq; plenum vulnus efficiunt, vt poſtea dicitur, maximè verò ſi plaga in ſyncipite ad ſuturam ſagittalem & coronalem inflicta ſit, qua parte caput eſt infirmiſſimum. Quod etiam breuiſſimè ſcriptum eſt Prorrh. 2. his verbis. τὰ δὲ πάντα δυνατώτερα γίνεται, καὶ κατὰ ῥαφὴν τι ὄντα, καὶ τὰ χείρω αἰεὶ τὰ ἐν τοῖσι ἀσθενεστάτοισι τῆς κεφαλῆς.

Vulnerum oſſis capitis tot ſunt genera: & ſub quoque genere plures ſunt in vulnere fracturæ formæ. Os ſub vulnere finditur, oſſique rimam habenti ſiquidem fiſſum fuerit, colliſionem accedere neceſſe eſt, quodcunque enim telum os findit, idem os plùs minuſve collidit, idq; vbi rimam facit. Hocque genus vnum eſt. Rimarum autem variæ ſunt formæ. Nam & tenuiores ſunt, & tenuiſſimæ, ita vt neque quædam conſpicuæ ſint, neq; protinus à vulnere, neque quibus diebus dolores augeri & mortem homini adferre aſſolent. Rurſus nonnullæ craſſiores & latiores exiſtunt, quædam etiam latiſſimæ, & aliæ quidē longiùs protenduntur, aliæ breuiùs, quædam etiam in rectum tendunt, quædam rectiſſimæ, nonnullæ quoq; magis & minùs curuantur, quædam per ſumma ducuntur, quædam altiùs penetrant, aliæ autem per totum os ad imum vſque tendunt.

[2] Τιτρώσκεται δὲ ὀστέον τὸ ἐν κεφαλῇ, τοσοίσδε τρόποις, τῶν δὲ τρόπων ἑκάστου πλέονες ἰδέαι γίνονται τῶν κατηγμάτων ἐν τῇ τρώσει. ὀστέον ῥήγνυται τιτρωσκόμενον, καὶ τῷ περιέχοντι ὀστέῳ τὴν ῥωγμὴν, ἀνάγκη φλάσιν προσγενέσθαι, ἤνπερ ῥαγῇ. τῶν γὰρ βελέων ὅ, τι περ ῥήγνυσι τὸ ὀστέον, E τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ φλᾷ τὸ ὀστέον ἢ μᾶλλον, ἢ ἧσσον. αὐτὸ τε ἐν ᾧ περ καὶ ῥήγνυσι τὴν ῥωγμήν. εἷς οὗτος τρόπος. ἰδέαι δὲ ῥωγμέων παντοῖαι γίνονται. καὶ γὰρ λεπτότεραί τε καὶ λεπταὶ πάνυ ἔστιν ὅτε, καὶ ἀφανέες γίνονται. ἔστι δ' αἳ οὐκ ἐν ῥωγμέων, οὔτε αὐτίκα μετὰ τὴν τρῶσιν, οὔτ' ἐν τῇσιν ἡμέρῃσιν ἐν ᾗσιν αἱ καὶ πόνων αἱ ὀφελος γένοιτο τοῦ θανάτου τῷ ἀνθρώπῳ. αἱ δ' αὖ παχύτεραί τε καὶ εὐρύτεραι γίνονται τῶν ῥωγμέων. F ἔνιαι δὲ καὶ πάνυ εὐρέαι. καὶ αἱ μὲν ἐπὶ μακρότερον ῥήγνυνται. αἱ δὲ, ἐπὶ βραχύτερον. καὶ αἱ μὲν ἰθύτεραι. αἱ δὲ ἰθεῖαι τε καὶ πάνυ. αἱ δὲ καμπυλώτεραί τε καὶ καμπύλαι καὶ βαθύτεραι. αἱ δὲ, ἐς τὸ κάτω, καὶ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου.

[2] τιτρώσκεται δὲ ὀστέον] κατὰ τόσους τρόπους legit Galenus Com. 1. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον hunc locum proferens, & hos modos quibus caput vulneratur explicans. Hic autem κατηγμάτων nomen ſolutam in oſſe vnitatem meliùs ſonare videtur quàm fracturam, tum quod os vitiari aut nigreſcere poſſit, tum etiam quod colliſum ſit abſque fractura, quæ ſub hoc genere comprehenduntur. Adde quod Galenus lib. de Cauſ. ſympt. ſolutam in oſſe continuitatem κάταγμα καὶ περίθλασιν vocari ſcribit, & quod in aliis oſſibus κάταγμα, in capite G ῥωγμὴν καὶ ῥῆξιν appellari. Omne autem os, vbi iniuria acceſſit (inquit Celſus) aut vitiatur, aut finditur, aut frangitur, aut foratur, aut colliditur, aut loco mouetur. At Galenus lib. 6. Meth. caluariæ κάταγμα, in ῥωγμὴν, θλάσιν, & ἕδραν τῶν κατάξεων diuidit. Idem quoque lib. de ſympt. cauſ. ſolutæ vnitatis in capite ſpecies facit, ῥωγμὴν καὶ ῥῆξιν, ἐγκοπὴν διακοπὴν ὁ ἕδραν θλάσμα καὶ θλάσιν. & ἐνθλασιν. Author Definit. Medic. eiuſdem ſpecies octo facit vbi tamen mendum ſubeſſe videtur. Iſagoges verò author quinque tantùm aut ſex genera facit. Ex quibus locis * Paulus has κατηγμάτων in calua ſpecies proſequitur. Quidam quoque in plura genera diuidunt, quæ tamen omnia ſub his quæ hic ſcribuntur comprehenduntur, & ad ea quæ à Galeno in Methodo medendi poſita ſunt rectè reducuntur. * *Cap. 90. lib. 6.*

τῶν γὰρ βελέων] Id in grauioribus fracturis & colliſionibus quæque à telo graui & retuſo fiunt, ferè contingit, vt idem os etiā collidatur. Sunt tamen Galeno lib. 6. Meth. ἁπλαῖ καὶ μόναι ῥωγμαὶ quæ à telo leuiter incidente fiunt, in quibus anguſtis ſcalpellis vtendum eſſe monet. H

ἰδέαι δὲ ῥωγμέων] Fiſſuræ adeò tenues ſunt aliquando vt ſenſum lateant & viſum fugiant, ita vt neque protinus ab ictu, neque reliquis diebus quibus dolores commoueri ſolent vt intra ſeptimum æſtate, hyeme decimumquartum, ſenſui conſpicuæ ſint, ſed ſpecillum eludant, & tandem ſymptomatum vehementia malum ſe prodat, & ad interitum præcipitent. τριχισμὸς aut τριχοειδὴς ῥωγμὴ, huiuſmodi fiſſuram vocat Paulus. Eſtque τριχισμὸς στενοτάτη ῥωγμὴ καὶ τὴν αἴσθησιν διαλανθάνουσα. διὸ πολλάκις λανθάνει διὰ τὴν μικρότητα, καὶ τὸν σκοπὸν, θανάτου γίγνεται αἰτία. Quod certè huic loco lucem adferre maximam videtur, qui vt manifeſto vitio non caret, ita certè variè ab interpretibus diſtractus videtur. Mihi certè non malè ſic legi poſſe videtur: καὶ γὰρ λεπτότεραί τε, καὶ λεπταὶ πάνυ, ἔστιν ὅτε, καὶ ἀφανέες γίνονται τῶν ῥωγμέων, οὔτε αὐτίκα μετὰ τὴν τρῶσιν, οὔτ' ἐν τῇσιν ἡμέρῃσιν, ἐν ᾗσιν αἱ καὶ πόνων ὀφελος αἴτιον γένοιτο τοῦ θανάτου τῷ ἀνθρώπῳ. ὀφελος autem neque ſolum ὄνησιν & ἐπικούρημα Heſychio ſignificat, ſed etiam αὔξησιν. Vt & dies quibus dolores augētur & ad

corum

A eorum alleuationem ſe comparat medicus, quique ægrum alioqui ad mortem præcipitant, indicentur. Mirum eſt autem quàm ſibi in literæ vitio retinendo optimè conſtent exemplaria omnia, ita vt ne ex his ſenſum vllum rectum elicere poſſis. Nam & ὀςέῳ ἀπαραιτήτως γίνονται, & ἴσα δ' ἄπορ ῥωγμέων, habent omnia quæ huc vſque videre licuit exemplaria. Quod etiam in Vaticanis exemplaribus legi Calui interpretatio teſtatum facit. Scio viros doctiſſimos in hoc loco reſtituendo & repurgando plurimùm inſudaſſe, quorum accuratam diligentiam non poſſum non liberaliter amplecti; hæc tamen mihi probabilis & ad ſenſum valde accommodata lectio eſſe videtur, quæque paucis immutatis ſibi optimè conſtet, fereque omnia retineat quæ in codicibus reperiuntur, neque ab Hippocratis mente aliena videatur. Quædam exemplaria manu ſcripta legunt, ἰδέαι δὲ ῥωγμέων πολλαὶ γίνονται quam lectionem ſequuntur plurimi interpretes. Fiſſæ autem ſub ictu Caluariæ has ſpecies conſtituit Celſus, quòd poſſunt oræ eſſe compreſſæ, vel quia altera ſuper alteram exceſſit, vel etiam quia vehementer rurſus ſe commiſerunt. καὶ βαθύτεραι] Deeſſe alterum diuiſionis membrum ſatis conſtat, quod etiam animaduertit Vidius, ideoque legendum videtur, αἱ δὲ ἐπιπολαιότεραι, αἱ δὲ βαθύτεραι, vt fiſſura in ſuperficie aut in ſummo deſinens, aut altiùs deſcendens indicetur. Eſt enim ῥωγμὴ (Definitionum. Med. authori) ὀστοῦ διαίρεσις ἐπιπολαίως ἢ βαθυτέρως, ἤδη εὐθὺ, ἢ πλαγία. (Sic enim legendum videtur) Paulo verò ῥωγμὴ ἐστὶ διαίρεσις τοῦ κρανίου ἐπιπολαίως ἢ βαθεῖα, μηδαμῶς ἐκ τῆς μεταθέσεως τῶν μορίων τοῦ ὀστέου. Hic autem aliquid deſiderari & vitium ſubeſſe indicat aſteriſcus Aſulano codici præfixus. Quod certè vt me plurimum mouet non eſſe à Cornario animaduerſum, ita poſt has noſtras lucubrationes à doctiſſimo Scaligero eſſe acutiſſimè obſeruatum magnopere gaudeo.

[7] Φλᾶται δ' αὖ τὸ ὀστέον ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσει, καὶ ῥωγμὴ τῇ φλάσει οὐκ ἂν προσγένοιτο τοῦ ὀστέου οὐδεμία. δεύτερος οὗτος. ἰδέαι δὲ τῆς φλάσιος πλείονες γίνονται. καὶ γὰρ μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον φλᾶται, καὶ ἐς βαθύτερόν τε καὶ διὰ
C παντὸς τοῦ ὀστέου. καὶ ἧσσον ἐς βάθος, καὶ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου. καὶ ἐπὶ πλέον τε καὶ ἔλασσον, μῆκός τε καὶ πλατύτητος. ἀλλ' οὐ τουτέων τῶν ἰδεῶν οὐδεμία ἐστὶν ἰδοῦσι τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι γνῶναι, ὁποίη τίς ἐστι τὴν ἰδέην, καὶ ὁπόση τὸ μέγεθος. οὐδὲ γὰρ εἰ πέφλασται ἔοντως πεφλασμένον καὶ τοῦ κακοῦ γεγενημένου, γίνεται τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι καταφανὲς ἰδεῖν αὐτίκα μετὰ τὴν τρῶσιν. ὥσπερ οὐδὲ τῶν ῥωγμέων ἔνιαι ἑκὰς ἐοῦσαι καὶ ἐρρωγότες τοῦ ὀστέου.

Contundi autem os poteſt, oſſe naturaliter ſe habente, vt & rima nulla ad oſſis contuſionem accedat. Atq; hic alter modus eſt. At contuſionis plures ſunt formæ. Nam plùs aut minùs, & altiùs per totum os contuſio peruadit, aut minus altè, neq; per totum os & ampliorem aut minorem, tum lõgitudinem tum latitudinem occupat. Sed nulla earum qualinam ſpecie, aut quanta magnitudine exiſtat, oculis diiudicari poteſt. Neque enim vbi quid contuſum eſt, & malum acceſſit, ſtatim ſub ipſo vulnere contuſio oculis eſt conſpicua, vt neq; rimæ quædam, quæ procul à fiſſo oſſe longiùs excurrunt.

[7] ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσει] Illud ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσει obſcurum eſt, & perinde valet ac oſſe naturaliter habente & in ſuo ſtatu remanente hoc
D eſt, citra vnitatis ſolutionem, & oſſe neque fracto, neq; fiſſo, neq; depreſſo, quod dicitur lib. de Cauſ. morb. τῆς ἔξωθεν ἐπιφανείας τοῦ συνεχοῦς μενούσης ἐν φυλακῇ, & apud authorem Definit. Medic. θλάσμα τῆς ἐπιφανείας, Paulus verò χωρὶς τοῦ λυθῆναι τὸ συνεχὲς dixit. Eſt enim θλάσμα aut θλάσις ſolutæ in oſſe continuitatis ſpecies, cùm ſub irruente extrinſecus aliquo violento, valido & duro corpore, os ita contunditur, vt externa facies integra permaneat, & in profundo ſint multæ & paruæ diuiſiones, quod in puerorum oſſibus maximè contingit. Oportet enim in ſe cogi quod contunditur, atque ita molle eſſe vt abſolutam duritiem non aſſequatur. Idem etiam in carne contingere videtur & eandem appellationem habet, vt patet initio lib. 4. Meth. & lib. de Cauſ. morborum. Eſt etiam θλάσις fracturæ cranij ſpecies, vt hic, & apud authorem Definit. Medic. etſi potiùs caluariæ oſſis in anteriorem partem impulſio, aut introrſum flexio, quam fractura, cauitatem citra vnitatis ſolutionem efficiens, velut in ſtanneis aut æneis vaſis contingit. Quod ex authore Definit. Medic. ſumpſiſſe videtur Paulus, vbi & θλάσεως nomine ἔνθλασις etiam comprehenditur, vt ex Galeno lib. de Cauſ. morb. videre eſt. Poteſt etiam euenire (inquit Celſus) vt ex ictu neque findatur os, neque perfringatur, ſed ſummum
E tamen collidatur exaſperetur que. καὶ ἧσσον ἐς βάθος] καὶ οὐ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου malim cum Paulo, etſi καὶ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου ferri poſſit, vt legunt cæteri omnes, quòd iſta ſuperiori diuiſioni ſatis opponantur. Vitioſa ſunt autem exemplaria quæ ἐς βαθύτερόν τε καὶ ἔλασσον μῆκός τε καὶ πλατύτητος legunt, quòd nonnullas ſpecies prætermittant. Contuſionis ſpecies tantùm duas facit Paulus. Aut enim per totam ſuam craſſitudinem os colliditur, adeò vt ſæpè etiam membrana abſcedat, & per totum à caluaria premantur. Aut non per totam ſuam craſſitudinem, ſed ſolùm circa externam ſuperficiem, vſque ad ſecundam laminam. Qui locus vitioſè admodũ apud Paulum legitur. Sunt autem fiſſuræ quædam, quæ extra plagam ampliùs extenduntur & longiùs excurrunt, quas ad finem vſque perſequi non conuenit, vt placet Galeno & Paulo, id perſuaſum habentes, minimè futurum vt ex eo noxa ſequatur vlla, ſi reliqua omnia ritè procedant. Quædam etiam non qua plaga eſt illata, ſed altera parte fiunt, eæque facilè ſenſum effugiunt, neque adeò oculis ſunt conſpicuæ.

F [8] Ἐσφλᾶται δὲ τὸ ὀστέον ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ ἔσω σὺν ῥωγμῇσιν. ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν ἐσφλασθείη. τὸ γὰρ ἐσφλώμενον ἀπορρηγνύμενόν τε καὶ καταγνύμενον ἐσφλᾶται ἔσω ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου μένοντος ἐν τῇ φύσει τῇ ἑωυτοῦ. καὶ οὕτω ῥωγμὴ ἂν προσείη τῇ ἐσφλάσει. τρίτος οὗτος ὁ τρόπος. ἐσφλᾶται δὲ τὸ ὀστέον πολλὰς ἰδέας. καὶ γὰρ ἐπὶ πλέον τοῦ ὀστέου καὶ ἐπ' ἔλασσον. καὶ μᾶλλόν τε καὶ ἐς βαθύτερον κάτω.
G καὶ ἧσσόν τε καὶ ἐπιπολαιότερον.

Os medium deſidit vbi à natura ſua intro recedit, vnà cum rimis, alioqui medium non deſideret. Quod enim medium deſidit, ab alio oſſe naturaliter ſe habente abruptum fractumque introcedit, itaque ſanè huic caſui rimam accedere neceſſe eſt. Atq; hic tertius eſt modus. Multis autem modis os medium deſidit. Namq; hoc maiorem & minorem oſſis partem occupat, aut magis & altiùs ad imum penetrat, aut minùs, & in ſuperficie extat.

[8] ἐσφλᾶται δὲ τὸ ὀστέον] ἐσφλᾶσθαι medium os deſidere dicimus cum Celſo, quod intro cedit & deprimitur, & ſub graui & retruſo telo interdumq; etiam acuto accidit. ὀστέον ἐμπεφλασμένον dicitur Prorrh. 2. vt illic ſcripſimus, & vitioſè ἐμπεπλασμένον ſcribitur. Galenus lib. de Cauſ. morb. ἔνθλασιν vocat, hoc eſt contuſionem, vbi concauitas aliqua ex collidentis corporis ictu inducta apparet. At eam ſub θλάσεως nomine cæteri comprehendunt, vt Galenus 6. Meth. Paulus & author Definit. Medic.

ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν ἐσφλασθείη] Os depreſſum & medium deſidens, fractum quoque eſſe, & ab altero oſſe quod naturali ſtatu remanet abruptum neceſſe eſt. Celſus os quod deſedit, ſiue totum perfractum eſt, ab alio ex toto receſſiſſe ſiue circumpoſitæ caluariæ inhærere exigua parte vult. Galenus lib. de Cauſ. morb. vbi non ſolùm ad interiora receſſerit os capitis, ſed etiam ruptura quædam in exteriori facie acceſſerit, compoſitum eſſe morbum ſcribit, nullumque huiuſmodi affectui à priſcis inditum eſſe nomen, ideoque potiùs oratione quàm nominibus extremè barbaris, qualia medicis recentioribus vſurpantur, eſſe explicandum. Vbi certè ſolum oſſis
H ad interiora receſſum, & abſque fractura, comprehendere videtur.

ἐσφλᾶται δὲ τὸ ὀστέον] Galenus lib. de Cauſ. morb. duas ἐνθλάσεως ſpecies facere videtur, vnam cùm cauitas feriente remoto ſeruatur, alteram vbi mollia corpora poſt ictum ad priorem habitum redire ſolent, neque cauitatem retinent, cuius nullo modo meminiſſe videtur Hippocrates.

[9] Καὶ ἕδρης γενομένης ἐν τῷ ὀστέῳ βέλεος, προσγέ-

Ac vbi telum in oſſe veſtigium reliquit, vtiq; rimæ

adiici poterit & ad rimã colliſum aut magis aut minùs accedere neceſſe eſt cùm qua etiã parte rima acceſſit eadem teli veſtigium appareat & rima ſit in oſſe qua teli veſtigium & colliſum continetur. Quartus hic modus eſt cùm teli veſtigiũ in oſſe remanet. Teli autẽ ſedes dicitur, cùm os ſuo ſtatu permanens manifeſtum fecerit quà telum inſederit. In vnoquoque verò genere plures ſunt formæ. Quodq́; ad colliſum & rimam attinet ſiue hæc vtraq; ad teli veſtigiũ accedant ſiue colliſum duntaxat fiat, varias eſſe tum colliſi tum fiſſi ſpecies iam dictum eſt. At ipſum teli veſtigium per ſe fit longius & breuius magis curuum, aut rectum aut rotundum, ſuntq́; pro teli figura multæ aliæ huiuſcemodi ſpecies. Nam & ipſum altè magis aut minùs deſcendit anguſtiuſq́; eſt aut latius aut ampliſſimum ſi præciſio adiuncta ſit. Præciſio autem quantamcunq; longitudinem & latitudinem oſſis occupet ad teli veſtigium refertur dummodo alia oſſa quæ præciſionem continent, in ſuo ſtatu maneãt neque vna cum præciſione à ſuo ſtatu recedãt & media deſidant. Sic enim os medium deſideret neque amplius teli veſtigium eſſet.

τοῖσιν ἂν ῥωγμὴ τῇ ἕδρῃ, τῇ τε ῥωγμῇ καὶ φλάσει προσγίνεσθαι ἀναγκαῖον ἐστὶν, ἢ μᾶλλον, ἢ ἧσσον, ᾗ περ καὶ ῥωγμὴ προσγένηται ἐνθάδε καὶ ἕδρη ἐγένετο. καὶ ἡ ῥωγμὴ ἐν τῷ ὀστέῳ τῷ περιέχοντι τήν τε ἕδρην καὶ τὴν φλάσιν. τέταρτος οὗτος τρόπος. καὶ ἕδρη δὲ τοῦ βέλεος γίνεται ἐν τῷ ὀστέῳ. ἕδρη δὲ καλέεται, ὅταν μένον τὸ ὀστέον ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσει τὸ βέλος στηρίξαν ἐς τὸ ὀστέον δῆλον ποιήσῃ ὅτῃ ἐστήριξεν. ἐν δὲ τῷ τρόπῳ ἑκάστῳ πλέονες ἰδέαι γίνονται. καὶ περὶ μὲν (B) φλάσιος καὶ ῥωγμῆς, ἢν ἄμφω ταῦτα προσγένηται τῇ ἕδρῃ, καὶ ἢν φλάσις μούνη γένηται, ἤδη πέφρασται, ὅτι πολλαὶ ἰδέαι γίνονται καὶ τῆς φλάσιος καὶ τῆς ῥωγμῆς. ἡ δὲ ἕδρη αὐτὴ ἐφ' ἑωυτῆς γίνεται μακροτέρη καὶ βραχυτέρη ἐοῦσα, καὶ καμπυλωτέρη, καὶ ἰθυτέρη, καὶ κυκλοτερής. καὶ πολλαὶ ἄλλαι ἰδέαι τοῦ τοιούτου τρόπου, ὁποῖον ἄν τι καὶ τὸ σχῆμα τοῦ βέλεος ᾖ. καὶ δὴ αὐταὶ καὶ βαθύτεραί τε κάτω καὶ μᾶλλον καὶ ἧσσον. (C) καὶ στενότεραι. καὶ εὐρύτεραι, καὶ πάνυ εὐρέαι. ἢ διακεκόφαται. διακοπὴ δὲ ὁπόση τις οὖν γενομένη μήκεός τε καὶ εὐρύτητος ἐν τῷ ὀστέῳ ἕδρη ἐστὶν. ἢν τἄλλ' ὀστέα, τὰ περιέχοντα τὴν διακοπὴν μένῃ ἐν τῇ φύσει τῇ ἑωυτῶν, καὶ μὴ συνεσφλᾶται τῇ διακοπῇ ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτῶν. οὕτω δ' ἐσφλασις ἂν εἴη καὶ οὐκ ἔτι ἕδρη.

9 καὶ ἕδρης γινομένης] ἕδρη dicitur inciſum, cùm quà telum inſederit veſtigium apparet, & veluti teli ſedes à quo inflicta plaga ſit. Huic rima poteſt accedere, & ex rima colliſum, ſi quidem vbi rima ſit, ibidem os incidatur, & vbi fiſſum eſt, ibidem inciſum & colliſum ſit. (D) Iſq; eſt horum verborum & omnium exemplarium ſenſus, ſi εἰ ἕδρῃ καὶ ῥωγμὴ προσγένηται legatur. Poteſt & exemplarium lectio retineri, vt aut rima inciſo adiiciatur, & ex ea colliſum, aut ad rimam etiam inciſum accedat, & qua parte os fiſſum eſt, eadem incidatur & collidatur. Vidus hunc ſenſum ſibi elicit, vt qua parte rima inciſo oſſi adiicitur, eadem colliſum ad inciſionem & rimã accedat. Vbi & aliter quàm habent noſtra exemplaria legiſſe videtur καὶ ἡ φλάσις ἐν τῷ ὀστέῳ τῷ περιέχοντι τὴν ἕδρην καὶ τὴν ῥωγμήν. Atque hic quartus modus eſt, vbi ad teli veſtigium fiſſum accedit, indeq; colliſum, aut vbi ad rimam inciſum & colliſum quoque accedit.

καὶ ἕδρη δὲ τοῦ βέλεος] Hic alium modum conſtituit Vidius, præter omnium exemplarium fidem, vbi os quod inciditur, collidiuir, ita vt ad inciſum & colliſum nulla rima accedat, fiatque teli ſedes in oſſe.

ἢ διακεκόφαται] Id ad ἕδρην referri videtur, vt ſedes profundior & altior, aut anguſtior & latior ſit, ſi διακοπὴ acceſſerit, tuncq́; tertia ἕδρας ſpecies conſtituatur, ſiue per ſe, ſiue vnà cum diſſectione & διακοπῇ ſpectetur, tuncq; ἢν διακεκόφαται legendum videretur. Poteſt & per ſe legi. ἢ διακεκόφαται, vt oſſis præciſio intelligatur, altera ἕδρας ſpecies. Eſt autem διακοπὴ diſſectio, præciſio, quo nomine magnũ (E) omne & profundum vulnus Hippocr. ſignificatur, tamq; altè impactum vt per totum & ad cauitatem vſq; pertuadat, aut etiam interiorem oſſis ſuperficiẽ, quam cauitas excipit, pertingat, vt aph. 24. lib. 7. & 18. & 19. lib. 6. διακόμματα dicuntur Prorrh. 2. quæ διακοπαὶ, diſſectiones, præciſiones. Diſciſſa dici poſſunt, quæ magnas habent diſſectiones, diſcuſſa vocat Celſus. Galen. verò lib. de Cauſ. morb. διακοπὴν vocat ſolutam in oſſe continuitatem ab acuto aliquo irruente & incidente, eandem ἐκκοπὴν & ἕδρην, quæ ſub ἐκκοπῆς nomine aliis etiam comprehenditur. Apparet autem literam eſſe vitiatam, & διακοπὴ δὲ, & ἕδρη ἐστὶ legendum.

Os ſub vulnere frangitur alia capitis parte quàm qua vlcus eſt & os nudatũ eſt. Quintus hic mod⁹ eſt. Huicque calamitati nullis remediis ſubuenias. Neq; enim vbi iſtud contingit quanam ratione iſtud homo patiatur aut quanam capitis parte ex eius percunctatione deprehendas.

10 Ὀστέον τιτρώσκεται ἄλλῃ τῆς κεφαλῆς ἢ τὸ ἕλκος ἔχει ὤνθρωπος, καὶ τὸ ὀστέον ἐψιλώθη τῆς σαρκός. πέμπτος οὗτος τρόπος. καὶ ταύτην τὴν ξυμφορὴν ὅταν γένηται, οὐκ ἂν ἔχοις (F) ὠφελῆσαι οὐδέν. οὐδὲ γὰρ εἰ πέπονθε τὸ κακὸν τοῦτο οὐκ ἔστιν ὅπως χρὴ αὐτὸν ἐξελέγξαντα εἰδέναι εἰ πέπονθε τὸ κακὸν τοῦτο ὤνθρωπος, οὐδ' ὅτῃ τῆς κεφαλῆς.

10 Hic quintus eſt fracturæ modus, in quo caluaria alia parte quàm qua vulnus inflictum fuerit, ſiderit. Quod & experientia quotidiana, & recentiorum ac veterum Chirurgorum monimentis manifeſtiſſimè eſt conteſtatum, & Celſo, his verbis affirmatum. Solet etiam euenire, vt altera parte fuerit ictus, & os altera fiderit. Itaq; ſi grauiter aliquis percuſſus eſt, ſi mala indicia ſubſecuta ſunt, neq; ea parte qua cutis diſcuſſa eſt rima reperitur, non incommodum eſt parte altera conſiderare, num quis locus mollior ſit & tumeat, cumque aperire. Siquidem ibi fiſſum os reperietur, nec tamen magno negotio cutis ſaneſcit, etiamſi fruſtra deſecta eſt, (aut (G) in fruſta deſecta eſt, vt legit Scaliger.) ἀπήχημα dicunt recentiores caluariæ fracturam in oppoſitis iis quæ percuſſæ ſunt partibus, quod tamen in caluaria fieri poſſe negat Paulus, aſſeuerat Soranus, experientia comprobat, eaq; de re magna eſt Chirurgorũ diſſenſio. Rarò etiam, ſed aliquando tamen euenit (inquit Celſus) vt os quidem totum integrũ maneat, intus verò ex ictu vena aliqua in cerebri membrana rupta, aliquid ſanguinis mittat, iſq; ibi concretus magnos dolores moueat, oculoſq; pus obcæcet. (Sic enim rectiſſimè legit Scaliger.) Sed ferè contra id dolor eſt, & eo loco cute inciſa pallidum os reperitur. Ideoq; id quoq; os excidendum eſt. Iſtud etiam contingere in caſu, præſertim ex ſublimi, ſcribit† Galenus lib. 1. Compoſ. pharm. κατὰ τόπ. in his quæ ab Apollonio ad dolorem capitis ex plaga ſcripta ſunt. Hic autem vitiatos eſſe codices ſatis eſt manifeſtum. † Cap. 1.

Ex his fracturæ modis ad ſectionem veniendum ſuadet tum oſſis colliſio quæ & oculis non patet, & aliquo modo manifeſta eſt, tum rima, ſiue oculos lateat, ſiue ſit conſpicua. Quin & vbi teli veſtigium in oſſe remanet, ſiue ad id præterea rima & colliſio acceſſerit, ſiue colliſio ſola abſque rima, tunc etiam ad ſectionem veniendum. Os autem medium ex naturali ſtatu deſidens, parum ſectione indiget,

11 Τούτων τῶν τρόπων τῆς κατήξιος ἐς πρίσιν ἀφήκει ἥτε φλάσις ἢ ἀφανὴς ἐοῦσα, καὶ ἢν πως τύχῃ φανερὴ (H) γινομένη. καὶ ῥωγμὴ ἢν ἀφανὴς ἐῇ, καὶ ἢν φανερὴ. καὶ ἢν ἕδρης γινομένης τοῦ βέλεος ἐν τῷ ὀστέῳ προσγένηται ῥωγμὴ καὶ φλάσις τῇ ἕδρῃ. καὶ ἢν φλάσις μούνη προσγένηται ἄνευ ῥωγμῆς τῇ ἕδρῃ, καὶ αὕτη ἐς πρίσιν ἀφικνέεται. τὸ δ' ἐσφλώμενον ὀστέον ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ, ὀλίγα τῶν πολλῶν πρίσιος προσδεῖται.

ἢν

A καὶ τὰ μάλιστα ἐσφλασθέντα καὶ μάλιστα κατερραγμένα, ταῦτα πρίσιος ἥκιστα χατέει. οὐδὲ ἕδρη αὐτὴ ἐφ᾽ ἑωυτῆς γενομένη ἄτερ ῥωγμῆς καὶ φλάσιος, οὐδὲ αὐτὴ πρίσιος δεῖται. οὐδ᾽ ἢν διακοπὴ ᾖ μεγάλη καὶ εὐρέη, οὐδ᾽ αὐτή. διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη τὠυτό ἐστιν.

tum quæ maximè deorſum inſederunt, maximéque perfracta ſunt, minimè ſectione vtendum ſuadent. Neque vbi teli veſtigium per ſe remanet citra rimam & colliſionem, ſectione opus eſt, neque ſi præciſio magna lataq́; fuerit. Præciſio enim & teli veſtigium ad idem referuntur.

Os fractum niſi ſuccurſum eſt, grauibus inflammationibus afficit, difficiliuſq; poſtea tractatur (inquit Celſus.) Succurritur autem per ſectionem, quæ ideo neceſſaria eſt, vt via ſaniei & his quæ eximenda ſunt pateat, & vt medicamentis idoneis adhibitis curatio ritè procedat, vt neq; inflammatio contrahatur, neq; ſanies coaceruetur. Quod in aliis quidem membris cùm per deligationem B idoneam, quæ fracturis adhibetur, prouideri poſſit, in capite verò eiuſmodi deligatio quæ phlegmonem arceat, aut quod affluit reprimat, aut quod in ægris partibus continetur exprimat, adhiberi nequeat, contingit vt omnis ſanies prona feratur, & ſupra membranam colligatur. Ideoq; vt ſuperuacuam humiditatem collectam detergeamus, & per ſiccantia curationem inſtituamus, fracturam nudare & os aperire tutius eſt, vt luculentiſſimis verbis ſcribitur à Galeno lib. 6. Meth. Quod ex Hipp. doctrina ſumptum eſt, qui lib. περὶ τόπων τῶν κατ᾽ ἄνθρωπον, ſerram in fracturis cur adhibere oporteat his verbis aperit, ἢν μὲν τὸ ὀστέον κατεαγῇ ἢ ξυνθλασθῇ, ἀπιδόντα· ἢν ἰδῃς, χρὴ τὸ ἐντὸς ὑγιέα φαρμάκοισι. ἢν δὲ ῥαγῇ, ἢ ῥωγμὴ ἐγγένηται, πρίσαι δεῖ. τοῦτο πρίσαι ὡς μὴ κατὰ τὴν ῥωγμὴν τὸ ὀστέον ἰχὼρ ῥέων τὴν μήνιγγα σήπῃ, ὅτι γὰρ κατὰ στενὸν εἰσιὼν μὲν, ἐξιὼν δὲ οὔ, λυπεῖ ἢ μαίνεσθαι ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον. τοῦτο χρὴ πρίσαι ὡς ἔξοδον τῷ ἰχῶρι, μὴ μοῦνον ἔσοδον, ἐχούσης διαπρίοντες, ἢ φαρμάκοισι χρῆσθαι, ἅσσα ἐφ᾽ ἑωυτὰ τὸν ἰχῶρα ἕλκουσι, καὶ λύει. Eſt autem hic πρίων oſſis perforatio & ſectio per tere- C bram, vt & πρίονα terebellam vocat Hipp. & Paulus. Vtebantur verò antiqui in oſſium ſectione terebellis, quæ duorum erant generum Celſo & Galeno, deinde ſcalpris tum exciſoriis, tum cauis (quos κυκλίσκους Galenus, Paulus κυκλισκωτοὺς vocat) tum raſoriis, quos anguſtos & ξυστῆρας vocabant. Erant & ſcalpri lenticulares φακωτοὶ dicti, quibus ad membranæ tutelam in caluaria ſecanda vtebantur. Paulus etiam μηνιγγοφύλακας ſcalpros ſpecilli formam habentes, in excidendis eminentibus oſſibus celebrat, quam in rem planos ſcalpros Celſus adhibet. Erant & χοινικίδες ſeu χοινίκια Celſo, modioli dicti, velut ſerræ teretes, quæ ex ſerra & terebra conſtabant, trepanis noſtris quibus hodie variè vtuntur Chirurgi, non longè abſimiles, quibus etiam vſum Hippocratem eſt veroſimile.

ἢ ῥωγμὴ ἢν ἀφανὴς ἔῃ] Galenus in ſimplici fractura quæ ad internam oſſium faciem & ad cerebri vſq; membranas peruenit, & vbi os infirmum eſt, anguſtis ſcalpellis vtitur, quos numero multos adhibet, primò latiores, ſecundo loco anguſtiores, mox reliquos vſq; ad anguſtiſſimos, quibus in ipſa diploe vti iubet. Vbi verò cum fractura contuſio aliqua acceſſerit, quod contuſum eſt excidi vult, idque vel terebellis priùs in circuitu perforatum, mox deinde ſcalpris admotis, vel protinus ab initio cauis exciſoriis ſcalpris, quos κυκλίσκους vocat. Atq; ſub eo caſu, etſi per cycliſcos adminiſtratio non omnino vitioſa eſt, iis tamen vbi magna ſit fractura, oſ- D ſaque vehementer fracta & mota ſint, commodiſſimè vti iubet, primâ aggreſſione latioribus, poſtea magis anguſtis, donec ad craſſam membranam perueneris, vt per eos lenticulatis ſcalpris via fiat. At vbi plurimùm firma oſſa ſint, terebellis quæ ita excogitatæ ſint, vt demergi non poſſint, oſſa foranda præcipit. Quas pro caluariæ craſſitudine complures ea de cauſa præparatas habere expedit. Qua in re eum ſequitur Paulus. Celſus verò vbi os caluariæ fiſſum eſt, ſi ora alteri inſedit, ſatis habet id quod eminet plano ſcalpro excidere, quò ſublato iam rima hiat quantum curationi ſatis eſt. At ſi oræ inter ſe comprimuntur, à latere eius interpoſito digiti ſpatio terebra foramen faciendum eſt, ab eoq; ſcalper duabus lineis ad rimam agendus, ad ſimilitudinem C literæ, ſic vt vertex eius à foramine, baſis ad rimas ſit. Quòd ſi rima longiùs patet, ab altero foramine, rurſus ſimulis ſinus fieri debebit, & ita nihil latens in eo oſſe concauum eſt, abundeq; exitus datur intus lædentibus. In his verò caſibus commodiſſimè à recentioribus Chirurgis trepanæ noſtræ adhibentur.

ἢ ἢν ἕδρη ἐγγένηται] In vehementiſſimis fracturis, quales ſunt ἐγγεισώματα aut καμαρώσεις, Galenus id totum quod ægrum eſt per E ſcalpros cauos excidit, vt promptè lenticulatus ſcalper ſubintret, citra perforationem poſt ſcalpturam adhibitus, quo deinde ſubmiſſo eiuſque acie per longitudinem circumducta, ac paruo malleolo impulſa, caluariam diuidit. Quem excidendi modum vt maximè commodum, ita valde tutum celebrant Galenus & Paulus. Quòd ſi os in tenues partes ſit contritum aut comminutum, eas per idoneum inſtrumentum auferre oportet. Quam in rem ἐσάγρας, forcipem, volſellam aut vectes tum dentatos, tum minimè dentatos adhibemus, vt iis eleuatis & commotis locus ad demittendum ſcalprum lenticulatum præparetur, & quicquid membranam pungit aut comprimit attollatur. Quam quoque curationem his verbis Celſus celebrat. Deinde ſi qua labent, & ex facili remoueri poſſunt forfice ad id facta colligenda ſunt, maximéque ea quæ acuta membranam infeſtant. Si id ex facili fieri non poteſt, ſubiicienda lamina eſt. quam cuſtodem eius membranæ eſſe propoſui, & ſuper eam quicquid ſpinoſum eſt, & intus eminet; excidendum eſt, eadem lamina quicquid deorſum inſedit attollendum. Hoc genus curationis efficit, vt quâ parte fracta oſſa tamen inhærent, ſolidentur, quà parte abrupta ſunt, ſine vllo tormento, ſub medicamento, tempore excidant; ſpatiumque inter F hæc ſatis illi magnum ad extrahendam ſaniem relinquatur, pluſque in oſſe propugnaculi cerebrum habeat, quàm habiturum fuit eo exciſo.

τὰ δ᾽ ἢν ἐσφλώμενα] Oſſa quæ intrò ceſſerunt, aut vehementer perrupta ſunt, & deorſum inſederunt, ſectionem vtpote ſuperuacaneam minimè poſtulant, cùm ſatis viæ ad educendam ſaniem pateat. Sæpè verò attolli debent, vbi membranam vrgent, non rarò etiam euelli, ſi eam irritent, & perrupta ſint, idque citra ſectionem. Quam ad curationem elegans eſt Celſi præceptum. Vbi medium deſedit, eandem cerebri membranam os vrget, interdum etiam ex fractura quibuſdam velut aculeis pungentibus. His ita ſuccurrendum eſt, vt tamen quàm minimum ex oſſe dematur. Ne ſi fractum quidem os deſedit, totum excidi neceſſe eſt. Sed ſiue totum perfractum eſt, & ab alio ex toto receſſit, ſiue circumpoſitæ caluariæ inhæret exigua parte, ab eo quod naturaliter ſe habet, ſcalpro diuidendum eſt, deinde in eo quod deſedit, iuxta rimam quam fecimus, foramina addenda ſunt. Si in anguſto noxa eſt, duo: ſi latiùs patet, tria: ſeptaq; eorum excidenda: & tum ſcalper vtrinq; ad rimam agendus, ſic vt lunatum ſinum faciat, imaq; pars eius G intus ad fracturam, cornua ad os integrum ſpectent.

Πρῶτον δὲ χρὴ τὸν τιτρωσκόμενον σκέπτεσθαι ὅπη ἔχει τὸ τρῶμα τῆς κεφαλῆς, εἴτ᾽ ἐν τοῖσιν ἀσθενεστέροισιν. καὶ τὰς τρίχας καταμανθάνειν τὰς περὶ τὸ ἕλκος, εἰ διακέκοπται ὑπὸ τοῦ βέλεος, καὶ εἰ ἔσω ἐλήλυθεν ἐς τὸ τρῶμα, κινδυνεύειν τὸ ὀστέον ψιλὸν εἶναι τῆς σαρκός. καὶ ἢν τοῦτο ᾖ, φάναι ἔχειν τι σίνος τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος. ταῦτα μὲν H οὖν χρὴ ἀπόπροσθεν σκεψάμενον λέξαι, μὴ ἁπτόμενον τοῦ ἀνθρώπου. ἁπτόμενον δὲ ἤδη πειρᾶσθαι εἰδέναι σάφα, εἰ ἔστι ψιλὸν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς ἢ οὔ. καὶ ἢν μὲν καταφανὲς ᾖ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι τὸ ὀστέον ψιλόν. εἰ δὲ μή, τῇ μήλῃ σκέπτεσθαι. καὶ ἢν μὲν εὕρῃς ψιλὸν ἐὸν τὸ ὀστέον τῆς σαρκός, καὶ μὴ ὑγιὲς ἀπὸ τοῦ τρώματος, χρὴ τοῦ ἐν τῷ ὀστέῳ ἐόντος τὴν διάγνωσιν πρῶτα ποιέεσθαι, ὁρῶντα ὅσον τί ἐστι τὸ κακόν, καὶ τίνος δεῖται ἔργου. χρὴ δὲ καὶ ἐρωτᾶν

Imprimis autem ad vulneratum attendere oportet, quanam capitis parte, númne imbecilliore vulnus acceperit, & capillos circa vulnus animaduertere, qui ſi telo præciſi & in vulnus impacti ſint, os carne nudatum eſſe vero eſt ſimile. Quòd ſi ſic os à telo noxiam accepiſſe aſſerendum. Hæc quidem certè longè ante quàm homini manus admoueas conſideranda ac dicenda ſunt. Vbi verò iam admoueris, os carne nudatum ſit, necne, conandum vt apertè intelligas, idq́; ſub conſpectum veniat. Quòd ſi oculis non pateat, ſpecillo conſiderandum. Ac vbi quidem os carne nudatum, neq; à vulnere integrum deprehenderis, primùm inſpecto malo quantum ſit, quamq́; operam requirat, eius quod in oſſe ſubeſt dignotionem facere oportet. Interrogandus quoque

vulneratus, qualiter & quonam modo vulnus acceptum ſit. Sin verò minimè conſpicuum eſt os necne vitium aliquod habuerit, multò adhuc magis interrogatione vtendum nudato etiam oſſe qualiter & quonam modo vulnus illatum ſit. Vbi enim oſſa colliſa aut fiſſa non apparent, eſſe tamen ſolent, primum ex ſauciati reſponſione enitendum vt cognoſcamus os necne aliquam noxiam ſenſerit, deinde verò ratione & opere citra ſpecillum res eſt exploranda. Neque enim ſpecillo hoc oſſis vitiũ deprehenditur, neque ſi quã in ſe noxiam ſenſerit necne. Sed vbi teli veſtigiũ remanet, aut os à naturali ſtatu recedens mediũ deſidit, aut vehemẽter perfractum eſt, id ſpecillo arguitur, quod & oculis intuenti manifeſtò notum eſt.

τὸν τετρωμένον ὅπως ἔπαθε καὶ τίνα τρόπον, ἢν δὲ μὴ καταφανὲς ᾖ τὸ ὀστέον, εἰ ἔχει τι κακὸν ἢ μὴ ἔχει, πολλῷ ἔτι χρὴ μᾶλλον τὴν ἐρώτησιν ποιέεσθαι, ψιλοῦ τε ἐόντος τοῦ ὀστέου τὸ τρῶμα ὅπως ἐγένετο, καὶ ὅντινα τρόπον. τὰς γὰρ φλάσιας, καὶ τὰς ῥωγμὰς τὰς οὐ φαινομένας ἐν τῷ ὀστέῳ, ἐνεούσας δὲ, ἐκ τῆς ἀποκρίσιος τοῦ τετρωμένου πρῶτον διαγινώσκειν πειρῆσθαι εἴ τι πέπονθε τοιοῦτον τὸ ὀστέον ἢ οὐ πέπονθεν. ἔπειτα δὲ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξελέγχοντα πλὴν μηλώσιος. μήλωσις γὰρ οὐκ ἐξελέγχει εἰ πέπονθε τοῦτο τὸ κακὸν τὸ ὀστέον, καὶ εἴ τι ἔχει ἐν αὐτῷ, ἢ οὐ πέπονθεν, ἀλλ' ἕδρην τε τοῦ βέλεος ἐξελέγχει μήλωσις. καὶ ἢν ἐμφλασθῇ τὸ ὀστέον ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ. καὶ ἢν ἰσχυρῶς ῥαγῇ τὸ ὀστέον, ἅπερ καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι καταφανέα ἐστὶν ὁρῶντα γινώσκειν.

[10] ἀφανὲς δὲ χρὴ] In capitis vulneribus oſné fractum ſit ratiocinatione aut ſenſu cognoſcendum. Ratiocinatione coniectura ducitur ex eius quod ictum fecit corporis acumine, grauitate, duritie, aut violentia, deinde ex ſymptomatis quæ vulnerato accidunt. Senſus ſignificatione autem percipitur, cùm inſigne vulnus oculis patet, aut per ſpecillum exploratur. Interrogatione etiam vtendum, num violenter ab homine percuſſus fuerit, aut num violenter impegerit in rem aliquam, aut graue aliquid in eum ceciderit.

πλὴν μηλώσιος] Poſt ratiocinationem tamen & interrogationem oſſis fracturam certiore nota explorari iubet Celſus. Ergo quà plaga eſt, demitti ſpecillum oportet, neq; nimis tenue, neq; acutum, ne cùm in quoſdam ſinus naturaliter inciderit, opinionem fracti oſſis fruſtra faciat, neque nimis plenum, ne paruulæ rimulæ fallant. Vbi ſpecillum ad os venit, nihil niſi læue & lubricum occurrit, integrum id videri poteſt. Si quid aſperi eſt, vtique qua ſuturæ non ſint, fractum os eſſe teſtatur.

Frangitur autem os rimis obſcuris & conſpicuis, & colliditur colliſionibus minimè patẽtibus, & à naturali ſuo ſtatu recedens medium deſidit, tum præcipuè cùm alter alterum de induſtria ſauciare cupiens, vulnerat, aut cum ex ſuperiore loco telum emittitur, aut ictus infligitur, vtrolibet modo contingat potius quam ſi ex complanato loco, & ſi quis manu telum continens vel iaciat, vel feriat, vel cum robuſtior imbecilliores vulnerat. Ex iis quibus ex caſu partes quæ circa os ſunt, aut os ipſum vulneratur, qui ex maximè ſublimi loco in duriſſimum & obtuſiſſimum quid cadit, is periclitatur ne os perrumpatur, aut collidatur, aut à naturali ſuo ſtatu intro medium deſidat. At qui ex complanato loco potiùs, & in mollius quiddam cadit, ei minus iſtas offenſiones, aut nullo modo os ſentiet. Ex telis autem quæ in caput illabuntur, & quæ iuxta os ſunt vulnerant, quod ex maximè ſublimi & minimè complanato loco incidit, quodq; duriſſimum, maximè obtuſum & graue, minimeq; leue, aut minimè acutum & molle fuerit, id os rumpere ac collidere poterit. Ac præcipuè ſanè periculum eſt ne ea os ſentiat, vbi talia contigerint, ſicq; vulnerari os contingat, vt è directo telo occurrat, ſiue manu, ſiue iactu vulnus infligatur, ſiue quid in ipſum illabatur, ſiue corruens vulneretur, ſeu quomodolibet vulnerati os telo obuiam eat. At tela quæ in obliquum diſtrahunt, ſub his os minùs rumpitur, & intro ad caput contunditur, licet os carne nudatum ſit. Quædam enim ſic illata vulnera, neq; os carne detegunt.

[11] Ῥήγνυται δὲ τὸ ὀστέον τάς τε ἀφανέας ῥωγμὰς καὶ τὰς φανερὰς, καὶ φλᾶται τὰς ἀφανέας φλάσιας, καὶ ἐσφλᾶται ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ μάλιστα ὅταν ἕτερος ὑφ' ἑτέρου τιτρωσκόμενος ἐπίτηδες τρῶσαι βουλόμενος, ἢ ὅταν ἐξ ὑψηλοτέρου γένηται ἡ βολὴ ἢ ἡ πληγὴ, ὁκότερ' ἂν ᾖ μᾶλλον, ἢ ὅτ' ἂν ἐξ ἰσοπέδου τῆς χειρός. καὶ ἢν ἐπικρατῇ τῇ χειρὶ τὸ βέλος, ἤν τε βάλλῃ, ἤν τε τύπτῃ, καὶ ἰσχυρότερος ἐὼν ἀσθενεστέρους τιτρώσκει. ὅσοι δὲ πίπτοντες τιτρώσκονται πρός τε τὸ ὀστέον, καὶ αὐτὸ τὸ ὀστέον, ὁ ἀπὸ ὑψηλοτάτου πίπτων καὶ ἐπὶ σκληρότατον καὶ ἀμβλύτατον, τούτῳ κίνδυνος τὸ ὀστέον ῥαγῆναί τε καὶ φλασθῆναι, καὶ ἔσω ἐσφλασθῆναι ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ. τῷ δὲ ἐξ ἰσοπέδου μᾶλλον χωρίου πίπτοντι καὶ ἐπὶ μαλθακώτερον, ἧσσον ταῦτα πάσχει τὸ ὀστέον, ἢ οὐκ ἂν πάθοι. ὅσα δὲ ἐσπίπτοντα ἐς τὴν κεφαλὴν βέλεα τιτρώσκει πρὸς τὸ ὀστέον, τὸ ἀπὸ ὑψηλοτάτου ἐμπεσὸν, καὶ ἥκιστα ἐξ ἰσοπέδου, καὶ σκληρότατόν τε καὶ ἀμβλύτατον, καὶ βαρύτατον, καὶ ἥκιστα κοῦφον, καὶ ἥκιστά τε καὶ ὀξὺ καὶ μαλθακόν. τοῦτ' ἂν ῥήξειε τὸ ὀστέον καὶ φλάσειε. καὶ μάλιστά γε ταῦτα πάσχειν τὸ ὀστέον κίνδυνος, ὅταν ταῦτά τε γένηται, καὶ ἐς ἰθὺ τρωθῆναι κατ' ἀντίον γένηται τὸ ὀστέον τοῦ βέλεος. ἤν τε πληγῇ ἐκ χειρὸς, ἤν τε βληθῇ, ἤν τί τι ἐμπέσῃ αὐτῷ, καὶ ἢν αὐτὸς καταπεσὼν τρωθῇ, καὶ πανταχῶς τρωθεὶς κατ' ἀντίον γένοιτο τοῦ ὀστέου τῷ βέλει. τὰ δὲ πλάγιον τοῦ ὀστέου παρασύραντα βέλεα, ἧσσον καὶ ῥήγνυσι τὸ ὀστέον, καὶ φλάσει εἴσω ἐς κεφαλὴν, κἂν ψιλωθῇ τὸ ὀστέον τῆς σαρκός. ἔνια γὰρ τῶν τρωμάτων τῶν οὕτω τρωθέντων οὐδὲ ψιλοῦται τὸ ὀστέον τῆς σαρκός.

[11] ῥήγνυται δὲ τὸ ὀστέον] Tria hic ponuntur offenſionum genera ſub quibus os frangitur, colliditur, aut medium deſidit. Ictus enim infligitur vbi quis alterum de induſtria potiùs quàm imprudens vulnerat, velut in pugilibus aut luctatoribus accidit, ſiue ex ſublimiori aut complanato loco id fiat, ſiue cominus aut eminus, & manu telum quis continens feriat, aut iaciat, aut validior imbecilliorem ſauciet. Offenditur quoq; æger vbi ex ſublimi in duriſſimum & obtuſiſſimum quidpiam impingit, potiùs quàm ex complanato loco in molle quiddam. At quæ in ægrum illabuntur, ſi è ſublimi incidant, & duriſſima ſint, valde grauia & obtuſa, ea magis os rumpunt & collidunt, quàm leuia, acuta & mollia, aut quæ ex complanato & æquabili loco incidunt, tum præcipuè ſi è directo oſſi occurrant, ſiue cominus, ſiue eminus vulnus infligatur. In Coacis Præſagiis huiuſmodi capitis noxiæ breuibus verbis ſic comprehenduntur: ῥήγνυται δὲ τὰ κεφαλῆς ὀστέα ὑπὸ τῶν σκληρῶν καὶ στρογγύλων βελέων μάλιστα. καὶ ἐκ τῶν ἐξ ὑπεραντίου φερομένων, καὶ μὴ ἐξ ἰσοπέδου.

ἐπίτηδες τρῶσαι βουλόμενος] βουλόμενον malim vt planior ſit ſenſus.

τὰ δὲ πλάγιον τοῦ ὀστέου] παρασύραντα βέλεα tela intelliguntur quæ in latus ducuntur & ex obliquo feriunt, ἀποσύραντα tamen malim, vt quæ in latus diſtrahunt, vellicant, & lancinant ſignificentur. Illud autem εἴσω εἰς κεφαλὴν, pro ἔσω ἐσφλασθῆναι ſumit Vidius, & de oſſe quod medium deſidit.

Τῶν

A [14] Τῶν δὲ βελέων ῥήγνυσι μάλιστα τὸ ὀστέον, τάς τε φανερὰς ῥωγμὰς καὶ τὰς ἀφανέας, καὶ φλᾶται καὶ ἐσφλᾶ ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ τὸ ὀστέον, τὰ στρογγύλα τε καὶ περιφερέα, καὶ ἀρτίστομα, ἀμβλέα τε ὄντα καὶ βαρέα, καὶ σκληρά. καὶ τὴν σάρκα ταῦτα φλᾶται, καὶ πέπειρον ποιέει καὶ κόπτει. καὶ τὰ ἕλκεα γίνεται ὑπὸ τῶν τοιούτων βελέων ἐς τὸ πλάγιον. καὶ ἐν κύκλῳ ὑπόκοιλα καὶ διάπυά τε B μᾶλλον γίνεται, καὶ ὑγρά ἐστι, καὶ ἐπὶ πλείονα χρόνον καθαίρεται. ἀνάγκη γὰρ τὰς σάρκας τὰς φλασθείσας καὶ κοπείσας πῦον γενομένας ἐκτακῆναι. τὰ δὲ βέλεα καὶ περιμήκεα ἐπὶ πολὺ λεπτὰ ἐόντα, καὶ ὀξέα καὶ κοῦφα, τήν τε σάρκα διαταμεῖν μᾶλλον ἢ φλᾶ, καὶ τὸ ὀστέον ὡσαύτως. καὶ ἕδρην μὲν ἐμποιέει αὐτῷ καὶ διακόψαι. διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη ταὐτόν ἐστι. φλᾶ δὲ οὐ μάλα τὸ ὀστέον τὰ τοιαῦτα βέλεα, οὐδὲ ῥήγνυσιν, οὐδ᾽ ἐκ τῆς φύσιος ἔσω ἐσφλᾶ.

Sub telis ſanè quæ rotunda ſunt, orbiculata, omni ex parte plana, retuſa, grauia & dura os maximè finditur tum rimis conſpicuis, tum obſcuris & colliditur, & à naturali ſtatu recedens medium deſidit. Eadem quoq; carnem contundunt, maturant & lacerant. At ſub huiuſmodi telis vulnera ad latera & in orbem aliquantulum caua purulentaq; magis redduntur atq; humida, longioreq; tempore repurgantur. Carnes enim colliſas & laceratas in pus verſas neceſſe eſt tabeſcere. Tela verò oblonga, magna ex parte tenuia, acuta & leuia, carnem magis incidunt, oſq; ſimiliter, quàm collidant. Idq; etiam quod incidit, teli veſtigium inducit. Præciſio enim & teli veſtigium ad idem referuntur. Ac tela huiuſmodi neque magnopere os collidunt, neq; findunt, neque à naturali ſtatu recedens medium deſidere, faciunt.

[14] ἀρτίστομα] ἀρτίστομα exponit Galenus πανταχόθεν ὁμαλά, omni ex parte plana & æqualia in Exegeſi, hunc planè locum ſubindi- C cans, hoc eſt, non aſpera, aut altera parte eminentia, quemadmodum ſunt aculeata quædam. Telorum verò differentias alias ſex ponit Paulus lib. 6.† Hippocrates hic duo tantum facit telorum genera, quæ ferè figura, & pondere continentur. Vniuſcuiuſque autem generis plures ſunt ſpecies.

† Cap. 88.

ἐν κύκλῳ ὑπόκοιλα] Caua fiunt huiuſmodi vulnera in circuitu ob contuſionem. Contuſa enim caro, quæ magna ſui parte à telo retuſo, aut graui aut duro attingitur, in pus vertitur ac colliqueſcit. Humida verò redduntur propter carnis excrementa & humores qui aliunde ad partem læſam confluunt. Diutiùs etiam repurgantur & ſerius curantur ob magnam puris copiam.

διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη] Hic eſſe locus videtur quem Erotianus profert in dictione ἕδραιον, vt ſatis patet ex his verbis quæ poſtea corruptè apud eum leguntur. Hinc enim vitioſè eſſe tranſlata apparet.

D [11] Ἀλλὰ χρὴ πρὸς τῇ ὄψει τῇ ἑωυτοῦ ὅ, τι ἄν σοι φαίνηται ἐν τῷ ὀστέῳ καὶ ἐρώτησιν ποιέεσθαι πάντων τούτων. τοῦ γὰρ μᾶλλον τι καὶ ἧσσον τρωθέντος ταῦτ᾽ ἐστὶ σημεῖα. καὶ ἢν ὁ τρωθεὶς καρωθῇ. καὶ σκότος περιχυθῇ. καὶ δῖνος ᾖ καὶ πέσῃ.

Cæterùm præter id quod oculis tuis ſubiicitur, quicquid in oſſe tibi apparere videbitur etiam ex ægro requirendum: (Etenim magis aut minus vulnerati hæc ſunt indicia.) Tum ſi æger alto ſopore detentus fuerit, aut tenebræ oculis offuſæ, aut ſi vertigo prehenderit, aut ipſe conciderit.

[11] ἀλλὰ χρὴ πρὸς τῇ ὄψει] Capitis aut caluariæ offenſiones vbi ſatis oculis non patent, aut etiam præter ea quæ cernuntur & c[...] ſunt, ex ægri ſermonibus inueſtigandæ. Quod Prorrhetico ſecundo eleganter his verbis præcepit, [Greek quotation, partly illegible] Idq; ex his locis ſic tranſtulit Cornelius Celſus. Igitur vbi caluaria percuſſa, protinus requirendum eſt num bilem is homo vomuerit, num oculi eius obcæcati ſint, num obmutuerit, num per nares aureſq; ſan- E guis ei eſſluxerit, num conciderit, num ſine ſenſu quaſi dormiens iacuerit. Hæc enim non niſi oſſe fracto eueniunt. Atq; vbi inciderunt, ſcire licet neceſſariam, ſed difficilem curationem eſſe. Si verò etiam torpor acceſſit, ſi mens non conſtat, ſi neruorum vel reſolutio, vel diſtentio ſecuta eſt, veriſimile eſt etiam cerebri membranam eſſe violatam, eoq; in anguſto magis ſpes eſt. Reliqua quæ hic non annumerantur ſigna, ex aphoriſmis & lib. 1. de Morb. petita, in Cois Præſagiis adſcripta, nobis alias abundè ſunt explicata. Paulus quoque in magnis capitis fracturis vertiginem, vocis interceptionem, repentinam collapſionem apponit. Vbi verò ad membranam noxa peruenerit, bilis vomitum, conuulſionem, mentis percuſſionem, & febrem acutam.

[12] Ὅταν δὲ τύχῃ ψιλωθὲν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς ὑπὸ τοῦ βέλεος, καὶ τύχῃ κατ᾽ αὐτὰς τὰς ῥαφὰς γενόμενον τὸ F ἕλκος, χαλεπὸν γίνεται καὶ τὴν ἕδρην τοῦ βέλεος φράσασθαι τὴν ἐν τῷ ἄλλῳ ὀστέῳ φανερὴν γενομένην, εἴτ᾽ ἔνεστιν ἐν τῷ ὀστέῳ, εἴτε μὴ ἔνεστιν. ἤν τε τύχῃ γενομένη ἡ ἕδρη ἐν αὐτῇσι τῇσι ῥαφῇσι. συμβάλλεται γὰρ αὐτὴ ἡ ῥαφὴ τρηχυτέρη ἐοῦσα τοῦ ἄλλου ὀστέου, καὶ οὐ διάδηλον ὅ, τι τε αὐτῆς ῥαφή ἐστι, καὶ ὅ, τι τοῦ βέλεος ἕδρη, ἢν μὴ κάρτα μεγάλη γένηται ἡ ἕδρη. G προσγίνεται δὲ καὶ ῥῆξις τῇ ἕδρῃ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ αὐτῇσιν ἐν τῇσι ῥαφῇσι γενομένη, καὶ γίνεται καὶ αὐτὴ ἡ ῥῆξις χαλεπωτέρη φράσασθαι ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου, διὰ τοῦτο, ὅτι κατ᾽ αὐτὴν τὴν ῥαφὴν ἡ ῥῆξις γίνεται. ἢν ῥήγνυται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἕτοιμον γὰρ ταύτῃ ῥήγνυσθαι τὸ ὀστέον, καὶ διαχαλᾶσθαι διὰ τὴν ἀσθενείην τῆς φύσιος τοῦ ὀστέου ταύτῃ καὶ διὰ τὴν ἀραιότητα, καὶ διά τε τὰς ῥαφὰς ἑτοίμως ἐούσας ῥήγνυσθαι, καὶ διαχαλᾶν. τὰ δ᾽ ἄλλα τὰ ὀστέα τὰ περιέχοντα τὴν ῥαφὴν μένει H ἄρραγέα, ὅτι ἰσχυρότερά ἐστι τῆς ῥαφῆς. ἡ δὲ ῥῆξις ἡ κατὰ τὴν ῥαφὴν γενομένη καὶ διαχάλασίς ἐστι τῆς ῥαφῆς, καὶ φράσασθαι οὐκ εὐμαρής ἤν, ἤν τε ὑπὸ ἕδρης τοῦ βέλεος γενομένης ἐν τῇ ῥαφῇ, ἐπειδὰν ῥαγῇ καὶ διαχαλάσῃ, ἀλλ᾽ ἔτι χαλεπώτερον φράσασθαι τὴν ἀπὸ τῆς φλάσιος ῥωγμήν. ἐξαπατῶσι γὰρ τὴν γνώμην καὶ τὴν ὄψιν τοῦ ἰητροῦ αὗται αἱ ῥαφαὶ ῥωγμοειδέες φαινόμεναι, καὶ τρηχύτεραι ἐοῦσαι τοῦ ἄλλου ὀστέου, ἢν μὴ ἰσχυρῶς διακοπῇ, καὶ διαχαλασθῇ.

At vbi oſſe à telo nudato vulnus ad ipſas ſuturas fieri contigerit, teli veſtigium, quod in alio oſſe relictum necne fuerit conſpicuum eſt, ſi in ſuturis ipſis extiterit, aſſerere eſt difficile. Fallit enim ſutura ipſa reliquo oſſe aſperior, neque conſtat ſitne illic ſutura, an teli veſtigium, niſi admodum magnum teli veſtigium relictum ſit. Accedit quoque ad teli veſtigium plærumque rima ipſa in ſuturis exiſtens, fractoque oſſe rimam aſſerere ideo difficilius eſt, quòd vbi plurimùm frangi contingit, ad ſuturam ipſam rima exiſtat. Promtè enim os hac parte, ob eam quam à natura habet imbecillitatē frangitur & elaxatur, aut quia ſutura promptè frangi ac elaxari ſolet. Reliqua verò oſſa ſuturam ambientia, quòd ſutura ſint robuſtiora, citra fracturam permanent. At fractura ad ſuturam exiſtens, ſuturæ etiam laxatio eſt, quam vbi fracta fuerit & elaxata, num id à teli veſtigio in ſutura exiſtente contingat, aſſerere non eſt facile. Verùm rimam vbi ex colliſo contigerit, difficilius eſt aſſerere. Suturæ enim rimæ ſpeciem referentes, & reliquo oſſe aſperiores, medici iudicium & viſum fallunt, niſi os vehementer diſſectum ſit & elaxatum.

Præciſio autem & teli ſedes eodem referuntur. Sed vbi ſuturas vulnus attigerit, & in oſſe telum inſederit, mentem adhibere oportet, vt qua noxa os afficiatur inueniamus. Ab æqualibus enim magnitudine telis aut ſimilibus, aut longè etiam minoribus, ſimiliter ac multò leuiùs vulneratus, longè grauiùs offenditur qui oſſe ad ſuturas telum excepit, quàm qui alia parte, ex iiſq; plærumq; ſectione indigent. Ad ipſas tamen ſuturas non eſt ſectio adhibenda, verùm vbi ab his receſſeris, ſi ſectionem adhibes, in oſſe proximo facienda. De capitis autem vulneribus eorumq; curatione, quaque ratione latentes oſſis affectiones deprehendi debeant, ſic cenſeo.

διακόπτει δὲ καὶ ἕδρη τ' ὠυτὸν ἐστιν. ἀλλὰ χρὴ εἰ κατὰ τὰς ῥα- A
φὰς τὸ τρῶμα γένοιτο καὶ πρὸς γε τὸ ὀστέον ἐπείξειε τὸ βέλος, προσέχοντα τὸν νόον ἀνευρίσκειν ὅ, τι πέπονθε τὸ ὀστέον. ἀπὸ γὰρ ἴσων βελέων τὸ μέγεθος καὶ ὁμοίων, καὶ πολλόν τε ἐλασσόνων καὶ ὁμοίως τρωθεὶς καὶ πολὺ ἧσσον, πολλῷ μεῖζον ἐκτήσατο τὸ κακὸν ἐν τῷ ὀστέῳ ἐς τὰς ῥαφὰς δεξάμενος τὸ βέλος, ἢ ὁ μὴ ἐς τὰς ῥαφὰς δεξάμενος καὶ τούτων τὰ πολλὰ πρίεσθαι δεῖ. ἀλλ' οὐ χρὴ αὐτὰς τὰς ῥα- B
φὰς πρίειν, ἀλλ' ἀποχωρήσαντα ἐν τῷ πλησίον ὀστέῳ τὴν πρίσιν ποιέεσθαι, ἢν πρίῃς. περὶ δὲ ἰήσιος τρώσιος τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ ὡς χρὴ ἐξελέγχειν τὰ πάθεα τὰ ἐν τῷ ὀστέῳ γινόμενα τὰ μὴ φανερὰ, ὧδέ μοι δοκεῖ.

[16] Ὅταν δὲ τύχῃ ψιλωθὲν τὸ ὀστέον] Grauiſſima ſunt vulnera quæ ad ſuturas contingunt, vt ſcribit Hippoc. Prorrh. 2. eademq; cognitu difficilima, vt his verbis exprimit in Coacis Præſagiis, τῶν ῥηγνυμένων κεφαλῆς ὀστέων χαλεπώτατον γνῶναι τὸ κατὰ τὰς ῥαφὰς ῥηγνύμενα. Caluus verò hic non ſatis eſt Hippocratis mentem aſſecutus.

συμβαίνει] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria tum manu ſcripta tum publicata. συγκλέπτει rectè legi poteſt, C
quemadmodum legiſſe Cornarium apparet (qua etiam phraſi paulò poſt vtitur) vt ſit, ſimul fallit ac dolum adiuuat ſutura ipſa, ita vt dolum non animaduertas, hoc eſt, in cauſa eſt, vt teli veſtigium viſum & ſpecillum effugiat, aut lateat, aut quaſi furtim & latenter ſurripit, ſupprimit, & occultat, cùm ſit reliquo oſſe aſperior, ita vt non ſatis conſtet ſit ne illic ſutura, an teli veſtigium & ſedes ibi relicta. Poteſt enim ſutura (inquit Celſus) eo nomine fallere, quæ æquè aſpera eſt, vt aliquis hanc eſſe, etiam ſi rima eſt, exiſtimet eo loco quo ſubeſſe hanc eſt veriſimile. At certè συγκλέπτει hic Erotianum legiſſe apparet, cùm ſcribit, συγκλέπτει ἡ ῥαφὴ αὐτὴ τῷ ὀφθαλμίζεται. Vt furtim & latenter ſurripiatur aut ſubducatur ſutura, itaque fallat & falſis rationibus decipiat, vt dolum minimè animaduertas. Sic enim occultatur ſutura, vt non ſatis liquidò appareat, ſitne illic ſutura an teli ſedes, quomodo à ſuturis deceptum ſe eſſe Hippocratem memoriæ prodidiſſe ſcribit Celſus. Hunc enim locum ab Erotiano ſubindicari exiſtimo, quam etiam phraſim iterum in κλέπτεσθαι exprimit. Nam κλέπτεται ἡ ῥαφὴ αὐτὴ τῷ ὀφθαλμίζει apud Hippocratem poſitum exponit. Vt certè facilè D
conijcias Erotianum κλέπτεται aut potiùs συγκλέπτεται hic legiſſe. Adde quòd Vidius συμβαίνεται legiſſe videtur, vt dictionis aut ſcripturæ affinitate vitium facilè ſubortum ſit. Quod etiam Caluo impoſuit, qui neſcio qua ratione hic capillum in ſuturis magis fruticare dixit.

τ' ἄλλα τὰ ὀστέα] Locus hic in exemplaribus aſteriſco ſubnotatus vitium arguit, ideoque Caluo errandi occaſionem præbuit. Mihi ſic legendus videtur, ἄλλα δὲ τὰ ὀστέα τὰ ἀφεστηκότα τὴν ῥαφὴν φύσιν ἀρραγέα, aut vt in exemplaribus quibuſdam manu ſcriptis legitur, ἄλλα τι ὀστέα.

συγκλέπτουσι γὰρ τὴν γνώμην] Elegans eſt phraſis qua etiam vſus eſt li. 5. Epid. ἔκλεψαν δὲ μου τὴν γνώμην αἱ ῥαφαὶ ἔχουσαι ἐν σφίσιν αὐτῇσι τοῦ βέλεος τὸ σῖνος. Quem etiam locum bis annotat Erotianus.

ἀνευρίσκειν ὅ, τι πέπονθε τὸ ὀστέον] Vt qua noxa os afficiatur, diximus, aut quodnam os afficiatur, intelligi poteſt, aut quanam parte, vt E
ſic etiam arrideat.

καὶ τούτων τὰ πολλὰ πρίεσθαι δεῖ] Horum magna pars ſectionem poſtulat, nempe rima ex inciſo & colliſo oſſe, ἕδρη verò quæ ex inciſo fit, ſectione minimè indiget, vt ſupra dictum eſt.

ἀλλ' οὐ χρὴ αὐτὰς τὰς ῥαφὰς πρίειν] Ad ſuturas cùm os ſit tenuius, rarius, & imbecillius, ferramentum imponi non debet, tum quia venæ, arteriæ & membranæ illuc ſubeunt, quas ferro attingi periculoſum eſt, tum quòd etiam illic exciſo oſſe ſubnatus callus excrementorum fuliginoſorum expirationem impediret. Declinandum igitur in ſectione à ſuturis, & os ſuturis proximum ſecandum, vt à noſtris Chirurgis in dies factitatum in opere medico experimur, dum vulnere ad ſuturas exiſtente, modiolum intactis ſuturis vtrinque ad latera imprimunt, quò via libera puri & ſaniei fiat. Sic Hippocrates libr. 5. Epidem. in Autonomo, vulnere lapide in medio ſyncipite ad ſuturas inflicto, ſectionem decimo quinto, etſi tamen ſeriùs quàm oportuerit, adhibet. Idemque in famula vulnere ad ſuturas exiſtente, vbi os colliſum & fiſſum fuerat, caſu ſectionem poſtulante, bis eam adhibitam commemorat. F

Capitis vlcus nulla re madefaciendum, ac ne vino quidem, aut quàm minimùm. Neque verò cataplaſmata, neque per linamenta curationem poſtulat. At neque comprimendum capitis vlcus eſt, niſi in fronte ſit, aut in parte pilis nudata, aut circa ſupercilium & oculum. Harum enim partium vlcera cataplaſmatis & deligationis vſum magis requirunt, quàm quæ alia reliqui capitis parte fiunt, cùm à reliquo capite frons vniuerſa contineatur, vlcera verò quacunque in parte fiant, ob ſanguinis fluxum, ab iis quibus continentur, ad inflammationem & tumorem adducantur. At neque in his quæ in fronte ſunt, toto tempore cataplaſmate & deligatione vtendum, ſed vbi inflammatio ceſſarit, & tumor conquieuerit, ab his deſiſtendum. In reliquis autem capitis vlceribus, neque linamentis, neque cataplaſmate, neque deligatione vtendum, niſi ſectione opus ſit.

[17] Ἕλκος ἐν τῇ κεφαλῇ οὐ χρὴ τέγγειν οὐδενὶ, οὐδὲ οἴνῳ, ἀλλ' ὡς ἥκιστα, οὐδὲ καταπλάσσειν, οὐδὲ μοτοῦν τὴν ἴησιν ποιέεσθαι. οὐ δὲ πιέζειν χρὴ ἕλκος ἐν κεφαλῇ, ἢν μὴ ἐν τῷ μετώπῳ ᾖ τὸ ἕλκος ἢ ἐν τῷ ψιλῷ τῶν τριχῶν, ἢ περὶ τὴν ὀφρὺν καὶ τὸν ὀφθαλμόν. ἐνταῦθα δὲ γινόμενα τὰ ἕλκεα, καταπλάσιος καὶ ἐπιδέσιος μᾶλλον χρήζει ἢ τὰ ἄλλοθι τῆς κεφαλῆς τῆς ἄλλης. περιέχει γὰρ G
ἡ κεφαλὴ ἡ ἄλλη τὸ μέτωπον πᾶν. ἐκ δὲ τῶν περιεχόντων τὰ ἕλκεα, καὶ ἐν ὅτῳ ἂν ᾖ τὰ ἕλκεα φλεγμαίνει καὶ ἐποιδίσκεται δι' αἵματος ἐπίρροιαν. χρὴ δὲ οὐδὲ τὰ ἐν τῷ μετώπῳ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου καταπλάσσειν καὶ ἐπιδεῖν, ἀλλ' ἐπειδὰν παύσηται φλεγμαίνοντα, καὶ τὸ οἴδημα καταστῇ, παύσασθαι καταπλάσσοντα καὶ ἐπι- H
δέοντα. ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ κεφαλῇ ἕλκος οὔτε μοτοῦν χρὴ, οὔτε καταπλάσσειν, οὔτ' ἐπιδεῖν, εἰ μὴ καὶ τομῆς δέοιτο.

[17] ἕλκος ἐν τῇ κεφαλῇ] Vlcus capitis ſimplex maximè ſiccari poſtulat, eoque magis vbi carne nudatum eſt, aut membrana caluariam tegens læſa aut lacerata, cui certè eadem quæ detecto aut nudato oſſe remedia adhibenda eſſe teſtatur * Galenus. Atque eo nomine hoc libro longè ſiccior curatio quàm libro de vlceribus requiritur, teſte Galeno Comm. 4. in libro de articul. quòd vulnera capitis quæ detecto oſſe fiunt, hic ab Hippocrate tractentur. Quibus etiam proprio quodam nomine cephalica à veteribus medicis accommodantur, vt ſcribit Galenus libr. 3 Comp. pharmac. gener. Eaque curatio eſt quam Meges Sidonius plurimùm laudabat, vt teſtatur Galenus libr. 6. Method. & Eudemus in vſum continuum vſurpabat, quaque in Aſia ſe vſurum fuiſſe pollicetur Ga-

* Lib. 2. Com. pharm. κατὰ τόπ.

tur Ga-

A tur Galenus, & ab ea plurimos ſeruatos ægros fatetur. Quam in rem vetus diſciplina plurima Catagmatica medicamenta & Cephalica celebrauit, cuiuſmodi eſt quod ** Ariſta authore emplaſtrum nigrum deſcribitur, & quod ad Moſchionem refertur, vel quod Deileonti tribuitur, vel Iſis emplaſtrum Epigono dicatum. Aut qualia arida plurima cephalica ex veteribus † Galeno celebrantur, aut quæ proprium quodammodo huius nominis vſum habent, vereque cephalica dicuntur, ex iride Illyrica, erui, cicerum & lupinorum farina, manna, ariſtolochia, gentiana, bryoniæ & panacis Heraclij radice, magis etiam cortice conſtant. Quibus ex Auicennæ conſilio, myrrha, ſarcocolla, ſanguis draconis, aliaque huiuſmodi detergere & ſiccare abſque morſu nata, adiciuntur, vt caluariæ medeantur, deinde etiam reliqua oſſa carne contegant. Alia verò eſt curatio quam blandiſſimam vocat Galenus ††, eaque plæroſque vti, Romæque præcipuè à multis vſurpari fatetur, quæ ſuperiori maximè eſt aduerſa, quòd per medicamenta lenientia, dolores leuantia, ac inflammationes arcentia inſtituatur, quale eſt roſaceum inculpatum. quod deſcribitur libr. 2. κτ' τόπ. & lib. 2. de fac. ſimpl. medicam. *Sic ibidem lib. 10. nihil melius in capite perforato inueniri poſſe ſcribit Galenus,
B quàm vt roſaceo probo vtare. Eodem quoq; modo ad capitis offenſiones, vbi detecta eſſet dura membrana ſanguinem columbinum cum roſaceo antiqui affundebant († teſte Galeno) qui ſexcentos Romæ eorum quibus perforata fuere capitis oſſa, nec quicquam ab vſu roſacei citra columbæ ſanguinem offenſos nouiſſe ſcribit. Idem etiam lib. 2. Comp. pharm. κτ' τόπ. craſſæ cerebri membranæ nudæ oblatum roſaceum, quemadmodum in his quibus caluariæ os exciſum eſt fieri conſueuit, ſolum ipſum leuiter tepefactum adhibitum probat. Sic quoque membranam cerebri vulneratam egregiè conglutinari calaminthæ ſucco infuſo, & farina milij arida inſperſa ex Archigene ſcribit, deinde butyro & roſaceo, ac adipe ſuillo vetere infuſo, mixtim infuſis & tepefactis. Verùm eiuſmodi curatio cum ſuperiori, quæ per valde ſiccantia medicamenta præſtatur plurimùm adhæreſcat, ſimplici vulneri non adhibetur, ſed doloris & inflammationis præcipuam rationem habet, quibus etiam carnis contuſio & membranæ laceratio adiuncta eſt. Ideoq; blandis huiuſmodi medicamentis ac lenientibus, moderateq; temperatis, aut leniter reprimentibus, rectè curatio inſtituitur ex antiquorum medicorum præſcripto. Celſus certè detectam membranam acri aceto reſpergit, vt ſiue aliquid ſanguinis ex ea
C profluit, cohibeatur, ſiue intus concretus cruor remanet, diſcutiatur. Tum medicamentum aliquod ex cephalicis, ex aceto mollitum ipſi membranæ imponit. Super id aliquantò latius quàm vulnus eſt, eodem medicamento illitum linteolum, & præterea lanam ſuccidam aceto tinctam adiicit, ægrum loco tepido collocat, & curandum quotidie vulnus, bis etiam æſtate præcipit. Quòd ſi membrana per inflammationem intumuerit, roſam tepidam infundit. Si vſque eò tumebit, vt ſuper oſſa quoque emineat, eam coercet benè trita lenticula, vel foliis vitis contritis, & cum recenti vel butyro, vel adipe anſerino mixtis: ceruicem liquido cerato ex irino facto emollit. At ſi parum pura membrana videbitur, parem modum eius medicamenti cephalici & mellis miſcet, idque ſuper infundit, eiuſque continendi cauſa vnum aut alterum linamentum iniicit, & ſuper linteolo cui medicamentum illitum ſit, contegit. Vbi plus pura membrana eſt, eadem ratione medicamento ceratum ex roſa factum adiicit, quò carnem faciliùs producat. Paulus verò aperta caluaria linteolum ſimplex pro magnitudine vulneris, roſaceo imbutum, membranæ integit, & lanæ floccum paruum roſaceo ſimiliter madentem prædicto linteolo imponit. Deinde complicatum duplex linteolum vino & oleo imbu-
D tum, aut etiam ipſo roſaceo, toti vulneri circumponit, conſiderando vt ne membrana grauetur, aut inflammationem vitando. Tertio autem die facta ſolutione & per ſpongias deterſione, cruentis vulneribus dicata curatione vtitur, aut etiam inflammationem arcente, & membranæ puluiſſum aliquem ſiccum ex cephalicis inſpergit, & vulnus ſiccantibus nutrit ad carnis generationem vſque. Quòd ſi membrana inflammetur ſic vt tumeat, calidi roſacei irrigatione, & perfuſione ex decocto altheæ, aut fœnigræci, aut ſeminis lini, aut chamæmeli & ſimilium vtitur. Cataplaſmatis etiam ex cruda hordeacea farina, & ſemine lini cum prædicto decocto, & adipe gallinaceo. Irrigationibus quoq; per lanam in capite & occipite, inſtillando etiam auditoriis meatibus oleum quoddam ex his quæ inflammationem arceant. At noſtri Chirurgi hodie etiam iiſdem curationis veſtigiis inſiſtunt, dum detecta membrana roſaceum per ſe, aut etiam linteolo exceptum reſpergunt, & medicamentum ex oui vitello, terebinthina & roſaceo repente temperatum, ad aliquot dies imponunt. Cuius quidem exſiccandi vis facultate miti & blanda inflammationes arceat, & dolores
E leniendo prohibeat, & quicquid ad ſuppurationem tendit, pus leuiter mouendo, breuiter repurgant & abſtergunt, deinde cephalicis quibuſdam reſperſis, vlcus nutriunt, & carnem generant. Quòd ſi vlcus minimè purum fuerit, aut pure redundet, linamenta ſicca adhibentur, aut magis abſtergente medicamento vtuntur, quod ex farina hordeacea. melle roſato & vitello oui conſtat, addito interdum roſaceo, aut horum vice arida cephalica admouentur, & ſupra membranam mel roſaceum colaticium admixto roſaceo aſpergitur. Tunc etiam vino auſtero rubro cui incoctum fuerit abſinthium, betonica, roſæ, nux cupreſſi, aliaq; id genus. linteolum madens & expreſſum calidum ſuperimponitur. Demum ad emplaſtra cephalica, aut quod ex betonica in officinis proſtat, aut quod gratia dei vulgo dicitur, aut ad cætera eiuſdem generis excogitata medicamenta deuenitur, quæ vi exſiccante & roborante oſſa ſolidant, implent, cicatrice claudunt, tandemq; curationem abſoluunt. Hæc ſunt veteris ac recentioris diſciplinæ experimenta, in quibus magna medicamentorum copia luxuriant, iiſdemque curationis ſcopis adhibitis, ad capitis vulnera & offenſiones medicinam admouent. Quòd ad literam attinet, ἀλλ' ὡς ἄκεα lego cum exemplaribus quibuſdam manu ſcriptis.

F

** Lib. 2. κτ' γέν.* † *Lib. 5. κτ' γέν.*
†† *Lib. 6. Meth.* * *Cap. 27.*
† *Ibidem.*

ἀλλ' οὐ καταπλάσσειν] Cataplaſmata quæ vim ſuppurandi & emolliendi habent, vlceribus ſimplicibus ſunt inimica. Sub his enim vlcus ſordidum & purulentum redditur, cùm concoquant & collectam materiam in pus vertant, partem etiam elaxent, & vires quodammodo exoluant. Sunt alia cataplaſmata quæ leniendi ac reſoluendi facultatem habent, & vbi dolor eſt, aut inflammatio, aut tumor metuitur, adhiberi poſſunt. Eodem quoque modo capitis vlcera quæ nudato oſſe fiunt, linamentorum curationem minimè requirunt. Pinguia enim & quæ ἔμμοτα Medicis dicuntur, quia inuncta linamentis adhibentur, nudatis oſſibus, in quibus ſiccis ſolis vtimur, præcipueque capitis, ſunt inimica, vt ſcribit * Galenus. Alioqui μοτοῖς & linamentis vtimur vbi ſanguinem ſiſtimus, & metus eſt hæmorrhagiæ, aut vbi vulnus vt pus educatur eſt ampliandum, vt paulò poſt ſcribitur. Sic Celſus cute capitis diſſecta,
G vbi ſanguis fertur, ſpongia ſubinde in aceto tincta eum cohibet, occupandumque obiectis linamentis præcipit, & caput altiùs excitandum.

* *Lib. 5. κτ' γέν.*

οὐδ' ἐπιδεῖν χρὴ ἕλκος ἐν κεφαλῇ] Deligationis vſum aut curationis quæ fit per faſcias in capite reiicit. Duo namq; cùm ſint deligationis genera, ἐπίδεσμος καὶ ὑπόδεσμος (vt ſcribitur ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον) eademq; partim medeatur aut medentibus inſeruiat, nullius in capite vſus eſt. Vincula verò partibus adhibentur vt vulneris oras diductas coniungant, materiam influentem partim reprimant, partim expellant, qualia in oſſium ſolutionibus adhibentur, vnde deligatio καταγματικὴ dicitur; cuius vſus in capite inutilis eſt, cùm caput in ſublimi ſit poſitum, neque fluxioni aut inflammationi ſit opportunum, neq; ei vt cæteris partibus vincula conuenienter adhiberi queant. Ac neq; cùm cataplaſmata aut linamenta requirat, deligationem quæ contineat adhibere oportet, niſi vbi inflammationis aut ſuppurationis cauſa medicamentis opus ſit. Tum enim faſciis aut deligatione opus eſt, in quem vſum multiplex vinculorum ra-
H tio ab antiquis deſcripta eſt. Galenus etiam lib. 6. Meth. eam deligaturam quam in aliis fracturis ceu maximè phlegmonas arcentem ratio inuenit, capiti adaptari non poſſe ſcribit, itaq; nec quod affluit reprimi, nec quod in ægris partibus continetur exprimi. Ideoq; oſſis ſectionem eſſe neceſſariam, quò videlicet detergere & abluere ſaniem à membrana liceat, poſt verò cum phlegmones tempus præterijt, omniaq; ſicca ad vnguem ſunt, carnem producere, ac cicatrice claudere.

ἢν μὴ ἐν τῷ μετώπῳ ᾖ τὸ ἕλκος] Frons cùm decliuis ſit & toto reliquo capite carnoſior, eademq; venas quæ à capite illuc feruntur recipiat, fluxionibus ac inflammationibus eſt opportuna magis, quod venæ ampliores & ſuperiores in anguſtiores & fines ſe exonerent. Atque eo nomine remedia inflammationibus dicata recipiet, vt cataplaſmata & deligationem. Deinde cùm frons tota à capite contineatur, illuc à capite materia tranſmittitur & confluit, velut à ſuperioribus membris in inferiora vnà cum ſanguine humorum impetus fertur, vnde & inflammationes & tumores oriuntur.

Sectionem autem poſtulant capitis & frontis vlcera, vbi os quidem carne nudatum fuerit, aut ſub telo noxiam aliquam ſenſiſſe videatur. Ipſa verò vlcera vbi non ſatis idoneam habent longitudinem & latitudinem qua perſpici poſſit nunquid os ſub telo malè affectum ſit, aut qualemnam noxiam ſenſerit, aut quantum quidem carnis colliſum ſit, & quantum offenſionis os ſenſerit, contraq; num os à telo inuiolatum manſerit, nihilque mali ſenſerit, & quanam curatione tum vlcus, tum caro, tum oſſis offenſio opus habeat. Eiuſmodi ſanè vlcera ſectionem poſtulant. Atque etiam vbi os quidem carne nudatum fuerit, vlcera autem obliquam quandam cauitatem habeant, abundè cauum incidere oportet, vbi medicamentum, quodcunq; opus fuerit, non facilè peruenire poteſt. Sed & vlcera orbiculata & admodum caua eiuſmodi quoque incidere oportet, vt orbe in longitudinem bifariam diuiſo, prout eſt hominis natura, vlcus longum efficiatur.

[18] Τάμνειν δὲ χρὴ τῶν ἑλκέων τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ γινομένων, καὶ ἐν μετώπῳ, ὅπη ἂν τὸ μὲν ὀστέον ψιλὸν ᾖ τῆς σαρκὸς, καὶ δοκέῃ τι σίνος ἔχειν ὑπὸ τοῦ βέλεος. τὰ δὲ ἕλκεα μὴ ἱκανὰ τὸ μέγεθος τοῦ μήκεος καὶ τῆς εὐρύτητος, ἐς τὴν σκέψιν τοῦ ὀστέου εἴ τι πέπονθεν ὑπὸ τοῦ βέλεος κακὸν, καὶ ὁκοῖόν τι πέπονθεν, καὶ ὅσον ἡ μὲν σὰρξ πέφλασται. καὶ τὸ ὀστέον ἔχει τὸ σίνος. καὶ εἰ αὖ τε εἰ ἀσινές τι ἐστὶ τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος, καὶ μηδὲν πέπονθε κακόν. καὶ ἐς τὴν ἴησιν, οἵης δεῖται ὅ τε ἕλκος, ἥ τε σὰρξ, καὶ ἡ πάθη τοῦ ὀστέου. τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ἑλκέων τομῆς δεῖται. ἢν καὶ μὲν ὀστέον ψιλωθῇ τῆς σαρκὸς, ὑπόκοιλα δὲ ᾖ ἐς πλάγιον ἐπὶ πολὺ ἐπιδιατέμνειν τὸ κοῖλον, ὅκου μὴ εὐχερὲς τὸ φάρμακον ἀφικέσθαι, ὁκοῖον ἂν τι δέῃ. καὶ τὰ κυκλοτερέα τῶν ἑλκέων, καὶ ὑπόκοιλα ἐπὶ πολὺ, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιδιατέμνειν τὸν κύκλον διχῇ κατὰ μῆκος, ὡς πέφυκεν ἄνθρωπος, μακρὸν ποιέειν τὸ ἕλκος.

A B C

[18] τάμνειν δὲ χρὴ] Hic agitur de ſectione quæ fit per ſcalpellum, vbi certè inciſa plaga ampliatur & vulnus dilatatur. Cuius tria genera facit. Primum vbi os nudatum conſpicitur, veriſimileque eſt ſub telo vitiatum eſſe, ſed vulnus anguſtius, quàm vt vitij genus pateat, aut curationem per medicamenta recipiat. Alterum vbi vlcus intus cauum eſt & cauernoſum, exitus autem ita anguſtus, vt neque repurgari, neque intus nutriri per medicamenta poſſit, ideoq; tranſuerſo ducto ſcalpello via amplianda eſt. Tertium eſt vlcus rotundum & orbiculatum, cuius orbem duabus lineis diuidit, prout eſt hominis natura, vt vlcus in longum extendatur, eoque modo angulum faciat, ex quo faciliùs carnis initia ducantur, ea impleatur, & callus generetur. Sic libro de vlceribus vlcera orbiculata, aut per totum, aut per circuli dimidium incidere præcipit, pro hominis longitudine, vbi quod hîc ſcribitur, ὡς πέφυκεν ἄνθρωπος, dicit, κατὰ μῆκος τῆς φύσιος τοῦ ἀνθρώπου. Celſus quacunque de cauſa curatio neceſſaria ſit, ſi nondum ſatis cutis patefacta eſt latiùs aperiendum præcipit, donec quicquid læſum eſt in conſpectu ſit. Plagam ſi ex vulnere eſt, talem neceſſe haberi qualem accepimus. Si manu facienda eſt, eam ferè commodiſſimam eſſe, quæ duabus tranſuerſis lineis literæ X figuram acceperit. Paulus etiam cutis ſectionem fieri iubet per duas lineas tranſuerſas ad rectos angulos ſe interſecantes, ad literæ X ſimilitudinem. D

ὑπόκοιλα δὲ ἐς πλάγιον] Hic codicum pluralitatem ſequimur, vt vlcera in latus & obliquam quandam habeant cauitatem. Poteſt & accipi ἐς πλάγιον ἐπὶ πολὺ ἐπιδιατέμνειν, quomodo in quibuſdam exemplaribus ſcribitur, vt in latus aut tranſuerſa abundè ſectio fiat, quem ſenſum ſecutus eſt Vidius. Cæterùm lubenter lego, καὶ ἢν δὲ τὸ ὀστέον, velut in quibuſdam exemplaribus manu ſcriptis legitur, & ὑγιέας pro ἀσινέας, vt & ὁκοῖον ἄν τινος χρῄζῃ non malè legi poſſe exiſtimo.

At in capitis ſectione cæteræ quidem capitis partes tutò ſecari poſſunt, tempus verò & quod adhuc ſupra eſt, iuxta venam quæ per tempora fertur, hæc inquam regio ſecari non debet. Neruorum enim diſtentione prehenditur qui ſectus eſt. At ſi ſiniſtra tempora ſecta fuerint, dextra conuulſio prehendit, ſin ad dextra ſectio fuerit, ſiniſtra conuelluntur.

[19] Τάμνοντι δὲ κεφαλὴν, τὰ μὲν ἄλλα τῆς κεφαλῆς, ἀσφαλείην ἔχει τεμνόμενα. ὁ δὲ κρόταφος, καὶ ἄνωθεν ἔτι τοῦ κροτάφου, κατὰ τὴν φλέβα, τὴν διὰ τοῦ κροτάφου φερομένην, τοῦτο δὲ τὸ χωρίον μὴ τάμνειν. σπασμὸς γὰρ ἐπιλαμβάνει τὸν τμηθέντα. καὶ ἢν μὲν ἐπ' ἀριστερὰ τμηθῇ κροτάφου, τὰ ἐπιδέξια ὁ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει. ἢν δὲ ἐπὶ τὰ δεξιὰ τμηθῇ κροτάφου, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ ὁ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει. E

[19] τάμνοντι δὲ κεφαλὴν] Sectio in temporibus, tum cutis, tum oſſis, admodum periculoſa eſt, conuulſionemq; accerſit, ideoque in inciſione cutis caluariam tegentis, à temporibus ſcalpello abſtinet Hippocrates, ob eas cauſas quas ſupra adduxit. Ex venis enim iugularibus magna pars poſt aures fertur & ad tempora tendit, arteriæque καρωτίδες ex magna arteria ſub clauicula iuxta aſperam arteriam intrò & extra latæ, per oſſa temporum vario complexu in cerebrum diſperguntur, vnde & metus hæmorrhagiæ impendet. Eſt & connexio maxillæ inferioris cum capite, quæ iuxta tempora cum muſculi temporalis tendine validiſſimè committitur. Muſculus quoque temporalis multum validus ac neruoſus in cauitate temporum reconditur, à cerebri tertio & quinto neruorum pari ſurculos recipiens, propeque ipſum contingens, ſolo oſſe eoque infirmiſſimo, à cerebro ipſiuſque membranis diremptus. Iiſque ex cauſis nil mirum eſt temporum ſectiones periculum hæmorrhagiæ, tum conuulſiones, tum delirij, tum febrium, tum reſolutionis ac ſoporis adferre, διότι φλέβες τρώσιες καὶ καρώδεες αἱ κροταφίτιδες γίνονται, vt ſcribit Hippocrates libro de artic. σφαδάζουσι γὰρ οἱ μύες ὑπό τε ἐκλελυμένοι καὶ ἐντεινόμενοι παρὰ φύσιν. Conuulſionis verò metum temporum vulnera adferre teſtatur Hippocrates in Prorrhetico. ὅρα γε καὶ τὰ ἐν κροτάφῳ ἐστὶν ἰσχυρὰ σπασμὸν ἐπιφέροντα; Et in Coacis Præſagiis, ὅσα δὲ κατὰ κρόταφον ἐόντα διαφέρει σπασμώδεα; At conuulſionem ex contraria vulneris parte in temporum ſectione ibidem commemorat his verbis, ἑκατέρου κροτάφου τεμνομένου, σπασμὸς ἐν τῷ ἐναντίῳ τῆς τομῆς ἐπιγίνεται. Cuius quidem rei cauſa vt ſubobſcura eſt, ita magnam habet in re medica quæſtionem. Quam etiam minimè explicatu facilem indicauit Hippocrates in Prorrhetico, cùm huius conuulſionis in temporum præciſione cauſam exquirens, tria poſuit ex quibus nata videretur conuulſio, τὴν διὰ τὸ κρόταφον ἐστὶν ἰσχυρὰν, τὸ λίθνεσμα, καὶ τὴν αἱμορραγίαν. Verùm iſtud certè maximè referri poſſe videtur, ad partium inter ſe cognationes & germanas quaſdam neceſſitudines, quas ἀδελφίξιας vocat Hippocrates libro de artic. & plurimæ viſuntur in neruorum extenſionibus & muſculoſo genere, adeoque inter ſe conſentientes habent affectiones, vt vno læſo alterum compatiatur ac condoleſcat. Sic muſculis vnius partis præciſis aut reſolutis, alterius partis muſculi velut conuulſi in ſeſe colliguntur & contrahuntur. Eodemque modo muſculis ab altera maxillæ parte reſolutis, ſanam partem breuiorem fieri & contrahi, ad eamque læſam ſequi velut muſculis ad ſua initia collectis, ſcribit Galenus Comment. 3. in librum de artic. Temporum igitur ſectio, ſiue oſſis, ſiue cutis intelligatur, cùm multis de cauſis ſuſpecta ſit, iure optimo ex Hippocratis conſilio vitanda eſt. Etſi vbi fractura ea oſſa occuparit, paulatim declinato muſculo & ab oſſe diducto, vitatis quoque venis & arteriis carotidibus, os extrema parte & ſuperiore, ne cerebrum deorſum excidat, aperire licet. Sic Galenus in fine lib. 6. Meth. med. luculenta fractura in temporis oſſe longiſſimè pertinente, ſyncipitis oſſe tantùm exciſo, hominem ſanari reſtituit. Celſus quoque in hac arte eximius, cutis ſectionem ad tempora non penitus refugit, neque hæmorrhagiæ periculum omninò reformidat, cùm ſcribit. Neque id vitium vllum metum niſi inter muſculos, qui tempora continent, adfert, ſed ibi quoque nil tutius ſit. F G H

A Ὅτ' ἂν οὖν τάμνῃς ἕλκος ἐν κεφαλῇ ὀστέων εἵνεκα τῆς σαρκὸς ἐψιλωμένων, θέλων εἰδέναι εἴ τι ἔχει τὸ ὀστέον κακὸν ὑπὸ τοῦ βέλεος ἢ καὶ οὐκ ἔχει, τάμνειν χρὴ τὸ μέγεθος τὴν ὠτειλὴν, ὅσον ἂν δοκέῃ ἄνω χρεῖναι. τάμνοντα δὲ χρὴ ἀναστεῖλαι τὴν σάρκα ἀπὸ τοῦ ὀστέου, ἣ πρὸς τῇ μήνιγγι καὶ πρὸς τῷ ὀστέῳ πέφυκεν. ἔπειτα διαμοτῶσαι τὸ ἕλκος πᾶν μοτῷ, ὅστις ἂν εὐρύτατον τὸ ἕλκος παρέξει
B ἐς τὴν ὑστεραίην ξὺν ἐλαχίστῳ πόνῳ. μοτώσαντα δὲ καταπλάσματι χρῆσθαι ὅσον ἂν χρόνον καὶ τῷ μοτῷ, μάζαν ἐκ λεπτῶν ἀλφίτων, ἐν ὄξει διαμάσσειν ἢ ἑψεῖν καὶ γλισχρὴν ποιεῖν ὡς μάλιστα.

Vbi igitur oſſium carne nudatorum cauſa vlcus in capite ſecatur, vt cognoſcas, ſub telo os aliquod vitiū ſenſerit nécne, vulnus ea magnitudine ſuperiore parte, quanta opus eſſe videbitur, ſecari debet. Cùm autē inciditur, carnem quæ oſſi & membranæ adhæret, ab oſſe diducere oportet. Tum linamentis vlcus implendum, quæ in poſterum diem quàm minimo labore vlcus ampliſſimum exhibeant. Admotis linamentis, cataplaſmate quamdiu linamenta adhibentur vtendum, maza ex tenuiſſima polenta ex aceto ſubacta & incocta, vt quàm maximè glutinoſa reddatur.

Ὅτ' ἂν οὖν τάμνῃς ἕλκος] Celſus. Quacunque autem de cauſa curatio hæc neceſſaria eſt, ſi nondum ſatis cuti.. tefacta eſt, latiùs aperienda eſt, donec quicquid læſum eſt in conſpectu ſit. In quo ipſo videndum eſt, ne quid ex ipſa membrana.. quæ ſub cute caluariam cingit, ſuper os relinquatur. Siquidem hæc ſcalpro terebriſue lacerata, vehementes febres cum inflammatio..ibus excitat. Itaq; eam commodius eſt ex toto ab oſſe diduci. Paulus vulnere duabus ſectionibus ampliato, deinde quatuor angulis in vertice excoriatis, vt os quod perforandum eſt totum denudetur, ſiquidem ſanguinis eruptio ſit, linamenta poſca imbuta imponit, ſin mi-
C nus ſicca. Caro autem & membrana, quæ per ligamenta & fibras oſſi & membranæ cerebrum tegenti adhæret, ſpecillo buxeo aut oſſeo diducitur, & ab oſſe ſuſtollitur. Alioqui ea dilaniata hæmorrhagiæ metum iniicit, ideoq; linamentis vlcus impleri præcipit, tum vt ſanguis cohibeatur, tum vt vulnus amplietur. Quam in rem medicamenta ex albumine oui, bolo Armena, & puluere myrtillorum ac roſarum chirurgi comparant. Eo quoq; nomine hic cataplaſmata quæ ſiccent & reprimant adhibentur, ex farina hordei toſti aceto ſubacta & incocta, ſic vt maximè adhæreat & emplaſtica fiat, (quam hic mazam vocat) quò magis fluentem ſanguinem cohibeat, nonnihilq; doloris leniat, & inflammationem propellat. Eſt enim μάζα Hippocrati, vt teſtatur Erotianus, φύραμα ἐξ ἀλφίτων, ποτὲ μὲν μετ' ὀξυμέλιτος, ποτὲ δὲ μετ' ὀξυκράτου ἢ ὑδρομέλιτος, ἢ μεθ' ὕδατος.

Τῇ δ' ὑστεραίῃ ἡμέρῃ ἐπὴν ἐξέλῃς τὸν μοτὸν, καθιδὼν τὸ ὀστέον ὅ,τι πέπονθεν, ἐὰν μή σοι καταφανὴς ᾖ
D ἡ τρῶσις, ὁποίη τίς ἐστιν ἐν τῷ ὀστέῳ, μηδὲ διαγινώσκῃς εἴ τι ἔχει τὸ ὀστέον κακὸν ἐν ἑωυτῷ, ἢ καὶ οὐκ ἔχει, τὸ δὲ βέλος δοκέῃ ἀφικέσθαι ἐς τὸ ὀστέον καὶ σινάσθαι, ἐπιξύειν χρὴ τῷ ξυστῆρι κατὰ βάθος καὶ κατὰ μῆκος τοῦ ἀνθρώπου ὡς πέφυκεν. καὶ αὖθις ἐς ἐγκάρσιον τὸ ὀστέον τῆς ῥήξιος εἵνεκα τῆς ἀφανέος ἰδεῖν, καὶ τῆς φλάσιος εἵνεκα
E τῆς ἀφανέος τῆς οὐκ ἐσφλωμένης εἴσω ἐκ τοῦ φύσιος τῆς κεφαλῆς τοῦ ἄλλου ὀστέου. ἐξελέγχει γὰρ ἡ ξύσις μάλα, ἢν μὴ καὶ ἄλλως καταφανέες ἔωσιν αὗται αἱ πάθαι ἐοῦσαι ἐν τῷ ὀστέῳ τοῦ βέλεος. καὶ ἢν ἕδρην ἴδῃς ἐν τῷ ὀστέῳ τοῦ βέλεος, ἐπιξύειν χρὴ αὐτήν τε τὴν ἕδρην τοῦ βέλεος, καὶ τὰ περιέχοντα αὐτὴν ὀστέα, μὴ πολλάκις τῇ ἕδρῃ προσγένηται ῥῆξις, καὶ φλάσις, ἢ μούνη φλάσις, ἔπειτα λανθάνῃ οὐ καταφανέα ἐόντα.

Poſtridie exemptis linamentis vbi os affectum conſpexeris, ſi cuiuſmodi plaga in oſſe fuerit non ſit tibi conſpicua, neque diiudices os mali aliquid in ſe receperit, necne, telum autem ad os perueniſſe ipſumque offendiſſe videatur, id ſcalpro raſorio in altitudinem & longitudinem, prout ex hominis natura, radendum eſt, atque etiam ſi tranſuerſum os fuerit, ob rimas quæ in conſpectum non veniunt, aut colliſionem non apparentem, vbi os medium non deſederit, neque ſua natura ab altero capitis oſſe intrò receſſerit. Vbi nanque os deraſeris, magis deprehendes oſſis ex telo affectiones, ſi alioqui in conſpectum non venerint. Ac ſi teli veſtigium in oſſe conſpiciatur, ipſum quoque eradendum eſt, tum circum ambientia oſſa, ne cum ſæpè ad teli veſtigium fiſſum & colliſum, aut colliſum tantum accedat, ea poſtea lateant neque in conſpectum veniant.

F καὶ αὖθις ἐς ἐγκάρσιον] Hæc verba indicant non ſolum os in longitudinem & altitudinem ſcalpro deradendum, ſed etiam obliquum & tranſuerſum, vbi os fiſſum eſt & colliſum, neque oſſis vitium ſatis conſpectui patet. Has enim oſſis offenſiones antea plærunque latere ſcripſit. Eſt autem ξυστὴρ ſcalpellus raſorius, quo in explorando oſſis vitio vtitur Hippocrates. † Galenus ξυστῆρας στενοὺς ſimplici fracturæ adhibet, & ſcalpellos anguſtos multorum generum accommodatos requirit, donec ad anguſtiſſimos deueniat. Iis quoque in ſimplici fractura vtitur †† Paulus. Et Celſus in rima non ſatis manifeſta, inductum ſuper is atramentum ſutorium ſcalpro deradendum ſuadet, quod etiam poſtea fieri præcipit Hippocrates. Hunc autem locum valde certè obſcurum aliter ſumpſit Caluus. Et certè non malè ſic mihi conſtare poſſe videtur, etſi acutiſſimas doctiſſimorum virorum coniecturas hîc non improbo.

† *Lib. 6. Meth.*
†† *Lib. 6. cap. 90.*

G καὶ τῆς φλάσιος εἵνεκα] Hoc eſt, vbi colliſum non apparet, neque ita colliſum os eſt vt medium os deſidat, aut intrò à ſuo ſtatu & altero capitis oſſe recedat. Sic enim colliſum, cùm intrò deprimatur, volſellis forficibus, forcipibus & vectibus, non radula, indiget.

ἐξελέγχει γὰρ ἡ ξύσις μάλα] Os vitiatum aridum ſit & colorem immutet neceſſe eſt. Et in eradendo euſque perſeuerandum donec oſſis vitium detegatur, aut color priſtinus redeat, aut iam aliquid cruoris ſe prodat, quæ integritatis nota eſt, vt ſcribit Celſus.

καὶ ἢν ἕδρην ἴδῃς ἐν τῷ ὀστέῳ] Vbi teli veſtigium in oſſe impreſſum relinquitur, ſcalpri duplex vſus incidit, vt & fiſſum & colliſum, aut colliſum tantùm (quæ plerunque ad ſedem accedunt) detegantur, aut aſperitas oſſis, quæ quibuſdam velut aculeis pungentibus dolores mouet, & medicamentorum vſum impedit, tollatur. Circumradendæ igitur læuandæque ſunt oræ, & os quoque totum læuandum, vt ſine noxa poſtea caro increſcat, quæ aſpero oſſe innaſcens, protinus non ſanitatem, ſed nouos dolores mouet.

H

Ἐπειδὰν δὲ ξύσῃς τὸ ὀστέον τῷ ξυστῆρι, ἢν μὲν δοκέῃ ἐς πρίσιν ἀφίκειν ἡ τρῶσις τοῦ ὀστέου, πρίειν χρὴ καὶ τὰς τρεῖς ἡμέρας μὴ ὑπερβάλλειν ἀπρίωτον, ἀλλ' ἐν ταύτῃσι πρίειν, ἄλλως τε καὶ τῆς θερμῆς ὥρης, ἢν τὴν ἀρχὴν λαμβάνῃς

Poſtquam autem os ſcalpro eraſeris, ſi quidem oſſis vulnus ad ſectionem tendere videatur, intra triduum ad ſectionem veniendum, neque id ſpatium citra ſectionem ſuperandum, idque præcipuè ſi calida anni tempeſtate ab initio curationem

ſuſceperis. At ſi os quidem fiſſum ſuſpiceris, aut colliſum, aut vtrunq́; ex vulnerati ſermonibus de vulneris magnitudine coniecturam faciens, quod à robuſto vulnus illatũ ſit, ſi alter ab altero vulneratus fuerit, quodq́; telum quo vulnus eſt inflictum ex eorum eſt genere quę noxam inferunt, tum quia æger vertigine correptus fuerit, aut tenebræ oculis offuſæ, aut alto ſopore detentus conciderit. Quæ quidem vbi inciderint, niſi dignoſcas os ne fiſſum ſit aut colliſum, aut vtroque modo vitiatum, neque alia ratione conſpicere liceat: ſuper os atramentum ſcriptorium medicamento aliquo nigro liquato maceratum inducendum, vlcuiq́; ſubiecto linteo oleo madefacto, deinde cataplaſmate ex maza impoſito deligãdum, poſtridie verò vlcere reſoluto ac repurgato os deradendum. Et ſi integrum non fuerit, ſed fiſſum & colliſum, reliquum quidem os eraſum album erit. At fiſſum & colliſum, in ſe medicamentum nigrum dilutum recipiens, reliquo oſſe albo exiſtente, nigrũ conſpicietur. Verùm iterum rimam ipſam in conſpectum venientem altè radere oportet. Ac ſi quidem radendo rimam eiuſmodi nigram viſam exemeris & deleueris, colliſum quidem os plus aut minùs fuit, ex quo rimam accepit quam ſcalper raſorius deleuit. At rima deleta res minùs terret minuſq́; negotij exhibet. Vbi vero altiùs deſcendit, neq; radendo eximi poteſt, in hoc caſu ad ſectionem deueniendum eſt. Cæterùm ſectione vtentem in reliquo ad vlceris curationẽ intentum eſſe oportet, cauendumque eſt ne os à malè curata carne aliquid vitij contrahat. Os enim ſectionem expertum, & alioqui nudatum, integrum tamen, aut quod à telo offenſionẽ accepit, ſed integrũ videtur, magis periclitatur ne purulentũ euadat, quamuis id aliàs futurum non ſit, tum ſi caro os ambiens malè curetur, tum inflammationem concipiat, & conſtricta ſit. Igneum enim euadit multoq́; ardore redundat, ſaneq́; os ipſum ex ſuperiectis carnibus calorem, incendium, perturbationem, pulſum, cæteraq́; vitia quibus caro vexatur, in ſe inducit, ex hiſque hoc modo purulentum euadit.

τὸ τρῶμα. ἢν δὲ ὑποπτεύσῃς μὲν τὸ ὀστέον ἐρρωγέναι, A
ἢ πεφλάσθαι, ἢ ἀμφότερα ταῦτα, τεκμηράμενος ὅτι ἰσχυρῶς τέτρωται ἐκ τῶν λόγων τοῦ τρωματίου, καὶ ὅτι ὑπὸ ἰσχυροτέρου τοῦ τρώσαντος, ἢν ἕτερος ὑφ' ἑτέρου τρωθῇ. καὶ τὸ βέλος ὅτῳ ἐτρώθη, ὅτι τῶν κακούργων βελέων ἦν. ἔπειτα τὸν ἄνθρωπον ὅτι δῖνός τε ἔλαβεν, καὶ σκότος, καὶ ἐκαρώθη καὶ κατέπεσεν. τούτων δὲ οὕτω γινομένων, ἢν μὴ διαγινώσκῃς εἰ ἔρ- B
ρωγε τὸ ὀστέον, ἢ πέφλασται, ἢ καὶ ἀμφότερα ταῦτα, μήτε ἄλλως ὁρῶν, * δεῖ δὴ ἐπὶ τὸ ὀστέον τήκειν τὸ μελάντηριον διέσαντα τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ. τό, τε ἕλκος ὑποτείνας ὀθόνιον ἐλαίῳ τέγξαι, εἶτα καταπλάσαι τῇ μάζῃ ἐπιδῆσαι. τῇ δ' ὑστεραίῃ, ἀπολύσας καὶ ἐκκαθήρας τὸ ἕλκος ἐπιξῦσαι. καὶ ἢν μὴ ᾖ ὑγιὲς, ἀλλ' ἐρρώγῃ καὶ πεφλασμένον ᾖ, τὸ μὲν ἄλ- C
λο ἔσται ὀστέον λευκὸν ξυόμενον. ἡ δὲ ῥωγμὴ καὶ ἡ φλάσις καταχυθέντος τοῦ φαρμάκου δεξαμένη τὸ φάρμακον ἐς ἑωυτὴν μέλαν ἐὸν, ἔσται μέλαινα, ἐν λευκῷ τῷ ὀστέῳ τῷ ἄλλῳ. ἀλλὰ χρὴ αὖθις τὴν ῥωγμὴν ταύτην φανεῖσαν, ἐπιξύειν κατὰ βάθος. καὶ ἢν μὲν ἐπιξύων τὴν ῥωγμὴν ταύτην φανεῖσαν μέλαιναν ἐξέλῃς D
καὶ ἀφανέα ποιήσῃς, φλάσις μὲν γεγένηται τοῦ ὀστέου ἢ μᾶλλον ἢ ἧσσον, ἥτις περιέρρηξε καὶ τὴν ῥωγμὴν τὴν ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ τοῦ ξυστῆρος. ἧσσον δὲ φοβερὴ καὶ ἧσσον ἂν πρῆγμα ἀπ' αὐτῆς γένοιτο ἀφανισθείσης τῆς ῥωγμῆς. ἢν δὲ κατὰ βάθος ᾖ καὶ μὴ ἐθέλῃ ἐξιέναι ἐπιξυομένη, ἀφίκει ἐς πρίσιν ἡ τοιαύτη ξυμφορή. ἀλλὰ χρὴ πρίσαντα τὰ λοιπὰ ἰητρεύειν τὸ ἕλκος. φυλάσσε- E
σθαι δὲ χρὴ ὅπως μή τι κακὸν ἀπολαύσῃ τὸ ὀστέον ἀπὸ τῆς σαρκὸς, ἢν κακῶς ἰητρεύηται. ὀστέῳ γὰρ καὶ πεπρισμένῳ, καὶ ἄλλως ἐψιλωμένῳ, ὑγιεῖ δὲ ἐόντι, καὶ ἔχοντί τι σίνος ὑπὸ τοῦ βέλεος, δοκέοντι δὲ ὑγιεῖ εἶναι, κίνδυνός ἐστι μᾶλλον ὑπόπυον γενέσθαι ἢν καὶ ἄλλως μὴ μέλλῃ, ἢν καὶ ἡ σὰρξ ἡ περιέχουσα τὸ ὀστέον κακῶς θεραπεύηται, καὶ φλεγμαίνῃ, καὶ περισφίγγηται. πυρετῶδες γὰρ γίνεται, καὶ πολλοῦ φλογμοῦ πλέον. καὶ δὴ τὸ ὀστέον ἐκ F
τῆς περιεχούσης σαρκῶν ἐς ἑωυτὸ θέρμην τε καὶ φλογμὸν, καὶ ἄλλα ὅσα ἐμποιέει καὶ σφυγμόν. καὶ ὅσα περ ἡ σὰρξ ἔχει κακὰ ἐν ἑωυτῇ, καὶ ἐκ τουτέων ὧδε ὑπόπυον γίνεται.

** ἐπιδιδόναι ξύειν τὸ ὀστέον] In omni fiſſo fractóve oſſe protinus antiquiores medici ad ferramenta veniebant, quibus id exciderent. Sed multò melius eſſe ante emplaſtra experiri, quæ caluariæ cauſa componuntur, & glutinant, ſiccant, & carnem gignunt, ſcribit Celſus, in eaque curatione ad diem quintum perſeuerandum, vbi caruncula increſcere cœperit, & febricula aut ſoluta erit aut lenior, & cupiditas cibi reuerterit, ſatiſque ſomni accedet. Qua ratione ſæpè rimæ callo quodam implentur, eſtque ea oſſis velut cicatrix, & latiùs fracta oſſa ſi quæ inter ſe non cohærebant, eodem callo glutinantur, eſtque aliquantò melius velamentum cerebro, quàm caro quæ exciſo oſſe increſcit. Si verò ſub prima curatione febris intenditur, breueſque ſomni & iidem per ſomnia G
tumultuoſi ſunt, vlcus madet, neq; alitur, & in ceruicibus glandulæ oriuntur, tum demum ad manum ſcalprumque veniendum eſt. In eaque curatione veteres perſeueraſſe eſt credibile, cùm cephalica multa emplaſtra in fracturis quæ ad laminam vſque peruenirent, ad oſſa glutinanda & callo firmanda, ſuis ſcriptis celebrarent, qualia ex Aſclepiade aliiſque multis deſcribuntur Galeno libr. 2. comp. pharm. κατὰ γένη. Hanc quoque curandi rationem ſecuti ſunt quidam recentiores Chirurgi, vt Lanfrancus, & Theodoricus, qui ad eam rem potionibus etiam vulnerariis ſe vſum profitetur. Sed eam velut lubricam & periculi pleniſſimam reiicit Vidus Cauliacenſis, inter recentes Chirurgos non ignobilis author. Etſi in leui nec altiùs procedente caluariæ fractura aut rima rectè poſſumus emplaſtris cephalicis eſſe contenti, neq; ad ſectionem veniendum ſit, quod etiam paulò poſt innuere videtur Hippocrates. Verùm vbi ſectio eſt neceſſaria, intra triduum ad ſectionem oſſis deueniendum cenſet Hippocrates, idque æſtate præſertim. Paulus quoque æſtate ante ſeptimum diem, hyeme ante decimum quartum, omninò oſſis ablationem conſulit, ante quàm hic enumerata ſymptomata inualeſcant. H

δεῖ δὴ ἐπὶ τὸ ὀστέον Hic locus aſteriſco ſubnotatus vitium ſubolet, & mendoſus apparet, aliquidque deſiderari videtur, vt ἐγχέειν, aut ἐπιθεῖναι, aut quid ſimile, aut certè quemadmodum ſcripſimus legi debet, τὸ μελάντηριον autem atramentum ſcriptorium ſumi poteſt, quo eam in rem vtitur Celſus & Paulus. Nigrum autem aliquod medicamentum liquidum, vt hoc loco, requirit Paulus, quò faciliùs rimam ſubeat & imbibatur. Atque hic videtur eſſe locus quem indicat in Exegeſi Galenus, cum μέλαν φάρμακον exponens ſcribit, [illegible], vt mihi hic conceptis verbis medicamentum iſtud nigrum cuius etiam bis fit mentio, non leui coniectura intelligendum videatur, quod etiam non temerè expreſſit Paulus. Etſi huius medicamenti incerta eſt & indefinita præparatio, nec ſatis libello de Vlceribus expreſſa, vt eo nomine non admodum integer libellus ille videatur, aut aliquod ex his medicamentis quæ illic deſcribuntur ſumendum ſit, aut caricum, aut aliud quoddam. Deſcribitur tamen μέλαν φάρμακον aliud in Nothis quæ libr. 1. περὶ γυναικείων adſcripta ſunt. Linteum verò oleo imbutum ſubtenditur, vt do-

A vt dolorem leniat, cataplaſmaq; ex tenui polenta diluta imponitur, ad inflammationem arcendam. Neque certè me latet quid doctiſſimis viris de hoc loco videatur, quorum iudicium non poſſum non vehementer probare in tam ſalebroſo loco reſtituendo. Sed tamen temerariam medicamenti nigri ſcriptionem non ſatis mihi perſuadere poſſum, cùm eam diſertiſſimis verbis conceperit Galenus, & ex hoc loco in Exegeſi expreſſerit.

ἀλλὰ χρὴ ἐντεῦθεν ξύειν] Vbi fiſſura nigra apparet (inquit Paulus) in radendo perſeuerare oportet, donec fiſſuræ ſignum obſcuretur. At ſi ad membranam vſque fiſſura tendit, à radendo abſtinendum, & ad dignotionem veniendum, num ab oſſe diſceſſerit membrana, aut affixa adhæreat. Intelligit autem rimam nigredinem oſtentantem & nigram apparentem, quod indicant exemplaria quædam manu ſcripta, quæ φαινόμενον μέλαιναν etiam hic legunt.

καὶ ξύειν τὴν φαινομένην μέλαιναν] Eiuſmodi rimam in conſpectum venientem vocat, quæ nigra apparet, quam quidem iterum altè radere iubet vt ſcalpro eximatur aut deleatur, itaque diſpareat neque ampliùs in conſpectum veniat. Iterum autem radere os

B iubet, quia fiſſuræ colliſum adiungitur, ideoque os totum radendum donec album appareat, deinde radenda rima eſt quæ nigra conſpicitur, donec fiſſuræ ſignum deleatur & à conſpectu eximatur, quam ἀφανέα & ἀφανίζεσθαι vocat. Quæ ſi tam altè inſedit vt ad membranam pertingat, ad ſectionem veniendum.

ἀλλὰ χρὴ πρίειν] Adhibita ſectione oſſis ad reliquam vlceris curationem attentum eſſe conuenit, vt cauitas vlceris impleatur, & aridis cephalicis vlcus nutriatur, deinde impleatur & glutinetur. Interim tamen accuratè animaduertendum, ne quid inflammationis aut nouæ iniuriæ ſubnaſcatur, & ſi quid colliſum fuit, vt ad ſuppurationem tendat. Quod fiet adhibita totius corporis ratione & partis affectæ natura in conſiderationem adducta. In medicamentis enim quæ fractæ caluariæ adhibentur, oſſis natura ſpectanda eſt. Caluaria namque media ſui parte, & in diploe antroſa eſt, ſpongioſa & mollis, ideoq; neq; tam valida ſiccantia perfert, quàm quæ in ſummitate eſt oſſis & in ſuperficie durior conſpicitur.

πυρεταίνει γὰρ ἤν] Sic libro de Fract. πυρώδεες ἕλκεα καὶ σφυγμώδεα ex inflammatione, quæ ex praua deligatione & nimia compreſſione oritur, dicitur, & libro de Vlceribus πυρώδεα ἕλκεα καὶ σφυγμὸν ἐγγίνεσθαι, vbi ex inflammatione ſuppuratio oritur, πυρώδεες

C autem pro πυρῶδες dici teſtatur † Galenus. Vbi igitur ſuperpoſita caro per medicamenta non ſatis deſiccantia malè curatur, aut praua deligandi ratione conſtringitur, os vitiat & igneum reddit ac incendioſum. Inflammationem enim & perturbationem quandam ac pulſationem in ſeſe concipit, cæteriſque malis quibus caro vexatur. Purulentum namque euadit & abſceſſionem facit, vt patet ex aphor. 79. lib. 7. & libro de Fract. φλογμὸν autem hic φλέγμονη aut φλόγα, ardorem ac flammam ſignificat. Pulſatio autem interna in oſſibus per inflammationes ſentitur, ſiue per ambientem membranam, ſiue per venas per os pertingentes contingat, ſiue propter commotum ſpiritum & aërem cauernis oſſium concluſum, ex quo agitatione quadam & perturbatione concuti videtur, quam ἀραδον hoc loco vocat. Erotianus ἀραδον, ταραχὴν κίνησιν καὶ σάλον exponit. Libro verò de ratione vict. in morb. ac. eam turbationem ſignificat quæ fit in ventriculo, dum diuerſæ facultatis cibi concoquuntur, τῆς ἐν τῷ σώματι ταραχῆς explicat Galenus. Pulſatio autem internaque agitatio velut manifeſtè ſentitur in dolore dentium, ſic & in oſſe per inflammationem ineſſe dicitur, certiſſimumq;

D oſſis vitiati indicium Hippocrati dicitur oſſis interna pulſatio. Hic autem quædam exemplaria manu ſcripta, καὶ ἀραδος ἐμπίπτει καὶ σφυγμὸν omittunt, vt & Aſulanum, quæ ſecutus eſt Cornarius.

† Com. in lib. de Fract.

23 Καλὸν δὲ καὶ ὑγρήν τε εἶναι τὴν σάρκα ἐν τῷ ἕλκει, καὶ μυδῶσαν. καὶ ἐπὶ πολλὸν χρόνον καθαίρεσθαι. ἀλλὰ χρὴ διάπυον μὲν ποιεῖν τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα. οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα φλεγμαίνοι τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος, καὶ τάχιστα καθαρὸν εἴη. ἀνάγκη γὰρ ἔχει τὰς

E σάρκας τὰς κοπείσας καὶ φλασθείσας ὑπὸ τοῦ βέλεος ὑποπυούσας ἡμεδαπὰς ἐκτακῆναι. ἐπειδὰν δὲ καθαρθῇ, ξηρότερον χρὴ γίγνεσθαι τὸ ἕλκος. οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ὑγιὲς γένοιτο ξηρῆς σαρκὸς βλαστούσης καὶ μὴ ὑγρῆς. καὶ οὕτως οὐκ ἂν ὑπερσαρκίσῃ τὸ ἕλκος. ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ ὑπὲρ τῆς μήνιγγος τῆς περὶ τὸν ἐγκέφαλον. ἢν γὰρ αὐτίκα ἐκπρίσας τὸ ὀστέον καὶ ἀφελὼν ἀπὸ τῆς μήνιγ-

F γος ψιλώσας, αὐτὴν καθαρὴν χρὴ ποιῆσαι ὡς τάχιστα καὶ ξηρήν. ὡς μὴ ἐπὶ πουλὺν χρόνον ἐοῦσα μυδήῃ τε καὶ ἐξαίρηται. τούτων γὰρ οὕτω γενομένων, σαπῆναι αὐτὴν κίνδυνος.

Vitioſa autem eſt vlceris caro humida & nimia vligine marceſcens, idque longo tempore repurgari. Sed quàm celerrimè quidem vlcus ad ſuppurationem adducere oportet. Hac enim ratione vlcus ambientes partes minimè inflammatione vexabuntur, ipſumque purum citiſſimè euadet. A telo namque tum conciſas, tum colliſas carnes, in pus verti ac tabeſcere neceſſe eſt. At vbi repurgatum vlcus fuerit, ſiccius euadat oportet. Sic enim citiſſimè ſaneſcet, & caro ſicca minimeque humida ſuccreſcet, neque hoc pacto in vlcere caro modum excedet. Eadem quoque eſt ratio membranæ cerebrum ambientis. Ea enim protinus oſſe ſecto & exempto denudata, quàm citiſſimè purgari & ſiccari debet, ne ſi diutius madeſcat, tum nimia vligine marceſcat, tum in tumorem aſſurgat. His enim ita ſe habentibus, periculum eſt ne ipſa putreſcat.

23 ἀλλὰ χρὴ διάπυον Eadem ferè libro de Vlceribus ſcripta ſunt, vbi & hunc locum adduximus.

ὁ δ᾽ αὐτὸς λόγος] Exempto caluariæ oſſe & detecta membrana quæ cerebrum ambit, protinus ſiccantia exhibenda ſunt, & membrana repurganda, ſanieque aut cruore abſtergenda, antequam certa phlegmone occupet. Quam curandi rationem ex Eudemo & Megete Sidonio exceptam probat Galenus lib. 6. Meth. med. qua illico nudatæ membranæ vehementer exiccantia medicamenta, quaia ex cephalicis emplaſtris permulta, & quod Iſis propriè vocatur, imponebantur, eamque Curationem (eſſo fuiſſe celebratam ſatis conſtat, vt paulò antea probauimus. At ſi doloris aut inflammationis metus eſt, ad lenientia veniendum, deinde ſiccantia & detergentia. Ideoque Galenus & Paulus primis diebus roſaceum tepidum ſæpè affuſum, aut œnelæo lintea imbuta probant, tum ad medicamenta cephalica & puluercs exſiccantes deueniunt. Quam curationem προσηνέα καὶ παρηγορικὴν vocat Galenus,

G quod blanda ſit ac leniendo dolori maximeque ægri voluptati ſubſcribat. In quo egregiè animaduertendum ne in leni huiuſmodi ac miti curatione nimia mora fiat, ſed ſtatim poſt tertium diem (vt conſulit Paulus) cruentis vulneribus dicatis medicamentis vtamur, & facta per ſpongias deterſione, puluiſlum aliquem ex cephalicis aridis membranæ inſpergamus, & vulnus ſiccantibus nutriamus, ne ſi longiore tempore membrana huiuſmodi ſanie madeat, inflammationē contrahat, putrifica vligine vitietur, nimioque humore marceſcat, fluxa & flaccida reddatur, atque intumeſcat, tandemque computreſcat. Atque hic eſt horum verborum ſenſus, quæ quidem omnibus in codicibus vitioſè ſcribuntur. Sic enim mihi legenda videntur. ὡς μὴ ἐπὶ πουλὺν χρόνον ὑγρὴ ἐοῦσα μυδῆ τε καὶ ἐξαίρηται. Quanquam non ingratiis amplector poſt has noſtras lucubrationes doctiſſ. Scaligeri lectionem οἰδέουσα μυδῆ τε καὶ ἐξαίρηται, qui etiam rectè ψιλώσας legit.

24 Ὀστέον δ᾽ ὅ, τι δὴ ἀποστῆναι δεῖ τοῦ ἄλλου ὀστέου ἕλ-

H κεος ἐν κεφαλῇ γινομένου, ἕδρης τε ἐούσης τοῦ βέλεος ἐν τῷ ὀστέῳ. ἢ ἄλλως ἐπὶ πουλὺ ψιλωθέντος τοῦ ὀστέου, ἀφίσταται ἐπὶ πουλὺ ἔξαιμον γενόμενον. ἀναξηραίνεται γὰρ τὸ αἷμα ἐκ τοῦ ὀστέου ὑπό τε τοῦ χρόνου καὶ ὑπὸ φαρμάκων τῶν

At verò in capitis vulnere os quod ab alio quouis oſſe abſceſſurum eſt, ſiue teli veſtigium in oſſe relictum ſit, ſiue alioqui os plurimùm nudatum ſit, plærumque abſcedit, vbi exangue redditum fuerit. Reſiccatur enim ſanguis in oſſe tempore, & ſub plurimis

medicamentis. Abſcedet autem celerrimè, ſi quis quàm citiſſimè repurgato vlcere, in reliquo, tum vlcus, tum os ſiccet, idque plùs aut minùs. Quod enim citiſſimè reſiccatum eſt, & in teſtulam abiit ideo ab alio oſſe vitam & ſanguinem habente potiſſimùm abſoluitur, & cùm exangue & ſiccum reddatur, ab eo quod vitam & ſanguinem habet valde abſcedit.

πλείστων. Τάχιστα δ' ἂν ἀποσταίη, εἴ τις τὸ ἕλκος ὡς τά- A
χιστα καθαρὸν ποιήσας ξηραίνοι) λοιπὸν τό τε ἕλκος καὶ τὸ ὀστέον, καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἧσσον. Τὸ γὰρ τάχιστα ἀποξηρανθὲν καὶ ἀποστρακὸς, ἐν τούτῳ μάλιστα ἀφίεται ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου τοῦ ἐναίμου τε καὶ ζῶντος αὐτέου, ἐξαιμόν τε γενόμενον καὶ ξηρὸν τοῦ ἐναίμου καὶ ζῶντος μάλα ἀφίσταται.

24 ἢ ἀποστρακὸς] ἀποστρακός ἐστιν os in teſtulam abiens ac verſum dicitur, quodq; teſtula ſua ac ſquama ab integro oſſe dimittitur. Quod præſtatur medicamentis exſiccantibus & aridis cephalicis, quæ non ſolùm capitis oſſibus nudatis eximiè conferunt, ſed etiam aliarum partium vt ſcribit † Galenus. Hæc verò quæ abundè exſiccant, nudatis oſſibus optimè conueniunt, eaq; velut exucca, ſanguine exhauſta, & tanquam emortua, ab alio oſſe quod vitam habet & ſanguinem, promptè diſcedere faciunt. Quorum certè latiſſima differentia eſt, cùm non omnibus æquè ſiccantia conueniant, ſed quæ ſicciora ſunt natura magis ſiccantia poſtulent, & vt os carne magis ſiccari, ita ex oſſibus aliud alio ſicciora medicamenta poſtulat, ideoq; hîc plùs aut minùs additur. At verò non poſſum non valde probare doctiſſimi Scaligeri acumen, qui hîc ἀποστακὸς pro ἀφιστακὸς Ionicè legit, pro oſſe quod abſceſſionem fecit. Sed certe τοῦ ἐναίμου καὶ ζῶντος μάλα ἀφίσταται) hîc legere malim, & ſi facilè his verbis ſenſus carere poteſt. B

† *Lib. 8. Comp. pharm. gener.*

Oſſa quæ à ſuo naturali ſtatu recedunt & media deſidunt, fracta aut latè admodum præciſa, hæc minùs habent periculi vbi membrana integra fuerit, quæque rimis pluribus & latioribus intus fracta ſunt, minùs etiam periculo ſunt obnoxia, & faciliùs eximuntur neque horum quicquam ſectione indiget, neque cum periculo oſſa auferre tentandum priùs quàm ſponte ſurſum cedant. Surſum autem os educi priore laxato & carne ſubnaſcente eſt conſentaneum, quæ ex oſſis meditullio, vbi oſſa inter ſe connectuntur, & ab eo quod ſanum eſt ſuccreſcit, ſi ſuperior tantùm oſſis pars corrupta ſit. Hac verò ratione tum caro celerrimè ſuccreſcet & pullulabit, tum oſſa ſurſum educentur, ſi quis vlcus quàm citiſſimè in pus mutatum repurget. Quòd ſi os totum vtraque ex parte tam ſuperiore quàm inferiore deorſum ad membranam inſederit, ſub eadem curatione & vlcus citiſſimè saneſcet, & oſſa deorſum inſidentia celerrimè ſurſum educentur.

25 Ὅσα δὲ τῶν ὀστέων ἐσφλᾶται ἔσω, ἐκ τῆς φύ- C
σιος τῆς ἑωυτῶν καταῤῥαγέντα ἢ καὶ διακοπέντα πάνυ εὐρέα, ἀκινδυνότερα τὰ τοιαῦτα γίνεται, ἐπὴν ἡ μῆνιγξ ὑγιὴς ᾖ. καὶ τὰ πλέοσι ῥωγμῇσιν ἐσκαταῤῥαγέντα καὶ εὐρυτέρῃσιν, ἔτι ἀκινδυνότερα καὶ εὐμαρέστερα ἐς τὴν ἀφαίρεσιν γίνεται. καὶ οὐ χρὴ πρίειν τῶν τοιούτων οὐδέν. οὐδὲ κινδυνεύειν τὰ ὀστέα πειρώμενον ἀφαιρέειν, πρὶν ἢ αὐτόματα ἐπανίῃ. Εἰκὸς πρὸ τῶν χαλάσαντος. ἐπανέρχεται δὲ τῆς D
σαρκὸς ὑποφυομένης. ὑποφύεται δὲ ἐκ τῆς διπλόης τοῦ ὀστέου καὶ ἐκ τοῦ ὑγιέος, ἢν ἡ ἄνωθεν μοῖρα τοῦ ὀστέου μούνη σφακελίσῃ. οὕτω δ' ἂν τάχιστα ἥ τε σὰρξ ὑποφύοιτο καὶ βλαστάνοι, καὶ τὰ ὀστέα ἐπανίοι, εἴ τις τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα διάπυον ποιήσας καθαρὸν ποιήσηται. καὶ ἢν διὰ πάνυ τοῦ ὀστέου ἀμφότεραι αἱ μοῖραι ἐσφλασθῶσιν ἔσω ἐς τὴν μήνιγγα, ἥ τε ἄνω μοίρη τοῦ ὀστέου καὶ ἡ κάτω, ἰητευόμενον οὕτως E
τὸ ἕλκος ὑγιὲς τάχιστα ἔσται. καὶ τὰ ὀστέα τάχιστα ἐπανέρχεται τὰ ἐσφλασθέντα ἔσω.

25 ὅσα δὲ τῶν ὀστέων] Caluariæ oſſa quò magis abrupta ſunt & præciſa, eò minoris periculi plena ſunt, dummodo membrana cerebrum ambiens inuiolata permaneat, tum quòd nulla ſectione opus eſt, & ſaniei facilè exitus patet, tum quòd oſſa facilè & ſine vlla vi educuntur, nihilque intus latet quod medico exhibere negotium poſſit. Sic quoque magna vulnera paruis plærunque tutiora euadunt. Quod etiam his verbis teſtatur Hippocrates lib. de artic. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐν ἰητρικῇ ἄν τις διαιτοῖτο, ὧν τὰ μὲν ἰσχυρὰ ἀσινέα ἐστί, [illegible] τὰ δὲ ἀσθενέστερα σινόμενα, καὶ ἐπιπόνως τρώματα χρονίως ποιέοντα, καὶ κατακλίσιας, καὶ τῶν ἄλλων σίνεα ἀπὸ ἄλλων.

εἰκὸς πρὸ τῶν χαλάσαντος] Hic locus procul omni dubio corruptus eſt, & in omnibus exemplaribus deprauatus, ἐπανιέναι & ἐπανέρχεσθαι hîc dicitur de oſſe quod ſurſum educitur & emergit, ſponteque ac nulla vi cedit. Quod fit priore oſſe fracto & emortuo cedente & à carne ſuccreſcente expulſo, quæ ſemper ab integra parte pullulat, & oſſis fragmentum expellit, velut in pueris dentes, nouis aliis ſuccreſcentibus expelluntur. Atque integer horum verborum is ſenſus erit ſi ita legantur, εἰκὸς δὲ προτέρου χαλάσαντος ἐπανέρχεσθαι τῆς σαρκὸς ὑποφυομένης, etſi non mihi diſplicet Scaligeri lectio. Cornarius οὐδὲ προτέρου χαλάσαντος legit contra omnium exemplarium fidem. Quædam etiam exemplaria manu ſcripta εἰκὸς legunt, vt εἰκὸς προτέρου χαλάσαντος, quæ lectio non omninò improbanda eſt. Hic autem non aliter ſolicitum eſſe vult Medicum Hippocrates de euellendis oſſium fragmentis aut ſquamis quæ abſcedere natæ ſunt, quàm maturè ſuppurando. Sub ea enim curatione caro citiſſimè ſubnaſcetur, & oſſa promptiſſimè recedent. Paulus oſſium aſperitatem per ſcalpros raſorios, aut ſcalpros exciſorios ſpecilli formam habentes explanat, aculeos remanentes ſubiecto membranæ cuſtode educit. Quod & Celſus ante faciendum præcepit. Deinde ſi qua labent, & ex facili remoueri poſſunt, forfice ad id facta colligenda ſunt, maximeque ea quæ acuta membranam infeſtant. Si id ex facili fieri non poteſt, ſubiicienda lamina eſt, quam cuſtodem eius membranæ eſſe propoſui, & ſuper eam quicquid ſpinoſum eſt, & intus eminet, excidendum eſt, eadem lamina quicquid deorſum inſedit attollendum. Idem quoque, Vbi os eiectum eſt, circumradendas læuandaſq; oras præcipit, & ſi quid ſcobis membranæ inſedit, colligendum. Vbi ſuperiori parte ſublata, inferior relicta eſt, non ora tantùm, ſed os quoque totum læuandum eſt, vt ſine noxa poſtea cutis increſcat, quæ aſpero oſſe innaſcens, protinus non ſanitatem, ſed nouos dolores mouet. F G

At puerorum & oſſa tenuiora ſunt, & ob eam cauſam molliora, quod ſanguine magis redundāt & caua ſunt, non dura, non denſa, non ſolida, & ſi ſub telis æqualibus & imbecillioribus, æquale aut etiam leuius vulnus acceptum ſit, iunioris pueri os magis & citius minorique ſpatio purulentum euadit, quam ſenioris, ac ſi alioqui ex vulnere moriundum ſit, iunior ſeniore citius perit.

26 Τῶν δὲ παιδίων τὰ ὀστέα καὶ λεπτότερά ἐστι καὶ μαλθακώτερα διὰ τοῦτο, ὅτι ἐναιμότερά ἐστι καὶ κοῖλα. καὶ οὔτε σπογγώδεα, καὶ οὔτε πυκνὰ, οὔτε στερεά. H
καὶ ὑπὸ τῶν βελέων ἴσων τε ἐόντων καὶ ἀσθενεστέρων, καὶ τρωθέντων ὁμοίως τε καὶ ἧσσον, τὸ τοῦ νεωτέρου παιδίου καὶ μᾶλλον καὶ θᾶσσον ὑποπυΐσκεται, ἢ τὸ τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ. καὶ ὅσα ἂν ἄλλως μέλλῃ ἀποθανεῖσθαι ἐκ τοῦ τρώματος, ὁ νεώτερος τοῦ πρεσβυτέρου θᾶσσον ἀπόλλυται.

26 καὶ οὔτε σπογγώδεα] Exemplaria manu ſcripta Regia quædam reconditiora σκληρώδεα habent, vt & Aſulanum, eaque cum Vidio ſecuti ſumus. Quanquam οὐ σπογγώδεα dici poſſunt puerorum oſſa minimè cauernoſa & fiſtuloſa, quod licet laxa ſint & mollia,

A mollia,nullis tamen inanitatibus ſunt peruia,ſed ſanguine redundantia,quæ per ſiccitatem & ſenium deplentur & excauantur, Molliora autem ſunt & teneriora puerorum oſſa,non dura,non denſa,aut ſolida,ſed poroſa & laxiora,quòd humore multo redundent, & calore ac ſpiritu, qui ſua efficacitate quacunque permeans,poros facit & laxitates implet , ideoque multò promptiùs purulenta euadunt. In ſenibus contra omnia ſunt duriora,denſiora & ſolidiora,quòd per ſiccitatem,quæ cauernis oſſium continebantur, exhauſta fuerint.

17 Ἀλλὰ χρὴ ἐὴν ψιλωθῇ τῆς σαρκὸς τὸ ὀστέον, προσέχοντα τὸν νόον πειρᾶσθαι διαγινώσκειν ὅ,τι μὴ ἐστὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν καὶ γνῶναι εἰ ἔρρωγε τὸ ὀστέον καὶ εἰ πέφλασται, ἢ μοῦνον πέφλασται. καὶ εἰ ἕδρης γενομένης B τοῦ βέλεος πρόσεστι φλάσις ἢ ῥωγμὴ, ἢ ἄμφω ταῦτα. καὶ ἢν τι τούτων πεπόνθῃ τὸ ὀστέον, ἀφεῖναι τοῦ αἵματος τρυπῶντα τὸ ὀστέον σμικρῷ τρυπάνῳ φυλασσόμενον ἐπ' ὀλίγον. λεπτότερον γὰρ τὸ ὀστέον, καὶ ἐπιπολαιότερόν τῶν νέων ἢ τῶν πρεσβυτέρων.

Verùm vbi os carne nudatum fuerit animi intentione adhibita conandum eſt vt cognoſcas , ſi minùs id licet oculis videre & cognoſcere , num os fiſſum ſit & colliſum, an colliſum tantùm , vel num ad teli veſtigium colliſio vel rima , vel vtrunque acceſſerit. Ac ſi quid horum ſenſerit , per exiguam terebram perforato oſſe ſanguis detrahendus,ſubinde adhibita cautione,quòd os iuuenum quàm ſenum tenuius ſit & per ſumma magis feratur.

17 φυλασσόμενον ἐπ' ὀλίγον] Id ſubinde adhibendam cautionem in adigenda terebra ſignificat , ac ſæpiùs attollendam manum reuocata terebra,ne membrana violetur, in conſiderationem adhibita oſſis altitudine , quod in tenera ætate tenuius eſt , minùs altè C procedit , ſed in ſummo extat , & in ſuperficie apparet non ita craſſum ac in prouectiore ætate. Hanc curationem his verbis celebrat Celſus. Sed tum maiore cura agendum eſt , cùm iam aut ſimplex os dimidium perforatum eſt,aut in duplici ſuperius. Illud ſpatium ipſum,hoc,ſanguis ſignificat. Ergo tum lentiùs ducenda habena,ſuſpendendaq; magis ſiniſtra manus eſt, & ſæpiùs attollenda , & foraminis altitudo conſideranda, vt quandocunque os perrumpitur, ſentiamus : neque periclitemur, ne mucrone cerebri membrana lædatur. At in oſſibus puerorum, cauitates internæ ſanguine redundantes oſſe perforato eum offundunt , tum etiam demitur qui ad membranam receptus eſt. In reliquis ſanguis per phlebotomiam detrahitur,vbi per ætatem licet, idque in inflammationis metu.

18 Ὅτῳ δὲ μέλλει ἐκ τρώματος ἐν κεφαλῇ ἀποθνήσκειν, καὶ μὴ δυνατόν ἐστιν αὐτὸν ὑγιέα γενέσθαι, μηδὲ D σωθῆναι, ἐκ τῶνδε τῶν σημείων χρὴ τὴν διάγνωσιν ποιέεσθαι τοῦ μέλλοντος ἀποθνήσκειν, καὶ προλέγειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι. πάσχει γὰρ τάδε. ἐπειδὰν ὀστέον κατεηγὸς, ἢ ἐρρωγὸς, ἢ πεφλασμένον, ἢ ὅτῳ γοῦν τρόπῳ κατεηγὸς ἐννοήσας ἁμάρτῃ, καὶ μήτε ξύσῃ, μήτε πρίσῃ, μήτε δεόμενον, μήτε δὲ ὡς ὑγιέος ὄντος τοῦ ὀστέου, πρὸ τῶν τεσσαρεσ-E καίδεκα ἡμερέων πυρετὸς ἐπιλήψεται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐν χειμῶνι. ἐν δὲ τῷ θέρει μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας ὁ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει. καὶ ἐπειδὰν τοῦτο γίνηται, τὸ ἕλκος ἄχροον γίνεται, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἰχὼρ ῥέει σμικρός. καὶ φλεγμαῖνον ἐκτέθνηκεν ἐξ αὐτοῦ, καὶ γλισχρῶδες γίνεται, καὶ φαίνεται ὥσπερ τάριχος, χρῶμα πυρρὸν, ὑπόπελιον, καὶ τὸ ὀστέον σφακελίζειν τηνικαῦτα ἄρχεται. καὶ γίνεται ὠχρὸν, λεῖον F ὂν, τελευταῖον ἔπωχρον γινόμενον ἢ ἔκλευκον. ὅτ' ἂν δὴ ἤδη ἔμπυον, ἢ ἐπὶ τῇ γλώσσῃ φλυκταῖναι γίνονται, καὶ παραφρονέων τελευτᾷ. καὶ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει τῶν πλείστους τὰ ἐπὶ θάτερα τοῦ σώματος. ἢν μὲν ἐν τοῖς ἐπ' ἀριστερὰ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ἐπὶ δεξιὰ τοῦ σώματος ὁ σπασμὸς λαμβάνει. ἢν δὲ ἐν τοῖς ἐπὶ δεξιὰ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ σώματος ὁ G σπασμὸς ἐπιλαμβάνει. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ἀπόπληκτοι γίνονται. καὶ οὕτως ἀπόλλυνται πρὸ ἑπτὰ ἡμερέων ἐν θέρει, ἢ τεσσάρων καὶ δέκα ἐν χειμῶνι. ὁμοίως δὲ καὶ σημεῖα ταῦτα σημαίνει, καὶ ἐν πρεσβυτέρῳ ἐόντι τῷ τρώματι, ἢ καὶ ἐν νεωτέρῳ. ἀλλὰ χρὴ εἰ ἐννοήσῃς τὸν πυρετὸν ἐπιλαμβάνοντα, καὶ τῶν ἄλλων τι σημείων τούτῳ προσγενόμενον, μὴ διατρίβειν, ἀλλὰ πρίσαντα τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μήνιγγα, ἢ καταξύσαντα τῷ ξυστῆρι. εὐπρίστον δὲ γίνεται καὶ εὔξυστον. ἔπειτα τὰ λοιπὰ οὕτως ἰητρεύειν ὅπως ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν πρὸς τὸ γινό-H μενον ὁρῶν.

At vbi quis ex capitis vulneribus periturus eſt, neque vlla ratione ſanitatem recipere , neque ſeruari poteſt , hunc ex his notis moriturum dignoſcere licet , & ex his quæ ei contingunt,quod euenturum eſt prædicere. Vbi os fractum , aut fiſſum , aut colliſum , aut quocunque modo fractum eſſe quis intellexerit , neque per errorem raſerit , aut ſecuerit , tanquam ſectionem non poſtulet , aut os integrum exiſtat, ante decimum quartum diem hyeme plærunq; febris inuadet, æſtate verò poſt ſeptimum. Quod vbi contigerit, vlcus coloris expers euadit, ex eoque ſanies parua effluit , & quod in eo inflammatum eſt emoritur, glutinoſumque fit, ac ſalſamentum refert, colore fuluum & aliquantulum liuidum, tuncque os corruptione vitiari incipit , & nigreſcit; læue exiſtens , ad extremum autem ſubpallidum & exalbicans euadit. Cùm verò iam purulentum extiterit, puſtulæ in lingua exoriuntur, & cum delirio mors contingit,plæroſque etiam altera corporis parte neruorum diſtentio inuadit. Si quidem ſiniſtra capitis parte vlcus fuerit, dextram corporis partem conuulſio prehendit. Sin verò dextra capitis parte vlcus fuerit , ſiniſtra corporis pars conuulſione corripitur. Quidam etiam attoniti fiunt , eoque modo æſtate ante ſeptimum diem , aut decimum quartum hyeme pereunt. Idem quoq; hæc indicia ſignificant, tum in ſenioris vulnere tum iunioris. Cæterùm vbi febrem occupaſſe, vel aliquod aliud ſignum huic adeſſe cognoueris, minimè differendum eſt, ſed os ad membranam vſque ſecandum , aut ſcalpro eradendum, facilè autem ſecatur & eraditur. Tum in reliquis ea curatio adhibenda quæ commoda videbitur; ad id quod fit oculos intendendo.

18 ἐννοήσας ἁμάρτῃ] μὴ ἐννοήσας quidam legunt. Sed ἐννοήσας retineri poteſt , vt tandem ex notis quæ poſtea ſequuntur, & os fractum eſſe indicant id ita eſſe quis intellexerit,quod priùs non animaduerterat,ideoq; ſectione egere tanquam integrum non exiſtimarat. Os autem fractum eſſe indicant ſuborta inflammatio & febris,delirium,inſomnia,doloris intenſio, vlcus diu madens, deiecta appetentia,cæteraque id genus,velut carnis ab oſſe diſceſſio,os liueſcens, corruptum & alienarum , quæ adduntur in Coacis Prænot. Hunc autem locum ita perturbauit Caluus,vt genuinum ſenſum vix elicias.

πρὸ τῶν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων] Ante decimum quartum diem febris plærunque occupat hyeme in vulneribus capitis , vt nono & vndecimo , interdum etiam poſt decimumquartum, vt vigeſimo,vigeſimo ſeptimo, trigeſimo,nonnunquam & trigeſimo quar-

20. Sed priores dies efficaciſſimi ſunt. Primis quoque diebus febrem accedere in capitis vulneribus tutius eſſe, paruoque tempore perſeuerare ſcriptum eſt Prorrh. 2. idq́; vulneris ratione, vbi per initia humorum fluxiones mouentur. A

τὸ ἕλκος ἄχροον γίν.] Id etiam commune eſt vlceribus reliquarum partium, non capitis tantum. In morituris vlcus colorem naturalem amittit ex ſanguinis penuria & caloris imminutione. Idem ſaniem nullam aut modicam, eamque crudam & tenuem emittit, quod eſt facultatis naturalis imbecillæ aut emortuæ indicium, quod in eo inflammatum eſt emoritur, inflammatione in gangrænam & ſphacelum tranſeunte, glutinoſum euadit, extincta facultate naturali, & parte ad tabem & putredinem tranſeunte. Deinde aridum fit, neque ampliùs alitur, ſed carnem ſale maceratam refert, & calore ad extinctionem & exitum properante, colore fuluum aut pallidum, efficitur, tum demum ſubliuidum. Hoc autem loco ἐλιχῶδες pro γλισχρῶδες legiſſe mihi videtur Erotianus, vt in OEconomia noſtra ſcripſimus. In Prognoſtico verò & Cois Præſagiis vlcus aridum, pallidum & liuidum damnatur. Vbi ὠχρὸν aut χλωρὸν, quod hic χολώδ πυρρὸν dicitur.

ἢ γίνεται πελιὸν] πελιὸν μέλαν exponit Erotianus apud Hippocratem hunc (opinor) locum ſubindicans. Heſychius μελανὸν ἢ πελίδνον, cui πελιὸς μέλας & χλωρὸς exponitur. Sudæ autem & Varino πελιὸς μέλας ὑπόχλωρος dicitur, nigris diſtinctus maculis. Nigreſcit autem os ob inflammationis calorem eiuſque magnitudinem. Læuor autem fit in oſſe cùm caro tabeſcens & liquata, ob corruptelam glutinoſa euadit. Quidam cum oſſis læuorem intelligunt, qui antea aderat, cùm ſecundum naturam haberet, ſed exaſperatur vbi ob inflammationem purulentum euadit & vitiatur. Tandem verò procedente tempore os purulentum ſubpallidum & albidum euadit, vt & ſordes quæ in oſſe colligitur, qui eſt puris color. Quidam etiam hæc verba λευκὸν ἢ omittunt, vt Cornarius, quæ tamen omnibus in exemplaribus extant. Quod ſequitur ſic lego, ὅτ' ἂν δὲ ἤδη ἐμπυῶν ᾖ, ὑπὸ τῇ γλώσσῃ φλυκταῖναι γίνονται. B

καὶ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει] In vulneribus capitis in anguſto magis eſſe ſpem ſcribit Celſus, ſi torpor acceſſit, ſi mens non conſtat, ſi neruorum vel reſolutio vel diſtentio ſecuta eſt.

ἢν δὲ ἐν τῷ ἐπ' ἀριστερά] Sic famulæ in Omilo lib. 5 Epid. ex capitis vulnere conuulſio ſiniſtram manum occupauit, cùm vulnus dextra capitis parte acceptum eſſet. C

πολλοὶ δὲ καὶ ἀπόπληκτοι] In magnis cerebri offenſionibus interdum corporis ſtupor accedit, & attoniti fiunt, ἀπόπληξιν σώματος dixit in Cois præſagiis, interdum etiam partis cuiuſdam reſolutio contingit, ἀπόπληξιν τῶν μελῶν dicit Prorrh. 2. Celſus quoq; torporem & neruorum reſolutionem adiicit.

μὴ διατρίβειν] διατρίβειν ἐγχρονίζειν exponit Erotianus, hunc (vt opinor) locum ſubnotans, quod eſt procraſtinare; differre & tempus prorogare. Vult ergo, ſtatim ad ſectionem eſſe veniendum, vbi primis diebus febris inuadit, aut aliquod ſignum ex ſupradictis adeſt. Quod etiam dixit Celſus. Si ſub prima curatione febris intenditur, breueſq́; ſomni, & iidem per ſumma tumultuoſi ſunt, vlcus madet, neque a litur, & in ceruicibus glandulæ oriuntur, magni dolores ſunt, cibique ſuper hoc faſtidium increſcit, tum demum ad manum ſcalprumque veniendum eſt. Exciſo oſſe in reliquo curatio inſtituenda prout conferre videbitur, rem vt ſeſe offeret in conſilium adhibendo, eiuſque quod præſens eſt ratione habita, tota curatio perſequenda. Hunc autem locum non videtur aſſecutus Caluus, aut certè aliter legiſſe. Cæterùm quædam exemplaria manu ſcripta hoc loco ſuſpectam lectionem faciunt & aſteriſcum apponunt. Receptam tamen omnibus lectionem ſecuti ſumus. D

At vbi in capitis vulnere, ſiue ſerra fuerit adhibita, ſiue non, nudato tamen oſſe, tumor rubicundus ad eryſipelatis naturam accedens, in facie & oculis vtriuſq;, vel altero ſubortus fuerit, quiq; ad contactum doleat, ac febris & rigor corripiat, vlcus verò ipſum quod ad carnem oſque attinet, ad aſpectum rectè habeat, quæq; vlcus ambiunt bene habeant, excepto faciei tumore, eiq; nullum aliud peccatum in reliqua victus ratione acceſſerit, medicamento quod bilem moueat homini aluus purganda eſt. Quo ſic purgato, tum febris remittit, tum tumor ſubſidit, ſanuſq; euadit. Medicamentum autem exhibendum pro hominis robore, virium illius habita ratione.

19 Ὅταν δὲ ἐπὶ τρώματι ἐν κεφαλῇ ἀνθρώπου ἢ πεπρισμένου ἢ ἀπρίστου, ἐψιλωμένου δὲ τοῦ ὀστέου, οἴδημα ἐπιγένηται ἐρυθρὸν καὶ ἐρυσιπελατῶδες ἐν τῷ προσώπῳ, καὶ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἀμφοτέροισιν, ἢ τῷ ἑτέρῳ, καὶ εἴ τις ἅπτοιτο τοῦ οἰδήματος ὀδυνῷτο, καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει, καὶ ῥῖγος. τὸ δὲ ἕλκος αὐτὸ τό τε ἀπὸ τῆς σαρκὸς καλῶς ἔχοι ἰδέσθαι, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ὀστέου, καὶ τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος ἔχῃ καλῶς, πλὴν τοῦ οἰδήματος τοῦ ἐν τῷ προσώπῳ, καὶ ἄλλην ἁμαρτάδα μηδεμίαν ἔχῃ τὸ οἴδημα τῆς ἄλλης διαίτης, τούτου χρὴ τὴν κάτω κοιλίην ὑποκαθῆραι φαρμάκῳ, ὅ τι χολὴν ἄγει. καὶ οὕτω καθαρθέντι, ὅ τε πυρετὸς ἀφίησι, καὶ τὸ οἴδημα καθίσταται, καὶ ὑγιὴς γίνεται. τὸ δὲ φάρμακον χρὴ διδόναι πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ ἀνθρώπου ὁρῶν, ὡς ἂν ἔχῃ ἰσχύος. E F

19 τούτου χρὴ τὴν κάτω κοιλίην] Huius loci meminit † Paulus, in membranæ cerebri inflammatione. Quòd ad victus rationem attinet, ea imperanda eſt quæ cibi abſtinentiam facit & inflammationem arcet. ἀφλέγμαντον καὶ ἀπύρεκτον δίαιταν vocat Paulus, quæ quidem leuiter eſt ab ipſo Hippocrate libro de Vlceribus adumbrata. Eam verò in genere his verbis comprehendit Celſus. Quod ad abſtinentiam verò & primos vlterioreſque cibos potioneſque pertinet, eadem quæ in vulneribus præcepi, ſeruanda ſunt, eò magis, quò periculoſiùs hæc pars afficitur. Quòd ad literam attinet, etſi quoquomodo ferri poteſt, non poſſum tamen non valde probare Scaligeri acumen, qui ἴημα pro οἴδημα legit.

† Cap. 90. lib. 6.

At verò de ſectione, vbi eam in homine vſurpare neceſſe fuerit, ſic ſtatuendum. Si per exordia ſuſcepta curatione ad ſectionem venias, non protinus os ad membranam vſque ſecari debet. Neque enim expedit membranam diutiùs oſſe nudatam malè affici, verùm demum putreſcit, & nimio humore marceſcit. Aliud quoque periculum ſubeſt, ſi os ad membranam ſectum protinus auferatur, ne in ipſo opere terebra membranam vulneret. Verùm inter ſecandum, vbi parum admodum abſit vt os ipſum totum ſectum ſit, iamque os labat, ab ipſa ſectione deſiſtendum, permittendumque vti os ſponte ſua diſcedat. Secto enim oſſi & inter ſecandum relicto, mali nihil contingere poteſt. Tenue namque iam fit quod relictum eſt. In reliquo ea curatio inſtituenda, quæ vlceri conferre videatur.

20 Περὶ δὲ πρίσιος. ὅταν καταλάβῃ ἀνάγκη πρίσαι ἄνθρωπον, ὧδε γινώσκειν. ἢν ἐξ ἀρχῆς λαβὼν τὸ ἴημα πρίῃς, οὐ χρὴ ἐκπρίειν τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μήνιγγα αὐτίκα. οὐ γὰρ συμφέρει τὴν μήνιγγα ψιλὴν εἶναι τοῦ ὀστέου ἐπὶ πολὺν χρόνον κακοπαθέουσαν, ἀλλὰ τελευτῶσα σαπῇ καὶ διαμυδήσει. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος κίνδυνος ἢν αὐτίκα ἀφαιρῇς πρὸς τὴν μήνιγγα ἐκπρίσας τὸ ὀστέον, τρῶσαι ἐν τῷ ἔργῳ τῷ πρίονι τὴν μήνιγγα. ἀλλὰ χρὴ πρίοντα, ἐπειδὰν ὀλίγου πάνυ δέῃ διαπεπρίσθαι, καὶ ἤδη κινῆται τὸ ὀστέον, παύσασθαι πρίοντα, καὶ ἐᾶν ἐπὶ τῷ αὐτομάτῳ ἀποστῆναι τὸ ὀστέον. ἐν γὰρ τῷ διαπεπρισμένῳ ὀστέῳ καὶ ἐπιλελειμμένῳ τῆς πρίσιος, οὐκ ἂν ἐπιγένοιτο κακὸν οὐδέν. λεπτὸν γὰρ τὸ λειπόμενον ἤδη γίνεται. τὰ δὲ λοιπὰ ἰᾶσθαι χρὴ ὡς ἂν δοκῇ ξυμφέρειν τῷ ἕλκει. G H

A [10] ὁ γὰρ ξυμφέρει] Membrana enim oſſe detracto diutius nudata intumeſcit, & multo humore madens corrumpitur, tandemque putreſcit, vt ſupra ſcriptum eſt. Iſque huius loci ſenſus eſſe mihi videtur, qui in omnibus exemplaribus aſteriſco notatus ſuſpectus eſt. Quidam tunc demum nudatam membranam eſſe volunt, vbi puri eiicere eam ac madere & corrumpi periculum fuerit, vt faciliùs pus effluat. Sed tunc legendum erit, ἀλλὰ πλεονεκτεῖν ὅταν σῆψιν ἢ διαμυδήσειν, quam lectionem ſecutus videtur Cornarius. Nos receptam lectionem retinuimus, etſi in multis exemplaribus vitioſa eſt, niſi quod σῆψιν pro σήψεις lubenter amplectimur, vt legiſſe etiam videtur Vidius.

πρόσθεν ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ πρίονος] Facilè mihi perſuadeo Galenum hîc legiſſe ἀβαπτίστου pro τοῦ πρίονος, cùm τῇ χοινικίδι exponat in Exegeſi, vt etiam monuimus in noſtra Oeconomia Hippocratis.

λεπτὸν γὰρ τὸ λειπόμενον] Os inter ſecandum parte aliqua ſine ſectione relictum, tenuatur aſſiduè nutrimento deſtitutum, & à natura expellitur, medicamentiſq; cephalicis aſperſum reſiccatur, tandemq; ſua ſponte diſcedit. Deinde primis diebus tumefacta membrana caluariæ adhæreſcit, poſtea verò ſubſidet & detumeſcit. Ideoque os ex toto ſecari vetat, ne vel membrana diſrumpatur ac vellicetur, aut aëre etiam externo vitietur aut corrumpatur.

B [11] Πρίοντα δὲ χρὴ πυκνὰ ἐξαιρέειν τὸν πρίονα τῆς θερμασίης εἵνεκα τοῦ ὀστέου, καὶ ὕδατι ψυχρῷ ἐναποβάπτειν. θερμαινόμενος γὰρ ὑπὸ τῆς περιόδου ὁ πρίων, καὶ τὸ ὀστέον ἐκθερμαίνων καὶ ἀναξηραίνων, κατακαίει. καὶ μεῖζον ποιέει ἀφίστασθαι τὸ ὀστέον τὸ περιέχον τὴν πρίσιν, ἢ ὅσον μέλλει C ἀφίστασθαι, καὶ ἢν αὐτίκα βούλῃ ἐκπρίσαι τὸ πρὸς τὴν μήνιγγα, ἔπειτα ἀφελέειν τὸ ὀστέον, ὡσαύτως χρὴ πυκνά τε ἐξαιρέειν τὸν πρίονα καὶ ἐναποβάπτειν τῷ ὕδατι τῷ ψυχρῷ, ἢν δὲ μὴ ἐξ ἀρχῆς λαμβάνῃς τὸ ἴημα, ἀλλὰ παρ' ἄλλου παραδέχῃ ὑστερίζων τῆς ἰήσιος, πρίονι χρὴ χαρακτῷ ἐκπρίειν μὲν αὐτίκα τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μήνιγγα. θαμινὰ δὲ ἐξαιρέοντα τὸν πρίονα σκοπεῖσθαι καὶ ἄλλως καὶ D τῇ μήλῃ πέριξ κατὰ τὴν ὁδὸν τοῦ πρίονος. καὶ γὰρ πολὺ θᾶσσον διαπρίεται τὸ ὀστέον, ἢν ὑπόπυόν τε ἐὸν ἤδη καὶ διάπυον πρίῃς. καὶ πολλάκις τυγχάνει ἐπιπόλαιον ἐὸν τὸ ὀστέον. ἄλλως τε καὶ ἢν ταύτῃ τῆς κεφαλῆς ᾖ τὸ τρῶμα, ᾗ τυγχάνει λεπτότερον ἐὸν τὸ ὀστέον ἢ παχύτερον. ἀλλὰ φυλάσσεσθαι χρὴ ὡς μὴ λάθῃς προσβαλὼν τὸν πρίονα, ἀλλ' ᾗ ἂν δοκέῃ παχύτατον εἶναι τὸ ὀστέον, ἐς τοῦτο E αἰεὶ ἐνστηρίζειν τὸν πρίονα, θαμινὰ σκοπεύμενος, καὶ πειρᾶσθαι ἀνακινέων τὸ ὀστέον ἀναβάλλειν. ἀφελὼν δὲ τὰ λοιπὰ, ἰητρεύειν ὡς ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν τῷ ἕλκει. καὶ ἢν ἐξ ἀρχῆς λαβὼν τὸ ἴημα αὐτίκα βούλῃ ἐκπρίσας τὸ ὀστέον ἀφελεῖν ἀπὸ τῆς μήνιγγος, ὡσαύτως χρὴ πυκνά τε σκοπεῖσθαι τῇ μήλῃ καὶ περίοδον τοῦ F πρίονος, καὶ ἐς τὸ παχύτατον αἰεὶ τοῦ ὀστέου τὸν πρίονα ἐνστηρίζειν, καὶ ἀνακινέων βούλεσθαι ἀφελέειν τὸ ὀστέον. ἢν δὲ τρυπάνῳ χρῇ, πρὸς δὲ τὴν μήνιγγα μὴ ἀφικνέεσθαι, ἢν ἐξ ἀρχῆς λαμβάνων τὸ ἴημα τρυπᾷς, ἀλλ' ἐπιλείπειν τοῦ ὀστέου λεπτὸν, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ πρίσει γέγραπται.

Inter ſecandum autem terebra ſæpiùs, ne os incaleſcat, auferenda, & in aquam frigidam demergenda. Terebra enim dum circumagitur incaleſcens, os calefaciendo & reſiccando incendit, efficitque vt plus eius oſſis quod ſectionem ambit, abſcedat, quam quod abſcedere debuerat. Quòd ſi protinus os ad membranam ſecare velis, ipſumque poſtea eximere, eodem modo ſæpiùs terebra extrahenda eſt, & in aquam frigidam immergenda. At ſi per initia curationem non aggreſſus fueris, ſed eam ab altero tibi traditam tardiùs ſuſceperis, terebra caua & ſerrata ſtatim os ad membranam excidendum, eaq; ſæpiùs exempta, cùm alias, tum ſpecillo per ambitum demiſſo, terebræ via exploranda. Nam & longè citiùs os ſecatur, ſi vbi ſuppuratum exiſtit & pure manat ſectio adhibeatur, ſæpiuſq; in ſummo fluitans apparet, idq; vel maximè ſi ea capitis parte vulnus inflictum ſit, qua os tenue potiùs quàm craſſum exiſtit. Quare adhibenda cautio eſt, ne te in admouenda terebra iſta lateant, ſed qua parte os craſſiſſimum eſſe videbitur, in eam ſemper adigenda terebra eſt, ſæpiùs conſiderando, oſq; dimouendo educere tentandum. Quo educto, reliqua curatio prout vlceri conferre videbitur adhibenda. At ſi per initia ſuſcepta curatione, protinus os exciſum à membrana auferre velis, eodem modo per ſpecillum terebræ circuitus ſubinde conſiderandus, & in oſſis partem craſſiſſimam terebra ſemper adigenda, oſq; dimouendo educere tentandum. Vbi terebræ vſus inciderit, ſi ab initio ſuſcepta curatione os perforandum eſt, non eſt ad membranam perueniendum, ſed tenuis oſſis pars, velut in ſectione ſcriptum eſt, relinquenda.

[11] πρίοντα δὲ χρὴ] Celſus idem præcipit, terebramq; ne nimis incaleſcat, in aquam frigidam demitti iubet.

καὶ μεῖζον ποιέει ἀφίστασθαι] Quò magis os incaleſcit & reſiccatur, eò plus quoque abſcedit. Quàm minimum autem oſſis demi oportet tantumq; abſcedere ſatis eſt, quantum ad puris exitum ſufficiat, quòd plus in oſſe propugnaculi cerebrum habeat, quàm habiturum ſit eo exciſo.

πρίονι χρὴ χαρακτῷ] πρίονα χαρακτὸν vocat Hippocrates, quem Celſus modiolum aut χοινίκιον, reliqui Græci χοινικίδα dicunt, eſtque G terebræ cauæ ſpecies, ſerrata & dentata, cuius vſum deſcribit Celſus, trepanis noſtris, quibus Chirurgi his temporibus vtuntur, non abſimilis, ἀβαπτίστῳ χοινικίδι exponit Galenus in Exegeſi, & pro terebra caua accipit, quam rectæ & acutæ (quæ τρύπανον dicitur) opponit. Ideoque hic πρίων χαρακτὸς meliùs terebra caua & exſculpta dicitur, quàm acuta. Quæ cùm terebræ & ſerræ vſum habet, os excidit, cùm terebra ſolum perforet. Eamque ob cauſam tenuibus oſſibus & imbecillis facilè adaptatur, in quibus patua terebra antea vſus eſt Hippocrates, πρίων χαρακτὸς etiam dici poteſt, quod ea terebra impreſſa circumagatur, faciatque ſimilem ei ambitum qui in anguſtiorem orbem modiolo imprimitur. Eſt enim quidam premendi modus (inquit Celſus) vt foretur & circumagatur, quia ſi leuiter imprimitur, parum proficit, ſi grauiter, non mouetur. Annotantur autem duo ſerrarum genera apud Galenum, μαχαιρωτὸν vnum, pro ſerra quæ ad formam machæræ facta eſt, & polit aut læuigat, ὀδοντωτὸν alterum, pro ſerra quæ incidendo altiora crenularum veſtigia relinquit.

θαμινὰ δὲ ἐξαιρέοντα] In circumagenda terebra metuendum ne dum imprimitur, & ipſa & os ad cerebri membranam vrgeatur, H eamq; mucrone violet. Quare ea ſæpiùs exempta foraminis altitudinem, tum ſpecillo, tum alia ratione conſiderandam monet, & terebræ viam in ambitu explorari vult, ne in ipſo vſu nimis altè deſcendat, aut mucrone cerebri membrana lædatur. Ex quo graues inflammationes non ſine mortis periculo exoriuntur. Ideoq; quidam quò minùs vſquam aberrent (inquit † Galenus) eiuſmodi terebellas excogitarunt, quæ quod mergi aut altius deſcendere non poſſent, ἀβάπτιστοι dictæ ſunt. Nam ſupra terebræ acutum, mucronem, circulus quidam aut ſupercilium extat, quod prohibet ne terebra altiùs inſigatur aut demergatur. Cuius generis complures terebras præparatas ad omnem caluariæ craſſitudinem, præcipit Galenus. Huic ſimile eſt alterum terebræ genus apud Celſum capituli longioris, quod ab acuto mucrone incipit, deinde ſubito latius fit, atque iterum ab alio principio paulò minùs quàm æqualiter ſurſum procedit.

† *Lib.6. Meth.*

καὶ πολλάκις τυγχάνει ἐπιπόλαιον ἐὸν] Hoc eſt, os fractum per ſumma extare & fluitare apparet, ideóque faciliùs educitur cùm à membrana diſceſſerit & vacillet, vbi ſuppuratum ſit & pure manat, idq; tum vel maximè ſi ea capitis parte vulnus contingat, qua os tenue eſt potiùs quàm craſſum. Quod etiam in iunioribus potiùs quàm ſenioribus fieri antea dixit.

καὶ πρίονι ἀναπίειν] Os exciſum vbi demendum eſt leuiter commota ſerra dimouendum, volſella aut forſice molliter agitandum, vt maturiùs, vel ſponte ſua, vel leui commotione excidat, alioqui medicamentis res procuranda eſt. Reliqua curatio pro legibus vlceris inſtituenda, medicamentis quæ phlegmonem arceant, quæ ſiccent & impleant. Quæ poſt hæc plurima in omnibus codicibus interſeruntur, etſi variè ſunt tranſpoſita, optimo iure in librum de aëre loc. & aq. transferentur, vt patet ex Galeno lib. quòd animi mores temp. corp. ſeq. & Com. ad aph. vbi ex his quàmplurima adducuntur. Ac ne in his quidem etiam membranæ ſcriptæ inter ſe conſentiunt. A

καὶ ἢν ἐξ ἀρχῆς λαβὸν τὸ ἕλκος] Hæc ad calcem adiecta quibuſdam in membranis adſcribuntur, ideóque, etſi quodammodo repeti videantur, quòd non ſint hoc loco aliena, adiicienda duximus. Sæpè autem caſus incidit, vt ab initio os ex toto excidendum ſit, vbi ex vehementi ictu magna membranæ pars ab oſſe diſceſſerit, ruptis aut laniatis vinculis quibus ei connectitur, vnde & inflammatio & dolor, cæteraque ſymptomata oriuntur, plerunque ſanies ad membranam confluit, cui exitum protinus patere exciſo oſſe neceſſe eſt. Atque tunc in eo excidendo eædem leges quæ ſupra obſeruandæ ſunt.

ἢν δὲ τρυπάνῳ χρῇ] τρύπανον hic πρίονα εὐθὺ καὶ ὀξὺ, quod τρυπάνιον Galeno dicitur, intelligitur, & pro terebra acuta & recta ſumitur, qua os foratur, non ſecatur, πρίων verò terebra teres eſt & caua cum ſerra, cuius antea magnus vſus in excidendo oſſe ſemper fuit, ideoq; pro ſerra quidam capiunt. Hic verò χρῇ pro χρὴ & τρυπανᾷς, aut τρυπάνῃ pro τρυπανᾷς legendum videtur. B

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ
ΕΓΚΑΤΑΤΟΜΗΣ ΕΜΒΡΥΟΥ.

HIPPOCRATIS LIBER
DE FOETVS IN VTERO MORTVI EXECTIONE.

C

DE fœtibus qui non conuenienter in vtero geſtantur, ſed intrò exciſi educuntur, ſic ſtatuo. Imprimis iniecto in mulierem tenui linteo & ſupra mammas præcincto, caput etiã linteo velandum eſt, ne, ſi quod facturus es videat, perterreatur. Si fœtus igitur in obliquum prolapſus, manum eduxerit, eam apprehenſam, vt quàm maximè foras educas conandũ. Brachio verò excoriato eiuſq; oſſe denudato, ſquatinæ marinæ pellem aridam circum duos manus digitos obligato, vt ne caro ſua lubricitate elabatur. Poſt hæc autem detracta circa humerũ carne, ipſum iuxta articulum eximito. Deinde fœtus caput naturaliter protruſum, foras educito. Fœtũ verò intrò digito retrudito, vel ſcalpello per coſtas vel iugulum adacto, quo flatu emiſſo, & concidat fœtus, & facilior ei exitus pateat. Caput, ſi quidem fieri poſſit ſecundum naturam extra protrudito, ſin minùs, in partes comminuito, ſicque fœtum foras ſubducito. Deinde calida multa affuſa, oleo illitam decumbere iubeto, pedibus alternatis. Poſtea vinum album dulce bene meracius infuſum propinato. Quinetiam reſinam cum melle tritam, vino ammixtam, in potu exhibeto. In reliquis verò, curatio (velut dico) iuxta ea quæ relata ſunt procedat. Cùm verò parturienti mulieri tranſuerſus fœtus ceciderit, quod fit vbi ipſe vertitur, & vmbilicus circa collum obuoluitur, fœtuſq; exitum cohibet, & caput in coxendicẽ inſerit, manuſq; vt plurimùm foras eminet, quod quidem iam mortui fœtus ſignificationem præbet. At quibus manus extra non apparet his vt plurimùm fœtus vitalis eſt. Periculum autem etiam hoc modo imminet. Quædam enim partus purgamenta ante fœtum emittunt, ex quo partionem ſiccam & laborioſam fore neceſſario cognoſcas. Quibus autem puerperij purgamenta non ante repurgantur, ex faciliore partu defunguntur. Concutere autem hoc modo oportet. Super tenui linteo ſubſtrato mulier reclinanda, alio ſuperiniecto, quo eius pudendum obueletur, & vtrunque crus tenui linteo circuntegendum, & vtraque manus.

Περὶ δὲ τῶν μὴ κατὰ τρόπον κυϊσκομένων, ἀλλ᾽ ἐγκατατεμνομένων, οὕτως, περιστεῖλαι μὲν ἐπὶ τὴν γυναῖκα σινδόνα ἐπιβαλὼν, καταζῶσαι ἀνωτέρω τῶν μαζῶν. καὶ τὴν κεφαλὴν κατακαλύψαι χρὴ τῇ σινδόνι, ὅκως μὴ ὁρῶσα φοβῆται, ὅ, τι ἂν ποιήσῃς. ἢν οὖν ἐξίσχῃ τὴν χεῖρα τὸ ἔμβρυον, παραπλάγιον παραπεσὸν, καὶ τῆς χειρὸς ἐπιλαβόμενος, προσάγειν ἔξω ἐπιχείρει ὡς μάλιστα. περιδείρας δὲ καὶ τὸν βραχίονα, καὶ ἀποψιλώσας αὐτοῦ τὸ ὀστέον, ἰχθύην περίδησον περὶ τοὺς δακτύλους τῆς χειρὸς τοὺς δύο ὅκως μὴ ἀπολισθάνοι ἡ σάρξ. κατὰ δὲ τὸν, τὸν ὦμον περιέρκισον. καὶ ἄφελε κατὰ τὸ ἄρθρον. ἔπειτα τὴν κεφαλὴν κατὰ φύσιν προώσας, ὑπάγειν ἔξω τὴν κεφαλὴν τοῦ ἐμβρύου. τῷ δὲ δακτύλῳ τὸ ἔμβρυον εἴσω ἀπῶσαι ἢ μαχαιρίῳ διὰ τῶν πλευρέων, ἢ διὰ τῆς κληῖδος, ὅκως τὴν φῦσαν ἀφῇ, καὶ ξυμπέσῃ τὸ ἔμβρυον, καὶ ἡ ἔξοδος αὐτέῳ εὐπετεστέρη ᾖ. τὴν δὲ κεφαλὴν, ἢν μὲν δύνασαι κατὰ φύσιν ἔξω ὦσαι. ἢν δὲ μὴ, ξυμφλάσαι. καὶ οὕτως ὑπεξαγαγεῖν ἔξω τὸ ἔμβρυον. ἔπειτα τῷ θερμῷ πολλῷ καταχέας, καὶ ἀλείψας ἐλαίῳ, κατακλιθῆναι κελεύειν ἐπαλλάξασαν τὼ πόδε. καὶ μεταπῖσαι οἶνον γλυκὺν κεράσας, εὐζωρέστερον, καὶ λευκόν. ἀλλὰ μὴν καὶ ῥητίνην, μέλιτι διατρίψας, μίξας τῷ οἴνῳ, διδόναι πιεῖν. τὰ δ᾽ ἄλλα θεραπεύειν ὥσπερ λέγω, κατὰ τὰ εἰρημένα. ὅταν δὲ τῇ τικτούσῃ γυναικὶ πλάγιον παραπέσῃ τὸ ἔμβρυον, γίνεται δὲ ὁκόταν στρέφηται τὸ τοιόνδε, καὶ ὁ ὀμφαλὸς περὶ τὸν τράχηλον περιελίσσηται, καὶ ἐπίσχῃ τὴν ἔξοδον τοῦ ἐμβρύου, καὶ ἐς τὸ ἰσχίον ἐπεμβάλλῃ τὴν κεφαλὴν καὶ ἡ χεὶρ ὡς ἐπιτοπολὺ ἔξω γίνεται. ἢν μὲν οὖν ἤδη τεθνηκὸς ἔξω γένηται. τοῦτο προσσημαίνει. ᾗσι δὲ μὴ ἔξω ἡ χεὶρ τοῦ ἐμβρύου, ὡς ἐπιτοπολὺ ζῇ τὸ ἔμβρυον. κίνδυνος δὲ καὶ οὕτως. εἰσὶ δὲ καὶ τὰ λόχια πρὸ τοῦ ἐμβρύου ἀφιᾶσιν. ἀναγκαῖον δὲ γινώσκειν εἶναι τὴν ὠδῖνα ξηρὰν καὶ ἐπίπονον. ὅσαι δὲ τὰ λόχια μὴ προκαθαίρονται, ῥᾷον ἀπαλλάττουσιν ἐν τοῖς τόκοις. ἀνασείειν δὲ δεῖ ὧδε· σινδόνα ὑποστορέσαντας, ἀνακλῖναι τὴν γυναῖκα. καὶ ἑτέρην ἐπιβαλεῖν, ὅκως αἱ αὐτῆς τὸ αἰδοῖον κεκρυμμένον ᾖ. καὶ περικαλύψαι περὶ ἑκάτερον τὸ σκέλος τὴν σινδόνα, καὶ περὶ ἑκάτερον τὸ γυῖον.

D E F G H

γυναῖκας

A γυναῖκας δὲ δύο λαβέσθαι τοῦ σκέλεος ἑκατέρου, καὶ τῆς χειρὸς ἑκατέρης, ἑτέρας γυναῖκας δύο. ἔπειτα [2] διασείειν λαβούσας ἐγκρατέως, μὴ ἔλασσον ἢ δεκάκις. ἔπειτα δὲ ἐς κλίνην ἀνακλίναι τὴν γυναῖκα ἐπὶ κεφαλήν. τὰ δὲ σκέλεα ἄνω ἔχειν. καὶ τὰς γυναῖκας πάσας λαβέσθαι τῶν σκελέων, ἀφείσας τὰς χεῖρας. ἔπειτα σείειν πολλάκις ποιεῖν τὰς γυναῖκας ἐπὶ τοὺς ὤμους, [11] καὶ ποιεῖν ἀναβολὰς

B ἐπὶ τῆς κλίνης, ὅκως ἐς τὴν εὐρυχωρίην ἐπαναστραφῇ τὸ ἔμβρυον στραφῇ, καὶ διοδῆται ἐπὶ φύσιν ἰέναι. Καὶ ἢν ἔχῃς δίκταμνον Κρητικόν, μάλιστα πίσαι δός. Εἰ δὲ μή, καστόρεον ἐν οἴνῳ Χίῳ. ἢν δὲ αἱ ὑστέραι ἔξω χωρέωσι, κἄν τι ἐκ πόνου, κἄν τι ἐκ τόκου, ἢν μὲν ὦσι παρθένοι νέαι, ἄξιον ἐπιχειρεῖν. Εἰ δὲ μή, ἐᾶν. ἐπιχειρεῖν δὲ χρὴ ὧδε.

C ἐπιτάμνειν τὸ ὑμένα τῆς ὑστέρης, κατὰ φύσιν, καὶ κατὰ πλάγιον, τρῖψαι ὀθονίῳ ὡς φλεγμήνῃ, καὶ ἐπαλείψας φώκης ἐλαίῳ, [12] ἢ πίσσῃ καταπλάσας, ἢ κυτίνοισι, καὶ μαλθακοῖς σπόγγοις ἐν οἴνῳ ῥάνας προσθεὶς ἀναδῆσαι ἐκ τῶν ὤμων· καὶ ἀνακείσθω ὡς ἀνωτάτω τὰ σκέλεα ἔχουσα. ἐσθιέτω δὲ σιτία μέτρια.

Duæ autem mulieres vtrunq; crus apprehendant, & aliæ duæ vtranq; manũ, deinde eam ipſam non minus quàm decies validè concutiant. Poſtea verò mulier in lectum reclinetur, ita vt caput deorſum, crura autẽ ſurſum habeat, & mulieres omnes dimiſſis manibus crura apprehendãt, eamq; crebrò in lecto cõcutiant, facta in humeros reiectione, vti in ampliorẽ locũ concuſſus fœtus cõuertatur, & naturaliter prodire poſſit. Quòd ſi dictamnũ Creticũ ad manum habeas, ipſum propinato, ſin minùs, caſtoreũ vino Chio incoctum. Si verò vteri, ſiue ex labore, ſiue ex partu, foras prodierint, ſi quidẽ iuuenculæ tibi in manus venerint, aggreſſionẽ facere æquum eſt, alioqui ſinere oportet. Hunc autem in modum aggreſſio facienda. Vteri tunica naturali modo & obliq; inciſa, linteo confricanda, vt inflãmationẽ concipiat, & illito phocæ oleo, aut pice, aut mali punici floribus, in cataplaſmate adhibitis, mollibusq; ſpõgiis vino reſperſis, in ſubdititio appoſitis, & ex humero deligatis, mulier quàm maximè excitatis crurib⁹ decũbat, & moderatis cibis veſcatur.

[1] Περὶ δὲ τοῦ μὴ κατὰ τρόπον] Hic libellus περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου, inſcriptionem habet, quæ ἐμβρυοτομίαν, & fœtus immortui, aut in vtero mortui exectionem ſignificat. Cuius etiam antea ſpecimen edidit lib. περὶ ἐπικυήσιος & lib. 1. περὶ γυναικ. Hic verò ex profeſſo tradit, velut Paulus cap. 74. lib. 6. & Celſus cap. 29. lib. 7. Etſi verò ab Erotiano non recenſetur inter Hippocratis opera, ab eo tamen & Galeno ſubnotatum eſſe apparet ex dictione ἰχθύῃ. Qui etſi poteſt ad φυσικὰ referri, aut inter θεραπευτικὰ numerari ad χειρουργούμενα tamen appoſitiſſimè pertinere videtur.

[2] ἑκατέρου τοῦ μαζοῦ] τὰ μαζοῦ legunt exemplaria quædam.

[3] καὶ τῆς χειρὸς ἐπιλαμβανόμεναι] λαμβανόμεναι ſimpliciter legunt exemplaria Regia manu ſcripta quædam.

[4] ἰχθύῃ περιδῆσαι] Hunc locum ſubindicat Galenus in Exegeſi, cùm ἰχθύῃ ῥίνην θαλάττιον δέρμα ξηρὸν exponit. Quod effecit vt ſquatinæ marinæ pellem ſiccam diceremus. Addit autem, ὅπως μὲν δὴ καὶ τὸ ὄνομα ἔσχε, δῆλον ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἐμβρυουλκίας καὶ ἐμβρυοτομίας χρώμεθα διὰ τὴν περὶ τὰς λεπίδας τῶν ἰχθύων ὁμοιότητα. Vt rectè pro vnco aut vngue ferreo ſumi poſſit, quo antea in extrahendo fœtu mortuo vſus eſt Hippocr. lib. περὶ ἐπικυήσ. eumq; pollici affigendum præcipit. Hanc autem appellationem ab hami piſcatorij ſimilitudine deſumpſiſſe videri poteſt, vt indicauimus in noſtra Oeconomia, vbi & hunc locum expreſſimus & aperuimus. ἰχθύῃ verò apud Hipp. Erotianus exponit ῥίνημα ὃ σμίλιον: Sed ῥίνημα legendum videtur, aut potiùs ἰχθύημα, aut certè meliùs ἰχθυίμασιν, ὃ σμίλιον, vt etiam in Oeconomia noſtra monuimus. Hîc verò exemplaria quædam manu ſcripta ἐπιλαβόμενος τοῦ βρέφους legunt, quæ ſecutus videtur Caluus, & dictionem ἰχθύῃ omiſiſſe.

[5] τὴν δὲ κεφαλὴν] Poſt ὄνυ quædam exemplaria ἕξελε adſcribunt, vt caput naturaliter extra protenſum, auferri iubeat. Quædam etiam exemplaria συνθλάσαι pro ξυνθλάσαι habent.

[6] ἐμπλάξασα τὸ πλῆ] ἐμπλάξαντα legunt exemplaria manu ſcripta Regia; quæ lectio ad Medicum refertur. ἐμπλάξαι etiam habent exemplaria quædam.

[7] εὐζωρέστερον] Hunc locum expreſſimus in noſtra Oeconomia, iſtamq; dictionem expoſuimus.

[8] γίνεται δὲ ἐκείνας ἐμφανὲς τὸ παιδίον] Quædam exemplaria manu ſcripta legunt, συμβαίνει δὲ τοῦτο γίνεσθαι ἐκείνας ἐμφανὲς περὶ τὸ τράχηλον ἐκπλαγέντα, quæ ſecutus mihi videtur Caluus. Alia etiam exemplaria ὁ ἐμφανὲς ſimpliciter legunt & ἢ omittunt.

F [9] κινδυνος δὲ καὶ ὕπνος] Iſtud ad ſequentia mihi rectè referri videtur, quod antea lib. περὶ ἐπικυήσ. fluxum ante partum periculoſum eſſe dixerit, cùm inde periclitetur fœtus mortuus, aut minimè vitalis futurus. Quod verò ſequitur ſic legitur in codicibus manu ſcriptis & Vaticanis, ἀναγκάζει οὖν τὴν ὠδῖνα ξηρὰν εἶναι ἢ ἐπίπονον. Alia etiam ſic legunt, ἀναγκάζει οὖν δὲ γυναῖκα τὴν ὠδῖνα ξηρὰν εἶναι ἢ ἐπίπονον.

[10] διασείειν δὲ διὰ ὧδε] Lib. 1. περὶ γυναικ. ſimilis deſcribitur mulieris concuſſio, ad fœtum tum viuum faciliùs educendum, tum mortuum & malè procedentem conuertendum. σεισμὸς vocat Hippocrates. Qua verò ratione partus emortuus ex vtero excutiatur, meminit Celſus cap. 29. lib. 7.

[11] καὶ ποιεῖν ἀναβολὰς] Hîc ἀναβολὰς ποιεῖν de reiectione in humeros per concuſſionẽ facta, ſumimus cum Cornario, etſi ex interuallo, aut per interualla remittendo dici poſſit. Cæterùm variãt hic exemplaria. Scripta namq; Regia & Vaticana hoc modo legunt, ἔπειτα σείειν ἰσχυρῶς πολλάκις, ποιεῖν τὰς γυναῖκας ἐπὶ τοὺς ὤμους ἀναβολὰς ἐπὶ τῆς κλίνης. Germanica verò, καὶ ποιεῖν ἀναβολὰς rectè legunt.

G [12] κύστεως ἐκθλίψεως] Sic legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen ἐκθέσει legit. Quædam etiam exemplaria manu ſcripta, τῆς ἰσχύος, pro τῆς χειρὸς legunt.

[13] ἢ πίσσῃ καταπλάσας] Poſt καταπλάσας quædam exemplaria manu ſcripta ἅμα κυτίνοις addunt.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΝΑΤΟΜΗΣ.

HIPPOCRATIS LIBER DE CORPORVM RESECTIONE.

H

Ἀρτηρίη [1] δὲ ἑκατέρου φαρυγέθρου τὴν ἔκφυσιν ποιευμένη ἐς ἄκρον πνεύμονος τελευτᾷ, [2] κρίκοις ξυγκειμένη ὁμοιοσχήμοις, τῆς περιηγέων ἀπολομένη κατ' ἐπίπεδον ἀλλήλων. αὐτὸς δὲ ὁ πνεύμων [3] συνεξαναπλήσει τὴν χέλυν, περιραμμένος ἐς τὰ ἀριστερά, πέντε ἀποφύσιας ἔχων, ἃς δὴ καλέουσι λοβούς. [4] τεφρώδεις χροιῆς τυχών·

ARteria ab vtraq; faucium parte ortum ducens, in ſummum pulmonem deſinit annulis inter ſe ſimilibus conſtans, rotundis, in ſuperficie mutuò connexis. Ipſe autem pulmo ad ſiniſtram conuerſus, pectus implet, quinque habens ſummitates, quas lobos vel fibras vocant, cinericium nactus colorem,

notis cauernoſis compunctus, & natura perforatus: In cuius medio cor intrò ſitum eſt, rotundius conſtitutum, quàm in omnibus animantibus. Ex corde verò ad iecur multa cartilaginoſa arteria peruenit, & cum ipſa vena magna appellata per quam corpus totum nutritur. Iecur autem cum aliis quidem cognationem habet, ſed cæteris ſanguine magis fluit, duos habens vertices, portas vocant, dextra parte locatas. Ab eo vena obliquè deorſum ad renes porrenditur. Renes verò inter ſe colore ſimiles, malorum ſpeciem præ ſe ferunt. Ab his ductus obliquè tendentes, in ſummum veſicæ verticem ſiti ſunt. Veſica autem tota neruoſa & ampla vbique intra ſe perceptionis compos à natura eſt condita. Et his quidem ſex partibus in medio intus natura exornata eſt. Gula verò à lingua initium ſumens, in ventriculum deſinit, quam ſanè etiam in concoquente ventriculo στόμαχον, hoc eſt, os anguſtum nominant. Ad ſpinam autem retro hepar, ſeptum, tranſuerſum ſitum habet. Ex coſta verò notha, ſiniſtram intelligo, lien initium ſumens, ad humani veſtigij ſimilitudinem extenditur. Ventriculus iecori ad ſiniſtram adiacens, totus neruoſus eſt. Ex ventriculo verò procedit inteſtinum ſibi ſimile, paruum, cubitorum non minus duodecim, in orbem per ſinus conuolutum quod nonnulli Colon vocant, per quod alimentum defertur. Colo annexum eſt princeps inteſtinum poſtremum, multam carnem habens, in ſummum podicem deſinens. Reliqua, natura ipſa, ordine diſpoſuit.

[5] στίγμασιν ὀφρυαγέσι κεκεντημένος, [6] φύσει ἐὼν τερηδονώδης, μέσῳ δὲ αὐτέῳ ἡ καρδίη ἐγκαθίδρυται, [7] στρογγυλωτέρη καθεστῶσα πάντων ζώων. ἀπὸ δὲ καρδίης ἐς ἧπαρ, βρογχίη πολλὴ καθήκει καὶ μετὰ βρογχίης φλὲψ μεγάλη καλουμένη δι' ἧς ὅλον τὸ σκῆνος τρέφεται. τὸ δὲ ἧπαρ ὁμοιορυσμίην μὲν ἔχει τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. [8] αἱμορροώδεστερον δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων. δισκορυφώσιας ἔχον δύο, ἃς καλέουσι πύλας, ἐν δεξιοῖς τόποις κειμένας. ἀπὸ δὲ τουτέου, σκαλήνη A B
φλὲψ ἐπὶ τῶν κάτω νεφρῶν ἀποτείνουσα. νεφροὶ δὲ ὁμοιορυσμοί, τὴν χροιὴν δὲ, ἐναλίγκιοι μήλοισιν. ἀπὸ δὲ τουτέων ὀχετοὶ σκαληνοειδέες ἄχρι τὴν κορυφὴν κύστιος κέονται. κύστις δὲ νευρώδης ὅλη καὶ μεγάλη. [9] ἐκάστοθι κύστιος, μεσοχὴ εἴσω πέφυκε. καὶ τὰ μὲν ἓξ ἀνὰ μέσον ἐντὸς φύσις ἐκόσμησεν. [10] οἰσοφάγος δὲ ἀπὸ γλώσσης τὴν ἀρχὴν ποιεύμενος, ἐς κοιλίην τελευτᾷ, ὃν δὴ καὶ ἐπὶ σιτοτελικῆς κοιλίης, στόμαχον C
καλέουσιν. πρὸς δὲ ἀκανθὴν ὄπισθεν ἧπαρ, φρένες πεφύκασιν. ἐκ δὲ πλευρῆς νόθης, λέγω δὲ ἀριστερῆς, σπλὴν ἀρξάμενος ἐκπέπταται, [11] ὁμοιορυσμὸς ἴχνει ποδός. [12] κοιλίη δὲ ἧπατι παρακειμένη κατ' εὐώνυμον μέρος ὅλη μὲν ἐστὶ νευρώδης. [13] ἀπὸ δὲ κοιλίης, πέφυκεν ἔντερον, ὁμοιορυσμὸν μικρὸν πηχέων οὐκ ἔλασσον δυώδεκα ἑλικηδὸν ἐν κόλποις ἐνειλευμένον, ὃ καλέουσιν ἔνιοι κόλον, δι' οὗ ἡ D
διαφορὰ τῆς τροφῆς γίνεται. ἀπὸ δὲ κόλου, πέφυκεν ἀρχὸς λοίσθιος, σάρκα πολλὴν ἔχων ἐς ἄκρον δακτυλίου τελευτῶν. τὰ δὲ ἄλλα ἡ φύσις διετάξατο.

[1] ἐξ ἰσχίων φαρυγγέθρου] φαρύγγεθρον hic τὴν φάρυγγα & fauces ſignificat, quemadmodum apud Galenum ſumitur in Iſagoge aut Medico, etſi aliàs os ὑοειδὲς dici ſcribit. Sic Rufus Epheſius lib. 1. περὶ ἀνθρώπου μορίων φάρυγγα φαρύγγεθρον vocari ſcribit, & τὴν πρὸς τῷ στομάχῳ ... explicat. φαρύγεθρον autem interdum ſcribitur, velut apud Galenum pro quo φαρύγαθρον fortè vitioſè ſcribitur Heſychio, niſi quod eandem ſcriptionem retinuit Varinus, & ὁ λαιμὸς τὸ πνεῦμα ... exponitur.

[2] κρίκοις ξυγκειμένη ἰσομερισμοῖς] Hunc locum expoſuimus in noſtra Oeconomia, vbi κρίκους circulos Celſo dici hac in re indicauimus. Arteria verò ipſa tota ex cartilaginibus circuli aut annuli modo rotundis conſtat, ne comprimatur eius meatus, ſed firmus continuæ animantium reſpirationi & ſemper apertus manens. Quod ſcribit Galenus in Iſagoge his verbis, ... E

[3] ... τὴν χέλυν] χέλυν hic pectus, velut teſtudinatum, ſignificare ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Vnde ... deduci diximus, & hunc locum ſubindicauimus.

[4] πτερόεις χροιὴν ...] Rufo Epheſio lib. περὶ ἀνθρώπου μορίων. pulmo eſt ...

[5] στίγμασιν ὀφρυαγέσι κεκεντημένος] Sic legunt omnia quæ videre licuit exemplaria, præter quàm quòd Aldinum στίμασιν pro στίγμασιν legit. Cornarius notis cauernoſis compunctum dixit, quem ſecuti ſumus, Caluus prætermiſit. Sed nos ſuſpectum locum duximus in noſtra Oeconomia, & στίγμασιν ὀρφνώδεσι κεκεντημένος legendum cenſuimus, quòd ſit pulmo notis quibuſdam ſubobſcuris, fuſcis & nigricantibus compunctus. Eſt enim inæqualis pulmonis color, & ſubfuſcus quidam candicante rubore color, & præterea notis quibuſdam veluti ſtigmatibus ſubnigricantibus obnubilatus, aut tanquam nubium lineamentis conſperſus ac diſtinctus. F

[6] φύσει ἐὼν τερηδονώδης] τερηδονώδης legendum dixi in noſtra Oeconomia, hoc eſt, teredinoſus, foraminulentus, pertuſus ac perforatus, aut natura rarus. Sic enim τὸ σῶμα ἀραιὸν ἐὸν, dicit Hippocr. lib. περὶ ἰσχίων ... & ... lib. de Loc. in homine. Aretæus, ... Galenus etiam pulmonis carnem mollem, foraminulentam & ſpirituoſam facit lib. 7. vſus partium, & Plato in Timæo. Aldinum verò exemplar hic ἐὼν τερηδονώδης legit.

* Cap. 10. lib. 1. περὶ αἰτιῶν καὶ σημ. χρ. παθ.

[7] στρογγυλωτέρη] ... videtur addidiſſe Cornarius.

[8] αἱμορροωδέστερον δὲ ἐπὶ] Quod cæteris ſanguine magis fluere iecur dicit, id eius totam compagem ſanguineam indicat. Rufus Epheſius hepar dixit, ... G

[9] ἐκάστοθι κύστιος] Sic legunt exemplaria omnia, ſed ἑκάστοτε lego, vt ſit ..., paſſim & vbique per totam veſicam. ... fortè etiam legi poteſt, vt ſit longiſſimè diſtenta veſica. Significat autem veſicam ipſam, quod neruoſa ſit, per ſe vndique diſtentam, amplitudinis & perceptionis eſſe capacem & compotem, capacitatemq́; à natura eſſe ſortitam, hoc eſt ſic eſſe à natura conditam, vt vndique amplitudinis ſit particeps. Hic verò μεσοχὴ ... mihi ſignificare videtur, pro quo medium locum dixit Caluus, vt μεσοχὴ legiſſe videatur. Adſcribendum verò quædam exemplaria manu ſcripta ... pro ... legere.

[10] οἰσοφάγος δὲ] Hunc locum ſic conuertimus in noſtra Oeconomia & expreſſimus, vbi etiam ſcripſimus gulam ſtomachum M. Tullio dici & Celſo. Atque mihi videtur hic locus à Galeno ſubindicari in Exegeſi, cum οἰσοφάγος ὁ τῆς γαστρὸς στόμαχος exponitur, ... Sic enim lego. Quod autem ſcribitur, ὃν δὴ καὶ ἐπὶ σιτοτελικῆς κοιλίης στόμαχον καλέουσι diſertè additum videtur, vt indicet etiam στόμαχον dici, quò primùm illabuntur ea quæ ore accepta ſunt & de ventriculi ore, cùm ſæpè lib. περὶ ... & lib. ... στόμαχος de veteri ore dicatur. Vt mihi vulgata iſta lectio, ἐπὶ σιτοτελικῆς κοιλίης & omnibus quos vidimus codicibus conteſtata plurimùm arrideat, etſi Corna. ... κοιλίης στόμαχον καλέουσι legiſſe videatur, vt admonuimus in noſtra Oeconomia. Hîc autem σιτοτελικὴ κοιλίη eâdem ratione mihi dici videtur, qua Rufo Epheſio ... , vt his verbis locum hunc mihi exprimere videatur. Ad cuius notionem etiam facit quod περὶ στομάχου idem Rufus ſcribit, ... Et Galenus in Iſagoge στόμαχον ventriculi orificio contiguè per ſeptum tranſuerſum demitti ſcribit, per quem anguſtum meatum in ventrem alimenta deſcendunt. Pollux quoque lib. 2. στόμαχον οἰσοφάγον dici ſcribit, ... Quod propter partis excellentem quandam præſtantiam mihi dici videtur. H

[11] ἴσσον-

A [11] ὁμοιομερὲς ἔχειν πᾶσι] Iſtud mihi expreſſiſſe videtur Rufus Epheſius ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου μορίων, de liene ſcribens, κεῖται δὲ κατὰ τὸ εὐώνυμον ἀποχωροῦν παραπλήσιον ἐπὶ αὐτὸ ἀρτηρίας ἔχει.

[12] κοιλίη δὲ] Ad hoc facit quod ſcribit Rufus. ἡ δὲ γαστὴρ ὀνομαζομένη τοῦτο (τὸ στομάχου) κεῖται μὲν κατὰ μετάφρενα τὸ διάφραγμα, εἰς τὸ ... ἄλλο ... ἀπὸ τοῦ στομάχου εἰς κάτω κοιλαινομένη. Et, πυθμένος ... δὲ μᾶλλον τοῦ στομάχου, καὶ πλατυτέρα. &c.

[13] ἀπὸ δὲ κοιλίης] Hunc locum imitatus mihi videtur Rufus Epheſius cùm ſcribit lib. περὶ ἀνθρώπου μορίων. ἀπὸ δὲ ταύτης (τῆς γαστρὸς) ἐκφύεται τὸ ἔντερον ... ἀποδοχὴν ... τῆς κοιλίας ἀποβιβαζομένων σιτίων. Vnum autem facit inteſtinum Hippocrates ex antiquorum diſciplina quòd vnum & idem ſit ab ἐκφύσει ad ſedem ipſam iter, totumq́; ſit ſibi continuum, idemq́; Colum vocant, quod aluus inferior veteribus, vt Eraſiſtrato dicitur, velut teſtatur etiam † Agellius. ὁμοιομερὲς autem dicit quòd vnum ſit ſimilitudine, ſubſtantia, & natura ſibi cognatum, aut quòd inteſtini ſubſtantia non multum à ventriculi natura diuerſa ſit, vt ſcribit Galen. cap. 17. lib. 4. vſus partium. † Cap. 17. lib. 11.

B

IACOBVS SANTALBINVS METENSIS MEDICVS
LECTORI CANDIDO.

